


*C. del Valle* No del P. Fr. de Delbon  
R. 1036

P. STEPHANI  
FAGVNDÆZ,  
E SOCIETATE IESV,  
SACRÆ THEOLOGIE PROFESSORIS  
VIANNENSIS, E REGIONE INTERAMNENSIS;  
TRACTATUS  
IN QVINQVE ECCLESIAE  
PRÆCEPTA.

EDITIO Tertia recognita, & emendata.  
CVM SUMMARIIS, AC DVPLICI INDICE;  
ALTERO PRÆCEPTORVM, LIBRORVM, ET CAPITVM;  
altero rerum singularium copiosissimo.  
OPVS SANE THEOLOGIS, CONCIONATORIBVS,  
Cathedraicis, Doctoribus, animarum Pastoribus, causarumque  
vtriusque fori Iudicibus, ac Patronis vtilissimum.



LVGDVNI,  
Sumptibus Laurentij Anisson, &  
M. DC. XLIX.  
CVM PRIVILEGIO.






*Ex Collegio de G. — No del P. Fr. de P. de P.*  
R. 1026

P. STEPHANI  
**FAGVNDZ,**  
E SOCIETATE IESV,  
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS  
VIANNENSIS, E REGIONE INTERAMNENSIS;  
TRACTATUS  
IN QVINQVE ECCLESIAE  
PRÆCEPTA.


EDITIO *Tertia recognita, & emendata.*  
CVM SVMMARIIS, AC DVPLICI INDICE;  
ALTERO PRÆCEPTORVM, LIBRORVM, ET CAPITVM;  
altero rerum singularium copiosissimo.  
*OPVS SANE THEOLOGIS, CONCIONATORIBVS,*  
*Cathedraicis, Doctoribus, animarum Pastoribus, causarumque*  
*utriusque fori Iudicibus, ac Patronis utilissimum.*



LVGDVNI,  
Sumptibus Laurentij Aniffon, &

M. DC. XLIX.  
CVM PRIVILEGIO.





ILLVSTR<sup>MO</sup> DOMINO  
D. FERDINANDO MARTINS  
MASCARENHAS,

ALGARBIORVM ANTISTITI DIGNISSIMO,  
*Magno Vimarensium Priori, Quasitori fidei Maximo vtriusque  
Lusitaniae, & Algarbiorum Regni.*



RIA præclarissima munera (PRÆSVL  
ILLVSTRISIME) in hoc Regno  
Lusitaniæ vestra obtinuit Dominatio.  
Primum Rectoris Academiæ Conimbric-  
ensis, quæ omnium planè bonarum  
artium, ac litterarum totius orbis altrix  
est, ac cultrix eximia. Secundum Al-  
garbiorum Antistitis dignissimi. Ter-  
tium orthodoxæ fidei Quasitoris Maxi-  
mi. In primo vicit vestra Dominatio in  
ea adolescentiæ ætate omnium seniorum huius Regni expectatio-  
nem, licèt de vestra Dominatione illam haberent incredibilem:  
sub vestro enim patrocinio, sub vestro auxilio, natiuòque benigni-  
tatis splendore litteræ, ac bonarum artium disciplinæ vsque aded  
floruerunt, vt omnia ventura sæcula, aureo illi ac beato vestræ  
Dominationis sæculo meritissimo inuideant. Testes huius rei ap-  
pello insignes illos Doctores, ac Magistros, qui tunc ex hac alma  
Academia, velut ex equo Troiano, non ferro obarmati, sed litte-  
rarum facibus instructi orbem illustraturi prodierunt: testes, peritif-  
simos illos Cathedricos, non solùm vtriusque Iuris, sed etiam  
Theologiæ, ac reliquarum omnium scientiarum, qui tunc vestra  
Dominatione patrocinate, ducente, & fauente effloebant; qui  
omnes, cùm alioqui in publicis subfelliis litterarum essent fulmina,  
plùs profectò in suis publicis actionibus vnicum vestræ Dominationis  
argumentum, siue Theologicum, siue Canonicum, Cæsareum,  
Mathematicum, Dialecticum, Æsculapæum, Rhetoricum metue-  
bant, quàm sanctissimus Ambrosius Logicam Augustini. In secun-

*P. Steph. Fagundes, in 5. præc. Eccl.*

ã 2 do,

do, cum vestra Dominatio Algarbiorum esset Antistes, mirum sane est, quantum vestra Illustrissima Dominationis industria in eradicandis vitiis, & reformandis moribus incubuit: qui si non penitus lapsi; at saltem inclinabant, & adhuc spiritu & afflatu vestrae Dominationis; tum propter auctoritatem, & studium Illustrissimi Domini, D. Ioannis Coutinho, gentilitatis vestrae dignissimi illius infulae vestrae Dominationis successoris; tum propter Pharonense illud Collegium nostrae Societatis, quod vestra Illustrissima Dominatio in eo Regno nobis aedificauit, sustententur, conseruantur, augentur. Intertio, quo nunc vestra Dominatio effulget, & instar augefcntis Solis maiores sui splendoris radios effundit, orthodoxae fidei maximi Quaefitoris, maiora profecto, ac vtiliora incrementa Ecclesia Catholica his decem Dominationis vestrae annis accepit, quam toto reliquo Illustrissimorum, Maximorumque Inquisitorum tempore. Enimvero in extirpandis occultissimis haereseos radicibus, in amarulentis clanculo serpentis Iudaismi fibris funditus euellendis, quae in nostro Regno Lusitano (heu dolor est!) tanto perniciosius, quanto occultius, tam multis annis serpunt, omnem curam, omnem sollicitudinem, omnes neruos industriae vestra Illustrissima Dominatio intendit, & diuinitus adiutus tantum profecit, vt nobis non dubia spes sit, fore vt ita exsiccentur, ac demarcescant, vt nusquam amplius in hominum cordibus clauiculorum fibras emittat Iudaismus. Prodiit, P R A E S V L I L L V S T R I S S I M E, prodiit vestra Dominatio hoc calamitoso tempore pro Dei causa ad iniurias Domini vindicandas, ea strenuitate, qua alter Moyses in alio prodiit non ab simili. Prodiit non gladio, non mucrone, velut ille, vna tantum manu obarmatus; sed vtraque instructus; altera, sarculis ac ligonibus ad auerruncandas hasce Iudaicae perfidiae radices; altera facibus, ac ignibus, ad illas auerruncatas concremandas: quo in negotio, licet omnes vestrae Dominationis antecessores plurimum vigilauerint; plus tamen indefessa vestrae Dominationis cura, studiumque (absit verbo inuidia) illis omnibus inuigilauit. Quae omnia in causa sunt, vt, cum hos labores meos, has lucubrationes in quinque Ecclesiae praeepta, in lucem essem editurus, in quibus grauissimae Theologiae materiae, fidei, & bonorum morum explicantur, & continentur, iniurius profecto essem rationi, & meae conscientiae, nisi illa vestrae Illustrissimae Dominationi, P R A E S V L C L A R I S S I M E, dedicarem: cui enim melius materies Theologiae, quam sapientissimo Theologo; fidei, quam Quaefitori fidei maximo; morum, quam Antistiti bonorum morum censori optimo dicarentur?

Præterea, insitum est omnibus liberis à natura, amare, suspicere, venerari, in oculis ferre eos, qui illorum parentes amant, suspiciunt, venerantur, in oculis ferunt: vnde, cum vestra Illustrissima Dominatio nostram Societatem ex corde amet, cumulatísque augeat honoribus,

ribus, ingrati profecto essemus omnes illius filij, nisi nos gratos tantis beneficiis, nostrorum ingeniorum fructibus præberemus.

Et quamuis rationes hæ communes videantur omnibus nostrae Societatis I E S V filiis ac Religiosis; sunt mihi profecto alia peculiares, quae me iam bene propentum valde cogunt, ac compellunt, vt vestra Illustrissima Dominationi hunc primum ingenij fructum consecrem. Coepit enim vestra Illustrissima Dominatio, coepit solito suo benignitatis Fauonio, hoc meum Opus, antequam nasceretur, commendare. Prætereo me à teneris adolescentiae meae annis in Societate I E S V sub disciplina religiosissimi Fratris Dominationis vestrae fuisse educatum, à quo prima spiritualis vitae rudimenta in tyrocinio accepi, cuius nomini, honoris & modestiae causa, silentium indico; ad illius enim pedes educatus fui, velut alter Iacob ad pedes Melchisedechi, imò velut alter Saulus ad Gamalielis pedes: & vtinam illius ego virtutes, & suauium morum disciplinam imitarer: vtinam ex illius spiritus officina non Saulus, sed Paulus ad viuum expressus, efformatusque prodirem. Hæ me rationes impulerunt, vt hoc meum vestrae Dominationi animi testimonium dedicarem, quod vt testatissimum haberetur, volui, vt in hac papyro imprimeretur. Olisipone, ex Domu Professa Diui Rochi, 28. Febr. anno 1625.

*Illustrissima vestra Dominationis seruus,*

STEPHANVS FAGUNDEZ.

*P. Steph. Fagundez in 5. prac. Eccl.*

2 3

APPRO

APPROBATIONES.

**D**OCTISSIMUM Opus in quinque Ecclesie præcepta, à P. Stephano Fagundez, nostræ Societatis IESV Theologo, compositum, recognouimus, & magnæ laudis præconio dignum iudicauimus; & eò maioris, quòd faciliori dextérité qualque quæstiones discutit, & explanat, stylo planè cæcò, & fluido: quamobrem omnibus viris doctis, tam pro foro soli, quàm poli vtilissimum iudicamus, & dignissimum, quod typis imprimatur. Olisipone in Domu Professæ Diui Rochi, anno 1625, die 26. Februarij.

ANTONIUS DE CASTELBRANCO.  
FRANCISCUS A GOVVA.

**E**GO ANTONIUS MASCARENHAS, Societatis IESV, in Prouincia Lusitanæ Vifitator, potestate ad id mihi specialiter facta à Reuerendo admodum Patre nostro Mutio Vitellesco, Præposito Generali eiusdem Societatis IESV, concedo facultatem, vt liber in quinque Ecclesie præcepta, à Patre Stephano Fagundez, nostræ Societatis IESV Theologo, compositus, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus, in communem, publicamque vtilitatem typis mandetur: in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, sigillòque nostro munitas dedimus. Olisipone in Domu Professæ Diui Rochi, die 28. Februarij anno 1625.

ANTONIUS MASCARENHAS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi.

**S**TEPHANVS CHARLETVS, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianiss. Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij, 1611. concessum, quò Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque Superiorum permissione imprimant: permittit IACOBO CARDON, Lugdunensi Bibliopola, vt librum hunc inscriptum, *Tractatus in quinque Ecclesie præcepta*, Auctore P. Stephano Fagundez, è Societate IESV, ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni die 5. Nouembris, 1625.

STEPH. CHARLET.

APPROBATIO THEOLOGORVM.

**N**OS infra scripti sacre Theologiæ Doctores fidem facimus, lectum à nobis librum, qui inscribitur, *Tractatus in quinque Ecclesie præcepta*, Auctore P. Stephano Fagundez, è Societate IESV, in quo nihil fidei orthodoxæ, Catholicæ atque Apostolicæ contrarium animaduertum. Lugduni die 5. Decembr. 1625.

FR. ROBERTVS BERTHELOT, Episcopus Damasci.


FR. CLAVDIVS COCHET, Dom. Fam. Lugd. Prior.

R. D. D. Thomæ de Meschatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

**T**HOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesie Lugdunensis, & Vicarius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi: Opus inscriptum, *Tractatus in quinque Ecclesie præcepta*, Auctore P. Stephano Fagundez, è Societate IESV, à Theologis approbatum, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni die 6. Nouembr. 1625.

MESCHATIN LA FAYE.

INDEX



INDEX  
OMNIUM PRÆCEPTORVM  
ECCLESIE, LIBRORVM  
ITEM ET CAPITVM,  
QVÆ IN HOC OPERE  
CONTINENTVR.

Præceptum primum.

De audienda Missa.

LIBER I.

De primo Ecclesie mandato.

CAP. I.



TRVM Ecclesia conuenienter mutauerit obseruationem Sabbathi in diem Dominicum, quas ob causas, notantur aliqua scitu digna.

- II. Vtrum dies Dominica sit de iure diuino: quare Ecclesia dies festos instituatur: an transferantur quoad opera seruilia, an solum quoad Horas canonicas. Quid de translatione Indulgentiarum; & an possit aliquis ex priuilegio ordinari tribus diebus duplicibus non festis. 6.1.
- III. Ad quem pertineat dies festos instituire, qui colantur sub moralis: & an Episcopi sine populi, & Cleri consensu id facere possint. 9.1.
- IV. De approbatione, & attritione Reliquiarum; & quid possint Episcopi circa collocationem imaginum, & an Romanus P. errare possit in cano-nizatione Sanctorum. 13.1.
- V. Vtrum potestas laica sine approbatione potestatis ecclesiasticæ possit instituere dies festos obligantes ad culpam, vel penam, 20.2.
- VI. Quid possit consuetudo laicorum circa dies festos quoad eorum introductionem, & abrogationem. 23.2.
- VII. Vtrum peregrini, cum absentes sunt, teneantur ad festa sui loci, si in eo loco, in quo sunt, non obseruentur: & an liceat in die festo patria ad alia loca ire, causa laborandi. 26.2.
- VIII. An peregrini teneantur ad festa, & ieiunia loci, per quem transeunt, & ad quem perueniunt, & quid de iter facientibus. 31.1.
- IX. Vtrum peccata moralia sint opera seruilia specialiter prohibita in diebus festis, ita vt circumstantia diei festi necessario sit constitenda. 36.2.
- X. Vtrum opus liberale ac licitum reddatur seruale, & illicitum ex eo, quòd in die festo ob pretium fiat. 39.2.

- XI. Quæ sint opera seruilia prohibita in præcepto de obseruatione festorum: agitur de actione scribendi, & transcribendi. 41.2.
- XII. De operibus iudicialibus, de mercatu, opere placito, & aliis operibus prohibitis in die festo de iure ecclesiastico. 47.1.
- XIII. An citatio fieri possit in die festo, testes examinari, ferri sententia, & fieri processus extra causam pietatis, & paupertatis. 50.2.
- XIV. Qua causa excuset ab obseruatione diei festi; & an sit peccatum mortale hora integra laborare: quid de barbitonsoribus, & aliis mechanicis. 59.1.

LIBER II.

De obligatione audiendi Missam, orta ex præcepto Ecclesie, in diebus festis.

- CAP. I. Vtrum detur aliquod præceptum Ecclesie Missa audienda, & quis possit in eo dispensare, & quomodo. 69.1.
- II. Quas personas obliget hoc præceptum, quibus diebus, & in qua etate. 73.2.
- III. Quot Missas teneantur audire diebus festis, quò idiomate, an festi eiusdem diei, & in propria parochia. 77.2.
- IV. Vtrum concurrente duplici præcepto in eodem die festo, duplex peccatum committatur in omissione Missæ. 82.1.
- V. A quo sacerdote sit Missa licitè audienda, an ab excommunicato vitando, vel non vitando; an ab irregulari, suspensò, interdicto, notorio concubinario; & an ab eo, qui est in peccato. 86.2.
- VI. Quid intelligatur nomine Missæ integræ, & qua pars illius omiſsa efficiat, vt non impleatur præceptum. 99.1.
- VII. Quæ præsentia, actio, & intentio requiratur ad audiendâ Missam, vt præceptum impleamus. 103.1.

# Index Præceptorum,

- VII. An excommunicati, & in carcerem detrusi teneantur Missam audire: & an illi, qui privilegium habent, ad illam audiendam tempore interdicti, teneantur sub mortali illam audire: & an famulos deferre possint. 109.2.
- IX. Qua causa excuset ab obligatione præcepti audiendi Sacram. 112.1.

## LIBER III.

De obligatione audiendi, dicendive Missam ex parte Sacerdotis.

- CAP. I. Quid sit Missa sacrificium, & an in illo verum corpus Christi offeratur. 116.1.
- II. In quo differant Sacerdotes legis novæ à veteri: an sacrificium Missa unum, vel plura dici possint: queritur, an vocabulum Missa sit Græcum, vel Latinum, & quam antiquum, & an satisfaciatur Sacerdos una Missa multis pitiatis. 121.1.
- III. In quo consistat essentia sacrificij Missæ, an in aliqua oblatione, an in fractione & mixtione hostiæ consecrata, an in dispensatione illius inter assistentes. 126.2.
- IV. Statuitur, essentiam sacrificij sitam esse in consecratione, & consumptione tantum: agitur de die Parasceves, si in hunc incidat festum Annuntiationis beate Virginis: queritur, an Christus Dominus seipsum in ultima Cena communicaverit. 131.1.
- V. An consecratio sub utraque specie sit de iure divino: & an Summ. Pont. possit dispensare cum aliqua provincia, ut sacrificium Missæ sub una tantum specie fiat. 138.2.
- VI. De valore Missæ ex opere operato, & operantis: an sit finitus, vel infinitus: & de offerentibus Missas, qui sint, & quomodo illarum valorem participant. 144.2.
- VII. De stipendio Missarum an taxari possit, & à quo: an numerus illarum reduci possit ad pauciores, si stipendium sit tenue, à quibus, an ab Episcopis solum: & quid in hoc negotio Proniores regij possint in capellis secularium. 151.1.
- VIII. Quomodo stipendium Missarum debeat respondere sustentationi Sacerdotum: an illud possint Sacerdotes ditites accipere: & an una Missa eque valeat pro uno, ac pro multis oblata: & an Sacerdos, qui gratis unam Missam promittit, & non implet, peccet mortaliter. 156.1.
- IX. An liceat Sacerdotibus sacrificare anticipatè pro eo, qui primò stipem dederit: an in diverso altari, & de diverso sancto: & an possit quis retinere sibi maiorem stipem, & facere, ut ab aliis celebretur data minori: & an obligatus dicere Missam per alium satisfaciatur. 160.1.
- X. Solvuntur aliqua dubia circa obligationem Missarum: agitur de Religiosis, quibus Superiores Missas iniungunt, & de iis, qui iniquè Missas differunt: queritur, an dici possint pro minori stipe consueta: agitur de Missa de defunctis, & sicca. 165.2.
- XI. Pro quibus sacrificia offerri possint, an pro iis, qui sunt in Inferno in Purgatorio, in Limbo: an pro parvulis sine Baptismo, vel cum Baptismo morientibus: an pro illis, qui in publico peccato discedunt: agitur de anima Traiani. 169.2.
- XII. An Missa offerri possit pro excommunicatis contritis, pro hæreticis, pro catechumenis, pro infidelibus, Turcis, vel paganis, pro peccatoribus. 175.1.
- XIII. In quo loco Missa celebrari possit: an mortale sit extra Ecclesiam, vel locum ab Episcopo designatum, illam celebrare: qua pena ob id incurra-

- tur: quis sit locus sacer in ordine ad illius celebrationem. 183.2.
- XIV. An in Ecclesia violata celebrari possit, quibus modis Ecclesia polluatur, & quid nomine Ecclesia intelligatur. 189.2.
- XV. Quibus diebus teneantur Sacerdotes simplices, vel curati celebrare: agitur de feria quinta, sexta, & sabbato maioris hebdomada, & de capellanis, qui quotidie celebrare tenentur: queritur, an in sexta feria maioris hebdomada laici possint communicare. 201.1.
- XVI. An in aliquibus casibus possit unus Sacerdos plures Missas dicere, & in quibus. 207.2.
- XVII. Quo tempore, & hora Missæ sacrificium faciendum sit: & an ante preces matutinas fieri possit. 210.1.
- XVIII. An liceat Missam interrumpere, & in quibus casibus: quid, si Sacerdos meminit de aliquo impedimento: & quid, quando excommunicatus Ecclesiam ingreditur: agitur de purificatione reliquiarum. 217.1.
- XIX. De modo, quo Sacerdos substituens debeat supplere defectum Sacerdotis morbo, vel morte deficiens: & unde debeat incipere. 222.2.
- XX. Quid faciendum, cum venenum reperitur in speciebus consecratis: quid, si sanguis congelatur, an Sacerdos possit aliquem ex sua hostia communicare: quid, quando hostia miraculosè disparat vel illa, aut sanguis in terram cadit post consecrationem. 226.1.
- XXI. De his, qua requiruntur ad sacrificium Missæ, de ministro, de orationibus Sacerdotis, dum induitur, de calice, de Missali, de patenis, de corporalibus, purificatoriis, pallis, Cruce altaris, & an possit Sacerdos cooperto capite sacrificare. 229.2.
- XXII. De altari, & ornatu illius necessario ad celebrandum: de paxide, de lumine, de aqua, de vine, de ara, de manipulis, seu sobolis necessariis. 235.1.
- XXIII. De vestibus sacris necessariis ad sacrificium Missæ, quot sint, quid significant: an mortale sit sine omnibus, aut sine aliqua illarum sacrificare. 239.1.

## LIBER IV.

De effectibus sacrae Missæ.

- CAP. I. An sacrificium Missæ habeat aliquem effectum ex opere operato: quis sit, & qua conditiones requirantur ex parte subiecti ut producat. 244.1.
- I. An remittat iis pro quibus offertur, peccata mortalia ex operato: & an ex eodem operato conferat primam gratiam sanctificantem. 249.2.
- II. An ex eodem operato conferat augmentum gratiæ iis iustis, pro quibus offertur. 254.2.
- IV. An saltem peccata venialia ex opere operato remittat, aut bona temporalia conferat. 257.1.

## Præceptum secundum.

De confessione annuali.

## LIBER I.

De obligatione præcepti confessionis, quatenus divinum, & ecclésiasticum est.

- CAP. I. An confessio omnium peccatorum mortalium sit de iure divino: & quo tempore

# Librorum & Capitum.

- tempore illius præceptum, quatenus divinum, obliget. 261.2.
- I. Per quam confessionem impleatur divinum præceptum, & quas personas obliget. 265.1.
- II. De præcepto ecclésiastico confessionis, quo tempore obliget, quas personas, in qua ætate an Reges, an Imperatores, an meretrices, an Papam: per quam confessionem impleri possit, & à quo dispensari, 267.1.
- IV. Qua pena sint imposta transgressoribus huius præcepti annua confessionis: an meretrices excommunicationem incurrant illud non observando: & an, qui sua culpa non absolvantur, vel absolvantur inualidè, præceptum impleant. 271.2.
- V. An satisfaciatur huic præcepto illi, qui confitentur Mendicantibus, vel aliis regularibus in Quadragesima sine sui Parochi licentia: & quid si alieno Parocho. 276.1.
- VI. Quæ cause excuset ab obligatione præcepti annua confessionis: agitur de confessione per interpretem. 278.1.

## LIBER II.

De materia necessaria, & sufficienti, proxima & remota præcepti confessionis.

- CAP. I. An peccata mortalia, & venialia sint materia remota huius Sacramenti, qua: quid de peccato originali & de peccatis iam ritè confessis. 280.1.
- I. An peccata venialia ex statuto alicuius Religionis possint esse materia necessaria Sacramenti Penitentia: agitur de confessione generali totius vitæ, & de confessione Regularium, & Menialium, & de confessione ad Iubileum. 285.2.
- II. De materia proxima confessionis, id est, de contritione, quid sit, quomodo actus illius fiat, & quomodo sit necessaria ante, vel post legem gratia. 290.2.
- IV. An contritio, & attritionis actus formaliter in dolore de peccatis consistat: proponitur distinctio inter utrumque actum: solvuntur multa dubia: queritur, an ritè confessus teneatur in mortis articulo ex propria charitate elicere actum amoris, vel contritionis. 293.2.
- V. De attritione, qua requiritur ad Sacramentum Penitentia: agitur de attritione non vera, sed existimata, & de attritione naturali, putata tamen supernaturali. 296.2.
- VI. Quo tempore obliget præceptum contritionis: quorum peccatorum sit habenda: an sit necessaria de singulis peccatis: quando habenda sit, an in fine, an in principio confessionis: solvuntur alia dubia. 301.1.
- VII. De confessione valida, sed informi, an detur, & in quibus casibus. 303.2.
- VIII. An in opinione, qua docet dari Sacramentum confessionis validum, sed informe, sublata fictione redeat effectus gratia: & quomodo tollatur hæc fictio. 306.2.
- IX. De absolutione sacramentali, quibus verbis illius forma consistat: an conditionatè data valeat, an per modum deprecationis, & in quorum verborum omissione illius peccatum mortale committatur. 308.1.
- X. An de essentia forma absolutionis sit, quod voce preferatur: an absolutio dari possit absenti: an forma illius sit convenienter tradita: quare non detur forma ad retinenda peccata: & an Confessarius teneatur eam dare aperto capite. 313.1.
- XI. Que sit effectus forma absolutionis, & propria significatio verborum illius: & an ex duobus

aque dispositis possit vni remitti tota pena temporalis, non alteri. 317.1.

## LIBER III.

De qualitate & integritate confessionis, per quam præceptum Ecclesiæ impletur.

- CAP. I. Quid sit confessio: an necessario debeat voce fieri, an semper secreto: quid de publica confessione: agitur de moribundo, qui perita confessione confiteri non potest, nec dare signa contritionis. 321.1.
- II. Explicantur qualitates confessionis, & ille particula, fidelis diligens, patere parata: queritur, an teneantur penitentes acceptare penitentia, etiam pro venialibus impostam, & an omne mendacium, in confessione dictum, sit peccatum mortale. 325.1.
- II. De integritate confessionis: queritur, an eidem Confessario omnia peccata mortalia sint necessario confitenda, & qua cause legitime excuset. 330.1.
- IV. Agitur de numero peccatorum, & de actibus antecedentibus, & subsequentibus ipsum peccatum: de confessione, & schedula meretricum, & rusticorum. 333.1.
- V. Quomodo multiplicetur numerus peccatorum, & peccata interrumpantur. 336.2.

## LIBER IV.

De circumstantiis peccatorum necessariis in confessione explicandis.

- CAP. I. Quid sit circumstantia, an necessario sit confitenda: notantur aliqua scitu digna. 340.1.
- II. An circumstantia mutantes speciem, notabiliter aggravantes, & notabiliter minuentes necessario sint confitenda: & quid de iis, qua notabiliter non aggravant, nec minuent. 342.2.
- III. Agitur in particulari de circumstantiis, que necessario sunt confitenda, de circumstantia virginis, officij, ordinis, status religiosi, incestus, adulterij, filia spiritualis, filia Baptismi, Confirmationis, & de circumstantia rapinæ explicatur circumstantia, Quis. 347.2.
- IV. Explicatur particula, Quid, & particula Vbi: agitur de circumstantia furis magni, & parvi: de circumstantia scandali, recidivæ, omissionis elemosynæ, sacrilegij, & loci sacri. 371.2.
- V. Explicantur particula, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando: agitur de circumstantiis Bullæ, confidentiaque Iubilai, duorum præceptorum, mediationis ad peccatum, conscientia erronea: enodantur multa dubia. 388.2.

## LIBER V.

De circumstantia complicitis.

- CAP. I. An penitens teneatur personam sui complicitis in confessione explicare, si Confessarius illam agnoscat. 396.1.
- II. An liceat Confessario vti notitia confessionis de licentia penitentis ad corrigendum complicitis penitentis, vel in bonum aliorum. 400.1.
- III. An, quando crimen persona obiectivæ, circa qua peccatum fuit publicum in vno loco, possit us licitè in alio illud expressè in confessione declarare, manifestando personam matris. Solvuntur alia dubia. 403.2.

## LIBER VI.



# Index Præceptorum,

## LIBER VI.

De obligatione sigilli sacramentalis.

- CAP. I.** **Q**uid sit sigillum sacramentale quomodo à secreto naturali distinguatur: & an in aliquo casu infringi possit. 409.1.
- I.** An Episcopi & Prelati Religionum inuari possint notitia confessionis ad externum regimen: & supposito quod possint, an ad id teneantur, & in quibus casibus: proponitur sententia affirmans. 415.2.
- III.** Proponitur vera sententia, quam sequimur, non esse licitam, vti notitia confessionis ad regimen actuum externorum, cum suis corollariis: soluntur argumenta prima sententia. 420.2.
- IV.** Quæ peccata cadant sub sigillo, an peccatum hæresis, an defectus penitentis, si non sint peccata: quid faciat Confessarius, si errorem committat intolerabilem in confessione: qualiter se debeat habere cum Indicibus: qua confessio requiratur sigillum: agitur de scheda confessionis. 423.2.
- V.** In quibus casibus dicatur frangi, vel non infringi sigillum in particulari. 434.1.
- VI.** Quæ persona ad sigillum confessionis teneantur. 441.1.
- VII.** Quas pœnas incurrant violatores sigilli. 447.2.

## LIBER VII.

De ministro confessionis, & de approbatione & iurisdictione illius.

- CAP. I.** **A**n solus Sacerdos sit minister huius Sacramenti? An in eo requiratur iurisdicção aliqua, & à quo illam accipiat: & quid de articulo mortis. 451.1.
- II.** An ultra iurisdictionem requiratur etiam ex Concilio Trident. approbatio Episcopi, ut Sacerdos reputetur idoneus Confessarius: & quid de approbatione Religiosorum. 458.1.
- III.** Agitur de iurisdictione Sacerdotum: quaritur, an ipsa Episcoporum approbatio sit iurisdictionis collatio: & vtrum Sacerdos approbatus possit repugnantibus Parochis audire confessiones fidelium in Quadragesima. 482.2.

## LIBER VIII.

De peccatis reseruatis in communi, & de peccatis reseruandis in Religionibus.

- CAP. I.** **Q**ui possint reseruare peccata, & quæ, mortalitè, an venialia, interna, an externa: & an reseruato peccato consecatur reseruata censura illius, & vtrum reseruatio sine causa valeat. 486.1.
- II.** Qui casus de factis reseruentur Episcopis de iure communi, & qui de consuetudine. 493.1.
- III.** An Superior possit licitè, & validè audire tantum reseruata, & de illis absolueri, & mortalia non reseruata alteri Confessario committere. 498.2.
- IV.** De peccatis reseruatis in Religionibus: soluntur multa dubia. 503.1.
- V.** De apostasia, quæ reseruari potest in Religionibus iuxta decretum Clementis VIII. & de crimine fugitiui egressus. 511.1.
- VI.** De crimine furti, & proprietatis, quod in Religionibus iuxta idem decretum reseruari potest. 517.1.
- VII.** De aliis peccatis, quæ reseruari possunt in Reli-

gionibus iuxta decretum Clementis VIII. de aborsu, de falsificatione manus, sigillique; de lapsu carnis; de vulneratione, & litterarum impedimento. 511.1.

- VIII.** Quis possit absolvere per se, & directè à reseruatis: agitur de peccato hæresis, & de casibus Bullæ Cœne Domini. 517.1.

## LIBER IX.

De satisfactione.

- CAP. I.** **Q**uid sit, & unde oriatur pena temporalis: in quo satisfactio consistat: an possimus in hac vita illam demereri: quid ad hoc requiratur. 525.1.
- II.** Quas condiciones requiratur satisfactio: per quæ opera satisfacere possimus; an per opera præcepta, & consilij; an per actus tantum internos; an per pœnas, quas necessariò aliunde patimur: an requiratur diuina promissio ad hanc satisfactionem: an de condigno possimus satisfacere: an vnus pro alio, & quomodo. 529.1.
- III.** Agitur de satisfactione sacramentali: quaritur, in quo distinguatur à satisfactione extra Sacramentum, & an sit pars Sacramenti confessionis: an habeat effectum ex opere operato; & an teneatur Confessarius condignam satisfactionem imponere. 535.1.
- IV.** Vtrum necesse sit penitentiam implere in gratia: & an satisfactio penitentia sacramentalis per alium possit impleri, & vnus Confessarius possit penitentiam ab alio impostam tollere, vel mutare. 540.1.
- V.** Quæ opera possint Confessarij in Sacramento confessionis pro penitentia iniungere: soluntur alia dubia. 546.1.

## Præceptum tertium.

De sumenda Eucharistia.

## LIBER I.

Ordo matetia huius præcepti ac mandati sanctæ Matris Ecclesiæ.

- CAP. I.** **D**e nominibus, ac figuris Eucharistiæ: an quatenus viaticum bis in eadem infirmitate dari possit: an renouari tempore interditi, & quomodo. 549.2.
- II.** Quid sit Sacramentum Eucharistiæ: an sit vnum, vel plura, in quo consistat, quo tempore à Christo institutum, in cuius domo, an in azymo, & an Indas communicauerit. 552.1.
- III.** An hoc Sacramentum sit medium necessarium necessitate salutis pro omnibus fidelibus, & an detur diuinum præceptum posituum de illius sumptione. 557.1.
- IV.** Quas personas obliget hoc præceptum diuinum sumenda Eucharistia, quando est medium necessarium ad salutem, & quo tempore obliget, & an damnatos ad mortem publica auctoritate instrua. 560.1.
- V.** An detur præceptum Ecclesiæ de sumendo semel in anno hoc Sacramentum: quas personas obliget; quomodo, & in qua etate. 563.1.
- VI.** An, qui in Paschate non communicant, teneantur communicare post Pascha: agitur de eo, qui prauidet impedimentum futurum, & de eo, qui indignè

# Librorum & Caputum.

indignè communicat, an satisfaciat: agitur etiam de absente à propria parochia: soluntur alia dubia in usu communia. 569.1.

## LIBER II.

De materia & forma Eucharistiæ, ex quibus confici debet Sacramentum, vt præceptum Ecclesiæ impleatur.

- CAP. I.** **A**n liceat fidelibus in alia materia, quam triticea communicare ex intentione satisfaciendi præcepto Ecclesiæ. 574.1.
- II.** An satisfaciat præcepto Ecclesiæ ille, qui in pane fermentato communicat; & an Christus Dominus in azymo, vel fermentato consecrauerit. 578.1.
- III.** De materia calicis, ex qua conficitur sanguis Christi, an vinum vitis vnus expressum sit materia huius Sacramenti. 582.2.
- IV.** Vtrum aqua, qua miscetur vino, sit de necessitate Sacramenti, & materia illius, an solum sit de necessitate præcepti à Christo impositi, vel solum de more, & consuetudine Ecclesiæ. 586.1.
- V.** In qua quantitate debeat Sacerdos consecrare, & fidelis communicare: agitur de presentia, & quantitate materia, & de intentione consecrantis. 592.1.
- VI.** Vtrum satisfaciamus præcepto sumendi Eucharistiæ, si illa consecratur alia forma, quam illa, qua modo vitur Ecclesiæ: & an Papa possit dispensare, vt in duplici specie communicetur, aut in vna tantum Sacramentum fiat. 595.1.
- VII.** Quæ sit essentialis ac vera forma consecrationis sanguinis Christi. 600.1.

## LIBER III.

De ministro, & suscipiente Eucharistiæ, & de præparatione competentis ad impletionem huius præcepti, & ad susceptionem huius Sacramenti.

- CAP. I.** **Q**uis sit verus minister huius Sacramenti: an à solis Sacerdotibus possint fideles Eucharistiæ licitè accipere: & à quibus: an ab hereticis, schismaticis, excommunicatis, & degradatis, & an à laicis, & à concubinariis, atque peccatoribus. 604.1.
- II.** An duo, vel plures Sacerdotes possint simul eandem hostiam consecrare: an liceat aliquando Sacerdoti Missam celebrare non communicando; & an omnibus Sacerdotibus, liberum sit Eucharistiæ ministrare. 609.2.
- III.** De obligatione Parochorum in administranda Eucharistia tempore pestis: an aliquis in extrema necessitate possit seipsum communicare, & quibus modis peccare possint, qui indignè suscipiunt, & indignè ministrant. 616.2.
- IV.** An liceat laicis communicare sub vtraque specie: & quid de privilegio, consuetudine, vel dispensatione. 619.2.
- V.** De ieiunio necessario ad sumendam Eucharistiæ: & in quibus casibus possit hoc Sacramentum sumi post cibum & potum. 626.1.
- VI.** De munditia corporis necessaria ad sumptionem Eucharistiæ absque pollutione: & an aliquis defectus corporis sit impedimentum ad illam suscipiendam. 631.2.
- VII.** An licitum sit laicis quotidie communicare: agitur de deuotione mentis ad communionem requisita. 636.1.
- VIII.** De dispositione spiritali necessaria ad sumptionem Eucharistiæ: an, qui in mortali est teneatur

tur ex aliquo præcepto prius confiteri, quam communicet; & quam graue peccatum sit, cum mortali communicare. 639.1.

- IX.** In quibus casibus liceat Eucharistiæ accipere cum conscientia peccati mortalis sine confessione, præhabita conuisione. 643.1.
- X.** An peccatoribus Eucharistia deneganda sit, & qualibus, an publicis, an occultis: & quid si publici occultè, & occultis publicè illam petant: & quinam sint peccatores publici. 648.2.

## LIBER IV.

De effectibus Eucharistiæ.

- CAP. I.** **A**n hoc Sacramentum conferat gratiam, absolue loquendo, & quando: an dum manducatur; an verò dum species, & Christi presentia durat in stomacho. 657.1.
- II.** An conferat primam gratiam, & remittat peccatum mortale ex prima institutione Christi; an augmentum illius, & quisnam sit precipuus effectus illius. 659.2.
- III.** An peccatum veniale, vel in ipso actu confessionis, vel antecederet commissum impediatur effectum huius Sacramenti. 663.1.
- IV.** An si duo communicent, vnus in vna & alter in vtraque, recipiat vnus maiorem gratiam quam alter. 665.1.
- V.** Quæ sit illa vnio, quæ fit ex Christo Domino cum iusto communicante, & de nonnullis aliis effectibus Eucharistiæ. 668.1.

## LIBER V.

De efficacia & effectu verborum, & de presentia Christi in hostia consecrata.

- CAP. I.** **A**n de fide certa sit presentia corporis Christi in hoc Sacramento, quæ sit causa efficiens huius presentia, & substantiam panis expellens: queritur, an Sacerdos recitatinè tantum proferat verba consecrationis. 671.1.
- II.** An substantia panis, & vini post consecrationem huius Sacramenti annihilentur. 677.1.
- III.** Vtrum post consecrationem maneat aliqua pars substantia panis, vel vini, sub speciebus consecratis. 680.1.
- IV.** Quid sit hæc presentia proprie, & in specie sua, & in quo prædicamento constituatur. 683.1.
- V.** De motu, quo mouetur corpus Christi in hoc Sacramento: & an hic possit habere, aut exercere contactum physicum. 688.2.
- VI.** Vtrum corpus Christi, prout hic sacramentali, & supernaturali modo existit, videri possit ab oculo corporeo, saltem glorificato, aut ab Angeli cognosci. 693.1.
- VII.** De apparentibus mutationibus, quæ in Eucharistia contingunt: an, quando ibi miraculosè apparet caro, vel puer IESVS, aut Christus, sit ibi verè corpus Christi. 695.2.

## Præceptum quartum.

De ieiunio.

## LIBER I.

De ieiunio.

- CAP. I.** **D**e ieiunio in communi. 700.1.
- II.** De iis, quæ sunt de necessitate ieiunij ecclesiæ



# Index Præceptorum, Librorum & Capitum.

- ecclesiastici: agitur de genere, & qualitate ciborum: quaritur, an dispensatus iudicio Medicorum ad comedendam carnem, eo ipso consecratur dispensatus in ieiunio Ecclesie: agitur de ouis, & lactu-ciniis. 705.2.
- III. De hora competenti unica comestionis in die ieiunij: soluntur dubia, quæ circa illam possunt contingere: queritur, an præceptum ieiunij obliget sub mortali. 721.1.
- IV. De unica comestione ieiunij: agitur de collatione serotina, & mutatione illius, & prandij: queritur, an liceat nocte prandere, non sumpta collatione mane. 725.2.
- V. Quibus diebus ieiunandum sit, agitur de ieiunio Quadragesimo, & de ieiunio in perniciosis Sanctorum, de consuetudine ieiunij, & an aliquando de iure naturali teneamur ieiunare. 731.1.
- VI. Agitur de ieiuniis quatuor Temporum totius anni, Rogationum, Sexagesime, Quinquagesime, & de iis, quæ olim in Aduentum seruabantur, de abstinentia carniuum in sexta feria, & sabbatho; & quid, si dies natalis uentri in feria sexta ieiunij de voto. 733.2.
- VII. Qui teneantur ad præceptum ieiunij: agitur de peregrinis, & aduenis, vagabundis, & uiatoribus 736.2.
- VIII. De causis excusantibus à ieiunio: agitur de ætate, de infirmitate, & de aliis causis, quibus excusamur. 740.2.
- IX. Quis possit dispensare in lege, ac præcepto ieiunij? An sufficiat sola dispensatio Parochi, vel Medici. 746.1.
- X. De peccatis, quæ in ieiuniorum violatione committuntur; & de operibus quæ in diebus ieiunij prohibentur, & de effectibus ieiunij; & de hora, qua incipit, & desinit. 748.2.

## Præceptum quintum.

De decimis, & primitiis.

### LIBER I.

De decimis.

- CAP. I. **Q**uo iure decima debeantur Sacerdotibus, naturaliter, an ecclesiastico, ac postremo. 753.1.
- II. Ex quibus rebus decima personales debeantur, & an deductis expensis. 755.2.
- III. In quo loco, & cui parochia decima personales soluenda sint: & quid, si quis habeat domicilium in diuersis parochiis. 759.2.
- IV. De quibus rebus debeantur prædiales decime, cui parochie, & quomodo, & quando, & in quo loco soluenda sint cuius expensis asportanda, & an semen sit extrahendum, & expensis deducenda. 761.2.
- V. Quæ sint decime mixtæ, & de quibus rebus debeantur: quomodo sint soluenda, quando in diuersis

- parochiis animalia pasuntur, & quando parochianus in una parochia habitet, & illa pasuntur in alia, & an deductis expensis. 765.1.
- VI. Utrum Ecclesia habeat verum dominium decimarum, antequam illa à reliquis fructibus separentur: cui pereant, si pereant: & an possint domini vineas in agros, aut ades commutare contradicentibus Curatis. 768.1.
- VII. Utrum illa parochia, quæ de nouo acquirit agros intra terminos alterius, teneatur illi decimas soluere de campis acquisitis. 770.2.

### LIBER II.

De decimis.

- CAP. I. **Q**uæ persona teneantur ad decimas, an Indæ, an Turcæ, infideles, & Hæretici, & Sarraceni. 773.1.
- II. An Clerici & Summus Pontif. teneantur ad decimas aliquas prædiales, ac personales, & quid de Episcopis. 778.1.
- III. An pauperes, Hospitalia, & Clerici in communi uiuentes teneantur ad decimas personales & prædiales: & quid de Monasteriis. 781.2.
- IV. An Summus Pontif. per priuilegium particulare possit eximere aliquas personas ab obligatione decimarum, & an de facto aliquas exemerit: & quid de Episcopis. 784.1.

### LIBER III.

Decimarum.

- CAP. I. **Q**uæ consuetudo, & præscriptio possint in decimas: agitur de consuetudine locali, & de noualibus. 786.1.
- II. Quid possit compositio, & transactio in decimis auctoritate Papæ, & Episcopi facta. 794.1.
- III. Quid possit priuilegium super decimas non soluendas. 798.2.
- IV. Quibus personis decima solui debeant: & quid dicendum sit, si ex fructibus, aut pecunia non decimata prædium fructiferum ematur. 801.2.
- V. Apud quos Iudices decima petenda sint, si non soluantur, ecclesiastico sine, an seculari. 804.1.
- VI. A quibusnam decima petenda sint ab illis, qui fructus perceperunt, an ab illis, qui agros emerunt, de quibus non fuerunt soluitæ: & quæ pœne in iure statuta sint in eos, qui decimas non soluiunt. 810.2.

### LIBER IV.

De primitiis.

- CAP. I. **Q**uo iure primitiæ debeantur, & in quo differant à decimis, & oblationibus, & in qua quota, & quantitate soluenda sint. 809.1.
- II. Quibus personis primitiæ, & oblationes soluenda sint, & qui illas soluere teneantur: an laici possint ius acquirere in oblationibus, & quæ pœne in eos, qui debitas oblationes & primitiis non soluiunt, iure statuta sint. 812.1.

TRACTA



TRACTATUS

IN

# PRIMUM PRÆCEPTUM, AC MANDATUM SANCTÆ MATRIS ECCLESIAE.

AUCTORE P. STEPHANO FAGUNDEZ,  
Societate IESV Theologo.



DE ò coniunctum est hoc primum sanctæ Matris Ecclesiæ præceptum de audiendo sacro diebus festis, cum tertio præcepto Decalogi de iisdem festis sanctificandis, ac colendis, ut de illo primo Ecclesiæ mandato agere congruè non possimus, quin pauca de isto tertio prælibemus, perstringamurque: nam in omnibus diebus festis ex vi horum duorum præceptorum, duo nobis præcipiuntur: alterum est, sacrum audire: alterum, ab operibus seruilibus cessare. Primum spectat ad primum mandatum sanctæ Matris Ecclesiæ: secundum, ad tertium præceptum Decalogi. Et quia iisdemmet diebus, quos ex tertio Decalogi præcepto colere debemus, tenemur simul ex vi huius primi Ecclesiæ præcepti sacrum audire, ratio postulat, ut prius breuiter de diebus festis agamus, quàm de obseruatione audiendi sacri: erimus itaque instar eorum, qui in suis molibus construendis prius de fundamento cogitant, quàm de culmine, ac coronide. Quamobrem, cum dies festi sint veluti fundamentum huius primi Ecclesiæ mandati, & cum pariter, tertium Decalogi præceptum sit veluti basis istius primi Ecclesiæ mandati: de hoc tertio Decalogi præcepto exigente ratione prius aliquid agemus, quàm de primo mandato Ecclesiæ sermonem ex professo inferamus.

## LIBER PRIMVS

De primo Ecclesiæ mandato.

**D**E I T Deus olim Exod. 20. Deut. 5. Leu. 16. & 19. & 23. præceptum Hebræis de colendo, ac sanctificando sabbato, ob duas præcipuas rationes inter alias quamplures. Prima, ob memoriam beneficii creationis accepti; Sabbato enim Deus à creatione cessauit: & ideo, ne tantum beneficium à memoria hominum excideret, & ne Hebræi in errorem Gentilium, qui putabant, mundum esse æternum, & nunquam habuisse principium, prolaberentur; Deus Opt. Max. in memoriam huius beneficii Sabbatum sanctificari præcepit, ut patet ex

verbis Domini, Exod. 20. *Memento, ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera: septima autem die Sabbatum Domini Dei tui est.* Quamobrem, ut notat optimè D. Th. 1.2.q.100.a. *D. Thom. 7. ad 5. & Carechismus Romanus super tertio præcepto Decalogi, n. 8. & Sayr. in clauui regia, lib. 7. c. Sayrus. 1. n. 5. col. 1. fol. 425. nulli alteri præcepto Decalogi Deus verbum hoc, Memento, affixit, nisi huic tertio de Sabbato sanctificando, ut commemorariuo beneficii accepti, creationis; affixitque Deus huic præcepto, hoc verbum, Memento, ut memoriam hominum tantum affigeret beneficium, & ut illius*

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

A recor

recordatione perpetuam animi significationem, et ga tantum, ac tam liberalem benefactorem ostenderent. Secunda fuit ad quietem corporis: nam, quia homines natura sua mortales sunt, & vires humanae assiduo labore contabescunt, voluit Deus diem Sabbati instituire, ut tandem aliquando hac quietis compensatione, eandem vires reficerent: Sabbatum enim Hebraicum nomen est; & si vim vocabuli Latine interpreteris, cessatio dicitur: unde sabbatizare, Latino vocabulo, idem est, quod cessare, ac requiescere. Quamobrem D. Cyril. Alexandrinus lib. 4. in Ioannem, c. 8. explanans illum locum Pauli ad Hebraeos 4. *Relinquitur ergo Sabbatum populo Dei, ut etiam illam requiem, ac vitam, quam hic commorantes omni cura, totoque studio inquirimus, in qua peccatis excussis, extirpatisque radicibus, omnibus bonis, ac voluptatibus cum Christo Domino perfruamur, coeleste Sabbatum appellat.* Nec vero solum septimus ille dies, in quo Deus, perfecta, absolutaque creatione mundi, ab omni opere cessavit, ac conquevit, sabbatum in sacris Litteris appellatur; sed etiam tota hebdomada, ob eius dignitatem, ac praestantiam, Sabbati nomine, & appellatione in sacris Litteris decorata est. In quem sensum Phariseus ille, hypocritam suam coram omnibus ostentans, & deuotionem animi sui fingens, apud Lucam 18. sic ait: *Teiuno bis in sabbato: decimas de pauperibus quasi diceret: Teiuno bis in hebdomade, ut egregie interpretatur Catechismus Romanus super hoc praecepto, fol. 445. quem locum vide.*

D. Cyrillus

C A P V T I.

*Vtrum Ecclesia conuenienter mutauerit obseruationem sabbati in diem Dominicam, & quas ob causas. Notantur aliqua scitu digna.*

S V M M A R I V M.

*Tertium praeceptum Decalogi, partim est naturale, partim ceremoniale. Naturale ac morale est, quatenus absolute praecipit cultum Dei. num. 1. Ceremoniale est, quatenus datum est in signum rememoratiuum beneficii creationis: item, quatenus determinat certum tempus, quo Deus coli debet. n. 2. Ceremoniale etiam est, quatenus determinat diem integrum, quo Deus colatur: poterat enim Deus praecipere aliquas horas in die, vel in hebdomade, ad sui cultum. ibid. Ius naturale est idem apud omnes homines, fixum & immutabile: non ita ius positium. num. 3. Ante legem Moysis non erat praeceptum de obseruatione sabbati, etiam apud pios, & religiosos Hebraeos. num. 3. Caput obseruatio sabbati ab eo tempore, quo lex Moysaica promulgata fuit in monte Sina. ibid. Ante legem Moysis non colebatur Deus per obseruationem sabbati, sed per alios modos & ceremonias sacras. num. 4. Reliqua praecepta Decalogi, praeter hoc tertium, adhuc durant in Ecclesia, non ex vi Legislatoris Moysis, sed, quia naturalia sunt, & quatenus naturalia perpetua. num. 5. Apostoli post obitum Christi Domini, sabbatum in Dominicam transferunt: & quare. num. 6. Sabbatum interpretatur requies. Sub eius nomine olim omnes festiuitates intelligebantur: sicut hodie intelli-*

*guntur sub nomine diei Dominici. num. 7. Le: antiqua moris est, & moris ferax, & quare. n. 8. Sabbatum etiam hebdomadam significat. Explicatur aliqua loca sacra pagina num. 9. Explicatur ille locus difficilis Dni Marthae. Vespere autem sabbati, quae lucebat in prima sabbati. num. 10. Explicatur cap. Licet de feriis Iudaei incipiebant numerare septimanam a sabbato; nos autem incipimus a Dominica. num. 11. Quare lex Moysaica coeperit obligare a promulgatione illius in monte Sina. num. 12. Simpliciter & absolute expirauit lex Moysaica cum morte Christi: sed ob ignorantiam huius rei obligauit Iudaeos usque ad Pentecosten. num. 13. Sacramenta legis noua condita fuerunt ante mortem Christi, non tamen habuerunt vim obligandi, nisi post diem Pentecosten. ibid. Refutatur haeresis Cherinibij, Nazarenorum, & Ebionitarum, existimantium legem Moysaicam fuisse aeterna durationis num. 14.*

**N**otandum in primis est, hoc tertium praeceptum Decalogi, partim esse naturale, ac morale, partim humanum, ac positium, seu ceremoniale, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 1. & 1. 2. q. 100. art. 7. ad 2. & 5. Alensis 3. p. q. 32. memb. 2. & Soar. tomo 1. de Rel. l. 2. de obseru. dierum festorum, c. 1. n. 2. p. 424. col. 1. Couarr. l. 4. var. resol. c. 19. n. 6. Nauarr. cap. Inter. 11. q. 3. n. 50. & omnes Theologi ac Summistae, & idem docem Sancti Patres, veluti Irenaeus lib. 4. contra haereses, cap. 13. Aug. lib. de spiritu & litera, c. 16. & alij saepissime Naturale quidem est hoc praeceptum, ac morale, quatenus absolute praecipit cultum Dei externum: dicitur enim ratio naturalis, ut aliquod tempus ad vacandum Deo, ac rebus diuinis impendamus. Unde, quatenus naturale est hoc praeceptum, omnes gentes obligat. Hinc est, quod in omni republica gentilia, praeterita, ac duce lumine naturali, instituti fuerint dies aliquot festi, quos colebant, impensumque certum tempus, quo diis suis vacabant, & sacrificia offerebant, ut latius tradunt Herodotus lib. 2. c. 3. & 4. Plutarch. lib. de Numine. Feneftel. de ritibus Romanorum. & Alexander ab Alexandro l. 5. cap. 7. Unde Marcus Tullius lib. 1. de legibus, ita ait: *Nulla unquam fuit gens, neque tam barbara, neque tam inculta, & immanis, quae, etiam si ignoret, quale Deum habere debeat, tamen habendum non scia.* Irridet tamē Moyses, & Deos, & obsecrationes, & sacrificia Gentilium, Deut. 4. in hunc modū: *Non est alia ratio grandis, quae habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest Dominus Deus noster cunctis obsecrationibus nostris.* Et elegantius Dauid Psal. 113. *Similes illis stant, qui faciunt eis id est, simulacra Deorum, & omnes, qui confidunt in eis. Aurea habent, & non audiunt: pedes habent, & non ambulabunt: manus habent, & non palpabunt.* Et certe, cum homo formatus sit ex corpore & animo, sicut naturale est homini, ut certum quoddam tempus impendat necessariis functionibus corporis, v. c. somno, quieti, vigiliis, & ceteris huiusmodi: sic insitum etiam a natura est illi, ut tempus aliquod functionibus animi & mentis, v. c. orationi, contemperationi, & cultui diuino impendat, quod in ipsa quiete contemperationis mens etiam requiescat, ac veluti coelesti pabulo reficiatur: aded vt tam naturale sit homini dormire, quiescere, comedere, vigilare; quā Deo & rebus diuinis vacare: vt egregie notauit Sayrus in clauis regiae, lib. 7. cap. 1. n. 3. fol. 424. num. 3. & Catechismus Roman. in tertium Decalogi praeceptum. pag. 443. Fuit autem ceremoniale hoc praeceptum, primum, quia datum est in signum rememoratiuum beneficii creationis, vt notat D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. corpore

D. Thom. Alensis. Soarius.

Couarr. Nauar.

D. Iren. D. August.

Herodorus Plutarch. Feneftel. Tullius.

S. v. m. Cat. Rom.

2.

D. Thom. 2.

Sayr. Catech. Roman. Soarius.

ad 1. Sayrus citatus num. 5. & 4. Romanus Catechismus in tertium praeceptum Decalogi, fol. 442. & Soar. lib. 2. de diebus festis, tomo 1. de Relig. cap. 1. n. 8. pag. 68. & Patres communiter ac Theologi; nam, quod hic potius dies sabbati, quam alius, electus sit in signum rememoratiuum beneficii creationis, humanum est, ac ceremoniale; cum electio diei in ceremoniam huius signi ad iudicium, & determinationem humanam spectet. Secundum, quia est ceremoniale, quoad designationem temporis, scilicet, quod non singulis annis, aut mensibus; sed singulis hebdomadis vnus dies designatus fuerit ad cultum Dei: Imò & in ipsa determinatione vnus diei integri, quoad illas integras viginti quatuor horas, quas complectitur ceremoniale est: *A vespere enim in vespere* (Inquit Dei Legislator) *celebrabitis sabbata vestra.* Leuit. 23. nulla enim ratio naturalis dicitur vt integer dies viginti quatuor horarum diuino cultui dicatur. Poterat enim Deus praecipere in singulis hebdomadis dimidium diem, aut aliquas breuiiores horas; vnde patet fuisse illam circumstantiam temporis de iure tantum diuino positiuo, quod ad ceremonias spectat; quauis non sit negandum, habuisse illam, morale quandam, ac naturalem congruentiam, non necessitatem, vt, videlicet, diuinus cultus publicus, esset diuturnior, ac solennior; & ita Dei Ecclesia hanc circumstantiam vnus integri diei viginti quatuor horarum circa diuinum cultum imitata est in suis festiuitatibus, vt optime notat Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 1. n. 9. pag. 268. Quarto denique, fuit hoc praeceptum positium ac ceremoniale, quoad ortum & cessationem ab operibus feruilibus: nam etiam poterat Deus, si vellet, in rebus alijs, v. c. in sacrificiis & orationibus, ponere, ac statuere cultum, quo honorari deberet, & non in otio, & cessatione ab huiusmodi operibus; conuenienter tamen in hac cessatione cultum sibi deferendum stabiluit, vt homines promptiores, ac expeditiores essent, vt diuino cultui vacarent, iuxta doctissimum Soarium tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 1. n. 1. num. 10. pag. 269.

Soarius.

Soarius.

3.

Notandum secundum, ius naturale, ac morale idem esse apud omnes gentes, fixum, immutabile, stabile, ac permanente. Ceremoniale autem ac positium mutabile esse, ac variabile, iuxta mutationem, ac variationem temporum; sunt enim naturalia eadem apud omnes, vt risus, luctus; non tamen eadem leges, aut ceremoniae: vnde, cum obseruatio sabbati, quoad designationem, & electionem huius potius diei septimi, quam alterius, mere sit ceremonialis, & positua; idcirco ante legem Moysis, nullum erat praeceptum de obseruatione illius, etiam apud pios, & religiosos Hebraeos, sed alijs modis Deum colebant. Enimvero ante Abraham nulla erat sabbatorum obseruatio: non enim a natura ad id edocti, aut instituti sumus; vt illo die potius, quam alio, externum Deo cultum tribuamus; sed ex eo tempore, quo lex Moysaica in monte Sina promulgata fuit, & quo populus Israeliticus a Pharaonis seruitute liberatus est, dies sabbati obseruari coepit, vt docet Catechismus Roman. super tertio Decalogi praecepto, fol. mihi 442. Eusebius lib. 1. Hist. cap. 4. post Diuum Irenaeum lib. 4. cap. 30. & c. 42. & Terullianus lib. contra Iudaeos, c. 2. & post alios Damascen. lib. 4. de fide orthod. c. 24. & nos dicemus postea n. 12. Neque obstat illud Genes. 2. *Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum,* ex quo videtur, iuxta aliquorum interpretationem, ex tunc dedicasse Deum diem illum ad suum cultum: non enim videtur posse esse alia illa benedictio, quam quaedam designatio, ac dedicatio ipsius diei septimi ad vacandum Deo, & cessandum ab operibus feruilibus: nam, vt optime responderet Abulensis ibi, q. 4. illud *P. Steph. Fernandez in quinque praec. Eccl.*

dicitur accipiendum est per anticipationem, vt est frequens vsus sacrae Scripturae. Deinde dicendum est, ex tunc dedicasse Deum diem illum ad suum cultum in mente sua, ac proposito, non in executione: quia tunc posuit Deus fundamentum illius sanctificationis, cum septimum diem condidit, non tamen promulgauit legem, aut obligationem obseruationis ipsius sabbati, vt optime adnotauit Soar. Soarius. tomo 1. de Relig. cap. 2. num. 3. pag. 26.

Ex dictis numero praecedenti manifestè colligitur differentia inter hoc tertium Decalogi praeceptum, & inter alia nouem: nam hoc praeceptum de obseruatione sabbati non dabatur ante legem Moysae, sed per alios modos & ceremonias sacras Deus ante legem tunc colebatur, atque aded neque Hebraeos tunc Moyses obligabat: obligabant vero caetera praecepta Decalogi, vt colligitur ex illo Pauli ad Rom. 2. *Genes, quae legem non habent, naturaliter eas, quae legis sunt, faciunt.* In quo satis ostendit D. Paulus, reliqua omnia praecepta Decalogi naturalia esse, cum apud omnes gentes sed per fixa ac stabilia durauerint; non autem istud tertium quoad determinationem huius diei.

Notandum tertio, reliqua omnia praecepta, quae duabus tabulis Moysis continentur, praeter hoc tertium de obseruatione sabbati, quod mutatum est in diem Dominicam, adhuc durare, & obligare in Ecclesia Dei post Aduentum Christi Domini; non, quia Moyses ita iusserit, nec ex vi sui Legislatoris Moysis; sed, quia naturalia sunt, & quatenus naturalia obligant omnes homines, vt optime notauit Catechismus Romanus in tertium Decalogi praeceptum, fol. 442. Quomodo enim leges Imperatorum Romanorum hodie obligant Lusitanos, non ex vi, & auctoritate suorum Legislatorum, cum regnum Lusitanum illis non pateat, nec Reges huius regni Imperatoribus sint subditi, sed quia Reges Lusitani propter primam dictamina moralia, quae iuxta rectam rationem continebant, illas volunt approbare: sic reliqua praecepta Decalogi hodie obligant; quia naturalia sunt, non quidem ex vi sui Legislatoris Moysis, sed ex vi naturalis rationis, quam continent. Vide num. 12. & 13.

Ex dictis n. 1. & 2. constat, sabbati sanctificationem, obseruationemque, & quoad electionem illius potius diei, quam alterius, & quoad integritatem totius diei, esse ceremoniale, & cadere sub praecepto humano. Hinc est, quod apostoli post obitum Christi Domini, diuino ducti consilio, sabbati obseruationem in Dominicum diem transferunt, ob memoriam resurrectionis Christi Domini, qui die Dominico a sepulchro, vbi conditus fuerat a Iudaeis, gloriosus & immortalis surrexit. Vnde Ioannes Apostolus in Apocalypsi, Dominici diei meminit: ita enim ait Apocalypsis 1. *Fui in spiritu Dominica die, & audiui post me, &c.* Et Paulus Apost. 1. Corinth. 16. *per vnam sabbati* (quae est dies Dominica, vt D. Chryf. hom. 43. super primam ad Corinthios interpretatur) collectas fieri iubet. Causas autem, ob quas Apostoli diem sabbati in Dominicum potius, quam in aliam diem transferunt, videre poteris apud Sayrum in clauis regia, l. 7. c. 1. n. 6. §. *Tertio de Sayr. nique, fol. 425. col. 2.* Prima & praecipua fuit, vt ait Aug. serm. 151. de tempore, & Epist. 119. ad Iacob. *Aug. nuarium, c. 13. & serm. 154. item de tempore, & Leo D. Leo. Papa Epist. 81. ad Dioscorum, & Toler. l. 4. Summae Papa. c. 24. & idem Sayrus loco allegato, & Catechismus Toler. in tert. Decalogi praeceptum, fol. 443. fine, & 448. Sayrus. initio, & passim omnes Patres ac Theologi, quia ea die Dominica Christus Dominus surrexit. Hebraei enim non acceperunt maius beneficium creatione, & ided diem sabbatum, in quo Deus a creatione hominis, & a reliquo opere creando cessauit, in memoriam tanti beneficii obseruabant. At vero*

4. Quomodo colere tur Deus ante legem tunc Moyses.

Catech. Romanus.

6.

D. Chryf.

D. Aug. nuarium, c. 13. & serm. 154. item de tempore, & Leo D. Leo. Papa Epist. 81. ad Dioscorum, & Toler. l. 4. Summae Papa. c. 24. & idem Sayrus loco allegato, & Catechismus Toler. in tert. Decalogi praeceptum, fol. 443. fine, & 448. Sayrus. initio, & passim omnes Patres ac Theologi, quia ea die Dominica Christus Dominus surrexit. Hebraei enim non acceperunt maius beneficium creatione, & ided diem sabbatum, in quo Deus a creatione hominis, & a reliquo opere creando cessauit, in memoriam tanti beneficii obseruabant. At vero

Apostoli, quia populus Christianus beneficium redemptionis accepit, quod Christus Dominus in die Dominica resurgendo perfecit, & est multo maius ipso beneficio creationis, ideo obseruationem sabbati in memoriam illius, in diem Dominicam transmutauerunt. Et quia eo die missus fuit Spiritus sanctus, Act. 2. n. 12. Et quia in ea ipsa die resurrectionis resurrectio extremi fiet Iudicij, cum Christus Dominus ad indicandum orbem venerit, Act. 2. n. 18. Hinc D. Aug. serm. 7. de resurrectione, de hac die ita ait: Quomodo Maria Virgo inter omnes mulieres primatum tenet; ita inter ceteras dies, hac omnium dierum maior est. Hac est illa dies, in qua Synagoga finitur, conuersa enim sabbati gratia, & antiqua illius populi festiuitas Iudaeorum, in diei istius solennitate mutata est. Hae ille.

D. August.

7.

Tolet. Caiet. Rom.

D. Ignat.

8. Lex antiqua qua dicatur mortua & mortifera. Soarius

Et quemadmodum apud Hebraeos olim sub nomine sabbati, cuius interpretatio est requies, & cessatio à laboribus, vt diximus in praefatione huius libri, omnes aliae festiuitates, quas Iudaei olim colebant, intelligebantur: sic hodie apud nos, nomine diei Dominicae, omnes festiuitates intelliguntur, quas Ecclesia per totius anni cursum, ac decursum obseruat, vt docet Toletus lib. 4. Summae, cap. 24. & Catechismus Romanus super tertium Decalogi praecipuum, fol. 448. Vnde, sicut diem sabbati, & alias Iudaeorum caeremonias, ita etiam & festiuitates illorum, sancta Dei Ecclesia & Apostoli abrogare voluerunt, & in alias transmutare, ne cum illis populus Christianus Iudaismum tenere videretur: sic mutata circuncisione, res eadem in Baptismum migravit: vnde, qui hodie diem sabbati, & solennitates Iudaeorum voluerit obseruare, Iudaeus merito reputabitur, vt docet D. Ignatius Epistola ad Philippenes, vbi sic: Ad hac confessor Episcopo, & Presbyteris in Domino, si quis cum Iudaeis celebrat Pascha, aut synagoga festiuitatis eorum recipit, pariceps est eorum, qui Dominum occiderunt, & Apostolos eius. Sed de hac re statim redibit sermo numero sequenti.

Notandum est quartò, legem veterem mortuam esse, & mortiferam. Dicitur mortua, quia iam exspirauit: dicitur mortifera, quia scelus est & peccatum mortale, illius ritus ac caeremonias obseruare, vt notat Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 1. n. 12. fol. 269. col. 2. §. Circa rationem. Ratio verò, ob quam lex illa exspirauit, ea est: quia non fuit lata in perpetuum, sed vsque ad Christi consummationem, vt Paulus dixit ad Galat. 3. interrogans sic: Quid igitur lex? & respondens sic: Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, &c. Ratio autem, ob quam mortifera sit, est: quia lex illa erat umbra & figura futurorum; & ideo adueniente luce, & veritate Christi, rectissime prohiberi debuit ab Apostolis, quia iam eius significatio, atque professio falsa erat.

Obiicies, sabbatum obseruabatur olim apud Iudaeos in memoriam beneficij creationis, vt probauimus n. 6. ergo significatio obseruationis sabbati Iudaeorum non erat de futuro aliquo mysterio Messiae venturi: ergo non fuit umbra, aut figura alicuius mysterij Christi: ergo etiam hodie potest licite obseruari sabbatum Iudaeorum sine iniuria Christi, in memoriam beneficij creationis. Accedit, quòd Alexander III. in cap. Licet, de feriis, postquam dixit: Licet iam veteris, quam noui Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem deputauerit, statim addidit, quòd iam eum diem septimum, quam alios dies Maiestati altissimo deputatos, necnon natalicia sanctorum Martyrum Ecclesia decreuerit obseruanda. Ergo non solum in veteri, sed etiam hodie in noua lege, iuxta sacros Canones sabbati requies, & obseruatio, tanquam religiosa, ex Ecclesiae praeepto retinenda est & obseruanda Denique,

quia Actorum 20. dicitur, Paulum vna sabbatorum conuenisse ad frangendum panem: & idem habetur 1. ad Corinth. cap. 16. & clarius Actorum 13. Ingressus est Paulus Synagogam in die sabbati, ad docendum, & predicandum.

Ad primam rationem respondendum est cum Soario tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, n. 13. Soarius. fol. 270. col. 1. omnino illicitam esse nunc, & mortiferam obseruationem sabbati eodem modo, quo olim Iudaei illud obseruabant, in memoriam beneficij creationis, & iustissime ab Apostolis fuisse prohibitam per translationem illius in diem Dominicam, vt constat ex vsu, & traditione Ecclesiae, & prohiberi hodie in detestationem Iudaicae caecitatis, ne videatur Ecclesia Iudaicis ritibus consentire, vt diximus ex Diuo Ignatio n. 7. & ideo suspecti meriti habeantur & de Iudaismo illi, qui sabbatum custodiunt: nam Actorum 15. conuocato Concilio Apostolorum super eam quaestionem, vt vtrum necessarium esset circumcidi fideles recenter ad fidem conuersos, & obseruari sabbatum & legem Moysis; condemnata fuit sententia ore Apostolorum, quae id asserbat. In hunc enim modum canonem de fide pronuntiauit Petrus, tanquam omnium Apostolorum caput: Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, & paulò antè dixerat: Per gratiam Domini nostri IESU Christi credimus saluari nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, id est, eorum, qui conuerterantur; quòd neque Patres nostri, neque nos portare possumus? Declararunt ergo Apostoli circuncisionem, sabbatum, & reliquas caeremonias Iudaeorum esse sublatas: quomobrem, qui illud obseruant, merito praesumuntur, ac censentur ex obligatione legis veteris illud obseruare, ac subinde spiritu Iudaico duci. Deinde, quia Ecclesia absolute prohibet obseruationem sabbati, vt patet ex c. 1. & c. Peruenit. de consecrat. dist. 3. & ex continua, ac constanti traditione Ecclesiae, & ex mutatione sabbati in diem Dominicam, ac proinde illicita est, & mortifera huiusmodi obseruatio sabbati: nam, licet significatio beneficij creationis hodie duret, & licet haec obseruatio in memoriam huius beneficij non fuerit signum, ac figura Messiae venturi, & ideo falsitatem non contineat, si hodie colatur; semper tamen sapit obseruationem legis Moisaicae, & saltem in obliquo indicat vel mutationem Ecclesiae non fuisse congruenter factam, vel beneficium resurrectionis non fuisse hominibus collatum, vt docet idem Soar dicto tomo 1. de Religione, loco allegato. Adde, quòd etiam, Diuo Paulo teste ad Colossenses 2. obseruatio sabbati erat umbra, & significatio futurae quietis Christi in sepulchro, & ideo semper falsitatem aliquam continebit ea obseruatio, si modò fiat, cum Christus iam venerit, & iacuerit in sepulchro; & illa significaret, venturum Christum, & iaciturum. Praeterea, inconuenienter id significaret: nam hodie potius lacrymis, & ieiuniis memoria Christi mortui decoranda est, vt tradit Innocentius Papa Epist. 1. 1. ad Decentium, cap. 4. & refertur in capite, Sabbato, de consecrat. dist. 3. quàm gaudio & iactantia ipsius sabbati, qui mos memorandi ac celebrandi Christi obitus in sepulchro, ieiunio & lacrymis, antiquissimus est in Ecclesia, vt constat ex Diuo Hieronymo Epistola 97. ad Augustinum, & ex Augustino Epistola 86. & 118.

Innocent. Papa.

D. Hieron. D. Aug.

Ad locum Diui Lucae Actorum 20. vbi dicitur, conuenisse Paulum vna sabbatorum ad frangendum panem; Respondeo cum Lorino, viro doctissimo, ad eundem locum ibi, sabbatum, vel sabbata poni pro hebdomade: sabbatum enim etiam in sacris Litteris hebdomadam significat: vnde est illud Pharisaei apud Lucam 18. Ieiunio bis in sabbato, hoc est,

in hebdomada, vt interpretatur Catechismus Romanus super tertium praecipuum Decalogi, fol. 445. & vnam poni pro prima, vel primo die hebdomadis, qui est dies Dominicus: & de die Dominica, quae est prima hebdomadis dies, interpretatur etiam hunc locum Diuus Chryostomus in Actis Apostolorum, & D. Aug. Epistola 86. Sic etiam in prima ad Corinth. cap. 16. cum dicitur: Per vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat, (collectas, scilicet) recondens, quòd ei bene placuerit, communis expositio est de die Dominica, in qua Christiani conuenire solebant in Ecclesiam, vt explicat D. Hieronymus lib. contra Vigilantium, cap. 5. & Epistola 150. ad Hedibium, quaest. 4. Et ita etiam explicat hunc locum Soarius tomo 2. de Religione cap. 1. de diebus festis, n. 16. in fine, fol. 271. col. 2. vbi testatur, communem hanc esse explicationem Diui Anselmi, Diui Thomae, Caietani, & aliorum. Die ergo Dominico accedebat, & conueniebat Paulus in Ecclesiam, ad quam Christiani conuenire solebant, ad frangendum panem, hoc est, ad porrigendam Eucharistiam fidelibus, vt habetur in Syro Chaldaeo. Et de Eucharistia intelligit etiam hunc locum D. August. Epistola 86. & Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 14. & lib. 3. de cultu Sanctorum, cap. 1. & Valentia lib. de legitimo vsu Eucharistiae, cap. 8. & ex eo loco colligit Bellarminus celebritate diei Dominicae, & eo praesertim die fuisse solum Missae sacrificium: Valentia verò ex eodem loco colligit vsum Eucharistiae in specie panis duratam eo tempore. Thomas Bozius de signis Ecclesiae, cap. 3. de Eucharist. etiam interpretatur hunc locum, & Baronius tomo 1. Annalium. Alij verò praecise de refectione corporali, vt Tyrannus ibi. Carthus. & D. Chryost. atque Chryostomus sibi videri, quòd etiam ad mentiam sedens Apostolus docuerit, tradideritque, vt nos omnia pro accessoriis haberemus. Et ad hunc modum explicandum est locus Diui Pauli Actorum 13. num. 44. vbi dicitur Paulus ingressus Synagogas Iudaeorum ad predicandum verbum Dei, ibi: Sequenti vero sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei, id est, sequenti Dominica. Et verò, si id intelligamus de sabbato Iudaeorum, parum refert: quia licitum erat Paulo Synagogas Iudaeorum ingredi eo die, non vt sabbatum cum Iudaeis coleret; sed, vt eos confunderet, & vi praedicationis conuerteret.

D. Hieron.

Soarius.

D. Aug. Bellarm. Valentia.

Bozius.

Carehus. D. Chryf.

10.

Lorinus. Azor.

Ex dictis lux additur ad eum locum satis difficilem Matth. cap. 28. num. 1. Vespere autem sabbati, quae iussit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria, videre sepulchrum, totus enim hic orationis contextus, nihil aliud significat, quàm primum diem hebdomadis, quae fuit Dominica resurrectionis Christi: est et phrasia Hebraea: nam Hebraei memorabant diem festum à vespere in vespere, iuxta illud Leuitici 23. A vespere vsque ad vespere celebrabitis sabbata vestra, & sic terminum 24. horarum, comprehendent noctem & diem, appellabant diem. Sic Genes. 1. Factum est vespere, & mane dies vnus; id est, nox & dies integrant vnum diem 24. horarum. Sic explicat Lorinus Act. 20. versu 7. & Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 1. fol. 8. col. 2. versu, Decimo queritur. Quare, cum vespere sabbati dicit, non vespertinum tempus intelligit, quòd currit inter diem, & noctem; sed vltimam partem sabbati, seu vltimam partem hebdomadis Iudaeorum, quae vltima pars erat primum mane Dominicae resurrectionis, quo elucescente dicuntur mulieres venisse ad sepulchrum: nam Hebraei solent etiam appellare vespere, non solum vespertinum tempus, sed etiam totam noctem subsequentem, & vltimam partem noctis, quae est vicina aurora diei, & primum mane sequenti diei, & P. Steph. Fernandez in quinque praec. Eccl.

sic venerunt primo mane Dominicae resurrectionis sepulchrum videre, seu, vt explicat Maldonatus ad eum locum Diui Matthaei ex Gregorio Nysseno, D. Gregor. Nyssen. oratione 2. de resurrectione, transacto iam sabbato Iudaeorum.

Ad cap. Licet, de feriis, respondeo, noluisse ibi Alexandrum tertium, quòd ritus, & obseruationes legis veteris, & sabbatum illius, simul obseruentur cum die Dominica legis gratiae; id enim absurdum esset: sed locutum fuisse Summum Pontificem de die Dominica, id est, de septimo die deurato ad quietem; sensumque esse, vt runque Testamentum approbasse morem deputandi ad quietem corporis septimum quenque diem hebdomadae: quòd est formaliter deputare septimum diem; licet materialiter non sit idem dies ad hanc quietem pro diuino cultu deputatus, cum lex antiqua deputauerit sabbatum in diuinum cultum; noua autem diem Dominicam. Sic explicat Soar. lib. 2. de diebus festis, tomo 1. de Relig. cap. 1. n. 15. fol. 271. col. 1. Vnde Iudaei incipiebant numerare septimanam à suo sabbato deurato ad cultum diuinum: nos autem incipimus eam numerare à die Dominica.

Restat modò inquirere ad pleniorum doctrinam, quo tempore inceperit lex Moisaica, quanto tempore durauerit, & quo exspirauerit? Incepit, quando, egresso populo de Aegypto, creptoque de durissima Pharaonis seruitute, promulgata fuit à Moysè in monte Sinai; quantum aliqua eius praecipua praeserferint Patribus antiquis à Deo tradita, veluti praecipuum circuncisionis, & forte aliqui sacrificiorum ritus. Ita docent communiter Theologi, D. Th. 1. 2. q. 98. art. 6. corpore. Petrus Lorca 1. 2. tom. 2. disp. 34. de legibus, §. Quod attinet ad mirum obligationis, fol. 332. colum. 1. Azor tomo 2. Inst. moral. cap. 1. quaest. 3. fol. 3. & omnes, quos citauimus num. 3. Et ratio, ob quam in egressu potius Aegypti, quam alio tempore promulgata fuerit ea lex, & coepit, est optima: nam, vt ait D. Thomas citatus, tunc temporis maior erat illius necessitas: commisti enim fuerant Hebraei gentibus, & illarum mores ac gentilicos ritus imberbant, iuxta illud Psalmi 105. Commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Vt ergo in timore & amore Dei permanerent, ac gentilicos mores exuerent, opus erat, vt freno legis cohiberentur; & ideo, vt timerent, promulgata fuit ea lex inter tonitrua & fulmina; vt amarent, inter splendorem vultus Moysi. Praeterea non decebat, vt populus ille legem acciperet, quandiu sui iuris non erat, & in captiuitate permanebat; nec ita auctus erat, vt perfectam rempublicam constituere posset: nam lex non paucis hominibus; sed magnae communitati & liberae apta est.

Exspirauit huiusmodi lex simpliciter, & absolute in morte Christi Domini: sed ob ignorantiam hominum rei obligauit Iudaeos vsque ad diem Pentecostes; quia tunc publice promulgata fuit, & praedicata per Apostolos lex euangelica: nam, licet euangelica lex, & Christiana Sacramenta, & condita fuerint, & multum profuerint ante Christi mortem; tamen non habuerunt vim obligatiuam praecipui, nec sub illo obligauerunt, nisi post promulgationem solennem: promulgatio autem solennis facta fuit die Pentecostes: est enim promulgatio de essentia legis. Ita docet Concilium Trid. sess. 6. cap. 4. loquens de Baptismo. Bellarm. de Sacramento Baptismi, lib. 1. cap. 5. §. Quarta propositio, tomo 2. fol. 242. col. 2. Petrus Lorca 1. 2. tomo 2. disp. 34. de legibus, fol. 533. §. Certa tamen, col. 1. vbi dixit, certa fide credendum esse, antiquatam fuisse legem, cum Euangelium introductum est: introductum autem fuit Euangelium, cum Apostoli, post Aduentum Spiritus sancti,

Conc. Tr. Bellarm. Lorca.



sancti, publice & palam id praedicare coeperunt in die Pentecostes. Probat verò Bellarm. hanc doctrinam his rationibus. Prima, quia lex vetus viguit vsque ad Christi mortem: ab eo autem tempore, neque Christus, neque Apostoli publice locuti sunt. Secunda, quia non debuit promulgari lex noua gratiae, nisi completis ac consumatis omnibus mysteriis Redemptionis nostrae: completa autem fuerunt haec mysteria in ascensione Christi Domini. Tertia, quia prima concione, quam habuit D. Petrus Act. 2. in ipso die Pentecostes conueniunt omnes conditiones requisite ad promulgationem solennem: nam habita est in vrbe regia Hierosolyma, praesentibus omnibus hominibus omnium nationum, vt sanctus Lucas Euangelista testatur Act. 2. à summo & maximo praecone Euangelij, Diuo Petro: & in ea concione comprehensa fuerunt praecipua capita totius doctrinae Euangelicae. Denique, continuè etiam coepit vsus Sacramentorum. Tandem, quia lex vetus promulgata fuit in monte Sina, die quadagesimo post primum Pascha Iudaeorum: ergo lex noua promulgari debuit die quadagesimo post primum Pascha Christianorum: fuit enim illa promulgatio legis veteris figura promulgationis legis nouae, vt testatur D. August. Epistola. 119. & D. Leo serm. 1. de Pentecoste.

D. Aug.  
D. Leo  
Papae.  
14.

Ex dictis confutata manet haeresis Nazaranorum, Cherinchi, & Ebjonitarum, qui existimarunt legem Moisaicam fuisse aeternae durationis, ac proinde durare, & obligare adhuc post mortem Christi: fuit enim umbra tantum, & figura legis nouae: vnde apparente lege noua debuit necessarid euanescere, sicut euanescent umbræ apparentes, ac elucescente Sole. Nec fuit necessarium aliquod reuocationis decretum, sed lapsu temporis per se desit, quia fuit lata in tempus, & vsque ad tempus certum, & determinatum, quod satis manifestant illa verba Pauli ad Hebraeos 7. *Transito enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat, & claris ad Galatas 3. Lex propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat.*

CAPVT. II.

*Vtrum dies Dominica sit de iure diuino: quam ob causam Ecclesia dies festos instituat: & vtrum transferantur quoad opera seruilia, an solum quoad Horas canonicas: & an ex privilegio possit quis ordinari in tribus diebus duplicibus non festis: & quid de translatione Indulgentiarum.*

SVMMARIVM.

*Encomia diei Dominicae. num. 1.*  
*Refertur prima opinio affirmans esse de iure diuino. n. 2.*  
*Refutatur. num. 3.*  
*Respondetur ad fundamenta primae opinionis. n. 4. & 5.*  
*Respondetur ad auctoritatem Doctorum primae opinionis. num. 6.*  
*Reliquae festiuitates omnes, & dies festi, quos Ecclesia toto anno collit, de iure etiam sunt humano, non diuino. num. 7.*  
*Quam ob causam dies Dominica moraliter immutabilis sit, cum tamen sit de iure humano, non diuino. n. 8.*  
*Assignantur causas, ob quas Ecclesia dies festos instituat. num. 9.*

*Transferuntur dies festi quoad Horas canonicas, non quoad operum seruilium cessationem. num. 10.*  
*An Indulgentia concessa alicui die festo transferatur festo, transfacto. ibid.*  
*Refertur prima opinio docens, non posse quemlibet ex privilegio Apostolico ordinari in tribus diebus duplicibus non festis. num. 11.*  
*Astruitur & confirmatur secunda tanquam verior. num. 12.*  
*In Religiosis aliquarum Religionum de hoc dubitari non potest, propter earum privilegium. num. 13.*

Varia sunt encomia, quibus Patres, & Doctores diem offerunt Dominicam. Regalem illam & eminentissimam appellat D. Ignatius Epist. 3. ad Magnesianos, ibi: *Pro sabbati ratione diem festum celebret omnis Christianus Dominicam resurrectionis Regalem & eminentissimam omnium dierum.* Diem libertatis appellat D. Clemens lib. 7. Constituit. cap. 71. ibi: *Die, inquit, resurrectionis, quem Dominicum dicimus, conuenite sine ulla conuentus intermissione, ad agendas. Deo gratias, & profitenda beneficia, quibus nos Deus per Christum affectu, cum liberauit nos ignorantia, errore, vinculis.* Ex his encomiis & aliis, quae videre poteris apud Soarium tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 4. num. 6. fol. 276. col. 1. apud Eusebium lib. 4. de vita Constantini, cap. 18. & 19. vbi refert Constantinum Magnum Apostolicam traditionem amplectentem, diem hunc religiosissimè obseruasse, & obseruandum praecipisse: apud D. Augustinum serm. 157. de tempore. apud Tertullianum in Apologetico, cap. 16. & lib. de corona militis, cap. 3. & apud Concilium Carthagenensè IV. canone 64. vbi dicitur non esse illum Catholicum credendum, qui die Dominico ieiunat. existimarunt nonnulli Doctores obseruationem diei Dominici esse de iure diuino, non humano.

Et quod de iure diuino sit, docet expressè Autor supplementi ad Summam Pisanam, verbo: *Summa Dominicae*, in additione; Angel. verbo, *Feris*, num. 3. vbi dicit esse, quasi iure diuino. Syluest. verbo, *Dominica*, quaest. 1. §. 7. simpliciter id affirmat, vbi alias etiam festiuitates ponit, quas de iure diuino esse dicit: vt Natalitium Domini, Pascha, Pentecosten, Ascensionem, Epiphaniam, Assumptionem Beatae Virginis, & alias. Abbas in cap. *Licet*, de feriis, hoc etiam indicat: nam ex dispensatione huius praecipi infert posse etiam dispensare Papam in omnibus praeciptis iuris diuini. Et verò multum refert scire, an obseruatio diei Dominicae de iure diuino sit, an humano: nam, si de iure diuino naturali sit, non poterit per consequentiam mutari, aut abrogari, in eis enim praeciptis, quae de iure diuino naturali sunt, consuetudo locum habere non potest, vt aliquid tollat, aut immutet, vt optime docet Syluest. dicto verbo, *Dominica*, n. 3. §. *Septimum*. Azor. tomo 2. lib. 1. Inst. moral. cap. 2. quaest. 2. & idè Syluester modò allegatus docet, nulla consuetudine variari posse diem Dominicam quoad tempus festiuitatis 24. horarum quia hoc tempus, inquit, est de iure diuino: posse tamen consuetudine transferri in alium diem, quia haec translatio ex lege postposita pendet, non diuina. Fundamentum horum Doctorum est, quia supponunt huiusmodi Doctores dedicationem septimi cuiusque diei ad diuinum cultum esse de iure diuino & naturali, & putant mutationem ac translationem diei sabbati in diem Dominicam esse in lege gratiae ex diuina institutione. Confirmant hanc suam opinionem: quia alias posset festum hoc mutari, & abrogari per legem humanam, aut consuetudinem, quod tamen in die Dominica non est concedendum, quia haecenus mutata

D. Ignat.

D. Clem.

Soarius.

Eusebius.

D. August.

Tertullia.

2.

Summa

Pisanae

Angeli.

Syluester.

Abbas.

Azor.

mutata non fuit, quod indicium est esse iuris diuini, vt communiter Doctores docent ad cap. *Licet*, & ad cap. *Conquestus*, de feriis. Ergo est de iure naturali & diuino.

Dicendum est tamen, obseruationem diei Dominici, & quoad dedicationem temporis 24. horarum, & quoad electionem diei Dominici potius quam alterius cuiuscunque diei, esse de iure humano & canonico, non diuino & naturali. Ita docet Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 4. num. 8. & D. Thom. 2. 2. quaest. 122. art. 4. ad 4. Caietanus ibidem, Maior in 3. dist. 37. quaest. 19. Astensis in Summa, lib. 1. titulo 22. art. 3. D. Anton. 2. part. tom. 9. cap. 6. Bonauent. in 3. dist. 37. circa literam. Sotus lib. 2. de iust. quaest. 4. ad 2. VValdensis de Sacramentalibus, titulo 37. quaest. 140. Turrecrem. in cap. 1. de consecrat. dist. 3. Nauar. in manual. Lat. cap. 13. num. 1. Tabiena verborum, *Dominica*, num. 2. Rosella ibi. num. 1. Armilla ibi. num. etiam 1. Azor. tomo 2. lib. 1. Inst. moral. cap. 2. quaest. 2. Albertinus. lib. 6. de haeresibus, versiculo, *Quintus error*. D. August. serm. 157. de tempore. Archidiaconus in cap. *Ieiunia* de consecrat. dist. 3. Catech. Roman. in tertium Decalogi praeciptum, fol. 442. Et fundamentum est primò, quia, quamuis infitum nobis sit à natura, vt aliquod tempus ad colendum Deum impendamus, tamen non ita à natura edocti sumus, vt illum per hunc potius cultum externum, quam alium, aut, vt hoc potius die, quam alio colamus: totum ergo hoc negotium spectat ad iudicium humanum. Secundò, quia est contra regulam communem in Ecclesia tot saeculis obseruatam & confirmatam, quòd, videlicet, in lege gratiae nulla sint data specialia praecipta diuina de his accidentalibus obseruariis, ac caeremoniis, quibus Deum colamus, sed tantum de substantialibus, quae sunt fides, Sacramenta, & Sacrificium: reliqua enim dispositio Pastorum relicta sunt, ac proinde ex solo praecipto, & iure canonico Ecclesiae, est determinatio diei Dominicae, ad diuinum cultum, & eodem iure mutata est obseruatio sabbati in Dominicam. Tertio, quia fundamenta contrariae opinionis ad summum probant hoc praeciptum Dominicae obseruationis non incipisse à lege scripta Ecclesiae, sed à traditione Apostolorum: nam, quòd ex tunc coepit consuetudo obseruandi diem Dominicam, aperte conuincitur ex Patribus: & quidem probabile satis est, eam, obseruationem fuisse ab Apostolis verbo tenus tunc praeciptam, vt animaduertit Soar. allegatus, & à toto populo Christiano postea receptam, vt ipse necessarium ad religionem Christianam, & morum honestatem, & sub hac existimatione haecenus durasse consuetudinem hanc obseruandi hanc diem Dominicam, quae legibus scriptis postea confirmata fuit, vt constat liquidò ex cap. *Primo*, & cap. *Sabbato*, de consecrat. dist. 3. & ex cap. *Quoniam*, & ex cap. *Licet*, & cap. *Conquestus*, de feriis, & ipsi etiam Imperatores eam confirmarunt suis legibus, vt patet ex toto titulo, de feriis, praesertim lege 2. & leg. *Omnes dies*, vbi post alias praecipuas festiuitates subditur: *Et dies Solis, quos Dominicos rite dicere maiores pari necesse est habere reuerentia*, & in lege vltima ita dicitur, *Dominicum diem ita semper venerandum decernimus, vt à cunctis executionibus excusetur*.

Soarius.  
D. Thom.  
Caietan.  
Astensis.  
D. Anton.  
D. Bonau.  
Sotus.  
VValdens.  
Turrecr.  
Nauarr.  
Tabiena.  
Rosella.  
Armilla.  
Azor.  
Albertin.  
D. August.  
Archidia.  
conus.  
Catech.  
Roman.

4.

Ecclesiae tam propinqua & consentanea legi naturali, & tam inueterata consuetudine obfirmata, vt moraliter loquendo, per consuetudinem, aut legem, ac potentiam humanam conuenienter tolli, ac mutari non possint; licet dispensari in particulari aliquando possint: & per hoc posterius satis colligitur, non esse iuris diuini; tum, quia illud genus moralis immutabilitatis oritur ex qualitate materiae; tum, quia moraliter non potest occurrere rationabilis causa abrogationis. Exemplum simile est in lege decimarum, & in lege ieiunij Quadragesimae: Ita responderi Soares tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 4. num. 9. & Azor. tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 2. q. 6.

Dices: Maior est auctoritas Dei, quae praecipit obseruationem sabbati, Exod. 20. & Genes. 2. *Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum*, quam auctoritas Apostolorum, quae praecipit obseruationem Dominicam; & tamen obseruatio sabbati mutata est in diem Dominicam, ergo etiam & obseruatio Dominica mutari potest in alium diem, moraliter loquendo. Respondet cum Soario, hanc moralem immutabilitatem non fundari in auctoritate & potestate ipsius, immediati Legislatoris, sed fundari in materia & in ratione talis determinationis huius diei ad cultum externum Dei: nam in primis Deus initio mundi non decreuit, nec determinauit sabbati obseruationem, statendo illam lege aliqua perpetua ac indispensabili, sed temporanea, id est, durante statu illius populi, donec veniret semen, cui promiserat, vt ait D. Paulus: & idè adueniente eo tempore, per se cessauit, non ex defectu potestatis, aut voluntatis ipsius Legislatoris: Deinde; quia, cum Deus à principio sanctificauit diem sabbati, non promulgauit legem, aut obligationem perpetuam ipsius sabbati, sed posuit fundamentum ipsius sanctificationis, cum septimum diem condidit: at verò praeciptum hoc Ecclesiasticum de sanctificatione, & obseruatione Dominicae latum fuit sine temporis differentia, ac proinde quantum est ex se, latum fuit in perpetuum, quia Ecclesia Christi de se est perpetua; & utilitas huius praecipi de se est etiam perpetua. Denique, quia praeciptum illud legale de obseruatione sabbati includebat ordinem ad mysterium futurae resurrectionis Christi, quae aliquando debebat desinere esse futura, & incipere esse praesens; & idè ex eo tempore, quo praesens esse coepit, oportuit abrogari tale praeciptum: at verò hoc Ecclesiasticum praeciptum innititur in mysterio resurrectionis Christi iam factò & praeterito, quod vt sic immutabile est, nec enim potest Christus non resurrexisse.

Ad auctoritatem Abbatis, Syluestri, & aliorum Doctorum asserentium obseruationem diei Dominicae esse de iure naturali, & diuino: respondeo, eos ius diuinum late & amplissimè sumere, solent enim iuris Canonici & Ciuiles Interpretes ius diuinum appellare aliquando omnia praecipta, etiam caeremonialia, quae in lege veteri reperiuntur: quicquid enim praecipi in sacra pagina reperitur, ius diuinum appellant, & quia Apocalypsis 7. & Act. 1. & 1. ad Corinth. 16. diei Dominici cultus significatur idè dicunt obseruationem cultus huius diei, iuris esse diuini. Tandem, quia praeciptum de die Dominico colendo aliquid habet iuris diuini & naturalis: nam ratio naturalis ipsa dicit, vt aliquod in hebdomade tempus diuino cultui, Deoque colendo impendamus, licet non dicit, quale tempus esse debeat, & determinatio illius ad Ecclesiam spectet; & idè illi existimant praeciptum obseruationis Dominicae, diuini atque naturalis iuris esse, vt optime aduertit Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 2. quaest. 2.

5.

6.

Azor.

Reliquae etiam festiuitates, quas Ecclesia repetit...

Azor. Soar.

8:

Soar.

Azor. Sayrus.

Sed, quare, hic, quae rationes fuerint tam firmae...

D. Leo Pa. D. Aug.

9. Quam ob causam Ecclesia Catholica instituerit dies festos.

Sayrus.

10.

Finis autem, ob quem Deus, & Ecclesia Catholica festos dies instituerunt, est, ut his saltem diebus...

Dubitari tamen hic potest, an dies festi transferantur...

uilium? Et respondendum est cum Sayro in clau...

Sayrus. D. Anton. Tabiena.

Azor.

II

Azor.

12.

Redr.

An aliquis ex priuilegio possit ordinari tribus diebus...

Secunda tamen sententia verior, & probabilior docet...

CAPVT III.

Ad quem pertineat dies festos instituere, qui colantur sub mortali...

SVM MARI VM.

Quid nomine cessationis ab operibus seruilibus intelligatur...

Soar.

13.

Conc. Trid.

Rodrig.

Rodrig.

municationem. Dubitari tamen hic potest, an requiratur...

Quamobrem, si aliqua Religio priuilegium habeat, ut illarum Religio...

Inquiri solet, quid Deus olim praecipiebat per cessationem ab operibus seruilibus diebus festis...

D. Thom. Soar. Azor.

explicatur, atque cessationem operum feruiliu[m] Non facies omne opus in eo, in qua negatione & cessatione sanctificatio dierum; ac positius & externus cultus Dei consistit; iuxta Doctores allegatos. Adde, in illa etiam lege fuisse aliqua precepta positiua quoad aliquos actus spectantes ad diuinum cultum exercendos, in die sabbato, vt oblatio, & sanctificatio panis propositionis, Leuit. 24. & actio sanctificandi eo die duos agnos, & duas decimas similes, & alia liba; de quibus Num. 28. Sed huiusmodi cultus ceremonialis etiam erat, & non pertinebat ad omnes & singulos de illo populo, sed ad Sacerdotes tantum.

2. Spestat ergo dies festos speciali modo institueri, qui colantur in vniuerso orbe sub mortali culpa, vel per totum diem, vel vsque ad meridiem, ad summum Pontificem; reliqui enim Episcopi in suis tantum diocesis de iure communi eos statuere possunt. Est communis doctrina. Ita docet Azor tomo 2. lib. 1. moral. Instit. cap. 2. quaest. 1. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. num. 2. pag. 274. col. 2. Sylu. verbo, Dominica, num. 2. & omnes statim citandi numero sequenti. Dixi, ad solum summum Pontificem ex speciali modo pertinere dies festos institui, qui colantur in vniuerso orbe sub mortali: quia, licet Concilium generale possit etiam id efficere; non tamen sine Pontifice & cogente, & approbante illud nam, si nec coactum, nec approbatum fuerit a Summo Pontifice, nec Concilium valebit, nec leges ab eo latae obligabunt, vt ostenditur in materia de fide. Et licet vniuersalis consuetudo totius Ecclesie possit dies festos obligantes sub mortali in totum orbem introducere, non tamen sine Summo Pontifice, vel expressè, vel tacite approbante, vt omnes Theologi fatentur. Probat ergo propositio in hunc modum: nam summus Pontifex est Pastor vniuersalis totius orbis; ergo in toto orbe leges ferre potest; idem enim summus dicitur, quia summam & plenissimam habet potestatem super omnes Pontifices totius orbis. Deinde, quia summus Pontifex est legitimus successor Diui Petri, iuxta illud Ioannis 20. Tibi dabo clauis regni caelorum. Petro autem indefinitè tradita sunt oues regendae totius orbis Pasce oues meas. Ergo & Summo Pontifici tradita sunt etiam regendae, & gubernandae oues totius orbis terrarum; ergo est Pastor vniuersalis totius orbis terrarum: ergo debet illas regere legibus & statutis accommodatis ad vitam spiritualem, ac proinde legibus & statutis obligantibus totum orbem ad obseruationem festorum, cum hoc spectet ad supernaturalem & spirituales finem animarum, & totum hoc negotium sit merè spirituale, non temporale. Parco amplioribus probationibus, cum huius loci non sint.

3. Episcopi possunt in suis tantum diocesis celebritates dierum festorum dedicare in honorem illorum Sanctorum, qui iam publicè auctoritate Summi Pontificis, aut canonizatione, aut beatificatione, vt vocant, adepti sunt. Ita docet expressè Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 1. num. 4. & 5. pag. 321. loquens etiam de iis Sanctis, qui sunt beatificati: nam reliqui Doctores statim citandi solum loquuntur de iis, qui canonizati sunt, vt Syl. verbo, Dominica, q. 1. dicto 1. num. 3. D. Anton. 2. p. titulo 9. c. 7. initio, Azor tomo 2. Instit. moral. cap. 26. q. 4. fol. 163. Sancius tomo 1. Decalogi, cap. 43. fol. 598. col. 2. num. 9. & Glossa in cap. 1. de Reliquiis & venerat. Sanct. verbo, Festivitates, & ibi Ostiensis num. 8. Ioannes Andr. num. 6. & Glossa in cap. vnico, de Reliquiis & venerat. Sanct. num. 6. vbi Dominicus num. 12. Francus num. 3. Innocent. cap. finali, de feriis, num. 1. versus, Solemniter. ibi Butrius num. 4. Abbas. num. 4. Imola n. 3. Troilus

Episcopi in sua tantum diocesi dies festos possunt indicare. Soar. Syluest. D. Anton. Sanchez. Glossa. Ostiensis. Ioan. Andr. Dominic. Francus. Innoc.

de canonizat. Sanct. dub. 2. num. 12. & constat ex cap. Conquestus, de feriis, ibi, Singuli Episcopi in suis diocesis, & ex cap. Pronuntiandum, de consecrat. dist. 3. & ex Glossa ibi, Verbo generaliter Ratio praecipua est, primo: quia hoc non est Episcopis prohibitum, & eo ipso, quod nullo iure prohibetur, censetur concessum, vt optime animaduertit Soar. citatus; quia pertinet ad ordinariam potestatem Episcopi. Sic quoties summus Pontifex excommunicat ipso facto, & non reseruat excommunicationem, ab ea potest absolueri vel Episcopus, vel Parochus, vt docet Sancius tomo 2. de marr. lib. 7. de imp. disp. 13. num. 1. post multos, quos allegat. Sic etiam quoties Episcopus etiam excommunicat, & nec sibi nec alteri eam excommunicationem reseruat, potest etiam Parochus ab ea absolueri, vt late probat Gutierrez lib. 1. quaest. canon cap. 5. num. 20 & 28. & D. Thom. in 4. dist. 18. quaest. 2. dub. 3. Maior ibi, & Syl. verbo, Absolutio, 1. quaest. 5. & Couar. in cap. Alma mater. 1. p. §. 1. num. 5. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, quam etiam in communem feretur Nau. in manuali Lat. cap. 27. num. 39. & Sotus in 4. dist. 22. quaest. 1. art. 3. pag. 961. vbi loquitur de excommunicatione lata, non solum ab Episcopo, sed etiam a Papa, a Canone, vel Concilio. Et idem docet Paludanus in 4. dist. 18. quaest. 5. art. 1. loquens etiam de excommunicatione lata per Episcopum, & per constitutiones quoruncumque inferiorum; & idem de excommunicationibus latis per Concilia Prouincialia docet Praepositus Alexander, per textum in cap. Si quis autem, dist. 18. notabili 2. & alij, quos refert ac sequitur Gutierrez allegatus num. 22. fol. 83. Et fundamentum huius rei est: quia ad iurisdictionem ordinariam Parochorum spectat absolueri suos subditos a peccatis, quando ea nulli reseruantur, & excommunicatio non incurritur, nisi ob peccatum: vnde si nec peccatum, nec excommunicatio reseruat, Parochus, qui habet iurisdictionem ordinariam absoluedi a peccato, habet etiam iurisdictionem ordinariam absoluedi a censuris. Secundo, quia hoc etiam confirmat vsus antiquissimus Ecclesie: nam semper Episcopi hac potestate instituendi dies festos in Ecclesia vsi sunt; vt constat ex historijs, & ex varijs consuetudinibus totius orbis.

4. Neque opus est consensus, & approbatio Summi Pontificis, vt huiusmodi festiui dies ab Episcopis consecrati obligent sub mortali, vt notat speciatim Soarius; sed sola auctoritas Episcopi sufficit: quia vnusquisque Episcopus potest hanc legem ferre pro sua diocesi absque speciali facultate vel constitutione Summi Pontificis, cum id ad illorum pertineat ordinariam potestatem ac iurisdictionem. Deinde, quia Episcopus, nisi a iure prohibetur, potest in sua diocesi, quicquid potest Papa in toto orbe: in hoc autem negotio nullam prohibitionem habet; imò in iure id speciatim Episcopis conceditur, vt constat ex praedicto cap. Conquestus, de feriis & ex cap. Pronuntiandum, de consecrat. dist. 3. & non requiritur ibi consensus & approbatio Papae. Quamobrem absolute dicendum est, non esse illam necessariam.

5. Non possunt tamen hodie Episcopi, priuatos dies festos instituere in honorem ac cultum alicuius viri sancti Martyris, aut Confessoris, quin prius in alium Sanctorum auctoritate Summi Pontificis coopretur, vt declarauit Alexander III. in 1. cap. de Reliquiis, ac venerat. Sanct. nam id esset tacite ac virtualiter illum canonizare, vel saltem beatificare, quod munus hodie ad solum summum Pontificem spectat, illique soli reseruat, & Episcopus ademptum; licet olim etiam ad Episcopos pertinerit. Ita probat Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap.

Butr. ex cap. Conquestus, de feriis, ibi, Singuli Episcopi in suis diocesis, & ex cap. Pronuntiandum, de consecrat. dist. 3. & ex Glossa ibi, Verbo generaliter Troilus. Gutier. D. Thom. Maior. Sylu. Couar. Nan. Sotus. Palud. Praeposit. Alex. Gutier.

Soar. 6. Bellarm. 7. 8. An Episcopi sine Cleri, & populi consensu dies festos possunt instituire de iure. Azor. Soarius. Tabiena. Syluester. D. Anton. Abbas.

cap. 43. fol. 598. col. 2. num. 9. & Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 11. num. 3. & omnes allegandi num. 7. & 6. Nam, vt notat Bellarm. lib. 1. de beatitudine Sanctorum, cap. 7. & Azor. tom. 2. Instit. moral. cap. 26. quaest. 4. fol. 263. duobus modis potest aliquis vir sanctus canonizari: vno particulari, ita vt solum in prouincia, aut diocesi loco, vel territorio Sanctus habeatur: altero generaliter, ita vt in vniuersa Ecclesia pro Sancto colatur. Primo modo olim canonizare poterant Episcopi in suis tantum diocesis; & hoc modo fuere quondam canonizati multi viri sancti, quos hodie vniuersa Ecclesia in toto orbe pro Sanctis colit, consuetudine quadam introducta legitime, & a Summis Pontificibus approbata: hodie verò iam non licet; siquidem Alexander III. & Innocentius III. considerantes rei grauitatem, & abusus, qui circa hanc rem oriri poterant, & maxime vt os haereticorum obstruerent, sanctissimum modum canonizationis statuerunt, & prohibuerunt, ne deinceps aliquis pro Sancto haberetur, nisi a Summo Pontifice approbato & canonizatio sanctitatis promanaret, vt constat ex cap. 1. & 2. de Reliquiis, & venerat. Sanctorum, & ex cap. Audiuius, & cap. Cum eo, ibidem: & idem iam non possunt Episcopi consecrare dies festos in honorem Sanctorum, qui nondum sunt publica Sedis Apostolica auctoritate in Album Sanctorum cooptrati, vt docent Azor, & Bellarm. allegati, & vtraque Glossa in cap. Conquestus, de feriis, & in cap. Pronuntiandum, de consecrat. dist. 3. Turcremata, & Abbas ad praedictum cap. Conquestus. Modum autem canonizationis, & rationes, ob quas summus Pontifex canonizandi munus sibi reseruat, videre poteris apud Azorium tomo 2. Instit. moral. lib. 5. cap. 6. quaest. 6. fol. 790. col. 2. Ex dictis patet, non esse approbandam doctrinam Vincentij, & aliorum veterum iuris Interpretum, qui, teste Abbate in c. Conquestus, num. 2. de feriis, existimant, posse Episcopos dies festos instituere in honorem illorum virorum sanctorum, qui adhuc non sunt canonizati: nam, vt ex dictis patet, ea potestas iam Episcopis adempta est; & idem merito illum reprehendunt Glossa in cap. 1. de Reliquiis, & venerat. Sanct. verbo, Festivitates, & Ostiensis ibi num. 7. & Ioannes Andr. num. 6. & Glossa in cap. vnico, de Reliquiis, & venerat. Sanct. num. 6. vbi Dominicus num. 12. Francus num. 3. Innocentius cap. finali, num. 11. versus, Solemniter, de feriis, & ibi Ioannes Andr. num. 8. Butrius num. 4. Imola num. 3. Troilus Maluetius de canonizat. Sanct. dub. 2. num. 12. D. Antonius 2. p. titulo 9. cap. 7. initio. Syluester verbo, Dominica, quaest. 1. dicto 1. qui omnes dicunt, textus permittentes Episcopis alicquem festum diem alicuius Sancti in sua diocesi instituere, debere intelligi de Sancto iam canonizato. Inquires tamen, an Episcopi possint huiusmodi dies festos indicare sine Cleri, ac populi consensu? Respondeo, de iure non posse. Et ita docet Azor. tomo 2. Instit. moral. cap. 26. quaest. 3. fol. 163. & Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 11. num. 8. pag. 323. col. 1. Angel. verbo, Feriae, num. 5. Tabiena ibi num. 10. Syluest. verbo, Dominica, num. 3. D. Ant. 2. p. titulo 9. cap. 7. §. 1. Abbas ad cap. vltimum de feriis, & ad cap. 1. de consecrat. dist. 3. num. 4. vbi allegat Innocentium: in his enim capitulis, expressis verbis limitatur potestas Episcoporum circa hunc actum, vt non nisi cum Clero, & populo possint praescribere leges de peculiaribus festis in suis Episcopatibus obseruandis. Et id constat expressè ex ipso cap. Conquestus, de feriis. Et addit Azor: Nec prout consuetudine quadam id habentis

abrogatum esse. Soarius verò asserit, multum valere consuetudinem in hac re, sicut & in caeteris; atque, iudicandum esse ex consuetudine cuiusque Episcopatus, an de facto ita consuetudo obtineat. Credo tamen, absolute dicendum esse, de consuetudine consuetudine posse Episcopos absque Cleri & Capituli consensu id facere; saltem si non in perpetuum, sed pro vna, aut altera vice dies festos instituunt, vt citius negotia expediantur, vt insinuat Syluest. verbo, Consuetudo. Sylu. do. num. 2. & adduci potest cap. Non est, de consuetud. in 6. licet enim rationale sit, quod Episcopus negotia Ecclesiastica pertractet cum Capituli consensu, & consilio, cap. Non est, & cap. Quamuis, de his, quae sunt a Pralatis, quia firmus est iudicium plurimorum, cap. Prudentia, de officio delegati, & cap. De quibus, dist. 20. tamen consuetudo potuit introducere contrarium, vt dicitur in praedicto cap. Non est, de consuetud. Et ratio ibi redditur, vt videlicet, negotia Ecclesiastica citius expediantur.

9. Quid de populi consensu? Partita est opinio. Prima asserit, posse Episcopos de iure in suis tantum diocesis dies festos instituere, populo minime sarius sit vocato & requisito, & absque illius consensu. Fundamentum huius opinionis est: quia ad populum consensu pertinet parere, atque obedire; & non leges ferre, & sancire; & quia institutio dierum festorum, est negotium merè spirituale, quod ad solam potestatem spiritualem spectat, non ad temporalem, aut popularem: in his enim, quae ad religionem spectant, populus est subiectus Episcopo. Et hanc opinionem docuit Anton. Butrius in cap. Conquestus, de feriis, Butr. licet postea sententiam mutauerit.

10. Secunda negat: quia in praedicto cap. Conquestus, aperte requiritur populi consensus, vt Episcopi possint dies festos instituere obligantes sub mortali culpa: & sic a iure limitatur potestas Episcopo in hoc negotio. Et ita sentiunt Archidiaconus, Federicus, & Panormitanus ad praedictum cap. Conquestus, de feriis, & idem docent Syl. verbo, Dominica, quaest. 1. Angelus verbo, Feriae, num. 3. Tabiena eodem verbo, num. 10. In his enim, quae ad aliquem pertinent, naturalis ratio postulat, vt audiat, cum nullius potestatis sit inaudita parte ferre sententiam obseruatio autem & institutio dierum festorum multum pertinet ad populum, cum in illa ab operibus & laboribus cessare debeat; maxime cum huiusmodi festiuitates non sint, absolute loquendo, ad salutem populi necessariae, sed ad quandam ornatum maiorem, & deuotionem, & alia possit inde multum populus grauari a suis laboribus & lacris, ad vitam sustentationem necessarijs, cessando; & idem merito ius stabiliiuit, vt Episcopi absque populi consensu dies festos non instituere.

11. Quapropter, si de iure loquamur, secunda sententia est omnino tenenda, quae satis probatur ex An Episcopi, de feriis, & ex cap. Pronuntiandum, de dum, de consecrat. dist. 3. De consuetudine tamen consuetudine receptum est, vt dies festi sola Episcopi auctoritate, adhibito consilio Clericorum, non tamen solo Cleri suffragio, statuuntur. Ita docet Azor tomo 2. Instit. moral. cap. 26. quaest. 2. sine fol. 163. col. 1. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 11. num. 9. pag. 324. quae planè consuetudo seruanda est, struere. vbi inducta fuerit: optimè tamen animaduertit Soarius, satis nunc consentire populum per hoc solum, quod non contradicat. Existimo tamen, necessarium esse de iure, Cleri consensum, ad statuum alicuius Sancti canonizati in perpetuum, in honorem alicuius Sancti canonizati: non verò ad praecipuum, vt pro vna, vel altera vice dies aliquis feruetur, & quia hoc non multum populo praedicti asserit potest; & quia possunt frequenter occurrere circumstantiae, quae id requirant, in quibus Clerus



Clerus non tam facile conuenire potest ad delibendum hac de re, vt consideranti parebit.

12. Abbas.

Immo addit Abbas in cap. vltimo de feriis, non esse de iure semper necessarium populi consensum, vt Episcopi possint dies festos perpetuos decernere, ac statuta: quia si vniuersus populus absque legitima causa contradicat, non obstat eius dissentus. Et in confirmationem affert caput primum, de his, quæ sunt à maiori parte Capituli, & caput primum, dist. 65. quæ iura de Sacerdotibus loquuntur, non de populo: quamobrem, si aliquid probant, etiam de Clero, & Capitulo probant: re tamen vera nihil probant, quia loquuntur de personis, quæ suffragium habent in negotiis decernendis: at verò dies festi non sunt decernendi suffragiis, sed consensu Episcopi, populi, & Cleri: loquuntur etiam de ea differentia, in qua minor pars suffragium habens, contradicit: at verò, vt dixi, nec populus, nec Clerus suffragium habent decernendi quoad dierum festorum institutionem; paucorum verò contradictio, quando aliquid pluralitate suffragiorum decernendum est, nihil obstat, nisi aliqua manifesta ratio allegetur, quæ coram Superiore probanda est, vt notat optime Glossa in cap. 1. de his, quæ sunt à maiori parte Capituli, vt animaduertit Soarius tomo 1. de Relig. cap. 11. de diebus festis, lib. 2. num. 8. pag. 323. col. 2.

Soar.

13.

In presenti verò negotio dierum festorum, expressè ius postulat consensum populi, non suffragium: & ideo si vniuersus populus contradicat, censenda est maior pars respectu Episcopi & Clericorum, ac pròinde deberet præualere. In quam rem notanda sunt verba capitis primi de consecrat. dist. 3. ibi: *Quam singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint.* Vbi verbum, *collaudauerint*, vt notat Soar. allegatus, consensum denotat populi, & Episcopi, non suffragium. Et idem notauit etiam Abbas in cap. 1. de his, quæ sunt à prælatis, notabili 2. num. 3. Quamobrem, si vniuersus populus vnanimiter contradiceret, præsumeretur iusta de causa contradicere, & præualere: si tamen Episcopus cum Clero conueniret, & aliqui etiam de populo consentirent, licet plures de eodem populo contradicerent, tunc fortè procederet sententia Abbatis; maximè, vbi ratio contradictionis iusta & clara videretur, vt notat Soar. num. 9. Hæc autem locum solummodò habent ante latum præceptum de diebus festis colendis: nam semel præstito populi consensu, & lato præcepto, non erit in potestate totius populi illud abrogare, nisi abroget Episcopus. Episcopus autem solus illud poterit abrogare, quia potestas eius quoad hoc nullo iure limitata est, vt egregiè docet Soar. dicto num. 9.

Abb.

14.

An in honorem Sæctorum, qui sunt beatificati tantum. Soar.

Dubitari hinc potest, an possint Episcopi sacrare dies festos in honorem, ac venerationem illorum Sæctorum, qui nondum sunt canonizati; sunt tamen auctoritate Romani Pontificis beatificati: Affirmat Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 11. num. 4. & 5. pag. 321. Ratio tamen dubitandi est: quia iura, quæ hanc potestatem Episcopis concedunt, solum loquuntur de illis Sæctis, qui iam sunt canonizati, & in horum cultum, ac honorem dicunt posse Episcopos dies festos consecrare, vt videre est in cap. *Audiuimus*, & in cap. *Ex eo*. de Reliquiis, & veneratione Sæctorum, & cap. *Venerabili*, de testibus, & attestacionibus. Beatificatio autem non est canonizatio. Secundò, quia omnes Doctores semper vtuntur hoc nomine canonizationis, & non beatificationis; & dicunt, in honorem illorum Sæctorum, qui iam sunt canonizati, posse Episcopos instituere dies festos, vt videre est apud Syluestrum verbo, *Dominica*, numero 1. apud Azorium tomo 2. Instit. moral. tomo cap. 26. apud T2-

bienam verbo, *Canonizare*, num. 1. & 2. & apud omnes, quos citauimus numero 3. præter vnicum Soarium, qui hoc etiam extendit ad viros sanctos auctoritate Summi Pontificis beatificatos, & apud Sancium tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 3. Sanchez. fol. 597.

Sanchez.

Affirmandum tamen est cum eodem Soario allegato, & idipsum videtur etiam insinuare Bellarminus lib. 1. de beatitudine Sæctorum, cap. 7. §. *Primum enim*, tomo 1. fol. 1574. vbi asserit, septem honores consequi viros sanctos per canonizationem. Primus est, quòd in catalogo Sæctorum inscribantur. Secundus, quòd in publicis Ecclesiæ precibus inuocentur. Tertius, quòd templa & aræ in eorum memoriam instruantur ac dedicentur. Quartus, quòd Horæ canonicæ, & Missæ sacrificia in eorum honorem recitentur, ac offerantur. Quintus, quòd eorum imagines depingantur, addito circum caput certo quodam splendore, indice gloriæ splendoris, qua fruuntur. Sextus, quòd eorum Reliquiæ in pretiosis thecis asseruentur, & publicè venerentur, ponanturque in altari publico, causa venerationis. Septimus, quòd dies festi in illorum memoriam instituuntur. Quæ omnia ferè consequuntur etiã viri sancti per beatificationem: nam in primis in catalogo Sæctorum ascribuntur: de illis Horæ canonicæ recitantur: illis sacrificium missæ ascribitur: inuocantur in publicis Ecclesiæ precibus: depinguntur illorum imagines, addito circum caput splendore: collocantur publicè in altaribus Ecclesiæ: & illorum Reliquiæ publicè etiam exponuntur venerandæ; in illorum honorem, aræ, eremitoria, dedicantur, ac extruuntur: quare ergo etiam in illorum honorem dies festi statui ac sacrari non poterunt: Præterea, nihil aliud est beatificatio, quàm quædam canonizatio, minori apparatu celebrata: quamobrem, si Episcopi possint instituere dies festos in honorem illorum Sæctorum, qui iam sūt canonizati, poterunt etiam id efficere in honorem illorum, qui iam sunt beatificati: per beatificationem enim consequuntur Sancti, vt auctoritate Summi Pontificis Sancti habeantur, si non in toto orbe, saltem in aliqua Prouincia, Regno, regione, aut Religione: ergo in his locis poterunt Episcopi ad illorum gloriam & honorem dies festos instituere. Denique, quia, vt docet Bellarminus tomo 1. de beatificatione, seu potius de beatitudine Sæctorum, cap. 10. initio, postquam viri sancti auctoritate Sedis apostolicæ Beati declarantur, publicum ac solennem cultum consequuntur: publicum autem ac solennis cultus atque honor, vt benè notat idem Bellarminus citatus, & Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. num. 3. fol. 597. non ille est, qui publicè & coram multis exhibetur; sed ille, qui totius Ecclesiæ nomine, tamquam ab Ecclesia institutus, Sanctis exhibetur ac offertur. Vnde, cum publicum cultum ab Ecclesia consequantur, & dies festi ad publicum cultum Sæctorum spectent, & nomine totius Ecclesiæ instituti sint in honorem Sæctorum, poterunt etiam Episcopi illis hunc cultum exhibendum dedicare, ac statuere. Vltimò, quia beatificatio nunquam fit à Summo Pontifice, nisi post summam diligentiam, ac inquisitionem de sanctitate viri sancti, & postquam euidenter constat de miraculis, ac sanctitate, & probitate illius: & cum illa beatificatio sit publicum Sedis apostolicæ testimonium de sanctitate & probitate viri, nullum iam periculum errandi dabitur, moraliter loquendo, si huiusmodi dies festos Episcopi instituunt. Nec refert, quòd iura & Authores frequentius vtantur nomine canonizationis, quàm beatificationis: quia vocabulum canonizationis honorificentius est, & frequentius, quàm beatificationis, & ideo illo frequentius vtuntur.

15. Bellarm.

Bellar. Sanchez.

tur, quàm isto; cum tamen (vt dixi) beatificatio nihil aliud sit, quàm quædam canonizatio minori apparatu celebrata; vtraque tamen publicum testimonium de sanctitate viri à Sede apostolica promanans.

canonizati, nec beatificati, atque eas publicè venerandas proponere. Secunda est, vtrum Episcopi dare licentiam possint ad collocandas imagines illorum virorum sanctorum, qui nondum sunt canonizati, nec beatificati, in altari, venerationis causa, in aliquo particulari oratorio, aut in aliqua Ecclesia publica, siue in eo altari Missa celebretur, siue non, attento decreto eiusdem Concilij dicta sess. 25. sine. Verba Concilij ita habent: *Hæc vt à fidelibus obseruentur, statuit sancta Synodus, nemini licere vllò in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, nullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, vel approbante Episcopo, qui simul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis pijs viris, ea faciet, quæ veritati & pietati consonanea iudicauerit. Quòd si aliquis dubius atque difficultis abusus sit extripandus, vel omnino aliqua de his rebus grauior quæstio incidat; Episcopus, antequam controuersiam dirimat, Metropolitanis, & Comprovincialium Episcoporum Concilio Prouinciali sententiam expellet: ita tamen vt nihil inconsculto Summo Pontifice nouum, aut in Ecclesia hæctenus institutum, decernatur.* Hæc Concilium Tridentinum.

Et verò, si loquamur de prima difficultate, dicendum videbitur alicui licitum esse Episcopis Reliquias approbare alicuius Sancti nondum canonizati, nec beatificati, vt publicè venerentur: quia, quando certum est esse canonizatum, nemo dubitat licere Episcopis ex iure communi Reliquias illius approbare, easque publicè venerandas proponere, vt docet optime Abbas cap. finali, ad finem, de Reliquiis, & venerat. Sæctorum, & Graphis 2. p. decis. aurear. lib. 2. cap. 14. num. 9. & Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 10. fol. 599. col. 1. ac pròinde, dum Concilium Tridentinum modò concedit Episcopis priuilegium approbandi Reliquias de nouo inuentas, debet necessariò intelligi Concilium de Reliquiis Sancti nondum canonizati: alioqui enim vanum esset priuilegium: quia nihil concederet, cum tamen verba priuilegij debeant necessariò aliquid operari, vt constet ex cap. *Si Papa*. de priuilegijs in 6. verbo, *Si autem*. ad finem.

Abbas Graphis.

Sanchez.

Nihilominus dicendum est, sola Reliquias viri sancti canonizati, vel per Summum Pontificem, vel per vniuersum consensum, & traditionem totius Ecclesiæ, pro Sancto iudicari, de nouo inuentas, posse Episcopos approbare, vt publicè venerandæ proponantur: nec decretum Concilij Tridentini aliquod eis concedere priuilegium speciale ad hæc rem; sed solummodò formam præscribere ad iis seruandam in approbâdis Reliquiis nouiter inuentis. Et sic docet Soarius tomo 1. in tertiam partem D. Thomæ, quæst. 25. num. 6. disput. 55. sect. 2. verbum, *Sed quæret aliquis*. vbi dicit, duo requiri, vt Reliquiæ alicuius sancti publicè adorentur. Primum est, vt de sanctitate personæ, per vniuersum Ecclesiæ consensum, aut traditionem, constet. Secundum, vt constet per Summi Pontificis canonizationem. Docet etiam Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. num. 10. fol. 599. col. 1. & Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem, & Azor tomo 1. lib. 9. Instit. moral. cap. 8. quæst. 8. & citari etiam possunt Abbas, & Graphis num. præcedenti allegati, quatenus dicunt, solas Reliquias Sæctorum canonizatorum posse Episcopos approbare. Probatur primò: quia Episcopi non possunt hodie Sanctos canonizare, nec beatificare: hoc enim illis munus ademptum est, & Summo Pontifici reseruatum, vt probauimus cap. præcedenti.

Soarius

Sanchez.

Philarch.

Azor.

Abbas.

Graphis.

CAPVT. IV.

De approbatione Reliquiarum, & earum attributione: quid Episcopi circa collocationem imaginum possint, vel non possint: queritur, vtrum Romanus Pontifex errare possit in canonizatione Sæctorum.

SVMMARIVM.

- Quot difficultates explicande sint. num. 1.
- An liceat Episcopis approbare Reliquias alicuius Sancti non canonizati, nec beatificati, quò publicè venerentur. num. 2.
- Vera resolutio non licere: licere tamen, si sit canonizatus, aut beatificatus, & quomodo. numero 3.
- Quid, si sit canonizatus per traditionem Ecclesiæ. ibidem.
- Modus approbandi Reliquias de nouo inuentas. num. 4.
- Explicatur locus Concilij Tridentini sess. 25. ibidem.
- Si grauis aliqua quæstio oriatur, res deducenda erit ad Concilium Prouinciale; & tunc non Concilium Theologorum, sed sententia Parrum & suffragiam à maiori parte expetabitur, numero 5.
- Nec satis erit tunc, si seorsim sententiam dicant: sed opus erit, vt Patres collegialiter sint congregati, ibidem.
- Qua certitudo requiratur veritatis Reliquiarum Sancti canonizati, aut beatificati, vt publico cultu venerari possint; & que, vt secreto & priuatum. num. 6.
- Singulis Episcopis in suis diocessibus competit approbare, ac examinare Reliquias, an sint Sancti canonizati, vt publicè venerentur. num. 7.
- Hanc approbationem facere potest quilibet Episcopus existens extra propriam diocesim, absque facultate Episcopi illius diocesis, in qua est. numero 8.
- Quando Reliquia sunt translate cum testimonio Episcopi loci, à quo transferuntur; non potest Episcopus, loci, ad quem transferuntur, veritatem illarum examinare. num. 9.
- Si præmissa diligentia res manet anceps, an Reliquia de nouo inuenta sint alicuius Sancti canonizati, aut beatificati; abstinendum est à cultu illarum; non tamen conueniende sunt. num. 10.
- Quid, si Reliquia Sancti canonizati permixta sint cum aliis Sæctorum non canonizatorum? num. 11. & 12.
- An sit speciale peccatum, cuius circumstantia necessario sit constituenda furari, aut fornicari gestando Reliquias collo appensas. num. 13.
- Cætera inuenies sequenti Summario.

Dixæ hinc insurgunt difficultates grauissimæ. Prima est, an attento decreto Concilij Tridentini sess. 25. paulo post initium, liceat Episcopis approbare Reliquias alicuius Sancti non P. Steph. Fagundæ in quinque præc. Eccl.

à num. 5. & deinceps : nam, cum vnus ex praeceptis honoribus, quos consequuntur Sancti per canonizationem, & beatificationem, sit, vt Reliquiae illorum thecis inclusae publicè venerentur, id quidem esset tacite & virtualiter eos canonizare ; quod tamen expressè in iure interdictum est Episcopis, vt vidimus. Secundò, quia in capite finali, de Reliquiis, & venerat. Sanctorum, statuitur, vt Reliquiae de nouo repertae, non proponantur publicè adorandae, absque Summi Pontificis licentia: quod caput desumptum fuit ex Concilio generali Lateranensi, vbi id ipsum statuitur: correctio autem iuris omnino vitanda est, quantum fieri potest ; etiam si ob id verba impropietur, vt egregiè probat Sancius l. 3. de matrim. disput. 17. n. 6. quod maxime procedit in decretis Concilij generalis, de quibus semper oportet specificam mentionem fieri, in clausula derogatoria, vt eis derogatum conseruatur, vt egregiè probat Sancius lib. 3. de matrimonio, disput. 26. numero 7. In Concilio autem Tridentino nulla apponitur clausula derogatoria Concilij Lateranensis. Quamobrem omnino tenendum est, per Concilij Tridentini decretum non fuisse derogatum decreto Concilij Lateranensis, statuentis, Reliquiae de nouo repertae absque Summi Pontificis auctoritate publicè venerentur, nisi sint alicuius Sancti iam canonizati. Tertio, quia Concilium Tridentinum in eodem decreto profertur, se velle, vt in Reliquiarum publica veneratione stetur vsui Ecclesiae, Conciliorumque decretis, ibi: *Hec vt fidelius obseruentur statuit sancta Synodus*, Et infra: *Nulla admittenda noua miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, nisi recognoscendo, & approbante Episcopo, &c.* Quibus verbis solummodo praescribit Concilium Episcopis modum approbandi Reliquias Sanctorum canonizatorum nouiter inuentas, non autem nouas, id est, Sanctorum, qui adhuc non sunt canonizati. Et hic fuit semper vsus Ecclesiae, quod, scilicet, non exhibeantur Reliquiae adorandae, nisi illorum Sanctorum, quos constat fuisse canonizatos ; & toto hoc decreto Concilij Tridentini, nulla apponitur clausula derogatoria huius vsus, vt solet apponi, quando vult aliquis derogare, vt constat ex eodem Concilio sess. 7. c. 10. de reform. & sessione 23. cap. 10 item de reformat, & in multis aliis locis. Quarto, quia decreta posteriora, quando prioribus expressè non derogant, neque illis aduersantur, trahenda sunt ad sensum priorum, & per illa corrigenda sunt determinanda & supplenda, vt expressè deciditur in l. Sed & posteriora, iuncta Glossa, verbo, *Pertinent. ff. de legibus*, & docet Sancius allegatus dicto n. 10. Et nemo docet, Concilij Tridentini decretum opponi, aut aduersari decreto Concilij Lateranensis : quamobrem necessario ad sensum illius trahendum est.

Sanch.

Conc. Trid.

Conc. Trid.

Sanch.

decidere : quia Tridentinum tantum petit, vt eos consulat, non vt suffragium ferant: vbi autem solum consilium alicuius petitur, non est necesse illud sequi: nam ille, qui consultitur, non habet suffragium decisiuum. l. *Cum pater. §. Mando. ff. de legibus*, & late Menoch. consil. 69. n. 18. & 17. vol. 1. & docet Sancius tomo 1. de matrimonio, disp. 34. num. 24. vbi id doctissime & altissime probat. At verò Azor tomo 1. l. 9. inst. moral. c. 8. §. 8. fol. 866. col. 2. sine, ait, debere Episcopum hos Theologos in consilium aduocare, & non vtiur illo verbo, *teneri*, quo vsus fuit Sancius allegatus, sed eandem obligationem videtur importare vtrunque verbum, *debere*, & *teneri*, spectata grauitate causae, & materiae.

Quòd si grauis aliqua quaestio suboritur, ita vt res deducenda sit ad Concilium Prouinciale, eiusque sententia expectanda, tunc decisiu non erit Episcopi, sed Concilij Prouincialis : quia Concilium Trident. non petit consilium praedicti Consilij Prouincialis, sicut perit Theologorum, sed sententiam: & haec constituitur ex maiori parte suffragiorum ex his, qui suffragium decisiuum in Concilio Prouinciali habent: quia id, quod constituitur à maiori parte Concilij, dicitur à toto Concilio constitutum, cap. *Apostolica*. dist. 16. cap. *Cum inter Canonicos*, initio, de elect. l. *Quod maior. ff. de municip.* Nec fat erit, si Metropolitanus, & omnes in Concilio congregati, sententiam suam seorsum dicerent extra locum Concilij: requiritur enim, vt collegialiter sint congregati in forma Concilij, quia Tridentinum sic dicit: *Metropolitani, & Comprovincialium Episcoporum in Concilio Prouinciali sententiam expectet.* Atque ita non solum voluit, vt illi sententiam suam explicent: sed vt in Concilio coniuncti, ac congregati id efficiant. Item, quoties alicuius Communitatis suffragia petuntur, oportet, vt habentes suffragia in vnum locum publicum congregentur: nec enim alia sententia Concilij, sed singulorum dicitur. l. *Alind. §. Refertur ibi publice, ff. de regulis iuris*, cap. *In Genesi* de electione vbi Glossa, verbo, *Publicè*, Bartolus l. *Omnes populi*, num. 16. & 18. ff. *de inst. & iure*. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 16. fol. 601. col. 1.

Rogabis, quae certitudo veritatis Reliquiarum Sancti canonizati requiratur, vt huiusmodi Reliquiae venerari publicè possint: Nam, si de cultu priuato loquamur, satis est priuatum testimonium viri pii fide digni, vel alla ratio, coniectura ita probabilis, vt prudenter iudicentur illae Reliquiae esse Sancti canonizati, vel per vniuersum consensum & traditionem Ecclesiae, vel per canonizationem Summi Pontificis, vt docet Soar. tomo 1. in tertiam partem, quaest. 25. art. 6. disput. 5. sect. 2. versu, *At verò*. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 13. fol. 600. col. 1. Valquez de adorazione imagin. l. 3. disp. 3. c. 8. n. 114. vbi dicit, satis esse humanas coniecturas, & rationes certas. Et id intelligit, vt illum explicat Sancius, de certitudine morali, quae ex his humanis coniecturis habetur. Sed clarius & aperitius Azor tomo 1. lib. 9. moral. Inst. cap. 8. quaest. 8. vbi ait, satis esse ad priuatam venerationem, si vir pius, & fidelis Reliquias tradiderit. Atque idem etiam dicendum est de Reliquiis Sancti non canonizati: sufficit enim, vt priuatim venerentur, si praedicta moralis certitudo sanctitatis illius viri, ac veritatis eius Reliquiarum habeatur, quia eadem est ratio, vt docet idem Sancius allegatus.

Si loquamur de cultu publico, absque dubio dicendum est, Episcopis singulis in suis diocessibus competere approbationem Reliquiarum Sancti canonizati; & post eam approbationem, & testimonium, quo iudicent, illas esse moraliter veras, & ad illum Sanctum

Sanchez, Azor, Soar.

Philarch.

Sanchez, Marantia, Glossa, Rebuff.

Couarr.

Sanchez,

Fumus, Soarim.

Sanchez, Azor.

5.

6.

Soarim.

Sanchez, Valquez.

7.

Sanctum pertinere, publicè venerari possunt, vt constat ex decreto Concilij Trident. dicta sess. 25. & docet Sancius n. praecedenti allegatus, & Azor tomo 1. lib. 9. Institut. moral. c. 8. quaest. 8. & Soar. tomo 1. in tertiam partem q. 26. art. 6. disp. 5. sect. 2. versu, *Sed quaerit aliquis*. & Philarchus de officio. Sacerdotis tomo 1. p. 2. lic. 2. c. 9. ad finem. Nec obstat caput finale de Reliquiis, & venerat. Sanct. vbi Summus Pontifex generaliter & indefinitè prohibet Reliquias de nouo inuentas venerari, nisi approbante Pontifice : quia, vt explicat Sancius num. 14. loquitur de Sancto non canonizato : at Concilium Tridentinum, & nos loquimur de Reliquiis nouiter inuentis Sanctorum canonizatorum, & ita est diuersa ratio.

Potest Episcopus existens extra suam diocesim, absque aliqua licentia Episcopi illius diocesis, in qua existit, hanc approbationem facere, & licentia dare, vt in sua diocesi Reliquiae inuentae publicè collocentur venerandae : quia haec iurisdictio non est contentiosa, cum non sit inter partes inuitas, sed est voluntaria, & inter subditos volentes, & id petentes, iuxta ea quae tradit Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 19. n. 7. & Maranta de ordine iudiciar. 4. p. dist. 18. num. 1. & 2. Gloss. in l. 2. initio, ff. de officio Proconsulis. Rebuff. de verborum signif. l. 4. ad finem, & iurisdictio quae voluntaria est, potest vbi que absque alicuius licentia exerceri, vt probat egregiè idem Sancius allegatus n. 8. hoc enim discrimen est inter has iurisdictiones, quod contentiosa, & inter partes contradicentes, nequit à Iudice extra proprium territorium exerceri : voluntaria autem potest vbi que exerceri, vt habetur expressè l. 2. ff. de officio Proconsulis, & cap. *Nouit*. de officio delegati, & id probat & ostendit optimè Couarr. lib. 3. var. cap. 20. n. 8.

Quando verò Reliquiae sunt approbatae per Bullam Apostolicam, aut testimonium Episcopi diocesis, à qua translatae fuerunt, non potest Episcopus diocesis, ad quam transferuntur, earum veritatem iterum examinare, quia ea veritas iam legitime approbata est: poterit tamen examinare, an sint ea Reliquiae, quae in tali approbatione continentur, vt licentiam praestet, vt collocentur in sua diocesi publicè venerandae. Quamobrem tunc non tenetur formam traditam à Conc. Trid. seruare ; sed nullo Theologo consulto, potest eos titulos examinare : quia Tridentini decretum non loquitur de hoc casu, sed loquitur de casu, in quo Reliquiae nouiter inuentae sunt. Ita docet Sanc. dicto tomo 1. Decalogi, lib. 4. cap. 43. fol. 607. n. 18. col. 2.

Si debita praemissa diligentia, res maneant anceps, ac dubia, an ea Reliquiae sint alicuius Sancti canonizati, vel per vniuersum consensum Ecclesiae, ac traditionem, vel per publicum Sedis Apostolicae testimonium, abstinendum est à cultu illarum, vt docet Bartholomaeus Fumus verbo, *Canonizatio*, n. 2. & Soar. tomo 1. in 3. part. D. Thomae, quaest. 25. art. 6. disp. 5. sect. 2. versu, *At verò vt Reliquiae*, & versu, *Sed, qua vt aliquis*, & Sancius modò allegatus, n. 19. qui bene addunt, eas tunc non esse contemnendas, sed seruandas separatim in loco decenti, quoad vsque de veritate constet. Et idem dicendum est cum proportionem, si post factam diligentiam dubium sit, an sint alicuius Sancti nondum canonizati ; tunc enim etiam abstinendum est à publico cultu illarum; non tamen ob id contemnenda, sed seruanda decenter, vt veritas magis inlarscat.

Sed quid, si Reliquiae Sancti canonizati ita permixtae sint cum aliis Reliquiis Sanctorum nondum canonizatorum, vt discerni, ac dignosci non possint, & tunc forte alicui videbitur, posse tunc Episcopos omnes approbare, ac publicè venerandas proponere. Primo, quia dignius trahit ad se minus dignum, P. Steph. Fagundez in quinque praec. Eccl.

vt est vulgare pronunciatum iuris Interpretum, qua ratione oleum non consecratum admixtum consecrato, remanet consecratum, cap. *Quod in dubiis*, de consecrat. Ecclesiae, iuncta Glossa ibi, verbo, *Consecratio*, & est communis Doctorum sententia. Secundò, quia, si corpus excommunicati in loco sacro sepultum exhumeretur, & discerui nequeat à caeterorum fidelium corporibus, ab exhumatione abstinendum est, cap. *Sacris*, de sepultur. vbi Glossa verbo, *Excommunicatorum*, & cum ea Doctores aiunt, id provenire ex causa connexionis, iuxta c. *Denique*, 14. q. 5.

Nihilominus dicendum est, non posse Episcopos eas tunc venerandas proponere, quia caput, *Quod in dubiis*, procedit in solis liquoribus, vt docet Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 45. fol. 600. num. 12. col. 1. & Anton. cap. 1. num. 11. de consecrat. Eccl. & ibi Abbas sine. Et praeterea opus est, vt li quor consecratus mistus sit in maiori quantitate, iuxta communem sententiam: at in praesenti nescimus, quarum Reliquiarum quantitas excedat. Nec cap. *Sacris* de sepult. probat, omnes illas Reliquias ob connexionem venerandas esse: si quis constaret inter eas esse Reliquias hominis peruersi, non essent ob connexionem omnes venerandae: sed veneratio dirigenda esset ad eas solum, quae sunt Sancti. Quare solum probat, non esse eas Reliquias concilandas, sed custodiendas separatim in loco decenti, sicut de reliquiis dubiis diximus. Ita docet Sancius allegatus dicto n. 12. col. 1. fol. 600.

Sed dubium est, an sit speciale peccatum, cuius circumstantia necessario sit consistenda, fornicari, furari, vel quoduis aliud peccatum committere gestando Reliquias collo appensas. Videtur enim id affirmare Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem, versu, *Quarto peccat*. ibi enim inter peccata abusus Reliquiarum numerat, si eas gestans viuat licentiosè ? Dicendum tamen est cum Azore tomo 1. lib. 9. Institut. moral. cap. 8. q. 6. non grauius peccare eas gestantes, quod peierent, quod furerent, quod detraherent, quod maledicant, aut simile peccatum committant: & manuis in fornicatione exemplum non apponatur, credit tamen Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 40. n. 28. col. 2. idem illum sensisse de fornicatione: quia quaestionem generaliter excitauit, & illa peccata, gratia exempli, apposuit, non excludendo alia, quod regulam non arctat. Et ita sentit etiam Sancius: nam, inquit, *quauis aliquis irreuerentia sit, non tamen continet notabilem deformitatem ac malitia circumstantiam necessario consistendam*. Cuius non exiguum signum est, quod Doctores in tractatione sexti praeccepti Decalogi hanc circumstantiam praetereunt. Et ratio est, vt ait Sancius, quia nullo iure hoc prohibetur, nec directè cultui, Reliquiis, Sanctis ac imaginibus debito opponitur ; cum non sit turpis corum contractatio. Ego sententiam Sancij, & Azoris, non possum non approbare, quia & iuri, & rationi conformior, ac consentaneior est.

S V M M A R I V M.

Episcopi non possunt dare licentiam, vt imagines viri sancti non canonizati, nec beatificati, in altari publico venerationis causa collocentur. num. 14. Licet tamen hoc ex summi Pontificis permissione. num. 15.

An liceat eas imagines virorum sanctorum, qui nondum sunt canonizati, nec beatificati, publice in altari non causa venerationis, sed ornatus ponere. ibid. vers. Similiter.

Vtrum liceat ponere imaginem viri sancti non canonizati in altari priuato cum lampade. num. 16.

An liceat depingere imaginem viri sancti non canonizati, nec beatificati, cum radiis & diademate. num. 17.

Quid de altari, an liceat ei dedicare. num. 18.

Licetum est viris sanctis non canonizatis, nec beatificatis, priuatum cultum exhibere. Quid sit priuatus cultus. num. 19.

Virum liceat Reliquias furari causa deuotionis numero 20.

Quid si furto auferantur ea intentione, vt honorabili loco collocentur. ibid.

Quid si de licentia illius, qui illas custodit. ibid.

Nulla excommunicatio est in iure lata contra furantes Reliquias. num. 21.

Nec peccat venialiter quidem laicus, qui Reliquias manu tangit, & arreclat. num. 22.

Nulla est culpa, si laici reuerenter Reliquias thesauri inclusas tangant, aut in processionibus portent. numero 23.

Nulla est culpa, vel ad summum venialis tantum, si femina, & viri laici Agnos Dei, & calices, ac vasa sacra reuerenter tangant. num. 24.

Non licet Agnos Dei depingere, & excommunicantur ipso facto, qui illos depingunt, aut illuminant. numero 25.

Vendentes Agnos Dei ipso facto excommunicantur. num. 26.

Venditio Reliquiarum interdicitur, & quomodo. numero 27.

Secus si essent apud infideles; tunc enim licitum esset eas emere, ne male & irreuerenter tractentur. ibid.

Quo pacto illicita sit Reliquiarum ostensio lucri causa. num. 28. iuxta aliquos.

Sola Reliquiarum simoniaca venditio, quae sit pretio in pactum deducto, iure prohibetur iuxta veriorum sententiam. num. 29.

Exercere res sacras, vt communicare, confiteri, & Sacramenta ministrare ac sumere ob vanam gloriam, non est nisi solum culpa venialis. num. 30.

Pie credendum est, non posse Papam errare in canonizatione Sanctorum. num. 31.

Assistentia Spiritus sancti non promittitur diligentibus, sed desinatibus. Nec fortasse peccatum mortale est, si Summus Pontifex aliquid de fide desinat absque diligentibus humanis. ibid. num. 31.

14. Concil. Trident.

Secunda difficultas est, vtrum possint Episcopi dare licentiam ad collocandas imagines viro- rum sanctorum nondum canonizatorum in altari, venerationis causa, siue sit in aliquo oratorio particulari, siue in Ecclesia publica, & siue in eo altari Missa celebretur, siue non. Et videbitur alicui posse artento decreto Concilij Tridentini sess. 25. ibi: *Statuit sancta Synodus, nemini licere vlllo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, vlllam insolitam imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbata sit.* Quibus verbis videtur Concilium hoc priuilegium Episcopis specialiter concedere: vbi notabis in hoc casu, verbum illud, *insolitam*; non esse idem atque *incognitam*; alioqui enim iam vir sanctus, licet non canonizatus, nec beatificatus, non agnosceretur pro viro sancto, sed idem esse, atque non approbatum ab Episcopo. Distinguendum tamen est, & dicendum, si loquamur de collocatione imaginis huiusmodi in altari publico in Ecclesia, eo modo, quo statuantur imagines aliorum Sanctorum, qui iam sunt canonizati, nequaquam posse Episcopos huiusmodi licentiam dare: nam id esset tacite, & virtualiter canonizare huiusmodi viros sanctos: canonizatio autem Sanctorum ad solum Summum Pontificem spectat, vt diximus cap. 3. num. 5. & sequentibus: deinde, quia Concilium eodem modo

loquitur de collocatione imaginu, atque de collocatione & publica veneratione Reliquiarum. Sed non licet Episcopis approbare Reliquias Sanctorum nondum canonizatorum, nec collocare in altari publico, vt venerentur, vt satis iam probatum manet num. 3. ergo neque imagines illorum. Et ita docet expresse Sancius loquendo de hac publica collocatione imaginis viri sancti non canonizati in templo, tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 8. fol. 598. col. 1. & consequenter idem docere debent omnes, quos citauimus praedicto n. 3. & deinceps. Et ita verbum illud, *insolitam*, in Concilio Tridentino idem significat atque Sancti nondum canonizati: quia huiusmodi imagines non solent collocari in altaribus in Ecclesiis publicis, & ideo insolita merito appellantur. Et hoc intelligendum est, nec etiam semel, & pro vna tantum vice.

Liceret tamen hoc ex Summi Pontificis permissione scientis & tacentis, quod aliquando Romae fieri solet, cum de alicuius viri sancti canonizatione, aut beatificatione agitur, vt optimè animaduertit idem Sancius modo allegatus: nam, quando id Romae fit, ex tacita permissione Summi Pontificis, alibi etiam fieri poterit. Similiter licitum erit etiam ponere imaginem alicuius viri sancti & pij non canonizati in altari simul cum imaginibus Sanctorum canonizatorum, non eodem loco, nec causa eiusdem venerationis, sed ad latus, ad ornatum ipsius altaris, vel ad memoria alicuius beneficii ab eo accepti, vt docet Sancius dicto tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. num. 6. fol. 598. vbi se remittit ad numerum decimumseptimum, & in num. 17. dicit, saepe in altaribus Ecclesiae publicè poni cruces ornatas variis Reliquiis non approbatis ab Episcopis, sanctorum viro- rum non canonizatorum, & id licitè esse, quia tunc huiusmodi Reliquiae non exponuntur propter se, & vt adoretur; sed ad solius crucis ornatu; & ideo Episcopi approbatio non requiritur: & ad eum modum affirmat Sancius dici posse de imaginibus viro- rum sanctorum non canonizatorum, si in altari publicè ponantur in Ecclesiis cum aliis imaginibus Sanctorum canonizatorum, causa ornatus. Et probari potest ex verbis Iuriscofultu, L. et si non sunt. 2. 1. §. Perueniamus, ff. de auro & argento legato ibi: *Semper cum querimus, quid cui sedat, illud expectamus, quid, cuius rei ornanda causa adhibeatur, vt accessio cedat principali.* Vnde Barr. ibi, n. 1. colligit, cum vnus est propter aliud, id solum, propter quod est, considerari. Ego idem etiam sentio cum Sancto viro doctissimo, sed addita mica salis: nam, cum res sit periculossima, & in materia graui religionis, & ad eternu fidei cultu spectas, magna cautela opus est: & ideo dicendum iudico, id fieri licitè posse, modo tamè huiusmodi imagines virorum sanctorum non canonizatoru ponantur ad latus, ita vt intelligant omnes, ornatus causa id fieri, non venerationis publicae; non tamen si ponantur aequaliter in eodem altari publico cum aliis imaginibus, & causa eiusdem venerationis, quia id esset tacite canonizare: nec aliter Episcopi hac licentia possunt concedere. Nec refert, quod Concilium Trident. dicta sess. 25. dicat, *nemine posse vllam insolitam imaginem vlllo in loco ponere, vel ponendam curare, nisi approbante Episcopo.* Quia per hoc Concilium non intendit, quod possint Episcopi dare facultatem, ad collocandas imagines horum viro- rum sanctorum non canonizatoru in altari publico, venerationis causa; sed solum eis concedit facultatem examinandi, an eadem imagines sint solite poni in altari venerationis causa, & an sint alicuius Sancti iam canonizati, aut beatificati, & post examen, ac diligentiam, docet Concilium posse illos huiusmodi licentiam concedere collocandi illas

Sanchez

15.

Sanchez

Sanc.

Philareth.

Conc. Trid.

Bellarmin.

Sanchez

in loco publico venerationis causa, quemadmodu diximus de Reliquiis, n. 4. quod patet liquido, quia Concilium eodem modo loquitur de Reliquiis & Imaginibus. Nec exempli Crucis, quod affert Sancius, multum probat: nam in crucibus non est insolitum, sed commune, & vulgare, apponi Reliquias viro- rum Sanctorum non canonizatorum, non adorationis causa, sed causa ornatus ipsius crucis: non tamen est commune & solitum apponi huiusmodi imagines publicè in altari, causa eiusdem ornatus, cum imagines ordinariè soleat apponi & collocari in altari, causa venerationis, cum ponantur sub nomine, & titulo viri sancti, & digni venerationis, atque adeo diuersa vtrobiq; erit ratio, cum ea publica collocatio (nisi fiat cum magna cautela, illa, scilicet, quam diximus, id est, in ea circumstantia, in qua omnes sciunt, apponi eam imaginem viri sancti non canonizati, nec beatificati, precisè causa ornatus in eo altari publico, non venerationis) videatur tacita canonizatio, quae omnino interdita est Episcopis. 16. Sed quid, si ponatur in altari non publico, & non in Ecclesia, sed in altari domus priuatae, aut oratorij & solae in eo sint, & cum lampade, non causa ornatus cum aliis imaginibus Sanctorum canonizatorum? Id licitum esse, & fieri posse, insinuat Sancius tom. 1. Decalogi, c. 43. n. 7. fol. 598. col. 1. quia id ad cultum priuatum pertinet, & Concilium Tridentinum videtur intelligendum de loco publico: & quia experientia docet, in altari domus priuatae saepe reliquias venerandas exponi non approbatas ab Episcopo. Addit tamen Sancius statim: *Sed hoc non audeo affirmare.* Negat expresse Philareth de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. l. 3. c. 9. fine, & huic opinioni fauent egregie verba Concilij Tridentini dicta sess. 25. ibi: *Statuit sancta Synodus, nemini licere, vlllo in loco, vel Ecclesia, ponere, vel ponendam curare vlllam insolitam imaginem, nisi in approbante Episcopo.* Vbi notanda sunt illa verba, *vlllo in loco*; & illa, *vel Ecclesia*: nam huiusmodi verba, *vel Ecclesia*, non sunt synonyma illorum verborum, *vlllo in loco*, cum per particulam disiunctiuam, *vel*, apponantur, & sic diuersum sensum videtur efficere: illa verò negatio, quae continetur in illis verbis, *vlllo in loco*, videtur reicere omnè locum publicu, & priuatum. Dices, reicere tantum omnem locum publicum, non priuatum: sicut reiciunt illa, *vel Ecclesia*. At hoc dici non potest: quia iam essent synonyma, cum reuera non sint. Deinde, hoc etià dici non potest, quia collocatio in altari causa venerationis, siue illud sit domus priuatae, siue publicae Ecclesiae, de se, & per se est cultus publicus ex natura sua, non enim hic dicitur locus, & cultus publicus ille, qui coram multis fit, & in patèri loco; sed ille, qui totius Ecclesiae nomine, & tanquam ab Ecclesia institutus sit, vt docet Bellar. tom. 1. l. 1. de beatitudine Sanctoru, c. 10. initio, & Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 3. fol. 597. col. 2. & collocatio imaginis in altari, si sola ibi ponatur venerationis causa, de se est cultus publicus ab Ecclesia institutus in honorem illorum sanctorum, qui iam sunt canonizati; & nomine totius Ecclesiae exhibitus, siue altare in Ecclesia sit, siue in aliquo oratorio particulari, cu vnus è praecipuis honoribus, quos sancti per canonizationem consequuntur, teste Bellarmino allegato cap. 7. & Azorio tom. 2. Instit. moral. lib. 5. c. 6. quaest. 8. fit, vt in altari, venerationis causa, illorum imagines collocentur. Et huic opinioni fauet Concilium Tridentinum sess. 25. quatenus vctas, ac prohibet, poni insolitas imagines *vlllo in loco*, hoc est, in altari, vlllo in loco collocato, siue publico, siue secreto: nam, vt diximus numero praecedenti, sine per insolitas imagines intelligit Concilium imagines sanctorum viro- rum, qui nondum sunt canonizati, quia haec non sunt solite po-

ni in altari: & ideo insolite appellantur. Ego inclino in sententia Philarchi, si in eo altari Missa celebretur: quia, vt diximus, vnus ex praecipuis honoribus, quos Sancti per canonizatione à sede Apostolica factam assequuntur, est, vt illorum imagines in altari collocentur, maxime si in eo Missa celebretur.

Rogabis, an liceat depingere imaginem viri sancti nondu canonizati cum radiis, & diademate, instar Solis radiante: Et reuera Sanchez insinuat etià partem affirmatiuam dicto 1. tomo Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 6. fol. 598. col. 1. dummodò in publico loco non proponatur venerationis causa: quia, inquit, id non pertinet ad publicum cultum: & quantum ea pictura ex accommodatone vsus Ecclesiae, sit Sancti canonizati: at, cum priuatum habenda tantum pingatur, non videtur ad publicum cultum specialiter pertinere. Addit tamè statim Sancius ibi: *Sed id non audeo affirmare*, sicut in dubio praecedenti addiderat. Mihi tamen contrarium videtur: quia, vt notat Bellarminus tom. 1. lib. 1. de beatitudine sanctorum, cap. 7. §. *primum enim*, & Azor tom. 2. lib. 5. Instit. moral. c. 6. quaest. 8. inter septem honores: spectantes ad cultum publicum, quos ibi viri sancti per canonizationem assequuntur, vnus est, vt illoru imagines depingantur, addito certo splendore circum caput instar solis radiante; in insigne illius glorie, qua potitur in caelis: vnde id nihil aliud erit, quam tacite canonizare huiusmodi viros sanctos, & temerariè vsurpare munus summi Pontificis, cum ad solum summum Pontificem spectet munus canonizandi viros sanctos. Deinde, quia reuera ex accommodatone vsus Ecclesiae, diadema in imaginibus sanctorum apponere cum radiis solaribus, ad solos viros sanctos iam canonizatos spectat, siue publicè, siue secreto illorum imagines habeantur, cum id ex instituto Ecclesiae vniuersae sit publicus cultus institutus ab ipsa Ecclesia in honorem illorum sanctoru, qui iam publica auctoritate summi Pontificis in sanctorum canonizatorum numerum cooptati sunt, & publicum testimonium sanctitatis à Sede Apostolica sunt adepti, vt patet.

Non licet etiam ob eandem rationem in gratiam ac cultum & honorem alicuius sancti nondum canonizati, altaria erigere, ac dedicare, vt specialiter animaduertit, notatq; Bellarminus tom. 1. lib. 1. de beatitudine sanctorum, cap. 10. & Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 7. Altare autem dedicare est, tempore erectionis ipsius altaris illud illi sancto consecrare, vt constat ex Pontificalibus Romanis antiquis, & ex hoc vltimo Clementis VIII. vbi in Litanis dedicationis altaris ter repetitur: *Vt hoc altare ad honorem tuum, & sancti N. consecrare digneris*, & Episcopus quinquies signat altare, dicens: *Sanctificetur hoc altare ad honorem Dei, & memoriam Sancti N.* Nec licitum est in honorem, ac cultum eius, templa, & sacrificia instituire; nec Reliquias publicè venerandas exhibere: quia haec & alia similia sunt propria sancti canonizati, vt egregie docet Bellarm. l. 1. de beatitudine sanctorum, tom. 1. c. 10. & Sandius tom. 1. Decalogi, cap. 43. n. 7. fine, fol. 598. col. 1. & ad cultum publicum spectant. Cultus autem publicus, & solemnissimus non canonizatis interdicitur, c. finali, & c. 1. de Reliquiis & veneratione sanctorum.

Non prohibetur autem cultus priuatus: est autem cultus priuatus ille, quo quis vult honorare, ac colere huiusmodi virum pium, & sanctum non canonizatum, qui nec est institutus ab Ecclesia, nec uatus, nomine totius Ecclesiae exhiberi solet; hinc potest quis Reliquias huiusmodi viri collo appensas gestare causa venerationis; orationes illi offerre priuatum; seque illi commendare, vt docent Ostiensis, & Innocentius in c. 1. de Reliquiis, & venerat.

17.

Sanchez

Bellarmin.

Azor

18.

Bellarmin.

Sanchez

Bellarmin.

Sanchez

19.

Ostiensis

Innocent.



Azor. Sanchez. Bellar. Zerola. Sylu.

D. Hieron.

Sanctorum. Azor tomo 2. lib. 5. Infit. moral. cap. 6. quæst. 8. sine. fol. 791. col. 1. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 42. num. 7. sine. Bellarm. tomo 1. l. 1. de beatitud. Sanct. cap. 10. Zerola verbo, Canonizatio, & ibi Syl. num. 1. & 2. Potest etiam quis illum credere, & vocare Sanctum, & illum inuocare aliis audientibus, quo pacto D. Hieron. beatam Paulam non canonizatam, Sanctam appellauit. Non tamen potest dicere, cum iam esse in Sanctorum numerum à Summo Pontifice cooperatum; nec potest in Litanis, etiam priuatim dictis, aut sacro Officio illum inuocare, quia id quidem est cultus publicus nomine rotius Ecclesiæ institutus. Ita Bellarm. & Sancius loco allegato, Syluest. verbo, Canonizatio, n. 1. & Innocentius in cap. Audiuimus, de Reliquiis, & venerat. Sanctorum. Et intelligit ibi Sancius, (& doctè,) non solum quando Litanæ publicè recitantur; sed etiam quando priuatim, sicut de Officio diuino dicendum est: quia reuera huiusmodi cultus est ab Ecclesia institutus tanquam publicus, & solennis, & nomine ipsius Ecclesiæ defertur, siue publicè, siue priuatim exhibeatur: quare solis Sanctis canonizatis exhibetur, & conuenit. Licetum est quoque imaginem ipsius pingere, & venerari; non tamen in templo constituere eo modo, quo aliorum Sanctorum imagines. Ita Bellarminus citatus, & Sancius loco allegato, dicto num. 7. Licetum quoque est, eius viri demortui vestes, & vestium frustula sumere, & secum ferre, manibùsque illius, ac pedibus oscula figere, aliis etiam videntibus, atque spectantibus: modò tamen scandalum absit. Ita Sancius, & Bellarm. allegati. Et ratio est: quia licitum est, illos adhuc viuentes hoc modo venerari: ergo & post mortem.

20. An liceat Reliquias furari cauere venerat. Azor. Sanchez. Syluest. Angelus. Fumus. Tabiena. Azor. Philarch.

Quæres hic, an liceat Reliquias furari, saltem causa deuotionis, eaque intentione, vt honorabiliori loco collocentur? Respond eo, non licere, sed esse sacrilegium mortale: quia est rei sacræ, inuito domino, ablatio. Ita docent Sanch. tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 23. fol. 603. col. 1. D. Anton. 3. p. titulo 12. cap. 8. sine. Syl. verbo, Reliquia, q. 2. & ibi D. Anton. Angel. num. 2. Fumus num. 2. Tabiena num. 3. Azor tomo 1. lib. 9. Infit. moral. cap. 8. q. 9. Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. c. 9. ad finem. Limitant tamen (& benè) Sancius, & Philarchus, nisi essent apud infideles, quia sunt iniusti possessores illarum, & ordinariè apud illos vilescunt, & non in ea ueneratione, qua decet, habentur. Limitat etiam Azor, nisi furto auferantur de licentia illius, qui custodiam illarum habet. Et id probat ex cap. Quisquis inuentus, versu, Si quis domum, 17. q. 4. Ceterum, hæc limitatio, nec Sancius, nec mihi placet: quia ille, cuius curæ custodia Reliquiarum commissa est, nullam habet illarum administrationem, sed meram custodiam; ac proinde eius licentia non excusabit à furto Reliquiarum: sicut nec licentia custodis vineæ excusabit à furto vuarum. Nec textus allegatus ab Azore aliquid probat ad hanc rem: sed solum probat, non incurri poenam excommunicationis in eo textu statutam, de qua tamen poena dubitat Soar. numero sequenti allegandus, an in eo textu talis excommunicatio statuatur, quod statim videbimus numero sequenti. & addit Sancius (& benè) ibi: Nec spectanda est paruitas materia ad excusandum Reliquiarum furum; sed earum dignitas, & estimatio, & earum varietas: quia hæc multum aggrauant. Ita Sancius ibi. Credo tamen, non esse peccatum mortale, ex multitudine Reliquiarum, quæ permixtæ sunt, & non inclusa thecis aureis, aut argenteis, paruiam Reliquiam furriue accipere, causa uenerationis: nõ, quia non æstimeretur à Domino; sed, quia abundantiam, quam habet, in causa est, vt rationabiliter iudice-

ntus, illum non esse inuitum: quod si inuitus fuerit, videretur irrationabiliter esse inuitus; nisi tamen furata Reliquia sit vnica alicuius Sæcti notabilis, v. c. Ioannis Baptistæ, aut dens Pueri Iesv, vel Diui Augustini. Item, credo, non esse mortale inter Religiosos nostræ Societatis, furari vnum Agnum è sacra cera confectum; non, quod non sit in magna estimatione apud nos; sed, quia magna facilitate eos donamus, & iuste præsumere possumus, dominum illius non esse multum inuitum, vel si est, esse tantum inuitum quoad modum, non quoad substantiam rei furatæ.

21. Sed dubitant aliqui, an sit aliqua excommunicatio in iure lata contra Reliquiarum fures: Azor tomo 1. lib. 9. Infit. moral. c. 8. q. 10. ait, huiusmodi fures incurrere excommunicationem minorem, & idè ait: Nisi satisfaciatis, eis est neganda Eucharistia: & ter admoniti, nisi satisfaciendo resipiscant, excommunicandi sunt maiori excommunicatione. Probat ex cap. Quisquis inuentus, 17. q. 4. & citat Syluestrum: tacet tamen illius locum; sed fortè est verbo, Excommunicatio 4. notabili 2. vbi ait, excommunicationem minorem incurrere sacrilegos. Soar. tamen tomo 5. in tertiam partè D. Thomæ, disp. 22. sect. 2. num. 9. & Sancius numero præcedenti allegatus, num. 24. optimè docent, non constare, an in eo textu stabiliatur poena excommunicationis, an solum separatio ab Eucharistia: & addunt, eam poenam ibi videri solum latam contra effractores Ecclesiarum, & raptores. Præterea, vt optimè notat Sancius dicto tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 24. quantus excommunicatio minor in eo textu contineretur, hodie non incurreretur: quia hodie iam in vsu nullus est casus, in quo excommunicatio minor incurratur, præter communicationem cum excommunicato, vt egregiè etiam notauit Sotus in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. Nauar. in Summa Lat. cap. 27. num. 25. Henric. lib. 2. de excomm. cap. 3. num. 4. Soar. tomo 5. in tertiam partem, disp. 24. sect. 3. num. 2.

22. Non peccat verò, nec venialiter, quidem laicus, qui eas sacras Reliquias, quas apud se habet, piè ac religiosè tangit, aut in capsulis includit: secus si irreligiosè, & per contemptum. Ita docet Sancius loco præcedenti allegatus, num. 26. & Azor tomo 1. Infit. moral. lib. 9. cap. 9. quæst. 5. An autem liceat laicis, in publicis supplicationibus Reliquias portare in capsulis, dubitant nonnulli. Sancius tomo 1. Decalogi, l. 2. cap. 43. num. 26. ait licere, & id nullum esse peccatum, nec veniale quidem: quia nullibi in iure id interdicitur. Azor modò allegatus ait, non esse grauis criminis condemnandum laicum, qui id faceret, in quo supponit, saltem veniale esse: sed Sancio consentio, non Azori. Nec refert, quod D. Greg. 1. 3. epist. epistola 30. ait intolerabile esse ac sacrilegium, si Sanctorum corpora quicquam tangere voluerit, quia (vt bene explicat Azor ibi) D. Greg. locutus fuit de his temporibus, in quibus nulli, etiam in sacris Ordinibus constituto, licebat, Sanctorum corpora, ossa vel minutissimas reliquias è loco proprio amouere, transferre, aut gestare, at hodie iam vsu introductum est, quod transferantur, ac collo appendæ gestentur.

23. De vasis sacris, an liceat Clericis in minoribus, & laicis ea tractare, sic dicitur in Concil. Brachensi I. cap. 28. & refertur cap. Non licet, 1. dist. 23. ita habetur: Non licet lectoribus sacra altari vasa portare. Vbi Glossa verbo, Portare, Vgo, & Archidiaconus ibi explicans, in supplicationibus publicis, quas processiones vocant, & aiunt, vocari vasa sacra, ea, in quibus Reliquiæ inclusæ continentur. At verò Paludan. in 4. dist. 3. q. 1. n. 15. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 12. §. 4. Syl. verbo, Eucharistia 3. quæst.

24. Reliquias, quas Agnos Dei vocamus, è sacra cera confectos, non licet nisi Clericis in sacris tangeri: quia non oratione solum Pontificis sunt sacratæ, sed etiam oleo sacro, & chrismate instar calicum consecrantur. Quare, sicut hac ratione solis Diaconis fas est tangere calices, ita & Agnos Dei. Ita docet Azor. 1. l. 9. Infit. mor. c. 6. q. 3. & Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 27. qui benè addunt, laicos non grauitè peccatores, si asque contemptu calices, & Agnos Dei tangerent. Imò Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3. quem multi recentiores sequuntur, docet, nullam esse culpam, aut saltem venialem, si fœminæ religiosè, & absque contemptu corporalia & calices tangerent, quia Canones id prohibentes solum loquuntur de consilio. Quare ait Sancius citatus: Et Agnos Dei fœminas tangere non excedit culpam venialem. Et statim addit: Imò credo, nullam culpam esse, eò quod vsus iam obtinuerit, ut à laicis etiam fœminis tangantur. Quando verò Doctores loquuntur de tactu, intelligendi sunt de tactu immediato, & non de tactu, qui fit mediante aliquo velo serico, vel interposito aliquo instrumento: quia tunc licitum est eis tangere.

25. Sub excommunicatione maioris ipso facto interdictum est omnibus, etiam quacunque dignitate fulgentibus, sacros Agnos depingere, illuminare auro, minio, aut coloribus notare: nam eos albos, ac mundos teneri; deferri ac custodiri præcipit Gregorius XIII. in quodam Motu proprio, incipienti, *Omni certè studio*, quem refert Azor tomo 1. Infit. moral. cap. 9. q. 1. & id docet etiam cum eo Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 28. Postquam autem ea excommunicatione quis innodatus est, eos depingendo, aut illuminando, non videtur prohibitum eis vni depictis, & illuminatis, vt docet Sancius ibi: quia non ob id destrui debent: & hæc excommunicatio est in viridi obseruantia. Quamobrem, si aliquos videmus depictos, aut illuminatos, coloribusque superinductos, credendum est, id de licentia Summi Pontificis factum fuisse: soler enim Summus Pontifex hanc licentiam aliquando daret, sed rarè ac difficilè.

26. Etiam eodem Motu proprio excommunicantur ipso facto ij, qui eos vendunt, vendere faciunt, aut venales exponunt. Dum autem in eo Motu proprio prohibentur Agni venales exponi, intelligendum id est, vt egregiè notat Sancius numero præcedenti allegatus n. 29. de venditione simoniaca, qualis est, si ratione benedictionis vendantur, aut plaris ratione illius, quam ratione ceræ, ac materiæ, & laboris, quo fiunt: nam, si ratione folius ceræ, & materiæ, ex qua conficiuntur, & ratione laboris, & impensarum in eis conficiendis, & Roma afferendis, vendantur; nulla simonia est: quia nihil inuenitur in eo Motu proprio, quod specialem prohibitionem venditionis contineat, quæ aliàs non sit simoniaca:

27. Quæres tamen, qualiter interdicitur Reliquiarum sanctarum venditio: In c. finali, de Reliquiis, & ueneratione Sanctorum, sic habetur: *Nec exponantur venales*. In Concilio Tridentino sessione 25. initio, sic: *In Reliquiarum ueneratione omnis turpis questus eliminetur*. Et quidem si vendantur, apertissima esset simonia, quia sunt res spirituales, & sacra, vt omnes fatentur. Excipe, nisi Reliquiæ sint apud infideles: quia tunc non res sacra, quæ est in Reliquiis, emeretur; sed pretio dato redimeretur vexatio, qua infideles, fideles vexant, illas Reliquias iniuste retinendo. Ita Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem. Vgolinus de simonia, tabula 1. cap. 38. n. 1. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 22. fol. 702. col. 1. Sic licitum est, pecuniam dare Sacerdoti pro Baptismo ritè, & rectè administrando, si Sacerdos illum non nisi cum vitio & peccato administrare voluerit, ad redimendam vexationem, qua indebitè vexat suscipientes, non tanquam pretium rei sacræ, vt optimè notauit Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de simonia, cap. 35. dub. 7. vbi pro hac sententia citat Adrianum, & Altfiodorensem; sed tanquam allucitium, vt faciat id debitè, quod de iure debitè tenetur facere.

28. Quidam putant, per textum cap. finali, & per decretum Concilij Tridentini, numero præcedenti relatum, non solum veram venditionem Reliquiarum interdici, qua deducto pretio in pactum Reliquiæ venduntur, sed etiam, quando, nullo pacto factò, exponuntur passim publicè adorandæ principaliter ob questum, & vt abundantiores elemosynæ colligantur, quia hoc in rigore, est quedam lata venditio, & modus negotiationis illicitus. Ita Abbas dicto c. finali, de Reliq. & venerat. Sanch. statim in principio, notabili 1. Angel. verbo, Reliquiæ, initio, & ibi Syl. q. 1. Vgolinus dicto c. 38. sine Azor tomo 1. Infit. moralium, lib. 9. cap. 8. quæst. 7. c. 2. Capua decif. aut. lib. 2. cap. 14. n. 7. quod tamen limitant alij, quando principalis ob maiores habet elemosynas Reliquiæ ostenduntur, quam ob deuotionem populi. Sic limitat Fumus verbo, Reliquiæ n. 1. & ibi Tabiena initio. Nauar. in Man. Lat. cap. 17. n. 169. Et idem videtur sentire Ioannes And. dicto cap. finali, num. 2. Ant. Butr. num. 4. Cardinalis num. 2. Ancharanus num. 1. dicunt enim, duplicem venditionem prohiberi; alteram, cum venè venduntur; alteram, cum extra capsulam & thecam ostentantur, & principaliter exponuntur causa lucri publicè, & acquirendi maiores elemosynas.

29. Dicendum tamen est, solam Reliquiarum venditionem simoniacam prohiberi, quæ tunc datur, quando pretio in pactum deducto adorandæ ostentantur, aut venduntur: quia caput finale iis solis verbis vitur: *Nec exponantur venales*, & Concilium Tridentinum nihil addit, sed tantum iubet turpem, ac prohibitum questum eliminari. Et ita docet, ac benè, Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 22. ad medium, & Glossa eo, cap. finali, verbo, Venales, & ibi Ostiensis initio. Et reddunt rationem: quia nequeunt pretio æstimari absque simonia. Quamobrem Doctores, qui limitant, quando finis principalis est acquisitio maiorum elemosynarum, ducuntur eo fundamento, quod existimio esse simoniam exercere spiritualia pro stipendio temporalis, tanquam pro fine principali: quæ opinio fuit olim communis, sed hodie non est. Nam San-

Tabiena. Turrecrem. Graphis.

21. Azor.

24. Soar.

Soar.

Sotus.

Sanchez.

Sotus. Nauar. Henric. Soar.

22. Sanchez. Azor.

Azor. Sanchez.

26. Sanchez.

23. Concil. Brach.

Paludan. D. Anton. Syluest.

quæst. 4. Tabiena verbo, Excommunicari, quæst. 5. r. asserunt, laicis non licere ea reliquiarum vasa tangere: sed solis Acolytis. At meliùs Turrecremata eo cap. Non licet, numero vnico, & Graphis 2. p. decif. aut. lib. 2. cap. 14. num. 8. asserunt, nomine vasorum sacrorum intelligi calicem, & patenam: quia hæc sola dicuntur sacra altaris vasa: & addunt, quod, licet olim daretur ea prohibitio; tamen hodie iam vsu receptum est, vt acolyti Reliquiarum vasa portent, Sancius tamen dicto tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 26. sine. docet, nullam esse culpam, nec venialem quidem, si laici reuenter ea portent, aut tangerent, cum nulla in iure reperiat prohibio, sicut portant cruces, atque imagines sacras: & sic in supplicationibus publicis solent hodie portari vasa Reliquiarum in pægamibus, humeris laicorum honestè ac decentè.

24. Reliquias, quas Agnos Dei vocamus, è sacra cera confectos, non licet nisi Clericis in sacris tangeri: quia non oratione solum Pontificis sunt sacratæ, sed etiam oleo sacro, & chrismate instar calicum consecrantur. Quare, sicut hac ratione solis Diaconis fas est tangere calices, ita & Agnos Dei. Ita docet Azor. 1. l. 9. Infit. mor. c. 6. q. 3. & Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 27. qui benè addunt, laicos non grauitè peccatores, si asque contemptu calices, & Agnos Dei tangerent. Imò Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3. quem multi recentiores sequuntur, docet, nullam esse culpam, aut saltem venialem, si fœminæ religiosè, & absque contemptu corporalia & calices tangerent, quia Canones id prohibentes solum loquuntur de consilio. Quare ait Sancius citatus: Et Agnos Dei fœminas tangere non excedit culpam venialem. Et statim addit: Imò credo, nullam culpam esse, eò quod vsus iam obtinuerit, ut à laicis etiam fœminis tangantur. Quando verò Doctores loquuntur de tactu, intelligendi sunt de tactu immediato, & non de tactu, qui fit mediante aliquo velo serico, vel interposito aliquo instrumento: quia tunc licitum est eis tangere.

25. Sub excommunicatione maioris ipso facto interdictum est omnibus, etiam quacunque dignitate fulgentibus, sacros Agnos depingere, illuminare auro, minio, aut coloribus notare: nam eos albos, ac mundos teneri; deferri ac custodiri præcipit Gregorius XIII. in quodam Motu proprio, incipienti, *Omni certè studio*, quem refert Azor tomo 1. Infit. moral. cap. 9. q. 1. & id docet etiam cum eo Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 28. Postquam autem ea excommunicatione quis innodatus est, eos depingendo, aut illuminando, non videtur prohibitum eis vni depictis, & illuminatis, vt docet Sancius ibi: quia non ob id destrui debent: & hæc excommunicatio est in viridi obseruantia. Quamobrem, si aliquos videmus depictos, aut illuminatos, coloribusque superinductos, credendum est, id de licentia Summi Pontificis factum fuisse: soler enim Summus Pontifex hanc licentiam aliquando daret, sed rarè ac difficilè.

26. Etiam eodem Motu proprio excommunicantur ipso facto ij, qui eos vendunt, vendere faciunt, aut venales exponunt. Dum autem in eo Motu proprio prohibentur Agni venales exponi, intelligendum id est, vt egregiè notat Sancius numero præcedenti allegatus n. 29. de venditione simoniaca, qualis est, si ratione benedictionis vendantur, aut plaris ratione illius, quam ratione ceræ, ac materiæ, & laboris, quo fiunt: nam, si ratione folius ceræ, & materiæ, ex qua conficiuntur, & ratione laboris, & impensarum in eis conficiendis, & Roma afferendis, vendantur; nulla simonia est: quia nihil inuenitur in eo Motu proprio, quod specialem prohibitionem venditionis contineat, quæ aliàs non sit simoniaca:

27. Quæres tamen, qualiter interdicitur Reliquiarum sanctarum venditio: In c. finali, de Reliquiis, & ueneratione Sanctorum, sic habetur: *Nec exponantur venales*. In Concilio Tridentino sessione 25. initio, sic: *In Reliquiarum ueneratione omnis turpis questus eliminetur*. Et quidem si vendantur, apertissima esset simonia, quia sunt res spirituales, & sacra, vt omnes fatentur. Excipe, nisi Reliquiæ sint apud infideles: quia tunc non res sacra, quæ est in Reliquiis, emeretur; sed pretio dato redimeretur vexatio, qua infideles, fideles vexant, illas Reliquias iniuste retinendo. Ita Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem. Vgolinus de simonia, tabula 1. cap. 38. n. 1. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 22. fol. 702. col. 1. Sic licitum est, pecuniam dare Sacerdoti pro Baptismo ritè, & rectè administrando, si Sacerdos illum non nisi cum vitio & peccato administrare voluerit, ad redimendam vexationem, qua indebitè vexat suscipientes, non tanquam pretium rei sacræ, vt optimè notauit Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de simonia, cap. 35. dub. 7. vbi pro hac sententia citat Adrianum, & Altfiodorensem; sed tanquam allucitium, vt faciat id debitè, quod de iure debitè tenetur facere.

28. Quidam putant, per textum cap. finali, & per decretum Concilij Tridentini, numero præcedenti relatum, non solum veram venditionem Reliquiarum interdici, qua deducto pretio in pactum Reliquiæ venduntur, sed etiam, quando, nullo pacto factò, exponuntur passim publicè adorandæ principaliter ob questum, & vt abundantiores elemosynæ colligantur, quia hoc in rigore, est quedam lata venditio, & modus negotiationis illicitus. Ita Abbas dicto c. finali, de Reliq. & venerat. Sanch. statim in principio, notabili 1. Angel. verbo, Reliquiæ, initio, & ibi Syl. q. 1. Vgolinus dicto c. 38. sine Azor tomo 1. Infit. moralium, lib. 9. cap. 8. quæst. 7. c. 2. Capua decif. aut. lib. 2. cap. 14. n. 7. quod tamen limitant alij, quando principalis ob maiores habet elemosynas Reliquiæ ostenduntur, quam ob deuotionem populi. Sic limitat Fumus verbo, Reliquiæ n. 1. & ibi Tabiena initio. Nauar. in Man. Lat. cap. 17. n. 169. Et idem videtur sentire Ioannes And. dicto cap. finali, num. 2. Ant. Butr. num. 4. Cardinalis num. 2. Ancharanus num. 1. dicunt enim, duplicem venditionem prohiberi; alteram, cum venè venduntur; alteram, cum extra capsulam & thecam ostentantur, & principaliter exponuntur causa lucri publicè, & acquirendi maiores elemosynas.

29. Dicendum tamen est, solam Reliquiarum venditionem simoniacam prohiberi, quæ tunc datur, quando pretio in pactum deducto adorandæ ostentantur, aut venduntur: quia caput finale iis solis verbis vitur: *Nec exponantur venales*, & Concilium Tridentinum nihil addit, sed tantum iubet turpem, ac prohibitum questum eliminari. Et ita docet, ac benè, Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 22. ad medium, & Glossa eo, cap. finali, verbo, Venales, & ibi Ostiensis initio. Et reddunt rationem: quia nequeunt pretio æstimari absque simonia. Quamobrem Doctores, qui limitant, quando finis principalis est acquisitio maiorum elemosynarum, ducuntur eo fundamento, quod existimio esse simoniam exercere spiritualia pro stipendio temporalis, tanquam pro fine principali: quæ opinio fuit olim communis, sed hodie non est. Nam San-

quantus Azor tomo 1. Infit. moral. lib. 9. q. 4. dicat, prohiberi in eo Motu proprio venditionem ratione materiæ, nisi ad vsus sacros vendantur; sed benè addit Sancius loco citato: *Non videt ibi, vbi id Pontifex prohibeat*.

27. Quæres tamen, qualiter interdicitur Reliquiarum sanctarum venditio: In c. finali, de Reliquiis, & ueneratione Sanctorum, sic habetur: *Nec exponantur venales*. In Concilio Tridentino sessione 25. initio, sic: *In Reliquiarum ueneratione omnis turpis questus eliminetur*. Et quidem si vendantur, apertissima esset simonia, quia sunt res spirituales, & sacra, vt omnes fatentur. Excipe, nisi Reliquiæ sint apud infideles: quia tunc non res sacra, quæ est in Reliquiis, emeretur; sed pretio dato redimeretur vexatio, qua infideles, fideles vexant, illas Reliquias iniuste retinendo. Ita Cosmus Philarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem. Vgolinus de simonia, tabula 1. cap. 38. n. 1. Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. n. 22. fol. 702. col. 1. Sic licitum est, pecuniam dare Sacerdoti pro Baptismo ritè, & rectè administrando, si Sacerdos illum non nisi cum vitio & peccato administrare voluerit, ad redimendam vexationem, qua indebitè vexat suscipientes, non tanquam pretium rei sacræ, vt optimè notauit Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de simonia, cap. 35. dub. 7. vbi pro hac sententia citat Adrianum, & Altfiodorensem; sed tanquam allucitium, vt faciat id debitè, quod de iure debitè tenetur facere.

28. Quidam putant, per textum cap. finali, & per decretum Concilij Tridentini, numero præcedenti relatum, non solum veram venditionem Reliquiarum interdici, qua deducto pretio in pactum Reliquiæ venduntur, sed etiam, quando, nullo pacto factò, exponuntur passim publicè adorandæ principaliter ob questum, & vt abundantiores elemosynæ colligantur, quia hoc in rigore, est quedam lata venditio, & modus negotiationis illicitus. Ita Abbas dicto c. finali, de Reliq. & venerat. Sanch. statim in principio, notabili 1. Angel. verbo, Reliquiæ, initio, & ibi Syl. q. 1. Vgolinus dicto c. 38. sine Azor tomo 1. Infit. moralium, lib. 9. cap. 8. quæst. 7. c. 2. Capua decif. aut. lib. 2. cap. 14. n. 7. quod tamen limitant alij, quando principalis ob maiores habet elemosynas Reliquiæ ostenduntur, quam ob deuotionem populi. Sic limitat Fumus verbo, Reliquiæ n. 1. & ibi Tabiena initio. Nauar. in Man. Lat. cap. 17. n. 169. Et idem videtur sentire Ioannes And. dicto cap. finali, num. 2. Ant. Butr. num. 4. Cardinalis num. 2. Ancharanus num. 1. dicunt enim, duplicem venditionem prohiberi; alteram, cum venè venduntur; alteram, cum extra capsulam & thecam ostentantur, & principaliter exponuntur causa lucri publicè, & acquirendi maiores elemosynas.

29. Dicendum tamen est, solam Reliquiarum venditionem simoniacam prohiberi, quæ tunc datur, quando pretio in pactum deducto adorandæ ostentantur, aut venduntur: quia caput finale iis solis verbis vitur: *Nec exponantur venales*, & Concilium Tridentinum nihil addit, sed tantum iubet turpem, ac prohibitum questum eliminari. Et ita docet, ac benè, Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 43. num. 22. ad medium, & Glossa eo, cap. finali, verbo, Venales, & ibi Ostiensis initio. Et reddunt rationem: quia nequeunt pretio æstimari absque simonia. Quamobrem Doctores, qui limitant, quando finis principalis est acquisitio maiorum elemosynarum, ducuntur eo fundamento, quod existimio esse simoniam exercere spiritualia pro stipendio temporalis, tanquam pro fine principali: quæ opinio fuit olim communis, sed hodie non est. Nam San-

B 4 cius

cius allegatus melius existimat, simoniam tunc solum esse, quando intenditur lucrum tanquam pretium rei spiritualis; non verò tanquam debitum sustentationis stipendium, vel tanquam elemosyna gratis oblata: & sic, inquit, non est venditio, vel emptio, quando res sacræ exercentur tanquam debitum stipendium, aut tanquam datio elemosynæ gratis oblata; sed solum, quando lucrum temporale intenditur, tanquam pretium exercitationis, aut venditionis rei spiritualis. Et præter Sancium hoc docet etiam egregiè Sotus lib. 9. de iustitia, q. 6. art. 2. ad finem, & Syl. verb. *Simonia*, §. 15. & Toletus lib. 5. Summæ, cap. 89. & Soar. tomo 1. de Relig. lib. 4. cap. 17. Et fundamentum est: quia simonia ex obiecto speciem habet, nempe, quando res spiritualis pro pretio deducto venditur: si autem ista formalitas caueatur, & pretium saltem ex intentione accipientis, exercentisque rem spiritualem, accipiatur pro victu, & alimentis, etiam si illis non egear, erit quidem peccatum auaritiæ, aut alterius vitiij, non simoniæ. Imò addit ibi Sancius ad finem dicti num. 22. *Nec erit peccatum mortale, sed solum veniale, sic intendere principaliter eas elemosynas per ostentationem Reliquiarum extra capsulas: quia est tantum culpa prauæ ordinationis ad finem acquirendi.* Et idèd quando finis non est de se mortalis, solam culpam venialem constituit, vt optimè docet Caietanus 2. 2. q. 148. a. 2. versu. *Sed occurrit hic.*

Sotus.  
Syluest.  
Tolet.  
Soarius.

Caietanus

30.

Et ex hoc principio rectè inferunt Doctores, exercere res, quantumvis sacras, veluti communicare, confiteri peccata sua, aut Sacramenta omnia ministrare, atq; accipere, principaliter ob vanam gloriam, non excedere venialem culpam: & quia etsi debitus ordo peruertatur; ea tamen peruersio non est tam grauis iniuria rebus spiritualibus illata, vt pœna æterna punienda sit; & quia est tantum culpa prauæ ordinationis ad finem acquirendi iactantiæ: acquisitio autem iactantiæ, gloriolæ, ac laudis, culpa est tantum venialis, quando sine detrimento, aut vituperio alterius acquiritur. Et ita docet expressè Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 1. c. 3. initio, n. 1. Syl. verbo *Vana gloria*, q. 2. line. Nau. in Man. Lat. cap. 23. n. 13. versu. *Quartò peccat.* Henriq. lib. 4. de pœnit. c. 36. n. 4. in Commento, littera R. Et tenere videtur D. Thom. 2. 2. q. 132. art. 3. dicens, tunc solum esse mortale, ordinare virtutis opera ad inane gloriam, quando in ea vltimus finis constituitur, omitrendo præcepta Dei ob illam: est tamen hoc contra Abulensem, c. 6. in Marth. q. 3. & q. 55. & contra Angelum verbo, *Vana gloria*, n. 1. asserentes esse peccatum mortale Sacramenta accipere, vel ministrare, principaliter ob vanam gloriam. Sed nostra opinio, quæ est Sancij, præualet ob illius fundamenta.

Sanchez.  
Syluest.  
Henriq.

D. Thom.

Abulens.

31.

Ad pleniorè doctrinam sacrarum Reliquiarum inquirens, an Romanus Pôitfex errare possit in canonizatione Sanctorum: Hæc quæstio alibi tractatur. Resolutio tamen breuiter sit, piè credendum esse, errare non posse. Ita docet D. Th. quodlib. 9. q. 7. art. 6. D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 8. §. 2. & Syl. verbo, *Canonizatio*, q. 3. & sumus eodem verbo, & Azor tom. 2. lib. 5. Inst. moral. c. 6. q. 5. §. *Dicendum est cum D. Thoma.* Soares de fide, tract. 1. disp. 5. sect. 8. n. 8. Bellarm. lib. 1. de Sancto. beatitud. c. 5. Valentia tom. 3. disp. 1. q. 1. puncto 7. §. 40. versu. *Itaque quod ad D. Gregor.* relatus in cap. *Sicut.* dist. 15. & D. Bernard. in Epist. 174. ad Lugdunenses, & alij. Fundamentum est: quia honor & cultus publicus, quem Sanctis post canonizationem impendimus, est quædam fidei professio, qua Sanctorum gloriam credimus, & Summus Pontifex non potest errare in rebus fidei decernendis. Dices, Canonizatio Sanctorum nitiur testimoniis hominū

D. Thom.  
D. Anton.  
Syluest.  
Fumus.  
Azor.  
Soar.  
Bellarm.  
Valent.  
D. Greg.  
D. Bern.

testimonia autem fallibilia sunt. Respondeo, canonizationem Sanctorum non niti testimoniis hominum, sed niti promissioni diuinæ factæ: D. Petro & eius successoribus; supponere tamen hominum testimonia. At verò id non obstat, quia, quando Summus Pontifex definit aliquem esse Sanctum, eius definitio non innititur huiusmodi testimoniis, sed diuinæ promissioni: & idèd errare non potest. Ponamus tamen falsa fuisse huiusmodi testimonia, falsasq; omnes informationes, vt re vera esse possunt: non enim tenetur Deus hominibus assistere, ne in testando errent, neq; vnquam inuenitur in sacris Literis talis assistentiæ promissio; ergo errabit S. Pontifex, Nego illationem: admitto suppositionem: quia, vt dixi, quando Summus Pontifex aliquid de fide, aut ad fidem concernens definit, non potest illi deesse assistentiæ diuinæ, ne erret; & idèd, licet demus testimonia & informationes fuisse falsas, non tamen idèd sequitur definitionem illam falsam esse; quia Christus propter suam promissionem, Marthæ 28. *Ego rogavi pro te, Petre, vt nõ deficiat fides tua.* Summo Pontifici assistet, ne deficiat. Quo in loco non promittit Christus Sedi Apostolicæ, ac Summo Pontifici non defecturam Spiritus sancti assistentiam diligentiis, sed definitionibus fidei, & earum rerum, quæ fidem cõcernunt. Non enim dixit Petro: *Ego rogavi pro te, vt nõ deficiat diligentia tua, aut prudentia tua; sed, fides tua.* Neque ex eo, quòd fit promissio assistentiæ ad non errandum, sequitur, quòd sit promissio ad inquirendum per diligentiam, cum diligentia non sit medium absolutè necessarium, nec sufficiens ad definitionem de rebus fidei: sed tantum vt Papa debito modo se gerat. Et non peccare illum mortaliter in omissione harum diligentiarum, docet Ferdinãdus Perez in materia de fide, disp. 3. §. *Confirmatur autem hac sententia,* quod alibi examinabitur.

CAPVT V.

*Verum possit potestas laica dies festos instituerè obligantes ad culpam, vel pœnam sub qua præcipiuntur, absque potestatis Ecclesiasticæ approbatione.*

S V M M A R I V M.

Propositur sententia affirmans num. 1.  
Reiicitur & statuitur negans. num. 2.  
Resuitatur sententia asserens posse Principes seculares præcipere dies festos obligantes ad cessationem operum seruiliū, sub pœna, qua præcipiuntur, non tamen sub culpa mortali. 3. & 4.  
An tunc obligent ad auditionem Missæ. ibid.  
Finitis potestatis Ecclesiasticæ, est excellentioris Ordinis quam Secularis, & in quò distinguantur. n. 5.  
Subditos Gentiles possunt Principes seculares obligare ad deserendam idolatriam, non tamen ad suscipiendam fidem. n. 6. & 7.  
Secus de non subditis. ibid.  
Hæreticos, & eos Gentiles subditos, qui semel fidè suscepèrunt, quamuis coacti suscepterint, possunt Principes seculares obligare ad illam retinendam. n. 8.  
Votum & iuramentum possunt relaxari ab eo, in cuius gratiam sunt. num. 9.  
Vnusquisque potest se voto, aut iuramento obligare ad obligationem alicuius diei, non tamen Rex eum ad id poterit obligare per legem, quam statuat. numer. 10.

Quid

*Quid possint leges seculares in rebus Ecclesiasticis.* num. 11.  
*Et quomodo intelligenda sunt, quando de diebus festis disponunt.* ibid.

1.

Difficultas est, an possit potestas laica, & secularis alicuius diei festi obseruationem præcipere absque Episcopi auctoritate: Et quòd possint, videntur hæ rationes conuincere. Prima, quia Princeps secularis potest præcipere sub graui pœna, vt populus sibi subditus ferietur, vel propter diem natalitij sui, vel propter insignem victoriam aliquam ex hostibus fidei reportatam, vel ob aliquam aliam causam iustam, & honestam temporalem, & populis tunc tenetur obedire Principi iusta præcipienti. Secunda, quia non solum possunt Principes seculares hoc præcipere per modum actus, ac cultus religiosi: quia possunt Principes seculares iuste præcipere infidelibus, & Gëtilibus suis subditis, vt idolatriam relinquunt, vt docet Azor tomo 1. lib. 8. Instit. moral. cap. 24. q. 5. & D. Anton. 3. p. titulo 22. cap. 5. & Syl. verbo, *Papas*, §. 7. quãuis contrarium teneat Caietan. 2. 2. q. 66. art. 7. & Victoria Relect. de Indis. Sic Constantinus Magnus sanctissimè præcepit, vt idolorum templa clauderentur in toto suo imperio: & in Concilio Carthaginensi, V. c. 15. decreuerunt Patres ibi congregati, vt idipsum ab Imperatore peteretur: & tamen hoc ad religionem, & cultum diuinum spectat. Sic etiam, vt docet Azor tomo 1. lib. 11. Inst. moral. cap. 9. q. 10. & Lessius tomo 1. de instit. lib. 2. de iuramento, c. 24. dub. 12. à num. 57. & communis opinio, potest quis relaxare iuramentum promissorium in sui gratiam factum; & tamen iuramentum est actus religiosus. Tertia, quia vnusquisque potest se voto, aut iuramento validè obligare ad diem aliquem obseruandum: ergo & Rex poterit ad hoc etiam obligare per præceptum: nam votum est lex particularis, quam sibi quisque imponit in materia religionis: cur ergo hanc legem non poterit imponere Princeps, cum non minus efficac sit voluntas Regis ad obligandos subditos, quàm voluntas vnuscuiusque ad se obligandum? Quarta, quia consuetudo laicorum potest festiuum diem obligantem sub mortali introducere: ergo & lex Principis secularis; nam lex, & consuetudo cum proportione æquiparantur. Quinta & vltima, quia hoc videtur probari ex l. 2. Codicis, & ex l. vltima de feriis, vbi multa agunt Imperatores laici de diebus festiuis, & de modo, quo obseruari debent: nam lege vltima sic habetur: *Dominicum diem ita semper honorabilem decernimus, ac venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur.*

Azor.  
D. Anton.  
Syluest.  
Caiet.  
Victoria.

Azor.  
Lessius.

2.

Nihilominus dicendum est, potestatem indicendi dies festos esse merè Ecclesiasticam, & spiritualem; & idèd non posse Principes seculares dies festos instituire obligates populum Christianum ad sui obseruationem: & si hoc faciant absque auctoritate, & consensu auctoritatis Ecclesiasticæ, & Episcoporum; tale præceptum erit inualidum, & iniustum, & non obligabit in conscientia, neque quoad culpam, neque quoad pœnam, sub qua præcipiuntur. Ita docet expressè Soar. tomo 1. de Relig. c. 12. n. 2. lib. 2. pag. 325. col. 2. Azor 2. p. Instit. moral. lib. 1. cap. 26. q. 5. Faciunt pro hac sententia D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. 1. & Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 3. num. 17. §. *Quinta propositio*, & Syl. verbo, *Dominica*, num. 2. quatenus docent, non posse Principes seculares statuere dies festos obligantes sub mortali ad auditionem facti; posse tamen eos statuere obligantes ad cessationem operum seruiliū sub mortali, & ad pœnam, sub qua præcipiuntur: sed quoad pœnam & cessationem operi seruiliū, minus doctè, & bene videntur docere, vt statim videbimus. Fundamentum Soarij est: primò, quia Principes seculares nullam habent auctoritatem præcipiendi in rebus merè spiritualibus, cap. *Cum Laicis*, de rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. *Decernimus*, de iudicibus, cap. *Bene quidem*, dist. 96. festorum autem præceptio, & obseruatio merè spiritualis est, & sub rebus spiritualibus directè, ac formaliter continetur, cum directè, ac formaliter ad bonum animæ ordinetur. Probatur etiam à simili ex cap. vltimo, de rebus Ecclesiæ nõ alienandis ibi enim habetur, non posse principes seculares de mortuariis disponere, hoc est, non posse leges ferre circa funera defunctorum, & modum, & circumstantias in huiusmodi funeribus obseruandas: quia illa omnia sunt adnexa rebus spiritualibus, & concernunt diuinum cultum, & bonum animæ, vt ibi Doctores adnotant. Probatur denique: quia, si Principes seculares possunt inducere, ac statuere dies festos in honorem, ac cultum Dei, & Sanctorum, poterunt etiam abrogare iam introductos potestare propria, & absque auctoritate Papæ, vel Episcoporum, cum par sit ad vtrūque ratio, & potestas: eundem enim potestatis est dies festos instituire, atque abrogare: quis autem hoc dicet, quòd possunt Principes dies festos iam introductos potestare propria abrogare? Negandum ergo id constanter est; & res est certa, & communis, quòd non possunt.

Soar.  
Azor.  
D. Anton.  
Sayr.  
Sylu.

Quamobrem non placet sententia Syluestri, Sayri, & Diui Antonini, omnes præcedenti allegati numero, quatenus docent, posse Principes seculares statuere festum in honorem alicuius Sancti, obligans sub lethali ad pœnam, sub qua præcipitur, & ad cessationem operum seruiliū, non tamen ad auditionem facti: in quo sanè, vt optimè notat Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 12. num. 7. pag. 328. manifesta videtur repugnantia: nam, si Principes non possunt talem legem ferre, & iniusta ac inualida est, si feratur, vt probauimus: ergo non potest obligare, nec ad pœnam, nec ad cessationem operum seruiliū: deinde, quia, si nulla est culpa, eam legem non obseruare, quomodo poterit iusta esse pœna. Non negamus tamen, posse Principes seculares interdum præcipere suis subditis aliquas ferias à laboribus, & ab operibus seruilibus in signu lætitiæ propter aliquam causam temporalem iustam, & honestam, vt c. ob partem ex hostibus victoriam, vel propter natalium filij, vel similem causam secularem, per modum cuiusdam cultus ciuilibus, & honoris, vel in ordine ad collectionem fructuum; & tunc forrè lex obligabit ad pœnam, sub qua populi præcipiuntur ab operibus seruilibus cessare, si fuerit iusta; non tamen ad peccatum, nisi forrè ex accidenti, si pœna fuerit grauis. Negamus tamen constantes, posse illos hos dies festos præcipere sub aliqua pœna, aut lege iusta & obligatoria in cultum, & honorem religiosum alicuius Sancti, cum hoc sit negotium merè spirituale ad virtutem religionis spectans, & bonum animæ concernens, ac proinde munus sit altioris ordinis, & potestatis Ecclesiasticæ. Idem dicendum est, quando Rex, aut Princeps secularis præcipit populum feriatu sub aliqua pœna ab operibus seruilibus in honorè alicuius Sancti iam canonizati, cuius dies non est festiuus: nam tunc censetur etiam id præcipere per modum cultus Religiosi, & Ecclesiastici; & sic ad pœnam tantum obligabit, non ad culpam, vt suprà diximus, & quia tunc transgressores huius præcepti contra obedientiam agunt, & iustitiam legalem, idèd impostam pœnam incurrunt: lex enim tunc pœnalis tantum censetur, & idèd poterunt huiusmodi artifices absque vlla culpa secreto operari, vt docet

3.

Soarius.

docet

Soarius.

docet Soar, dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 12. numero 7. pag. 328.

4.

Restat, vt solvamus argumenta pro prima opinione facta. Ad primum, non nego posse Principes, potestates saeculares precipere feriationem populi ab operibus servilibus sub aliqua poena modo explicato numero praecedenti; non tamen per modum cultus sacri, & religiosi: nam, si Principes saeculares aliquando iudicaverint dari rationes, ob quas huiusmodi dies festi institui debeant in honorem, & religiosum cultum alicuius Sancti iam canonizati, debent per Ecclesiae Praelatos id procurare, qui semper in eorum iustas preces inclinabunt: alioqui, si auctoritate propria id velint efficere; & peccabunt mortaliter quia alienam iurisdictionem vsurbant in re graui, & religionem concernenti; & ea lex irrita erit, & inualida, vt probauimus.

5.

Ad secundum, nego posse Principes saeculares precipere dies festos per modum actus ac cultus religiosi: est enim finis potestatis Ecclesiasticae altius ordinis excellentioris, quam finis potestatis saecularis. Nam finis potestatis saecularis ordinatur ad conseruandam pacem externam Reipublicae, & ad hoc primario tendit, & vt seruetur aequalitas iustitiae in omnibus: finis vero potestatis Ecclesiasticae ordinatur ad bonum animae, inter quae directe continetur cultus, ac veneratio Sanctorum; est enim de se res spiritualis ad religionis virtutem spectans; & ideo si aliquando necesse fuerit spiritualia precipere in ordine ad acquirenda temporalia, v. c. publicam supplicationem ad obtinendam pacem Reip. vel aliquod beneficium temporale victoriae, aut aliquid simile, non possunt potestates saeculares illam immediatè precipere, sed petere à Pastoribus Ecclesiasticis, & Episcopis, vt illam indicant. Idem in ieiunio, & similibus, vt egregiè docet Soarius citatus tomo 1. de Religione, lib. 2. cap. 12. n. 3. fine.

6.

Ad confirmationem dico, posse Principes saeculares, infideles suos subditos, non autem non subditos, obligare ad obseruationem legis naturalis in ordine ad conseruandam pacem, ac iustitiam externam in suis regnis; & ideo posse eos poenis costringere, vt vni soli Deo seruiant, & idololatriam deferant, cum hoc iuxta lumen naturale sit; & consequenter possunt templa gentilium seclatam claudere, ac diruere, vt fecit Constantinus Magnus, & fecerunt alij Imperatores sanctissimi; non tamen possunt eos poenis, ac minis obligare, vt Christiani fiant: si tamen coacti iam sint fidem suscipere, poterunt eos iisdem poenis costringere, vt fidem suscipiam retineant, ne religio sacra, ac fides Christiana illis contemptui sit, vt definitur in cap. De Iudaeis, & in cap. Qui sincera, dist. 45. & in cap. Sicur. de Iudaeis, & ex Glossis ibi, & docet D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 8. & Azor. tomo 1. inst. moral. lib. 8. cap. 24. q. 2.

D. Thom. Azor.

Quod vero non possint poenis obligare, vt fidem suscipiant, probatur ex Euangelio: nam media, quae Christus Dominus assumpsit ad conuersionem gentium, fuerunt omnino libera, & voluntaria, vt praedicatio, instructio, & virtutum, ac miraculorum opera; & non coactiua de se, & vim voluntari inferentia, vt patet ex illo Matthaei vltimo: Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes, praedicate Euangelium omni creaturae. Illicitum ergo erit Christianis, vi cogere idololatrias ad suscipiendam fidem, cum vis voluntatem auferat, & illi iniuriam faciat, & actus credendi sit merè voluntarius, ac liber; & ideo vim, aut coactionem externam non paritur. Nec refert, quod Christus Dominus alibi dicat; Compellite eos intrare, id est, Gentiles, & infideles, per portam fidei in Ecclesiam: nam hoc intelligendum est: iuxta Doctores, non per vim, & arma; sed rationibus, & virtutibus, quae media sunt omnino

libera: sermonem enim dirigebat Christus Dominus ad discipulos, qui non armis, in conuersione gentium vtebantur, sed rationibus, & miraculis. Poterunt tamen Principes, infideles suos praemiis & beneficiis afficere, & immunes à tributis reddere si fidem suscipiant, quia haec voluntatem non auferunt, sed argunt & alliciunt. Et ex dictis patet, non posse Christianos in India Indorum capillos abradere, saluam, aut lardum in illorum ora iniicere, quae maxima iniuria est apud illos, vt ea iniuria per moti, ad suos reuertere non audeant, & sic Christiani fiant, & inter Christianos maneat: sunt enim haec media coactiua & iniuriola de se, & illicita, vt patet: licitum tamen erit, eos praemiis afficere, vt iis illecti & insecati Christianam fidem suscipiant: haec enim omnia libera sunt, & licita, & quae non auferant voluntatem, sed inclinent.

7.

Ratio, ob quam Principes saeculares possunt infideles suos subditos obligare, vt idololatriam relinquunt, & vni Deo seruiant, ac ideo eorum templa claudere ac diruere, in ordine ad conseruandam pacem externam ac iustitiam in suis dominiis ac regnis, ea est, quia nemo dubitat, posse illos suis subditis leges imponere, quae ad pacem & tranquillitatem temporalem ducant, v. c. ne arma noctu deferant, ne promissa violent, ne frumenta extrahant, ne furentur, ne adulteria committant, quae omnia licita sunt ex eo principio, quia sunt rationi naturali conformia: ergo etiam illos poterunt cogere ad legem naturae seruandam, & idololatriam deserendam, cum ad id lege naturae teneantur; hoc enim non excedit fines potestatis saecularis, vt optimè notat Azor dicto tomo 1. Inst. moral. lib. 8. c. 24. quaest. 5. & alij, quos allegat. Haec omnia locum habent in infidelibus subditis, vt patet: fecus de non subditis.

Azor.

8.

Haereticos vero, & eos infideles, qui fidem Christi susceperunt, quauis coacti susceperint, etiam non subditos, possunt Principes saeculares obligare ad veram fidem retinendam, ac conseruandam, cuiusque ob id bella indicere, ne illis fides contemptui sit. Et ratio est: quia quilibet Christianus potest veram fidem Christi tueri, & teneri illam tartam ac rectam & immunem reddere ab iniuriis, ne infidelibus contemptui sit. Patet ex cap. De Iudaeis, & ex cap. Sincera, dist. 45. & ex cap. Sicur. de Iudaeis, & ex Gloss. ibi, & ex Diuo Thoma 2. 2. q. 10. a. 8. & docet Azor tomo 1. lib. 8. Inst. moral. cap. 24. q. 2. in huiusmodi enim capitibus satis aperte deciditur, cogendos esse fidem conseruare eos, qui illam semel susceperunt, quauis inuiti susceperint, ne illis contemptibilis sit; nec tamen esse cogendos, vt illam de nouo inuiti suscipiant.

D. Thom. Azor.

9.

Ad confirmationem de voti & iuramenti relaxatione, dico, iuramentum & vinculum voti ideo posse relaxari ab illo, in cuius gratiam facta sunt; quia, quando huiusmodi vincula suscepta sunt in gratiam alicuius, semper secum intrinsecè deferunt hanc conditionem: Nisi ille, de cuius comodo agitur, huiusmodi vincula remittat. Sicut etiam omnis promissio hanc secum defert conditionem: Si accipietur. Et ideo parum refert, quod votum & iuramentum sint actus religionis, vt inferamus inde subiecti potestati hominis particularis & saecularis, institutionem diei festi, qui ad peccatū mortale, obliget, ac distingat: quia ab initio facta fuerunt sub illa conditione, vt dixi, quod non obstat. Ita docet Azor tomo 1. lib. 11. Inst. mor. cap. 9. q. 10. & Lessius tom. 1. de iust. lib. de iuramento, cap. 42. dub. 12. à n. 57. & est communis responsio.

Azor. Lessius.

10.

Ad tertium fundamentum primae opinionis respondet Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 26. q. 7. popululum ac ciuitatem (& consequenter diceret

vnum

vt nunquēque de populo) non plus habere auctoritatis ad instituumdum festum ex voto, quam Principes saeculares habent ad illud instituumdum ex praeccepto: quare nec popululum ex voto, nec hominem alium ex eodem voto posse se obligare ad illum diem festum colendum, ita vt teneantur sacrum audire sub peccato mortali; sed solum esse vim voti, vt abstinere teneantur ab operibus servilibus, & actis iudicialibus, ac forensibus. Deinde addit, huiusmodi votum ciuitatis non adstringere posteros ratione voti quia voti vinculum, cum sit personale, personas tantum vouentes obligat; tenet illos tamen festum seruare, ratione statuti, vel ratione fidelitatis promissionis, vel ratione consuetudinis receptae, & approbate. Et certè in hoc vltimo, quod non astringatur populus seruare votum suorum maiorum ratione voti, sed statuti, ac consuetudinis approbate, vel ratione contractus, aut fidelitatis promissionis, optimè docet Azor, cum haec sit doctrina communis, quam tenet expressè Medina 1. 2. q. 9. a. 3. Nau. in Manuali Lat. cap. 12. num. 79. vers. 13. Ludouic. Lopez 1. p. Inst. cap. 50. Cosmus Philiarcho de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 22. Emmauèl Rodrig. 2. p. Summae, c. 99. concl. 13. & Sà in Aphor. verbo, Festum, & Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 3. num. 19. Quauis Sayrus ibi addat, astringi illos etiam ratione voti, quia est vnus, idēque populus: sed non bene, quia est vnus populus successiue, non tamen formaliter, cum non sint eadem persona, quae olim fuerint, & vouerint. Vnde, cum votum sit vinculum personale, non extenditur eius obligatio ad alias personas non vouentes: obligatio autem promissionis, fidelitatis & contractus, & obligatio consuetudinis, pertransit in successores, vt optimè notant Doctores allegati. In alio vero principio, quod assumit Azor, non credo eius doctrinam esse veram: quia non video rationem, ob quam vnusquisque homo non possit se astringere voto ad obseruandum aliquem diem non festum pro die festo, ita vt teneatur Missam audire, cum obligatio audiendi sacrum tota pendat ex eius voluntate voto confirmata. Dicendum ergo est, diuersam esse rationem in voto, vel iuramento, quod vnusquisque facit de obseruando aliquo die non festo pro festo, & in lege, ac praeccepto, quod Princeps saecularis hac de re conderet: quia votum, proprie loquendo, non est lex; sed est promissio Deo facta, cuius materia potest esse actus religionis: nam potest quis Deo promittere actus charitatis internae, fidelitatis, & orationis: ergo & religionis: & tamen nulla lex saecularis potest ad huiusmodi actus obligare; atque adeo potest quisque ad plura se astringere per votum, quam per legem aliquam, non solum saecularem, sed etiam Ecclesiasticam astringatur: quia nulla lex Ecclesiastica potest obligare ad actus merè internos, provt interni sunt: ac proinde nulla est illa consequentia, quae in tertio fundamento pro prima opinione inferretur. Ita respondet Soar. tom. 1. de Relig. c. 12. n. 10. lib. 2. de diebus festis.

Medina. Nauarr. Lud. Lop. Philiarcho. Rodrig. Sà. Sayr.

Soar.

11.

Quartum fundamentum pro prima opinione positum petit, quid possit consuetudo in diebus festis: quod in sequenti capite tractabimus. Ad leges, & iura pro illa allegata, respondeo, in legibus Codicis, toto titulo de feriis, vbi multa videntur Imperatores disponere & ordinare de obseruatione festorum, & de modo, quo ipsi dies festi obseruandi sunt, non ferre Imperatores saeculares leges de obseruatione festorum: sed, suppositis Ecclesiasticis legibus praecipientibus talia festa religiosè obseruari. Imperatores Christianos, tanquam Ecclesiae defensores, & Ecclesiasticarum legum executores, suis legibus poenas imponere contra legem Ecclesiasticarum transgressores: hoc enim non excedit

potestatem Principum saecularium, maxime quando huiusmodi leges non reprobantur, sed tolerantur ab Ecclesia, approbanturque tanquam viles ac necessariae ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam: sic enim leges ciuiles poenas ferunt contra Haereticos, quauis saeculares Iudices haereticis crimine cognoscere non possint, nec illis legibus vti, nisi postquam Ecclesia sententiam tulerit de culpa haereticis commissae, & punitionem Haereticorum saeculari brachio commiserit. Dici etiam potest, illas leges Codicis, quae de rebus Ecclesiasticis disponunt, vel non fuisse factas auctoritate Imperatorum tantum, sed ex consensu & petitione Summi Pontificis, vel si aliter factae sunt, id quidem fuit per ignorantiam, aut potentiam Imperatorum, mittendo falsam in alienam segetem, & iurisdictionem alienam vsurpando; ac proinde nullam habere vim obligandi.

CAPVT VI.

Quid possit consuetudo laicorum circa dies festos, quoad eorum introductionem, & abrogationem.

SVMARIUM.

- Consuetudo laicorum, scita & tolerata ab Episcopis, potest introducere & abrogare dies festos. num. 1.
- Aliquando ipsa consuetudo habet, vt totus dies festus sit, aliquando vsque ad meridiem. ibid.
- Quando dies festi incipiant, a vesperis, an à media nocte, ex consuetudine loci pendet. num. 2.
- Quid quoad officium, quoad esum carnum, & quoad celebrationem festi. ibid.
- Barbitonores non indigent dispensatione, vt laborent in vigilia, qua non est dies festus vsque ad mediam noctem. num. 3.
- Episcopi debent potius abrogare dies festos, quam novos introducere, si multitudo illorum sit. num. 4.
- Quid si Episcopus aliquos abrogauit, & nihilominus populus continet, & quid si aliquamulum cessauit, & postea continuauit. num. 5.
- Consuetudo laicorum, separata à consuetudine Ecclesiasticorum, & ab Episcopis non approbata, non potest dies festos introducere, aut abrogare. num. 6.
- Quid de consuetudine laicorum, & Ecclesiasticorum, ab Episcopis non sit approbata. num. 7.
- Solum consuetudo populi, & Cleri, approbata ab Episcopis, potest dies festos introducere, aut abrogare. num. 7.
- Si dies festus seruetur ex voto, & iuramento populi ex deuotione facti, & Episcopus approbet deuotionem, non approbando consuetudinem; tunc ipsa consuetudo non potest introducere obligationem. num. 8.
- Quomodo sciat, quod approbetur deuotio, non consuetudo. ibid.
- Ad introductionem dierum festorum, sufficit approbata consuetudo decennij. num. 9.
- Ad abrogationem opus est consuetudo quadraginta annorum. num. 10.
- An excusetur certum genus mechanicorum, si consuetudo sit, illos solum operari cetero populo obseruante. num. 11.
- Affirmatur. ibid.
- Respondetur ad rationes contrariae opinionis. num. 12.

Consuetudo scita & tolerata circa dies festos idem potest, quod circa alia praeccepta humana.



Angelus. Sayr. Tabiena. Sylu. Nauarr. Philiarcb. Lud. Lop.

D. Thom. D. Anton. Sorm. Nauarr. Philiarcb. Lud. Lop.

Ofiensis. Panorm. Nauarr. Lud. Lop. Philiarcb. Toler. Sa. D. Anton. Angelus. Syluest. Tab. Caiet.

Beia. Sayr. Toler. Philiarcb. Soar. Lud. Lop. Nauarr.

na, scilicet, dies festos abrogare, vel nouos introducere. Sic docet Angel. verbo, Feries num. 4. Sayrus in clauiregia, lib. 7. c. 3. n. 1. fol. 438. col. 1. Tabiena eodem verbo, n. 1. verfu, Decimo. Syl. verbo, Dominica, q. 1. verfu, Secundum, & verfu, Tertium. Nau. in Manuali Lat. cap. 13. num. 5. verfu 9. Philiarcbus de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 23. notabili 3. Ludou. Lop. 1. p. instr. confcientiae, cap. 5. 2. Ratio a priori est: quia, licet sanctificatio alicuius temporis etiam in lege gratiae, sit de iure diuino, & sic praeceptum naturale, & morale; determinatio tamen & designatio huius, vel illius diei est de iure humano, iuxta doctrinam Diui Thom. 2. 2. q. 122. a. 4. ad. 4. S. Ant. 2. p. titulo 9. cap. 7. initio. Soti lib. 2. de iust. q. 4. a. 4. ad 2. Nauar. in Manuali Lat. cap. 13. num. 1. Philiarcbi citati num. 2. Ludou. Lopez citati. Consuetudo autem plurimum potest & valet in ius humanum. Quod verò consuetudo dies festos abrogare possit, qui iam antea erant in praecepto, manifestum est nam in cap. Pronunciandum, de consecrat. dist. 3. & in cap. Conquestus, de feriis, enumerantur multi dies festi, qui olim in praecepto erant in Ecclesia, qui tamen hodie non seruantur: enumerantur enim ibi dies sanctorum Innocentium, & sancti Syluestri Papae, qui modò in multis partibus non obseruantur. Item, numerantur septem dies Dominicae passionis maioris hebdomadae, & septem sequentes post Resurrectionem; qui tamen omnes modò non seruantur, sed solum Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus. Numerantur etiam ibi tres dies Rogationum; qui tamen modò dies festi non sunt. Abiitit igitur consuetudo multos dies festos ex eis, qui olim obseruabantur, & alios induxit: & ideo haec tanquam regula certa statuenda est scilicet, quòd vnusquisque illos tantum dies tenetur obseruare, quos lex, aut constitutio synodalis recepit, & non abrogata, vel consuetudo praescripta praecepit in patria sua obseruari. Et enim non solus dies, qui sunt ex praecepto, sed etiam illi, qui ex consuetudine, & particulari populi deuotione seruantur, pari modo, & aequali obligatione colendi sunt, cum consuetudo vim habeat legis. Scire tamen necesse est, non omnes eodem modo consuetudinem recipere & obseruare: vnde fit, vt non sit vnus & idem modus introducendi dies festos ex consuetudine promanans: nam aliquando consuetudo habet, vt totus dies festus obseruetur; aliquando solum quoad meridiem, quando celebrantur Missae; aliquando, vt festus agatur dies, tam in vrbe, quam extra vrbes; aliquando solum in vrbe, non extra; aliquando extra in suburbis, non intra vrbes: vnde eodem modo seruandi sunt dies festi, quo loci consuetudo eos seruat. Quae omnia egregie tradunt Glossa in dicto cap. Pronunciandum, & in dicto cap. Conquestus. Ofiensis, & Panormitanus ibi. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 13. n. 5. Ludouic. Lopez 1. p. instr. confc. cap. 32. Cosinus Philiarcb. de D. Anton. offic. Sacerdot. lib. 3. cap. 23. p. 2. Tolentis lib. 4. Summa, c. 24. Sa in Aphorismis, verbo, Festum. D. Anton. 2. p. titulo 9. c. 7. initio Angel. verbo, Feries, n. 3. 4. 5. 6. 7. Tabiena ibi, num. 3. 4. 5. 6. Caietanus in Summa, verbo, Festum, in fine.

2. Quando verò incipiant, aut desinant dies festorum etiam pender ex consuetudine loci, prouinciae, vrbis, regionis: nam, quamuis quidam ex cap. Pronunciandum, de consecrat. dist. 3. & cap. Licet de feriis, existiment incipere a vespera, & durare in vesperam: tamen, vt melius docent Beia 1. p. respons. casuum confcientiae, ca. 3. Sayrus in clauiregia lib. 7. cap. 3. n. 13. col. 2. fol. 437. Toletus in Summa, lib. 4. cap. 24. Philiarcb. de offic. Sacerdotis. p. 2. lib. 3. cap. 23. notabili 3. Soar. tomo 1. de Religionibus, lib. 2. cap. 21. n. 4. Ludou. Lopez, Nauarrus, Syl. Tabiena loco proximè allegato, in fine numeri prae-

cedentis, modus incipiendi, ac desinendi festa, ansilicet, a vespera in vespera, an a media nocte in mediam noctem, a consuetudine etiam loci sumendus est. Et quidem quoad officium diuinum incipiunt a vesperis; quoad esum carniarum, a media nocte in mediam noctem; quoad festi celebrationem, hoc est, quoad cessationem operum seruilium, seruanda est loci consuetudo: plerumque tamen introduxit consuetudo, (vt communiter fieri videmus,) vt a media nocte vsque ad mediam noctem festa seruentur. Dixi, communiter: quia, vbi consuetudo esset, vt seruarentur festa a media nocte vsque ad meridiem, vel vsque ad Missarum solemniam, possent postea exerceri opera seruilia: imò, si consuetudo communis alicuius loci esset, incipere festam a vespera, & aliquae artes propter suum proprium exercitium haberent propriam, & particularem consuetudinem seruandi festa a media nocte in mediam noctem, illarum artifices excusaretur, vt docet Sayrus in clauiregia, lib. 7. c. 3. n. 13. fol. 437. Syl. verbo, Dominica, q. 2. Philiarcbus de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 23. notabili 3. Tabiena verbo, Feries, ver. 13. Sa in Aphorismis, verbo, Festum. D. Anton. 2. p. titulo 9. cap. 7. Excusarentur inquam, vel ex dispensatione Eugenij IV. iuxta Diuum Antoninum, & Sa; vel ex consuetudine artificum illarum artium, vt infra videbimus num. 11. iuxta Tabienam, Syluestrum, Sayrum, Cosinum, & Nauarrum. Cum autem festum communiter, more Romano, incipiat, quoad opera seruilia, a media nocte in mediam noctem, l. more Romano, ff. de feriis, non indigent barbarum tonsores dispensatione Eugenij IV. vt laborent vsque ad mediam noctem sabbati ante diem Dominicum, vel die profesti ante diem festum, cum absque omni priuilegio id illi facere possint, vt optimè notat Sayrus in clauiregia, lib. 7. cap. 3. num. 13. fine. Et Nau. in Manuali, cap. 13. n. 5. Vbi autem esset contraria consuetudo, tunc illis dispensatio necessaria erit. Quia verò in nonnullis locis sunt iam multi dies festi ex consuetudine introducti cum non exiguo pauperum detrimento, debent Episcopi ex officio aliquot ex illis abrogare: ex tanta enim multitudine dierum festorum, ex duobus malis vnum necessarium eueniet; aut enim nullus perfecta obseruatione coleretur; aut illi exactius, & perfectius obseruabuntur, qui sunt ex deuotione, quam qui sunt ex vniuersali praecepto totius Ecclesiae Catholicae, vt optimè notat Gregorius Sayrus in clauiregia, lib. 7. c. 3. num. 15. fol. 438. col. 1. Et verò experientia compertum est, multitudinem festorum impedimento esse perfectae obseruationi: non enim possunt pauperes sine magna iactura, & incommodo familiae illos obseruare. Anim aduertendum tamen est diligenter, iuxta nonnullorum opinionem, quòd si, postquam Episcopus aliquot dies festos abrogauit, nihilominus non obstante tali abrogatione populus eorum obseruationem continuat, consuetudo praecedens in suo vigore remanet; ac si huiusmodi dies non abrogarentur. Ita docet Gregorius Sayrus citatus, num. 15. quod mihi non placet: quia Episcopus per abrogationem tollit obligationem; & populi non possunt sibi imponere hanc obligationem; nec consuetudo potest illos obligare, nisi post decem annos: nam praeterita consuetudo, quae vim legis habebat, iam est abrogata; ista verò de nouo tunc incipit, & non potest habere vim legis, nisi postquam praescripta fuerit per decem annos, vt dicemus infra numero nono. Quare dicendum est, non manere consuetudinem antiquam in suo rigore, nec obligare, vt consideranti patebit. Si verò post Episcopi

Sayr. Sylu. Philiarcb. Tabiena. Sa. D. Anton.

Sayr. Nau.

Sayr.

Sayrus

Sayrus

6.

Soarium.

Menoc. Syluest. Samch.

7.

Barrol.

8.

Soar. Sorm.

scopi abrogationem populus cesset aliquantulum, & postea incipiat obseruare; consuetudo ex tunc incipit; non tamen obligabit, quoad usque per decennium praescripta, ac continuata fuerit: tot enim anni necessarii sunt, vt consuetudo praescribat, & obliget, vt dicemus n. 9. Quare intra illos decem annos nullus de populo tenebitur, cessante scandalo, eos dies obseruare. Ita docet Sayrus citatus, nu. 15. §. Secundum est. Vnde colligo, Episcopos, quantum fieri potest, parcos esse debere in diebus festis instituendis; & promptiores ad illos abrogandos, quando multi iam sunt introducti, quam ad aliquos de nouo instituendos, ne, scilicet, ob multitudinem contemptui sint, & eo, quo debent, modò non obseruentur. Er verò nos vel loqui possumus tam quoad introductionem, quam quoad abrogationem dierum festorum, sola consuetudine laicorum separata a consuetudine Ecclesiasticorum; vel è conuerso, vel etiam de vtraque consuetudine totius populi, tam Ecclesiastici, quam Saecularis. Si loquamur de sola consuetudine laicorum separata ab Ecclesiasticis personis, id est, ab Episcopo & Clero, certum est non posse introducere, nec abrogare dies festos, vt optimè notauit Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 12. n. 5. pag. 327. col. 1. Ratio est, quia sola consuetudo laicorum, absque approbatione Episcopi, non potest introducere dies festos: ergo neq; abrogare illos, si iam sint introducti, cum par sit potestas ad vtrumque, & eiusdem sit potestatis, introductio, & abrogatio. Deinde, quia consuetudo ideo obligat, quia habet vim legis, vt est doctrina communis, quam tradit Soar. loco allegato. Menoch. tom. 1. consil. 54. n. 4. Syl. verbo, Consuet. n. 6. Sanc. tom. 2. Decal. lib. 4. c. 34. n. 21. & omnes de consuetudine scribentes, & patet l. Minime, ff. de legibus, & ex c. Consuetudo, dist. 4. Vnde fit, vt sicut irrationabilis esset lex, quam populus solum, aut potestas laica ferret, de obseruatione diei festi, & non valeret: sic irrationabilis etiam erit consuetudo laicorum, quae veller Clericos obligare absque approbatione Episcopi Clericos; posse tamen obligare laicos illam introducentes? Respondeo, non posse obligare laicos nisi approbetur ab Episcopo: quia nulla potestas laica potest ferre leges validas ad obligandum aliquem ad obseruationem alicuius festi; & consuetudo obligare non potest, nisi quatenus vim habet legis: & ideo, sicut lex laicorum esset nulla, si qua de obseruatione festi sanciretur; ita & consuetudo illorum nulla esset, nec vim haberet ad obligandum, nisi ab Episcopo approbaretur. Similiter consuetudo totius populi, & Cleri non habet vim introducendi, aut abrogandi diem aliquem festum, nisi expressus, vel tacitus consensus Episcopi accedat. Et ratio est, quia consuetudo non habet vim introducendi aliquem diem festum, nisi quatenus habet vim legis, vt diximus n. praeced. Vnde non potest introducere obligationem legis, nisi includat consentum & voluntatem eius, qui potest talem legem ferre: atqui sine consensu & voluntate Episcopi, vel Papae, non potest lex ferri, aut praecipuum, de die festo aliquo obseruando: ergo nec consuetudine potest ea lex introduci, nisi accedat expressus, vel tacitus consensus illius, qui eam legem potest ferre, vt probauimus c. 5. n. 2. Solum ergo consuetudo totius populi, & Cleri scita & tolerata ab Episcopis potest introducere, aut abrogare dies festos; quia solum ea habet vim legis, vt constat. Oportet tamen duo distinguere in ipso actu seruandi diem festum, vt egregie notat Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 12. n. 5. pag. 327. col. 1. & Sotus l. 1. de iust. q. 7. a. 2. Vnum est, quòd potest seruari dies fe-

stus ex deuotione, v. c. ex voto, aut iuramento populi & vrbis: alterum, quòd potest seruari ex obligatione imposta ab alio, v. c. ex obligatione praecepti, vel ex obligatione consuetudinis: (nam obligatio consuetudinis, etiam dici potest obligatio imposta ab alio, siquidem in tantum habet consuetudo vim obligandi, in quantum habet vim legis.) Potest ergo interdum Episcopus scire diem festum obseruari ex voto & deuotione populi, & approbare eam deuotionem populi, non approbando consuetudinem, & tunc quidè consuetudo non potest introducere obligationem praecepti, quia sine consensu & voluntate illius, qui habet ius obligandi, nulla est lex, cum vera lex debeat esse signum illius voluntatis; neq; enim voluntas totius populi, & Cleri, sine voluntate Episcopi potest hanc obligationem inducere, vt haecenus diximus: oportet ergo, vt Praelatus approbet actum ex obligatione consuetudinis factum; seu, quod idem est, vt approbet obligationem, quam populus sibi per consuetudinem, non per deuotionem, imposuit. Difficile ergo erit scire, quando talis dies festus sit ex voto, aut ex consuetudine. Et certè, vt notat Soarius, hoc vix potest discerni, nisi interueniat expressa declaratio Episcopi, qua declaret, se approbare illam obligationem, vt ex consuetudine ortam, non vt ex deuotione; aut saltè nisi interueniat signum aliquod indicans talem voluntatem: vt si puniri faciat eos, qui non seruunt tale festum. Et certè dicendum est, etiam sufficere communem existimationem totius ciuitatis, aut Dicecesis, quam scit Episcopus, & non corrigat, sed tacite approbat: debet enim consuetudo esse cognita omnibus, vel saltem maiori parti hominum illius loci, in quo talis consuetudo viget, vt optimè docet Menochius lib. 2. praesump. 3. num. 4. praesumitur autem semper Episcopus communem populi consuetudinem scire, & approbare, quando non reprobat: nam semper praesumitur Princeps habere cognitam consuetudinem vulgaram locorum, vt docet Bartol. Extra. Ad reprimendum, verbo, Non obstantibus, sine. Menochius allegatus, Baldus lib. 2. C. Que sit longa consuetudo. Bald. Iason in l. Praescriptione, num. 11. C. Si contra ius, Gomez, vel utilitatem pub. Gomez cap. 1. n. 28. de consil. in 6. Felin. in cap. vltimo, col. 1. de iudicibus. Ad introductionem igitur dierum festorum sufficit consuetudo populi approbata per Episcopum decem annorum. Fundamentum est: quia ad introductionem alicuius consuetudinis constringentis populum, requirunt iura longum tempus, vt videre est in toto titulo Codicis, Que sit longi temporis consuetudo: longum autè tempus, iuxta leges, est tempus decem annorum C. De praescriptione longi temporis, per totum, & in Gloss. rub. Cod. Que sit longi temporis consuetudo. Et hoc tenet expressè Batt. in l. De quibus, ff. de legibus, & Cynus in l. 2. C. de seru. rube. Sylu. verbo, Consuetudo, num. 6. & idem est de iure canonico, vt docet Glossa in e. finali, de consuetud. in 6. & in cap. Consuetudo, dist. 12. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 172. num. 2. sine. Felinus in cap. Struimus, de maiortate & obed. Gutierrez lib. 2. quaest. canonicarum, cap. 21. num. 143. vbi appellat diurnam consuetudinem illam, quae est decem annorum; & dicit, consuetudinem decem annorum sufficere ad non soluendam decimam in quota: ergo haec etiam sufficit ad introducendos dies festos. Ad abrogationem dierum festorum opus est consuetudo quadraginta annorum. Moueor primò: quia ad derogandum Paulinae, iam receptae, de rebus Ecclesiae non alienandis, sufficit praedicta consuetudo annorum quadraginta, vt docet Gutierrez lib. 1. quaest. canonicarum, q. 8. n. 10. fol. 109. col. 1. & Coar. lib. 2. var. cap. 16. à n. 1. vsque ad decimum-

Menoch.

Bald. Iason. Gomez. Felin.

Barrol. Syluest.

Mascard. Felinus. Gutierrez.

Gutier. Coar.

sexum

P. Steph. Fagundes in quinque prac. Eccl.

sextum. Secundo, quia, licet ad praescribendum contra Ecclesiam Romanam requiratur consuetudo centum annorum, cap. *Ad audientiam*, cap. *Cum vobis*, c. *Si diligenti*, de praescrip. Palud. in 4. dist. 38. a. 4. concl. 4. n. 44. Mol. Theolog. tom. 1. de Iustitia, disp. 77. col. 1. versu, *Consuetudo, qua iuri*, Sancius tom. 2. Decalogi, lib. 4. c. 38. n. 22. fol. 1154. col. 1. & vbi ibi docent Sancius & Molina, tunc est opus centenaria consuetudo, & praescriptio, quando per eam derogatur rebus Ecclesiae Romanae, aut coronae Regiae; non tamen quando solis legibus latis à summo Pontifice: tunc enim quadragenaria sufficit, vt cum Abbate, c. finali, de consuetud. docent iidem Molina, & Sancius, locis allegatis, & id ipsum docet Syl. verbo *Consuetudo*, n. 6. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 172. n. 2. fine, & Menoch. de praesump. lib. 2. praesump. 3. n. 4. Vnde, si ad derogandum praeccepto, & legi summi Pontificis de obseruatione alicuius festi, sufficit consuetudo quadraginta annorum, à fortiori eadem sufficit ad derogandum praeccepto, & legi cuiusque Episcopi de eadem obseruatione.

11. Dubium tamen est, vtrum excusetur à peccato, certum genus mechanicorum, v. c. sartorum, aut furorum, si consuetudo sit eos solum operari die aliquo festo, cetero populo illum obseruante? Negat Rosella verbo *Feria*, n. 5. Primò, quia huiusmodi consuetudo repugnat iuri communi: consuetudo autem non debet iuri communi repugnare: ius enim commune praecipit dies festos obseruari, vt patet cap. *Omnes dies*, de feriis. Secundò, quia consuetudo, vt valida sit, debet introduci, vel à toto populo, vel à maiori parte illius, cum dignius trahat ad se minus dignum, non è cõtra. Dicendum tamen est, eos excusari, modo ea consuetudo tacite, vel expresse approbata sit à locorum ordinariis. Ita docet Azor tom. 2. Instir. moral. lib. 1. c. 26. q. 10. Sayrus in clauis regia, lib. 7. c. 3. n. 13. col. 2. fol. 437. Tabiena verbo, *Feria*, n. 14. Syluest. verbo, *Dominica*, n. 5. versu, *Quintum*. Caietanus in Summa, verbo, *Festorum violatio*. Philarchus de officio Sacerdotis, p. 2. lib. 3. cap. 23. notabili 3. Fundamentum est: quia, cum designatio diei festi sit de iure humano, potest consuetudine abrogari, minui, & mutari; & quia in vno, eodemque loco, & vbi possunt esse variae leges iustae, & rationabiles, pro variis, diuersisque mechanicorum, aut mercatorum communitatibus, quibus illi gubernantur, quae leges obseruandae sunt: constituit enim vnquodque genus mechanicorum suam veluti rempublicam, quae suis particularibus legibus gubernatur; & quod possunt leges efficere, potest consuetudo, vt saepe diximus. Quòd si maior pars mechanicorum illorum, illum diem obseruaret, minore non obseruante, non excusaretur minor à peccato mortali; non tamen è cõtra; quia dignius ad se trahit minus dignum, & minor pars tenetur conformari maiori.

12. Ex dictis responsum manet ad rationes Rosellae: Nam, cum huiusmodi mechanici efficiant veluti quandam rempublicam, inde est, quòd non tenentur conformari legibus communicatis reliquae, vt patet: deinde, quia illi in eo more & consuetudine sciente & tolerante Praelato praescriperunt: vltimò, quia consuetudo potest praualere contra ius humanum commune, ac proinde contra legem de obseruandis festis.

Palud.

Sanchez.

Molina. Mascard. Menoch.

Azor. Sayr. Tabiena. Sylu. Caiet. Philarch.

CAPVT. VII.

*Vtrum peregrini, cum absentes sunt, teneantur ad festa sui loci, si in eo loco, in quo sunt, non obseruentur: & an liceat in die festo patrie ad alium locum ire, causa laborandi.*

SVMMARIVM.

*De quibus peregrinis questio procedat.* num. 1.  
*Eadem questio est de praeccepto ieiunij, & de legibus patrie.* ibid.  
*Propositur opinio affirmans peregrinos absentes teneantur ad leges patrie.* num. 2.  
*Astruitur opinio negans ex multis fundamentis.* numero 3.  
*Responderetur rationibus contrariae opinionis.* numero 4.  
*Tandiu obligatur quisque legibus patrie, quandiu in illa habitat.* numero 5.  
*Satis est, vt peregrini praesentialiter deserant patriam, vt ad leges illius non teneantur, quantum statim ad illam sint reuersuri.* ibidem.  
*Peregrini, absolute loquendo, non sunt exempti à legibus.* numero 6.  
*Operarij, qui se conferunt in aliena loca ad locandas suas operas, non tenentur ad leges patrie.* num. 7.  
*Fraus, & dolus ibi proprie datur, vbi datur obligatio, quam quisque vitare intendit.* ibid.  
*Nec censura pro tota Diocesi posita obligat in loco exempto, nec praecceptum Episcopale Missae, aut ieiunij in illo obligare poterit.* numero 8.  
*An liget censura Episcopi, ne aliquis illius subditus Moniales sui Episcopatus alloquatur, eos qui Moniales exemptas alloquuntur: quidam negant, alij verius affirmant.* numero 9.  
*Quid si Episcopus illam excommunicationem ponat, vt Legatus Sedis Apostolicae, iuxta Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 5.* numero 10.  
*Lusitanus transiens castellam, potest licite intrare animalium vesci die sabbato.* num. 11.  
*Quid si Castellanus transeat Lusitaniam.* n. 12.  
*Licet in ipso die festo patrie, operandi causa, ad alium locum, vel extra moenia se conferre, vbi festus non est.* n. 13.  
*Quid tunc de Missa.* numero 13.  
*Probabile etiam est id non licere.* num. 14.  
*Probabilius contrarium.* numero 13.  
*Proficiscens ex alieno loco, vbi vescuntur carnes, potest licite illis vesci, etiam si eo ipso die nocte perueniat ad proprium, in quo non vescuntur.* num. 15.  
*Et in proprio non potest illis vesci.* ibidem.  
*Proficiscens à proprio loco, in quo ieiunium seruatur, & perueniens nocte ad locum, in quo non seruatur, potest nocte cenare, & carnibus vesci.* n. 16.  
*Sacerdos Graecus potest extra patriam, vel in sermone more Graecorum, vel in alio more Latinorum celebrare.* numero 17.  
*Quid si inter Latinos aliqua sit Ecclesia, in qua ritus Graecorum seruetur, & in ea celebret.* numero 17.  
*Quid de Sacerdote Latino inter Graecos celebrante.* ibidem.  
*An iter agentes teneantur Missam audire in locis, per quae transeunt.* num. 18.  
*Et remissive.* ibidem.  
*Quid si etiam in proprio loco patrie dies festus sit.* numero 19. & 21.

Eadem

Edem questio fieri potest circa ieiunium, & circa leges ciuiles patriae ipsorum peregrinorum: loquimur autem de iis, qui non mutauerunt domicilium, sed solum actuale praesentiam, seu existentiam: nam, qui domicilium mutat, eo ipso definit esse subditus huius loci, & incipit esse alterius, & ad leges illius, ad quem muratur, tenetur.

2. Bipartita ergo est opinio hac in re. Prima asserit, peregrinos absentes teneri ad leges, & consuetudines proprii domicilij, & ad dies festos illius, quando in loco, in quo sunt, non seruantur. Ita docet Sylu. verbo, *Ieiunium*, quaest. 2. dicto 2. & ibi Rosella num. 16. & D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. Paludanus in 4. dist. 15. quaest. 4. a. 3. n. 26. Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem, tit. *De instrum. editione*, §. *Compendiose*, n. 16. verbo, *Questum*, & dicit esse satis probabilem Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. n. 17. Probatur haec opinio, primò: quia huiusmodi peregrini & viatores sunt subditi sui Episcopi: ergo tenentur obedire praeccepto illius de festis obseruandis, & sunt partes communitatis suae patriae, ac proinde tenentur conformari ipsi cõmunitati in legum obseruatione, sicut minor pars tenetur conformari maiori. Secundò, quia tandiu obligatur quis patrie legibus, quandiu patriam non deseruit: sed hi non deseruerunt patriam, quia non mutauerunt domicilium: ergo obligantur legibus patriae: nam, quòd modo abint à patria, parum refert: quia, qui casu absunt non dicuntur abesse, vt docet Bartolus in l. *Quaestum* 78. §. finali. ff. de legatis. 3. Tertio, quia alias hi exempti essent ab omni lege: non enim tenerentur ad leges loci, per quem transeunt, vt affirmant grauissimi Doctores: & hi sunt Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. n. 6. Paludanus in 4. dist. 15. quaest. 4. art. 3. num. 24. Ant. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. Medina C. de ieiunio, quaest. *Quando necesse est ieiunare*, initio. Ledesma 2. p. 4. q. 17. art. 3. fol. 204. col. 1. §. *Tertio dico*, Margarita Confess. in quaest. moralibus, fol. 165. col. 2. §. *Vtrum teneamur*. Palat. in 4. dist. 15. disp. 8. post 6. conclusionem, fol. 126. versu, *At vero*. Frater Medina 1. 2. quaest. 96. art. 5. ad finem. Angles in floribus 1. p. quaest. 4. de ieiunio, ante dubium 1. difficultate 2. fol. 386. Vega lib. 2. Summa, casu 315. & dicit probabilem Soar. 3. p. q. 7. art. 4. disp. 14. sect. 3. §. *Illud vero*. Glossa in cap. *Ille*, dist. 12. verbo, *Venerit*. Turrecr. ibi, verbo, *Liberas*. Rosella verbo, *Ieiunium*, n. 16. & alij, nec tenerentur ad leges patriae: ergo omnino exempti essent; quod non est dicendum. Quarto probatur: quia alias posset quis licite per dolum & fraudem effugere obligationem huius praeccepti, transfundo ad alium locum propinquum, vbi tale praecceptum non est, laborandi causa, & vt non ieiunet, si ieiunetur in suo: quod videtur absurdum; quia malitia & fraus non debet patrocinari auctori, vt est vulgatum pronunciatum apud Iurisprudentiae Interpretes.

Syluest. Rosella. D. Anton. Palud. Io. Aqd. Sanchez.

Sanchez. Paludan. Medina. Ledesma. Margarit. Confess. Palat. Fr. Med. Angles. Vega. Soarius. Gloss. Turrecr. Rosella.

3. Secunda opinio communior, & probabilior docet, peregrinos, & viatores extra territorium existentes per modum transitus, non teneri ad dies festos & ieiunia, ad leges, aut consuetudines patriae suae, siue per multum, siue parum temporis, siue vno tantum die ibi existant, & siue ea festa & ieiunia sint ex praeccepto iuris communis, siue proprii Episcopi, quando ea in loco, in quo sunt, non obligant: nam, si obligent, dicunt teneri. Ita docet expresse Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 13. num. 2. fol. 328. col. 2. Nau. in Manuali Lat. cap. 13. n. 5. & cap. 23. num. 120. Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. n. 18. Maior in 4. dist. 15. quaest. 5. col. 15. arg. 4. Driedo de lib. Christ. lib. 1. cap. 17. §. *Vna est*, & alia edit. lib. 1. cap. 2. p. 3. art. 2. memb. vlt. §. *Vna est*. Ledesma 2. p. 4. q. 15. art. 4. dub. 2. versu, *P. Steph. Faunde* in quinque praec. Eccl.

Soar. Nauarr. Sanchez. Maior. Driedo. Ledesma.

*Sequitur ex dictis*. Soarius 3. p. q. 74. art. 4. disp. 44. sect. 3. §. *Illud vero*. Henric. lib. 7. de Indulg. c. 13. Henric. n. 8. & lib. 9. de Missa, c. 25. n. 2. fine. Ludou. Lopez Lud. Lop. 1. part. instr. c. 52. §. *Vnaqueque ciuitas*. Petrus Le-Perr. Ledesma de matr. quaest. 45. art. 5. punct. 3. dub. vlti. Rodrig. mo, §. 3. conclusio, fol. 198. Rod. tom. 1. Summa, edit. Philarch. 2. cap. 122. n. 1. Philarch. de offic. Sacerd. tom. 1. Comarr. Summa, part. 2. lib. 3. c. 32. §. *Est vero notandum*. Coar. lib. 4. var. cap. 20. n. 8. fine, & videtur esse communis sententia Doctorem in cap. *Vt animarum*, de constit. 6. §. *Statuto*, & in cap. *A Nobis*, 1. de sententia excommunic. vbi Abbas num. 11. Felinus n. 6. & idem debent tenere omnes, qui dicunt, excommunicationem positam ab Episcopo pro suo territorio, non obligare suos subditos, si committant rem prohibitam sub excommunicatione extra illud: & hi sunt Soar. tom. 5. de censuris, disp. 5. Soar. sect. 4. à n. 4. Henric. lib. 13. de excomm. c. 26. §. 1. Henric. Sayrus alios allegans lib. 1. de censuris, cap. 6. n. 39. Sayr. Auila 2. part. cap. 3. dub. 5. & alij; cum par sit vtrouibique ratio, vt patet, & debent tenere omnes, qui docent, viatores & peregrinos, dum versantur in alieno Episcopatu, teneri statuti eius: & hi sunt, Azor tomo 2. lib. 5. Instir. moral. quaest. 9. Sancius lib. 3. de matr. disp. 23. n. 13. & Glossa in cap. *Quae contra*, dist. 81. Ledesma 2. part. 4. quaest. 17. art. 3. §. *Tertio dico*. Medina Cod. de ieiunio, quaest. *Quando necesse est ieiunare*. Turrecr. in dicto cap. *Quae contra*, n. 8. & alij. Probatur ergo satis clare ex c. *Vt animarum*, de constit. in 6. dicto §. *Statuto*, vbi aperte declaratur, non incurri censuram per statutum proprii Episcopi latam ab illo, qui extra territorium sui Episcopi rem prohibitam per censuram efficit, & cõtra statutum operatur. Et ratio est: quia statutum directe, primò, ac per se, respicit territorium, & mores in eo obseruandos; & ideo non obligat personas etiam subditas, nisi intrat ipsum territorium existant, nõ verò extra illud: & ratio redditur in eodẽ textu & capite, *Vt animarum*, quia extra territorium ius dicere non poterit impunè, vbi Gloss. verbo, *Impunè*, explicat, non parentem extra territorium poenam minimè pati, cum enim iurisdicctio respiciat aliquod territorium, intra illud limitetur, & extra illud non operetur: ideo lex, quae pro aliquo territorio fertur: non potest extra illud obligare: quia iam excederet iurisdictionem. Vnde pari ratione infertur argumentum ad praecceptum, vel statutum de diebus festis seruandis: nam praecceptum illud primariò, & per se respicit cultum religiosum in tali Episcopatu, loco, & parochia, & non extra illum: ergo non potest extra illum obligare. Et confirmatur: quia, si loquamur de praeccepto, & consuetudine ieiunij in Lusitania, in vigilia D. Antonij, certum est, non teneri Lusitanum, dum in castella versatur, ieiunare, si inibi non est talis consuetudo, vt omnes farentur, & experientia consuetudine approbata edocet: ergo idem est dicendum de obseruatione festi particularis, cum par sit vtrouibique ratio: hinc enim quadrat illud vulgare dictum:

*Cum fueris Roma, Romano vivito more: Et cum sis alibi, vivito sicut ibi.*

Hinc D. August. epistola 118. & refertur in c. *Ille*, dist. 12. ait: *In sabbato, si sum Roma, ieiuno, si Mediolani, non ieiuno.*

Ad primam rationem contrariae opinionis respondeo, huiusmodi peregrinos & viatores esse, absolute loquendo, subditos Episcopi proprii territorij: & nihilominus dico, non teneri obseruare ieiunia, dies festos, & excommunicationes, quae ab Episcopo ponuntur & praecipuntur pro proprio territorio, si extra illud sunt: quia leges non obligant vltra intentionem ferentis: nam cum huiusmodi leges de obseruatione ieiunij, diei festi, & de excommunicatione, C 21. tione,

ritone, non dirigantur ad subditos absolute, sed ad subditos praesentes, & existentes in tali loco, ideo eos extra illum non obligat: quod non obstat, quominus & subditi sint, & dicantur; siquidem non definit subditus esse ille, quem Superior non vult obligare in aliqua re. Ad instantiam dico, minorem partem communitatis teneri conformari, maiori in loco, in quo praecipitur conformari, & non extra illum.

4. Ad secundum argumentum respondeo, tandiu obligari quatenus legibus patriae, quoad illam non deserit, hoc est, quoad in illa habitat: neque tamen, tandiu teneri quatenus legibus patriae & domicilij, quoad illam non deserit animo mutandi aliud domicilium: nam huiusmodi peregrini, licet non deserant patriam animo mutandi domicilium, deseruerunt tamen sola praesentia & existentia, quod satis est, ut ad leges patriae non teneantur. Ad confirmationem dico, non fat esse adhuc ciuem esse, ut teneatur ad leges patriae; sed oportere, ut inhabitet tunc in patria: & quavis casu dicatur abesse, id quidem est in favoribus: non in penis. Ita respondet Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. num. 24.

Sanchez

6. Ad tertium argumentum nego sequi, esse exemptum omnino a legibus: teneatur enim ad dies festos, & ieiunia, quae obligant in suo domicilio, si obligent in loco, in quo reperitur, ut dicemus infra cap. 8. num. 2. & quavis ad illos non teneretur, adhuc non sequeretur absolute esse exemptum, cum ad has leges teneretur existens in patria, & per accidens sit, quod non existat in illa praesentialiter. Argues: qui sentit commodum, debet sentire onus, per regulam iuris. Qui sentit, in 6. at peregrini sentiunt commodum; siquidem non obligantur ad leges loci, per quem transeunt: ergo debent sentire onus, ut obligentur legibus patriae? respondeo, eam regulam intelligi, quando onus est regulariter ad nexum commodo, & illi inseparabile; ut cui collatum est beneficium, debeat illius onera subire; sed in aliis casibus, nam Novitius religiosus gaudet illius Religionis, in qua est, privilegij; non tamen teneretur ad eius onera & praecipua, iuxta viorem sententiam.

7. Ad absurda, & inconuenientia, quae in prima opinione inferebantur, dicendum est, ea quidem non esse absurda, nec inconuenientia, sed verissima corollaria, quae expresse debent admitti omnes Auctores secundae opinionis; signatè verò illam admittit Nauarr. in Manuali Lat. cap. 13. numer. 5. ibi enim ait, bene inserui ex hac secunda opinione, eos operarios, qui se conferunt in alia loca ad locandas suas operas, non teneri obseruare dies festos suorum locorum, si ibi festi non sint; & ibi admittit etiam Sancius tomo 1. de matrim. lib. 3. disp. 23. num. 18. etiam si ad breue tempus se conferant, & Soar. dicto tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 15. num. 6. & addendum est, id verum esse, etiam si ca sola intentione se conferant, ut praecipua effugiant patriam. Ad id, quod de fraude additur, dices, verum esse, propriam malitiam, ac fraudem non debere fauere auctori: at hic non dari proprie & formaliter fraudem; fraus enim & dolus proprie datur, ubi datur obligatio legis, quam quis per fraudem, & dolum vult euadere, hic autem nulla datur obligatio, ut satis probatum manet. Potius ergo dicendum esset, dari hic fugam quorundam obligationis, quae fuga de se non est bona, nec mala; erit tamen mala ex intentione mali finis, quo fieri potest.

8. Dices, ex dictis sequi, posse aliquem laborare diebus festis de praecipuo Episcopi, & ieiunia non ser-

uare, quae ex praecipuo ipsius Episcopi praecipuntur, intra eandem diocesim ipsius Episcopi, si ibi sit locus exemptus ab illius iurisdictione, cum locus exemptus pro extraneo habeatur, quod tamen videtur absurdum? Respondeo, non esse absurdum: quia id ipsum ex eodem fundamento concedunt in censuris multi & graues Doctores, affirmantes, excommunicationem Episcopi pro tota diocesi, non ligare eos subditos, qui commorantur in loco exempto intra eandem diocesim ipsius Episcopi ferentis censuram: & hi sunt Henric. de excomm. lib. 1. c. 26. §. 1. Sayrus alios referens lib. 1. cap. 6. num. 39. Soar. tomo 5. de censuris, disp. 5. sect. 4. num. 5. & 6. Auila 2. part. cap. 3. dub. 5. quicquid contra sentiant aliqui apud Sylu. verbo, Excommunicatio, 2. num. 12.

Henric. Sayr.

Soarius. Auila.

Et ex hoc principio infert Auila citatus ex dictis cum Armilla verbo, Excommunicatio, num. 30. & cum Syluestro allegato, & cum Sayro, & Henrico modo allegatis: si in Episcopatu Bracharensi. v. c. sit Monasterium Monialium exemptarum, & Archiepiscopus praecipiat sub excommunicatione, ne quis loquatur cum Monialibus in tali Monasterio, non incurrere illum huiusmodi censuram: quia locus exemptus est, & locus exemptus pro extraneo habeatur: incurrere verò, si Archiepiscopus dicat, (ut docet idem Auila:) ne quis eat ad loquendum in eo Monasterio: quia ita fit per viam, quae est iurisdictionis ipsius. Licet hoc non probet Henriquez, & Sayrus allegatus, nec ego probo: quia via ipsa non est locus peccati, nec suspicionis; propter quod peccatum, & suspicionem illius, tanquam propter terminum, fertur excommunicatio. Oppositum tamen censet Soarius citatus num. 6. ex eo fundamento, quod ille locus per se non est exemptus, sed ratione Monialium, atque adeo illae quidem sunt exemptae, & non comprehenduntur ipsa censura, bene tamen subditi Archiepiscopi ferentis censuram.

9. Auila. Armilla. Sylu.

10. Dicendum tamen mihi videretur, non solum subditos ipsius Archiepiscopi, (& idem de quolibet Praelato in suo Episcopatu,) sed etiam omnes sacculares non subditos, imò & omnes Religiosos huiusmodi excommunicationem incurrere, nisi ipsi habeant priuilegium, quod non possint excommunicari ab Episcopis, nec à Legatis, nisi expresse nominati sint. Et ratio, ob quam moueor ad id asserendum, est primò, quia excommunicationem illam ponit Episcopus, aut Archiepiscopus, non vt Ordinarius loci, sed vt Sedis Apostolicae Legatus, iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 5. de Regularibus, & iuxta constitutionem Bonifacij VIII. quam Concilium ibi citat. Secundò, quia Ordinarij vocantur delegati quoad hoc à Pio V. in sua Bulla censurata, fol. 1070. in Bullario; & à Nauarr. c. Statuimus, n. 55. quæst. 3. Et ita docet Emmanuel Rodrig. tom. 1. quæst. regularium, quæst. 45. art. 2. §. Est autem aduertendum. Zerola in praxi Episcopali, 1. part. verbo, Excommunicatio, §. Tertio Episcopus. Et facit, quod dicit Ancharanus in c. 2. de constit. n. 12. in 6. & hac de re vide declarationes Cardinalium super Tridentinum, part. 4. fol. 422. vbi sic: *Regulares aduenies Monasteria Monialium sine licentia Episcopi, incurrunt in poenam excommunicationis, quam Episcopus suo disto proposuit. Sic Congregatio Cardinalium super Tridentinum censuit, 9. Aprilis 1587.* Nisi regulares illi habeant ex priuilegio, quod non possint excommunicari. Hoc priuilegium habet Societas Iesu, & consequenter alij Mendicantes, vt patet ex Compendio nostrorum priuilegiorum, verbo, Exemptio, & verbo, Excommunicatio, §. Tertio.

Conc. Tri. Bonif. 8.

Pius 5. Nauarr. Rodrig.

Zerola.

Anchar.

11. Ex dictis in secunda opinione, quam secuti fuimus, sequitur primò, Lusitanum transeuntè per Castellam

Nauarr.

Couarr. Sanchez, Henric. Pedraza. Sayr.

12.

Henric. Rodrig.

Nauarr.

Palatios. Panorm.

Cardin. Imola. Sanchez, Perrus Ledesma.

stellam posse licite edere intestina animalium sabaro, (minuta vocat Hispani,) quauis in Lusitania id non liceat: quia non tenetur ad consuetudines patriae, dum ab ea abest. Sic docet Nauarr. in Summa Latina, cap. 23. num. 120. Hispanica num. 128. Couarr. lib. 4. var. cap. 20. num. 8. versu, *Fuit*. Sancius lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 19. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 25. num. 2. sine. Pedraza Summa 3. praecipuo, §. 14. Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 3. num. 11. & 12. videtur inclinare.

An autem è contrario liceat Castellano transeunti per Lusitaniam vesci iidem intestinis more Castellae, est dubium. Negat Henric. allegatus in commento littera S, & Emmanuel Rodriguez super Bullam Cruciatæ, §. 1. n. 8. ad finem. Negat etiam expresse Nauarr. in Manuali Lat. c. 23. n. 120. Debent tamen, si consequenter loquantur, id affirmare omnes citati pro prima opinione, qui dicunt, peregrinum absentem à patria sua, teneri ad leges & consuetudines patriae: at, quod possint Castellani hac intestina edere in Lusitania, expresse affirmat Palatios in 4. dist. 15. disp. 8. post 6. conclusionem, fol. 126. versu, *At verbo*. Et Panormitanus id videtur etiam docere in cap. *Consilium*, de oblatione ieiunij, & Cardinalis in Clementina 2. quæst. 5. de celebrat. Missae, & Imola ibid. Et expresse etiam id docet Sancius lib. 2. de matr. disp. 18. num. 7. & Petrus Ledesma de matrimonio, quæ. 45. art. 5. pun. 6. dub. vlt. fol. 198. §. *Secundo agitur*, & §. *Quibus possit*. Fundamentum illorum, qui negant, posse huiusmodi Castellanos licite in Lusitania vesci intestinis animalium, est, quia illud priuilegium fuit concessum Castellanis pro patria, & pro solo regno Castellae, non extra illud, atque adeo est priuilegium locale, terræque cohaerens, propter penuriam piscium in Castellae, & olei in Gallacia: unde, cum sit priuilegium primariò concessum terris, secundariò hominibus in eis habitantibus, seu priuilegium concessum hominibus, prout sunt in illis terris, non extra illas, inde est, quod illo non possint licite vri Castellani, extra Castellam in Lusitania. Fundamentum verò illorum, qui id affirmant, est, quia peregrini non tenentur ad leges & consuetudines loci, per quem transeunt: ergo cum Castellanus non teneatur ad leges & consuetudines Lusitanorum pertransiens Lusitaniam, poterit licite, si voluerit, vri legibus & consuetudinibus patriae suae, atque adeo vesci licite huiusmodi intestinis. Ego in hanc sententiam inclino: & ad fundamenta id negantium respondeo, hoc priuilegium non esse cõcessum primariò terris, secundariò personis, nec etiam personis pro illis tantum terris, & non extra illas; sed esse priuilegium concessum personis, propter terras: quod non tollit, quod illo non possint vri Castellani ad breue tempus in Lusitania existentes, & citò in patriam reuersuri. Et sic respondet Sancius allegatus.

13.

Sequitur secundò, licitum esse cuique in die festo patriae ad aliud locum ire, ubi dies festus non est, laborandi causa, etiam si tota die ibi opererur: & idem est dicendum, si intra ciuitatem sit dies festus, & in suburbij non sit: licitum enim erit exire eo ipso die manè in suburbium causa laborandi, vel altero antecedente. Ita docet Nauarr. in Manuali Latino, cap. 13. n. 5. versu, *Infertur serò*. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. conscient. c. 52. Sà in Aphorismis, verbo, *Festum*, Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. num. 21. & lib. 1. Decalogi, cap. 12. n. 34. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 4. c. 2. dubit. 8. num. 58. Soar. tomo 1. de Relig. l. 2. c. 16. n. 9. Emmanuel Rodrig. 1. tomo Summa, edit. 2. cap. 122. num. 1. Azor tom. 2. lib. 5. Instit. moralium, quæst. 9. & 10. & Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 3. n. 12. Addunt tamen

Nauarr. Lud. Lop. Sà. Sanchez, Lessius. Soar. Rodrig. Azor. Sayr.

huiusmodi Doctores, teneri enim prius sacrum audire, si in ipso mane diei festi exit: quia obligatio praecipui Missae cum in ipso loco, in quo tenebatur Missam audire, apprehendit: & quia cõscius impedimenti superuenturi circa audiendum sacrum, tenetur illud praenire audiendo mane, antequam exeat. Fundamentum verò, ob quod licitum sit, eo ipso die manè in alium locum, aut in suburbium egredi laborandi causa, est, quia praecipuum colendi dies festos non prohibet egressum è loco, in quo obligat, nec extra eum locum iam obligat. Probabilitate tamen non caret magna, non teneri quatenus prius audire Missam, quam exeat: nam Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 18. n. 21. expresse affirmat, posse licite eo mane incolà loci diei festi exire in alium locum, aut suburbium, ubi dies festus non est, laborandi causa, non audito sacro, & ibi affirmat, aliquos neotericos ita sentire. Fundamentum illius est: quia huiusmodi homo nõ tenebatur audire sacrum, nisi vsque ad meridiem: ergo si intra meridiem exeat, sacro non audito, nõ peccat: quando autem peruenit ad alium locum, iam deobligatus est à tali praecipuo audiendi sacri, quia ibi non datur huiusmodi praecipuum. Dicendum tamen est, teneri illum anticipare tempus, atque adeo audire Missam summo mane, antequam exeat ab eo loco, si prauidit impedimentum futurum: quia, qui prauidet impedimentum futurum praecipui, tenetur anticipare praecipuo satisfacere, ut est communior doctrina: sic qui proficiscitur in externas, longinquasque nationes, prope Quadragesimam, & prauidet defuturam sibi copiam Confessoris, tenetur tempus confessionis Quadragesimae anticipare, ut dicemus in eo praecipuo. Haec sufficiant: quia hac de re statim redibit sermo infra num. 18. ubi de Missa, & eius obligationibus agemus.

Nonnulli tamen docent, non esse licitum mane egredi è loco, ubi festum est, in alium locum, ubi festum non est, laborandi causa: & ita tenet Syluest. verbo, *Ieiunium*, quæst. 2. Rosella ibidem, num. 16. Medina, Medina 12. quæst. 63. art. 5. prope finem, ubi dicunt, peccare mortaliter, qui id faciunt: & quauis illi de ieiunio loquantur, & de iis, qui è loco, ubi ieiunium seruatur, in locum pergunt, in quo ieiunium non seruatur, causa non ieiunandi; tamè eadem est ratio de labore, atque de ieiunio, vt faceret Sancius dicto lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 22. & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 16. à n. 9. Imò addunt ibi Sancius, & Soar. posse huiusmodi hominem antequam egrediatur, ientaculum sumere in loco, in quo obligat ieiunium, si certus est, quod eo ipso die peruenturus sit ad locum, in quo ieiunium non seruatur, ad quem proficiscitur: nullo tamen modo posse carnibus vesci, donec eò perueniat. Et ratio, ob quam in ientaculo possit sumere alios cibos, non tamen carnes, est, quia obligatio abstinenti à carnibus, est diuisibilis; & ideo, toties, quoties quis illis vescitur in sexta feria, vel alio die vetito, mortaliter peccat: quare tenetur pro illa parte illius diei, dum in illo est, illis abstinere, & praecipuum quoad hunc esum carniū obseruare; pro parte autem altera ipsius diei non tenetur hoc praecipuum obseruare, dum in alio loco est, in quo ieiunium non est. Et id ipsum confirmat Sancius loquendo de ieiunio, lib. 1. Decalogi, cap. 12. n. 34. & Lessius lib. 4. de iust. cap. 2. dub. 8. n. 58.

14. Syluest. Rosella.

Medina.

Sanchez, Soar.

Sanchez.

Lessius.

15.

Sequitur tertio, exeuntè ab alieno loco, ubi carnes vescuntur, & ieiunium non seruatur, & proficiscentem in proprium domicilium, ubi dies ieiunij seruatur, posse licite carnibus vesci, antequam exeat, quauis nocte ad proprium domicilium peruenturus sit, dummodò tamen eo ipso die, vel nocte perueniat, & quauis in proprio domicilio à carnibus



ex præcepto abstineatur & ieiunetur: ut verò, ubi primum eò peruenit, non poterit licite illis vesci: quia iam legibus domicilij adstringitur, & extra domicilium non adstringebatur illius legibus; & eadem ratione, postquam eò peruenit, tenetur ieiunare, si nondum ieiunium fregit: sed si iam fregit, quia semel fracto ieiunio, amplius non obligat illius præceptum, quamuis obliget ad non vescendas carnes, & sic rotas quoties eduntur carnes, mortaliter peccatur; non tamen quoties alij à carnibus eduntur cibi. Ita docet Sancius l. 3. de matr. disp. 18. num. 23. & lib. 2. disp. 24. num. 23.

Sanchez.

16.

Sequitur quare, abeuntem manè e proprio domicilio & loco, in quo ieiunium seruatur, & nocte peruenitur ad locum, in quo non seruatur, posse nocte cenare, & carnibus vesci, quamuis tota die ieiunauerit: potest enim conformari consuetudini loci, ad quem peruenit, cum ad leges patriæ absens non teneatur. Ita docet Sancius l. 3. de matr. disp. 18. num. 22. & num. 18. Negant tamen aliqui, posse illum manè ieiunium sumere, quamuis certò sciat se perueniturum nocte ad locum, ubi non ieiunatur: quia nondum existit ipsa peruentio & existentia in illo loco, quæ est causa excusans; & quia potest mutare animum, & non proficisci. Verum probabilius est, posse illum licite id facere, modò carnes non vescatur: quia, quando moraliter est certus de perfectione, & peruentione, accessusque ad illum locum, iam moraliter existit causa legitima excusans, quamuis non existat realiter, ut dixi, num. 14. versu, *Imò addit.* Et ita docet Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 1. cap. 12. num. 34. & lib. 3. de matrim. cap. 18. num. 22.

Sanchez.

Sanchez.

17.

Sequitur quare, eos Sacerdotes Græcos, qui in sua patria in fermento celebrant, posse in eodem fermento celebrare transeuntes per loca Ecclesiæ Latinæ, iuxta morem suæ patriæ: vel in azymo, iuxta morem Ecclesiæ Latinæ, prout maluerint. Similiter Sacerdotem Latinum per Græciam transeuntem posse vel in fermentato iuxta morem Græcorum, vel in azymo iuxta morem Latinorum celebrare. Et ratio est: quia transeuntes non tenentur ad leges loci, per quem transeunt, & absentes non tenentur ad leges patriæ; & idè penes illorum arbitrium est hoc, vel illo modo celebrare. Ita docet Sancius lib. 3. de matr. cap. 18. num. 20. & num. 6. & egregie probat Soar. 3. p. quæst. 74. art. 4. disp. 44. sect. 3. §. *Illud verò*, & tomo 1. de Relig. lib. 2. c. 14. num. 17. p. 336. col. 2. & Palat. in 4. dist. disp. 8. fol. 126. col. 1. initio. Si tamen, ut sæpe euenire solet, reperiantur inter Latinos aliquæ Græcorum Ecclesiæ, in quibus eorum ritus seruentur, aut inter Græcos aliquæ Latinorum, in his Ecclesiis tenetur vnusquisque ritum suæ Ecclesiæ seruare: quia perinde tunc est, ac si in propria Ecclesia, Græca, vel latina, quicquam celebraret: nec posse tunc Latinus in ea Ecclesia Græcorum, inter Latinos existente, in fermentato celebrare; nec Græcus in Ecclesia Latinorum, inter Græcos sita, more Latinorum consecrare; quia id quidem est quasi speciale priuilegium Græcis, & Latinis in huiusmodi Ecclesiis concessum, & non aliis: ut opimè animaduertit Soarius allegatus. Est tamen hæc doctrina, hætenus constituta, contra Ledesma l. p. 4. quæst. 15. art. 4. dub. 2. ubi affirmat, teneri Sacerdotem Græcum, transeuntem per Ecclesiam Latinam, in azymo, more Ecclesiæ Latinæ, celebrare; & Sacerdotem Latinum, in fermentato, transeuntem per Ecclesiam Græcam. Sed videtur sequi Ledesma eam opinionem, quæ docet, teneri aduenas & peregrinos ad leges loci, per quem transeunt, quam nos non sequimur, ut patebit ex cap. sequenti.

Sanchez.

Soar.

Palatium.

Ledesma.

18.

An autem iter agentes, hoc est, aduenas & pere-

grini, teneantur Missam audire in locis, per quæ transeunt, si ibi dies festus sit, & in patria non sit, est dubium, quod pendet ex illa quæstione, vtrum aduenas & peregrini teneantur ad festa, & consuetudines loci, per quem transeunt, quod tractabimus in capite sequenti, in quo resoluemus non teneri. Et verò non teneri illos, qui iter agunt per ciuitatem, ubi dies festus obseruatur, iter suum retardare, (quando in proprio loco non seruatur idem dies festus,) vt Missam audiant in tali festo, docet expressè Nauar. in Manuali, cap. 13. num. 5. versu, *Infertur* 6. Philiarichus de officio Sacerdotis, p. 2. lib. 3. cap. 23. notabili, & Lud. Lopez 1. p. instr. confc. cap. 52. & Sayrus in clauis regis, lib. 7. cap. 3. num. 11. col. 1. fol. 437. Cæterum, si illuc ante prandium perueniret, & ibi tota die quiesceret, tunc Philiarichus citatus non improbabiler existimat, teneri illum audire sacrum: quod tamen intelligendum est, iuxta Sayrum, si commodè alias negotia sua expedire poterit, & per multum tempus ante prandium illuc accederet; id, quod arbitrio boni ac prudentis viri committitur: absolute tamen dicendum est, vt patebit capite sequenti, non teneri huiusmodi iter agentes, aduenas & peregrinos ad leges & festa locorum, per quæ transeunt, quando in merè transitu sunt, & sic non teneri huiusmodi homines sacrum audire in hoc casu, vt dicemus capite sequenti, numero 20.

Nauar.

Philiarich.

Sayrus.

19.

Sequitur sextò, si dies sit festus de iure communi, aut de consuetudine vniuersali, in vtroque territorio & Diocesi, hoc est, tam in proprio territorio, & domicilio peregrini iter agentis, quam in territorio, & loco, per quem transit, teneri huiusmodi peregrinum iter agentem, eum diem obseruare, & in eo sacrum audire, cum ius commune, & consuetudo communis vbique Christianum obliget: neque enim tunc est ratio, ob quam eum excusamus. Ita docet Sancius lib. 3. de matr. cap. 18. num. 18. & n. 3. & Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 14. num. 15. pag. 335. col. 2. Dixi, in vtroque territorio, & loco: quia potest dies esse festus de iure communi; & tamen in sola patria peregrini obligare: & tunc quidem certum est, non teneri peregrinum absentem ad illius obseruationem, cum peregrini ad leges sui loci & patriæ non teneantur, vt probauimus in hoc capite, num. 3.

Sanchez.

Soarez.

20.

Sed quid, si vtroque, hoc est, tam in proprio loco & patria peregrini, quam in loco, per quem transit, dies festus sit, non ex iure communi, aut ex consuetudine vtriusque loci; sed ex præcepto Episcopi vtriusque Diocesis? Videtur enim tunc, huiusmodi peregrinum & iter agentem ad neutrum obligari: non ad proprium festum loci; quia peregrini absentes à patria, non obligantur ad leges illius: non ad festum loci, per quem transit; quia peregrini & iter agentes non sunt subditi Episcopi illius loci, vt eos obligare possit suo præcepto; & quia non tenentur ad leges loci, per quem transeunt, vt dicemus capite sequenti: ergo ad neutrum festum obseruandum videntur teneri. Et idem dicendum est, quando vtroque die de eodem præcepto Episcopi respectiue dies ieiunij est, aut peccatum reseruatim. Certè probabile est, ad neutrum festum, aut ieiunium tunc teneri huiusmodi iter agentem, propter rationes tactas. Probabilius tamen, teneri tunc ad ieiunium, & festum loci, in quo est. Primò, quia Soarius citatus dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 15. p. 335. columna 2. & Sancius lib. 3. de matr. disput. 18. num. 3. absolute dicunt, teneri huiusmodi peregrinos, obferuare, si id festum in patria & loco suo obseruetur, siue de consuetudine & iure communi, siue de præcepto Episcopi. Secundò, quia nulla est ratio iusta,

iusta, ob quam excusari possint: nam, quando dicimus, peregrinos & iter agentes non teneri ad festa & ieiunia loci, per quem transeunt, semper intelligèdum est, nisi in ea festa, & ieiunia in sua patria de præcepto etiam sint. Ad id, quod additur, illos non esse subditos Episcopi loci, quem permeant, vt eos obligare possit; respondeo, id esse per accidens: quia tunc non tam obligantur ex præcepto Episcopi illius loci, quam stui. Nec obstat, quòd Episcopus non potest exercere iurisdictionis actum in alieno territorio: quia id intelligitur cum strepitu iudicij, & non quoad forum conscientie. Deinde, quia in hoc casu virtualiter vterque Episcopus sibi inuicem licentiam concedunt, vt possint subditos suos ad inuicem obligare, in occursum tantum horum præceptorum. Colligitur autem hæc virtualis concessio ex vsu & communi existimatione hominum: quia omnes existimant, se tunc obligari ad huiusmodi festa, & ieiunia obseruanda; & ex scientia, & patientia Episcoporum, cum id sciant, aut scire debeant, & contrarium non declarant; & maxime cum sciant, Episcopos locorum obligare peregrinos in hoc casu, ad huiusmodi festorum & ieiuniorum obseruationem, & non reclamant, sed veram solutionem huius rei dabimus, cap. sequenti, n. 15. fine, & num. 16. & 17.

21.

Maius dubium est, si dies festus sit duorum Sanctorum, v.g. Primi, & Feliciani, & in patria peregrini obseruetur ex præcepto proprii Episcopi dies Sancti Feliciani; in loco verò alterius diocesis, per quam transit, ex præcepto Episcopi eiusdem loci, dies D. Primi Et videbitur fortasse alicui dicendum esse, in eo casu teneri peregrinum seruare festum loci, per quem transit. Dico tamen, ad neutrum diem teneri: non ad festum loci proprii, cum absens sit ab illo: non ad festum loci, per quem transit, cum non sit idem festum, quod in patria sua obseruatur: & solum in eo casu censetur Episcopus proprii loci concedere facultatem Episcopo loci, per quem transit, obligandi suos subditos ad festa loci, per quem transeunt, si eadem ipsa festa seruatur tunc in patria ipsorum peregrinorum, non verò si sint diuersa.

CAPVT VIII.

Vtrum peregrini, & iter agentes teneantur ad leges loci, per quem transeunt, & ad quem perueniunt.

S V M M A R I V M.

- Peregrini tenentur ad leges loci in quo sedem figunt. numero 1.
Peregrini existentes in locis alienis tenentur ad festa patriæ, si ea in locis, ubi sunt, obseruentur. num. 2.
Peregrini tenentur ad leges loci, per quem transeunt, ratione scandalij. numero 3.
Vagi & peregrini in quò differant. numero 4.
Tenentur vagi ad leges loci, per quem transeunt. ibid.
An pro matrimonio & sepultura teneantur recurrere ad matricem loci, in quo sunt. ibidem.
Vagi & peregrini satisfaciunt præcepto communicandi ex obligatione Paschatis in mendicantium templis. numero 5.
Super quæstionem, vtrum peregrini teneantur ad festa & ieiunia loci, per quem transeunt, tres sunt opiniones. numero 6.

- Prima affirmat, si animo ibi habitandi accedimus. numero 6.
Infirmatur. ibid. versu, Cæterum.
Secunda asserit, peregrinos, scholasticos, mercatores, aulicos diu commorantes in aliquo loco, aut per maiorem partem anni, licet non animo perpetuò ibi habitandi, acquirere ibi parochiam, & teneri ad leges ipsius loci. numero 7. & 10.
Illi Lusitani, qui diu, aut per maiorem partem anni habitant in locis, ubi Concilium Tridentinum non seruatur, etiam animo non permanendi ibi, possunt ibi contrahere absque Parocho & testibus. num. 8.
Opinio prima est probabilis: secunda communior & probabilior. numero 9.
Illi, qui per maiorem partem anni in ruæ, aut villis commorantur; non possunt eligere ad confessionem, aut matrimonium, Parochum ciuitatis, ubi domicilium habent, nisi de licentia Parochi ruralis. n. 11.
Alienigena, si se transferat in aliquam diocesim animo perpetuò ibi habitandi, & habitare incipiat, quantum statim animum mutet, dum habitationem actu non mutat, potest ab Episcopo illius loci sacris ordinari. num. 12.
Mulier vnus Episcopatus valide contrahit coram suo Parocho, cum viro alterius diocesis, animo statim transeundi in diocesim, aut parochiam mariti. numero 13.
Tertia sententia secundam temperans docet, in ordine ad Sacramenta requiri, vt quis parochiam acquirat, & ad leges loci teneatur, quòd diu, aut per maiorem partem anni habitet in aliquo loco, non verò in ordine ad ieiunium, Missam, aut dies festos. numero 14.
Quando peregrinus in aliquo loco desinetur per tres, vel quatuor dies, vt ibi quicquam negotietur, obligatur ad ieiunium & festa loci. numero 15.
Propositum, & soluitur obiectio contra hanc doctrinam. numero 16.
Episcopi possunt punire peregrinos per duos, vel tres dies in locis suis habitantes, non seruantes ieiunia, aut festa suorum locorum. num. 17.
Quando presentia peregrini solum est in mero transitu, prandendo, pernottando, cœnando, in quadam opinione etiam obligantur ad festa & ieiunia loci. numero 18.
Melior opinio id negat. numero 19.
Vera resolutio est, quando presentia est in solo transitu, non teneri aduenas & peregrinos ad festa, Missam, aut ieiunia loci, per quem transeunt. num. 20.
Respondetur ad fundamenta opinionis contrarie, numero 21.
Tenentur peregrini & viatores ad leges loci, per quem transeunt, quoad solemnitates contractuum. num. 22.
Contractus absolute celebratus censetur celebratus iuxta solemnitates loci, in quo fit. num. 22.
Quid de testamento. ibid.
Peregrini & forenses tenentur ad gabellas loci, ubi contractus celebrant emptionis & venditionis. numero 13.
Peregrini & forenses vendentes triticum tenentur seruare legem pretij, loci, in quo vendunt. num. 24.
Idem de emptionibus & venditionibus aliis. num. 25.

Notandum primò, certum esse quando proprio deserto loco & domicilio, aliò peregrini comeant, animo ibi constituendi larem, & figendi domicilium, teneri huiusmodi peregrinos ad leges loci, in quo sedem figunt animo ibi perpetuò habitandi; licet postea & animum, & sedem, ac domicilium mutent: quia verè sunt incolæ illius loci, ubi domicilium fixerunt animo ibi perpetuò habitandi. Ita docet Sancius lib. 3. de

Sanchez. matrim.

Soarin.  
Paludan.  
Palatium.  
Ledefina.  
Syluest.

Rofella.  
Medina C.  
Archidiac.  
Ostiensis.  
Turrecr.  
Gloss.

Soar.

2.

Sanchez.  
Soar.

3.

Sanchez.

4.

Sanchez.  
Soar.

Anton.  
Syluest.

Innocent.  
Cardin.  
Rofella.  
Syluest.

Sanchez.  
Henric.

matrim. disput. 18. num. 3. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 14. num. 2. Palud. in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 3. num. 34. & ibi Palatius disput. 8. §. *At verb.* Ledefina 2. par. 4. quæst. 17. art. 3. §. *Tertio dicat.* Indicat Syluest. verbo, *Jeiumium*, quæst. 2. dum ait teneri ad ieiunium loci, ad quem perueniunt, si veniant animo ibi perpetuo habitandi. Rofella verbo, *Jeiumium*, num. 19. Medina C. de ieiunio, quæst. *Quando necesse est ieiunare.* Archidiac. cap. *Ille*, dist. 12. referens Ostiensem. Turrocremata cap. *Quæ contra.* n. 8. Glossa in cap. *Ille*, dicta dist. 12. verbo, *Veneris.* Certum etiam est, illam habitationem, quæ sufficit, ut quis per eam acquirat domicilium, sufficere etiam ad obligationem seruandi festa loci, ut optime animaduertit. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 4. pag. 331. col. 1.

Notandum secundò, certum etiam esse, quòd licet peregrini & iter agentes è proprio loco abscedant, & ad alium locum diuertant per modum transitus, citò ad proprium domicilium reuersuri, si consuetudines & leges sui oppidi ibi etiam obligent, teneri eos ad illas: quia nulla ratio eos excusare potest, cum obligent, tam in loco domicilij, quàm vbi sunt. Ita docet Sancius dicto lib. 3. disp. 18. num. 3. & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 15. col. 2. pag. 335.

Notandum tertio, certum quoque esse, ratione scandalij, si forte detur, legibus loci transitus non seruatis, teneri huiusmodi peregrinos & iter agentes, vel scandalum tollere, vel eas seruare, si tollere non possint rationibus conuenientibus, vt est communis doctrina. Ita docet etiam Sancius dicto lib. 3. de matrim. disput. 18. num. 3.

Notandum quartò, magnum esse discrimen inter vagos, seu vagabundos, & peregrinos. Vagi enim illi dicuntur, qui nullibi certum habent domicilium, sed sunt totius orbis accolæ: peregrini verò, & iter agentes domicilium certum habent: & idè huiusmodi vagi & vagabundi tenentur ad festos dies, & ad leges & consuetudines loci, in quo reperiuntur: cum enim nullibi domicilij habeant, illud ipsum domicilij quoad omnia acquirunt, vbi-cunq; inueniuntur: alias enim viderentur, & essent exempti ab omnibus legibus, & statutis ac consuetudinibus, quod est absurdum. Sic docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. num. 15. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 2. versu, *Est hic autem.* An autem huiusmodi vagabundi teneantur pro Sacramentis, pro matrimonio, & sepultura confluere ad Ecclesiam cathedralem, & matricem, quasi sit parochia vniuersalis totius diocesis, est dubium. Quidam affirmant. Ita docet Anton. c. 1. de sepulturis, num. 8. Syl. verbo, *Confessor*, 1. quæst. 1. & omnes, qui dicunt, huiusmodi vagabundos sepeliendos esse in Ecclesia matrice, quanuis in alia è vita discedant: & hi sunt Innocencius c. 1. de sepult. n. vico. super verbum, *Sepultura.* Et Anton. n. 8. Cardinalis n. 5. q. 3. Rofella verbo, *Sepultura*, 1. n. 10. Syl. verbo, *Sepultura*, quæst. 8. dicto 2. nam ibi quis sepeliri debet, vbi Sacramenta percepturus est. Alij verò probabilius negant, & dicunt, verius esse, non teneri eos ad matricem confluere; sed posse in qualibet oppidi parochia Sacramenta percipere, & sepeliri, quando in nulla habitationem contraxerunt: quia nullo iure probatur Ecclesiam matricem esse communem parochiam totius oppidi, & diocesis: & quanuis possint ad eam confluere, nullo tamen textu probatur teneri ad id. Ita docet Sancius lib. 3. de matrim. disput. 23. n. 17. Henric. lib. 6. de penit. cap. 8. n. 5. in commento, litera P. & idem tenent alij Doctores, dicentes, non esse necesse hos peregrinos in Ecclesia matrice sepeliri: & hi sunt

Ostiensis in Summa, tit. de sepultura, num. 3. Archidiaconus cap. 1. de sepulturis, num. 3. in 6. Angel. verbo, *Sepultura*, num. 19. & ibi Armilla, n. 10. & alij.

Imò docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 23. n. 17. quòd quanuis nec per Religionis priuilegia, nec virtute Bullæ Cruciatæ liceat in die Paschatis, id est, tempore, quo satisfit præcepto communicandi, Eucharistiam, nisi solis Parochis, suis Parochianis ministrare, eò quòd excipiatur semper in Bulla & priuilegijs hæc dies licet tamen, virtute talium priuilegiorum, ministrare vagis, & peregrinis, & aduenis, qui nec in eo loco habitant, nec animum habitandi habent per maiorem partem anni: quia, quanuis Clementina 1. de priuilegijs, interdicitur Religiosis sub excommunicatione, ne ministrent eo die Eucharistiam sine licentia proprij Parochi: tamen ea exceptio diei Paschatis fuit introducta in fauorem parochianorum, & vt, saltem eo tempore, & die, omnes parochiani ad suam parochiam confluerent. Sed in hoc casu nulla fit iniuria parochis cum huiusmodi vagi & peregrini non sint sui parochiani, & propria parochia in eo oppido careant. Deinde, quia prædicta Clementina excommunicant Religiosos ministrantes Eucharistiam absque proprij parochi licentia, ex tacita verò licentia proprij parochi absentis ministrare censentur huiusmodi Religiosi Eucharistiam tunc huiusmodi peregrinis: nam cum parochus absens, quando illi in alias regiones profecti sunt, hanc licentiam non retrinxit, videtur illam virtualiter concedere in hoc casu, vt possint Eucharistiam sumere, vbi-cunq; voluerint in die Paschatis, à quocunq; ministrante. Nec denique obstat, decreuisse Eugenium I V. huiusmodi vagos, & peregrinos adicipi incolarum ad Sacramenta & Eucharistiam tempore Paschali, licet ibi modico tempore steterint: quia hoc concessit in fauorem peregrinorum ad tollendos eorum scrupulos; non tamen eos obligauit, vt alienis parochis subiicerentur: sed reliquit eos iuris communis dispositioni. Ita docet Rod. 1. tom. qq. regular. quæst. 56. art. 6. Henricus lib. 3. de Eucharist. cap. 55. num. 1. in com. litera G. & habetur in Constit. Societ. Iesu, 7. p. c. 4. & docet Sancius lib. 3. de matrim. disput. 23. n. 17.

His constitutis super questionem in titulo positam, vtrum, scilicet, peregrini teneantur ad dies festos, & ieiunia loci, per quem trāseunt, aut ad quem perueniunt, tres inuenio opiniones. prima asserit, tunc solum teneri huiusmodi peregrinos, & aduenas ad leges, ad dies festos, & ad ieiunia loci, in quo reperiuntur, quando animo illic perpetuò habitandi accedunt. Hanc opinionem docent omnes citati num. 1. præter Sancium, & Soarium, & eam etiam docere videtur Speculator rubrica de cast. n. 7. vbi expressè dicit, solos perpetuò habitates, & non scholares, obligari legibus ciuitatis, & videtur tenere Turrocremata cum Hugone cap. *Quo iure*, §. *Dignitate*, dist. 8. art. 4. num. 8. vbi id ipsum affirmat quòd dixerat Speculator: tenet etiam Angles in floribus 1. p. quæst. 4. de ieiunio, ante dubiū, 1. difficultate 2. fol. 386. vbi asserit, peregrinos & iter agentes non teneri legibus loci, quādo non animo habitandi illuc conflant. Cæterum, hæc sententia nulla ratione probabili potest defendi, & idè in praxi est improbabilis, & improbabilem illam in praxi appellat Soar. tom. 1. de relig. lib. 2. c. 14. n. 2. & valde rationi difsonam appellat Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 18. num. 9. Nec sufficit multitudo Auctorum, qua se cæuet: quia sine rationabili fundamento loquuntur in re, quæ multum nocere potest solidis Christianorum moribus. Quis enim dicit, scholares Bracharenfes, Conimbrion-

Ostiensis.  
Archidiac.  
Angelus.  
Armilla.  
Sanchez.

Rodrig.  
Henric.

Turrecr.  
Angles.

Soar.  
Sanchez.

fes, Salmanticenses, qui per magnam anni partem studij causa in his vrbibus commorantur, non teneri ad præceptum ieiunij, Missæ audiendæ, & abstinentiæ ab operibus seruilibus in festis proprijs horum locorum? Profectò est hoc contra communem sensum, contra bonum regimen, imò & contra bonos mores, vt statim patebit.

Secunda opinio asserit peregrinos, scholasticos, mercatores, aulicosque commorantes in aliquo loco, per magnam temporis moram, licet non sit cum animo ibi perpetuò manendi, teneri ad leges loci, in quo sunt, ad dies festos, ad ieiunia, ad aduentionem facti. Et ita docet expressè Felinus in cap. *Quod Clericos*, de foro competenti, vbi approbat sententiam Dominici ad cap. *Quæ contra*, dist. 18. reprobantis opinionem Glossæ ad dictum c. *Quæ contra*, asserentis, nec scholares permanentes in aliquo loco causa studij, nec peregrinos transeuntes teneri ad obseruationem legum, & consuetudinum loci, vnde tam ipse Felinus, quam Dominicus sentiunt, huiusmodi scholares teneri ad leges loci, in quo causa studij sunt: quia, licet non acquirant domicilium, acquirunt tamen forum, & quasi domicilium. Docet etiam D. Anton. 1. p. titulo 6. cap. 2. §. 1. Medina 1. 2. quæst. 96. art. 5. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. n. 4. & §. & Sancius lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 9. vbi ita ait: *Credo sufficere, vt aliquis teneatur legibus & consuetudinibus loci, quod maiori parte anni ibi sit habitaturus: hoc enim sufficiens est ad constituendum quasi domicilium, & ad Sacramenta necessaria, vt docet Syl. verbo, Domicilium, num. 2. Præterea, quia hoc etiam constituit quasi domicilium ad Sacramenta voluntaria præter Sacramentum Ordinis, & quia Episcopus illius loci potest cum peregrinis dispensare in votis.* Hæc Sancius. Et idem dicendum est de eo, qui accedit ad aliquem locum animo ibi habitandi per maiorem partem anni: enim à prima die accessus teneri seruare consuetudines & leges illius oppidi, licet postea de facto habitationem intra paucos dies mutet: quia ex eo die, quo accessit, habet conditiones requisitas, vt optime docet Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 5. vbi docet non oportere, vt aliquis prius in loco per maiorem partem anni habitet, vt obligetur legibus loci, sed satis esse, si ad eum locum accedat animo ibi commorandi, diuturno tempore, quo solet studium, aut negotium durare. Docet id etiam Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 18. num. 9. & Paludanus in 4. dist. 15. q. 4. art. 3. n. 24. Rofella verbo, *Jeiumium*, num. 16. Syl. ibi quæst. 2. & verbo, *Domicilium*, num. 2. vbi ait, accedentem ad aliquem locum animo ibi habitandi maiori parte anni, statim fieri parochianum quoad Sacramenta necessaria in ea parochia accipienda. Clarius etiam id docet Sancius lib. 3. disp. 23. num. 2. & Nauarr. §. *In Lenitico*, notab. 32. num. 3. §. *Incolæ.*

Ex hac opinione sequitur, posse huiusmodi scholares & peregrinos habitantes diu, aut per maiorem partem anni in aliquo oppido, in quo non est Concilium Trident. receptum, licet in eorum patria receptum sit, vt adhuc in aliquibus Christianorum Prouincijs non est receptum, veluti in Polonia, & in aliquibus partibus Galliæ, licet ibi habitent animo non permanendi ibi toto anno, & ibi non habendi perpetuum domicilium; posse, inquam, eos matrimonium contrahere absque Parocho, & testibus: siquidem ad leges loci, in quo sunt, tenentur. Ita docet manifestè Sancius dicto lib. 3. de matr. disp. 23. n. 12. & 13. & Federicus de Senis consil. 254. incip. *Subsequens quæstio*, versu, *Ista iura non tractant*, & versu, *Sed diceret aliquis.* Anchar. cap. *De uxore*, de sepulturis num. 7. & 8. & cap. *Is qui eodem titulo*, in 6. Abbas in cap. *Extripanda*, in repetit. §. *Qui verò,*

D. Anton.  
Medina.  
Soarin.  
Sanchez.

Soar.

Sanchez.  
Paludan.  
Rofella.  
Syluest.

Sanchez.  
Nauarr.

8.

Sanchez.  
Federicus.  
Anchar.  
Abbas.

de præbend. n. 11. Rofella verbo, *Confess. sacramen- Rofella. talis*, 3. num. 40. Selua de beneficijs, 3. p. quæst. 42. *Selua. num. 7.* & Petrus de Vbaldis de port. canon. Episcopo- Petrus de palis, cap. 7. num. 2. habetur tomo 5. tractatum mo- Vbaldus. dern. p. 2. vbi hæc dicit: *Parochianus quis dicitur; quando per annum, aut maiorem partem anni in aliquo loco habitat.* & Rebuffus repet. super cap. *Extripanda*- Rebuffus. de, §. *Qui verò*, de præbendis, fol. 385. in 6. versu, *Contrariam opinionem.* Glossa in Clementina 1. q. 16. *Glossa. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 54.* Rofella verbo, *Ab- D. Anton. solutio* 1. num. 41. Angel. verbo, *Excommunicatio* 5. Rofella. num. 18. casu 12. Syluester verbo, *Excommunicatio* 7. Angelus. casu 14. dubio 1. num. 13. Tabiena verbo, *Excom- Syluest. municatio* 5. casu 11. q. 4. num. 5. vbi dicunt, pro- Tabien. scholasticis, mercenarijs, & alijs sufficere licentiam Parochi Parochiæ, quam inhabitant per maiorem partem anni. Docet etiam Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 88. num. 3. & Mascard. de probat. Mascard. decis. 1150. num. 1. & 2. & idem Menoch. consil. 398. volum. 4. & Rota in nouissimis decisione 656. initio vol. 1. vbi dicunt, Parochum proprium præsumi & dici, sub cuius parochiali Ecclesia contrahere volentes habitant toto anno, vel maiore parte anni; non verò si rure, aliò loco recreationis causa, aliquor diebus, vel mensibus ibi habitent, rediuri postea ad solitum domicilium, cum contrahentes non soleant ibi esse toto anno, aut maiori parte illius, sed tantum ad tres, vel quatuor menses: & patet hoc ex l. *Heres absens*, §. *Proinde*, in fine ff. de iudic.

Hæc opinio secunda n. 7. posita, est hodie communior, (quanuis prima num. 6. relata, quæ, vt quis dicatur parochianus, requirit animum perpetuò habitandi in aliquo oppido, probabilis etiam sit:) & hanc num. 7. positam docet etiam Rota in nouissimis decis. 643. Sancius lib. 4. de matr. disp. 23. n. 13. Manuel Rod. tomo 1. Summa, edit. 2. cap. 219. num. 6. Segura 2. p. Directorij Iudicium, cap. 15. n. 48. Spin. Speculo testam. glossa 15. num. 41. Petrus Ledefina de matr. quæst. 45. art. 5. puncto 3. post dubium 4. §. *Dico tertio*, fol. 193. col. 1. & alij multi. Alij verò solum admittunt, tunc aliquem esse proprium Parochum loci, in quo, qui habitant ad tempus, ita distant à proprio domicilio, vt illuc confluere nequeant. Sic Abbas in cap. *in nestræ*, num. 11. de sepulturis, & in cap. *Omnes*, de penit. & remis. n. 23. Angel. verbo, *Confess.* 1. quæst. 10. Gregorius Lopez lib. 2. r. titulo 4. p. 1. verbo, *Parochianos*, sine, & addit Gregor. Lopez ibi, hoc permitti ex necessitate, non tamen ob id scholasticos & mercatores fieri parochianos illius loci.

Ex secunda opinione, quam n. 7. secuti sumus, & quæ hodie est communior, sequitur primò, scholasticos, mercatores, aulicos, & eos, qui maiori parte anni in aliqua diocesi commorantur, posse ibi matrimonium contrahere, confiteri, & sepeliri, si alibi non eligant sepulturam, & posse etiam ibi vororum & aliorum casuum dispensationem obtinere, & omnia Sacramenta suscipere, vno tantum dempto Ordinis Sacramento. Et ita docet expressè Sancius dicto lib. 3. de matr. disp. 23. num. 13. docent etiam Federicus, Abbas, Ancharanus, Rofella, Selua, Petrus de Vbaldis, Rebuffus, Menochius, Cardinalis, Tabiena, omnes num. 8. allegati. Neque obstat cap. *Rofella. 73 qui*, de sepulturis, in 6. vbi expressè dicitur, trans- Selua. ferentem se ad villam, causa recreationis, non effici Parochianum, sed proprij domicilij: quia id in Vbaldis. relligitur, quando ad modicum tempus habitat in villa, & non per maiorem partem anni; & idè, Menoch. causa recreationis, vel ad ruralia exercenda, hoc est, Cardin. ad fructus colligendos, quod fit intra duos, vel tres Tabiena. menses, & non per maiorem partem anni.

Vtrum autem ad matrimonium contrahendum, vel

9.

Rota.  
Sanchez.  
Rodr.

Segura.  
Gloss.  
Petrus de Ledefina.

Abbas.

Angelus.  
Gregor.  
Greg. Lop.

10.

vel ad confessionem ex obligatione Quadragesimae faciendam, possit ille, qui maiori parte anni in villa, vel in aliquo opido commoratur, eligere Parochum proprii domicilij, est dubium. Et verò persistendo in nostra opinione dicendum est, non posse: quia huiusmodi homo pro eo tempore non est parochianus Parochi prioris domicilij, sed secundi, ubi habitat. Ita docet Sancius lib. 3. de matr. disput. 23. n. 19. fine: quia tamen addit ibi Sancius: Prior sententia est valde probabilis, potest quis iuxta eam eligere domicilij prioris parochum.

Sanchez

12.

Sequitur secundò pro Sacramento Ordinis, si alienigena se transferat in aliquam dioccesim animo ibi perpetuò habitandi, cœperitque ibi habitare eo animo, quantum statim mutet animum, posse ad Ordines promoueri ab Episcopo illius diocesis, & posse huiusmodi Episcopum exercere reliqua circa eum, quae solet exercere circa suos subditos, dum actu non mutauit habitationem: quia semel acquisitum domicilium animo & facto, non potest deperdi solo animo, sed animo & facto, ut probat egregie Sancius lib. 3. de matr. disp. 23. n. 2. & docet Petrus Cenedo in qq. Canonis, q. 38. n. 38. & constat ex cap. Cum nullus, de tempor. ord. in 6. & tradit Henriquez lib. 10. de Sacram. Ord. c. 27. n. 1. Graphis lib. 3. c. 2. decis. aur. n. 2. verfu, Sextum, & Nauar. lib. 1. Consil. tit. de temp. ord. consil. 10. n. 2. & consil. 11. Maiolus de irregul. lib. 4. c. 2. Salzedo in addit. ad Bernardum Diaz, c. 26. p. 93. littera C. Et ratio est: quia omnis res, per quas causas oritur, per easdem tollitur. c. 1. de regul. iuris. sed domicilium non acquiritur solo animo habitandi, sed animo & facto, ut patet ex l. Domicilium, ff. Ad municipalem, ubi: Domicilium re & facto transferunt, non nuda constitutione. docet etiam Glossa ibi, verbo, Domicilium. & l. Non vniue, verbo Constitueret, ff. eodem. & l. Dines, verbo, Larem, C. de incolis, lib. 10. Bartolin l. Placet, num. 1. ff. Ad municipalem.

Sanchez Cenedo

Henrig. Graphis. Nauar. Maiolus. Salzedo.

Glossa.

Bartol. Marianus

Marianus in cap. licet ratione, num. 25. de foro competentis, & l. Origine, C. de municipibus, lib. 10. ergo non deperditur solo animo mutandi domicilium; sed opus est, ut ad animum accedat mutatio realis. Nec obstat doctrina Bartoli ad legem, De iure, ff. Ad municipalem, num. 2. afferentis, domicilium habitationis, quod nuda voluntate constituitur, posse nuda voluntate transferri: nam, ut bene illum explicat Sancius dicto lib. 3. de matr. disp. 23. num. 2. fine, & Marianus cap. Licet ratione, de foro competentis, n. 54. intelligendus est, quando voluntas non consistit solum in destinatione, sed in destinatione & reali mutatione.

13.

Sequitur tertio, validum esse matrimonium, quod quadam mulier vnus parochiae huius Archiepiscopatus Bracharenis contraxit coram suo Parocho cum viro alterius diocesis, (& idem dicendum, contraheret cum viro alterius parochiae eiusdem Archiepiscopatus,) cum animo ibi non permanendi, sed transeundi finito matrimonio in parochiam viri, ibique perpetuò habitandi: quia semel acquisitum domicilium animo & facto, non potest perdi solo animo; sed, ut deperdatur, opus est animo & facto, hoc est, animo & reali mutatione. Ita in casu proposito docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 23. n. 15. & probatur ex l. Domicilium, ff. Ad municipalem, ubi: Domicilium re & facto transferunt, non nuda constitutione, & melius ex leg. Origine, ad finem, C. de municipibus, libro 10.

Sanchez

14.

Sed est adhuc tertia sententia, secundam moderans ac temperans. Ea docet, quod, licet in ordine ad alios effectus, & quoad Sacramenta, ut peregrini & scholastici, aulici & negotiatores, mechanici ac operarij obligentur ad leges loci, in quo sunt, & ipsius loci parochiani dicantur, ibique quasi domi-

cilium acquirant, requiratur, iuxta prudentium arbitrium, ut ibi maiori parte anni habitent, ut optime probat ista secunda sententia, quam probabilior & verior, respectu primae, iudicauimus: tamen in ordine ad eum effectum, quem nunc tractamus de obligatione, & obseruatione diei festi, & ieiunij, non videri hoc rationabile arbitrium: quia etiam pro minori tempore prudenter postularur talis obligatio: nam inter illos duos modos relatos in prima, & secunda sententia domicilij, aut quasi domicilij, potest esse magna latitudo in modo existendi in aliquo loco, ut optime docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 14. n. 8. pag. 332. col. 2. & n. 5. eadem pag. col. 1. fine. Adhuc enim possumus distinguere alios duos modos. Vnus est, quando quis peruenit ad aliquem locum, ut ibi per aliquot dies moreretur, vel recreetur, aut negotietur, v. c. duos tres, quatuor, vel quinque dies. Alius est, quando praesentia in tali loco solum est in transitu, tanquam in hospicio viae, prandendo, vel pernoctando, & statim, sine alia mora, discedendo.

Soarius

Quando praesentia solum est prioris modi, existimat Soar. (& bene) dicto t6. 1. de Relig. lib. 2. c. 14. num. 8. sufficere, ut quis reneatur ad festum & ieiunium, & ad consuetudinem loci de non edendis insectinis animalium in diebus Veneris. Et ita docere videntur omnes illi Doctores, qui indifferenter docent, peregrinos & aduenas obligari legibus, & consuetudinibus loci, in quo sunt: & hi sunt: Nauar. in Manuali Lat. c. 13. num. 5. Maior in 4. dist. 15. q. 5. Maior. Dried. lib. 1. de lib. Christ. c. 17. §. Vna est. Lcd. 1. p. Driedo. 4. q. 15. a. 2. dub. 2. Lopez 12. instr. col. c. 52. §. Vna Ledesm. quoque ciuitas. Cou. li. 4. var. c. 20. n. 8. circa finem. Lud. Lop. Nauar. loco citato, loquendo de ieiunio, ait peccare mortaliter peregrinos vescentes carnes, transeundo per alias regiones, quando licite illas vescerentur in terra sua: & in fine ait, idem esse dicendum, si festa non seruent. Et citat ibi Panormit. in c. Concilium, de ieiunij obseruatione, num. 6. ubi expressè docet, peregrinos & iter agentes in ieiuniis debere conformari consuetudini loci, in quo sunt: & ad hoc inducit textum capituli, Concilium, & Glossa ibi addit, posse peregrinos ad hoc compelli per Episcopos. Vbi clarè supponit, habere Episcopum loci iurisdictionem in eos: subdit tamen rationem, ne sit alicui scandalum: verum scandalum oritur ex eadem obligationis radice: idem enim alij de illis scandalizantur, quia non faciunt id, ad quod obligantur. Et idem etiam docent Imola, & Bonif. in Clem. 2. de celebratione Missarum, & Archid. in c. Que contra, quatenus ait, peregrinum & iter agentem ligari statuto loci, per quem transit, & pro transgressione posse puniri ab Episcopo loci illius. Sic Ang. verbo, Ieiunium, num. 7. Fundamentum huius sententiae est, primo: quia ita habet consuetudo totius orbis: nam omnes fideles, qui per dies aliquot alicubi manent, licet non sint subditi illius loci, existimant, se teneri in conscientia ad ieiunia & festa loci, si tunc occurrant, & talis consuetudo inducit obligationem, ut constat ex materia de consuetudine: est enim consuetudo rationalis & necessaria ad bonos mores Reipub. facile enim illorum exemplo incolae prouocarentur ad festa loci violanda.

15. Soarius

Glossa.

Imola. Bonifac. Archid.

16.

Dices: Consuetudo non habet vim obligandi, nisi quatenus habet vim legis: lex autem non obligat, nisi subditos eius, qui legem ferre potest: unde, cum huiusmodi peregrini non sint subditi Episcopi illius loci, nec ille etiam poterit approbare, ac vim legis dare huiusmodi consuetudini, ita ut illa obligentur non subditi? Responder optime Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 14. num. 10. medio, pag. 334. col. 1. hanc consuetudinem generalem non habere vim obligandi ex approbatione & tacito consensu Praelati

Soarius

lari illius loci, in quo talis consuetudo viget; sed ex communi consensu omnium Pastorum, & Episcoporum Ecclesiae totius: & ita hanc consuetudinem esse quasi ex iure gentium Christianorum, & inde habere vim suam obligandi; & ita, mediante hac consuetudine, posse Episcopos suis statutus obligare, non solum subditos suos, sed etiam omnes peregrinos ad tempus aliquod commorantes in locis sibi subiectis: ac proinde supposita hac consuetudine vniuersali, est obligatio hac immediatè quidem ex consuetudine; mediatè verò ex vi iurisdictionis Episcopalis in non subditos.

17.

Soarius.

Imola. Bonifac. Archid. Angelus. Glossa. Abbas. Ostiensis.

Secundò probatur: quia Episcopi solent punire huiusmodi peregrinos non seruantes festa, vel ieiunia suorum locorum, ut docet Soar. tom. 1. de Relig. c. 14. n. 11. pag. 334. col. 1. Idque iuste fieri posse docent Imola, & Bonifacius in Clem. 2. de celebrat. Missarum, & Archid. in cap. Que contra, & Angel. verbo, Ieiunium, num. 7. & Glossa in cap. Constitutum, de obseruatione ieiunij, & Abbas in cap. A nobis 1. de sentent. excom. & ibi Ostiensis, & in Summa tit. de obseruat. ieiunij, §. Quando ieiunandum est, num. 5. & alij Canonistae. Et fieri non potest, ut tam frequens vsus Praelatorum sit iniustus: ergo habent iurisdictionem directiuam, & correctiuam super tales personas. Tertio, quia haec iurisdictione est necessaria ad bonos mores, & ad bonum regimen erga proprium gregem: quia periculum est, ut proprii incolae ieiunia, & dies festos non seruent, exemplo suorum hospitum. Neque obstat, quòd peregrini de iure naturali teneantur non esse alii scandalum: nam, sicut ratio naturalis scandali vitandi, obligat ad faciendam, vel non faciendam hanc, vel illam actionem; ita eadem ratio naturalis obligat ad prohibendam, vel praecipendam eandem actionem in tali loco per conuenientem legem. Quarto probatur: quia Princeps laicus habet in multis casibus potestatem condendi leges in terra sua in ordine ad peregrinos, quando respiciunt bonum, utilitatemque ac pacem dominij sui, ut quòd non deferatur talia arma noctu, quòd tales merces non extrahantur è suo regno, & alia huiusmodi, de quibus agit Baldus n. 10. l. 1. de iurisdic. omnium Iudicum: ergo idem poterunt Principes Ecclesiastici, & Episcopi in suis Diocesis in ordine ad bonum spirituale, cum non sit minor potestas spiritualis in ordine ad suum finem, quam temporalis in ordine ad suum; quia leges & statuta per se primo respiciunt territorium & locum, & ratione illius personas ibi degentes: sed isti aduenae pro tunc ibi degit. Quintò, quia ab incommodo hoc potest ostendi: nam inquiri ego, quid dicendum sit de illo aduenae, & peregrino, quando idem festum in vtroque loco seruatur, id est, tam in sua patria, quam in loco, in quo est, ex praecipuo vtriusque Episcopi: absurdum enim est dicere, non teneri tunc ad obseruationem illius festi, quia absentia à proprio territorio non videtur illum excusare. Et ita Sancius lib. 3. de matr. disput. 18. num. 3. supponit tanquam certum, cum tunc non excusari, & idè aut dicendum est, eum non obligari, aut inde concluditur euidenter ista sententia, quae docet eum tunc obligari: nam ille tunc non teneretur seruare festum in loco, ubi est praesens, ex vi statuti suae patriae, quia hoc non obligat extra territorium, ut late probauimus cap. praeced. num. 3. ergo, si obligatur, obligatur quidem ex vi consuetudinis, aut statuti illius loci, in quo est, cum non obligetur ex vi legis generalis Ecclesiae, ut supponimus. Et confirmatur: quia in eo casu non habet locum ea ratio, quòd ille non est subditus Episcopi, ubi est praesens, & idè non potest obligari lege illius: nam ratioe loci subditus illius dicitur. Et ad hoc parum refert, quòd in loco domi-

Baldus.

Baldus.

cilij sit, vel non sit simile statutum & praecipuum, ut consideranti patebit.

18.

Quando autem praesentia est secundi modi, hoc est, quando praesentia peregrini solum est in transitu, & tanquam in hospicio viae, prandendo, cenando, aut pernoctando, & statim discedendo, sine alia mora, existimat Soarius tomo 1. de Relig. l. 2. c. 14. num. 18. pag. 336. col. 2. eos etiam obligari ad festa, & ieiunia loci, per quem transeunt, si consequenter loquendum sit: quia rationes de non ferendis armis prohibitis idem probant, & quia peregrini, & viatores tenentur ad leges pretij loci, per quem transeunt; & etiam quia Doctores indifferenter loquuntur de peregrinis, & venientibus ad aliquem locum, siue per multum, siue per exiguum tempus ibi detineantur: quia si vagabundus, & qui nullibi domicilium habeat, tenentur ad festa, & ieiunia loci, quem peruadunt; cur non etiam peregrini: & tandem, quia si non obligarentur viatores & peregrini ad seruanda festa, & ieiunia loci, per quem transeunt, idèd maxime esset, quia non essent subditi Episcopi eius loci: sed non obstat, ut probauimus numero praecedenti; quia ratione loci, in quo sunt, subiecti sunt Episcopis quoad agenda in eo loco: nam differentia illa maioris, vel minoris permanentiae, v. c. quòd permaneat in eo loco per tres vel quatuor dies, per tres, vel quatuor horas, nimis materialis est, & speculatiua potius, quam moralis, ac proinde vtrouique eadem videtur esse ratio.

Soarius

Soarius

Hac ibi dicit Soarius dicto num. 18. sed tandem, num. 21. & 22. ita resoluit, videlicet, in vnoquoque praecipuo de obseruatione festi, duo esse: vnum positiuum, scilicet, audire sacrum: aliud negatiuum, scilicet, non laborare, seu abstinere ab operibus seruilibus. Primum ait vno actu, & vna particula diei posse impleri: secundum habere tractum successiuum temporis, & per totum diem oportere illud implere; obligat enim per modum praecipii negatiui, hoc est, Non facies, nec hoc, nec illud opus seruile, & denique nullum opus seruile facies: quae autem obligant per modum praecipii negatiui, semper obligant, & pro tempore intra illum diem; vnde infert Soarius, hanc posteriorem obligationem non faciendi opus seruile, posse cadere in viatores, qui peruenit ad aliquem locum, si perueniat ibi, & laboret tanto tempore, quantum necessarium est, ut inducat peccatum mortale. Priorem verò obligationem audiendi sacrum, non posse cadere in viatorem: quia, licet viator illac transeat ea hora, qua celebratur sacrum, non teneretur permanere ibi toto tempore, quo sacrum fit; quia praecipuum audiendi sacrum non obligat ad expectandum ibi tempus sacri. Quae distinctio Soarij parum optima est: nam, cum in praecipuo audiendi sacri praecipitur actio, quae necessario, ac per se, inuoluit aliquod temporis spatium, idèd si vult ibi audire sacrum, necessario permanebit ibi toto eo tempore, quo sacrum fit; non tamen teneretur ibi expectare, quantum sacrum praeparatum inueniat, quòd ait Soarius. Et verò si obiciat Soario, quòd ille ait, Graecos transeuntes per loca Latinorum, & Latinos per Graecorum, non teneri seruare leges loci in celebratione Missae; respondet ille dicto tomo 1. de Religione, lib. 2. c. 14. numer. 26. pag. 339. col. 2. esse diuersam rationem: quia Ecclesia ita interpretata est illos ritus; & quia si lata esset vna lex, quae explicaret, se velle obligare incolas terrae, non verò alienigenas illac transeuntes, ea quidem iusta esset, & talis est lex de ritu Graecorum, & Latinorum: nos autem hic loquimur, ait Soarius, de lege, quae omnes existentes, & in tali loco indifferenter punit, siue sint incolae, siue alienigenae, & nullum hominem ibi existentem excipit.

Dicendum



20. Dicendum ergo est in tanta varietate sententiarum, quando presentia solum est in transitu, aut per modum hospitij, prandendo, cenando, pernoctando; & statim discedendo, non teneri huiusmodi aduenas & peregrinos, nec ad dies festos, nec ad Missam, aut ieiunia loci, per quem transeunt: quod ex aliorum sententia docet Soarius dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 1. Ita docent omnes, quos citavi capite preecedenti, num. 18. docet etiam Medina C. de ieiunio, quaest. Quando necesse est ieiunare. initio. Ledesma 2. p. 4. quaest. 16. art. 3. fol. 204. col. 1. §. Tertio dico. Angles in floribus, 1. p. quaest. 4. de ieiunio, difficult. 2. fol. 386. vbi docet hi Doctores, transeuntes & peregrinos non teneri legibus loci, per quem transeunt, & tenet Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. n. 7. & 9. & 10. Palarius in 4. dist. 15. disp. 8. post sextam conclusionem, fol. 126. versu. *At vero*. Petrus de Ledesma de matr. quaest. 45. art. 5. punct. 3. dub. ultimo, fol. 198. quatenus docent Castellanus per Lusitaniam transeuntem posse, more sua patriae, vesci intestinis animantium, vt ostendimus cap. preecedenti: num. 12. docet etiam Medina. 1. 2. quaest. 96. art. 5. ad finem, dubio penultimo. Et probari hac opinio potest ex l. *Hereis*, ff. de iudiciis, §. *Proinde*, vbi dicitur, peregrinum in transitu ementem, vel vendentem non comparare forum loci, nisi illic ex modo stabili commoretur. Et ratio ibi data est: *Quia durissimum est, quotquot modis quis nauigans, vel iter faciens delatus est, tot locis sese defendat.* Ergo similiter durissimum erit, obligari peregrinos ad leges tot locorum, quos pertranseunt. Sed vera ratio ob quam non obligentur, est: quia huiusmodi mora est adeo breuis, vt nullo modo, nec etiam ratione loci possint verè hi viatores, & peregrini dici subditi Episcoporum illorum locorum; & similiter nec ratione consuetudinis ipsius loci, per quem transeunt, dici potest eos obligari: nam consuetudo non habet vim obligandi, nisi quatenus habet vim legis, & lex non potest obligare non subditos. Itaque dicimus, breuitatem transitus in causa esse, vt huiusmodi viatores & peregrini non dicantur, nec sint subditi, nec etiam ratione loci, quando presentia solum est in ipso transitu, prandendo, cenando, pernoctando, & statim sine alia mora discedendo, & idèd non teneri huiusmodi peregrinos, viatores, & iter agentes ad leges, ieiunia, aut festa loci, secus si ibi permanerent per duos, aut tres dies.

21. Ad rationes & argumenta Soarii num. 18. posita iam satisfactum est, & ad id, quod additur, peregrinos transeuntes teneri obseruare leges pretij locorum, per quae transeunt, concedendum est, quia leges pretij vergunt in damnum tertij, videlicet, in damnum incolarum illorum locorum: non tamen inde inferitur, quòd reaneantur etiam ad ieiunia, & ad festa loci, nec ad auditionem sacri; quia hæc leges non vergunt in detrimentum tertij, vt patet. Ad id, quod ibi additur, maiorem, vel minorem presentiam non esse considerationem moralem, sed speculatiuam, negandum est, cum ratione maioris presentiae acquiratur quasi domicilium, vt probauimus num. 3. & idèd habitantes in aliquo loco per maiorem partem totius anni, dicimus ibi teneri ad leges illius. Vnde patet, multum conferre maiorem, vel minorem presentiam, ad acquisitionem domicilij, aut quasi domicilij, atque adeo ad obligandum, vel non obligandum aliquem ad statuta loci, in quo est. Ad argumentum, quod sumitur ex vagabundis, est diuerfa ratio: quia hi nullibi sedem habent: viatores verò habent.

22. Tenentur tamen peregrini, & viatores ad leges, & consuetudines loci, ad quem transeunt quoad solennitates contractuum: nam, si ibi contractus celebrant, tenentur celebrare iuxta leges loci, in quo

sunt, ratione enim contractus fortitur quilibet forum loci contractus, cap finali, de foro competentis, l. *Si fundus*, ff. de emptionibus, vbi ita: *Si fundus venerit ex consuetudine eius rationis, in quo negotium gestum est, pro emptione caueri oportet.* Et ita docet Innocentius rub. de consuet. num. 6. & 7. & ibi Anton. n. 2. & c. 2. de const. num. 22. vbi Imola num. 9. ad finem, & Abbas c. 1. de spons. num. 10. Ancharan. c. finali, de constit. in 6. num. 7. oppositione 7. Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. num. 10. Anton. Gabriel tomo 3. comment. lib. 6. titulo de consuet. conclus. 2. num. 4. & 1. Hinc est, quòd contractus absolutè factus celebratur iuxta leges & consuetudines loci, in quo celebratur, vt late probat Sancius citatus n. allegato, post multos, & pater ex l. *Quid si nolit*, ff. de ædilit. edict. §. *Quia assidua*. Ab hac tamen regula excipitur contractus dotis, in quo id singulare est, vt non attendantur leges, aut consuetudines loci, in quo celebratur; sed loci, in quo vir celebrans domicilium habet, l. *Exigere*, ff. de iudiciis, Bart. l. 1. n. 17. C. de Summa Trinitate. Simancas cum multis aliis, de cath. Instit. tit. 9. n. 142. Sancius n. 10. allegato loco. De solennitate autem testamenti, an opponenda sit iuxta leges loci, in quo fit, vel in quo bona sita sunt, vide legem 3. Tauri, & ibi Cifuentes num. 23. Ant. Gomez num. 2. Rolandum consil. 24. vol. 3. Azueodo l. 5. recopilat. tit. 4. l. 1. n. 5. & sequentibus.

Hinc sequitur, peregrinos, & forenses celebrantes contractus in locis hospitij, teneri ad gabellas illius loci. Sic Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. num. 12. Baldus l. 3. num. 3. C. de contrahenda empr. Bertach. in reper. litera G. verbo, *Gabella*, per quos soluantur. Caietanus in Summa, verbo, *Gabella iniqua*, sine. Syl. verbo, *Gabella*, num. 13. Arm. ib. num. 11. Medina C. de restit. in q. 15. §. *Verum*, versu, *Per hoc patet*. Armilla. Molina tomo 2. de iust. disput. 337. Et ratio est: quia gabella est onus adnexum contractui: vbi primum autem perficitur contractus venditionis, statim debetur gabella. Vide, quae diximus in materia venditionis, disp. 1. sectione 4.

Sequitur etiam, forenses, & peregrinos vendentes triticum in Castella, teneri seruare pragmaticam illius circa pretium: quia tenentur, quoad pretia, seruare leges & statuta loci, in quo emunt. Sic Sancius citatus, n. 13. Medina C. de rest. quaest. 36. §. *Dubitaret aliquis*. Mexia pragmatica praxis n. 58. Et generaliter loquendo, quoties lex vergit in detrimentum incolarum locorum, per quae viatores transeunt, ita vt resultet inde illis aliquod incommodum immediatum, si non seruentur, tenentur illi eam obseruare. Idem est de consuetudine: & idèd tenentur seruare leges pretij, vt dixi. Ita docet Bart. l. 1. n. 21. C. de Summa Trinitate, & ibi Baldus n. 22. Abbas cap. *A nobis* 1. de sententia excommunicationis, n. 7. & n. 9. Sancius lib. 3. de matrimonio, disput. 18. n. 14. Auendanho de exequendis mand. Principis, lib. 1. cap. 13. num. 10.

C A P V T I X.

Utrum peccata mortalia, opera sint seruilia, & prohibita in diebus festis specialiter, ita vt circumstantia diei festi necessario sit in confessione explicanda?

S V M M A R I V M.

Proponitur opinio affirmans. num. 1.  
Astruitur secunda probabilior ac vera. num. 2.  
Peccatum

Peccatum seruile opus dicitur, metaphorice, non formaliter, & peccator seruus etiam dicitur peccati, eodem sensu metaphorico, non formali. numero 3.  
Finis precepti non cadit sub precepto. num. 4.  
Preceptum dierum festorum non magis obligat modo Christianos, quam sabbatum obligabat olim Iudeos, imò minus. num. 5.  
Respondetur argumentis prima opinionis, à num. 6. usque ad 12. num. 6. & 7.  
Circumstantia diei festi non habet specialem deformitatem, & idèd non est necessario constitenda. n. 8.  
Preceptum prohibens opus seruile, nec formaliter, nec virtualiter prohibet omnia impedimenta, que distrahunt à diuino cultu. n. 9.  
Peccatum, nec facit, nec relinquit hominem inhabilem ad diuinum cultum, Deumque colendum. n. 10.  
Lex vetus expirauit quoad precepta diuina ceremonialia; dura verò, quoad naturalia. n. 13.

1. Circa difficultatem in titulo positam bipartita est opinio. Prima docet, peccata mortalia specialiter prohiberi diebus festis, & idèd per quodcumque peccatum mortale, diem festum specialiter violari. Cùmque ex duplici capite Deus tunc grauius offendatur, idèd hanc circumstantiam diei festi necessario esse explicandam in confessione: primo ex ipso peccato in tali materia, v. c. furti, homicidij, rixæ, &c. Secundo, ex violatione precepti de obseruatione festi: quia peccatum mortale in festo die, continet spetialem maliciam sacrilegij contrariam precepto obseruationis festi. Hanc opinionem tenet expressè D. Th. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. vbi asserit, peccata tantum lethalia contrariari obseruantie diei festi, quia impediunt applicationem hominis ad diuinum ac religiosum cultum; & quia magis distrahitur homo à rebus diuinis per peccatum in die festo commissum, quam per opera seruilia: vnde, si per opus seruile preceptum frangit ac violat; multò magis per peccatum. Docet etiam D. Bonau. ex eodem fundamento, in 3. sent. dist. 37. in glossa marginali, super textum Magistri 6. & 7. & Alenfis 3. p. quaest. 32. m. 3. artic. 2. ad vltimum, & m. 5. art. 2. Albertus Magn. in eodem 3. dist. 37. & D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. 3. & 3. p. titulo. 14. cap. 19. §. 7. & titulo 17. cap. 17. §. 4. fine, & §. 5. circa medium, vbi refert pro hac sententia Lyranum capite 20. Exodi, vbi idem tenet Abulenfis quaest. 11. & 12. Medina C. de orat. q. 10. & 19. Major. in 4. dist. 14. q. 4. Angelus verbo, *Feria*, num. 36. & verbo, *Interrogationes circa tertium preceptum*, & verbo, *Preceptum*, n. 5. Rosella verbo, *Confessio* 2. n. 7. Catherinus lib. 5. contra Caietanum, Corduba lib. 1. q. 6. qui adeo excedit in illa defendenda, vt audeat dicere, contrariam non satis esse tutam, & multos refert pro illa. Idem tenet Scotus, & Gabriel in 3. dist. 15. & idem Gabriel in 4. dist. 17. quaest. 1. conclusionem 4. Angestus in moralibus, c. 8. de circumstantia temporis. Nider in tertio precepto, cap. 1. & c. 9. Et videtur facere pro hac parte D. Ambr. Luca 13. vbi sic: *Lex in sabbato, non hominem curares, sed seruilia opera facere, id est, peccatis grauari prohibet.* Verba hæc sic refert D. Thom. 2. 2. quaest. 122. art. 4. arg. 1. quantum apud D. Ambrosium alia habeantur: sed hic est illorum sensus, & idem videtur dicere. D. Aug. epist. 119. ad Ianuarium, & lib. de decem chordis, cap. 3. vbi sic ait; *Melius faceret Iudeus in sabbato in agro suo, aliquid utile; quam si in theatro seditiosus existeret: & melius femina eorum in die sabbati lanam facerem, quam si tota die neomenis impudicè saltarem.* Probat primò ex c. *Consideret*, initio, de penit. dist. 1. verbo, *In tempore*, & verbo, *Orationi constituto*, vbi expressè præcipitur, vt consideretur ac con-

2. P. Steph. Facinoræ in quinque præc. Eccl. D. Thom. ait, tempus diei festi non esse circumstantiam trahentem actum in nouam speciem peccati, & in 3. dist. 17. art. 5. q. 2. ad 2. quatenus dicit, peccata non dici opera seruilia, nisi mysticè & metaphorice; ad litteram verò opera seruilia esse opera corporalia. Præcipuum tamen fundamentum huius sententiae est: quia preceptum de die festo obseruando, non obligat specialiter ad non peccandum in illo die; & idèd peccare in eo die, non est contra tale preceptum, quatenus opera corporalia, mechanica manualia, externa prohibet: nec etiam est contra preceptum Ecclesie, quatenus præcipit audire Missam, quia potest quis in parte vna illius diei Missam audire, & in alia peccare; imò & eodem tempore, quo Missam audit, peccare potest, ex intentione praua, quae veram Missæ auditionem non impediatur: ar

verò, D. Thom. ait, tempus diei festi non esse circumstantiam trahentem actum in nouam speciem peccati, & in 3. dist. 17. art. 5. q. 2. ad 2. quatenus dicit, peccata non dici opera seruilia, nisi mysticè & metaphorice; ad litteram verò opera seruilia esse opera corporalia. Præcipuum tamen fundamentum huius sententiae est: quia preceptum de die festo obseruando, non obligat specialiter ad non peccandum in illo die; & idèd peccare in eo die, non est contra tale preceptum, quatenus opera corporalia, mechanica manualia, externa prohibet: nec etiam est contra preceptum Ecclesie, quatenus præcipit audire Missam, quia potest quis in parte vna illius diei Missam audire, & in alia peccare; imò & eodem tempore, quo Missam audit, peccare potest, ex intentione praua, quae veram Missæ auditionem non impediatur: ar

fitatur circumstantia temporis festi, & sic distinguit peccatum festi diei à peccato diei non festi. Probat secundò ratione: quia omnis illa circumstantia est necessario constitenda, quae specialem habet repugnantiam cum ratione, vt late probat Nauarrus in cap. *Consideret*, annotatione prima: talis est circumstantia temporis festi, ergo illa est necessario in confessione dicenda: nam illud tempus, quod diuinis in rebus, Deoque colendo impendendū erat, ex precepto, per specialem iniuriam in ipso offendendo, impenditur. Tertio probatur: quia extra charitatem, nec preceptum diuinum, nec preceptum humanum Ecclesie impleri potest: quomobrem preceptum dierum festorum videtur specialiter violari per peccatum in eo festo commissum. Quarto, quia, qui facit peccatum, seruus est peccati, vt ait D. Ioannes c. 8. opus autè seruile prohibetur in die festo, Exod. 20. Leuit. 23. ergo per cōsequens necessario est dicendum prohiberi etiam specialiter peccatum mortale in die festo. Vnde circumstantia diei festi necessario est cōstitenda. Quintò, quia videtur hæc sententia approbata in Concilio Colonienfensi, coacto anno Domini 1536. in tractatu de exteriori penitentia, fol. 180. vbi docetur, quòd bis peccat, qui diem Dominicum, scortis, & rixis, pugnis, & obicenis agit. Est probabilis ista sententia.

Secunda tamen sententia verior est, & probabilior, & proculdubio tenenda. Et asserit, peccatum non interdici specialiter diebus festis in ipso precepto de obseruatione festorum, ac subinde peccatum mortale in die festo commissum, non habere circumstantiam necessario constitendam; quia nec mutat speciem peccati, nec multum aggrauat peccatum, intra eandem speciem: vt dicemus in tertio precepto, lib. 5. de circumstantiis confessionis, c. 5. num. 10. Hæc opinio, licet non habeat Auctores multum antiquos, habet tamen grauissimos: eam docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, Suarez. c. 18. n. 3. col. 2. fol. 355. Azor tom. 2. Inst. moral. c. 28. q. 10. Caiet. 1. 2. q. 7. art. 1. & 2. 2. q. 122. art. 4. Caietanus, & in summa verbo, *Festorum violatio*, & in opus. q. 27. quodlib. 10. fol. 55. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. Sorus. art. 4. & l. 2. de iust. q. 4. art. 4. Victoria in Summa de Sacramento. titulo de consecratione, num. 195. Almayna in 4. dist. 17. q. 1. versu, *Nec solum*, Sylu. Syluest. verbo; *Dominica*, q. 8. dicto 4. vbi seipsum refert in verbo, *Circumstantia*, §. tertio, & verbo, *Confessio*, 1. §. 10. & in Rolà aurea, casu 63. vbi ait, viros doctissimos sui Ordinis ita comuniter sentire. Nau. in cap. *Consideret*, initio, n. 22. & in Manuali Lat. cap. 6. num. 9. & 10. Fumus verbo, *Feria*, num. 12. Tabiena. ibi, num. 47. Angles in floribus, q. 9. de Tabiena. confess. pag. 288. in difficultate, an circumstantia diei festi sit necessario constitenda. Couarr. in *Alma mar.* 1. p. §. 5. n. 3. & l. 2. var. c. 19. fine. Guriertes Guriertes. lib. 1. can. quaest. cap. 13. & pro hac sententia citari etiam potest D. Thom. in 4. dist. 32. art. 5. q. 2. vbi ait, tempus diei festi non esse circumstantiam trahentem actum in nouam speciem peccati, & in 3. dist. 17. art. 5. q. 2. ad 2. quatenus dicit, peccata non dici opera seruilia, nisi mysticè & metaphorice; ad litteram verò opera seruilia esse opera corporalia. Præcipuum tamen fundamentum huius sententiae est: quia preceptum de die festo obseruando, non obligat specialiter ad non peccandum in illo die; & idèd peccare in eo die, non est contra tale preceptum, quatenus opera corporalia, mechanica manualia, externa prohibet: nec etiam est contra preceptum Ecclesie, quatenus præcipit audire Missam, quia potest quis in parte vna illius diei Missam audire, & in alia peccare; imò & eodem tempore, quo Missam audit, peccare potest, ex intentione praua, quae veram Missæ auditionem non impediatur: ar

verò; si opus est indifferens, & Missam impediatur, iam inde fiet peccaminosum: sed non haberet tunc aliam malitiam, quam omissionem Missae, cuius est causa; quod est per accidens, & hic non consideratur. Probat secundò: quia opus peccati, ut peccatum est, non est opus servile, licet ratione materiae possit esse servile, ut si quis peccaret in die festo, tota die, vel parte notabili illius laborando: ergo non est prohibitum sub hoc praecepto: nam imperare actionem materialiter iniustam in die festo, non est opus servile; rixari, detrahere, furari in die festo, non est etiam opus servile: deinde, quia peccata interna non sunt opera servilia; nam per hoc praeceptum, solum opus externum prohibetur mechanicum & manuale, ut saepe dictum est, & patet Exodi 12. 16. 20. 23. ubi nomine operis servilis ibi prohibiti explicantur opera mechanica, manualia, externa; non autem fornicatio, homicidium, ludus, detractio: nam peccatum, ut peccatum est, solum metaphorice opus servile dicitur, secundum Divum Thomam in 3. disp. 17. quaest. 1. a. 1. quaest. 2. & super Matth. 12. & iuxta Alensem 3. p. q. 32. in 1. & 4. art. 1. & memb. 5. a. 2. & Abulen. Exodi 12. q. 24. & 25. & Gutierrez lib. 1. can. qq. c. 31. fol. 294. n. 32. col. 2. & Caietanum 2. 2. q. 122. a. 4. & Soarium tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 18. n. 17. fol. 361. col. 1. & hoc argumentum efficacissimè probat, non omne peccatum posse dici opus servile, quia peccatum internum, vel non est opus, vel non est externum.

D. Thom.  
Alensis.  
Abul.  
Gutierrez.  
Caiet.  
Soar.

3. Nec refert, quod peccator dicatur servus peccati, ut ait D. Ioannes cap. 8. ut inde inferamus peccatum opus esse servile: nam D. Ioannes metaphorice loquitur: peccator enim, proprie loquendo, non est servus; sed est liber, & sua libertate se tradidit peccato; dicitur tamen servus peccati metaphorice, qui per peccatum voluntate sua servum se Diaboli efficit, ac Damoni se subiicit; & idè nihil refert, quod peccatum metaphorice servile opus dicatur, non proprie; quia praecepti verba proprie & litteraliter accipienda sunt, non metaphorice, ut optime docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 18. n. 7. pag. 57. col. 2. & communiter Doctores; nam ut ait D. Thomas, & Doctores modò allegati, solum illud dicitur servile opus per hoc praeceptum prohibitum, quod est opus manuale, ac mechanicum, ac proinde peccata mortalia, quae alioqui non sunt talia, nec prohibentur hoc praecepto.

D. Thom.

4. Probat tertio: quia finis extrinsecus praecepti non cadit sub praecepto; sed cadunt media ad obtinendum finem, ut est certissimum apud omnes Theologos, & docet D. Th. 1. 2. q. 100. a. 9. & 2. 2. q. 44. art. 1. finis autem huius praecepti est charitas: unde per hoc tertium praeceptum de colendo Deo, nõ nobis praecipitur charitas, dilectio Dei, aut contritio; sed praecipitur cultus Dei, siue cessario ab operibus servilibus, tanquam medium ad obtinendam gratiam, & charitatem: & idè temerarium erit, praeter hunc cultum, quem Ecclesia praecipit, velle aliud ligamen ex Marte suo superaddere. Probat quartò efficaciter: quia per hoc praeceptum de observatione festorum, ea solum opera mechanica fieri prohibentur, quae aliis diebus non festis fieri licite possunt: cum igitur peccare mortaliter nunquam liceat sequitur, non prohiberi specialiter ipsum peccatum mortale in die festo.

5. His solidissimis rationibus sententia hæc stabilitur, & adhuc probatur amplius: quia praeceptum de colendis festis non magis obligat Christianos in lege gratiae, quam olim obligabat Iudæos; imò minus, si quidem multa opera nobis licent diebus festis, quae illis olim non licebant, ut decoctio ciborum, & similia, ut fateretur D. Th. 2. 2. q. 122. a. 4. ad 4. & tamen Iudæis olim solus exterior cultus consi-

stens in requie, seu in cessatione operum servilium praecipiebatur: ergo Christianis id ipsum solum etiam praecipitur. Ex quibus omnibus sequitur, non magis teneri homines non peccare die festo, quam quolibet alio die non festo; ac proinde sequitur, circumstantiam diei festi non esse de necessitate confessionis.

Fundamenta huius opinionis sunt satis tuta, & firma; illa tamen conatur Corduba labefactare pro prima citatus; sed velle, non conuellit illa, & illius solutiones potius sunt evasiones, quam solutiones. Restat ergo, ut solvamus argumenta primæ opinionis. Ad primum dico, dicta Divi Ambrosij, & Augustini, procedere secundum sensum mysticum, & metaphorice, non literalem; nam secundum sensum litteralem intolerabilia erant, & nos iam satis probavimus n. 2. & 3. verba huius praecepti intelligenda esse verè & proprie in sensu litterali, & non de operibus servilibus spiritualibus, hoc est, peccatis. Adde, Divum Augustinum in loco de decem chordis, non repugnare nostræ sententiæ: quia, dum ait minus malum esse terram arare, aut lignonibus fodere in die festo, quam seditionem facere eodem die; & minus malum esse, feminas lanam facere, quam eodem ipso die lascivire & impudicè saltare; id quidem est, non quod specialiter prohibetur peccatum in die festo: ita enim tunc prohibetur, ac prohibetur omnibus aliis diebus non festis; sed, quia magis hoc repugnat fini praecepti, hoc est, charitati & unioni cum Deo, quam laborare, aut terram bobus & lignonibus scindere, ac cauare.

6.

Ad cap. Consideret, de poenit. dist. 5. optime responderet Gutierrez lib. 1. de qq. canonicis, cap. 31. fol. 294. n. 31. col. 1. caput illud loqui de consilio, & perfectione, non de praecepto, & obligatione; & ita etiam esse illud intelligendum existimat Nauarrus ibi n. 32. & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 18. pag. 361. n. 17. col. 1. & hunc esse verum intellectum huius capituli satis comprobatur ex illius tenore, & contextu lectionis. Non negamus tamen, circumstantiam temporis facti posse aliquando esse de necessitate confessionis, vel ratione scandali, vel ratione contemptus, vel si opus ipsum, in quo peccatur, simul etiam servile sit & corporale, ut optime animadvertit Soar. citatus.

7.

Gutierrez.

Nauarr.

Soar.

Ad secundum concedimus, omnes illas circumstantias necessariò esse considerandas, quae specialem repugnantiam habent cum ratione; negamus tamen circumstantiam temporis facti, & diei festi, specialem repugnantiam habere cum illa; neque enim in praecepto diei festi specialiter prohibetur opus peccati, ut satis declaratum est: & sic iniuria, quae Deo fit in peccatis commissis aliis diebus, aequalis est illi quae fit in peccatis commissis diebus festis, cum per praeceptum de observatione festorum duo solummodo nobis praecipiantur; alterum est: audire sacrum; alterum, opus servile non facere: ex quo fit, ut non praecipiat specialiter peccatum fieri eodem die: fit etiam, ut praedicta circumstantia diei festi non sit necessariò consideranda, quia nec mutat speciem, nec illam aggravat notabiliter.

8.

Ad illud, quod ibi additur de peccato, quod impedit ac distrahit à diuino cultu, & quod, licet in hoc praecepto non praecipiat finis praecepti, id est, charitas; praecipitur tamen, ut non ponatur impedimentum, hoc est peccatum, quod impedit ac retrahit à diuino & religioso cultu: Respondeo, legem & praeceptum interdicens unum impedimentum ad cultum diuini, v. c. opus servile, non prohibere omnia impedimenta, nec formaliter, nec virtualiter; sed illud tantum, quod propriis verbis exprimit, & idè licet peccatum impediatur cultum, non proinde prohibetur specialiter, nec formaliter, nec virtualiter isto

9.

istò praecepto de diebus festis observandis, quia in illius verbis non continetur prohibitio peccati: & idè nego peccatum reddere hominem inhabilem ad cultum Dei, ut statim explicabo: nam, si in praecepto de diei festi observatione prohiberentur omnia impedimenta, quae nos retrahunt ab oratione, & diuino cultu, non liceret nobis post auditionem Sacri, toto die festo confabulari, deambulare, colloqui cum amicis, & alia similia, quae dum sunt, ab oratione, & cultu diuino impediunt: quod quis dicit?

10.

Ad id, quod additur, peccatum hominem inhabilem reddere ad cultum Dei, nego constanter: nam inquiri ego, quomodo illum reddit inhabilem? aut enim illum reddit inhabilem, quando peccatum, seu actio peccati durat; aut, quia post se relinquit hominem inhabilem ad cultum Dei per reliquum diei tempus. Si de prima inhabilitate loquamur, cuius est non reddere peccatum hominem inhabilem ad cultum Dei, quando durat: aliàs enim dormire nimium, confabulari, studere, essent impedimenta diuini cultus, quia, quando somnus durat, confabulatio, & studium, redderetur homo inhabilis ad cultum Dei, iuxta hos Doctores, & consequenter teneretur ex praecepto diei festi tollere hæc impedimenta ad cultum Dei, scilicet, non dormire, non studere, non confabulari: quod quis dicit? cum constet hæc nõ esse peccata; & ad summum, si peccata sunt, esse venialia: & sic, si hoc esset verum, peccatum veniale fieret mortale ex eo solum, quod in die festo committeretur, quod est absurdum. Si de secunda loquamur, certum est, eam in habilitatem non habere locum in quolibet peccato mortali: nam, licet quis die Dominico mortaliter peccet, potest postea adesse Sacro sine impedimento, quod obster substantiali observationi praecepti. Deinde, licet peccatum relinquat hominem inhabilem per totum diem, veluti ebrietas impediens Missam ante ebrietatem prauis, qua parte inuolueret malitiam omissionis: tamè si committeretur post Missam; non esset ex hac parte speciale peccatum contra praeceptum de observatione diei festi; quia licet impediatur cultum, non impedit cultum necessarium ex praecepto, & idè nullam aliam actionem peccaminosam, vel contrariam huic praecepto inuoluit: reddere autem seipsum ineptum ad voluntarium cultum, non est peccatum, cum omittitur id, quod voluntarium est, non fit peccatum: secus verò esset, si tale impedimentum poneretur exercendo opus servile; nam illud esset peccatum, nõ propter omissionem, sed propter commissionem, quia est specialiter prohibitum tale opus.

11.

Ad tertium negamus, non posse impleri aliquod praeceptum, etiam Ecclesiae, in peccato mortali: nam alioqui, qui existens in peccato mortali Missam audiret diebus festis, non impleret praeceptum, & teneretur confiteri circumstantiam praecepti violatoris, quoribus in peccato mortali existens in diebus festis illam audiret, quod est inauditum, & praeter consuetudinem Christianorum in confessionibus obseruatam, ut patet: nullus enim de hac circumstantia se accusat, nec Confessarij, etiam doctissimi & exercitatissimi, de illa interrogant.

12.

Ad quartam iam satis responsum est n. 2. & 3. Ad Concilium Colonienſe respondeo, illud Concilium non esse generale, sed tantum provinciale, nec esse approbatum à Sede apostolica: imò verò non solum in hac re deceptum fuisse, sed etiam in materia iustificationis errasse, ut optime animadvertit Gutierrez lib. 1. can. qq. cap. 31. n. 36. col. 1. fol. 296.

Gutierrez.

13.

Suffragari tamen videtur primæ sententiæ locus ille Levitici cap. 16. ubi sic Sabbarum requietionis est: *affligetis animas vestras, & à peccatis vestris omnibus mundabimini.* Et rursus cap. 22. *Affligetis animas vestras: omne opus servile non facietis in die hac.* Omnis P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

*animasque afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo, ut propitiatur vobis Dominus.* Quibus significatur, non posse impleri praeceptum de observatione, & sanctificatione sabbari cum peccato mortali. Respondeo, legem veterem abolitam esse & expirasse, nec nos obligare, nisi ex ea parte, qua legis natura praecepta continebat in his autem locis sermo est de praeceptis caeremonialibus, non naturalibus, & speciatim sermo est de caeremonia diei festi propitiacionis, quo die Sacerdos semel in anno peculiariter pro peccatis populi Deum orabat, ut fortè tunc iam praefiguraretur id, quod nunc Ecclesia agit & obseruat, obligans semel in anno ad poenitentiae Sacramentum. Nec vlla erat lex, quae singulis festis, aut sabbaris hanc poenitentiam, & animi afflictionem praeciperet: sicut etiam, & nunc non obligamur speciali praecepto diuino, aut humano, ad agendam diebus festis poenitentiam. Ita post Canum, & Couarruiam, quos citat ac refert & sequitur, responderet Gutierrez lib. 1. can. qq. cap. 31. n. 33. col. 2. fol. 294. *Gutierrez* & est communis responſio.

CAPVT X.

*Utrum opus licitum & liberale reddatur servile & illicitum ex eo, quod in die festo ob pretium & lucrum fiat.*

SVMMARIVM.

- Merces, salarium, & pretium quomodo differat à lucro.* num. 1.
- Proponitur sententia affirmans, opus liberale servile fieri ex pretio.* num. 2.
- Contraria asseruitur.* num. 3.
- Solvuntur argumenta primæ sententiæ.* num. 4. & 5.
- In quo consistat substantia & ratio operis servilis.* n. 6.

Notandum in primis est, mercedem, pretium, stipendium, & salarium parum distingui inter se: sicut enim merces potest esse diurna, mestrua, aut annua; ita & pretium. Distinguntur tamen hæc omnia à lucro, & quaestiu: nam, quævis merces, pretium, stipendium, & salarium lucra aliquando dicuntur, & quaestiu; ita tamen lucrum dicuntur, ut sperantur ab aliquo pro aliqua actione, quæ tantum communitè valeat, quantum aestimatur actio, quæ propter tale lucrum fit: unde, qui ab aliquo mercedem sperat, illi seruire conuincitur: absolute tamen lucrum, & quaestiu, nec merces, nec pretium, nec salarium, nec stipendium est; cum & mercatores, & Principes soleant saepe operari, & negotiari propter lucrum, & quaestiu; & tamen serui non sunt, nec illorum opera sunt servilia. Dicit ergo merces, pretium salarium, & stipendium, ordinem ad personam aliquam superiorem, à qua speratur merces, tanquam à domino, saltem eius rei, quam imperavit, ac iussit: unde apparet, ex sua intrinseca ratione servilem esse intentionem mercedis, non lucri, nec quaestiu: apud Doctores tamen hæc omnia & in idem recidunt, & pro eodem accipiuntur; confundunt enim lucrum cum pretio, & mercede, in quorum sensu nos etiam hic loquemur, & pro eodem omnia accipiemus.

Duplex ergo est hac de re opinio. Prima affirmat, actiones licitas, & liberales in die festo fieri serviles, & illicitas ex pretio, mercede, & lucro. Ita sentiunt multi iuris canonici, & civilis Interpretes ad caput primum de feriis, & ad l. *Omnes iudices, C. de feriis.* Sic Abbas ad prædictum caput, num. 4. & ibi Anton. & alij, qui latè referuntur in additionibus ad Abbatem citato loco, & per Iacobum

Abbas  
Anton.

Iac. Alu. Astenfis. Angelus. Richard. Rosella. Tabiena. Syluest.

Aluarotium in procemio feudorum, docet etiam Astenfis lib. 1. titulo 22. artic. 4. & titulo 23. artic. 3. quæst. 5. Summa Confess. lib. 1. titulo 12. quæst. 9. Angel. verbo, Feriali. n. 9. Richard. in 3. dist. 37. art. 2. quæst. 4. Rosella verbo, Feriali. n. 7. & 9. & 10. & 11. Tabiena ibi num. 39. & 40. Syluest. verbo, Dominica, quæst. 4. & 5. vbi in quæst. 5. planè affirmat peccare mortaliter Aduocatum, dando cõsiliu in die festo principaliter ob lucrum (quod apud illum est stipendium, seu merces,) etiam in eo casu, in quo non peccaret, si sine illo daret. Fundamentum horum Doctõrum est, primò: quia operari propter pretium & stipendium, est seruilis modus operandi, & proprius seruentium, & idè reddit opus feruile, quod aliàs tale non erat. Quod confirmari potest inductione: nam piscari die festo causa recreationis, & scribere, & transcribere causa studij, orare, & prædicare causa doctrinæ, est opus licitum, & non mechanicum; & tamen piscari ob lucrum est feruile, & illicitum: vnde sine dispensatione piscari non licet, cap. Licet, de feriis. Item scribere, & transcribere ob pretium est feruile, vt multi volunt, quos infra citabo capite sequenti, num. 4. Secundo: quia triplex est opus feruile: materialiter tantum, vt arare, cauare, agròque, & vineas colere, onera portare, syluas cadere, & alia opera similia corporalia, manualia, & externa exercere: formaliter tantum, vt consilium, studere, docere, scribere, & transcribere, iter facere mercede conductum, aut propter pretium atque stipendium: hæc enim opera, licet de se feruilia non sint, taliã tamen redduntur ob finem, propter quem fiunt, mercedem, scilicet, & pretium: & formaliter simul, atque materialiter, quando, scilicet, opus ipsu de se, & per se feruile est, & ob mercedis, & pretij questum fit, vt si agros colas, terram fodias, vites amputes, & similia propter stipendium, aut mercedem, & salario conductus.

3. Caietan. Sotus. Nauar. Toletus. Sayrus. Philarch. Fumus. Medina. Lud. Lop. Azor. Soarius.

Secunda opinio probabilior docet, nullum opus, quod natura sua sit liberale, fieri feruile ex eo præcisè, quòd propter mercedem, & stipendium fiat. Ita docet Caietanus, qui primus inuenitor fuit huius opinionis, 2. 2. quæst. 122. a. 4. & in Summa verbo, Festorum violatio. Sotus lib. 2. de iust. quæst. 4. art. 4. Nauar. in Man. Lat. cap. 13. n. 5. & 11. & 12. & 14. & in cap. Ieiunia, de consecrat. dist. 3. dicto 37. Tolet. lib. 4. Summa, cap. 24. num. 3. Sayrus in clauis regia, lib. 7. c. 2. num. 13. §. Alij verò, col. 1. fol. 432. Philarchus de officio Sacerdotis, part. 2. lib. 3. c. 23. Fumus verbo, Festum, seu Feriali, num. 22. Medina in Instr. pro Confessoribus, lib. 1. cap. 14. §. 8. Ludouic. Lop. Inst. cons. 1. part. cap. 52. Azor. 2. part. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quæst. 1. Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 19. n. 6. col. 2. fol. 363. imò addit Soar. ibi, & benè, nullum opus ex se feruile: & mechanicum, ac per se in die festo prohibitum, esse illicitum, aut contra præceptum, quantumuis fiat propter stipendium, si aliàs occurrat necessitas, vel causa iusta excusans à præcepto. Probatur hæc opinio, quam hodie omnes moderni sequuntur, his rationibus. Prima, quia Ecclesia nullibi prohibuit diebus festis operari propter mercedem, nisi in quantum prohibuit ipsum opus: quotiescunque ergo ex vi præcepti de obseruatione festi non prohibetur opus, non prohibet etiam Ecclesia illud fieri propter mercedem, vel gratis, nec hoc curat, aut intendit Ecclesia prohibere, sed ipsum opus relinquit suæ naturæ, ac proinde si opus aliàs sit feruile, & de se prohibitum; si hîc & nunc permittatur ex causa, licet propter mercedem fiat, & aliter non fieret, non propterea violatur festum, aut redditur illicitum, Secunda, quia si opera redderentur feruilia ex eo, quòd pro pretio, & mercede fierent, sequeretur, feruilia esse, cauare, musica instru-

menta pulsare, consilium dare scripto, eodem scripto Iudices informare; leges, aut Theologiam docere; quoties propter pretium, aut mercedem huiusmodi actiones fierent, quod non est dicendum. Tertia, quia interdum dispensatur cum operariis, vt possint causa pietatis in templo edificando, Hospitali, aut Ecclesia pauperi gratis laborare; quæ dispensatio ex eo iusta est, quia cõmunitur feruilionis præceptum in opus pietatis: ergo, si daretur absolute necessitas, quæ etiam excusaret à talium operum feruiliu vacatione, licet possent fideles laborare propter mercedem, quia ob necessitatem sunt in præcepto simpliciter dispensati, & aliunde nullum aliud præceptum prohibet mercedem accipere, cum alioqui opus dignum sit mercede: sic aliquando conceditur dispensatio piscandi, ea conditione, vt totum lucrum, aut pars lucri detur Ecclesiis, vel pauperibus, vt patet ex cap. Licet, de feriis, iuxta verum eius intellectum: neque enim ibi dispensatur sub conditione, vt pars decimæ soluatur Ecclesiis, aut pauperibus, vt quidam minus benè dixerunt; sed dispensatur sub conditione faciendi illam eleemosynam, & imponitur illud opus pietatis quæ in commutationem præcepti, vt optimè notauit Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 19. n. 7. col. 2. pag. 363. ergo supposita illa commutatione non violatur festum, etiam si ob questum piscatio fiat propter lucrum, quod ex piscatione speratur, quando non applicatur totum, sed solum eius pars, operi pietatis.

Ad argumenta primæ opinionis respondeo. Ad primu, operari propter stipendium de se non facere opus feruile, si illud alioqui tale nõ sit natura sua: ad actionem scribendi, dico, scribere, & transcribere de se non esse opus feruile, actus etiam, & processus: vt docet Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. cap. 19. n. 16. col. 2. fol. 367. & loquendo de descriptione, non tamen de transcriptione. Idem docet Caiet. 2. 2. q. 122. a. 4. §. Ad secundu dubium, & Sotus lib. 2. de iust. q. 4. a. 4. & Nauar. in Manuali Lat. cap. 13. n. 14. vbi ita ait: *Quantu scribere de se nõ sit opus feruile, etiam si ob lucrum fiat, feruile tamen est transcribere, & transcribendo componere libros, vt licet hoc mechanicu est, & corporale.* Hæc Nauar. Et idem iisdem quasi verbis dicit Sotus, & Caietanus: Melius tamen Soarius hîc citatus idem ait dicendū esse de actione scribendi & transcribendi, quia huiusmodi actiones de se sunt liberales: inseruiunt enim ad illustrandam mætem ex natura sua, ac proinde nunquam fiunt feruiles ex eo solum, quòd propter lucrum, aut stipendium fiunt. Sed de hoc redibit sermo capite sequenti. Et idè dicendū est de actione orandi & prædicandi: quantumuis enim illæ ex pretio, & propter pretium fiant, cum sint de se liberales; feruiles nunquã reddentur.

Ad argumentu, quod sumebatur ex actione piscandi, & venandi, dico, si huiusmodi actiones aliquando & propter aliquem respectum, feruiles sunt, semper esse feruiles ex natura sua, sine gratis, sine pro pretio, & mercede fiant; & consequenter, si gratis factæ, & causa recreationis feruiles non sunt, dico nunquam esse feruiles: capite tamen sequenti ostendam, non esse huiusmodi actiones omninò feruiles. Ad illam distinctionem Richardi, & Sumistarum de triplici opere feruili, materialiter tantum, & formaliter tantum, & formaliter simul: dico, eam & superfluum esse, & inutiliter excogitam, & falsam omninò, saltem quoad secundum membru, de opere feruili formaliter tantum, quatenus in eo ait pretiu, & mercedè reddere, & efficere opus de se aliàs, & ex natura sua liberale, feruile, nullu enim opus est feruile ex sola formalitate mercedis, vt hæctenus explicauimus. Nam solum opus natura sua feruile, & mechanicum, externum & manuale

Soarius.

Soarius.

Caietan.

Nauar.

5.

Tertull.

manuale in præcepto de obseruatione festorum prohibetur. Vnde optimè Tertullianus lib. 2. contra Marcionem Hæreticum, cap. 21. sic ait. *Contrarietatem præceptorum ei exprobras, vt mobili & instabili: prohibenti sabbatis operari: & iubenti arcem circumferri per dies octo, id est, etiam in sabbato in expugnatione ciuitatis Iericho: nec sabbati enim inspicis legem, opera humana, non diuina prohibentem: sequidem, Sex, inquit, diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septima autem die sabbatiza Domino Deo tuo: non facies in eo opus. Quod Vique tuum, id est, humana, & quotidiana: arcem verò Domini circumferri, neque quotidianum opus videri potest, neque humanum, sed & varum & sacrosanctum, & ex ipso tunc Dei præcepto vique diuinum.* Et infra: *Sicut & nunc certa distinctio est sabbati humana, non diuina, opera prohibentis.* Et verò per humana opera intelligit Tertullianus hîc feruilia, mechanica, externa, & manualia, quæ ille vocat eleganter, humana & quotidiana.

6.

Abul.

Cum ergo nobis opera tantummodò ex natura sua feruilia, in præcepto diei festi prohibeantur, ro-gabis modò, in quo cõsistat substantia, natura, & ratio intrinseca operis feruili? Certè Abulensis c. 12. Exod. q. 24. sic opus feruile definit: *Est opus laboriosum organorum executiuorum, nulla urgente causa, ad humanam vitam non immediatè sustentandam, aut fouendam.* Atque particulam illam, laboriosum, excludere opus de se facile, vt comedere, & bibere. *Organorum executiuorum,* exponit opera, manus, lingua, & potentia secundum locum motuæ; veluti actiones iter faciendi, orandi pro loco, & operandi manibus: & ita tantum excludit ab operibus feruilibus, opera sensuum. *Nulla urgente causa,* id est, nulla causa excusante. *Ad humanam vitam immediatè sustentandam, aut fouendam;* per quod, ait, excluduntur à ratione operum feruiliu, præparationes ciborum, quia hæc non prohibentur diebus festis. Sed hæc descriptio Abulensis voluntaria est, non necessaria, neque accommodata ad declarandam intrinsecam naturam operis feruili, vt patet.

D. Thomas

Soarius.

Melius D. Thomas in 3. distinct. 37. art. 5. quæst. 2. ad 2. quem sequitur Soarius tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 20. num. 4. ita definit opera feruilia, & eorum naturam explicat: *Opera feruilia sunt illa, ad quorum exercitiu seruis deputatos habemus, in quibus debent artes mechanicæ dirigeri, quæ à liberalibus distinguuntur.* Hæc ille. Vnde patet, non opera omnia, quæ per corpus exercentur, licet per ea possit vnus homo alteri feruire, feruilia esse: sed illa, quæ per mechanicas artes dirigi possunt: in his enim operibus dicitur propriè vnus homo alteri inseruire. Vltima ergo differentia, & quæ opus quoddam constituit, in ratione operis feruili est, vt ab aliqua arte mechanica dirigatur: & sic ratio operis feruili propriè postulat, vt sit mechanicum manuale, & corporale, non quoddam omne opus corporale sit mechanicum, cum iter facere, scribere, venari, opus corporale sit, non tamen mechanicum; sed quia omne opus mechanicum corporale sit: debet ergo, vt dixi, opus feruile, vt feruile sit, esse mechanicum & manuale, non solum ex parte instrumenti, sed etiam ex primo affectu, ad quem ex natura sua, vel ex vi suæ institutionis ordinatur, vt patet ex ratione Diui Thomæ, & ex doctrina Soarij tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 20. n. 4. col. 2. pag. 369. & deinceps. Dices: ergo præparationes ciborum artificialium sunt prohibite in die festo, cum ab arte culinaria dirigantur, quæ est mechanica & corporalis. Sed ad hanc obiectionem sequenti capite respondebimus. Interim tamen dico, consuetudinem multum valere in præceptis humanis, & hodie iam per consuetudinem multa licere, quæ olim non licebant: nam ad ordi-

P. Steph. Faugunde in quinque præc. Eccl.

narium victum non erant necessarii cibi artificiales, qui non sine magno labore fiunt; & tamen iam ij consuetudine permittuntur, sicut etiam eadem consuetudine permittuntur actiones colligendi fructus eodem die, vt suauiores & sapor dulciores sint. Ita responderet, & benè Soarius tomo 1. de Religione, l. 2. cap. 21. n. 4.

Soarius.

CAPVT XI.

Que sint opera feruilia prohibita in præcepto de obseruatione festorum: agitur de actione scribendi & transcribendi.

SVMMARIVM.

- Tria sunt operum genera: aut enim sunt opera animæ, aut opera feruilia, aut opera corporalia communia seruis & nobilibus. num. 1. Opera animæ, vt orare, meditari, scribere, disputare, legere, docere, transcribere, non prohibentur diebus festis. num. 2. Auditio sacri est opus animæ, & est in præcepto. num. 2. Licitum est in diebus festis disputare, concionari, disputare publicè in scholis, legere, scribere, studere etiam principaliter pro mercede & pretio. num. 3. Etiam si non intelligas, quod scribis. ibid. Reicitur opinio affirmans illicitum esse scribere pro pretio. num. 4. & remissiuè. Refertur opinio affirmans transcribere principaliter pro pretio esse opus feruile. num. 5. Astringitur verior contraria. num. 6. Proponuntur ac solvuntur obiectiones pro prima. n. 7. Opera feruilia prohibentur diebus festis, & quæ illa sint. num. 8. Quid de operibus feruilibus communibus, tam seruis, quam nobilibus, vt iter facere, pingere, piscari, venari, pedes ac manus lauare, cibos coquere, & aptare arte culinaria. num. 9. Et remissiuè ad num. 9. An licitum sit pingere diebus festis, etiam ob lucrum. num. 10. Resoluitur opus esse feruile, ibi versu, Dicendum tamen est. num. 13. Satisfit obiectionibus in contrarium. num. 11. & n. 12. Quid de actionibus piscandi, aucupandi, venandi; refertur prima opinio Azorij affirmans esse opera feruilia. num. 14. Refertur opinio negans. num. 15. Iudicium Auctoris est, huiusmodi actiones esse natura sua feruiles, consuetudine tamen licitas. num. 16. Numerantur causæ, ob quas licite sint, & à peccato excusentur. num. 17. Respondetur ad argumenta Azorij. num. 18. Actiones culinaria præparandi cibos de se sunt illicitæ, & feruiles, consuetudine tamen licite. num. 19. Quid de cibis artificialibus. num. 20. Et de actionibus maclandi, & excoriandi animalia ad cibos. ibid. Vtrum opus militia, & actio bellandi sit feruile & prohibita. num. 21. 22. 23.

Tria sunt genera operum inter actiones humanas: aut enim sunt opera animæ, & quæ ad illa reuocantur, vt intelligere, orare, meditari, studere, & quæ ad illa reuocantur, vt disputare, concionari, docere, legere, scribere, transcribere, & alia similia: aut sunt opera merè feruilia, & mechanica, quæ seruos tantum decent, non viros nobiles; vt arare,

D 3 cauare



cauare, suere, agros & vineas colere, & alia similia mechanica exercere, quae etiam teruos & mechanicos decent, non nobiles: aut sunt alia opera corporalia communia omnibus hominibus, tam nobilibus, quam ignobilibus, quae communiter opera dicuntur corporis, v. c. iter facere, pingere, piscari, venari, aucupari, bibere, comedere, vti musicis instrumentis, cibos preparare, & alia huiusmodi. Per haec omnia opera discurreremus in praesenti capite, & videbimus, quatenus licita, vel illicita, prohibita, vel non prohibita sint diebus festis.

Opera animae, vt orare, meditari, studere, nullo modo prohibentur diebus festis; imò forte in expressa prohibitione operum seruilium huiusmodi opera animae commendantur, si non formaliter, saltem modo aliquo, & in praeepto etiam est auditio facti, quae opus est animae. Vnde Diuus August. serm. 251. ita ait: *Sciendum est, Fratres charissimi, quòd idèd à sanctis Patribus constitutum est, & mandatum Christianis, vt in solemnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus otium haberent, & à terrene negotio vacarent, vt paratiores, & promptiores essent ad diuinum cultum, cum non haberent, quòd eos inde retardaret, incommodum, relinquerentque eo tempore terrenam sollicitudinem, quòd facilius possint Dei intendere voluntatem. Unde ipse Dominus per Prophetam dicit: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Psal. 45. At his qui diuersis curis, & negotiis implicati, hanc sententiam Dei spernunt, & diuina vacare contemplationi nolunt, timeo, quòd illis in futuro iudicio ianuam Domini pulsantibus, & aperiri postulantibus Dominus respondeat: Nescio vos.* Haec August. ibi, vbi notanda sunt verba illa, hanc sententiam Dei spernunt, in quo ostendit, solum eos peccare mortaliter, qui per contemptum diuinæ contemplationi diebus Dominicis & festiuis non vacant, eoque dies totos diuinis rebus non impendunt, in quo optimè profectò docet sanctus Augustinus: nam, vt saepe diximus, & satis probauimus cap. 9. num. 2. & 6. & 10. per praeeptum de obseruatione festorum, nihil aliud nobis praecipitur, quam auditio sacri, & cessatio ab operibus seruilibus; seu, quod idem est, quam cultus diuinus consistens in auditione sacri, & in cessatione ab operibus seruilibus: & praeter haec duo ad nihil aliud tenemur in diebus Dominicis & festis, ex vi praeepti obseruationis festorum dierum; & nihilominus tamen ex accidenti potest homo mortaliter peccare, si per contemptum diuini praeepti tota die post auditionem sacri dormiat, vel ludat, vel confabuletur.

Dubitatur tamen, an ea opera, quae ad opus animae reuocantur, vt disputare, concionari, docere publice, legere in studiis, scribere, studere, & transcribere, aliaque similia sint illicita, & prohibita. ex vi praeepti diuini, in diebus festis. Et dicendum quidem est, non prohiberi, & idèd licitum esse publicè legere, scribere, & stipendio: licitum etiam esse Aduocatis studere, in die festo super lites scribere, & informare Iudices scripto propter pecuniam, & lucrum, licet absque illo lucro iisdem diebus eis non esset studendum. Ita docet Tolet. l. 4. Summæ, c. 24. num. 3. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 1. 3. num. 14. & num. 12. Sotus lib. 2. de iustitia, q. 4. a. 4. Philiar. de officio Sacerdotis, p. 2. lib. 3. cap. 23. Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 2. fol. 432. num. 13. §. Alij verbò. Caietanus, & D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. cap. 22. num. 3. fol. 376. Syl. verbos, Dominica, q. 4. num. 6. Panormitanus, Anch. Bartolus, & alij in cap. 1. de feriis, loquentes in particulari de studio cuiusque scientiae: & idem docet Archidiaconus in cap. Ieiunia, de consecr. dist. 3. Glossa, & Doctores in l. Omnes Iudices, C. de feriis, docent

D. Aug.

Tolet. Nauarr. Sotus. Philiar. Sayrus.

Syluest. Panorm. Anchar. Bartol. Archid.

etiam omnes Doctores, qui dicunt, nullum opus de se liberale ob pretium fieri seruale, quos citauimus capite praecedenti, num. 3. quod intelligendum est, iuxta Soarium citatum, & ferè omnes alios Doctores, de omni genere scribendi, doctrinae, instructionis, consilij, historiae, petitionis, & tam de eo, qui scribit ad ingerendam notitiam in alio, quam ob memoriam conseruandam earum rerum, quas scribit. Sed quid, si scribens non intelligat significationem verborum earum rerum, quas scribit? Respondeo, adhuc esse actionem, opusque liberale, non seruale: quia illa scriptio, seu actio scribendi, de se & ex natura sua inseruit ad illustrandam mentem, & per accidens est, quòd scribens non intelligat: est enim de se loquutio quaedam permanens in alio, quam ob dirigetur ad illustrationem intellectus, & parum refert, quòd scribens non intelligat idioma dictantis, cum actio scribendi ex natura sua sit liberalis, spiritalis, & mentalis. Ita docet Soarius tomo 1. Soar. de Religione, lib. 2. cap. 24. num. 7. col. 1. pag. 381.

Alij docent, actionem scribendi, si fiat gratis, licitam esse, & non prohibitam in die festo: illicitam verò & prohibitam, si fiat ob lucrum. Et hi sunt Richardus in 3. dist. 37. a. 2. q. 4. Syl. verbo, Dominica, Syl. q. 4. & 5. Rosella verbo, Feria, num. 7. & 9. Angelus ibidem, num. 3. 1. Tabiena ibid. num. 39. & 40. Summa Confess. lib. 1. titulo 12. q. 9. Astensis l. 1. tit. 22. Tab. a. 4. & titulo 23. a. 3. q. 5. Sed hos iam reiecitimus, ac refutauimus capite praecedenti, num. 3. & 4. quamobrem non est, cur amplius immoremur in iis refellendis.

Maius dubium est, an transcribere sit opus seruale, & prohibitum? Caietanus 2. 2. q. 122. a. 4. ad secundum, licet dicat, actionem scribendi esse licitam & liberalem, etsi fiat ob lucrum; tamen id negat in actione transcribendi, & ait de se esse illicitam, & prohibitam, quantum gratis fiat: Nau. tamen in Manuali Lat. cap. 1. 3. num. 14. versus decimo. Sotus lib. 2. de iust. q. 4. a. 4. Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 1. cap. 27. q. 4. Philiar. de officio Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 23. seruale esse existimant actionem transcribendi, si fiat ob lucrum, aliàs liberalem, & non prohibitam: & miror, certè, hos viros doctissimos hoc dicere, cum tamen illi, vt vidimus capite praecedenti, num. 3. sequantur, nullum opus de se liberale, fieri seruale ob lucrum. Ratio illorum est: quia transcribere libros, & processus, & instrumenta, & transcribendo eosdem libros ob lucrum componere, opus est mechanicum & seruale, saltem formaliter: quia operari principaliter ob lucrà & mercedem, actio est, quae seruos tantum decet, non viros nobiles & liberales, cum id fiat lucrandi & quaerendi victus causa: & idèd existimant, mercenarium hoc opus esse, & seruale, si fiat principaliter ob lucrum; liberale verò, & non prohibitum, si fiat addiscendi & cognoscendi causa, ad illustrandam & excolendam mentem.

Dicendum tamen est, transcribere non esse opus seruale, etiam si fiat principaliter ob lucrum, & suas operas ad id aliquis conducatur, indèque victum quaeratur. Ita docet Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 25. num. 4. Medina inst. pro Confess. lib. 1. cap. 14. §. 8. Ludou. Lopez 1. p. instr. conscient. c. 2. inclinatur Sà in Aphorismis, verbo, Festum, num. 5. qui omnes, etiam si sententiam Nauarri, Caietani, Soti, & Azoris probabilem putent, tamen in praxi hanc suam existimant: & idem sentit etiam Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 2. num. 14. fol. 432. quantum Sayrus de Notariis, Scribis, & Officialibus Curiae; qui in die festo transcribunt actus, & processus, aliquantulum dubitet, & tandem resoluit, licitum esse, si id faciant domi priuatim: quia sic non videtur pertinere ad strepitum iudicalem, & ad opus,

Soar.

Richard. Rosella. Angelus. Summa Confess. Tab. Astensis. Philiar.

Caiet.

Nauarr. Sotus. Azor. Philiar.

Soar. Medina. Lud. Lop.

Sayr.

opis, actusque iudicij, qui ex speciali praeepto Ecclesiae prohibetur in die festo, vt infra videbimus capite sequenti, num. 9. & 10. & sic demum concludit Sayrus num. 15. *Ego sicut non consulere ipsi Officialibus, vt haec etiam domi priuatim facerent, ita non condemnarem peccati mortalitatem.* Haec ille, Soarius tamen & alij hic citati absolute dicunt, transcribere etiam actus, & processus, & scripturas, & transcribendo libros componere, etiam principaliter ob lucrum, & etiam mercede & pretio conductum, non esse opus seruale, nec prohibitum, sed licitum. Probat: quia actio transcribendi de se mentalis est, & spiritalis, & per accidens est, quòd hac, vel illa intentione fiat ab operante, hoc est, quòd pro pretio fiat, vel sine illo, cum nulla actio de se liberalis, & licita diebus festis fieri possit illicita ex pretio, vt diximus capite praecedenti, num. 3. opus enim liberale non attenditur ex fine operantis, sed ex fine operis: vnde, cum opus de se sit ordinatum ad illustrationem mentis, liberale erit, quantumvis ob pretium fiat. Deinde, quia eadem est ratio, tam de transcribendo, quam de scriptione, quae fit ab alio dictante cum intentione lucri. Quae enim distinctio assignari potest inter scriptionem, quae fit ab alio dictante, & inter transcribendum, quam quis facit, nisi quia transcribens, dum aliena transcribit, solum oculis, & non auribus percipit res alienas, & conceptus, quos transcribit; scribens verò solum oculis quod quis non videt valde accidentarium est? Si verò quis transcribit proprios conceptus, differet solum ab eo, qui transcribit alienos: quia, quando transcribit suos, inuatur proprio exemplari externo, quod antè, cum illos scripsit, non habebat; quando verò scribit alienos, inuatur alieno exemplari externo: inuari autem exemplari suo, vel alieno, non ponit opus de se liberale, inter speciem ac classem operis seruilis: atque ad eamdem sit ratio de scriptione, & transcribendo, & scribere etiam propter lucrum & mercedem non sit opus seruale, vt iam probauimus num. 3. dicendum omnino est, transcribere etiam libros, processus, & actus, principaliter ob lucrum, non esse opus seruale, & prohibitum diebus festis.

Dices, transcribere res alienas, idem esse, quòd depingere, maximè si transcribens non intelligat ea quae transcribit: quid enim tunc aliud est, quam pingere characteres alienos ad imitationem illorum, qui sunt in exemplari, ex quo transcribit. Deinde, quia imprimere libros, sine vlla dubitatione, res est seruilis, & mechanica, cum ars imprimendi mechanica sit: & quid aliud est, quòd, libros imprimere, quam libros transcribere, maximè, cum quis non intelligit ea, quae transcribit: & idèd modus impressionis nihil aliud est, quam modus transcriptionis. Respondeo, diuersum quid esse depingere characteres, quam transcribere illos: nam, qui transcribit, non habet pro fine ipsam materialem figurationem characterum, sicut habet ille, qui pingit; sed pro fine habet, sensa animi, vel sui, vel alieni, quae sensa animi, & mentis in signo sensibili ponit, quòd possint ad aliorum notitiam deuenire, illorumque mentes illustrare: cuius signum est, quòd transcribens non vtiur exemplari, ex quo transcribit, ad illud imitandum materialiter, sed formaliter; & idèd non imitatur figuram literarum, sed significationem, & per accidens est, quòd ipse scriptor aliquando non intelligat, cum illa actio de se ordinetur ad illustrationem mentis, vel propriae, vel alienae. Ad confirmationem de impressione respondeo, imprimere esse opus seruale, quia non fit per modum locutionis, & expressionis conceptuum; sed per modum figurationis characterum: nam in impressione, vel est actio componendi & ordinandi

characteres, vel est ipsa impressio characterum in papyro, postquam ordinati sunt. Et quidem actio ordinandi characteres literarum, ex sua natura non ordinatur, nisi ad illorum figurationem, & fictionem, quod planè totum est mechanicum, materiale & corporale, sicut est ars fingendi, & figurandi statuas: impressio verò literarum in ipsa papyro nihil aliud est quam figuratio; & imprimere, quam figurare, & figere illas in papyro; quod etiam ex natura sua non excedit artem mechanicam, & per accidens, valdeque remotum est, quòd figura illa literarum ex illa impressione resultans, sit natura sua mentale signum, quia ipsa figuratio literarum, & expressio illarum in papyro est immediatus finis illius artis, qui non transcendit fines mechanicos; sicut qui pingit historiam in tabella, aut figurat in auleo, non excedit fines mechanicæ artis, quantum ea pictura, & figuratio historię inseruiat ad conseruandam memoriam illarum historiarum, & idèd ex hac parte signum sit mentale, est enim signum mentale valde remotum. Ita respondet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 25. num. 8. pag. 384. & 385.

Opera merè seruilis, & mechanica, vt arare, cauare, terram scindere, vineas & agros colere, & his similia, sunt ea quae expressè prohibentur diebus festis, & quae nunquam licent, nisi ob necessitatem, aut alias causas legitime excusantes fiant, de quibus agemus cap. 14. In quo autem consistat natura, & ratio intrinseca operis seruilis, docuimus ex Soario & Diuo Toma capite praecedenti, num. 6. & idèd non est, cur id iterum repetamus; breuiter tamen dico, illa opera esse seruilis, & dici in sacra pagina, quae ex se, & de se famularum quendam habent, & à famulis communiter fieri solent, qui aliis inferuiunt, & non ab aliis, vt sunt praedicta opera numerata, v. c. suere, arare, & alia mechanica, iuxta illud Leuitici 23. *Omne opus seruale non facies in eo.* Ita docet D. Thom. 2. 2. q. 122. a. 4. ad 3. D. Ant. 2. p. titulo 9. c. 7. §. *Quantum ad 5.* Alensis 3. p. q. 32. m. 4. a. 4. Richard. in 3. dist. 37. a. 2. q. 4. Angel. verbo, Feria, §. 9. Syluest. verbo, Dominica, q. 3. Tabiena verbo, Feria, versu 15. Toletus lib. 4. Summæ, cap. 24. Syluest. Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 2. num. 2. sine Tolet. fol. 428. col. 1. Soar. tom. 1. de Rel. l. 2. de diebus festis, cap. 20. n. 4. pag. 369. Benedictus in Summa de peccatis, lib. 1. cap. 10. num. 3. & alij communiter.

De operibus corporalibus communibus, tam nobilibus, quam ignobilibus, & quae communiter opera corporis, seu corporalia dicuntur, & non mentis, seu mentalia, vt sunt, iter facere, pingere, piscari, venari, aucupari, bibere, comedere, cibos preparare, corpus, & manus, & pedes lauare, vti musicis instrumentis, & alia similia, est magnum dubium, an haec prohibita sint in praeepto diei Domini, & obseruationis festorum. Et quidem de actionibus iter faciendi, comedendi, bibendi, spoliandi sese, & exuendi, dicendum est, eas esse licitas, & non esse prohibitas in diebus festis. Ita docet Soar. tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 21. num. 2. col. 2. pag. 370. Et fundamentum Soarij est: quia huiusmodi opera sunt opera naturalia, & non seruilis; & idèd non continentur proprie sub specie, & classe operum seruilium: nam opus seruale, vt patet ex doctrina D. Tho. in 3. dist. 37. a. 5. q. 2. ad 2. & ex Soario tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 20. num. 4. & nos probauimus capite praecedenti, n. 6. est opus manuale, seu artificiale, quod per artem mechanicam dirigi potest. ab opere autem sic sumpto distingui potest opus naturale, vt sunt actiones comedendi, bibendi, vestiendi, exuendi, iter faciendi, & alia huiusmodi, vt actiones lauandi pedes, totum corpus, & manus, & has omnes speciatim enume-

Soar.

8.

D. Thom. Antom. Alense. Richard. Angelus. Tabiena. Tolet. Sayrus. Soarius. Bened.

9.

Angelus.  
Rosella.  
Nauar.  
Azor.

Caietanus.  
Sotus.  
Sa.

10.  
Lud. Lopez.

Azor.  
Syluest.

Armilla.  
Angel.  
Rosella.  
Tabiena.  
Seyr.

Soarez.

rar ipse Soarius loco citato: & cum Soario consentit Angel. verbo, *Feria*, num. 13. Rosella ibi, num. 26. Nauar. in Manuali Lat. cap. 13. n. 6. & Azor tom. 2. lib. 1. cap. 27. q. 8. & addit Azor, quod intelligendum est, siue iter pedibus facias, siue equo: ex accidenti tamen, inquit Azor, potest esse prohibitum, iter facere diebus festis, vt si magno cum labore fiat, parando iumenta, currus, plaustra, &c. Caietanus tamen 2. 2. q. 122. a. 4. & Sotus lib. 2. de Iustitia, q. 4. a. 4. & Sa verbo, *Festum*, n. 5. in Aphorismis, dicunt, iter facere de se esse opus seruile, & prohibitum; consuetudine tamen, & vsu iam id esse licitum: & addit Sa, etiam comitantibus mulis onustis supellectile: quod ego intelligo, cum iter facit Princeps, aut Prælati numerosa familia. Sed, cum huiusmodi Doctores omnes excusent prædictas numeratas actiones à peccato, quantum ex diuerso fundamento, non est, cur amplius immoremur in illis. De opere, & actione verendi domum inquiri potest, an reducat ad opus naturale, atque ad eam sit licitum, & non prohibitum diebus festis; & videbitur alicui dicendum non esse prohibitum, cum non sit opus de se mechanicum, neque ab arte mechanica dirigatur: dicendum tamen est, de se esse opus seruile, & prohibitum, quia à famulis communiter fit & ab iis, qui inferuire solent, & idem seruos, & famulos decet, & non nobiles; & ita, licet mechanicum non sit, est tamen aliquid seruile. Ex alio tamen capite excusari poterit huiusmodi opus, v. c. ex necessitate, aut exiguitate, ac paruitate temporis in eo consumpti: nam laborare per vnam horam fortasse non erit peccatum mortale in die festo, vt cap. 14. num. 2. dicemus.

Dubium tamen est, an liceat alicui pingere diebus festis: Affirmat Lud. Lopez 1. p. inst. c. 25. & Medina in instr. pro Confessoribus, lib. 1. cap. 14. §. 8. etiam si quis stipendio pingat, aut mercede conductus, & principaliter ob mercedem. Fundamentum illorum est quia pingere nihil aliud est, quam lineas ducere, colores affingere, & figuras inducere, quæ sunt hominum liberorum: itaque existimant huiusmodi Doctores, pingendi artem non esse mechanicam, sed liberalem. Alij verò DD. existimant pingere ob lucrum in die festo, esse prohibitum; non verò si fiat absque lucro: & planè sentiunt, opus ipsum; seu actionem pingendi non esse seruilem materialiter, sed tantum formaliter: & idem sentire debent, si consequenter loquantur, omnes illi, qui dicunt, non peccare eos iuuenes, qui ad hanc artem addiscendam se diebus festis in depingendis imaginibus exercent in locis abditis: nec item pictores, qui diebus festis pulchras quaslibet ac rectas imagines, quas oculis inueniunt ad peritiam suæ artis, & ad excolendum ingenium pingendo imitantur, atque retractant; licet inde consequenter sequatur lucrum. Et hi sunt Azor tom. 2. Inst. moral. lib. 2. cap. 27. q. 6. Sylu. verbo, *dominicas*, q. 5. versu, *Quinta*, vbi ita inquit: *Excusantur etiam pictores, qui in diebus festis retrahunt in Ecclesiis pulchras figuras, quia ad peritiam artis id faciunt*, & Armilla verbo, *Festum*, num. 21. Angelus verbo, *Feria*, num. 1. Rosella ibi, num. 13. Tabiena verbo, *Feria*, num. 40. Sayrus in clauis regia, lib. 7. cap. 2. num. 16. col. 2. fol. 432. & extendit Armilla citatus ad eas puellas, quæ *recomaturas* faciunt (sic ipse loquitur) diebus Dominicis vt addiscant; & ad eos etiam, qui designant in chartulis ea, quæ phantasia fingunt, vt postea perficiant. Dicendum tamen est cum Soario tomo 1. de Religione, lib. 2. c. 26. num. 3. col. 1. fol. 386. opus pingendi esse seruile ex genere suo, & prohibitum in diebus festis, & id ipsum, si consequenter loquatur, debet dicere Azor hic citatus: nam ille aperte ait, artem pingendi esse artem mechanicam, & non

excedere fines artis mechanicæ. Vnde miror, cum hoc aperte fareatur, dicere, non peccare pictores, si id diebus festis in Ecclesiis, vel domi suæ pulchras quaslibet, & ad viuum expressas imagines, pingendo imitentur, quantum inde lucrum sequatur, cum id nihil aliud sit, quam eis licentiam dare, vt toto die festo mechanicum, ac seruile opus possint efficere; & verendum, ac videndum est, ne nimia licentia his artificibus tribuatur, ne parui pendant hoc tam salutare præceptum de sanctificandis festis. Cum Soario consentit Caietanus 2. 2. q. 122. a. 4. §. Ad 2. vbi ponit opus pingendi, seu opus picturæ, inter opera seruilia, quæ non licent in die festo, siue gratis, siue mercede fiant, & æquiparat hæc duo, pingere, & statuas facere, aut fabricari. Probatur ergo opus esse seruile: quia opus est corporale terminatum ad extrinsecam materiam, dirigibile per artem mechanicam: ergo est opus seruile, ac prohibitum, iuxta doctrinam D. Thom. in 3. dist. 37. q. 5. a. 2. ad secundum, vbi distinguit opus seruile à liberali, in eo, quod opus seruile à mechanica arte dirigatur; liberale verò à liberali. Probatur deinde ab incommodo: quia aliàs sequeretur posse pictores licite, & sine transgressione huius præcepti opus exercere toto die festo ex officio, & propter pretium, & lucrum, dummodo Missam audiant, sicut de studio diximus num. 3. consequens est falsum, & contra communem vsu: vnde videtur etiam esse contra pietatem ac bonos mores fidelium: ergo non est dicendum, opus picturæ non esse opus seruile, & prohibitum diebus festis.

Nec refert, quid opus pingendi non sit opus seruorum proprium: quia, licet mechanicum sit, (quod negari non potest, cum relinquar ars pingendi post se opus, & habeat pro fine artefactum quoddam cõpositum, ac fabricatum ex coloribus;) tamen est ita nobile, vt à quolibet libero homine exerceri possit: & multi sunt Principes, ac nobiles viri, qui huiusmodi arte admodum delectantur. Deinde, quia, si opus esset merè seruile, nunquam liceret in die festo, etiam ob voluptatem, vel ad peritiam artis: quod tamen multi ac grauissimi Doctores concedunt, vt vidimus numero præcedenti.

Ad primam obiectionem respondeo, artem pingendi esse propriè artem seruorum, seu mercenariorum, & ex carum numero, ad quas seruos deputatos habemus: quod si interdum aliqui nobiles eam exercent, est ad modicum tempus, & ad quandam honestam & iucundam recreationem; quomodo etiam aliarum artium opera interdum exercent. Et ita respondet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 26. num. 4. sine. Ad id, quod additur, respondeo, non licere in die festo etiam ob peritiam huius artis pulchras quaslibet, ac venustas imagines Sanctorum pingendo imitari: quia non minus seruile opus est, pingere, ad imitationem proposito coram oculis sensibili exemplari, quam pingere ex proprio Marte: imò hoc videret minus seruile; quia est magis mentale & internum; & idèd magis liberale, sicut magis liberale est scribere, quam transcribere. Nec verò intentio addiscendi & excolendi ingenium honestam actionem, cum medium sit seruile: illa ergo actio delineandi imaginem, & lineas ducendi, ad illam postea depingendam solum excusari potest ex paruitate materiæ, & temporis in ea delineatione consumpti, vel ex consuetudine, vel certè ex eo, quod illud propriè non sit pingere, sed solum memoriã inuare, vt possit postea idolum talis imaginis perfectè formare, & hoc videret ad disciplinam liberalem accedere; & iuxta hæc de alijs exemplis iudicari potest.

Ex dictis inferitur, pingendi opus simpliciter esse prohibitum in die festo, siue pretio, siue gratis fiat: quia

Soar.  
Caietanus.

D. Thom.

11.

12.

Soarius.

13.

Soar.

14.  
Azor.

Syluest.  
Angelus.  
Sotus.  
Rosella.

D. Ambr.

15.

Medina.  
Lud. Lopez.

quia hoc non variat rationem operis seruilis, vt diximus cap. 10. num. 3. imò etiam causa pietatis, & religionis per se non licet, nisi aliqua iusta causa interueniat, vt si aliqua pars templi pictura sit adoranda, non licebit id gratis facere, & ob reuerentiam templi, nisi necessitas templi, aut festi occurrat accedat, & dispensatio Prælati interueniat: & ita habet vsus. Imò, etiam licet quis depingat imaginem animo illum donandi Ecclesiæ, non licet in festo id facere sine licentia Prælati: quia non licet seruile opus facere in festo, etiam causa pietatis, sine necessitate excusante: & si non licet causa pietatis, multò minus licebit causa voluptatis: sicut non licet vas aureum, aut argenteum facere, etiam si quis in eo delectetur, & solum ob recreationis causam illud faciat. Quod si fortè id aliquando permittitur, id fortasse erit ad modicum tempus, & excusari poterit à culpa, vel ob materiæ leuitatem, vel ob consuetudinem: vel etiam excusari poterit à veniali, titulo moralis necessitatis: quia non potest homo, præsertim secularis, ad id non affertus, toto die festi integro orationi, & lectioni vacare; & idèd ne sit otiosus, vel actionibus minus honestis occupetur, indiget, moraliter loquendo, aliqua huiusmodi operatione; & idèd potest illa operatio modica, vel alia similis rationabiliter permitti, tanquam medium ad excusandam naturam à culpabili otio. Sic docet Soarius tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 26. num. 5.

De actionibus piscandi, aucupandi, venandi, existimat Azor 2. p. Inst. moral. lib. 1. cap. 27. q. 7. eas esse seruiles & prohibitas diebus festis, quando certa quædam antecedentia requirunt, quæ natura sua seruilia sunt, & seruilia esse dicuntur: aucupium enim, & venatio, vt ait Azor, sæpè coniunguntur cum alijs operibus admodum laboriosis & seruilibus: ad piscatum verò retia tenduntur, parantur, lauantur, reficiuntur. Deinde, quia aliqui homines piscatione & venatione viuunt, & piscandi ac venandi artem exercent, quæ negari non potest esse seruilis & mechanica. Si tamen ipsam piscationem, venationem, & aucupationem sumamus non pro arte propagandi vitam, aut officio viuendi cum iis præparationibus antecedentibus, quæ natura sua sunt seruiles; sed pro ipso actu capiendi volucres, feras, pisces, recreationis causa honestæ, non esse actiones seruiles & prohibitas, sed licitas & liberales, sic existimat ipse Azor loco allegato, & confirmat suam opinionem ex cap. *Licet*, de feriis, in quo supponitur, venationem, & piscationem esse illicitas, cum piscatio fieri non possit sine dispensatione. Hanc sententiam Doctores omnes illi tenent, qui dicunt venationem & piscationem ob animi recreationem licere, & liberalem esse: quæ verò sit questus gratia, non licere. Et hi sunt, Sylu. verbo, *Dominica*, num. 7. ad finem, versu, *Piscatio*, Angelus verbo, *Feria*, num. 26. Sotus lib. 2. de Inst. q. 4. a. 4. Rosella verbo, *Feria*, num. 15. vbi ita argumentatur: Venatio prohibetur in diebus ieiuniorum, vt patet ex cap. *Qui venatoribus*, dist. 86. & ex Glossa ibi, & videret haberi in cap. *An putatis*, eadem dist. 86. desumpto ex D. Ambrosio serm. 33. aliàs 41. *Quadragesimæ*: ergo multò magis in die festo ob lucrum prohibetur, imò & sine illo.

E contrariò verò alij existimant, venationem, piscationem, & aucupium non esse opera seruilia, nec prohibita in diebus festis, etiam si fiant ob questum. Ita sentiunt Nau. in Manuali Lat. cap. 13. n. 12. §. *Sexto*, vbi ita: *Non peccat mortaliter, qui venatur diebus festis, Missa audita: quia non est opus seruile, nec finis questus facit illud seruile*. Et ita cum Nauarro docet etiam Medina Instr. pro Confess. lib. 1. cap. 14. §. 8. Lopez 1. p. Instr. cons. c. 5. 2. Funda-

mentum huius opinionis esse potest: quia ars venandi, & piscandi non decent seruos, sed nobiles, cum in illis multi nobiles ac Principes recreari soleant, nec pretium, & lucrum, reddit illos seruiles, etiam si ob illud à nonnullis alijs hominibus huiusmodi artes exercentur: iam enim probatum est cap. 10. num. 3. finem lucri non reddere opus seruile, si ex se, & ex natura sua tale non erat. Et pro hac opinione faciunt ij, quos ibi citauimus.

Soarez tamen tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 28. num. 3. col. 1. pag. 390. cuius opinionem sequor, optimè Soar. existimat, venationem, vt sic, & in se spectatam, opus esse seruile: & idem affirmat in num. 6. de piscatione. Et cum illo videntur sentire expressè Tolet. lectus lib. 1. Summa, cap. 24. & Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. & Sotus lib. 2. de Inst. quest. 4. a. 4. quatenus dicunt, consuetudinem huiusmodi artes fecisse iam licitas: in quo videntur sentire, de se esse mechanicas & seruiles; ex accidenti tamen, & ex consuetudine, non esse prohibitas. quæ consuetudo videtur ex hac parte præualuisse, quia videntibus, & consentientibus Prælati, & Pastoribus Ecclesiæ, fuit huiusmodi piscationes & venationes: nam de piscationibus in fluminibus, recreationis gratia, non est dubitandum ex consuetudine licere, maxime quando sunt moderatæ, & fiunt sine magno labore ministrantium: quæ verò fiunt in mari, non sunt in consuetudine, vt optimè notat Soar. num. 6. allegatus; & idèd non licent, inquit: & de his loquitur *Licet*, de feriis. Et probatur, huiusmodi artes esse seruiles. Primò, quia ars venatoria, & piscatoria inter artes mechanicas cõputantur, vt patet ex *Dialectica*. Secundò, quia piscatio, & venatio est opus in se laboriosum & corporale, sistens omninò in materia, & effectu corporali, vnde quodammodo est commune hominibus cum bestiis: nam etiam bestię, pisces, & aliæ feræ, & animalia venationi insunt, & piscationi: & solum addit homo artem & industriam circa varia instrumenta piscandi, & venandi; nec huiusmodi ars, & industria circa varia instrumenta piscandi, & venandi, variòque modos prædandi ex instinctu naturali promanans huiusmodi etiã animantibus deest, quibus vtuntur, vt consideranti parcerit. Tertio, quia scindere arbores, & ligna colligere, opus seruile est: ergo etiam seruile opus erit laborare in occisione animalium, & ea mortua deferre. Patet consequentia: quia maior est fatigatio corporis in hac occisione fortasse: & quantum minor fatigatio corporis, & minor industria in ea sit; tamen hæc differentia maioris & minoris fatigationis corporalis parum refert ad distinctionem operis seruilis, aut non seruilis.

Quantum autem venationes, piscationes, & aucupationes prohibita sunt in diebus festis, & seruiles, non desunt tamen causæ, ob quas hodie à peccato mortali excusentur. Prima est, ex leuitate materiæ, & ex quadam morali necessitate ad euitandum otium, vel peiora opera. vnde si venatio esset modica, & solum à prandio, post auditum Sacrum, per duas, vel tres horas, existimat Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 28. num. 5. sufficientem esse excusationem peccati, ac culpæ lethalis. Secunda est ex consuetudine, quæ potest vigorem legis remittere, ac temperare, quæ videtur iam præualuisse, scientibus, & patientibus Prælati, vt docent Toletus Sotus, Caietanus, numero præcedenti allegati, & Soar. modò citatus.

Ad fundamenta primæ opinionis Azoris respondeo, non minus laborare per totum diem diuites, & nobiles in venationibus & piscationibus, quam pauperes, qui ex hoc officio, & arte viuunt: vnde si in diuitibus, & nobilibus hoc non est peccatum propter consuetudinem, non erit etiam in pauperibus.

16.

Tolet.  
Caiet.

11.

17.

18.



bus, qui ob licitum, & vitæ sustentationem, piscationem, & venationem exercent: loquimur autem de piscationibus in fluminibus, non in mari; quia illam facit consuetudo licita, hanc non. Dices, diuites, & nobiles id facere causa recreationis; alij vero, qui ex hac arte viuunt, causa lucri. Sed ad hoc iam responsum est sæpe, intentionem liciti non reddere opus illicitum, & prohibitum, si aliàs tale non erat ex natura sua; vt latè probauimus cap. 10. num. 13. Ad id, quod Azor dicebat, piscationem, & venationem esse illicitas, non per se, sed ratione occupationum antecedentium, quæ sunt de se seruiles, & laboriosas, vt parare retia, reficere, ac lauare, remigare, & preparare cibos, & iumenta ad huiusmodi venationes, & alia similia; respondeo, hæc omnia in se, & de se esse seruilia; & arte etiam, ad quam requiruntur, seruilem esse, vt satis probaui n. 3. & idè non ratione antecedentium preparationum esse illicitam, sed etiam ratione sui; posse tamen fieri licitam ex consuetudine, vt de facto iam est licita, sicut explicauimus num. præcedenti. Ad argumentum Angeli de prohibitione venationis in diebus ieiunij, de sumptum ex c. *Qui venatoribus*, dist. 86. & ex c. *An putatis*, eadem dist. desumpto ex D. Ambrosio, respondeo, in diebus non festis ieiuniorum venationem nunquam esse per se prohibitam, neque capita allegata, aut D. Ambrosii, hoc dicere; sed volunt dicere, esse prohibitam, hoc est, illicitam per accidens, hoc est, si propter laborem corporis ieiunium violeretur, aut si propter illam alia peccata committantur, vel vt ait Sylu. verbo, *Dominica*, n. 7. in fine, q. 5. reprehendit illam D. Ambr. ex quo huiusmodi capita desumpta sunt, quia dies ieiunij sunt dies afflictionis, & penitentię, non verò recreationis, quæ ex huiusmodi arte captatur, & sic reprehenditur venatio eo tempore facta, eò quod fieret tempore nõ conuenienti: quod totum respicit consilium, & perfectionem, non præceptum. Sic docet etiam Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 28. num. 4.

Syluest. D. Ambr.

Soarius.

Ad fundamenta secundæ opinionis dico, parum referre, quòd in arte venandi, & aliquando etiam piscandi, Principes ac viri nobiles exerceri soleant, recreari, ac delectari, cum huiusmodi artes de se & ex natura sua corporales sint, mechanicæ, ac seruiles, & in materia, & circa materiam corporalem, hoc est, circa occisionem piscium, & animalium versentur, sic carnifices etiam in Republica mechanici sunt: quia in occisione animalium occupantur. Nec etiam multum refert, quòd versentur huiusmodi artes in occisione animalium; sed cum artificio, ingenio, & industria quadam, in qua præter gustum multum intellectus ac discursus elucet: nam totum id nobis commune est cum animantibus, & anibus rapinæ & venationi insistentibus, imò & cum piscibus maioribus aliorum piscium minorum explicationi ac capturæ insidiantibus: qua enim arte, qua industria, quò artificio vtuntur canes in leporem venatione; balenæ in captione sardinearum, cancri in captura minutissimorum pisciculorum, & quibus sustentantur; crederes, ratione pollere, nisi contrarium scires.

19.

De actionibus verò preparandi cibos, pedes, manus, corpusque lauandi in diebus festis, sic statuo. Actiones coquendi cibos, & aliæ actiones, quæ ad preparationem culinæ, ac mensæ ordinariæ sunt, de se seruiles sunt, & mechanicæ, ac prohibita in diebus festis: consuetudo tamen eas fecit iam licitas, vt docet Caietanus 2. 2. q. 122. a. 4. §. *In eodem articulo*, & §. *Hic igitur expositis*, & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 21. n. 3. fol. 371. col. 1. initio. Nunquam tamen intentio Ecclesie fuit eas eo rigore, & modo prohibere Christianis in Dominica, quo olim prohibebantur in sabbato Iudæis: quia semper Ecclesia

Caietanus. Soarius.

vetuit Christianis seruare festà modò Iudæico: & idè D. Th. 2. 2. q. 122. a. 4. ad 4. aperte dicit, non prohibuisse Ecclesiam coquere cibos: quia præceptum Ecclesie non fuit archè obligat Christianos, quàm archè olim obligabantur Iudæi in lege vereri: intelligendum ergo est, hanc exceptionem actionum preparationis ciborum includam esse intrinsicè in ipso præcepto obseruationis festorum, quasi dicat Ecclesia: Opus non facietis seruile in diebus festis, exceptis iis quæ inseruiunt ad preparationes ciborum, & ad versitionis, seu munditiæ culinæ, & habitacionis, si opus fuerit eam mundare: nam hanc exceptionem voluit Ecclesia addere in suo præcepto, vt optimè notauit Soar. allegatus, vt sic etiam hoc præceptum de sanctificandis festis à præcepto Iudæorum distingueret, de iisdem festis sanctificandis. Quia verò huiusmodi exceptio non tam expressè inuenitur in ipso præcepto; idè plerunque Doctores dicunt, consuetudinem fecisse huiusmodi actiones licitas, & non prohibitas. Et idem dicendum est de actionibus lauandi pedes, imò & totum corpus, vt diximus num. 9.

20.

Fuit etiam hæc consuetudo postea aucta ad preparationem ciborum artificialium, quæ etiam hodie licet, per huiusmodi consuetudinem; sicut etiam licita sunt actiones colligendi fructus eisdem diebus festis, vt gustui suauiores sint, & actiones excoriantis, occidendi que animalia, quæ possunt excusari ratione necessitatis occurrentis. Quæ tamen actiones non sunt amplianda, sed restringenda; ac coarctanda ad eas res, quæ præcedenti die preparari non possunt: & ita regulariter non licet panes coquere; quia potest hoc commodissimè die præcedenti fieri: vbi autem id fieri non potuit propter multitudinem familiarum, vel propter occurrentiam multorum dierum festorum, tunc eo die festo preparari possunt panes, sicut & alij cibi, vt optimè animaduertit Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 21. num. 4.

Soarius.

21.

Dubitari non potest de actu bellandi, an sit seruilis, & prohibitus die festo, siue iustum bellum sit, siue iniustum: hoc enim non variat rationem prohibitionis, sicut non variat intentio mercedis, vel non mercedis. Et videbitur alicui dicendum, non esse opus seruorum, sed ingenuorum hominum; vt ex usu constat, & ex estimatione omnium: & sumitur ex Arist. 2. Politicorū, c. 7. vbi dicit, vt itam militarem continere multas viuites. Secundo, quia militia, & studium, vt Iurisperiti dicunt, ingenuitate comparantur, & studium non est opus prohibitum, vt iam probauimus n. 3. & patet ex l. *Aduocati*, C. de aduocatione *diuersorum Iudic.* & ex Panormit. in cap. 1. de feriis, num. 4. & ex l. *Dimis*, ff. de feriis, vbi dicitur, eas, quæ ad militiam pertinent, diebus festis esse peragenda. Vbi Glossa id nõrãt in l. *Omnes Iudices*, C. de feriis. Et confirmatur quia, si militare, esset prohibitum in festis, etiam rixari & pugnare erit speciale peccatum in die festo, & multò magis pugnare in priuato duello: consequens videtur falsum: quia non magis hoc peccatum habet specialem malitiam ex circumstantia temporis festi, quàm alia peccata: ergo, &c.

Arist.

Panormit.

Glossa.

22.

Dicendum nihilominus esse arbitror, opus actualis militia de se esse seruile, & prohibitum diebus festis. Loquitur cum doctissimo Soario tom. 1. de Relig. lib. 2. c. 28. num. 7. de opere ipso, quòd executionem, actumque pugnandi: nam regere & gubernare militiam, opus liberale est; quia est potius opus mentis, & iudicij, quàm corporis: at ipse actualis pugne congressus, opus seruile esse videtur. Probatur: quia ars militaris inter mechanicas reputatur, vt constat ex Dialectica; & non est dubium, artifices artis digladiatorie, magistròsque, mechanicos

Soarius.

chanicos esse, vt idem Soar. loco citato docet, & iam inde patet non esse dubium, opus digladiandi, opus esse corporale, mechanicum, & prohibitum. Consuetudo tamen hunc actum fecit iam licitum: addiunt enim iuuenes artem digladiandi diebus Dominicis ac festiuis, videntibus ac consentientibus Prælati ac Pastoribus. Deinde, quia ob necessitatem poterit actus pugnandi esse licitus, vt patet ex cap. *Quod non licet*, de regul. iuris; in 6. vbi inter ea, quæ non licent in die festo, ponitur militare, nisi ob necessitatem.

23.

Est tamen duplex bellum, alterum aggressiuum, alterum defensiuum: defensiuum de se est licitum in diebus festis, ratione necessitatis, & de hac militia loquitur lex, *Omnes Iudices*, C. de feriis, & l. *Diuisi*, ff. de feriis, vt sentit cum Antonio Abbas in dicto cap. 1. de feriis. Bellum autem aggressiuum ordinariè non licet in diebus festis: sed per epicheiam; vt aiunt, licebit in bello iusto, si fe offerat bona occasio comparandi victoriam, quæ semel amissa non solet amplius redire. Et ita cum proportione respondendum est ad confirmationem de priuato duello & rixa: vel enim est aggressiua, vel defensiua: defensiua licet ob epicheiam; offensiuua non licet, nisi forte ex consuetudine.

C A P V T XII.

De operibus iudicialibus, mercatu, & opere placito, ac aliis operibus prohibitis in die festo de iure Ecclesiastico.

S V M M A R I V M.

- Opera, qua iure Ecclesiastico prohibentur diebus festis ad duo genera reuocantur, ad mercatum, & actiones forenses. num. 1.
- Causa, ob quas huiusmodi opera prohibeantur, numero 2.
- Mercatus si fiant diebus festis, illiciti de iure sunt: actiones verò iudiciales, & illicitæ, & inualidæ, num. 3.
- Quorũ sint genera mercatum. num. 4.
- Nundine annuales, aut mensuræ, directe sunt prohibita: consuetudo tamen fecit iam licitas. ibid.
- Refellitur opinio illorum, qui dicebant, nulla consuetudine fieri posse licitè huiusmodi nundinas, ac impugnantur. num. 5.
- Consuetudo facere non potest, vt Missa licitè omittatur, nisi alia causa legitimè excusans accedat. num. 6.
- Nundine hebdomadaria etiam de iure sunt illicitæ: consuetudine verò licita. num. 7.
- Emptiones, & venditiones quotidiana, quæ appertis officinis fiunt, prohibentur sub mortali diebus festis. num. 8.
- Fallis in necessariis ad victum quotidianum. ibid.
- Et in iis, quæ exiguo tempore venduntur, vt in oleribus, calcæis, &c. ibid.
- Quid sit opus placitum. num. 9.
- Sunt omnes actiones iudiciales. ibid.
- Quæ persona iudiciales teneantur seruare dies festos. num. 10.
- Quæ partes integrantes iudicium forense illicitæ, & inualidæ sint diebus festis ac feriatis. num. 11.
- In quibus casibus valeant iudiciales actus diebus feriatis, vtroque feriarum genere. num. 12.
- Valent pro pace, pro pietate, pro necessitate pauperum. ibid.
- Non possunt Iudices procedere, nec decretum dare in

alienatione rerum maioris in die feriata numero 13.

Omnes actus voluntaria iurisdictionis, vt emancipare, adoptare, libertate seruos donare, testamenta conficere, & instrumenta libertatis, licitè & validè fieri possunt, vtroque feriarum genere. num. 14.

Quid si Iudex expiraturus sit, & iustitia in alio Iudice peritura. num. 15.

Sententia excommunicationis licitè & validè feritur diebus feriatis. num. 15.

Debitor suspectus de fuga licitè capi potest iisdem diebus. num. 15.

Si mos fuerit in aliquo regno, aut prouincia, vt actus iudiciales valeant diebus festis ac feriatis, valebunt, vt sit in regno Neapolitano. num. 15. §. Si tamen.

Opera iure Ecclesiastico prohibita diebus festis quæ tamen de se nõ sunt seruilia; cum nec sint mechanica, nec ad seruos tantum spectent, ad duo genera reuocantur, & idè duo actionum genera principaliter prohibentur iure Ecclesiastico diebus festis, scilicet, mercatus, & fori. Constat ex cap. 1. de feriis, & ex cap. vltimo, eodem titulo, vbi interdicitur mercatus, & opus placitum, & omnia, quæ ad iudicium contentiosum spectant, sub nomine strepitus iudicialis, sub quo nomine, vt passim notant Doctores, & præcipuè Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. n. 1. pag. 393. col. 1. placitum, seu iudicium ad mortem, vel ad pœnam intelligitur; & in Concilio Maticensi l. 1. cap. 1. actiones iudiciales etiam prohibentur, ibi: *Nullus vestrum litium somitis vacet, nullas causarum actiones exerceat.* In Concilio verò Turonensi cap. 40. mercatus & placitum interdicitur. Vnde constat, iure Ecclesiastico duo genera actionum interdici, mercatus, scilicet, & fori, seu iudicij. Consonat verò hæc prohibitio iuri ciuili, tam antiquo, quàm nouiori; nam in l. vltima, ff. de feriis, dicitur, ferias dare vacationem à negotiis forensibus: nomine autem negotiorum forensium intelliguntur omnes actiones ad iudicium spectantes, vt explicat ibi Glossa, quæ etiam prohibentur in C. de feriis, l. 1. 2. 3. & vltima.

Soar.

2.

Causæ autem, ob quas huiusmodi duo genera actionum, mercatus, scilicet, & iudicij, interdicitur, vtroque iure, Ecclesiastico, & ciuili, iustissimæ sunt: prohibentur enim propter iurgia, dissensiones, distractionesque, quas secum afferunt, & magno sunt impedimento ad vacandum Deo; & rebus diuinis diebus festis; & quia per se pertrahunt ad peccatum, vt notauit Panormit. in cap. vltimo, de feriis, & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. n. 1. fine, pag. 393. col. 2. Syl. verbo, *Dominica*, q. 5. & alij passim. Vide infra c. 13. n. 7.

Panorm. Soarius. Syluest.

3.

Primum ergo opus, quod prohibetur, est mercatus. Et si vim iuris attendamus, nomine mercatus, vt notat Soar. allegatus num. 2. omnes interdicitur contractus, emptiones, venditiones, locationes, permutationes, &c. quæ quidem de se, si diebus festis fiant, validæ sunt, at illicitæ. Actiones verò, & actus iudiciales, & illiciti & inualidi sunt, si iisdem diebus fiant: nam lex prohibens contractus, non illos irritat, vt patet ex cap. 1. de feriis: lex verò prohibens actus iudiciales, illos irritat, & cassat. Hos tamen contractus consuetudo fecit iam licitos, non autem actus iudiciales, vt infra videbimus num. 4. Ita docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 30. num. 2. Ioannes Andr. & Panorm. in cap. vltimo, de feriis. Syluest. verbo, *Dominica*, q. 3. Panorm. fine, Toletus lib. 4. Summæ, cap. 24. à num. 4. Nau. in Manuali Lat. c. 13. num. 13. & 8. vbi dicit, peccare Iudicem, si aliquid præcipiat spectans ad iudicium forense:

Soar. Ioan. Andr. Syluest. Tolet. Nauarr.

forensis: unde, si peccat, idem peccat, quia aliquid iubet contra legem canonicam irritantem ac prohibentem talem actum forensis, ac proinde actus ipse manet illicitus, & ipso facto irritus, ut videbitur c. 13. n. 17. ad quem locum te remittimus.

4. Sunt autem tria genera mercatum. Primum, nundinae publicae, quae semel, bis, aut ter in anno, magno hominum concursu fiunt ad certum locum: & haec nundinae directe prohibentur, & iure sunt illicitae; quia prohibita: consuetudo tamen fecit illas iam licitas; videmus enim huiusmodi nundinas fieri diebus festis, non solum quando contingit, dies festos coniungi cum diebus nundinarum; sed etiam directa intentione festum designando ad praedictas nundinas, ut celebriores fiant. Et quod iam ob consuetudinem sunt licitae, docet Nau. in Manuali Lat. cap. 13. num. 8. Tolerus in Summa lib. 4. cap. 24. n. 4. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 3. Caietanus 2.2. q. 122. a. 4. Et ratio est clara: quia tota observatio festorum, & quaedam electionem dici, & quoad tempus 24. horarum, est de lege humana, & iure ecclesiastico, ut late probauimus c. 1. n. 2. potest autem consuetudo moderari ea, quae sunt de iure humano, sicut & tollere omnino, argumento capitis finalis, de consuetudine. Praeterea in his nundinis possunt inueniri aliquae rationes cohonestantes consuetudinem illarum. Prima est, publica necessitas: solent enim fieri nundinae in diebus festis interdum, ut rusticant, & pauperes homines illas adeant, cum non possint in profestis operas suas deferere. Secunda est, pietas: fiunt enim aliquando nundinae die festo in aliquo loco, quia eo die solet multitudo populorum illuc conuenire causa pietatis; & tunc, ne cogantur illuc iterum redire, vel ibidem detineri, cum magno dispendio, nundinae celebrantur. Nam propter alias rationes ipsum actum cohonestantes fecit eadem consuetudo celebrationem contractuum iam licitam: solent enim bona mortuorum, & orphanorum publice diebus festis sub hasta vendi; beneficia, res ecclesiasticae, & Ecclesiarum prouentus ad locationem proponi sub praenotio; operarij conduci a praedio; quae communiter tolerantur a Pastoribus, & idem consuetudine sunt licita, ut docet Soarius citatus tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 3.

5. Neque obstat Hostiensis, & Abbas in cap. 1. de feriis, dum aiunt, nulla consuetudine reddi posse licitos huiusmodi mercatus publicos nundinarum. Et fundamentum illorum est: quia, licet mercari absolute peccatum morale non sit, est tamen ex genere actionum, quae ad peccatum mortale trahunt: vix enim inter ementes, & vendentes, non dabitur peccatum aliquod, ut de se patet, & habetur in cap. Qualitas. de poenit. dist. 5. & propter hanc causam specialiter prohiberi dicunt huiusmodi, mercatus diebus festis: deinde, quia multum distrahunt animum a diuinis, ad quae destinantur festa, & idem censent huiusmodi Doctores, has consuetudines esse tanquam iniquas, & irrationabiles explodendas, & ad summum excusari posse ab exteriori poena non a culpa. Hoc tamen fundamentum parum conuincit, cum illud non obstat, quominus huiusmodi mercatus exercentur licite aliis temporibus, & diebus profestis: ergo nec obstat, quominus in diebus festis licite fiant, si in illis specialiter non prohibeantur: vbi autem consuetudo praualuit, iam cessauit prohibitio. Deinde, quia illa ratio pertinet ad motiuium Legislatoris; non tamen facit materiam legis ita iniquam, & necessariam, ut contra illam non possit praualere consuetudo, ut optime notauit Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 4. col. 2. pag. 394. Si ergo consuetudo contraria potest festum omnino tollere, quo-

Nauarr. Tol. Soarez. Caietan.

Soar.

Soar.

modo non poterit minuere illud, ita ut in illo sint huiusmodi mercatus nundinarum liciti?

6. Obseruandum tamen est, nunquam istam consuetudinem potuisse ita introduci, ut Missa licite omitti possit, absque speciali necessitate excusante: & sic sine dubio tenendum est, peccare lethaliter illos, qui his diebus Missam non audiunt, nisi aliunde iuste excusentur. Sic docet Soar. dicto tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 4. fine, pag. 394. col. 2. Nau. in Manuali Lat. cap. 13. num. 8. Tolerus lib. 4. cap. 24. num. 4. Syl. verbo, Dominica, num. 4. versu, Hic tamen, vbi dicit, nulla consuetudine rationabili posse homines reddi inhabiles ad Missam audiendam. Dices: Consuetudo potest tollere omnino totum festum, tollendo Missam simul; ergo potest tollere Missam, manendo festum: si enim potest tollere totum festum, etiam potest minuere illud, quoad obligationem Missae, cum eiusdem sit potestatis, tollere, & minuere? Respondeo, non valere consequentiam: nam consuetudo potest facere de die festo non festum, & per subtractionem materiae, tollere obligationem Missae; quauis non possit efficere, ut manent festo, obligatio tollatur Missae: similiter potest facere, ut aliqua actio seruilis licita sit, in die festo, manente eodem festo: & sicut potest facere, ut opus de se non seruile, prohibitum tamen iure humano, sit licitum, ut mercatus nundinarum; ita potest efficere, ut religiosus cultus Dei, consistens in cessatione omnium operum seruiliu, sit etiam de iure humano, aut de iure diuino positum, & caeremoniali, non naturali: poterat enim Deus ponere hunc cultum in cessatione huius porius operis seruili, quam alterius; aut in cessatione aliquorum, non omnium; aut in aliis rebus, non in cessatione operum seruiliu, ut late probauimus cap. 1. num. 2. & docet egregie Soar. tom. 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 1. num. 10. fol. 269.

7. Ad secundum genus mercatus pertinent illae nundinae, quae fiunt singulis hebdomadis in singulis urbibus, oppidis, pagis, &c. in aliquo certo die; quae etiam, spectato iure, non licent in die festo, cum facile transferri possint in alium diem non festum, nisi tamen consuetudo aliter obtineat. Ita Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 5. pag. 394. col. 2. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 13. n. 8. Tolerus lib. 4. Summa, cap. 24. num. 4. Syluest. verbo, Dominica, quaest. 5. Caietanus in Summa, verbo, In festo licita, & alij. Et fundamentum est idem, quod superius: nam consuetudo potest tollere, & minuere ea, quae sunt de iure humano. Deinde, huiusmodi nundinae mensurae, aut hebdomadarum fieri possunt in die festo in gratiam emptorum, vel quia fortasse sunt rustici, & peregrini, qui alio die adesse huic urbi non possunt: interdum etiam in gratiam venditorum, qui alio die non possunt vendere ex defectu ementium: quae omnia, generaliter spectata, ad publicam utilitatem pertinent: his tamen non obstantibus, lex canonica obligabit, nisi consuetudo aliter obtineat, ut diximus.

8. Ad tertium genus mercatus spectant emptioes, & venditiones quotidianae, apertis officinis, quae directe etiam inrederuntur iure canonico. Et hoc genus est in viridi obseruantia: unde peccant mortaliter, qui vendunt, aut emunt die festo, multum temporis consumendo in his emptioibus: non tamen si exiguum, ut in vendendis, emendis que candidis, & aliis esculentis, & poculentis, quibus de pretio non est conueniendum; quia iam estimatum est, & citò fit. Ita Nauarrus dicto capite 13. num. 8. Syluest. verbo, Dominica, quaest. 5. initio, vbi etiam excusat verentes domos diebus festis, cum huiusmodi actiones, & breues sint, & non multum auocent a rebus diuinis. Imò Caietanus 2.2. quaest. 122. art.

Soar. Nauarr. Tol. Syluest.

Soar.

7.

Soarius. Nauarr. Tol. Syl. Caieta.

8.

Nauarr. Syluest.

Caietan. art.

9. Soarius. art. 4. ait, nunquam fuisse prohibitum emere in die festo necessaria ad victum, & potu illius diei: quod sentit verum Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. num. 2. pag. 393. col. 2. in his tantum rebus, quae ante illum diem commodè emi non poterunt, aut quado moralis necessitas occurrit, quod iudicio prudentis committitur; quae tamen facile vitari possunt, vitanda sunt, inquit Soarius, nisi propter leuitatem materiae, & communem usum ac consuetudinem excusentur ementes & vendentes. Sic propter huiusmodi usum ac consuetudinem iam non est peccatum mortale emere & vendere artocreatas, & res leuiore, olera, scilicet, & condimenta; quia solent mercenarij artifices ea vendere, videntibus, & non repugnantibus Ecclesiae Pastoribus. Similiter non erit peccatum mortale, vendere calceos, & alia huiusmodi, cum passim etiam haec venditio toleretur, & publice fiat. Ita docet Soarius hic citatus n. 3. imò forte nec veniale, cum haec & necessaria sint, & modico tempore id fiat; & potest haec consuetudo tolerari propter rusticos, qui non possunt commodè aliis diebus ad urbem venire, quin suas operas deferant cum magno sui detrimento.

9. Placitum quid sit. Soarius. Secundum genus operum, quod prohibetur iure canonico diebus festis, est opus placitum, seu iudicium forensis: significantur enim in iure canonico nomine operis placiti, omnes actiones constituentes forensis iudicium: nam, ut optime notat Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 19. num. 8. pag. 395. col. 2. extra sacros Canones nullibi nomine operis placiti, actiones forenses significantur. Proprie enim placitum significare solet electionem voluntatis cum consensu. Vnde etiam obiectum voluntati applicatur, placitum vocatur Genes. 24.

10. Soarius. Tolerus. Nauarr. Caietan. In domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius, quocquam loqui. Significat etiam mentis decretum: sic sententiae Philosophorum, & Medicorum, placita appellantur: & hoc etiam modo, quae decreta sunt a Deo, vel a Principe, vel Senatu, placita dicuntur Prouerbiorum 10. Labia iusta considerant placita, & os impiorum peruersa. Terminus etiam constitutus ad aliquid definiendum, placitum dicitur, 2. Regum 20. Moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex. Quia ergo ordinariè in forensi iudicio iuxta voluntatem & arbitrium iudicis, legibus & iure regulatur, vel terminus dierum ad comparandum constituitur, vel decreta & sententiae proferuntur; idem tota cognitio forensis causae, & tractatio, nomine placiti, iure canonico significatur, ut patet ex c. 1. de feriis 15. quaest. 4. ibi: His diebus, nec placitum fiat, neque aliquis ad mortem, vel ad poenam iudicetur, nec sacramenta, id est, iuramenta, praestentur: Et cap. ultimo, de feriis, magis hoc declaratur: ita enim ibi: Debet iudicialis strepitus diebus conuiescere feriariis, quod ob reuerentiam Dei noscitur esse statui. Et postea: Vt nec habeatur processus, nec feratur sententia. Quibus verbis ea omnia prohibentur clare, quae ad formationem processus, & ad prolationem sententiae, requiruntur: & sic omne opus iudiciale, civile, & criminale, sub nomine placiti interdicitur, ut notat Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 29. n. 8. pag. 395. col. 2. Tolerus lib. 4. Summa, cap. 24. n. 5. Nauarr. in Manuali Lat. n. 13. cap. 13. Caietanus 2.2. quaest. 122. art. 4. & alij passim.

10. In forensi ergo iudicio multae inueniuntur personae illud constituentes; Index, scilicet, & partes, videlicet, actor, & reus, testes, tabellio, Aduocatus, & si qui sunt alij iudicij ministri. Omnes istiusmodi homines tenentur seruare legem dierum festorum, quoad actiones forenses, ut optime declaratur in l. vltima, C. de feriis, & similiter singuli gaudent feriatione, & indulgentia diei festi, etiam aliis onerosa P. Steph. Fagundes in quinq. praec. Eccl.

esse videatur; quia lex indifferenter & generaliter loquitur, ut optime animaduertit Soarez citatus numero precedentis, sine, num. 6.

Partes igitur iudicij forensis tres sunt: inchoatio causae, quae a citatione incipit; formatio processus; & terminus iudicij, seu prolatio sententiae: & haec omnes, non solum iure prohibentur, sed etiam irritantur ipso iure & facto, si diebus festis fiant: nam in cap. vltimo de feriis, expressè dicitur: Nec processus habitus teneat, nec sententia, quae verba clara sunt, quae illa, quae habentur iure ciuili l. vlt. in die, C. de feriis, si ne: Quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritetur. Nam ex vi verbi, irritetur, dubitare quis poterat, an esset irritum ipso facto, an irritandum: ius autem canonicum expressè declarauit, totum esse ipso facto irritum, quia non tenet. Eundem tamen fuisse sensum legis ciuilis existimo: nam verba illa, Omnibus modis irritetur, irrationem ipsius actus ipso facto ostendunt: & quauis non ostendant, iam ius ciuile emendatum est per ius canonicum. Et verò, quod omnes actus iudiciales in die festo ipso facto sunt nulli ac cassi, docet etiam Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 30. n. 1. fol. 397. Maranta part. 4. ord. iud. dist. 16. n. 8. l. fol. 232. col. 1. fine. Specul. tit. de citatione, §. 1. col. 7. vers. Item excipitur, quod facta est, & titulo, de feriis, §. finali, vbi docet, nec de consensu partium esse actus validos iudiciales, ac forenses, si die festo fiant. Et idem docent Abbas, cap. vltimo, de feriis, col. 4. verbo, Sed quare, & Bar. Bartolus, tol. in lege, Si feriat, ff. de arbitris, & Baldus in l. 1. Baldus. C. de feriis, & Tolerus lib. 4. Summa, cap. 24. n. 5. Tabiena, vbi egregie docet, non posse partes renuntiare huiusmodi feriis introductis in honorem Dei, & citat praedictum caput, Conquestus, quod est vltimum, de feriis, a nobis allegatum.

Valent tamen actus iudiciales facti de consensu partium in feriis ruralibus introductis propter collectionem fructuum, ut notat Maranta citatus n. 83. Syluester, Tabiena, & Soarius hic allegatus: & haec est distinctio quoad actus iudiciales inter ferias rurales, & ferias introductas in honorem Dei, die-rumque festorum, quod actus forenses in illis facti, ac gesti non valeant, nec de consensu partium: actus vero in istis facti valeant tantum de consensu partium, alias non. Et ratio est: quia rurales feriae sunt introductae in fauorem hominum propter collectionem fructuum, & vnusquisque potest renuntiare fauori sibi concessio; feriae vero dierum festorum non sunt introductae in fauorem hominum, sed in fauorem Dei, & ideo non possunt illis litigantes renuntiare. Et verò extra hunc consensum partium non valere forenses actus gestos in feriis ruralibus, docet Robertus Maranta egregie parte 6. de ordin. iudic. vbi de actorum edition. fol. 430. colum. 2. num. 36.

12. Sunt tamen nihilominus nonnulli casus, in quibus & valent, & liciti sunt actus iudiciales, si in vtriusque feriis gerantur, hoc est, tam in feriis hominum, quam Dei, qui a Doct. tribus passim pro limitatione illius regulae generalis, quod non valeant forenses actus, nec liciti sunt, si in diebus gerantur festis, afferuntur. Valent enim, & liciti sunt huiusmodi actus, etiam si fiant in feriis introductis in honorem Dei: si fiant pro pace publica, pro pietate, pro necessitate urgente, & requirente celebritatem iudicij. Ita Tolerus lib. 4. Summa, cap. 24. n. 5. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 13. num. 13. Maranta 6. part. ord. iud. vbi de actorum edit. fol. 431. col. 1. num. 41. & patet ex l. 1. & 2. ff. de feriis. Sic belli tempore, si necessitas urgeat, potest ferri sententia, & licite, & valide diebus festis, ut docet Tolerus citatus. Et contra furem insignem ferri potest licite sententia, E & vali

11.

Soarius. Marant. Speculator

Abbas. Bar. Bartolus. Baldus. Tabiena. Syluest.

Marant.

12.

Tolerus. Nauarr. Marant.

& validè die festo; & in cruce suspendi, si necessitas urgeat, & timeatur illius evasio, ac fuga, l. Prouinciarum, & ibi Bart. & Baldus, C. de feriis, Maranta citatus 6. part. ord. iud. vbi de act. edit. fol. 430. col. 2. n. 38. Item, si loquamur de feriis rusticis, causa messium introductis, si sententia fuit lata ante has ferias, potest mandari executioni ipsi feriis, etiam repugnantibus, & contradicentibus ipsi partibus: vt probat egregiè Tabiena verbo, Ferias, num. 2. & idem tenet Maranta citatus num. 47. fol. 131. quauis non dicat, contradicentibus partibus. Similiter etiam fieri possunt actus iudiciales, & ferri sententia, & examinari testes diebus festis, ac aliis feriis introductis in honorem hominum, si ex eo, quòd id tunc non fiat, peribit iustitia. Sic docet Maranta 6. part. ord. iudic. vbi de act. edit. fol. 431. col. 1. n. 31. & patet ex l. 1. & 2. ff. de feriis. Toletus allegatus lib. 4. Summa, cap. 24. Tabiena dicto verbo, Ferias, n. 2. Item, licitè & validè audiri possunt à Iudice litigantes diebus festis, quando sunt pauperes, & de longinquo veniunt. Nauar. in Man. Lat. c. 13. num. 13. Toletus citatus, Tabiena loco allegato, & alij. Licitè etiam & validè tabelliones scribere possunt, restes excipere, & actus conficere forenses, ob pietatem & paupertatem partium diebus festis: quia alio tempore testes, & personæ requisitæ commodè haberi non possunt. Toletus citatus. Nauar. etiam allegatus. Caietanus 2. 2. quaest. 122. art. 4. & id etiam procedit in causis illorum, qui sunt in vincula detrusi, vt specialiter norat Maranta 6. part. ordin. iudic. vbi de act. edit. num. 48. fol. 431. col. 1. & patet ex l. Dies, ff. de feriis, & ibi Alexan. & habetur etiam in l. Custodias, ff. de publicat. iudic.

Maranta. Toletus.

Cajet.

13.

Maranta.

14.

Syluest. Marant.

Speculat. Abbas.

Soarius.

15.

Maranta.

Non possunt tamen procedere Iudices, nec alij iustitiæ ministri in alienatione rerum minoris, nec decretum ponere die feriata; nec est validum, si ponatur: Sic docet Maranta 6. p. ord. iud. vbi de act. edit. fol. 431. col. 1. num. 4. Specul. in titulo de feriis, §. Sequitur, fine.

Omnes etiam actus voluntariæ iurisdictionis possunt licitè & validè exerceri diebus feriatis vtroque feriatarum genere, vt est emancipare, adoptare, libertatem seruis concedere, tutores pupillorum constituere ac dare, celebrare contractus, testamenta conficere, & instrumenta libertatis. Ita Syl. verbo, Dominica, quaest. 3. n. 5. Robertus Maranta 6. part. ordinis iud. vbi de actorum edit. fol. 430. col. 2. n. 39. Speculator in titulo de feriis, §. Sequitur, vers. Quid si in feriis, & versu, Porro, & Abbas in c. Conquestus, col. 1. de feriis, & est textus in l. Actus, C. de feriis, & communiter omnes DD. & ita docet etiam Soar. tomo 1. de Relig. l. 2. de diebus fest. c. 30. n. 10. nam in d. l. Actus, C. de feriis, asseritur, posse fieri emancipationes, & manumissiones diebus festis, & super his acta fieri permittuntur. Et efficacius id probatur ex cap. vltimo de feriis, vbi solum iudiciales strepitus prohibentur, & quæ ad illos pertinent: dicitur autem esse iudicialis strepitus, vbi causa est contentiosa, & litigiosa, & vbi quaestiones, & iurgia tractantur, vt ibidem significatur; & ea, quæ sunt iurisdictionis voluntaria, vt manumissiones, dispensationes, indulgentiæ, emancipare, adoptare, priuilegia concedere, & alia similia, quæ non sunt cum strepitu iudiciali, nec ad forum contentiosum spectant.

Item, quando iurisdictionis Iudicis esset expiratura, & iustitia in alio Iudice periret, iuxta ea, quæ diximus, n. 12. vers. Similiter, Et sententia excommunicationis ferri etiam potest licitè & validè diebus feriatis, ac festiuis, & publicari. Maranta part. 6. ord. iudic. num. 46. fol. 431. Speculator in titulo de feriis, §. Sequitur, vers. Porro ea. Et Federicus de Senis consil. 111. Potest etiam debitor suspectus de fuga licitè capi ac comprehendi in die feriato,

etiam ad honorem Dei. Glossa singularis in l. finali, C. de feriis. Abbas, & communiter Doctores in l. Feriatis, eodem titulo. Iason in l. 2. col. 6. in principi. Iason. pio, ff. de iuris. omn. iud. Robertus Maranta 6. part. Marant. ordinis iudic. fol. 431. vbi de act. edit. num. 41. col. 1.

Si tamen mos fuerit, ac consuetudo, vt in aliquo regno, ac prouincia, valeant actus iudiciales, ac forenses in diebus feriatis gestii; ea consuetudo obseruanda, & tenenda erit, cum huiusmodi feriae de iure humano sint, & consuetudo potest ius humanum rollere, & imminuere, vt sapè diximus. Sic in regno Neapolitano hodie nullæ sunt messium, & vindemiarum feriae: quia per consuetudinem totius regni sublatae sunt, vt refert idem Maranta citatus fol. 431. num. 49. & valent actus iudicij in iis locis facti. Reliqua, quæ defunt, sequenti capite inuenientur: nam materiam huius capitis diuisimus, quia iam multum excurrerat.

C A P V T XIII.

Utrum citatio fieri possit in die festo, & testes examinari, ferri sententia, & fieri processus extra causam pietatis, necessitatis, & paupertatis.

S V M M A R I V M.

Citatio facta in die feriato ad honorem Dei non valet. num. 1.

Idem de commissione Iudicis expedita in die festo. ibid.

Citatio facta pro die festo, id est, vt pars respondeat coram Iudice in die festo, est nulla, & peccaminosa. num. 2.

Quid si citatio fiat pro decimo, vel duodecimo die mensis, vel hebdomadis, vel si Iudex dicat: Do tibi terminum duodecim, vel tredecim dierum, vt coram me compareas, & vltimus dies termini sit festus. Prima opinio docet, valere citationem, & teneri partem comparere die sequenti. num. 3. Et remissum ad numerum 5.

Si intra illos dies termini assignati vnus, vel plures dies termini sint festiui, ad hinc tenetur pars comparere vltimo die assignato, si vltimus non sit festiuus. n. 4. Secunda opinio docet, non valere citationem, quando dantur dies certi pro termino, v. c. 12. vel 13. si vltimus festiuus sit, & non teneri partem citatam comparere die proximè sequenti. num. 6. Reicitur hac opinio, & approbatur prima numero tertio posita. num. 6.

Quid si Iudex dicat: Praecipio tibi, vt compareas coram me decimo die praesentis mensis, & contingat illum esse festum. num. 7.

Quidam dicunt non valere, alij melius valere. ibid. versu. Sed reuerà existimo.

Limitanda sunt omnia, nisi citatio fieret pro tali causa, quæ etiam die feriata agi possit, quia tunc valeret huiusmodi citatio. num. 8.

Quæ sit illa causa. ibid.

Remissum ad caput duodecimum. num. 12.

Quid si Iudex in vno loco sit, & pars in alio, & terminus praescriptus ad comparandum sit in loco Iudicis dies solutus, & in loco partis dies festus. num. 9.

Quid è contrà. ibid.

Actus iudiciales, & examinatio testium poterit fieri extra locum Iudicis, modo ibi dies festus non sit, quamuis sit in loco Iudicis, & modo Iudex id in die festo non mandauerit. num. 10.

Az

An valeat citatio facta in die festo, & mandata in die non festo. num. 11. Quid dicendum est, si è contrario mandata sit in die festo, & intimata, seu facta in die non festo. num. 12. Quid si malitia Iudicis ita fiat, vel mero casu. ibid.

1. Errum in primis est, citationem factam in die feriato ad honorem Dei non valere: nec solum non valer citatio eo die facta; sed etiam commissio Iudicis, vt doctè animaduertit Maranta 6. part. ordinis iudic. fol. 322. n. 119. titulo, Vbi rectè concipiatur citatio. Patet ex l. finali, C. de feriis, ibi: Omnis vox Iudicis filere debet tempore feriarum in honorem Dei, & ex l. Ex quacunque, ff. Si quis in ius vocat, non ierit. Azor lib. 1. Institut. moral. part. 2. c. 27. quaest. 15. Panormitan. in cap. Conquestus, de feriis, num. 19. vbi citat pro hac opinione Ioannem Andream, Antonium Butrium, Bartolum, & Calderinum. Dices: In citatione tres actus reperuntur; videlicet, commissio Iudicis ad citationem; ipsa actualis citatio, seu executio commissionis; & processus, qui ex vi citationis fit. Primus, & secundus actus videntur valere, cum sint veluti actus extraiudiciales; vltimus vero non valere, quæ fuit opinio Cyni, quem citat Panormitanus allegatus: dicebat enim Cynus, in citatione tres actus reperiri; commissionem Iudicis, actualem citationem, & processum ex vi talis citationis factum; & primum, & secundum actum valere; vltimum vero non valere. Dicendum tamen est cum Doctoribus allegatis, nullum ex his tribus actibus valere, cum iure prohibeatur citatio; non solum ratione effectus, hoc est, ratione processus; sed etiam ratione sui principij, & originis: nam l. vltima, C. de feriis, dicitur, Taceat apparitio, praconis horrida vox sileat.

Azor. Panorm. Ioan. And. Butrius. Bartol. Calderin.

2. Aduertendum tamen est, citationem vel posse fieri pro die festo, vel ad diem festum, vel in die festo. Si fiat primo modo, est iniusta, seu illicita, & inualida, quia citare aliquem pro die festo, nihil aliud est, quàm citare partem, vt in die festo respondeat, v. c. in Dominica, in die Diui Ioannis, vel alio quocunque festo die; & hæc citatio continet euidenter præceptum illicitum & iniustum; & idè est omninò inualida, quia tunc directè pugnat cum præcepto de obseruatione festi, & idè est irrita, & nulla: & ita docent ferè omnes Doctores Theologi, & iuris vtriusque Interpretes. Ita docet Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 30. num. 3. aliàs 13. pag. 397. col. 2. Azor tomo 2. Institut. moral. lib. 1. cap. 27. quaest. 16. Abbas in cap. vltimo de feriis, num. 21. Bartolus in l. Ex quacunque, ff. Si quis in ius voc. non ierit. col. penultima. Maranta 6. part. ordinis iudic. titulo, Vbi rectè concipiatur citatio, num. 120. col. 1. & 2. & idem tenet Cynus, Ioannes Andreas, Speculator, & Cardinalis, quos refert, ac sequitur Azor loco allegato: sed loca non allegat; hoc tamen dicunt in capite vltimo, de feriis.

Soarius. Azor. Abbas. Bartol. Marant. Cynus. Ioan. And. Speculat.

3. Maior est dubitatio, si citatio fiat pro tali die mensis, vel hebdomadis, v. c. pro decimo die mensis, & tunc planè, si Iudex dicat: Do tibi terminum quindecim dierum, aut decem, septè mve, vt coram me compareas, tunc quidem bipartita est opinio: nam, quidam dicunt valere, & licitam esse huiusmodi citationem, & teneri comparere partem citatam die proximè sequenti, & non antè, si contingat vltimum illum diem termini praescripti, diem festum esse. Ita docet Maranta 6. part. ord. iudic. titulo, Rectè concipiatur citatio, fol. 322. n. 120. prope finem, Baldus in l. Ex quacunque, ff. Si quis in ius vocatus non ierit, col. penult. ex l. 2. §. Illud, C. de temp. appellat. & in cap. Cum dilecti, de dolo, & con-

Marant. Baldus.

tumacia. Innocentius in cap. vltimo, de feriis, & Immo. Soarius tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, Soarius. cap. 30. num. 3. pag. 397. & 398. Fundamentum est: quia tunc Iudex nullum errorem, aut malitiam committit expressè contra diem festum, vt patet ex vi talium verborum; nec praesumenda est praua intentio Iudicis, vbi illa ex verbis ipsis, & circumstantiis non apparet; & saltem, quod ad Theologos spectat, Iudex tunc in verbis non peccat, nec agit contra ipsum festum, vt patet liquiddè ex propria verborum significatione: ex quo manifestè sequitur, huiusmodi citationis actum non esse contra legem: ergo nec per illum irritum factum, sed firmum, ac validum esse, & obligare, pro vt potest, scilicet, ad diem proximè sequentem: quia ante vltimum diem termini non tenebatur pars apparere, cum totus ille terminus sibi datus esset à Iudice, & non teneretur terminum anticipare; nec etiam in vltimo die termini tenebatur apparere, si festiuus dies ille erat: ergo solum apparere tenetur die proximè sequenti, & pro illo die tunc obligat citatio, & apparitio intimata.

Vnde, etiam si intra illos dies assignatos, vnus, vel plures intermedij, sint festiui, & vltimus non festus, tenetur apparere pars citata in vltimo termino praescripto: quia non opus est, vt pro toto tempore & pro singulis partibus termini praescripti, possit quis compelli ad comparandum; sed satis est, quòd intra illud tempus detur sufficiens mora, & terminus habilis ad comparandum: ac proinde, licet vltimus dies termini praescripti sit festiuus, citatio erit valida; quia vel potest praeniri vltimus dies termini assignati, si pars citata voluerit, quamuis ad hoc non teneatur; vel potest apparere die proximè sequenti, ad quod tenetur. Et ita docet Soarius allegatus, & ante illum Ioannes Andreas, & Abbas Ioan. And. ad cap. vltimum, de feriis. Modò tamen nostri Iudices ad euitanda hæc incommoda, & vt has ambiguitates fugiant, semper apparitionem, & citationem intimare iubent pro prima audientia sequenti, quæ cum non nisi in die solato fiat, sic omnibus incommodis occurritur, & omnes iuris perplexitates tolluntur, vt patet.

Quamobrem firmum maneat & statutum, teneri partem citatam apparere die proximè sequenti, quando vltimus dies termini praescripti incidit in diem festum: & ita praxis obrinet: quia, vt diximus, non tenebatur terminum anticipare: potest tamen, si velit, cum quisque possit renunciare favori sibi dato, & totus ille terminus in fauorem partis assignatus fuerit.

Sunt tamen aliqui Doctores, qui in alia opinione doceant, quando dantur certi aliqui dies pro termino, v. c. octo, aut decem, si vltimus sit festiuus, non valere citationem, nec teneri partem citatam comparere die proximè sequenti; ac proinde teneri Iudicem aliam citationem denudè expedire, argumento Inst. de verb. obligatione, §. Loca. Et sic tenent nonnulli, quos citat, sed non sequitur, Robertus Maranta 6. parte ordinis iudic. titulo, Rectè concipiatur citatio, n. 120. fol. 322. col. 2. Praecipuum fundamentum horum Doctorum est: quia non tenetur pars citata comparere in die vltimo ipsius termini assignati, vt patet, cum dies festus sit: ergo neque die proximè sequenti, cum dies proximè sequens non sit comprehensus in termino assignato: terminus enim claudebatur vltimo die ipsius termini, & per accidens fuit, quòd fuerit feriatus, & in magnam felicitatem partis id contigit: quamobrem necesse est, vt Iudex ad instantiam actoris aliam citationem de nouo expediat, cum iam terminus prioris citationis citra culpam partis citandæ expirauerit. Verùm dicendum est, diem proximè sequentem non fuisse expressè comprehensum in termino assignato; fuisse

Soarius. Ioan. And. Abbas.

52

62

Marant.



tamen comprehensum virtualiter, & ex intentione Iudicis, quæ licet non ita sit verbis explicata, est tamen satis explicata, per communem usum omnium Iudicum, & iudiciorum: est autem usus ipse & praxis, optimus interpretis & legis, & Iudicis præcepti: unde, cum illa citatio nihil aliud sit, quam lex quædam, seu præceptum ipsius Iudicis, bene per usum explicatur. Nam, ut optime notat Soarius dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. n. 3. pag. 397. & 398. legitimus sensus illorum verborum est, ut totum illud tempus, usque ad illos octo dies termini præfixi prorogeretur, & intra illud peccatum non admittat, si non compareat pars: die autem proximè sequenti teneatur comparere, si contingat ultimum diem prædicti termini esse festum. Qui sensus, inquit Soarius, satis usitatus est, & consentaneus verbis Iudicis.

7.

Si autem in citatione Iudex dicat: Præcipio, ut compareas coram me in decima die præsentis mensis, aut in quarta, vel quinta die huius hebdomadis, & contingat, illam diem esse feriatam, existimat Maranta 6. p. ord. iud. titulo, *Releè concipiatur citatio*, fol. 322. n. 120. medio, col. 2. non valere citationem, ac proinde debet etiam existimare esse illicitam & peccaminosam, quia, ut optime notat Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. n. 6. pag. 339. col. 1. & n. 2. pag. 397. col. 2. omnem actum illicitum in hac materia iudicij forensis, necesse est esse etiam nullum & irritum: quia, idèd huiusmodi actus sunt illiciti, quia sunt prohibiti per iustam, ac legitimam legem canonicam illos irritantem; & ex nullo alio capite sunt illiciti, (nam actus iudiciales, forensesque, non sùt feruiles) ergo, si sunt illiciti, quia sunt facti cõtra legem ipso facto illos irritantem, necesse est, ut ipso etiam facto sint irriti. Et verò, quòd ius canonicum illos prohibeat, & ipso facto irritet, patet ex capite vltimo de feriis, ibi: *Omnis iudicialis strepitus diebus conquiescat feriaris, quòd ob reuerentiam Dei noscitur esse statutum.* Et statim: *Nec processus habitus teneat, nec sententia.* Et idipsum docuimus cap. 12. num. 3. & cum Soario idem docet Toletus lib. 4. Summæ, cap. 24. à num. 4.

Maranta.

Soarius.

Toletus.

Fundamentum autem Marantæ est: quia tunc, saltem per relationem ad ipsum diem festum, videtur Iudex velle comprehendere ipsum diem festum, & obligare partem, ut in eo ipso die festo compareat, ac respondeat in iudicio: quod manifestum, & irreuerentiam contra sacros Canones, iustissime prohibentes, & irritantes talem actum strepitus iudicialis ob honorem Dei: est enim citatio, fundamentum totius iudicij, & actus verè iudicialis. Sed reuerà existimo, tunc valere citationem, & esse licitam, & nullum errorem, aut intentionem Iudicis continere, qua velit obligare partes, ut eo ipso die festo compareant: quia, illa relatio ad diem festum, quam existimat Maranta habuisse Iudicem, potius est diuinatio, quam relatio, aut intentio Iudicis volentis comprehendere per eam relationem ipsum diem festum: nec enim debemus præsumere Iudicem habuisse illam præuam intentionem, quando de illa non ita constat. Deinde, quia perinde est dicere: Concedo tibi decem dies, ut coram me compareas, aut, Præcipio tibi, ut intra decem dies coram me compareas, atque dicere: Præcipio tibi, ut in decima, vel octava die huius mensis coram me compareas. Cuius signum est: quia, si in vtroque casu, in quinta, vel sexta die appareat, valebit citatio, cum totum id tempus ad comparandum prorogeretur: unde, si in primo casu valida & licita est citatio, ut probauimus n. 3. cur non valebit etiam in secundo? Et verò, quòd in secundo valeat citatio, docet expressè Bartolus in l. *Ex quacunque*, col. penultima, ff. *Si quis in*

Bartol.

*ius vocat. non ierit*, per l. 2. §. *Illud. C. de tempore appellat.* & in cap. *Cum dilecti*, de dolo & contumacia, vbi dicit teneri in isto secundo casu comparere partem die proximè antecedenti, non sequenti. Verum, id non colligitur ex verbis Iudicis, nec consuetudo ita illa declarauit: quamobrem ego existimo, valere quidem citationem, & non teneri partem tunc comparere die antecedenti, sed die proximè sequenti, iuxta ea, quæ diximus n. 6. & num. 3. cum idem sit dicere? Præcipio, ut compareas coram me in die decimo huius mensis, atque dicere: Præcipio tibi, ut compareas coram me intra decem dies, & in vtroque casu totum illud tempus intermedium ad comparandum prorogeretur, ut consideranti patebit.

Hæc tamen limitanda sunt, nisi citatio fieret pro tali causa, quæ etiam die feriato agi possit in iudicio iuxta ea, quæ diximus cap. 12. num. 12. quæ quidem causæ plures sunt, & latè numerantur l. 2. & 3. ff. *de feriis*, & nonnullas artigitur prædicto n. 12. Non procedit etiam hoc in Principe, iuxta Bartolum in l. *Ex quacunque*, ff. *Si quis in ius vocatus non ierit*, columna finali, & cap. *Quoniam*, de probacionibus, versu, *Citationes*, & Marantam 6. parte de ordine iudicij, n. 122. columna 2. fol. 322. Sed huiusmodi Authores loquuntur de feriis ruralibus, in quo casu id credo verum: non autem de feriis introductis in honorem Dei ob dies festos; in quo casu id verum credere non possum, cum etiam Principes Christiani teneantur dies festos, & ius canonicum obseruare, ut patet.

Potest tamen contingere, ut Iudex sit in vno loco, & pars in alio; & terminus præscriptus à Iudice ad comparandum, in loco partis sit dies festus; in loco verò Iudicis sit dies profestus: vel è contra, in loco partis sit dies profestus, & in loco Iudicis sit dies festus. Et verò in primo casu, quando dies præscriptus ad comparandum in loco partis est dies festus, & in loco Iudicis est dies profestus, teneatur pars comparere in vltimo die termini præscripti, & assignati: nam antè nõ tenetur: sed potest comparere, si voluerit. Et ratio est: quia locus Iudicis semper attendendus est: tum, quia ibi causa tractatur, & iudicium ordinatur: tum, quia Iudex est principalis persona, & quasi caput in hoc negotio, & idèd ratio postulat, ut cæteri illum sequantur; semper enim membra sequuntur caput: tum denique, quia modus ordinandi iudicium semper respicit consuetudinem loci, in quo causa agitur: ac tandem, quia Iudex ipse tenetur, festa loci, in quo adest, obseruare, & consequenter tenetur etiam à forensibus actibus ibi cessare, & non teneri partibus indulgere, ut ipsæ suorum locorum feriis vntur; quia hoc esset maxima iudiciorum dilatio. Ita docet Soarius tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 29. n. 7. Azor tomo 2. Institutionum moral. lib. 1. c. 27. q. 17. Panormitanus in c. vltimo, de feriis, n. 28. vbi docet, hanc communem esse omnium opinionem, quam vsus, & praxis confirmat. Si loquamur de secundo casu, quando, scilicet, in loco partis est dies profestus, & in loco Iudicis dies festus; dicendum est, teneri partes citatas comparere die proximè sequenti, ut probauimus n. 3. & 7. doctrina enim ibi tradita, huius etiam loci propria est: nam, ut diximus, in modo ordinandi iudicij semper attendenda est consuetudo loci, in quo agitur causa, & Iudex est: unde, cum pars non teneatur anticipare terminum præscriptum, & diem assignatum ad comparandum; & in loco Iudicis, in quo causa ordinatur, & agitur, sit dies festus: optimè sequitur, quòd teneatur comparere die proximè sequenti post illum diem festum, ut patet.

Si tamen aliqui actus iudiciales faciendi sunt extra

8.

Marant.

9.

Soarius.

11.

Panormit.

Soarius.

Marant.

Bartolus.

Panorm.

Azor.

tra locum iudicij, ac Iudicis, & licitè, & validè fieri poterunt de mandato Iudicis, si in eo loco, in quo ipsi actus faciendi sunt, dies festus non sit, quauis in loco Iudicis sit: v. c. si testes examinandi sint ex commissione Iudicis, mandatòque in alio loco, vbi testes commorantur, & Iudex non est, poterunt ipsi testes examinari, & iuramentum de sua depositione præstare, quauis ille dies sit festus in loco Iudicis, dummodò festus non sit in loco, vbi testes examinantur, ut eruditè animaduertit Soarius tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 29. n. 7. p. 395. col. 1. & 2. Et ratio esse potest: quia ille actus tunc nec fit in loco Iudicis, vbi erat prohibitus & irritus, nec in loco alio, vbi prohibetur, & irritatur, ac proinde ex nullo capite est prohibitus, aut irritus. Intelligendum tamen hoc est, modò Iudex in die festo præceptum non dederit, ut ille actus fieret in alio loco, vbi festus non erat dies: quia tunc, si eo die dedit, nec licitus, nec validus est huiusmodi actus examinationis, cum actus sit iudicialis, & omnes actus iudiciales prohibeantur, & irritentur in die festo, non solum ratione principij, sed etiam ratione effectus; & quia Iudex nullum actum iudicalem præcipere, aut committere potest in die festo: sic citatio expedita, ac mandata à Iudice in die festo, nulla est, etiam si intimetur parti in die non festo, ut numero sequenti videbimus. Unde, etiam si aduocatus & tabellio in loco alio, vbi festus non est, inquisitionem aliquam faciant, aut instrumenta, valebunt: quia obligatio seruandi diem festum non se extendit ad locum, vbi dies festus non est; & aliudè, id non est contra feriacionem concessam pro illo die in loco, vbi hæc sunt: quòd intelligendum etiam est, ut diximus supra, modò mandatum Iudicis, quo hæc præcipiuntur fieri, expeditum non fuerit in die festo: si enim in die festo expeditum fuerit, omnia erunt irrita, cum Iudex nullum actum iudicalem, ad forensium strepitum pertinentem, mandare possit in die festo, ut est communis omnium doctrina, ut patebit statim num. seq.

Solum restat inquirere, quid dicendum sit, quando citatio fit in die festo, an valeat, & licita sit, de quo est magna contentio inter omnes iuris canonici peritos, ut latè tractat Panormitanus in cap. vltimo, de feriis, num. 19. Et quidem resolutiue dicendum est, citationem esse prohibitam, & idèd nullam, siue procedat à Iudice in die festo, & intimetur partibus die non festo; siue procedat ab eodem Iudice in die non festo, & intimetur partibus die festo, etiam si procedat à Iudice in die festo, pro die non festo, id est, in die Dominico, pro die Lunæ: quocunque enim modo prædicta citatio in die festo fiat, & intimetur partibus, aut procedat à Iudice in eodem die festo, semper est prohibita & inualida, quantumvis id fiat vel ex ignorantia ministri, vel ex malitia Iudicis, qui priuatim malitiosè & cautè citationis mandatum expedit in die festo, ea conditione, ut non fieret nisi in die non festo, Ita docent communiter hodie Auctores, & hoc tenent expressè Soarius tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 30. n. 4. & 5. Maranta 6. parte de ordine iudicij, titulo, *Releè concipiatur citatio*, fol. 332. n. 119. Bartolus in l. *Ex quacunque*, ff. *Si quis in ius vocatus non ierit*. Paulus de Castro consilio 240. volumine 1. Panormitanus in cap. vltimo de feriis, vbi multos allegat. Azor tomo 2. Institutionum moral. lib. 1. cap. 27. quæst. 17. alique passim. Probatur primò: quia in citatione duo possunt considerari: vnum est quasi actio ex parte Iudicis, emanatio, videlicet, seu potius mandatum, & præceptum illius, aliud est quasi passio ex parte subditi, hoc est, intimatio, quam paritur pars, & fieri potest, ut vtrumque fiat in die festo simul: hoc est, præceptum

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Iudicis, & citatio partis, aut alterum tantum, id est, mandatum, & non citatio; aut citatio, & non mandatum; & omnibus his modis actus citationis factus, est nullus & illicitus: in primis enim præceptus Iudicis expeditum in die festo ad citandum aliquem in die non festo, nullum omninò est. Ratio in promptu est: quia citatio, ut à Iudice procedit, est verè actus iudicialis ad strepitum iudicij forensis pertinens, & illa citatio, seu mandatum, ut à Iudice procedit, & expeditur, non fit sine causæ cognitione: debet enim prius Iudex examinare, ac perpendere causam citationis, an iusta, vel iniusta, malitiosa, vel non malitiosa sit: cognitio autem causæ in die festo habita, est prohibita, & irrita: ergo consequenter etiam prohibitum & irritum esse debet mandatum citationis ex parte Iudicis à causæ cognitione procedens: si enim prohibita, & irrita est cognitio causæ citationis, profectò prohibita etiam, & irrita esse debet citatio ipsa ab illa procedès. Patet ex l. vltima, C. *de feriis*, ibi: *Taceat apparitio, præconis horrida vox silat*, id est, taceat citatio, quæ à præcone intimatur ex parte Iudicis reo, ei præcipiens, ut compareat. Horrida vox silat, id est, vox Iudicis, qua præcipit fieri citationem in die feriato, & festo, silat, & nullius momenti sit. Quòd verò ut parti intimetur, etiam nulla & prohibita sit talis citatio, si in die festo illi intimetur, probatur etiam ex eadem lege, ibi: *Taceat apparitio*. Et idem docet etiam Soarius, Azor, Panormitanus, Paulus de Castro, & Maranta Marant. citati: ita enim Maranta ibi: *Et de die feriato in honorem Dei expeditum est, quòd non valeat citatio, nec commissio Iudicis, per textum legis finalis, C. de feriis. Horrida vox silat*. Hæc ille. Vbi vtrumque comprehendit, & citationem, ut à Iudice procedit, & ut parti intimatur. Et ita docet etiam Bartolus allegatus.

Quòd verò etiam sit nulla citatio, quando præceptum, aut commissio illius à Iudice emanauit in die non festo, & facta, atque intimata fuit in die festo, docent omnes Authores citati numero sequenti, & addit Soarius, hoc esse verum, siue fiat ex mandato Iudicis, qui priuatim, & extra iudicium id ordinauit; siue ex ignorantia ministri excoquentis. Et ratio est: quia in cap. vltimo, de feriis, & l. vltima, C. *de feriis*, præcipitur quies à litibus, & strepitu iudiciali, & irritatur quicquid in cõtarium factum fuerit: hæc autem intimatio facta in die festo, est contra quietem, & est non exigua pars iudicialis strepitus: ergo erit nulla, etiam si à Iudice emanauerit in die non festo, & per ignorantiam ministri facta fuerit. Quia tamen hoc præceptum à Iudice emanauit in die non festo, idèd, ut optime notat Soarius num. 1. in se validum manet, & non est necesse, ut aliud de nouo expediat; sed potest mandari executioni alio die non festo: quia non fuit extinctum propter indebitam applicationem illius; sed solum tunc non habuit effectum, & idèd nisi iterum intimetur, nullam inducet obligationem ex vi intimationis factæ in die festo, nec ex vi illius poterit postea formari processus, alioquin omnia erunt nulla, & irrita, ut ex dictis patet.

De processu litis, an in die festo examinari possint testes, offerri libellus, & an liceat præstari iuramentum, saltem in causis spiritualibus.

S V M M A R I V M.

Iuramentum in iudicio, nec licitè, nec validè dari potest in die festo. num. 13. Proponitur opinio affirmans examinari posse testes in die



die festo, dummodo iurem in die non festo de veritate dicenda. num. 14.  
 Astruatur opinio negans. num. 15.  
 Iudicium Auctoritatis. num. 16.  
 Quid in causis spiritualibus. num. 18.  
 Propositor opinio Affirmans, actus iudicialis factos in die festo, illicitos esse, sed validos. num. 17.  
 Astruatur contraria dicens non licitos, nec validos esse. ibid.  
 Et remissive ad caput duodecimum. num. 14.  
 An iuramentum in diebus festis licite, & valide fiat in causis spiritualibus. num. 18.  
 An libellus possit offerri contra partem citatam in utroque genere feriarum. num. 19.  
 Qui existiment, non posse presentari in diebus feriatis in honorem Dei. num. 20.  
 Iudicium Auctoritatis. num. 21.

13. Circa processum litis quæri solet, an cæpta his promoueri possit in die feriato in honorem Dei: & præcipuum dubium est circa hanc promotionem, vtrum possint examinari testes in die festo: in quo dubio vnum planè certum, & in confesso est apud omnes vtriusque iuris Interpretes, scilicet, non posse in die festo iudicium exigi iuramentum, & irritum omninò, ac nullum esse, & proinde illicitum, si præstetur, aut exigatur eo die: id enim expressè, & specialiter cauetur in cap. 1. de feriis 15. q. 4. ibi: *Nec placitum fiat, nec aliquis ad mortem, vel penam iudicetur, nec sacramenta*, id est, iuramenta, præstentur. Et ita docet Maranta 6. p. de ordine iudiciario, titulo, *Actorum editio*, fol. 398. num. 6. columna 2. & fol. 399. col. 1. Azor tomo 2. Inst. moralium, lib. 1. cap. 27. quæst. 14.

Marant. Azor.

14. Insurgit autem hic non vulgaris quæstio, vtrum, scilicet, testes examinari possint in die festo, dummodo die non festo iurent de veritate dicenda. Quidam affirmant, inter quos est Azor citatus, & Robertus Maranta de ordine iudiciario, quæst. 6. titulo, *Actorum editio*, num. 40. folio 432. columna 1. & titulo, *Testium productio*, folio 392. col. 2. num. 4.

Azor. Marant. Speculator Glossa. Panorm.

Speculator in titulo, *de feriis*, §. *Sequitur*, verè. *Quid si tunc testis*, Glossa in Clementia 1. de officio delegati, Panormitanus in cap. 1. de feriis, vbi refert Ioannem Andream Butrium, & alios; hi enim omnes aperte docent, validè posse huiusmodi testes examinari in die festo, quando, vel propter multitudinem negotiorum, vel propter testium legitimam occupationem, aut aliquam aliam iustam causam, vel ex parte iudicis, vel ex parte testium iudex non potest eos alio die examinare; modò tamen antecedenti aliquo die non festo iuramentum præstent de veritate dicenda. Fundamentum illorum est: quia illud examen in eo casu rectè trahitur ad diem iuramenti, Secundò, quia illa examinatio fortè non est actus iudicialis, sed extraiudicialis; cum per morum executorem fieri aliquando possit, & soleat: vnde, cum non sit propriè actus iudicialis, rectè poterit fieri in die festo.

15. Alij verò affirmant id fieri non posse, & totum illum actum esse illicitum, & irritum, ac prohibitum, si ea examinatio testium in die festo fiat. Ita docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. pag. 398. num. 6. col. 2. & pag. 399. col. 1. & dicit, Antonium Butrium ita tenere ad dictum cap. primum, de feriis; quauis Auctores contrariæ sententiæ pro se illum citent, ac proferant. Probat Soarius hanc suam opinionem primò, quia illa retractio ficta est, & nullibi in iure inuenitur in hoc casu: non est autem admitrenda fictio à iure non inducta, nec probata; & alioqui ea fictio est perniciosa festo à iure introducto, & idè est parum consentanea iuri, & obseruationi festi multum de-

Soarius. Butrium.

rogans, & quia iuramentum præcedens semper solet quasi repeti & confirmari in eo die, in quo testis examinatur; semper enim dicitur: *Testis sub iuramento interrogatus*, in depositione testimonij. Deinde, quia reuera illa examinatio pertinet ad strepitum iudicij, quem omninò interdicit, ac irritat caput vltimum de feriis, sic dicens: *Omnis iudicialis strepitus conualescat diebus feriatis, quòd ob reuerentiam Dei noscuntur esse statuti; & nec processus habitus teneat, nec sententia*. Et l. vltima. C. de feriis, præcipitur, vt lites conualescant: *Taceat apparatus præconis, horrida vox siletis*. Secundò, quia tota illa actio examinationis testium pertinet ad formationem processus, & est maxima pars illius, cum sine testibus non feratur sententia, & in dicto c. vltimo absolute dicitur: *Nec processus habitus teneat, nec sententia*. Tertidò, quia in prædicta l. vltima, C. de feriis, prohibetur in illo die festo omnis executio iudicij, & vt ibi dicitur, *Nec vlla quæquam urgeat admonitio*, hoc est obligeat. Et infra: *Sit ille dies à cognitionibus alienus*. Quæ omnia planè non seruantur per testium depositionem. Quarta, quia testes non possunt tunc cogi ad respondendum, vt Panormitanus allegatus fatetur, & lex vltima, dicto C. de feriis, id expressè asserit: *Nec vlla quæquam urgeat admonitio*. Ergo non interrogantur iuridicè, siquidem nec iuridicè vocari possunt ad testimonium ferendum, nec tenentur obedire, si vocentur: ergo nec eorum depositio erit valida: propterea enim testimonium est validum, quia testes iuridicè vocantur, & iuridicè deponunt, vt clarum est; ac proinde si hæc cessent, testimonium vanum est, & non obligatorium, quia sine dubio lethaliter peccat tabellio scribendo, & fidem dando; quia illa scriptio pertinet ad substantiam processus iudicialis, qui processus eo die factus, & prohibetur, & irritatur dicto cap. vltimo, de feriis, vt vidimus. Neque obstat, quòd hæc examinatio testium fieri possit per aliquem deputatum à Iudice, qui non sit Iudex; sed quasi merus executor, qui iurisdictionem non habet: quia nihilominus illa actio fundatur in iurisdictione Iudicis, & pertinet ad executionem eius in foro fori.

Ego existimo, hanc opinionem Soarij esse in rigore veram: quia non intelligo, ob quam causam ille actus examinationis testium non sit in presenti matetia iudicialis, cum multum pertineat ad strepitum iudicalem, & subscribitur à tabellione, quem strepitum totaliter lex prohibet, & annullat, l. vltima, C. de feriis, incip. *Vt in die*, & caput vltimum de feriis: & idè hanc opinionem sequendam existimo omninò, quauis executor, qui iurisdictionem non habet, quauis plures habeat Doctores, & illius fundamenta, ex fundamentis hic datis satis labefactantur ac destruantur.

Panormitanus tamen ad prædictum caput vltimum de feriis, incip. *Conquestus*, & Azor tom. 2. Instit. moral. lib. 1. cap. 27. quæst. 13. existimant, actus iudiciales factos in die festo, illicitos quidem esse, validos tamen & non irritos; ac proinde valere, quauis Iudex illos efficiendo peccet; & Azor citat pro se Speculatorem in titulo, *de feriis*, §. *Sequitur*, Speculat. n. 5. Hostiensem, & Ioannem Andream cap. vltimo de feriis, & Federicum consilio 11. 12. & 13. modò sint actus voluntariæ iurisdictionis, vt emancipare, adoptare, libertate seruos donare, testamenta, & instrumenta inuentarij conficere, absolueri ab excommunicatione, vbi causæ cognitio non requiritur. Verum iam diximus cap. 1. 2. n. 14. huiusmodi actus, & validos, & licitos esse: si enim sunt validi, necessariò liciti sunt, vt probauimus hoc cap. 13. n. 7. & cap. 12. num. 3. ad quæ loca te remittimus, vbi cum Soario, & Tolero ibi allegatis id non vulgari-

17. Panormit. Azor. Soarius. Tolero.

bus argumentis probauimus: & idè Antonius Butrius ad prædictum cap. vltimum de feriis, censet, non valere huiusmodi actus, si illiciti sunt, in quo egregie censet, & nobiscum sentit.

18. Limitat tamen Caietanus, hoc non procedere in causis spiritualibus, vt sunt causæ matrimoniales: nam in illis affirmat, licitum esse, & validum iuramentum in diebus festis, & consequenter etiam licitè posse testes examinari in iisdem diebus festis in causis spiritualibus; non autem in temporalibus, de quibus intelligit solum prohibitionem & irritationem iuris canonici in cap. 1. de feriis Ita sentit Caietanus 2. 2. q. 122. art. 4. Et allegat Diuum Thomam 2. 2. q. 89. art. 10. At Diuus Thomas ibi, vt notat Soar. Tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. num. 8. pag. 399. non loquitur de iuramento iuridico, & forensi in speciali, de quo agit prædictum caput 1. de feriis, ibi. *Nec placitum fiat his diebus, nec aliquis ad mortem, vel penam iudicetur nec sacramenta*, id est iuramenta, præstentur, sed solum agit de iuramento in communi, quodcumque illud sit, siue solenne, siue iuridicum, ac forense, siue priuatum, & tunc dicit D. Thom. non esse consentaneum fini diei festi, qui est spiritualibus vacare, iurare, si tamen fiat, non dicit speciale peccatum contra aliquam iuris prohibitionem. Nam verba D. Th. ita habent: *Pro spiritualibus negotiis iuramenta possunt præstari in solennibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacandum, non tamen tunc sunt iuramenta præstanda pro temporalibus rebus, nisi fortè ex magna necessitate*. Hæc ille. Nam verba prædicti capitis primi de feriis, nec citantur à D. Thom. nec mentionem ibi facit de illo: quamobrem D. Thomas ibi non dicit, hoc esse in temporalibus omninò prohibitum, sed non esse faciendum. Dices, verba capitis primi de feriis, allegata, satis ostendunt, loqui illud solummodo de causis temporalibus, non spiritualibus, ac proinde sententiam Caietani optime procedere: nam verba capitis ita habent: *Nec placitum fiat, nec aliquis ad mortem, vel penam iudicetur, nec sacramenta*, id est, iuramenta, præstentur, in quibus verbis solum videtur loqui caput de reb. temporalibus, quæ ad mortem, vel penam ducunt. Verum, si ita esset explicandum caput, sequeretur, solum iuramenta, & actus iudiciales prohiberi in causis criminalibus mortis, aut penæ; non autem in aliis temporalibus, quod non est dicendum, nec Caietanus ausus est affirmare. Præterea illa verba, *Nec placitum fiat*, satis explicant intentionem Summi Pontificis fuisse, comprehendere omnes causas forenses, & spirituales, & temporales: placitum, enim in iure canonico iudiciū significat, & spirituale, & temporale. Quapropter verius censet Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de dieb. festis, cap. 30. num. 8. pag. 400. col. 1. prohibitionem factam in prædicto cap. 1. de feriis generale esse ad omnia iudicia, & causas forenses, temporales, & spirituales; & exceptio, quam allegat D. Thomas, nisi fortè in magna necessitate, tam procedit in causis spiritualibus, quam temporalibus, in quibus si hæc necessitas occurrat, licitum erit ipsum iudicium, & iuramentum in festo: quia id ipsum statim excipitur eodem cap. nisi pro pace, vel alia necessitate. Quæ autem hæc necessitas sit, & diximus cap. 12. n. 11. & dicemus infra.

19. Limitant etiam alij hanc prohibitionem non procedere in oblatione libelli contra partem iam citatam, quia licitè & validè potest offerri, & recipi in diebus feriatis etiam ad honorem Dei, necdum ad honorem, seu ad fauorem hominum, quales sunt feræ vindemiarum, ac messium. Et verò si loquamur de feriis introductis causa messium in fauorem hominum, non est dubium, posse presentari libellum Iudici, in die feriatæ. Ita docet Maranta 6. p.

Soarius. Maranta.

ord. iud. in tit. *de libelli oblatione*, fol. 334. n. 19. col. 1. constat ex l. *Miles*, §. *Sexaginta*, ff. de adult. Si loquamur de diebus feriatis in honorem Dei, est dubium: sed affirmatiuè etiam respondendum est, posse, scilicet, presentari huiusmodi libellum diebus festis, quando periculum est in mora, vel res est tempore peritura. Ita resoluit idem Maranta allegatus, & in eadem 6. p. titulo, *Actorum editio*, fol. 430. col. 2. num. 37. & Bartol. in l. *Ex quacumque*, que §. finali, in repetitione, ff. *Si quis in ius voc. non ierit*, per Glossam in cap. *Placita* 15. quæst. 4. Et idem tenet etiam Lanfrancus in Clementina, *Sapientia*, vers. *De plano*, de verborum significatione; & Baldus in l. prima, C. de feriis, quod procedit etiam in libello appellatorio, vt notat Maranta secundo loco allegatus, per dictam leg. *Miles*, §. *Sexaginta*, ff. de adult. fundamentum huius opinionis est: quia portrectio, oblatioque libelli non pertinet ad forentem iudicij processum, nec est actus iudicialis, sed extraiudicialis, vt specialiter notat Baldus in dicta l. *Ex quacumque*, col. finali, & in rubrica C. de in ius vocand. & Felinus in Clement. 1. col. 1. de libelli oblatione. Vnde, sicut alij actus extraiudiciales possunt expediri, ac fieri in die feriatæ ad honorem Dei, vt habetur in l. 1. in fine, C. de feriis, ita & ista præsentatio libelli. Et hoc fundamentum procedit, non solum, quando res est tempore peritura, & est periculum in mora; sed etiam quocumque alio tempore, cum actus iudiciales quocumque alio tempore diebus festis fieri possint.

Contrariam opinionem, quòd, scilicet, non possit presentari libellus diebus festis, tenet idem Baldus sibi contrarius in l. *Nec quidquam* §. de plano, ff. de offic. Proconsulis, & Abbas in cap. *Significauerunt*, & ibi etiam Felinus, col. 4. de iudic. & Alexand. in l. 1. ff. de feriis, vbi acerrimè & constantissimè tenet, non posse presentari libellum in die feriatæ ad honorem Dei, eò quòd dispositio dicti §. *Sexaginta*, leg. *Miles*, ff. de adult. locum non habet in diebus feriatis ad honorem Dei. Idem tenet etiam Bart. in Extrauaganti, *Ad reprimendum*, in versu, *De plano*, etiam sibi contrarius, & dicit Maranta in 6. p. ord. iud. tit. de libelli oblat. fol. 334. num. 19. fine, col. 1. hanc opinionem esse magis communem, & qui illam secutus fuerit, necesse est, vt dicat, oblationem libelli non esse actum extraiudicialem, sed iudicalem, & ad strepitum iudicij pertinere.

Ego magis in primam opinionem inclino: quia certum est, posse huiusmodi libellos offerri diebus feriatis causa messium, vt omnes vtriusque iuris Interpretes farentur, & patet ex dispositione leg. *Miles*, §. *Sexaginta*, ff. de adult. & semper cum eadem proportionem loqui debemus in feriis introductis causa Dei, & causa hominum. Præterea, actus forenses gesti in feriis introductis causa messium de se sunt inualidi, vt probauimus cap. 12. num. 11. cum multis Doctoribus, & solum in vno casu validi sunt, videlicet, si fiant de consensu partium, aliàs non, vt ibidem etiam probauimus: cum ergo in iure modò concedantur oblationes libelli in dicta leg. *Miles*, signum est, huiusmodi oblationes non esse actus iudiciales: nam, quid aliud est illa concessio, quam quædam declaratio, qua ius declarat huiusmodi libellorum oblationes actus iudiciales verè & propriè non esse.

20. Bald. Abbas. 21.

An ferri possit sententia licite, & valide diebus festis: quid de sententia excommunicationis, & in quibus causis valeat iuramentum iis diebus.

S V M M A R I V M.

- Sententia lata in diebus festis, illicita est, & ipso iure inualida. num. 22. Quid de sententia excommunicationis. ibid. An sententia lata in die non festo mandari possit executioni in die festo? Quidam affirmant, alij melius negant. num. 23. Appellatio intimari potest Iudici in die feriato utroque feriarum genere, num. 24. versu, Nihilominus dicendum. Licet Aduocato informare Iudicem scripto in die festo. num. 25. Quae distinctio sit inter Iudicem arbitrum, & arbitratores. numero 26. Index arbitrator est amicus compositor, & mediator pacis: & hic potest licite, & valide exercere munus suum die festo. numero 26. Arbitrator vel est arbiter iuris, vel facti: facti est ille qui de consensu partium eligitur, ut seruato iuris ordinis, factoque processu sententiam ferat; & hic nec licite, nec valide illa ferre potest die festo. n. 26. & 27. Index arbiter potest eligi a partibus licite, & valide in die festo. num. 26. Quis sit Iudex arbiter iuris. numero 27. Nec valide, nec licite potest ferre sententiam in die festo. ibid. Inquisitores fidei possunt sententiam ferre licite, & valide, in die festo contra hereticos. num. 28. Confessio rei cuiusque accipi potest die festo licite, & valide. num. 28. Laro insignis, & quodcumque delictum atrox, si cum publico scandalo commissum sit, in die festo licite, & valide per sententiam condemnari non potest. n. 28. An iuramenta extraiudicialia prohibeantur in die festo, & quae, & in quibus casibus licite & valide praestari possint. num. 29. & 30. Transgressio praecepti de cessatione iuramentorum iudicialium est de se mortaliter illicita. num. 31.

12. Caetan. Freder. Marant. Specul. Abbas. Soarez. Tabiena.

Errum est, sententiam diebus festis latam non valere, & ipso iure esse irritam. Patet ex cap. ultimo de feriis, ibi: Nec processus habitus tenent, nec sententia, & ex l. vltima, C. de feriis. Taceat apparitio, horrida vox sileat. Ita communiter DD. Dubium ergo est, an hoc procedat in omni sententia absolute loquendo: sunt enim multi, qui existimant hoc non procedere in sententia excommunicationis, & sic validam esse & licitam, si feratur diebus festis. Ita docet Caiet. 2. 2. quaest. 122. a. 4. Fredericus consilio 11. 12. & 13. Maranta 6. p. ord. iud. titulo. Altorum edit. fol. 432. col. 1. num. 47. Speculat. in tit. de feriis, §. Sequitur, versu, Porro ea. Abbas in c. vltimo de feriis, num. 16. & 18. vbi plures alios in hanc sententiam refert. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 30. num. 9. pag. 400. col. 1. & 2. Tabiena verbo, Feriae, num. 2. vbi tenet, posse Iudicem absolueri, & excommunicari, vbi causa cognitio non requiritur: & est sententia certa, si loquamur de absolutione excommunicationis, quae causa cognitionem non requirit. Et fundamentum est: quia excommunicare non tam est procedere, & iudicare, quam legem ferre, & praecipuum imponere, & ideo non est actus iudicialis: solum autem iudicialis actus, & ad totensem strepitum pertinentes prohibentur, & irritantur ipso facto in iure. Antonius ta-

men Butrius ad praedictum c. vltimum de feriis, contrarium tenet, ex eo fundamento, quod lex vltima, C. de feriis, dicit, Omnis vox Iudicis sileat, excommunicatio autem vox est Iudicis, actus, & praecipuum illius. Sed ad hoc responderi Soar. hoc intelligendum esse de voce pertinente ad strepitum iudicij, & ad processum iudicalem: excommunicatio autem non est processus iudicialis, cum excommunicare non sit iudicare. Hinc sequitur, absolutionem etiam non esse prohibitam, nec irritam diebus festis: quia eadem est de illa ratio, atque de excommunicatione, & aliunde est fauorabilior, quia est spirituale bonum, & per eam periculo animae obuiatur: quae etiam ratio potest suo modo ipsi excommunicationi applicari, quae est medicinalis poena, & ad bonum animae ordinatur: & ita de absolutione loquens docet Soar. allegatus dicto numero 9. Itaque verius est, posse Iudices Ecclesiasticos absolueri, & excommunicare diebus festis licite, & valide, iuxta Soarium, & Doctores allegatos.

An autem sententia lata in die non festo, mandari possit in die festo executioni, est dubium magnum. Affirmat Panorm. in c. vlt. de feriis, & praecipue in c. vlt. de iud. num. 22. Tabiena verbo, Feriae num. 2. Probat, quia in c. vlt. de feriis, solum prohibentur strepitus iudicialis, & actus forensis: executio autem sententiae, non est actus iudicialis, sed extraiudicialis, ac proinde non prohibetur diebus festis, & ideo dicunt licite, & valide fieri posse. Contrarium tenet Felinus in cap. vlt. de iud. n. 13. & Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 30. n. 11. pag. 401. col. 1. vbi censent, executionem sententiae latae die non festo, prohiberi die festo, ac proinde illicite & inualide id fieri, si eo die fiat, vel saltem irritari, & inualidari, quantum iuridice potest: dicit autem inualidari, quantum iuridice potest: quia, cum saepe executio consistat in facto, aliquando est irreuocabilis, vt de se constat. Opinio Soar. huius fundamentis stabilitur. Primum, quia ipsemet Panormitanus in c. 1. de feriis, fatetur, executionem esse prohibitam, praesertim in causa criminali: nam, licet textus ibi solum prohibeat, ne quis in festo ad poenam iudicetur: tamen ipse intelligit etiam esse prohibitum adiudicari, & executioni mandari: ergo eadem ratione vbi cuiusque prohibetur sententia in die festo, etiam prohibetur executio illius, iudicio ipsius Panormitani. Secundum, quia in l. Altit, & l. Vt in die, C. de feriis, prohibentur in die festo omnes spectantes ad forum contentiosum, & irritantur: & in l. vlt. C. de feriis, expressè dicitur: Ut a cunctis executionibus excuserentur: nulla quinquam urgeat admonitio: taceat apparitio, praecoris horrida vox sileat. Quae omnia, vt notat Soar. allegatus, executionem significant sententiae latae. Et quauis haec materia non videatur spectare ad leges civiles; tamen cum disponant immediatè de actibus civilibus, & in fauorem religionis, per eas rectè explicatur ius canonicum, vt doctè animaduertit Soar. allegatus. Tertium, quia executio sententiae sub strepitu contentiosi iudicij continetur, vt aperte significatur in dict. l. Vt in die, C. de feriis, nam strepitus iudicialis, vt dicitur c. vlt. de feriis, est ille, in quo iurgia, & quaestiones, ac perturbationes excitantur: in executione autem sententiae maior perturbatio esse solet, & maiores quaestiones, ac iurgia excitantur, vt experientia docet, quam in sententiae probatione; & tamen probatio prohibetur & irritatur: ergo & executio etiam prohibetur, & irritatur in praefata l. vlt. C. de feriis, in qua irritantur omnes actus, qui prohibentur. Haec sententia Soar. mihi videtur probabilior, & tenenda: re enim vera nulli, vt experientia docet, sit maior strepitus,

Butr. Soar. Panormis. Tabiena. Felinus. Soarinus.

quam in executione sententiae, nec dici potest ille actus extraiudicialis, cum sit vltima executio iudicij, & ad illud pertinet, imò cum sit praecipuus actus finis, ad quem totum iudicium ordinatur.

De appellatione etiam dubitari potest, an liceat eam interponere die festo, & rationes dubitandi esse possunt: quia non licet in die festo, aut feriato appellationem profequi: ergo nec interponere. Antecedens constat ex l. 1. C. de feriis, Consequètia probatur: quia, sicut prosecutio actus iudicialis, & ad strepitum iudicij spectans; ita etiam propositio: loquimur enim de iudiciali appellatione, quae actus iudicialis est, & pars processus: ergo, si processus prohibetur, vt reuertè prohibetur in c. vltim. de feriis, ibi: Nec processus habitus tenent, nec sententia, necesse est etiam, vt appellatio, quae est pars illius, prohibetur. Deinde, quia non est necesse, vt appellatio in continenti fiat: iura enim concedunt decem dies ad appellandum; ac proinde nulla moralis necessitas esse potest appellandi in die festo: quia intra decem dies semper sunt aliqui dies profecti; & si vltimus est festiuis, nullum incommodum est illum praenire, si primus potest fieri die sequenti: cur ergo dabitur haec licentia pro die festo? Nihilominus indubitanter tenendum est, posse intimari appellationem in diebus festis in honorem Dei, & etiam alii feriatas in fauorem hominum, causa messium. Ita docet Marant. 6. p. ord. iud. fol. 504. col. 1. n. 217. Bart. in l. 1. §. Dies, ff. quando appellandum sit. Card. Clementina 2. de appellatione, §. Similiter, q. 2. fines in c. Appellatio, in vers. Lecta, de appel. in 6. Bald. in l. 3. C. de feriis. Felinus in cap. finalis, col. 5. de feriis. Glossa in dicto c. vlt. de feriis, & ibi Panorm. num. 12. & alia Glossa in l. 1. C. de feriis, & Caiet. 2. 2. q. 22. art. 4. §. Sed ad hoc, vbi dicit prohiberi homines litigare in die festo, actu appellandi excepto, qui omni tempore licitus reputatur. Tabiena verbo, Feriae, num. 2. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de dieb. festis, cap. 30. num. 12. & 13, pag. 41. & 42. dubitat, & tandem in hanc inclinatur: contulit tamen, ne in die festo fiat. Sic enim ait praedicto n. 13. sine: Licet non audeam id damnare, nec videatur culpa grauis, quia sine magno strepitu fieri potest, & est res fauorabilis; tamen consulerem, vt in die festo non fiat, quousque commode possit fieri extra illum. Haec ille. Quibus verbis aperte hanc sententiam vltimam probat. Et probatur haec sententia: quia appellatio est quadam naturalis defensio, & ideo merito illa conceditur die festo, ne homo naturali defensione priueretur. Probatur etià ex l. 1. C. de feriis, vbi dicitur, ita esse seruandas ferias repentinas quoad appellationem, sicut & solennes: & per ferias repetitas videtur intelligere dies festos; per solennes verò ferias rusticanas, quae retere ad iure stato ac inuariabili euenire solent, & solennes sunt, hoc est, consuetae stato tempore: vnde, sicut in illis appellari potest, ita & in his festiuis feriis, & introductis ad honore Dei: & licet haec materia religionis videatur aliena à legibus civilibus; tamen, cum disponant in fauorem religionis, ab Ecclesia, & iure canonico approbantur, & ex hac approbatione valorem accipiunt. Ad fundamentum in contrarium posita respondeo. Ad primum dico, appellationem iudicalem esse partem processus; non tamen prohiberi, nec irritari in iure, licet prohibetur, ac irritetur processus: quia est defensio iure naturali cõcessa; & ideo in diebus festis fieri posse. Deinde, dici potest, appellationem non esse proprie actum iudicalem, sed extraiudicalem, & interlocutoriam quadam declinatoriam à iudicio. Nec refert, quod interlocutorie sint actus iudiciales: id enim intelligendum est ex parte Iudicij, quatenus pronuntiant in lite sententiam aliquam interlocutoriam, quia id non est declinare à

Maranta. Bartol. Cardin. Bald. Felinus. Panormis. Caietan. Tabiena. Soarinus.

iudicio, & illud euadere: sicut declinat pars, & euadere intendit per appellationem; & ideo illa appellatio proprie & formaliter non potest dici actus iudicialis, sed actus declinat à iudicio, ac proinde extraiudicialis. Nec obstat etiam, quod per illam non euadatur iudicium absolute, cum ad alium Iudicem superiorem, & ad aliud iudicium appelleretur: nam sufficit, quod à Iudice, & quod à iudicio, à quo appelleretur, & quod hoc iudicium declinetur per appellationem, vt illa simpliciter, & absolute declinatoria à iudicio, & extraiudicialis appelleretur. Ad id quod addebatur, nullam moralem necessitatem occurrere posse appellandi in die festo, negatur: nam licet decem dies à iure concedantur, vt intra illos quis appelleretur, tamen vel ratione absentiae, vel ratione paupertatis, vel ratione alterius rei: quae passim occurrere potest, potest ipsa pars appellare in die festo; non tamen ita commodè in die non festo. & ideo ius hanc appellationem eo die meritißimè concedit, ne homo sua naturali defensione priueretur contra ius naturale.

Et ideo, quia est actus extraiudicialis, licet Aduocato informare Iudicem scripto in die festo; nam scribere, non est actus de se seruilis, vt probauimus c. 1. n. 3. vnde ex eo capite, quod scilicet, non sit opus seruile, ibi diximus, posse aduocatos super litteras scribere, & informare Iudices, etiam scripto, & non prohiberi hoc fieri in die festo: ex alio vero capite, quod non sit etiam actus iudicialis, sed extraiudicialis, & ideo liceat Aduocatis informare Iudices scripto in diebus festis, id docet Soarius tom. 2. de Religione, lib. 2. cap. 30. num. 15. pag. 402. col. 1. nam, cum non sit actus iudicialis, nec seruilis, euidenter sequitur, nullo iure esse prohibitum huiusmodi actum. Et verò, quod non sit actus iudicialis, patet, quia nullo strepitu iudicij fit, vt de se patet: & hanc sententiam tenet etiam Caietanus 2. 2. quaest. 122. art. 4. & est vera.

Graue tamen dubium est, an sententia Iudicis arbitri prohibita sit & irrita, si diebus festis feratur, aut pronuntietur. Oportet autem distinctionem facere inter arbitrum & arbitratores: arbitrator enim est amicus compositor, compromissor, & mediator pacis, vt ait Soar. tom. 1. de Rel. lib. 2. de dieb. fest. cap. 30. num. 15. Tabiena verbo, Feriae, num. 2. Tabiena Panormitanus cap. vlt. de feriis, num. 10. & Marant. Panorm. ranta 4. p. titulo, Iudicium aliud arbitrium, fol. 214. num. 3. & de hoc Iudice non est dubium, posse munus suum exercere, & sententiam ferre in die festo: quia non procedit ordine iudicij, sed solus est amicus compositor, & mediator pacis: fædera autem & cõpositiones, & similia pacta non sunt in die festo prohibita, cum sint opera charitatis, & misericordiae. Arbitrator autem est ille, qui de partium consensu eligitur in Iudicem, vt seruator iuris ordine, & facto processu, ferat sententiam, & in quem sub poenae stipulatione compromittuntur partes, vt optimè notauit Speculator in tit. de arbit. §. 1. in principio, & Maranta 4. p. de ord. iud. tit. Iudicium aliud arbitrium est, & Soar. allegatus. Soarinus. Et hic æquiparatur Iudici ordinario, & quoad sententiam & processum tenetur seruare iuris ordinem: nam, licet compromissum sit quidam contractus; tamen, postquam per huiusmodi compromissum eligitur arbiter, huiusmodi Iudex arbiter tenetur seruare iuris ordinem, quoad processum & sententiam, & ideo electio, seu compromissio partium qua illum in arbitrum eligunt, cum sit quidam contractus, fieri potest die festo, & feriato; non tamen ille potest iudicare, procedere, aut sententiam ferre in die festo, & si ferat, aut in causa procedat, est illicitum & irritum quicquid egerit, cum seruator iuris ordine ad instar Iudicis ordinarij procedere

25. Soarinus. Caietanus. 26. Speculator.

dere debeat. Ita Panorm. Tabiena, Soar. allegati, & alij communiter.

27.

Est etiam alius Iudex arbiter, qui dicitur arbiter iuris, & ille est, qui eligitur ex necessitate iuris, seu statuti, v. c. quando Iudex allegatur suspectus: quia tunc ex iuris statuto eliguntur Iudices arbitri, qui cognoscant de suspensione: similiter, quando extaret statutum, quod causae compromittantur inter coniuictos, tales arbitri dicuntur iuris arbitri, & non possunt procedere, nisi seruato iuris ordine; & ideo nihil possunt efficere in diebus festis; & quicquid egerint iisdem diebus, ob eandem causam & rationem, & illicitum & irritum est ipso facto.

28.

Tabiena. Soarius.

Inquisitores fidei possunt contra Hereticos procedere, & sententiam ferre diebus festis iuste, & valide, iuxta Tabienam verbo, Ferie, num. 2. & Soarium tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 30. num. 19. prope finem, pag. 403. col. 2. & quia hoc iudicium ad pietatem spectat, quod in diebus festis exerceri potest, iuxta caput vltimum de feriis, ibi: Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat, & quia causa fidei, hoc, & aliis compluribus priuilegiis fruuntur: & quia hoc diebus festis fieri solet, vt maior fiat populi concursus, quod iudicium valde necessarium ad maiorem populi instructionem, ac terrorem. Imò absolute docet Maranta 6. p. ord. iud. titulo, Actorum editio, fol. 431. n. 44. confessionem cuiuscumque partis & rei posse recipi valide in iudicio in die feriato, post Baldum, quem allegat, & innocentium in c. Vltra tertiam, de testibus. Sed ego hoc non admitto, nisi in causis fidei, aut in causa alicuius larronis insignis suspecti de fuga: hic enim potest die festo ad vincula detrueri, & contra eum procedi, propter instantem necessitatem, iuxta Soar. modò allegatum, & iuxta Glossam, & Bartol. & alios in l. vltima, c. de feriis, & iuxta ea, quae diximus c. 12. num. 12. vbi id probauimus cum Maranta & aliis. Et addit Soar. allegatus idem etiam, si atrox delictum cum publico scandalo commissum sit in die festo, dicendum esse: quia potest statim publice puniri & iudicari, si ad publicum exemplum ita expediat. Quae omnia confirmantur ex illis verbis praedicti capituli vltimi de feriis: Nisi necessitas urgeat, aut pietas suadeat. Et hoc ad necessitatem potest reduci: extra verò hos casus necessitatis, & pietatis, hoc non admitto, cum in c. 1. de feriis, ita dicitur: Nec placitum fiat, nec ad mortem, vel penam iudicetur, nec sacramenta, id est iuramenta, praesententur. Quod intelligendum est de iuramento in iudicio, ac causis iudicialibus praesentio, vt saepe diximus, atque adeò de iuramento iudiciali.

29.

Sed hic tandem quaeremus, vtrum iuramentum extra iudiciale praestari possit in die festo licite & valide, an etiam interdicitur in hoc. c. 1. de feriis. Er certè Panormitanus in dicto c. 1. de feriis, n. 8. & clariùs in c. vlt. num. 18. aperte sentit, etiam extra iudicium, prohibitum esse omne iuramentum in diebus festis. Probat: quia in d. c. 1. aperte ponitur prohibitio placiti, & iudicij, & deinde iuramenti: & superflua fuisset illa explicatio iuramenti, si de solo iuramento iudiciali intelligeretur, cum iam comprehensum esset in prohibitione iudicij & actorum iudicialium; qui non solent fieri sine iuramento: deinde, quia ibi excipitur iuramentum pro pace, quod extra iudiciale est: ergo signum est comprehendit sub hac prohibitione omne iuramentum, non solum iudiciale, sed etiam extra iudiciale: quia exceptio firmat regulam, Caietanus verò 2. 2. q. 122. a. 4. §. Secundum, intelligit illa verba praedicti capituli primi de feriis, de solo iuramento iudiciali, non extra iudiciali, atque adeò de solo iuramento solenni in iudicio factò; non autem de aliis extra iudicium praestitis. Probat: quia textus de subiecta materia loquitur,

atque adeò de iudicialibus actionibus; & ideo de iuramentis etiam solennibus in iudicio praestitis: deinde, quia alioqui omne iuramentum licitum ex obiecto, sine, & circumstantiis, ex eo solum, quòd in die festo fieret, esset specialiter prohibitum, ac proinde speciale peccatum, quod est absurdum. Denique, quia omne iuramentum aliàs illicitum in die festo factum, esset duplex peccatum; alterum, contra prohibitionem, alterum, ratione materiae illicitae, & ratione falsitatis, quam contineret: quod quis dicit? Soarius dicto tom. 1. de Relig. lib. 2. de dieb. fest. cap. 3. o. n. 17. pag. 402. col. 2. fine, & pag. 403. col. 1. mediam sententiam inducit: existimat enim non omnia iuramenta absolute iudicialia, & extra iudicialia prohiberi in diebus festis, vt dicebat Panormit. nec omnia solum iudicialia, & solenniter in iudicio praestita, aut praestanda, vt dicebat Caietanus; sed omnia prohiberi, quibus pacta & conuenta inter homines firmantur; & praesertim illa, quibus contractus in eo cap. sub nomine mercatus comprehenduntur. Probat Soar. suam opinionem ex illa exceptione in dicto cap. posita, Nec sacramenta, id est iuramenta, praesententur nisi pro pace. Nam iuramentum, inquit, pacis, & foederis, non est iuramentum iudiciale; & ideo excipitur: ergo signum est non prohiberi tantum iudicialia iuramenta; sed illa exceptio pertinet ad conuentionem, & pacta humana, quae homines inter se celebrare solent: ergo in eadem materia, & conuentionibus humanis exceptio format regulam: vnde si solum in materia pacis & foederis licent; in aliis conuentionibus, & pactis humanis non licent huiusmodi iuramenta. Consonat ipse contextus: duo enim in illo fuerant prohibita, scilicet, contractus, & iudicij etiam iuramenta, quibus illi firmari solent: excipitur verò iuramentum causa pacis, & foederis inter homines celebrati, & dicitur hoc licere: ergo in ceteris contractibus, & conuentibus hoc non licet: quomobrem intelligit Soar. textum illum, non solum de iuramento forensi, ac iudiciali; sed etiam de omni iuramento solemniter factò in aliqua publica actione humana, quae pertinet ad negotia publica, quae apud homines geruntur, & praesertim illa, quae pertinent ad pacta firmanda, & nouas obligationes inducendas inter homines; & propterea specialiter iuramentum pro pace permittitur, quia est valde pium, & quia pax Dei omni tempore procuranda est: sub pace autem, vt optimè ibi notat Soar. omnia illa intelliguntur, quae ad iurgia remouenda, lites tollendas, & concordiam procurandam inter aliquos fiunt: nam haec in diebus festis licita sunt, & iuramento firmari possunt: quia non prohibentur in dicto cap. vltimo de feriis, vt ait Soarius allegatus, & sentit ibi Glossa verbo, Quibus, in fine, & tandem hoc resoluit Panormitanus num. 14. Et simili modo, quotiescunque iudicium in die festo obpiam aliquam causam licitum est, iuramentum etiam in illo licitum erit, & licite postulari potest, vt huiusmodi Auctores sentiunt, & quia est eadem ratio, & quia concessio principali, conceduntur accessoria, quae necessaria sunt: iuramentum autem moraliter necessarium est in iudicio, Ego sententiam Soarij approbo, propter illius fundamenta: sunt enim valde textui, & rationi consentanea, & ex illis aliorum fundamenta destruuntur, vt patet.

Soarius.

Glossa Panormi

30.

Sequitur ex opinione Soarij, duo peccata committi necessarium confitenda in illis iuramentis publicis, quae in materia illicita praestantur in die festo; alterum, ratione materiae; alterum, ratione prohibitionis, qua prohibentur, ne in die festo fiant, vel saltem vnum cum duabus circumstantiis necessariò in confessione dicendis.

Quaeris ad finem huius capituli, an obligatio huius

huius precepti, qua in praedicto cap. vltimo, de feriis, prohibentur iuramenta iudicialia & extra iudicialia modo explicato num. 29. sit de se mortalis, an tantum venialis? Respondeo, transgressionem huius precepti, & obligationem illius de se esse mortalem, & mortalem culpam inducere; licet aliquando etiam in iudicio possit esse venialis, ob leuitatem materiae, aut ob conscientiam erroneam, qua ex consilio alicuius viri, qui reputatur doctus, excusatur quis, vel ex aliqua simplici inaduertentia, & cogitatione. Et ratio est: quia hoc praecceptum est in materia, & circa materiam Religionis, & ex hoc capite graue est, & ordinatur etiam ad grauissimum finem, qui est diuinus cultus, ac proinde cessatio iuramenti, quam praecipit, est satis grauis. Praeterea, Ecclesia interdum excommunicat fideles propter transgressionem diei festi: ergo signum est in hoc praeccepto culpam contineri mortalem, non solum quoad obseruationem diei festi, sed etiam quoad iuramenti cessationem. Et nihilominus ob leuitatem materiae certissimum est, posse esse veniale ob generalem regulam omnium praecceptorum: in omnibus enim paruitas materiae excusat, vt in furto, in iuramento promissorio, in praeccepto obseruationis diei festi, & cessatione operis feruiliis: & nulla est ratio, ob quam hoc praecceptum ab illa regula generali excipiat. Ita docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. 1. num. 2. pag. 405. col. 2. Sed de hoc statim dicemus cap. sequenti.

Soarez.

CAPVT. XIV.

Que causa excusent a praeccepto obseruationis diei festi: & vtrum sit peccatum hora integra diebus festis laborare: quid de barbitonsoribus, & aliis mechanicis.

SVMMARIVM.

- Multa cause excusant a praeccepto non operandi n. 1. Laborare vna integra hora non est peccatum mortale. num. 2. Quantum opus est, vt excedatur, vt sit mortale. ibid. versu. Ego crederem. Barbitensores si vna hora, vno, vel altero die festo elaborent, non peccant lethaliter. num. 2. Si tamen id efficiant omnibus diebus festis continuatim, mortaliter peccabunt. num. 3. Idem de aliis artificibus. ibid. Sutor, aut sartor, qui vno, vel altero die vestem, vel calceos aptant spatio vnius horae, non peccant mortaliter: secus, si singulis diebus festis id continuatim efficiant. num. 3. Non est mortale, imò nec veniale, portare cruces, & pulsare campanas diebus festis, num. 4. Hofiarum decoctiones, ornatus altarium, excusationes vestium sacrarum e loco, ubi sunt recondite, non sunt referuanda in diem festum: si tamen de industria referuauerunt, est peccatum veniale tantum, n. 4. versu. Alia sunt, quae. Templi verrere, tectum & parietes auleis vestire, vias publicas ornare, & mundare ad supplicationem, si de industria referuauerunt in diem festum, veniale tantum est; imò nec veniale, si antecedenter fieri non potuit num. 4. Deserre tabulas, & tabulata confiscare, aream preparare ad ludos publicos in die festo, nullum est peccatum si antecedenter fieri non potuit. num. 5.

31.

Agros colere, & arare, edificare domos Ecclesie, ligna, & lapides plaustris congerere in die festo, non est peccatum mortale, si Ecclesia sit nimis pauper: secus, si pauper non sit num. 6. Non peccant pauperes, quando aliter se sustinere familiam sustentare nequeant, secreto laborando, diebus festis, modo Missam audiant. num. 7. Quid si Episcopus praecipiat sub excommunicatione, vt nullus laboret, etiam cum necessitate. ibid. Excusantur a peccato, qui ob metum operantur, modò non id feratur in contemptum fidei. num. 8. Excusantur seruus si a dominis cogantur. num. 9. Item, milites, qui tempore belli ageres constituunt, & ligna portant, vt urbem defendant. num. 10. Item, agricolae, qui tempore messis, aut sementis, propter iniurias temporis elaborant. num. 11. Et qui iusto metu dominorum id faciunt. num. 12. Excusantur piscatores, qui ceuam piscium genus piscantur statim temporibus ad hunc accedentibus. n. 13. Nec tunc tenentur elemosynam Ecclesie vicinis dare. num. 14. Excusantur coquentes lateres, & vitrum, & regulas. num. 15.

Laborare diebus festis ex genere suo peccatum lethale est: excusatur tamen ob multas causas, quas prudens Confessarius memoria tenere debet, vt sciat, quatenus penitentes peccent mortaliter, vel non peccent circa hoc praecceptum, quae omnes ad quinque reduci possunt.

1.

Primo, excusat paruitas temporis, & materiae, (hic enim vnum cum alio necessarium recurrit, materia, scilicet, cum tempore, & tempus cum materia:) sic tonfores barbarum & capillorum a mortali culpa excusantur, si vno, vel altero die festo, vnam horam elaborent, in radendis barbis & capillis absque legitima causa excusante, modò fiat absque contemptu. Ita docet Sancius lib. 1. Decalogi, tomo 1. cap. 4. n. 18. vbi tenet expresse, vnam horam laborare voluntarie, & absque causa, vno, vel altero die festo non esse peccatum mortale, sed tantum veniale, quia vna hora non est pars notabilis vnius diei. Idem ex eodem fundamento docet

Sanchez.

2.

Azor tom. 2. Institut. moral. lib. 1. cap. 28. quaest. 5. idem Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. 1. fol. 405. colum. 1. ibi enim existimant, nimis rigorosam esse illam sententiam, quae asserit, laborare vna integra hora, peccatum esse mortale: quia vna hora est vigesima quarta pars vnius diei, & non est pars notabilis illius. Vnde tandem asserit, opus esse, vt excedatur tempus vnius horae vt culpa mortalis admittatur. Non tamen ille, nec alij declarant, quantum opus est, vt excedatur, sed id arbitrio prudentis committunt. Er verò hoc cum pendat ex arbitrio prudentis, non potest hac de re regula certa statui, cum facile quis decipiatur (vt ait idem Soarius) inuincibiliter existimans, esse leuem materiam, exiguamque partem diei, quae in se grauis est, & tunc certum est non peccare mortaliter. Caietanus 2. 2. quaest. 122. articul. 4. & 5. & in Summa, verbo, Festorum violatio, & Nau. in Man. Lat. cap. 13. num. 9. & Toletus lib. 4. Summae, cap. 25. num. 1. Angel. verbo, Ferie, num. 8. & Sylu. Sylu. verbo, Dominica, quaest. 4. & 5. docent etiam non peccare lethaliter tonfores, si vno, vel altero die festo capillos tondent ob paruitatem, exiguitatemque temporis & materiae; sed tantum venialiter; imò nec etiam venialiter, si detur aliqua causa excusans, v. c. si id principaliter faciunt ob amicitiam, vel ob dependentiam alicuius viri nobilis, aut quia praecedenti die non potuerunt. Quas causas specialiter notauit Toletus allegatus, & Nauarrus. Itaque videntur huiusmodi Doctores idem

3.

Caietani.

Nauar.

Toletus.

Angelus.

Sylu.

Sylu.

4.

5.

6.

7.

8.

9.



in re docere, quod docent Soarius, Sancius, & Azor, laborare, videlicet, vna hora voluntariè, & absque causa legitimè excusantè, non esse peccatum mortale, sed tantum veniale, cum plus, minusve spatium vnius horæ possint terere barbitonifores, in abradenda barba vnius hominis. Et consequenter omnes docent laborare vnam horam, vno, vel altero die, peccatum lethale non esse: sed non declarant, quantum opus est, vt excedat, vt peccatum mortale sit. Ego crederem, opus esse, vt excedat dimidium quadrantem, aut ad summum vnum quadrantem: nam, quauis vna hora supra dimidium quadrantem, aut supra vnum quadrantem, non sit tempus notabile, respectu vnius diei; tamen in hoc spatio temporis potest effici opus seruile notabile in se, ac considerabile. Quamobrem explodenda est opinio aliquorum iuris canonici Interpretum, qui existimant: tertiam partem vnius diei non esse partem notabilem illius, atque ideò laborare in vno, aut altero die festo, per tertiam partem illius, non esse peccatum mortale: sunt enim hi diuinæ legis laxatores, & ideò illos relinquamus.

Dixi, vno, vel altero die festo, & non omnibus diebus festis: quia, si materia est continuata, & singulis diebus festis barbitonifores barbas abraclant, quauis non sit nisi vnius tantum hominis, tunc ratione continuationis materiæ peccatum erit lethale, vt specialiter notauit Toletus dicto lib. 4. cap. 25. num. 1. & id ipsum insinuant reliqui Doctores, cum dicunt, laborare vno, vel altero die festo vnam horam voluntariè, & absque causa legitimè excusante, non esse peccatum mortale, sed tantum veniale: quasi dicant, secus dicendum esse, si materia sit continuata, & id faciant singulis diebus festis. Dices: ille, qui singulis diebus festis omittit aliquam partem Missæ, v. c. Epistolam, non peccat mortaliter, propter continuationem materiæ præcepti audiendi Sacri: ergo non etiam ille, qui singulis diebus festis barbam vnius hominis tondet, mortaliter peccabit, cum par sit vtrobique ratio. Respondeo, diuersam esse rationem: nam in opere seruili, cum sit opus materiale, datur continuatio, & extensio materiæ, licet detur discontinuatio in ipsis diebus; quæ tamen continuatio operis sensibilibus, & materialibus, non datur in Missa, & cessatio operis seruilis est præcepti negatiuum; auditio verò Missæ est per modum præcepti positiui; & ideò in præceptis negatiuis de se præcipitur, ne extendatur opus materiale, seruile, & mechanicum in diuersis diebus: quod tamen non cernitur in præceptis positiuis. Et quod diximus de tonforibus, idè à paritate rationis dicendum est de aliis artificibus mechanicis in suis artibus. Sic non peccat mortaliter furor, aut farror, qui vno, vel altero die festo, vnam, vel alteram vestem, aut vnum, vel alterum calceorum par aptauit per spatium vnius horæ: secus, si singulis diebus festis id continuatim efficiat extra necessitatem; tunc enim ratione continuationis materiæ mortaliter peccabit, vt notat Azor tom. 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quæst. 5. Et quauis ille dicat, si vendant; tamen idem est, si parauerint: nam de venditione iam diximus cum Soario cap. 12. num. 8. propter consuetudinem, quam videntes, & scientes Prælati tolerant, non esse peccatum mortale, vendere calceos, & alia similia: quæ consuetudo potest tolerari propter rusticos, qui commodè aliis diebus ad vrbem accedere non possunt, quin suas operas cum magno sui detrimento deferant; & cum Soario, quem ibi allegauimus. Ita docet expressè Rodriguez in Summa, cap. 122. num. 4. & Nauar. consilio 1. de festorum obseruatione, excusantes has venditiones calceorum ob eandem consuetudinem & scitiam, & toleratam à Prælati.

Secundò, excusat à peccato cultus diuinus, & propter cultum diuinum excusantur à peccato lethali, imò fortè & veniali, aliqua opera seruilia; quæ in honorem, cultumque Dei diebus festis fiunt, & huiusmodi opera in triplici sunt differentia: nam quædam per se diuino cultui immediatè coniunguntur, vt portare cruce, pulsare campanas, & similia, & hæc licita sunt diebus festis: est enim de illis eadem ratio, atque de ipso diuino cultu. Ita docet Soar. tom. 1. de Relig. dicto libro 2. de diebus festis, cap. 21. num. 10. pag. 373. col. 1. Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 1. Azor tom. 2. Inst. moral. lib. 2. cap. 28. quæst. 5. & alij communiter. Alia sunt, quæ, licet pro die festo necessariò requirantur; possunt tamen antecedenti die preparari, vt coquere hostias, vestes sacras extrahere de loco, vbi sunt recòditæ, ornare & preparare altaria; & de his communiter Doctores dicunt, non esse reseruanda in diem festum: non tamen explicant dilucidè, an sit peccatum mortale; illa in eum diem reseruare: & certè Toletus citatus docet, non licere huiusmodi opera facere, aut reseruare in diem festum, cum fieri possunt ante festum; quauis, inquit, quocunque modo ista facere, etiam, cum ante fieri possent, ex se non sit mortale peccatum: in quo satis ostendit, solùm esse veniale, si de industria in diem festum reseruentur. Et idem docet etiam expressè Soarius allegatus numero 11. & Azor item allegatus, & id satis indicat Caietanus 2. 2. quæst. 122. art. 4. & in Summa verbo, *Festorum violatio*. Alia sunt opera non tam vicina diuino cultui, cum tamen ad illum spectent, vt templa scopis verrere, testum, & parietes taperibus, auleisque ornare, ac vestire, vt vias publicas mundare, & preparare, si futura sit processio, quæ quidem opera de se sunt seruilia, & communia ad alias domos, & loca, & ideò reseruari nō possunt in diem festum scienter, & aduertenter sine aliqua culpa, non tamen mortali, sed veniali, vt docet Soarius citatus dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 21. pag. 373. num. 11. secluso scandalo, & contemptu; tunc enim erunt peccata mortalia: & cum Soario idem docet Toletus dicto lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 2. & Azor tom. 2. Inst. moral. cap. 28. quæst. 5. lib. 1. & id satis indicat Caietanus 2. 2. quæst. 122. art. 4. & in Summa verbo, *Festorum violatio*, & Sotus l. 2. de iust. quæst. 4. a. 4. quia, vt ait Soarius, materia hæc de se non est grauis, & sit leuior ex coniunctione ad cultum Dei; nullum verò peccatum erit, nec veniale quidem, si hæc, & alia similia opera fieri non poterunt ante diem festum; vel propter concursum multorum dierum festorum; vel propter defectum illorum, qui huiusmodi parietes, & recta templorum ornare sciunt, vel quia ornamenta, tempore accommodato non sunt subministrata; vel ex alia quacunque causa rationabili. Iam verò, si intercessit obliuio, vel inaduertentia præcedens, caret opus omni culpa, vt patet, cum inaduertentia & obliuio ab omni peccato excusent. Quod si contingat, ex mera negligentia omitti opus, postea iam erit casus necessitatis, vt sine nouo peccato in die festo fiat, vt animaduertit Soarius citatus ad finem dicti numeri 11.

Alia adhuc sunt opera de se seruilia magis remota à cultu diuino, quæ tamen, quia modo aliquo ad illum ordinantur, à peccato mortali, & veniali excusantur, si in die festo fiant, quando antecedenti fieri non poterunt: v. c. tabulas deferre, & tabularum efficere, vel quodlibet aliud artefactum, si necesse fuerit, pro ratione solennitatis, vt aduertit Soarius dicto tomo 1. de Relig. lib. 2. de dieb. festis, cap. 21. n. 8. pag. 372. col. 2. Imò existimat Azor tom. 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quæst. 5. *Tertio causa pietatis, ad finem, fol. 181. & 182. col.*

Tolet.

Azor.

Soar.

Rodrig. Nauar.

Soarius Tolet. Azor.

Azor. Caiet.

Soar.

Toletus. Azor. Caietanus.

Soar.

Azor.

Azor.

Toletus.

6.

Toletus. Soarius. Caietan.

Sotus. Nauar. Armilla.

Syluest. Angelus. D. Anton.

Azor.

7.

Toletus. Azor. Soarius. Rosella. Syluest. Tabiena. Nauar.

col. 2. licitum quoque esse huiusmodi tabularum efficere, atque architectare in die festo, quando antecedenti die effici non poterunt, cum publici ludii fiunt, atque spectacula celebrantur, causa recreationis, vt populus recreetur; quia hoc & ratio ipsa, & publica vtilitas suadent; sunt enim huiusmodi ludii publici, & dantur spectacula in publicam popularitiam; atque aded reducit Azor hanc excusationem ad communem & publicam necessitatem: & id ipsum cum Soario & Azorio docet expressè Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 4. §. *Quartus est*. Quando tamen antecedenti die profecto huiusmodi tabularum effici poterunt, & de industria, scienter, & aduertenter reseruata fuerunt in diem festum, non excusantur à mortali, meo iudicio, in vtroque casu, cum hæc opera de se seruilia sint, & non multum coniuncta cum diuino cultu. Si verò per obliuionem id factum fuerit, licitè fieri poterunt in die festo, cum obliuio, & incogitatio excuset à peccato, tam mortali, quam veniali. Si per negligentiam, iam tunc fiet casus necessitatis, & vtilitatis publicæ, & licitè fieri poterunt in die festo, quauis peccatum fuerit in negligentia.

Sunt denique alia opera de se seruilia, quæ remotissimè pertinent ad diuinum cultum, vt colere, & arare agros Ecclesiæ, adificare domos illius, ligna, & lapides plaustris congerere, ad huiusmodi adificationem; hæc non licent in die festo, & de se sunt peccata lethalia, nisi sint alicuius Ecclesiæ, nimis pauperis, cui aliter vix subueniri potest. Ita docent Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 2. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 21. n. 12. pag. 373. col. 2. & id ipsum docere videtur Caietanus 2. 2. quæst. 122. art. 4. & in Summa verbo, *Festorum violatio*, & Sotus lib. 2. de iust. quæst. 4. art. 4. Nauar. in Manuali Lat. cap. 13. n. 4. Armilla verbo, *Feria*, n. 20. quatenus aiunt, non esse licita huiusmodi opera, nisi iusta intercedat necessitas, atque aded non sufficere, quòd pertinent ad Ecclesiam, nisi Ecclesia aded sit pauper, vt his subsidiis misericordiam indigeat, & vix ei aliter succurri possit: & in hoc sensu hanc sententiam tenent etiam Sylu. verbo, *Dominica*, q. 4. Angelus verbo, *Feria*, n. 28. & 30. D. Anton. 2. p. r. titulo 9. cap. 7. §. 5. nam, quauis Angel. Syluest. & D. Anton. dicant communem esse sententiam huiusmodi opera iure permitti; tamen intelligendi sunt, vt eos explicat Azor tomo 2. Inst. moral. cap. 28. §. tertio, fol. 180. col. 2. modò alias Ecclesia pauper sit, & his auxiliis ei opus sit, ad subleuandam miseriam & paupertatem; nam, si hæc tunc fieri possunt ad subleuandam miseriam pauperum; ita etiam fieri poterunt ad miseriam Ecclesiæ subleuandam. Et præter hos DD. ita etiam docet expressè Azor modò allegatus.

Tertio, excusat necessitas: & hæc necessitas, vel potest esse propria, vel proximi, vel communis Reip. aut Prouinciæ, Ratione necessitatis propriæ excusantur pauperes operarij, & artifices, qui aliter se, suamque familiam sustentare nequeant, nisi labore diurno suarum manuum: vnde hi in festo die secreto laborare poterunt, ad tollendum scādalum; dummodò tamen Sacrum prius audiant. Ita docet Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 3. Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. c. 28. q. 4. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. n. 2. pag. 407. col. 2. & n. 3. Rosella, Syluest. statim citandi. Tabiena verbo, *Feria*, n. 44. Nauar. in Man. Lat. cap. 13. n. 6. vbi affirmat, solam necessitatem propriam posse excusare à peccato in die festo operantem sine licentia Superioris, si necessitas est indubitata: & in num. 15. asserit, hoc aded verum esse, quauis Episcopus, aut Superior præciperet sub excommunicatione laxæ sententiæ, ne quis diebus festis, vel die aliquofesto

operaretur, posset licitè operari, quia illa excommunicationis de se est conditionalis, & intelligitur, quòd non efficiat aliquod opus, nisi ei aliunde id licitum sit. Er verò, si in excommunicatione præciperetur, quòd neque ex necessitatis causa, neque pietatis quis operaretur; contineret huiusmodi excommunicationis errorem intolerabilem contra legem naturalem, & consequenter irrita esset, & non ligaret, argumento c. 1. de re iudic. & c. *Per suas*, de sentent. excomm. & idem docet etiam Rosella verbo, *Feria*, §. 27. Tabiena verbo, *Feria*, n. 44. & Sylu. verbo, *Dominica*, quæst. 7. quæ sententia Nauarri vera omninò est, Tota hæc doctrina Doctorum confirmatur ex cap. vltimo de feriis, ibi, *Nisi necessitas urgeat, vel pietas*, nam, quauis ibi prohibeantur opera iudicialia; tamen eadem est ratio de operibus seruilibus, atque de illis. Monet tamen Soarius allegatus n. 3. hoc non habere locum, nisi in euidenti necessitate, indubitataque; & quia, regulariter loquendo, non possunt homines idipsi per se iudicare, cum nullus sit rectus Iudex in causa propria, maxime in hac, tum propter periculi affectus, tum propter defectum doctrinæ, vt securè id faciant, hoc debere efficere ex consilio docti ac prudentis Confessarij; quod consilium Soarij optimum est; sed tanta esse potest necessitas, vt nec locum ad eundem Confessarium concedat. Si tamen res, & necessitas fuerit dubia, necesse est, vt abstineant, vel vt petant dispensationem à suo Pastore, quando facile Episcopus adiri non potest: eo enim ipso, quòd causa est dubia, est de se insufficientis, vt per se sola obligationem auferat, vt optimè animauerit Soar. citatus. Et in hac excusatione locum habet regula iuris, *Quod non est licitum, necessitas facit licitum* sumpta ex Beda Venerabili, & habetur reg. *Quod non est, de regulis iuris* & huius excusationis, ratione necessitatis propriæ, habemus exempla in sacra pagina 1. Machabeorum 2. de Machabæis pugnantibus in die sabbato propter periculum, quod eis imminerebat, nisi se defenderent; & in Elia, qui, vt fugeret mortem, quam sibi intentabat Iezabel, confecit iter in sabbato maius, quam sibi per legem liceret: nam 3. Reg. 19. dicitur Eliam ambulasse quadraginta diebus, in quibus necessariò sabbata continebantur.

Et ideò necessitatis nomine meritò intelligit Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quæst. 5. §. quarto, fol. 181. col. 1. vim nobis illatam, aut merum grauem ab extrinseco nobis incussum: vt, si quis alium vis, aut metu mortis in die festo opera seruilia eo die prohibita efficere compellatur, tunc excusatur à peccato mortali, & veniali, si eo metu illa efficiat, modò non compellat in odium, aut contemptum fidei: tunc enim tenetur potius mille mori, quam Deum lethaler offendere: quod exemplo Eliæ in fine numeri præcedentis allati confirmari potest. Et ita docet etiam Toletus lib. 4. Summæ, c. 25. n. 3. §. *Sexta est vis seu violentia*.

Ob hanc vim extrinsecam excusantur etiam à peccato ijs serui, qui obligati sunt ad seruendum, si cogantur à dominis suis, diebus festis laborare, modò non cogantur in fidei contemptum: tunc enim mors est potius subeunda, quam aliquod opus seruile faciendum. Ita docet Toletus modò citatus Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quæst. 5. §. quarto, fol. 181. col. 1. Caietanus 2. 2. quæst. 122. art. 4. D. Anton. 2. part. titulo 9. cap. 7. num. 5. Angel. verbo, *Feria*, num. 19. Rosella ibi, num. 23. & 24. Nauar. in Manuali Lat. cap. 13. num. 7. Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. pag. 408. num. 4. col. 2. medio. Tabiena verbo, *Feria*, numero 28. quod non est intelligendum, vt optimè explicat Azor, quando non solum sibi mors intentaretur à dominis; sed etiam, quando, nisi

Rosella. Tabiena. Syluester.

Machab.

8.

Azor.

9.

Toletus. Azor. Caiet.

D. Anton. Angelus. Rosella.

Nauar. Soarius. Tabiena.



dominorum iussa, atque imperata facerent, vel debitum sibi stipendium amitterent, vel à famulatu remouerentur, domoque excluderentur, vel necessario cibo priuarentur, & alium herum, ac dominum, cui inferuissent, non tam facile inuenirent; & hoc fortasse infra ampliùs patebit num. 12.

RO.

Ratione necessitatis corporalis propria excusantur milites, qui tempore belli, ad euitandum damnum proprium, & tuendam urbem, diebus festiuis laborant, & ageres necessarios construendo, tormenta bellica parando, muros, ac repagula ædificando, & alia similia opera seruilia exercendo. Ita docet Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. num. 5. pag. 409. Toletus lib. 4. Summæ cap. 25. num. 3. §. Quarta est, & alij.

Soarius. Toletus.

RI.

Excusantur etiam agricolæ ratione necessitatis propria, qui diebus festis frumenta, propter tempestates ingruentes, ex area in horrea portant, & qui tempore messis metunt, & tempore autumnii vindemiant, aut ferunt, cum timetur periculum aliquod temporis non opportuni. Ita docet Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 3. §. Tertia necessitas est. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. num. 3. pag. 408. Nauarr. in Manual. Lat. cap. 13. num. 6. Otiensis in Summa, titulo de feriis, §. Quarto Tabiena verbo, Ferie, n. 32. Et idem dicendum est de aliis rebus, quando subiacent periculo. Excusantur etiam iuxta eundem Soarium illi, qui ingruente pluuia elaborant, vt fegetes tueantur, concinnando paleas, colligendoque in pecorum pabulum scenum; & qui ob venti commoditatem purgant triticum, quando periculum est, ne deficiat: & possunt huiusmodi agricolæ ad id inuari licite, & abique villo peccato nam, quando alicui est licitum opus aliquod efficere, licitum quoque est illum adiuuari in illo, vt patet.

Toletus.

Soarius. Nauarr. Otiensis. Tabiena

RI.

Excusantur etiam agricolæ, qui iusto metu compulsi eorum, à quibus laboris sui mercedem, pretiumque accipiunt, diebus festis elaborant, à quibus (nisi morem gerant) magnum aliquod damnum, vel personale, vel reale patiuntur; vel, quia eos priuabunt fortè consueta mercede; vel, quod ad seruitium operum seruilium ampliùs non vocabunt, cum tamen vix habeant aliunde, vnde vitant. Et idem dicendum est de vxoribus, & filiis, qui in potestate sunt maritorum, & parentum; & generaliter de iis omnibus, qui sub potestate alterius sunt, vt diximus n. 9. de feruis, respectu dominorum. Et hæc est optima doctrina; & est Tabiena verbo, Ferie, n. 28. & Nauarr. in Man. Lat. cap. 13. n. 7. §. Similiter modò tamen hæc non fiant in contemptum dierum festorum, aut præcepti Ecclesiæ: quia tunc nemo tenetur parere, ac obedire, etiam si certa mors ei ob oculos obuersaretur, vt diximus dicto num. 9.

Tabiena. Nauarr.

13.

Excusantur etiam ratione damni, & necessitatis propria ij piscatores, qui piscantur diebus festis certum piscium genus, quod tantum certis, ac statis anni temporibus aduenire solet, & postea illico discedit, nisi capiatur, cuiusmodi sunt thummi, halecia, fardæ. Et ita docet Toletus lib. 4. cap. 2. n. 3. §. Quinta necessitas: Nauarr. in Man. Lat. cap. 13. n. 9. Angel. verbo, Ferie, §. 34. & 35. Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 1. cap. 28. quest. 11. Syluest. verbo, Dominica, n. 6. §. & verlu, Que est necessitas. Et idem est, vt notat specialiter Nauarr. de aliis piscibus, qui statis diebus ac temporibus apparere, ac venire solent, & statim, nisi capiuntur, abcedunt: main licet cap. Licet, de feriis, solum loquatur de halecibus, siue atringuis, idem tamen eadem ratio aduadet de reliquis piscibus, qui statis temporibus aduentant, atque apparent. Excipiuntur tamen in eodem cap. Licet, de feriis, maiores solennitates anni, in quibus huiusmodi piscationes non sunt licitæ, v. c. dies Natalitij Domini, Epi-

Toletus. Nauarr. Angelus. Azor. Syluest.

phanæ, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes, vt ibidem explicat Glossa verbo, Maioribus: potest tamen consuetudo, piscationes huiusmodi etiam his diebus licitas facere, & idè seruanda illa erit, vbicumque detur, cum consuetudo possit præualere aduersus leges humanas, & id licitum facere, quod aliàs erat illicitum & prohibitum, vt sæpè dixi.

Est tamen dubium, an teneantur huiusmodi piscatores tunc aliquam eleemosynam dare Ecclesiis pauperibus vicinioribus ex lucro harum piscationum: nam in cap. Licet, de feriis, in quo eis hæc licentia conceditur, præscribitur, vt aliquam eleemosynam pauperibus, aut Ecclesiis vicinioribus arbitrariè elargiantur: Negariuè respondendum est: nam, vt optimè Syl. explicat, verbo, Dominica, n. 6. verlu, Que necessitas, in eo capite consilium continetur, non præceptum: nec in hoc cernitur aliqua sumonia: neque enim ibi venditur priuilegium, aut facultas laborantibus in die festo; sed illum cultum, ac honorem, quem huiusmodi piscatores diebus sacris, ac festis Deo impendere tenebantur, in aliud opus pium & religiosum commutatur, vt egregiè animaduertit Azor tomo 2. Inst. moral. lib. 1. cap. 28. quest. 11. Glossa tamen ad prædictum caput Licet, de feriis, existimat, eam portionem, quæ inibi Ecclesiis vicinioribus pauperibus præcipitur erogari, non esse eleemosynam, sed esse decimam prædiale, quæ ex piscatu ipsi Ecclesiis parochialibus debebatur, & idè nullam ibi contineri sumoniam existimat, cum iuste id exigatur, quod aliqui iure debebatur. Sed de hoc infra redibit sermo, cum egerimus de necessitate aliena, num. 16.

17.

Azor.

Ratione etiam necessitatis propria excusat Caietanus 2. 2. q. 122. art. 4. & verbo Fæstorum violatio, & Sotus, quem citat Soarius statim allegandus, conuenientes lateres, regulas, calcem, ollas, vitrum, & alia similia, quorum decoctio intermitteri in alium diem non potest, sine magno detrimento. Sotus tamen non in vniuersum hanc doctrinam approbat, sed solum in vitro, & non in aliis operibus, quæ possunt vno, vel altero die non festo, decoqui, aut in alios non festos relinqui sine incommodo, ac dispendio. Verum, vt egregiè notat Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. n. 4. pag. 408. col. 2. hæc questio pender ex facto, & non ex iure. Regula generalis est quando inchoatum opus non potest intermitteri in die festo, sine notabili dispendio personæ particularis, vel communitatis, potest licite continuari in iisdem diebus festis; sedus quando non apparet hæc necessitas. Quando verò hæc contingat, necne, ad artifices scire spectat, quibus credendum est in hac materia quantum in omnibus casibus numeratis illos excusent Nauarrus in Manuali Lat. cap. 13. n. 7. §. Similiter excusantur. Angel. verbo, Ferie, §. 19. D. Anton. 2. part. titulo 9. c. 7. §. 5. Toletus libro 4. Summæ, cap. 25. n. 4. §. Tertia est. Tabiena & Tabiena verbo, Ferie, num. 26.

15. Caiet.

Soarius.

Nauarr.

Angelus.

D. Anton.

Tolet.

Toletus.

De aliis causis, & capitibus excusationis, ratione necessitatis proximi, & aliena, & necessitatis in pauperes, pietatis in Deum, & necessitatis communis.

S V M M A R I V M.

A præcepto non laborandi excusat necessitas proximi vite, aut salutis. num. 16. Excusantur etiam illi, qui pauperi vestem consuunt, aut illi ligna portare die festo, cum pauper id efficere non potest. num. 16. Prudentia

Prudentia est opus ad indicandum, an proximi necessitas tanta sit, vt excuset. num. 17. Licet Episcopis concedere facultatem piscatoribus; vt piscationes in mari, efficiant diebus festis, ad subleuandam miseriam inopum, etiam si Missa omittatur. num. 18. Nec tenentur eis precipere, vt aliquam portionem Ecclesiis vicinis pauperibus elargiantur. ibid. Verum artifices operari possunt diebus festis, vt eleemosynas faciant; & an validum sit, si ea de re votum fiat. num. 19. Venarum incisiones, emplastrorum, & medicamentorum compositiones, occisiones, excoriationesque animalium, licite fiunt diebus festis propter infirmos. n. 20. An qui molunt in pistrinis, & molendinis sturiorum, aut ventorum excusentur. num. 21. Carnifices, seu macellarij, similiter excusantur, quando in occursum multorum dierum festorum boves occidunt. num. 22. Idem de iis, qui panes, olera, & similia esculenta & poculenta vendunt. ibid. Item, excusantur etiam, qui equos iter agentium soleis ferreis munium, & qui laborant in providendis rebus ad aliquam expeditionem Indiarum, aut Brasiliae necessariis, quando necessitas temporis urget. num. 22. Excusantur etiam rescientes pontes, fontes, & vias publicas, quando remedium differri non potest absque magno incommodo. num. 23. Et qui laborant diebus festis in rebus necessariis ad communem populi letitiam, ad aduentum Regis, ad ortum Principis, & ad iudicium publicæ supplicationis. num. 23. An opus sit tunc petere licentia à Ordinario. n. 23. fine. Explicatur Caietanus & Nauarrus, qui de viis publicis, & fontibus, & fontibus aliter sentire videbantur. num. 24. Excusantur etiam, qui laborant pro Ecclesiis, piscantur locis, atque Monasterijs pauperibus, modò Missam audiant. num. 25. Necessitas sola sine licentia Superioris ecclesiastici excusat, modò sit indubitata. num. 26. Excusat etiam licentia Episcopi tacita, vel expressa. num. 27. Quid, si Episcopus dispenset absque legitima causa in diebus festis à Papa, vel iure communi introductis? peccabit mortaliter, tam ipse, quam vtentes: dispensatione, & consequenter erit nulla. num. 27. Potest tamen Episcopus dispensare in diebus festis à Papa introductis ex causa. num. 27. An Parochi ex causa dispensare possint in festo, quando causa est dubia, & Ordinarius adiri commode non potest. num. 27. Quid in iure nomine Ordinarij veniat. num. 28. Superiores Religionum in causa dubia, veluti Rectores, Guardiani, Priores, &c. dispensare possunt cum suis domesticis intra claustra tantum degentibus. n. 28. Refertur opinio eorum, qui asserunt, peccare mortaliter illum, qui audito Sacro, & à laboribus cessans, tota die oritur, rebusque diuinis non vacat. num. 29. Confirmatur opinio negans ex multis fundamentis. num. 30. Ex vi præcepti solum tenentur fideles sacrum audire, & ab operibus cessare, & non tenentur ad actus conuersionis, vel dilectionis Dei super omnia. num. 31. veru. Verum. Satisfit obiectionibus & argumentis in contrarium factis. num. 32. Soluntur argumenta facta pro opinione, num. 29. explicata à numero 33. usque ad 34.

16.

H Actenus egimus de causis excusantibus, ratione necessitatis propria; nunc agendum est de causis excusantibus, ratione necessitatis proximi, &

alienæ. Quarto, excusat etiam necessitas proximi, etiam priuata; & idè si salus, aut vita proximi periclitetur, licitum est, pro illa tuenda laborare in die festo: veluti, si domus proximi inflammaretur incendio, si fegetes comburerentur, licitum erit laborare pro extinguendo igne. Et ex eodem capite excusantur, qui vestem pauperi consuunt, illique ligna portant die festo, cum ipse id efficere non possit, & est in graui necessitate, aliàs non. Ita Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. num. 4. §. Tertius casus est. Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. num. 6. pag. 409. col. 1. & cap. 27. n. 14. pag. 374. col. 1. Syl. verbo, Dominica, quest. 4. Angel. verbo, Ferie, n. 30. Nau. in Man. Lat. cap. 13. n. 10. vbi citat Monaldum, & dicit, laborare diebus festis pro pauperibus, non esse peccatum. Et idem docet etiam D. Ant. parte 2. tit. 9. cap. 7. §. 5. Probatur ex cap. Conquestus, de feriis, ibi: Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat. Vbi Glossa verbo, Pietas, rationem reddit: quia in operibus misericordiarum, & charitatis, distinctio dierum festorum, aut non festorum, non est habenda. Probatur etiam ex sacra pagina Osee 6. Misericordiam volo, non sacrificium. hoc est, plùs volo, quàm sacrificium. Ex quo locò argumentatur Christus contra Iudæos, & tandem concludit, licet sabbatis benè facere, quando, scilicet, urget charitas, & necessitas proximi: quia tenemur proximos diligere, sicut nosmetipsos, hoc est, in ordine ad eadem bona spiritalia, & temporalia, licet non in eodem gradu, & æqualitate bonorum, nec tantum, quantum. Itaque hic militat illa regula Diui Bernardi: Qua pro charitate inducta sunt, non debent contra charitatem militare.

Tolet.

Soarius.

Soar.

num. 6. pag. 409. col. 1. & cap. 27. n. 14. pag. 374. col. 1. Syl. verbo, Dominica, quest. 4. Angel. verbo, Ferie, n. 30. Nau. in Man. Lat. cap. 13. n. 10. vbi citat Monaldum, & dicit, laborare diebus festis pro pauperibus, non esse peccatum. Et idem docet etiam D. Ant. parte 2. tit. 9. cap. 7. §. 5. Probatur ex cap. Conquestus, de feriis, ibi: Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat. Vbi Glossa verbo, Pietas, rationem reddit: quia in operibus misericordiarum, & charitatis, distinctio dierum festorum, aut non festorum, non est habenda. Probatur etiam ex sacra pagina Osee 6. Misericordiam volo, non sacrificium. hoc est, plùs volo, quàm sacrificium. Ex quo locò argumentatur Christus contra Iudæos, & tandem concludit, licet sabbatis benè facere, quando, scilicet, urget charitas, & necessitas proximi: quia tenemur proximos diligere, sicut nosmetipsos, hoc est, in ordine ad eadem bona spiritalia, & temporalia, licet non in eodem gradu, & æqualitate bonorum, nec tantum, quantum. Itaque hic militat illa regula Diui Bernardi: Qua pro charitate inducta sunt, non debent contra charitatem militare.

Syluest.

Angel.

Nauarr.

Monaldum.

D. Anton.

17.

Hic tamen prudentia maxima necessaria est, ad iudicandum, an necessitas proximi tanta sit, vt possit excusare à peccato opera seruilia facta ob necessitatem proximi. Regulariter tamen, vt animaduertit Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. n. 6. pag. 409. col. 1. & 2. securius potest quis duci ad laborandum in die festo pro necessitate proximi, quàm pro sua propria: quia non tam facile errabit affectu, in re aliena, quàm in propria: nihilominus tamen tutum est semper, vt consilio prudentis, quando non est res ita patens: nam, si sit euidens necessitas, tutius est excedere, quàm deficere; & verò, si bona intentione fiat, nunquam in hoc committeretur delictum.

Soarius.

18.

Dubitabit tamen aliquis, an liceat Episcopis concedere facultatem aliquibus hominibus v. c. piscatoribus, ad piscandum in die festo, vel in diebus festis in mari sardineas, vel aliquod genus piscium, ex quorum piscatione magnus quæstus speretur ad subleuandam miseriam aliquorum pauperum, de quorum necessitate euidenter constat, moraliter loquendo: v. c. ad subleuandam miseriam eorum pauperum, qui ex Hibernia, aut Anglia ad nos vèticant, ne in suis patriis fidem deserere cogantur; & in Hispania, vel collegialiter viuunt, vel si non collegialiter, ostantim petunt, & viri sunt, aut adolecentes nobiles. Et idem dicendum est, vel potiùs inquirendum est, circa ædificationem alicuius Ecclesiæ pauperis, vel Monasterij pauperum Religiosorum. Et fundamentum dubitandi est: quia videtur in hoc fundamentum committi, cum vendatur hoc priuilegium spirituale, vt prima facie apparet, pro pretio lucri sperati. Dicendum tamen est, hoc Prælatos, & Episcopos posse efficere licite & laudabiliter, etiam si Missa ob eum charitatis actum omittatur, si commode audiri non potest: nam charitas, & pietas, quæ excusatur à præcepto non laborandi, eadem ratione excusare debet à præcepto audiendi Sacri. Et ita docet Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 1. cap. 28. q. vndecima, fol. 185. quantum nihil traçter de Missa. Sed eadem est ratio

Azor.

utrobique; neque in hoc vlla committitur simonia, ut consideranti patebit, cum hoc non sit vendere privilegium aliquod spirituale; sed sit mutare cultum & honorem, quem illi piscatores per cessationem operum feruiliū Deo tribuere tenebantur in diebus festis, in aliud opus pium, & religiosum factum propter Deum in utilitatem proximorum, ad subleuandam eorum miseriam. Sed; quanuis hoc licitum sit; non tamen consulerem, vt frequenter fiat: quia facile inde occasio sumetur, relaxandi præcepta Ecclesiastica cultus diuini in materia graui religionis. Concessa tamen hac facultate, neque Episcopi tenentur eis præcipere, vt ex opere seruili in die festo facta aliquam portionem aliis pauperibus largiantur, Ecclesiis vicinis, vel locis piis; neque illi, si Episcopus hoc non præcipiat, tenentur facere, vt quidam Authores minus bene existimauerunt, ducti verbis capituli, *Licit*, de feriis, vbi præcipitur, vt hæc elemosina, & portio extrahatur, deturque Ecclesiis vicinioribus pauperibus: nam, vt supra dixi, n. 14. & notauit Syl. verbo, *Dominica*, q. 4. & Angel. verbo, *Feria*, n. 25. & Azor citatus, §. *Quæres ibi*, continetur consilium, non præceptum. Vt verò notat Glossa in eodem capite, illa portio erant decimæ, quæ ex tali piscatione debebantur illis Ecclesiis pauperibus; quæ iubentur extrahi propter illarum paupertatem. Si verò nihilominus Episcopus in concessione huius facultatis & licentiæ præcipiat, vt aliqua portio referretur aliis pauperibus, aut locis piis, necessariò ad id tenebantur Piscatores, propter commutationem cultus religiosi, quæ adæquatè sit in vtranque elemosinam; in adæquatè verò in quamlibet illarum. Confirmatur tota hæc doctrina auctoritate illorum Doëtorum, quos citauimus, n. 16. qui docent, posse quemlibet laborare in festo, ad succurrendum inopiæ pauperum in indubitata necessitate constitutorum.

19. Hinc iam deducitur alia quæstio, vtrum, scilicet, artifices possint laborare in die festo, vt ex iurè faciant elemosynas pauperibus, & vtrum hac de re votum Deo facere possint: nam, si res est licita, sequitur, vt votum sit etiam licitum, & consequenter de re bona meliori non contraria; contraria enim materia huic voto, est, non laborare diebus festis: & hæc materia, scilicet, non laborare diebus festis, non est melior voto de laborando, si necessitas pauperum à præcepto de non laborando excuset. Respondet, huiusmodi artifices non posse licitè id elicere, nec votum ea de re factum valere. Ratio est: quia, vt necessitas excuset à cessatione operum feruiliū, debet esse necessitas actu existens, in aliquo paupere particulari, quæ moraliter notat sit & patens, & ita patens, vt si in eo die festo ei per opus feruile non succurramus, quando aliter non possumus, absque remedio, & subsidio relinqueretur: quia vix inueniatur alius, qui ei gratis eo die succurrat: & idè non sufficit necessitas illorum pauperum, in communi, qui sese obtulerint, nec votum valebit, nec à peccato transgressionis præcepti, de obseruandis festis excusabuntur artifices, qui propter hanc necessitatem in communi voluerint laborare; excusabuntur tamen in alio casu necessitatis certæ & indubitatae, & actu existentis, & ita existentis, vt aliter succurri non possit, & votum valebit. Ita docet Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 21. n. 15. pag. 374. col. 1. & faciunt pro hac parte omnes illi, quos citauimus, n. 16. nam, quando necessitas proximi instat pro illo die festo, quod ei per opus feruile succurrimus, quando aliter commodè non possumus, ita licitum est illud opus, vt tunc nec prohiberetur esse videatur, nec aliqua dispensatione opus sit, vt licitè fiat: quia ita tunc se habet illud opus feruile ad illum proximum pauperem propter

quem sit eo die, vt se habet victus, & vestitus quotidianus, quo eger ad conseruationem vitæ, vel corporis: vnde sicut hoc præceptum de colendo Deum, non prohibet victum, & vestitum quotidianum; ita non prohibet huiusmodi opera feruilia circa proximum. At verò quando necessitas non instat pro die festo, moraliter loquendo; & miseriam pauperis subueniri potest sequenti die non festo, tunc necessaria erit ponderatio necessitatis, & dispensatio arque licentia Pastoris, vt licitè fiat, cum ipsa necessitas non sit tam clara, & patens, vt possit excusare à transgressionem præcepti de obseruando festo.

20. Excusat etiam infirmitas proximi: nam propter proximos ægrotantes, licitè sunt aliqua opera feruilia, quæ in diebus festis licitè non fierent, absque ea ægriudine, veluti scissiones venæ, medicamentorum, emplastrorumque compositiones, occisiones animalium, excoarationesque, vt calentibus adhuc, & tepentibus pellibus, doloribus fomenta ministrantur: nam, quanuis hæc & alia similia opera de se feruilia sint & mechanica, & seruos tantum deceant; tamen nequaquam festum violat, qui hæc opera propter necessitatem proximi in die festo agit, quia in necessitatibus non sunt prohibita, vt patet ex cap. vltimo, de feriis, nisi necessitas urgeat, aut pietas, & in iisdem necessitatibus, tam liberi, quam serui tenemur proximis subuenire. Ita docet Caietanus 2. 2. q. 122. a. 4. §. *In tertio casu*, & D. Th. ibidem ad 4. & Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 21. num. 6. pag. 371. col. 2. Et propter hanc necessitatem, aut infirmitatem proximi; excusantur Medici, Chirurgi, tonsores, Pharmacopola, & alij suam ad hoc operam præstantes, vt docet etiam Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 3. §. *Prima corporalis*, Nauarr. in Manuali Lat. cap. 13. n. 7. §. *Simpliter*, Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 1. c. 28. q. 5. §. 3. Tabiena verbo, *Feria*, num. 23.

Ratione necessitatis proximi, & alienæ excusantur illi, qui molunt diebus festis in molendinis fluminum, & ventorum, si adest consuetudo à Prælati scita, & tollerata: nam circa hanc consuetudinem, non tam facile excusabuntur, cum hoc opus feruile diebus profectis antecedentibus, & subsequentibus fieri possit. Non excusantur autem illi, qui molunt in pistrinis: quia magnâ fabricam ac occupationem pistrina requirunt, excepta magna necessitate. Ita docet Nauarr. in Manuali Lat. c. 13. n. 9. fine. Rosella verbo, *Feria*, §. 9. Tabiena verbo, *Feria*, n. 27. Et verò molendina aquæ & venti existimat Tabiena non esse prohibita propter exiguum opus, ac laborem, quæm requirunt, & aliunde etiam ex magna necessitate excusantur, sicut & pistrina: sed melius est, ab vtriusque abstinere, nisi necessitas urgeat.

22. Excusantur etiam, ratione huius necessitatis proximi, carnifices, siue macellarij, qui maciant vendunt, aut excoarant boues, & alia animalia in occursu multorum dierum festorum, quando eam necessitatem præuenire non poterunt, & quando ætas est, qua ob nimium calorem corrumpuntur carnes. Ita docet Tabiena verbo, *Feria*, n. 20. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 13. n. 6. Excusantur tabernarij, hospitumque susceptores, qui in suis tabernis, & hospitibus cibos & necessaria ad victum vendunt. Sic Nauarr. citatus, & Tabiena n. 21. & Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 3. Et ij, qui panes, herbas, olera, fructus, & alia eiusmodi esculenta, & poculenta vendunt: & hi quidè ex duplici capite excusari possunt, & ex necessitate, & ex consuetudine, vbi ea fuerit introducta, sicut est apud nos. Ita Tabiena verb. *Feria*, n. 22. & Nauarr. in Man. Lat. cap. 13. n. 6. & 7. Angelus, verbo, *Feria*, §. 1. Caiet. 2. 2. q. 122. a. 4. Et fabri ferrarij, qui equos iter agentium ferrant: nam, sicut excusantur iter agentes, & agazones; ita etiam excusari debent huius-

huiusmodi fabri ferrarij, sine quorum ope iter agi non potest. Ita Nau. in Manuali Lat. cap. 13. n. 6. Tabiena verbo, *Feria*, n. 25. Et agazones, qui iumentis oneratis coëptum iam iter agunt; auditò tamen Sacro: non excusantur verò illi agazones, qui à domibus suis proficiscuntur iumentis oneratis, nisi sit magna necessitas. Ita Nau. in Man. Lat. cap. 13. n. 7. Caiet. 2. 2. q. 122. a. 4. & verbo, *Festorum violatio*, in Summæ, Tabiena verbo, *Feria*, n. 30. vbi dicit, excusari euntes ad nundinas; auditò tamen Sacro: quod intelligendum est iumentis oneratis, vt vendant suas merces, quas alio loco, & tempore vendere non possunt, easque distrahunt in bonum Reipublicæ, & utilitatem Communitatis illuc confluentis; & de auditione Sacri, etiam intelligendum est, nisi ex causa alia excusentur, v. c. ex eo, quod ad tempus peruenire non possunt, vt merces vendant, & vt negotium, cuius causa iter suscipiunt, expediant, & nisi necesse sit, mercimoniis assistere, ne furentur. Possunt etiam licitè agazones locare bestias diebus festis, iter facientibus: quia iter agentes excusantur, & cõducere illas possunt, mulòsq; ad portanda onera sibi itinere necessaria, vestes scilicet viatica, & lectos, & alia huiusmodi: cõsuetudo enim hoc fecit iam licitum, modò Missam prius audiant, nisi ab ipsa aliunde etiã excusentur huiusmodi iter facientes. Ita Nau. c. 13. n. 7. Tabiena verbo, *Feria*, n. 24. Sciendum tamen est, iter agere, cum sit commune seruis & dominis, non esse opus feruile, nec mechanicum, ac proinde nec prohibendum hoc præcepto de obseruatione festorum, vt supra probauimus cap. 11. n. 9. quia tamen aliqua secum afferat adnexa, quæ requirunt opera feruilia; idèd consuetudo hæc potuit licita efficere: quia multa illorum nõ ita sunt adnexa, itinere, vt ratione principalis, tanquam accessoria possint commode excusari.

23. Quintò, ratione necessitatis communis Reipublicæ, vel Communitatis, excusantur rescientes pontes, vias publicas, vel fontes, & alia huiusmodi, quæ sunt publici vsus & utilitatis, quando illorum remedium sine magno incommodo publico non potest differri in alios non festos. Et ratio est: quia maiori ratione prouidendum est necessitati publicæ, quam propriæ: vnde, si licitum est opera feruilia exercere ob necessitatem propriam die festo, quando ea, moraliter loquendo, differri non possunt in alium diem non festum, vt diximus n. 7. & 8. multò melius licebit hæc eadem opera agere ob necessitatem communem. Deinde, quia Ecclesia non vult obligare ad otium, & cessationem operum feruiliū cum publico incommodo reip. vt satis declaratur in cap. *Licit*, de feriis, & idèd ob eandem rationem licet laborare diebus festis in prouidenda Republica de victu, & de rebus necessariis ad aliquam expeditionem vilem, v. c. Indiæ, aut Brasiliæ, quando id necessarium est ad conseruationem illorū statuum. Ita docet Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. n. 5. fol. mihi 408. col. 2. & fol. 409. col. 1. Sylu. verbo, *Dominica*, q. 5. Angelus verbo, *Feria*, n. 28. & 30. D. Ant. 2. p. tit. 9. c. 7. §. 5. & Azor tom. 2. Instit. Moral. lib. 1. c. 28. q. 5. §. *Tertio*, Tolet. lib. 9. Summæ, cap. 25. n. 4. Tabiena verbo, *Feria*, n. 23. & quauis Tabiena, & alij limitent, modò id nõ fiat principaliter propter lucrum; tamen iam hanc opinionem supra recitimus cap. 10. n. 3. vbi probauimus, opus de se licitum, non reddit illicitum propter pretium; & idèd dicèdum est cum melioribus Authoribus, quos ibi citauimus, quocunque modo opus sit licitum, & quocunque modo fieri possit licitè, semper licitum manere. siue propter lucrum, siue sine illo fiat. Imò addit Soarius allegatus, excusari etiam eos, qui pro causa publica honesta, & cõuenienti Reipublicæ, aliqua opera feruilia efficiunt.

24. licet illorum necessitas non sit simpliciter necessaria, sed ad communem populi lætitiã, & splendorem in occasione moraliter necessaria, v. c. in aduertu Regis, in ortu Principis: tunc enim laborare solènt artifices diebus festis, vt vestes aptent, publica arte facta, & tabulata ornent, & perficiant, quod licitum plane est, tum ob consuetudinem, tum etiam ratione communis splendoris, & publicæ lætitiæ: & cum Soario cõsentit quoque Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 4. & id approbat Azor citatus dicto tomo 2. Instit. mor. cap. 28. lib. 1. q. 5. §. *Tertio*, vt diximus n. 5. Azor. huius capituli. Securius tamen est, addit Soarius, in his omnibus casibus viarum publicarum, pontium, expeditionum, & communis lætitiæ, publicique gaudij, & spectaculi, licentiam à Pastoribus Ecclesiasticis postulare, quãdo talia opera eius conditionis sunt, vt nec præueniri, nec differri possint, & quando multum temporis in his operibus feruilibus consumendum est, quod consilium salubre planè est, non tamen id est necessarium, vt patet.

Est hæc doctrina contra Caietanus 2. 2. q. 122. art. 4. & in Summa verbo, *Festorum violatio*, & contra Sotum lib. 2. de Iust. q. 4. art. 4. & contra Nauarrum in Manuali Lat. cap. 13. n. 11. qui id negant de viis publicis: sed tamen Nauarrus ibi statim se explicat, addens, hoc non licere, quanquam pietas, & misericordia erga viatores exerceatur, nisi magna urgeat necessitas: & sic nobilicium consentit; quia id tunc licitum esse dicimus, cum necessitas urgeat, & moraliter loquendo, opus extruendū, nec præueniri potest anticipatè, nec differri in dies non festos: modò tamè id non fiat in maioribus solennitatibus anni, v. c. in die Paschatis, Pentecostes, Natalis Domini, aut Ascensionis, nisi vrgentissima sit necessitas.

Excusantur etiam ij, qui laborant pro Ecclesiis, pro locis piis, & Monasteriis pauperum Religiosorum ad illorum ædificationem, vel reparationem, vel in alio opere necessario in iisdem Monasteriis extruendo, modò Missa primò audiatur. Ita docet Tabiena verbo, *Feria*, n. 37. & id consequenter debent docere omnes, qui id licitum esse affirmant, pro viis, pontibus, vel fontibus publicis. Excusantur quoque omnes illi, qui causa defendendæ vrbis, aut Reipublicæ elaborant, aggeres struendo, ædificando muros, ingruente bello, tormenta bellica asportando, mutando, dirigendo, collimando, & qui pro Republica magna itinera vsque ad corporis defatigationem conficiunt. Ita Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 4. Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. n. 5. pag. mihi 408. col. 2. & 409. col. 1. & alij cõmuniter. Itaque omnes istiusmodi causæ recentitæ, & aliæ similes excusant ab huiusmodi præcepto, modò semper Missa prius audiatur: nisi tanta sit necessitas, quæ à Missæ quoque obligatione excuset, iudicio, arbitriòque prudentis. Et fundamentum, præter ea, quæ dedimus, n. 23. est: quia, licet abstinere ab operibus feruilibus sit de iure diuino; tamen abstinere his, vel illis diebus, quos Ecclesia in honorem Dei, & Sanctorum instituit, est de iure humano: vnde quelibet rationabilis causa à tali iure excusatur: neque enim Ecclesia vult obligare ad festorum obseruationem cum tanto fidelium incommodo, dispendioque.

Sed rogabis, an necessitas sola sine licentia Superioris excuset illum à culpa lethali, qui in die festo operatur, elaboratque. Respondet, excusare, modò sit indubitata, & adèd excusare, vt, quanuis Episcopus præciperet sub excommunicationis sententia ipso facto incurrenda, ne quis tunc stante indubitata causa, operaretur, excommunicatio non ligat, & intolerabilem errorem cõtineret. Ita Tabiena verbo, *Feria*, n. 44. Nau. in Man. Lat. cap. 13. n. 16. & Syluest. n. 15. Syl. verbo, *Dominica*, q. 7. Rosella verbo, *Feria*, Rosella.

25. Excusantur etiam ij, qui laborant pro Ecclesiis, pro locis piis, & Monasteriis pauperum Religiosorum ad illorum ædificationem, vel reparationem, vel in alio opere necessario in iisdem Monasteriis extruendo, modò Missa primò audiatur. Ita docet Tabiena verbo, *Feria*, n. 37. & id consequenter debent docere omnes, qui id licitum esse affirmant, pro viis, pontibus, vel fontibus publicis. Excusantur quoque omnes illi, qui causa defendendæ vrbis, aut Reipublicæ elaborant, aggeres struendo, ædificando muros, ingruente bello, tormenta bellica asportando, mutando, dirigendo, collimando, & qui pro Republica magna itinera vsque ad corporis defatigationem conficiunt. Ita Toletus lib. 4. Summæ, cap. 25. n. 4. Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 32. n. 5. pag. mihi 408. col. 2. & 409. col. 1. & alij cõmuniter. Itaque omnes istiusmodi causæ recentitæ, & aliæ similes excusant ab huiusmodi præcepto, modò semper Missa prius audiatur: nisi tanta sit necessitas, quæ à Missæ quoque obligatione excuset, iudicio, arbitriòque prudentis. Et fundamentum, præter ea, quæ dedimus, n. 23. est: quia, licet abstinere ab operibus feruilibus sit de iure diuino; tamen abstinere his, vel illis diebus, quos Ecclesia in honorem Dei, & Sanctorum instituit, est de iure humano: vnde quelibet rationabilis causa à tali iure excusatur: neque enim Ecclesia vult obligare ad festorum obseruationem cum tanto fidelium incommodo, dispendioque.

26. Sed rogabis, an necessitas sola sine licentia Superioris excuset illum à culpa lethali, qui in die festo operatur, elaboratque. Respondet, excusare, modò sit indubitata, & adèd excusare, vt, quanuis Episcopus præciperet sub excommunicationis sententia ipso facto incurrenda, ne quis tunc stante indubitata causa, operaretur, excommunicatio non ligat, & intolerabilem errorem cõtineret. Ita Tabiena verbo, *Feria*, n. 44. Nau. in Man. Lat. cap. 13. n. 16. & Syluest. n. 15. Syl. verbo, *Dominica*, q. 7. Rosella verbo, *Feria*, Rosella.

Azor Sanchez

num. 27. & hoc iam satis probauimus num. 7. Azor tomo 2. Infit. moral. lib. 2. cap. 28. q. 6. fine. Santicus lib. 4. Decalogi; tom. 2. cap. 45. num. 10.

27.

Vltimo, excusat licentia Episcopi, vel Ordinarij locorum, vel expressa, cum, scilicet, illam expressè concedit; vel tacita, cum, scilicet, & videt, & scit, & tacet, aut illius Vicarij; non quòd Episcopi possint in suis diocesis tollere & abrogare dies festos iure communi à Papa introductos, cum inferior non possit abrogare leges Superioris; sed quòd supposita iusta, & legitima causa possint facultatem concedere, vt aliquod opus seruale in die festo efficiatur, & dispensare ad laborandum ex causa. Ita docet Azor tom. 2. Infit. moral. lib. 1. cap. 28. q. 5. §. Postremo.

Azor. D. Anton. Syluester.

D. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 9. Sylu. verbo, Dominica, q. 3. & 4. alioqui, si Episcopi dispensent sine legitima causa in diebus festis à iure communi introductis, peccabunt mortaliter, tam ipsi, quàm dispensationem petentes, & dispensatio consequenter erit nulla, iuxta hos Doctores, & iuxta Soarium tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 33. n. 3. pag. 410. col. 2. Potest autem huiusmodi causa dispensandi, vel raro dari, vel saepe, & crebro. Si raro contingat, satis est, si Episcopus semel tantum, & pro vna (vt aiunt) vice dispenset. Si saepe, tunc potest frequenter cum aliquo dispensare: vt contingit in aliqua diocesi, agricolis quotannis in die Diui Laurentij detrimento magno affici: potest Episcopus cum iis dispensare, vt eo die laborent, ad evitandum damnum, vt notant Doctores allegati, specialiter Azor, idque ex Epicheia (vt aiunt) iuris communis: nam Ecclesia non vult obligare fideles cum tanto sui detrimento, ac damno, & aliunde nullus potest esse relictus Iudex in causa propria, vt secum dispenset. Quamobrem opus est, vt adeant Episcopum, qui examinata causa hanc dispensationem concedere potest. Si tamen dies festus introductus fuit, vel ab ipso Episcopo, vel à constitutione Synodali, aut consuetudine populis, aut ciuitatis, approbata ab Episcopo; potest Episcopus in eo dispensare, eumque vel in totum, vel in partem minuere, & abrogare absque vlla causa; & tunc non peccant lethaliter, qui hac dispensatione absque causa data vniuntur: peccant verò grauiter Episcopus, aut eius Officialis, qui legem ab se latam absque causa relaxat: nam in primis res est grauis, & in materia graui, nempe, Religionis, & maturam deliberationem requirit, ac grauem causam, vt docet Azor tomo 2. Infit. moral. lib. 1. cap. 28. q. 5. §. Adnotandum, & Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 33. num. 3. col. 2. pag. 410. D. Anton. 2. p. titulo 9. cap. 9. Sylu. verbo, Dominica, q. 3. & 4. Sed hac de re redibit sermo in lib. 2. cap. 1. num. 12. ad quem locum te remittimus, vbi hoc accuratius tractabimus.

Azor. Soar.

Sed quid de Parochis? Azor tomo 2. Infit. moral. lib. 1. cap. 28. q. 6. & Angel. verbo, Ferie, n. 35. & Sylu. verbo, Dominica, q. 4. & Caeteranus 2. q. 122. art. 4. docent, posse Parochos cum suis Parochianis pro aliqua vice, & aliquando dispensare ex causa; non tamen totaliter diem festum abrogare: quia, vbi Episcopus commodè adiri nequit, opus est, vt Parochiani Pastorem, aut Parochum suum adeant vt in causa propria, & in proprio commodo, periculum errandi vitent. Quòd tamen intelligendum est, quando causa est dubia: nam, si indubitata fuerit, nulla dispensatio requiritur, iuxta ea, que diximus num. 26.

Azor. Angelus. Syluest. Caeteran.

Nomine autem Ordinarij, qui potest in diebus festis ex causa dispensare, veniunt in iure non solum Episcopi, sed etiam ij, qui ex consuetudine, vel iure, iurisdictionem quasi Episcopalem habent, cuiusmodi sunt Praelati, v. c. Prouinciales, & Superiores locales in Religiosorum Familijs, veluti, Priores, Re-

28.

tores, Abbates, Guardiani, & si qui sunt alij, vt explicat Glossa in c. Quenquam, de vlturis, in 6. verbo, Loci Ordinarij, in cap. Ordinarij, verbo, Locorum, & Azor.

Ad vltimum quaeritur, vtrum ille, qui audito Sacro abstinere ab operibus seruilibus in die festo, mortaliter peccet ex eo solum, quòd tota die otietur, & rebus diuinis non vacet. Et pro parte, quae affirmat, faciunt hae rationes. Prima: quia quidquid est de intentione Legislatoris, sub praeepto ac lege cadit: sed vacare Deo, & rebus diuinis est tota ratio, & totalis intentio Ecclesiae, & Superioris ita- uentis hoc praeeptum de obseruatione dierum festorum: ergo mortaliter peccat ille, qui audito tantum Sacro, cessando ab operibus seruilibus, tota die rebus diuinis non vacat. Secunda: quia, licet Deo vacet, & rebus diuinis, audiendo Sacrum; tamen id fit per modicum temporis spatium, quòd respectu totius diei pro nihilo reputatur. Tertia: quia tota ratio, ob quam Ecclesia praecipit, vt abstinemus ab operibus seruilibus, est, vt Deo mentere vacemus: ergo tenemur ad cultum internum Deo praestandum, interioribus actibus dilectionis, contritionis, contemplationisque diuinae. Et hanc opinionem tenet Sotus in 3. dist. 27. §. Quatuor ad 2. Alensis in 3. p. q. 32. m. 5. a. 2. ad 4. Angelus verbo, Ferie, num. 36. & verbo, Interrogationes, num. 6. & verbo, Praeeptum, num. 5. Rosella verbo, Confessio, 2. num. 7. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. 3. & 2. p. tit. 13. cap. 1. §. 1. ad finem. Lyranus Exodi cap. 20. & docere videtur D. Th. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. & pro hac opinione faciunt omnes, quos citauimus in c. 9. n. 1. qui dicunt, eos, qui in diebus festis mortalia peccata committunt, duplex peccatum committere; alterum ratione materiae, v. c. furti, aut homicidij; alterum, ratione circumstantiae diei festi: quia illud tempus, quòd orationibus, & rebus diuinis Deo impendendum erat, per summam & specialem Dei iniuriam ad illius offensionem transfertur, atque adeò dicitur, circumstantiam diei festi esse de necessitate confessionis. Facit etiam pro hac parte D. August. lib. de decem chordis, cap. 3. vbi sic; *Melius faceret Iudaeus in agro suo aliquid vile, quam si in theatro seditiosus existeret; & melius femina eorum die sabbati lanam facerent, quam si tota die in Neomenijs impudice saluarent.* Facit etiam D. Thomas citatus; vbi ait, *peccata contrariari obseruantia sabbati, in quantum impediunt applicationem hominis ad diuina, ad quam ex praeepto tenetur.*

29.

Nihilominus dicendum est, non teneri homines diebus festis ad nullum actum interiore dilectionis, contritionis, orationis, aut contemplationis diuinae; sed solum ad cessationem operum seruilium & auditionem Sacri; & idèd circumstantiam diei festi nullo modò esse de necessitate confessionis, idque siue homo sit in peccato mortali, siue non: & sic: vt satis patet ex dictis in cap. 9. n. 1. & patebit infra ex dicendis, excluditur etiam, atque reiiicitur opinio eorum, qui dicebant, teneri homines ad contritionem diebus festis, si sint in peccato mortali, vltra cessationem operum seruilium, & auditionem Sacri; secus verò, si non sint. Et hi sunt Angelus verbo, Ferie, num. 41. & Petrus Soto lect. de poenit. 23. quòd intendunt probare ex illo Leuit. 16. *Sabbatum requiescentis est, affligetis animas vestras, & 23. Affligetis animas vestras in eo: omne opus seruale non facietis in die hac; & infra: Omnis anima, quae afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo.* Et ex ratione: quia homo tenetur Deo vacare in aliquo opere spirituali die festo: non potest autem id facere, nisi

30.

Angel. Perr. Sot.

Tabiena. Sayrus. Azor. Caier. Sotus. Sylu. Medina. Nauar. Valent. Canus. Lud. Lop. Philiarth. Toletus.

31.

D. Thom.

nisi conteratur de peccato, non solum quando aduertit se in peccato mortali esse; sed etiam quando non aduertit. Sed, quando non aduertit, sufficit, si id faciat in generali, de omnibus peccatis in vita commissis: vnde hac de causa in Missa praemittit solet confessio generalis, quae fit non solum à Sacerdote, sed etiam à populo audiente; nam minister nomine totius populi respondet.

Verum contraria sententia est vera, certa, & communis, quae docet, in diebus festis, ex vi praeepti obseruationis illorum, solum teneri hominem ad auditionem Sacri, & cessationem operum seruilium; & sic si in tota die loquutus fuerit, vel in ludis, & spectaculis publicis spectator steterit, non proinde peccabit mortaliter, imò nec venialiter, nisi aliquod peccatum mortale, vel veniale aliunde commiserit. Ita docet Tabiena verbo, Ferie, n. 48. Sayrus in clauis regia lib. 7. c. 3. n. 5. fol. 435. Azor tom. 2. de Infit. moral. cap. 28. q. 10. Caeteranus 2. 2. q. 122. a. 4. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. Syluest. verbo, Dominica, q. 6. idem Sotus lib. 2. de Iust. q. 4. a. 4. Medina c. de poenit. q. 6. dub. 3. Nau. in Manuali Lat. cap. 13. num. 17. verò, Quatuor, Gregorius de Valentia tom. 3. disp. 3. q. 19. puncto 1. in fine, & tom. 4. disp. 7. q. 8. puncto 4. Canus in relect. de poenit. p. 4. propositione 3. Lud. Lopez 1. p. Infit. confcientia, cap. 5. 2. Cosmus Philiarth. de officio Sacerdotis, p. 2. lib. 3. Toletus lib. 4. Summa, c. 24. Et pro hac parte faciunt omnes illi, qui dicunt, circumstantiam diei festi non esse necessarium constitendam, quos citauimus in cap. 9. num. 3.

Probatur hac sententia. Primò, quia non peccatur contra aliquod praeeptum, nisi quando quis contra eius substantiam delinquit, quauis Legislatoris mentem, & finem non seruet; cum ergo substantia praeepti obseruationis festorum formaliter in auditione Sacri, & in cessatione operum seruilium consistat, solum peccabit mortaliter ille, qui contra fecerit, quauis mens Legislatoris, & finis praeepti diuersa fuerit; non enim finis praeepti cadit sub praeeptum: nam, vt egregie notat D. Thom. 1. 2. q. 100. a. 9. ad 2. in vnoquoque praeepto duo consideranda sunt: alterum est, finis praeepti, id est, virtus, ad quam dirigit praeeptum, & ad quam dirigere intendit Legislator per tale praeeptum; alterum est id, quòd praeeptum iubet fieri, vt talis virtus, & finis pareatur, quòd est medium ad talem finem; & ad hoc medium tantum obligat praeeptum, non ad finem: vnde, cum finis praeepti dierum festorum sit, vt mens per contemplationem Deo vacet, & medium, quòd nobis praecipitur ad consequendum hunc finem, sit cessare ab operibus seruilibus, & Sacrum audire, sequitur, quòd ad hoc tantum tenemur, & non amplius; quauis intentio & finis legis, & Legislatoris sit, vt per hoc medium hunc finem consequamur: & sic loquitur, nos non teneri seruare sub praeepto mentem & finem legis, aut Legislatoris. Secundo, quia, aut ad hanc omnia, quae asserunt Authores contrariae opinionis, directe obligamur iure diuino, aut iure Ecclesiastico, Non iure Ecclesiastico, quia Ecclesia non intendit directe obligare ad actus internos: & quia id, ad quòd intendit directe obligare expressè continetur in c. Missas, de consecrat. distinct. 1. scilicet, vt Missam audiamus, atque ab operibus seruilibus abstinemus, quae absque dilectione Dei, contemplatione, oratione, & contritione sanctissime impleri possunt, vt patet: nam, quauis in illo actu exteriori audiendi Sacri subintelligatur actus etiam interior audiendi illum, cum intentione, vt sit actus humanus non tamen Ecclesia nos obligat, aut obligare intendit, ad alium actum internum particularem amoris, aut contritionis, vt optime notat Sayrus al-

legatus. Non iure diuino, quia contritio est actus virtutis poenitentiae: dilectio est actus charitatis: cõtemplatio à charitate imperari solet: poenitentia autem spectat ad virtutem iustitiae, quia intendit reparare diuinum ius per peccatum, & Dei iniuriam laesum aut illesum conseruare, ne Deus offendantur, vt dicemus lib. 1. de poenit. c. 2. num. 14. dilectio, ad charitatem pertinet; cultus autem externus in hoc praeepto Ecclesiae contentus ad virtutem religionis, quae sunt virtutes distinctae, vt patet: solus ergo sub hoc praeepto dierum festorum cadit actus exterior religionis, non dilectio Dei, contritio, aut cõtemplatio: ac, proinde peccatum in die festo commissum, nec sacrilegium est, nec circumstantia diei festi est constitenda: nam, quauis accidentaliter ad aliquantulum aggrauer; non tamen notabiliter aggrauat, nec mutat speciem peccati.

Dices: hoc praeeptum de obseruatione festorum est diuinum & iuris diuini: est enim contentum in tertio Decalogi praeepto: & in omnibus, & in singulis praeeptis Decalogi continetur etiam amor, & dilectio Dei: ergo in illo hic actus amoris Dei necessarium continetur. Respondeo, negando consequens, quicquid sit de antecedente: nam, de consensu communi omnium Doctorem, in nullo praeepto Decalogi continetur dilectio Dei, & idèd statim in principio illorum omnium, amor Dei praefigitur, tanquam finis: idèd enim dicimus, *Primum est amare Deum super omnia*, finis autem praeepti non cadit sub praeeptum, vt iam diximus, cum praeeptum sit de medio ad finem, non de fine ipso.

Restat, vt argumenta soluamus, & rationes contrariae opinionis. Ad primam dico, finem & intentionem legis, & Legislatoris, non cadere sub praeeptum, vt satis probatum manet; sed tantum media, quae ad talem finem, sub eodem, & in eodem praeepto continentur: vnde, cum in praeepto de colendo Deo, & de obseruatione festorum assumatur tanquam medium ad vacandum Deo, & rebus diuinis, interioribus actibus, contritionis, dilectionis, & cõtemplationis diuinae, auditio Sacri, & cessatio ab operibus seruilibus, ad hanc tantum tenemur ex eodem praeepto, non ad amplius, vt diximus num. 31. atque adeò non peccabit mortaliter, imò fortè nec venialiter, ille, qui hoc praeeptum obserauerit, & toto die reliquo otiosus fuerit, assistendo licitis spectaculis, musicis instrumentis insistendo, aut honestè cum amicis confabulando.

Ad secundam respondeo, non esse modicum tempus, vacare tota die ab operibus seruilibus, & assistere praesentialiter sacrificio Missae; & quauis actio spiritualis requirens actum internum attentionis, & deuotionis in audiendo Sacro, sit modica, & in modico tempore fiat, respectu actionum spiritualium, quae fieri possent tota die; tamen ad nihil amplius tenemur, cum id in praeepto non contineatur. Praecipimur ergo abstinere ab operibus seruilibus, vt melius Deo vacemus, hoc est, vt attentius Missam audiamus, atque adeò hanc tantum duo in praeepto sunt: videlicet, *Cessare ab operibus seruilibus*, quantum attinet ad partem negatiuam huius praeepti: & *audire attentè Missam*, quòd attinet ad partem affirmatiuam illius; quae quòd ad substantiam praeepti pertinent: quòd verò postea Deo vacemus, & diuinis laudibus per actus internos, & alios externos orationis, amoris, aut contritionis, ad finem praeepti spectat. Ex quo sequitur, non esse sacrilegium, nec habere nouam circumstantiam necessario in confessione explicandam ipsum peccatum, ex eo solum, quòd in die festo committatur.

Ad locum Diui August. ex libro de decem chordis, & ad illum alium illius locum sermone 251. D. Aug.

32.

33.

34.

35.



de tempore, qui videtur maiorem vim habere, & sic habet: *Sciendum est, Fratres charissimis, quod ideo à sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis, & mandatum, ut in solennitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus orium haberent, & à terreno negotio vacarent, ut paratiores, & promptiores essent ad diuinum cultum, cum non haberent, quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentque eo tempore terrenam solitudinem, quò facilius possent Dei inuadere voluntatem. Inde ipse Dominus per Prophetam Psal. 45. dicit: Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Et hi, qui diuersis curis, & negotiis implicati hanc sententiam Dei spernunt, diuinae contemplationi vacare, timeo, quòd in futuro Iudicio, illis ianuam Domini pulsantibus, Dominus respondeat: nescio vos: discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Respondeo, Diuum Augustinum in his locis intelligendum esse, quòd peccata aduersentur obseruationi Dominicæ, & diei festi, quantum ad finem illorù, non quantum ad substantiam, hoc est, non quantum ad audicionem Sacri, aut cessationem ab operibus seruilibus: quia magis repugnat peccatum diuinæ contemplationi, & dilectioni, quam repugnent opera seruilia: ideòque peius esse fornicari in die festo, quam arare. Ad secundum locum ex ferm. 251. respondeo, illum in illis verbis: *Qui hanc sententiam Dei spernunt: Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus, timeo, quòd in futuro Iudicio, illis ianuam Domini pulsantibus, Dominus respondeat: Nescio vos, &c.* satis indicare, illos solum*

mortaliter peccare, qui per contempum ipsius finis intenti à Deo in eo praecepto id faciunt; non verò per quandam naturalem omissionem: & tunc quidem non est dubium, eos peccare mortaliter, cum contemptus semper mortem peccati secum afferat.

Ad sententiam verò Angeli, & Petri Soti satis iam responsum manet. Ad loca sacrae paginae respondeo, communiter ea intelligenda esse, vel de abstinentia à voluptatibus illicitis, vel de festo expiationis, quod institutum fuit specialiter semel tantum in anno, in quo festo præcipiebatur Hebræis corpora ieiuniis macerare, atque affligere, ut sic Sacerdos pro peccatis populi sacrificium Deo offerret, ut Deus erga illos misericors, ac propitius redderetur, ut doctè explicat Gregorius Sayrus in clauis regia, lib. 7, cap. 3. n. 7. col. 2. fol. 435. & Sotus in 4. dist. 17. & quòd hæc loca de festo expiationis communiter intelligantur, satis explicat locus Leuit. 16. & ideò huiusmodi loca sine dubio intelligenda sunt de festo illo legali legis veteris, non autem de aliis festis legis nouæ.

Ad illud, quod Angelus, & Petrus Sotus afferunt, de confessione generali, respondeo, consuetudinem illam præmittendi confessionem in Missa, solum obligare Sacerdotes celebrantes ad habendam veram contritionem; non tamen audientes illam: quia, licet eam non faciant, praecepto tamen Ecclesiae satisfaciunt, si Missæ intersint, ut vsu & praxi Ecclesiae constat.



## LIBER

## LIBER SECVNDVS.

## De obligatione audiendi Missam, orta ex praecepto Ecclesiae, in diebus festis.



**N** diebus festis duo nobis præcipiuntur: alterum est ab operibus seruilibus cessare: alterum, Sacrum audire. Egitur libro præcedenti de obligatione abstinenti ab operibus seruilibus: nunc agendum est in hoc libro 2. de obligatione audiendi Missam. Et quia Missa duo nobis importat, audicionem, scilicet, & celebrationem: in hoc libro solum agemus de obligatione audicionis; remittentes celebrationem ad tertium librum, ubi de obligatione audiendi, dicendive Missam ex parte Sacerdotis agemus. Quauis autè hæc obligatio audiendi Sacrum, ad tertium Decalogi præceptum videatur spectare, cum tota obseruatio, ac sanctificatio dierum festorum in hoc veluti geminato cardine consistat, videlicet, in cessatione operum seruiliū, & in audicione Missæ; tamen, ultra hanc obligationem, veluti generalem tertij præcepti Decalogi, datur alia specialis obligatio audiendi Sacri, oriens ex primo Ecclesiae praecepto: & ideò in hoc libro videndum est, quanta sit obligatio huius primi præcepti sanctæ Matris Ecclesiae de audiendo Sacro, quomodo implendum, quas personas, quo tempore, qua ætate obliget; quid nomine Missæ intelligatur, & quæ pars illius relicta efficiat, ut non impleatur praeceptum: qua intentione, & attentione huic sacrificio interesse debeamus, & quæ causa ab illius obligatione excuset.

## CAPVT I.

*Utrum detur aliquod praeceptum Ecclesiae rei Diuinæ, seu Missæ audiendæ; & quis possit in eo dispensare, & quomodo.*

## SUMMARIVM.

*Est absolutè de fide dari in Ecclesia praeceptum Ecclesiasticum de Missa audiendâ. numero 1.*  
*Quare obliget omnes fideles in toto orbe. numero 2.*  
*Quare astringat ipsos fideles in omnibus diebus festis. numero 3.*  
*Quare obliget Sacerdotes, ac Religiosos, cum tamen in decretis sacrorum Canonum, in quibus hoc praeceptum continetur, solum de secularibus mentio fiat. numero 4.*  
*Utrum ante tempus Concilij Agathensis, in quo hoc praeceptum expressè continetur, daretur obligatio ex praecepto Ecclesiae, audiendi Missam. numero 5.*  
*An Monachi in solitudinibus Aegypti habitantes, ante tempus Concilij Agathensis, tenerentur audire Sacrum, & quomodo excusari possint. ibidem.*  
*Hoc praeceptum, quauis sit Ecclesiasticum, est tamen valdè consentaneum iuri naturali; & diuino. numero 6.*

*Inducit obligationem peccati mortalis, nisi legitima causa excuset. numero 7.*  
*Reprobatur doctrina Angeli, & aliorum existimantium, solum illos mortaliter peccare, qui per contempum hoc praeceptum transgredimur: & quid illi per contempum intelligant. numero 8.*  
*Utrum sit vnum peccatum, vel duplex, Missam diebus festis non audire. numero 9.*  
*Qui Missam, & concionem non potest audire, & alteram potest, tenetur potius Missam, quam concionem audire. numero 10.*  
*Summus Pontifex & licitè & validè dispensare potest in hoc praecepto ex causa. numero 11.*  
*Nunquam dari potest iusta causa dispensandi cum aliquo Regno, aut Prouincia, ut nunquam Missam audiant. ibid.*  
*Secus pro aliquo tempore. ibidem.*  
*Rayò etiam, aut nunquam dari poterit causa iusta dispensandi cum aliquo homine particulari, ut nunquam per totam vitam Missam audiat, si possit audire. ibid.*  
*Si tamen Summus Pontifex sine iusta causa in hoc praecepto dispenset, valebit dispensatio; sed peccabit mortaliter: non peccabunt tamen mortaliter dispensati, tali dispensatione videntes. numero 12.*  
*Quando Princeps dispensat, vel abrogat legem propriam absque iusta causa, valet dispensatio, & abrogatio; sed mortaliter peccat. ibid.*  
*Quid, quando dispensat in lege Superioris? ibid.*  
*Illicite, & inualidè dispensat, si sine legitima causa faciat. ibid.*  
*Utrum valeat dispensatio, si Episcopus dispenset in praecepto Missæ, aut dierum festorum, bona fide, sine causa cognitione: at reuera erat à parte rei legitima causa dispensandi. numero 13.*  
*Refertur prima opinio affirmans, dispensationem esse nullam: excusari tamen à mortali ob bonam fidem. ibidem.*  
*Astruitur opinio affirmans, esse validam in foro conscientiae, donec irritetur in foro externo. n. 14.*  
*Quid si Prælatus inferior dispenset mala fide in lege Superioris, & Episcopus in diebus festis iure communi à Papa introductis, putant non dari causam dispensandi, cum tamen detur. numero 15.*  
*Nulla est talis dispensatio. ibidem.*  
*Dispensatio voti, atque iuramenti, concessa absque legitima causa, est irrita. numero 16.*  
*Quid, si dispensetur in voto, iuramento, aut in praecepto aliquo Superioris, sine causa cognitione: at reuera erat causa dispensandi. ibid.*  
*Quid, si Confessarius, aut Ordinarius dispensent non examinata causa in dispensationibus sibi à Papa, vel à Penitentiarijs commissis. ibid. versu, Et ex Prædicta.*  
*Qualis causa requiratur, ut dispensetur in diebus festis quoad Missam, & opera seruilia. n. 17.*

**S**It vera conclusio: Datur in Ecclesia praeceptum Ecclesiasticum, ac positium audiendi Missam, omnibus diebus festis. Hæc conclusio, absolutè loquendo,



quando, est de fide certa, quanuis Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. sine, solum dicat, puniendum esse, tanquam suspectum aduersus sancta mandata, qui negauerit hanc veritatem: conclusio tamen est certa. Ita docet expressè Soarius tom. 3. in 3. p. D. Thomæ; disp. 88. sect. 1. initio, col. 1. litera D. pag. 1264. Azor tomo 1. Inst. mor. l. 7. cap. 1. q. 1. col. 1. pag. 627. Sotus loco citato, & lib. 2. de iust. q. 4. a. 4. Palud. in 4. dist. 13. q. 13. Nauar. in cap. Quando, de consecrat. dist. 1. cap. 3. num. 19. & cap. 2. num. 5. & in Summa Latina, cap. 13. n. 17. v. x. *Vndecimo peccatis*, & cap. 21. num. 1. Caietanus in Summa, verbo, *Festorum violatio*, Castro lib. 2. de lege pœnali, cap. 5. & vltimo, Summistæ omnes verbo, *Dominica*, verbo, *Feries*, & verbo, *Festorum violatio*. Probatur primò ex c. *Omnes fideles*, de consecrat. dist. 1. vbi Canon Apostolorum sic ait: *Omnes fideles conueniant in solemnitatibus sacris ad Ecclesiam, & Scriptura Apostolorum, & Evangelistarum audiant: qui autem non perseverant in oratione, usque dum Missa peragatur, nec sacram Communionem percipiunt, velut iniquitates in Ecclesia commouentes, conuenit communionem priuari*. Et quanuis nonnulli existiment, ex hoc capite non haberi expressè præceptum Missæ audiendæ, sed solum ex eo ad summum probari, tempore Apostolorum iam esse solitas Missas celebrari: tamen reuera non potest negari, dari ibi aliquam obligationem audiendi totum Sacrum: siquidem priuantur communionem, hoc est, communicatione fidelium, qui totum Sacrum non audierint: nam textus ita habet: *Nec sacram Communionem percipiunt, conuenit communionem priuari*, quod intelligendum est, conuenit cœtu, & communicatione fidelium priuari. Alioqui ridiculum esset, priuare illos re, qua erant priuari, & qua ipsi se priuabant voluntariè. Nec dici potest, ibi sermonem esse de illis, qui non percipiebant; hoc est, non intelligebant mysterium Eucharistiæ; & quia inculpabiliter, & iniuste ob ruditatem excommunicarentur; & quia Glossa ibi, verbo; *Communionem*, explicat, tempore debito, quod intelligendum est, de tempore, quo præcipiebantur, & ex præcepto tenebantur Eucharistiam accipere, & idèd à communionem fidelium, id est, à communicatione, per excommunicationem excluderentur. Vnde, sicut ibi sermo est de præcepto Eucharistiæ; sic etiam dicendum est, sermonem ibi esse de præcepto audiendi Missam totam & integram. Probatur secundò ex cap. *Sacerdote*, de consecrat. dist. 1. vbi ex Consilio Carthaginensi ita dicitur: *Sacerdote verbum in Ecclesia faciente, qui regressus de auditorio fuerit, excommunicetur*. Sed respondent multi, nec ex hoc capite adhuc liquidò constare huiusmodi Ecclesie præceptum: non enim ibi præcipitur, aut imperatur, vt omnes ad Ecclesias conueniant, Sacerdote ibi verbum faciente; sed vt excommunicatione feriuntur, qui egressi fuerint; eò quòd per contemptum Missæ, & Sacerdotis celebratis, egressum facere videantur. Omnes tamen præceptum hoc expressè contineri existimant in cap. *Missas*, de consecrat. dist. 1. vbi. *Missas die Dominico secularibus rotas audiri speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis populus egredi non presumat: quod si fecerit, ab Episcopo publice confundatur*. Probatur vltimò ex v. s. & communi praxi Ecclesie, & ratione congruenti: nam dies festi instituti sunt, & assignati ad cultum diuinum; ergo, sicut illis diebus aliquid negatiuum sacerdotibus præcipitur, videlicet, vt abstineant ab operibus seruilibus, quòd expeditiores, & promptiores reddantur ad vacandum Deo, & rebus diuinis; ita etiam oportuit, vt aliquod positium præciperetur, quo ipsi fideles Deum colerent: sed nihil accommodatius præcipi potuit: quàm vt Missæ sacrificio assiste-

Soarius.  
Azor.  
Sotus.  
Palud.  
Nauar.

Caietanus,  
Castrens.

rent: ergo meritò huiusmodi præsentia & assistentia ab Ecclesia præcepta est.

Neque obstat primò, non esse, hoc peccatum audiendi Sacri ex Consilio generali, sed ex Consilio provinciali Agathensi, scilicet, in Gallia coacto, vt inde inferatur non posse obligare vniuersam Ecclesiam, & omnes Christi fideles toto orbe dispersos: nam, quanuis huiusmodi decretum sit Consilij provincialis; tamen tota Ecclesia communi consensu illud recepit, & approbavit, & Summi Pontifices pro vniuersa Ecclesia illud acceperunt, & idèd merito omnem Ecclesiam obligat. vt optimè notauit Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. cap. 1. q. 1. §. *Tertia verò*.

Non obstat secundò, in eo decreto solius diei Dominicæ mentionem fieri, vt dicamus, hoc præceptum audiendi Sacrum, non obligare in omnibus diebus festis, cum sit pœnale, & pœnæ non sint extendendæ vltra id, quòd verba significant, iuxta regulam iuris in 6. *Pœna sunt restringende, fauores sunt ampliandi*. Nam solenne, ac vulgare est in iure, & apud omnes Doctores; appellatione diei Dominicæ venire omnes dies festos, vt satis patet ex his quæ sæpè diximus toto lib. 1. & docet Azor loco allegato, & hac de re redibit sermo cap. 2. n. 9.

Non obstat quartò, Consilium de secularibus tantummodò loqui, vt dicamus, solos homines seculares huiusmodi præceptum comprehendere, quia, vt videbimus cap. 2. omnes personas cuiuscunque ordinis, ac status, etiam Religiosos, & Monachos comprehendit, vt semper explicauit communis praxis Ecclesie, & consuetudo illius: consuetudo autem est optima legum interpres, vt dicemus cap. 2. num. 4.

Obiicit, hoc præceptum, vt probatum manet n. 1. est deductum ex Consilio Agathensi, & postea vniuerso Ecclesie consensu, applausuque receptum: ergo ante tempus huius Consilij, nullum fuit in Ecclesia præceptum audiendi Sacri diebus festis. Hæc illatione pressi multi & graues Doctores sequelam ingenuè concedunt, & addunt, ex eo principio facti excusari illos Monachos, qui olim primis Ecclesie temporibus, dum Monachorum disciplina floureret, deserta, ac solitudines Aegypti, & Syriæ incolentes, Missam diebus Dominicis, ac festis non audiebant.

Sed dicendum est, à primis Apostolorum, Ecclesieque temporibus iam hoc præceptum viguisse, vt constat ex Canone Apostolico in cap. *Omnes*, de consecrat. dist. 1. vt vidimus num. 2. Veteres autem Monachos, & Eremitas idèd excusari existimo, quia procul ab Ecclesia, in vasta solitudine degebant; & quia per astum diuini Spiritus, receti adhuc Christi Sanguine, illuc se conferebāt, obligationem huius præcepti in aliam multò grauiorem, ac maiorem commutantes: nam in Missa perexiguam tempus Deo vacatur; illi verò die ac nocte, diuinis laudibus, orationibus, & contemplationibus in eremo vacabant, vt constat ex Historiis sacris. Præterea hoc præceptum Ecclesiasticum ac humanum, contra quòd præuolare potest consuetudo scita & tolerata ab Ecclesie Pastoribus, & tunc quidem ea consuetudo vigeat, quæ modò iam non viget.

Cum autem hoc præceptum de iure, sit Ecclesiasticum; est tamen, supposita institutione à Christo Domino facta huius diuini sacrificij Missæ, valdè consentaneum & iuri naturali, & diuino. Iuri naturali: quia, ab solutè loquendo, præceptum sacrificandi est quodammodo de iure naturæ: quòd adèd verum est, vt nulla vnquam fuerit gens tam barbara, quæ solita non fuerit conuenire certis diebus ad publica, & destinata loca sacrificij, sacrificandi causa, adèd vt olim etiam apud barbaros, Sacerdotes ipsi, à sacrificijs, Sacrifici appellarentur: nam, sicut

2.

3.

4.

5.

Præceptum

audiendi

6.

sacris

Nomine  
dici Do-  
minici  
omnes  
dies festi  
intelligi-  
tur in iure

Azor.

Præceptum

audiendi  
Sacrum à  
tempore  
Apostolo-  
rum obli-  
gauit.

Præceptum  
audiendi  
Sacrum est  
Ecclesiasti-  
cū, sed  
valdè con-  
sentaneū  
iuri natu-  
ræ.

Sacrifici-  
um est  
publicus  
cultus.

sacrificium est publicus cultus, qui nomine omnium offertur; ita etiam ratio naturalis postulat, vt omnes simul huius sacrificij assisterent. Et verò si specialiter loquamur de hoc diuino sacrificio Missæ, certum est esse consentaneum iuri naturali: quia, sicut cultus externus Dei est de iure naturæ; ita etiam de iure naturæ est, vt ad illum actiones aliquæ, & tempus aliquod deputetur, per quas, & in quo tempore huiusmodi cultus externus iure naturæ debitus, Deo deferatur: deputauit autem Ecclesia actionem huius diuini sacrificij Missæ, & tempus dierum festorum ad hunc cultum: & sic, quanuis cultus sit de iure naturæ; determinatio tamen actionis illius, & tempus, est de iure humano consentaneè ad ipsum ius naturæ. Iuri diuino, quia Deus voluit, ac præcepit, se coli in Ecclesia, hoc genere sacrificij, iuxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem*, & illud verbum, *facite*, Sacerdotes, & populum comprehendit, vt optimè notauit Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 88. sect. 1. lit. D. Col. 2. pag. 1264. nam ibi & Christus sacrificauit; & Discipuli assistunt sacrificio: voluit ergo Christus Dominus, vt & Sacerdotes sacrificarent, & populus saltem aliquando assisteret: quanuis enim non sit necessarium, vt populus semper assistat, neque ex verbis Christi Domini id colligatur; colligitur tamen probabiliter, teneri populum aliquando assistere huic sacrificio, ad memoriam passionis Christi recolendam. Ecclesia autem iam assignauit tempus dierum festorum, in quo ad id populus teneretur.

Soarius.

7.

Præceptum  
Missæ ob-  
ligat sub  
mortali.  
Soarius.  
Azor.  
Syluest.  
Palud.  
D. Anton.  
Caietanus.  
Sotus.  
Nauar.  
Tolet.  
Henriq.

Ex dictis sequitur primò, præceptum hoc inducere grauem obligationem peccati mortalis, & illius transgressores mortaliter peccare toties, quoties sine causa legitime excusante, diebus festis Missam non audiunt, etiam si non ex contemptu; sed ex mera voluntate, ac negligentia culpabili Missam omittant, cum possunt audire. Ita sentiunt Doctores citati num. 1. & Soar. tomo 3. in 3. partem, disp. 88. sect. 1. §. *Atque hinc sequitur*, col. 1. litera B. pag. 1265. Azor tomo 1. Inst. mor. lib. 7. quæst. 1. Syluest. verbo, *Missæ*, 2. quæst. 1. Palud. in 4. distinct. 15. quæst. 5. artic. 1. conclus. 2. D. Anton. 2. part. titulo 20. cap. 10. §. 1. Caietanus in Summa, verbo, *Festorum violatio*. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 1. Nauar. in Manuali Lat. cap. 21. n. 1. & alij passim. Toletus lib. 6. Summæ cap. 8. Henriquez lib. 9. Missæ, cap. 25. §. 1. Et ratio est: quia materia præcepti est grauis, & ad materiam religionis spectans, & in particulari omisso integræ Missæ est etiam grauis: ergo quoties voluntariè omittitur sine causa, mortalis culpa committitur, etiam si non ex assidua omissione id fiat. Secundò, quia, si quis voto se obliget ad audiendam Missam vno die, & eodem voluntariè vorum infringat, mortaliter peccabit: sed non minùs obligat præceptum Ecclesie, quàm proprium vorum: ergo. Tertiò probatur efficaciter ex vsu, & praxi Ecclesie: nam hic est sine dubio communis fidelium sensus, omniumque Doctorum rectè sentientium iudicium.

8.  
Angel.  
Rosella.  
Astensis.  
Tab.  
Richard.

Quamobrem communiter reprobarur Angelus, verbo, *Feries*, num. 42. Rosella verbo, *Missæ*, n. 18. Astensis lib. 4. titulo 16. cap. 1. quæst. 1. Tabiena verbo, *Missæ*, §. 43. Richardus in quodlibet. 1. quæst. 1. 9. & Glossa in cap. *Omnes*, de consecrat. dist. 1. qui consent, solos illos peccare mortaliter, qui ex contemptu diebus festis Missam non audiunt, non verò illos, qui voluntariè absque vlla causa excusante omittunt: appellant autem contemptum, consuetudinem & morem omittendi Missas absque causa: vnde aiunt, solum esse peccatum veniale Missam omittere absque causa excusante, diebus festis, ex sola imbecillitate, negligentia, & pigritia naturæ; dummodò abut contemptus: & idem videtur sen-

tere Turrecremata in cap. *Missæ*, de consecrat. dist. 1. *Turrecrem.* sed, si hoc vult dicere, etiam reiciendus est ex eodem, aut isdem fundamentis.

Quanuis autem duplex sit præceptum audiendi Missam diebus festis: alterum Ecclesie contentum in cap. *Missæ*, de consecrat. dist. 1. alterum in tercio præcepto Decalogi: non tamen duplex peccatum, sed vnum tantum committit ille, qui Missam culpabiliter non audit in die festo. Primò, quia eadem præcepta idem præcipiunt sub eadem ratione formali deferendi cultum Deo, & quando duo vincula, & præcepta eiusdem speciei ad idem tendunt, & sub eadem ratione formali, non trahunt ad diuersum specie peccatum, sed illud intra eandem relinquant, vt docet Sancius lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 37. Henricus lib. 2. de pœnit. cap. 5. num. 6. Henriq. Nauar. cap. 6. num. 18. in Man. Latino. Sotus in 4. Nauar. dist. 28. quæst. 1. art. 4. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 2. & Sotus. art. 5. Secundò, quia quando præcepta sunt subordinata, licet sint multa, est vnum peccatum ea violare: sic qui tempore Quadragesimæ Confessionem inualidam facit, culpabiliter peccat contra præceptum diuinum integritatis Confessionis, & contra præceptum Ecclesie de annuali Confessione facienda; & tamen vnum peccatum committit, quia præceptum Ecclesie subordinatur præcepto diuino: & qui Clericum occidit, peccat contra ius diuinum, & naturale, contentum in quinto præcepto Decalogi, & contra ius canonicum; & tamen licet sint duo præcepta, vnum tantum peccatum mortale sacrilegij committit, seu vnum tantum peccatum homicidij sacrilegi, quia præceptum iuris canonici subordinatur præcepto iuris naturalis: sic in nostro casu præceptum Ecclesie de audiendo Sacro, subordinatur tercio præcepto Decalogi; & idèd vnum tantum peccatum committit ille, qui vtrumque præceptum violat. Ita docet Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 5. num. 6. & citat ad marginem littera M. Medina. dist. 1. 2. quæst. 109. artic. 4. §. *Tandem*, conclusio-  
ne 3. & Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 4. Caietanus in 4. distinct. 72. artic. 6. ad 2. & alios. Nec circumstantia multorum præceptorum in hoc casu est de necessitate Confessionis; quia nec mutat speciem peccati, nec multum aggrauat, vt docet Sanchez lib. 9. de debito coniugal. disp. 15. n. 6. Valquez *Vasquez*, 1. 2. quæst. 72. artic. 6. disp. 98. n. 8. Petrus Ledesma *Perrus*, in Summa Sacram. tract. de pœnit. cap. 19. fol. 632. *Ledesma*, §. *A esta dnda*, Soar. tomo 4. de pœnit. disp. 22. sect. 4. n. 22. & id latius probabimus in 3. præcepto, in lib. de circumst. cap. 5. in circumstantia, *Quando*, n. 20. versu, *An autem illa transgressio*.

Sequitur secundò falso existimasse Angelum dicto verbo, *Feries*, num. 45. eum, qui in die festo non potest concionem, & Missam audire, teneri potius omittenda Missam, quàm concionem omittere: errat enim est, non grauius, cum Missa sit de præcepto Ecclesie, & non Missa, si concio; & idèd, per se loquendo, semper Missa præferenda est concioni, quia præcepta præferenda audiri non sunt consilij; Missa autem est de præcepto: concio potest, verò de consilio. Dico, per se: quia ex accidente, & ex aliqua circumstantia graui, potest contingere, vt quis teneatur Missam omittere pro concione audienda, v. c. si in fide hæsitet, si necesse sit in fide instrui in concione, vt ab Hæreticis se defendat, & ex defectu temporis non possit, nisi audita concione, vel instructione alicuius Doctoris, aut Concionatoris catholici; tunc equidem teneatur Missam relinquere, non concionem, vt optimè notauit Soar. tomo 3. in 3. partem, disp. 88. sect. 1. §. *Secundo sequitur*, col. 2. pag. mihi 1265. Ratio est: quia propter eas causas excusatur quis ab obligatione præcepti audiendi Sacri, sicut potest excusari ob alias causas, quas infra ponemus capite vltimo, & alium

Sanchez,  
num. 37.  
Henricus  
lib. 2. de  
pœnit. cap.  
5. num. 6.  
Henriq.  
Nauar. cap.  
6. num. 18.  
in Man. Latino.  
Sotus in 4.  
Nauar. dist.  
28. quæst. 1.  
art. 4. Caiet.  
2. 2. quæst. 88.  
art. 2. & Sotus.  
art. 5.

Henriq.  
cap. 5. num.  
6. & citat ad  
marginem littera  
M. Medina.  
dist. 1. 2. quæst.  
109. artic. 4. §.  
Tandem, conclusio-  
ne 3. & Sotus  
in 4. distinct.  
18. quæst. 1.  
art. 4. Caiet.  
2. 2. quæst. 72.  
artic. 6. ad 2.  
& alios. Nec  
circumstantia  
multorum præceptorum  
in hoc casu  
est de necessitate  
Confessionis;  
quia nec mutat  
speciem peccati,  
nec multum  
aggrauat, vt  
docet Sanchez  
lib. 9. de debito  
coniugal. disp.  
15. n. 6. Valquez  
Vasquez, 1. 2.  
quæst. 72. artic.  
6. disp. 98. n. 8.  
Petrus Ledesma  
Perrus, in  
Summa Sacram.  
tract. de pœnit.  
cap. 19. fol. 632.  
Ledesma, §.  
A esta dnda, Soar.  
tomo 4. de pœnit.  
disp. 22. sect. 4.  
n. 22. & id  
latius probabimus  
in 3. præcepto,  
in lib. de circumst.  
cap. 5. in circumst.  
Quando, n. 20.  
versu, An autem  
illa transgressio.

Sanchez,  
lib. 9. de  
debito coniugal.  
disp. 15. n. 6.  
Valquez  
Vasquez, 1. 2.  
quæst. 72. artic.  
6. disp. 98. n. 8.  
Petrus Ledesma  
Perrus, in  
Summa Sacram.  
tract. de pœnit.  
cap. 19. fol. 632.  
Ledesma, §.  
A esta dnda, Soar.  
tomo 4. de pœnit.  
disp. 22. sect. 4.  
n. 22. & id  
latius probabimus  
in 3. præcepto,  
in lib. de circumst.  
cap. 5. in circumst.  
Quando, n. 20.  
versu, An autem  
illa transgressio.

10.

Soarius.

de preceptum charitatis erga seipsum obligat: ergo tenetur tunc Missam potius, quam concionem relinquare.

11. Sequitur tertio, posse Summum Pont. in hoc precepto dispensare licite, & valide, data iusta causa, cum Ecclesiasticum sit: nunquam autem dari poterit iusta causa dispensandi cum aliqua provincia, aut regno, vt Missam nunquam audiant, quanuis pro aliquo tempore foras dari possit. Item, vix etiam dari poterit causa conueniens, vt Summus Pontifex cum aliquo homine particulari dispense, vt in tota vita Missam non audiat, si possit audire: tales enim dispensationes non essent in edificacione, sed in destructione Ecclesie, & aliquo modo repugnabunt iuri, & cultui diuino.

12. Si tamen Summus Pontifex sine iusta causa dispenset, valebit dispensatio, & non peccabunt mortaliter ipsi dispensati illa vtentes; peccabit tamen mortaliter Summus Pontifex abutens potestate sibi à Deo data in edificacionem, non in destructionem. Ratio est: quia hoc preceptum est de iure humano Ecclesiastico, & vel à Summo Pontifice latum, vel pro tota Ecclesia approbatum: vnusquisque autem potest leges à se latas, & à se pro sua Diocesi approbatas, valide abrogare pro mera sua voluntate, & absque causa, quanuis cum peccato mortali: non enim in hoc excedit suam potestatem: nam, vt notat Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 33. num. 3. & num. 13. col. 2. pag. 410. & Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 2. c. 28. q. 5. §. Postremo, & colligitur ex Syl. verbo, Dominica, q. 3. Hec est distinctio, que communiter inuenitur in Doctoribus in dispensationibus, quod quando Prælati, vel Princeps dispensat in lege propria absque vlla legitima causa, dispensatio est valida, sed iniusta; quanuis dispensans mortaliter peccet: quando verò Prælati dispensat in lege Superioris, sine eadem causa, dispensatio est nulla, & iniusta. Sic ergo, quando Episcopus, & Papa dispensant in lege propria, & in precepto diei festi, quod statuerunt, valida est dispensatio, etiam si mortaliter peccent: si verò Episcopus dispenset sine causa in diebus festis introductis à Papa, vel à iure communi, absque causa iusta, dispensatio erit nulla, & mortaliter peccabit, tam Episcopus dispensans, quam dispensati illa vtentes, quia in lege Superioris non potest valide dispensare sine iusta causa: nam tunc propter iustam causam occurrentem ex epicheia, & tacita voluntate Superioris dispensat, quæ tacita voluntas Superioris cessat absque dubio, deficiente iusta causa; & idem qui eam dispensationem accipiunt, non possunt tuta conscientia ea vti.

Somnus.

Azor.

Quando Princeps dispensat in lege propria, sine causa, dispensatio est valida, sed non licita: quando verò dispensat in lege Superioris, nec licita, nec valida est.

13. Sed quid, si Episcopus dispenset in diebus festis de iure communi, vel à Papa introductis sine vlla causæ cognitione; at reuera erat legitima dispensandi causa? Multi existimant tunc nec excusari Episcopum à mortali peccato, nec valere dispensationem illius, quos citat Sancius lib. 8. de matrimonio, disp. 17. num. 10. & hi sunt Nauarrus in cap. finali, num. 4. de simonia, qui hoc quasi expressè dicit, & tenet expressè Imola l. Quidam consulebant, num. 7. sine, & num. 8. ff. de re iudicaria. Hippolytus lib. 5. Instit. moral. cap. 15. q. 9. & 10. dicens, in neutro foro valere huiusmodi dispensationem. Et idem tenet etiam Soar. tomo 2. de Relig. tractatu de voto, lib. 6. cap. 27. num. 7. & Stunica quaest. 6. de voto, n. 104. vbi ait, Summum Pontificem non habere iurisdictionem ad relaxandum iuramentum in preiudicium tertij, antequam constet sibi iustam subesse causam relaxandi, licet subit, quia errat in suæ iurisdictionis fundamento. Et ratio pro hac parte est: Quid sit quia dispensatio nihil aliud est, vt docet Sanc. lib. 8. dispensatio de matrimonio, disp. 1. num. 2. quam relaxatio

Nauarr.

Imola.

Hippolytus.

Soarimus.

Stunica.

Quid sit quia dispensatio nihil aliud est, vt docet Sanc. lib. 8. dispensatio de matrimonio, disp. 1. num. 2. quam relaxatio

obligationis præmissa causæ cognitione: ergo, si causæ cognitio deficiat, non erit valida dispensatio. Et patet expressè ex cap. Necessaria, & cap. Dispensationis 1. quaest. 7. vbi dicitur, temporum varietatem aliquando exposcere, vt leges relaxentur, adhibita diligenti consideratione, & clariùs ex Concilio Tridentino sess. 25. de reform. cap. 8. ibi: Sciant vniuersi, sanctissimos Canones exactè ab omnibus indistinctè obseruandos. Quod si vergens maiorque ratio quandoque postulauerit cum aliquibus dispensandum, id causa cognita, summèque maturitate, atque gratis à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum; aliterque facta dispensatio, subreptitia censetur.

Concil. Trident.

Nihilominus Sanc. lib. 8. de matr. disp. 17. n. 11. tenet, validam esse in eo casu dispensationem pro foro conscientie, donec in foro externo reuocetur, peccare tamen mortaliter inferiorem Prælatum dispensantem. Et idem tenet etiam, quanuis sub aliquo formidine, Soar. tomo 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 33. num. 13. pag. 413. col. 1. & citat Sancius pro ea. Imolam cap. Diversis, num. 1. de Clericis coniug. Hostiensium ibi, n. 9. Ioannem Andream num. 8. Bellameram cap. Veniens, num. 18. & 19. de filiis Presbyt. vbi tenet, valere quoad forum conscientie. Armill. verbo, Dispensatio, n. 14. sine, Lopez 1. p. instruct. cap. 4. col. antepenult. versu, Tertio dicitur. Innocentium, Cardinalem, & Abbatem, quos ibi allegat. Fundamentum illorum est: quia nullibi in iure habetur, eam dispensationem esse irritam ipso facto: nam Concilium Trid. aequè loquitur de Papa, atque de aliis inferioribus; cum tamen constet, inquit Sancius, dispensationem Papæ in iure humano, absque causæ cognitione datam, esse validam: loquitur ergo Concilium quoad fori externi præsumptionem; & idem dicit, Subreptitia censetur, & non dicit esse ipso facto subreptitiam. Deinde, quia cap. Nihil. de elect. dicitur, electum sine causæ examinatione esse eiiciendum, cum est indignus: ergo è contrario, si dignus sit, non eiicitur, quanuis eligentes, non præmissa cognitionis examine id effecerint. Nec obstat dispensationis definitio: quia ea non comprehendit solum ea, quæ sunt necessaria ad substantiam, & valorem dispensationis; sed etiam ea, quæ requiruntur, vt dispensatio sit licita, vt ibi animaduertit Sanc. Itaque iuxta hos Doctores non requiritur cognitio causæ ad essentiam, & valorem dispensationis: solum enim requiritur hæc cognitio, vt dispensatio sit licita: nam, quanuis Prælati teneatur causæ cognitionem præmittere, & peccet mortaliter non præmittendo, quia abutitur potestate sua in re grauissima, & exponit se periculo irritandi actum, valet tamen dispensatio. Et idem tenent etiam Doctores supra citati n. 11. & loquuntur de Prælati dispensantibus absque cognitione causæ in lege Superioris. Et idem tenet etiam dictus Sancius loquens de eadem lege Superioris, lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 11. & tomo 2. Decalogi, lib. 4. cap. 45. n. 6. fol. 1204. col. 2. & Soar. tomo 1. de Religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 33. n. 13. pag. 413. col. 1. Ego cum Sanctio consentio, licet alia opinio sit probabilis.

14. Sanchez.

Soar.

Imola. Ioan. And. Bellarm.

Armilla. Lopez. Innocent.

Cardinalis Abbas.

Dices: Ergo nulla distinctio datur in dispensatione, seu abrogatione facta ab Episcopo in lege propria, & in lege Superioris. Negatur illattonam, vt valida sit dispensatio in lege Superioris, requiritur, vt à parte rei detur iusta causa dispensandi, quanuis non fuerit cognitio ab inferiori Prælato dispensante: requiritur præterea bona fides ex parte Prælati inferioris dispensantis: nam, si detur mala fides, ita vt si dispenset putando reuera nullam subesse causam iustam dispensandi, nulla erit ipsa dispensatio; quanuis reuera daretur iusta causa talis dispensationis.

15.

Soar.

Sanchez.

dispensationis. Ratio est: quia actus semel infirmus & inualidus, tractu temporis non conualescit, vt est certissimum pronuntiatum Iurisperitorum. Præterea, ipsa mala fides facit, vt Prælati, aut Index inferior dispensans in lege Superioris absque causæ cognitione, eo, quo dictum est, modo, excedat suam iurisdictionem & potestatem, vt patet.

16.

Et ideo certissimum est, dispensationem in voto, & iuramento, & in quocunque alio precepto obligante ex iure diuino, & naturali, concessam absque legitima causa, esse irritam ipso facto: quia tunc dispensatur in alienis bonis, & in aliena voluntate Superioris: acquiritur enim Deus ius ad rem sibi iurata, aut voto promissam; atque aded Prælati dispensans non id instar domini efficit, sed instar ministri & æconomi. Deinde, quia excedit fines suæ commissionis dispensans ad libitum: neque enim credendum est, Deum, qui eius obligationis creditor est, consentire iniquæ remissioni. Et confirmatur: quia dispensatio absque causa non est dispensatio, sed dissipatio, vt ait D. Bernardus lib. 3. de considerat. ad Eugenium, cap. 23. & ita D. Th. 2. 2. q. 88. a. 1. 2. ad 2. & Sancius tomo 2. Decalogi, lib. 4. cap. 45. n. 3. fol. 1024. col. 1. & Glossa in cap. Non est, verbo, Adimplere, de voto. Hoc tamen non tollit, quod sit valida dispensatio, si Prælati dispenset in voto, aut iuramento nulla causæ cognitione præmissa, si reuera aderat iusta causa dispensandi iuxta doctrinam superioris traditam: valet enim tunc dispensatio pro foro conscientie, donec in foro externo reuocetur: peccat tamen mortaliter Superior dispensans ignarus ipsius causæ, tanquam in re grauissima abutens potestate, exponensque se periculo irritandi actus, vt optime docet Sancius modò allegatus num. 5. & num. 9. & supplementum Gabriellis in 4. dist. 38. quaest. 1. art. 5. vbi agit de dispensatione in votis. Et ex prædicta doctrina sequitur euidenter, inualidam esse dispensationem datam à Confessario, virtute litterarum Pœnitentiariæ, & ab Ordinario, virtute commissionis pontificiæ, nisi causæ cognitionem præmittant, quæ in illis commissionibus semper petitur, & desideratur: nam in huiusmodi commissionibus semper additur, Si per diligentem examinationem ita esse inuenieris, vel preces veritati niti, quæ verba præscribunt formam, & modum necessariò obseruandum, vt executio illius commissionis valeat, vt optime docet Sancius lib. 8. de matr. disp. 34. n. 26. & disput. 35. num. 16. & tomo 2. Decalogi, lib. 4. cap. 45. col. 2. fol. 1204. num. 8. & Gutier. lib. 2. quaestio canon. cap. 15. num. 112. Quanuis Henriquez lib. 1. 2. de matr. cap. 3. sine, dicat hanc clausulam dispensationem, si preces veritati nitantur, non habere vim formæ & conditionis; sed monitionis, cum quadam instructione, & precepto examinationis veritatis: scilicet, si dicat, si tibi constiterit: verum opinio Sancij est hodie communior, & est vera.

D. Bern. D. Thom. Sanchez.

Sanct. Gabriel.

Sanct.

Gutierrez. Henric.

17.

D. Thom.

Nauarr.

Tabiena.

Syluest.

Rosella.

Sanct.

Azor.

Dices: Ex dictis sequitur raro, aut nunquam posse Summum Pont. licite dispensare in hoc precepto audiendi Missam; & idè à fortiori de aliis Prælati: nam, si causa est iusta & indubitata, non eget quis dispensatione Superioris; ea enim tunc causa legitime excusat à precepto Missæ; sicut etiam excusat causa certa, & vera à precepto ieiunij, & à precepto abstinentiæ ab operibus seruilibus: illi enim, qui iustam causam habent non ieiunandi, non seruandi dies festos, nulla egent dispensatione, vt docet D. Th. 2. 2. quaest. 147. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 13. num. 16. Tabiena verbo, Ferie, num. 44. Syluest. verbo, Dominica, quaest. 7. Rosella verbo, Ferie, num. 27. Sancius tom. 2. Decalogi, lib. 4. c. 45. Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 1. cap. 28. quaest. 6. sine, & aliunde si causa non est iusta, & Summus Pontifex dispensat, illicitè dispensat, & mortaliter peccat, & Episcopi, si dispensant in diebus festis, & ieiuniis, in præceptis audiendi Sacri à se institutis sine causa, similiter peccant lethaliter, quanuis valide dispensent. Si verò dispensent in ieiuniis & præceptis introductis à Papa, vel à iure communi, illicitè & inualidè dispensant, vt diximus num. 12. & num. 13. Sequitur ergo euidenter, nunquam posse Summum Pont. & alios Prælatos licite dispensare. Respondeo, in causis indubitatis non esse necessariam dispensationem in precepto dierum festorum Missæ, aut ieiuniorum; & aded esse verum, non esse tunc necessariam dispensationem, vt si Superior iubeat sub excommunicatione, quod nullus fidelis diebus festis operetur, aut Missam omittat, aut ieiunet, etiam si habeant iustam causam non ieiunandi, operandi, non audiendi Sacri, excommunicatio esset nulla, & non peccaret, qui ita feceret, si legitimam causam excusantem haberet, vt docent omnes ferè Doctores supra citati. Hoc tamen non tollit, quominus possint Superiores in his dispensare licite & honestè, quando dubitatur de causis, an sint sufficientes ad excusandum, vt diximus, lib. 1. cap. vltimo, num. 25. §. Sed rogas, & num. 7. §. 3. & ideo solum requiritur dispensatio, quando dantur causæ, & dubitatur de illarum sufficientia. Quando autem dubitatur, an dentur aliqua causæ ad dispensandum, tunc quidem, si in precepto aliquo Superioris dispensatur, v. c. si Episcopus dispenset in diebus festis de iure communi introductis, nec licite, nec valide dispensat: si autem in precepto à se posito, tunc valide dispensat, non tamen licite, sed cum peccato mortali, vt probatum manet num. 12. & 13.

CAPVT II.

Quas personas obliget hoc preceptum audiendi Sacrum, quibus diebus, et in qua ætate.

SVMMARIVM.

- Quor sint quæstiones explicandæ. num. 1.
Preceptum audiendi Sacrum obligat omnes fideles, discretos, baptizatos, seruos, & liberos. num. 2.
An obliget infideles, catechumenos. ibid.
Non obligat stultos, nec ratione carentes. num. 3.
Obligat Monachos, Sacerdotes, & Episcopos. num. 4.
Sacerdotes celebrando satisfaciunt precepto. num. 5.
In qua ætate obliget hoc preceptum: proponitur opinio affirmas non obligare nisi post pubertatis annos. n. 6.
Qui sint anni pubertatis. ibid.
Ecclesia non concedit communionem pueris, nisi post annos pubertatis. ibid.
Contraria sententia probatur, docens obligare hoc preceptum, vbi primum quis vsu rationis incipit habere. num. 7.
In quo arbitrium prudentis desideratur. ibid.
Solummur argumenta prima opinionis. num. 8.
Ecclesia vult obligare, & de factò obligat pueros ad sua precepta ante annos pubertatis. ibid.
Leges, quæ sæpè excusant à peccato, non excusant sæpè à peccato. ibid.
Obligat hoc preceptum ad Missam audiendam omnibus diebus festis de precepto. num. 9.
Nomine diei Dominici omnes dies festi intelliguntur. ibid.
Satisfaciunt huic precepto, qui primam Missam in nocte Natalis audiunt. num. 10.
Nemo

*Nemo ex precepto Ecclesie tenetur Missam audire, nisi in diebus festis; nec etiam Episcopi.* num. 11.  
*Nemo tenetur Missam audire in diebus festis, quos Principes seculares auctoritate propria statuunt.* num. 12. & remissus.  
*In triduo hebdomade sancta nemo tenetur ex precepto Ecclesie Missam audire; sed ex Constitutionibus diocesaneis.* num. 13.  
*& lib. 3. cap. 4. num. 17.*  
*In Archiepiscopatu Bracharensi tenetur populus audire Missam quinta, & sexta feria maioris hebdomadae, & sacris Officiis assistere mane.* ibid.  
*In omnibus diebus Rogationum nemo iam ex consuetudine tenetur Missam audire de iure communi.* n. 14.  
*In quarta feria Cinerum nemo tenetur Missam audire de iure communi, sed de iure particulari: in diecesis Bracharensi tenetur populus audire in locis tantum, ubi sit Officium.* num. 15.  
*Nemo de iure communi, prater Missam, tenetur audire alia divina Officia diebus festis.* num. 16.  
*Quid de consuetudine Gallie, & Navarra.* ibid.  
*Scholastici non tenentur Missam audire in diebus vacationum, si dies festi non sint.* num. 17.  
*Elapso die festo, nemo tenetur alio sequenti Missam audire, nec antecedenti, etiamsi prouideat impedimentum futurum.* num. 18.

1. **T**res quaestiones hic sunt disputandae: prima, quas personas obliget hoc preceptum audiendi Sacrum: secunda, quibus diebus: tertia, qua aetate. Omnes has quaestiones renigimus in titulo, quamobrem illas iam incipimus explicare.

2. **P**rima conclusio. Preceptum audiendi Sacrum obligat omnes fideles, discretos, baptizatos, mares, vel feminas, seruos, & liberos, cuiuscunque ordinis, & conditionis, Monachos, & Religiosos, imò etiam Episcopus, ac Sacerdotes, si Missam ipsi non celebrent. Est communis. Ita docet Nauarrus in Manuali Lat. cap. 21. n. 1. §. *Contra horum.* Sylu. verbo, *Missam* 2. q. 1. D. Anton. 2. part. titulo 2. cap. 1. o. §. 1. Azor. tom. 1. Instit. moral. cap. 1. lib. 7. Soar. tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 88. lect. 4. pag. 1272. col. 2. Gabriel lect. 14. & 29. in Canon. Soto dist. 13. qu. 2. art. 1. Palud. dist. 15. qu. 5. Hæc conclusio probatur ex consuetudine & praxi communi totius vniuersalis Ecclesie. Explico singulas particulas. Dixi, *fideles baptizatos*: quia infideles, & catechumeni non baptizati, nondum per Ecclesie portam, hoc est, Baptismum, intrarunt, ac proinde non sunt preceptis Ecclesie directè subiecti, nec Ecclesia solet admittere catechumenos ad Missas, nisi ad Missam tantum catechumenorum vsque ad Offertorium: nec verd ad istam audiendam obligantur ex precepto: tum, quia adhuc sunt extra Ecclesiam, & ided Ecclesia preceptum illis imponere non potest: vt enim ait Paulus 1. ad Corinth. 15. *de his qui foris sunt, nihil ad nos*, tum, quia substantia actus Missæ maximè est in consecratione, & eleuatione Hostie vsque ad consumptionem; & qui non obligatur ad assistendum substantie actus, ad ea, quæ sunt accidentaria, non potest obligari. Vnde etiam patet, iustissime non permittere Ecclesiam, vt infideles huic Missæ sacrificio assistant: cum enim non sint membra Ecclesie, non sunt capaces tanti sacrificij, nec possunt offerre, nec pro eis offerri ex opere operato, vt optime animaduertit Soar. allegatus.

Dixi, *discretos*, quia constat, infantes carentes vsu rationis, stultos, & eos omnes, qui ratione vt non possunt, non obligari hoc precepto: primo, quia, generaliter loquendo, omnes illi, qui rationis compotes non sunt, non sunt capaces precepti: secundo, quia actum imperatum per tale preceptum exercere non possunt. Alijs probationibus & allegatio-

Nauarr. Syluest. D. Anton. Azor. D. Thom. Gabriel. Sotus. Palud. D. Paulus.

nibus superfedeo, cum res clarior sit, quam vt probari possit. Dixi, *mares, vel feminas seruos, vel liberos*: quia certissimum est, omnes fideles obligari hoc precepto: vnde cum sint fideles, cuiuscunque conditionis sint, omnes obligantur, nisi aliunde rationabilis causa excuset, vt dicemus cap. vltimo.

Dixi, *Monachos, Religiosos, & Sacerdotes*: quia de huiusmodi personis, cum sint Ecclesiasticæ, poterat esse specialis dubitatio: quia cap. *Missas*, de consecrat. distinct. 1. vbi imponitur hoc preceptum audiendi Sacrum, ita dicitur: *Missas die Dominico secularibus totas audire, speciali ordine præcipimus.* Vnde videtur hoc preceptum solum impositum esse secularibus, non Clericis, nec Religiosis, nec personis Ecclesiasticis, cum sit preceptum pænale, & pænæ non extendantur vltra casum, de quo loquuntur. Verùm iam dixi cap. 1. n. 4. hoc preceptum omnes fideles, etiam Religiosos, & Ecclesiasticos, Episcopos ac Sacerdotes comprehendere; nam preceptum de audienda Missa, vt ibidem diximus, non solum continetur in cap. *Missas*, de consecrat. dist. 1. sed etiam in cap. *Omnes fideles*, eodem titulo, & distinctione. Et verd necesse est, vt Sacerdotes, Monachi, & Religiosi eodem capite & precepto sub nomine fidelium comprehendantur, cum ipsi etiam fideles Christi sint, & nomine, & statu. Præterea, cap. *Omnes fideles*, cum sit deductum ex canone Apostolorum, antiquius est, quam cap. *Missas*, & omnes leges moderniores trahendæ sunt ad sensum antiquiorum, cum de eadem re disponunt, & antiquiores non abrogant: vnde, cum à cap. *Missas*, non abrogetur caput, *Omnes*, necessarid ad illius sensum trahendum est, vt omnes Doctores fatentur. Vltimo, quia, etiam si ipsum caput, *Missas*, de consecrat. dist. 1. veller comprehendere solum seculares, & non Ecclesiasticas personas; tamen vsus & praxis communis Ecclesie inuolara, ac inuenerat consuetudine obseruatus, quoad illam partem iam illud abrogauit; & si non abrogauit, saltem illius mentem est interpretatus. Nam propterea in eo cap. *Missas*, specialis de secularibus mentio fit, vt intelligatur multò magis debere Religiosos, & Clericos hanc obligationem implere, quam alios seculares: indignum est enim excludere à diuino cultu eos, qui ratione status ad illum magis obligantur, vt notauit egregie Soarius tom. 3. in tertiam partem D. Thomæ, disputatione 88. lect. 4. §. *Item verò*, littera D. col. 2. pag. 1272.

Et certè indubitata res est, Sacerdotes, celebrando, huic precepto satisfacere: perfectius enim Missam audiunt, & ad illam attenti sunt, quam alij audientes, assistentesq; & in verbis, *audire*, nihil aliud nobis præcipitur, quam corporalis quædam & præsentialis assistentia cum attentione quadam & intentione, vt infra videbimus. Et ita docet Soarius citatus dicto §. *Iam verò*, & Azor. tom. 1. Instit. moralium, cap. 3. quæst. 4.

Præcipuum dubium est, in qua aetate obliget hoc preceptum Ecclesiasticum pueros fideles: sunt enim quidam, qui dicunt, hoc preceptum non obligare pueros ante annos pubertatis, qui in feminis ger dicitur duodecimus annus; in masculis decimus quatuor. Et quanuis illi loquantur de precepto Missæ, Confessionis; tamen eadem ratio eit de precepto auditionis Sacri, seu Missæ, cum vtrunque preceptum Ecclesiasticum sit, & omnes discretionis requirat, vt statim videbimus. Et hi sūt, Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 11. fine, & in eodem 4. dist. 18. quæst. 1. art. 4. fol. 805. & lib. 8. de iust. quæst. 3. art. 2. fol. 662. & D. Antonius 2. p. Summa, titulo 9. cap. 18. §. 2.

Hostiensis, & Ancharranus in cap. *Omnes vtriusque sexus*, de pœnit. hi omnes dicunt in aetate pubertatis teneri pueros, & puellas, ad preceptum Confessionis; & idem est de precepto auditionis Missæ: & ante

4.

Soarium.

5.

6.

Sotus.

D. Anton.

Agobart.

Confl. Brach.

7.

Henriq. Soarius. Nauarr. Corduba. Sylu. Glossa. Paul. Comin. Victoria. Angelus. Rosella.

Soarius.

Nauarr. Azor.

& ante hanc aetatem non teneri. Fundamentum Soti est, primo: quia Ecclesia antè hanc aetatem non vult eos obligare ad suas leges, & præcepta. Et signum est, quia Ecclesia non obligat hos pueros, & puellas, ad pœnas, quas illi incurunt, qui preceptum annuæ Confessionis Quadragesimæ violant, neque enim illos declarat excommunicatos: vt patet ex cap. *Extra*, de delictis puerorum; & in Constitutionibus Bracharensis tit. 3. cap. 1. de Sacramento Pœnitentiæ, declaratur, non incurrere hos pueros, ante pubertatem, excommunicationem, eò quod non consecrantur in Quadragesima. Secundo, quia caput, *Omnes vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. in 6. eodem modo loquitur de obligatione & precepto sumendæ Eucharistiæ, atque de precepto Confessionis: & tamen certum est, pueros & puellas ante hos annos pubertatis non obligari ad Eucharistiam: ergo neque ad Confessionem: ergo etiam neque ad auditionem Sacri; cum eadem sit ratio de precepto Missæ, atque Confessionis.

Contraria tamen sententia, quæ docet teneri huiusmodi pueros ad preceptum annuæ Confessionis, & consequenter ad preceptum audiendi Sacri in annis discretionis, cum incipiunt iudicium rationis habere, & capaces sunt doli, & sciunt peccare mortaliter, est verissima, & vsu & praxi totius vniuersæ Ecclesie confirmata: & ided, sicut non potest certa aetas assignari, in qua quis perueniat ad vsu rationis; ita non potest certa aetas assignari, in qua quis incipiat obligari; sed totum id prudentiæ Confessoris committitur: plenus enim rationis vsus, non ex aetate, sed ex discretionem pensatur, vt docet Henriq. lib. 4. de Pœnit. cap. 5. num. 2. Et hanc opinionem tenet Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 36. lect. 2. num. 3. Nauarr. in Summa, cap. 21. num. 33. Corduba in Summa Hispanica, quæst. 60. Syl. verbo, *Confessio*, 2. quæst. 5. & Glossa, & Canonistæ ad prædictum cap. *Omnes vtriusque sexus*, de Pœnit. & remiss. in 6. Paulus Comitulus lib. 1. resp. moral. q. 17. Victoria in libello de Sacramentis, quæst. 139. Angel. verbo, *Confessio* 2. num. 3. Rosella verbo etiam, *Confessio*, num. 4. omnes isti Doctores loquuntur de precepto annuæ Confessionis Quadragesimæ: (sed eadem est ratio, vt dixi de illo, atque de precepto Ecclesiastico Missæ audiendæ.) Loquendo verd specialiter de precepto audiendi Missam diebus festis, idem docet expressè Soar. tom. 3. in tertiam partem Diui Thomæ, disp. 88. lect. 4. fine, col. 1. pag. 1273. vbi asserit, de hoc nihil esse eos incipere obligari, cum ita possunt rationi vt, vt possint discernere inter bonum & malum, & sunt capaces peccati mortalis: quia tunc iam sunt capaces obligationis naturalis colendi Deum; & ita etiam possunt hac lege Ecclesiastica obligari. Quo autem anno aetatis incipiant vium habere rationis, non potest generali regula definiri; sed ad parentum, & Parochorum, & Confessorum curam prudens iudicium hac de re spectat: adimonet tamen Soarius, nullam esse rationem differendi obligationem huius precepti in pueris, cum primum in eis probabilia signa discretionis, & rationis apparent. Et loquendo etiam de hoc precepto Missæ ita docet Nauarr. in Manuali Lat. cap. 21. n. 1. & Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 2. quæst. 1. vbi dicit, pueros communitè incipere habere vsu rationis, cum septennium attingunt, aut saltem explent: & in hac aetate hoc precepto obligari: sed reuerà non potest certa regula hac de re assignari, cum quidam citius, alij verd nec etiam in decimo aetatis anno perfectum rationis vsu habeant: quare totum id arbitrio prudentis committitur. Probatur hæc sententia primo ex cap. *Omnes vtriusque sexus*, P. Steph. Fagundæ in quinque præc. Eccl.

de pœnit. & remiss. in 6. ibi: *Cum ad annos discretionis peruenerint*. Deinde probatur: quia vnusquisque fidelis, cum ad annos discretionis peruenit, potest obligari alijs Ecclesie præceptis, & de facto illis obligatur: tenentur enim eodem tempore ex precepto Ecclesie confiteri in Quadragesima; tenentur abstinere carnibus in diebus prohibitis per Ecclesiam, v. c. in sextis feriis, & sabbatis: ergo etiam hoc precepto obligari necesse est. Citatur pro contraria opinione, num. 6. positus, D. Anton. 2. p. titulo 9. cap. 18. §. 2. sed falsò, meo iudicio: ibi enim solum asserit, temerarium esse enunciare populis non peccare mortaliter pueros, si de suis peccatis post septimum annum non confiteantur, & pari scelere irretiri parentes, si eos in hac aetate ad Confessionem non impellant: sed ratio, ob quam id docet, est; quia multi sunt, qui in hac aetate perfectum rationis vsu habent: tamen non habeant, non negat ille, eos tunc non teneri precepto Confessionis, & eadem est ratio de precepto Missæ: quando autem sciant, vel non sciant peccare, aut perueniant, vel non perueniant ad vsu rationis, arbitrio patris, & Parochi relinquuntur, qui i factis aliquibus interrogationibus id iudicabunt, & sic magis pro nobis, quam contra nos allegari poterat Diuus Antoninus.

Ad primum argumentum Soti, nego nolle Ecclesiam huiusmodi pueros obligare ad sua præcepta ante pubertatis annos: obligat enim ad preceptum Confessionis annualis ante annos pubertatis; & ad preceptum abstinendi à carnibus in sabbatis, & sextis feriis; obligat etiam ad preceptum Missæ: nam, quod eos velit obligare ante annos pubertatis, cum incipiunt rationis esse compotes, satis ostenditur ex ipso c. *Omnes vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. in 6. ibi: *Cum ad annos discretionis peruenerint*. constat autem experientia quotidiana, pueros, & puellas, ante annos pubertatis perfecta discretionem & ratione pollere. Ad signum, quod addit Sotus, ex quo dicit colligi, non esse intentionem Ecclesie obligare pueros ad preceptum Confessionis annualis, ex eo, quod non obliget ad pœnas illius, & non soleat eos declarare excommunicatos, si non confiteantur; dicendum est, Ecclesiam id facere, tanquam piam maiorem; non quod illi non peccent mortaliter; sed, quod nolit eos ferire tam graui censura, ex quadam indulgentia aetatis; vt patet ex cap. 2. de delictis puerorum, ibi: *In pueris relinqui solet inultum, quod in alijs progressoris aetatis humane leges dicunt feruere puniendum*. Nam leges, quæ reuolunt à pœna, non reuolunt à culpa: sic, qui occidunt adulterantes cum propriis vxoribus in flagranti compertos, à pœna reuoluntur per leges, l. *Julia*, ff. de adulteris, & l. *Gracchus*, eodem titulo, non tamen à culpa mortali; vt est certissima opinio, quam docet Less. tom. 1. de iust. lib. 2. de iniur. in corpus proximi, c. 9. d. 5. n. 16. & Sancius tom. 3. de matrim. lib. 10. disp. 8. n. 41. & Nauarr. in Man. Lar. cap. 15. n. 30. & D. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 2. art. 10. Sotus lib. 8. de iust. quæst. 1. art. 3. ad primum. Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 3. n. 20. & alij, quos videre poteris apud Sancium loco allegato. Sic etiam Ecclesia non declarat publicas meretrices, eò quod non consecrantur in Quadragesima iuste & debite; & tamen non reuolunt eas à culpa, vt videbimus in tertio precepto Ecclesie, vbi agemus de precepto annualis Confessionis. Ad id, quod asserit Sotus, prædictum cap. *Omnes*, eodem modo loqui de precepto suscipiendæ Eucharistiæ, & faciendæ Confessionis annualis: nego eodem modo loqui prædictum caput de vtroque precepto: nam de Eucharistia præcipitur in eo, vt sumatur, cum aliquis ad discretionis aetate peruenerit, nisi de consilio Confessoris

8.

Leges, quæ reuolunt à pœna, sipe non reuolunt à culpa. Lessius.

Sanchez. Nauarr. D. Thom. de iust. quæst. 1. art. 3. ad primum. Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 3. n. 20. & alij, quos videre poteris apud Sancium loco allegato. Sic etiam Ecclesia non declarat publicas meretrices, eò quod non consecrantur in Quadragesima iuste & debite; & tamen non reuolunt eas à culpa, vt videbimus in tertio precepto Ecclesie, vbi agemus de precepto annualis Confessionis. Ad id, quod asserit Sotus, prædictum cap. *Omnes*, eodem modo loqui de precepto suscipiendæ Eucharistiæ, & faciendæ Confessionis annualis: nego eodem modo loqui prædictum caput de vtroque precepto: nam de Eucharistia præcipitur in eo, vt sumatur, cum aliquis ad discretionis aetate peruenerit, nisi de consilio Confessoris

Petr. Navar. & ante

P. Steph. Fagundæ in quinque præc. Eccl.



visum fuerit differendum: quod non dicitur de confessione. Et ratio diversitatis est: quia maior reuerentia debetur Sacramento Eucharistiae, quam Confessionis; & ideo maior aetas, ac perfectior rationis usus requiritur ad illius receptionem; & quia Sacramentum Eucharistiae non est tantae necessitatis: quae rationes non habent locum in Sacramento Penitentiae, & ideo praeceptum illius datur sine ulla limitatione.

9. Secunda conclusio. Obligat hoc praeceptum ad Missam audiendam, non tantum omnibus diebus Dominicis; sed etiam in omnibus, & singulis diebus festis, vel ab Ecclesia, vel a proprio Episcopo institutis. Est communis. Ita docet Soar. tomo 3. in tertiam partem, disput. 88. sect. 5. §. Dico secundum, col. 2. pag. 1273. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 25. §. 1. Azor 1. p. Instit. moral. lib. 7. cap. 4. quaest. 1. & cap. 1. quaest. 1. Pater ex usu & praxi communi totius Ecclesiae: nam, licet in cap. Missa, de consecrat. dist. 1. fiat mentio tantum diei Dominicae; tamen ex consuetudine, & communi consensu Ecclesiae constat, idem esse de ceteris diebus festis intelligendum, vt docet Nauar. in Man. Lat. cap. 21. n. 1. Pater etiam ex cap. Si quis, eadem distinctione, & cap. 2. de parochiis, vbi sic dicitur: Dominicus, & festiuis diebus Presbyteri, antequam Missam celebrent, inquirant, an ex aliqua parochia aliqui ibi adsint, & remittant ad suum parochum. Et ratio a priori est: quia sub nomine diei Dominicae omnes dies festi intelliguntur; hi enim ad diuinum cultum deputati sunt: ergo in illis tenetur Missam audire: quia nullus alius cultus nobis sub affirmatio praecepto praecipitur, quam auditio Missae: reliqua enim festorum obseruatio, magis negatiua est, vacandi, scilicet, ab operibus seculibus.

10. Dixi in conclusione, diebus, ad excludendas noctes: quoniam tamen dies apud nos sancti esse incipiunt, quoad cessationem operum seculium, quoad ieiunium, & quoad celebrationem obseruationis festiuitatis, a media nocte in mediam noctem; satisfaciunt huic praecepto ille, qui audierit Missam in nocte, quando licet in ea celebratur, vt in nocte Natalis, qui audiat in die Natalis, quam galli vocant, audiunt, licet aliam non audiant, satisfaciunt huic praecepto. Ita docet Syluest. verbo, Missa 2. quaest. 1. §. Dicitur secundum, Nauar. in Man. Lat. cap. 21. n. 2. & idem Syluest. ibi, §. Dicitur quartum, Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 3. quaest. 2.

11. Dixi, festis: quia, quauis laudabile sit Missam audire omnibus diebus, etiam in diebus non festis, tamen illam tenetur audire ex praecepto, nisi in diebus festis: ad Pastores, & Parochos spectat edocere populos, dies festos, quibus ex praecepto tenentur audire. Nemo, inquam, nec Clericus, nec Monachus, nec Episcopus: quia cap. Quoniam, de Priuilegiis, in 6. quod maxime Episcopos obligare posset, non dicit, eos teneri Missam celebrare singulis diebus, aut audire; sed non decere, vt vltimo die illam omittant, in quo consilium datur, non praeceptum, vt optime notauit Nauar. in Man. Lat. c. 21. num. 2. prope finem. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 4. q. 3. Rol. verb. Missa §. 13. Syl. verbo, Missa 2. quaest. 1. §. Dicitur tertium, nam verba praedicti cap. Quoniam, ita habent; Episcopi, eorumque Superiores, diuersi ex causis a suis Ecclesiis & Diocesisibus frequenter absunt, nec semper possunt ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in illis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili vllam diem. Haec ibi. Quibus verbis nullum praeceptum video; video tamen consilium: nec alibi in iure tale praeceptum inuenitur.

12. Dixi, ab Ecclesia, vel ab Episcopo instituta; ad excludendos eos dies festos, quos Principes seculares, ciuitates, Magistratus, & Respublicae instituunt, ob

Soarius. Henrij. Azor.

Nauar.

10.

Satisfacit praecepto, qui audiat Missam in nocte Natalis. Syluest. Nauar. Azor.

Nauar. Rosella. Azor. Syluest.

12.

aliquid bonum publicum temporale, v. c. ob natiuitatem Principis, ob nuptias Regis, ob insignem vicloriam partam ex hostibus, vel ob aliquam aliam similem causam: in his enim non tenetur populus sub peccato mortali Missam audire, nec cessare a laboribus, cum illi nullam auctoritatem, nec potestatem habeant ad instituendos dies festos obligantes sub mortali, vt late probauimus lib. 1. cap. 5. n. 2. ad quem locum te remittimus; solum enim feriationem praecipunt sub certis poenis, quas exigere possunt a transgressoribus, si tunc non abstineant a laboribus, quauis nullo modo peccent operando: solum enim Praelati Ecclesiastici instituere possunt dies festos obligantes sub mortali culpa, cum hoc negotium mere sit spirituale, & ad potestatem spirituales spectans, vt ibidem late probauimus.

Dubium tamen est, an in triduo hebdomadae sanctae tenetur populus Sacrum audire? Respondendum est, non teneri: quia ius, si quod extabat, iam disuetudine est abolitum: consuetudo enim fecit, vt illud triduum pro diebus profestis haberetur, vt docent communiter Doctores. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 4. quaest. 2. §. Quare, postremo. Soar. tomo 3. in tertiam partem, disput. 88. sect. 5. §. Sed hinc. Licet enim olim de iure communi illud triduum festum esset, & teneretur populus in eo Missam audire, & sacris interesse officiis: tamen mos & consuetudo iam legitime contrarium obtinuit; & ideo tale praeceptum abiit in disuetudinem, & non obligat: quauis Syluester verbo, Dominica, quaest. 1. dicto 7. & D. Antonianus, quem ibi citat, existiment, teneri hodie populum audire Missam, saltem feria quinta, & sexta hebdomadae sanctae: sed certe, si aliquid ius extabat, aut praeceptum hac de re, iam, vt dixi, disuetudine antiquatum est. Quamobrem de iure communi hodie nemo tenetur in eo triduo, aut Missam audire, aut diuinis officiis interesse, iuxta Doctores citatos, & Tabienam verbo, Feria, num. 6. sine. Videndae tamen sunt Constitutiones particulares cuiuscunque diocesis, & quod statuerint, sequendum; nam in Constitutionibus Bracharenibus praecipitur, vt feruetur quinta, & sexta feria maioris hebdomadae vsque ad finem Officij in locis, vbi Officium fit, ac proinde tenetur populus Sacrum in quinta feria audire. Vide ibi titulum 9. de diebus sanctis ac festis. Sed de hac re age-mus lib. 3. c. 4. num. 7.

In omnibus diebus Rogationum nemo tenetur Missam audire de iure communi: quia similiter hoc praeceptum, si quod erat, iam disuetudine antiquatum est. Dixi, si quod erat: quia in cap. Soleur, de consecrat. dist. 1. multi existimant, solum consilium esse, non praeceptum: si tamen aliquid ibi praeceptum erat, iam disuetudine aboleuit. Ita docent Azor tomo 1. Instit. moral. cap. 4. lib. 7. quaest. 2. Soar. tomo 3. in tertiam partem, sect. 4. §. Sed hinc oritur. col. 1. fol. 1275. Nauar. in Manual. Lat. c. 21. num. 2. Rosella verbo, Missa, §. 13. Syl. verbo, Missa 2. quaest. 1. §. Dicitur tertio. Tabiena verbo Feria, num. 6. & alij passim.

In quarta feria Cinerum de iure etiam communi nulla est obligatio: quia, si qua erat, antiquata est per contrarium morem: inspiciendae tamen sunt Constitutiones cuiuscunque diocesis, vt obligatio praecepti colligatur, nam in diocesi Bracharensi, in locis tantum, vbi fit Officium Cinerum, seruatur, in dies, vsque ad finem Officij tantum, & ideo per id temporis spatium tenetur populus Sacrum audire, & a laboribus cessare.

Obseruant autem (& bene) Nauar. in Manuali Latino, cap. 21. n. 1. §. Contra horum & Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 3. quaest. 6. neminem de iure communi, regulariter loquendo, teneri diebus festis,

Azor. Soarius.

Syluest. D. Anton.

14.

Azor. Soarius. Nauar. Rosella. Syluest. Tabiena.

15.

16. Nauar. Azor.

CAPVT. III.

Quot Missas teneatur audire diebus festis; quo idiomate; an festi eiusdem diei, & in propria parochia.

SVMMARIVM.

Ex vi praecepti audiendi Missam, nemo tenetur plures Missas audire, nec etiam in die Natalis Domini; & audita prima post mediam noctem, praecepto satisficit. numero 1. Satisficit etiam huic praecepto quolibet sermone, & quolibet Sacerdote. Graco, Latino, aut Syriaco, Missa audiant. n. 2. Nullus fidelium tenetur audire Missam festi eiusdem diei. n. 3. An fideles teneantur Missam audire diebus festis in propriis parochiis, proponitur sententia a n. 4. usque ad 8. Presbyteri, antequam Missam celebrent, tenentur interrogare, an ibi adsit alienus parochianus, vt ad propriam parochiam remittant. ibidem. Item hoc est contraria consuetudine abrogatum. n. 8. Ius parochiale in quo consistat. n. 6. Pastores, & Parochi tenentur rationem reddere de omnibus. numero 7. Astringitur sententia contraria, ac roboratur. n. 8. Non tenentur parochiani Missam in propriis parochiis audire, modo in contemptum proprii parochi id non faciant. ibid. num. 8. Quid nomine contemptus hic intelligatur. n. 9. Satisficit praecepto, etiam si per contemptum proprii Sacerdotis Missam quis audiat in aliena parochia. ibid. Legimus commentus non solum fit in propriis parochiis, sed etiam in aliis Ecclesiis. n. 10. Ius commune non arctat, nec obligat, vt Missa audiantur in propria parochia. n. 11. & 10. Episcopus non potest facere statutum, vt omnes in propria parochia Missam audiant, & si fiat, est nullum, & excommunicatio nulla. n. 12. Et peccabit mortaliter. ibidem. Nec etiam in die Natalis, aut alia maioribus anni festiuitatibus. n. 13. Non obstant, quod parochiani cogantur a Parochis, vt Missas in propriis parochiis audiant. n. 14. Nec obstant Constitutiones synodales id ipsum statuertes. ibidem. Nec obstat consuetudo in contrarium aliquorum locorum Flandriae, Germaniae, Galliae. n. 15. & 17. Explicatur locus Concilij Tridentini de auditione Sacri in propriis parochiis. num. 16. Honestissimum est, vt parochiani proprias parochias frequentent, & vt in eis Missam audiant, saltem in aliquibus maioribus anni festiuitatibus, & id ipsum est consulendum, & pradicandum. num. 18. Sacramenta nullo modo possunt recipi ab extraneo parochio, neque a Mendicantibus, absque licentia proprii. num. 19. Excipit Sacramentum Penitentiae, quod Mendicantes possunt administrare absque licentia proprii Sacerdotis, etiam ex obligatione Quadragesimae, & Sacramentum Eucharistiae, praeterquam in Paschate, & viatico. ibid. Soluuntur argumenta contrariae opinionis, a num. 20. usque ad 24. Satisfacit praecepto ille, qui contempto proprio Parochio Missam extra propriam parochiam audit, quauis peccet mortaliter. ibid.

17.

Soar. Henrij. Alcocer. 18.

Soar. Nauar. Medina.

festis, praeter Missam, audire alia diuina Officia, etiam Vesperas, aut Completorium; licet multi iure particulari voti, aut iuramenti, aut consuetudinis praecipere, ad id teneantur; quae consuetudo iuxta eundem Nauarrum viget tota terè Gallia, & Nauarra: quae fuit causa, vt Paludanus in 4. dist. 15. quaest. 1. art. 1. conclusione 2. dixerit, teneri omnes ad audiendas Vesperas in diebus festis. Credit tamen Nauar. praedictam consuetudinem Galliae, & Nauarrae, non obligare ad mortale culpam; sed tantum ad veniale; & quia paucissimi se ibi accusant de illarum auditionis omissione, tanquam de mortali culpa; & quia paucissimi etiam eam culpam confitentur: quod signum est, non obligare ad peccatum mortale, & id etiam credit Azor citatus.

Dubitant tamen aliqui de illis diebus, qui non sunt festiui vniuerso populo, sed hominibus certae conditionis, v. c. scholasticis, quibus peculiare dies festi sunt, in quibus vacatur a lectionibus, dimittunturque scholae, intermissio studio, in honorem ac cultum aliquorum Sanctorum, Doctorumque Ecclesiae, v. c. in die D. Thom. Aquinatis, D. Bernardi, & aliorum Sanctorum. Dicendum tamen est, non teneri in his diebus scholasticos ad audiendam Missam, sicut nec etiam ad cessandum a laboribus: quia nullum est de hac re praeceptum; sed est tantum concessa indulgentia vacandi a lectionibus publicis: quod euidentis signum est, huiusmodi dies non esse simpliciter festiuos, quauis ea licentia concedatur in honorem, ac cultum illorum, vt scholastici liberius possint vacare diuinis rebus, si velint: & consuetudo. Ita declarat, & communiter omnes ita intelligunt, tantum ex consilio, non praecepto, Missam esse audiendam illis diebus. Et ita docet Soarius tom. 3. in tertiam partem, disput. 88. sect. 4. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 45. num. 2. & Alcocer in Summa, cap. 27.

Dubitari etiam potest, an elapsodie praescripto ad audiendam Missam, maneat obligatio ex praecepto ad illam audiendam in alio die, si in eo audita non fuit: Respondeo, non manere: quia Missa est onus illius diei, sicut est ieiunium respectu diei praescripti, & sicut etiam est Officium diuinum respectu cuiusvis Sacerdotis: quare transacto eo die nemo tenetur eam obligationem altero die implere: ex quo patet, non excusari a culpa mortali eum, qui sine iusta causa diei Dominico, vel festiuo, Missam voluntarie omittit animo supplendi defectum die Lunae; nec etiam illum, qui obligationem diei Dominici, vel festiui, praenitit audiendo illam die antecedenti: quia Missa est proprium onus ipsius diei. Ita docet Soar. tom. 3. in tertiam partem, disp. 88. sect. 5. §. Tertium dubium, fol. 1275. col. 2. Nauar. in cap. Quando, notabili 3. n. 18. Medina. C. de oratione, q. De Floris canonicis reuerendis, quos ipse Soarius ibidem allegat. Et eadem ratione, qui in die festo Missam omittit ex iusta causa, non tenetur die sequenti illam audire: neque etiam tenetur die antecedenti praenire, etiam si futurum impedimentum prauideat. Vrgebis: ergo, etiam intra eundem die festu prauideat, se non posse audire sacrum in hora nona, non tenetur praenire tempus, & audire hora septima, vel octaua. Negatur consequentia: quia auditio Missae non est onus horae, sed est onus diei, & cuiuscunque horae illius diei, in qua Missa celebratur. Vnde, si vltique ad meridiem protendi potest, ideo est, quia eo tempore solet Missa dici, & vsq; ad illud potest audiri: nam, si tardius differri possit celebratio Missae, etiam tardius protendi posset obligatio illius audiendae; & tamen si ea non fit dicenda, nihil in principio diei festi, obligat praeceptum ad illam tunc audiendam, quia obligat simpliciter, vt eo die impleatur, vt optime notauit Soarius allegatus.

P. Steph. Facunde in quinque praecept. Eccles.

3. Futrum

Furtum committit, qui oblationes solitas proprio Parocho dari, ab alieno parochiano accipit, & tenetur ad restitutionem. num. 21. Parochiani tenentur scire, qui sint dies festi, & ieiunij, ut illos observent. num. 22.

EX vi huius precepti nemo tenetur audire plures Missas, nec etiam in die Natalij Domini, licet in eo die tres dicantur; sed una Missa satisfacit precepto: sicut nec etiam Sacerdotes tenentur eo die plures dicere. Ita docet Nau. in Man. Lat. c. 21. num. 2. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 3. q. 2. sine. D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 10. Toletus lib. 6. Summæ, c. 7. num. 2. & Soarius. statim allegatus. Syluest. verbo, Missa 2. §. Dicitur quatio. Est communis, & vsu ac communi praxi probatur. Excipe tamen, nisi ex voto, aut iniuncta penitentia, vel aliunde ad id aliquis obligetur: sed tunc iam non erit ex vi precepti. Nec obstat, quod in cap. Missas, de consecr. dist. 1. precipiatur fidelibus, ut Missas totas audiant in numero plurali. Nam cap. Missas, multitudinem Christianorum, ac fidelium alloquitur, & distribuitur accipiendum est, ita ut singulas singuli teneantur audire, & non plures singuli, iuxta Doctores citatos. Audita autem prima post mediam noctem, in Natalio Domini, precepti obligationi satisfacit, iuxta Doctores citatos, & speciatim Syluestrum verbo, Missa 2. num. 1. atque Soarium tom. 3. de Sacram. disput. 88. sect. 2. §. Vltimo hic quatuor precepti, col. 2. sine, pag. 1316.

Quo autem idiomate, Latine, Græco, an Syriaco, an Mosarabico, vel quouis alio audiatur, Missa, parum refert ad impletionem precepti, ut optime docet Sorus in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 3. q. 5. Et ratio est: quia nullibi in iure preceptum aliquod reperitur, quo obligemur Missam hoc, vel illo sermone, Latino, an alio audire. Nam, si quis ritu Ambrosiano Mediolani, & ritu Ilidoriano Hispali, aut Toleti, in Ecclesiis, in quibus Mosarabico sermone Missa celebratur, Sacrum audiret, preceptum sine dubio implecerit, quauis hoc, vel illo sermone celebraretur, est tamen verum sacrificium, & verè Missa: huiusmodi enim ritus à Sanctissimis Patribus Basilio, Chrysostomo, Ilidoro, & aliis instituti sunt, & tolerantur in Ecclesia à Summo Pontifice; & huiusmodi Sacerdotes, Græcos, Syriacos, quauis more Latino, Romanoque ordinati non sint, tamen eos tanquam veros, & legitimos Sacerdotes Ecclesia Romanà agnoscit & habet. Secus verò est dicendum de iis, qui Dominice Cære, quam nostri temporis Hæretici faciunt, præsentem adfunt, in qua nec verum Christi Corpus conficitur, nec veri & legitimi Sacerdotes sunt; sed potius ministri synagoga Satanæ: quare nec preceptum implent, nec implere intendunt; sed peccata peccatis addunt, tanquam miseri, & in sua cæcitate obstinati.

Nullus verò fidelium tenetur in diebus alicuius festi audire Missam ipsius festi; sed satisfacit precepto de audiendo Sacro, si quilibet aliam audiat, re Missam etiam defunctorum: est constans omnium sententia. Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 6. q. 3. Azor. Toletus lib. 6. Summæ, c. 7. num. 1. Henriquez lib. 9. Missæ, c. 25. num. 7. ad marginem litera I. Soarius tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Argue ex his, pag. 1316. col. 2. Sorus dist. 13. q. 1. a. 1. Nau. c. 21. n. 7. Caiet. verbo, Festorum Violatio, D. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 10. §. 1. Syl. verbo, Missa 2. q. 4. Rosella verbo, Missa, num. 14. & 23. Tabiena verbo, Missa, n. 49. D. Anton. Neque obstat caput, Quidam, de celebratione Missæ, deductum ex Concilio Triburienfi, in quo ita dicitur: Quidam laicorum habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant Euangelium: In principio

Nauar. Azor. D. Anton. Toletus. Soarius. Syluest.

Soarius.

Quo idiomate audienda sit Missa. Sorus. Azor.

Non tene- re Missam festi dici. Azor. Toletus. Henriquez. Soarius. Sorus. Nauar. Caietan. Syluest. Rosella. Tabiena.

aria. Verbum, & Missas peculiares, hoc est, de sancta Trinitate, & de sancto Michaeli; & ideo sancitur, ne ulterius id fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis velit propter reuerentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione audire; sed, si voluerit, ut sibi Missa cantetur, de eadem die Missas audiat pro salute viuorum, & etiam defunctorum. Hæc ibi ex Concilio. Vnde Ang. verbo, Missas, num. 33. putauit non satisfacere precepto de audiendo Missam, eum, qui aliud Sacrum audit, quàm illud, quod est proprium diei festi; sed fallitur: nam in eo c. Concilium solum reprobatur substitutionem illorum fidelium, qui malè instructi putabant, se Missam non audire, nec preceptum implere, nisi illam audirent, in qua sacrum Euangelium recitaretur. In principio erat Verbum, & Missas sancti Michaelis, aut sanctissimæ Triadis; & id reprehendit Concilium, aut saltem illorum perniciosum morem damnat, qui propria diei festi Missa contempta, alia priuata Sacra curabant audire.

Quo autem in loco fideles teneantur Missam audire, bipartita est opinio: quidam docent in propria parochia teneri parochianos Missam audire, quam maiorem vocant; quæ pro viuifica plebe cum cantu dici solet; & peccare mortaliter, si alibi audiant: quando verò non celebratur cum cantu, non semper in propria parochia illam tenentur audire. Probari potest hæc opinio, primò ex cap. 2. de treuga & pace, vbi firmatur concordia inter fratres Mendicantes, & Parochos, & in ea statuitur, quod Fratres Mendicantes non prædicent populis, parochianos non teneri audire Sacrum in suis propriis parochis, diebus festiuis, & Dominicis; cum iure sit cautum, in illis diebus teneri parochianos audire Missam in eorum parochiali Ecclesia, nisi forte ex honesta causa à propriis parochiis abentes sint. Secundò ex c. 2. de paroch. vbi statuitur, ut Dominicis, vel festiuis diebus Presbyteri, antequam Missam celebrent, interrogent, an alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto Parocho, ibi velit Missam audire: quæ si inuenierit, statim ab Ecclesia reiciat, & ad propriam parochiam remittat. Quorsum igitur elici imperatur, nisi quia tenetur in propria parochia Missam audire, & in ea oblationes offerre? Et ideo, qui admittit parochum alienum, committit quoddam furtum, & tenetur restituere omnes oblationes ab eo perceptas, ut in propriis terminis optime notat Abbas in 2. cap. Dudum, de electione, & Nauar. in Manuali Hispan. cap. 21. num. 6.

Et quauis in his decretis non fiat expressa mentio de Missa maiori; tamen re verà videtur de illa esse sermo: nam ad illam solebant semper fideles diebus festiuis conuenire, & de illa proprie est sermo in cap. Omnes fideles, & in cap. Missas, & in cap. Cum ad celebrandas, de consecr. dist. 1. in quibus precipitur, ut populus non discedat ante benedictionem Sacerdotis, & in cap. Hoc attendendum, eadem dist. precipitur, ut per dies solennes priuata Missa non ita publicè fiant, ne populus à publicis Missarum solennibus abstrahatur. Et consumatur: quia fideles debent diebus festiuis aliquam oblationem in Missa facere, cap. Omnis Christianus, de consecr. dist. 1. Hæc autem fit in Missa solenni, & debet fieri in propria parochia: ergo signum est, in eadem teneri illos audire Missam maiorem. Tertio probatur hoc: quia in Missa maiori parochialis solent publicari fidelibus dies festi, dies ieiuniorum, excommunicationes, denuntiationes nupiarum, & similia, quæ culpabiliter ignorant parochiani, si non adfuit: ergo tenentur ibi adesse.

Probatur quartò: quia ius parochiale ad Ecclesias parochiales pertinens in septem promiscuè velut fideiis consistit: primò, in audiendo maior

Angelus.

Quo loco audienda sit Missa, an in propria parochia.

Abbas. Nauar.

5.

6.

Sarys.

Sorus.

7.

Angelus.

Glossa.

Innocent. Hostiensis. Abbas. Ioan. And. Concil. Trid.

8.

Soarius.

Toletus. Azor. Syluest. Nauar. Guierres. Rosella. Tabiena. Armilla. Calderin. D. Ant.

Sacro in propria parochia in diebus festis, ut colligitur ex cap. Vt in Dominicis, de parochiis: secundò, in decimis; tertio, in oblationibus: quartò, in primitiis recipiendis: quinto, in ministracione Sacramentorum: sexto, in sepulchris: septimo, in benedictionibus nubentium. Sed Parochi, & parochiani sunt correlatiua. Ergo, si Parochi tenentur ex iure particulari ac parochiali dicere Missam maiorem cum cantu pro parochianis, tenentur consequenter ipsi parochiani illam audire: sicut, si iure recipiunt decimas, & oblationes, est, quia de iure tenentur illas soluere; & ideo quia sunt correlatiua, tenentur Parochi, ut optime notat Sorus in 4. dist. 13. q. 2. pag. 566. col. 1. Sacrum facere, quoties parochiani tenentur illud audire.

Probatur quintò ratione: quia Parochus, tanquam Pastor, tenetur reddere rationem suarum ouium, iuxta illud secundè Petri. Ipsi enim inuigilans quasi rationem reddisuri pro animabus vestris. Quomodo autem rationem reddere poterit de ouibus, si illas non cognoscit: & quomodo etiam scire poterit Parochus an subditi hoc preceptum Ecclesie adimpleant, si ipsi pro audienda Missa ad alienas parochias diuertere possint. Et hanc opinionem tenent Angelus verbo, Missa, num. 59. qui existimat in maioribus saltem totius anni festis Christi Domini, & beatissimæ Virginis, & Ioannis Baptistæ, & similibus, teneri quemlibet parochianum sub lethali culpa audire Missam in sua parochia, aut in publico Oratorio factò à populo; non autem ab homine particulari, iuxta Glossam in cap. Si quis, de consecr. dist. 1. & à fortiori in ædibus Mendicantium, auctoritate apostolica fundatis, non autem in Oratoriis particularibus; quod ibi latè intendit probare. Et idem tenet etiam Innocentius in cap. Vt in Dominicis, de parochiis. Hostiensis, Abbas, Ioannes And. & cæteri iuris Interpretes ibidem. Et confirmatur hæc opinio ex Concilio Trid. sess. 24. cap. 4. de reform. vbi sic: *Moneat Episcopus populum diligenter teneri unumquemque in parochia sua interesse, vbi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.* Et quauis Auctores contraria opinionis dicant, non ibi sermonem esse de prædicatione verbi Dei, non autem de auditione Missæ; tamen multò magis hoc locum habere debet de Missa audienda in propria parochia.

Nihilominus dicendum est, quicquid sit de iure antiquo & communi, iam hodie ex consuetudine, vniuerso penè orbe recepta, satisfacere fideles huic precepto audiendo quancunq; Missam, vel cantatam, vel recitatam, extra parochiam, etiam in Sacello, aut Oratorio priuato, vbi cunq; voluerint, etiam in maioribus Solennitatibus totius anni, dummodò in contemptum proprii Parochi id non efficiant. Ita docent communiter Doctores Soarius tom. 3. in tertiam partem, disp. 88. sect. 2. §. Secundò dicendum, pag. 1269. col. 1. Toletus lib. 6. Summæ, cap. 7. num. 1. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 6. q. 4. & q. 8. Syl. verbo, Missa 1. q. 4. & 5. Nauar. in Manuali Lat. cap. 21. num. 5. Guierres lib. 1. quaest. can. c. 30. num. 14. Rosella verbo, Missa, num. 19. Tabiena ibid. num. 5. Armilla ibid. num. 31. Calderinus consil. 16. de religiosis Domibus. D. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 4. §. 1. & alij communiter. Probant primò ex consuetudine communi toto orbe, introducta, & tolerata ab ipsis Parochis, quæ consuetudo omnino licita est: cum enim sit antiquissima, & à Summis Pontificibus scita, eam profectò contrario edicto sustulissent, si esset illicita. Et aperte etiam probatur ex Concilio Trid. sess. 22. in decreto de obseruandis in celebrat. Missæ, ibi: *Moneat etiam Episcopus eundem populum, ut frequenter ad iuas parochias, saltem diebus Dominicis, ac maioribus*

festis accedant, & non dicit teneri in quo, ut optime notat Soar. citatus supponit Concilium, nullum ibi esse preceptum; & ideo non dicit esse precipiendos, sed monendos; & non in omnibus diebus festiuis, sed præcipuè in aliquibus. Probatur ratio: quia Ecclesia tantum obligat fideles audire Missam in diebus festis, & non eis assignat propriam parochiam: ergo poterunt eam audire, vbi voluerint, deficiente contemptu proprii Parochi. Probarur deinde ex textu in cap. Vt in Dominicis, de parochiis, à contrario sensu: nam ibi dicitur, quod videat Parochus, antequam Missam celebret, an sit ibi aliquis parochianus, eumque reiciat ad proprium Parochum, quando velit ibi audire, proprio Parocho contempto: ergo cessante hoc contemptu, non erit eiciendus; sed ibi poterit Missam audire: quòd si potest: ergo licitè potest; quia id dicitur posse, quòd iuste & honestè possumus. Neque Proculoss. de verborum signif. & ibi Glossa: & argumentum à contrario sensu est efficacissimum in iure. Deinde sic infero: ante Missam remittendus est ad proprium Parochum, & parochiam; ergo, si inueniatur post Missam, impletur preceptum.

Nomine autem contemptus intelligitur expressus contemptus cum indignatione, & conuictis in proprium Parochum iactatis: vnde malè quidam existimant tunc dici id fieri in contemptum proprii Parochi, cum sine licentia eius in alia parochia Missa audiat, aut sine legitima causa, aut cum frequenter proprius Parochus & parochia deferatur, eò quòd existiment, tunc ibi dari tacitum, ac virtualem contemptum: verius enim dicendum est, non contemni in hac parte proprium Parochum, nisi cum expresso contemptu relinquatur parochia; quauis in foro externo possit ille iudicari contemptor. Parochi, qui absque eius licentia, aut absque legitima causa, frequenter parochiam deserit: in proposito enim casu contemnere proprium Parochum idem est, quòd illi indignari, eumque conuictis afficere: & hunc esse proprium contemptum sui Presbyteri, docet expressè Guierres lib. 1. quaest. canonicarum, cap. 30. n. 17. col. 2. fol. 282. in mea edit. & Altifiodorensis lib. 2. Summæ, tractatu 19. & Caietanus in Summa, verbo, Contemptus: & citari etiam potest Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 6. q. 4. sine, vbi asserit, requiri etiam proprium & expressum contemptum, & non sufficere, quòd absque licentia Parochi, aut causa legitima in aliena parochia Missam audiat. Vnde iuxta hos Doctores, deficiente expresso contemptu, licitè poterit parochianus, etiam in rigore iuris, in aliena parochia Missam audire, & satisfacere huic precepto quia cum parochianus propriam parochiam per contemptum sui Parochi non deserat, nec in iure expressum reperitur, quòd in propria parochia teneatur sine distinctione Missam audire; sequitur euidenter, illum non teneri in ea Missam audire, maxime stante consuetudine vniuersali in contrarium. Imò, licet Missam audiat in aliena parochia per contemptum formalem & expressum proprii Sacerdotis, peccabit quidem mortaliter, quia per contemptum fecit; sed tamen precepto satisfaciet, ut optime docet Toletus lib. 6. Summæ, c. 7. n. 1.

Probatur etiam, quia in capite, Si quis, de consecr. dist. 1. ita dicitur: *Si quis contra proprias parochias, in quibus legitimus, ordinariusque sit conuentus, Oratorium habere voluerit, poterit ibi in reliquis Festiuitatibus Missam audire propter fatigationem familiaris: attenden in die Pentecostes, Natalis Domini, Paschatis, Ioannis Baptistæ, non nisi in ciuitatibus, aut parochiis audiant.* Ergo in prædictis diebus non est preceptum in iure communi, illam audire in propria parochia, sed consilium: nam hoc caput de sumptibus

Id dicitur posse, quod iure & honestè possumus.

9.

Guierres. Altifiodorensis. Caiet.

Azor.

10.

sumptibus

sumptum est ex Concilio Agathensi, & Concilium vicitur hac diffinitiva: Aut in civitatibus, aut in propria parochia. Nec obstant illa verba præcedentia: In quibus legitimus conventus fit: quia illa non significant, quod alibi non sit etiam legitimus conventus, nempe, in civitatibus: sed per illa verba, Oratoria privata excludere tantum ius intendit; & non absolute, sed in prædictis solennitatibus numeratis, vt egregie notavit Gutierrez allegatus.

Gutierrez.

11. Denique probatur ex textu in cap. Missas, de consecrat. dist. 1. ibi: Missas diebus Dominicis totas audire secularibus speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præsumat. Ecce, quomodo ius canonicum præcipit Missam audiri; non tamen arctat, nec obligat; vt in propria parochia.

Gutierrez.

12. Et est adeo vera hæc opinio, vt existiment Gutierrez dicto lib. 1. quæst. canonicarum, c. 30. num. 1. & Sylu. verb. Missas, 1. quæst. 5. & D. Ant. 2. part. tit. 9. cap. 4. §. 1. & Nauar. in Man. Lat. cap. 21. num. 5. & Soarius idipsum videtur approbare, tom. 3. in 3. partem, disp. 88. sect. 2. §. Sed in primis, col. 2. pag. 1268. & Azor tom. 1. Inst. Mor. lib. 7. cap. 6. quæst. 6. non posse Episcopos constitutionem facere, qua præcipiant suis subditis, vt non audiant Missam, nisi in propriis parochiis; & excommunicationem esse nullam & irritam, si fortitè sub ea idipsum præcipiant. Et ratio est primò: quia, sicut Episcopus non potest tollere, nec restringere ius commune, argumento c. Inferior, 21. dist. sic non potest tollere, aut restringere generalem, ac vniuersam totius orbis consuetudinem, quæ eandem vim habet, per leg. De quibus, cum similibus, ff. de legibus, Et idipsum tenet Medina in sua Inst. pro Confessar. lib. 1. §. 40. fol. 200. addens, Episcopum nisi in copum peccare mortaliter, qui aliud sub pœna excommunicationis præcipere. Deinde, quia semper illa excommunicatio intelligeretur, nisi consuetudo esset contraria. Tertio, quia huiusmodi præceptum excommunicatione munum iam non poterit hodie fieri sine scandalo, vt optimè notat Soarius, tum laicorum, tum etiam Religiosorum, qui habent specialia priuilegia, vt in suis Ecclesiis possint fideles huic præcepto satisfacere, vt videre est in Bulla Leonis X. contenta in priuilegiis Mendicantium, ibi: Præcipimus, omnes Christi fideles vtriusq; sexus, qui non contempto proprio Sacerdote parochiali in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & aliis festiuis diebus Missas audiant, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis incurvere.

Syluest.

D. Anton.

Nauar.

Soar.

Azor.

Episcopi

non possunt

hodie constitu-

tionem facere,

qua præcipiant

suis subditis,

vt non audiant

Missam, nisi in

propriis parochiis.

Medina.

Soarius.

13.

Sed sic excipiunt nonnulli Doctores diem Natalitij Christi Domini, & alias solenniores festiuitates totius anni: sed priuilegium illud generale est, & nullam patitur exceptionem, aut limitationem: vnde immeritò illud restringunt, cum potius priuilegia sint amplianda, quam restringenda. Deinde, quia consuetudo generalis est in contrarium: neq; enim penitentes in confessionibus se accusant, eò quod Missam non audiant in suis propriis parochiis prædictis diebus Natalis, & festorum totius anni solenniorum; nec Confessarij, imò nec ipsi Parochi etiam doctissimi hac de re penitentes interrogant. Imò Azor numero præcedenti citatus assertit declarationem Cardinalium in Concilio Trid. sess. 24. cap. 4. de reformat. in hanc materiam, quæ sic habet: Non potest Ordinarius nullius, & penis cogere populum ad audiendam Missam, aut concionem, in propria parochia, etiam in casu negligentia, aut contumacia.

Azor.

14.

Nec obstat primò, quod ipsi Parochi parochianos mulctent, qui parochiam non frequentant: id enim iustissime efficiunt, vt sibi constet, quod Missam

sam audiant: nam, si id sibi constiterit, etiam illam audiant in alia parochia, id non poterunt efficere, nec iuste, nec valide; modò id non fiat in contemptum proprij Parochi, vt dictum manet. Nec obstat secundò, quod multis in locis Constitutiones synodales præcipiant, vt vnusquisque in sua parochia Missam audiat: nam intelligendæ sunt, vt in alia parochia non audiant, cum contemptu proprij Parochi; & ita Constitutiones præcipiunt id, quod ius commune præcipit: & si aliud præcipere intendunt, (quod non est credendum,) non possunt præualere aduersus communem consuetudinem totius orbis, imò communis consuetudo aduersus illas præualet: potest enim consuetudo præualere contra statuta: sicut enim statuta, vtentium moribus confirmantur, ita contraria consuetudine abrogantur, vt docet Brunonius à Sole in suo resolutorio, verbo, Statutum, §. Statutum vrentium moribus, fol. 188. col. 1. Natta consil. 340. num. 11. Rolandus consil. 90. n. 54. vol. 1. Decius consil. 534. n. 9. Quare de illis solis Constitutiones synodales intelligendæ sunt, qui contempto Parocho extra propriam parochiam Missam non audiant, vt iam dixi, & notat Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 6. quæst. 7.

Nec obstat tertio, quod consuetudo in nonnullis locis habeat, quod solum in propriis parochiis Missa audiat: quia tunc ea consuetudo solum obligat eos, qui sine iusta causa, vel legitimo priuilegio se aliò conferunt, ad Sacrum audiendum; & præterea ea consuetudo non obligaret eos qui illam vellent audire in Ecclesiis Mendicantium, cum priuilegium habeant, vt omnes in suis Ecclesiis Missam audientes satisfaciant huic præcepto, vt late probat Azor citatus, & Nau. in Man. Lat. c. 21. n. 5. & Gutier. lib. 1. q. canonicarum, c. 30. n. 45. & Soar. tom. 3. in tertiam partem, disp. 88. sect. 2. §. Sed in primis, pag. 1268. col. 2.

Nec obstat quarto Concilium Trident. sess. 14. cap. 4. de reformat. quatenus habet teneri quemquam audire concionem in propria parochia, si commodè potest, vt inde inferatur à fortiori idem dicendum esse de auditione Missæ, atq; de auditione concionis; & quia nõ agit ibi Concilium de Missa, sed de concione, & in pœnalibus nulla fit illatio; & quia neque auditio concionis præcipitur absolute, sed si commodè fieri potest. Et quia idem Concil. Trid. sess. 22. de euitandis in celebratione Missæ, loquens de auditione Missæ, ita ait: Moneant Episcopi populum, vt frequenter, saltem Dominicis diebus, & solennioribus festis, ad suas parochias accedant. Vbi non dicit, præcipiant, aut moneant, seu doceant teneri, sed, moneant, absolute: in quo loquendi modo cõsiliu, & perfectio est, non præceptum, vt optimè notat Nauar. in Manuali Lat. c. 21. n. 5. §. Nec obstat, & Soarius, quem citauimus num. 8. Vrger tamen satis id, quod ibi Concilium Trident. addit, posse, scilicet, Episcopos auctoritate Apostolica, præcipere ea; quæ sibi visa fuerint opportuna circa auditionem Sacri, & circa euitanda in ipsa celebratione illius: ita enim ibi Trid. subdit: Hæc igitur omnia, quæ summariè enarrata sunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, vt non solum ea ipsi, sed quacunq; alia huic pertinere viderint, ipsi pro dâta sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam vt Delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuunt, arguis ad ea inuolant, seruanda censuris Ecclesiasticis, alijsq; penis compellant. Ad hoc tamen responder Nau. in Manuali Lat. c. 21. n. 5. dict. §. Nec obstat, non videri debere opportunum, quod tam generalis ac vniuersalis totius orbis consuetudo, quæ etiam in ipsa vrbe Roma, vidente & sciète Summo Pontifice, inuolantè obseruatur, contrario edicto Episcoporum tollatur, cum scandalo omnium

Brunonius.

Natta.

Rolandus.

Decius.

Azor.

15.

Azor.

16.

Concil.

Trident.

17.

Azor.

Nauar.

Gutierrez.

Soar.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

omnium laicorum & Religiosorum. Sed melius responderi potest, in toto eo loco Concilij Tridentini, quem accurate perlegi, nullam mentionem fieri de his, quæ pertinent ad auditionem Sacri, & ad obligationem huius præcepti; sed solum de his, quæ attinent ad illius celebrationem, & circa hanc celebrationem, committit amplissimam potestatem Episcopis, prouidendi, emendandi, tollendi, corrigendi, ac statuendi, quæ sibi in Domino visa fuerint necessaria, ad tollendos nonnullos abusus irreuerentiarum, auaritiarum, atq; superstitionis, qui diuturnitate temporis irrepserant, vt Sacerdotes ea, qua decet interiori cordis munditia, ac puritate, atq; exteriori deuotionis, & pietatis specie tremendum hoc sacrificium, peragant, ac celebrent; ac proinde nihil ibi statui de auditione Sacri, sed de celebratione illius, & de puritate, qua debet celebrari Missa, vt legenti patebit.

17.

Azor.

Subdubitat tamen aliquantulum Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 6. quæst. 5. an ius commune, quo quis in sua Parochia Missam audire debet, sit vniuersali totius orbis consuetudine abrogatum: quia in quibusdam dioccesibus Flandriæ, Galliarum, & Germaniæ, Parochi adhuc contendunt, consuetudinem hanc apud illos non esse introductam, & suum ius acerrimè defendunt, ac vi cogunt & penis suos parochianos, vt Missam in propriis audiant parochiis. Sed verò non possunt huiusmodi Parochi in his locis obligare parochianos, nisi iuxta dispositionem iuris communis: ius autem commune, vt sæpe dixi, solum præcipit, ne Missa in aliena parochia audiat cum contemptu proprij Parochi: vnde si ipsi parochiani absque huiusmodi contemptu Missam alibi, quàm in propria parochia, audiant, licet id faciunt, & satisfaciunt præcepto audiendæ Missæ, & consequenter illicite, & iniuste coguntur à suis Parochis extra huiusmodi contemptum, vt non nisi in propria parochia audiant: contemptus autem debet esse formalis & expressus, talis, qualis describitur num. 9. Deinde, si prohibeant huiusmodi Parochi, ne sui Parochiani Missam audiant diebus festis in Ecclesiis Mendicantium, iniuste prohibent, cum certissimum sit, quod Papa possit per priuilegium abrogare ius commune, cum supra omne ius humanum Ecclesiasticum sit Papa; & Mendicantes priuilegium habeat, vt satisfiat præcepto Ecclesiastico Missæ si illa in suis Ecclesiis audiat. Nam Leo X. in suo diplomate, quod habetur in compendio priuilegiorum Mendicantium, expresse derogat iuri communi, si quod esset, in hac parte, & præcipit, vt Missa audita in corâ Ecclesiis, satisfiat præcepto Ecclesiastico illius; & velle Parochos priuilegijs apostolicis contraire, durissima res est, & maxime intolerabilis.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

est de Sacramento Eucharistiæ, præterquam ex obligatione præcepti, Paschatis tempore, & præter Viaticum, vt habetur in Mendicantium priuilegijs. Soluuntur argumenta primæ opinionis. Ad caput secundum, de treuga & pace, dico, meritiò ibi statui, pro pace & concordia inter Parochos, & Mendicantes firmanda, ne fratres Mendicantes prædicent, neminem teneri audire Missam in propria parochia, non quod ad id populus teneatur; sed quod decentissimum est, ac honestissimum, vt omnes parochiani proprias parochias frequentent; & quia inde causa oriri fortè poterit, vt aliqui non ita obediens proprios Parochos, ac parochias deserant per contemptum, vt docet Tolet. lib. 6. Summæ, cap. 7. num. 1. & Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 30. num. 30. & Concilium Trid. sess. 22. cap. 1. post canonem 9. idipsum monet.

20.

Toletus.

Gutierrez.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.



CAPVT IV.

Vtrum concurrente duplici praecepto in eodem die festo, duplex peccatum committatur in omissione Missae.

SVMMARIVM.

- Propositur sententia affirmans. num. 1. 6. & 10. Concurrente duplici vinculo voti, atque iuramenti, circumstantia voti & iuramenti mutant speciem. n. 2. Monachus Franciscanus duplex peccatum specie diversum committit in die veneris, in quo incidit vigilia, si non ieiunat. ibid. versu, Monachus, & numero 9. Beneficiarius, sacris Ordinibus initiatus, culpabiliter Officium non recitans, duo efficit peccata specie diversaratione Ordinis, & beneficii. n. 3. & 11. Coniugatus cum coniugata adulterans tenetur utriusque coniugij circumstantiam in confessione explicare. numero 4. & 19. Astruitur sententia negans duo committere peccata qui duo praecepta de eadem re frangit. num. 5. Diversa ratio praecepti in Superiore non efficit diversum peccatum. n. 6. & 7. Beneficiarius Officium voluntario omittens tenetur fructus beneficii de iustitia restituere pro rata. n. 11. Cui facienda sit restitutio. n. 12. Non nisi post semestre a collatione beneficii est facienda. ibid. Obligatio restituendi fructus beneficii propter omissionem Officij diuini est de iustitia propter pactum implicitum. num. 11. Peccat mortaliter beneficiarius, qui in primo semestri a collatione beneficii Horas canonicas non recitat, non tamen ad recitationem tenetur post Motum proprium Pij V. num. 12. Ante Motum proprium Pij V. in ipso semestri, & statim a pacifica possessione beneficii, tenebantur beneficiarii ad restitutionem fructuum pro rata ex omissione diuini Officij. num. 13. Tam ante Motum proprium Pij V. quam post illum, non tenentur beneficiarii ad eam restitutionem, nisi post pacificam possessionem illius. num. 14. Ex litigioso beneficio non est facienda restitutio, si Officium dimittatur. ibidem. An teneantur ex tenui beneficio. num. 15. Proponitur pars negativa. ibidem. Confirmatur & sequitur affirmativa. num. 16. Praesimonia, an sint beneficia. numero 17. An ij, qui praesimonia habent, ad restitutionem fructuum, propter omissionem diuini Officij, teneantur. ibidem. Quid de personibus, an nomine beneficii veniant, & eadem restitutioni sint obnoxia. num. 18. Pensionarij, qui tenentur recitare Officium beatae Virginis, satisfaciunt recitando canonicum. ibid.

Navar.

Lud. Lop. Rodrig. Bellanus.

2. Bipartitè opinio accipitur hac in re. Quidam censent, concurrente duplici festo de praecepto Ecclesiae, duplex peccatum committi, in omissione Sacri, in violatione ieiunij, & abstinentiae, atq; cessationis ab operibus seruilibus. Ita sentit Nauarrus in Summa Latina, cap. 11. num. 4. s. Ex quo colligitur responso, in Hispanica cap. 28. addit. ad. n. 5. Lud. Lopez 1. part. Instruct. cap. 29. s. Terriò dico, quod quando. Emmanuel Rodrig. tomo 1. Summa, editione 2. cap. 23. num. 3. Agidius Bellanus tom. 2. de Sacramentis, & censuris, disput. 7. de

integritate Confessionis, dub. 6. n. 47. Fundamentum illorum est, primò: quia, qui non audit Sacrum, quando aliquod festum, v. c. alicuius Apostoli, incidit in diem Dominicum, duplex praeceptum violatum ob distinctas causas, & rationes: nam vnum praecepit auditionem Sacri in honorem diei Dominicæ, alterum in honorem festi in diem Dominicum cadentis; & vtraque ratio seorsum sumpta est per se sufficiens ad inducendam obligationem peccati mortalis: peccatum autem totumplex est, quotuplex est diuersa ratio praecepti, & diuersus finis, ob quem actus sub peccato, vel praecepto, vel prohibetur: & idem est dicendum, quando concurrunt duo praecepta ieiunij, aut abstinentiae à carnibus.

3. Probatur secundo: quia, si concurrat eodem die duplex obligatio, altera voti, altera praecepti Ecclesiastici de ieiunio, aut cultu eiusdem diei festi, nemo dubitat, duplex peccatum committi, si tunc ieiunium, aut cultus diei festi culpabiliter violatus, prater Doctores citatos n. 1. docet expressè Sanchez, tom. 2. de matrim. lib. 9. de debito coniugali, disput. 15. num. 6. & omnes, quos citabimus infra num. 5. Sic Monachus Franciscanus duplex peccatum committit, si die veneris non ieiunet, in quem incidit vigilia ieiunio dicata; aliterum, contra praeceptum Ecclesiae praeceptis ieiunium in eadem vigilia; alterum, contra praeceptum Regulae sui Ordinis, vt optime notauit Nauar. in Manuali Latino allegatus. Similiter, qui votum, & iuramentum de eadem re frangit, duplex quoque peccatum necessarid constitutum committit, in confesso est apud omnes: sed non magis efficax est duplex vinculum iuramenti, & voti ad inducendum duplex peccatum, quam duplex vinculum praecepti: ergo, si in vno casu damus duplex peccatum necessarid constitutum, in altero necesse est etiam dari, cum nulla maior ratio congruenter assignari possit.

4. Probatur tertio: quia, vt notat Sanchez dict. tomo 2. de matrim. lib. 9. de debito coniugali, disput. 15. num. 6. duplex peccatum efficit beneficiarius, qui Horas canonicas culpabiliter omittit, alterum ratione beneficii, alterum ratione sacri Ordinis: ergo etiam idem à fortiori dicendum erit de eo, qui duo numero praecepta vno, eodemque actu frangit, cum par sit vtriusque ratio, vt consideranti patebit.

5. Probatur quarto: quia, si coniugatus cum coniugata peccet, non vnam, sed duplicem numero peccati malitiam necessarid constitutam committit, sicut, qui duos eodem idem interficit, vt docent Nauar. in Manuali Lat. cap. 6. n. 4. post quartum collateralium, Emmanuel Rodrig. tomo 4. Summa, edi. 2. cap. 19. fol. mihi 629. s. A esta dubda se responde. Vafq. 1. 2. quæst. 72. disput. 98. n. 9. Lud. Lopez 1. part. Instr. c. 35. s. Caeterum, quia multo Sanchez citatus, & alij; nam licet vtriusque malitia adulterij aduersetur vni virtuti iustitiae; est tamen duplex numero iniustitia, respectu vtriusque coniugis: ergo etiam in nostro casu duplex numero peccatum committet, qui vno, eodemque actu duplex numero praeceptum violat, vel in ieiunio, vel in auditione Sacri, vel in quacunque alia materia: nam, licet in ieiunio deat eadem virtus temperantiae, & in auditione Sacri eadem virtus religionis, & cultus diuini, atque obedientiae; tamen est duplex numero peccatum, ratione duplicis vinculi, seu praecepti violati in eodem actu: vtrumque enim vinculum per se seorsum sumptum sufficit ad inducendum peccatum mortale.

Sententia haecenus explicata est valde probabilis: probabilis tamen est, vnicum tantum committere

Sanchez

3.

4.

Nauar.

Rodrig.

Vafq. Lud. Lop. Sanchez.

5.

Sanchez Alexand.

Henriq. Vafq. Sa. Petr. Ledesma. Soarim.

Sodrins. Garcia. Azor. D. Thom. Paludan.

6.

7.

Bellanus.

tere peccatum, qui duo praecepta de eodem festo colendo, aut de eodem Sacro audiendo, aut ieiunio seruando violat: & idem non esse hanc circumstantiam duorum praeceptorum necessarid constitendam. Ita docet Sancius lib. 9. de debito coniugali, disput. 15. n. 6. Alexander in Enchiridio, 2. part. statim in principio, tit. de discretionem peccatorum, n. 11. Henriq. lib. 5. de penit. c. 5. num. 6. & cap. 6. n. 6. Vafq. 1. 2. quæst. 72. art. 6. disp. 98. num. 8. & sequentibus, Sa verbo, Confessio, s. Quidam putant, Petrus Ledesma in Summa sac. tract. de Penit. cap. 19. fol. 632. s. A esta dubda mi paracer es. Soar. tom. 4. de penit. disp. 22. sect. 4. num. 22. Fundamentum est: quia huiusmodi praecepta, & vincula sunt eiusdem speciei, & vnum actum, eundemque praeceptum, & sub eadem ratione formali obedientiae: vt, vnum actum temperantiae; si concurrant duo praecepta ieiunij: vnum actum religionis, si concurrant duo praecepta audiendi Sacrum, aut obseruationis festi: & quotiescunque occurrunt praeceptorum obligationes sunt eiusdem speciei, & vnum actum praeceptum, & sub eadem ratione formali, nec diuersa numero peccata inducunt, nec specie. Sic ille, qui plura beneficia habet, non tenetur recitare, nisi vnum Officium diuinum: quia, quauis quolibet beneficium obliget per se ad diuinum Officium; tamen omnes ex obligationes sunt eiusdem rationis, & vnum actum recitandi praeceptum, & sub eadem ratione formali: & ita habet praxis communis: & nullibi in iure scriptum reperitur, quod obliget recitare pluries idem Officium diuinum ille, qui plura habet beneficia. Et ita docet Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 18. n. 7. & Garcia de benef. part. 3. cap. 1. n. 124. & Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 4. cap. 2. quæst. 6. & idem Garcia citatus num. 10. & D. Thom. quodlib. 1. art. 13. Palud. in 4. dist. quæst. 5. art. 1. conclus. 5. Sic etiam ille, qui de eadem re donata multas efficit scripturas eiusdem exempli, illam multoties eidem promittit, non obligatur pluribus titulis, sed vno tantum promissionis, aut donationis.

Ad primum argumentum respondeo, verum esse, vtrumque praeceptum per se sumptum sufficere ad inducendam obligationem peccati mortalis, concurrentibus tamen duobus, vel pluribus praeceptis eiusdem rationis, idem praeceptibus, sub eadem ratione formali, nec ipsa peccata diuersificari specie, nec numero augeri, pro multitudine concurrentium praeceptorum, vt dictum ac probatum manet, numero praecepti. An autem idem numero peccatum ita notabiliter aggrauet, vt teneamur eam circumstantiam multorum praeceptorum eiusdem rationis confiteri, dicemus alibi interim negatiuam partem sequimur tanquam probabiliorem. Ad id, quod additur, peccatum totuplex esse, quotuplex est diuersa ratio praecepti, & diuersus finis, ob quem praeceptum res fieri, aut non fieri, nego omnino: nam ratio & finis, qui Superiorem mouit ad aliquid praeceptum, vel prohibendum, valde extrinseca est ad multiplicationem peccatorum resultantium ex transgressione ipsorum praeceptorum eiusdem rationis, vt numero sequenti videbimus, s. Et verò.

Dices: Si vnus Superior mihi iniungat, aut prohibeat aliquam actionem sub praecepto obedientiae & sub excommunicatione, quia est nociua Paulo; & alter Superior mihi prohibeat sub eadem excommunicatione, & praecepto obedientiae, quia est nociua Petro, tuncor illam vitare sub duplici obligatione mortalis culpa: & si fuero transgressor, & duo peccata diuersa numero committam, & duplicem excommunicationem incurram, vt docet Bellanus

dicta disput. 7. de integr. Confessionis, dubio 6. n. 46. & non aliam ob causam, nisi quia hic dantur duo diuersa praecepta numero: ergo multiplicatio numerica peccatorum desumitur ex multiplicatione praeceptorum, etiam eiusdem rationis, saltem quando datur diuersa causa in praecepto: Respondeo, in casu proposito verum esse, dari diuersum numero peccatum, necessarid constitutum, & duplicem excommunicationem incurri: non tamen ex fundamento Bellani; sed ex eo, quod ea praecepta sint nociua duobus hominibus, Petro, scilicet; & Paulo, & in ordine ad duos, duo peccata numero distinguantur: sicut, qui vnus eodemque actu duos homines percutit, vel occidit, duo peccata committit necessarid constituta; duas irregularitates contrahit, & duplicem excommunicationem incurrit, duplicemque sacrilegium, si Clerici sint ipsi occisi, & percussus; distinguuntur enim peccata, & numero multiplicentur ad distinctionem, aut multiplicationem subiectorum, vt docent Nauar. in Manuali Lat. cap. 6. num. 4. Sancius lib. 9. de matr. disput. 15. n. 6. & Sanchez alij, quos citauimus num. 4. Et verò, quod diuersa ratio praecepti non sufficiat, vt peccata numericè multiplicentur; satis hoc exemplo conuincitur: nam, si vnus Superior actionem alicui prohibeat, quia est nociua Paulo in castitate; & alter Superior illam, eandemque actionem illi prohibeat sub eadem cenfura, quia est nociua eidem Paulo in matre obedientia, vnum tantum peccatum committet, & vnam tantum excommunicationem contrahet transgressor horum praeceptorum; quia illa praecepta sunt eiusdem speciei, & vnum actum praeceptum sub eadem formali ratione obedientiae, & idem subiectum respiciunt: ratio enim illa, & causa diuersa prohibendi eundem actum, respectu eiusdem hominis, est valde extrinseca ad multiplicationem numericam peccatorum, à qua transgressio, & violatio praecepti nullo modo sumit indiuiduationem, aut multiplicationem peccati & malitiae: sed sumit eam indiuiduationem, & multiplicationem ex virtute & ratione formali obedientiae, cui transgressio illa opponitur, & ex identitate obiecti, seu subiecti, ad quod tendit, vt docet Soar. tom. 4. de penit. disp. 22. sect. 4. num. 22. fine.

Ad secundum respondeo, votum, praeceptum, & iuramentum, respectiue & inter se comparata, esse diuersa specie vincula; & idem, si ad vnum eundemque actum cauendum, aut prohibendum concurrant, non solum diuersa numero, sed etiam diuersa specie peccata, si transgrediantur, aut violentur, efficerentur: nam transgressio voti trahit peccatum ad sacrilegium, iuramenti ad periurium; praecepti ad inobedientiam: sacrilegium autem, periurium, & inobedientia inter se sunt peccata diuersa specie. Non ita verò, si concurrant simul diuersa numero praecepta ad vnum actum praeceptum, vel prohibendum; aut diuersa numero vota, aut iuramenta: quia tunc ipsa multiplicata vincula sunt eiusdem rationis, & idem praeceptum, aut prohibent, & sub eadem ratione formali non inducunt diuersa numero peccata, vt consideranti patebit.

Ad exemplum Monachi è familia Diui Francisci, qui in die veneris, quo incidit vigilia, non ieiunans duplicè culpam mortalem admittit, alteram ratione praecepti Ecclesiae, alteram ratione praecepti regulae; optime respondent Vafq. 1. 2. disput. 98. num. 8. & 9. & Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. n. 6. id quidem ita esse, & idem euenire, quia huiusmodi Monachus tunc frangit duplicis virtuti inter se specie diuersa praeceptum, alterum abstinentiae, seu temperantiae, ad quod spectat Ecclesiasticum ieiunium vigiliae; alterum ratione religionis, quia ex voto obedientiae tenetur regulam obseruare: quae quidem

Nauar.

Soarim.

9.

Vafq. Sanchez.

dem regula, si voto obedientie non esset firmata, sed instar alterius legis, ac precepti ieiunium illud prescriberet, vnica esset culpa, quia tunc vincula cuiusdem rationis manerent, vt per se constat.

10. Henric. Azor. Garcia.

Tertium argumentum, dubium tangit satis difficile; vtrum, videlicet, beneficiatus, sacris Ordinibus initiatus, diuinum Officium sine causa omitens, duo peccata committat: Negat Henricus lib. 5. de Penit. c. 5. num. 6. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 4. cap. 2. quaest. 6. Garcia de benefic. 3. part. cap. 1. n. 125. & 126. & pro hac opinione ad marginem multos citat Henr. littera Q. Probant primò: quia qui omittit Sacrum, quando vno die duplex preceptum festi concurrat, qui ieiunium frangit, quando duplex vrget obligatio, vigilia, scilicet, & Quadragesimae; qui multa iuramenta frangit, aut varia & distincta vota de eadem castitate; qui vnus & idem mendacium multis simul iuramentis confirmat; qui multas blasphemias vno iracundiae motu simul multiplicat; vnum tantum peccatum committit, iuxta probabiliorum opinionem: ergo idem necessarium dicendum est de eo beneficiato, qui sacris initiatus Officium diuinum voluntarie sine impedimento omittit. Confirmant hanc suam opinionem: quia obligatio recitandi Horas canonicas, ratione beneficii, spectat ad religionem, & obligatio recitandi illas ratione sacrorum Ordinum ad eandem etiam virtutem religionis spectat: vnde, cum obligationum multiplicatio eiusdem rationis sit, & ad eandem virtutem religionis sub eodem motiuo, ac ratione formali tendat, inde est, quod vnum tantum peccatum mortale committatur, non duo: quod si ita esset; bene concluderent; sunt tamen huiusmodi vincula diuersae rationis, vt numero sequenti dicam.

11.

Dicendum tamen est, huiusmodi beneficiatum, sacris Ordinibus initiatum, voluntarie Officium diuinum sine causa omitentem, duplicem culpam mortalem committere necessarium in confessione explicandam; alteram ratione sacrorum Ordinum; alteram ratione beneficii: nam cum obligatio recitandi illas, sit iustitiae, ratione beneficii; constat huiusmodi obligationes esse inter se specie diuersas, & diuersa specie efficere peccata; atque adeo constat, teneri huiusmodi beneficiatum explicare hanc circumstantiam beneficii in confessione, velut mutuantem speciem peccati, & aliter non satisfacere precepto diuino integre confessionis faciendae. Ita docet Azor como 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 14. quaest. 7. ad finem, Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. n. 6. Soar. tom. 2. de Relig. cap. 18. num. 5. vt enim bene ibi notat Soarius, in beneficiatis reperitur obligatio iustitiae quasi commutariae: nam ibi intercedit formale, vel virtuale pactum, quo is, qui beneficium recipit, obligatur, ratione fructuum, ad actionem recitandi: vnde patet in Clerico beneficiato dari duplicem titulum, duplicemque obligationem specie diuersam recitandi; primam religionis ratione Ordinis sacri; secundam iustitiae, ratione beneficii; & huius etiam opinionis debent esse omnes, qui dicunt teneri beneficiatum non recitantem; ad restitutionem fructuum, si Officium diuinum voluntarie omittat: nam idem tenentur ad restitutionem fructuum, quia obligatio recitandi in eis erat ex iustitia, resultans ex pacto intercedente in acceptatione beneficii: & hi sunt Nauar. in Man. Lat. cap. 25. n. 122. & consil. 14. tit. de celeb. Missae, Parisius de resign. benefic. lib. 1. quaest. 9. num. 9. Sorus lib. 1. de iust. quaest. 1. art. 2. Calderinus in cap. 1. de celebr. Missar. Ceuallos contra com. quaest. 643. & Rodr. in Summa, cap. 145. concl. 1.

Azor. Sanchez.

Soar.

Nauar. Parisius. Sorus. Calderin. Ceuallos. Rodrig.

12.

Hanc tamen restitutionem non est faciendae pauperi-

bus, vel fabricae Ecclesiae, nisi post sex menses a consecratione, & collatione beneficii simplicis, vel curati: dantur enim illi primi sex menses veluti induciae beneficiatis, vt possint aptius & conuenientius diuinum Officium perdiscere: cum enim obligatio recitandi in beneficiatis non proueniat ex iure naturali, sed ex iure positivo Ecclesiae, noluit Ecclesia cum obligatione restitutionis per illos integros sex menses beneficiatis imponere. Ita docet Tolemus in Summa, lib. 2. c. 12. versu, Primum sit, Garcia 3. part. de benefic. cap. 1. n. 17. Azor 1. tomo Instit. moral. cap. 12. quaest. 3. & 4. Graphis lib. 2. de cens. aur. cap. 50. n. 13. & cap. 51. n. 3. Nauar. cap. 25. in Man. Lat. num. 122. & cap. 7. de orat. num. 3. & consil. 19. de celeb. Missae. Rodr. in Summa, cap. 145. conclusione 1. & patet ex Concilio Lateranensi, sess. 6. §. Statuimus, sub Leone X. ibi: Statuimus, vt nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui lapsus sex mensibus ab eius consecratione sine legitimo impedimento, Officium diuinum recitare omiserit, pro tempore, quo non recitauerit, fructus suos faciat, in quo eos impendere tanquam rem iniuste captam in fabricam beneficii, aut elemosinas pauperum teneatur. Quam Constitutionem Concilij Lateranensis confirmavit Pius V. suo Motu proprio expedito anno 1571. Sic enim habet: Pius Episcopus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium cura curas, vel sine cura, si post sex menses, cum illud obrinnerit, diuinum Officium legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis, & Officij, & temporis suos non faciat: sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum elemosinas erogare teneatur; verum tamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi rata praedicta ratio sit habenda. Nos huic rei euidentibus, atque expressis prouidere volentes, statuimus, vt qui Horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii fructus seu beneficiorum suorum, qui illi, vel illis diebus responderent, si quod die diuiderentur; qui vero Matutinum tantum, dimidiam; qui ceteras omnes Horas, aliam dimidiam; qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat, &c. Et infra: Item ille, qui primis sex mensibus Officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Vbi notat, non dicere Summum Pontificem, illum teneri intra ipsos sex menses primos fructus restituere, si Officium diuinum voluntarie absque impedimento dimittat, sed solummodo peccare mortaliter. Ex quo constat, voluisse Summum Pontificem approbare in omnibus decretum Concilij Lateranensis; & solum intendisse declarare, quomodo intelligenda erat illa restitutio pro rata fructuum beneficii: nam, vt egregie notat Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 10. c. 14. quaest. 4. §. Sed obiciunt, cum solo iure canonico teneantur beneficiati Horas recitare, & fructus restituere, voluit Ecclesia illos obligare ad Officium diuinum intra primum semestre recitandum, vbi peccato mortali: noluit tamen omitentem preces tam saeuere punire, vt fructus restituere teneatur.

Toletus. Garcia. Azor. Graphis. Nauar.

Rodrig. Concil. Lasetan.

13.

Vnde errauit Ceuallos contra com. quaest. 643. num. 8. quatenus dixit, opinionem illam, quae docebat, non teneri huiusmodi beneficiatos restituere fructus suorum beneficiorum pro rata intra primos sex menses, si voluntarie diuinum Officium non recitarent, fuisse communem vique ad tempus Motus proprii Pij V. post illum tamen teneri huiusmodi beneficiatos etiam intra illos primos sex menses non recitantes Horas canonicas, etiam vnus diei, pro rata emolumentum beneficii ad restitutionem, pauperibus, vel fabricae Ecclesiae, in qua sunt benefici-

Azor.

ciati, quia id ipsum disponit ac declarat Summus Pont. in eo Motu proprio, & citat pro se Salzedum ad practicum Bernardi, cap. 54. littera A. & Emmanuelem Rodriguez in Summa, cap. 154. conclusione 1. Sed Salzedo solum ibi dicit, consulendos esse Doctores, an in ipso semestri ante constitutionem Concilij Lateranensis tenerentur beneficiati ad huiusmodi restitutionem: & cente Syluestro, verbo, Clericus 4. n. 16. quaest. 23. docet absolute, non teneri beneficiatum, omitentem precarias Horas restituere fructus pro rata diei & temporis, quo non recitauit: & ex eo colligitur aperte ante illud semestris non obligari huiusmodi beneficiatos ad hanc restitutionem. Et cum Syluestro idem docent Innocentius, Ioannes Andr. & Anton. Butr. in cap. 1. de celebrat. Missae, & Praepositus cap. Presbyter, distinct. 91. & Palud. Ancharian. Francus, Zabarella, Ioannes de Lignano, & Felinus, & alij, quos citat ac sequitur Syluest. loco allegato. Et fundamentum illorum est: quia beneficiatum non datur propter Officium recitandum sub pacto, & conditione, sed sub modo: vnde modo non seruato adhuc fructus sunt beneficiati. Et idem docet etiam Panormit. in cap. 1. de celebrat. Missarum, ex alio fundamento, ex eo, scilicet, quod beneficium non datur simpliciter propter Officium, sed etiam vt clericus assumptus in partem Domini de patrimonio Domini viuat, & non mendicet, argumeto c. 2. de praeb. & cap. Diaconus, dist. 91. Verum, cum beneficium datur propter Officium recitandum sub pacto & conditione, vt probauimus n. 11. euidenter sequitur, ante hanc Constitutionem Concilij Lateranensis, & Pij V. teneri ipsos beneficiatos ad huiusmodi restitutionem in ipso primo semestri. Locus, quem allegat Ceuallos allegatus Emmanuelis Rodrig. non est in cap. 154. sed in cap. 145. sed ibi solum dicit Rodrig. teneri Clericos beneficiatos restituere fructus beneficiorum suorum pro rata, si Officium diuinum absque impedimento dimiserint: teneri, inquam, post sex menses a consecratione beneficii: vnde constat falso inposuisse Ceuallos hanc suam existimationem Roderico, & Salzedo: constat enim post primum semestris teneri beneficiatos Officium diuinum omitentes absque legitima causa restituere fructus beneficii modo praeterito, & ante Constitutionem Pij V. & Concilij Lateranensis tenuisse eam restitutionem facere ante ipsos sex menses.

Syluest.

Innocent. Ioan. And. Butrim. Praepositus. Paludanus. Anchar. Francus. Zabarella. Ioannes de Lignano. Felinus.

14.

Excipe tamen, modo beneficium non sit litigiosum: nam haec obligatio restitutionis non reperitur in ipsis beneficiatis, nisi post pacificam possessionem beneficii, vt docet Rodrig. in Summa, cap. 145. concl. 1. sine. Nauar. lib. 3. consil. tit. de remis. consil. 14. fol. 390. Ceuallos com. contra com. quaest. 643. n. 8. Azor lib. 10. cap. 14. quaest. 18. tomo 1. Instit. moral. Soar. tomo 2. de Relig. lib. 4. cap. 18. n. 7. Less. de iust. lib. 2. cap. 34. n. 167. Primò, quia in iure non censetur quis perfectè, & quasi vltimate habere beneficium, donec illo tranquilla possessione securè perfruatur, argumento cap. Licet Episcopus, de praebendis, in 6. Secundò, quia, licet quis habeat dominium veluti radicale, seu proprietaria, à die collationis beneficii, tamen non habet, nec censetur habere dominium vtile illius, donec tranquillè & pacificè illud possideat. Tertiò, quia si litigio & causa cadat, tenetur ad restitutionem parti faciendam fructuum perceptorum, & sic ad duplicem restitutionem teneretur, alteram parti, alteram pauperibus, aut fabricae Ecclesiae, quod non est dicendum.

Rodrig. Nauar. Ceuallos. Azor. Soarius. Lessius.

15.

Excipiunt etiam nonnulli modo beneficium non sit adeò tenue, vt vix sufficiat ad modicam sustentationem beneficiati. Ita excipit Sotus lib. 10. de iust. & iure, quaest. 5. art. 3. Arag. 2. 2. quaest. 83. artic. 12. P. Steph. Fagundes in quinque prac. Eccl.

Sotus. Aragon.

Rodrig. tomo 1. Summae, cap. 14. num. 3. Vega 1. Rodrig. part. cap. 128. casu 3. Petrus Ledesma 2. part. Vega. tract. 9. cap. 4. conclusione 6. difficult. 4. & dicit probabile Sandoual de offic. Ecclesiastico, part. 5. cap. 5. Sandoual. Ratio illorum est: quia beneficium tenue in iure reputatur loco nullius beneficii, iuxta regulam communem: Parum pro nihilo reputatur. Quod confirmatur ex cap. 15. cui, de praeb. in 6. vbi statuitur, quod quando conceditur alicui facultas ex Apostolico Indulto conferendi beneficia idoneis, non posse ea conferri iis, qui habent beneficia, quae sufficiunt ad vitam: posse tamen illis, qui beneficia non habent, quae sufficiant ad eorum vitam sustentandam: quod euident signum est, in iure beneficium paruum & exiguum pro beneficio non haberi, vt ibi notat Glossa; saltem quoad hunc effectum obligandi ad recitationem Officij diuini, & consequenter obligandi ad restitutionem pro rata faciendae pro pensio Horarum voluntarie praetermissio.

At hanc exceptionem non admittunt Tolerus lib. 2. Summae, cap. 14. causa 5. n. 4. nec Glossa in cap. Clericus, dist. 91. cum quibus consentit Syl. verbo, Glossa. Floris §. 3. Nau. tract. de orat. cap. 7. n. 27. & cap. 11. Syluest. n. 11. Graphis lib. 2. de cens. aur. c. 20. n. 18. Zerola verbo, Beneficium §. 4. Azor lib. 10. Instit. moral. cap. 3. q. 3. tom. 1. Instit. moral. Garcia 3. p. de benefic. cap. 1. n. 39. Ledesma 2. p. q. 16. a. 2. dub. 5. Rosella verbo, Horas, n. 1. Armilla ibidem, n. 1. Med. de orat. q. 2. & communis iuris canonici Interpretum schola, Cardin. Hostiensis, Abbas, Ioannes Andreas, Imola, Turrecrem, partim in cap. 1. partim in cap. Dolens, de celeb. Missarum, & partim in Clement. 1. eodem tit. & etiam in c. 1. dist. 91. & cap. Clericus, dist. 92. Ego credo, non esse ab hac communis opinione recedendum: quia in cap. Clericus, dist. 91. statuitur, vt Clericus, qui ab Ecclesia sibi commissa commoda non alitur, quareat aliquod artificium, ex quo sibi victum, & vestitum parat, velex agricultura post sui muneris, & officij psum perfolutum. Fundamentum est primò: quia accessoriu sequitur principale: principale autem hic est spirituale ius ad colligendos fructus, quannus tenues: ergo obligatio recitandi precarias Horas, tanquam accessorium, debet sequi principale. Secundò: quia, qui tenue acceptat beneficium, voluntarie pactum celebrat tum conferente dicendi Horas canonicas: datur enim beneficium propter Officium sub conditione recitandi illud: vnde, cum voluntarie acceptet hanc conditionem, & onus recitandi subeat, tenetur illud ex pacto, & de iustitia exequi, & sibi imputet illius acceptationem. Confirmatur: quia, qui sciens ac prudens voluntarie acceptat vxorem pauperem, tenetur onera matrimonij subire, & non potest illud dimittere; & qui voluntarie militiae nomen dedit pro mercede ac stipendio exiguo, tenetur militare pro illa: ergo similiter in nostro casu, cum par sit vtròque ratio, dicendum est. Tertiò probatur: quia hic non intercedit propria commutatio vnus rei equalis pro alia, sicut in ceteris contractibus solet accidere; nec est necessaria ratio aequalitatis inter fructus & onus recitandi, siquidem ille labor est spiritualis: fructus vero temporales, & inter spirituales rem, & temporalem non requiritur illa aequalitas, quae requiritur inter laborem & mercedem, seruitiumve temporale, vt omnes sciantur.

16. Tolerus. Glossa. Syluest. Nauar. Graphis. Zerola. Azor. Garcia. Ledesma. Rosella. Armilla. Medina. Cardinal. Hostiens. Abbas. Ioan. And. Imol. Turrecr.

Nomine autem beneficii quoddam hanc restitutionem venient in iure praestimoniam, praestimonialeque portiones, & quacunque alia beneficia, nullum seruitium habentia. Patet ex motu proprio Pij V. anno 1571. ibi: Declarantes praestimoniam, praestimoniales portiones, & quacunque alia beneficia, etiam nullum seruitium habentia obtinemes, eum praestitis pariter contineri: at quicumque pensiones, fructus, atque aliis.

17.

alias res Ecclesiasticas, ut Clericum, percipit cum modo predicto, ad dicendum Officium paruum beatae Mariae Virginis, decernimus obligatum, & pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Et verum, quod praestimoniam, & praestimoniales pensiones absolute sint beneficia Ecclesiastica, docet expressè Garcia de benef. l. p. cap. 2. num. 117. Mandosius in regula 34. q. 12. num. 3. & de monitoriis, q. 60. num. 32. Nauar. tract. de orat. cap. 21. num. 9. Sandoual. de Officio canonico, p. 5. c. 5. Achil. de Grassis decif. 288. Seu. 7. de concessione praebend. Casar de Grassis decif. 115. num. 2. Sotus de iust. & iure, l. 10. q. 5. a. 3. Azor l. p. Inst. mor. lib. 10. cap. 10. q. 4. Soar. tomo 5. de cens. disp. 13. sect. 1. num. 7. Iacobus de Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 97. n. 17. Emman. Rod. tomo 1. Summa. cap. 140. n. 7. Vega l. part. Summa. cap. 128. casu 13. versu 6. Lud. Lop. l. part. Inst. cap. 105. & alij.

Garc. Mandos. Nauar. Sand. Achil. Grassis. Soar. Azor. Soarius. Rodrig. Vega. Lud. Lop. 18.

Si loquamur de pensionibus, non est dubium teneri pensionarios, si Officium beatae Virginis omitant, ad eandem restitutionem modo predicto, vel pauperibus, vel fabricae Ecclesiae, cuius sunt pensionarij, faciendam, pro rata ipsarum pensionum: ut declarat Summus Pont. in predicto Motu proprio: an autem pensiones sint beneficia, est dubium? Respondendum est, lato modo esse beneficia: quia hodie non solent dari nisi pro onere Officij recitandi, & Clericis saltem in prima tonsura: & sic non sunt quid merè temporale, sed spirituale, aut spirituali rei dependenter adnexum, & instar beneficij: quia, sicut beneficium praerequirat clericatum; sic etiam illae illum praerequirunt, ex stylo Curiae notissimo: olim tamen non dabantur istae pensiones propter Officium recitandum, sed in gratitudinem ad alendos iuvenes: at hodie non dantur nisi Clericis, saltem in prima tonsura, cum onere recitandi Officium paruum beatae Virginis, ut docet Garcia l. p. de benef. cap. 5. num. 10. Nauar. consilio 63. de simonia, n. 5. & alij, quos citat Garcia loco allegato. Non sunt verò proprie beneficia, quia illorum ius non est perpetuum, & ideo resignari non possunt: est enim beneficium proprie loquendo, ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis Deo dicitis propter diuinum Officium Clerico, seu persona Ecclesiastica competens. Ita definit Nauar. in redditibus Ecclesiasticis, quaest. 1. monitione 33. num. 4. & Garcia de beneficiis, l. part. cap. 2. num. 2. Satisfaciunt tamen pensionarij, si relicto Officio beatae Virginis, canonicum recitauerint: neque enim intentio Pij V. fuit excludere ab iis huiusmodi Horarum canonicarum pensum: sed noluit imponere eis tantam obligationem. Et haec Constitutio Pij V. hodie in tota Hispania est in viridi obseruantia, ut notat Soarius tomo 2. de Relig. cap. 20. num. 5. & Garcia l. part. cap. 2. num. 117.

Pensiones ex stylo Curiae non solent dari nisi Clericis, saltem in prima tonsura.

Garc. Nauar.

Quid sit beneficium,

Nauar.

Garc.

Soar. Garc.

19.

Ad quartum respondeo, verum esse, coniugatum, si cum coniugata adulterium committat, teneri in confessione aperire vtriusque coniugij circumstantiam, & non satisfacere, si tantum dicat, se esse coniugatum, quia est duplex adulterium: sicut ille, qui eodem actu interficit duos homines, tenetur explicare huiusmodi circumstantiam duorum hominum, & non satisfacit dicendo se vnum interfecisse; est enim duplex numero homicidium, nec in vno coalescit, sicut coalescunt duo praecipua eiusdem rationis, quando eundem actum sub eodem motu & ratione formali imperant.

CAPVT V.

A quo Sacerdote sit Missa licite audienda: agitur de Sacerdote excommunicato, & de alijs excommunicatis vitandis, & non vitandis.

S Y M M A R I V M.

Extraneus Martini V. Ad vitanda, in fauorem tantum fidelium, solum praecipit vitandos excommunicatos nominatim denunciarios, ac notorios Clericorum percussores.

Concilium Basiliense id postea extendit ad omnes publicos excommunicatos, quauis non denunciarios. num. 2.

Et iuxta hanc extensionem infert Nauar. peccare mortaliter fideles, qui in Anglia communicant cum Lutheranis. ibid.

Non videtur maior ratio, ob quam vitentur Clerici percussores notorii, quam alij notorii excommunicati, licet non declarati. num. 3.

Maior ratio assignatur. num. 4.

Extensio Concilij Basiliensis non est in usu, num. 4. & solum Extraneus Martini V. in usu est. ibid.

Ex vi excommunicationis, nec Haereticum tenemur vitare, nisi prius declaratur a Iudice. num. 5.

Cum Haereticis publicis in Anglia, & Germania communicare possumus, nisi singuli sint nominatim declarati, aut saltem per officium, aut signa nota. ibid.

An sufficiat, ut vitentur, quod Index declarat, illos incurrisse crimen, cui est adnexa excommunicatio, v. c. haeresi: affirmat communior sententia; negat fauorabilior. num. 3. & 6.

Haereticis qui in carcere moriuntur ante confessionem, priuantur Ecclesiastica sepultura, quoadusque sententia feratur; & si per illam absoluantur, sepeliuntur in sacro. num. 7.

Respondetur ad extensionem Concilij Basiliensis, & ad eius confirmationem ex Concilio Lateranensi. num. 8. & 9.

Excommunicatus publicus publicè, secretus secretè de iure antiquo ante denunciationem vitandus erat: hodie non nisi post denunciationem vitandus est. num. 10.

Potesit aliquis esse nominatim excommunicatus, non tamen nominatim denunciatus. num. 11.

Quis sit notorius Clerici percussor. num. 12. & 13.

Quid circa hoc crimen praeticè seruetur apud nonnulla Tribunalia. ibid.

Quid si ego solus vidi. num. 14.

Quid si quatuor, vel quinque viderunt. ibid.

Quid de percussione transiente, & permanente. ibi versu. Et quauis.

Si Sacerdos iam sit nominatim declaratus de excommunicatione incurso, nec Missam audire, nec petere ab eo possumus. num. 15.

Quid de acceptione & petitione Sacramentorum. ibid.

An in diuinis maritus cum exco. seruus cum domino communicare possint. num. 16.

Extra communicationem in diuinis raro peccabunt mortaliter ob communicationem in humanis cum excommunicato vitando, nisi in sex casibus, & qui illi sunt. ibid.

An communicet in diuinis cum Sacerdote non tolerato, dum sacrificat, ille qui aliam Missam audit ab alio, Sacerdote in eadem Ecclesia. num. 17.

An in eisdem Officijs diuinis interest, non tamen amittat communicandi cum illo. ibid.

Quis

Qui in vno loco est vitandus, an sit vbique. n. 17.

An possumus Missam licite audire, & petere ab excommunicato tolerato. n. 18.

Quid si praesentes sint alij Sacerdotes. ibidem.

Quid de petitione, & repetitione Sacramentorum. num. 19. & 20.

Peccant lethaliter ipsi excommunicati tolerati, si se ingerant, aut intuent ad dicenda Sacra, aut Sacramenta ministranda. numero 23.

Licite tamen id faciunt ad petitionem fidelium. ibid.

Non licet excommunicatis toleratis Missas audire, aut diuinis Officijs interesse. numero 23.

Excommunicatus, qui culpa sua non absoluitur, & cum excommunicatione Missam audit, quauis sit toleratus, committit duo peccata mortalia necessarid confitenda. num. 24.

An Sacerdos excommunicatus celebrando, duo peccata distincta numero committat. n. 25.

1. Tolent. Nauar. Gutier.

Martini V. in Extraneag. Ad vitanda, de sumpta ex Concilio Constantiensi sub se celebrato, quam refert Toleus in Summa, l. 1. c. 12. n. 2. Nauar. in c. 27. n. 35. Gutier. l. 1. q. canon. c. 1. n. 1. omnes sub diuersis verbis, sed in eundem sensum recidentibus: Ad vitanda scandala, & consulenda conscientia timoratis in fauorem fidelium, non est forma excommunicationis, statim, ne deinceps teneretur quis vitare quencunq; etiam publicum & notorium excommunicatum a iure, vel ab homine, etiam nominatim nisi prius ipse denunciatus sit, & declaratus a Iudice, clarius & apertius, nisi prius Iudex declaret, illum incurrisse excommunicationem; & excepto publico & notorio percussore Clerici, & aedo publico, vt illum factum & peccatum nulla possit tergiversatione celari, aut iuris suffragio excusari: & illa exceptio firmat regulam in alijs omnibus excommunicatis, non exceptis.

2.

Postea verò in Concilio Basiliensi sess. 30. anno Domini 1435. celebrato Calendis Februarij, ampliatam fuit Constitutio Concilij Constantiensis ad quencunq; publicum & Notorium excommunicatum, cuius excommunicatio, nec iuris suffragio, nec aliqua possit tergiversatione celari. Habetur haec declaratio, & extensio Concilij Basiliensis tomo 2. Concil. fol. 646. nam in Concilio Constantiensi dicebatur: Excepto publico & notorio Clerici percussore, cuius factum nulla possit tergiversatione celari, iuris suffragio excusari. Et in Concilio Basiliensi dempta fuerunt ea ipsa verba, & posita fuerunt haec verba: Excepto quocunq; publico & notorio excommunicato, cuius excommunicatio a iure, vel ab homine, nec iuris suffragio, nec vlla possit tergiversatione celari. Et hanc declarationem, extensionemq; Concilij Basiliensis contendunt nonnulli fuisse postea renouatam, & approbatam, in Concilio Lateranensi, & addunt in roto Concilio Constantiensi non inueniri eam Constitutionem circa vitandam excommunicatorum, quam afferunt Nauar. Tolentus, & Gutier. num. 1. allegari; & ideo hanc Constitutionem, & extensionem Concilij Basiliensis sequuntur nonnulli Doctores, & graues quidem. Felinus in cap. Rodulphus, de rescriptis, n. 39. versu. Salua veritate, Summa Pilana verbo, Clericus, n. 3. Rebuff. in Concordata, tit. De excom. non vitand. fol. 227. & in illam inclinant Vehementissimè Nau. in Manuali Lat. c. 27. n. 35. & iuxta eam dicit peccare lethaliter omnes Catholicos Galliae, & Germaniae, qui manifestis Lutheranis, & se tales palam confitentibus, communicant: quia sunt manifesti excommunicati propter haereticum notorijs per Bullam Conae Domini: tum, quia non videtur prodesse dicere, quòd iuxta Constitutionem Concilij Constantiensis id restrictum sit ad solum notorios excommunicatos, ob solam &

Felinus. Sum. Pif. Rebuffus.

Nauar.

praecisam manifestam percussorem Clerici iniustam, & quas nullo modo, nec iuris suffragio, nec aliqua tergiversatione possit celari, aut excusari: quia ea restrictio fuit sublata in Concilio Basiliensi, & approbata postea à Concilio Lateranensi. Haec sunt rationes Nauarri. Sed statim addit: Sed quia durissimum est, damnare gentem, in qua sunt tot viri eruditissimi, & Academia celeberrima, Parisiensis, Tolosana, & Louaniensis: probabiliter dici potest, praedictam Extraneagam, (scilicet Martini V.) esse esse receptam cum sola ea restrictione de excommunicatione, & vitandis solum Clericis percussoris: vel, quòd multitudo Haereticorum, & necessitas communicandi & negotiandi facit eam communicationem licitam, qua alijs non esset licita, iuxta regulam iuris in 6. Quod non est licitum, necessitas facit licitum. Haec Nauar. ibi. In quibus omnibus verbis suum satis ostendit iudicijs, quòd vult, vt ea cautio iuxta Concilium Basiliense extendatur ad quencunq; notorium excommunicatum, & non intelligatur solum de notorijs Clericis percussoribus, iuxta Concilium Constantiense.

Probari potest haec sententia ex ratione, & iure. Ex ratione: quia nulla maior ratio esse videtur, ob quam magis excipiatur casus notorij Clerici percussoris, quam alterius notorij excommunicati: nam, vbi aliquid ita notorium est: vt nullam iuris suffragio exculationem habeat, nec aliqua possit tergiversatione celari, nulla declarationis sententia requiritur, secundum Abbatem in cap. Cum non ab homine, de iudicijs, n. 29. versu, Sed certe subtiliter. Dominicum Rodulphum de rescriptis, n. 37. & 39. Ex iure: quia in c. Cum non ab homine, de sent. exc. in 6. dicitur, publicè excommunicatum, etiam ante denuntiationem vitandum esse publicè: & idem habetur in cap. Cum desideres, de sent. excom. & in cap. Tengualdum, l. 1. q. 3.

Nihilominus tamen Extraneus Martini V. & Decretum Concilij Constantiensis, & vsu Ecclesiae, & ab omnibus fore Doctoribus receptissimum est; & sic solum ea vitatio intelligenda est praecise de solis notorijs Clericis percussoribus, qui vitandi sunt, antequàm declarentur à Iudice, illos eam excommunicationem incurrisse, & vitandos esse, & non de alijs publicè, & notoriè excommunicatis: (vult enim Ecclesia, vt ait Gutier. l. 1. q. canon. c. 1. n. 13. sine, versu, Ex quo diluuntur, fol. 14. col. 2. & n. 8. fol. 13. col. 1. calum notorij Clerici percussoris excipere in fauorem status clericalis) Ita docet Sancius Sanchez, re in fauorem status clericalis) Ita docet Sancius Tolentus, l. 7. de matrim. disput. 9. num. 8. Tolentus lib. 1. Summa, c. 12. num. 2. Soar. tom. 3. de censuris, disp. 11. sect. 4. n. 5. Gutier. citatus n. 8. Adrianus tract. de Matior. confess. q. 9. fol. 310. Maior. in 4. dist. 18. quaest. 3. Driedo de libertate Ecclesiastica, pag. 88. Fumas verbo, Absolutio, §. 30. Medina de rest. q. 3. causa 9. Medina, fol. 21. col. 1. Sotus in 4. dist. 1. q. 1. a. 6. pag. 106. Victor. test. legis personalis, l. 2. c. 15. versu, Circa istos, sic oc. Cast. culti, Medina in Summa pro Inst. Confess. l. 1. §. 5. Medina, fol. 44. col. 1. Angles in floribus, q. de exc. dist. 5. Angles. Sa verbo, Excommunicatio, n. 34.

Est adeò vera haec resolutio, vt nec Haereticum quidem ex vi censurae vitare tenemur, quauis publicus & notorius sit; donec denominatim declaratur à Iudice, illum ob haereticum excommunicationem incurrisse, & vitandum esse, vt optime probat Gutier. dict. lib. 1. quaest. canonicarum, c. 1. num. 8. & Sotus in 4. dist. 1. q. 5. a. 6. & est communis sententia. Vnde, si vna provincia sit declarata, & condemnata à Summo Pontifice de haeresi, fideles alloquentes Haereticos illius provinciae non incurrunt excommunicationem minorem, nec tenentur ex vi censurae illos vitare, nisi singuli sint specialiter nominati, vel saltem nomine officij notis.

Abbas.

4.

Gutier.

Sanchez.

Tolentus.

Soarez.

Adrianus.

Fumas.

Medina.

Sotus.

Victor.

Cast.

Medina.

Angles.

Sa.

Gutier.

Sotus.



& per signa indubitata, (id enim recurrit cum nominata declaratione.) Ita prater Doctores citatos docet expressè Henricus lib. 13. de exc. c. 5. n. 4. & est communis sententia. Quod verò, vt quis dicatur nominatim denunciatus, sufficiat declarare illum per officium notum, aut per alia signa indubitata, docet idem Henricus, & Glossa in cap. Cum & plantare, de privileg. & Glossa in Clement. 1. de vita & honestate Clericorum, verbo, Nominatim, & Sotus dist. 22. q. 1. a. 4. vt si dicat Prætor Olysiptenensis, aut Rex Anglia: Hac ex vi censuræ. Nam ex charitate propria, si Hæretici nobis sint perniciosi, illos alium de vitare tenemur, cum hæretis, vt cancer, serpat. Ita Henricus allegatus dist. n. 4.

Dubium tamen est: vtrum si aliquis per sententiam Iudicis declaratur commississe crimen, cui est adnexa excommunicatio, & non declaratur incurrisse excommunicationem, vitandus sit, v. c. si Iudex declaret Petrum incurrisse crimen hæresis, cui solet adnexa esse censura, & non declaret, illum incurrisse excommunicationem huic crimini adnexam, teneamur vitare ipsum Petrum? Affirmat communis sententia: quia tunc eo ipso, quod ille iudicio de hæresi nominatim condemnatur, censetur nominatim declarari. Ita docet Sotus, & Gutierrez allegatus num. 8. & Rod. in Bulla, §. 9. n. 28. Henricus, l. 13. de excom. cap. 5. n. 4. Soar. tom. 5. de cens. disp. 9. sect. 2. n. 10. Auila 2. p. cap. 6. disp. 2. dub. 3. Sed est, & dicit probabilissimam Sanctius lib. 2. Decalogi, c. 9. n. 4. & nominatim de crimine ipsius hæreticis loquens, idem docet Petrus Sotus de excom. lect. 4. §. 1. am verò, Sotus, & Gutier. allegati, Medina C. de confess. q. de confess. excommunicato scienter, §. Per hac patet.

Fauorabilior tamen est sententia, quæ docet, adhuc istum non esse vitandum: quia non censetur aliquis nominatim declaratus, & denunciatus, donec expressè declaratur, incurrisse censuram; & cum solus aliquis declaratur de crimine, cui est adnexa censura, non declaratur de ipsa censura expressè, sed remotè, & per quandam consequentiam. Ita tenet Graphis decis. aut. 1. p. l. 4. c. 1. n. 5. Nauar. in Miscellaneo 47. de orat. num. 2. Sanctius allegatus, qui addit, id sibi videri dicendum, etiam si talis reus declaratur à Iudice incurrisse hæresim, & omnes pœnas illius criminis: quia adhuc multi nescierunt incurrisse excommunicationem: quod sane videretur probabile, licet turis sit, & probabilius oppositum.

Circa illos tamen Hæreticos, qui in carcere ante confessionem moriuntur, solet ex stylo sanctæ Inquisitionis obseruari, vt Ecclesiastica priuentur sepultura, donec illorum causa per sententiam decidatur, & postea lata sententia, vel exuruntur condemnati, vel Ecclesiastica conduntur sepultura absoluti, vt docet Simancas de cath. Inst. tit. 27. n. 9. & Gutier. citatus n. item 9. & sic propriè loquendo, nec ante illam declarantur tales, sed vsque ad prolationem illius, tanquam suspecti de hæresi, & excommunicati, separantur à communicatione fidelium in Ecclesiastica sepultura, ne fortè, si postea appareant Hæretici, indignè, & sacrilegè communicauerint cum fidelibus in eadem sepultura, & sic eorum corpora veluti in deposito sunt, quo ad usque per sententiam constet de veritate.

Ad ampliationem Concilij Basiliensis, & renouationem huius ampliationis Concilij Lateranensis dicendum est, eas non esse in vsu, neque in praxi Ecclesie: nam Ecclesia nunquam tam amplam extensionem admittit: admittit tamen semper Constitutionem Concilij Constantiensis de solo notorio Clerici percussore ante declarationem sententiæ

Henricus

Sotus, Gutier, Rodrig, Henric, Soarius, Auila, Sanchez, Petr. Soto, Medina.

Graphis, Nauar, Sanchez.

Simanc, Gutierrez.

vitando. Ita docet Sotus in 4. dist. 1. q. 5. & 6. Sotus, pag. 106. columna 1. versu, In transitu autem, & dist. 22. q. 1. art. 4. pag. 946. col. 1. & 2. vbi allerit Constitutionem Concilij Constantiensis fuisse confirmatam à Concilio Florentino. Et idem docet etiam Victoria in Summa, q. 10. de excom. & Gutier. air l. 1. q. can. c. 1. n. 7. fol. 12. col. 2. Eugenium IV. reuocasse Constitutionem Concilij Basiliensis, & per consequens innouationem Concilij Lateranensis. Et præterea de hac innouatione dubitant Caiet. in Summa verbo, Excommunicatio, & Barth. Carranza, Episcopus Toletanus, in Summa eiusdem Concilij Lateranensis: & quidquid sit de hoc, ea, si data fuit, non est in vsu: leges autem, & Constitutiones non obligant, nisi in vsu sint: nam, sicut leges vrentium moribus confirmantur: ita per contrariam consuetudinem abrogantur, vt habetur in cap. In istis, dist. 4. Ad id, quod aliqui addunt, in actis Concilij Constantiensis non inueniri prædictam Extravaugantem Martini V. parum refert, cum ex vsu, & praxi Ecclesie sit recepta, à multis alata, & ferè ab omnibus obseruata.

Ad id, quod additur, non dari maiorem rationem, ob quam magis excipiatur notorius Clerici percussor, quam alij notorij excommunicati, qui nulla tergiversatione, uce iuris suffragio celari possint: Respondeo, maiorem rationem esse: quia ita voluit Ecclesia ob auctoritatem Ordinis clericalis, ad confirmationem quæ dicit, vbi aliquid ita notorium est, vt nullo iuris suffragio, aut tergiversatione celari possit, nullam declarationem requiri: Respondeo, id verum esse, nisi aliter in iure expressum sit: at in iure expressum est, vt solum notoriè Clerici percussores, absq; vlla declaratione euitentur, ante vllam sententiã, vt vidimus: nam in cæteris excommunicatis, licet factum, & peccatum ita notorium sit, vt quantum ad veritatem, & notorietatem nulla possit tergiversatione celari, aut iuris remedio excusari; non est tamen notorium, quantum ad auctoritatem claritatis, & idèd requiritur iuris declaratio, & sententia, & quando Iudex & Ecclesia tolerat prædictos excommunicatos, & illos non declarat, non tenemur eos vitare. Ita respondet Gutier. l. 1. q. 1. q. can. c. 1. n. 13. §. Ex quo diluuntur, col. 1. fol. 14.

Ad iura, quæ in n. 3. allegantur, & ad c. Cum non ab homine, ibi allegatum, de sent. exc. in 6. dum probat, excommunicatum publicè publicè vitandum, esse, & occultum occultè: dicendum est, procedere de iure antiquo Decretalium: hodie autem attentio nouiori iure Concilij Constantiensis in praxi receptissimo, nec occultus excommunicatus occultè, nec publicus publicè ante denunciationem vitandus est, quantum eius excommunicatio probari possit multis testibus in iudicio: patet enim ex Concilio Constantiensis, nullum excommunicatum, nec publicè, nec secretè vitandum esse, quantumvis publicus & notorius sit, antequam nominatim declaratur à Iudice, & vitandus denunciatur, excepto notorio Clerici percussore. Vnde reprobatur sententia Abbatis, Felini, & Henrici, in cap. Cum desideres, de sent. excom. in 6. existimantium teneri quemlibet vitare illum excommunicatum, cuius excommunicatio ita publica est, vt duobus, vel tribus testibus probari possit in iudicio, cum is occultus non sit: nam ante denunciationem, etiam si permultos testes probari possit, nunquam tamen vitandus est, vt docet Gutier. lib. 1. q. can. c. 1. n. 44. fol. 19. col. 1. & Couar. in c. Alma mat. 1. p. §. Couar. 2. n. 7. vers. secundo, & tertio.

Animaduertendum tamen est posse aliquem esse nominatim excommunicatum; non tamen nominatim declaratum, aut denunciatum, & idèd nõ esse vitandum, etiam si fama constantissima sit, & ex-

Victoria, Gutierrez.

9.

10.

11.

Nõ idèd est esse nominatim ex-

comuni- communicatio notissima, nec publicè, nec secretè, & donec vel nominatim denunciatur incurrisse talem excommunicationem, vel per signa certa & indubitata, vt docet Gutier. statim referendos, v. c. Præcipit Iudex Petro, aut Paulo, vel Prætori huius vrbs, vel Decano, aut Vicario generali hodie Bracharæ, vt intra tres dies coram ipso sub excommunicatione lata sententiã compareat, aut desistat à tali, vel tali violentia Clerico facta, & transacto termino, nec desistunt, nec apparent: hi quidem nominatim excommunicati sunt, vt docet Gutier. lib. 1. & Couar. c. Alma m. 1. p. §. 6. n. 8. & 7. fol. 55. & 56. vbi plures refert, & patet ex Glossa in cap. Cum & plantare, §. Excommunicatos, de priuil. verbo, Nominatim, & Glossa etiam in Clem. 1. de vita, & honestate Cler. verbo item, Nominatim, & tamen non sunt vitandi, quia nondum Iudex declarauit, illos incidisse in sententiam excommunicationis, vt docet Gutier. citatus num. 29. Vnde constat, diuersum quid esse nominatim excommunicatum, & nominatim denunciatum; & idèd ad hoc vt nominatim excommunicatus vitandus sit, requiritur denuntiatio, seu declaratio, atque auctoritas Iudicis, qua publicum faciat illum incidisse in excommunicationis sententiam.

Gutierrez, Couarruu.

12. Quis sit notorius Clerici percussor.

Quis sit notorium iuris.

Nauar, Lessius.

Sayr.

Soarius, Auila.

11.

Et hodie apud tribunalia aliquorum Iudicium per sententiam fuisse aliquem notorium Clerici percussorem, nisi priùs ad iudicium vocetur, an habeat iustam causam, qua se defendat, ne condem-

netur: & cum aliqua querela, aut denuntiatio ad Vicarium generalem deferretur diligens sit inquisitio, per iuridicam testium depositionem; & facta inquisitione, si de veritate constet, citatur reus percussor, an habeat iustam excusationem; quam allegare possit, ne damnetur, & declaretur Clerici percussor: quod ex abundantia sit, ad maiorem iustificationem Iudicis; nam, vbi de criminis veritate iuridicè constat, non oportet reum in iudicium vocare, quia est iam notorius Clerici percussor, notoreitate iuris, cum iam de crimine, & sacrilegio per legitimam testium depositionem constet.

Sed quid, si ego solus vidi percussorem aperte iniustum? Respondeo, quantum erga me, ille sit notorius Clerici percussor, non teneor tamen illum vitare, quia non est notorius notoreitate iuris, nec facti: nam, licet illud crimen mihi sit notum, non tamen est absolute notorium: imò idem dico, quantum aliquis percussor Clericum coram duobus, vel tribus testibus: non enim tenentur testes percussorem vitare. Ita docet Auila de censur. 2. part. cap. 6. dub. 4. disp. 2. §. Secundo sequitur, fol. 102. col. 2. Couar. in cap. Alma mater, 1. part. §. 2. num. 7. vers. Secundo deducitur, post Innocentium, quem ibi allegat. Imò Aragon. 2. 2. q. 10. art. 9. col. 7. ait, non posse illum vitari, licet percussor coram quatuor, vel quinque, neque ab ipsis testibus videntibus, nec ab aliis. Et huius sententiæ necessariò debet esse. Nau. in Man. Latino, cap. 25. num. 73. vbi docet, scientiam pauciorum, quam sex, non facere rem notoriam: & quantum adrianus in 4. sententiarum, tractatu de Sacramento Eucharistiæ, versu, Quantum ad, §. & in tractatu de confessione, dubio 9. & Soarius tomo 5. de censur. disp. 10. sect. 2. n. 12. indicent, teneri nos in occulto vitare Clerici percussorem, quando res est occulta: & licet etiam alij Doctores distinctionem faciant inter percussorem transeuntem, & permanentem, & dicant teneri nos illum vitare, si percussor per modum permanentis, non transeuntem, durèque aliquantulum in ipsa actione percussor; quia tunc magis apparet excessus, & iniustitia percussoris: tamen absolute dicendum est, non teneri nos illum vitare in occulto; quia solum illum notorium Clerici percussorem euitare tenemur, quem nec vlla tergiversatio celare potest, nec iuris remedium aliquod excusare: hic autem remedium iuris intercedit, vt patet: potest enim percussor notorius quatuor, vel quinque hominibus, & testibus, allegare, se non incurrisse censuram: quia ebrius erat, dum percussit; quia Clericus percussus non gestabat habitum clericalem; quia ignorabat esse Clericum; quia nesciebat excommunicationem percussioni esse adnexam; quia percussit in suam iustam defensionem vim vi repellendo. Ita docet Auila citatus §. Tertio sequitur. Corduba in Summa, quæst. 187. puncto 4. in fine, & docere videtur Gutier. lib. 1. quæstionum canonicarum, cap. 1. num. 12. docet etiam Couarruuas in prædicto capite, Alma mater, 1. part. §. 2. num. 7. versu 4. Ex eadem, & Nauar. in cap. 1. de penit. §. Labores, num. 22. & apertius Aragonius citatus 2. 2. q. 10. art. 9. col. 7. Ex quod euidenter inferatur, posse crimen esse notum: non tamen esse notorium notoreitate iuris, vel facti. Nam, vt sit notorium notoreitate facti, requiritur, quod maiori parti viciniarum, oppidum, parochiarum, Collegij euidenter sit notum, vt docet, & probat optime Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 73. Sã verb. Manifestum, num. 2. Sayrus lib. 2. de censuris, cap. 12. Sayr. num. 19. Lessius tom. 1. de iust. & iure, lib. 2. cap. 11. dub. 63. n. 73. & alij, quos allegant: vt autem crimen dicatur notum Collegio, & consequenter

Auila, Couar.

Aragon.

Nauar.

Adrian.

Soarius.

Auila, Corduba.

Gutier, Couarruu.

Nauar, Aragon.

Nauar, Sã.

Sayr.

Lessius.

viciniae,opus est,vt in eo saltem sint decem, & scia-  
tur euidenter à sex inter eosdem decem: nam scien-  
tia pauciorum, quam sex,inter illos decem, non fa-  
cit rem notoriam factò. Ita Nauarrus, & Lessius al-  
legati. Quid autem requiratur, vt res dicatur noto-  
ria iure, iam dixi num. 12. quandiu verò percussio  
non est notoria notorietate facti, & iuris simul, per-  
cussor non est euitandus: nam, quanuis sit notoria  
factò, ita vt nulla factum illud tergiversatione pos-  
sit celari, adhuc poterit remedio iuris excusari, vt  
diximus: oportet ergo, vt vtraque notorietas simul  
concurrat.

Hac necessario prae mittenda erant, vt sciremus,  
an à Sacerdote excommunicato licite possimus  
Missam audire. Et verò, si Sacerdos iam sit denun-  
tarius, certum est, nos illius Missam audire non pos-  
se, siue sit Parochus, siue non Parochus, quia non est  
toleratus, & per denuntiationem illam, declaratio-  
nemque censuræ ab eo incurræ proponitur nobis  
vitandus. Ita docet Tolerus lib. 1. Summæ, cap. 11.  
num. 1. D. Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 4.  
quæstioncula 3. ad secundum, vbi tenet, omnem  
communicationem in diuinis, cum excommunica-  
to denuntiato, esse peccatum mortale; & res est cer-  
ta, & indubitata apud omnes Doctores in materia  
de excommunicatione: & eam docet etiam Soarius  
tom. 5. de censuris, disput. 1. sect. 3. num. 27. & 28.  
& Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 9. num. 6.  
vbi multos allegat: nam, quanuis huiusmodi Autho-  
res loquantur de eo, qui accipit, & petit Sacramen-  
ta ab excommunicato non tolerato, seu denuntiato;  
tamen eadem est ratio de illo, qui ab eo petit, & au-  
dit Missam, cum vtraque sit communicatio in diui-  
nis, in re graui; & illa communicatio Sacramento-  
rum sit magis necessaria, quam ista: vnde, si illa est  
peccatum mortale, à fortiori erit ista.

Quod aded verum est, vt in diuinis, nec vxori  
cum marito, nec seruis cum dominis excommuni-  
catis communicare liceat, si iam sint declarati, nisi  
ignorantia excuset, aut mortis periculum, vt docet  
Tolerus lib. 1. Summæ, cap. 11. num. 6. Nau. in Man.  
Lat. cap. 27. num. 36. & Sotus in 4. dist. 22. q. 1. a. 4.  
Et verò extra hanc communicationem in diuinis,  
raro peccabitur mortaliter ob communicationem  
in humanis cum excommunicato non tolerato, nisi  
in his casibus. Primò, nisi ob contemptum excom-  
municationis. Secundò, nisi nimis frequens sit com-  
municatio cum ipso excommunicato, & talis, qua  
tale sit cõ-animetur ad delinquendum. Tertio, nisi fiat contra  
speciale mandatum Iudicis. Quarto, nisi cum ex-  
communicato à Papa, & cum communicantibus  
cum illo. Quintò, nisi communicet cum illo in cri-  
mine criminoso, id est, in eodem peccato mortali,  
ob quod fuit excommunicatus. Extra hos casus ra-  
rò, aut nunquam peccabitur mortaliter: quia ob  
communicationem in humanis cum excommuni-  
cato non tolerato solum incurritur excommunica-  
tio minor; minor autem excommunicatio solum  
ob venialem culpam contrahitur. Ita docet Nauar.  
cap. 27. à num. 28. vsque ad 32. Auila in compen-  
dio illius, verbo, Excommunicatio, litera I. Soar. to-  
mo 5. de cens. disp. 24. sect. 3. Syl. verbo, Excommu-  
nicatio 5. n. 1. Sotus in 4. dist. 22. q. 2. a. 3.

Non communicat tamen in diuinis cum ipso  
Sacerdote excommunicato non tolerato, ille, qui in  
eadem Ecclesia, in qua Sacerdos non toleratus Mis-  
sam dicit, aliam Missam audit alterius Sacerdotis:  
nam, vt docet Sà verbo, Excommunicatio, num. 40.  
non communicat in diuinis cum eo excommunica-  
to ille, qui in eadem Ecclesia aliam, quam ipse Mis-  
sam audit: & addit Sà, non communicare etiam  
in diuinis cum excommunicato non tolerato eum,  
qui idem Sacrum cum eo audit, sed non intentione

Toletus.  
D. Thom.

Toletus.  
Nauar.  
Sotus.

Nauar.  
Auil.  
Soar.  
Syluest.  
Sotus.

17.

Sà

cum illo communicandi: quod si verum est, sequi-  
tur euidenter, posse quemlibet audire Missam licite  
à Sacerdote excommunicato non tolerato; seu,  
quod idem est, nominatim denuntiato, cum eadem  
intentione non communicandi cum illo in rebus  
diuinis, & ided semper mihi visa fuit suspecta do-  
ctrina Sà in hoc puncto, quanuis sciam à viris do-  
ctissimis teneri.

Qui autem alibi est nominatim denuntiat, &  
hic nescitur, non est hic publicè vitandus, vt docet  
idem Sà, verbo, Excommunicatio, num. 34. Contra-  
Sà.  
rium sentit Soarius tomo 5. de censur. disp. 5. sect. 4. Soarius,  
num. 10. pag. 183. col. 2. vbi docet, excommunica-  
tum ab vno Episcopo particulari, in tota Ecclesia  
esse vitandum: quia absolute iste excommunicatus  
est vitandus, & illa vitatio, seu denuntiatio, vt viter-  
tur, abstrahit à loco: nam denuntiatio, seu declara-  
tio, qua excommunicatus nominatim declaratur &  
denuntiat vitandus, vbi applicata fuerit, hanc  
vniuersalem vim habet, vt vbiq; efficiat istum vi-  
tandum. Alij docent, si testibus, vel instrumentis  
potest in hac ciuitate probari, talem hominem esse  
nominatim denuntiatum, & excommunicationem  
non toleratum in alia, publicè vitandum esse: oc-  
cultè verò & non publicè, si id probari non potest.  
Ita docet Syl. verbo, Excommunicatio 5. num. 17.  
Couar. cap. Alina mater 1. p. 5. 2. num. 6. Alij  
verò docent, non posse vitari in publico, quanuis  
possit probari testibus, vel instrumentis illum alibi  
fuisse denuntiatum, nec teneri quenquam illum  
tunc publicè vitare; teneri tamen secretò, quanuis  
id probari non possit. Et ita docet Auila 2. p. de  
cens. disp. 11. dub. 12. 5. Conclusio. fol. 169. col. 1.  
& Palud. in 4. dist. 18. q. 6. a. 2. Fumus verbo, Palud.  
Excom. num. 61. Henric. lib. 1. 3. de excom. cap. 65. Fum.  
num. 1. Mihi sententia Couarruizæ magis proba-  
tur, & credo hodie magis esse receptam; quanuis  
aliæ probabiles sint.

Maiores difficultates est, an possimus Missam licite  
petere, & audire ab excommunicato tolerato, dum  
non est nominatim denuntiat, siue sit Parochus,  
siue non Parochus. Duplex est opinio hac de re.  
Primà negat: eam docet Caiet. in Summa, verbo, Caiet.  
Absolutionis impedimenta. Adrianus in 4. q. 3. de  
Baptismo. D. Thom. in 4. dist. 39. q. vltima, 2. 1. D. Thom.  
ad 5. Tolerus lib. 7. Summæ, cap. 7. num. 1. Petrus Tolerus.  
de Ledesma de matr. q. 59. a. 1. 5. penultimo. Vi-  
guier. lib. Instit. cap. 15. §. 7. versu 8. imp. 1. & Vigner.  
quanuis illi loquantur de acceptione, & petitione  
Sacramentorum ab excommunicato tolerato; tamen  
eadem est ratio de auditione & petitione Sacer-  
dotis ipsius excommunicati, cum vtraque sit partici-  
patio, & communicatio in diuinis cum ipso ex-  
communicato: vnde, si illa communicatio Sacra-  
mentorum non est licita, cum sit magis necessaria,  
absolute loquendo, minus licita erit communicatio  
in sacrificio Missæ. Probat primò, quia extraua-  
gans, Ad euitanda. Martini V. nullum fauorem im-  
pertit ipsi excommunicatis: ergo illi mortaliter pec-  
cant, celebrando, sicut etiam mortaliter peccant mi-  
nistrando Sacramenta, Matrimonij, scilicet, Peni-  
tentia, & Baptismi, &c. ergo, si mortaliter peccant  
celebrando, similiter etiam mortaliter peccabunt,  
qui ab eis Missas petunt: quia & communicant in  
diuinis cum illis, & cooperantur illorum peccato.  
In summa dicunt huiusmodi Doctores, licere qui-  
dem fidelibus respicere Sacramenta, & audire Sa-  
crum ab huiusmodi excommunicatis toleratis,  
quando illi sunt parati ad huiusmodi ministerium;  
non tamen licere id ab eis petere, ne illorum pec-  
cato cooperentur: nam illi quidem peccant mortali-  
ter sacrificando, & Sacramenta celebrando, quia  
Extrauagans Martini V. non ab eis auferit excom-  
municationem

Syluest.  
Couarr.

Auila.  
Palud.

Fum.

Henric.

22.

Caiet.

Adrian.

D. Thom.

Petrus Tolerus.

de Ledesma.

Vi-  
guier.

Vigner.

municationem; ac proinde, si ab eis petamus, vt  
nobis Missam dicant, aut Sacramenta ministrent,  
inducimus illos ad peccatum; quod tamen ex lege  
naturali charitatis, tenemur vitare in proximo: si  
tamen illi in Altari sint dicendo Missam, aut parati,  
aut prompti ministrare Sacramenta, & facere Sacri-  
ficia, licite possumus id ab eis petere, & assistere,  
cum tunc illos absolute ad peccatum non induca-  
mus; siquidem iam parati & prompti erant ad illud  
ministrandum, & siue peteremus, siue non peterem-  
us, illud erant ministraturi. Probat secundò hoc  
exemplo. Est hic præsens quidam excommunicatus  
toleratus; ego possum licite cum illo communicare  
in humanis, & familiariter cum illo colloqui: ille  
non potest licite mecum colloqui, & communica-  
re; quia Extrauagans Martini V. mihi cõcedit hunc  
fauorem, & illi nullum fauorem cõcedit, & sic pec-  
cas ille mortaliter mecum colloquendo. Ita pariter.  
Est vnus Sacerdos excommunicatus toleratus in Al-  
tari Missam celebrando; ego possum licite, & sine  
peccato mortali, illum ab eo audire: ille tamè mor-  
taliter peccat illum dicendo: vnde, si mortaliter pec-  
cat illum dicendo, ego illum ab eo non possum pete-  
re, nisi ille paratus sit, & promptus ad discendum, quia  
erit inducere illum ad peccatum; cum ille illum  
actum celebrationis Missæ, dum est excommuni-  
catus, nunquam licite exercere possit: ita se habet  
hec opinio, quæ non est omninò improbabilis.

Secunda opinio verior & probabilior, docet non  
esse prohibitum Christi fidelibus ex vi solius censuræ,  
dummodò nullum aliud detur impedimentum  
peccati in ipsis excommunicatis, petere & accipere  
Sacramenta ab huiusmodi excommunicatis toleratis,  
etiam non Parochis, paratis, vel imparatis,  
quandiu tolerati sunt, illorumque Missas audire, &  
illas ab eis petere, etiam à alijs Sacerdotibus præsentes  
sint, qui nullam habent excommunicationem. Ita  
docet Soar. loquendo in proprijs terminis de Mis-  
sa, tom. 5. de cens. disp. 11. sect. 4. n. 18. pag. 314. col.  
1. loquendo verò de petitione, & acceptione Sa-  
cramentorum, ita docet Sotus in 4. dist. 1. q. 5. a. 6.  
& dist. 22. q. 1. a. 4. col. 3. versu. At vero. Victoria in  
Summa, vbi de Baptismo, num. 27. & in eadem  
Summa, vbi de excom. num. 339. Vidual. in Cand.  
aur. 1. p. de matr. n. 80. Ledesma 1. p. q. 5. a. 6. dub.  
vlt. Lud. Lopez 2. p. instr. vbi de Sacr. in genere, cap.  
59. num. 18. versu, At verò urgentius dub. fol. 85.  
Sancius lib. 7. de matr. disp. 9. num. 8. vbi ita: Sem-  
per mihi persuasissimum est, probabilissimum esse petentem Sacramenta  
à ministro quocumq; Parocho non Parocho excommuni-  
cato, dummodò non sit denuntiat, nec notorius Clerici  
persuassor, absque vlla necessitate, immo esse culpa,  
si nullum aliud obstaculum dempsit excommunicatione  
interuenit, nec ipsum excommunicatum præsens  
ministrantem peccare, nec subinde irregularem esse.  
Hæc ille. Et quauis omnes illi Doctores, præter  
Soarium loquantur solum de petitione & admini-  
stratione Sacramentorum, & non de Sacrificio Mis-  
sæ; tamen eadem est ratio, vt sæpè dixi, cum vtraque  
sit communicatio in diuinis, & vtraq; requirat ca-  
rentem impedimento ministerium. Ratio à priori est,  
quia Concilium Constantiense, & Martinus V. in  
sua Extrauagantiæ, ad euitanda scandala, & pericula,  
quæ in conscientijs timoratis darentur, concessit  
Christi fidelibus, vt in nulla re teneantur vitare hu-  
iusmodi excommunicatos, etiam in Sacramento-  
rum administratione, & receptione, & in commu-  
nicatione in diuinis, ibi: Ad euitanda scandala, &  
multa pericula, quæ in conscientijs timoratis contingere  
possent, Christi fidelibus tenore præsentium misericordi-  
ter indulgemus, quòd nemo deinceps à communicatione  
alicuius Sacramentorum, administratione, vel receptio-  
ne, aut alijs quibuscumque diuinis, publicè, vel secre-

19.

Soarius.

Sotus.  
Victor.

Vidual.  
Ledesma.  
Lud. Lop.

Sanc.

to, præsertim cuiuscumq; censuræ, à iure, vel ab hominibus  
tenentur abstinere, &c. Quæ planè scandala & peri-  
cula nullo modò tollerentur, si ipsi Sacerdotes, ad  
petitionem fidelium sacrificando, au Sacramenta mi-  
nistrando peccarent; imò maiora scandala pullula-  
rent, & nunquam timorata conscientie sedan-  
tarentur. Deinde, illud priuilegium est amplissi-  
mum, & loquiar absolute de omnibus excommuni-  
catis: ergo iniustum est velle id restringere tan-  
tum ad omnes Parochos, & ad Sacerdotes paratos,  
& non extendere ad omnes Parochos, non Para-  
chos, paratos, non paratos. Dices, illi peccant mini-  
strando, cum Extrauagans Martini V. non ab eis  
tollat excommunicationem, neque illis in aliquo  
faueat: ergo peccatum mortale erit eos inducere ad  
peccandum per petitionem Sacramenti, aut sacrifi-  
cij. Respondeo, peccare illos mortaliter, quando  
Sacramenta ministrant, aut sacrificant, absque peti-  
tione fidelium, & quando absque ea petitione &  
æquisitione sese inuitant, ac ingerunt ad id facien-  
dum, non verò quando præsentiuntur, & rogantur  
ab ipsis fidelibus: nam, quanuis Extrauagans Marti-  
ni V. ab eis non tollat excommunicationem absol-  
ute, tollit tamen, seu potius suspendit eius effectum,  
quando ab ipsis fidelibus præsentiuntur, sicut ab-  
solute non tollitur obligatio præcepti audiendi die-  
bus festis Sacrum: suspenditur tamen eius obligatio,  
quando aliquis ægrotò illius ope indigenti as-  
sistit. Urgebis: Extrauagans Martini V. in nullo fa-  
uet excommunicatis: at maximus illorum fauor es-  
set, si ad petitionem fidelium id licite possent effi-  
cere. Respondeo, nullum esse fauorem illorum;  
imò veluti onus, ac penam, siquidem ad voluptatem,  
& commodum aliorum solum id possum facere,  
non ad suum. Et quòd licite possent facere, ad  
petitionem aliorum, inde patet, quia concessio vno  
correlatiuo, ordinariè aliud conceditur, & prohibe-  
tur vno, etiam aliud prohibetur. Quam regulam as-  
sert Panormitanus, in cap. Quia Clerici, de iure-  
patron. n. 7. & Bartol. in l. 1. C. de expressis, lib. 10.  
Vnde, si ius concedit, vt licite fideles hoc possint  
petere ab excommunicatis toleratis, consequenter  
concedit ipsis excommunicatis, vt licite id possint  
efficere.

Nec obstat dicere, propter fauorem concessum  
fidelibus & non excommunicatis, posse licite fide-  
les audire ab eis Missas, & suscipere Sacramenta,  
cum ipsi aut celebrant, aut Sacramenta ministrant,  
non tamen id ab eis petere, aut eos ad id inducere:  
atque aded licitum esse Christi fidelibus vti illo-  
rum peccato & malitia; non tamen inducere ad  
peccandum: quia prædicta Extrauagans concedit  
expressè potestatem, ad receptionem, & petiti-  
onem Sacramentorum, & Sacrificiorum; & ided li-  
berum nobis est id ab eis petere, quoties voluerim-  
us; & ided etiam eis licitum erit id ipsum effice-  
re, quoties requisiti, & rogati à nobis fuerint: nam  
qui concedit potestatem, vt licite peti possint Sa-  
cramenta, & Sacrificia, ab ipsis excommunicatis  
toleratis, consequenter eis concedit potestatem, vt  
licite ea possint exercere, quia id ipsum est quid  
correlatiuum rerum, quæ exercentur inter petentes,  
& daantes, alioqui enim repugnantia esse videretur;  
esse mihi licitum illud, quod sine alterius peccato  
exercere nequeo, & hoc sensu aiunt vtriusq; iuris  
Interpretes, prohibito vno correlatiuo prohiberi &  
aliud, & concessio vno concedi, & aliud, vt iam  
diximus supra.

Urgebis fortius: Excommunicatio, etiam ante de-  
nuntiationem, vbi primò incurritur, adimit om-  
nem iurisdictionem ab ipsis excommunicatis ad  
ministrandum licite Sacramentum peniten-  
tiæ: ergo illicitè illud ministrant: ergo peccant

Panormi-  
Bartolus

201

211

mortaliter, & irregularitatem incurrant illud ad petitionem fidelium administrando. Respondet Soar. di. tom. 5. de cens. disp. 11. sect. 4. n. 9. eam excommunicationem ante denuntiationem non ab eis adimere absolute iurisdictione, sed tantum impedire, ita ut licite illa uti non possint, nisi ad petitionem fidelium, ut saepe sepius repetitum manet.

22. Cum autem huiusmodi favor sit solum concessus Christianis, & non ipsis excommunicatis toleratis, sequitur primo, peccare illos lethaliter quoties se ingerunt non petiri ad id faciendum, & incurrere irregularitatem, si de facto ministrant, aut celebrent, eandem numero saepe repetitam. si repetitio idem Sacramentum reiterent, eandem etiam numero, iuxta probabiliorum opinionem, quam secuti fuimus cap. 4. praecedenti, num. 5. Si diuersa Sacramenta ministrant, v. c. Matrimonium, Penitentiam, Eucharistiam, &c. quia omnes huiusmodi prohibitiones sunt quidem eiusdem speciei, & omnes sub eodem motivo, & ratione formali vnum, eundemque actum ministrandi Sacramenta prohibent: duplicem vero, si & Sacramentum, aut Sacramenta aliis ministrant, & Sacrificium Missae conficiant: quia Missa, & Sacramenta diuersa sunt rationis, & speciei, & prohibitiones consequenter diuersae; & idem necesse est, ut diuersas irregularitates inducant. Sed hoc constabit latius alibi in praecipuo confessionis.

23. Deinde, non est licitum ipsis excommunicatis toleratis Missam audire, diuinis officiis interesse, nec communicare cum aliis in diuinis, aut humanis, & peccat lethaliter, quoties in diuinis cum illis communicant: quia praedicta Extravagans in nullo eis fauet: & si per eos fiat, quominus ob notabilem culpam suam ab ipsa excommunicatione absoluantur, & in hac temporis interapedine aliquis dies festus de praecipuo fluxit Ecclesiae, videbitur alicui non improbabiler, teneri illos vtraque circumstantiam in confessione explicare: quia videtur ibi dari duplex deformitas peccati, duplexque malitia, altera, ratione culpae notabiliter grauis non procuranda absolutionis; altera, ratione praecipii Ecclesiae Missae audiendae, quod ea de causa violant. Sed absolute dicendum est, non teneri illos, hanc circumstantiam praecipii audiendi Sacri confiteri, nisi formaliter illud tunc intendant violare: sicut non teneri ille, qui prauidet, se posse hoc praecipuum violare, si mittatur in carcerem, & non elaborat, ut in eum non detrudatur, ut dicemus cap. 8. n. 1. & 2. vbi id ex professo tractabimus.

24. Si tamen ipse excommunicatus culpa sua notabiliter graui noluit absolui, & nihilominus cum ea excommunicatione Missam audiat, aut diuinis Officiis per aliquod tempus notabile intersit, circumstantiam duplicis peccati videtur habere, quam tenetur in confessione aperire: vnius quidem, quia culpa sua mortali, & notabili, absolutionem non curat, cum possit alterius vero, quia cum excommunicatione diuinis interfuit. At dices: Nullus fidelium quantumvis sit in peccato mortali graui, & notorio tenetur confiteri, nisi semel in anno, ut docet Henricus lib. 2. de poenit. c. 3. n. 4. Toletus l. 6. Summ. c. 11. num. 1. ergo etiam excommunicatus non tenetur procurare absolutionem nisi post annum: ergo non tenetur circumstantiam hanc explicare in confessione; nisi per annum integrum in excommunicatione iaceat? Respondeo, esse diuersam rationem, in absolutione a censura, atque ab aliis peccatis: nam censurae saepe non requirunt absolutionem in foro sacramentali confessionis, sed in foro tantum, externo. Deinde, alia peccata non priuant a communicatione in diuinis, nec a communione fidelium, quemadmodum priuant censuram. Tertio,

Henric. Toletus.

alia peccata, cum sint frequentiora, non pariunt scandala tam ordinaria, veluti pariunt censurae quae omnes rationes efficiunt, ut maior sit obligatio procurandae absolutionis a censura, quam ab aliis peccatis, ut consideranti patebit.

Inquiret tamen aliquis, an Sacerdos excommunicatus, celebrando, duo peccata numero distincta committat; alterum, quia efficit Sacramentum Eucharistiae consecrando; alterum, quia recipit? Respondeo, vnum tantum peccatum numero efficere: quia, licet efficere & recipere Sacramentum, sit quid numero diuersum; tamen cum vnum ordinetur ad aliud, & consecratio ad receptionem, vnum tantum peccatum erit: sic vnum tantum peccatum committit ille, qui ab excommunicato non tolerato & petito, & accipit Sacramentum, cum illa petito ordinetur ad receptionem: sit etiam ipse Sacerdos celebrans in peccato, multis modis ac titulis peccat, nempe, quod consecrat in peccato, quod offert illud sacrificium Deo, quod ministrat sibi Sacramentum, & actiue & passiue: & tamen vnum tantum mortale peccatum comittit, quia consecrare, offerre, ministrare, & sumere, actus sunt subordinati ad rectam receptionem; diuersa enim peccata, quando vna subordinantur aliis, non distinguunt varia numero peccata, sed omnia coalescunt in vno, ut docet D. Th. 1. 2. q. 7. a. 6. Caiet. ibi ad 2. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. Henric. l. 2. de poenit. c. 5. n. 6. Medina 1. 2. q. 109. a. 4. §. Tandem, concl. 3.

25.

D. Thome. Caietanus. Henric. Medina.

An possimus Missam licite audire: & petere a Sacerdote irregulari, suspensio, interdicto, & notorio concubinario, & an ab eo, quem scimus esse in peccato.

S V M M A R I V M.

- An a Sacerdote irregulari licite possimus Missam audire, & petere. num. 26.
- Quid si prius in excommunicationem incidit, & de ea nominatim fuit declaratus. n. 27.
- Si irregularitati adnexa erat excommunicatio, & per sententiam Iudicis de irregularitate fuit damnatus, huiusmodi irregularem, tanquam nominatim excommunicatum vitandum esse docet prima sententia. n. 28.
- Secunda negat nisi de excommunicationis adnexa incurusione fiat expressa mentio. n. 29.
- Prima est communior. ibidem.
- Irregularis, dum est irregularis, nunquam potest licite Missam celebrare, aut Sacramenta ministrare, & ideo nec Missas, nec Sacramenta licite ab eo petere possimus: possimus tamen ab eo audire, & cum eo Missis assistere, nisi prius nominatim denunciatus sit de aliqua excommunicatione. num. 30. & 26.
- Denuntiatio excommunicationis incurusa potest fieri per Ordinarium ipsius excommunicati, etiam si ipse illum non excommunicauerit, modo excommunicatio sit a iure, non tamen ab homine. num. 31.
- Si Sacerdos hominem seculari occidit, affirmans quiddam, illicitum esse illius Missam audire, & cum eo Missa, ac alijs diuinis Officijs assistere, illicitum etiam esse Missam ab eo petere. num. 32.
- Vera sententia docet, non posse nos licite illius Missam petere; posse tamen illam ab eo audire, modo illam non petamus, & cum eo simul Missis, ac alijs diuinis Officijs interesse. numero 33.
- Quid de Sacramentorum administratione. ibid.
- Satisfit obiectioni pro prima parte facta. n. 34.
- De suspensis ab officio & ordine per sententiam Iudicis, prima.

prima sententia docet, eos omnino esse vitandos, & peccare mortaliter, non solum, qui ab eis Missas, aut Sacramenta petunt: sed etiam, qui cum eis Missas simul, ac alijs Officijs diuinis assistunt. num. 35.

Et quid si Sacramenta recipiant. ibid.

Verior opinio docet posse nos licite eorum Missas audire, & Sacramenta suscipere, excepto Sacramento Penitentiae, & cum eis licite & Missis & diuinis assistere; non posse tamen licite, aut Missas, aut Sacramenta ab eis petere. num. 36.

Quid si prius nominatim fuit denunciatus de aliqua excommunicatione incurusa. ibidem.

Respondetur ad fundamenta prima opinionis. num. 37.

Suspensus ab officio per sententiam Iudicis, simpliciter est suspensus ab omni ordine, & non potest exercere valide actum iurisdictionis, unde nec potest valide confessiones audire, & qui vitatur licentia ad confitendum obtrita a se suspensio, & lethaliter peccat, & confessiones sunt nullae. num. 38.

Qui inducit suspensum ab officio per Iudicis sententiam ad exercendum actum ordinis ac officij, a quo est suspensus, peccat lethaliter; non tamen poenam aliquam, aut excommunicationem, nec etiam minorem incurrit. num. 39.

A suspensio, dum est tolerata, & non est per sententiam Iudicis damnatus, licite possimus Missas, & Sacramenta, etiam Penitentiae, petere, recipere, & audire: & illi licite haec omnia ad nostram tantum petitionem prestare possunt. num. 40.

A Sacerdote interdicto si prius fuit de aliqua excommunicatione declaratus, nec Missas, nec Sacramenta licite petere, recipere, aut audire possimus. num. 41.

Quid si nulla incurusa excommunicatione, aut de illa non declaratus ab Ecclesia, ingressu interdicatur. ibid.

Extra Ecclesiam licite possimus Sacramenta ab eo, & Missas petere, & audire. ibid.

Quid intra illam. ibid.

Notorius concubinaris, ac fornicator sunt ipso iure suspensi in quadam opinione. num. 42.

Qui sint. num. 43. & 44.

In tali notoritate non indigent declaratoria sententia. num. 44.

Licet de consuetudine indigeant. ibid.

An ab illis licite possimus Missas, & Sacramenta petere, & recipere. num. 45.

Explicatur capitula, Vestra, & Questum de cohabitatio Clericorum, & mulierum. num. 46. & 47.

Secunda sententia probabilior docet notorios concubinaris non esse hodie ipso iure suspensos, sed a Iudice suspendendos; neque esse irregulares, si in eo peccato celebrent, ante declaratoriam sententiam suspensionis. num. 48. & 49.

An a notorijs concubinarijs, ac alijs publicis peccatoribus possimus Missas, ac Sacramenta licite petere, audire, & recipere. num. 50. & 53.

Duplex est degradatio, altera verbalis, altera realis. num. 52. quae ille sint. ibid.

An a degradatis possimus licite Missas, & Sacramenta petere. num. 52.

An possimus ab excommunicato non tolerato licite Eucharistiam, & confessionem petere & accipere in extrema necessitate, & articulo mortis, vide praecipuum de Eucharistia lib. 3. cap. 1. num. 17.

dice compareat tali die: noluit comparere, nec vlam legitimam causam excusationis habuit, is excommunicationem contraxit: & si interim celebret, irregularis sit, quia in excommunicatione celebrat. Et quidem ab huiusmodi Sacerdote, qui iam irregularis factus est ministrando in excommunicatione, si nullum aliud impedimentum ex parte illius obstat, possumus Missam audire, non tamen petere: possumus etiam cum eo Missis simul, ac alijs diuinis Officijs interesse, quia adhuc non est vitandus, & irregularitas addita non reddit illum vitandum, siue sit secreta, siue publica, cum non sit censura, & solum is effectus censurae excommunicationis tribuitur, unde non absoluitur, sed dispensatur, ut suppono ex communissima opinione in materia de censuris. Dixi, audire, & non petere: quia, cum is in ea circumstantia mortaliter peccet, celebrando ad petitionem nostram, non quidem ratione censurae, sed ratione irregularitatis, quam incurrit, illa quidem petio tunc, moraliter loquendo, inducitur erit ad peccatum, ac proinde peccatum mortale, nisi ignorantia excuset.

Si autem a Iudice publice, & nominatim denunciatum fuit, huiusmodi Sacerdotem excommunicationem incurrisse, & post eam denuntiationem irregularitatem ex celebratione contraxit, nec illius Missam audire, nec cum illo Missa simul, ac alijs diuinis Officijs interesse licite possumus, iuxta ea, quae diximus num. 15. & 16. cum iam sit vitandus, ut ex superioribus constat.

Sed quid, si de irregularitate per sententiam Iudicis aliquis fuerit condemnatus ante denuntiationem excommunicationis incursum: potest enim id non semel contingere, si, v. c. excommunicatus iure, vel ab homine, cum excommunicatione celebret, & de irregularitate accusetur, ac condemnatur. Quid igitur tunc de isto irregulari per sententiam Iudicis damnato dicendum est? Respondeo, in eo casu bipartitam esse sententiam. Prima docet, huiusmodi irregularem vitandum esse in diuinis, ac proinde ex vi censurae, etiam si nullum aliud impedimentum obstat, nec Sacramenta, nec Missam peti ab eo posse; nec Missae, aut diuinis Officijs simul cum illo interesse, imò nec etiam in humanis cum illo communicandum nobis esse, cum pro excommunicato vitando sit omnino reputandus. Fundamentum illius est: quia in eo casu crimen irregularitatis supponit censuram excommunicationis, & excommunicatio est adnexa crimini: quando autem excommunicatio est adnexa crimini, sufficit, ut quis vitandus sit, quod per sententiam Iudicis de crimine condemnatur: nam illa condemnatio nominatae personae equipollent declarationi censurae incursum: sic, si Iudex per sententiam Petrum de haeresi condemnat, vitandus est Petrus, licet in ea sententia Iudex non declarat illum incurrisse excommunicationem haeresi adnexam: quia eo ipso, quod ille per sententiam in iudicio nominatim condemnatur de crimine, cui excommunicatio est adnexa, censetur de excommunicatione nominatim declarari. Quae sententia est hodie communis. Eam docet Guier. Sotus. Resol. lib. 1. q. canon. cap. 1. num. 8. fol. 13. col. 1. Sot. in 4. dist. 1. quest. 5. artic. 6. pag. 106. Rodrig. in Bull. Henric. 1a, §. 9. num. 28. Henric. lib. 13. de excom. cap. 5. n. 5. Soar. tomo. 5. de censuris, disp. 9. sect. 2. n. 10. Auila 2. p. cap. 6. distinct. 2. dub. 3. §. Sed est. & dicit probabilissimam Sancius lib. 2. Decalogi, cap. 9. num. 4. & Petrus Sotus de exc. lect. 4. §. Iam vero. Medina Cod. de confess. quest. de confess. excommunicato scienter facta. §. Per hac patet, & in terminis expressis id docet Henric. citatus num. 5. licet a K. ibi: A Parocho irregulari, quando non est per notoriam sententiam damnatus de irregularitate, licitum est sub-

26.

28.

Sanchez. Petr. Sor. Medina.

26.

26. Vbi est, an a Sacerdote irregulari Missam licite possimus petere & audire, etiam praesentibus alijs Sacerdotibus, siue sit Parochus, siue non Parochus: & quidem irregularitas dupliciter incurri potest, vel ante publicam declarationem alicuius excommunicationis incursum, vel post illam. v. c. excommunicatur Sacerdos ipso facto, nisi coram Iu-



dito petere & recipere Sacramenta & absolutionem. Hæc ille. Ergo, si fuerit damnatus, non licebit: & quauis ille loquatur solum de Parocho; tamen iam probauimus num. 19. idem dicendum esse de quocunque Sacerdote Parocho, non Parocho, parato, non parato, quia priuilegium Extrauagantis Martini V. amplissimum est: & sicut nullum Sacrotem vitandum præcipit ante denuntiationem; ita omnes vitandos præcipit, postquam sunt nominatim denuntiati.

29. Secunda sententia negat, huiusmodi irregularitatem condemnatum per sententiam Iudicis de irregularitate, vitandum esse, quantumuis crimen irregularitate adnexam habeat excommunicationem; & consequenter docet, licitum esse Missas audire ab eo irregulari, & cum eo, & Missas, & aliis diuinis interesse, & Sacramenta ab eo recipere, quia reputandus est pro Sacerdote non vitando: non censetur enim aliquis nominatim declaratus de excommunicatione, nisi expressè declareretur illum incurrisse censuram: non enim sufficit, per sententiam declarare illum incurrisse crimen, cui est adnexa censura, cum tunc non declareretur de ipsa censura, directè & expressè, sed remotè, & per quandam consequentiam. Ita docet Graphis decil. aut. part. 1. lib. 4. cap. 11. num. 5. Nauar. in miscellaneo, num. 47. & tract. de orat. num. 2. & Sancius in præcedenti allegatus, qui ait, id sibi videri dicendum, etiam si reus condemnatur à Iudice de hæresi, & etiam si in sententia declarer, illum incurrisse omnes censuras, & penas irregularitati adexas, quia adhuc multi nesciunt illam incurrisse excommunicationem: ego in primam sententiam inclino, quauis fatear, istam esse probabilem, & conscientias fauorabiliorem.

30. Dixi, Missas audire, & cum eo illis assistere, atque aliis diuinis Officiis interesse, & Sacramenta recipere: non tamen illas, aut Sacramenta ab eo petere: quia dum est irregularis, nunquam id licitè, & absque peccato mortali poterit efficere; ac proinde illicitum erit, eum per petitionem inducere ad peccandum, quauis paratus sit ad faciendum, cum ea petitione, moraliter loquendo, sit quædam inductio. Dices, licitè posse fideles petere viuras ab usurario parato ad redimendam propriam vexationem, vrgente necessitate: ergo etiam & petere Missas, & Sacramenta ab irregulari parato ad ipsum faciendum? Respondeo, negando sequelam: nam usurarius potest facere illum actum præstandi pecunias licitè, & licitè; cum in manu sua sit illas dare, vel non dare sub viuris, & sibi imputet peccatum, cum absque illo dare possit: at verò supposito impedimento irregularitatis, non est in manu irregularis, facere illum actum licitè, vnde est diuersa ratio, & sic nunquam nobis erit licitum, durante eo impedimento, Missas, aut Sacramenta ab eo petere, cum ille non possit id ipsum licitè efficere: licitum tamen nobis erit, illas ab illo audire, sublato scandalo, & Sacramenta ab eo recipere, modo non careat iurisdictione ad ea ministranda, cum illum ad id nullo modo inducamus, sed supposito peccato & malitia illius, bonum actum exerceamus.

31. Sæpè repetitum manet, necesse esse præcedere denuntiationem, ac declarationem nominatim excommunicationis incursum, vt quis vitandus excommunicatus censetur: sciendum tamen est, huiusmodi denuntiationem posse fieri per Ordinarium ipsius excommunicati, etiam si ipse Ordinarius illum non excommunicauerit, vt docent Abbas, & Innocentius in c. Pastoralis, §. Vltim. de appellat. sine: & in c. Iure, 11. quæst. 3. argumento cap. primi de treuga & pace. Quod tamen bene limitat Decius in dicto §. Vltim. col. 4. verè. Extra Glossam, quando

Graphis. Nauar. Sanchez.

Abbas. Innocent. Decius.

quis incidisset in excommunicationem à iure, non autem ab homine: quia tunc non potest denuntiari nisi ab eo Ordinario, à quo fuit excommunicatus: quoniam causa per vnum incepta, non potest absque causa per alium perfici. Et ad cap. de treuga & pace, respondet, illud loqui expressè de eo Ordinario, qui excommunicauit: Toletus verè lib. 1. Summa, cap. 12. num. 3. vitantem refert opinionem Decij, & Abbatis, sed in nulla interponit suam iudicium; videtur tamen sententiam Decij approbare, quia illam vltimo loco ponit, & non reprobatur.

32. Sed quid, si Sacerdos mulierem, vel hominem merè secularem, carentem omni Ordine clericali occidat, & postea per sententiam Iudicis de irregularitate condemnatur, possumusne illius Missam licitè audire, aut communicare cum eo in diuinis? Certè Henriquez lib. 13. de excommunicatione, c. 5. n. 5. affirmat, illicitum esse illius Missam audire, & cum illo Missa interesse, aut aliis diuinis Officiis, aut illam ab eo petere: & id ipsum videtur tenere Sancius lib. 3. de matr. disp. 21. num. 43 ibi enim loquens de euitatione excommunicatorum dicit, teneri nos vitare excommunicatum denuntiatum, & illius acta esse nullasi Index straddit tamen postea: Et idem dicendum est de eo, qui condemnatus est de irregularitate, suspensione, & interdictione per sententiam Iudicis. Idem etiam videtur tenere Nauar. in cap. 1. de penit. dist. 6. §. Laborer, n. 181. Et fundamentum illorum esse potest: quia irregularis suspensus est Ordine Clericali, & cum suspensio sit censura, & ille per eam sententiam declaratus sit, inde fit, vt necessariò vitandus sit in communicatione in diuinis.

33. Dicendum tamen est, in humanis nunquam esse vitandum: quia ea vitatio non est in vsu; in diuinis verò non omni ex parte esse vitandum, & sic licitè posse nos illius Missam audire sublato scandalo, & cum illo Missa, ac aliis diuinis Officiis interesse; non tamen illam ab eo petere, nec Sacramenta: quia id erit illum inducere ad peccatum, cum inducamus ad actum, quem sine peccato exercere nequit. Ita videtur sentire Soar. tom. 5. de censuris, disp. 26. sect. 2. n. 7. pag. 684. col. 1. Auila Auila. 3. part. disput. 2. dub. 4. & Sayr. lib. 4. de censuris, cap. 11. num. 7. vbi docet de se non videri peccatum committi ab eo, qui à suspensio ab Officio, & Ordine, Missam audit, aut cum illo simul diuinis Officiis interest. Et id ipsum loquens de suspensio per sententiam Iudicis docet Henric. dist. lib. 13. de excommunicatione, cap. 5. num. 5. Et quauis huiusmodi Doctores loquantur de suspensio ab Officio, vel Ordine, per sententiam Iudicis, & non de irregulari; tamen eadem videtur ratio de irregulari, atque suspensio. Primò, quia nullo iure probatur talis vitatio in diuinis cum irregulari: solum ergo nobis prohibetur per sententiam declaratoriam irregularitatis, communicatio, & prout in diuinis cum irregulari in malo vsu Ordinum, à quibus suspensus est post ipsam sententiam declaratoriam prædictæ irregularitatis. Secundò, quia irregularitas non est censura: at effectus vitationis est proprius censura; sed est inhabilitas quædam inducta à iure canonico: ergo ex vi irregularitatis præcisè, in nullo tenemur vitare irregularem: solum ergo eum tenemur vitare, tanquam suspensum ab Officio, de quo statim dicemus num. 37.

34. Oppones, sequi inde, posse nos licitè prædictos irregulares inuitare ad Missarum celebrationem, & Sacramentorum administrationem, idque ab illis petere: nam ex vi Extrauagantis Martini V. Ad euitanda, solum excommunicatos nominatim declaratos tenemur in his rebus euitare: illi autem non-

Toletus.

Henric.

Sanchez.

Nauar.

33.

Henric.

34.

quam fuerunt nominatim de aliqua excommunicatione declarati. Respondeo, quauis id verum sit ex vi censura, tamen aliunde obstat impedimentum irregularitatis, & suspensionis inductæ ob irregularitatem, quominus illi possint Missas licitè celebrare, & Sacramenta ministrare; & idèd nobis non licere Missas, aut Sacramenta ab illis petere, cum ea petitio sit quædam moralis inductio ad peccatum, moraliter loquendo: licitè tamen possumus illorum Missas audire, cum supposito eorum peccato, ad quod nullo modo illos inducimus, aut trahimus, bonum actum exerceamus: quod intelligentum est, modò absit scandalum.

35. De suspensio ab Officio, & ordine per sententiam Iudicis, bipartita est opinio. Prima asserit, huiusmodi suspensos in diuinis esse vitandos; & peccare mortaliter eos, qui illorum Missas audiunt, aut ab illis Sacramenta petunt, vel diuinis Officiis assistunt, & qui communicant cum illis in actu, in quo sunt suspensi. Ita docet Toletus lib. 1. de censuris, in Summa, cap. 45. verè. Terrus. Nau. in Manuali Lat. cap. 27. num. 163. & cap. 1. de penit. & remis. dist. 6. §. Laborer, num. 181. & Sancius lib. 3. de matr. disp. 21. num. 43. & Viualdo in Cand. auro, tit. de suspensio, n. 170. & Philarchus de officio Sacerdotis, 1. part. lib. 4. c. 2. & Ledesma. 2. 4. q. 26. a. 2. in tract. de suspensione, sine. Fundamentum illorum est: quia per hanc excommunicationem, notabilis fit iniuria, non solum ipsi censura suspensionis, sed etiam Iudici illam imponenti, declaranti, ac Sacramento: deinde, quia ille, qui cum excommunicato nominatim denunciato communicat in diuinis, mortaliter quidem peccat, vt omnes fatentur: ergo & ille, qui cum suspensio nominatim declarato etiam communicat, grauius peccabit; par enim vtrobique videtur ratio, cum suspensio censura etiam sit, & sententia Iudicis declaratoria suspensionis, quædam sit in iure illius contractionis, seu incursum declaratio.

36. Dicendum tamen est de huiusmodi suspensio id, quod diximus de irregularibus: posse, scilicet, nos illorum Missas licitè audire, & Sacramenta suscipere, quæ non requirunt iurisdictionem, vt excommunicationem, Baptismum, Confirmationem, &c. non tamen Confessionem, & posse etiam cum eis, Missis simul, ac aliis diuinis Officiis interesse, dummodò ante suspensionem nullam excommunicationis censuram incurrant, de qua sint declarati; nunquam tamen posse nos licitè huiusmodi Sacramenta, aut Missas ab illis petere, durante eo suspensionis impedimento. Ratio est: quia, licet suspensio sit censura, nullibi tamen in iure huiusmodi vitationis effectus in diuinis, aut humanis tribuitur suspensioni, sed est proprius effectus solius censura excommunicationis, vt expressè docet Soarius cum reliquis statim allegandis: vnde proprius & peculiaris effectus excommunicationis, non est tribuendus suspensioni; & idèd per suspensionem declaratam à Iudice, solum nobis prohibetur illi participatio, & communicatio cum suspensio, quæ est cooperatio cum illis in malo vsu suspensionis, seu Ordinis & Officij, à quo sunt suspensi: nam hæc sola communicatio cum illis supposita suspensione, & prohibitione, est intrinsecè mala, cum potius dicenda sit quædam inductio ad peccatum, quam quædam participatio, aut communicatio. Ita docet expressè Soarius tom. 5. de censuris, disp. 26. sect. 2. n. 7. pag. mihi 684. col. 1. sine. Auila 3. part. de censuris, disp. 2. dub. 4. Henric. lib. 13. de excomm. cap. 5. n. 5. Sayr. lib. 4. de censuris, cap. 11. n. 7. Abbas in cap. Intelleximus, de iudic. & in c. Venerabilis, de sent. excomm. quem citat Soarius loco allegato, & Garcia de beneficiis, 7. part. cap. 14. n. 36. col. 2. fol. 29. vide num. 51.

Toletus. Nauar.

Sanch. Viuald. Philarch. Ledesma.

Soarius.

Auila. Henric. Sayr. Abbas. Garcia.

Ad fundamentum primæ opinionis respondeo, nullam iniuriam fieri Iudici, Sacramento, aut censura suspensionis, si ab ipso suspensio Missam audiamus, aut Sacramenta ab eo recipiamus; modò tamen neque Missam, neque Sacramenta ab illo petamus: neque etiam illis fieri iniuria, si simul cum ipso suspensio, Missa, ac aliis diuinis Officiis assistamus; hæc enim vitatio, vt diximus, est proprius effectus solius censura excommunicationis: solum ergo iniuria fiet, & Iudici, & suspensioni, & Sacramento, & Missa, ac rebus diuinis, si hæc ab ipsis suspensio per sententiam Iudicis de suspensione incurra declaratis petamus: cum huiusmodi petitio sit quædam formalis inductio ad violationem ipsius suspensionis, & præcepti Iudicis, vt patet.

37. Notandum verò est, suspensum ab Officio, esse simpliciter suspensum ab omni Ordine, & Iurisdictione. Ita docet Toletus lib. 1. Summa, cap. 4. n. 3. Toletus. Et ita habet Glossa in ca. Cum dilectus, de consue. Glossa. tudine. & ibi Panormitanus num. 19. vbi dicit, Officium, esse latum vocabulum: & claudere vtrunque. Idem docet etiam Felinus in cap. Appositum, n. 16. Felinus. de except. & ex communissima sententia contra Glossam Canonis Audimus, 24. q. 1. quæ ait, per suspensum ab Officio intelligi suspensum ab Ordine, non autem à iurisdictione. Cum autem suspensio ab Officio, sit suspensio ab Ordine, & iurisdictione, sequitur, non posse suspensum ab Officio exercere actum iurisdictionis, aut validè, aut licitè & idèd grauius peccare illum exercendo: vnde, si quis vitur licentia & approbatione ad audiendas Confessiones, impetrata à suspensio condemnato, & declarato de suspensione per sententiam Iudicis, clarum est, grauius peccare, nisi ignorantia excuset & per consequens Confessiones esse nullas, cum ea iurisdictione nulliter fuerit data, atque concessa, & sic à parte rei data non fuerit. Ita docet expressè Sanchez lib. 3. de matr. disp. 21. n. 9. & Henric. lib. 3. de Confirmationis Sacramento, cap. 13. n. 3. sine: & hac de re redibit sermo lib. 7. cap. 2. n. 50. Secus dicendum est, si suspensio non sit denuntiata per sententiam Iudicis: quia, cum sit tolerata, validè poterit actus iurisdictionis exercere, & consequenter validè etiam licentiam dare, vt late docet Sanchez cum reliquis, num. 36. allegatis, & cum citandis, num. 41.

38. Notandum quoque est, licet sit peccatum graue, & mortale ex suo genere; inducere suspensum per sententiam Iudicis ad exercendum actum Ordinis, aut iurisdictionis, aut Officij, à quo est suspensio: nullam tamen esse penam, aut censuram à iure statutam, aut impositam illis, qui ab illo talem actum petunt, & cum illo in ea petitione communicant: vnde nec etiam excommunicatio minor ob id incurritur: imò, etiam si quis in crimine criminoso cum ipso suspensio communicet; non propterea incurrit aliquam excommunicationem, aut suspensionem: quia nullibi in iure lata est, sed tota pena relinquatur arbitrio Iudicis, qui ex grauitate criminis maiorem, vel minorem imponet iuxta illius circumstantias, prout iudicauerit. In quo etiam differet hæc censura suspensionis à censura excommunicationis. Et ratio esse potest; quia suspensio non respicit per se excommunicationis penam, sicut respicit illa prohibitio eius rei, quæ præcipitur, aut vitatur sub excommunicationis pena, atque censura, vt passim notant doctores: & inter illos, id notat specialiter Franciscus Soar. n. 8. & Auila citatus; & idèd concludit Auila, suspensum per Iudicis sententiam; seu, vt ille appellat, vitandum, non posse licitè induci ad exercendum actum Ordinis, à quo est suspensio, nisi in casu extremæ necessitatis.

39. A suspensio autem, dum nominatim non est per Iudicis.

37.

38.

Sanchez.

Henric.

Soar.

Auila.

39.

Judicis sententiam condemnatus, licetè possumus Missas vetero, Sacramenta, sepulturam, & omnia munera spiritualia, & etiam Confessionem; nec ille sic inductus peccat, nec irregularis efficitur, & valet illius absolutio à peccatis in confessione impensata: quia adhuc est toleratus. Ita docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 21. n. 43. Henric. lib. 1. 3. de excomm. cap. 3. num. 5. & c. 3. n. 3. & Toletus lib. 1. Summar. cap. 45. vers. Tertius, & Sayrus lib. 4. de censuris, cap. 11. n. 2. & 3. quidquid Sotus in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. concl. 8. & dist. 8. q. 3. art. 3. conclus. 1. in contrarium insinuet, existimans Extravagantem Martini V. nullam Indulgentiam concessisse in hac re suspensis, sed tantum excommunicatis: fallitur enim Sotus, nam neque suspensis, neque excommunicatis fauere intendit praedicta Extravagans; sed solum conscientis timoratis fidelium: & ideo, quoad excommunicatis, & suspensis, sunt tolerati, & Missas, & Sacramenta, & diuina Officia licetè possunt exercere ad petitionem fidelium, non tamen absque illa. Et haec nostra sententia contra Sotum, euidentè patet ex verbis ipsius Extravagantis Martini V. quam de verbo ad verbum affert Nauar. in Manuali Latino, cap. 27. num. 35. & sic habent: *Ad evitanda multa pericula, & subueniendum conscientis timoratis, statuimus, ut nemo possit teneatur excommunicationem alicuius in administratione, aut recipiendo Sacramento, aut aliis diuinis Officiis, ratione alicuius sententiae, aut censurae Ecclesiasticae, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure, vitare, &c. Si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, aut denunciata specialiter, aut expressè contra aliquam personam à iudice.*

Sanchez.  
Henric.  
Toletus.  
Sayr.  
Sotus.

Nauar.

47.

De Sacerdote interdicto, an ab illo possumus licetè Missas audire, & illas ab eo petere, & Sacramenta, & cum eo, & Missis, & diuinis Officiis interesse in Ecclesia, faciliè est responsio: nam, si post aliquam contractionem excommunicationis, de qua fuit prius nominatim declaratus, vel eis vel propter eam positum fuit interdictum personale locale, vel deambulatorium, clarum est, illum esse omnino vitandum, tam in diuinis, quam in humanis, tanquam publicum & nominatim declaratum excommunicatum: si autem nulla praecedat declaratio incurtionis alicuius censurae excommunicationis, & à ferri etiam, si nulla praecedat incurtio, ac contractio excommunicationis, aliquis Sacerdos interdicatur, ac suspendatur ab ingressu Ecclesiae, tunc quidem huiusmodi Sacerdos interdictus priuatur potestate exercendi Ordinem in ipsa Ecclesia, & sepultura Ecclesiastica, si moriatur: vt docet Toletus lib. 1. Summar. cap. 45. num. 5. §. *Septimus*, Syluest. verbo, *Suspensio*, §. Anchar. Geminianus, & alij, quos citat Toletus, & Abbas in cap. *Sacerdos*, de sentent. excommunic. num. 10. non tamen priuatur potestate exercendi actus iurisdictionis, aut audiendi confessiones, aut eligendi, aut celebrandi extra Ecclesiam, vt notant Abbas, & Toletus allegati: nec priuatur potestate orandi in Ecclesia eo tempore, quo ibi diuina Officia non dicuntur; nec potestate transeundi per eam, secundum Calderinum, ac Geminianum, quos refert, ac sequi videtur Toletus, nec percipiendi Sacramenta extra Ecclesiam, vt testatur Syluest. citatus. Vnde patet extra Ecclesiam posse nos ab illo Missam petere, & audire, & cum illo in Oratorii domesticis, Missis simul interesse, & Sacramenta recipere. Si tamen ille Missam in Ecclesia dicat, aut aliis diuinis Officiis intersit, possumus licetè sublato scandalo illius Missam audire, & cum illo diuinis Officiis interesse, ac Sacrificiis, dummodo auctori-

Toletus.  
Syluest.  
Anchar.  
Geminian.  
Abbas.

tatem peccato illius non demus: raro autem ea auctoritas, non dabitur à personis grauibus, & prudentibus. Ratio est: quia huiusmodi sic interdictum nunquam tenetur vitare tanquam excommunicatum publicum, ac nominatim declaratum, vt patet.

De Clerico notorio concubinario, aut fornicatore, est dubium ab illo possumus Missas licetè petere, & audire, & alia Sacramenta recipere, & iisdem Missis, aliisque Officiis diuinis simul cum eo in Ecclesia interesse: Notandum ergo est primò, de huiusmodi concubinariis ac notoriis fornicatoribus duplicem esse opinionem. Prima docet, notorios concubenarios esse ipso iure suspensos, & irregulares fieri, si in eadem suspensione celebrent. Ita docet Toletus lib. 1. Summar. cap. 47. num. 1. Syluest. verbo, *Concubinarium*, §. 1. Nauar. in Manuali Latino, cap. 47. num. 76. versu, *Decimoquinto peccat*, & Bernardus Diaz cap. 33. apud Salzedum: Panormit. in cap. *Vestra*, de cohabit. Cleric. & mulier. Iulius Clarus §. *Fornicatio*, num. 4. & lib. 5. quaest. 75. n. 3. Fumus verbo, *Concubinarium*, num. 5. & verbo, *Clericum*, num. 13. Viuald. in Candelabro aureo, tit. de suspens. num. 19. Vega in Summa, 2. part. cap. 108. casu 3. Azor. lib. 6. cap. 7. quaest. 5. Rebutius in concord. tit. de publici concubin. 1. 3. & 9. pena. Villadiego de irregul. cap. 3. num. 15. Guido Papae decif. 558. Ludou. Lop. instruct. conf. p. 2. cap. 23. & 31. qui ait, procedere etiam quoad Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos; in Cleris enim minoribus dicit non inueniri ius, in quo ea praedicta suspensio fundetur. Probatur primò ex cap. *Vestra*, de cohabit. Cleric. & mulier. & cap. *Quis sit*, eod. tit. vbi dicitur, huiusmodi concubinariis esse suspensos, & quoad se, & quoad alios, Probatur secundò ex declar. Cardinal. Concilij Trid. super cap. 14. sess. 25. de reform. quae ita ait: *Clerici concubinarij notorij, sunt hodie ipso iure suspensi à diuinis, prout in veteri iure sunt.* Probatur tertio: quia praedictum Concil. Trident. dicta sess. 25. cap. 14. non innouit, nec extenuat; sed innouat, auge, & aggrauat penas à iure contra hos Clericos concubenarios notorios, ac fornicarios statutas

Toletus.  
Syluest.  
Nauar.  
Salzedo.  
Panormit.  
Iul. Clar.  
Fumus.  
Viuald.  
Vega.  
Azor.  
Rebutius.  
Villadieg.  
Guido Papae.  
Lud. Lop.

Notorius autem concubinarium, vt explicatur in praedicto cap. *Quis sit*, est ille, cuius delictum est notum per confessionem factam in iudicio, aut per sententiam, aut legitimam testium depositionem, aut per eam facti euidentiam, quae nulla possit tergiversatione celari. Exemplum ponit Toletus lib. 1. Summar. cap. 47. num. 1. & Syluest. verbo, *Concubinarium*, num. 1. & Abbas in cap. *Vestra*, num. 7. de cohabit. Cleric. & mulier. in Clerico, qui retinet concubinam domi, vt uxorem, ita vt etiam ipse non audeat diffiteri, siue ea sit soluta, siue coniugata.

43.  
Quis sit notorius concubinarium.  
Toletus.  
Syluest.  
Abbas.

Et in tali notoritate non requiritur citatio, monitio, aut declaratoria sententia, vt docet Toletus lib. 1. Summar. cap. 47. n. 1. Syluest. verbo, *Concubinarium*, num. 3. & reliqui penè omnes num. 42. citari, & Couar. in Clement. *Si furiosus*, 1. p. §. fol. 58. vbi in hanc sententiam vehementer inclinans, licet eam duram appellet; licet de consuetudine ex abundanti ea monitio fiat. Fornicator autem publicus est ille, iuxta hos Doctores, & speciatim iuxta Toletum, qui vagatur abutens hac, vel illa: & quantum ad suspensionem penam eadem iuxta Doctores omnes citatos est ratio vtriusque: pares enim sunt in illa vt claret etià ex iuribus allegatis.

44.  
Toletus.  
Syluest.  
Couarrua.

Et in hac opinione, quae est valde probabilis, imò communior, idem de huiusmodi Clericis notorie concubinariis ac fornicatoribus dicendum est, atque de aliis suspensis declaratis, scilicet, nos eorum Missas audire, & Sacramenta ab eis recipere.

Quis sit fornicator publicus.

petere, quae non requirant iurisdictionem, excepta poenitentia, quae illam requirit, & posse etiam simul cum illis, Missis, ac aliis diuinis officiis interesse; non tamen posse licetè Missas, aut Sacramenta ab eis petere, cum hoc sit illos inducere ad peccatum, & sic praeter hanc petitionem nullum peccatum est communicare in diuinis, aut humanis, nec etiam veniale cum huiusmodi Clericis notorie concubinariis, aut fornicariis.

Dices: Illi notorie sunt suspensi, & vt declarentur de hac censura suspensionis, non indigent declaratoria sententia Iudicis, vt docet haec sententia, & dictum manet num. 44. ergo vitandi sunt, quemadmodum & alij publici, ac notorij censurati nominatim declarati. Respondeo, non egere declaratoria sententia, vt incurrant suspensionis censuram; imò neque etiam post declaratoriam sententiam ipsius suspensionis vitandi sunt in diuinis, aut humanis, praeterquam in petitione Sacramentorum, Missarum, aut aliorum Officiorum diuinorum, iuxta ea, quae diximus num. 36. ad quem locum remittimus, vbi probauimus, vitacionem esse proprium effectum censurae excommunicationis, & solius excommunicationis, & non esse tribuendam suspensioni, quia nullibi in iure illi tribuitur; & ideo non esse vitandos huiusmodi suspensos, vel à iure, vel ab homine, etiam post sententiam declaratoriam suspensionis, neque in diuinis, neque in humanis, nisi praecedat excommunicatio, de qua sint nominatim declarati: non posse nos tamen ab illis Missas, aut Sacramenta, aut alia diuina Officia petere, quia cum supposito eo impedimento, non possint illi haec licetè praestare, nec nos etiam licetè illa ab eis petere, cum ea petitio sit tunc in ea circumstantia, inductio ad peccatum.

46.

47.

Neque obstant cap. *Vestra*, & cap. *Quis sit*, de cohabit. Cler. & mulierum, vbi de huiusmodi notoriis concubinariis & fornicatoribus dicitur esse suspensos, quoad se, & quoad alios: nam ideo sunt suspensi quoad se, quia licetè durante eo impedimento, celebrare non possunt, aut Sacramenta administrare; ideo quoad alios, quia alij haec ab illis licetè petere non possunt, cum ea petitio sit quaedam moralis inductio ad peccatum; iuxta ea, quae diximus num. 36. & haec est verior interpretatio, quam illa, quam assignat Garcia de benef. 7. part. cap. 14. n. 30. fol. 79. col. 1. vbi ait, dicit suspensos quoad alios: quia alij prohibentur ab eis audire diuina: iam enim id refutauimus numero 36. sequitur enim Garcia opinionem num. 35. positam, quam non sequimur, cum nullibi in iure talis vitatio inueniatur expressa, & sit effectus proprius solius censurae excommunicationis, non suspensionis.

Garcia.

48.  
Secunda sententia.

Soarius.

Sayrus.  
Auila.  
Garcia.  
Sotus.  
Rodrig.  
Medina.  
Vega.  
Henric.

Secunda sententia probabilior docet, notorios concubenarios, & fornicatores, non esse hodie ipso iure suspensos: & ideo neque incurrere irregularitatem, si celebrent in eo peccato: esse tamen suspensos à Iudice, & quia vel non extant iura expressa, quae suspensionem ipso iure importent, vel si aliqua extare videntur, ea iam sint vitia & consuetudine abrogata. Et hanc sententiam sequitur Soar. tom. 5. de cens. disp. 31. sect. 4. à num. 4. & praecipue n. 10. & tomo 3. de Sacram. disp. 18. sect. 1. §. *Secundo*, litera C. Sayrus de censuris, lib. 4. cap. 16. num. 24. Auila §. p. disput. 5. dub. 2. Garcia de benef. 7. p. cap. 14. num. 32. fol. 79. col. 1. Sotus in 4. dist. 1. quaest. 5. art. 6. circa secundum argumentum Diui Thomae, & dist. 13. quaest. 1. artic. 9. Rod. in Summa tomo 2. cap. 67. num. 1. Medina in Summa, lib. 1. cap. 11. §. 8. Vega 2. parte Summae, cap. 108. casu 5. Henriquez lib. 9. de excomm. cap. 25. §. 13. ad marginem, litera S. & lib. 13. c. 5. §. 3. in fine. P. Steph. Fagunde in quinque praec. Eccl.

& cap. 31. §. 3. ad marginem, litera P. & Oladradus Oldradus consil. 288. num. 1. & Innocentius in cap. *Sic celebrat*. Innocentius de Cleric. excomm. ministr. num. 3. & Archidiacono *Archiepiscopus* in cap. 1. de re iud. in 6. & Imola in cap. *Sicut*, Imola. de cohab. Cler. & mul. colum. 1. in fin. hi enim *Couar.* non nisi contendunt, talem suspensionem ipso iure, non esse iure expressam, de quo etiam dubitat Soar. *Vgolius*. n. allegatus: Garcia, Henriquez, & Auila locis allegatis: & id efficaciter probant ex Concilio Trident. *Concil.* sess. 25. cap. 14. de reform. vbi loquens de Clericis *Trident.* concubinariis, ait, quod praemissa monitione sint suspendendi, & sess. 21. c. 6. renouans penas iuris, solum iubet concubenarios puniri per Iudicem. Respondent tamen Auctores contrariae opinionis, Concilium locis citatis non loqui in particulari de Clericis notoriis concubinariis, aut fornicatoribus, sed de aliis Clericis concubinariis, proponendo penas illis imponendas pro 1. 2. & 3. vice, & quod pro prima puniantur penis iure canonico impositis. Quidquid tamen sit de hoc, reuerè praedicta suspensio ipso iure non videtur esse in vsu, vt rectè docent praedicti Auctores, & iura, ac statuta, sicut vsu confirmantur, ita contrario vsu antiquantur. Quamuis Ludou. Lopez tom. 2. cap. 31. optimè doceat, dubium esse, an in omnibus prouinciis sit antiquata huiusmodi suspensio, & ideo standum esse vsui prouinciae.

Et praeter hos Auctores docent etiam, talem suspensionem ipso facto non esse iure expressam, Couar. in Clem. *Si furiosus*, 1. p. §. 1. num. 5. Gutierrez lib. 1. *Gutier.* q. can. cap. 7. num. 85. Vela de poenit. delict. cap. 6. *Vela.* versu *Sed eorum sententiam*, & Vgolius de irregul. *Vgolius* cap. 43. §. 3. Et ad declarationem Cardinalium, quae vehementer obstare videretur, responder Garcia de beneficiis, 7. part. cap. 14. num. 35. fol. 79. col. 2. Illustrissimos Cardinales loquutos fuisse de iure: quia secuti sunt primam sententiam, quae asserit huiusmodi suspensionem ipso facto esse iure expressam, quod non tollit consuetudinem, si qua est in contrarium.

Lopez

49.  
Couar.

Et in hac sententia secunda, quam probabiliorem iudicamus, quatenus docet, talem suspensionem ipso facto non esse in vsu, clarius manet, & non teneri nos vitare ipsos notorios concubenarios, & posse illorum Missas audire, & Sacramenta omnia recipere, etiam Sacramentum Poenitentiae; quauis requiratur iurisdictionem, quia sunt tolerati: posse etiam licetè simul cum illis & aliis Sacrificiis in Ecclesia interesse, cum in nullo sint vitandi. Et ita docet expressè Bellanus de Sacram. quaest. 64. art. 6. dub. 2. num. 45. §. *Putant aliqui*, fol. 61. col. 1. Nau. in Man. Lat. cap. 25. num. 79. & Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. §. *Sextum caput*. Non posse tamen Sacramenta, aut Missas ab eis licetè petere, cum sint in publico peccato, nisi tanta sit necessitas, aut vtilitas, quae id excusare possit: cum enim illi, nec à iure, nec à Iudice suspensi sint, nec irregularitatem incurrant celebrando, aut Sacramenta ministrando, sed solum mortaliter peccent, sibi tribuant, aut impudent illud peccatum, cum vel per Sacramentum Poenitentiae, si copia Confessoris adest, vel per contritionem in gratiam redire cum Deo possint, si non adest copia Confessoris, de quo statim dicemus num. 53.

Bellanus

Nauar.  
Soarius.

Et verò, quod suspensos per sententiam Iudicis de suspensione declaratos, aut per confessionem illorum in iudicio factam, non teneatur vitare, nisi prius de excommunicatione aliqua, quam incurrant, fuerint publicè, ac nominatim declarati, docet Garcia 7. p. de benef. cap. 14. num. 36. col. 2. fol. 79. & apertius num. 43. fol. 80. col. 1. ex eo fundamento, quod excommunicati per sententiam Iudicis declarati magis sint in iure odiosi, quam suspensi, & inter

50.

Garcia

interdicti per eandem Iudicis sententiam, & sic solum extrauagans Martini V. excipit, vt videntur notorij Clerici percussores, & excommunicati nominatim declarati, quæ exceptio firmat regulam in contrarium, & non excipit suspensos, aut interdictos declaratos per Iudicis sententiam, quauis sint declarati suspensi propter euentiam, & notorietatem concubinatuz: nam, si prædicta Extrauagans suspensos etiam, aut interdictos per sententiam Iudicis voluisset excipere, vtique id expressisset: & non solum faceret mentionem de excommunicatis nominatim declaratis, & notorij Clerici percussoribus, sed etiam de suspensis ob notorietatem concubinatuz, & de interdictis per Iudicis sententiam. Sed verius fundamentum est illud, quod num. 36. ex Soario, atque alijs attulimus; scilicet, effectus vitationis solum tribui in Iure excommunicationis, & crimini notoriz percussione Clericorum; non autem suspensionis, aut interdicto.

51. Sed adhuc, claritatis gratia, inquirer aliquis, vtrum Missam Sacerdotis degradari, seu depositi licite possimus audire? Negat absolute Toletus lib. 6. Summæ, c. 8. n. 1. Sciendum tamen est, duplicem esse degradationem, seu depositionem sacrorum Ordinum: alteram verbalem; degradatio enim verbalis idem est, atque perpetua depositio, seu suspensio: & quidem per hanc non efficitur quis de foro seculari, nec amittit priuilegium clericalis Canonis, vt docet Gamma tract. de Sacram. præstandis, quæst. 5. n. 21. Salzedo in pract. c. 135. ad finem, & in c. 139. versu, & cum Clericum, alteram actuale, seu reale, quæ runc fit, quando certis ceremonijs sacris abraduntur olea sacrorum Ordinum, & per huiusmodi depositionem amittit quis Canonis priuilegium, & efficitur fori secularis, & instar hominis secularis puniri potest à seculari Iudice, vt docet Petrus Cenedo lib. 9. q. 15. num. 4. & Farinacius lib. 1. quæst. 8. num. 71. & 73. Maranta in ord. iudic. 4. p. dist. 1. i. num. 72. Bernard. in pract. c. 140. num. 4. & cap. 150. littera C. de degradatis igitur, aut suspensis primo modo dicendum est id, quod de suspensis diximus num. 37. posse, scilicet, nos, si illi Missam dicant, eam licite audire, & Sacramenta recipere, si illa admittunt, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod requirit iurisdictionem, qua priuati sunt, cum nullo modo eos tunc ad peccatum inducamus; posse etiam licite cum eis Missis & diuinis Officijs interesse; non posse tamen licite aut Missas, aut Sacramenta ab illis petere, iuxta ea, quæ diximus num. 36. De degradatis secundo modo, seu suspensis, aut perpetuo depositis, ( hæc enim omnia in idem recidunt, ) mortale peccatum est; illorum Missas non solum petere, sed etiam audire, & alia Sacramenta & petere, & recipere, cum Ecclesia per eum modum deponendi, degradandi, seu suspendendi, nobis eos proponat omnibus modis vitandos in sacrorum administratione, & eos à suorum ministrorum ordine, ac numero abiciat, & in classe hominum merè secularium constituat: possumus tamen instar aliorum secularium cum eis Missis simul, ac alijs diuinis Officijs interesse, modò antecedenter non fuerint nominatim declarati de aliqua excommunicatione, quam incurrerint. Nec refert, quòd retineant characterem sacerdotalem: sufficit enim, si Ecclesia sancta per eiusmodi ceremonias eos è numero suorum ministrorum abiciat, & in numero hominum secularium constituat. Vnde, sicut erit mortale peccatum Missam audire ( propter auctoritatem, quam actui datus ) ab homine seculari, ita & ab illis.

Gamma. Salzedo.

Petrus Cenedo. Farinacius. Maranta. Bernard. Diaz.

53. Vltimò inquirens, an à Sacerdote, quem moraliter scimus esse in publico, aut occulto peccato mortali, possimus licite Missas, & Sacramenta petere,

audire, & recipere, modò nullum aliud impedimentum alicuius censuræ habeat, quàm obex peccati. Et verò de receptione Sacramentorum, ac auditione Missarum, non est dubium, id licitum esse, cum illos nullo modo inducamus: de petitione autem dubium esse potest non vulgare. Dixi, modò nullum aliud impedimentum alicuius censuræ habeat: quia, si quis petat Sacramentum ab eo, qui illud non potest conficere, vt si quis absolui petat à Sacerdote suspensio, aut deposito per sententiam Iudicis, qui iurisdictionem non habet, duplici ratione peccat: primò, quia inducit ad actum sacrilegij: secundò, quia susceptio ficti Sacramenti per se est mala, & sic lethaliter peccat petendo, & recipiendo, & tenetur hanc duplicem circumstantiam explicare in Confessione, vt docet Soar. tomo 3. de Sacram. disp. 18. sect. 1. initio, pag. 232. col. 2. R.

Soarius. Nicol. Papæ. Soarius. Nicol. Papæ.

Soarius. Nicol. Papæ. Soarius. Nicol. Papæ.

Soarius. Nicol. Papæ. Soarius. Nicol. Papæ.

etiam si sciamus alterum peccatum administrando, quando aliqua necessitas: aut vtilitas nostra id exigat, siue sit Parochus, siue non, quæ videtur aperta sententia Nicolai Papæ cap. Scis itantibus, 15. q. 8. qui loquens de adultero ait, ab eo communionem recipendam esse, donec iudicio Episcoporum reprobetur.

CAPVT VI.

Quid intelligatur nomine Missæ integræ, & que pars illius omiſſa efficiat, vt non impleatur præceptum.

SVMMARIVM.

Nomine Missæ integræ intelligitur illa, cui pars notabilis non deest. num. 1. Quæ sit pars notabilis. Prima sententia docet esse illam, in qua Introitus, & Epistola, & Evangelium deest, & qui hanc partem non audit, non implere præceptum. num. 2. Secunda docet, partem notabilem non audire, qui solum Introitum, & Epistolam non audit, & sic non satisfacere præcepto, quauis Evangelium, & totam reliquam Missam vsque ad benedictionem audiat n. 3. Prima est probabilior. ibid. Pars notabilis potest coalescere ex fine, & principio Missæ; sic non implet præceptum, qui in initio Introitum, & Epistolam non audit, & in fine post Communionem Sacerdotis discedit. num. 4. Secus, si audiat Introitum, & Epistolam in initio, post ipsam Communionem in fine discedat. num. 4. An qui Evangelium non audiuit satisfaciat præcepto, si postea legat, vel lectum vendat ab alio. num. 5. Communior opinio docet, non satisfacere. num. 6. An qui Evangelium voluntarie omisit, reliquumque Missæ vsque ad Evangelium D. Ioannis audiuit præceptum implet. num. 7. Est probabile implere. ibid. Mortaliter, vel venialiter peccatur pro ratione quantitatis materiae, vel parue relictæ. num. 8. Probabile est, non peccare venialiter, qui post benedictionem Sacerdotis exiit, Evangelio D. Ioannis non audito. ibid. Qui crebrò minimas partes per interualla relinquit, præceptum non implet. num. 9. Excusantur tamen ministri Missæ discurrentes pro necessitate ad Missam. num. 10. Quid seruum extra Ecclesiam quarant. ibid. An ille sari faciat præcepto, qui dimidium Missæ ab vno Sacerdote audit, & aliud ab alio: est probabile satisfacere. num. 11. Probabilius, non satisfacere. num. 12. Satis fit argumentis prima opinionis affirmantis satisfacere. num. 13. Quid, si oblatio, consecratio, aut consumptio non audiatur. num. 14. Quidam dicunt non satisfacere præcepto, si quælibet partium trium relinquatur; alij negant: vtrunque probabile. num. 14. Inferuntur aliqua sequela. num. 16. Quid, si iter faciens omisit aliquam partem notabilem Missæ, putat: posse inuenire Missam integram in aliqua parochia itineris. num. 17. Quid nomine auditionis Missæ intelligatur. num. 18. An cæci, & surdi illam teneantur audire. ibid. An audiant, qui à longè sunt, & Sacerdotem non audiunt. ibid. Et remissiuè ad caput sequens. num. 1. P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Quoniam hoc præceptum pro Missam totam, seu integram, præcipitur audire, vt constat ex cap. Missas, de consecr. dist. 1. videndum est, quid nomine Missæ integræ intelligatur. Et cesset intelligitur illa, cui non deest pars notabilis: quæ autem sit pars notabilis, arbitrio prudentis committitur: quidam enim affirmant, dimidiam; aut tertiam partem Missæ, esse partem notabilem. Ita Henriquez lib. 9. de Missa, c. 25. n. 7. Syluest. verbo, Missa 2. n. 1. D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 10. Tabiena verbo, Missa, §. 51. Azor. tom. 1. lib. 7. c. 3. q. 2. Affirmant etiam non sufficere minimam partem, si omittatur, vt præceptum violetur, quia minimum pro nihilo reputatur, & paruitas rei in omni ferè materia à culpa lethali excusat; & sic illum, qui ante benedictionem Sacerdotis euadit, non peccare mortaliter, sed tantum venialiter, quauis sine causa id faciat, ac proinde satisfacere huic præcepto: quia, quauis c. Missas, de consecr. dist. 1. prohibeantur exitiones ante benedictionem, & dicantur debere Episcopos, eos confundere, qui ante benedictionem exeunt; tamen id solum vetat sub veniali, non sub mortali. Ita docet Nauar. cap. 21. numero 2. & omnes modò allegati.

Tota ergo difficultas est in diiudicando, quænam sit pars notabilis, & quod rectius arbitrium circa hanc rem: bipartita enim est sententia hac de re. Prima docet, notabilem partem omittente, & non satisfacere præcepto; qui Introitum Missæ, Epistolam, Evangeliumque simul non audit, & mortaliter peccare; si verò solum Introitum & Epistolam relinquat, reliquumque ab Evangelio vsque ad finem Missæ audiat, satisfacere præcepto, & peccare tantum venialiter. Ita docet Nau. in Manuali Lat. cap. 21. n. 2. Sorus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Toletus lib. 6. Summæ, c. 7. n. 2. vers. Dico secundo. Tabiena verbo: Missa, §. 50. & idem Nauarrus c. Quando, de consecr. dist. 1. notabili 10. quæst. 9. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 3. q. 2. Soarius tomo 3. de Sacram. disput. 88. sect. 2. §. Secundo, sequitur, ad medium col. 2. Soarius. pag. 1313.

Secunda sententia docet, partem notabilem omittente, & peccare mortaliter, & non implere præceptum, qui Introitum Missæ omittit cum iis, quæ præcedunt vsque ad Epistolam exclusiue. Ita Sandoual. doual. tractatu de Officio Ecclesiastico, p. 6. c. 14. & Toletus. huic opinioni fauet Toletus lib. 6. Summæ, cap. 7. num. 2. vbi sic ait: Non desunt, qui dicant, posse etiam Epistolam dimitti: sed non est securum, nisi ex necessitate id causa fiat. Fundamentum vtriusque opinionis est: quia partes numeratæ in vtraque opinione censentur partes notabiles, & saltem censentur quarta pars respectu totius Missæ: qui autem notabilem partem sua culpa, absque legitima causa excusante, omittit, mortaliter peccat, & præceptum non implet. Ex his duabus opinionibus prima est adæquator, meo iudicio, & tenenda, tum, quia plures & grauiores Auctores habet; tum, quia in se est rationabilior, vt consideranti patebit.

Aduertunt tamen (& optime) Soar. & Azor. locis allegatis num. 2. partem notabilem posse coalescere ex principio, & ex fine Missæ. Vnde, si quis in principio Introitum, & Epistolam omittit, & in fine statim post Communionem Sacerdotis egredietur, peccatum esset lethale, vt tenet expressè Azor. citatus: Soarius enim aliquantum indubitat, sed tandem in hanc partem inclinat, & ait oportere saltem, vt intersit, vsque ad dimissionem populi, vel vsque ad benedictionem. Docet etiam Soar. loco prædicto tom. 3. de Sacram. dicta disp. 88, sect. secunda, §. Secundo sequitur, pag. 1313. implere præceptum, & non peccare mortaliter eum, qui totam Missam audit ab Introitu vsque ad

1. 2. 3. 4. Soarius. Sandoual. Toletus. Tabiena. Azor. Soarius. Soarius.



Communionem Sacerdotis: quavis reliquum omittat, quia illa pars non est notabilis: quod verum est, & ita credo, & docet Henriquez lib. 9. de Missa, c. 25. n. 7. Caeterum verbo, Festum, ad medium, imò, quavis aliquid ex fine & principio non audiatur, poterit non esse mortale, si ex utroque non coalescat notabilis pars, ut idem Soarius animaverit, & exemplum statuit in eo, qui introitum Missae non audiuit: audiuit tamen totam Epistolam; & ab Epistola usque ad integram Communionem Sacerdotis inclusivè interfuitis enim praeceptum implerit, & non peccat mortaliter; quia non relinquit notabilem partem, cum Epistola censetur aequivalere illis Orationibus, quae post Communionem dicuntur, & in eo rectè censet Soarius.

Henriq. Caiet.

5. Navar.

Margar. Confes.

Henriq.

6. Soar.

Azor.

7.

Existimat Navar. in Man. Latino, c. 2. n. 2. satisfacere eum, & non peccare mortaliter, qui Evangelium reliquit, & à symbolo incepit Missam audire, dummodo ipse postea Evangelium omisissum legat, vel lectum audiat ab alio, & idem etiam docet Margarita Confessorum, quem Auctorem pro se citat Nau. Fundamentum illius est, primò, quia, dum Diaconus in Missis maioribus Evangelium cantat, & Epistolam Subdiaconus, non solet Sacerdos, nec debet legere ipsam Epistolam, aut Evangelium: ergo sufficit, quòd lectum ab alio audiat, ut praecepto Missae satisfaciatur: secundò, quia saepe de Choro Epistolam cantat Aedituus laicus, quavis non audiatur ab ipso Sacerdote Missam celebrante: ergo non est necessè, ut omnia pars legatur à Sacerdote, vel ministro competenti, Diacono, scilicet, aut Subdiacono; sed sufficit, si ab homine legatur laico. Et hanc suam opinionem confirmat Navarrus tractatu de orat. notabili 10. num. 45. & notabili 22. & in miscellaneo 22. n. 100. & 2. parte, n. 13. Et hanc opinionem insinuat Henriq. lib. 9. de Missa, c. 25. n. 7. ubi illam refert, & non improbat, sed confirmat exemplo Aeditui allato.

Verùm hanc Navarrii opinionem communiter reiciunt Doctores: eam speciatim rejicit Soar. tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Addit verò, col. 1. pag. 1313. & Azor. tom. 1. lib. 7. c. 3. q. 2. & optima ratione stabiluntur: nam lectio illa, vel auditio Evangelij, parti usque omisissae extra Missam, neque est pars Missae, neque cum illa coalescit in unum ac proinde nec cadit sub praeceptum: cantatio verò Aeditui, ac Diaconi in ipsa Missa fit; & tempore ipsius Missae, & ex his ministris unum Sacramentum coalescit. Praeterea, ex opinione Navarrii sequitur, posse totam illam partem omitti sine peccato mortali, siue postea legatur, siue non; illa enim lectio extra Missam, & post finitam Missam (ut dixi) non est pars Missae, nec facit unum cum illa. Deinde quaero, an teneatur quis reficere illam partem omisissam statim post finitam Missam, vel post prandium, ad meridiem, videlicet, vel ad vesperam; si dicas, statim, poterit fieri, ut quis non inveniat statim, qui sciat legere; & denique, cum utrunque tempus sit iam extra tempus Missae, non est maior ratio, cur ea refectio fiat statim, vel ad vesperam, vel etiam ad sequentem diem; quo quid absurdus? Tandem quaero, unde oritur haec obligatio reficiendi partem omisissam per hanc illius lectionem: non ex vi praecepti, quia, si quis ex causa legitima illam omittat, non tenetur post finitam Missam, illam reficere, ex vi ipsius praecepti, ut omnes fatentur: ergo impertinens est ea lectio omisissae partis ad implendum hoc praeceptum, neque est unde ea obligatio oriatur, neque consuetudo ita habet, & haec sufficiunt, ut opinio Navarrii non subsistat.

Si tamen qui Evangelium omisit, audiat totam reliquam Missam usque ad Evangelium D. Ioannis inclusivè; non est improbabile satisfacere praecepto, ac proinde à peccato mortali excusari. Ratio est:

quia Evangelium D. Ioannis iam est aliquo modo pars Missae, & alioqui valdè probabile est non teneri fideles audire duo Evangelia in eadem Missa, alterum ipsius Missae, alterum D. Ioannis; cum non reneantur Missae interesse, nisi usque ad dimissionem, vel benedictionem; & idè audiendo postremum Evangelium D. Ioannis in eodem tempore Missae, & ab eodem ministro, & in eodem actu continuato, & iisdem sacris vestibus induto, videtur satis compensari Evangelium in principio omisissum, & satisfacere praecepto audiendi Sacri; maxime, quia non est necesse audire Evangelium proprii Sacri: sicut non est necesse audire Missam proprii diei festi; sed sufficit quancunque audire; etiam defunctorum, ut diximus c. 3. n. 3. Et hanc opinionem hinc appositam sic explicatam, ut non improbabile admittit Soarius tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Addit verò in fine illius, pag. 1313. col. 2. Henriquez lib. 9. Missae, cap. 25. num. 7. & colligitur ex Castro lib. 1. de lege pœnalis, c. 12. Sed haec extensio, ut ait Henriquez, raro est admittenda, & sic huiusmodi opinio solum inferuit ad excusandum aliquos, qui aliquando ita fecerint; non tamen ad consulendum, ut ita fiat: sunt enim aliqua, quae postquam facta sunt, excusanda sunt; non tamen sunt consulenda, ut fiant.

Certum est, non posse fideles voluntariè, & sine legitima causa excusante partem aliquam etiam minimam sine culpa, saltem veniali, omittere: quia sicut Sacerdos, qui integrum Officium divinum recitare tenetur ex praecepto, peccat, voluntariè omittens illius partem, mortaliter, vel venialiter, pro ratione & quantitate partis magnae, vel parvae: sic etiam fideles, qui ex praecepto similiter tenentur integram Missam audire, mortaliter, aut venialiter peccabunt, pro ratione & quantitate partis ipsius Missae, magnae, vel parvae, voluntariè omisissae, cum par sit utrobique ratio; & idè in iure expressè prohibetur, ne quis fidelium ante benedictionem Sacerdotis exeat, ut patet ex c. Cum ad celebrandum, de consecr. dist. 1. Unde animaveritendum est, cum nuper ordinatum sit in Ecclesia, ut in fine Missae post benedictionem Sacerdotis, Evangelium D. Ioannis dicatur, fortasse non peccare venialiter illum, qui statim post datam benedictionem discedit, illo Evangelio non audito, ut optimè docet Soarius tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Ex hac certa pag. 1312. col. 2. quia illud Evangelium non videtur ad integritatem ipsius Missae pertinere. Sed quavis hoc probabile sit; tamen, ut idem animaverit, hoc non est vulgariter populo dicendum: sed potius coarguendi, qui ita faciunt; tum, quia populum, citius exeundo, interrumpunt, quòd maxime cauetur in c. Omnes fideles, de consecr. dist. 1. ibi, Qui non perseverant in oratione, usque dum Missa peragatur, convenit communionem privari; tum, quia satis probabile est, illud Evangelium D. Ioannis partem esse totius Missae, & comprehendi sub illa particula, totam. Denique, quia in antiquis iuribus praecipiebatur fidelibus, ne ante benedictionem abscederent, usque ad finem Missae, idè enim tunc benedictionis mentio facta est, quia ibi Missa finiebatur: at hodie, iam non ibi, sed in Evangelio D. Ioannis finitur.

Si quis autem inter Missam crebrò minimas partes relinquit, per intervalla, & statim eandem Missam continet, fieri aliquando poterit, ut praeceptum non impleat, peccetque mortaliter: quia omnes Doctores fatentur, notabilem partem posse coalescere ex diversis partibus minimis, & ex vna parte relicta sine causa in principio Missae, atque altera relicta in fine, ut diximus num. 4. ex Soario: unde, qui in principio Missae, voluntariè, & sine causa, omittit Introitum, & Epistolam, & in fine orationes,

8.

Soarius.

9.

Azor. Navar.

14.

Toletus. Soar. Sylvest. Tabiena. Henriq. Azor. Navar. D. Anton.

Bellanus. Maior. Sorus. Navarr. Henriq. Navarr. Toletus. Azor. Medina. Henriq. Sandoval.

Orationes, quae dicuntur post consumptionem Corporis Christi, peccat lethaliter, & non satisfacit praecepto, ut docet Azor tomo 1. lib. 3. quaest. 2. c. 7. & Navar. cap. 13. num. 2. & Soarius tomo 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Secundo sequitur. Dices, ex multis peccatis venialibus non potest coalescere unum mortale: ergo neque ex multis partibus minimis vna magna, quae mortalem culpam inducat. Respondeo concedendo antecedens, negando sequelam: nam, quavis ex multis peccatis venialibus non coalescat unum mortale; coalescit tamen ex multis quantitatibus minimis vna quantitas magna, quae mortalem culpam inducit: sic ex multis furtis minimis coalescit ratioe damni notabilis, & consurgit obligatio restituendi sub mortali culpa: quia illa furtiola & minima damna daninum notabile efficiunt, ut est vulgare in materia furti.

Excusant tamen communiter Doctores illos, qui Missae interfuerint, si illius partes minimas omittant, discurreres pro necessariis ad illam, v. c. pro thure in Missa solemni, vino, igne, Hostiis, & aliis necessariis: nam, moraliter loquendo, non reputantur abesse; sed terti Missae assistunt; dummodo tamen bona fide id faciant, & mediocriter diligentiam ponant. Ita docet Toletus lib. 6. Summae, cap. 7. numero 2. Soarius tomo 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Ex hac. Sylvest. verbo, Missa 2. §. 1. Tabiena verbo, Missa, §. 50. Henriq. lib. 9. Missae, c. 25. num. 8. Azor tomo 1. lib. 3. cap. 7. quaest. 2. Navar. cap. Quando; de consecratione, dist. 1. notabili 10. num. 18. D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 1. Si tamen contingat, aliqua, quae praeveneri poterant, ex oblivione fuisse omissa, & inter ipsam Missam solemnem esse quaerenda; ut, v. c. si deesset vinum, & extra Ecclesiam quaerendum esset; tunc huiusmodi minister, si aliqualem moram faceret, teneretur aliam Missam audire, si posset: si autem non posset, excusaretur à peccato, ratione iusti & debiti feruitij, ut docet Soarius citatus.

Dubium tamen hic est non vulgare, utrum satisfaciat praecepto ille, qui dimidium Missae ab vno Sacerdote audit, & aliud dimidium ab alio continuatim, v. c. accessit ad Ecclesiam aliquis die Dominico, ut Missam audiret, invenit Sacerdotem iam elevantem divinam Hostiam, assistit usque ad finem Missae: postea ea finita audit aliam, cuique assistit usque ad eandem elevationem exclusivè: Quæro, utrum iste satisfaciat praecepto audiendi Missam integram? Affirmat Agidius Bellanus de Sacram. q. 83. a. 6. dubio vnicò, n. 287. Maior in 4. dist. 12. q. 3. concl. 1. Sorus in 3. dist. 13. q. 2. a. 1. Nau. in Manuali Lat. c. 21. n. 2. Henriq. lib. 9. Missae, c. 25. n. 8. & idem Nau. tract. de orat. notab. 10. n. 18. inclinatur Tolet. lib. 6. c. 7. §. ultimo, & Azor tom. 1. lib. 7. c. 3. q. 3. Med. Instr. pro Conf. c. 14. §. 9. Et pro hac parte citat Henr. ad marginem, litera P. Sandou. Mantium, & Glossam in cap. Quorundam 23. dist. & alios. Probant primò: quia, sicut ex minimis partibus voluntariè omisissis coalescit vna pars notabilis, qua omissa non impletur praeceptum: sic etiam ex duabus, vel tribus partibus auditis coalescet impletio ipsius praecepti, cum par sit ratio utrobique: sicut enim omisio harum partium se debet habere ad illius impletionem. Secundò: quia, si moreretur vnus Sacerdos post consecrationem, & alter illam Missam abscueret, ex utroque Sacerdote vna fieret integra Missa, & satisfacerent praecepto integræ Missae audiendae illi, qui tunc utriusque dimidietati assisterent. Tertio: quia Ecclesia non precipit, ut ab eodem Sacerdote totam & integram Missam audiamus; sed simpliciter, ut integram Missam audiamus: quare non est necesse, ut

P. Steph. Encunde in quinque prac. Eccles.

solum duae, vel tres partes Missae ab vno Sacerdote dictae in vnam Missam coalescant; sed sufficere, ut vnam Missam efficiant, quòd à pluribus Sacerdotibus dicantur modico intervallo. Haec sunt rationes pro ista opinione, quae est valdè probabilis.

Probabilior tamen est sententia negans, quam expressè defendit Azor dicto tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 3. q. 3. quavis pro alia parte allegetur: ita enim ille ibi: *Mihi sanè illa prima sententia magis placeret, si aliqua firma ratione, aut argumento nitere-tur: neque enim video, quo pacto Missam totam & integram audiat, qui fragmenta, & partes audit.* Haec ille.

Docet etiam hanc opinionem Toletus lib. 6. Summae, c. 7. §. Dico tertio, postquam enim reulit primam sententiam, ita ait: *Et id mihi probabile videtur: quavis, si tempus esset, ut audiri possit unum integrum Sacramentum ab vno Sacerdote, monerem, & consulerem, ut id faceret: nam profectò non est visus audire Missam integram, sed duas dimidietates duarum Missarum, quae inter se non faciunt integritatem.* Haec ille. Et ita docet etiam Auctor annotationum in Toletum, annotat. ad dictum §. Dico tertio, & Franciscus Soarius tom. 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Sed tunc inquiri potest, pag. 1315. col. 1. ubi contrariam sententiam non aucter damnare, & ita tandem concludit: *Propter auctoritatem praedictorum Doctorum non potest contraria sententia practice condemnari; & ille, qui ex illa fuerit operatus, non peccabit mortaliter.* Fundamentum huius opinionis est, primò: quia ex opinione prima sequitur primò, satisfacere praecepto illum, qui duas dimidietates simul audit à duobus Sacerdotibus, imò & tres partes à tribus Sacerdotibus simul audit, quo quid absurdius: nam, quòd attinet ad attentionem, potest ad utrunque Sacerdotem, imò ad tres mediocriter attendere, quae attentio mediocriter solummodo requiritur, ut videbimus capite sequenti. Secundò sequitur, satisfacere praecepto illum, qui ingressus fuit Ecclesiam, ut Missam audiret, & invenit Sacerdotem in dimidio Missae, & illud dimidium audiuit; & postea expectavit vnam horam, imò & integrum mane, ut veniret alius Sacerdos, & veniens illius Missam audiuit usque ad illud dimidium, quòd ab alio non audiuit, & reliquum dimidium illius secundae Missae voluntariè omisit, quòd est etiam ingens absurdum; nam, si vnus Sacerdos nunc consecraret Corpus, & post vnam horam consecraret Sanguinem, exuendo se vestibus sacris, aliquid aliud interim agendo, & postea se indueret, & Missam continuaret, profectò non efficeret unum Sacrificium, neque vnam Missam diceret: quia, licet reuerà efficeret utranque partem; non tamen efficeret illas coniunctas, & vnitas, prout necesse est ad hoc Sacrificium. Secundò probatur: quia, ut patet ex c. Missae, de consecr. dist. 1. *Precipimus totam Missam audire, totum autem nò significat partes disjunctas; & quovis modo aggregatas, sed vnitas, & debito ordine conjunctas, maxime si totum artificiale sit: sed illae duae partes, vel illae tres partes Missae sunt disjunctae & diuisae, nec debito ordine, & modo coniunguntur ad vnam Missam integrandam: ergo audire illas duas partes, vel illas tres partes à duobus, vel tribus Sacerdotibus, non est audire totam Missam.*

Ad rationes primae opinionis facilè responderetur: nam ad primam nego ita coalescere integram Missam ex diversis partibus, quoad impletionem praecepti, sicut disjungitur, ac destruitur ex diversis partibus non auditis quoad non impletionem. Ratio est: quia illud praeceptum affirmativum audiendi Missam integram; explicatur per quandam negationem, hoc est. Non omittes, neque hanc, neque illam partem. Hinc est, quòd fideles voluntariè omittentes aliquas partes ipsius Missae peccant mortaliter, vel venialiter, pro ratione quantitatis omisissae, magnae,

12. Azor.

Toletus.

Auct. app. in Tol. Soarius.

13.

vel parua : at verò aliunde illud praeceptum, cum sit affirmatiuum, & vnum qui integrum praeceptum audire, & vni rei facere integrè assistere, non praecepit, vt partibus illius disjunctis assistamus confectis à duobus Sacerdotibus, vt consideranti patebit : & sic patet diuersam esse rationem vtrouque : nam illae duae dimidietates non sunt vnum Sacrum, sed sunt duae partes duarum Missarum, quae à duobus Sacerdotibus factae sunt, & in vnam coalescere Missam moraliter non possunt. Ad secundam respondeo, eos, qui tunc assisterent dimidio Missae vnus Sacerdotis, qui subitò moreretur, & dimidio alterius, qui illum continuaret, non satisfaceret praecepto : quia reuera non assisterent vni Missae integrae, nec vnam Missam integram vnus Sacerdotis audiret, sed duas dimidietates duarum Missarum. Ad tertium nego, non praeceptum Ecclesiam, vt Missam integram vnus Ministri audiamus: id enim satis probauimus in secunda opinione, num. 12. explicata.

14. Dixi num. 8. & 9. solum peccare venialiter illum, qui minimam partem Missae voluntariè omittit : quod tamen intelligendum est, modò ea pars non sit respectu totius Sacrificij essentialis : sunt enim tres partes Missae, respectu illius, essentialis ; quauis vnaquaque per se sumpta respectu totius Missae, quatenus est totum integrale, minima videatur, & quarum quaelibet, si desit, non impletur praeceptum : & haec sunt, oblatio, consecratio, & consumptio Sacerdotis in ipsa Missa : nam huiusmodi partes pertinent intrinsecè ad essentialiam Sacrificij, vt partes necessariae, non tantum integrales, sed essentialis : vt enim in homine sunt necessariae integrales, vt caput, pectus, brachia, nares, manus, pedes, oculi, &c. & essentialis, vt corpus, & anima : ita in Sacrificio Missae sunt partes essentialis, vt oblatio, consecratio, & consumptio ; & integrales, vt Introitus, Epistola, Euangelium, Graduale, Canon, Offertorium, Orationes, &c. & sicut sublata vna parte essentiali non subsistit homo ; sublata autè vna integrali adhuc subsistit : sic dempta, & non audita vna parte essentiali Missae, non subsistit Sacrificium Missae ; dempta verò, & non audita vna parte integrali, adhuc Missa subsistit : & idèd si quaelibet istarum partium essentialium Missae desit, & non audiat, non impletur praeceptum, nec auditores satisfaciunt praecepto, nec à mortali culpa excusantur, nisi ignorantia excuset, iuxta probabiliorè opinionem, quam docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. initio, & cap. 25. num. 7. & primo loco citat ad marginem D. Thom. q. 80. a. 1. ad tertium Gabrielem lectione 15. & lectione 26. vtroque loco litera G. Vignerium c. 16. §. 3. versu 11. Sotum in 4. dist. 13. q. 1. a. 6. & a. 8. §. Dubium ergo, & q. 2. a. 1. col. 7. & alios multos. Sicut enim Christus Dominus instituit Baptismi essentialiam in materia, & forma illius : ita instituit essentialiam Sacrificij Missae in omnibus huiusmodi partibus essentialibus, quibus expressè significaretur mysterium Sacrificij crucis. Sed, quauis huiusmodi opinio Henrici haecenus explicata, sit admodum probabilis, & reuera tutior : tamen, vt docet Soarius tomo 3. de Sacram. disp. 88. sect. 2. §. Vltimò denique, fol. 1313. col. 2. sine. & fol. 1314. col. 1. initio, non est semper iniiciendus scrupulus, quando per tempus breue vna istarum pars omittitur, dummodò consecratio simul, & consumptio non omittantur : quia res haec moraliter est iudicanda, & adhuc non satis constat, in quo praecise consistat essentialia sacrificij Missae. Vide lib. 3. cap. 4. num. 28.

15. Restat inquirendum, an ille, qui voluntariè omittit Introitum, Epistolam, & Euangelium, reliquumque Missae vsque ad finem audiuit, praeceptum im-

Henric.  
D. Thom.  
Gabriel.  
Vignerium.  
Sotus.

Soarius.

15.

pleat, & mortaliter non peccet ? Sed hoc dubium iam satis, superque tractatum est num. 7. & num. 2. & 3. vbi inquisiuimus, quanam esset pars notabilis integrans Missam, ex cuius voluntaria omissione non impletur praeceptum : & resoluimus esse illam, in qua Introitus, & Epistola desit, & non auditur : colligitur tamen ex omnibus Doctoribus num. 1. citatis, non esse partem notabilem, respectu totius Missae, Introitus, Epistola, & Euangelium, ac proinde non peccare mortaliter, & satisfacere praecepto, si relicto etiam Euangelio reliquum Missae audiat, vsque ad finem : nam omnes illi dicunt, tertiam partem Missae esse peccatum mortale, & partem notabilem ; & Introitus, & Epistola, atque Euangelium, respectu totius reliquae Missae, non videntur pars notabilis, reliquis computatis ac compensatis. Sed tamen, quando in particulari loquuntur, & assignant notabilem partem, dicunt eam esse Introitum, & Epistolam cum reliquis intermediis, vt diximus in num. 2. quae opinio mihi videtur hodie communior, ac securior.

16. Sed doctrina praediecta, praesertim num. 2. sequitur primò, si quis accedat ad Ecclesiam die festo, animo audiendi Missam, & satisfaciendi praecepto, & inueniat aliquam inchoatam in Orationibus, vel Epistola, satisfacere praecepto, & nec venialiter quidem peccare, nec teneri postea implere defectum. Quod probatur ex duplici fundamento : primo, quia illa partis omisio fuit leuis : deinde fuit inuoluntaria, & casualis ; quam obrem nemo tenetur supplere illum defectum, audiendo in alia Missa, partem omisam ; quia praeceptum iam substantialiter fuit impletum ; & ille defectus fuit inuoluntarius, & inculpabilis : ac proinde nemo tenetur reficere illum, in quo culpam non commisit. Sic docet Soar. tom. 3. in 3. partem, disput. 88. sect. 2. Sequitur secundò, non peccare, nisi venialiter tantum, & implere praeceptum, illum, qui sciens & videns Missam inchoatam, non vult Ecclesiam ingredi, donec Epistola tota dicta sit. Patet : quia culpabiliter omittit partem minimam : nam, licet pars sit minima, tamen illa voluntas omittendi irrationabilis fuit, iuxta eundem Soarium dicto tomo 3. de Sacram. disput. 88. sect. 2. §. Sed quare.

17. Sequitur tertio, si qua pars fuit inuoluntariè omissa, v. c. quia ob necessitatem fecisti iter, putando te posse inuenire Missam in aliqua itineris parochia ; vel quia alia de causa fuisi occupatus, & serò Ecclesiam conuenisti, & inuenisti Sacerdotem in consecratione, & illam Missam audisti, timens non futuram aliam ; tunc quidem, quantum proprie, non impleas praeceptum, te excusari à mortali : quia mora illa non fuit voluntaria, ac proinde fuit inculpabilis : si tamen alia postea dicatur Missa, teneris implere defectum, vt praeceptum impleas ; quia data alia Missa, in qua possis implere defectum prioris, iam tollitur ratio excusationis : quod maxime procedit in ea satis probabili sententia, quae docet, eum, qui voluntariè omittit dimidiam Missam, non teneri postea audire Missam integram ; sed sufficere, si audiat aliam dimidiam ab alio Sacerdote : quam sententiam explicauimus num. 11.

18. Queritur tandem, quidnam illo verbo, audire, intelligatur : nam cap. Missas, de consecrat. dist. 1. ita dicitur : Praecipimus, Missas totas audiri, &c. Respondeo, audire verbum hic non sumi praesè & strictè ; sed late : audire enim hoc loco nihil aliud significat, quam voluntariam alicuius in loco, vbi Sacrum celebratur, praesentiam ; ita vt is Missam audire iudicetur, qui sponte Missae Sacrificio interest : sepe enim contingit, vt Missa prinaca ita submissa voce dicatur, vt nihil ab adstantibus audiat, & tamen praecepto Ecclesiae satisfaciunt, quia praesentia

16.

17.

18.

sententia sunt : aliquando etiam adèd magna est populi frequentia, vt Missa non ab omnibus audiat : & tamen, qui praesentes adiunt, praeceptum seruant : vnde surdi, qui nihil audiunt, & caeci, qui nihil vident, tenentur Missam audire, & non excusantur à praecepto. Ita docet Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. c. 3. q. 4. D. Anton. 1. part. tit. 9. c. 10. §. 1. Syluest. verbo, Missa, 2. q. 1. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Nauar. in Man. Lat. c. 21. n. 8. Sed de his fortè statim redibit sermo c. 7. n. 1. vbi latius hanc rem tractabimus.

Azor.  
D. Anton.  
Syluest.  
Sotus.  
Nauar.

CAPVT. VII.

Quae assistentia, attentio, & intentio requiratur ad audiendum Sacrum, vt praecepto satis fiat.

SVMMARIVM.

- Quot quaestiones in titulo comprehendantur. num. 1.
- Quae praesentia requiratur in auditione Sacri ex praecepto. num. 2.
- Non tenentur audire, aut intelligere verba Sacerdotis. n. 2.
- Satis est, quòd Missam sensu aliquo percipiamus. ibid.
- Sufficiat, quòd videantur caeremoniae, & aliquando neque has videre oportet. ibidem.
- An surdus, vel cecus teneatur audire. n. 2.
- Si Missa dicatur in alta turri non satisfacit praecepto, qui à foris assistit. An satisfaciat, qui in magna frequentia Missam ponit aliquam columnam audire. num. 3.
- An teneatur illam audire, qui simul est mutus, surdus, & cecus. ibidem.
- Qua attentio requiratur. n. 4.
- Peccat mortaliter, & non satisfacit praecepto, qui dum Missam audit, negotia tractat cum amicis, quae attentionem impediunt. n. 5.
- Qua illa sint. ibidem.
- Quid, si de mercatura ibi agat. ibidem.
- An illi, qui in auditione Missae sponte diuagantur mente, & cogitatione, satisfaciunt praecepto illius. numero 6.
- Referunt opinio affirmans. ibid.
- Astruitur negatiua. num. 7.
- Quid de Horis canonicis. ibid. & n. 7.
- Respondetur ad argumenta primae opinionis. num. 8.
- An possit quis, dum Missam audit in die praeccepti recitare Horas canonicas ex praecepto, aut penitentiam iniunctam implere. num. 9.
- Referunt opinio negans. ibid.
- Confirmatur affirmans. num. 10.
- Quae intentio requiratur formalis an virtualis. n. 11.
- Quae sit intentio, & voluntas formalis & expressa, quae virtualis. num. 12.
- Qui Missam audit in die Dominica, immemor obligationis praeccepti, & existimans non esse diem Dominicam, satisfacit, & non tenetur aliam audire. numero 13.
- Quid de Sacerdote scrupuloso, qui dubitat se habuisse intentionem consecrandi. num. 14.
- Et ipso, quòd non habuit intentionem expressam non consecrandi, habuit virtutem consecrandi. n. 14.
- Sacerdos, qui multas Hostias consecrandas accipit, & memor tantum vnus, verba consecrationis profert, omnes consecrat. n. 15.
- Quid de Sacerdote, qui accipit Hostiam, & pyxidem cum formalis, & vtrunque obvult in Offertorio, & postea Hostiam solum consecrat, pyxidem im-

memor. n. 15. versu, Hinc etiam. Quid si pyxis cooperta fuerit. ibid. Satisfacit praecepto audiendi Sacrum, qui ad Ecclesiam principaliter accedit, videntis pulchre feminae causa. num. 16. Praeceptum impleri potest cum peccato mortali. ibid. Famuli, & pupilli, qui Missam audiunt coacti à dominis, & pedagogis, alius non audiri, satisfaciunt. num. 17. Quid, si illi, dum Missam audiunt, hunc actum efficiant : Non audiremus, nisi cogermur. num. 18. Referunt opinio Sanctij circa hanc rem. num. 19. Quid, si quis vinculus, & omnino coactus in Ecclesia teneatur, vt Missam audiat. num. 20. An satisfaciat praecepto ille, qui vult Missam audire, & non vult praecepto satisfacere, siue habeat intentionem audiendi postea aliam, quae satisfaciat, siue non habeat ; imò habeat positiuam intentionem non audiendi postea aliam, & non satisfaciendi praecepto per Missam auditam. num. 21. Referunt prima opinio negans satisfacere. ibid. Referunt secunda opinio affirmans satisfacere, si postea mutet voluntatem, & dicat se velle per primam auditam satisfacere. num. 22. Quo tempore debeat mutare voluntatem. ibid. Impugnatur haec mutatio voluntatis. n. 23. Referunt tertia sententia, affirmans satisfacere, quauis positiuam habeat voluntatem non satisfaciendi, & non audiendi aliam. n. 24. Respondetur ad fundamenta primae opinionis, quae est communior. n. 25. Leges, & praeccepta solum obligant vt subditi eas obseruent in actu exercitio, hoc est, faciendo actum per illas imperatum, non autem in actu signato, seu cum aliqua intentione, vt illis velimus obedire. n. 26. Iudicium Auctoris circa has tres opiniones. n. 27. Prima est communior & probabilior, alia duae satis probabiles. ibidem.

19. In titulo tria petuntur, quae necessariò explicanda sunt. Primum est, quae assistentia requiratur, seu praesentia ad audiendum Sacrum. Secundum, quae intentio. Tertium, quae attentio. De his omnibus sigillatim agendum est, vt res clariores cuadant.

20. Quoad assistentiam, seu praesentiam, sic dico ac decerno. Ex vi praeccepti auditionis Sacri tenentur Quae praesentes corporaliter, ac praesentialiter Missis assistentia requiratur : ita vt, quantum in ipsis est, percipiant aliquo modo verba. & caeremonias illarum : nemo enim ad Missam tenetur audire, aut intelligere verba Sacerdotis, sed satis est, si ex longinquo Missa adfit surgendo, & genua flectendo, quoties opus est. Ita docet Nauar. in Manuali Latino, cap. 21. num. 8. Soar. tom. 3. Soarius. in 3. part. disp. 88. sect. 3. col. 2. fol. 1317. Caietanus. item. verbo, Festorum violatio. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. c. 3. q. 4. D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 1. D. Anton. Sylu. verbo, Missa, 2. q. 1. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. Syluest. 1. & alij. Probatur : quia praecceptum audiendi Sacrum nihil aliud importat, quam corporalem assistentiam, ac praesentiam ad rem Sacram : deinde, quia, si quis domi suae per totum Missae tempus sit attentus, non satisfacit praecepto : ergo in hoc praeccepto praecipitur praesentialis, ac corporalis assistentia : cum verò hac corporalis praesentia natura sua ordinetur ad percipienda sensibilibus verba, ac caeremonias Missae, talis praesentia requiritur, qualis necessaria est ad illa percipienda. Percipere autem, vt docet Sanctius lib. 3. de matrim. disp. 13. num. 11. & num. 9. & Petrus Ledesma de matr. quaest. Sanct. 45. artic. 5. punct. 3. dubio 2. & Segura 2. parte Directorij, cap. 15. num. 54. nihil aliud est, quam sensu aliquo externo aduertere ad id, quod fit.

Quid sit percipere, Sanct. Segura.





mus, nullatenus requirunt, vt ea faciamus ex formali, vel virtuali voluntate obediendi, vel implendi ipsa præcepta: quamobrem si Missam audisti summo mane attentè, & deuotè, nihil memor obligationis diei Dominici, implesti præceptum, & non teneris aliam audire, nec mutare voluntatè, vt per illam satisfacias: quia iam fecisti actum imperatum per præceptum audiendi Sacrum, & non erat necesse ad satisfaciendum præcepto, vt actum imperatum faceres, & Missam audires formali, vel virtuali intentione, seu voluntate satisfaciendi illi. Imò hinc inferunt satisfacere quenquam præcepto audiendi Sacrum, cum intentione formali, vel virtuali audiendi Sacrum, etiamsi habeat expressam intentionem non satisfaciendi præcepto, quia sufficit facere actum imperatum per præceptum, vt illud impleamus; & non est necesse, vt ipsum actum faciamus ex aliqua intentione formali, vel virtuali implendi illud, vt infra videbimus n. 24. quæ opinio est satis probabilis.

Satisfacit præcepto Missæ, qui formaliter, vel virtualiter vult Missam audire, licet expressè nolit implere præceptum Missæ.

Soarius. Azor. Rodrig.

13. Hunc etiam, qui Missam audiuit in die Dominica, immemor obligationis præcepti, & existimans non esse diem Dominicam, non teneri aliam audire, & satisfacere per eam præcepto, docent Soar. tom. 3. de Sac. disp. 88. sect. 3. col. 1. lit. B. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 1. q. 6. initio. Rodr. tom. 1. Sum. edit. 2. c. 123. n. 2. ex diuersis fundamentis. Præcipuum fundamentum Soarij est: quia eo ipso, quod ille non habuit hanc voluntatem, & intentionem formalem, *Nolo implere præceptum per huiusmodi Missam*, censetur habuisse virtuales implendi illud per illam. Et hinc infert Soarius ad implendum præceptum, opus esse non solum, vt faciamus actum humanum imperatum per illud; sed etiam vt faciamus illum, saltem ex intentione virtuali implendi illud: quam virtuales intentionem semper dari affirmat in ipso actu, quandiu illam per contrarium actum non excludimus; quæ etiam opinio est valdè probabilis, vt videbimus num. 22.

14. Et iuxta hanc doctrinam Soarij: & Sancij respondendum est ad sedandos scrupulos Sacerdotum dubitantium, an habuerint intentionem requisitam, ad consecrandam Hostiam: nam iuxta fundamentum Soarij, eo ipso, quod verba consecrationis dixerunt, & non habuerunt hunc actum, & hanc intentionem formalem, *Nolo consecrare*; virtuales habuerunt intentionem consecrandi. Iuxta fundamentum verò Sancij, illi solum tenentur, & præcipiuntur proferre verba consecrationis attentè & deuotè; non autem præcipiuntur, vt proferant cum intentione aliqua volendi consecrare, aut satisfaciendi præcepto obliganti ad consecrandum: & idò irrationabiliter scrupulis cruciantur; quia, quod sui erat muneris, præstiterunt.

15. Hinc Sacerdos, qui multas Hostias consecrandas accipit, & memor tantum vnus, quam manibus tenet, verba consecrationis proferit, omnes consecrat: quia, quanuis non habeat intentionem formalem & expressam eas consecrandi, habet tamen virtuales manentem ex actuali, quam habuit, computas esse consecrandi; quando illas accepit consecrandas. Ita docent Nauar. in Man. Lat. c. 25. n. 91. §. *Præterea*, in fine, & Scotus, quem ille citat in 4. dist. 12. & Ang. verb. *Euch.* 1. §. 27. & Panorm. cum communi in c. *Sacerdos*, de officio Ordin. Hinc etiam, si Sacerdos accepit Hostiam in Patena, & pyxidem cum formulis consecrandam: & vtrunque, Hostiam, scilicet, & pyxidem Deo obtulit, & post oblationem in altari coram oculis posuit suo tempore consecrandam: tempore verò consecrationis immemor pyxidem solum Hostiam manibus accepit, & super eam tantum verba consecrationis protulit; cerè

virunque consecrauit, & Hostiam, & pyxidem, quam præ oculis habebat, cuius fuit immemor: quia eo ipso, quod non habuit expressam voluntatem non consecrandi formulas pyxidem, habuit voluntatem virtuales illas consecrandi. Pater: quia Deo obtulit, vt consecraret, & non reuocauit illam voluntatem per aliam contrariam, & aliunde non defuit præsentia moralis: nec opus erat, quod manibus pyxidem teneret tempore consecrationis.

Quid autem, si Sacerdos non obtulit formulas, & postea consecrauit illas? Respondeo, vel meminisse se non obtulisse, vel non meminisse: si meminisse, & nihilominus consecrauit, peccauit mortaliter: quia voluntariè, & in re graui prætermisit ritum Ecclesiæ moraliter necessarium ad ipsam consecrationem tanquam præcedentem dispositionem ad illam. Si non meminisse, non peccauit: quia in aduerentia, & obliuio naturalis à peccato excusat; in vtroque tamè casu manent huiusmodi formulæ consecrate. Quid, etiamsi pyxidem cum formulis Deo obtulit discooperatam, & postea cooperuit, & iuxta calicem, aut ponè illum posuit: tempore verò, quo formulæ erant consecrandæ, pyxidem immemor, super solum Hostiam, quam præ manibus habuit, verba consecrationis protulit? Respondeo, etiam in eo casu formulas pyxidem consecrasse: partem enim refert, quod illæ sint cooperatæ, vel discooperatæ quoad valorem consecrationis, sicut partem refert quoad valorem oblationis, quod ipse calix, vel pyxis ipsa cum cooperatorijs Deo offerantur. Ita docet Henriq. lib. 8. de Euchar. cap. 14. num. 2. sic enim ibi ait, *De more seruatur in aliquibus locis, vt Sacerdos formulas in custodia etiam cooperatæ inclusas, aut sub alijs formulis occultatas simul consecret, & vinum in calice cooperato: nunc autem iuxta Missale, calix vini, dum consecratur & eleuatur, debet esse discooperatus.*

Henriq.

16. Ex dictis supra infertur, primò satisfacere præcepto audiendi Sacrum, illum, qui ad Ecclesiam venit principaliter ex libidinosa intentione, ad videndam feminam pulchram, si Missam audiat: quia quanuis tunc mortaliter peccet contra sextum præceptum, tamen illa intentio libidinosa non destruit intentionem virtuales implendi præceptum: nec obstat dicere, illum non audierunt Sacrum, nec ad Ecclesiam accesserunt, nisi hæc occasio daretur videndi ipsam feminam: nam exinde solum sequitur peccare illum mortaliter; potest enim quis malo fine Ecclesiam adire, & in ea benè Missam audire, & cum mortali peccato potest quis implere præceptum vt optime docet Nau. in Enchir. de orat. c. 20. n. 29. & in Man. Lat. c. 21. n. 17. & D. Thom. 2. 2. q. 100. & 2. 2. q. 44. a. 1. & 6. Sic Clericus recitans pensum diuini Officij cum peccato mortali, peccat mortaliter; & tamen præcepto satisfacit, vt dicemus infra num. 19. & Conil. Trid. sess. 6. c. 6. declarat hæreticum esse illum, qui dixerit, opera nostra ob id solum, quod fiant extra statum gratiæ, esse peccata. Præterea intentio formalis & expressa peccandi in videnda & concupiscenda femina, non excludit virtuales intentionem audiendi Sacrum, & satisfaciendi præcepto illius: eo enim ipso, quo quis formaliter & expressè hanc intentionem non excludit, virtualiter includit, iuxta doctrinam Soarij superius traditam. Et verò quod huiusmodi homo, qui Ecclesiam adit principaliter ad videndam feminam, aliter nõ adit, satisfaciat præcepto Missæ, si in ea Missam audiat, docet expressè Nau. in Man. Lat. c. 21. n. 7. §. *Non tamen*, & Soar. tom. 3. de Sac. disp. 88. sect. 3. Medin. C. de confess. quæst. de penitent. tempore Missæ impleta, contra D. Antonium. 2. part. tit. 9. c. 10. §. 2.

16.

Nauar. D. Thom.

Nauar. Soar.

Medina.

Infertur

17. Infertur secundo, famulos, seruos, filios, pupillos, alumnos, & si qui sunt alij, qui Missam audiunt coacti à dominis, parentibus, & pedagogis, aliàs non auditori, satisfacere præcepto audiendi: quia, quanuis in eo peccent, tamen cum peccato possunt implere huiusmodi præceptum: & quia illa repugnantia magis datur ex parte molestiæ itineris, quam ex parte rei sacræ. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. part. disput. 88. sect. 3. col. 2. litera B. contra eundem D. Antonium allegatum.

Soar.

88.

Soar. Ledesma.

Si tamen huiusmodi filij, famuli, & pupilli, dum Missam actu audiunt, hunc actum efficiant, & hanc intentionem habeant: Non audierimus, nisi cogermur, & nisi parentem, hærum, pedagogum (omnes respectiue) comitaremur, existimat Soarius modò allegatum, & Petrus Ledesma in Summa, vbi de Euch. cap. 27. post 10. conclusionem, pag. 344. eos non satisfacere præcepto, & quia per eum actum virtuales excludunt virtuales intentionem, & voluntatem audiendi Sacrum, & satisfaciendi præcepto: & quia tunc non datur pigritia in parte molestiæ itineris, sed repugnantia ex parte rei sacræ, & positiua declaratio, qua declarant, se contra voluntatem id facere; & denique, quia tunc illa conditionalis. Hi non audierunt, nisi heros, aut parentes, & pedagogos comitarentur, in intellectu diuino est vera: videt enim Deus, illos reuera non aliter facturos, nisi dominos, & parentes comitarentur, & contrariam voluntatem præcepto penetrat.

19.

Sanchez. Soar. Azor.

Sancius autem tomo 1. Decalogi lib. 1. cap. 13. numero 8. affirmat, hos omnes in omnibus his casibus satisfacere præcepto, si attentione requisita audiant: quanuis, dum audiunt, actuali non audiendi voluntatem habeant, nisi cogermur: quia hi omnes comparandi sunt illis, qui metu graui, & in virum constantem cadente præceptum implent, aliàs non impleturi, nisi eo metu cogermur. Et hi quidem, qui metu graui præceptum implent, satisfaciunt, vt docet idem Sancius loco allegato, num. 7. & Sotus lib. 2. de iust. quæst. 3. artic. 9. col. 3. & Azor tomo 1. lib. 10. Institut. moral. cap. 12. quæst. 9. nam, quanuis omnes mortaliter peccent, vt reuera peccant: tamen, cum nec metus grauis, nec reuerentia grauis tollat libertatem, sed tantum minuat; illa quidem impletio adhuc libera manet; & est actus liber, & humanus; ac proinde illo satisficit præcepto, ita vt nulla maneat obligatio iterum illius implendi. Et quanuis illi loquantur de præcepto recitandi Horas canonicas, & dicant, eos, qui per metum grauem, & vim extrinsecam illarum, in virum constantem cadentem, Horas recitant, aliàs non recitaturi, quanuis, dum recitant, hanc voluntatem habeant: Non recitaremus, nisi cogermur, tamen statim addunt, & eadem est ratio de præcepto Missæ, ieiunij, & de impletione voti, & iuramenti, imò & de impletione penitentia in iuncta à Confessario; nam, postquam Sancius citatus locutus fuit de voto, & iuramento, statim addidit: *Et idem dicendum est de penitentia sacramentali iniuncta: illa enim verè impletur, si opus iniunctum executioni mandetur, etiam cum expressa intentione illius non implende: nec opus est, vt mutetur ea intentio, sed satis est serre, per illud opus impletum iam esse.* Hæc Sancius citatus num. 17. Et verò præcipuum fundamentum est: quia, dum habent actu illam voluntatem conditionalem: Non audierimus Missam, non ieiunarem, non recitarem Officium diuinum; nisi ita cogermur perinde est,

ac, si istam habeant: Non impleverimus præceptum hoc, nisi cogermur, in quo solum peccant lethaliter, quia tenebantur absolutam voluntatem implendi habere; re tamen vera præceptum implent, ita vt cesser obligatio iterum implendi, quia reuera intendunt facere actum, quem præceptum imperat; & illum à parte rei faciunt liberè, quanuis iniurè.

Si tamen quis positiua, & contraria voluntate, qua nolit Sacrum audire, & Satisfacere præcepto, in Ecclesia omnino vincit detineatur, vt Missam audiat, non satisfacere præcepto: quia tunc morte peccidis, & non actu humano audire: nam in tam absoluta & præcisa vi ex parte aliorum, & repugnantia ex parte illius, careret profectò omni absolute voluntate, aut implendi præceptum, aut faciendi actum, per quem impletur. Ita docet Sancius tom. 1. Decalogi lib. 1. c. 13. n. 5. & Sotus Sanchez lib. 2. de iust. q. 3. a. 9. col. 3. Medina 1. 2. q. 100. Soar. art. 9. paulò post initium. Soar. tom. 3. de Sacram. Medina disp. 88. sect. 3. versu. *Circa posteriore partem.* Azor tom. 1. Inst. moral. cap. 2. q. 6. & lib. 10. cap. 12. q. 9. Sic non implet præceptum ieiunij ille, cui omnino iniurè subtrahitur cibus: nec penitentiam flagellationis is, qui ex odio ab inimicitias ab alio flagellatur; vt probat idem Sancius allegatus num. 5.

Sanchez. Soar. Medina. Azor.

Dubium tamen præceptum est, vtrum satisfaciat præcepto ille, qui vult Missam audire, aut Horas canonicas recitare; non tamen vult implere præceptum recitandi Officium, aut audiendi Sacrum. Quod dubium iam supra manet prælibatum; nunc autem, maioris claritatis gratia, funditus exponetur: quod duobus modis potest contingere. Primò, si quis audiat Missam in die festo, dicendo: *Volo audire hanc Missam ex deuotione: postea audiam aliam ex obligatione præcepti: quia ea præcepto nolo satisfacere.* Secundò, si absolute dicat: *Volo audire hoc Sacrum; sed nolo per illud satisfacere præcepto.* nec intentionem habeat audiendi postea aliud, per quod satisfaciat. Et hæc de re sunt tres opiniones. Prima omnino negat, huiusmodi hominem in vtroque euentu satisfacere præcepto; & ait, teneri iterum aliam audire, & peccare lethaliter, si non audiat, nec posse mutare animum, dicendo: *Volo per Missam auditam implere præceptum.* Hanc opinionem tenet absolute Medina C. de Orat. q. de Horis canonicis serandis, dub. vltimo. Nauar. in cap. *Quando*, de consecrat. dist. 1. cap. 13. n. 15. & 27. & 28. & cap. 16. n. 73. & 74. Ledesma 2. p. 4. q. 16. a. 6. dub. 3. Palatius in 4. dist. 15. disp. 10. fol. 160. Angles in Floribus, 1. p. vbi de orat. q. 5. difficultate 4. Azor tom. 1. Institut. moral. lib. 7. c. 2. q. 6. & lib. 10. cap. 8. q. 7. & cap. 12. q. 8. Rodrig. tomo 1. Summæ, in 2. edit. cap. Rodrig. 144. num. 2. Petrus de Ledesma in Summa, vbi de Eucharist. cap. 27. post 10. conclusionem, fol. 344. & tomo 2. Summæ, tract. 9. cap. 4. fol. 1084. & Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 25. num. 6. sine, Henriq. vbi hanc opinionem tutiorem appellat. Probatur primò, quia ille, qui debet centum Petro, non satisfacere debito, totidem eidem Petro liberaliter donans; etiamsi postea mutet voluntatem, & dicat se per illam donationem velle satisfacere debito quia donatio fuit actus liberalis, & solutio debiti est actus iustitiæ commutatiuæ: ergo pari ratione, si quis Missam audiat in die festo ex deuotione, vel cum intentione non satisfaciendi præcepto, sed audiendi aliam: per quam satisfaciat, vel cum intentione absoluta non audiendi aliam, non poterit postea mutata voluntate per priorem Missam satisfacere præcepto:

21.

Medina. Nauar.

Ledesma. Palat.

Angl.

Azor.

Petrus de Ledesma.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

quia illa prima fuit audita, veluti ex donatione liberali: ista vero est quaedam obligatio praecepti...

22. Secunda opinio in omnibus concordat cum sententia. Prima, & ab ea solum differt, quod asserat, mutata voluntate in tempore habili, hoc est, intra tempus matutinum eiusdem diei festi, quo Missa dicitur...

Soarius. Lessius.

Aragon.

Verum haec mutatio voluntatis non placet Auctoribus primae opinionis absolute negantibus, posse per primam Missam impleri praeceptum, & affirmantibus opus esse audire aliam; ut praeceptum impleatur, & peccatum esse mortale, si non audiarur, & non sufficere mutare voluntatem.

audiendi praecepto, & ex attentione, & vno deficiente deficit substantia ipsius actus: ergo non fuit actus factus quoad substantiam Tertio: quia alioqui etiam post trigessimam diem, imò & post unum integrum annum mutata intentione satisficeret praecepto...

Tertia opinio absolute docet, huiusmodi hominem, qui in die festo Missam audit cum expressa intentione non implendi per illam praeceptum, sed per aliam; non teneri postea aliam audire, nec opus esse mutare animum, sed per illam impleuisse praeceptum, & illi satisfecisse; nec peccare mortaliter, si animum habuit audiendi aliam eodem die, qua impleret praeceptum; peccare vero mortaliter, si expressum animum habuit, non satisfaciendi praecepto per illam, nec audiendi aliam eodem die, qua satisficeret: peccare, inquam; mortaliter, non contra praeceptum speciale audiendi Sacrum, cum illud non obliget, nisi ad actum ipsum externum auditionis Sacri liberum & humanum, quocumque modo & intentione audiatur; sed contra praeceptum naturale diuinum, quo quisque tenetur subiectus esse legi, & Legislatori iusta praecipienti.

24. Tertia sententia.

Soarius. Lessius. Valentia. 2. 2. disput. 6. q. 2. puncto ultimo. Valquez 1. 2. q. 100. art. 9. in expositione literae, a num. 5. & fauet vehementer D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 3. ad 2. dicens, posse quenuquam, actum virtutis explere, non attendendo ad rationem praecepti; & Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 5. ad finem corporis, versus, Supra haec autem, ubi ait, praeceptum audiendi Sacrum obligare solum ad ita audiendum, ut sit actus humanus: nam Legislatores formalem intentionem non praecipiunt sed tantum actus substantiam. Et Sancius allegatus dicto n. 13. ait hanc sine dubio esse probabilior sententiam. Probat primò: quia praecepta non obligant ad habendam intentionem illis satisfaciendi, sed ad faciendum solum opus per illa imperatum: unde nullus praeceptum violat, eò quòd nolit habere intentionem formalem, vel virtutalem volendi illis satisfacere, ac proinde non violantur praecepta contraria intentione & voluntate. Secundo: quia per leges, & praecepta solum praecipitur nuda, & libera, & humana executio operis externi, & non ut fiat ex intentione formali, vel virtuali; cum verò hic actu humano, libero Missa audiarur, aut Horae canonicae recitentur, quantum quis nolit satisfacere, verè satisfaciunt: nec enim est in manu hominis, praeceptis non satisfacere, posito, quòd velit opera, quae illa praecipiant, efficere: nam, si vult actum efficere imperatum, quantum nolit efficere, ut praecepto satisfaciatur, necessarìo satisfaciunt: est enim implicatio quaedam, velle facere actum imperatum per legem humanam, & non satisfacere legi. Tertio probatur: quia, qui per contemptum Missam audiret, verè impleret praeceptum, licet cum peccato, & non teneretur aliam audire; ergo à fortiori implebit ille, qui illam audit cum intentione non satisfaciendi praecepto, & non audiendi aliam, licet mortaliter peccet. Quarto, quia praeceptis negatiuis non furandi, non mæchandi, non iurandi, non occidendi, satisfaciuntur per solum liberam omissionem furii, fornicationis, & occisionis, etiam si

Sancius. Valentia. Vasquez. D. Thom.

Sotus.

Soarius.

Arag.

27. Iudicium Auctoris.

etiam si id omittamus, cum expressa intentione non satisfaciendi praeceptis: ergo etiam & praecepto postiuo audiendi Sacrum satisfaciemus per solum nudam effectiorem actus imperati, etiam si illum faciamus cum intentione non satisfaciendi praecepto imperanti, cum par sit utrobique ratio.

Neque obstat fundamenta primae contrariae opinionis num. 21. posita. Ad primum enim respondetur, actum illum audiendi Sacrum ex deuotione, & cum postiuo intentione non satisfaciendi praecepto, fuisse liberalem ex intentione agentis; natura tamen sua cadere sub praeceptum; & cum praeceptum non curet, an opus ex deuotione, vel alia intentione fiat, non est necesse, ut semel ex deuotione effectus, iterum fiat ex praecepti necessitate. Deinde, quia est diuersa ratio in debito de iustitia, & de praecepto: nam iustitia obligat ad aequalitatem seruandam inter debitum, & solutionem debiti, quae aequalitas non seruatur; quando debitum non soluitur ut debitum, sed liberali intentione donandi, & sic per donationem liberalem acceptatam ut donationem, non satisfit debito iustitiae: satisfit verò, si non ut liberalis donatio, sed tanquam debiti solutio acceptetur, intendendo ut alter obligatione iustitiae liberetur. Tandem, quia obligatio iustitiae pendet ex contrahentium voluntate, & idèd extra eorum intentionem non egreditur: at verò obligatio legis & praecepti non pendet, nisi ex intentione Legislatoris; & idèd subditus, illius obligationem prorogare nequit.

26.

Ad secundum responsum manet in solutione primam, licet ille actus ex parte audientis Sacrum fuerit liberalis, & intentionem agentis non egrediat; tamen ex parte acceptantis Ecclesiae, non acceptatur, ut donatio liberalis, sed ut solutio debiti ex legis obedientia contracti. Ad tertium responderetur obligare leges solum, ut subditi velint eas obseruare in actu exercitio, non in actu signato, hoc est, ut velint actum imperati per legem exercere: non tamen obligant illos, ut habeant intentionem satisfaciendi per illud opus praecepto legis. Ad vltimum negatur esse hoc intelligibile, ut patet ex dictis: & idèd praeter Auctores citatos, hanc opinionem probabilem esse dicit Soar. tom. 3. de Sacrament. disp. 88. sect. 3. vers. Circa posteriorem partem, & illam dicit aequè probabilem ac priorem Arag. 2. 2. quest. 83. art. 13. fol. 864. vers. Sed dubitabit aliquis, & Leonard. Lessius lib. 2. de iustit. c. 37. dub. 10. num. 59. & cap. 46. dub. 6. num. 42. Sed Lessius, Soarius, & Aragonius, loquuntur cum illa moderatione, quam proposuimus num. 22. modò, scilicet, mutet voluntatem in tempore habili: reliqui verò Doctores num. 24. allegati hanc moderationem non admittunt, & absolute id affirmant.

Ego existimo, omnes has opiniones esse probabiles, & in praxi tutè, ac securè posse sequi quamlibet illarum: magis tamen inclino in primam; & quia plures Doctores habet, & grauiores rationes; & quia est reuerà tutior ac securior, & opinio Sancij videtur laxior aliquantulum, quantum sit conscientis fauorabilior: ex ea tamen facilis occasio oriri potest aliqualis relaxationis in obseruantia Ecclesiasticorum praeceptorum; & quod maius est, alicuius contemptus: & idèd opus est huic ostio clanculum addere, ne occasio sit perditionis animarum.

CAPVT VIII.

An in vincula detrusi, & excommunicati etiam tolerati, teneantur Missam audire: & utrum illi, qui priuilegium habent ad Missam audiendam tempore interdicti per Bullam, vel aliud Diploma, teneantur illam audire diebus festis; & an possint deferre famulos.

SVM MARI VM.

Excommunicati, & interdicti etiam tolerati excusantur ab obligatione praecepti audiendi Sacrum. num. 1. Etiam si per illos sit, quominus absoluantur. ibid. Peccant mortaliter non procurando absolutionem, cum possint, non tamen contra praeceptum Missae audiendo. ibid.

Excusantur etiam ipsi, qui in carcere detinentur, tam publico quam secreto: & idem dicendum est de iis, qui iurantur domo non egredi, in qua loco carceris detinentur. num. 2.

Qui est excommunicatus, & culpa sua non absoluitur, ut praeceptum annuae confessionis possit implere, peccat mortaliter contra praeceptum ipsius confessionis, non tamen contra praeceptum Missae. num. 3.

Quid si tantum habeat peccata venialia? num. 4.

Qui tempore Quadragesimae peccata venialia habet, tenetur accedere ad Confessionem, sed non dicat, se non habere aliquid mortale. num. 5.

An illi, qui priuilegium habent ad audiendam Missam tempore interdicti, teneantur eam audire, ita ut mortaliter peccent, si non audiant contra praeceptum illius: est dubium. Probabile est non teneri. num. 6.

Probabilius tenori. num. 5.

Soluantur argumenta primae opinionis affirmantis non teneri. num. 6.

Aliquando cogitur quis vi suo priuilegio, & in quo casu. num. 6.

Non est praeceptum positiuum non audiendi Sacrum tempore interdicti. num. 7.

Quomodo intelligenda sunt verba Bullae Cruciatæ, quatenus dicunt, ut Bullam habentes possint Missam audire, tempore interdicti. num. 8.

Qui habet Bullam Cruciatam, aut aliud priuilegium ad audiendum Sacrum tempore interdicti, eadem distantia illud tenetur audire, qua teneretur, si illam non haberet. num. 9.

Priuilegium ad audiendum Sacrum tempore interdicti non valet ei, qui interdicti causam dedit. num. 10.

Viri, vel femina nobiles habentes priuilegium ad audiendum Sacrum tempore interdicti, possunt audire illud cum solito, famulorum comitatu. num. 11.

Quid nomine familiarium in iure intelligatur, quando priuilegium alicui, & familiaribus illius datum est? ibid.

Inter eos, qui ab obligatione audiendi Sacrum excusantur, constituuntur veluti in primo loco excommunicati omnes etiam tolerati, & interdicti, tam generaliter, quam specialiter, siue interdictum sit personale, siue sit locale, licet absolutionem procurare neglexerint: quantum enim mortaliter peccent, illam non procurando, cum possint illam confecti, & teneantur eam circumstantiam in confessione declarare; tamen non peccant non audiendo Missam, quia iure sunt impediti, & non tenentur tam remore se disponere ad impletionem praecepti.

*Nauarr.* cepti audiendi illam. Ita docet Nau. in Man. Lat. cap. 23. n. 3. argumento cap. *Quia diuersitatem*, de concess. præbendæ. Soar. tomo 3. de Sacram. disp. 88. sect. 6. Tolerus lib. 6. Summæ, cap. 9. num. 1. §. *Prima causa*. Azor tomo 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. §. *Primo igitur loco*. Angel. verbo, *Missa*, §. 57. Syluest. verbo, *Missa* 2. num. 1. Dixi, etiam tolerari: quia Extraneus Martini V. *Ad euitanda*, in nullo illis fauet: & sic ita se gerere debent, ac si essent iam nominatim declarati, & idèd nec in sacris, atque diuinis, nec in humanis communicare possunt cum hominibus licite: nec se ingerere communicationi hominum: possunt tamen fideles cum eis communicare, dummodo non sint nominatim denunciati, vt diximus cap. 5. num. 19. 22. 23. & n. 16. & si huiusmodi excommunicati communicent cum alijs in diuinis, semper committunt peccatum lethale, iuxta ea, quæ diximus prædictis numeris 19. 22. & 23. & idèd ad euitandum peccatum mortale, & proprium damnum spirituale excusantur ab obligatione huius præcepti, vt speciatim docent Tolerus, Azor. Sylu. locis allegatis.

Excusantur etiam à præcepto audiendi Sacrum, omnes illi, qui in carcere, tam publico, quam priuato, vel etiam domi suæ detinentur, etiam si culpa sua graui, nolint ab eo carcere, tam publico, quam priuato, liberari, cum possint. Ita docet Soarius loco allegato. Tolerus etiam citatus, vbi ait, idem etiam dicendum esse de illis, qui iuramento se astrinxerunt, non egressuros domo, in qua loco carceris detinentur. Docent etiam omnes prædicto numero 1. allegati. Ratio est: quia, dum impediti sunt vinculis, ratione vinculi excusantur, & aliunde præceptum audiendi Sacrum non obligat, ad tollendum impedimentum, vt Sacrum audiatur, sed solum obligat, vt sublato eo impedimento, *Missa* audiatur: vnde, etiam si quis videat, se posse inhabilem fieri per aliquot dies, vel menses, & impediri ad audiendum Sacrum, incurrendo excommunicationem, aut committendo crimen, ob quod in carcerem mittatur, non peccat specialiter contra ipsum præceptum audiendi Sacrum; licet voluntariè det causam carceris, & excommunicationis: quia nemo tenetur tam remotè se disponere ad implendum hoc præceptum, vt specialiter probat Soar. num. 1. allegatus.

Oppones: Ille, qui est excommunicatus, & ob excommunicationem, in qua est, omittit annuam Confessionem, & Communionem, si negligenter se gerat, & per cum stet, quominus à tali excommunicatione absoluat, præceptum frangit Confessionis, & Communionis, & tenetur eam circumstantiam confiteri, vt docet Nauar. in Man. Lat. cap. 21. num. 34. & D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 8. & probat latè Soarius tomo 3. de Sacram. disp. 88. sect. 6. §. *Prima*, ergo etiam pari ratione, præceptum *Missæ* frangit ille, per quem stat, non absoluti ab excommunicatione, & non liberari à vinculis, & carcere, vt præcepto *Missæ* satisfaciat, cum æqualis videatur esse ratio, vbi est æqualis culpa ac negligentia. Sed responderetur, esse diuersam vrobique rationem: quia præceptum Confessionis ex vi sua obligat sub mortali ad redintegrandam amicitiam cum Deo, & ad constituendam animam de peccato in statu gratiæ amittæ, & consequenter obligat sub mortali ad omnem dispositionem antecedentem, necessariam ad remissionem peccatorum obtinendam, ac proinde ad Confessionem, cum ipsa Confessio sit medium, ac remedium necessarium ex Christi institutione ad peccatorum remissionem. Similiter præceptum Eucharistiæ consequenter obligat ad præmittendam confessionem, si necessaria sit, vt reuera est, in eo, qui in

peccato mortali est: quamobrem huiusmodi præcepta Confessionis, & Communionis, ex natura sua maiorem diligentiam requirunt, vt impedimenta excommunicationis tollantur, quam præceptum audiendi Sacrum. Dices, id verum esse, quando aliquis est in mortali peccato: ergo, si non habuerit conscientiam peccati mortalis, non peccabit contra præceptum annualis Confessionis, si negligens sit culpabiliter, in procuranda absolutione censuræ, quod huiusmodi præcepto Confessionis satisfaciatur? Respondeo, adhuc peccare mortaliter contra huiusmodi præceptum annuæ Confessionis: quia præceptum hoc ex natura sua obligat sub mortali ad redintegrationem amicitie, & gratiæ Dei amittæ; ac proinde omnes obligat absolute; & per accidens est, quod hic, vel ille, illum non amittat, cum absolute lex sit directiua, & leges directiue obligant indifferenter omnes personas in omni euentu, vt suppono ex materia de legibus. Præterea, præceptum Confessionis obligat etiam illos, qui venialia tantum habent, saltem ad tollendum scandalum, accedere ad Confessarios, vt dicant, se non habere conscientiam vilius peccati mortalis, aut etiam ad Confessionem venialium in communi, aut alicuius venialis in particulari, vt optime docet Tol. lib. 3. Summæ, cap. 3. num. 2. Victoria in Summa, vbi de Confessione, num. 127. & 129. Vivald. in Candel. vbi etiam de Confess. n. 51. §. *Tertia conclusio*. D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 1. quæstionc. 4. ad 1. Vega lib. 5. Syluæ, casu 494. fol. 330. col. 3. & Sotus in 4. dist. 18. q. 1. a. 3. fol. 747. Angles in floribus, quæst. de confess. a. 4.

Dubium tamen est, vtrum illi, qui priuilegium habent ad audiendum Sacrum tempore interdicti, v. c. Cruciferi Commendatores, & qui habent Bullam Cruciatæ, & Clerici etiam primæ tonsuræ, qui ratione Ordinis in tota Hispania, & Lusitania, habent hoc priuilegium, teneantur die festo illud audire sub lethali, & præceptum implere, de quo planè dabo bipartita est opinio. Prima docet, non teneri. Ita docet expressè Auila de censuris, part. 5. de priuatione omnium diuinorum Offic. disp. 4. sect. 2. dub. 6. vbi dicit, Victoriam, Canum, & alios viros doctos hanc opinionem tenere; & affirmat idem etiam tenuisse viros grauissimos Salmanticæ in suis prælectionibus, Henriquez lib. 13. de exc. & interd. cap. 48. num. 1. litera D. sine, & lib. 7. de Indulgent. cap. 13. num. 3. & ita docet Rodrig. in Summa, 1. part. cap. 249. num. 14. & Hieronymus Flamma 3. part. Methodi, c. 5. §. 12. pag. 492. Lud. Lop. 2. part. instr. cap. 79. tit. de Euchar. pag. 99. verfi. *Quod quidem*. Ledesma in Summa, 1. part. titulo, *De Sacram. Euch.* cap. 27. pag. 344. verfi. *La segunda dificultad*. Fundamenta illorum hæc sunt. Primò, quia nemo obligatur vti priuilegio sibi concesso: alioqui enim, iam gratia, non gratia, sed onus esset; & libera facultas in obligationem verteretur: nam, quæ in gratiam & fauorem alicuius conceduntur, non debent in damnum illius retorqueri, iuxta regulam, *Quod ob causam*, de regulis iuris, in 6. Secundò, quia tempore interdicti obligantur laici non audire diuina Officia, tenentur etiam *Missis* non interesse: ergo, qui habet huiusmodi priuilegium, benè potest se conformare huic præcepto, & obligationi, si velit: præcipuè cum sit valdè conforme, & iuxta intentionem Ecclesiæ, quod omnes se se componant ad dispositionem huiusmodi præcepti, vt sic censuræ Ecclesiæ suum vigorem non amittant. Tertio, quia, si diceretur *Missa* extra Ecclesiam, in aliqua Ecclesia extra mœnia vrbis, cuius distantia nõ esset tanta, vt alioqui deobligaret à præcepto, (si non esset interdictum), nemo teneretur illuc ire audiendæ *Missæ* causa, tempore interdicti,

quantis haberet interdictum: quia se potest conformare ipsi interdicto: ergo nec etiam tenetur illum audire, quantis prope sit Ecclesia, & distantia breuis. Est quidem ista sententia probabilis.

5. Secunda sententia probabilior.

Cenedo Soarius. Valdes. Sotus.

Nauar. Vinaldam. Med.

Ledesma. Lud. Lop. Henrig.

Rod. Anton. de Campis. D. Thom. Azor. Gomez.

D. Thom. Vega. Sotus. Angles.

Auil.

Henrig.

Rodrig.

Flamma. Lud. Lop.

Ledesma.

6. Superest, vt soluamus argumenta primæ opinionis. Ad primum fundamentum illius modò respondimus. Ad instantiam responderi potest, aliquando cogi, ac obligari quenquam vti suo priuilegio sibi pro fauore speciali concesso, maxime si sit concessum ob fauorem animæ: nam condemnatus ad mutilationem membri, vel grauem pœnam temporalem, ad triremes, videlicet, quia extraxit, v. g. frumentum, vel pecunias à regno prohibitas; si haberet priuilegium ad eas extrahendas, profectò teneretur sub lethali vti suo priuilegio, ad euadendum temporalem pœnã. Vnde, si ratione damni temporalis cogitur quis vti suo priuilegio, quantò magis ratione euitandi damni spiritualis illo vti cogeretur? Nam negandum non est, ex priuatione *Missæ*, & diuinorum Officiorum, maxima & ingentia dâna spiritualia refultare: inde enim ardor fidei tepescit, hæreses pullulant, crescit indeuotio, & alia incommoda emergunt vt constat ex cap. *Alma mater*, de sent. excom. in 6. ad quæ omnia incommoda euitanda, Sacramenta ministrari, & diuina Officia celebrari, P. Steph. Faundez in quinq. præc. Eccl.

tempore interdicti, certis, statutisque diebus concedit Ecclesia.

Ad secundum responderetur, tempore interdicti non esse præceptum positium de noua audienda *Missa*; sed esse priuationem quandam diuinorum, vt docet Petrus Cenedo in quæst. canoni. q. 44. n. 6. quæ priuatio tollitur per Bullam, vel aliud simile priuilegium: & sic obligat præceptum ecclesiasticum audiendi *Missam*, quod etiam obligaret tempore interdicti. Sic etiam præceptum ieiunij, & ipsius *Missæ*, non obligat tempore ægritudinis; sed suspenditur ea obligatio, dum durat ægritudinis impedimentum: sublato verò eo impedimento, & restituta sanitate obligat, vt sequenti capite videbimus. Quamobrem fallum est, quod inferebat Auila n. 4. allegans, eum, qui priuilegium habet audiendi Sacrum tempore interdicti, posse se conformare, si velit, præcepto non audiendi illud eodem tempore, cum nullibi detur tale præceptum non audiendi tempore ipsius interdicti: nec vllibi in iure scriptum reperitur: imò audiendo illud se conformat præcepto Ecclesiæ audiendi Sacrum.

Neque obstat, Summos Pontifices dicere in Bulla Cruciatæ, quod illi, qui eam habuerint, possint Sacrum audire, etiam tempore interdicti apostolici, quia in illis verbis; *Possint audire*, non concedunt Summi PP. libertatem ad liberè & licitè audiendam, vel non audiendam *Missam*, provt maluerint; sed legitimus sensus illorum verborum est: His, qui hæc Bullam susceperint, soluto solito stipendio, eamque habuerint, tollitur impedimentum, quo erant impediti ad audiendum Sacrum, & priuati hoc ingenti bono spirituali. Neque enim opus erat, vt dicerent Summi PP. Præcipimus habentibus Bullam, illamque suscipientibus, vt *Missam* audiant diebus festiuis, quia actum agerent, cum hoc iam præceptum sit ab Ecclesia; & solum voluit significare per illa verba, sublatum esse impedimentum, & pœnam acerbissimam temporis ipsius interdicti, & obligare præceptum Ecclesiæ audiendi Sacrum, à cuius obseruatione inuiti priuabantur propter delictum illius, cuius causa interdictum positum fuit.

Ad tertium fundamentum primæ opinionis respondendum, falsum esse, non obligari quenquam, tempore interdicti, si Bullam habeat Cruciatæ, ad audiendum Sacrum, in ea distantia extra mœnia, in qua obligaretur, si tempus non esset interdicti. quo obligatur, vel deobligatur tempore interdicti, quando habet Bullam, vel aliud priuilegium ad audiendum Sacrum: vt optime animaduertit Cenedo l. quæst. canoni. q. 44. n. 17. fine.

Animaduertendum tamen est, priuilegium audiendi *Missam*, & diuina Officia, tempore interdicti, non valere ei, qui fuit causa eiusdem interdicti, aut cuius culpa, dolo, vel fraude fuit commissum delictum, ob quod ipsum interdictum fuit positum, vt notant communiter Doctores, præsertim Nau. in Man. Latino, c. 27. n. 180. Petr. Cenedo lib. de quæst. can. q. 44. in initio, & titulo illius: neque enim Ecclesia vult eis fauere, qui causam interdicti dederunt; nec iustum, aut rationabile est, vt faueat eis, per quos stat interdicti causa cum tanto damno spirituali aliorum, & tam acerba pœna priuationis auditorum Sacri, & assistentia diuinorum Officiorum.

Ij tamen priuilegiati, qui speciale priuilegium habent ad audiendam *Missam* tempore interdicti, & assistendum diuinis Officijs, vel per Bullam Cruciatæ, vel per aliud simile priuilegium, possunt illam audire, & diuinis Officijs interesse cum suis famulis, & comitatu solito, vt docet idem Nauar. dicto c. 27. n. 180. Azor. tomo 1. Inst. moral. lib. 5. c. 23. q. 7. Angel. verbo, *Priuilegium*, num. 7. & alij communiter. Et ratio est: quia, vt in prædicto cap.

Nauar. D. Anton. Soarius.

Cenedo.

8.

9.

Cenedo.

10.

Nauar. Cenedo.

11.

Nauar. Azor. Angelus.



Licet, dicitur, privilegium alicui concessum transit etiam ad eius familiares, quando vel parum vile, vel aliquatenus molestum esset ei, cui conceditur, si non tranfiteret: nam, moraliter loquedo, quò viri nobiles ire solent, solent etiã solito comitatu suorum famulorum: quamobrem, quando nobili viro, vel femina datur facultas, vt in loco interdicto Missã audiat, intelligitur etiam data, vt secum ferat eos, sine quibus pro sui status conditione, Missam audire non solet: quod, vt notat Azor allegatus, intelligendum quoque est de cæteris similibus privilegiatis, ac privilegiis. Solum hinc animadvertendũ est privilegium concessum familiaribus nobilitum, vel Episcoporum, non extendi ad illos, quos ipsi viri nobiles, aut, Episcopi ad amicitiam suam per literas, aut familiarem conuictam admittunt: familiares enim ij cõsentur in iure, qui sunt in obsequio, & famulatu alicuius. Et ita docet expressè Azor tom. 1. Instit. mor. c. 23. l. 5. q. 8. & Abbas in c. Cùm dilectus, de Clerico non residente, & apertè colligitur ex cap. vltimo, de verborum significatione.

CAPVT. IX.

Qua causa excuset ab obligatione præcepti Missæ.

SUMMARIUM.

- Quoties in sacro audiendo sequitur peccatum, non tenetur quis illud audire. numero 1.
Sic excusatur mater, que timet filiam aliquod peccatum. ibidem.
Et excommunicatis, & interdicitis, etiam tolerati. ibid.
An ignorantia excuset. ibid. vers. Nam regulariter.
Excusatur infirmus, & qui illis assistunt, causa infirmitatis. numero 2.
Quid de nunciis: quid etiam de custodiis pecudum, & vinearum. ibid.
Quid de vectoribus, & cursoribus, quando iter agunt. ibidem.
Quid de consultoribus, & consiliariis, quando oportet capere consilium tempore, quo Sacrum est audiendum. ibid.
Quid de iter agentibus, quando non possunt Sacrum audire, nisi socios itineris amittant. n. 3.
Quid de mancipiis, seruis, & vxoribus. n. 4.
Quid de illis, qui vestitu carent competentis status, & persona. num. 5.
Quid de viduis, que non nisi post annum viduitatis egredi foras solent. n. 6.
An excusentur illi, qui infirmis assistunt. n. 7.
Quid de illo, qui domi suæ loco carceris, vinculus est, si in ea oratorium habeat approbatum. num. 8.
Refertur prima opinio negans. ibidem.
Præfertur opinio affirmans. num. 9.
Vtrum femina diuites teneantur famulos conducere, vt Missam audiant. ibid.
Quanta distantia itineris excuset. n. 10.
Quid si pluuie, aut tempestates inruant. ibid.
An famuli teneantur domini deserere, si eis tempus non concedant ad audiendum Sacrum de præcepto. numero 11.
An Missa ex obligatione omitti possit propter consensionem. num. 12.
Quid si omittatur propter prædicationem. ibid.
An Missa Sacerdotis excommunicati non tolerari auidiri possit. numero 13.
Quid de Missa publici concubinarij. ibid.
Quid, si quis bona fide putet, se causam excusantem habere, cum tamen non habeat. num. 14.

Qui de iter agentibus, quando bona fide putant, se in Ecclesia itineris Missam inuenturos. ibidem

Præfens caput continuandum erat cum præcedenti: vtrum que tamen diuisimus, ne nimis longa lectione fastidium pareremus: sciendum tamen, ignorantiam causam esse communem excusationis in omnibus præceptis. Et verò hic dubium esse potest, an excusetur quis à peccato, si per ignorantiam Missam omittat. Et quidem ignorantia, vel potest esse facti, vel iuris. Ignorantia facti illa est, qua quis ignorat diem esse festum: & hæc ignorantia legitime excusat, vt docet Azor tom. 1. Instit. mor. l. 7. c. 4. Ignorantia iuris est illa, qua quis ignorat teneri Missam audire diebus festis de præcepto; cum tamen egregiè sciat, diem, vel dies festos esse: & hæc planè ignorantia communiter non excusat; quia ius audiendi Missam diebus festis, & Dominicis notissimum est omnibus Christianis; aded tamen rudes esse possunt homines, & ignari, vt pote ruitici & pastores inter pecora euertiti, vt hoc ius bona interdum fide ignorent: & hi quidem tunc excusantur, vt docet Azor modò allegatus. Nam regulariter & communiter loquendo, omnes illi iustè excusantur, qui bona fide existimant, se legitimam causam excusationis habere, etiam si ipsi aliquando decipiantur; & à parte rei ita non sit, vt communiter docent Doctores, præsertim Azor tom. 1. Instit. mor. lib. 7. cap. 7. quaest. 4. sine Syluest. verbo, Missa, 1. versic. 6. & verbo, Missa, 2. n. 1. §. Dicitur tertio, & Toletus lib. 6. Summæ, cap. 9. num. 4. sine, & hac de re dicemus aliquid num. vltimo.

Causæ particulares excusantes ab obligatione præcepti audiendi Sacrum, multæ sunt: omnes tamen ad has faciliè reduci possunt. Prima est ad vitandum damnum spirituale proprium, aut alienum: hinc, quoties ex sacro audiendo sequitur peccatum proprium, aut proximi; non tenetur homo audire Sacrum: sic mater, que timet filiam suis aliquod spirituale damnum, si domo egrediatur, potest manere domi, licet non audiat Sacrum, ad euitandũ illud peccatum, dummodo sit periculum probabile talis damni. Ita docet Toletus l. 6. Summæ, c. 9. n. 1. Sylu. verbo, Missa, 2. n. 1. §. Dicitur tertio, Nauar. in Man. Lat. c. 21. n. 3. Azor tom. 1. Instit. mor. c. 7. l. 7. q. 1. §. Primo igitur loco. Soar. tom. 3. de Sac. disp. 88. sect. 6. col. 3. Hæc autem probabilitas damni spiritualis, & peccati, pendenda est secundum existimationem, & fidem cuiusque; etiam si aliquando ipse fallatur, & ita in re non sit, vt optime notat Sylu. cum aliis n. 1. vers. Nam regulariter, citatis: iustificat enim, quòd prudenter, & bona fide periculum timeatur. Ex hoc capite periculi, & damni spiritualis, excusant quoque præallegati Doctores, & ipse etiam Toletus, excommunicatos, etiam toleratos, & interdicitos: quia ipsi peccant mortaliter audiendo Sacrum, & communicando in rebus diuinis cum aliis, vt diximus cap. præcedenti, num. 1.

Secunda est, ad euitandum damnum aliquod temporale considerabile: hinc, quoties timeatur damnum valetudinis, non obligat hoc præceptum: sic excusantur infirmi, & qui à lecto surgere non possunt, sine damno valetudinis alicuius momenti; & licet cõperint conualescere, adhuc excusantur propter periculum reincidenti, aut retardandi sanitatem. Ita docet Tolet. lib. 6. Summæ, c. 9. n. 2. Soar. tom. 3. in 3. p. d. 88. sect. 6. §. Solet etiam, col. 2. Sylu. verb. Missa, 2. n. 2. Nauar. c. 21. n. 3. Azor tom. 1. Instit. mor. l. 7. c. 7. q. 1. Similiter excusantur, qui timeant damnum temporale in re propria, aut proximi, veluti qui custodiunt arces, carceres, & qui seruant in agris oues, pecudes, armenta, vineas, & vectores mercium, & eutores, quando sine graui iactura

mercium, aut negotiorum detineri non possunt; & consiliarij, & consultores, ac ministri publici, qui negotia graui ex officio pertractant, quando ea differre in aliud tempus non possunt absque detrimento graui, iuxta Doctores allegatos. Excusantur etiam nutrices, quæ sine periculo non possunt pueros relinquere, quos lactant. Ita Nau. in Manuali Latino, cap. 21. num. 3. §. Nec obstat. Azor tom. 1. Institutionum moral. lib. 7. cap. 7. q. 1. Toletus lib. 6. Summæ, cap. 9. n. 2. Syluester verbo, Missa 2. num. 2. Soar. tom. 3. disp. 88. sect. 6. §. Solet, & alij.

Ratione etiam bonorum temporalium iactura, excusantur illi, qui periculum mortis timeant exeundo, vel redeundo ab Ecclesia, etiam ab aere corrupto, pesteque infecto, iuxta Doctores allegatos. Et iter agentes in societate aliorum, quando non possunt audire Sacrum, nisi socios itineris amittant, unde detrimentum patiantur: quia viam nesciunt, vel timeant latrones, vel sperant à socijs expensas itineris, vel aliud simile commodum, quod amittere graue eis sit incommodum. Solum enim amittere comites viæ, si nullum aliud incommodum adiungatur, non videtur sufficiens causa excusationis. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. Armilia verbo, Missa, n. 3. Caietan. verbo, Festum. Toletus lib. 6. Summæ, c. 9. n. 2. Nau. in Man. Lat. cap. 21. n. 3. & Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. c. 7. q. 1. quauis Nauarrus citatus non ita limiter, sed absolute dicat, sufficientem causam excusationis esse, socios itineris amittere.

Similiter ratione damni temporalis excusantur mancipia, & serui, & iniurias & iniurias à dominis, si deserant domum, quauis domini non excusentur à peccato, si eis tempus non concedant ad Missam audiendam, cum absque damno notabili possunt. Ita Soar. tom. 3. disp. 88. sect. 6. §. Sextum caput. Tolet. lib. 6. Summæ, c. 9. n. 2. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 7. q. 1. Et vxores, quæ timeant rixas, & percussiones à maritis, vel non possunt necessaria ad vitatum præparare, si domo egrediantur. Ita Toletus, & Azor, modò allegati, & Nau. cap. 21. n. 5. quauis ille solum loquatur de nupta, quæ sine magno mariti scandalo Missæ interesse non potest: sed eadem est ratio, vt patet de alijs casibus, vt cum Toletus, & Azorio, locis proximè allegatis docet Rosella verba, Missa, §. 18. & Syl. verbo, Missa 2. q. 2. & D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 3. & alij.

Tertia causa excusationis est, ad euitandum damnum honoris. Et hæc ratione excusantur illi, qui vestibus carent competentibus status, & personis, sine quibus absque notabili pudore audire Missam non valent. Ita docet Nau. in Man. Lat. cap. 21. n. 3. §. Nec obstat. Syl. verbo, Missa 2. q. 2. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 7. q. 1. Tolet. lib. 6. Summæ, cap. 9. n. 3. Et propter hanc causam excusarem ego illum agricolam, qui non habet ocreas, aut calceos, si alij suæ conditionis Missam cum illis audire soleant: nam, vt optime docet Toletus, omnes illi excusantur, quibus non sunt vestes conuenientes personæ. Ratione huius causæ similiter excusantur filie nobiles, quæ non possunt ita faciliè domo egredi, absque aliqua honoris infamia: quauis nõ excusentur, cum egrediantur ad festa, & choreas, vt optime docet Tolet. lib. 6. Summæ, cap. 9. n. 3. Syl. verbo, Missa 2. n. 2. Tabiena verbo, Missa, §. 46. & Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. q. 3. Quauis, si non permittantur à parentibus audire Sacrum, excusentur; licet parentes mortalem culpam contrahant, nisi ob rationabilem causam id faciant, vt optime animaduertit Toletus allegatus.

Ratione etiam honoris, & consuetudinis patriæ excusantur viduæ, quæ certum tempus post obitum coniugis solent domi se continere, & illæ similitèr, P. Steph. Fagnandez in quinque præc. Eccl.

quæ post obitum fratris, & propinqui, ad certum tempus exire non solent. Ita Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 7. q. 1. Toletus lib. 6. Summæ, cap. 9. n. 2. Tabiena verbo, Missa, §. 46. Nau. in Manuali Latino, cap. 21. n. 3. Syl. verbo, Missa 2. q. 2. D. Anton. 2. part. titulo 9. §. 2. cap. 1. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. Sed Tabiena, & Syluester dicunt, licere hoc saltem per mensem; Nauarrus tamen, Soarius, & D. Anton. Toletus, loquentes de viduis, dicunt licere etiam per integrum annum, dummodo talis sit loci consuetudo, & sine nota infamie egredi domo non possint publice: neque enim in hoc iuxta hos Doctores est limitatum tempus, nisi iuxta consuetudinem loci, quæ consuetudo, vt optime animaduertit Soar. citatus, optime fundata est in honestate viduali, & rationabili significatione tristitiæ, & potest licite seruari ab vnaquaque femina, modò Episcopos non contradicat: hæc enim consuetudo iustè introducta est, & retenta in terris, in quibus de viduarum honore malè præsumitur, si egrediantur; & loquendo speciatim de Hispania, & Lusitania, vigere hanc consuetudinem in illis affirmat Nau. in Man. Lat. c. 21. n. 3. Et ratio adhuc est: quia iusta esset lex, (si ferretur,) quæ præciperet, vt viduæ propter honestatem, & iustam significationem tristitiæ, domo intra annum non egredierentur: sicut iusta est illa, quæ præcipit, vt vidua, quæ intra annum viduitatis nubit, amittat quicquid sibi à marito in testamento fuerit relictum, vt habetur l. 1. C. de secundis nuptijs, vers. His etiam amittendis, quæ lex adhuc est in viridi obseruantia, & non est reuocata quoad hanc amissionem per sacros Canones, vt docet Cabedo 2. p. dec. 50. n. 3. Emmanuel à Costa cap. Si pater, de test. 1. p. verbo, Legatum, col. 2. n. 33. fol. 77. Couar. in Epitome, lib. 4. decret. cap. 3. §. 9. n. 5. & Sancius tom. 2. de matr. l. 7. disp. 90. n. 2. ergo etiam iusta est consuetudo patriæ, & loci, quæ habet, vt viduæ non nisi post annum egrediantur domibus: vnde, si lex potest excusare ab hoc præcepto, potest etiã consuetudo, cum consuetudo tolerata altera sit lex; & quicquid potest lex iusta efficere, potest etiam consuetudo, vt habetur l. De quibus ff. de legibus, & cap. finali, de consuet. Quauis huiusmodi consuetudines debeant corrigi per Episcopos, dum tamen non corriguntur, iustè sunt: qui verò vltra consuetudinem patriæ domi maneret, & sacrum omitteret, peccaret mortaliter, iuxta Toletum allegatum dicto n. 3. sine.

Quarta causa excusationis, est opus charitatis, ratione cuius excusantur illi, qui assistunt infirmis, ne illos solos deserant, quando aliquod graue incommodum eis inde resultat: non est tamen necesse, vt vira illorum periclitentur; sed sufficit, vt ægroto non possint conuenienti tempore adhiberi remedia incisionum venarum, pharmacorum potiones, & cibi certis, ac statutis horis: & certè si infirmitas grauis sit, sufficiens causa excusationis est, infirmitas solum relinquere, ne anxietatem animi, aut molestiã pariantur. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. Caiet. verbo, Festum. Nau. in Manuali Latino, c. 21. n. 3. Syl. verbo, Missa 2. q. 2. n. 2. Tolet. lib. 6. Summæ, cap. 9. n. 2. Imò addit Soarius: Si quis propter infirmos Missam bona fide relinquat, etiam si illius assistentia non sit admodum necessaria, raro peccabit mortaliter: quia satis est, si sit vtilis, & quòd bona fides excuset. Sed in hoc iudiciũ prudētis desideratur. Oppones assistentia infirmorum non est de præcepto: auditio autem Sacri est de præcepto: ergo non excusabitur quis ab operibus præcepti propter opera charitatis; cum opera præcepti præferenda sint operibus consilij, & charitatis. Respondeo primò, præceptum Ecclesiæ de audiendo sacro suspendi, & nõ obligare ad præsentiam operum pietatis: quia non est credendũ, piam matrem Ecclesiam tam securum

Nau. Azor. Tol. Syluest. Soarius. 3. Soarius. Armili. Caietan. Tol. Nauar. Azor. 4. Soar. Tolet. Azor. Rosella. Sylu. D. Anton. 5. Nauar. Sylu. Azor. Tolet. Tolet. Syluest. Tabiena. 6.

Nauar. Cabedo. Couar. Sanchez. Soarius. Caiet. Nauar. Syluest. Tolet. K 3 præc.

Soar.  
Azor.

præceptum dedisse. Ita docet Soar. citatus, & Azor tom. 1. Instit. moralium, lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Responderi etiam potest, præceptum charitatis in proximis esse magis absolutum, & antiquius, quam præceptum audiendi Sacri, ac proinde fortius, & quando duo præcepta concurrunt eodem tempore, & seruari nequeant, fortius seruandum est, omisso alio.

8.

Dubium tamen hic esse potest, vtrum ille, qui domi suæ loco carceris vincus est, vel ob ægritudinem ad Ecclesiam accedere nõ potest, vt Missam diebus de præcepto festiuis audiat, si habeat oratorium approbatum domi, in quo possit audire Sacrum, teneatur illud audire, & querere stipendiariũ Sacerdotem, vt illud audiat? Negant Soarius tom. 3. in 3. pag. disp. 88. sect. 6. pag. 1324. & Ledesin. in Summa, 1. part. cap. 27. pag. 354. vers. *A esta duda se responde*, teneri huiusmodi hominem querere stipendio Sacerdotem, vt præcepto Missæ satisfaciatur, quantumvis sit diues. Ratio illorum est: quia præceptum Missæ non obligat ad illam procurandam data sipe Sacerdoti; sed obligat tantum ad illam audiendam in Ecclesia, non autem domi; & quia dicere Missam in domibus est maxime odiosum, & minus decens reuerentiæ debitæ huic diuino Sacrificio, & quia nemo obligatur ad vrendum priuilegio suo, vt possit satisfacere præcepto. Et est diuersa ratio hæc, atque in eo, qui habet priuilegium ad audiendum Sacrum tempore interdicti; nam per hoc priuilegium non tollitur formaliter, per se impedimentum audiendi Missam: nec enim tollitur coactio manendi in domo; at vtrò per aliud directe tollitur: & quauis tollatur per hoc priuilegiũ, huiusmodi impedimentum; tamen hoc priuilegium, tollens huiusmodi impedimentum, non obligat ad querendum Sacerdotem stipendio: adde, quòd minus inconueniens sit omittere diebus festis, quam illam domi dicere, & audire cum aliqua irreuerentia; & de se indecens omnino est, quòd tam diuinum, ac tremendum Sacrificium domi celebretur.

9.  
Cenedo.  
Nun.

Affirmat tamen Cenedo lib. de q. canonicis, q. 44. num. 11. & Didacus Nunes in 3. p. D. Thomæ, quæst. 83. a. 6. fol. 958. Ratio est: quia, quando quis est Diues, non videtur excusari à querendo Sacerdote stipendio: nam, qui habet aliquod præceptum, tenetur adhibere media, saltem facilia, ad illud implendum: sic diebus Dominicis tenentur fideles Ecclesias adire, vt Missam audiant, & præceptum impleant; quauis aliquantulum distantes sint: (quantra autem oporteat esse distantia, dicemus statim numero sequenti); sed hoc medium per facile est, respectu hominis diuitis: ergo tenetur Sacerdotem conducere, vt celebrat domi suæ, vt Missam audiat, & præceptum impleat. Iam verò, si Capellannum habeat, maiori ratione tenebitur. Et eadem quæstio esse potest de feminis diuitibus, quæ non solent ad Ecclesias ire, nisi famulis comitatæ stipendiatis: tenentur enim illæ hos famulos modico stipendio conducere, vt Missam audiant, & præceptum impleant, cum teneantur facile remedium querere, vt præcepto satisfaciant, & respectu illarum satis facile est medium, illud modicum stipendium. Ita se habent huiusmodi opinionnes, ambæ probabiles: Soarij tamen credo probabiliorem propter sua fundamenta, quæ reuerentiæ debitæ huic diuino Sacrificio innituntur. In feminis tamen diuitibus, quæ solent foras exire conductis famulis, opinionem Cenedi, & Nunes, æquiorẽ iudico, cum respectu illarum facile medium sit, illud modicum stipendium, & aliunde nulla indecentia, nullaque irreuerentia detur ex eo, quòd Missam audiant in templis, & Ecclesiis.

Quinta causa excusationis est longa distantia Ecclesiæ: & ratione illius excusantur illi, quibus necessarium est longum iter pedibus conficere, v. c. vnus leucæ; idemque est dicendum, si non sit distantia vnus leucæ, sed notabilis; & alioqui plurius, & tempestates ingruant, vt optime docet Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. Excusantur etiam nauigantes flumina, aur maris litora; certum est tamen, huiusmodi nauigantes, & etiam iter facientes, si iter, aut nauigationem incipiant die festo de præcepto teneri prius Missam audire, & præcepto satisfacere, si possint; nisi probabiliter credant, se in itinere Missam posse audire, nisi tanta sit necessitas, accelerandi iter, vt graue detrimentum patiantur, & nauigationem, aut itineris expeditionem amittant. Ita Soarius allegatus, & Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Toletus lib. 6. Summæ, cap. 6. num. 3.

10.

Soar.

Soar.

Azor.

Toletus.

11.

Sexta causa excusationis est, seruitium dominis impendendum: & hac ratione excusantur famuli, qui non possunt alios inuenire dominos, & ab his, quos habent, illis non datur tempus audiendi Sacrum; peccant tamen lethalter ipsi domini illis huiusmodi tempus non concedendo, si commode possunt. Ita Toletus lib. 6. Summæ, c. 9. num. 3. sine, & 4. Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 88. sect. 6. §. *Sextum caput*. Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 7. quæst. 1. Syluest. verb. *Missæ*, num. 2. Rosella verbo, *Missæ*, §. 18. D. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 3. Quid autem, si domini sint continui in non dando tempore seruis ad Sacrum audiendum? Respondent Toletus, & Azor, citati, adhuc excusari, & non teneri illos deserere dominos, quos habent, quando alij non ita facile inueniuntur: dummodo domini id non faciant in fidei contemptum: tunc enim nullo modo eis esset acquiescendum; quia est contra ius diuinum.

Toletus.

Soar.

Azor.

Syluest.

Rosella.

D. Anton.

12.

Azor.

Soarius.

Septima causa excusationis est, maior vtilitas spiritualis Ex eo capite excusant Azor tom. 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 8. & Soarius tom. 3. in 3. part. sect. 6. §. *Sextum caput*, eos qui tempore Missæ, cum nulla alia eo die sit dicenda, sua peccata confitentur; modò Confessio moraliter differri non possit commode, & finito Sacro non sit copia Confessoris. Addit tamen Azor, id intelligendum esse, modò Confessio sit de præcepto: quia tunc præceptum de Confessione, est fortius præcepto auditionis Sacri: secus verò, si Confessio sit voluntaria; quia tunc, ait, potius rem diuinam audire debent, quam peccata confiteri; quia voluntaria Confessio est opus consilij; auditio verò Missæ est opus præcepti: & opera præcepti sunt fortiora. Verum doctrina Azorij non est omnino vera: quia etiam assistere infirmis non ita grauius, ac lethalius afflictis morbis, est opus consilij; & tamen iuste excusamur ob hanc assistentiam à præcepto, & obligatione audiendi Sacrum, vt diximus num. 7. Si ergo ob opus charitatis corporale excusamur ab huiusmodi præcepti obligatione, cum sit opus consilij; quanto magis excusabimur propter opera charitatis spiritualis in nosmetipsos, & propter maiorem vtilitatem spiritualem? Et idem mihi videtur in magna necessitate spirituali Confessione, quauis ea non sit de præcepto, sufficienter posse quenquam excusari, v. c. in Iubilæo, in festo aliquo, quando conscientia nimis grauata est, & longum tempus præcessit, quo non fuit quisquam confessus, vel in aliqua tentatione, & in aliis casibus similibus: sed in hac re iudicium prudentis desideratur. Et iuxta hoc, respondendum est ad illos, qui, vt prædicationem audiant, Missam omittunt, cum auditio Missæ sit de præcepto, & auditio prædicationis

13. dicationis sit de consilio; & idem non excusabuntur ij, qui Missam propter prædicationem omittunt, quando vtrunque audiri eodem die non potest, nisi magna sit necessitas audiendæ prædicationis, v. c. vt quis corroboretur in fide, in qua vacillat, aut vt respondeat Hæretico, molestè sibi caput obtudenti.

Bellanus.

num. 45. fol. 61. col. 1. & Nauarrus cap. 25. num. 79. & Soar. tom. 3. in 3. part. disputat. 88. sect. 6. §. *Soarius. Sextum caput*. Cum tamen illi sint in publico peccato, licet ab eis Missas petere non possimus, nec Sacramenta, nisi tanta sit necessitas, aut vtilitas, quæ id excusare possit; quia ex charitate tenemur vitare peccatum in proximo absque nostro detrimento.

14.


Ad finem notandum est, quòd in omnibus his casibus, numeris præcedentibus relatis, quauis aliquando de facto, & à parte rei non detur causa excusans; si tamen aliquis bona fide existimat, se veram, & sufficientem habere, id sufficere ad excusandum à peccato commisso contra hoc præceptum, vt docet Toletus lib. 6. Summæ, cap. 9. num. 4. sine, & Syluest. verbo, *Missæ*, num. 1. §. *Dico tertio*. & idem Syluester verbo, *Missæ*, versu 6. & Azor tom. 1. Institutionum moralium lib. 7. quæst. 4. sine. Et ex hoc principio satis excusantur iter agentes, quando bona fide putant se in aliqua Ecclesia, dum iter peragunt, posse reperire Sacrum, quod audiant; si illud non inueniant diebus festis..

Tolet.

Sylu.

Azor.





# LIBER TERTIVS.

De obligatione audiendi, dicendive Missam ex parte Sacerdotis.

**D**IXIMVS libro præcedenti de obligatione audiendi Missam ex parte fidelium: nunc autem de obligatione audiendi, dicendive Missam ex parte Sacerdotis dicendum est: est enim Sacerdos verus, ac proprius minister huius Sacrificij Missæ à Christo Domino instituti: nam, sicut nulla unquam fuit, nec tam barbata, nec tam à cultu, ac lumine rationis gens, ac natio aliena, quæ suos Sacerdotes, suæque Sacrificia non haberet, per quos suo modo verum cultum veri Dei inquireret, sic in vera domo Dei, quæ est Ecclesia, quam decet omnis sanctitudo, verum Sacrificium Missæ à Christo Domino institutum, consistit, & veri illius ministri, nempe, Sacerdotes, qui vero Deo verum cultum offerunt, per verum Sacrificium, & oblationem. *Est autem Sacerdos, (vt dixi,) vir cultus veri Dei, auctoritate divina, determinatis personis concessa, firmiter deputatus.* In qua descriptione notanda est vox illa, *vir*, non femina: femina enim diuino iure à sacerdotio excluduntur, vt habetur in cap. *Nona.* de pœnit. & re-re à sacerdotio. & docet Toletus lib. 1. Summæ moralis, cap. 1. id enim veris solum est concessum ad officij Sacerdotis dignitatem, ac perfectionem denotandam: nam, quantum olim in lege veteri viri Sacerdotes fuerint, hodie iam non sunt veri: sicut enim illa lex vmbra fuit iustitiae, ita & illi Sacerdotes, vmbrae, ac figurae nostrorum Sacerdotum erant: & sicut adueniente Sole deficiunt vmbrae; ita adueniente Christo, vero iustitiae Sole, vero Deo, veri Dei Filio, novam legem gratiæ inducente, cuius illa vetus, figura erat, defecerunt vmbrae, ac figurae Sacerdotum, ac legis veteris; & ideo, cum non sit, quoddam figurent, atque adumbrent, non veri, sed falsi Sacerdotes sunt. Præterea, vniuersique illorum, aut panem, & vinum, aut pingues tauros, & animalia Deo in suis sacrificiis offerebat: at vniuersique nostrorum Sacerdotum Christum Dominum Dei Filium sub speciebus panis, ac vini æterno Patri, æterno Deo, vino, ac vero, offerre, quo nihil potest esse dignius, nihil Deo acceptius. Quod Sacrificium nouæ legis egregie præiudicauit David Psal. 49. cum vetera sacrificia taurorum, & animalium excludit, vt sequens Sacrificium Corporis, & Sanguinis Domini, in quo vera salus consistit, statueret, ac firmaret. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Sacrificium laudis honorificabit me,* scilicet, Sacerdos legis nouæ, vero Sacrificio me honorabit. *Illic iter, quod ostendam illi salutare Dei.* hoc est, in hoc Sacrificio est vera salus, verumque iter ad visionem Dei consequendam. Sed de his infra.

## CAPVT I.

Quid sit Missa, an sacrificium, in quo consistat substantia Sacrificij, an in eo verum Corpus Christi offeratur.

### SUMMARIVM.

*Missa quid sit: proponitur eius descriptio num. 1.*  
*Sacrificium idem est, atque oblatio, & tota essentia Sacrificij in oblatione consistit, non in occisione. n. 2. & 4.*  
*Sacrificium Missæ figuratum fuit in Sacrificio Melchisedech, & quare. num. 2.*  
*versus, Negant tamen Hæretici. & num. 3.*  
*Missa sacrificium est expiatorium. num. 4.*  
*Sacrificium Missa non potest non Deo esse acceptabile, cum sit Corporis, & Sanguinis Filij sui. num. 5.*  
*In quo consistat differentia Sacrificij incruenti, Missæ, à Sacrificio Christi cruenti in cruce Deo exhibitæ. n. 6.*  
*Idem potest esse signum, & significatum, figura, & figuratum, representans, & representatum. num. 6.*  
*Probatum gravissimis rationibus vera presentia Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistia. n. 6. & 8.*  
*Quare Corpus Christi in Eucharistia non videtur. n. 7.*  
*Substantia panis & vini post verba consecrationis diuina virtute transsubstantiantur in Corpus, & Sanguinem Christi, & in Eucharistia non manent; sed tantum accidentia. num. 8.*  
*Quare sit vnum Sacramentum, cum tamen sub duabus speciebus panis, & vini contineatur. num. 9.*  
*In vnaquaque specie est idem Corpus, & Sanguis Dominissimo, & tota Trinitas, & Diuinitas ex vi verborum, & per concomitantiam, & quomodo. ibid.*  
*Si Sacerdos in illo ipso triduo, in quo Christus olim mortuus est, consecrasset; tunc quidem sub speciebus panis Corpus absque anima fuisset in Hostia; & sub speciebus vini Sanguis absque Corpore, & anima; omnia tamen Diuinitati unita. num. 10.*  
*Efficacia oblationis Sacrificij cruenti semel in cruce à Christo Patri exhibitæ, valoris fuit infiniti. n. 11.*  
*Proponitur primum argumentum Hæreticorum, negantium in Sacrificio Missæ offerri quotidie Corpus, & Sanguinem Christi Patri æterno. num. 12.*  
*Abunde satisfi huic argumento. num. 13.*  
*Proponitur secundum argumentum Hæreticorum, negantium Sacrificium cruentum Missæ, esse propitiatorium. num. 13.*  
*Et illi satisfi. num. 16.*  
*Proponitur tertium argumentum Hæreticorum, affirmantium in lege gratiæ vnicum tantum fuisse Sacerdotem Christum Iesum, & non esse, nec posse esse plures Sacerdotes de factis quotidie celebrantes. num. 14.*  
*Et illi satisfi. num. 17.*

**M**issa est actio, qua, ex institutione Christi, in memoriam eius passionis, panem, & vinum in eisdem Corpus, & Sanguinem transsubstantiantur, & qua ipsum Corpus, & Sanguis Christi, sub specie panis, & vini, Deo Patri offeruntur. Ita eam describit Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 111. Melius Toletus lib. 2. Summæ, cap. 4. n. 1. in hunc modum eam describit: *Est oblatio Corporis, & Sanguinis Domini sub alienis speciebus facta, expressiua, ac significatiua Sacrificij cruenti semel ab ipso Christo Domino Deo Patri pro peccatis hominum exhibitæ.* In qua descriptione notanda

1. Quid sit Missa.

Nauar. Toletus.

2. *tanda sunt valde, ac attentè illa quatuor verba. 1. Oblatio. 2. Corporis, & Sanguinis Domini. 3. Expressiua sacrificij à Christo Domino Deo Patri exhibitæ. 4. Semel.*

*Oblatio: rectè autem dicitur esse oblationem: nam sacrificium idem est, atque oblatio; & tota essentia sacrificij in oblatione consistit; non in mactatione, & occisione, vt volunt Hæretici nostri temporis Nouatores, quasi nostri Sacerdotes toties Christum immaculatam victimam occidant, quoties sacrificant; sed ineptè omnino: nam vis, & natura, atque substantia sacrificij non occidendo, sed in offerendo consistit, vt optime docet Toletus l. 2. Summæ, cap. 4. num. 1. & 6. & Azor tomo 1. Inst. Mor. l. 1. o. quest. 5. Henrici. l. 8. de Euchar. cap. 1. num. 1. fine, D. Thom. 1. 2. quest. 101. a. 4. ad 1. Probaturque Madonatus epistola ad Illustrissimum Principem Ludouicum Borbonicum, Ducem Montis-Pensierij, de collatione, ac disputatione, quam habuit cum Sedanensibus Calvinistis, quæ habetur in fine libri, què scripsit super minores Prophetas: alioqui enim Sacrificium Melchisedech, in quo panem, & vinum obtulit, non esset verum sacrificium; cum ibi nulla fuerit victima, quæ mactaretur: at verum fuisse sacrificium, docet vniuersus consensus Patrum Græcorum, ac Latinorum. Sic Clemens Alex. l. 4. Stromat. Cyprian. lib. 2. epist. 3. D. Hieronym. epistola ad Eugrium. Ambr. de Sacram. l. 5. cap. 1. & de iis, qui mysterijs initiantur, c. 8. Chrysost. homil. 35. & 36. in Genesim. Theodoret. quest. 63. in Genesim, & in Psal. 109. Epiphanius hæretic. 55. Damasc. lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 14. Cassiodorus in Psalmo 109. Phorius, Occumenius, Theophylactus in epist. ad Hebræos, cap. 5. August. Psal. 33. & lib. 17. de ciuitate Dei, c. 2. Euthymius in Psal. 109. & alij. Negant tamen Hæretici, Missæ sacrificium in sacrificio Melchisedech fuisse adumbratum; & pernegant etiam, Melchisedech sacrificium obtulisse in pane, & vino Deo; sed tantum dicunt, illum panem, & vinum obtulisse Abrahami militibus redeantibus fame oppressis ex bello victoribus ad reliquias vires corporis, & producant Iosephum de antiquitatibus, c. 18. sua iententiâ altruentem, neq; enim aliquid sacrum in sacris Litteris fecisse Melchisedech memoratur, quod rationem habeat sacrificij: sed tantum panem, & vinum militibus ex bello fessis, & domo sua asportasse, atque dedit: addit præterea apud Hebræos, non dici Melchisedechum Sacerdotem Dei, quasi ipse sacerdotio fungeretur, sed dici magnū, & insignem Principem: hoc enim significat vocabulum Hebraicum, quod Latinus Interpret vertit in Sacerdotem Dei. Confirmant deniq; hanc suam opinionem: quia in Hebræo, vbi vulgata Biblia habet: *At vero Melchisedech, Rex Salem, proferens panem, & vinum;* ita est: *At vero Melchisedech, Rex Salem, fecit exire panem, & vinum,* ac si dicatur, asportauit, vel detulit panem, & vinum militibus Abrahami, per famulos, ac seruos suos.*

Toletus. Azor. Henrici. D. Thom. Maldon.

Cl. Alex. Cyprian. Hieron. Ambr. Chrys. Theodor. Epiph. Damasc. Cassiodor. Phorius. Occumen. Theophyl. August. Euthym.

Iosephum.

3. Melchisedech verus Sacerdos fuit.

soluit Abraham omnium rerum, quas ex hostibus tulerat, vt refert facta pagina loco allegato. Præterea nobis satis est cum communi Patrum antiquorum consensu Græcorū, & Latinorū consentire, qui omnes vna animi conspiratione, & diuini Spiritus illustratione affirmant, sacrificium ibi Melchisedechum, panis, & vini, verò Deo obtulisse: & per has lineas potius volumus nostram feram reciprocare, quam in tortuosa Hæreticorum serulas deniare, qui contra tot stimulos veritatis recalcitrantes, necesse est, vt in errorum ambages cæco filo deuoluantur, & (velint, nolint) veritatis spiculis, si veritatem faceteri voluerint, compungantur.

Et verò quòd essentia, ac substantia sacrificij incruenti Missæ tota consistat in oblatione, & non in occisione, aut mactatione victimæ; imò quòd substantia sacrificij in communi, in oblatione potius, quam in occisione constituenda sit; facile ex sacris Litteris ostenditur: hinc illud Psal. 340. *Elenario manuum mearum sacrificium vespertinum,* vertit D. Hieronymus, linguæ Hebraicæ peritissimus; *Oblatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.* Ecce in sacra pagina appellatur sacrificium oblatio, & oblatio sacrificium: tota ergo essentia sacrificij consistit in oblatione, non in occisione. Probatum etiam ex doctrina Patrum, qui in Concil. Trid. congregati sunt, sess. 22. c. 1. vbi de sacrificio Missæ tremèdo, ac admirabili loquentes dicunt, hanc oblationem fuisse per varias sacrificiorum similitudines, naturæ & legis scriptæ tempore præsignificatam. Vocant ergo sacrificium oblationem, & oblationem sacrificium. Deinde ratione probatur in hunc modum. Quicquid per verum Sacerdotem Deo verò offertur, quod vim habeat remittendi peccata, verum sacrificij propitiatoriū est: sed corpus Christi, quod vim habet remittendi peccata, in Missa per verum Sacerdotem Deo offertur: ergo est verum sacrificium, veraque oblatio propitiatoria. Sed cõcedent illi facile, Missam quidem sacrificium esse, & oblationem, in cultum, & venerationem Dei institutam: expiatorium autem sacrificium, & oblationem esse, quæ expiet, ac deleat nostra peccata, ita vt nobis Deum placetum, ac propitium reddat, condonata venia nostrorum peccatorum; nequaquã concedent: sed id probauimus infra n. 16. cum verbū illud, *semel*, explicauerimus. Interim sufficiat scire, definitum de fide esse in sacrosancto Conc. Trident. sess. 22. cap. 2. verè propitiatorium sacrificium esse: quod etiam sancti Patres tradiderunt, præsertim D. Aug. epist. 54. & lib. 1. contra Cresconium, cap. 25. & D. Cyprianus lib. 1. epist. 9. & D. Ambr. l. 1. Officiorum, cap. 48. & D. Damascen. in sermone de mortuis. Et adhuc probatur ampliùs, sacrificij essentiam, ac medullam, & substantiam in oblatione consistere, non in occisione: quia oblatio est actus exterior latræ, vt docet Toletus lib. 2. Summæ, cap. 4. n. 1. vers. *Primum est*, quo Deo offerimus creaturâ aliquam suam in signum recognitionis absoluti dominij, quod ipse habet super omnes res, tanquam omnium rerum Dominus, ac Creator; sed Christus Dominus qua homo, se, totumq; Corpus suum, ac pretiosum sanguinem, Deo Patri, imò & sibi ipsi, qua Deus, obtulit in signum recognitionis absoluti dominij, quod ipse habet super omnes res creatas, tanquam omnium absolutus Dominus, Creator; & præterea in sacrificio pro omnium hominum peccatis se obtulit, iuxta illud Isaia 53. *Verè languores nostros ipse tulit; & peccata nostra ipse portauit:* ergo sacrificium, & oblatio in idem recidunt: ergo tota essentia, ac substantia sacrificij in oblatione consistit, non in occisione.

4. Essentia sacrificij Missæ consistit in oblatione

Conc. Trid. D. August. D. Cyprian. D. Ambr. D. Damasc.

Toletus.

Corporis: hæc autem oblatio non fuit quæcun- que oblatio; sed Corporis, & Sanguinis Domini



IESU CHRISTI, sub alienis speciebus facta: In quibus verbis dignitas huius tremendi, ac admirabilis visitur sacrificij: non enim arietes, tauri, aut viruli Deo in illo offeruntur, sed pretiosum Corpus, ac Sanguis, quasi Agni immaculati Christi IESU, Dei filij, cuius valor infinitus est ratione unitatis diuinae personae infinitae, infinite dignificantis valorem illius oblationis: & idcirco conspicitur etiam in hoc diuino sacrificio beneplacitum, ac complacentia Dei Patris omnipotentis, qui maxime in hoc sacrificio delectatur, utpote in Corpore, & Sanguine Filij sui, de quo plane sacrificio illud Dauidicum intelligitur Psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me: illic iteri quo ostendam illi salutare Dei.*

6. *Expressiva sacrificij cruenti*: haec verba denotant differentiam huius sacrificij Missae, ab illo primo, quo se Christus Dominus Deo Patri pro peccatis hominum in Cruce obtulit: nam illud sacrificium, & illa oblatio non fuit expressiua, & significatiua istius: sed ista est expressiua, & significatiua illius, iuxta illud Christi Domini: *Hoc facite in meam commemorationem.* Lucae 22. & 1. Corinth. 11. Nec tamē inde sequitur, non esse in hoc Sacramento verum Corpus, ac Sanguinem Christi; sed figuram Corporis & Sanguinis ipsius; & cōsequenter nō offerri in hoc sacrificio Missae Deo Patri verum, ac reale corpus, & sanguinem Christi, ut volunt Haeretici nostri temporis; ex eo fundamēto, quod hoc Sacrificium sit signum, & signa expressiua illius primi: nam hic modus arguendū falsissimus est, quia Christus Dominus, dicens, *Hoc facite in meam commemorationem*; iussit nos facere, quod ipse fecit: ipse autem verum Corpus, & sanguinem suum consecrauit, & obtulit: ergo, & nos auctoritate, & institutione ipsius, illud ipsum corpus, & sanguinem ipsius, quod ipse consecrauit, & obtulit, contectamus, & offerimus. Secundo, quia nō repugnat esse aliquem figuram, & figuratum, significantem, & significatum: nam, si Rex aliquis, aut Princeps personaliter bellum hostibus indixisset, & illustrem victoriā ex hostibus reportasset, ipsamque victoriā ad maiorem voluptatem, & recordationem singulis annis ipse repraesentari iussisset, & ad maiorem celebritatem actus, ipse suammet figurā, tragœdiam ingredieret, gessisset; esset quidem representans, ac repraesentatum, figurans, & figuratum, significans, & significatum: nec etiam ad hunc modum, Corpus Christi, quod hodie Sacerdotes auctoritate, & institutione ipsius consecrando officiant, & Deo offerunt, est figura illius veri Corporis, ac Sanguinis, quem ipse consecrauit, & Deo obtulit, & est ipsissimum Corpus, ac Sanguis Christi, qui olim fuit Deo Patri oblatum in illo sacrificio: ac proinde est figura & figuratum, signum & significatum; & idēd corrui philosophicum fundamentum Haeticorum. Quod adhuc efficaciter ex Sacris Litteris probatur: nam *impossibile est mentiri Deum*, ut ait D. Paul. ad Hebr. 6. *Fidelis Deus* (ait etiam Dauid Psal. 144.) *in omnibus verbis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis.* Ipse autem Deus fidelis, qui nō potest mentiri, nec fallere, nec falli, sic ait: *Hoc est Corpus meum: hoc facite in meā commemorationē.* Ergo in ipsa Hostia verē consecrata, per verum Sacerdotem, est ipsum verum Corpus, ac Sanguis ipsius, & ipsissimum Corpus, & ipsissimus Sanguis offertur Deo Patri, qui fuit olim oblatum in Cruce, & cōsecratum à Christo Domino. Praeterea, Christus Dominus, verus, & aeternus Deus, qui nec mentiri, nec fallere potest, promisit hominibus, daturum se illis, & cum eis mansurum vsque ad finem mundi: *Panis, quem ego dabo, caro mea est,* Ioann. 6. & alibi: *Ego ero vobiscum vsque ad consummationem saeculi.* Ergo praesentia ipsius Christi, & Corporis, & Sanguinis illius, in Eucharistia est vera

& indubitata, & non signum corporis illius: ergo, quoties veri Sacerdotes sacrificiū Missae peragunt, non signum corporis, ac Sanguinis Christi; nec signum, aut figuram Christi, sed ipsissimum Christum ac viuum corpus, & sanguinem illius per verba illa, *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, reproduciunt, ac Deo offerunt. Et haec est doctrina verissima omnium Patrum, Graecorum, ac Latinorum, alioqui Christus mentiretur, quod est impossibile: *Impossibile enim est mentiri Deum*, ut ait D. Paul. ad Hebr. 6. promitteret enim verum corpus, carnem, ac sanguinem suum, & daret signum corporis: sicut mendaciū proferebat ille, qui tibi promitteret decē aureos, aut vnū equū, & daret tibi equum picū, aut aureos piculos, seu signum, ac figuram illorū. Vnde D. Cyprian. de cœna Domini, hanc veritatem confirmat his verbis: *Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effuit, sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro.* Et D. Cyril. Hierosol. Catech. 4. *mytholog. Sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis Christi, ut rupto corpore & sanguine Christi, efficiaris comparticeps Christi.* Et D. Chryf. lib. de Sacerdotio, tom. 3. *O miraculum magnum! o Dei benignitatem! ille Dominus, qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo, (quo scilicet, veri Sacerdotes consecrant) omnium manibus pertrahatur, ac ipse se tradit volentibus se excipere, & amplecti.* Quo quid clarius? Maneat ergo pro certa & indubitata haec veritas decreta ac statuta: tam mirabilem enim potestatem Christus Dominus veris Sacerdotibus impertit, ut ipsissimum illius corpus cū sanguine, carne, anima, & ossibus, quod hodie est in caelis, & olim inter nos vixit in terris, viuum reproduciat, & Patri offerat, ut satis probatū manet.

Nec tamen ipsum Christi corpus in Eucharistia videri potest, cum sit in Hostia, verē cōsecrata modo supernaturali, totum, scilicet, in tota, & totum in qualibet Hostia partē; & ea, quae sūt supernaturalia, effugiant oculorum aciem: si enim oculos nostros cū sint corporei, res ipse spirituales effugiunt, veluti Angeli, & animae; neque enim Angelos, aut animam videre possumus, nec ipsum modum, quo animae informant corpora, quorum sunt formae cum tam Angeli, quam animae, & modus informandi corpora, sint res spirituales, corpore carentes; tota enim anima est in toto, & tota in qualibet parte corporis spirituali modo, & connaturali informandi ipsum corpus: quanto magis illos effugient res supernaturales, quae sint excellentioris ordinis; ac diuini, & supra omnem naturam.

Cyprian.

D. Cyril.

D. Chryf.

7. Quae nō videatur corpus Christi in Eucharistia.

8.

Conc. Trid. Nauar. 9.

D. Thom. Syluest. Tabiena. Angelus. Sorus.

Christus nō cōtinetur modo passibili bus panis, & vini.

10.

Tolet. D. Thom.

11.

tum in Conc. Trid. sess. 13. can. 2. & 4. & patet ex c. Cum Marthas. Quaeisisti, de celeb. Missae & DD. ibi, & Nauar. in Man. Lat. cap. 22. n. 10.

Quāuis autem Sacramentum Eucharistiae contineat corpus Christi sub duabus speciebus panis, & vini, & duas materias, duāque formas contineat; vnicum tamen est Sacramentum, & non plura: nam, sicut sub specie panis continetur corpus Christi verē, & realiter cum sanguine ipsius; ita etiam sub specie vini verē, & realiter continetur idem sanguis, & Corpus Christi, ut docet Concil. Trid. sess. 13. can. 2. ibi: *Si quis negauerit in venerabili Sacramento Eucharistia sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta, vnicum Christum contineri, anathema sit.* Et ratio est: quia in corpore sanguis, & in sanguine corpus Christi continetur, ut docent communiter Doctores, D. Thom. in 4. dist. 8. q. 1. a. 1. q. 1. & 3. p. q. 73. art. 2. Sylu. verb. Euch. §. 1. Tabiena ibid. §. 3. Ang. verb. Euch. §. 1. §. 1. Sotus in eodem 4. dist. 8. q. 1. a. 2. & alij. Nam sub speciebus panis non solum est corpus Christi, sed etiam sanguis, anima, diuinitas, imō & tota Trinitas; corpus quidem formaliter, ex vi, & virtute verborum consecrationis: *Hoc est corpus meum*, alia verō ratione concomitantia, quia corpus cum anima, carne, & sanguine modō est, & corpus & anima vnita sunt diuinitati. Similiter sub speciebus vini non solum est sanguis, sed etiam corpus, anima, diuinitas, & tota Trinitas: sanguis quidem formaliter ex vi & virtute verborum consecrationis: *Hic est calix sanguinis mei*, & c. reliqua verō ratione concomitantia: nam, quia sanguis vnitus est diuinitati, & corpus etiam vnitum diuinitati; idcirco in sanguine ratione concomitantia continetur corpus, & diuinitas: vnde, si solam vim verborum consecrationis consideremus, corpus in accidentibus, & speciebus panis; sanguis verō in speciebus vini, ex vi verborum continetur; reliqua (ut dixi) per concomitantiam. Continetur ergo Christus Dominus sub his speciebus, & vt in speciebus sēp dictum manet, non quidem passibili modo, sed impassibili, quia non est modo naturali in illis, sed supernaturali.

Hinc fit, quod si in illo triduo, quo Christus Dominus mortuus & sepultus fuit, aliquis Sacerdos verba consecrationis proferebat, tunc quidem vel non consecrasset, quia illa verba nomine Christi viuientis prolata, *Hoc est corpus meum*; vel falsum supponeret, quia significarent, ac supponeret Christum viuum; & eo triduo Christus non erat viuus, sed mortuus: vel si aliquid efficerent ea verba efficerent quidem, ut sub speciebus panis corpus absque anima fuisset, & sub speciebus vini sanguis absque corpore, & anima, quia corpus & anima per mortem erant adinuicem separata: omnia tamen, corpus, scilicet, anima, & sanguis diuinitati erant coniuncta, optimē docent Theologi, quos alibi referemus. Vide interim Toletum lib. 2. Summae, cap. 27. num. 2. & D. Thom. in 3. part. q. 81. art. 3.

*Semel ab ipso Christo Domino pro peccatis hominum Patri exhibiti.* In his verbis descriptionis Missae, notatur efficacia huius diuini sacrificij, in qua Corpus Christi offertur aeterno Patri pro peccatis hominum: semel enim tantum oblatum in Cruce Christus sanctificauit omnes, & omnium peccata deleuit, ut ait D. Paulus ad Hebræos 10. ibi, *In qua voluntate* (Christi, scilicet, qua se Deo Patri obtulit) *sanctificati sumus per oblationem Corporis IESU Christi semel*, & c. 9. fine, *Semel oblatum est ad multorum exhaurienda peccata, & sine peccato apparebit expectantibus se in salutem*, & cap. 7. *Non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius*

pro suis delictis hostias afferre: deinde pro populo: hoc enim fecit semel se offerendo.

Sed ex his verbis D. Pauli, veluti ex armata pharetra, multas hastas in nos coniciunt Lutherani, & Caluiniſtae, dementatas quidem illas, non amentatas. Primò enim inferunt, esse contra Apostolum, offerri quotidie Christum Patri aeterno, & immolari pro peccatis hominum in Missa: nam semel se offerendo in cruce, omnium peccata deleuit, alioqui si quotidie offeratur sacrificium Missae nouae legis, vel erit infirmum, instar veterum sacrificiorum legis veteris; vel si gratiam, & veniam conferre dicimus, profectò iniuriam facimus Christo, & plurimum derogamus sacrificio ipsius, quod in cruce Deo Patri obtulit, ac si illud insufficientes esset ad omnium peccata delenda. Hanc suam illationem confirmant ex illo Pauli ad Hebræos 7. fine: *Talis decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus, qui non habet necessitatem, quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre; deinde pro populo: hoc enim fecit semel se offerendo.*

Inferunt secundo, incrementum sacrificium Missae nouae legis non esse propitiatorium, quo expiatur peccata hominum, quia iam omnia sunt expiata per sacrificium illud crucis cruentum, quo se Deo Patri in in cruce obtulit, & quo omnium peccata deleuit. Probat ex illo ipsius D. Pauli ad Hebræos 10. *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem Corporis IESU Christi semel*, & ex illo cap. 7. *Hoc enim fecit semel se offerendo*; & ex illo 9. *Semel oblatum est ad multorum exhaurienda peccata, & ex aliis locis ipsius Pauli ad Hebræos 5. & 8.*

Inferunt tertio, in noua lege nullos esse Sacerdotes, nulla sacrificia Missae, quia Apostolus Paulus ad Hebræos 7. praedicat in lege gratiae vnicum tantum esse Sacerdotem Christum IESUM; & idēd illum in aeternum manere, & vnicum tantum sacrificium, quod fuit oblatum in cruce, & idēd non esse plures Sacerdotes, nec plura sacrificia: quia in hoc etiā distinguitur lex noua à veteri: nam in illa plures erant Sacerdotes, plura sacrificia, & quotidie offerebantur: in noua autem vnus tantum Sacerdos Christus IESUS est, & vnicum sacrificium immolationis, & oblationis ipsius in cruce: hoc enim solum sacrificium sufficiens fuit abundè, & ad omnium peccata delenda. Probat ex illo Pauli ad Hebræos 5. *Christus non semetipsum clarificauit, ut Pontifex fieret, sed, qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*, & c. 7. loquens de lege veteri ita ait: *Alij quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere, & statim loquens de lege noua, & inducens discrimen illius à lege veteri, ita ait: IESUS autem, eò quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium, vnde saluare in perpetuum potest, accedentes per semetipsum ad Deum, & ex illo ad eodēd Hebr. 10. vbi Paul. sermonem inferēs de Sacerdotibus legis veteris ita loquitur: *Omnis quidem Sacerdos praesto est quotidie ministrans, & offerens easdem hostias, quae nunquā possum auferre peccata.* Postea verò iterū sermonē inducens de sacerdotio Christi, & legis gratiae, ita ait: *Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei.* Haec sunt praecipua argumenta, quae in nos contorquent Haeretici.*

Verum, haec Haeticorum argumenta non multum negotij faciunt. Ad primum argumentum Respondēdo, de facto vnicam oblationem Christi in cruce factam suffecisse abundè; & sufficientē fuisset ad omnium peccata delenda, cum fuerit messis, reticorum valotique

12.

13.

14.

15.

valorisque infiniti, ratione diuinæ personæ patientis, & offerentis se, & corpus, ac sanguinem suum, Deo Patri, pro peccatis hominum; non tamen nostra peccata illa oblatione de facto deleri, nisi eius fructus in nos deriuentur, nobisque actu applicentur: non possunt autem in nos deriuari, nobisque actu applicari, nisi nobis communicentur, vel per bona opera, vel per ipsa Missæ sacrificia: nam per peccata à Deo diffugimus, & infinite ab eo auerimur, & idèd per nos stat, quòd merita, & fructus eius passionis nobis non applicentur: illa enim abudè sunt sufficientia, vt nobis applicata, nostra delectentur peccata: & hoc est, quòd Paulus ad Hebræos 10. dicit: *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel.* & idèd, ne per nos stet huiusmodi communicatio, fructus, & meriti oblationis Christi, & vt nobis actu applicentur, quotidie offerunt Sacerdotes, corpus, & sanguinem Christi, & incruentam oblationem Deo Patri consecrant; vt nobis ea merita applicentur, & vt quotidie fructum passionis eius salutarem capiamus, vt docet Concilium Trident. sess. 22. cap. 2. & constabit cap. 2. num. 1. Exemplo res declaratur: nam vnus est tantum in mundo Sol; & idèd Sol, quia solus, sufficiens quidem de se, & abundè sufficiens, & efficax ad illustrandos omnes homines: fieri tamen potest, vt actu non illustret, si aliquis ab illo diffugiat, fores, ac ianuas occludat, & se in abditissima loca recondat. Opus est ergo, vt ipse illustretur, quòd ipsum Solem quærat, & ab eo non diffugiat: tunc enim deriuata à Sole in eum luce, applicatæque illuminabitur; alioquin per illum stabit, quominus non illuminetur. Tota hæc doctrina colligitur ex Azor. tomo 1. lib. 10. Institut. moral. cap. 18. q. 8. §. *Ceterum hæc, & est v era, facilis, clara, plana, & accommodata ad rem explicandam.* Ad id, quòd addunt, nos iniuriam facere Christo, & eius meritis infinitis, & ostendere sacrificium Missæ esse infirmum, & instar veterum Sacerdotum sacrificiorum, qui quotidie offerebant hostias, & sacrificia pro se, & populo; negamus omninò illationes: nam nos nihil derogamus meritis Christi, & cruenti eius sacrificij, cum aperte fateamur, illa esse infinita, & efficacissima, ad nostra, & omnium hominum peccata delenda, nobis actu applicata: per nos autem stat, quominus applicentur modo explicato. Imò addimus, inde euidenter colligi, sacrificium Missæ nostrorum Sacerdotum longè differre à sacrificijs Sacerdotum veteris legis Mosaiæ: nam illæ oblationes, & sacrificia, erant quidem figuræ, & vmbra huius veri sacrificij, in quo Christus offertur; & idèd non conferrebat gratiam, nec dimittebant peccata: hoc verò peccata dimittit, & gratiam confert; illi enim panem, & vinum, aut animalia Deo offerebant: at nostri Sacerdotes & vinum in sanguinem, & panem in Christi corpus conuertunt, & offerunt pro peccatis hominum; & Deus propter huiusmodi sacrificium peccata hominibus dimittit magis, aut minus, pro maiori, aut minori dispositione illorum, in quo vincit nostrum hoc sacerdotium illud Aarons, & Melchisedech: quia Sacerdotes legis veteris, licet offerrent hostias, & panem, & vinum; non tamen hæc eadem in Christi corpus ac sanguinem conuertebant, nec Christum Dominum Dei Filium sub speciebus panis, & vini æterno Patri offerebant, quemadmodum nostri offerunt. Deducitur hæc responsio ex doctrina Tol. lib. 1. Summæ, cap. 2. num. 4. & 5. Azoris tomo 1. Institut. moral. lib. 10. cap. 10. quæst. 8. §. *Ceterum hæc.*

Conc. Trid.

Azor.

Tol. Azor.

16. Conc. Trid.

Ad secundum respondeo, de fide esse definitum in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. sacrificium Missæ esse propitiatorium simul, atque impetratorium, ita vt venia condonata, remissique pecca-

tis nobis Deum reddat placatum, ac propitium: & id ipsum docet etiam August. epistola 59, Ambros. lib. 1. Offic. cap. 48. & D. Cyprian. lib. 1. epistola 9. Neque obstat id, quòd Hæretici addunt, huiusmodi, scilicet, sacrificium non posse esse expiatorium: quia iam omnia peccata hominum sunt deleta per illud primum sacrificium Christi cruentum, Deo in cruce oblatum; & idèd non oportere huiusmodi sacrificium Missæ iterare, ac repetere, cum non habeat, quòd dimittat, dimissis ac condonatis per illud primum peccatis omnium hominem: nam, quanuis absolute sufficienter Christus satisfecerit pro peccatis hominum, & abundè sufficienter; tamen vt nobis actu applicentur, & communicentur Christi merita infinita, & fructus eius passionis, sacrificia Missæ toties repetimus; non quòd dubitemus de vi & sufficientia illius sacrificij cruenti in cruce facti, & Deo Patri oblato, nec quòd illi quicquam detrahamus; sed quòd vberimos illius fructus per incruentum Missæ sacrificium percipiamus: nam merita Christi nobis actu applicantur & communicantur per Sacramenta, per bona opera, & per sacrificia Missarum. Ad id, quòd Hæretici addunt, sacrificium vnicum tantum fuisse semel à Christo in cruce exhibitum, & non repetendum, cum Christus Dominus iam in statu sit immortalitatis, & occidi iterum non possit: Respondeo, verum esse, vnicum tantum esse sacrificium cruentum Christi Domini, quòd repeti non potest; sed in memoriam adducitur, ac reuocatur in incruentum Missæ sacrificio: enim verò in incruentum Missæ sacrificio non repetimus cruentam illam oblationem in cruce factam: sed illam in memoriam adducimus toties, quoties Missas celebramus, iuxta illud Christi Domini: *Hoc facite in meam commemorationem,* & idèd dicitur Missa, *Sacrificium expressum, siue oblatio expressa, cruenti sacrificij, & oblationis semel exhibitæ à Christo Domino in cruce, vt diximus num. 1.* Nec tamen est ipsa Missa, vt satis probauimus à n. 6. nuda & mera repetitio, ac commemoratio, aut nudum signum: nudaque figura illius primi sacrificij cruenti ipsius Christi Domini: sic enim sacrificium non esset: sed est incruentum sacrificium, incruentæque oblationis, & simul signum, & commemoratio sacrificij cruenti, vt docet Bellarm. tomo 2. lib. 1. de Missa, litera D. §. *Quod autem Patres.* Tol. lib. 2. Summæ, cap. 4. num. 4. Azor. tomo 1. Institut. moral. lib. 10. c. 18. & c. 20. Henric. lib. 8. de Euchar. c. 1. n. 1. fine, D. Thom. 1. 2. q. 101. a. 4. Henric. & idèd sic illam n. 1. descripsimus: *Est oblatio incruenta corporis, & sanguinis Christi, expressa simul, & commemoratiua illius primæ oblationis semel à Christo in cruce Deo Patri exhibitæ.*

D. August. D. Ambros. D. Cyprian.

Bellarm.

Tol. Azor. Henric. D. Thom.

17.

Ad tertium iam diximus, sacrificium cruentum vnicum tantum fuisse semel à Christo in cruce exhibitum, quòd à nostris Sacerdotibus auctoritate diuina à Christo Domino in Ecclesia ad id munus relicta, toties repetitur, ac replicatur, quoties incruentè sacrificant: & idem corpus in Missis offerunt, ac reproducent vi diuina, & efficacitate illorum verborum, *Hoc est corpus meum,* nam in illis verbis à Christo Domino prolatis in cæna, *Hoc facite in meam commemorationem,* iussu sunt ipsi facere, quòd ipse fecit: ille autem consecrauit, & obtulit suum corpus, ergo etiam, & ipsi consecrant, efficiunt, ac offerunt illam ipsam hostiam incruentam corporis Christi, quam ipse & in cruce obtulit, & in cæna produxit, ac obtulit. Ad id, quòd addunt, non esse nisi vnum tantum Sacerdotem, Christum Iesum, per quem ad Deum accedentes saluari possumus; & in hoc etiam distinguimus legem nouam à vetere, quòd in illa plures erant Sacerdotes: in ista verò vnicus tantum, Christus Iesus: Respondeo

Respondeo D. Paulum ibi solum voluisse ostendere, Christum Dominum æternum esse Sacerdotem, cuius meritis infinitis salui facti sumus, si nobis actu applicentur, vt diximus n. 15. Æternum autem Sacerdotem appellat, & quia sacerdotium ab eo institutum in Ecclesia, durabit in illa, quandiu illa durauerit; & non transferetur in aliud, sicut translatum fuit sacerdotium legis veteris, in sacerdotium legis nouæ, iuxta illud eisdem Pauli ad Hebræos 7. *Translatum enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat, & quia ipse Christus est caput Ecclesie inuisibilis, quæ in æternum durabit: non tamen voluisse excludere Ordinem sacerdotalem ab ipso Christo institutum in ipsa cæna pridie quam patereetur: ibi enim Christus Dominus Apostolos Sacerdotes instituit, & illis potestatem reliquit, vt alios instituerent, & in Ecclesia eandem potestatem successiue Episcopis reliquit legitimis Apostolorum successoribus, vt est de fide definitum in Conc. Trid. sess. 23. can. 1. ibi: *Si quis dixerit, non esse in nouo Testamento sacerdotium visibile, & æternum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, sed tantum officium nudum, & ministerium pradicandi, vel eos, qui non pradicant prorsus non esse Sacerdotes, anathema sit.* Constat enim fuisse Apostolos institutos & ordinatos in vltima cæna à Christo Domino ex Matth. 26. n. 26. Mar. 14. n. 22. Luc. 22. n. 20. ex Ioan. c. 20. & ex ipso Paulo 1. ad Cor. c. 11. & id Ecclesia inuolata etiam semper traditione obseruauit: quam obrem sibi contradiceret D. Paulus, si modò ad Hebræos scribens c. 5. vellet auferre sacerdotium, & potestatem consecrandi ab Ecclesia, quòd non est dicendum. Enim verò sacerdotium, & sacrificium, ita semper Dei institutione cõiuncta fuerunt in omni lege, vt inseparabilia essent. Cum igitur in noua lege sacrificij incruentum Missæ sit, & venerabile Eucharistie Sacramentum, in quo sacrificio ipsum corpus Christi Domini, Patri offertur; fateri etiam necesse est, in eadem Ecclesia, & lege noua nouum esse, & visibile sacerdotium, in quòd vetus translatum est, vt restatur ipse D. Paulus ad Hebræos 7. *Translatum enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat.* Quòd quidem sacerdotium, vt docet Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. fine, institutum fuisse à Christo Domino, & sacræ Literæ, & Catholice Ecclesie traditio semper docuit.*

Conc. Trid.

Conc. Trid.

18.

Ad id, quòd addunt, differentiam legis nouæ, & veteris in eo etiam consistere, quòd in lege vetere fuerint plures Sacerdotes; in noua verò vnus tantum. Christus Iesus, respondebimus capite sequenti; iam enim hoc caput longius, quam initio putarem, excurrit.

CAPVT II.

*In quo differant Sacerdotes legis nouæ à vetere; an sacrificium Missæ vnum, vel plura dici possit; quàm antiquum sit vocabulum Missæ, & an Græcum, vêt Latinum; & an satisfaciant Sacerdotes vna Missa multis pitantiis.*

SVMMARIVM.

*Sacerdotium nouæ legis differt à sacerdotio legis veteris, primò in eo, quòd illud filiorum generatione propagatur; istud sorte & gratia consequitur. num. 1. Differt secundo, quia illi Sacerdotes non iniuriabuntur sacris; sed solum aspersione, non vnctione olei ad id P. Steph. Fagandez in quinque præc. Ecc.*

*munus deputabatur: vnctio enim solius summi Sacerdotis erat. num. 2. Differunt etiam in potestate consciendi corpus Christi. num. 3. Differunt quarto, quòd illi animalia offerebant: nostri vero proprium corpus Christi. ibid. Differunt quinto, quòd illi non poterant dimittere peccata, nostri possunt. num. 4. Differunt sexto ratione status, quòd illi matrimonium inire poterant cum virgine tantum gentis Hebræorum, & semel tantum. num. 5. Sacrificium Missæ vnum est, non plura. num. 6. Nec multiplicatur ad numerum Sacerdotum sacrificium. ibid. Non possunt Sacerdotes pro vna Missa plures pitantias accipere, & tenentur ad restitutionem. n. 7. & num. 9. Proponitur obiectio in contrarium, & soluitur. n. 8. Quàm antiquum sit Missæ vocabulum. n. 9. Oblatio incruenta, quam Christus Dominus in vltima cæna celebravit, fuit meriti infiniti. n. 10. Oblationes & Missæ nostrorum Sacerdotum sunt meriti, & valoris finiti. n. 7. Missæ vocabulum quid significet, vnde dictum, Hebraicum sit, an Latinum. n. 12. 13. 15. 17. Missa Græcè Liturgia dicitur, & quid hoc nomen significet. num. 14. An fuerit olim sacrificium Missæ figuratum. n. 16. An vaticinium à Prophetis. num. 18. Explicatur vaticinium Malachie de Missa. num. 19. & num. 20. Explicatur locus D. Pauli de Missa. n. 21.*

Sacerdotium legis nouæ non in eo differt à sacerdotio legis veteris, quòd in illa lege plures erant Sacerdotes, plures hostias offerentes; in hac verò vnicus tantum Sacerdos sit, qui abundè satisfecit pro omnibus, semel se offerendo in cruce: sed in alijs multis. Nam in lege naturæ creabantur Sacerdotes potestate humana: vt enim respublica habuit potestatem creandi Duces, & Reges, sic etiam creandi & eligendi Sacerdotes: adueniente autem lege scripta abtulit Deus hanc potestatem populo Iudæorum, què in suò populù peculiare elegit, & in eo populù ipsemet Deus Sacerdotes instituit, præcipiès Moyse; vt inter duodecim Tribus ex vna sola Tribu, & familia Sacerdotes assumerentur, videlicet, ex Tribu Leuitica: sicque auctoritate diuina, in hac solum Tribu hæc dignitas, & potestas sacerdotalis residebat. Nec verò indiscriminatim omnes homines ex qualibet familia huius Tribus Leui Sacerdotes erant; sed tantum ex familia Aaron: hæc enim familia, præcepit Deus, vt semper in munere sacerdotali versaretur; eamque specialiter voluit hoc honore insigniri, vt docet D. Paulus ad Hebræos 5. *Nec quisquam sumit sibi honore, sed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron.* Reliqui verò homines huius Tribus Leuiticæ, tẽpli ministri erant, & in ministros templi assumebantur, nõ tamen in Sacerdotes; sed solum ij, qui ex hac Tribu per familiam Aaronis descendebat, vt docet optimè Tol. lib. 1. Summæ, c. 2. n. 6. Bellarm. lib. 4. de notis Ecclesie, c. 8. Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 73. sect. 5. fine. Et idèd filij Sacerdotum eo ipso, quòd filij Sacerdotum erant, ius ad sacerdotium habebant; non tamen vsum, nisi post consecrationem, quæ fiebat per olei aspersionem, non vnctionem: vnctio enim solius summi Sacerdotis erat. Differt ergo primò sacerdotium legis nouæ, à sacerdotio legis veteris, quòd sacerdotium verus & Leuiticum naturali filiorum generatione propagabatur, vt explicatum est: at verò sacerdotium Christianum non carnis origine, aut filiorum propagatione: sed sorte, & gratia consequitur: & idèd

Tol. Bellarm. Soarium.

L dicitur

Perer.

D. August.

2.

Conc. Trid.

Conc. Trid. Tolerus.

3.

4.

Conc. Trid.

5.

dicatur sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia: quia, nec a parentu propagatione sacerdotiu accepit, nec in filiorum generatione reliquit, vt optimè probat Benedic. Pexer. in Genesis, cap. 14. disput. 4. de Melchisedech, iuxta illud Psalmi 105. Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Vnde ait D. Aug. lib. 16. de ciuit. Dei: Non quidem secundum ordinem Aaronis, qui ordo fuerat auferendus illucentibus rebus, quae illis umbris praeuocantur.

Differt secundò sacerdotium legis nouae a veteri ex parte institutionis: non enim in lege naturali, nec in lege veteri, Sacerdotes sacris Ordinibus initiabantur, sed solum in lege naturae in id munus eligebantur à populo: in lege autem veteri, aspersione olei actualiter deputabantur in sacerdotale munus; & neque hi, neque illi gratiam accipiebant in tali deputatione, aut electione: ar verò Sacerdotes legis gratiae sacris Ordinibus initiantur, & gratiam accipiunt in ipsa institutione, & initiatione, quae quidem initiatio & institutio vnum est ex septem Ecclesiae Sacramentis, gratiam ex opere operato conferentibus, vt docet, ac de fide definit Conc. Trid. sess. 23. c. 13. 1. & can. 3. Nec verò solum nostri Sacerdotes gratiam accipiunt, cum sacris Ordinibus initiantur, sed signum quoddam (Charakter appellatur) interius spirituale, quod indelebile est, & in anima imprimitur illis, qui iisdem sacris tantum Ordinibus initiantur; & idè semel ritè ordinati, iterum laici fieri non possunt, vt docet Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. Tolerus lib. 1. Summae, c. 2. n. 3.

Differt tertio in potestate admirabili conciliandi verum corpus, & sanguinem Christi: conuertunt enim Sacerdotes legis nouae vinum, & panem in corpus, & sanguinem Christi: quam potestatem nullus vnquam Sacerdos alius habuit, nec in statu naturae, nec in statu legis veteris & scriptae, in quo etiam praecedit, ac vincit nostrum sacerdotium illud Aaronis & legis antiquae multis partibus, & supra modum. Differunt quarto nostri Sacerdotes à Sacerdotibus legis antiquae in sacrificio, quod offerunt, siue in hostia & oblatione: nam illi quidem animalia Deo offerrebant; Christiani verò Sacerdotes offerunt Christum Dominum Dei Filium sub speciebus panis, & vini, aeterno Patri, quo nihil potest esse praestantius, nihil excellentius, aut Deo acceptius.

Differunt quinto in tremenda, ac admirabili potestate absoluedi peccata: nullus enim vnquam alius Sacerdos ad hanc dignitatem ascendit, vt nec vnum veniale certum peccatum possit dimittere; cum peccata dimittere, solius sit potestatis diuinae: & idè Iudaei, vt hoc soli Deo conueniens, Christo Domino opponerent, quod peccata dimitteret, cum tamen solius Dei esset illa dimittere; & verum dicebant, solius Dei esse peccata dimittere: Christus enim, & homo erat, & Deus; & quia Deus, peccata dimittebat: quam obrem ante eius aduentum nulli vnquam Sacerdoti concessa fuit tanta potestas, vt possit peccata dimittere. Hanc autè potestatem concessit Christus Euangelicis Sacerdotibus: verè enim dimittunt, & absoluunt peccata, vt est de fide definitum: neque enim illi acceperunt à Christo nudum ministerium, vel annuntiandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata; neque ipsa sacerdotalis absolutio est simplex quaedam, ac nuda declaratio remissionis ipsorum peccatorum; sed est verus ac iudicialis actus, quo à Sacerdotibus pronuntiantur sententiae, & iudicialiter absoluuntur homines à peccatis, imposita poenitentia salutari, vt docet, ac definit Conc. Trid. sess. 14. c. 6.

Differunt vltimò ratione status, illi quippe coniugari erant, vxorèque ducebant etiam post sacerdotium: Euangelicus autem Sacerdos continentiam

seruat, & castitatem, qui status multò perfectior est, quam coniugatorum, vt docet Medina de sacrorum hominum continentia. Bellar. lib. 11. de Clericis, & c. 19. Petrus Soro lect. 6. 7. 8. de matrimonio. Vvald. de Sacram. cap. 128. & 129. Sotus in 4. dist. 38. a. 2. & lib. 7. de iust. q. 6. Turrianus lib. 2. de dogmat. & alij. Solum tamen cum virginibus gentis suae Hebraeorum Sacerdotes connubialia foedera inire poterant, vt constat ex Leuitico 21. & docet Philo lib. 2. de Monarchia, & D. Hieron. epist. 128. ad Fabiolam: Nec scilicet, (inquit D. Hieron.) in mala terra nobilitum seminum frumentum degeneraret. Ecce, in quibus differunt Sacerdotes legis veteris à noua, & non in eo, vt dicebant Haeretici, quod in lege veteri plures erant Sacerdotes; in noua autem vnus tantum Christus Iesus.

Dubitant tamen Doctores, an Sacrificium Missae vnum sit dicendum, vel plura, tot scilicet, quot sunt Sacerdotes sacrificantes. Et ratio dubitandi est: quia, vt diximus c. praecedenti, n. 16. in cruentum Missae sacrificium est expressiuum illius primi sacrificij crucij, quod Christus in cruce Patri exhibuit: vnde, cum sit expressiuum illius, & in Missam idè Christus se Deo Patri offerat ministerio Sacerdotum, vnum tantum videtur esse sacrificium; quia in omnibus Missis vnus est offerens, & eadem semper oblatio: & idè Concil. Trid. sess. 22. c. 2. vnam Hostiam, seu vnum sacrificium appellat sacrificium Missae, quia vnus est offerens Sacerdotum ministerio, ibi: Vna enim, eademque hostia idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum olim in cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa, cuius oblationis cruenta fructus vberimos per hanc oblationem (scilicet Missae) percipimus, tantum abest, vt illi per hanc oblationem derogetur.

Aliudè verò videtur tot esse numero sacrificia, & Missae, quot sunt numero Sacerdotes illas dicentes. Sed verò, vt respondeamus, sciendū est, in sacrificio Missae, & esse hostiam, seu rem oblatam, quae Deo offertur; & esse offerentem, qui eam offert; & esse actionem Sacerdotis Missam celebrantis, & etiam offerentis ipsam rem oblatam; auctoritate diuina: hostia, seu res oblata in omnibus Missis semper est eadem, quia est idem corpus Christi, quod in omnibus Missis offertur Deo Patri; idem, inquam, quod olim fuit oblatum, & immolatum in cruce: offerens principalis est idè Christus, qui se olim obtulit per seipsum Deo Patri in cruce, & nunc se iterū illi offert, non per seipsum immediatè, sed mediantribus Sacerdotibus, & illorum ministerio: offerens minùs principalis est quilibet Sacerdos sacrificium Missae peragens, & idè semper est idè Christus, qui se omnibus Missis offert, sicut idem ipse se obtulit olim in cruce, sed diuerso modo, & ratione: nā olim in cruce se obtulit immediatè per seipsum Patri, & passibile: hodie seipsum offert mediatè, & per Sacerdotes, sed impassibilem: & idè, cum sit eadem oblatio, & idem offerens olim per se, hodie per suos Sacerdotes in omnibus Missis se offerens, absolutè dicendum est, esse vnum sacrificium Missae, non plura, nec multiplicari sacrificia ad numerum Sacerdotum Missas celebrantium: nam, cum in omnibus Missis idè Christus semper offeratur, formaliter loquendo, vnū est sacrificium Missae in omnibus, quod repetitur, & replicatur per multos Sacerdotes, sicut si idè homo poneretur diuina virtute in diuersis locis, non essent plures homines, sed idem, quantum materia- liter, seu potius vulgariter loquendo, plura sacrificia & plures homines dicantur: & idè Patres Graeci, & Latini vnum sacrificium semper appellant, non plura, vt D. Chryf. hom. 17. in epist. ad Hebraeos, c. 8. Gregor. hom. 37. in Euangel. Cyprianus lib. 2. epistola 3. Fulgentius de fide ad Petrum, c. 18. Aug. lib. 20. contra Faustum, c. 18. Ambros. ad Hebraeos, cap. 9.

Medina. Bellar. Petrus Sotus. Turrian.

Philo Ind. D. Hieron.

6.

Conc. Trid.

D. Chrysof. D. Greg. D. Cyprian. D. Fulgent. D. August. D. Ambr.

7.

Nauarr.

Toletus.

Azor.

Soarius.

Tabiena.

Couar.

D. Thom.

D. Bonan.

Richard.

Scorus.

Palud.

Adrian.

Gabriel.

Maiores.

8.

cap. 9. Theophylactus, & Primasius ibidem, & alij multi.

Ex dictis sequitur, non posse Sacerdotes pro vna Missa accipere plures pirantias, etiam si pauperes sint; & teneri ad restitutionem illarum illum, qui pro vna Missa plures accepit. Ita docet Nauarr. in Man. Lat. c. 25. n. 92. & in Enchirid. de orat. c. 20. n. 77. in c. Vsum. de consecrat. dist. 1. & in cap. Non mediocr. de consecrat. dist. 5. Toletus lib. 2. Summae, c. 8. §. Tertium. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 20. §. Quod ad primum attinet & cap. 21. q. 1. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 79. lect. 2. Tabiena verbo, Restitutio §. 3. Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 1. n. 5. & sequentibus. D. Thom. in 4. dist. 45. quaest. 2. art. 4. & quaest. 3. ad secundum Bonan. in 4. dist. 45. art. 2. quaest. 3. ad vltimum. Richard. in 4. dist. 45. a. 2. q. 3. Scorus quodl. 20. q. 2. & 3. Durandus in 4. dist. 45. ad 3. q. 3. Palud. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. concl. 4. Adrian. quodlib. 8. artic. 3. Gabriel in Canone Missae, lect. 26. & 27. Maior in 4. dist. 55. quaest. 2. Sed id clariùs patebit infra c. 8. n. 7. & 10. & cap. 6. n. 8. Ratio est: quia Missae sacrificium, simpliciter loquendo, est finiti meriti, & valoris: alioqui enim vna sufficeret Missae ad erudendas omnes animas ab igne purgatorio; & nulla esset ratio, ob quam Ecclesia pro illis tot Missarū sacrificia replicaret, & institueret; & alioqui etiam Missa, quam quilibet Sacerdos offert, aequaret merito ac valore sacrificium cruentum, quod Christus obtulit in cruce, quod non est dicendum, solum enim illud sacrificium fuit meriti infiniti, & quia in eo Christi corpus oblatum fuit Patri, quae oblatio in se erat infinita; & quia oblatum fuit immediatè à Christo, cuius persona erat infinita, infinite grata Patri, & infinite dignificas illa oblatione. At verò in Missa licet offeratur Patri idem corpus Christi; & eadem infinita hostia atque oblatio, quae fuit olim oblata in cruce, & applicata à Christo pro peccatis hominum; tamen non offertur modò immediatè à Christo, sed mediatè & per suos Sacerdotes, & ab ipsis immediatè applicatur valor illius sacrificij; vnde, cum persona Sacerdotis offerentis & applicantis non sit infinita, nec infinite grata Deo, inde est, quod sacrificium Missae sit finiti meriti & valoris; id autem, quod finitum est, si diuidatur in multos, minùs necesse est, vt prosit singulis, quam si vni totum daretur.

Dices, non derogatur merito elemosynae, si per seruum detur, cum dominus sit principalis causa efficiens elemosynae; ergo etiam non derogabitur merito & valori infinito oblationis infinitae corporis Christi, quod offeratur, & applicetur à Sacerdote in Missa, cum Christus sit principalis offerens & applicans valorem illius oblationis, non immediatè, sed mediatè per suos Sacerdotes: Respondeo, esse diuersam rationem: nam seruus, quantum dicitur causa efficiens minùs principalis illius elemosynae; tamen non est causa moralis illius, & illa actio in tantum est meritoria, in quantum est moralis; & idè non potest seruis modificare valorem elemosynae, aut derogare merito illius: at verò in sacrificio Missae Sacerdos ex institutione Christi est causa efficiens illud sacrificium, conuertens vinum in sanguinè, & panem in corpus Christi, offerensque & applicans illud, licet minùs principalis causa sit, & idè aliquid efficit in ipsa oblatione, cum diuinitus illam producat potestate mirabili à Christo Domino accepta: seruus autem nihil producit in elemosyna; & idè est diuersa ratio vtrobique. Praterè per Baptismū deriuatur infinitum meritum, & valor vitae & mortis Christi Domini, in eos qui baptizantur; & tamen non nisi finitè illis communicatur: ita ergo etiam erit iudicandum de Missae sacrificio: si enim aqua, & minister Baptismi, mediante quo nobis communi-

cantur infinita Christi merita, illa ita modicant, vt non nisi finitè communicentur; ita etiam erit dicendum pari ratione in sacrificio Missae, cum mediante Sacerdote nobis ea infinita Christi merita communicentur, & applicentur; & si recurratur in Baptismo ad institutionem diuinā, qua voluit Deus, vt in Baptismo non nisi finitè nobis Christi merita infinita communicentur; pari ratione ad eandem institutionem diuinā recurrendū erit in sacrificio Missae.

Hac obiter sint dicta: infra enim c. 6. n. 8. reddidit sermo hac de re, vbi pro dignitate hac quaestionem tractabimus. Ex dictis tamen inferunt Nau. Toletus, & Tabiena locis numero praecedenti allegatis; & ferè omnes ibi citati, peccare mortaliter (vt dixi) Sacerdotè obligatum ad sacrificandum pro aliquo, si ei non applicet totam Missam, seu totam partem Missae, quam ei tenetur applicare, & non satisfacere vna Missa, multis pirantiis; quia, vna Missa pro multis dicta non tantum valet cuiuslibet eorum, nec tantum prodest illis, quantum prodest vni; & teneri ad restitutionem pirantiarum, cum inuitè prius suo merito illos, qui eas porrexerūt, & sit contractus & actus iustitiae, Do, vt facias; vels vt applices: quem Sacerdos de iustitia tenetur implere: nec excusare Sacerdotis paupertatem, quia ius paupertatis absolute non excusat à restitutione: paupertas enim Sacerdotis, nec obligationem iustitiae tollit, nec debitum alteri; nec Ecclesia instituit Missas, ad alèdos Sacerdotes pauperes, imò potius sanxit, vt nullus pauper ad sacros Ordines promoueretur. c. Non licet. c. Episcopus c. Tuis. & c. Cum secundum. de praebendis, & qui ordinatus in paupertatem incidit, aliqua arte, vel artificio, aut agricultura sibi victum parat. c. Clericus vltim. dist. 91. vide Nauarrum c. Nauarrum 25. num. 92. pulchre quidem, & satis doctè id probantem: vbi etiam dicit, peccare mortaliter illum, qui alteri Missam promittit, & eam illi non dicit, sed de his infra.

Missae vocabulum antiquissimum est: inuenitur enim hoc nomen Missae apud D. Ambr. lib. 5. epist. D. Ambr. 33. Ego, inquit, mansi in munere, Missam facere capi, orare in oblatione Deum, vt subueniret. Et apud D. Aug. serm. 91. de tempore, & sermone 251. extat etiam id vocabulum apud Victorem Vticensem, & apud Cassianum lib. 3. de Inst. Monach. c. 11. & re-

peritur etiam in Concilio Romano sub Syluestro I. in Carthaginensi IV. can. 3. & in Carthaginensi IV. can. 84. & in Mileitano itidè IV. c. 12. & reperitur denique hoc nomen in epistolis Summorum Pontificum, qui multo tempore ante Syluestrum I. Ecclesiae praesuerunt: quod in epistolis Alexandri I. Tolesphori, Soteris, Pij, Fabiani, vt citat Durandus, de ritibus Ecclesiae, lib. 2. c. 6. n. 6. & Azor t. 1. Inst. m oral. lib. 10. c. 8. q. 3. Instituit enim Christus Dominus Apostolos Sacerdotes, vt est de fide definitum in Concilio Trid. sess. 22. can. 2. ibi: Si quis dixerit illis verbis: Hac facite in meam commemorationem. Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi, alijque Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum, anathemastit. Et in Concilio Constantiensi sess. 88. damnatur iste articulus: Non est fundatum in Euangelio, quod Christus Missam ordinauerit. vt refert Azor citatus q. 4. nam ex Euangelio Lucae 22. & ex 1. ad Corinth. cap. 11. constat, instituit Christum instituisse Apostolos Sacerdotes, & Missam ordinasse, saltem quoad substantiam consecrandi, offerendi, & benedicendi panem, & vltimum; postea verò Apostoli, Petrus, & Summariam Pontifices successores illius caeremonias aliquas addiderunt vsque ad eam pulchritudinem, qua nunc illam habemus. Et, quantum ad aliquos Doctores ex Catholicis olim negauerint, Christum Dominum, in extrema cena sub specie-

9.

10.

Durand. Azor.

Concil. Trid.

L 2 panes.



Conc. Trid.

panis, & vini sacrificasse, & seipsum in cruentem Patri obulisse; sed praecepisse tantum, ut Sacerdotes eum offerrent sub illis speciebus: tamen Concilium Tridentinum sess. 22. decernit, Christum Dominum se in vltima cena in cruentem sub speciebus panis, & vini Patri obtulisse: cuius verba, ut fidem faciam, integra repetito: ita enim ibi: *Is igitur Deus, & Dominus noster IESVS Christus, est semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illi redemptionem operaretur; quia tamen permortem sacerdotum eius extinguendum non erat, in cena nouissima, qua nocte tradebatur, ut dilecti sponsa sua Ecclesia, visibilis sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud, semel in cruce peragendum, representaretur, eiusque memoria in finem usque saeculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, qua a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans, corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub symbolis earundem reuoluit, Apostolis, quos tunc novos Sacerdotes instituebat, ut sumerent, tradidit, & ipsidem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerret, praecepit per hoc verba Matt. 26. Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem, uti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit.* Hae ibi. Et ante Concilium idem olim tradiderunt Cyprianus lib. 3. epist. 3. ad Cecil. Hieronymus in Math. 26. Hefychius lib. 6. in Leuiticum, c. 22. & lib. 2. cap. 8. D. Leo ferm. 7. de passione. Nyssenus in oratione 1. de Resurrectione Domini. Origenes in Math. c. 26. Tertull. lib. 4. contra Marcion. Chryf. hom. 18. in Math. & D. Isidorus lib. 6. Erymolog. c. 19. & alij.

D. Cyprian. D. Hieron. Hefychius. D. Leo. Nyssenus. Origenes. Tertull. D. Chryf. Isidor.

Vnde, cum in cena Domini idem Christus Deus, ac Dominus noster, cuius persona infinita erat, infinite grata Deo Patri, seipsum illi in cruentem obtulerit, certum est, illam Missam, & illam oblationem fuisse tunc meriti infiniti, ac valoris; & quia idem corpus, quod in cruce oblatum erat, obtulit; & quia vtrouque illud Deo Patri per seipsum immediate obtulit: vnde patet, ingentem illius erga nos amorem, cum abunde, ac superabunde nos redemerit, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ut inquit Paul. ad Ephes. c. 2. nimiam quidem, hoc est, abundantem, & superabundantem; sed ordinatam tamen secundum dispositionem diuinæ voluntatis.

Missæ vocabulum, Græcūne, Hebraicum, an Latinum sit, bipartita est opinio. Quidā dicunt vocabulum esse Hebraicum, & significare voluntariā oblationem; ut docet Toletus lib. 2. Summæ, c. 4. n. 6. Henric. lib. 8. de Euchar. c. 1. n. 1. & lib. 9. de Missa, c. 10. n. 2. Nau. in Manuali Latino, c. 25. n. 1. FT. *Missa* enim Hebraicè idem est, quod spontanea oblatio, ut tradit eruditissimus Demochares c. 1. de sacrificio Missæ. Idē docet Alciar. lib. 7. parerg. c. 90. Hector Pintus Lusitanus in Danielē, c. 3. Pamel. in Liturg. Reulinus lib. 2. de Hebraica erudit. Alij vero existimant, Missæ vocabulum, non Hebraicum, sed Latinum esse. Ita docet Azor. tom. 1. Inst. mor. lib. 10. c. 8. q. 1. Bellar. tom. 2. lib. 1. de Missa, c. 1. fol. 749. col. 1. versu. *Sed non videtur.* Durandus de ritibus Ecclesiae Cathol. lib. 2. c. 1. n. 2. & dicit, Missam significare missionem, seu dimissionem: sumitur enim apud Latinos participium prateriti temporis pro nominibus substantiuis: sic collecta pro collectione apud Tertull. lib. 4. contra Marcionem, c. 18. & Cyprianum de bono patientiæ, & lib. 3. epist. 8. & 14. Sic videtur Missa pro missione dici: olim nanque in fine Missæ Catechumenorum, quæ dicebatur, publica voce Diaconus clamabat, *Ite, Missa est*, ut appetit insinuat D. Aug. ser. 237. Concilium

Toletus. Henric. Nauarrus. Democh. Alciarus. Hect. Luf. Pamel. Reulinus. Azor. Bellarm. Durand.

Tertull. Cyprian. D. August.

Carthaginense IV. can. 84. Ambr. lib. 5. epist. 33. Concil. Cassianus lib. 2. de Instit. Monachorum, cap. 12. & Clemens lib. 8. Const. apost. c. 12. & habetur cap. *Episcopus*, de consecrat. dist. 1. quibus verbis ab Ecclesia excludebantur Catechumeni, quibus non permittebatur consecratiō Corporis, & Sanguinis Domini interesse; quasi diceret Diaconus: *Vobis iam non licet interesse, sed abite, vos dimittimus.* Inde corrupto vocabulo totum illud diuinum sacrificiū, Missa, seu dimissio populi cepit appellari, sumpto vocabulo à publicis illis verbis, qua Diaconus dicebat: & sicut tunc Diaconus contenta voce dicebat, *Ite, Missa est*, sic etiam hodie perfecta, ab solutoque Missæ sacrificio, voce Diaconi, vel Sacerdotis, etiā populus dimittitur ea ipsa voce, *Ite, Missa est*, quasi dicerent: *Vestra dimissio est*, vel *Vos dimittimus: finit enim est iam ac paratū sacrificium; Abite.*

Probant verò Auctores huius opinionis, Missæ vocabulum Latinum esse, non Hebraicum: quia tempore Apostolorum non videtur fuisse in vsu Hebraicum vocabulum *Missa*: si enim in vsu esset, retineretur vtiq̃ue etiam hodie in Ecclesia, sicut retinetur aliæ voces Hebraicæ, quæ tunc in vsu erant in primitiua illa Ecclesia, ut *Alleluia, Osanna, Racha, Acheldemais, Sabaoth, Satans, Sabbatum, Amen, Pascha*; & id genus aliæ: quæ vocabula Hebraica per Græcos ad nos seuerunt; maximè cum ipsi etiam Apostoli, & primitiua Ecclesie Doctores Græcè scripserint, ut optimè animaduertit Bellarm. loco supra allegato. Ex his duabus opinionibus secunda, quæ asserit, vocabulum Missæ Latinum esse, non Hebraicum, mihi magis arridet, quamuis alia sit satis probabilis, & magnorum Doctorum auctoritati innitatur.

Græco verò vocabulo, *Missa*, *Liturgia* appellatur, hoc est, publicum ministerium: Syriaco, *Quedossa*, hoc est, sanctum, vel sacrum, ut docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. q. 1. Bellarm. tom. 2. lib. 1. Missæ, c. 1. fol. 749. §. *Sed non videtur.* Henriquez, lib. 9. de Missa, c. 10. n. 2. sic Jacobus, Chrysothomus, Basilus scribunt suas Liturgias, seu Officiū Missæ; & quanuis à Patribus Græcis vix vnquam accipiatur *Liturgia*, quam pro publico ministerio Sacrificij, seu pro Missa: tamen reuerà, considerata voce Liturgiæ, & spectata intrinseca significatione vocabuli Græci, Liturgia quodcumque munus, seu ministerium publicum significat. Sic Demosthenes in oratione contra Leptinem frequentissimè hanc vocem vsurpat pro publico munere, aut officio.

Hodie itaque in probatissima opinione dicitur Missa, quasi missio, seu dimissio populi; & idem est Missa, quod missio; quamuis alij velint, ut Missa idē sit, quod oblatio, aut quod preces, quæ ad Deum mittantur. Ita Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacram. part. 8. cap. 8. Magister verò sententiarum, (minus tamen probabiliter) dicit, Missam dici, & appellari, eò quod Angelus à Deo mittatur, qui sacrificio in cruento assistat, & illud ad Deum deferat nostri causa: ita enim ille docet in 4. dist. 13. quem secutus est D. Thomas 3. p. q. 83. art. 4. Sed præstat opinio eorum, qui docent, hodie Missam dici quasi sit missio, aut dimissio populi: sic *Collecta*, pro *collectione*; & *Missa*, pro *missione*, ut diximus n. 1. & hanc opinionem tenent, præter eos, quos ibi citaui, & Bellar. tom. 2. lib. 1. de Missa, c. 1. fol. 750. vers. *Probabilissima est*, Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 10. c. 8. q. 2. iā ibi allegati, & Isid. lib. 6. originū. Raban. lib. 1. c. 3. 2. de Inst. Clericorum. Alcuin. lib. de Offic. Eccl. cap. de celebrat. *Missa*, & hoc sensus id est, pro missione accipitur etiam in iure canon. c. *Episcopus*, de consecr. dist. 1. & in Conc. Carth. IV. can. 74. & Concilio Illerdensi can. 4. Hæc de vocabulo Missæ & antiquitate eius sint satis, & aliquid etiam dicemus n. 17.

Concil. Carth. D. Ambr. Cassian. Clemens. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Fuit

16.

Quibus figuris fuerit significatum sacrificium Missæ.

Præmissis Sixtus Sen.

Conc. Trid.

Fuit autem hoc Missæ Sacrificium olim in lege veteri non vna, sed pluribus figuris significatum, propter illius excellentiam: res enim, quæ vno nomine, ac vocabulo, propter suam excellentiam significari non potest, conuenientissimè multis symbolis, nominibus, & figuris declaratur; & sic significatum fuit in Sacrificio Melchisedech. Genes. 14. qui panem, & vinum Deo obulit in sacrificium pro victoria Abraham, ut docent omnes, quos citauius cap. 1. n. 2. in sacrificio Abraham, & Abelis: & idem in Canone Missæ mentio fit de Sacrificijs horum Patriarcharum, & in Liturgia D. Jacobi oratur, suscipi hoc Missæ sacrificium ea deuotione, qua obulit Abel, Noë, Aaron, Samuël, ac reliquorum Sanctorum sacrificia: quia illorum sacrificia fuerunt figura istius: *Omnia enim in figuris continebantur illis*, ut ait Apostolus 1. Cor. 10. & habetur c. *Præterea*, de consecr. dist. 2. Et denique in omnibus fuit figuratum mysterium Missæ, in quibus figurata fuit diuina Eucharistia, & maximè in panibus propositionis, quos non licebat edere, nisi solis Sacerdotibus, 1. Reg. cap. 21. & Manna, iuxta illud Christi Domini Ioan. 6. *Patres vestri manducauerunt Mannam, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, & viuat in aeternum*: panem enim vocat Corpus suum: *panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Assumpto enim pane gratias Patri agens, illum consecrauit, dicens: *Hoc est Corpus meum.* Manna enim in Hebraica veritate, seu Manhu, significat, *quid est hoc*: vnde dubitantibus Iudæis, quid illud significaret, & cuius figura esset, id ipsum illis explicauit, dicens: *Hoc est corpus meum*, & verè figura corporis Christi Manna erat: fuit enim Manna in parua quantitate satiabatur, & consuabatur à feria sexta in sabbatum, & in arca testamenti asseruabatur; sic diuina Eucharistia asseruatur hodie, & conseruatur in sacrario in paruis, atque exiguis particulis, ut ait D. Irenæus apud Eusebium lib. 5. Hist. cap. 23. & Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. sanct. PP. cap. 196.

Et quia in multis rebus fuit figuratum hoc diuinum sacrificium Missæ, Sacramentumque Eucharistia: idem dicit Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. sine, hanc oblationem esse, quæ per varias sacrificiorum similitudines, naturæ, & legis tempore figurabatur, vepote, quæ bona omnia, per illa significat, vel ut illorum omnium consummatio, & perfectio, completur: quibus verbis videtur inclinare Conciliū vehementer in opinionem eorum, qui dicunt, Missam esse nomen Hebraicum, & significare oblationem, quos citauius num. 1. initio, & ij respondebunt ad eos, qui dicunt, Latinum esse vocabulum, non Hebraicum, & Latine significare missionem: idem in Missa Catechumenorum olim dici solitum fuisse, *Ite, Missa est*: quia Catechumenis non permittebatur Missæ assistere, nisi vsque ad tempus, quo panis offerrebat, seu vsque ad prædicationem: postea verò, cum inciperet sacrificium Missæ, ea voce dimittebatur: *Ite, Missa est*, quasi eis diceretur, *Abite, Missa est*, hoc est, quia incipit sacrificium, & oblatio munda, cui non potestis assistere; quia est sacrificium eorum fidelium, qui per portam Baptismi Ecclesiam ingressi sunt. Verum animaduertendum est, Auctores illius opinionis, qui dicunt, Missam vocem esse Latinam, & significare missionem, non dubitare, substantiam, & essentiam Missæ consistere in oblatione, & sacrificio, atque adeo Missam essentialiter oblationem esse, & sacrificium; nec etiam dubitare Corpus Christi esse oblationem, quæ offertur in ea Patri in cruentem, cum idipsū indubitatum sit apud omnes, sed solum inquirere, quā originem habeat hoc nomen, *Missa*, quid significet, & vnde inceperit. Et dicuntur originem illius ortam fuisse ex ea voce, quæ dicebatur in sacrificio Catechumenorum, *Ite, Missa est*. P. Steph. Fagnandez in quinquæ præc. Eccl.

sa est, quibus non licebat assistere, ac præsentem esse sacrificio in cruento oblationis Corporis Christi, & consecrationis panis, & vini; & significare missionem; & inde corrupto vocabulo a iungit hoc sacrificium, Missam vulgari modo vocari incepisse: quæ opinio, si vera non est, saltem est probabilissima, ut diximus.

Nec fuit solum in sacris Literis figuratum hoc diuinum mysterium, ac sacrificium Missæ, sed etiam vaticinatum multis Prophetarum oraculis, ut nemo de illius veritate dubitaret, qui Christiano nomine gloriaretur. Vnde David Ps. 110. præclaro vaticinio sacrificium hoc, sacrificium sacrificiorum, memorariūque, ac cõplectiuū omnium figuratum, omniumque sacrificiorum appellat: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, ac misericors Dominus: escam dedit inimicis suis.* Vnde D. Cyrillus Alex. in Ioann. cap. 6. *Omnia (inquit) veterum sacrificia, noua lege superuenientes, vno complectuntur sacrificio.* Quod docet etiam D. August. & Theophylact. in Ioann. cap. 6. & Damasc. lib. 4. de fide orthod. c. 14. & alter Cyrill. Hierosol. scilicet, catechesi 4. Præclaro etiam vaticinio fuit annuntiatum à Dauide Psal. 71. illis verbis: *Et erit firmamentum in summitatibus montium, quem locum Paraphrastes Chaldaeus vertit in hanc modum: Et erit placenta tritici in capitibus Sacerdotum, & Hebræi intelligunt de quibusdam placentis tritici delicatissimis tempore Messis per Sacerdotes Deo offerendis, & supra caput extollendis. Concinat illud Esaiæ 3. vbi priuaturum se pollicetur Deus Iudæos ipsos hoc diuino sacrificio oblationis, & sumptionis Corporis Christi, in vindictam ingratitudinis illorum. Dominator Dominus exercituum auferet à Iudæa validum, & fortis, robur panis, & robur aquæ, quo loco vertit Aquila, auferet firmamentum, & firmitatem.* Et ad eundem Esaiæ locum Procopius Gazæus, vir profectò doctissimus, *Per panem (inquit) & aquam intelligit Prophetam illud ipsum, de quo locutus est ipse Saluator Ioannis 6. Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus.* Vnde etiam Forerius nosler Lusitanus ad eundem Esaiæ locum: *Robur panis, & aquæ, significat summam omnium generis succulentia. Quasi in hoc vnico sacrificio, & Sacramento Corporis, & Sanguinis sui, robur, ac vires omnes spirituales populi consistant Christiani. Sic Daniel c. 12. auferendum ait iuge sacrificium tempore Antichristi per tres annos, & dimidium: quem locum interpretantur Catholici, & Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 10. c. 18. q. 7. §. *Quares, an in aliis, de sacrificio Missæ, & de oblatione, quæ quotidie offertur in ea Deo, Corporis & Sanguinis Saluatoris nostri IESVS CHRISTI.**

18. An fuerit sacrificium Missæ vaticinatum.

D. Cyrill.

D. August. Theophyl. Damasc. Cyrillus.

Procopius.

Forerius.

Azor.

19.

Præcipue verò prænuntiatum fuit hoc diuinum sacrificium Missæ perillustri illo vaticinio Malach. 1. *A Solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.* Quem locum intelligit sacrosancta Synodus Trid. sess. 22. c. 1. de sacrificio Missæ: & ita intelligunt noui & antiqui Doctores. Ex antiquis ita intelligit Iustinus in Dialogo cum Tryphone. Irenæus lib. 4. cap. 32. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem. Clemens lib. 7. Const. apost. cap. 31. Eusebius lib. 1. de demost. euang. cap. vltim. Cyprian. lib. 1. contra Iudæos, cap. 16. Chrysof. homil. in Psalm. 95. Aug. Chrysof. lib. de ciuitate Dei 19. cap. 33. & lib. 18. cap. 35. Damasc. lib. 4. de fide orthod. cap. 14. Theodoretus in Malach. cap. 1. Cyrillus lib. 1. de adoratione in spiritu, & veritate. Ex nouioribus Bellarm. lib. 1. de Missa, c. 10. fol. 789. tom. 2. col. 1. initio. Azor. tom. 1. Inst. mor. lib. 10. c. 18. q. 7. & alij. Nec potest hoc testimonium intelligi de sacrificio cruento crucis

Iustinus. Irenæus. Tertull. Clemens. Eusebius. Cyprian. Chrysof. Augustin. Damasc. Theodor. Bellarm. Azor.

L 3 exhibitio

exhibito à Christo Patri, quia id non offertur in omni loco passim, semel tantum fuit oblatum in cruce, vt docet D. Paul. epist. ad Hebraeos, c. 7. & 10. & in vno tantum loco, nempe in Hierusalem, oblatum fuit. Nec de Sacrificio aliquo Iudaeorum, quia Propheta dicit à gentibus esse offerendum, & aperit illud opponit Sacrificijs Iudaeorum. Nec etiam intelligi potest de Sacrificijs Gentilium, qui naturali lumine Deū cognouerunt ex moribus caelorum, & illis sacrificium offerunt, vt male intellexit Arias Mótanus hunc locum Malachiae exponens: quia hi quidem Deū cognoscunt absolute, sed non sicut Deum glorificant: & idē creaturæ potius, quam Creatori sacrificiant, vt ait Apost. ad Rom. 1. & Malachias loquitur aperte de Sacrificijs, quae in omni loco Deo offeruntur, & Gentiles nō nisi idolis ac daemionibus offerunt. Nec potest denique intelligi de Sacrificijs piorum hominum Gentilium, qui fuerunt in orbe ante Christi aduentum, vt Melchisedech, Iob, & alij: hi enim paucissimi erant, & non in omni loco; Malachias autem contrario modo vaticinatur: *Magnū est nomen meum in omnibus gentibus: à Solis ortu usque ad occasum, & in omni loco sacrificatur & offertur oblatio munda Nomini meo.* Solum ergo restat, vt hic locus intelligatur de Sacrificio Missae, vt illum intelligit sacrosancta Synodus Tridentina loco allegato.

10. Carpunt tamen Haereticis suo modo, & clamant, hunc locum non intelligi de Missae Sacrificio, sed de praedicatione Euangelij, & de gentium conuersione in omni loco, & de precibus, quae ad Deum fundendae erunt post illarum conuersionem. Et probant: quia in Hebraeo sermone, vbi nos legimus in nostra vulgata, *In omni loco sacrificatur Nomini meo, & offertur oblatio munda, est offeritur mihi incensum,* & ita legunt etiam, aiunt, Graeci codices, quo nomine incensum significari solent orationes Sancto- rum in Scriptura sacra: quas orationes metaphori- cè Malachias Propheta more Prophetarum Sacrificia appellat, vt etiam appellat D. Hieronymus in 8. caput Zachariae, & D. August. lib. 2. contra epistolam Periliani, c. 86.

Conc. Trid. At contra hoc opponimus Haereticis, & nonnullis Catholicis, qui de orationibus videntur hoc intelligere, auctoritatem sacrosancti Concilij Tridentini dicta sess. 22. cap. 1. quod de solo sacrificio Missae hoc vaticinium & intelligit, & intelligendum praedicat. Nam; etiam si Patres catholici, & orthodoxi orationes Sanctorum, incensum appellent; non tamen appellant Sacrificium, & sequentia verba Malachiae orationibus non conueniunt, & ad oblationem corporis Christi omnino aptantur: ipsa enim oblatio est sacrificium mundum, quod non per cruorem & sanguinem; sed per pias & religiosas actiones, hoc est, per consecrationes praecedentibus & subsequenter orationibus Deo offertur, vt explicat Eusebius Caesariensis lib. 1. de demonst. Euangel. c. vlt. ibi: *Sacrificamus igitur Deo altissimo Sacrificium laudis plenum, & odore afferens, & sanctum. Sacrificium sacrificamus nouo more secundum nouum Testamentum Hostiam mundam.* Quibus verbis aptissime describit Eucharistiam: hoc enim solum est proprium noui Testamenti sacrificium, vt docet Bellarminus loco allegato fol. 795. col. 1. versu 1. Eusebius Caesariensis.

Bellarmin. Et verò satis euidenter Sacrificium Missae probatur ex Paulo ad Corinth. 1. cap. 10. Fugite (inquit) ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicate, quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Domini est? & panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est? quoniam vnus panis, & vnus corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Videat Israel secundum carnem, nonne qui edunt hostias, participes sunt

altaris? quid ergo dicit, quod idolis immolatum sit aliquid aut quod idolum sit aliquid: sed quae immolant gentes, Daemonis immolant, & non Deo: nolo autem vos socios fieri Daemoniorum: non potestis mensa Domini participes esse, & mensa Daemoniorum. Vbi primum comparat Apostolus mensam Domini cum mensa Daemoniorum, hoc est, mensam Domini, vnde sumimus Eucharistiam, cum mensa Gentilium, vbi immolabatur idolis; & deinde cum altari Hebraeorum, vbi immolabantur Sacrificia carnalia Deo vero. Secundò, dicit Apostolus, ita nos fideles debere sumere Corpus Domini de mensa Domini, sicut sumunt Iudaei Hostias, & Gentiles idolothyta ex suis altaribus, seu mensis; quae comparatio inepta esset omnino, si Eucharistia non esset Sacrificium Deo oblatum, & mysticè immolatum, sicut Gentilium, & Iudaeorum Sacrificia sunt. Tertio, dicit eos, qui manducant idolothyta, participes fieri idolorum: sic qui manducant Corpus Domini, & bibunt Sanguinem Domini, participes fieri Corporis, & Sanguinis illius; & sic euidenter sentit Apostolus in Missa verum esse Sacrificium Corporis, & Sanguinis Domini, ac Saluatoris nostri IESU CHRISTI.

CAPVT III.

An essentia sacrificij Missae consistat in aliqua oblatione verbali, quae fiat ante, vel post Hostiam ritè consecratam, an in fractione, & commixtione Hostiae, & Sanguinis; an in distributione illius inter assistentes sacrificio.

S V M M A R I V M.

In Missa sunt partes integrales, & essentiales. n. 1. Praeceptum Ecclesiae obligat ad audiendam Missam, quatenus est totum integrale, non essentiale. n. 2. Quorū sint actiones, de quibus dubium esse potest, an in illis consistat essentia sacrificij Missae. n. 3. Refertur prima opinio asserens primam oblationem, quae fit ante consecrationem, pertinere ad essentiam Missae. n. 4. Refutatur. n. 5. Refertur secunda opinio asserens secundam oblationem, quae fit ante consecrationem, spectare ad essentiam huius sacrificij, & quae illa sit. n. 6. Reijcitur haec opinio. n. 7. Refertur prima opinio docens, oblationem, quae fit statim post consecrationem, ad Missae essentiam pertinere. n. 8. Reijcitur. n. 9. Fractione Hostiae, & commixtio cum Sanguine ad essentiam Missae non pertinet. n. 10. Mors, & passio Christi representatur in tota Missa, quatenus est totum integrale. n. 11. Distributio Corporis Christi inter fideles Sacrificio Missae adstantes, non est pars essentialis Missae. n. 12. est de fide. n. 13. & 14. Proponuntur argumenta Haereticorum in contrarium, & soluntur. n. 15. Christus promisit fidelibus se praesentialiter cum illis in Sacramento mansurum, usque ad consummationem saeculi. n. 16. Essentia representationis mortis Christi non consistit in distributione, & consumptione Hostiae consecratae inter fideles adstantes Sacrificio Missae, sed in aliis ceremoniis. n. 17. Quomodo intelligenda sunt illa verba Christi Domini: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur. Hic est Sanguis meus, qui pro vobis effunditur. n. 18.

Vt

1. VT in corpore humano sunt partes integrales, ex quibus integraliter homo componitur, quatenus est totum integrale; & quarum vnā vel pluribus deficientibus adhuc essentialiter consistit homo, vt caput, iecur, pulmones, cor, quae sunt partes integrales necessariae ad vitam hominis, &c. brachia, pedes, manus, oculi, quae sunt partes integrales, sed non necessariae ad vitam hominis; & essentialia, vt corpus, & anima, ex quibus essentialiter homo componitur, & sine quibus non subsistit essentialiter; ita in Sacrificio Missae sunt quaedam partes, & actiones integrales, sine quibus essentialiter Sacrificium Missae consistit, vt Epistola, Euangelium, Orationes, Secreta, Benedictiones, & aliae caeremoniae, & Orationes sacrae: & partes essentialia, sine quibus non subsistit Sacrificium Missae; & quae illa sunt inquirimus.

2. Animaduertendum in primis est, praecipuum Ecclesiae, quo praecipitur audire Missam integram, intelligendum esse de Missa, vt est totum integrale, & non essentialia, vt docent omnes Doctores, quos citauimus in cap. 6. num. 1. & 2. quando inquirunt quanam pars Missae relicta efficiat, vt praecipuum non impleatur, & quid nominè Missae integræ intelligatur, siquidem tota, id est, integras Missas praecipitur audire. Et hi sunt Nauar. in Manuali Latino, cap. 21. num. 2. Toletus lib. 6. Summa, cap. 7. num. 2. Sotus in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 1. Azor tomo 1. Instit. moral. cap. 3. quaest. 2. Soar. tomo 3. in 3. part. disput. 88. sect. 2. §. Secundo sequitur, ad medium. Sylu. verbo, Missa, 2. num. 1. Tabiena verbo, Missa, §. 1. Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 25. num. 7. & alij, quos ibi citauimus: nam alioquin, si Missae sacrificium essentialiter consisteret in consecratione tantum, vt multi dicunt, aut in consecratione & consumptione, vt alij, aut in consecratione, oblatione, & consumptione, vt plurimi asserunt; sequeretur, non teneri nos audire nisi has essentialia partes tantum; & satisfacere praecipio Ecclesiae audiendae Missae integræ, quod non est dicendum.

3. Partes & actiones, de quibus est controuersia apud Auctores, an pertineant ad essentiam Sacrificij Missae, haec sunt. Prima est prima oblatio, quae fit ante consecrationem, & incipit; Suscipe sancte Pater omnipotens, aeternae Deus, hanc immaculatam Hostiam, &c. Secunda est alia oblatio, quae etiam fit ante consecrationem, & sic incipit: Te igitur clementissime Pater, per Iesum Christum, Filium tuum, supplices oramus, ac petimus, vt accepta habeas hanc sancta Sacrificia immaculata, quae tibi offerimus, &c. vsque ad illa verba inclusiue: Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in caelum, ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens. Tertia est oblatio, quae fit post consecrationem, & incipit: Vnde & memores, Domine, nos serui tui, &c. offerimus praeclearae Maiestati tuae de tuis donis, ac datis, Hostiam puram, Hostiam sanctam, &c. Quarta est fractio Hostiae, & commixtio Corporis, & Sanguinis. Quinta est distributio ipsius Corporis, & Sanguinis inter fideles. Sexta est consecratio. Septima, consumptio.

4. Si loquamur de prima oblatione, aliqui existimant pertinere ad essentiam Sacrificij Missae. Ita, loquens de illa, viderit docere Canus de locis Theolog. l. 12. c. 13. ad 4. Probari potest haec opinio: quia ad intrinsecam rationem Sacrificij pertinet, vt res Deo offeratur, priusquam sacrificium

fiat: sacrificare enim, est offerre aliquid Deo in cultum & honorem illius: oportet ergo, vt ea oblatio fiat per aliqua verba expressa, quibus significemus, nos rem aliquam Deo offerre in illius cultum, quae oblatio satis exprimitur per illa verba, quae Sacerdos profert, cum dicit: Suscipe, sancte Pater, hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, & vero; quae ad nos videntur pro manasse continua; & inuoluta traditione à tempore Apostolorum: ergo illa pertinet ad intrinsecam rationem Sacrificij.

Verum haec opinio improbabili videretur, vt docet Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 75. sect. 3. initio, pag. 114. col. 1. & eam reprobant omnes, qui dicunt essentiam Missae Sacrificij consistere, vel in sola consecratione, quos videbimus n. 8. vel in consecratione, consumptione, & illa oblatione; quae fit post consecrationem: & hi sunt, Alanus l. 2. de Sacrificio Missae, c. 18. Henriq. l. 9. de Missa, c. 9. Gabriel in 4. dist. 13. q. 1. a. 3. Scorius ibid. q. 2. Azor tom. 1. Inst. mor. l. 10. c. 19. initio; Quare probabilior, & alij, quos videbimus n. 7. Et ratio est, quia Sacrificium Missae consistit essentialiter in victima, quae est Corpus Christi: at illa oblatio Corporis Christi antecedit: ergo illa non potest pertinere ad essentiam Sacrificij. Deinde, quia Sacerdos statim post illam oblationem orat, addens: Veni, sanctificator omnipotens, aeternae Deus, & benedic hoc Sacrificium tuo sancto nomini preparatum. In quo satis significat, illam solum esse quandam orationem preparatoriam materiae ad futurum Sacrificium; & idē si à Sacerdote inaduenter praetermittatur, non peccabit: si autem voluntarie & inaduenter, peccabit quidem mortaliter, vt arbitror, quia in re graui, & ad Dei cultum spectante praetermittit vnā caeremoniam Ecclesiae ad Sacrificium Missae preparatoriam; nihilominus tamen non desinet ipsum Sacrificium vndequaue esse perfectum, neque de hoc potest esse iusta controuersia inter Doctores. Ad id verò, quod additur de traditione Apostolorum, respondebimus statim numero sequenti.

6. Si loquamur de secunda oblatione, quae etiam fit ante consecrationem, & incipit illis verbis: Te igitur, clementissime pater, supplices oramus, ac petimus, vti accepta habeas, & benedicas hanc sancta Sacrificia, &c. quae tibi offerimus, vsque ad illa verba inclusiue; accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis in caelum benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens, etiam est duplex opinio hac de re; Quidam docent, inter quos est Beauxamis lib. 9. de mysterio passionis, homilia 9. hanc oblationem ad essentiam Sacrificij pertinere. Fundatur haec opinio in rationibus primae opinionis, num. 4. explicatae. Praeterea existimat Beauxamis, Christum in vltima Coena obrulisse cum verbali benedictione, & gratiarum actione: Sicut, inquit, in Cruce obrulit illis verbis: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: probat etiam ex illo ad Habraeos 5. Et exauditus est pro sua reuerentia. Verum hanc opinionem; tanquam improbabilem, reijciunt omnes Doctores citati numero praecedenti, & ex rationibus ibi factis satis conuincitur illius improbabilitas. Si enim illa, vel inaduenter, vel culpabiliter omittatur, & ritè consecratur, non propterea desinet Sacrificium esse perfectum, vt numero praecedenti docuimus. Deinde, quia in primitiua Ecclesia, vt docet Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 75. sect. 3. pag. 1114. non erat in vsu aliqua oblatio antecedens ipsam consecrationem: non potest ergo dici, oblationem antecedentem ipsam consecrationem à tempore Apostolorum con-

5. Scorius.

Alanus, Henrig. Gabriel, Scorius, Azor.

6.

Beauxamis.

tinua & inuolata traditione, ad nos dimanasse. Enimvero in primitiua Ecclesia consecratio fieri solebat, sine huiusmodi oblationibus antecedentibus, paucis ad lris orationibus: quod euidenter ex eo colligitur, quia in nullis Liturgiis, seu Officiis Missæ Græcorum Patrum, qui fuerunt propiores Apostolis, talis oblatio antecedens consecrationem reperitur: signum ergo est, primitiuam Ecclesiam ea non fuisse vlam& ab Apostolis ad nos nõ dimanasse, vt bene animaduertit Soar. allegatus.

7. Maior dubitatio est, an illa oblatio, quæ fit statim post consecrationem Hostiæ & Calicis, & incipit: *Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & cuncta plebs tua sancta, offerimus præclara Maiestati tue Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, panem sanctum vite æternæ, &c.* ad essentiam sacrificij Missæ pertineat: qua de re bipartita est opinio, & vtraque est satis probabilis. Prima affirmat pertinere. Eam docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 8. num. 3. littera O. ad marginem. Abulensis in Leuiticum, cap. 16. quæst. 31. D. Thom. in 3. part. quæst. 60. ad 1. Azor tomo 1. lib. 10. Instit. moral. cap. 19. quæst. 1. §. *Quare probabilior.* Gabriel. in 4. distinct. 13. quæst. 1. art. 3. & Scotus in eodem 4. distinct. 13. quæst. 2. & alij, quos citabimus cap. 4. num. 2.

Henriq. D. Thom. Azor.

Gabriel. Scotus.

Ekius. Chiconius Ruardus.

Citari etiam potest pro hac parte Ioannes Ekius lib. 3. de Sacrificio Missæ, cap. 9. Chiconius lib. 2. contra Lutherum, cap. 16. Ruard. art. 16. contra eundem Lutherum, qui existimant, totam essentiam Missæ in oblatione consistere. Sed hi videntur loqui de ipso Corpore Christi existente in Hostia consecrata, quod est oblatio illa, quæ Patri offertur. Probatur primò: quia iam in Hostiaritè consecrata existit Corpus Christi; oportet ergo, vt per verba aliqua Deo offeratur, cum ipsa oblatio verbalis sit de intrinseca ratione sacrificij. Expressa enim & clara prolatio verborum, qua res sacra, & ipsum Corpus Christi Deo offeratur, videtur sine dubio esse de intrinseca ratione ipsius sacrificij, quod semper seruatum fuit in omnibus sacrificiis legis veteris. Enimvero sola ipsa consecratio panis, & olim sola maceratio animalis cum illis etiam cæremoniis, quæ circa consecrationem fiunt, habent, & habere possunt in se varias significationes: oportet ergo, vt per verba Sacerdotis determinentur ad sacrificium. Nec sufficit, quod per intentionem sacrificandi id fiat; quia etiam oportet, vt ipsamet intentio offerendi, ac sacrificandi declaretur per aliqua verba, quæ sint veluti forma ipsius sacrificij & oblationis. Secundo: quia de essentia sacrificij est oblatio: sed hic non est alia oblatio, quæ possit esse de essentia huius sacrificij, præter hanc, quæ fit post consecrationem, & incipit: *Suscipe, sancte Pater omnipotens, æternæ Deus, hanc immaculatam Hostiam.* Et illa, quæ incipit: *Te igitur, clementissime Pater,* non sunt partes huius sacrificij, vt ostensum est supra, nec versantur circa propriam victimam ipsius sacrificij, quæ est Corpus Christi, cum nondum existat in Hostia: ergo est ista, quæ fit post consecrationem. Alias rationes satis efficaces pro hac opinione ponentur cap. 4. num. 3. ad quem locum te remittimus.

8.

Soar.

D. Thom.

Secunda opinio probabilior & tenenda docet, oblationem illam, quæ fit post consecrationem, & incipit, *Vnde & memores, &c.* nequaquam pertinere ad essentiam sacrificij. Ita expressè Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 75. sect. 2. §. *Quarò sit nunc in Missa,* fol. 112. col. 2. sine; & omnes, qui dicunt, totam essentiam huius sacrificij esse positam in consecratione; & hi sunt, D. Thom. in

3. part. quæst. 79. art. 5. vbi dicit, consecrationem Christianitatis non esse sacrificium, sicut est consecratio sacre Eucharistiæ. Censet ergo, totam essentiam sacrificij Missæ sitam esse in consecratione, & non in oblatione verbalis; & quæst. 83. art. 4. ad 6. vbi ait Sacerdotem peracto sacrificio Missæ, in illis verbis, & cum illis signis & benedictionibus, quæ fiunt per consecrationem, cum dicit: *Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta, offerimus præclara Maiestati tue Hostiam puram, Hostiam sanctam,* petere nomine Ecclesie, vt ipsi Ecclesie communicentur fructus ipsius sacrificij iam perfecti: ergo iuxta opinionem D. Thomæ illa oblatio non est de essentia sacrificij, cum iam sit peractum & perfectum. Ita docet etiam Bonauent. in 4. distinct. 13. art. 1. quæst. 4. Maior in 4. dist. 9. quæst. 3. ad 5. dum admittit, licet posse Parochum pro communicando infirmo consecrare alteram tantum speciem absque sumptione. Alanus lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 25. Cassalis lib. item de sacrificio Missæ, cap. 25. Oxoniensis Episc. tract. de sacrificio Missæ, cap. 11. Palatinus in 4. dist. 8. q. 1. ad 4. Turrianus lib. 8. Const. Apost. in scholiis ad cap. 5. 10. 11. 12. & 14. vbi refert, Simeonem Episcop. Thessalonicensem, lib. de mysterio Missæ, c. 13. id affirmantem, & dicentem, hanc opinionem esse omnium Orientalium: & Bellarm. lib. 1. de Missa, cap. 12. §. *Restat vnica conditio.* Catherinus in opuscul. de sacrificio Missæ, & alij. Probatur Primò: quia expressa, & formalis oblatio verborum, & certa forma illorum, qua res sacra Deo offeratur in honorem, cultumque illius, non est de intrinseca ratione, & essentia sacrificij: sed sufficit, quod per intentionem colendi Deum res ipsa offeratur, cum datur, aut fit in cultum diuinum, quia, vt aliquis visibilem honorem alteri deferat: non opus est dicere: *Ego te honoro:* aut, *ego te volo honorare;* per hanc rem; sed satis est, quod actionem sensibilem faciat honorificam, cum intentione honorandi. Sic ergo pari ratione ad sacrificium offerendum non opus est dicere, *offero,* aut, *volo offerre,* aut, *sacrificio,* aut, *volo sacrificare:* sed satis est facere actionem offerendi, ac sacrificandi cum intentione colendi Deum per talem oblationem, & sacrificium. Quod probatur adhuc euidenter: nam in Testamento veteri, vt notat Bellarm. allegatus, & Soarius loco etiam allegato, nusquam legimus verba aliqua expressa, quibus sacrificia offerrentur, nec etiam vquam legimus dixisse Sacerdotes, offerimus, vel sacrificamus, aut volumus offerre, vel sacrificare; sed hoc ipso, quod animalia caesa super altare ponebant ad honorem Dei, censebantur illa offerre, & sacrificare Deo: nam, licet offerre de essentia sacrificij sit; tamen offerre quasi in actu signato per certam verborum formam non est de intrinseca illius essentia; & ideo neque primitiua Ecclesia eo modo offerendi vnquam vta est, quia ille non inuenitur in Liturgiis Græcorum Patrum, vt animaduertit Soarius loco allegato, qui fuerunt propiores Apostolorum tempore. Quamobrem non potest dici, eam ad nos ex illorum traditione deuenisse: neque in sacrificijs legis veteris legimus eam verbalem oblationem & modum offerendi fuisse solitum: vt docet etiam Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 8. n. 3. sine, vbi sic ait: *In sacrificijs legis veteris, & nature, Sacerdotes non offeriebant verbis necessarijs, sed sacrificare, erat animal ex vino facere mortuum.* Hæc ille. Nec verba precatória, quæ Sacerdos in circuncisionis Sacramento proferebat, erant neces-

D. Bonauent. Maior.

Alanus. Cassalis. Oxoniensis Episcop. Palatinus. Turrianus.

Bellarm. Catherin.

Henriq.

Hugo. Durandus.

saria, vt tenet Hugo lib. 1. de Sacramentis, p. 11. cap. 19, & Durandus distinct. 1. quæst. 3. neque Christus Dominus se in ara Crucis offerens, ac sacrificans, oblatione verbalis vsus est, vt optime animaduertit Soar. tomo 3. disput. 75. sect. 2. pagin. 1112. column. 2. nam, si ex aliquibus verbis talis obligatio fingi, aut colligi possit, maxime esset ex illis: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum;* sed hæc verba magis sunt deprecantis, quam offerentis: vnde Bellarm. loco allegato cum Henrico, & Soar. concordans, sic concludit: *Quemadmodum Christus Dominus in Cruce non legitur dixisse: Ego me offero, aut sacrifico; & tamen nemo dubitat spontaneam illam ascensionem Crucis, veram oblationem fuisse, verumque sacrificium, sic illa actio, qua Christi Corpus ad Dei honorem consecratur, immolatio dicenda est; nam per consecrationem fit, vt Christi Corpus vere, & sub visibilibus speciebus adsit super mensam, adsit ad representandam Passionem, & mortem Christi.*

9.

Soarius.

D. Thom.

Fractio etiam Hostiæ, & commixtio illius cum sanguine non est de essentia sacrificij Missæ. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. partem, disput. 75. sect. 3. §. *Tertio dicendum est,* pag. 1115. col. 1. & D. Thom. ibi, quæst. 83. artic. 6. ad 6. & omnes, qui dicunt, essentiam huius sacrificij consistere, aut in consecratione solummodo, quos citauimus num. 8. aut in consecratione, & oblatione, quos citauimus num. 7. Probant primò: quia, si contingat fractionem Hostiæ, & commixtionem Calicis omitti, non ideo imperfectum erit quoad substantiam huiusmodi sacrificium; nulla enim actio est de substantia sacrificij Missæ, quæ non sit à Christo Domino exercita in vltima Cœna: sed ipse non exercuit in Cœna hanc fractionem, nec vsus fuit commixtione; ergo nec fractio Hostiæ, nec commixtio Sanguinis sunt de essentia Missæ: sed hæc sunt cæremoniæ accidentales, quibus omissis, non desinet Sacrificium Missæ esse perfectum quoad substantiam. Secundo, quia essentia huius sacrificij eadem est in vniuersa Ecclesia, & eadem fuit semper in omni tempore: sed hæc fractio, licet sit antiquissima, vt constare potest ex Liturgia Chrysofostomi; tamen in Liturgia D. Basilij nulla fit de eam mentio: ergo signum est, illam non fuisse vniuersalem ex vniuersa Ecclesia in omni tempore, vt ex hac coniectura patet. Tertio probatur; quia hæc fractio potest aliquando omitti sine peccato, quin impediat substantiam sacrificij, verbi causa, si quis ex naturali inaduertentia Hostiam non frangeret, nec commiseret cum calice; vel ex ignorantia inuincibili, qua aliquis existimaret id sibi licitum esse propter diligentiam adhibendam, vt citius Missam absolueret ad communicandum ægrotum moribundum; vel si casu eueniret, vt tota Hostia è manibus excideret Sacerdotis in Calicem: tunc enim non videtur frangenda, quia id fieri non potest cum debita reuerentia, & decencia: ergo signum est hanc actionem non esse de substantia huius sacrificij: quicquid in contrarium velit Canus de locis Theolog. lib. 12. cap. 13. ad 4. ex eo funtamento: quia illa actio de se est sacra, & habet mysticam quandam, ac profundam significationem: quia in fractione Hostiæ, Christi Passio; in missione vero Resurrectione significatur. Verum, hæc ratio ad summum probat, eam actionem de se esse aptam, vt in illa etiam poneretur essentia sacrificij Missæ, & potuisse Christum id facere, si vellet; non tamen probat, de facto id factum fuisse.

10.

Neque obstat Epistola Concilij Ephesini scripta ad Nestorium, quæ in contrarium addu-

ci potest, quatenus ait, in hoc sacrificio representari Passionem & Resurrectionem Christi Domini, quarum vna (vt diximus) in fractione, nempe, Passio; altera vero in commitione, nempe, Resurrectio, representatur: nam, vt optime animaduertit Soarius tomo 3. in 3. partem, disput. 75. sect. 3. §. *Tertio dicendum,* pag. 1115. col. 2. non dicit Concilium, in iis, quæ pertinent ad essentiam, & substantiam huius sacrificij representari Passionem, & Resurrectionem Christi, sed de tota Missa, vt est totum accidentale, seu integrale, & vt comprehendit omnes sacras cæremonijs, dicit representari in aliqua cæremonia, vel cæremonijs illius, Christi Passionem, & Resurrectionem, & Ascensionem, & alia huiusmodi diuina mysteria: quod nos non negamus, nec præcedentem doctrinam effringit, aut eneruat.

Soarius.

11.

Soarius.

Azor.

D. Thom.

Henriq.

Alanus.

22.

Distributio etiam Corporis Christi, & dispensatio illius, ad substantiam, & essentiam sacrificij Missæ non spectat; sed potius ad vsum. Est communis doctrina Catholicorum. Ita docet Soar. tomo 3. disput. 75. sect. 3. §. *Quarò dicendum.* Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 18. quæst. 1. D. Thom. in 3. part. q. 83. art. 6. ad 6. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. vbi dicit, essentiam Missæ consistere in consecratione, & oblatione, quæ fit post consecrationem, & in consumptione: Alanus lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 18. Probatur: quia, etiam si Sacerdos in Sacrificio Missæ Eucharistiam nõ potrigat alijs, non ideo sacrificium Missæ imperfectum quoad substantiam permanebit, imò perfectissimum erit, non solum quoad substantiam; sed etiam quoad omnes suas sacras cæremonijs, & mysticas significationes, quatenus est totum integrale, vt de se patet.

Sed in hoc puncto Hæretici, vt solent, hallucinantur: licet enim sacrificium Missæ non admittant; dicunt tamen, distributionem Sacramenti Eucharistiæ, esse de essentia illius Sacramenti; & de præcepto diuino; ita vt nec panis consecratur, nec Sacramentum conficiat ille Sacerdos, qui illud actualiter assistentibus fidelibus non dispensat. Probant: quia ideo Christus Dominus instituit hoc Sacramentum in pane & vino per modum conuiuij, vt ab assistentibus comederetur: continent etiam id probare ex illis verbis Christi Domini, *Hoc facite in meam commemorationem;* & ex illis, *Fregit, deditque discipulis suis,* ex quibus verbis duplex sumunt argumentum: primum, quia Christus consecrauit, distribuitque corpus suum: secundum, quia præcepit facere, quod ipse fecit: ergo vtrunque fieri voluit, & præcepit fieri, quoties hoc Sacramentum fit. Probant denique ex eo, quia Christi Passio, & memoria præcipue in vsu huius Sacramenti recolitur, iuxta illud 1. ad Corin. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis.* Vnde Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2. ait; *Sacramentum hoc instituit, & ipse memorem sumptione illius nos colere præcepit.* Adducunt etiam cap. *Cum frangitur,* de consecrat. distinct. 2. vbi ita habetur: *Dum corpus frangitur, (loquitur de fractione vuali) & sanguis Domini in ora fidelium mittitur, Domini corporis immolatio, eiusque Sanguinis effusio designatur.* Producent denique testimonium D. Augustini libro 20. contra Faustum cap. 18. vbi ita ait: *Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatione Corporis, & Sanguinis IESV-Christi.*

Concil. Tr.

D. Aug.

13.

Dicendum tamen est cum Doctoribus Catholicis,



licis, primò, huiusmodi distributionem huius Sacramenti factam inter fideles circumstantes nullo modo esse iure diuino præceptam à Christo Domino illis verbis: *Hæc quotiescunque feceritis, in meam memoriam facietis*; nec in illis; *Hoc facite in meam commemorationem*, vt docet Soarius tomò 3. in 3. partem, disput. 75. sect. 3. §. *Quartò dicendum*, pag. 1116. & Durandus de Officiis Ecclesiasticis. lib. 2. cap. 5. iis enim verbis præcepit Christus, vt nostri Sacerdotes ea forma verborum panem, & vinum consecrarent; quia ipse consecrauit, & illis etiam voluit significare, ipsum sacrificium incruentum Missæ esse actualem representationem mortis suæ, & sacrificij cruenti; non autem, vt statim, & immediatè post ipsam consecrationem, semper Sacramentum huiusmodi adstantibus conferret: cum enim ex præcepto diuino, & naturali sancta sanctè tractanda, & recipienda sint, non semper ipsi adstantes ita erunt dispositi, attriti, & confessi, vt huiusmodi Sacramentum possint debitè suscipere: quare non præcepit Christus vt semper de facto daretur, immediatè post consecrationem, ipsa Communio; sed tempore debito; & idè instituit hoc Sacramentum per modum conuiuij in specie panis, & vini, non vt statim adstantibus daretur, sed vt daretur tempore accommodato. Præterea, præcepit eis, vt hoc facerent in memoriam illius sacrificij cruenti, quod ipse semel in cruce per semetipsum Patri obtulit: in quo nulla fuit commestio: potest ergo Eucharistia in ratione Sacramenti consecrari, & fieri, qui actualiter statim post ipsam consecrationem distribuatur: quod patet ex eo: quia, si Sacerdos consecraret, vt ægrotum communicaret, & ille immediatè post consecrationem moreretur, maneret profectò Hostia, & panis consecratus: non pender ergo consecratio ex distributione. Et idem argumentum fieri potest. Si Sacerdos immediatè post consecrationem moreretur: falsò igitur Hæretici affirmant, ita de præcepto diuino esse coniunctam actualem distributionem cum Sacramento, vt nequaquam Eucharistia consecraretur, aut Sacramentum conficiatur, si distributio non datur. Deinde ea sententia Hæreticorum, imò potiùs opinatio illorum, est contra Christi promissionem: quia Christus Dominus Matthæi 28. sine, promisit fidelibus se præsentialiter cum illis mansurum, vsque ad consummationem sæculi: Et ecce vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, oportet ergo, vt hæc promissio seruetur, vt Sacramentum Eucharistiæ, in quo est verè & præsentialiter ipse Christus, asseruetur in sacrario ad consolationem fidelium; veluti asseruabatur manna in arca testamenti olim, vt sic figura responderet figurato; imò vt sic figura destrueretur figurato: non pender ergo consecratio Sacramenti Eucharistiæ ex actuali distributione, cum aliquando aliqua Hostia debeat consecrari, vt in sacrario reponatur, & asseruetur iuxta promissionem Christi Domini.

Soarius.  
Durand.

14.  
Concil. Tr.

Iam verò, quòd ad rationem sacrificij, & ad essentiam: & substantiam illius, non sit necessaria distributio actualis Eucharistiæ inter fideles circumstantes, & adstantes sacrificio, ex iure diuino; nec si fiat, ad sacrificium Missæ vltatenus spectet; est res de fide definita in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 6. ibi: *Optaret sancta Synodus: vt in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent; quòd ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus uberior prouenerent; nec tamen si id non semper fiat, propter illas, in quibus se-*

*lus Sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatis, & illicitis damnat, sed probat, & commendat, si quidem ille quoque Missæ verè communes censeri debent, partim quòd in eis populum spiritualiter communicet; partim quòd à publico Ecclesiæ ministro, non tantum pro se, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.* Et canone 8. ita habet: *Si quis dixerit, Missas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, idèque abrogandas, anathema sit.* Et ratio est: quia in omni sacrificio participatio victimæ supponit sacrificium consummatum: ergo non perficit illud iuxta illud Prouerborum 9. *Sapientia immolauit victimas suas, posuit mensam suam.* Vnde Paulus ad Corinth. 1. cap. 5. *Nonne, qui edunt hostias, participant de altari?* Et sic etiam intelligendus est modus loquendi Dini Gregorij lib. 4. Dialog. cap. 58. ibi: *Pro nobis Christus in hoc mysterio immolatur, eius quippe corpus sumitur.* Vis enim illius causalis in eo posita est, quòd enim sumptio immolationem supponat. Et ratio est etiam: quia tota actio sacrificandi proximè fit à Sacerdote; sumptio autem Sacramenti, quatenus dicit vltimum passuum, consummatus est laicis; quatenus verò dicit dispensationem, & distributionem actinam, seu actum dispensandi, ac distribuendi, potest fieri non solum per Sacerdotes, sed etiam per Diaconos: ergo supponit sacrificium iam perfectum, & absolutum per Sacerdotes: ergo distributio nullo modo pertinet ad essentiam sacrificij, sed illud supponit iam perfectum, ac consummatum.

Concil. Tr.

D. Greg.

15.

Ad id quòd addunt Hæretici, fideles recolere memoriam Passionis Christi, in sumptione Sacramenti, & præceptum esse diuinum de illa recolenda, iuxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem*, & ad locum Concilij Trid. sess. 13. cap. 2. & ad cap. *Cum frangitur*, de consecrat. d. 2. & ad locum etiam D. Aug. lib. 20. contra Faustum, cap. 18. quæ adducunt ad confirmandam suam opinionem, qua astruunt, in consumptione fidelium representari passionem, ac mortem Christi Domini; vnde inferunt, esse de præcepto diuino hanc consumptionem, ac proinde distributionem huius Sacramenti; siquidem de præcepto diuino est ipsa representatio passionis Christi in eo Sacramento, & sacrificio: Respondet deo; Christianos fideles, quoties sumunt, ac consumunt huiusmodi Sacramentum, suo modo representare mortem, ac passionem Christi non tamen id erga illos esse de præcepto; imò neque erga Sacerdotes esse de præcepto diuino, quòd representent mortem Christi Domini consumendo; quia, si Sacerdos moreretur post consecrationem, & ante consumptionem; nihilominus Hostia consecrata maneret, & verum ac perfectum Sacramentum; imò & fortè sacrificium Missæ perfectum etiam manet, in ea probabilissima opinione, quæ docet, solam consecrationem constituere essentiam huius sacrificij, vt videbimus capite sequenti: possunt ergo intelligi loca adducta de representatione mortis Christi in consumptione fidelium suo modo, non quòd ex illis, aut ex illis verbis Christi, *Hoc facite in meam commemorationem*, colligatur præceptum aliquod diuinum de actuali sumptione, aut distributione Sacramenti, inter fideles adstantes sacrificio: non enim in illis Christus hoc præcepit, sed tantum præcepit, vt ea forma verborum Sacerdotes consecrarent, qua ipse consecrauit, & dixit sacrificium incruentum Missæ esse representationem quandam sacrificij cruenti in crucis ara à se Patri exhibitæ: non autem dixit,

dixit, nec præcepit, quòd essentia ipsius representationis mortis suæ sita, ac constituta esset, vel in ipsa actuali distributione, sumptioneque fidelium adstantium Missæ sacrificio, vel in consumptione Sacerdotis; imò cum sacrificium incruentum Missæ repræsentet sacrificium cruentum Christi, inde sequitur euidenter, non esse positam ac constitutam essentiam huius representationis, in consumptione, ac distributione Eucharistiæ inter fideles sacrificio Missæ adstantes, cum mors, & passio Christi, ipsumque sacrificium cruentum tali distributione, & consumptione, omnino caruerit.

16.  
Bellarm.

Præterea, vt optimè animaduertit Bellarmus lib. 1. de Missa, cap. 12. §. *Præter illa argumenta*, illa verba Lucæ 22. *Hoc est corpus meum, quòd pro vobis datur*, vel vt habet D. Paul. 1. Corinth. 11. *quòd pro vobis frangitur*, item: *Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur.* Lucæ 22. & vt addit Matthæus cap. 26. *in remissionem peccatorum*, non significant dari, vel effundi à Apostolis ad manducandum, & bibendum, eò quòd adstantes essent illi sacrificio; sed significant, dari, & effundi Deo in sacrificium: nam non ait Christus Dominus, vobis datur, frangitur, effunditur: sed pro vobis datur, frangitur & effunditur. Et præterea non dabatur cibus ille, nec effundebatur potus tunc, nisi à Apostolis præsentibus; & tamen Dominus ait etiam, *pro multis effunditur*, Matthæi 26. Sensus igitur est, pro vobis, & pro multis datur, & libatur Deo in sacrificium propitiatorium, & in remissionem peccatorum. Quæ omnia verba, traditur, frangitur, effunditur, non possunt referri nisi ad crucem, ita vt sensus sit: Hoc est corpus meum, quòd paulò post dabitur ad mortem pro vobis; & hic est sanguis meus, qui paulò post in cruce effunderetur pro vobis; quòd enim statim, vel paulò post futurum est, vltimè dicitur iam fieri, imò iam factum; iuxta regulam communem: *Quæ parum distant, nihil distare videntur.* Ex quibus verbis, & rationibus supra factis satis constat, distributionem actualem, dispensationemque Eucharistiæ, non pertinere ad perfectionem intrinsecam Sacramenti: an autem consumptio Sacerdotum pertineat ad rationem, & essentiam sacrificij Missæ, statim videbimus cap. sequenti.

CAPVT. IV.

*Statuitur essentiam sacrificij sitam esse in consecratione, & consumptione tantum; agitur de die Parasceues, si incidat in festum Annuntiationis, & an Christus seipsum in vltima cena communicauerit.*

S V M M A R I V M.

*Quomodo Christus existens in Hostia consecrata se patri offerat per Sacerdotes.* numero 1.  
*Referatur prima opinio; asserens, consecrationem non esse partem essentialem Missæ.* numero 2.  
*In ista opinione dicendum est teneri populum audire Sacrum in sexta feria Parasceues, si in eum incidat festum Annuntiationis, aut dies festus sit ex constitutione diocesis.* numero 3.

*Sed hoc infra reseruat.* n. 17. & 19.  
*In veteribus sacrificijs prius producebatur Hostia, quam sacrificium fieret.* n. 3.  
*Olim apud Græcos in toto tempore Quadragesime non nisi Dominicis diebus noua consecratur, & sacrificium fiebat.* num. 4.  
*Reliquis diebus non fiebat sacrificium.* n. 5.  
*Quodnam sit præcipuum munus, Sacerdotis, offerre, an consecrare.* num. 6. 13. & 21.  
*Non potest pura ratione conuinci, in quo consistat essentia Missæ, & quare.* n. 7.  
*Ostenditur consecrationem ad essentiam pertinere.* n. 8. & 9. & 10.  
*Sacerdotes, quando consecrant & offerunt Christum, rem propriam suam offerunt, & quomodo.* num. 11. & 12.  
*Sacerdotibus datur potestas consecrandi.* num. 13. & offerendi. numero 14.  
*Quanam istarum prior detur.* ibid. & num. 21.  
*Soluuntur argumenta opinionis asserentis, consecrationem non esse de essentia Missæ.* n. 15. & 16.  
*Consecratio non est preparatio materie ad sacrificium.* Num. 15.  
*In sexta feria Parasceues non tenetur populus Missam audire, etiamsi in eum diem Annuntiationis festum incidat.* num. 17. & 18. & 19.  
*Quid si sit dies festus per Constitutiones Episcopatus.* ibidem. num. 18.  
*Respondetur argumentis in contrarium.* n. 20.  
*Potestas consecrandi, & offerendi, est idè omnino.* n. 21.  
*Proponitur opinio asserens, totam essentiam Missæ sitam esse in consumptione Sacerdotis.* n. 22.  
*Referatur opinio asserens consumptionem Sacerdotis non pertinere ad essentiam Missæ.* num. 23.  
*Proponitur opinio Soarij asserentis de facto verosimilius esse consumptionem Sacerdotis non pertinere ad essentiam illius, & totam sitam esse in consecratione.* num. 24.  
*Iudicium Auctoris.* num. 25.  
*Christus Dominus seipsum communicauit in vltima cena.* ibid.  
*Si vnus Sacerdos post consecrationem moriatur, & alter persiciat Missam, & consumat, verum sit sacrificium, cui, qui adstiterit, præcepto Missæ satisfaciatur.* num. 26.  
*Si Sacerdos carens Hostia, quam consecrat, pridie consecratam populo ostendat, & consumat, etiam sub vtraque specie, non erit verum sacrificium.* n. 27.  
*Nec satisficit præcepto Missæ.* ibid.  
*In opinione, quæ docet, essentiam sacrificij sitam esse in consecratione & consumptione, non satisfaciatur præcepto Missæ, qui consecrationi non assistit.* num. 28.  
*Non sunt tamen scrupuli iniiciendi.* ibid.  
*Nec gratia ex opere operato celebranti, nec fructus sacrificij ex eodem opere operato conferuntur iis, pro quibus celebratur, nisi post consumptionem.* num. 29. & 30.  
*Quid dicendum sit in opinione docente, essentiam sacrificij solum in consecratione consistere.* num. 29.  
*Quomodo dicatur Christus consumi.* num. 30.

Ostendimus capite præcedenti, nullam formam verborum alicuius oblationis verbalis ad essentiam sacrificij Missæ pertinere, siue ea oblatio verbalis fiat ante consecrationem Hostiæ, siue post consecrationem illius: quantum enim oblatio sit, ipsum sacrificium Missæ, non opus est, vt ista oblatio declaretur per aliquam certam, & expressam formam verborum: sed sufficit, quòd Christus Dominus existens in Hostia ritè consecrata, se Patri per Sacerdotes offerat reipia, absque vlla forma verborum; sicut in cruce Patri se obtulit immediatè absque vlla eclam

etiam forma verborum : sed ipsa illa ascensio crucis, fuit oblatio : ita in sacrosancto mysterio, ac sacrificio Missæ illa consecratio Hostiæ, & ipse Christus existens in illa Hostia, est ipsa victima, & oblatio, quæ seipsum iterum Patri offert, cum ibi producitur mirabili Sacerdotum potestate : & dicitur ministerio Sacerdotum se offerre ; quia illi consecrando efficiunt, vt Christus existat in Hostia consecrata, qui est ipsa oblatio, & victima Patri gratissima. Restat igitur videndum, an ipsa essentia, & substantia sacrificij Missæ consistat in actione tantum consecrandi, an in consecratione simul, & consumptione Sacerdotis.

2. De consecratione duæ sunt opiniones. Prima docet, consecrationem non esse partem essentialem sacrificij Missæ proprie dicti, sed esse præuiam dispositionem ad ipsum sacrificium. Ita docet Ledesma 1. part. 4. q. 23. a. 4. citans Albertum Magnum in 4. dist. 13. art. 24. & videtur asserere Scotus in eodem 4. dist. 13. quæst. 2. Gabriel ibidem, quæst. 1. D. August. lib. 20. contra Faustum Marchæum, cap. 18. vbi ita: *Vnde iam Christiani peracta eiusdem sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatione Corporis, & sanguinis Christi.* Et loquitur de sacrificio cruento, eiusque memoria : cenlet ergo, totam substantiam, & essentiam sacrificij incruenti Missæ esse in oblatione illa, quæ fit post consecrationem, & per consequens ipsam consecrationem, esse velut quandam præuiam dispositionem ad ipsum Sacrificium, & non esse partem essentialem illius. Docere etiam videtur Clifton lib. 2. contra Lutherum, cap. 16. & Bellar. lib. 1. de Missa, cap. 12. col. penultima. *S. Restat una conditio.* Sebastianus de sacrificio Missæ, cap. 11. & Ruardus art. 6. contra eundem Lutherum, quatenus dicunt, oblationem, quæ fit post consecrationem, & incipit: *Vnde & memores, Domine, nos serui tui; sed & plebis tuae sanctas, offerimus præclara Maternali tua, de tuis donis, ac æquis Hostiam puram, Hostiam sanctam, &c.* esse totam essentiam sacrificij Missæ: supponunt ergo, consecrationem esse præuiam dispositionem ad illud Sacrificium, essentiamque illius: & ita docet etiam Roffensis in defensione assertionum Henrici VIII. Ex ius lib. 3. de sacrificio Missæ cap. 9. significat D. Thomas 3. part. q. 82. art. 4. ad 1. & 2. & Pius V. in Cathedesi, titulo de Missa, vbi ait Sacramentum Eucharistiæ consecratione perfici; omnem autem sacrificij vim, & substantiam in eo sitam esse quod offeratur.

Ledesma. Alb. Mag. Scor. Gabriel. D. August.

Clifton. Bellarm. Sebast. Ruardus.

Roffensis. Ekins. D. Thom. Pius V.

3. Probant primò : quia sicut incarnatio fuit necessaria ad sacrificium cruentum Christi, & non fuit pars illius, sed velut præparatio quædam materiæ offerendæ, & sacrificandæ, iuxta versiculum Davidicum, ad quem alludit Paulus ad Hebræos 7. dum ait: *Corpus autem aptasti mihi,* ita consecratio necessaria etiam est, tanquam quid præuium ad sacrificium incruentum Missæ: nam, sicut Deus factus homo in cruce oblatus est; ita Christus factus panis vitæ, in altari quotidie offertur: fit autem panis vitæ per consecrationem: ergo prior est ipsa consecratio, quam ipsa oblatio, & consequenter prærequiritur consecratio ad oblationem & sacrificium, & non est pars essentialis ipsius sacrificij. Probant secundò : quia in veteribus sacrificiis prius producebatur, & præsentabatur res sacrificanda, & offerenda, v. c. Agnus Paschalis, quam sacrificaretur: prior ergo erat ipsa productio, quam sacrificium: sed Sacerdotes per consecrationem producunt corpus Christi in hostia: ergo prior est consecratio, quam sacrificium, oblatioque corporis Christi incruenti. Probant tertid : quia in sexta feria ma-

ioris hebdomadæ offertur verum sacrificium: & tamen non consecratur hostia, sed offertur hostia consecrata die antecedenti: ergo consecratio ipsa non est de essentia sacrificij: ergo tota essentia illius consistit in oblatione hostiæ consecratæ. Ita dicunt omnes Doctores citati numero 2. Quod autem eo die offeratur in Ecclesia verum sacrificium, patet in primis ex D. Augustino libro 10. de ciuitate Dei, capite 20. vbi hoc sacrificium Missæ, appellat quotidianum, quod quotidie in Ecclesia celebratur, & nullus sit dies, in quo non celebratur; ibi: *Christus IESVS in forma Dei sacrificium cum Patre sumit, cum quo vnus est Deus; in forma serui sacrificium matuit esse, quam sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ, per hoc & Sacerdos est ipse offerens, ipse est oblatio, cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium, cum ipse rei ipse sit caput, & ipse capitis ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipsa per ipsam fuerit offerri.* Pater secundò ex oratione, quam Ecclesia in officio illius diei profert, quæ sic habet: *In spiritu humilitatis, & in animo conuulso suscipiamur à te, Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, Domine Deus, & postea ait Sacerdos: Oratione fratres, vt meum, ac vestrum sacrificium acceptabile fiat, &c.* Et confirmatur etiam: quia aliqui Ecclesia priuaretur illo die Paraclæus sacrificio ad Deum, quod non est dicendum. Hinc D. August. Epistola 118. capite 2. ad 2. & D. Thom. in 3. part. quæst. 83. art. 2. ad 2. dicit, eo die offerri & consumi hostiam prius consecratam, ne priuaretur Ecclesia fructu passionis Christi. Confirmatur denique: quia, si dies Paraclæus incidat in diem festum, v. c. Annuntiationis, vt incidit anno Domini 1622. videntur teneri fideles adesse sacrificio Missæ, & Officio Ecclesiastico: ergo signum est, ibi offerri sacrificium, & dici Missam.

Probant quartò : quia apud Græcos olim videtur mos fuisse, vt in toto tempore Quadragesimæ consecratio non fieret præter paucissimos dies, sed solum fieret oblatio, ex pane præconsecrato, vt colligitur ex Concilio Laodicensi capite 49. & in sexta Synodo, canone 52. vbi sic dicitur: *In omnibus sanctis Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam sabbato, & Dominica sancto Annuntiationis die, fiat sacrum ministerium præsanctificationum.* Non est autem verisimile omnibus illis diebus fuisse in Ecclesia sacrificium Missæ præconsecratum: ergo celebratur fieri absque consecratione: ergo tota substantia sacrificij consistit in ipsa oblatione: ergo consequenter consecratio non est de essentia sacrificij Missæ, sed est quid antecedens ad illud.

Vnde apud Græcos dicitur sacrificium præsanctificationum, quando consumit Sacerdos, & offert hostiam, quæ alio die fuerat consecrata, vt docet Leo Tuscus super Liturgiam D. Chrysostomi, sine, & Bellarm. lib. 4. Eucharistiæ, capite 24. col. 7. Sed reuera illud non erat sacrificium Missæ, sed solum communio data etiam Sacerdotibus; ex sacrario: nam in Dominicis Quadragesimæ, & festo Annuntiationis Græci solebant celebrare cum noua consecratione, & oblatione, vt populus audiret Missam, & alicubi semel tantum in anno, & seruabant speciem panis pro toto anno, vt colligitur ex Sophronio in prato spirituali, cap. 79. & docet Bellarm. lib. 4. de Euch. capite 24. col. 7. & il-

D. August.

D. August. D. Thom.

Conc. Laod.

Leo Tusc. Bellarm.

Sophron. Bellarm.

uertit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 8. n. 5. sine, litera Q. solum ergo apud illos in sabbatis, & Dominicis, & festo Annuntiationis tenebatur populus audire Missam in Quadragesima, & idè tunc de nouo consecrabant, vt animaduertit ipse Henriquez loco allegato.

6. Probant quintò : quia Sacerdos à Deo constituitur vt offerat; & offerre, præcipuum est munus Sacerdotum, vt docet D. Paul. ad Hebræos 7. & 10. & idè in consecratione Sacerdotis dicitur, *Accipe potestatem offerendi,* ex Concilio Florentino, & vsu Ecclesiæ, & ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 1. quare videtur, totam essentiam sacrificij in oblatione sitam esse; & consecrationem esse quandam præparatorem antecedentem ad ipsam oblationem, sicut consecratio Chrifti est quædam præparatio pro Sacramento Confirmationis, & olim segregatio agni quinque diebus ante immolationem, erat præparatio quædam ad sacrificium.

7. Notandum in primis est cum Soario tomo 3. dispur. 75. sect. 4. §. *Dico tamen,* pag. 1117. col. 2. potuisse Christum Dominum constituere essentiam sacrificij Missæ, vel in consumptione tantum Sacerdotis, sicut substantia sacrificij holocausti olim in eo sita erat, quod tota victima igne, ac flammis absumeretur; vel in sola, & pura consecratione, aut aliqua actione ipsius sacrificij: totum enim id pendebat ex mera Christi voluntate, & arbitrio; & idè nulla potest pura ratione conuincii, in qua, vel in quibusnam partibus substantia sacrificij posita sit; cum id non constet ex sacra pagina: quod tamen consecratio sit pars essentialis huius sacrificij, & præstantissima illius pars; ac porissima, est communior opinio: & ita probabitur.

8. Secunda igitur opinio verior, & tenenda docet, consecrationem esse intrinsecam, & essentialem sacrificio Missæ. Ita docent omnes, qui putant, totam essentiam sacrificij in sola consecratione consistere, quos citauimus capite præcedenti, num. 8. docet etiam Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. num. 2. littera C, ad marginem, vbi hanc communem sententiam appellat: Soar. tomo 3. in 3. part. dispur. 75. sect. 4. §. *Dico tamen,* pag. 1117. col. 2. & ipse D. Thom. in 3. part. quæst. 83. articulo. 4. Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. ad 1. Magister in eodem 4. dist. 13. circa principium, & postea cum de nomine Missæ agit. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 19. q. 2. §. *Quare probabilior.* Tileranus in responsione ad Apologiam Illyrici, cap. 15. Canus lib. 12. de locis, cap. 13. ad 4. Ioannes Alensis de vtraque specie, tract. 2. fol. 77. Hofius Institut. cap. 41. Castro verbo, *Missæ,* hæresi 1. Alanus lib. 2. cap. 15. de Euchar. Valencia de sacrificio Missæ, cap. 2. Bellar. lib. 1. de Missa, cap. 12. propositione finali, & cap. 2. ad finem. Ex Patribus idè docet Irenæus lib. 4. cap. 32. Cyprianus serm. de cona Domini. Rupertus in Exodum, cap. 12. D. Greg. lib. 4. Dialog. moral. cap. 58. D. Chrysostomus homilia de prodicione Iudæ, vbi clarissimè hac de re loquitur. Nazianzenus oratione 2. de Pascha. Nyssenus oratione 1. de Christi resurrectione. D. Dionysius cap. 3. Ecclesiastica Hierarchia, & D. August. cap. *Semel,* de consecratione, distinct. 2. Isidorus lib. 6. Etymologiarum: qui omnes Patres docent, quod Sacerdos, dum consecrat, dicitur immolare, & sacrificare: non tamen hi Patres excludunt alias esse partes essentielles huius sacrificij; sed dicunt, præcipuam partem illius esse ipsam consecrationem materiæ.

Henriq.

Soar.

D. Thom.

Sotus.

Magister.

Azor.

Tiler.

Can.

Alensis.

Hofius.

Castro.

Alan.

Valent.

Bellar.

Iren.

Cyp.

Rupert.

D. Greg.

Chrysost.

Nazianz.

Nyssenus.

Dion.

D. August.

D. Isidor.

9. Probatur rationibus. Primo ex facto Christi Domini, prout ab ipsis Euangelistis narratur: nam expressè solum dicitur, Christum Dominum con-

secrasset panem, & vinum, & dedisse discipulis suis; & ex hoc solum colligunt Patres præcitati, illum sacrificasse: ergo sacrificium maxime ratione consecrationis; ac proinde sacrificauit, quia consecravit: ergo consecratio est essentialis sacrificio Missæ: nam distributio, cum sit vsus Sacramenti, non est pars essentialis sacrificij, vt probauimus cap. 3. num. 11. neque enim est verisimile, Euangelistas præterisse actionem maxime essentialem huic sacrificio; Et confirmatur ex illis verbis Christi Domini: *Hoc facite in meam commemorationem,* quibus consecratio principaliter fuit præcepta: in ipsa enim consecratione, Christi mors expressissimè representatur; & idè corpus, & sanguis ex vi verborum separatim consecrantur, quia in separatione animæ à corpore consistit mors; & ea separatio significat separationem animæ à corpore Christi, vt doctè animaduertit Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 75. sect. 4. §. *Dico tamen;* & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 8. num. 4. & Bellarm. lib. 1. de Missa, cap. 27. ad finem, & D. Thom. 2. 2. quæst. 85. art. 3. & 3. p. q. 80. art. 12. ad 3. Quare Ecclesia statim post consecrationem panis, & vini, dicit: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* 1. Cor. 11. Et illa verba; *Quotiescunque enim manducatis panem, & calicem bibitis; mortem Domini annuntiat.* Ita (& bene) explicat Henriquez allegatus: *manducare paratis,* quod enim statim faciendum est, fieri rectè dicitur; & quæ parum distant, nihil distare videntur. Quæ explicatio, vt docet idè Henriquez ad marginem, littera Q, colligitur ex D. August. c. *Cum frangitur,* de consecratione, dist. 2. & apertius lib. 20. contra Faustum, c. 18. & ex Beda homil. 20. in octaua Epiphaniæ, quauis etiam non sit negandum, significari etiam expressè mortem Christi in fractione hostiæ, & eleuatione illius.

Probatur secundo: quia solum ipsam consecrationem videtur Sacerdos facere plenius & perfectius in persona Christi, dum verba illa in eadem persona Christi dicit: *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus,* vt fateatur Patres: dum vero offerit, non ita videtur in persona Christi facere, & ad consecrationis actum requiritur character: ideo enim Conc. Trid. sess. 22. c. 4. ex eo infert, non omnes esse Sacerdotes ad offerendum sacrificium, quia non omnes habent ex defectu characteris potestatem consecrandi supernaturaliter.

Probatur tertio, quia, si desit supernaturalis actus consecrandi in Sacerdote celebrante, non dabitur sacrificium; quia tunc nihil Deo nostrum offerimus: ergo ipsa consecratio facta à Sacerdote celebrante, est de intrinseca ratione sacrificij. Antecedens patet: quia, si Deus crearet corpus Christi sub illis accidentibus, nec vnquam præfuisset substantia panis, vel vini, & Sacerdos offerret tunc ipsum corpus Christi sub illis accidentibus existens; nullo modo sacrificaret, nec dici posset verè, & proprie sacrificium, quia nihil suum offerret Sacerdos: at conuertendo substantiam panis, & vini per actum consecrationis in corpus, & sanguinem Christi, iam aliquid suum, & rem suam offerret, vt bene notauit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. ad marginem, littera E: ergo ipsa consecratio facta à Sacerdote celebrante, est de essentia sacrificij. Confirmatur magis: quia nemini vnquam in vlla lege licitum fuit, offerre Deo, & sacrificare vitam suam, vel alterius hominis, etiam serui; bene tamen vitam animalis: quia homo non est dominus vitæ humanæ propriæ, vel alienæ, sed custos propriæ; est tamen dominus vitæ brutorum, & ideo illorum substantiam in suum vilem cibum conuertit, tanquam dominus: ergo ad intrinsecam rationem sacrificij pertinet, vt rem nostram Deo offeramus;

Soar. Henriq. Bellarm. D. Thom.

Beda.

10.

Conc. Trid.

11.

Henriq.

M. &c.

& alioqui, si hac conditio desit, non datur verum sacrificium.

12.

Dices: Sacerdotes consecrando non efficiuntur domini corporis Christi, quauis per actum consecrationis supernaturalem illud in hostia producant: ergo falso dicitur ad rationem sacrificij requiri, ut res, quae offertur, sit ipsorum Sacerdotum. Respondet deo primò, quauis non sint verè, & propriè domini corporis Christi; producere tamen illud in hostia consecrata potestate mirabili, sibi à Deo ratione characteris tradita, ac proinde producendo illud potestate propria, aliquid proprium efficiunt, quod offerunt. Præterea, nullum est inconueniens, si dicamus, Sacerdotes habere dominium in corpore Christi, & esse dominos illius, quatenus est cibus; nam Christus Dominus Ioan. 6. promisit, se se daturum hominibus in cibum: Caro mea verè est cibus: sanguis meus verè est potus. Panis, quem ego dabo, caro mea est & dedit ergo Deus Sacerdotibus dominium quoddam mirabile, ac ius, ut hunc cibum, tanquam rem propriam, ac suam, Deo offerant; eo enim ipso, quod Christus se in nostrum cibum dedit, noster esse voluit. Enim verò datus est, etiã apud Minoritas, dominij permanentis incapaces, magis est illorum, quam pes, manus, oculus, vestes: quia cibus intra viscera conditur, & in omnes partes corporis nostri conuertitur, & cum oculis sit oculus, cum pede pes, cum manu manus, & sic Christus Dominus, quatenus est sacrificabilis, & quatenus est cibus, magis noster est, quam pes, manus, oculus, iuxta hymnum Ecclesie:

Se nascens dedit socium;
Comescens in aduicium;
Se moriens in pretium;
Se regnans dat in primum.

13.

Probat quare: quia in lege noua Sacerdotes à Deo constituuntur, ut consecrent; & præcipuum munus Sacerdotum est, consecrare: & idèd præcipua potestas; quæ illis datur, est potestas consecrandi: nam forma, quæ formaliter, & essentialiter constituit Sacerdotem legis nouæ, est character: hic autem character, per se primò, est potestas consecrandi, ut patet ex Conc. Trid. sess. 13. cap. 1. vbi primum omnium dicit, datam esse Sacerdotibus potestatem consecrandi, quam potestatem consecrandi in c. 4. dicit dari per impressum characterem: est ergo potestas consecrandi de essentia Sacerdotis. Confirmatur: quia sacerdotium est primò, & per se propter sacrificium: ergo illa actio, ad quam primò, & per se datur sacerdotalis potestas, erit etiam primò & per se de essentia, & ratione sacrificij: datur autem sacerdotalis potestas primò, & per se ad consecrandum: ergo consecratio est de essentia illius.

Conc. Trid.

14.

Oppones, ac inferes ex hoc argumento solum colligi, consecrationem solum necessariò supponi ad sacrificium, & idèd datam esse Sacerdotibus potestatem consecrandi, quia eis data est potestas offerendi, quæ potestates in re sunt vna & eadem; ratione tamen distinctæ: potestas tamen consecrandi dicitur prior ordine executionis, & posterior in ordine intentionis: at potestas offerendi prior erit ordine intentionis, & posterior ordine executionis. Respondet, hanc illationem non procedere: quia, si hoc verum esset, non esset necessarium, per se loquendo, habere Sacerdotes potestatem consecrandi, ad offerendum; quia tunc poterit aliquis offerre hostiam consecratam ab aliquo, & facere verum sacrificium: nam, si potest oblatio, & verum sacrificium fieri ex præconsecratis, ut docet prima opinio; cur non poterit etiam vnus Sacerdos offerre hostiam ab alio consecratam, & verum sacrificium facere? Sic simplex Sacerdos habet potestatem conferendi Sacramentum extreme Vnctionis, licet non habeat

potestatem benedicendi oleum, quo extrema Vnctio fit, quia potest uti oleo ab Episcopo benedicto. Sic etiam simplex Sacerdos, saltem ex commissio- ne Summi Pontificis, potest Christum consummare; & tamen nullo modo potest, nec etiam ex commissio- fine Pontificis, oleum illud Christum consecra- re, aut benedicere. Sic etiam in præsentia, si conse- cratio hostiæ non est de essentia sacrificij, sed est conditio præsupposita ad ipsum sacrificium; potest aliquis Sacerdos sacrificare hostiam ab alio conse- cratam; quod non est dicendum: quia tunc non pos- set reddi ratio, cur potestas offerendi, & sacrifican- di, non possit committi ei, qui non habet potesta- tem consecrandi, seu characterem, v. c. Diacono, cui interdum etiam committitur dispensatio huius Sa- cramenti consecrati solum; quia potestas dispen- sandi non includit intrinsecè potestatem conse- crandi, sed supponit ipsam consecrationem, ut ab alio factam.

15.

Restat, ut argumenta primæ opinionis n. 2. ex- plicata soluamus. Ad primum, negatur, consecra- tionem esse præparationem materiæ ad sacrificium incruentum Missæ, sicut incarnatio fuit præparatio ad sacrificium cruentum passionis Christi: quia Christus Dominus in sacrificio Missæ est res obla- ta, non ut materia, sed ut terminus sacrificiationis; & idèd non requiritur, ut priùs tempore, vel natura supponatur actio sacrificandi, & offerendi: vnde non est eadem ratio de incarnatione ad sacrificium cruentum passionis, atque de consecratione ad sa- crificium incruentum Missæ; quia Christus, ut ho- mo viuus, fuit materia sacrificij cruenti, & fuit etiã principalis offerens: ut in sacrificio Missæ Christi- stus Dominus, ut principalis offerens supponitur ante consecrationem: quia non offert, ut est sub speciebus; sed ut in propria persona existit: offertur autem, ut est sub speciebus, non ut materia, sed ut terminus oblationis, ut dictum manet.

16.

Ad secundum dico, in veteribus sacrificijs idèd solitum fuisse produci priùs rem sacrificandam, quam mactaretur, ac sacrificaretur: quia Agnus Paschalis, v. c. aut res sacrificanda, erat materia sa- crificij, & materia semper supponitur ad actum hu- manum: at verò in sacrificio Missæ, quauis Christus Dominus per consecrationem producatur, & existat in hostia; tamen non supponitur consecratio tan- quam materia ad sacrificium: quia Christus in hos- tia existens non est materia sacrificij Missæ; sed est terminus modo explicato.

17.

Ad tertium respondeo, in sexta feria Parasceues, etiã ea incidat in diè festum Annuntiationis beatæ Virginis Mariæ; imò etiam in aliqua diocesi de præcepto Prælati, vel Constitutionum, sit dies festus vsque ad meridiem, & quando durat Officia di- uina, in hac opinione, quam secuti fuimus, & quæ docet, consecrationem esse intrinsecam essen- tiæ sacrificij Missæ, dicendum esse, non teneri fide- les Missam audire, cùm consecratio eo die non fiat ex more, & consuetudine antiquissima Ecclesie Catholicæ; nec teneri Prælatos iubere, ut Missa dicatur, ut populus illam audiat: nec teneri popu- lum diuinis Officijs assistere, nisi Constitutionibus, vel Prælati id expressè præcipiant, quauis teneantur ab operibus seruilibus cessare. Et idem à for- tiori dicendum est in opinione, quæ docet, totam essentiam sacrificij Missæ in sola consecratione consistere. In prima verò opinione explicata in num. 2. quæ docet, consecrationem non esse de essentia sacrificij Missæ, tenetur populus audire Missam in sexta feria Parasceues, si in ea incidat dies Annuntiationis Beatæ Virginis, & tenentur Prælati iubere, ut Missa dicatur, ut populus illam audiat: & si id ita sit in aliqua Prouincia, aut diocesi, iuste

iuste fit, & sanctè fit, & idèd fit, quia sequitur Præ- lati ibi eam opinionem, quæ docet, totam essen- tiam sacrificij in sola consumptione consistere, quæ opinio est probabilis, & quæ adhuc illis non con- stans, an consecratio sit de essentia sacrificij, necne.

Et verò in Archiepiscopatu Bracharensi, in Con- stitutionibus, tit. 9. de diebus festis, præcipitur, ut feria quinta maioris hebdomadæ pro die festo ob- seruetur, quo die tenentur fideles audire Sacram: quia in Missa fit noua consecratio, & nouum sa- crificium: sexta autè feria ipsius Parasceues, dies festus est de præcepto Prælati, & Constitutionum, vsque ad meridiem, quando durat Officia diuina, in quo die, in nostrâ secunda opinione, quæ in ea diocesi sequitur, non tenentur fideles Sacram audire; nec tenentur Prælati præcipere, ut Sacram aliquod di- catur, ut populus illi assistat; nec etiam tenentur po- pulus Officijs Ecclesiasticis assistere, quia id non iubetur expressè in prædicto præcepto: sed solum tenentur ex vi præcepti vacare operibus seruilibus. Ratio autem, ob quam non tenentur populus Mis- sam audire, est: quia, cùm ex consuetudine Eccle- siæ eo die non dicatur, necesse est, ut se conformet mori totius Ecclesie: sicut, qui vouet ieiunium in singulis sextis feriis totius anni, non tenentur ieiuna- re in die Natalij Domini, si incidat in sextam fe- riam, si id expressè non vouit: quia debet se con- formare consuetudini totius Ecclesie, quæ eo die Natalij Domini carnes velcitur, & votum debet intelligi factum iuxta morè Ecclesie. Et verò, quòd in sexta feria Parasceues non fiat noua consecratio, nouumque sacrificium; & per consequens, quòd non tenentur populus Missam audire, docet expres- sè Nauar. in Summa Latina, c. 25. n. 88. Henriq. lib. 9. de Missa, c. 9. n. 6. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 75. sect. 4. §. In confirmatione, pag. 1119. D. Thom. in 3. p. q. 83. art. 2. ad 2. Richard. in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. Paludan. ibi q. 2. Maior in 4. dist. 12. q. 2. Gab. lect. 9. in Canonem. Durand. in rationabili diuino- rum Officiorum, lib. 6. cap. 77. n. 34. & sequenti- bus. Valden. de Sacrificio, cap. 88. & 89. Rabanus lib. de Inst. Cleric. c. 67. vbi adducunt figuram huius mysterij: nam in lege veterè, eo die, quo semel in anno sumus Sacerdos introibat Sancta San- ctorum, ceteri Sacerdotes non sacrificabant, ut colligitur ex Leuitic. 16. in fine, & Exod. 30. & ex Epistola ad Hebræos, cap. 9. Vnde Hugo de sancto Victore lib. 3. Miscel. cap. 43. Non sacrificant amici; dum trucidant inimici. Couar. id ipsum etiam se- quitur in cap. Alma mater, cap. 1. §. 5. n. 6. Maiolus de irregularitate, c. 24. n. 6. Alanus l. 2. de Euchar. c. 15. Consecrantur etiam Canonistæ, in c. Sabbato, de consecr. dist. 3. & ibi Turrecremata, Imola, & Innocentius, vbi dicit Innocentius, Ecclesiam in 6. feria Parasceues, Sacrameta prorsus non celebrare, & vocat Sacrameta Missam, seu diuinu sacrificiu per antonomasiam, ut exponit Soares allegatus.

Nauar.
Henriq.
Soarius.
D. Thom.
Richard.
Paludan.
Maior.
Gabriel.
Durand.
Valdenf.
Raban.

Hugo.

Couar.
Maiolus.
Alanus.

Innocent.

18.

Et ratio est: quia noua consecratio pertinet ad nouum sacrificium: in eo autem die non fit noua consecratio, ac proinde non fit etiam sacrificium. Et quòd non fiat nouum sacrificium, patet: quia de in- tegritate sacrificij est, quauis non sit de essentia il- lius, quòd fiat sub duabus speciebus consecratis; eo autem die nulla species consecratur, & non consu- mitur, nisi vna tantum species præconsecrata: ergo signum est, non fieri tunc sacrificium; quia Ecclesia illud mutilum non faceret: nam in eo die, quo præ- sens fuit verum Christi sacrificium in Cruce, meri- tò non vult Ecclesia esse aliud sacrificium memo- riale, & repræsentatiuum illius; & idèd tunc Sacer- dos nullum dicit verbum in Officio, quo ostendat se offerre, nec facit Memento, nec dicit orationes post Communionem, sed sumit speciem tantum pa- P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

nis consecratam; & non facit nouam consecratio- nem: quia iudicans prorsus iudicauit Ecclesia, ut eo die, quo Christus mortuus in mundo recollitur, viuus & loquens introducatur, dicendo, Hoc est cor- pus meum. Quamobrem indecens erit, ut tunc Missa publicè dicatur, ut populus illam audiat, etiam si incidat Parasceue in festu Annuntiationis.

19.

Nec obstat, quòd in Officio Ecclesiastico sextæ ferie Parasceues, sacrificium nominatur: quia ibi nomen sacrificij late sumitur, pro quocunq; mini- sterio sacro; vel nomine sacrificij intelligitur ipsa hostia præconsecrata lato modo, scilicet, quo vi- ctima sacrificij solet interdum sacrificium appella- ri, ut docet Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 75. sect. 4. §. Soar. In confirmatione, col. 2. pag. 1119. Nec obstat etiam locus D. August. relati. n. 3. versu: Quòd autem eo die, vbi dicit quotidie offerri sacrificium Missæ in Ecclesia: nec illud etiam Daniel. 12. vbi appellat sacrificium Missæ, iuge sacrificium; hoc est, conti- num & quotidianum; nec etiam locus Matth. 6. Panem nostrum quotidianum, quem locum de sacri- ficio Missæ, & Eucharistia exponit D. Cyprianus: quia vnus diei defectus pro nihilo reputatur, ut bene animaduertit Henriq. lib. 9. de Missa, c. 9. n. 6. Henric. sine; & quia, ut docet Soar. modò allegatus, ge- nerales locutiones Scripturæ, quòd omnibus die- bus offertur Deo iuge sacrificium in Ecclesia, non excludunt singularem exceptionem, quauis illam non expriment.

D. Cypri.

Henric.

20.

Ad quartum de consuetudine non consecrandi Græcorum in diebus Quadragesimæ, præterquam in Sabbatis, & Dominicis diebus, dicendum est, eam consuetudinem non satis colligi ex Concilio Laodicensi: & si ex præconsecratis offerebant, non erat verum sacrificium, ut diximus num. 5. & docet Soarius tom. 3. in 3. partem disput. 75. sect. 4. §. Soarius. In confirmatione; prope finem. Quòd si hoc incon- ueniens visum fuerit, die, illam consuetudinem non fuisse receptam, nec approbatam ab Ecclesia Romana.

21.

Ad quintum iam responsum est num. 15. & pa- rum refert, quòd in Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. & in Concilio Florentino dicatur, Sacerdotes accipere potestatem offerendi, ut inde inferatur, præcipuum munus Sacerdotum esse offerre, & non consecrare; offerre, inquam, hostiam priùs consecratam: quia ad hoc argumentum iam respondimus num. 3. & 14. potestas enim consecrandi, & offerendi, idem omnino est, & Sacerdos consecrando offert. Et quauis Concilia dicant, Sacerdotes accipere po- testatem consecrandi, & offerendi; verba sunt sy- nonyma, & non inducunt diuersas potestates, aut diuersa officia, sed vnum.

Concil. Tr.
Conc. Flor.

22.

Dubium graue est, vtrum consumptio Sacerdo- tis ad essentiam sacrificij Missæ pertineat. Quidam An con- putant non solum ad essentiam illius pertinere, sed sumptum etiam totam illius essentiam in consumptione esse Sacerdo- positam Sacerdotis, non in consecratione, nec in tis sit de oblatione, nec in alia actione illius. Ità docet Al- essentia sa- bertus Magnus in 4. dist. 13. art. 24. Ledesma 1. p. crificij. 4. q. 23. art. 4. ad finem. Angles in floribus, titulo, Alb. Mag De Missa, pag. 185. & Concilium Toleraum cita- Ledesma- tum in cap. Relatum, de consecr. dist. 2. & quidam Angel. alij recentiores, veluti Victoria, Penha, & Banhes, Conil. Tol. quos refert Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 8. n. 5: Victoria, Penha, sed loca non allegat; & dicunt, per consumptio- nem tantum Sacerdotis conferri fructum sacrificij, Banhes, ex opere operato, iis, pro quibus Sacerdotes spe- cialiter sacrificium offerunt, & Missam applicant. Addunt etiam, Communionem populi non esse partem huius sacrificij, nec etiam integrale, quia est vsus Sacramenti; & quia Sacerdos nomine to- tius populi, & bibit, & māducat calicem; & speciem

M 2



consecratam panis; quia est os corporis mystici Ecclesie. Probat primo: quia sola consumptio Sacerdotis expressè & clarè significat mortem Christi, ac sepulchram illius; iuxta illud 1. ad Cor. 11. *Quis escumque manducabit panem hunc, aut calicem bibetis, mortem Domini annuntiabit.* Et quavis Paulus ibi loquatur ad laicos; tamen Sacerdos, nomine laicorum, ac populi (vt dixi) manducat: Sacrificium autem incruentum Missæ est figura expressiva & representatiua sacrificij cruenti Passionis Christi. Probat secundo: quia olim in lege veteri immolatio; & sacrificatio animalis erat occisio, & consumptio illius, vt patet in sacrificio holocausti, quod totum ardebat flammis, & cuius nullam partem Sacerdotes comedebant; & quavis nullam partem illius comederent; tamen in omnibus sacrificiis legis veteris fiebat consumptio animalis sacrificari, partim per ignem, & flammam, quasi eo signo sensibili ignis per Sacerdotes applicati, acceptaret Deus per illos, tanquam per suos Ministros, præsentem donationem sacrificij, partim à Sacerdotibus deuorantibus eam partem reliquorum sacrificiorum, quæ sibi contingebat. Probat tertio: quia Christus Dominus in cruce moriens, dixit, *Consummatum est.* Matth. 27. quasi in consummatione quod consumptione consisteret essentia sacrificij; & idem, aiunt, sacrificium Missæ Græcè dicitur *Thysia, & Teletis*, id est, mactatio, & consummatio, vel consumptio. Addunt præterea huiusmodi Doctores, in sexta feria hebdomadæ sanctæ, fieri vnum sacrificium Missæ, & teneri populum Christianum illi assistere, si incidat indiem festum de præcepto, huiusmodi sexta feria Parasceues: quia ibi datur vera consumptio Sacerdotis, in qua tota essentia sacrificij sita est, Hostiæ præconsecrata in vna tantum specie, dispensante Ecclesie consuetudine in consecratione, quæ consuetudo durat in Ecclesia à plus mille annis iuxta Rabanum lib. 2. Instit. Clericorum, cap. 37. & alios. Verum iam id supra num. 18. reuicimus.

23. Alij dicunt; consumptionem Sacerdotis non pertinere ad essentiam sacrificij Missæ, sed esse partem integram illius, & perfectionem tantummodo extrinsecam, & totam illius essentiam positam esse in consecratione: & hi sunt, omnes, quos citauimus cap. 3. n. 8. quibus adde Sebastianum de sacrificio Missæ, c. 11. Taper. art. 16. & omnes, qui dicunt, Christum Dominum non consumpsisse in vltima cæna, nec communicasse.

24. Soarius tomo 3. in 3. partem, disput. 71. sect. 5. *Dico ergo primo*, pag. 1121. col. 1. dicit primo, solam consecrationem esse sufficientem, & de se aptam, vt in ea Christus Dominus totam essentiam sacrificij Missæ institueret. Probat id ex rationibus à nobis factis cap. 3. num. 8. & cap. 4. num. 8. & 9. & 10. Probat etiam: quia in consecratione reperiuntur omnes conditiones requisitæ ad Sacrificium Missæ: in primis per illam representatur mors Christi, vt probauimus cap. 4. num. 9. & 10. deinde in ea fit mutatio panis, & vini, in Corpus Christi: Tertio, quia est res visibilis; fit enim hæc mutatio in speciebus visibilibus, ac signis sensibilibus: Quarto, quia fit in cultum, & honorem Dei auctoris rerum omnium: & hæc sunt conditiones requisitæ ad sacrificium Missæ. Secundo dicit, potuisse Christum Dominum ponere totam essentiam sacrificij in consecratione simul, & consumptionem tantum Sacerdotis, ita vt vna sine altera non sufficeret; & quia in hoc nulla est repugnantia; & quia institutio hæc tota pendebat ex mera voluntate Christi; & quia in hæc duplici actione est maior quædam, magisque sensibilis mutatio; quia visitur ipsa consumptio, & est etiam maius

Raban.

Sebastian. Perer. Tap.

Soar.

fundamentum ad representandam mortem Christi. Tertio dicit, verosimilius esse, de facto consumptionem Sacerdotis non fuisse à Christo Domino institutam, tanquam partem essentialem huius sacrificij. Ita ille docet loco citato, §. *Dico tertio*, pag. 1122. edit. 1. addit tamè, hoc non esse certum: quia voluntas Christi Domini, ex quo tota res pendet, non est nobis satis aperta, & manifesta in hac re, neque ex scriptura, neque ex traditione, neque ex reuelatis. Probat tamen ex auctoritate quasi negatiua Euangelistarum, verosimilius esse, consumptionem non fuisse à Christo institutam essentialem partem huius sacrificij: quia verosimilius est, illos narrantes historiam, & institutionem huius mysterij, non debuisse præterire essentialem partem illius: at referunt expressè, Christum consecrasse; non referunt expressè, Christum consumpsisse: ergo verosimilius est, consumptionem non esse partem essentialem illius. Et, aliunde, Patres sola consecratione videatur esse contenti ad explicandam essentiam huius sacrificij: vnde D. Ambr. Psal. 38. *Vidimus, inquit, Principem Sacerdotem ad nos venientem, vidimus, & audiuimus offerentem pro nobis sanguinem suum, usque ad illa verba: ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificans sacrificium, quod offerimus.* Ponit ergo oblationem, seu sacrificium, in sanctificatione, quæ verbis Christi fit: quæ sanctificatio nihil aliud est, quam consecratio. Et D. Greg. qui refertur in c. *Multis*, 1. q. 1. vbi ita: *Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoria Domini Passionis.* Et id ipsum reperitur apud Iud. lib. 6. originum, cap. 18. Et Beda homilia Dominicæ infra octauam Epiphaniæ: *Memoria, inquit, passionis replicatur, cum panis, & vini creatura, in Sacramentum carnis, & sanguinis eius, ineffabilis illius spiritus sanctificatione transferretur.* Et c. *Relatum*, de consecr. dist. 2. deducto ex Conc. Toler. XII. ita habetur: *Sic toties illi* (id est, Sacerdoti) *de vero & singulari sacrificio participandi est, quoties corporis, & sanguinis immolatio facta consistit.* Quibus verbis supponitur prius immolatio, & sacrificium Missæ factum, id est, perfectum & absolute solum quoad substantiam, quam de illo Sacerdos participet per consumptionem.

D. Ambr.

D. Greg.

D. Isidor. Beda.

25.

Henriq.

Azor.

Soar.

Canus.

Gabriel.

&

Soar.

Bellar.

D. Thom.

Soar.

D. Thom.

Alenss.

Bonau.

Richard.

Alb. Mag.

Gabriel.

Palaius.

D. Thom.

Terrul.

D. Hier.

D. August.

D. Chryf.

Euthym.

Teophyl.

D. Dion.

& expressè. Soar. in 4. dist. 9. q. 1. a. 6. & 8. & q. 2. art. 2. Bellarm. lib. 1. de Missa, cap. vltimo. Fauet D. Thom. in 3. part. quest. 80. art. 1. ad 3. quatenus dicit, Sacerdotem in persona totius populi, corpus, & sanguinem sumere; quæ est actio sacrificialis. Docent etiam omnes, quos citauimus n. 22. & probatur etiam omnibus rationibus ibi tactis. Debent etiam docere omnes, qui dicunt, Christum Dominum in vltima cæna seipsum communicasse, & consumpsisse. Vnde deducitur argumentum efficacissimum ad hoc probandum: nam essentia huius sacrificij, ponenda est in actionibus præcipuis, quas Christus Dominus in illa vltima cæna exercuit: exercuit autem consecrationem, & consumptionem: ergo, in illis ponenda est. Et verò, quod Christus se comunicauerit, docet Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 73. sect. 2. §. *Sexta & vltima actio*, pag. 1113. col. 1. D. Thom. q. 81. art. 1. Alenss. 4. p. q. 44. membr. 1. & 2. Bonau. in 4. dist. 9. a. 1. q. 4. Richard. dist. 11. a. 4. q. 1. Alb. Mag. dist. 12. a. 15. Gabr. lect. 37. in Canon. & alij recentiores, Palaius in 4. dist. 9. disp. 1. & 2. non tamen illa manducatio gratiam Christo Domino communicauit: quia Christus erat verus Deus, & in gratia crescere non poterat. Probat hæc opinio in primis ex illo Luca 22. *Desiderio desiderantibus Pascha manducare vobiscum*, & ex illo, *Non bibam amodo de genuine vitis, donec regnum Dei veniat*, quæ verba non solum de veterè, & legali Paschate; sed de nouo etiam, & mystico intelligit D. Thom. cum Euseb. Emyfeno in catena, Luca 22. & Terrul. lib. 4. contra Marcionem, c. 40. & D. Hieron. in Matthæi 26. Manducant ergo Christus nouam Pascha, quod est corpus suum cum Discipulis; & bibit sanguinem: nam licet à Luca hæc verba referantur ante consecrationem; videtur id factum per anticipationem: quia Matth. & Marcus illa referunt post consecrationem. Et ita id docet etiam D. Augustin. lib. 3. de consensu Euangelistarum, cap. 1. & D. Chryfost. homil. 83. in Matthæum; in hæc verba: *Ipse quoque bibit ex eo, ne auditis illis verbis dicerent: Quid ergo sanguinem bibimus, & carnem comedimus? & perturbemur. Ne igitur hoc accideret, primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret.* Hæc illi. Idem tenet Euthymius, & Theophylactus Matth. 26. & D. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia c. 3. & alij. Probat secundo hæc opinio ex illo Pauli 1. ad Corinth. 11. *Quis escumque manducabit panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabit.* Nam, quavis Apostolus Corinthios in generali alloquatur; tamen loquitur ibi de manducatione Sacerdotum, qui in persona populi manducant: sunt enim Sacerdotes, mysticum os populi: & quavis hunc locum D. Pauli ita nonnulli Catholici intelligunt, manducabitis, id est, manducare parabitis, vt totam essentiam sacrificij Missæ ponant in consecratione, quæ est vltimi quedam preparatio ad comestionem; tamen reuera multum conducit hic locus ad probandam nostram sententiam. Probat tertia ratione: primo, quia de intrinseca ratione, & essentia sacrificij est, vt victima destruat: destruitur autem per consumptionem: oportet enim, vt Sacerdos participet de victima altaribus, iuxta illud 1. ad Corinthios 10. *Nonne, qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Secundo, quia de essentia sacrificij est, & præsertim holocausti, vt tota victima consumatur; & realiter immuretur: sed hoc non fit in hoc sacrificio, nisi per realem sumptionem Sacerdotis, vt constat: quia ante illam Christus realiter manet sub speciebus, & vt sic est victima sacrificanda: ergo sumptio, per quam quodammodo Christus immutatur, & amittit illud esse, quod sub speciebus, Stephanus Facindecæ in quinque præc. Eccl.

bus habet, est de essentia sacrificij: nam hoc sacrificium est etiam holocaustum, in quo victima debet perfecte consumi. Responderi potest, ibi fieri realem mutationem totius substantiæ panis, & vini: sed hoc non satis est; tum, quia panis non est præcipua res oblata, sed Christus; secundò, quia nec panis omnino consumitur per illam immutationem, cum adhuc species eius remaneant; & ita nondum videtur totum holocaustum consummatum; tum, quia illa mutatio panis & vini insensibilis est, mutatio autem victimæ, cum in sacrificio sensibilis fit, debet esse sensibilis.

Si autem vnus Sacerdos post consecrationem statim emortuatur, & alter Missam perficiat illius, ex vtroque celebrante fieri vnus minister, & vnum sacrificium essentiale, cui qui assistent, satisfaciunt præcepto audiendi Sacri, vt docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. num. 2. vltra medium. Dices: Essentia sacrificij consistit in consecratione, & consumptione vnus Sacerdotis sacrificantis: hæc autem sunt duo, non vnus Sacerdos; ergo non potest dici vnum sacrificium. Respondeo, essentiam sacrificij consistere in noua consecratione, & consumptione hostiæ, & vini, in eodem sacrificio factæ; non tamen ab eodem Sacerdote: vnde multi Parochi, dum renouant Eucharistiam, consumunt hostiam ab alio consecratam: eam verò, quam consecrant, reponunt in sacratio, & fit integrum & perfectum Missæ sacrificium, & licitè id faciunt, vt optime docet idem Henriq. loco alleg. quia non est opus, vt consecratio, & consumptio fiat ab vno Sacerdote: opus est tamen, vt in eodem sacrificio detur noua consecratio, & noua consumptio; quavis noua hostia consecratur, & alia præconsecratio consumatur, & idem diximus supra num. 18. in die Parasceues sextæ feriæ maioris hebdomadæ non fieri verum sacrificium, quavis fiat noua consumptio, & non teneri populum audire illud sacrificium etiam si illa sexta feria incidat in diem festum de præcepto; quia non fit noua consecratio: ibi enim consumitur tantum præconsecrata hostia, & non consecratur altera.

26.

Henriq.

27.

Henriq.

28.

Soarius.

Hinc etiam, si Sacerdos carens hostia, quam consecratur, ostendat populo hostiam sacrarij pridie consecratam, quavis eam eleuet, frangat, ac sumat, etiam sub vtraque specie, ea intentione, vt populus audiat Missam in festo, non est sacrificium, quod aliis profit, & peccabit mortaliter, nisi ignorantia excuset: quia opus erat, vt fieret noua consecratio, & noua consumptio; quavis ea consumptio non sit hostiæ à seipso consecrata; & tenebitur populus audire aliam Missam. Ita docet Henriq. lib. 9. de sacrificio Missæ, c. 9. n. 2. fine; & patet ex iis, quæ diximus n. 17. 18. & 19.

In hac autem opinione, quæ ponit essentiam sacrificij Missæ in consecratione, & consumptione, sequitur primo, non satisfacere præcepto audiendi Sacrum integrum, qui consumptioni non assistit: quia sine illa non datur sacrificium. Cum tamen adhuc non sit certum, in quam, aut quibusnam actionibus Sacerdotis, consistat essentia sacrificij Missæ; & quidam illam ponant in consecratione tantum; alij in oblatione tantum; alij in consumptione tantum; alij in consecratione, & consecratione tantum; vt nos ponimus; alij in consecratione, oblatione, & consumptione; alij in pluribus actionibus, vt vidimus his duobus capitibus proximè præcedentibus, & doctissime animaduertit Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 88. sect. 2. §. *Vltimo denique*, pag. 1313. col. 2. & p. 1314. col. 1. in edit. 1. nec esse graues scrupulos iniciendos iis, qui Missam audiunt in die festo de præcepto, quado per breue tempus aliquam istarum actionum, aut aliquas illarum

praeferunt involuntarietate modo tamen, addit ubi  
Socius, & bene, non praetermittantur simul conse-  
cratio & consumptio, quia haec duae partes sunt praec-  
cipuae in ipsa Missa.

29. Sequitur secundo, non conferri gratiam ex ope-  
re operato, Sacerdoti sacrificanti, nisi post consump-  
tionem: ut enim Eucharistiae Sacramentum non  
conferat proprium effectum gratiae, nisi in usu, &  
consumptione; quia confert illam per modum cibi  
manducati, ac proinde in manducatione, cum de-  
glutitur hostia, vel particula: sic etiam in sacrificio  
Missae non confertur gratia Sacerdoti ex opere ope-  
rato, nisi cum consumit: quamobrem, si Sacerdos  
ante consumptionem emoriatur, ut sibi non recipit  
gratiam ex opere operato; ita nec alij, pro quibus  
offerre ac sacrificare coepit, fructum ex opere ope-  
rato recipiunt satisfactionis, aut imperationis: quia  
ut diximus num. 22. per consumptionem tantum  
Sacerdotis, confertur fructus sacrificij ex opere  
operato, iis, pro quibus Sacerdotes sacrificium effi-  
ciunt, applicantque, ita docet Henric. l. 9. de Mis-  
sa, c. 9. n. 4. medio, & omnes, quos citavimus dicto  
n. 22. Sic merita Christi Domini, ante consum-  
mationem sacrificij crucienti per mortem, non sunt  
de facto acceptata a Deo, tanquam efficacia ad  
aperitionem caeli, ut notat idem Henric. loco alle-  
gato, & D. Thom. in 3. part. q. 48. art. 5. quavis di-  
gnissima essent, quae acceptarentur, quia ante con-  
summationem non erant implerae omnes prophe-  
tiae, quae libertatem vincit, ac derentis in sinu  
Abrahae promittebant, ut patet: unde, cum Chri-  
stus Dominus dixit Matthaei. 27. Consummatum  
est, significavit, consummata esse omnia Prophe-  
tarum oracula de omnibus peccatis, quas passurus erat  
usque ad finem vitae, iuxta sensum Patrum. Et ita  
explicat, ac docet Bellarminus lib. 1. Missae, cap. 25.  
col. 6. In opinione tamen eorum, qui dicunt to-  
tam essentiam sacrificij Missae sitam esse in con-  
secratione; dicendum est, statim post ipsam con-  
secrationem accipere Sacerdotem gratiam ex ope-  
re operato, & illi etiam, pro quibus ille offert, &  
applicat sacrificium; nec opus esse, ut conferatur  
post ipsam deglutionem, ad modum Sacramenti  
Eucharistiae, cum aliud sit Sacramentum, aliud sa-  
crificium.

Henric.

D. Thom.

Bellarm.

30. Ad auctoritates Patrum positas n. 24. dicendum  
est, ex illis ad summum colligi, consecrationem esse  
partem essentialem sacrificij Missae, non vero esse  
totam essentiam illius: ad reliqua patet solutio ex  
dictis. Dicitur in Missa consumi rem oblatam, nempe,  
Corpus Christi, non quod ipsum Corpus Chri-  
sti absolute, & secundum se consumatur, aut franga-  
tur: sed quia consumptis speciebus: in quibus modo  
impassibili & supernaturali est, denominatur fran-  
gi & consumi: nec vero illae species intra stoma-  
chum statim absumuntur; sed opus est modicum  
tempus, ut corrumpantur, & in carnem murentur,  
& fiat nutritio: quod si per vomitum expellantur  
ante corruptionem, iam communicatus manet fru-  
ctus Sacramenti, & sacrificij, quia ea communica-  
tio, ut dixi num. 29. fit in deglutione & manduca-  
tione, cum post epiglottidem deglutitur; non quan-  
diu retinetur in ore: enimvero communicatio huius  
fructus consistit in vitali manducatione, seu de-  
glutione; vitalis autem manducatio non requirit, ut  
cibus conuertatur in substantiam aliter, ut constat  
de cibo, quem Christus Dominus post resurrectionem  
suam vere comedit, ut docet D. August. lib. 13.  
de civitate Dei, cap. 22. & lib. 22. cap. 22. & Beda  
in Lucam, cap. 24. D. Thom. 3. part. q. 54. art. 3.  
ad 3. & quaest. 55. art. 6. ad primum: sed satis est,  
quod consumatur, ut radius Solis consumit aquam  
non illam in se conuertendo, sed consumendo:

D. August.

Beda.

D. Thom.

quamobrem non bene Durandus in 4. distinct. 11. Durand.  
quaest. 3. affirmavit, Christum Dominum conuer-  
tisse illum cibum, quem post resurrectionem suam  
comedit, in suam substantiam sine quantitate, qua  
de re vide Bellarm. de Euchar. cap. 13. ad 2.

CAPVT V.

Utrum consecratio sub vtraque specie pa-  
nis, & vini, sit de iure diuino; & an  
Summus Pontifex possit dispensare cum  
aliquo regno, aut Provincia, ut sa-  
crificium Missae sub altera tantum spe-  
cie fiat.

SUMMARIUM.

- Quae quaestiones sint disputanda. n. 1.
- Celebratio sub vtraque specie an sit iuris diuini, an  
humani: referunt opinio docens esse iuris humani  
canonici. num. 2.
- Christus Dominus sub vna tantum specie communi-  
cauit Apostolos euntes in Emmau. ibid.
- Referunt opinio affirmans, celebrationem sub  
vtraque specie esse iuris diuini. num. 3.
- Sententia Auctoris. num. 4.
- Respondetur ad argumenta prima opinionis. ibid.
- An posito, quod celebratio Missae sub vtraque specie sit  
iuris diuini, possit Papa dispensare, ut Missa cele-  
bretur sub vna tantum. num. 5.
- Referunt opinio negans. ibid.
- Astruitur affirmans. num. 6.
- De facto iam aliqui Summi Pontifices in hoc dispensa-  
runt. ibid.
- Christus Dominus aliquando sub vna, aliquando sub  
vtraque specie discipulos suos communicauit. ibid.
- Summus Pontifex potest dispensare in votis, cum sit iuris  
diuini, etiam Professio. num. 7.
- Quo sensu explicandi sunt Doctores, qui dicunt, non pos-  
se Papam dispensare in iis, quae sunt iuris diuini,  
num. 8.
- Qua causa sint sufficientes, ut Papa dispense, ut sub  
vna tantum panis specie celebretur. n. 9.
- Numerantur aliqui casus, in quibus ius diuinum cele-  
brandi sub vtraque specie non obligat. n. 10.
- Primus est, quando Sacerdos per inadvertentiam ho-  
stiam consecrauit, & vinum absque scandalo quare  
non potest. ibidem.
- Quid si populus in Paschate ex praecepto velit audire  
Sacrum, & communicare, & vinum haberi non  
possit. num. 11.
- Quid si agroti vita periclitetur, & non sit Sacramen-  
tum, nec vinum reperiat, ut Sacerdos celebret  
sub vtraque specie. numero 12.
- Quid si post consecrationem in specie vini consecrati appa-  
reret caro, aut in specie panis consecrati vinum. n. 13.
- An liciat tunc Sacerdoti absque noua consecratione  
sacrificium perficere. ibid.
- Quid si post consecrationem panis ob subitam hostium  
inconsensionem sub vtraque specie sacrificium peragi  
non possit. num. 14.
- An Papa dispensare possit, ut Missa celebretur sub  
specie panis, & sub aqua loco vini. num. 15.
- Negativa est resolutio. ibid.
- Proponitur obiectio, ac soluitur. num. 16.
- An verba consecrationis efficiant, ut corpus Christi  
existat in hostia consecrata, antequam species vini  
consecrentur. num. 17.

Referunt

Referunt opinio negans. Astruitur affirmans. ibid.  
Soluitur argumenta opinionis negatae. num. 18.  
An ordo consecrationis, ut prius panis, quam vi-  
num consecretur, sit de iure diuino. num. 19.  
An Sacerdos teneatur iure diuino consumere. num. 20.  
An Communio sub vtraque, vel vna tantum specie  
sit iuris diuini, vel humani. lib. 3. ultimi praecepti  
Eucharistiae cap. 5. per totum.

1. IN proposito titulo tres, vel quatuor quaestio-  
nes continentur, quae omnes sigillatim sunt  
disputandae, ut veritas magis elucescat. Prima est,  
vtrum sit iuris diuini, quod Sacerdos in duplici  
specie panis, & vini, sacrificet; an tantum iuris ca-  
nonici, & humani. Secunda est, an posito, quod sit  
iuris diuini, possit Summus Pontifex auctoritate  
sua dispensare, ut Sacrificium Missae fiat in specie  
tantum panis, sine vini consecratione; & quae cau-  
sae iustae erunt ad eam dispensationem concedendam.  
Tertia est, an Summus Pontifex dispensare  
possit, ut Sacrificium Missae fiat in consecratione  
aqua loco vini, praecedente consecratione panis.  
Quarta est, an Sacerdos celebrans teneatur iure  
diuino sumere Corpus Domini, & an verba conse-  
crationis panis suum fortiantur effectum, antequam  
vinum consecretur.

2. Circa primam quaestionem, vtrum, scilicet,  
sit iuris diuini, an humani, quod Sacerdos in  
vtraque specie panis, & vini, celebret, ac conse-  
cret, bipartita est sententia. Prima docet, esse iu-  
ris humani, ac canonici, & ex ea bene inferunt  
posse Summum Pontificem, vrgente iusta, & graui  
causa, dispensare, ut Sacerdos in altera tantum  
specie panis, aut vini consecret, ac Sacrificium  
Missae peragat, cum supra omne ius humanum,  
& canonicum sit: quae autem causa iustae sint,  
infra dicemus num. 6. Ita docet Maior in 4. dist. 9.  
quaest. 5. ad 3. Gabriel in Canonem Missae, lib. 13.  
dub. 3. Adrianus in 4. quaest. 6. de Eucharistia, vbi ci-  
tat Alensem. Angelus verbo, Eucharistia. 1. num. 20.  
Summa Pisana verbo, Eucharistia. 2. num. 12. Ta-  
bierna verbo, Eucharistia. 1. num. 20. Summa Confes-  
sorum lib. 3. tit. 24. quaest. 104. D. Anton. 3. part.  
tit. 13. cap. 6. §. 2. Turrecremata in cap. Comperimus,  
de consecrat. dist. 12. & hanc opinionem approbant  
nonnulli nouiores, & graues quidem. Claudius  
de Eucharistia, repetitione 10. cap. 3. Alanus lib. 2.  
de Eucharistia, cap. 20. Ioann. Hessels de Com-  
munionem sub vtraque specie, tractatu 1. Ruardus  
artic. 13. contra Lutherum. Palatius in 4. dist. 11.  
disp. 3. Cui quidem opinioni fauet primum, quod  
Innocentius VIII. cum Noruegiis dispensauit  
anno 1490. ut apud eos Missae sacrificium sine  
vini consecratione in specie tantum panis fieret,  
propter immensi frigoris intemperiem eius re-  
gionis, eod quod vinum illic alportatum statim  
vel escat, vel congelascet, ut refert eruditus  
Scholiastes apud Chronicon Eusebij, fol. 152. &  
Volaterranus lib. 7. cap. 4. fol. 80. quavis Vola-  
terranus aliquid tantum obscurat, & confusae lo-  
quatur, dum ait, Innocentium VIII. cum Nor-  
uegiis dispensasse, ut sine vino calicem sacrifi-  
carent. Clarius loquuntur Onufrius in suo breui  
Chronico, Genebrardus in Chronologia. Tapier  
artic. 14. Ioannes Hessels citatus, qui omnes di-  
cunt, dispensatum fuisse ab Innocentio VIII.  
cum praedictis Noruegiis, ut in altera tantum  
panis specie celebrarent; & Claudius de Eucha-  
ristia, reperit. 10. cap. 3. & 4. ad finem, addit, di-  
spensatum fuisse a Sede Apostolica in eadem re  
cum Danis. Huic etiam opinioni fauet D. Bern-  
nard. Epistola 69. ad Guidonem Abbatem. Probatur  
primò non esse iuris diuini: quia neque id ex

Maior.  
Gabriel.  
Adrian.  
Angelus.  
Summa Pi-  
sana.  
Tabierna.  
Summa  
Confess.  
D. Anton.  
Turrecrem.  
Claudius.  
Alanus.  
Ioan. Hess.  
Ruardus.  
Palas.

Scholiastes  
Volaterr.

Onufrius.  
Genebrar.  
Tapier.  
Ioan. Hess.

D. Bern.

Scripturis aperte constat, neque ex aliqua tradi-  
tione Apostolorum, neque ex vilo Ecclesiae de-  
creto, neque id etiam ex sanctorum Patrum do-  
ctrina colligitur; & hi, & non alij sunt fontes, ex  
quibus diuina iura deducuntur. Probatur secun-  
do: quia Christus Dominus Lucae 24. duos Disci-  
pulos suos euntes in Emmais sub vna tantum spe-  
cie panis, a se consecrata communicauit, ut ex  
doctrina sanctorum Patrum, Augustini, Chryso-  
stomi, Theophylacti, & Bedae, Toletus in Ioan-  
nem cap. 6. notabili 7. ostendit; & ex eo probat,  
etiam a tempore Apostolorum morem fuisse com-  
municandi sub altera tantum specie: quia 1.  
ad Corinth. 11. sub disunctione dicitur: Quicum-  
que manducauerit, vel biberit, & dicit illud Ioan-  
nis 6. Nisi manducaueritis Carnem, & Sanguinem  
biberitis, non habebitis vitam in vobis, interpre-  
tandum esse disunctiue, & pro vel, quo pacto  
saepè sumitur in Scripturis. Probatur tertio ra-  
tione: quia aliud est integritas sacrificij; aliud  
essentia illius, & substantia; Christus Dominus  
quoad integritatem instituit hoc Sacrificium  
Missae in specie panis & vini: quoad substantiam  
in vna tantum specie vel panis, vel vini. Et sic  
dispensante Summo Pontifice, ut in altera tan-  
tum specie consecretur, adhuc tota substantia  
sacrificij subsistit & saluatur. Patet: quia species  
panis consecrati ex vi verborum consecrationis  
representat formaliter mortem Christi, & Cor-  
pus illius exangue: concomitantem vero reprae-  
sentat mortem Christi effuso Sanguine: nam ex  
vi verborum consecrationis, Hoc est Corpus meum,  
adest in ipsa hostia formaliter Corpus Christi, &  
concomitantem Sanguis eius, ad porum spiritalia-  
lem populi: nec est minus efficax ob concomi-  
tantiam, quam si bibatur sub specie vini: sumili-  
ter ex vi verborum consecrationis vini, Hic est  
Sanguis meus, adest profecto in ipso vino conse-  
crato formaliter, & ex vi verborum Sanguis Christi;  
concomitantem vero Corpus Christi: saluatur ergo  
tota substantia, & essentia huius sacrificij Missae  
sub consecratione alterius tantum speciei: ergo  
potest Summus Pontifex dispensare vrgente causa,  
ut Sacrificium Missae sub altera tantum specie ce-  
lebretur: quia Christus commissit Ecclesiae, ut  
pro temporum, & locorum ratione, salua Sacra-  
mentorum substantia, possit ex iusta causa quaedam  
mutare, & disponere in illorum usu, ac dispensa-  
tione, ut docet Concilium Tridentin. sess. 21. cap. 2. Concil. Tr.  
& Constantiense sess. 13. Et eadem est ratio de Concil.  
Sacramentorum usu, atque de Sacrificio Missae, Constans.  
ut patet.

3. Secunda opinio docet, iuris esse diuini conse-  
crationem sub vtraque specie panis, & vini. Ita  
docet Sotus in 4. distinct. 9. quaest. 1. art. 1. ad finem. Sotus.  
Syluester verbo, Eucharistia 1. quaest. 5. Fumus Syluest.  
verbo, Eucharistia, numer. 10. Tabierna verbo, Fumus.  
Eucharistia 1. numer. 20. Facere videtur pro hac Tabierna.  
parte D. Thom. 3. part. quaest. 80. artic. 12. ad 1. & D. Thom.  
quaest. 82. artic. 4. ad 3. & quaest. 83. artic. 6. ad 1. & 2.  
Marsilius in 4. quaest. 6. artic. 1. Paludanus in 4. Marsilius  
distinct. 11. quaest. 1. artic. 1. conclusione 3. Caic. Paludan.  
tanus 3. part. quaest. 80. artic. 12. Gabriel in Cano. Carian.  
nem Missae, sect. 10. littera D. Patet ex cap. Com-  
Gabriel. perimus, de consecrat. distinct. 12. vbi ex Gelasio  
Papa refertur, Missae Sacrificium, peragi non pos-  
se sine consecratione vini, quia sine grandi sacri-  
legio tale mysterium dimidiari non potest. Et  
idem habetur in capit. Nihil, & capit. Illud, 17.  
quaest. 1. ex Concilio Tolet. II. can. 14. & VII. can. 2. Conc. To-  
leum. quibus dicitur, non esse integrum & completum lesan.  
Sacramentum, si in specie tantum panis conse-  
cretur; & iuris esse diuini expresse docet Azor  
Azor.

Soar.

Henriq.

tomo 1. Institut. moral. lib. 10. c. 19. q. 2. §. Tertium, an Pontificis auctoritate, & id docet etiam Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 75. sect. 6. §. Dico secundo, pag. 1127. col. 1. dum dicit, vt hoc mysterium absolute & simpliciter sit verum sacrificium, prout est à Christo institutum, requiri essentialiter vtriusque speciei consecrationem. Inclinat etiam Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 13. initio. Probant primò: quia Christus Dominus de facto in pane & vino consecrauit, & post consecrationem vtriusque speciei, vini, scilicet, & panis, adiunxit: Hoc facite in meam commemorationem, quibus verbis praecepit nobis, vt eodem modo celebraremus, quò ipse celebrauit, & non aliter, nec alio modo, & ita Ecclesia semper intellexit & obseruauit: est ergo vtraque consecratio panis, & vini simpliciter necessaria, vt hoc sacrificium constet. Probant secundò: quia huiusmodi sacrificium in cruentum Missae, est viua & expressiua representatio sacrificij cruenti Christi Domini: vt autem talis sit, opus est, vt in eo detur corpus, & sanguis Christi expresse & formaliter: non autem dari potest, nisi consecratio fiat expresse & formaliter sub vtraque specie: ergo ipsa consecratio vtriusque speciei est de intrinseca ratione sacrificij Missae, quatenus est representatiuum sacrificij cruenti.

Mihi huiusmodi sententia, quae affirmat, consecrationem vtriusque speciei iuris esse diuini, magis placet propter suos Auctores, & fundamenta; & maxime quia Christus Dominus sub vtraque specie panis & vini consecrauit: vnde ad primum fundamentum primae opinionis, quatenus dicebat, neque ex Scripturis, neque ex traditione Apostolorum, neque ex doctrina Patrum colligi posse consecrationem vtriusque speciei, iuris esse diuini, id omnino negamus, cum id ex facto Christi Domini, prout ab Euangelistis narratur, satis constet: consecrauit enim Christus Dominus panem, & vinum, & subiunxit, Hoc facite in meam commemorationem. Et non ita firma responsio est, quam contrarij Doctores afferunt, multa alia Christum fecisse in ea vltima coena, quae tamen fieri non iussit sub illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem: quare inde non posse colligi diuinum praeceptum, cum ea verba super omnia à Christo Domino in ea coena facta cadant.

Secunda quaestio est, an posito, quod sit iuris diuini, vt resoluimus, praedicta consecratio panis, & vini, possit Summus Pontifex in ea dispensare; ira vt verum fiat sacrificium, & Sacramentum sub vna tantum specie panis, vel vini. Quidam enim id ex eo fundamento negant: quia Summus Pontifex non est supra ius diuinum, vt in eo dispensare possit. Et ita docet Sotus in 4. distinct. 9. art. 1. ad 3. vbi ait, Nunquam id audiri esse: quod si de facto dispensaret Summus Pontifex, diceret Summum Pontificem errasse in facto, vt etiam ait, dum dispensat cum Monacho professo, vt matrimonium ineat. Idem quod Sotus, docet Paludanus in 4. distinct. 11. quaest. 1. art. 1. conclus. 3. Syluester verbo, Eucharistia 1. quaest. 5. Armilla verbo, Eucharistia, num. 16. & Tabiena eodem verbo 1. num. 20. & Tabiena, & Armilla dicunt, coram Alexandro VI. Summo Pont. quaestionem hanc fuisse tractatam; & tandem declaratum fuisse, nequaquam in terris, vbi vinum non est, nec eo illud asportatur, aut si asportatur, statim acefcac ac congelascac, posse auctoritate Summi Pontificis dispensari, vt in vna tantum specie panis possit sacrificium fieri: & quod Summus Pontifex dispensare non possit, si consecratio in vtraque specie est de iure diuino, inclinat vehementer D.

Sotus.

Paludanus Syluester. Armilla. Tabiena. Armilla.

Thom. 2. part. quaest. 80. art. 12. ad 1. & quaest. 82. D. Thom. ad 3. & quaest. 83. ad 6. ad 1. & ad 2. & Marfilus Marfilium in 4. q. 6. a. 1. & Caiet. 3. p. q. 80. a. 12. & Gabriel Caiet. in Canon. Missae, lectione 10. littera D. Et huius opinionis debent esse omnes, qui dicunt, Papam dispensare non posse proprie in voto, & iuramento, & in professione, quia sunt de iure diuino: & hi sunt Paludanus in 4. dist. 38. q. 1. a. 4. Bonau. ibi. art. 2. q. 3. Sylu. verbo, Votum 2. §. 3. versu 4. Ferrariensis contra Gentes, cap. 124. ad finem. Couar. cap. Quauis pactum. 1. p. §. 3. num. 4. & 2. p. sponfal. cap. 6. §. 9. n. 2. & 4. & D. Thomas quodlibet 4. artic. 13.

Paludan. Bonauen. Syluester. Ferrarien. Couarr. D. Thom.

Nihilominus dicendum est; quauis sit de iure diuino, quod Sacerdos in duplici specie sacrificet, ac celebret, vt diximus num. 2. probabilius esse, posse Summum Pontificem ob publicam & urgentem necessitatem, & iustam causam dispensare, vt in altera tantum specie panis, vel vini sacrificium, & Sacramentum fiat verum & proprium. Ita docet Azor. tomo 1. Institut. moral. lib. 10. cap. 19. quaest. 2. §. Tertium, an Pontificis auctoritate, sine Henric. lib. 8. de Eucharistia, cap. 13. initio. Inclinat Gabriel lect. 53. in Canon. & omnes citati num. 2. qui id affirmant ex alio, videlicet, fundamento, ex eo, nempe, quod consecratio vtriusque speciei sit de iure tantum humano, non diuino. Et citari etiam pro hac parte possunt omnes, qui dicunt, Summum Pontificem ex causa iusta & rationabili posse nomine Christi, & auctoritate sibi à Christo commissa, dispensare in voto, & iuramento, quae sunt de iure diuino: & hi sunt D. Thom. in 4. distinct. 38. quaest. 1. artic. 4. & Scotus in 4. dist. 37. quaest. vnica. Richardus distinct. 38. a. 4. q. 1. vbi Palud. Caietanus 2. 2. q. 88. a. 2. quaest. 4. & omnes, qui dicunt Summum Pont. posse dispensare ex graui causa cum Monacho professo, vt vxorem ducat, & D. Thomas, modò citatus, quauis 2. 2. quaest. 88. mutari sententiam ex malo intellectu Decretalis, Cum ad Monasterium, teste Caiet. D. Anton. 2. part. titulo 11. cap. 2. §. 9. Angelus verbo; Votum 4. q. 5. Lessius tomo 1. lib. 2. de voto, cap. 40. dub. 14. Azor tomo 1. lib. 12. cap. 6. q. 1. §. Mihi iugiter. Et ratio est primò: quia iam Innocentius VIII. cum Noruegij ex causa dispensauit, vt in altera tantum specie panis celebrarent, vt ostendimus n. 2. ab actu autem ad potentiam, bene valet argumentatio, & non est credendum id illicitè fecisse Summum Pontificem. Secundò: quia Christus Dominus in altera tantum panis specie consecrauit, cum Communionem dedit discipulis euntibus in Emaus, Lucae 24. vt probat ex Patribus Toletus in Ioan. nem cap. 6. notabili 7. vbi ostendit, etiam à tempore Apostolorum morem fuisse in Ecclesia, communicandi sub altera tantum specie, vt dixi num. 2. Habemus ergo exemplum Christi Domini consecrandi sub vtraque specie, & sub vna tantum: signum ergo est, essentiam sacrificij posse consistere in altera tantum specie; ac proinde non destruere Summos Pontifices essentiam sacrificij, si ex causa dispensent, vt sacrificium Missae sub vna tantum specie fiat. Tertio: quia ex sine institutionis Christi potest colligi, hanc dispensationem posse esse licitam, & validam ex graui causa: nam Christus Dominus instituit hoc sacrificium in vtilitatem omnium fidelium, & consequenter etiam instituit diuinum Eucharistiae Sacramentum, in spiritualem ac communem omnium fidelium vtilitatem, vbi cumque illi essent: non esset autem institutum in omnium fidelium vtilitatem, si ingens prouincia, aut parua illius oppida, quibus vinum non est, & illud asportatum propter

D. Thom. Scotus. Richard. Caietan.

Caietan. D. Anton. Angelus. Lessius. Azor.

Paludan.

Platina.

Henriq.

8.

Concil. Trident. Concil. Constant.

7. Lessius. Nauar.

Caietan.

Henriq.

Paludan.

Platina.

Henriq.

8.

regionis frigidissimae intemperiem, statim acefcit, ac congelascit, eo Sacramento, & sacrificio, iugi praesentia Christi priuarentur, quasi pro illis huiusmodi Sacramentum, & Sacrificium non esset institutum, quod nemo diceret. Quarto; quia sub vna tantum specie saluatur tota substantia sacrificij, vt probauimus num. 2. & aliqui Ecclesia, vt docet Concilium Tridentinum. sess. 21. cap. 2. & Concilium Constantiense sess. 13. habet potestatem à Christo relictam mutandi ea, quae pertinent ad vsum ac dispensationem Sacramentorum pro tempore, varietate & ratione, salua illorum substantia & essentia: ergo etiam & mutandi ea, quae pertinent ad vsum sacrificiorum, salua illorum substantia & essentia, cum par sit vtriusque ratio; imò maior, ne fieret ex parte Sacramentorum, quam sacrificiorum.

Quinto, quia Summus Pontifex potest dispensare in matrimonio rato, & non consummato, vt docet Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. de voto, c. 40. dub. 14. num. 116. & Nauar. in Manuali Lat. cap. 22. numer. 21. ait Paulum III. & Pium IV. ter, vel quater dispensasse, se petente in hoc negotio: Caietanus tomo 1. opuscul. tractatu 28. ait, Pontifices suo tempore non semel dispensasse in hac re: & Henric. lib. de matrimonio, cap. 8. num. 11. ad marginem, littera F. docet, Greg. XIII. dispensasse vno die cum vndecim; nunquam tamen solent dispensare Pontifices in hac re, nisi cum magnis Principibus, aut magna ex causa; & tamen vinculum matrimonij est de iure diuino, & per dispensationem tollitur vinculum ad primam vxorem, & sic dici non potest, vt quis habeat secundam vxorem ex dispensatione Summi Pontificis viuente prima. Sextò: quia etiam Summi Pontifices possunt dispensare in voto professionis: & de facto Alexander III. dispensauit cum Nicolao Iustiniano, Monacho professo, vt vxorem duceret, vt haberetur in vita sancti Laurentij Iustiniani, ex qua susceptus fex filiis, & tribus filiabus, ad Monasterium rediit, miraculis postea clarus. Secundò, cum quodam Rege Aragoniae, qui, cum esset Monachus professus, & eius Pater sine liberis obisset, solutus est votis, vt vxorem duceret, teste Paludano in 4. dist. 38. quaest. 4. art. 4. conclus. 11. vt referunt Annales Hispaniae: & Celestinus III. dispensauit cum Constantia, filia Regis Siciliae, Moniali professa, vt nuberet Henrico IV. vt refert Platina in vita Celestini; & durum planè esset dicere, Summos Pontifices errasse in facto; & tamen vinculum voti, & vinculum matrimonij sunt de iure diuino. Maneat ergo haec veritas indubitante statuta, quòd, scilicet, possunt Summi Pontifices, in iis, quae sunt de iure diuino, dispensare, urgente magna, & iusta causa, & haec est hodie communis opinio, & in his dispensat proprie Summus Pontifex: quia tollit omnino eam obligationem ex causa rationabili, quae sine dispensatione aderat, atque urgebat, idque facit auctoritate & commissione Christi, vt docet Henric. lib. 8. de Eucharistia, cap. 13. num. 2. ad marginem, littera K.

Quamobrem Auctores contrarij, qui dicebant, Summum Pontificem non posse dispensare in voto, & in iuramento, nec in iis, quae sunt de iure diuino, interpretandi sunt, & trahendi ad optimum sensum, vt, scilicet, non possit Papa dispensare, & tollere vinculum voti, & iuramenti, & proprio libito abrogare sine cause cognitione, cum huiusmodi vincula sint de iure diuino, & naturali, vt optimè animaduertit Glossa Extrauag. Inter nullos. Ioannis XXII. versu, Declaratum, de verborum significatione, & haberetur

etiam cap. Suis quidam 25. q. 1. & id notat etiam Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 13. num. 2. ad marginem, littera K. ad medium: quia dispensatio data in iis, quae de iure diuino & naturali sunt sine causa examinatione, & cognitione, de plenitudine potestatis, non esset dispensatio, sed esset dissipatio de plenitudine tempestatis; ac proinde nec liceret, nec valeret, vt egregie prae citatos docet Abbas in capit. Exirpanda, de praebendis, versu, Si vtrò. Molina lib. 2. de primogeniis, cap. 7. num. 33. Sancius tomo 2. Decalogi, lib. 4. cap. 45. num. 3. & Glossa in cap. Non est, verbo, Adimplere, de voto, & D. Bern. lib. 3. de consideratione ad Eugenium, cap. 23. vbi dicit, dispensationem in iis, quae sunt de iure diuino & naturali, absque causa cognitione, non esse dispensationem, sed dissipationem, Sed de his late egimus lib. 2. cap. 1. à num. 13. vsque ad 17. ad quem locum te remittimus: praesistentibus autem causis, & diligenter examinatis, veritas illarum facit, vt fortius sit illud ius diuinum & naturale, quod causa inducunt; & idò Summus Pontifex auctoritate diuina sibi à Christo concessa nomine illius declarat ius diuinum prius non obligare, stante iure harum causarum, quae declaratio est quaedam dispensatio, & abrogatio vinculi prioris iuris. Et quidem examinatio, & discussio harum causarum, solum ad Summum Pontificem spectat, non ad alium, vt constat propter amplissimam potestatem à Christo Domino concessam; & quia si alij de iure harum causarum possent iudicare, darentur passim infinitae dissipaciones iuris diuini, non dispensaciones: praeterea dispensaciones requirunt iurisdictionem; summa autem auctoritas & iurisdicchio in solo Summo Pontifice residet.

Dubium tamen est graue, quae cause sint sufficientes ad hoc, vt Summi Pontifices possint dispensare, vt sub vna tantum specie sacrificium Missae celebretur. In primis causa sufficiens dispensandi esset, quando in aliquo regno, aut in regione ampla deesset omnino vinum, & in quam asportari vix possit, aut asportatum conseruari, quin acefcac, & congelascac; & ne ingens prouincia, aut multa illius oppida tanto sacrificio, & vtilissimo Eucharistiae Sacramento, & iugi praesentia Christi priuarentur. Et hanc causam approbat Henricus lib. 8. de Eucharistia cap. 13. num. 1. ad finem, approbat etiam omnes, quos citauimus num. 2. qui dicunt, propter illam iam fuisse à Summis Pontificibus dispensatum cum Danis & Noruegiis: & illam etiam approbat Azor tomo 1. Institut. moral. lib. 10. quaest. 2. §. Maior, & alij, & in speciali illam etiam approbat Ioannes Maior in 4. distinct. 3. quaest. 3. ad 5. & omnes citati num. 6.

Numerant tamen aliqui Doctores nonnullos casus, in quibus ius diuinum celebrandi sub vtraque specie non obligat; & dicunt, in illis posse licite sacrificium Missae fieri sub vna tantum specie panis, quos oportet ante oculos habere, vt sciamus, quid in tam graui negotio agere debeamus. Primus est, quando Sacerdos per inaduertentiam, aut errorem solum panem consecrauit, & oblitus preparationis vini non potest absque magna offensione populi astantis aliquis mitri, qui illud quaerat, & ad Sacerdotem in altari manentem, & expectantem adferat: in eo enim casu, existimat Maior in 4. distinct. 9. q. 3. & Adrianus Maior in eodem 4. quaest. 6. de Eucharistia, posse Sacerdotem licite Missae sacrificium perficere in panis tantum specie absque vini consecratione: & id probabile existimat Azor tomo 1. Institut. moral. lib. 10. cap. 19. quaest. 2. §. Maior, & alij. Fundamentum

Henriq.

Abbas. Molina. Sanchez.

D. Bern.

9.

Henriq.

Azor. Maior.

10.

Maior. Adrian.

Azor.



damentum illorum est: quia verisimile est, præceptum diuinum de sacrificando in vtraque specie, non tam seuerè obligare, & cum tanto detrimento Sacerdotis, qui facillè accusari potest de incuria, & deponi, & cum tanto populi scandalo. Ergo, si scandalum populi sequatur, non dubitabo eis assentire. Et idem sentit etiam Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 26. num. 3. in casu scandali; secus, si scandalum cesser: raro autem cessabit in eo casu. Sic, quanuis sit de iure diuino integritas Confessionis, ante Communionem; tamen si quis in mensa Communionis recordatus fuerit alicuius peccati mortalis, propter scandalum potest licitè communicare, & teneri postea illud peccatum in prima Confessione confiteri, cum recordatus de illo fuerit, vt est communis sententia in materia Confessionis.

Henriq.

11. Secundus casus, quem enumerat Maior citatus; est, si populus ex Ecclesie præcepto Missam velit audire, vel Eucharistiam ex eodem præcepto sumere in Paschate, & vinum haberi non possit, vt Sacerdos Missæ sacrificium, & Sacramentum faciat: in eo enim casu existimat Maior allegatus supra, posse licitè Sacerdotem solum panem consecrare, & in vna tantum specie ipsius panis sacrificare: quia fortius est præceptum audiendi Sacrum, & communicandi ex obligatione Ecclesie in Paschate, quam præceptum integrè sacrificandi in vtraque specie. Sed fallitur omninò Maior: fortius enim est præceptum celebrandi in vtraque specie, cum sit diuinum; quam præceptum audiendi Sacrum in die festo, & communicandi in Paschate, cum sit humanum, & Ecclesiasticum: & cum duo præcepta incompatibilia concurrunt, fortius est implendum, minus forte relinquendum, vt est communis doctrina, & docet Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 19. q. 2. Imò etiam in ea opinione, quæ docet, præceptum sacrificandi sub vtraque specie panis, & vini, esse canonicum, & iuris humani, non diuini; adhuc fortius est præceptum Ecclesiasticum sacrificandi in vtraque specie, quam præceptum audiendi Sacrum, & communicandi in Paschate, vt docet idem Azor citatus: nam in multis causis excusantur à præcepto audiendi Sacrum, & communicandi in Paschate; raro autem excusantur Sacerdotes à præcepto integrè celebrandi in vtraque specie: & idcò, si Sacerdos post consecrationem panis emoriatur, vel sermonem, aut sensum amittat; præcipit Ecclesia, vt alius Sacerdos inchoatum sacrificium absoluat, vt constat ex cap. Nihil, 7. quæst. 1. & docet Azor citatus.

Azor.

12. Tertius casus est, quem ponit Maior in eodem 4. dist. 9. quæst. 3. si ægroto vita periclitetur, & panis consecratus non sit, vt possit Eucharistiam per modum viatici sumere, & vinum non reperiat, vt Missa celebretur, & Sacramentum fiat: tunc enim dicit Maior, licitè posse Sacerdotem panem sine vino consecrare, ne sine viatico discedat ægroto. Sed hoc in Maiore reprehendit Sotus in 4. dist. 9. quæst. 1. art. 1. ad finem, & Azor tomo 2. Instit. moral. lib. 10. cap. 19. quæst. 2. S. Major, & alij, nec immeritò, id reprehendunt, cum ægroto ad salutem spiritualem satis sit ad Confessionem, & dolorem de peccatis commissis recurrere.

Sotus. Azor.

13. Quartus casus est, quem Diuus Thomas adducit 3. part. quæst. 82. art. 4. ad 3. si in specie vini appareret caro post consecrationem, aut in specie panis consecrari appareret vinum: tunc enim, ait, licebit Presbytero, absque vlla alia consecratione sacrificium perficere. Et eadem ratio est, ait D. Thomas 3. p. quæst. 83. art. 6. ad 3. si Sacerdos in

calice consecrato, venenum infusum repererit ad sui necem ante consumptionem, aut animal lechiferum: tunc enim non tenetur sumere, aut consumere calicem, vel panem, vt docet etiam Azor tomo primo; Instit. moral. lib. 10. cap. 19. quæst. 2. S. Maior, & alij, Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 36. num. 4. Nauarr. cap. 25. num. 91. Diuus Thomas 3. part. quæst. 83. art. 6. ad quartum. Sed tunc non licet eas species veneno infectas igni tradere, quandiu probabiliter creduntur continere Corpus Christi: sed vel illas, vel illarum ablationem stupra, vel limo imbibitas seruet decenti loco, deinde siccam stupam, vel linum, igni tradat, & conuertat in cineres, quas vel subtus terram, vel in piscinam mittet: sic docet Diuus Thomas loco citato ad vltimum. Si autem ante consecrationem, & post oblationem venenum in pane, vel vino inuenerit, nouam Hostiam & vinum offerre debet, vt illam consecret, & aliam comburet, vel subtus terram mittet, ob reuerentiam. Si autem ante consecrationem vini meminisset defuisse aquam, adiiciat illam: si post consecrationem aduertat aquam defuisse, nihil perturbetur, & sacrificium perficiat: si post consecrationem vini, reperiat non esse vinum in Calice, reponat illud, & denuò offerat, dicens: Simili modo, postquam cœnatum est, &c. Sed de hoc infra fortasse redibit sermo.

Azor. Henric. Navar. D. Thom.

14. Quintus casus est, si post consecratum panem propter subitam hostium incurisionem Sacerdos absque probabili vitæ periculo sacrificium perficere non possit: licitum erit tunc finire sacrificium in vna tantum specie; quia non est credendum in eo casu præceptum diuinum de consecrando in vtraque specie obligare, vt optime animaduertit Azor tomo primo, Instit. moral. lib. 10. cap. 19. quæst. 2. S. Maior, & alij, ad finem. Non tamen meo iudicio consequenter loquitur ibi ipse Azor, dum asserit, si quis Sacerdoti post consecrationem Hostiæ necem intenteret, ac minetur, si vinum consecraret, teneri Sacerdotem potius mortem subire, quam cessare; nisi forte loquatur in casu contemptus fidei, aut religionis: in eo enim casu vera est sententia Azoris, & ille in casu contemptus loquitur, quia se statim declarauit.

Azor.

15. Tertia quæstio erat, an Summus Pontifex dispensare possit, vt sacrificium Missæ fiat in consecratione panis, & in consecratione aquæ loco vini? Cui resolutiue respondeo, fieri non posse: quanuis enim satis probabilis sit opinio, quæ docet, posse ex virginti causa Summum Pontificem dispensare, vt in altera tantum specie, v. c. panis, Missæ sacrificium, & consecratio fiat, vt probauimus satis num. 6. tamen meo iudicio non potest Summus Pontifex dispensare, vt Missæ sacrificium celebretur in consecratione aquæ loco vini, est enim diuersa ratio: quia in primo casu solum dispensatur ex causa in præcepto diuino de integritate sacrificij sub vtraque specie celebrandi: at in secundo: sacrificij materia mutatur, quod facere Ecclesia non potest. Sicut enim Summus Pontifex non potest mutare Sacramentorum materiam; ita nec videtur posse mutare materiam sacrificij Missæ; quia id esset destruere essentiam sacrificij, sicut etiam erit destruere essentiam Sacramentorum: hoc autem Ecclesia facere non potest. Et idcò Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. dicit, Ecclesiam pro ratione temporum posse mutare, & variare ea, quæ pertinent ad vsum tantum, & dispositionem Sacramentorum, salua semper eorum substantia, id est, salua materia, & forma illorum; quia in materia consistit

Azor.

essentia, & substantia Sacramentorum: ita ergo etiam poterit mutare, pro temporum & regionum varietate integritatem sacrificij Missæ, salua semper illius substantia, quæ quidem satis salua est, si consecratio fiat in vna tantum specie, vt satis probauimus num. 2. non tamen saluari potest, si materia sacrificij mutetur. Et huius opinionis est Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 19. quæst. 2. S. Tertium, an Pontificis auctoritate, & fortasse hoc est, quod Armilla verbo, Eucharistia, num. 10. & Tabiena eodem verbo, Eucharistia 1. num. 29. dicere voluerunt, quando dixerunt, coram Alexandro VI. fuisse disputatum, an Summus Pontifex possit dispensare, vt in vna tantum specie panis, sacrificium Missæ peragi posset; & resolutum fuisse, non posse, auctoritate Pontificis, sacrificium Missæ peragi in solo pane, sine vino, hoc est, in sola consecratione panis, & aqua, loco vini, vt optime animaduertit Azor ibi citatus.

Azor.

Armilla. Tabiena.

16. Dices, materiam sacrificij Missæ esse panem, & vinum: in his enim duabus alimentaliibus substantiis Christus Dominus consecrauit: ergo, si Christus Dominus reliquit auctoritatem in Ecclesia, quod Summus Pontifex possit dispensare, vt sacrificium Missæ verum & integrè quoad totam suam essentiam in mutila materia, id est, vna tantum specie panis fieret, poterit etiam ex eadem auctoritate sibi à Christo Domino relicta dispensare, vt materiæ dimidietas mutetur, & aqua loco vini consecratur. Respondeo negatiue: quia Christus Dominus non reliquit potestatem in Ecclesia ad mutandam materiam sacrificij Missæ, sicut nec ad mutandam materiam Sacramentorum: quia id esset, relinquere potestatem in Ecclesia ad destruenda Sacramenta, & sacrificium; cum essentia illorum in materia consistat: nam, sicut Summus Pontifex possit mutare dimidiam materiam sacrificij, v. c. materiam vini in aquam; possit etiam mutare alteram dimidiam panis in aliam, ac proinde totam materiam sacrificij, & totam essentiam illius. Dices, essentiam sacrificij non consistere in duabus speciebus, sed in altera tantum, v. c. materia panis; & idcò posse Summum Pontificem alteram vini speciem, quæ ad essentiam illius non pertinet, mutare in aquam, & efficere, vt sacrificium constet ex pane consecrato, & aqua consecrata loco vini; siquidem species vini ad integritatem sacrificij spectat, non ad essentiam: aut è conuerso, si vinum consecratur, cum tota substantia sacrificij in specie vini saluetur, poterit efficere, vt species panis mutetur in legumina, aut alium comestibilem cibum. Respondeo, sacrificium hoc esse ad viuum expressiuum sacrificij cruenti Christi Domini, in quo Christus pro nobis in cruce effuso sanguine mortuus est: aquam autem non esse accommodatam ad representandum sanguinem Christi; neque legumina, aut alium cibum comestibilem, ad representandum corpus Christi: & idcò si Summus Pontifex posset has species panis, & vini, vel alteram tantum illarum in aliam mutare, efficeret, vt hoc sacrificium in cruentum non esset ad viuum representatiuum & expressiuum sacrificij cruenti Christi. Præterea efficeret Christum mendacem: quia Christus Dominus promiserat, se instituturum hoc sacrificium, & Sacramentum in specie panis, & vini: Panis quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita. Caro mea verè est cibus: Sanguis meus verè est potus. Ioannis 6. Amen dico vobis, quia non bibam de genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. Marci 14. num. 25. Non in

aqua, aut legumine, aut pomis, vel carne: Caro enim non conuertitur in carnem: ergo supposita Christi promissione; quia promisit, se instituturum hoc Sacramentum, & sacrificium; quoad integritatem, in specie panis, & vini, non poterat Christus Dominus relinquere potestatem in Ecclesia Summis Pontificibus sibi successoribus, vt materiam integritatis illius, vel adæquatam, vel inadæquatam, hoc est, vel vtranque speciem, vel alteram tantum, in aliam materiam mutarent: & sic non potest Summus Pontifex propter hæc promissionem Christi mutare materiam vini in aquam, cum hoc sit Christum Dominum mendacem reuera efficere.

17.

Quarta quæstio proposita in titulo est, an verba consecrationis panis suum sortiantur effectum, hoc est, an efficiant, vt Corpus Christi existat in hostia consecrata, antequam species vini consecratur? Et certè opinio fuit antiquissimorum Theologorum, non prius consecrari panem, quam vinum, hoc est, non prius existere Christum Dominum in specie panis consecrati, quam consecraretur vinum, & per verba consecrationis mutaretur in sanguinem, vt colligitur ex Epistola D. Bernardi 69. ad Guidonem Abbatem. Fundamentum illorum erat: quia Missæ sacrificium est vnum: Ergo etiam vna forma illius esse debet: ergo illa verba, quibus panis consecratur, non sunt tota forma sacrificij, sed pars illius: ergo effectum ponendi Christi in hostia consecrata minimè sortiuntur; quoad vsque tota forma existat, consecrato vino. Probatur: quia in aliis Sacramentis pars formæ effectum non causat, donec integrè proferatur: sic in Baptismo non confertur effectus, donec absoluaatur forma. Denique, quia, si verba consecratoria panis effectum potirentur ponendi totum Christum in hostia consecrata, ante vini consecrationem, conuerteretur panis in Corpus Christi sine Sanguine, quod non est dicendum: nam in sacrificio Missæ, viuum Christi corpus Patri offertur, non mortuum; viuum autem corpus esse non potest sine sanguine, vt de se patet.

Hæc autem antiquorum Theologorum opinio, nec tuta, nec vera est; & idcò communiter à Doctoribus reprobat; & eam speciatim reprobabat D. Thom. 3. p. q. 78. art. 6. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 19. q. 5. S. Merito sanè D. Bernardus dicta Epistola 69. ad Guidonem Abbatem. Innocentius lib. 4. de Officio Missæ, cap. 17. & communiter Doctores in 4. dist. 18. qui omnes asserunt, verba consecrationis panis statim sortiri suum effectum, & ponere viuum Christum, totum, non mutilum, cum sanguine & ossibus in hostia consecrata, ante consecrationem vini. Et probatur hæc opinio verissima. Primò, quia verba consecrationis efficiunt, quod significant: ergo statim atque Sacerdos dicit nomine Christi: Hoc est Corpus meum; conuertitur panis in Christi corpus; alioqui verba essent mendacia, & non efficerent, quod significant: quod non est dicendum. Dices: Id, quod mox futurum est, iam factum dicitur: quia, quæ parum distant, nihil distare videntur, iuxta regulam iuris in 6. ac proinde non esse verba mendacia, cum significant, ibi adesse Christum, cum non adsit: quia mox adfuturum erat post verba consecrationis vini: sic mendacia non fuerunt illa verba Christi Domini, Lucæ 22. Hoc est Corpus meum; quod pro vobis datur, nec illa D. Pauli 1. ad Corinthios 11. Quod pro vobis frangitur, & nec illa etiam eiusdem Lucæ: Hic est calix, nouum Testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis effunditur, &c. vt addit Matthæus

D. Thom. Azor. D. Bernard. Innocent.

16. in remissionem peccatorum, quibus verbis significavit Christus Dominus mortem suam, & passionem crucis, quam dicit iam pati, cum fœdera non pateretur, nec sanguinem actu à corpore suo funderet; sed verum dicit, quia mox passurus erat, & quæ mox indubitanter faciendæ sunt, iam actu existere, & facta esse dicuntur. At est diversa ratio in utriusque verbis; quia, cum Christus pronulit illa verba: *Qui pro vobis funditur, & quod pro vobis datur*, nondum patiebatur; & tamen ex illis colligebatur, se ibi accipere præsentis pro futuro, id est, quod pro vobis in cruce datur, qui pro vobis effundatur. Cum vero hæc dixit: *Hoc est Corpus meum, & hic est Sanguis meus*, & statim Discipulos communicavit, satis manifestavit, ibi adesse iam corpus suum, & verba causasse suum effectum. Præterea, Ecclesia, quæ est columna veritatis, vñ & ritu suo declaravit illa verba, *Hoc est Corpus meum*, non pendere à prolacione illorum, *Hic est Sanguis meus*; vt effectum suum sortirentur, & Christum ponerent in hostia consecrata: quod evidenter constat ex eo, quod statim atque hostia & panis species consecratur, in altum tollitur, vt à populo adoretur adoratione lætitiæ; quod nequaquam licite efficeretur, si in panis specie Christi Corpus non existeret: esset enim idololatria, quia adoraretur panis adoratione lætitiæ, quæ Christo Domino debetur.

18. Ad argumenta primæ opinionis respondeo, vnum esse Sacramentum Eucharistiæ, & vnum sacrificium; constare tamen integraliter ex duabus partibus, & duabus formis; essentialiter verò ex vna tantum: ac proinde illa verba, quibus panis consecratur, non esse vnam formam integram; esse verò vnam formam essentialem; & cum sint forma essentialis, statim sortiuntur suum effectum. Dices: Ergo non opus erit consecratio vini, vt sacrificium Missæ, & Eucharistiæ Sacramentum essentialiter consistat: Ergo etiam poterit quilibet Sacerdos consecrare hostiam, vel alteram tantum speciem, non consecrato calice, & non consecrata altera, vice versa. Respondeo, primam illationem concedendo; quia, vt sæpè probatum, ac repetitum manet, in consecratione alterius tantum speciei, tota substantia, essentialique ipsius sacrificij Missæ, & Sacramenti Eucharistiæ saluatur: nego tamen illationem secundam; quia integritas huius sacrificij est de iure diuino, vt satis probauimus num. 3. integritas autem illius pendet ex vtraque consecratione vtriusque speciei; & ided cum sit de iure diuino non potest licite Sacerdos vnam speciem sine altera consecrare, absque horrendo sacrilegio, nisi in casibus, quos supra numerauimus num. 10. 13. 14. §. 19.

19. Imò etiam ordo consecrationis, vt, scilicet; prius consecratur panis, quam vinum, credo esse de iure diuino, & ad minimum erit graue sacrilegium, huiusmodi ordinem inmutare, consecrando prius vinum, quam panem, contra totius Ecclesie consuetudinem conformem Christi Domini factò, ac verbis, vt oprime animaduertit Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 75. lect. 6. §. Sed quæret aliquis, pag. 128. col. 2. Et verò, quauis aliqui existimauerint, & non omnino sine causa, huiusmodi ordinem esse de substantia, & essentia sacrificij, ex eo, quod Christus Dominus, eo seruato, consecrauit, & quia huiusmodi sacrificium est vnum per modum entis artificialis; in artificialibus autem non solum partes materiales componentes, sed etiam ordo in compositione illarum est de essentia artefacti, vt patet in domo, & aliis; & quia, nisi ille ordo seruetur, non significabitur

effusio sanguinis à corpore; quia, vt sanguis effundatur, necesse est, vt corpus præexistat: tamen non video sufficiens fundamentum ad dicendum, sacrificium, in quo prius sanguis, quam corpus consecraretur, non habere veram rationem sacrificij; quia in re reperitur totum id, quod Christus instituit: & prædictus, ac præscriptus ordo non videtur ita necessarius in artefactis moralibus: neque opus est, vt sanguis effundatur, quod corpus prius tempore existat ex vi verborum: siquidem in consecratione vini ex vi verborum adest Sanguis Christi in specie vini, & concomitanter Corpus Christi. Præterea, si per possibile, aut impossibile possent simul vque vtriusque forme profecti, & consecratio vtriusque speciei simul fieri, & finiri: nihilominus verum fieret sacrificium; & tamen mutaretur ordo: ergo ordo prolacionis verborum non est de essentia sacrificij, vt patet; quauis sit de iure diuino, quod ius, & ex facto Christi, & ex continua, ac inuiolata Ecclesie obseruatione patet.

Restat inquirere, an Sacerdos teneatur iure diuino sumere Corpus Domini consecratum. Respondeo, teneri: non tamen opus esse, vt consumat Corpus Domini à se consecratum: multi enim Sacerdotes, vt vidimus, & probauimus c. 4. n. 26. dum renouant Eucharistiam, consumunt hostiam ab alio præconsecratam, & eam, quam cõsecrant, reponunt in sacrario: & id licite efficiunt, & sic vnum, & integrum sacrificium, verum, & proprium, vt ibidem probauimus: quauis enim essentia sacrificij consistat in consecratione, & consumptione, vt diximus n. 25. eiusdem capitis quarti; tamen non consistit in consecratione, & consumptione eiusdem Sacerdotis, & eiusdem hostiæ à se consecratæ; sed in consecratione, & consumptione eiusdem sacrificij, in quo datur noua consecratio panis, & vini, vt docet Henricus lib. 9. de Missa, c. 9. n. 2. vltra medium. Vnde Ecclesia in cap. *Nihil* 7. q. 1. præcipit, vt si Sacerdos post consecrationem emoriatur, vel sensum, aut vocem amittat, perficiat aliter sacrificium illius, & consumat; & nemo negabit tunc ex vtroque Sacerdote fieri verum sacrificium, cui qui adstiterit, præceptum impleat audiendi Sacrum: & ided Ecclesia semper sollicitè curauit, vt Presbyter sacrificans suscipiat, ac consumat species: non tamen decernit, vt semper sint eadem, quas consecrauit, vt constat ex cap. *Relatum*, de consecrat. distinct. 2. ex Concilio Toletano V. canone 5. ex cap. *Comperimus*, de consecrat. dist. 2.

CAPVT VI.

De valore Missæ ex opere operato, & ex opere operantis, an sit finitus, vel infinitus; & de offerentibus Missarum, qui sint, & quomodo valorem illarum participant.

SVMMARIVM.

Difficultas questionis. num. 1.  
 Quot sint notanda in sacrificio Missæ? substantia sacrificij, oratione, quæ sunt nomine totius Ecclesie, & nomine proprio Sacerdotis. num. 2.  
 Tres sunt offerentes in Missa: Christus Dominus, Ecclesia militans, Sacerdos, & omnes, pro quibus Missa pro stipe data offertur, omnes etiam Catholici presentes, & absentes. num. 3.  
 Omnes.

Omnes offerunt per Sacerdotem, scilicet Christum Dominum, & Ecclesia. *ibid.*  
 Triplex est valor Missæ, primus respondet substantia sacrificij, & primo offerenti Christo Domino: hic est ex opere operato certus quoad gradum, independens à bono, vel malo ministro Sacerdote, qui nec minuens est, nec crescens. num. 4.  
 Quid si malus Sacerdos intendat impedire hunc valorem? *ibid.*  
 An sacrificium Missæ semper us proficit ex opere operato, qui sua stipe illud celebrare iubent. num. 5.  
 Quid, si in peccato mortali existant, & quomodo illis proficit. *ibid.*  
 An valor hic ex opere operato respondens primo offerenti Christo Domino, qui se per Sacerdotem Patri offerit, sit finitus, an infinitus. num. 6.  
 Refertur prima opinio affirmans esse infinitum. *ibid.*  
 Res oblata est infiniti valoris. *ibid.*  
 Sacrificium Missæ incrementum est, est eadem quoad substantiam, cum sacrificio cruento, quod Christus in cruce Patri obtulit. num. 7.  
 Alio Sacerdotis, per quem Christus in Missa se Patri offert, non potest minuire valorem ipsius oblationis. *ibidem*, versus Tertio, quia.  
 Refertur secunda opinio probabilior, affirmans, hunc valorem esse finitum, non obiectiue, sed in applicatione ex institutione Christi. num. 8. & 10.  
 Vna Missa non sufficit pro erudendis omnibus animabus paratorij. *ibid.*  
 Quauis vltima, nempe, Corpus Christi, quod offertur, effectiue sit valoris infiniti: tamen dum Sacerdos nomine Christi illud Patri offert & applicat, applicat tanquam quid finitum, & à se productum. *ibid.*, versus Tertio, quia.  
 Respondetur argumentis contrariæ opinionis. num. 9.  
 Secundus valor reperitur in Missa, est respondens secundæ offerenti, videlicet, toti Ecclesie militanti, & orationibus quæ in Missa sunt nomine totius Ecclesie. num. 11. & 12.  
 Hic valor est etiam finitus, indeficiens & independens à bono, vel malo Sacerdote. num. 13.  
 An sit ex opere operato. num. 14.  
 Quauis certus, & infallibilis sit, & independens à bono, vel malo Sacerdote; est tamen modo maior, modo minor, pro maiori, vel minori numero infirmorum offerentium in Ecclesia militanti existentium. *ibid.*  
 An proficit infallibili lege iustitiæ animabus paratorij. num. 15.  
 Tertius offerens constituitur ex Sacerdote, quando nomine proprio offert, & ex iis, qui stipem Missæ largiuntur, ex ministrantibus, & circumstantibus, & ex omnibus fidelibus absentibus. num. 16.  
 Quomodo absentes dici possint offerentes. num. 17.  
 Tanto quis rationem offerentis melius participat, quanto perfectius cooperatur sacrificio Missæ. num. 18.  
 Tertius valor respondens tertio offerenti non est ex opere operato, nec est infallibilis; sed est ex opere operantis, dependens à bono, vel malo ministro. num. 19.  
 An illæ orationes, quæ nomine totius Ecclesie in Missa dicuntur per malum Sacerdotem, æque proficit us, pro quibus dicuntur, ac si à bono dicerentur. num. 20.  
 Refertur opinio affirmans. *ibid.*  
 Affirmatur negatiua. *ibid.*  
 Sacramenta Ecclesie, non eò maiorem gratiam consequuntur us, qui illa recipiunt, quò meliores sunt ministri illorum. num. 21.  
 Plus valet, absolute loquendo, Missa boni Sacerdotis, quam mali, & quomodo id intelligatur. num. 22.  
 Vtrum Sacerdos teneatur applicare totum valorem Missæ us, pro quibus illam, accepta stipe, offert. numero 23.  
 Missa est triplex valor, generalis, medius, specialis. *ibidem*.  
 P. Steph. Fagundez in quinque præ. Eccl.

Quomodo Missa proficit us offerentibus, qui absentes sunt, & nesciunt, an dicatur. num. 24.

Questio de valore Missæ per se satis difficilis est, & Doctorum varietas eam difficiliorem reddit: neque enim in hac re, in qua maxime concordare debent conformes sunt, Dicam tamen ea, quæ mihi probabiliora visa sunt, ea breuitate, & claritate, qua possum.

Notandum in primis est, in sacrificio Missæ duo esse, quæ maxime sunt consideranda: primum, est ipsum sacrificium Missæ quoad substantiam: secundum, preces, & orationes, quæ in eo dicuntur, quarum quædam ad Deum per Sacerdotem funduntur, nomine totius Ecclesie militantis: aliæ verò, nomine proprio ipsius Sacerdotis, tanquam personæ particularis.

Notandum secundò, in Missa tria esse offerentium genera. Primum & principalis offerens est Christus Dominus, qui in sacrificio incrementum Missæ, mediante Sacerdotibus, & ministerio illorum, se Patri quotidie offert. Secundus offerens est tota Ecclesia Catholica, & Apostolica, quæ tanquam communitas quædam, & congregatio fidelium offert per Sacerdotes illud sacrificium, & illam immaculatam victimam Christum Dominum in hostia ritè consecrata existentem Deo Patri, tanquam per idoneos ministros à Deo electos, & ab Ecclesia ad id munus cõsecratos, ac deputatos. Tertius offerens est ipse Sacerdos, & omnes, pro quibus hoc sacrificium dicitur: sunt etiam omnes adstantes huic sacrificio, & Diaconi, & Subdiaconi in Missis cantatis, & qui cantant in choro, qui omnes coofferentes dicuntur, & alij ministrantes, & etiam omnes Catholici presentes, & absentes.

Iuxta has tres offerentium species, & iuxta hæc tria, quæ consideranda esse diximus, considerandus est etiam triplex valor reperitur in Missa, respondens his tribus offerentibus. Primum valor respondet ipsi sacrificio in se cõsiderato, & primo ac principali offerenti illius, qui est Christus Dominus, qui mediante, & ministerio Sacerdotis se offert Patri in illo: & quidem huiusmodi valor semper est indeficiens, certus, ac stabilis quoad gradum; supposito enim, quod Sacerdos velit consecrare, ac celebrare sacrificium Missæ, necessariò hic valor ex opere operato sequetur, nec crescens, nec minuens: non enim pendet à bono, vel à malo ministro; sed ex institutione Christi pendet, ex vi operis operati: nam, quauis sacrificium Missæ Sacerdoti in peccato mortali celebranti nihil proficit, imò conducatur ad mortem; tamen quia valor respondens ipsi sacrificio in se quoad suam substantiam considerato, est ex opere operato; valet quidè, & prodest ipsum sacrificium aliis offerentibus, & iis, pro quibus offertur, & applicatur, qui etiam suo modo per Sacerdotem offerunt; non tamen valet ipsi Sacerdoti in peccato celebranti; & quia communicat & celebrat in peccato, & quia sancta non sanctè tractat. Imò, quauis malus Sacerdos ex praua intentione priuare velit hoc effectum, ac valore, ipsos offerentes, peccabit quidem mortaliter ex praua intentione; & nihilominus supposito, quod velit celebrare, illos eò non priuabit; sicut nec etiam quauis id maliuòse intendat, priuabit Sacerdos, ministrans Eucharistiam, fructu ipsius Eucharistiæ, eos, quibus illam ministrat. Ita docet Henricus lib. 9. de Missa, c. 17. n. 3. litera M. Corduba lib. 1. q. 3. & Corduba, 4. qui dicunt, non posse Sacerdotem, quantumuis ex praua intentione velit, impedire fructum ex opere operato huius sacrificij. Docet etiam Tolletus lib. 2. Summæ c. 8. n. 1. & Azor romo. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 20. q. 2. §. *Duplex*. Gabriel in Canon. Gabriel lect. 6.

Tres sunt offerentes in Missa, & quales.

**lect. 6. litera G.** quatenus dicunt, valorem respondentem ipsi sacrificio quoad substantiam considerare, esse ex opere operato, independentem à Sacerdote, bono, vel malo, certum, & indeficientem, (an autem sit finitus, vel infinitus, dicemus statim.) Et est doctrina Concilij Trid. sess. 22. c. 2. ibi enim dicit Concilium, eundem Christum esse nunc offerentem, qui fuit olim in cruce, sed diverso modo: quia olim in cruce se immediatè per seipsum Patri obtulit; nunc verò mediatè per Sacerdotes. Vnde, quia tam res oblata, qui est Christus Dominus existens in hostiaritè consecrata, quam principalis offerens, qui est etiam ipse Christus, qui se per Sacerdotes offert, non potest non esse grata & accepta Deo, idè valè & fructus ex vi operati respondens ipsi sacrificio, non potest non esse certus, infallibilis, indeficiens, & independens ab ipso Sacerdote bono, vel malo.

**5.** Rogabis tamen, an propter ipsum sacrificium aliis offerentibus, nempe, iis, qui sua stipe Missam celebrare faciunt, & iis, qui assistunt, & ministrant, si in peccato mortali sint, & an fructum ac valorem illius consequantur? Respondeo, semper illis professe, & semper hunc fructum consequi, non quidem immediatè ex opere operato, accipiendò primam gratiam illos iustificantem; sed mediatè, impetrando, scilicet, virtute sacrificij, & accipiendò donum penitentiae, quo ad Deum cõuertantur, ut gratiam iustificantem accipiant: nam hic fructus huius impetrationis, qui sacrificio respondet, non est ad modum illius, qui responderet ex opere operato Sacramentis: Sacramenta enim primam gratiam iustificantem, & veniam peccatorum immediatè, per se metipsa, & per modum naturæ conferunt peccatoribus ritè dispositis: at verò sacrificium Missæ iis, pro quibus offertur, & aliis offerentibus non proxime & immediatè, & per semetipsum gratiam, & veniam peccatorum confert, sed impetrat penitentiae donum, & mediante hoc dono penitentiae, qua peccata abolerentur, quantum maxima & ingenita, impetrat primam gratiam. Ita docet Concilium Trident. sess. 22. c. 2. ibi: *Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum penitentiae concedens, crimina, & peccata etiam ingenita dimittit.* Et id ipsum docet etiam D. Thom. in 4. dist. 12. q. 2. art. 2. quæstiuncula 2. ad 4. his verbis: *Sacrificium, nempe, hoc, iustificat eos, pro quibus offertur, non ut causam proximam, sed donum contritionis impetrando.* Et Durandus in 4. dist. 12. quæst. 4. Maior in 4. dist. 12. q. 1. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 20. q. 2. §. *Postremo, quod.* Et quidem in hoc, sacrificium hoc, à Sacramento distinguitur, quòd in Sacramento gratia diuina confertur rectè dispositis; & idè potest Sacramentum infantibus ratione carentibus, dormientibus, & furiosis, & amentibus legitime alioqui præparatis, gratiam dare, ut notat Azor citatus: Sacrificium verò proxime, & immediatè penitentiae donum de congruo impetrat iis, pro quibus offertur, & mediante hoc dono penitentiae confert primam gratiam iustificantem, & peccatorum remissionem. Differt etiam: quia Sacramentum operatur per modum naturæ, quæ formam suam in materiam præparatam inducit: sacrificium verò operatur non per modum naturæ, sed per modum impetrationis.

Conc. Tr.

D. Thom.

Durand. Maior. Sotus. Azor.

**6.** Vtrum autem valor ex opere operato respondentem primo offerenti, & sacrificio in seipso quoad Sacramenti substantiam considerato, sit finitus, ac limitatus, an ex opere infinitus, est duplex opinio. Prima asserit, esse infinitum. Ita docet Caietanus 3. p. q. 79. art. 5. & in finitibus vel opusc. tomo 2. tract. 3. quæst. 1. Sylu. verbo, *Missæ*

1. q. 9. Angelus verbo, *Missæ*, quæst. 5. 2. Vigerius in infinitus. suis Instit. Theol. c. 16. §. 2. Canus lib. 12. de locis. *Caiet.* cap. 13. ad decimum Ruardus art. 16. Cordub. lib. 1. *Sylu.* quæst. 3. opinio 5. conclus. 3. Petrus Soto lect. 7. *Angel.* de Eucharistia. Petrus Nauarra de rest. lib. 2. cap. 2. *Vigerius.* num. 268. & sequentibus. Heruæus quodlibeto 10. *Canus.* q. 13. Sotus hanc etiam quæstionem tangit dist. 11. *Ruardus.* q. 2. art. 5. & lib. 9. de iust. q. 2. art. 2. Sed Corduba *Corduba.* allegatus dicit, variùm esse Sotum in hoc puncto, & vt refert Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 19. initio, ad marginem, litera A. dicitur ita tenuisse Mantius, Penna, & alij Salmanticenses. Probatùr primò: quia in Missa res oblata est infiniti valoris, & virtutis, quia est Christus: & principalis offerens, qui est etiam ipse Christus, & in finitè gratus Deo Patri, & eius nomine fit consecratio, & oblatio ipsa: ergo valor respondens sacrificio Missæ in se considerato, & primo ac principali offerenti, est etiam infinitus in se, & illimitatus.

Secundò, quia sacrificium Missæ est idem, quoad substantiam, & essentiam, cum eo sacrificio, quod Christus Dominus in vltima cœna, & in cruce obtulit, vt optimè docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 19. §. 1. & Spar. tomo 3. in 3. p. disp. 76. sect. 1. §. *Dico primò, & solo numero differunt:* nam, tam in illo sacrificio cruento crucis, quam in illo vltimæ cœnæ, & in isto Missæ, eadem est victima oblata, nempe, ipse Christus, idem offerens: sed cum hac differentia accidentali, quòd in illis duobus Christus se immediatè, & per seipsum obtulit Patri; in isto verò sacrificio Missæ se offert medianibus Sacerdotibus: sed illud sacrificium cruentum crucis, & illud incruentum vltimæ cœnæ fuerunt infiniti meriti & valoris: ergo & istud cum ab illis essentialiter non differat. Tertio, quia, quauis Christus Dominus in isto sacrificio Missæ non immediatè se offerat Patri; sed mediatè, & ministerio Sacerdotum, tamen actio Sacerdotis, per quem Christus Dominus se offert, non potest minuire infinitum valorem ipsius oblationis: sicut nihil deirahit, aut minuit de valore elemosinæ actio seruus per quem Dominus illam pauperi offert, ac donat; quia Dominus est principalis donans, & de suo donat: & sic Christus Dominus, etiam si se per Sacerdotes offerat tamen ipse est principalis offerens, & de suo offert, imò totum seipsum offert.

Secunda opinio verior & probabilior docet, valorem Missæ ex opere operato respondentem ipsi sacrificio in se substantialiter sumpto, esse finitum & limitatum ex institutione Christi, non solum quoad satisfactionem pœnæ, sed etiam quoad augmentum gratiæ. Ita docet Azor tomo 1. Inst. mor. lib. 10. cap. 20. §. *Quod ad primum attinet.* Nauarrus *Nauar.* in Manuali Latino, cap. 25. n. 92. & in Enchiridio de Orat. cap. 20. num. 77. & in cap. *Visum*, de consecr. dist. 1. & in cap. *Non mediocriter*, de consecr. *Toletus.* dist. 5. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 8. §. *Tertium.* Soarius tomo 3. in 3. partem, disp. 79. sect. 12. Tabiena *Tabiena.* verbo, *Resistit*, §. 32. Couar. in cap. *Alma mater*. 1. *Couarr.* p. §. 1. num. 5. & sequentibus. Henriquez lib. 9. de *Henriq.* Missa, cap. 19. num. 5. D. Thom. in 4. dist. 45. art. 4. & *D. Thom.* quæst. 3. ad 2. Bonavent. in 4. dist. 45. art. 2. quæst. 3. *D. Bonav.* ad vltimum. Aichard. in 4. dist. 45. art. 2. quæst. 3. *Richard.* Scotus quodlibet. 20. q. 2. & 3. Durandus in 4. dist. 45. *Scotus.* ad 3. quæst. 3. Paludanus in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. *Durandus.* concl. 4. Adrianus quodlibeto 8. art. 3. Gabriel in *Palud.* Canon. Missæ, lect. 26. & 57. D. Thom. 3. p. q. 79. *Adrianus.* art. 7. ad secundum, & q. 83. art. 1. Taper art. 16. *Gabriel.* Ioannes Arboreus lib. 2. Theosophia, c. 7. Ioannes *D. Thom.* Senius in Concordia, cap. 131. Soto dist. 13. q. 2. a. 1. *Taper.* col. 14. fine, & lib. 9. de iust. q. 3. art. 1. & omnes, *Ioan. Arb.* quos citabo c. 8. n. 9. Probatùr primò, quia alioqui *Ioan. Sen.* sacrificium Missæ, quod quilibet Sacerdos offerret, *Sotus.*

7.

Henriq. Sotus.

8.

Azor.

Azor. Henriq.

suo merito & virtute in finita, æquaret sacrificium cruentum, quod Christus in cruce, & sacrificium incruentum, quod in vltima cœna obtulit, quod non est dicendum. Secundò, quia, sicut Christus Dominus instituit, vt Corpus suum esset Physicum instrumentum, per species assumptum, ad effectum finitum Sacramenti; sic etiam instituit, vt idem corpus per oblationem, actionemque Sacerdotis sit morale instrumentum, & participatio oblationis cruentæ ad effectum satisfactionis finitæ cum merito & virtute finita: nam alioqui vna Missa sufficeret ad satisfaciendum pro omnibus animabus existentibus in igne Purgatorio: constat autem vnã Missam non sufficere ad eruendas omnes animas illic existentes, alioqui frustra Ecclesia edocta à Deo, pro illis erendis tot Missarum sacrificia replicaret, & institueret. Fuit autem conueniens, quòd Christus Dominus institueret, vt haberet corpus suum sub speciebus panis in Missa per Sacerdotem oblatum finitam virtutem & efficaciam ad satisfaciendum pro hominibus: quia, si vna Missa totam pœnam temporalem ignis Purgatorii deleteret, non ita incitarentur homines ad frequentandas Missas, cum tamen illarum frequentatio nimis proficit, & ad meritum hominis, & vt religio Catholica eo cultu ac ritu sacrificij perpetui conseruetur, & non tepescat in honorem Dei. Tertio, quia, quantum hostia & victima, quæ in sacrificio Missæ offertur, in se considerata sit infiniti meriti & pretij, & quantum persona Christi sit infinitè grata Patri, & eam victimam principaliter per Sacerdotes nunc iterum offerat: at, dum Sacerdotes illam offerunt, non offerunt vt obiectum externum, & extrinsecum, alienumque à se; sed offerunt quasi rem propriam, quia per consecrationem Hostiæ, seu panis, totam victimam, seu totum Christum, qui se, medianibus Sacerdotibus, Patri offert, producant, vt parer; & idè, cum illud potestare mirabili producant, & offerant, tanquam rem propriam offerunt, non tanquam obiectum aliquod extrinsecum. Neque inconueniens est, quòd inde sequatur, posse Sacerdotes habere modum aliquem dominij in Corpus Christi, & illud tanquam rem propriam offerant: illud enim dominium habent, non absolute quidem in Christum Dominum; sed quantum eius est, & edulium spirituale, & quatenus sub speciebus panis, & vini later: sub his enim speciebus promittit Christus hominibus se se illis daturum, vt diximus c. 3. n. 12. iuxta illud Ioannis 6. *Panis, quem ego dabo, Caro mea est.*

Ex dictis soluta manent argumenta contrariæ opinionis: est enim diuersa ratio in exemplo elemosinæ datæ per famulum, & in oblatione, qua Christus Dominus se offert Patri per Sacerdotem: quia famulus nihil ex suo datur, sed offert, ac profert elemosynam pauperi tanquam obiectum extrinsecum, & alienum; & idè minuire non potest meritum ac valorem illius: Sacerdos autem aliquid ex suo profert modo explicato, vt optimè notauit Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 20. q. 2. §. *Quod ad primum attinet,* & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 19. initio. Ad primum argumentum fatemur, rem oblatam in sacrificio Missæ esse infinitam, & personam Christi Domini principaliter offerentis esse infinitè gratam Patri: negamus tamen, inde sequi, valorem huius sacrificij esse infinitum, & dicimus esse finitum ex institutione Christi eo modo, quo id explicauimus in secundò & tertio argumento pro secunda opinione, quam secuti sumus. Ad secundum dicimus, hoc sacrificium Missæ non distinguì essentialiter à sacrificio cruento crucis, neque ab illo, quod Christus in vltima cœna obtulit, sed tantum numericè, & accidentaliter; illa tamen *P. Steph. Fagundes. in quinque præc. Escl.*

meriti infiniti fuisse affirmamus, hoc finiti: quia illa fuerunt oblata à Christo Domino immediatè, & per semetipsum; hoc verò mediatè, & per Sacerdotes: & quantum Christus se offerat, & suum Corpus, tanquam rem propriam, Patri; tamen Sacerdotes etiam illud idem Corpus Christi, & ipsum Christum sub illis speciebus existentem offerunt, non quasi rem alienam; sed quasi rem suam, quam propria potestate produxerunt.

Maneat ergo statuta veritas, valorem ex opere operato respondentem ipsi sacrificio quoad substantiam considerato in se, esse finitum, & limitatum, non ex eo solum, quòd actio humana Christi, qua se Patri offert, sit finita in esse reali, & in entitate re, vt nonnulli malè existimant; sed ex institutione Christi, & ex eo, quòd Sacerdotes Christum offerant tanquam rem propriam; & ex eo etiam, quòd Christus non se Patri immediatè, sed mediatè, & per Sacerdotes offerat: nam alioqui etiam sacrificium cruentum Crucis, & sacrificium incruentum, quod Christus in vltima cœna obtulit, essent meriti finiti, cum actio humana Christi, qua ea sacrificia obtulit, sit finita in esse reali, & in entitate: cum tamen de fide sit, cruentum Christi sacrificium fuisse meriti infiniti: nam, quantum operatio, & actio humana Christi esset finita in esse physico, & naturalitè tamen vt vitaliter proueniebat à persona diuina, & ab homine infinite grato per gratiam vnionis hypostaticæ, ea ipsa actio humana, & oblatio, in esse moris & in entitate morali infinitè grata & accepta erat Patri.

Secundus valor, & effectus, qui reperitur in Missa, est ille, qui responderet secundo offerenti, nempe, toti Ecclesie, quæ illud ipsum sacrificium pro suis Sacerdotes Deo etiam offert, pro Papa, pro Rege, pro Antistite, & pro singulis fidelibus Christianis: nam, licet Sacerdos sacrificando proprio fungatur officio; tamen ille dicitur offerre, cuius nomine agit Sacerdos: agit autem, & peragat ipse Sacerdos hoc sacrificium nomine totius Ecclesie militantis, quæ per Sacerdotes illud offert pro omnibus suis membris, & præcipuè pro præcipuis, Regibus, Papa, Imperatore, & Antistite, qui omnes simul, & singulorum, suam meriti portionem accipiunt, maiorem quidem illi, pro quibus Ecclesia illud præcipuè offert, alij minorem.

Dicitur etiam Ecclesia offerens, non solum quia illud ipsum sacrificium per Sacerdotes Deo offert tanquam per suos ministros: sed, quia de propriis etiam bonis adiecit orationes, cuius ritus, & ceremonias mytheris plenas, quibus augetur valor Missæ accidentaliter: & idè, quia Sacerdos nomine Ecclesie offert, dicit: *Offerimus præclare Maiestati tue, & in Canone: pro quibus tibi offerimus, & postea: Hanc igitur oblationem nostram nos, & cuncte familie tue, sed & plebs tua sancta offerimus, & post Agnus Dei: Ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesie tue, quæ omnia dicit Sacerdos nomine totius Ecclesie offerentis.* Et idè Concilium Tridentinum *Conc. Tr.* sess. 22. c. 6. docet, Missas etiam priuatas, esse communes: quia nomine totius Ecclesie à publicis ministris, id est, à Sacerdotibus offeruntur: & cap. 1. dicit, hoc visibile sacrificium relictum esse à Christo Domino dilectæ Sponsæ suæ Ecclesie, vt illud per Sacerdotes offerat.

Valor igitur ex opere operato respondens ipsi Ecclesie offerenti, finitus etiam est, limitatus, & indeficiens, & nihil pendens à bono, vel malo Sacerdote. Et ratio est: quia ipsa Ecclesia offerens, est pura, & sancta, & grata Deo: & res, quam offert, cum sit ipse Christus, sub speciebus consecratis existens, est etiam grata, & accepta Deo: imò gratissima, & acceptissima; & carissima, ac orationes, N 2 quibus



quibus offertur, utpote diuinis mysteriis plenae, & ab Ecclesia militante grata & accepta Sponsa Christi instituta, sunt quoque Deo gratae, & acceptae: unde, cum haec omnia non possint non esse grata & accepta Deo, ita effectus & valor sacrificij oblato non potest non esse infallibiliter indeficiens, nihil pendens a bono, vel malo Sacerdote, ut optime docet Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 10. q. 2. §. Deinde sciendum est, & Tolerus l. 2. Summæ, cap. 8. n. 1. quauis subobscurè loquatur, & Henriquez aperte, & dilucidè in hac re loquens lib. 9. de Missa, c. 17. n. 3. & D. Thom. 3. p. q. 82. a. 6. & Gabr. in Canonem Missae, lect. 29. Citatur etiam pro hac parte Innocentius lib. 3. c. 15. Rupertus lib. 2. diuinorum Officiorum, cap. 6. & Rabanus lib. 1. Instit. Cleric. cap. 32. & alij, quos allegat Henriquez citatus ad marginem, littera M.

14. Distinguitur autem hic valor ex opere operato respondens Ecclesiae militanti offerenti, ab illo valore ex opere operato, qui respondet sacrificio in se, & quoad substantiam considerato, & primo ac principali offerenti Christo Domino, quod ille, qui respondet primo offerenti, est maior, & certus semper, in gradu nihil minuens, aut accrescens, ut diximus num. 4. & satisfaciunt ex infallibili lege iustitiae pro animabus Purgatorij, ut docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 16. num. 1. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 22. quaest. 10. & Sotus in 4. dist. 21. quaest. 2. art. 3. Corduba lib. 1. quaest. 3. Soarius insinuat tomo 3. in 3. p. disp. 79. lect. 2. §. In hac re, pag. 115 6. col. 1. & statim parebit. At verò iste valor est minor, indeficiens & infallibilis; non tamen in gradu certus; sed est maior, vel minor, pro maiori, vel minori deuotione, & numero, sanctitate iustorum Ecclesiae militantis offerentium, ut dicemus numero 20. haec enim omnia in causa sunt, ut accidentaliter accrescat, vel decrescat valor ex opere operato in Missa: & idèd, cum ille valor primus sit certus, & respondeat substantiae sacrificij in se considerati, rectè potest appellari valor substantialis ex opere operato: iste verò appellari potest valor ex opere operato accidentalis, iuxta Doctores citatos.

15. Quaestio verò est, utrum huiusmodi valor ex opere operato accidentalis ex infallibili lege iustitiae, & de condigno proferat animabus Purgatorij, & pro penis illarum satisfaciatur. Sed haec quaestio infra tractabitur: Breuiter dico, prodesse. Et ratio est: quia, cum Ecclesia applicet etiam huiusmodi valorem pro defunctis in igne Purgatorio existentibus; & illa sponsa sit Christi Deo gratissima, de condigno quidem, & de iustitia meretur satisfactionem pro certo gradu poenarum, eorum, qui in Purgatorio sunt, & de condigno etiam satisfaciunt pro illorum poenis, illisque remittit. Itaque docent omnes citati numero praecedenti: & Petrus de Soto de Eucharistia, lect. 7. Canisius de Eucharist. cap. 7. Nauarrus §. in Leviticum, notabili 25. Couarr. cap. Alma mater, 1. p. §. 5. citatur etiam D. Thom. 3. p. quaest. 82. art. 6. Hofius Instit. cap. 41. & Castro verbo, Missa, hares. 3. & Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 7. quem atterentè vidit; sed ibi solum dicit, multum prodesse sacrificium Missae animabus in igne Purgatorio existentibus; non tamen expressè dicit de iustitia & condigno: at colligitur id rectè ex illius doctrina: quauis enim Sotus negauerit in 4. dist. 19. quaest. 2. art. 4. mortuis sacrificia prodesse, ex lege iustitiae, & de condigno, sed liberali tantum Dei voluntate, ita ut misericorditer ea sacrificia Deus pro illorum satisfactione acceptet, non autem ex lege iustitiae; in eo fundatur, quòd mortui non sint amplius sub iurisdictione Ecclesiae, ut eos iuuare possit absolucendo, aut remittendo illorum poenas,

Azor. Tolerus. Henrig.

D. Thom. Gabriel. Innocent. Ruspert. Rabanus.

14.

Henrig. Azor. Sotus. Corduba. Soarius.

15.

Petr. Sot. Canisius. Nauarr. Couarr. D. Thom. Hofius. Bellarm.

sed tantum suffragando & impetrando eam remissionem à Deo: suffragia autem, & rogationes non tenetur Deus acceptare ex lege iustitiae, sed misericorditer; & quòd nullibi constar de obligatione, & lege iustitiae, & promissione, qua Deus se obligauerit ad acceptandum de iustitia ea sacrificia pro satisfactione poenarum, eorum fidelium, qui sunt in Purgatorio: & quauis eum Soto ex iisdem fundamentis id etiam doceat Canus de locis, cap. 13. ad nonum, & Corduba citatus lib. 1. quaest. 3. opinione 4. tamen Sotus postea in eodem 4. dist. 21. q. 2. art. 3. mutauit sententiam, & dixit, magis pius esse contrarium sentire; & quia (ut dixi) Ecclesia offerens est grata Deo, & non potest non esse grata, & oblatio etiam, quam offert, est gratissima, & caeremonia, quibus offert etiam grata: unde, cum haec omnia sint grata, & non possint non esse grata, non possunt etiam non de iustitia huiusmodi sacrificia satisfaciunt pro animabus Purgatorij: & quauis non constet ex sacra pagina de hac lege, aut promissione Christi; constat tamen, ut docet Azor citatus, ex traditione Apostolorum, unde Christus Dominus, qui hoc Apostolis tradidit, & qui hoc nobis per eam traditionem nuntiari iussit, eo ipso voluit, & se obligauit ad ea sacrificia acceptanda de iustitia; haec autem traditio ex continuo vsu Ecclesiae inuicibiliter obseruato satis probatur, ut optime probat Bellarmus lib. 2. de Missa, cap. 7. Ad id, quod additur, mortuos non esse in ditione, & iurisdictione Ecclesiae: Respondeo, non esse in potestate Ecclesiae, ut à peccatis absolueretur: esse verò in potestate illius, ut iis sacrificijs, & subsidijs subleuentur, & iuuentur, auxilienturque: ad eundem enim etiam effectum, ea Christus Dominus instituit.

16. Tertius offerens (ut dixi num. 3.) est ipse Sacerdos celebrans, & qui stipem porrigunt Sacerdoti, ut offerat: sunt etiam omnes circumstantes, & ministrantes, ac seruientes Missae sacrificio, & in Missa solenni sunt alij, qui vocantur coofferentes, ut Diaconus, Subdiaconus, & Chorus respondens: sunt denique omnes fideles absentes, etiam laici, qui etiam, quatenus sunt membra Ecclesiae, illud ipsum sacrificium, quod Ecclesia per suos Sacerdotes offert, offerunt: nam id, quod caput efficit, rectè etiam dicuntur membra efficere. Tota haec doctrina est certa & communis. Eam docet Soar. tomo 3. in 3. partè, disp. 77. lect. 3. initio. D. Thom. ibi, quaest. 82. artic. 6. & 7. ad 3. Alcuinus de diuinis Officijs, cap. de celebrat. Missae. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 17. num. 4. Rupert. lib. 2. de diuinis Officijs, c. 6. & 7. Rabanus lib. 1. Instit. Clericorum, cap. 32. Turrianus in scholijs ad Clementem, lib. 8. Const. apost. cap. 12. D. Aug. lib. 10. de ciuitate Dei, c. 20. ibi: Christus quotidianum esse voluit Ecclesiae sacrificium, cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsum capitulum ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam offerre fuerit. Et Leo Papa Epist. 81. cap. 2. vbi dicit, iuxta populi amplitudinem plures Missas eod die esse dicendas: ne aliqua pars populi sacrificium offerre non possit. Patet ex illis verbis Canonis Missae: & omnium circumstantium, quorum tibi fides cogita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, scilicet, per Sacerdotes. Et fundamentum habet haec veritas etiam in sacra pagina. Exod. 3. Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto, & Num. 28. Haec sunt sacrificia, quae offerre debetis, vbi sermo est ad piam plebem. Dicitur ergo etiam populus offerre: nam, ut ait D. August. lib. 9. veteris Testamenti, ille dicitur offerre, cuius sunt oblationes, quas super altare ponit Sacerdos.

Dices, ut aliquis dicatur offerre, opus est, ut ad ipsum efficiendum sacrificium concurrat: offerre enim

Canus. Corduba. Sotus.

Bellarmin.

16.

Soarius. D. Thom. Alcuin. Henrig. Rupertus. Rabanus. Turrianus. D. August.

Diuus Leo Papa.

D. August.

17.

enim nihil aliud est, quam sacrificare, aut sacrificium efficere, quòd non videtur posse tribui laicis: nam, vel illi dicuntur offerre per intentionem & internum actum, vel per externam effectiorem sacrificij: interna deuotio & intentio non sufficit; quia sacrificium Missae, cum sit visibile, consistit in actione externa; ac proinde actio interna non satis est, ut laici denominentur, ac appellentur ab illa offerentes: per externam autem non possunt tales nominari; quia non possunt offerre, aut sacrificare; non enim sunt consecrati ad offerendum: ergo nequaquam offerentes dici possunt. Respondeo, dupliciter offerentes moraliter per actionem externam dici posse: primo modo generalissima quadam ratione, quatenus sunt membra Ecclesiae, cuius nomine Sacerdos offert: quòd enim caput efficit, etiam membra efficere dicuntur: unde, cum Ecclesia, quae est caput fidelium, per Sacerdotes offerat, etiam membra illius offerre dicuntur per eundem Sacerdotem. Secundo modo, magis specialiter, dando, scilicet, eleemosynam, seu stipendium Sacerdoti, ut sacrificet, ac offerat: nam, quòd per alios facimus, per nos ipsos facimus: unde, qui per alium occidit, ipse occidere dicitur; & qui per alium eleemosynam porrigit, ipse porrigere dicitur: item, assistendo, vel interfutendo; & haec moraliter loquendo est magis propria denominatio extrinseca offerentis; quia hi cooperari dicuntur modo aliquo ipsi Sacerdoti: sic consentientes homicidium, & illi assistentes auctoritatem praebendo, homicida dicuntur, moraliter loquendo, quia ea praesentia & auctoritate illi cooperantur.

18. Ex quo fit, ut optime docet Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 77. lect. 3. §. In hac re, fine, & Henrig. lib. 9. de Missa, cap. 17. n. 4. ut tantò perfectius, vel imperfectius hanc rationem offerentis, & meriti, quis participet, tantò perfectius, vel imperfectius, magis, vel minus cooperatur sacrificio, & tantò plus, aut minus illud offert, & ita magis offert, & maius meritum habet, qui stipem profert pro sacrificando, quam qui ministrat, & qui maiorem stipem profert, quam qui minorem: hi enim honorant Deum de sua substantia, & idèd sacrificium hoc plus illis prodest, & magis satisfactorium & impetratorium illis est, quam alijs; ut optime docet Henrig. allegatus. Magis etiam prodest seruienti, & ministranti ipsi sacrificio, quam assistenti, aut circumstanti: & magis coofferenti Diacono, aut Subdiacono, quam alijs seruientibus & cantantibus, atque circumstantibus, & sic de ceteris.

19. Tertius igitur valor, considerandus in hoc sacrificio Missae, est valor respondens ipsi Sacerdoti, & alijs offerentibus: & hic vocatur valor ex opere operantis: accrescit enim hic valor, vel decrescit, ex maiori vel minori bonitate, & virtutis praestantia Sacerdotis offerentis; & ex maiori, vel minori virtute, eleemosyna, & seruuore aliorum etiam offerentium. Unde considerandae sunt orationes, & preces, & caeremoniae, quas Sacerdos dicit, & facit in Missa: aut enim sunt ipsius Sacerdotis, & nomine illius fiunt, ut est persona quaedam particularis: aut sunt ipsius Ecclesiae, & fiunt per Sacerdotem, ut est minister Ecclesiae, representans ipsam Ecclesiam, cuius nomine offert, & celebrat. Si primo modo considerentur, absque dubio nihil valent, nec ipsi, nec alijs, cum sit in mortali culpa, imò ipsi nocent, cum sanctanon sanctè tractet. Si secundo modo, id est, ipsae orationes, caeremoniae, & preces, sunt totius Ecclesiae, & nomine ipsius per Sacerdotem tanquam per communem, aut particularem ministrum ipsius Ecclesiae dicuntur, & fiunt, tunc quidem valent, & profunt alijs offerentibus, & iis pro quibus offeruntur, ac si à bono Sacerdote, P. Seph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

te dicerentur. Est communis doctrina. Eam docet expressè Tolerus lib. 2. Summæ, cap. 8. num. 1. Tolerus, & omnes, quos citauimus num. 13. est enim ille valor ex opere operato, & nihil pendens à bono, vel malo ministro, eo modo, quem modo explicauimus.

20. An autem eae orationes, & preces, quae nomine totius Ecclesiae dicuntur à malo Sacerdote, & in peccato mortali existenti, aequè valeant & profint alijs offerentibus, ac si à bono Sacerdote dicerentur, dubium est. Tolerus citatus affirmat, aequè valere. Fundamentum illius est: quia illarum valor est certus ex opere operato, nihil pendens à bono, vel malo ministro. Dicendum tamen est, non aequè valere: quia, quauis huiusmodi valor, absolucè loquendo sit certus ex opere operato, & nihil pendeat à bono, vel malo ministro, atque aded sit semper indeficiens & infallibilis; tamen non est certus quoad gradum: ut diximus num. 14. potest enim minui, & augeri ex maiori, vel minori bonitate, & sanctitate Sacerdotis, ut optime docet Henriquez Henrig. lib. 9. de Missa, cap. 18. num. 5. ibi Oblatio Missae consistit in actione, (intellige in actione sacrificandi,) & meritum impetrantis consistit in actione vitali, & libera; & ideo crescit fructus Missae ex operato in alium iustum, pro quo offertur, quanto maior est dispositio, & deuotio offerentis, ut crescit effectus Baptismi ex operato, quanto melior est dispositio adultè recipientis. Haec ille ibi. Et idem reperit clarius lib. 1. de Sacramentis in genere, cap. 13. num. 4. ibi: Fructus satisfactionis, qui ex opere operato communicatur alteri homini iusto, pro quo offertur sacrificium Missae, uberior est ex opere operato pro ratione meliori offerentis. Et ratio est: quia, ut docet idem Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 17. num. 1. & n. 3. fine, & nos diximus num. 14. valor, & fructus Missae ex opere operato, respondens toti Ecclesiae offerenti, accrescit, vel decrescit accidentaliter iuxta maiorem, vel minorem numerum iustorum offerentium, in Ecclesia militante pro varietate temporis existentium, & iuxta maiorem, vel minorem sanctitatem illorum: crescit enim valor ille accidentaliter ex meliori dispositione totius Ecclesiae offerentis: ergo necessario etiam accrescet ex meliori ministro Sacerdote offerente, non solum quia ipse est pars Ecclesiae offerentis; sed etiam, quia est praecipua pars illius, quatenus immediatè offert, & est minister consecratus & deputatus ab Ecclesia ad offerendum: & sic, quauis, absolucè loquendo, bonus, vel malus minister Sacerdos non possit impedire fructum, ac valorem ex opere operato respondentem Ecclesiae offerenti; potest tamen malus, & minus bonus impedire aliquantulum illius portionem, quae accresceret ex bonitate illius.

21. Oppones, exinde sequi similiter, Sacramenta omnia eò plus gratiae conferre recipientibus ex opere operato, quòd melior est minister conferens ea Sacramenta. Sed neganda est sequela, quauis id expressè doceat Gabriel in 4. quaest. 2. conclus. 7. & Scotus in eodem 4. quaest. 7. nam, ut docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 18. n. 5. ad marginem, littera Z. fine, & lib. 1. de Sacram. in genere, cap. 14. n. 1. & 4. nec Sacramentum diuinæ Eucharistiae confert plus gratiae ex meliori ministro. Ratio est: quia Sacramenta non consistunt in actione quoad productionem gratiae, sed in passione & receptione: sacrificium autem Missae in actione, seu sacrificio consistit, ut optime notauit Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 77. lect. 3. §. Sed difficultas est, & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 17. numero 2. & idèd valor Sacramenti, siue Eucharistiae, siue Baptismi, siue aliorum ex opere operato,

20.

Henrig.

20.

21.

Gabriel. Henrig.

Soarius.

Henrig.

non crescit ex causa actiua & bonitate ministri, sed ex sola dispositione recipientium: valor autem Missae ex causa actiua, & Sacerdote sacrificanti crescit.

22. Omnibus igitur consideratis plus valet Missa boni Sacerdotis, quam mali; non solum, quia illi prodest, mali autem ipsi non prodest, imò nocet; sed etiam, quia ex parte illius, quatenus est publicus minister Ecclesie, accrescit valor ex opere operato accidentaliter, vt probauimus duobus numeris precedentibus 20. & 21. Deinde, quia preces illius, & orationes, quas nomine proprio in Missa ad Deum fundit, ex opere operantis sunt maioris meriti, maioris fructus & virtutis, cum procedant ab homine grato, & amico Dei, vt docet egregie Tolerus lib. 2. Summæ, cap. 8. n. 1. §. Omnibus igitur.

Cenedo. Petrus Cenedo lib. de quæst. canonicis, quæst. 27. num. 10. Arag. 2. 2. quæst. 85. art. 3. vers. Ad secundam difficultatem, pag. 670. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 111. vers. 35. Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 45. n. 8. & 9. Couar. in cap. Alma mater, 1. part. n. 6. §. 5. Petrus Nauar. lib. 2. de rest. cap. 2. n. 293. & Henric. lib. 9. de Missa, cap. 18. num. 5. & ideo plus valent ad impetrandos effectus sacrificij iis, pro quibus ipsa applicant sacrificia. Et idem docet etiam D. Thom. 3. part. q. 82. art. 6. & habetur cap. Ipsi Sacerdotes 1. quæst. 1. ibi: Quanto digniores fuerint ipsi Sacerdotes, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur. Sicut, quando plures, & sanctiores sunt ea hora in Ecclesia, eò oratio Ecclesie est efficacior. Quare expedit dare pias orationes optimis Sacerdotibus, & querere probatos Religiosos Sacerdotes, qui sancta sanctè tractent, vt deuotius & dignius offerentes accrescat fructus sacrificij iis, pro quibus sacrificant, non solum ex opere operato, vt diximus, sed etiam ex opere operantis.

23. Sed petes, vtrum Sacerdos teneatur applicare totum valorem; & fructum Missae iis, pro quibus illam pro stipe consueta, dicit. Et vt ad hanc quæstionem respondeam, notandum est: in Missa triplicem reperiri valorem & fructum: primus est valor quidam ac fructus generalis, qui debetur toti Ecclesie, & Christo Domino offerentibus, ipse per ipsam; & ipsa per ipsum: vt ait D. August. lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 20. & huiusmodi valor est ex opere operato, vt diximus n. 4. & num. 11. ille quidem, qui responder sacrificio in se quoad substantiam considerato, & Christo Domino offerenti, estque infallibilis, & certus quoad gradum ex institutione Christi, vt dicto num. 4. diximus; & latè n. 8. probauimus, & num. 14. ille verò qui responder toti Ecclesie offerenti per proprias orationes, & preces, ac pios ritus diuinis mysteriis plenos, quos ipsa Ecclesia dilecta Deo sponsa de suo adiecit; (nam olim Apòstoli, vt ait Henric. lib. 9. de Missa cap. 17. num. 3. & refert Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 7. & Genebrardus Chronologia pag. 259. breuiter dicto tantum, Pater noster, sacrificabatur) est etiam infallibilis, & indeficiens, & certus quoad entitatem, non quoad gradum, vt explicauimus num. 20. Secundus valor medius reperitur in Missa est ille, qui debetur ei, pro quo Missa pro stipe, vel ex alio titulo iustitiae dicitur, & hic dicitur valor medius. Tertius est valor specialis, qui debetur dicenti. Tenetur ergo Sacerdos celebrans valorem illum generalem applicare illis, pro quibus applicandus est iuxta intentionem & ordinationem Christi Domini, & Ecclesie offerentium, seu, quod idem est, tenetur illum applicare toti Ecclesie, & Christo offerentibus iuxta illorum ordinationem. Et quidem huiusmodi valor ex intentione Ecclesie, & Christi, diuiditur in singulos fideles ipsius

In Missa triplex fructus, & valor est.

D. Aug.

Henric. Bellarm. Genebr.

Ecclesie, & præcipue in præcipua illius membra, Papam, Reges, Imperatores, Antifites: omnes enim simul, & singuli eorum habent in hoc merito atque valore suam portionem; præcipuam verò huiusmodi præcipua membra sunt Ecclesie, & ideo ipsa Ecclesia instituit orationes pro Papa, pro Rege, pro Imperatore, pro Antifite. Tenetur præterea de iustitia medium valorem totum & integrum applicare ei, qui stipem porrexit ad Missam, ordinariam vel tempore, vel iudicio Prælati taxatam: specialem verò valorem sibi debitam; iuste potest applicare, vel sibi, vel cuiunque voluerit. Ita docet expressè Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. num. 92. Soar. riuus tomo 3. in 3. part. disp. 86. lect. 1. §. Sed quæ tandem, pag. 1299. col. 2. sine Henric. lib. 9. de Missa, cap. 18. num. 5. Azor tom. 1. Instit. mor. lib. 10. cap. 20. §. vlt. incip. Quid vt intelligamus. Et verò huius distributionis huiusmodi triplicis valoris, generalis, medij, specialis, meminere Doctores grauissimi, & eam approbarunt, quos omnes citat Henriquez l. 9. de Missa, cap. 17. num. 2. Henric. ad marginem, littera K. & hi sunt Scotus quolibet to 20. art. 9. quem citant etiam Nauar. & Azor allegati. Adrianus quodlib. 8. art. 3. Victoria cap. 16. §. 3. vers. 16. Gabriel in Canonem, lect. 25. & 26. Paludanus in 4. distinct. 45. quæst. 2. sine. Maior ibi quæst. 2. Corduba lib. 1. quæst. 3. & 4. Honchala Oculculo de Valore Missæ, art. 11. & 16. Ledesma 1. part. 4. q. 20. art. 5. vbi se refert ad 2. part. q. 16. art. 14. fol. 189. & hodie communissimè huiusmodi diuisio admittitur.

Diximus num. 16. ex Soario ibi allegato, & ex alijs, omnes fideles etiam absentes, & laicos dici offerentes, quatenus sunt partes Ecclesie militantis, & in illa includuntur, quæ offerre etiam solet huiusmodi sacrificium per suos Sacerdotes, & consequenter participare huiusmodi fideles suo modo fructum Missarum ex opere operato, & id probauimus num. 18. At sanè Henriquez, quem ibi citauimus pro ea opinione, postea mutauit sententiam lib. 9. de Missa, cap. 20. num. 3. vbi dicit, neminem dici posse offerentem & participantem fructum Missarum ex opere operato, nisi aliquo modo concurrat ad hanc Missam in particulari, vel illi assistent, vel illam petendo, vel stipem porrigendo, vel sciendo illam alicubi dici, & illam simul offerendo per intentionem, ac proinde absentes, qui nihil de Missis sciunt, offerentes dici non posse, nec participantes illius fructus. Si enim illos participant, alijs ex innumeris Missis, quæ in toto orbe dicuntur, ferè semper fideles absentes iusti, ita satisfacerent pro penis debitibus in Purgatorio, vt decedentes recta tendant ad cælum, & quia interpretatiua intentio, qua necesse est, dicamus, illos offerre, vt non est satis ad demeritum; ita nec ad meritum, maximè cum illi offerant opus alienum, nempe sacrificium alienum. Verùm nos iam explicauimus num. 17. quomodo hi absentes dicantur offerre, generalissima, scilicet, quadam ratione, quatenus sunt membra Ecclesie, quæ per suos Sacerdotes offert, vnde cum fideles absentes etiam laici sint membra Ecclesie, quia caput offert pro illis, rectè illi dicuntur offerre: quod enim caput efficit, etiam membra dicuntur efficere. Ad id verò, quod addit Henric. fieri posse, vt iustus satisfactis omnibus penis temporarijs sibi debitis, propter Missas alienas recta tendat in cælum, nullum inconueniens est, si sequatur, sicut etiam fieri potest, vt aliquis maximus & insignis peccator tam feruentem charitatis actum eliciat in articulo mortis, vt recta tendat ad cælum, intàcto igne purgatorio: rarò tamen id continget, quia penæ debite sunt diuturnæ, & minima portio satisfactionis ex Missis toto orbe dictis sibi

fibi sua sorte obuenerit. Nec Missæ simplicitè & absolute dici possunt opus alienum, cum ex intentione Christi & Ecclesie certus valor & meritum illarum ex opere operato applicetur pro omnibus fidelibus Ecclesie militantis; & ideo à Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. etiam pro particularibus hominibus offerantur, communes dicuntur: quia omnibus fidelibus communiter profunt modo explicato. Nec opus est, vt quis sciat quot, & quando Missæ dicantur, vt personaliter eam satisfactionem acceptet, sufficit enim, vt Ecclesia offerat & acceptet pro illo, vt aliquando solutio pro debito reali valeat, licet fiat pro debitore absente.

CAPVT VII.

De stipendio Missarum, an taxari possit, & à quo: an numerus Missarum reduci possit ad pauciores, si tæne sit stipendium, an ab Episcopis solum: & quid Prouisores Regij in hoc negotio possunt in Capellis secularium.

SVMMARIVM.

- Societas non accipit stipendia pro Missis. num. 1. Et peccant mortaliter, qui in ea stipendia accipiunt pro illis. ibid. Quomodo mortaliter peccent, cum tamen illius Regule ad mortale non obligent. num. 2. Quid, si illius Religiosus in pacificatur cum externo: Dicam tibi tot Sacra, si illorum stipendia tali pauperi dederis. ibid. versu. Sed quid. Quid si aliquis amicus externus offerat Religioso aliquid, & ille postea ob gratitudinem ei tot Missas dicat. num. 3. An sit contra votum paupertatis, si danti sibi aliquid, dicat Religiosus: Eam rem accipere non possum, donata tali persona propter me. ibid. Refertur Motus Clementis VIII. prohibentis data & accepta Religiosis. num. 4. Licet sit usus accipiendi instum stipendium pro Missis dicendis. num. 5. Instum stipendium vel usus, vel Constitutio Episcopi taxare potest. num. 6. Et ea taxatione posita, nec maius iuste exigi, nec minus dari potest. ibid. Hoc tamen non tollit, quòd fideles liberè & spontaneò maiores solito stipos dare possunt. num. 7. Non possunt Episcopi per Constitutiones præcipere, vt nec plus donentur, quam pretium taxatum, nec minus accipiantur; & talis ordinatio si detur, est simoniaca & scandalosa. num. 8. Scandalosum, & simoniacum est statutum, quòd iubet, vt nulli Sacerdotes Missas, aut Officia defunctorum dicant, præter tales parochia Sacerdotes, aut sodalitijs. num. 9. Per tale statutum impediuntur Clerici ea facere, quæ sibi de iure communi permittuntur. num. 10. Si in aliqua Capella numerus Missarum sit magnus, & stipendium tenue, eas ad minorem numerum reducere oportet. num. 11. An id possint Episcopi per se solos, an conuocata Synodo. num. 12. Quid de Generalibus Religiosis. ibid. Quid, Tridentinum in hac re præscribat. ibid. An ordinatio Tridentini super hac re concessio iuris noui. num. 13.

An id possint Episcopi efficere cum Capituli consensu. num. 14. An de consilio virorum piorum & eruditorum absque Capituli consensu. num. 15. Quid possint Prouisores Regij in Capellis secularium circa hanc rem efficere. num. 16. & 17.

Laudabile profectò esset, Missas gratis, & sine ulla stipe celebrare, & omnia similiter spiritualia ministeria gratis exercere, ad imitationem D. Pauli 1. Corinth. 9. & 2. Corinth. 11. & 12. & ad Thessalonic. 1. cap. 2. & 2. ad eisdem, cap. 3. vt faciunt nonnullæ Religiones, quas refert Bellarm. Bellar. lib. 2. de Monachis, cap. 9. §. 8. & cap. 41. & Henric. Henric. lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 3. quæ iuri piratarum piè & religiosè renuntiant, vt de Minoritis, qui dicuntur Recollecti, docet Corduba in Regul. Minor. Corduba. rit. cap. 4. quæst. 15. inter quas est Societas I E S V, quæ ex statuto suo diligentissimè, & religiosissimè obseruato habet, vt nullum stipendium, aut elemosynam pro Missis, concionibus, aut functionibus, ac ministerijs spiritualibus accipiantur; sed omnia gratis proximis impendantur, sicut vnusquisque Religiosorum ea gratis à Christo Domino accepit, vt habetur 4. part. Constit. cap. 7. §. 3. & 6. parte Constit. istius sacræ Religionis, cap. 2. §. 7. & 10. part. §. 3. examinis, cap. 1. §. 3. & in Regulis generalibus ac communibus, §. 27. quem morem approbavit Iulius Papa III. in Bulla Societatis, & Inl. Papa alij Summi Pontifices; & peccant mortaliter ille, qui in ea Religione exigit stipem in materia graui ad peccatum mortale attingenti: quia in ea Religione hic modus acquirendi ieuerrimè est prohibitus, vt docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 3. ad marginem, littera P. & Tolerus lib. 3. de rest. Toler. cap. 1. num. 183. 185. & 194. Non ramen, vt optimè docet Henricus citatus, tenetur Religiosus sic acquisita danti restituere; sed tenetur dare Superiori, qui illa, vel restituet, vel in alios pios vsus expendet.

Inquiret tamen aliquis curiosè, quomodo fieri possit, vt Religiosus Societatis I E S V mortaliter peccet contra votum paupertatis, accipiendo aliquid pro Missis, vel functionibus spiritualibus, aut concionibus, attingens quantitatem peccati mortalis; cum tamen id aliunde sit ex obiecto licitum, & eius Religionis Regulæ non obligent ad culpam lethalem? Respondeo, vota in ea Religione, sicut & in alijs, ad peccatum mortale obligare: vnde quilibet Religiosus professus, ex quo in ea Religione paupertatem vult, incapax dominij factus est; accipere autem prædictum stipendium Missarum, concionum, & prædictarum functionum spiritualium, actus est acquisitionis dominij directè contra votum paupertatis, & materia alioqui est grauis, & ideo necesse est, vt votum violet, & lethaliter peccet. Non professi autem post vota biennij emissæ redduntur inhabiles ad licitè huiusmodi contractus celebrandos sine licentia Superiorum: quare ratione prædicti voti paupertatis peccabunt quidem contra votum paupertatis; validè tamen illos celebrabunt, & per illos acquirent: at Professus, & Coadiutores formati iuxta nostras Constitutiones, nec licitè, nec validè. Ita Sanchez tomo 2. in præcepta Sanchez, Decalogi lib. 7. cap. 8. num. 30. pag. 445. & Molina Molin. tomo 1. de iust. disp. 62. sine, loquentes de Professis, & Coadiutoribus formatis: & ita Soares loquens Soares, de scholasticis, tomo 4. de Relig. lib. 4. cap. 6. n. 12. & 13. vbi asserit, scholasticos Societatis I E S V post vota biennij illicitè disponere de suis bonis, si sine consensu Superiorum disponant; validè tamen sed non firmiter; quia talis dispositio est reuocabilis; quia vt Soares ibi probat egregiè, reuocari potest.

potest à Superioribus : & eadem est ratio de dispositione bonorum, & acquisitione per contractus. Sed hac de re alibi latius tractabimus.

Sed quid, si huiusmodi Religiosus pacificatur cum aliquo amico & familiari suo saeculari in hunc modum tacite, & virtualiter: Faciam tibi tot Sacra- tor conciones, si tali personae pauperi, vel consanguineo meo pauperissimo conferam elemosynam dones. Respondeo, adhuc votum violare, & lethaliter peccare: quia per huiusmodi implicitum, & virtuale pactum, virtuale quoddam dominium, & pecuniarum dispositionem acquirit: tantundem enim valet, ut ille propter meum pactum alteri eas pecunias donet, ac si mihi donet: licet enim in nomine, & specie, propter paupertatem personae, cui eas donantur, elemosyna esse videatur: at re vera est contractus ex iustitia commutativa, aut quasi commutativa dati, & accepti. Ita docet Toletanus l. 3. de rest. cap. 1. n. 183. §. Secunda dubitatio.

Toletum.

3. Si tamen aliquis amicus saecularis, alicui Religioso, cui ex Regula Religionis strictè, ac severe prohibuitur esset, aliquid stipendij accipere propter Missas, aut conciones, promitteret, aut offerret 20. aut 30. aureos gratuite, & liberè, absque vilo pacto & dependentia Missarum, & huiusmodi Religiosus de licentia Superioris, vel animo petendi illam acciperet, & postea centum Sacra promitteret gratificandi causa, absque vlla dependentia vnus promissionis, aut oblationis ab alia; licitum id planè esset, iuxta eundem Toletanum loco allegato. Similiter, non est contra votum paupertatis, si offerenti sibi rem aliquam Religiosus dicat: Ea re non indigeo, nec possum illam acceptare propter votum paupertatis, si tamen tibi placuerit, gratum mihi facies, si de deris tali, vel tali personae, aut consanguineo meo pauperi: erit tamen, si Religiosus tacite, vel expressè acceptet, & postea petat dari consanguineo. Ratio est: quia in priori casu nihil accipit, imò declarat impotentiam suam, & obligationem, quam habet non acceptandi, ortam ex voto; & ita nihil ipse donat, sed tantum intercedit, ut alius donet, quod non est contra votum paupertatis: sicut non est contra idem votum, intercedere, & rogare, ut aliquis elemosynam alteri faciat, propter se, & propter Deum. Ita docet Sancius tomo 1. de matrim. lib. 6. de donat. inter virum, & uxorem, disp. 4. num. 7. & Sousa, quem citat in libello suo, quo exposuit Morum proprium Clementis VIII. circa danda, & accipienda à Religiosis.

Sanchez.

4. Neque obstat praedictus Motus Clementis VIII. quo prohibuit Religiosis, ne largiantur munera, & ita ait: Prohibemus Religiosis missiones munerum, non solum per se verum etiam per alios, tam directe, quam indirectè, at hic Religiosus videtur indirectè donare: quod enim mei causa fit, meum quodammodo fit. Præterea ait, ff. de edendo. Neque obstat etiam l. 2. ff. de calumniatoribus, ubi sic dicitur: Nec refert, an ipse pecuniam acceperit, an alteri infferit dari, quia tam Clemens VIII. in Motu proprio, quem citat Sancius allegatus, quam leges allegatae loquuntur de donatione illius rei, vel per se, vel per alium tertium, quam quis acceperit tacite, vel expressè, & post acceptationem alteri donavit, vel per se, vel per alium: in hoc enim casu nihil refert, an per se donet, vel per alium donari iubeat: donatio autem indirecta supponit tacitam acceptationem: hic autem, ut diximus, nulla acceptatio datur, nec tacita, nec expressa, imò datur expressa protestatio impotentiae, & in capacitatis ad acceptandum, & donandum.

5. Quamvis igitur laudabile esset, Missas, & alia munera spiritualia gratis facere, & exercere; licet

tamen est usus accipiendi iustum stipendium pro Missarum celebratione, & mortuorum humatione, pro concionibus, & aliis spiritualibus functionibus consuetus, & nulla simonia committitur, etiamsi Sacerdos huiusmodi iustum stipendium exigat, ex pacto. Ita docet Cenedo referens multos collect. 44. num. 5. part. 2. Henric. tomo 2. lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 4. Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 86. sect. 1. & 2. & 3. à pagina 1297. & Graphis lib. 2. decis. aur. cap. 96. à num. 32. & Corduba de ca. sibus confc. casu 27. Gutier. lib. 1. canon. cap. 29. à num. 3. & Spino speculo testam. in Glossa 7. principalis, num. 27. Morla 1. part. titulo 1. quaest. 13. Timoth. de sacrific. Missae, tract. 3. quaest. 48. Ledesma in Summa, titulo de Sacrament. Euch. cap. 18. vers. 3. pag. 210. & parebit infra cap. 8. num. 2. Ratio est: quia huiusmodi stipendium accipitur, & datur non quasi pretium Missae, sed in sustentationem Sacerdotum, & ministrorum Dei: accipere autem aliquid pro sustentatione non est simonia, ut docet

Cenedo. Henric. Soarius. Graphis. Corduba. Gutierrez. Spino. Morla. Timotheus. Ledesma.

oprime Nauar. in Manuali Latino, cap. 23. n. 100. §. Quarto, quod. Præter citatos docet etiam D. Thom. 2. 2. quaest. 100. art. 3. Caietanus ibi, dicto art. 3. versu. Ad euidenciam. Probat ex Luca 10. Dignus est operarius mercede sua, & 1. Corinth. 9. Quis militat suis stipendiis unquam? quis pascat gregem, & de lacte gregis non manducat? & ibi: Qui altari seruit, de altari participat. & ex illo 1. ad Timoth. 5. Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni sunt, id est, & pasto temporali, & honore ciuili, iuxta illud: Honoraria medicum propter infirmitatem, id est, pasce: & idem indubitata est hæc conclusio apud praedictos Doctores omnes: Accipere, & dare iustum stipendium pro sustentatione spiritualia ministrantium, licitum omnino est, & absque vlla labe simonia, & in Ecclesia consuetum.

Nauar. D. Thom. Caiet.

6. Dicitur autem iustum stipendium illud, quod in vnaquaque vrbe, regno, regione, vel consuetudine communi, vel praecepto, lege, ac ordinatione Praelati, vel Episcoporum Constitutionibus taxatum fuerit, ac decretum: & ea taxatione posita nec maius stipendium iuste exigi potest, neque minus dari, nisi volentibus ac consentientibus Sacerdotibus. Ita docet Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 86. sect. 2. §. Sed circa, & §. Dico secundo, pag. 1300. col. 1. & 2. Gutierrez lib. 1. quaest. can. cap. 29. n. 3. Sotus lib. 5. de iust. quaest. 6. c. 1. concl. vltima. Corduba tract. de casibus confc. quaest. 2. 7. Caietanus in Summa, verbo, Simonia, in 4. regula, pag. 608. Petrus Cenedo quaest. canon. q. 27. n. 4. fol. 240. col. 2. Ledesma in Summa, 1. part. titulo de Sacram. Euch. cap. 18. vers. Octaua conclusio. Beia casu 12. pag. 49. vers. Sed dubitant aliqui. Ratio est: quia, licet stipendia non sint vera pretia rei, quæ fit, sed in sustentationem donentur; tamen, quatenus in eis dandis & accipiendis ratio iustitiae interuenit, necesse est, ut in eis seruetur aliquod medium aequalitatis, sine qua, nec vera ratio iustitiae, nec medium illius reperiri potest: hoc autem medium aequalitatis, cum non sit ex natura rei definitum, non potest certiori modo, ac via taxari, quam vel consuetudine communi, vrbis, regionis, loci, vel interposito iudicio, & lege à Superiori praescripta; & ea taxatio est valde necessaria ad evitanda scandala, & sacrilegia, quæ in iniquis exactionibus stipendiorum, ex parte Sacerdotum committi possunt: & alioqui, si Sacerdotibus definitur, ac statuitur taxa; ultra quam exigere non possint; ratio aequalitatis postulat, ut etiam aliis possit imponi, infra quam dari non possint, aut obligare Sacerdotes ad celebrandum; nisi fideles plus velint dare spontaneè, & liberaliter, & Sacerdotes minù accipere, quod nec tollitur, nec tolli potest.

Soarius. Sotus. Corduba. Caietan. Petr. Cenedo. Ledesma. Gutierrez. Beia.

Per

7. Sparim.

Per hoc enim non prohibetur, ut specialiter notauit Soarius dicto tom. 3. in 3. p. disp. 86. sect. 2. §. Sed circa hoc medium, pag. 1300. col. 2. nec per se loquendo, prohiberi potest, quod fideles liberè, & spontaneè, maiora stipendia largiantur, si velint, nec Sacerdotes minora accipiant; quia tunc liberè, & voluntariè donant, & aliud est exigere ex iustitia, aliud gratis accipere id, quod donatur: lex enim iustitiae non impedit actus liberalitatis, misericordiae, aut religionis; nec etiam impedit, quominus Sacerdotes, minori stipendio possint esse contenti: & idem non obstante lege iustitiae possunt ipsi gratis remittere, & cedere iuri suo; sicut possunt mercatores vendentes remittere de pretio lege taxato id, quod voluerint, cum de suo quisque liberè possit disponere.

8.

Soarium.

D. Thom. Nauar. Aragon. Sotus. Ledesma. Medina. Rod. Cenedo. Syluester. Gutier. Caietan. Tabiana.

Non possunt tamen Episcopi, per constitutiones, aut statuta præcipere, ut nec plus donetur, quam pretium taxatum, nec minus accipiatur: & talis lex ac statutum impium esset, scandalosum, ac simoniacum, si daretur. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 86. sect. 2. §. Sed circa hoc, ad finem, & D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. Nauar. cap. 23. n. 106. & ibidem Aragon. in versu, Non liceat. Sotus lib. 9. de iust. & iure: q. 6. a. 1. ad 2. Ledesma in Summa, tit. de Eucharist. c. 18. versu; Septima conclus. Medina 1. p. Instr. pro Confess. cap. 14. §. 20. fol. 91. versu, Pergunaste. Rodrig. tomo 1. Summa, cap. 231. num. 2. pag. 723. Petrus Cenedo l. de quaest. can. q. 27. n. 3. Sylu. Gutierrez lib. 1. quaest. canon. cap. 35. n. 5. Caietanus 2. 2. q. 100. a. 3. Tabiana verbo, Simonia, n. 18. Verba Diui Thom. ita habent: Illicite esset ordinatio, & lex, si in aliqua Ecclesia statueretur, quod non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniam quantitatem: quia per tale statutum precluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi. Magis autem licita esset ordinatio, si statueretur, quod omnibus, certam elemosynam dantibus, talis honor exhiberetur: quia per hoc non precluderetur via aliis exhibendi gratis, & præterea prima ordinatio habet speciem exactionis; secunda autem habet speciem gratuita recompensationis. Hæc ille. Ratio est, quia, si sanciat lex, aut statutum fiat, per actum negatiuum, dicendo: Non accipiatur minus pro vna Missa, quam vnus aureus, v. c. nec minus pro solemn. Officio mortuorum, quam decem aurei, necessariò offendetur charitas; siquidem prohibetur minori stipendio fieri: & deinde est simonia; quia tunc id, quod taxatur, non potest dici stipendium in sustentationem, sed verum pretium illarum functionum. Potest igitur Episcopus præcipere suo statuto, & lege, quod stipendium pro Missarum celebratione, mortuorum humatione, aut Officiis illorum, sint tantum, v. c. duo autem, aut vnus aureus, aut pro Missa duo denarij supra dimidium, statuendo, ac ferendo eam legem per actum positiuum. Non tamen potest eam ferre per actum negatiuum: quia actus positiuus non prohibet fieri pro minori stipendio: actus verò negatiuus, ne fiat, nisi pro tanto stipendio, prohibet pro minori fieri, & sic videtur simonia: quia tunc id taxatur, tanquam iustum pretium illarum rerum, & actionum spiritualium; non autem tanquam stipendium in sustentationem: & præterea est id genus quoddam exactionis, ut dicebat D. Thom. & impietatis: quia offendetur charitas. Et rationem addit Angel. verbo, Simonia 3. num. 10. quia talem taxationem negatiuam fit venalis Missa, vel suffragium, quod proprium pretij est sic esse taxatum, §. 1. Instit. de emptione, & vend.

Angelus.

9.

Hinc deducitur, etiam iniustum esse statutum, & scandalosum, ac simoniacum, si quod daretur,

quod nulli alij Sacerdotes Missas defunctorum celebrarent, aut Officia mortuorum efficerent, nisi Sacerdotes talis Parochiae, aut cathedralis; & hi quod non celebrent, nec Officia efficiant, nisi pro certo stipendio: primo, quia præcluderetur via aliis celebrandi gratis, si vellet, pro aliquo defuncto, quod est impium & contra charitatem: secundo, quia totum hoc statutum verteretur in commodum paucorum; aliis exclusis; & statutum, quod respicit vtilitatem paucorum illud sancientium, tanquam ambitiosum & priuam vtilitatem respiciens non valet. 1. Ambitiosa, ff. de Decretis ab Ordinario faciendis, secus, si respiceret vtilitatem publicam, vt docet Bald. consil. 410. vol. 5. & Rolandus à Valle lib. 2. consil. 22. & alij DD. passim. Sic nullo modo potest Episcopus cogere hæredes defunctorum, vt ad exequias celebrandas conuocent duntaxat Clericos parochialis Ecclesiae, exclusis aliis; donec impleatur numerus Clericorum parochialis Ecclesiae, vt oprime docent Marc. Antonius Genuensis in sua praxi Archiepiscopali, c. 48. de Capellano infirmo, num. 5. fol. 189. Sylu. verbo, Immutatio, 2. sub num. 7. & verbo, Simonia, n. 11. & huiusmodi consuetudines, si dentur, tanquam impias & sacrilegas extorsiones abiciendas esse affirmat Sotus lib. 9. de iust. q. 6. a. 2. vers. Hic etiam admonendi, omnes ex eo fundamento: quia posse vocari ad sepeliendos mortuos, & ad Officia funeralia, est priuilegium totius Ordinis clericalis, quod Episcopus restringere non potest, nec etiam consuetudo aliqua, absque iniuria Clericorum, & læsione libertatis Ecclesiasticae: restringeret autem euidenter si statutus, aut præcipiat, vt tantum vocentur Clerici parochialis Ecclesiae, aliis exclusis, vel omnino, vel donec impleatur numerus Clericorum alicuius Ecclesiae parochialis, (nisi fortè sint beneficiari parochiae ipsius defuncti,) & consequenter libertatem Ecclesiasticam læderet.

Baldus. Roland.

Marc. Anton. Syluest.

Sotus.

10.

Confirmatur: quia per huiusmodi statutum consuetudinem, aut præceptum impediuntur Clerici facere ea, quæ sibi sunt concessa à iure communi, vt docet Dominicus, Anton. & Imola in cap. Ecclesie sancte Maria, de constitution. & docet etiam Felinus ibi, generaliter concedens, statutum, seu consuetudinem, esse contra Ecclesiasticam libertatem, si prohibeat Clericis ea, quæ non sunt eis prohibita à iure canonico, vel diuino. Et pro hac doctrina facit illud exemplum, quod continet caput finale de immunitate Ecclesiae, lib. 6. vbi prohibitio facta per dominos temporales subditis suis, ne aliquid vendant Clericis, vel emant ab illis, vel alia obsequia illis exhibeant, est nulla; quia dicitur contra libertatem Ecclesiasticam. Accedit: quia, licet Episcopus possit facere Constitutiones, & statuta; tamen non potest illa facere contra dispositionem iuris communis, l. 2. ff. de Officiis Praefecti Praetoris. Clementina, Nec Romani, de elect. maxime in præiudicium subditorum, vt tenet Innocentius in cap. finali, de officio delegati. Paulus de Castro in consilio 148. Accedit etiam, quia præceptum, & statutum, & prohibitio, ne possint alij Clerici vocari ad dicendas Missas, vel exequias funerales peragendas, videtur continere monopolium. Probat ex eo, quod facere statutum, quod isti duntaxat vocentur, & non alij, non respicit publicam subditorum vtilitatem, sed priuam, & quatenus tale, monopolium est, quod fieri nullo modo potest. Præterea, eo instituto iniuste grauarentur hæredes defunctorum, cum ad libitum de suo disponere non possint; cum tamen quisque ad libitum suum de re sua disponere possit, l. In re mandata, C. Mandati, & arctaretur libertas naturalis disponendi de suo ad libitum

Dominic. Anton. Imola. Felinus.

Innocen. Paulus de Castro.

contra



Socius.  
Brunus.

contra ius naturale, & contra ius commune, qui sola voluntate procedit, *l. Dudum, C. de contrahenda emp.* ubi reprobatur consuetudo, qua quis cogitur vendere confort. Ita Socinus in consil. 172. quem sequitur Brunus in consilio 56. Quod probat decisio cap. *Vestra*, de locata ubi Episcopi statuerunt vt decimae praediales solummodo locarentur Presbyteris: quod ibi reprobatur Summus Pontifex, & iubet, vt Ecclesiastici suas decimas liberè locent cuicumque voluerint.

11.

Possunt tamen Episcopi, si in aliqua capella, aut annuierario, sic magnus Missarum, aut Officiorum numerus, pro tenui stipendio celebrandus, eas ad minorem numerum reducere, constituta consuetudine, & congruenti pro temporis varietate, stipe; ita vt ex multis pitantiis efficiatur vna pro tempore, & loco consueta: & in hoc negotio possunt mutare, imò commutare defuncti voluntatem, cum in aliis negotiis regulariter non possint: id enim soli Papae referuatur, per Clementinam, *Quia contingit*, de religiosis domibus. At verò iuxta Concil. Trident. sess. 22. cap. 6. tanquam Legati Sedis Apostolicae possunt hodie Episcopi, iuxta & examinata causa vltimas voluntates commutare: ita enim Concilium habet ibi: *In commutationibus vltimarum voluntatum, qua non nisi ex iuxta, & necessaria causa fieri debent, Episcopi tanquam Delegati Sedis Apostolicae summarie, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, prius quam commutationes praedicta executioni demandentur*

Concil. Tr.

12.

An autem Episcopi, examinata prius causa, possint per se soli plures Missas ad pauciores reducere, quando tenet stipendium capellae, aut capellaniae, & plurima Officia ad pauciora reuocare, an solum contocata Synodo, dubium est: videtur enim ex Concilio Tridentino sess. 25. de reformat. cap. 4. non posse, nisi in Synodo dioecelana, de consilio ipsius Synodi. Ita enim Trid. ibi: *Contingit saepe in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum reliquiis impositum esse, vt illis pro singulis diebus à restatoribus praescriptis, nequeat satisfieri, vel elemosynam eiusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse, vt non facile inueniatur, qui velit huic se numeri subicere: unde depereunt pie restatum voluntates, & eorum conscientias, ad quos praedicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hac ad pios usus relictas, quo plenius, & vtilius potest impleri: facultatem dat Episcopis, vt in Synodo dioecelana; itaque Abbatibus, & Generalibus Ordinibus, vt in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in praedictis Ecclesiis, quas hac prouisione indagere cognouerint, statim circa hoc, quicquid magis ad Dei honorem, & Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat. Haec ibi Concilium. Vnde iuxta haec dispositionem Concilij Tridentini videtur, non nisi in Synodo dioecelana, & de consilio ipsius Synodi, id posse Episcopos efficere: sicut non possunt etiam Abbates, & Generales Ordinum id efficere, nisi in suis Capitulis generalibus de consilio Capituli: Generales enim Ordinum, & Episcopos pares facit Concilium hac in re. Et ita dicit Henricq. lib. 9. de Missa, cap. 26. num. 6. litera M. & litera O. optimè docet, non solum id faciendum esse ab Episcopis, & Generalibus Ordinibus de Synodi dioecelanae, & Capituli Generalis consilio, quando stipes sunt tenues, & non attingunt ad victum diurnum, aut consuetudinem loci; sed etiam, quando ob ministrorum paucitatem, non possunt quotannis annuieraria impleri, etiam*

Concil. Tr.

Henricq.

data pingui stipe: in eo enim etiam casu, iuxta mentem Concilij reduci possunt ex Missa, & Annuieraria ad pauciora. Et ita docet etiam Zerola in praxi Episcopali, verbo, *Missae*, num. 3. ubi ita: *Si Missarum numerus est continuus, vel vnus perpetuus, & non potest huic oneri particulariter satisfieri ob carentiam Sacerdotum, tunc praedicari potest doctrina Concilij Tridentini*. Si verò stipes sunt pingues, & obligatio sit quotidiana; tunc aliunde sunt auxiliares aduocandi: sed, si non est copia illorum, quia id oppidum caret copia Sacerdotum, & non inueniuntur alij, qui pro rata stipes aliunde aduocentur, vt in locis à defunctis praescriptis celebrentur, aut Officia annuieraria exequantur, tunc ait Zerola, *Zerola*, colligendas esse eas stipes in capillas, & in singulis feriis secundis, aut alio die hebdomadis pro multis Missis recitatis, dicendam esse vnam decantatam cum Officio defunctorum, iudicio Episcopi, pro iis omnibus, qui eam stipem donarunt: quod olim consilium fuisse ait sanctissimi Episcopi Caroli Borromaei, Episcopi Mediolanensis.

13.  
Nauar.

At verò Nauarrus in Manuali Latino, cap. 25. num. 138. ait, hoc, quod continetur in Concilio Trident. dict. sess. 25. de reformat. cap. 4. videri ius nouum quoad Abbates, & Generales Religionum; non quoad Episcopos, qui possunt hoc facere hodie etiam sine Synodo, argumento capitis, *Cum accessissent*, & cap. *Ex parte*, de consil. cum eius adnotatis: sicut poterant iure antiquo, quod non videtur per Concilium sublatum, cum ius Concilij respectu Episcoporum sit cumulatiuum, non priuatiuum, & sit factum ad augendum, non ad tollendum, argumento capitis finalis, de verborum significatione. Verum, haec sententia Nauar. videtur non stare cum illis verbis Concilij, *Facultatem dat Episcopis, vt in Synodo dioecelana, possint pro sua conscientia statim circa hoc, quicquid magis ad Dei honorem, & Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire*. Si enim antea iure communi possunt, frustra eis daretur modò haec facultas: nec in iure antiquo inuenitur expressè haec potestas Episcopis concessa: nec iura; quae allegat, de Missis, aut annuierariis loquuntur: nam c. *Cum accessissent*, de consil. solum agit de quadam dignitate Ecclesiastica primitiua, per statutum Canoniconum Trullenfis Ecclesiae extincta, confirmatum à Sede Apostolica, cuius redditus Canonici inter se diuiserunt. Et in c. *Ex parte*, solum agitur & quaeritur, an possint Canonici restringere numerum Canoniconum; & resoluuntur, non posse, maxime sine causa. Sed pro opinione Nauarri facit, quod Episcopus sua propria auctoritate potest vnam dignitatem tollere, vel minuerè: potest etiam mutare praebendas ex causa rationabili, vt patet ex cap. prox. de auctoritate Episcopi 21. dist. & cap. *Praecipimus*, 26. q. 1. & cap. *Sicut vnire*, de excessibus Praelatorum, & cap. *Vacante*, de praebend. distinct. 63. & clarius patet ex praedicto cap. *Ex parte*, de consil. ubi Papa astringit, non potuisse Episcopum diminuere numerum Canoniconum, maxime cum non essent redditus diminuti: ergo, vt infert, & tenet Ioannes Andr. ibi, potuisset profectò diminuere, si essent redditus diminuti: ex quo etiam infertur à fortiori, id dicendum esse de numero Missarum, & annuierariorum, si stipes sunt diuturnitate temporis diminutae.

14.

Sed verius credo, non posse Episcopum auctoritate propria, de consensu etiam Capituli, absque auctoritate Papae, diminuere numerum Canoniconum, aut extinguere, vel minuerè aliquid de redditibus dignitatum, vt docet Glossa in cap. *Cum accessissent*, de consil. verbo, *Confirmatum*, & quia, vt res se habet ad esse, ita ad non esse: sed Episcopus absque

ab auctoritate Papae etiam de consensu Capituli non potest augere dignitates, vel canonicatus, cap. *Cum olim*, de consuetudine, & cap. *Quoniam iam*, de vita & honestate Clericorum, & cap. vltimo, de verborum significatione, & cap. *Ex parte*, de consil. ubi est expressum, quod non possit Episcopus id efficere, maxime sine causa: ergo nec minuerè, & quia, vt ait Glossa citata, id fieret saepe in fraudem, vt extinctis Canonicatibus accrescerent redditus Episcopo, vel aliis Canonicis, & sic saepe in fraudem hoc facerent, & non causam pro causa subiicerent.

Henricq.

Loquendo tamen de Missis, credo, posse Episcopos, ubi opus esset, sine Synodi Concilio, solum de consensu Capituli, non expectata Synodo, urgente causa, eas reducere ad numerum strictiorem: idem de officiis & annuierariis. Et ita docet expressè Henricq. lib. 9. de Missis, cap. 22. num. 6. & reuera idem bene docet Nauar, dicto cap. 25. n. 138. & fauet Felinus in cap. *Cum accessissent*, de consil. col. 8. num. 19. & Salmanticae, vt restatur Henricq. loco allegato, facta est Constitutio, approbante Synodo Salmaticensi, ubi doctissimi viri congregati erant, in qua ea facultas reducendi Missas, quarum pitantiae, & stipes sunt tenues, ad pauciores, committitur Episcopo, cum consilio Capituli: est enim diuersa ratio in reductione Canoniconum ad numerum strictiorem; & in reductione Missarum, si tenuis sit stipes: nam in primo priuatur Ecclesia seruitio vnus ministri: & licet addatur alius, qui non sit Canonicus, priuatur splendore canonicatus, & dignitatum: & sic agitur de prauidicio Ecclesiae: in secundo verò casu non priuatur Ecclesia seruitio suorum ministrorum; nec agitur de prauidicio animarum, imò agitur de vtilitate illarum; quia ob tenues stipes antiquioris temporis, quaerunt Sacerdotes alias ampliores temporis nouioris; & sic cum maximo prauidicio, & animarum defunctorum, & propriae conscientiae, Missas tenuioris stipes omittunt; nec per alios celebrari faciunt; ea falsa delusi spe, vt in alio tempore commodiori illas dicere possint, deficiente maiori stipe; & sic nec dicunt, nec dimittunt, cum maximo detrimento defunctorum, & propriae conscientiae: praeterea forte non inueniunt, qui iam exigua stipe celebrent. Nec Concilium Tridentinum ita est intelligendum, vt omnino velit non posse Episcopos id efficere urgente causa, saltem de consensu Capituli.

15.

Imò non dubitarem, nullo Auctore, dicere, posse Episcopos sua propria auctoritate, de consilio virorum prudentum, ac literatorum, absque Capituli consensu, id efficere, propter urgentissima negotia, & frequentes occupationes, quibus sunt continuo implicati; quae in causa sunt, vt non tam facile possint Capitulum adire, vel conuocare, vt ea negotia in eo pertractent, & iudicium Capitularium exquirant: cum tamen aliunde viros literatos facile habeant, quos consulant; praesertim cum Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 6. statuat, vt Episcopi in commutationibus vltimarum voluntatum tanquam Sedis Apostolicae Delegati summarie, & extraiudicialiter procedant, vt veritate comperita, id, quod sibi magis in Domino visum fuerit, prouideant; & huiusmodi Missae plerumque sunt in testamento, & vltimis voluntatibus relictae. Et haec reformatio, quantum absolurè restrictio dicatur: tamen reuera, spectato cursu temporis, & spectatis pitantiis, non est restrictio, sed est compositio, reformatio rationalis, & commutatio quaedam quasi iustitiae ad aequalitatem Praeterea Concilium Tridentinum, si postea sess. 25. de reformat. cap. 4. totum hoc negotium remisit ad Episcopum,

& ad Synodum dioecelanam, supponit, Synodos dioecelanas quotannis esse celebrandas: sessione enim 24. praecedenti, cap. 2. in decreto reformationis praescripserat, Synodos dioecelanas singulis annis esse celebrandas, cum ipsa rarissime, aut nunquam celebrentur, cessat vltima dispensatio sess. 25. cum illa sit dependens ab ista, & ex obseruatione illius pendeat alia alterius sessionis obseruatio. Adde id, quod dicebat Nauar. in Manual. Lat. cap. 25. num. 138. Concilium non condere ius nouum quoad Episcopos, sed quoad Abbates, & Generales Religionum: & cum ibi Concilium dicit: *Sancta Synodus facultatem dat Episcopis, vt in Synodo dioecelana possint pro sua conscientia statim circa hoc, quicquid magis eis ad vtilitatem animarum visum fuerit*, concedit potestatem hanc cumulatiuè, & non priuatiuè, & quasi velit eos priuare potestate aliter faciendi: id enim si Concilium intenderet in iis circumstantiis, quibus nunc sumus, in quibus, scilicet, nec decretum illius de celebratione quotannis Synodi dioecelanae obseruatur, nec Missae dicuntur cum tanto detrimento animarum defunctorum, & prauidicio conscientiarum haeredum illorum, profectò non ita bene statueret, maxime cum saepe haeredes grauati, ita sint paupertatis inopia oppressi, vt Sedis Apostolicae remedium procurare non possint, & vix sui Episcopi possint. Quare his bene perpensis & consideratis, iudico debere Episcopos esse in hac re faciliores, quam sunt; & ad hoc teneri saltem ex charitate, ne suorum subditorum conscientiae pereant. Alij verò Doctores, qui dicunt, de consensu Capituli posse Episcopos hoc facere, quos citauimus num. 14. requirunt Capituli consensum de honestate & consilio, non de necessitate: haec autem honestas satis suppletur per honestatem consilij virorum literatorum.

16.

An autem Prouisores Regij hanc reformationem Missarum, & annuierariorum possint efficere in suis confinibus, & territoriis, est dubium: sunt enim aliqua capellae secularium, & ex bonis secularibus, quarum redditus sunt aded tenues, & pauperes, vt vix sufficiant ad Missas, & annuieraria dicenda; nullo inde, aut saltem tenuissimo commodo resultante praedictarum capellarum administratoribus, quibus tamen defuncti suis haeredibus, administratoribusve fauere intenderunt: diuturnitate enim temporis, Missarum, & annuierariorum iustum stipendium aded nunc excreuit, vt multis partibus excedat stipendium illius temporis, quo praedictae capellae fuerunt institutae. Et quidem hanc reformationem aliquando vidi à doctissimis viris, qui huiusmodi regio Prouisorum munere fungebantur, & fieri, & praedicari, & eam semper laudari, & approbati, propter detrimentum conscientiarum ipsorum administratorum; & quod caput est, propter detrimentum animarum ipsorum capellarum fundatorum, ac institutorum, qui si modò viuerent, aliter sine dubio in huiusmodi foundationibus capellarum, atque maiori stipendio temporis, statuisent. Quare consideratis omnibus, praemissa causa cognitione, & re fideliter comperita, existimo, religiosissime, ac decentissime, id esse praedicandum, cum in hoc, & iuxta restatorum voluntatem, & iuxta rationem faciant, & conscientias administratorum, & defunctorum animabus subsidium, & suffragium afferant.

17.

Solum dubitari poterat, qua ratione illi seculariter cum sint, id possint efficere, cum prouisio Missarum, & reformatio ad iustam aequalitatem stipendiariam pro sustentatione, Sacerdotum, opus merè spirituale sit. Sed ad hoc dubium duplici modo respondeo. Primò quidem, huiusmodi capellae constat

\* constat fuisse ab initio erectas ex bonis secularibus; & à personis secularibus: quare tam ratione personarum erigentium, quam ratione bonorum secularium, subditæ sunt regie iurisdictioni; & idèd Reges, tanquam pij, & communes Patres, per regios Prouisores procurant, vt vicinæ voluntates suorum subditorum ad executionem deducantur iuste, & rationabiliter; vt autem iuste, & rationabiliter ad executionem deducantur, opus est, vt huiusmodi Missas ad iustam & rationabilem stipendiariam sustentationem Sacerdotum reducatur, & hoc non tantum est res spirituales gubernare, ac disponere, quam externas, & temporales leges suorum subditorum in erectione prædictarum capellarum positas, quæ iam pro temporum varietate, iniuste sunt redditæ, ad æqualitatem iustitiæ reformare. Deinde respondeo, Reges Catholicos, & Christianos Ecclesie esse protectores: & sicut, tanquam protectoribus Ecclesie; illis fuit priuilegium concessum à Sede Apostolica, ad constituendos hos Prouisores regios qui bona defunctorum curent; sic etiam consequenter illis fuit concessum hoc priuilegium, vt ea præcederent, ac curerent rationabiliter, & cum utilitate animarum defunctorum; accessorium enim sequitur principale: non possunt autem huiusmodi bona curare iuste & rationabiliter, & cum utilitate animarum defunctorum, nisi leges Missarum ad iustam æqualitatem reducant: & licet hoc priuilegium non extet, sufficit extare principale de prouidendis Prouisoribus continua obseruatione seruatum; in his enim sufficit fama priuilegij, licet non extet priuilegium: & huiusmodi fama satis probatur per effectum priuilegij continuo vsu seruati, vt docet Felinus in cap. Cum conuincat, remedio 1. pag. 552. Sic in nostra Lusitania irritantur iure nouæ recopilationis, l. 4. tit. 73. omnia iuramenta quæ in contractibus, & promissionibus apponuntur, & tamen vt optime notat Vallascus tomo 1. consil. 99. nostra lex iusta, & valida est, quando sit lata à Principe seculari, qui nihil potest in iuramento, cum sit negotium mere spirituale: quia præsumendum est, Summos PP. eam facultatem & priuilegium Regibus Lusitaniæ concessisse, quod licet non extet, sufficit extare illius famam à tempore immemorabili per effectum, & vsam priuilegij probatam. Est autem in viridi obseruantia principale priuilegium de danda ratione testamentorum apud regios Prouisores, vt patet: cur ergo accessorium illius ad praxim non reducant reducendo Missas ad iustum, & rationabilem pretium taxatum; atque adeo ad minorem numerum, vt sic & animabus defunctorum, & conscientijs viuorum hæredum prouideant; ac medeantur.

Felinus.

Vallascus.

CAPVT VIII.

Quomodo stipendium Missarum debeat respondere sustentationi Sacerdotum: an Sacerdotes diuites illud possint accipere: an pauperes vna Missa plurimis pitantiis satisfaciant: an vna Missa æquæ valeat pro vno; ac pro multis, &c. & an peccet mortaliter, qui liberaliter promittit Missam, & non implet.

S V M M A R I V M.

An Sacerdotes diuites stipendium pro Missis accipere, & in pactum deducere possint. num. 1.

Referitur opinio negatiua. ibidem.  
 Astringitur affirmatiua. num. 2.  
 Soluuntur argumenta prima opinionis. num. 3.  
 Concilium Trident. prohibet fieri pacta super Missis nouas. num. 1. & 3.  
 An e Missa stipendium debeat de Iustitia respondere integra sustentationi Sacerdotis vnus diei. num. 4.  
 Referitur opinio affirmans. ibidem.  
 Astringitur secunda verior, ac negans. n. 5.  
 Iustum stipendium Missæ regulandum est pro consuetudine vrbis, & loci, non pro sustentatione Sacerdotis. ibidem.  
 An Sacerdos pauper pro vna Missa possit accipere binas, vel ternas pitantias. n. 6.  
 Referitur opinio affirmans. ibidem.  
 Contraria tenenda est. num. 7.  
 Soluuntur argumenta pro prima opinione facta. n. 8.  
 An qui tenet beneficium, teneat aliquid restituere, si non teneat. num. 8. & 6.  
 An vna Missa pro multis applicata, ita pro multis, ac si pro vno tantum applicaretur. num. 9.  
 Referitur opinio affirmans. ibid.  
 Negatiua est probabilior. n. 10.  
 An ille qui alteri promittit Missam vnâ, teneatur sub mortali eam totam illi applicare. n. 11. & 12.  
 Promissio liberalis facta, & acceptata, an obliget sub mortali, & an de iustitia, & in qua quantitate sub mortali obliget. num. 13.

Dubium non est; quod Clerici pro Missis, & annuariis stipendium accipere possint in sustentationem: dubium tamen est, an Sacerdotes diuites huiusmodi stipendium accipere possint, & illud in pactum deducere. Et ratio dubitandi est: quia Concilium Trident. sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missæ, præscribit, ne fiat vlla conuentio, aut pactum super dicendarum Missarum nonarum stipendium, ac mercedem, & vt Episcopi omnia de medio tollant in celebratione Missarum, quæ vel auaritiæ, vel irreuerentiam sapiant, ac redoleant: redoleat verò auaritiæ, si Clerici præsertim diuites, stipendium accipiant; & illud in pactum deducant, cum hi non possint illud accipere titulo sustentationis, aut elemosynæ: nec aliunde ea acceptio cohonestari, ac condecorari posse videatur: & idèd, vt docet Graphis lib. 11. decisionum aurearum, c. 96. n. 32. fol. 231. & Sylu. verb. Simonia, q. 3. versu, Tertia regula, in fine, licet Sacerdos diues possit absque vitio simoniæ deducere in pactum iustum stipendium pro celebrandis tot, vel tot Missis, in hebdomade, si in stipendium sustentationis, non quasi in pretium Missæ id deducatur; tamen non potest id efficere absque vitio auaritiæ. Imò D. Thom. 2. 2. q. 100. a. 2. & 3. ad 2. docet, licere quidem, absolute loquendo, stipendium accipere, dummodo in pactum non deducatur: quia aliàs crit simonia, & in 4. dist. 25. q. 3. a. 2. quæstiunc. 1. ad 4. dicit, pacifici de Missa dicenda semper esse simoniam.

Concil. Tr.

Graphis.

Syluest.

D. Thom.

Dicendum tamen est, licitum omnino esse stipendium taxatum, vel vsu & consuetudine, vel statuto Episcopi, in pactum deducere in sustentationem Sacerdotis, siue Sacerdos sit pauper, siue diues. Ita docet expressè Soar. tom. 3. in 3. partem Soarius. disp. 76. sect. 3. §. Circa alium, pag. 1298. col. 2. & ibidem §. Quod in breuiter, Docet etiam expressè Gutierrez lib. 1. quæst. canonicarum, cap. 29. n. 10. Gierrez. Caietan. 2. 2. q. 100. a. 2. versu, Ad euidentiã. So. Caiet. tit. 9. de iust. q. 6. a. 1. conclus. vltima. Nauar. in Summa Lat. cap. 23. n. 102. Adrianus quodlibet Nauar. 9. art. 1. Corduba, & alij, quos citat Gutierrez loco allegato. Probatum primò, quia vnusquisque, siue pauper, siue diues, ineretur iure naturali sustentari

ab

ab illo, cui inferuit, & in cuius ministerio, & obsequio occupatur: cum igitur præcipuum munus, & Officium Sacerdotis sit, sacrificare, & Missas celebrare, si in utilitatem alicuius illud officium exhibeat, iuste, & rationabiliter hanc sustentationem ab eo potest exigere, illamque in pactum deducere, absque vlla vilius vitij labe. Secundò, quia hæc est consuetudo totius orbis Christiani, scita, & tolerata à Pastoribus Ecclesiasticis: durum est autem, vitio damnare communem ac vniuersalem totius Ecclesie consuetudinem. Tertio, quia huiusmodi stipendium non datur hic tanquam pretium operis spiritualis exhibitæ, sed tanquam alimentum ob sustentationem necessariam ex iure naturali debitam ministris Dei: vnde eodem iure naturali non excluditur pactum de huiusmodi stipendio, & idèd huiusmodi stipendium expressè in pactum potest deduci, seclusa qualibet necessitate, ex intrinseca rei natura, iuxta illud Diui Pauli 1. ad Corinth. 9. Qui Altari deseruit, de Altari viuere debet, & iuxta illud Christi Domini, Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua.

3.

Ex dictis solutæ manent rationes in contrarium adductæ: nam Concilium Tridentinum, loco allegato, loquitur solum de Missis nouis, & in iis solum prohibet fieri pactum, ac conuentiones: quia nec consuetudine, nec Episcoporum statuto adhuc illarum stipendium est taxatum, ne inde occasionem accipiant noui Sacerdotes quærendi magna stipendia, & vltra debitam sustentationem pro illis: prohibet etiam similiter omnem speciem auaritiæ, & omnem superstitionem in celebratione omnium Missarum: in accipiendo, & exigendo iustum, & consuetum stipendium pro sustentatione, nec vitium auaritiæ cernitur, nec superstitio, vt satis probatum manet; & per accidens est, quòd Sacerdotes diuites sint, imò & ditissimi; & aliunde habeant, vnde abundantissime sustententur, cum ex obiecto, & ratione naturali sit licitum, vt qui alteri inferuit ab illo alatur, & sustentetur. Ad auctoritatem Diui Thomæ, & Syluestri, & aliorum respondeo, illos ducere, semper esse simoniam, stipendium in pactum deducere, quando illud stipendium in pactum deducitur tanquam pretium Missæ, vel rei spiritualis exhibitæ, non tanquam debitam ex iustitia sustentationem: nam semper in Ecclesia licitum, & consuetum fuit stipendium dare Ministris spiritualibus, ad eorum sustentationem, siue diuites, siue pauperes essent: in ratione autem stipendij ex iure naturali orta pro congrua sustentatione semper includitur pactum aliquod intrinsece iustitiæ; quia, si ille, cui inferuit Sacerdos ministrando, teneatur illum alere ex iustitia, Sacerdos etiam ex iustitia potest petere hanc sustentationem. Et idèd merito à Christo Domino Lucæ 10. & Matthæi 10. à Diuo Paulo 1. Corinth. 9. comparatur hoc stipendium stipendijs militum: quia, sicut illi merent ex iustitia; ita & Sacerdotes merent. Atque hoc modo in Concilio Agathensi cap. 36. 1. quæst. 2. capite vltimo, ita dicitur: Clerici omnes, qui Ecclesie fideliter, vigilantique deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum seruitij sui meritum per ordinationem Canonum consequantur à secularibus.

Cone. Ag.

4.

Caietanus.

Sed hinc insurgit dubium, an hoc stipendium debeat de iustitia respondere integræ sustentationi congruæ vnus diei? Bipartitò accipitur hac de re opinio. Prima docet, debere respondere integræ sustentationi vnus diei, non solum pro se, sed etiam pro famulis Sacerdotis. Ita docet Caietanus 2. 2. q. 100. art. 2. versu, Ad euidentiã. Ratio illius est: quia non debet Sacerdos mendicare pro congrua sustentatione, cum dignus sit operarius cipi. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

bo suo: & idem docet Graphis lib. 11. decis. aurear. Graphis. cap. 96. num. 13. fol. 230. vbi ita ait: Stipendij autem appellatione non tantum venit cibus, & potus; sed etiam quicquid est necessarium ad vestitum, & vestitum sui, & eorum, quorum sibi cura incumbit, iuxta Caietanum, &c. Hæc ille. Et idem etiam docere videtur Soto lib. 9. de iust. q. 6. art. 7. & debent tenere omnes illi, qui dicunt, posse Sacerdotem accipere plures pitantias pro vna Missa, quæ sufficiant ad congruam sustentationem vnus diei: & hi sunt, Canus lib. 12. de locis, cap. 14. fol. 885. vbi dicit, necesse esse, vt omnes opiniones in hoc consentiant, quòd, scilicet, possit Sacerdos, siue pro multis, siue pro paucis celebrare, cibum vitæ necessarium de iustitia exigere: & Flores Theologiae in 4. sentent. de valore Missæ, art. 2. conclusionem 2. & Soto in 4. sent. distinct. 13. quæst. 2. art. 1. vbi dicunt, posse Sacerdotes pro vna Missa duas pitantias accipere, quæ sint sufficientes ad sustentationem competentem vnus diei. Itaque volunt huiusmodi Doctores, hoc stipendium, vt sit iustum, ita esse taxandum, vt totum id, quod moraliter loquendo, necessarium est ad congruam sustentationem vnus anni pro Sacerdote & eius famulis, sit stipendium iustum & adæquatum omnium Missarum simul sumptarum, quæ plus, minùsve intra annum dici possunt; & consequenter iustum stipendium singularum Missarum esse illud, quod pro rata respondet Missis singularum dierum. Addunt præterea, ita necessariò esse taxandum: quia Missa vnus diei est integrum, & totale officium Sacerdotis; & idèd integro officio vnus hominis integra sustentatio vnus diei iure debetur, iuxta illud Christi Domini Luc. 10. Dignus est operarius, seu mercenarius, cibo suo. Confirmant hanc doctrinam ex his omnibus locis sacre Scripturæ, quæ adduximus cap. 7. num. 5. Verum huiusmodi opinio, nec admodum probabilis, nec tuta videtur.

Soto.

Canus.

Flores

Theologiae.

Soto.

5.

Secunda opinio verior, & tenenda docet, iustum stipendium pro vna Missa vnus diei, non esse sumendum ex quantitate pecuniæ, qua indiget Sacerdos ad congruam sustentationem vnus diei; sed esse illud, quod in vnaquaque vrbe, loco, aut regione, vel consuetudine loci, vel statuto Episcopi taxatum est. Ita docet expressè Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 29. num. 5. Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. num. 92. Soar. tom. 3. in 3. partem, disp. 86. sect. 2. §. Dico tertio, & §. Dico quarto, pag. 1301. Corduba lib. 1. qu. 4. dub. 2. Docere etiam debent omnes illi, qui dicunt, non posse Sacerdotem etiam pauperem in conscientia pro vna Missa accipere plures pitantias, quando consuetæ pitantiæ sint tenues, & non sufficiant ad congruam sustentationem vnus diei, quos infra citabo num. 7. Ratio est primò: quia, vt probauimus cap. 7. num. 6. iustum stipendium diurnum pro vna Missa est illud, quod taxatum communiter est, vel consuetudine loci, vel statuto Episcopi: ergo, si illud iustum est, profectò excedi non potest absque iniustitia; & teneatur excessum restituere Sacerdos, qui illud acceperit, nisi sibi gratis, & liberaliter ille excessus donetur; & ita nec etiam seculares minùs donare poterunt, nisi id sibi gratis, & liberaliter remittatur, vt seruetur ratio æqualitatis ex vtraque parte. Nec obstat, quòd huiusmodi stipendium sit adeò renue, vt non sufficiat ad congruam, & moderatam sustentationem vnus diei pro ipso Sacerdote: primò, quia, quando ab Ecclesia & Episcopis huiusmodi stipendia taxantur, non solet attendi ad congruam sustentationem diurnam ipsius Sacerdotis, sed plus, minùsve id taxatur, quod rationabile videtur, ac videatur auaritia, aut excessus. Secundò,

Gutierrez.

Nauar.

Soar.

Corduba.

O

quia

quia ea stipendia, quae vsu taxantur, non ita sunt pingua, vt per se sola communiter sufficiant ad integram sustentationem vnius Sacerdotis pro vno die; & tamen sunt iusta: ergo non sunt maiora de iustitia exigenda. Tertio, quia actio sacrificandi non consumit integram diem, neque maiorem partem eius: ergo non est, cur Sacerdos ob illam, integram & competentem sustentationem vnius diei ab eo postulet, cuius causa sacrificium offert. Quarto, quia Sacerdos non tantum habet hoc ministerium, sed exercet etiam alias actiones sacras, ratione quarum potest aliquid a fidelibus accipere in sustentationem. Quinto, quia idem propter Missam solennem, & cantatam, maius communiter vsu taxatur stipendium, quam pro priuata Missa; quia neutri debetur integra sustentatio vnius diei, & idem qui maius ministerium Sacerdos exhibet, maius stipendium pro sustentatione meretur. Sexto, quia alioquin non posset Sacerdos licite accipere plures pitantias in die Natalitij Domini pro pluribus Missis, quas dicit: nam, si vnaquaeque pitantia, opus est, vt sufficiat ad integram sustentationem vnius diei, & nihil excedens potest Sacerdos accipere; teneatur profecto ipse Sacerdos, vnam tantum pitantiam accipere, & alias restituere; quod nemo dicit.

6. Dices, huiusmodi rationes procedere in Clerico, & Sacerdote diuite, non paupere: nam Sacerdos pauper, & qui non habet, vnde alatur, nisi ex celebratione Missae; poterit duas, vel tres pitantias pro vna Missa accipere, quia habet ius paupertatis, & paupertas ius ei tribuit ad victum diurnum, vt docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 4. sine, & Sotus lib. 9. q. 3. a. 1. de iustitia, & iure, & in 4. dist. 13. q. 1. col. 1. 4. & Honchala Opusculo de valore Missae, art. 1. 1. & 16. & Tabiena verb. Restitutio, §. 16. & Canus lib. 12. de locis, c. 13. & Petrus Soto de Euchar. lect. 7. Sic, qui tenuissimum beneficium habet, quod, scilicet, vix 10. aut 12. aureos annuatim reddat, non tenetur ad onus beneficii, vt recitet omnes Horas canonicas, vt recentior aliqui tenent, vt Sotus libro 10. de iustitia, q. 5. art. 3. quod probabile dicit Sandoual de Officio Ecclesiastico, p. 5. c. 5. Aragonius 2. 2. quaest. 83. a. 12. Rod. tom. 1. Summa, cap. 14. n. 3. Vega 1. p. cap. 128. casu 3. Petrus Ledesma 2. p. tract. 9. c. 4. concl. 6. difficultate 4. hi enim omnes non negant, peccare mortaliter Sacerdotem beneficium, si Officium diuinum, aut notabilem partem illius voluntarie omittat: sed dicunt non teneri, ex onere beneficii tenuis ad restitutionem pro rata fructuum respondentem labori omisso, in recitandis Horis canonicis; quia beneficium tenue, & quod vix sufficiat ad modicam sustentationem, non reputatur in iure pro beneficio, vt obliget ex iustitia ad restitutionem, pro rata Horarum omittarum; quod tamen non tollit, quominus, si Sacerdos sit, mortaliter peccet, si non recitet, vt patet: si autem nec Sacerdos est, nec sacris Ordinibus Epistolae, vel Euangelij initiatus, non tenetur, iuxta hos Doctores, ex beneficio tenuissimo recitare, nec vllum peccatum mortale admittat: beneficium enim tenue non reputatur in iure pro beneficio; & idem nullam obligationem recitandi habet; quia perinde est, ac si beneficium non haberet: parum enim pro nihilo reputatur.

Henriq. Sotus. Honchala. Tabiena. Canus. Petr. Sot.

Sotus. Sandoual. Arag. Rodrig. Vega. Petr. Led.

7. At contrarium tenendum est: quia paupertas Sacerdotis celebrantis non tollit iustitiam, nec tribuit ius Sacerdoti, vt pro vna Missa duas pitantias accipiat: pro illo enim, qui taxatur stipendium, vel vsu, & consuetudine loci, vel Episcopi statuto soluit Sacerdoti, tenetur de iustitia Clericus diues totam Missam applicare, vt etiam fatetur Sotus dicto lib. 9. de iustitia, allegatus: ergo & pauper, cum

par sit vrobique ratio; paupertas enim dicentis non tollit debitum iustitiae, vt docet optime Nauarrus loco allegato in Manuali Lat. cap. 25. n. 92. *Nauarrus*. Et quia Ecclesia non instituit Missas ad alienos Sacerdotes pauperes, imò statuit, vt nullus pauper ordinetur, absque patrimonio, cap. *Non liceat Episcopis*, & cap. *Tuis*, & cap. *Secundum*, de praebendis. Concilium Trident. sess. 21. cap. 2. vbi *Conc. Tr.* requirit patrimonium ordinandis, quod eis ad vitam sustentandam satis sit; atque illud deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus possit, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens adepti sint, vel aliunde habeant, vnde viuere possint, Canonum antiquorum poenas super his inuocando: & idem, in meliori & communitiori opinione, qui sine patrimonio ordinatur, manet suspensus ipso iure, & si sic celebrat, manet irregularis, cap. *Sanctorum*, cap. *Neminem*, 79. *Mauiol. Nauarrus*. distinct. *Mauiolus* de irreg. lib. 4. cap. 15. initio. *Nauarrus*. c. 27. n. 158. *Medina* in Summa Confess. §. 8. de suspens. fol. 49. *Salzedo* in practica crimin. cap. 18. n. 1. *Soar*. tomo 5. de censuris, disp. 31. sect. 1. *Sanchez* lib. 6. de matrim. disp. 32. n. 8. *Rodrig*. tom. 2. Summa, cap. 15. a. n. 2. & *Morus* proprius Pij V. prohibet Clericos, tam regulares, quam saeculares, ordinari sine patrimonio ante professionem: excipiuntur tamen Clerici à Societate Iesv per Bullam Gregorij XIIII. Statuit etiam Ecclesia, vt qui ordinatus in paupertatem incidit, aliquid artificiosum decens habeat, vnde manu & arte sibi victum parat, cap. *Clericus victum*, dist. 61. Et quia quaelibet pitantia dari solita communiter sufficit pani, & vino emendis, quibus solis sustentantur tota die laborantes, imò & saeculares non ita pauperes: ex quibus omnibus constat, paupertatem non tribuere ius Clerico pauperi accipiendi duas pitantias, vel tres, pro vna Missa, iuxta rationem congruae sustentationis diurnae; & teneri de iustitia Clericum pauperem totam Missam applicare ei, qui sibi consuetam stipem porrexerit, vt tenetur etiam diues. Et ita docet Nauarrus allegatus in Manuali Lat. c. 25. num. 92. *Toletus* lib. 2. Summa, cap. 8. n. 2. ad finem. *Tabiena* verbo, *Restitutio*, n. 32. *Zerola* in praxi Episcopali, verbo, *Missae*, n. 4. §. *Ad 4.* conclus. 2. *Salzedo* ad practica criminalem *Bernardi* Dias, cap. 50. *Azor* tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 20. §. *Quod ad primum attinet*, *Soar*. tomo 3. in 3. p. disp. 76. lect. 2. §. *Dico quarto*, pag. 1301. *Couarr.* in cap. *Alma mater*, 1. p. §. 1. n. 5. & omnes, quos citauimus cap. 2. n. 7. Docet etiam *Gutierrez* lib. 1. quaest. canon. cap. 29. num. 10. & id tenent etiam omnes, qui dicunt, non posse Sacerdotes vna Missa satisfacere plurimis pitantiis, siue sint pauperes, siue diuites: & vnam Missam non tantum valere plurimis; quantum valet vni, quos statim referam num. 10.

8.

Ad exemplum de beneficiario habenti beneficium tenue, & quod vix sufficiat ad congruam sustentationem, respondendum est, huiusmodi Clericum teneri ex iustitia recitare omnes Horas canonicas, quantumuis beneficium sit tenue, & teneri ad restitutionem fructuum pro rata Horarum, si non recitet, vt late docuimus libro 2. capit. 4. n. 16. & praeter eos, quos ibi citauimus, ita tenet *Ledesma* 2. p. 4. q. 16. a. 4. *Medina* C. de orat. q. 7. *Ledesma*. *Corduba* lib. 1. q. 21. sine. *Nauarr.* in Manuali Lat. c. 25. n. 102. *D. Anton.* 3. p. titulo 13. c. 4. §. 1. *Couarr.* lib. 3. var. cap. 23. n. 8. nam, qui tenue acceptat beneficium, pactum celebrat voluntarie cum conferente recitandi Horas canonicas: datur enim beneficium propter Officium recitandum, & sub conditione illud recitandi: vnde tenetur ex iustitia stare pacto, & conditioni acceptae liberè, & voluntarie: sic

*Nauarrus*. *Toletus*. *Tabiena*. *Zerola*. *Salzedo*. *Azor*. *Soar*. *Couarr.* *Gutierrez*.

9. sic qui voluntarie acceptat vxorem pauperem tenetur ex iustitia ad onera matrimonij. Hic insurgit dubium alicui dubio explicato; verum, scilicet, vna Missa, pro multis oblata, & applicata, ita pro multis, ac si pro vno tantum diceretur, atque applicaretur; & quidem hoc dubium iam duplici in loco manet explicatum: in primis c. 6. n. 8. & c. 2. a. n. 6. & 9. vbi ostendimus, sacrificium Missae, in se, & quoad satisfactionem, & quoad augmentum gratiae esse valoris finiti, & non infiniti: nam omnes illi, qui dicunt, Missam habere valorem infinitum, necessario dicent, vnam Missam, quando pro multis dicitur, ita prodesse singulis, ac si pro vno tantum diceretur, & consequenter dicent, posse Sacerdotes vna Missa satisfacere pluribus pitantiis: & hi sunt *Caier.* 3. p. q. 79. a. 5. & in *Opusc.* tom. 2. tract. 3. q. 2. Syl. verbo, *Missae* 1. q. 9. *Angel.* verbo, *Missae*, q. 5. *Viguer.* in suis Instit. c. 16. §. 2. *Canus* lib. 12. de locis, c. 13. *Ruar.* art. 16. *Petrus Soto* lect. 7. de Euch. *Petrus Nauarr.* de reff. lib. 2. c. 2. n. 268. & sequentibus, & *Heruicus* quodlibeto 10. quaest. 13. & alij: & rationes, quae pro hac parte afferri possunt, iam sunt adductae cap. 6. num. 7. & soluta num. 9. & idem modò praetermittenda diximus, ne actum agamus.

10. Dicendum ergo est cum communi sententia, Missam non ita prodesse multis, sicut prodest vni. Ratio est, quia valor, & fructus Missae ex opere operato, & quoad satisfactionem, & quoad augmentum gratiae, est finitus & limitatus, vt satis probauimus cap. 6. num. 8. & idem, cum gradus gratiae, & satisfactionis in hoc sacrificio contentus, & virtute illius communicatus, finitus sit & limitatus, sicut finitus est & limitatus in ipso, vt Sacramentum est, vt diximus praefato c. 6. n. 8. inde fit, vt Missa pro multis dicta non ita prodest singulis, ac si pro vno diceretur, & applicaretur: finitus enim pro multis diuisum minus euenit vnicuique; sicut, qui pro multis ieiunat, minus prodest ad satisfactionem singulis, quam vni prodesset, si pro vno tantum ieiunasset. Ita docet *Toletus* lib. 2. Summa, c. 8. n. 2. *Petrus Cenedo* lib. de q. canonicis, q. 27. a. num. 10. *Spino* Speculo testament. glossa 13. initio num. 55. *Nauarr.* in Manuali Latino, cap. 25. n. 92. & n. 111. *Yexu*, *Trigesimo* quaest. *Scotus* quodlibeto 20. *Sotus* lib. 9. de iust. & iure, quaest. 2. art. 2. & in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. *versu*, *Ad hoc operari primum duximus*, sed *Sotus* variat. *Soar.* tomo 3. in 3. p. disput. 79. sect. 12. *Graphis* lib. 2. decisio. aut. cap. 45. num. 16. *Dimas* Serpi tract. de Purgatorio, cap. 37. per totum. *Aragon.* 2. 2. q. 85. de sacrific. a. 3. pag. 671. *versu*, *His confitetur*. *Rod.* tomo 1. Summa, c. 252. titulo, *De Missa*, n. 2. *Henricus* lib. 9. de Missa, c. 19. n. 5. *Couarr.* c. *Alma mater*, 1. p. §. 5. n. 9. *Lopez.* 2. p. Instru. c. 78. de Euchar. pag. 277. *versu*, *Nam iam hinc*. *Ioannes Medina* Cod. de oratione, in cap. de valore orat. pag. 186. *Abbas* in c. *Fraternitatem*, de sepulturis, num. 4. *Nunius* in 3. p. D. Thom. q. 84. art. 1. dub. 8. pag. 960. *Hieronymus Flamma* 3. p. *Methodi*, §. 17. pag. 921. *Marcus Antonius Cuchus* lib. 5. Instit. Moral. titulo 6. num. 77. *Conradus* in respons. casuum confc. casu 266. *Humada* in l. 42. tit. 4. p. 1. glossa 2. a. n. 3. & omnes, quos citauimus cap. 6. num. 8.

Ad vltimum quaeres, vtrum ille, qui alteri promittit vnam Missam amice, & liberaliter, teneatur in conscientia eam totam illi applicare, & mortaliter peccet aliter faciendo? Affirmat *Nauarrus* in Manuali Latino, cap. 25. num. 92. nisi ille, cui promissio facta est, specialiter consentiat, vt pro alio etiam, illa eadem Missa sibi promissa dicatur. Idem etiam docet, ac tenet *Petrus Nauarra* lib. 2. de reff. cap. 2. in noua editione, dubio 7. num. 329. *Corduba*. *P. Steph. Fagundes* in quinque prac. Eccl.

*Caier.* *Syluest.* *Angel.* *Viguer.* *Canus.* *Ruard.* *Petr. Sor.* *Petr. Nau.* *Heruicus.*

*Tolet.* *Cenedo.* *Spino.* *Nauarr.* *Scotus.* *Sotus.*

*Couarr.* *Lopez.* *Medina.* *Abbas.* *Nunius.* *D. Thom.* *Flamma.* *Cuchus.* *Conradus.* *Humada.*

rio 3. & idipsum docet *Ledesma* 2. 4. q. 16. a. 14. *Ledesma*. *Corduba*. circa finem. & *Corduba* lib. 1. q. 3. opin. 6. Dicendum tamen mihi videtur, ordinariè, & regulariter loquendo, in his promissionibus nunquam se velle promittentes ita obligare, vt totam Missam applicent pro illo, cui promiserunt, & non pro alio etiam: si tamen aliquis specialiter se velit obligare, credo adhuc non peccare mortaliter, si totam non applicet, imò nec si pro alio offerat, & non pro illo, cui promissit. Ratio est: quia hic non considerandum est bonum spirituale ipsius Missae promissae; sed valor temporalis; seu potius stipendium temporale ipsius Missae, & iuxta valorem huius stipendij consideranda est materia promissionis: materia autem stipendij temporalis vnius Missae, non est sufficiens, ad inducendum peccatum mortale, in promissione: nam, quantum sufficit ad materiam peccati mortalis in furto (de quo adhuc dubito,) tamen non sufficit ad materiam peccati mortalis in promissione: maior enim quantitas requiritur in promissione ad inducendum peccatum mortale, quam in furto, vt docet *Lopez* 1. p. Instru. in noua editione, c. 180. §. *Tertio requiritur*. & lib. 2. de contractibus, cap. vltimo, ad finem, & *Lessius* tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 18. de promiss. & donat. dub. 8. n. 56. Non tamen hi Doctores declarant, quantum debeat excedere materia promissionis materiam furti, vt peccatum mortale sit. *Sanchez* tom. 1. de matr. disput. 5. n. 24. lib. 1. existimat, quadruplo maiorem esse debere in promissionibus, quam in furto; & quia obligatio promissionis liberalis minor est, quam obligatio furti: neque enim promissio liberalis obligat ex iustitia, etiam acceptata; sed tantum ex fidelitate: & fides non seruata in promissionibus liberalibus, & gratuitis, non auferit rem alienam, sicut furtum: & quia multo minor est iniuria; cuius signum est, quia multo grauius queruntur homines de re furto ablata, quam de fide in liberali promissione violata. Neque hic considerandum est detrimentum spirituale resultans ex omissione promissae Sacri, illi, cui promissum fuit; quod est grauius, imò multo grauius, quam quodlibet temporale: neque enim damnum spirituale conferendum est cum temporali, alioqui promittens semel orationem Anglicam, aut Dominicam, peccaret mortaliter; si post promissionis acceptionem, illam non impleteret; quod non est dicendum: damnum enim illud, cum spirituale sit, anteponeretur cuicunque temporali: quare ad iudicandum, an sit damnum graue, conferendum est damnum temporale cum temporali, & spirituale cum spirituali. Ita docet *Sanchius* loco allegato num. 25. & est vera eius doctrina.

*Lopez*. *Lessius*.

*Sanchez*.

12.

Dices: Maius est damnum spirituale resultans promissario ex violata sibi promissione vnius Missae, quam vnius orationis Anglicae, & forte quadruplo maius: ergo, si peccatum veniale est, non implere promissionem vnius orationis Anglicae, peccatum mortale erit, non implere promissionem vnius Missae, Sed non valet illatio, & consequentia: quia, vt valeret, opus esset, vt promissio vnius orationis Anglicae esset peccatum mortale, vt ex peccato mortali in minori materia inferretur mortale in grauiori: in Missis enim nunquam est considerandum (vt dixi) damnum spirituale proueniens promissario ex violata sibi promissione, quia alioqui (vt etiam dixi) violata promissio vnius orationis Anglicae, peccatum mortale induceret, quod non est dicendum: sed considerandus est valor, ac stipendium temporale, quod datur in sustentationem & alimenrum Sacerdoti pro vna Missa dicenda.



13. Azor. Molina.

Ex dictis constat, non esse sequendam doctrinam Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 1. cap. 5. quæst. 3. & Molina tom. 2. de iustitia, disp. 262. & aliorum, qui docent promissionem liberalem, & gratuitam violatam, in materia, quæ esset sufficiens in furto, ad peccatum mortale, peccatum in mortale esse: non enim ita est, vt docet Sancius 11. de matrimonio, disp. 5. num. 24. lib. 2. propter rationes allatas, quæ opinio Sancij est fauorabilior conscientis, & idem meo iudicio tenenda.

CAPVT IX.

Vtrum liceat Sacerdotibus sacrificare anticipatè pro eo, qui primò stipem dederit: an in diuerso Altari, & de diuerso Sancto, qui petitur: an possit quis retinere sibi maiorem stipem, & facere, vt ab aliis celebrentur Missæ pro minori: & an obligatus dicere Missam satisfaciatur per alium.

SUMMARIUM.

Habens capellaniam, in qua tenetur bis, vel ter in hebdomada sacrificare, poterit anticipatè soluere, & Missas sequentis hebdomada in presenti dicere. num. 1. Quid, si expresse dicatur in fundatione capellania, vt in alio die, vel hebdomada Missæ dicantur. num. 2. Si fundator capellania dixerit: Volo, vt in tali die, loco, & Templo, Missa dicatur, de iustitia tenetur Capellania id ita facere. ibid. versus Si capellania. Ex causa tamen aliter fieri poterit, & qua causa sufficiant. ibid. versus Si autem. An Clericus in minoribus possit habere capellaniam, & Missas dicere per alium, in cuius institutione ita habetur: Volo, vt ad hanc capellaniam eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret. num. 3. Huiusmodi capellania sunt beneficia simplicia. ibid. Potest quis in minoribus constitutus habere duas, vel tres capellanas huiusmodi, requirentes celebrationem Missarum. num. 4. Item capellaniam, & canonicatum. ibid. Quid, si in fundatione capellania dicatur expresse, vt eligatur Sacerdos, qui per se, vel personaliter Missas dicat. num. 5. Quid, etiam si per statutum, aut consuetudinem habeatur, vt nisi Sacerdos eas per se dicat. ibid. An tunc ex causa per alium dici possint, & qua causa sufficiant. ibid. versus Iustum autem. An in diebus Dominicis, & festiuis duplicibus, vel semiduplicibus celebrare debeat Sacerdos, de defunctis, de pace, de beata Virgine, aut de Spiritu Sancto, si institutor capellania dicat in institutione, vt singulis diebus de hac re Missæ celebrentur. num. 6. Quid de eo, qui stipem accepta iubetur celebrare de beata Virgine, aut de tali Sancto in tali Altari, & loco. num. 7. & 2. versus Si capellania. Quid, si in privilegiato Altari iubeatur quis celebrare. ibidem. An, quando Sacerdos non habet Missas, possit celebrare pro intentione amici, vel Sacrificæ, qui sibi solet eas dicendas dare. num. 8. An possit eas dicere pro illo, qui primò stipem dederit: Quam Deus videt daturum. num. 9. Refertur opinio affirmans. ibid. Astringitur negatiua. num. 10. An, qui celebrat non applicando Missas, possit postea

illas applicare, quas iam dixit, pro illis, qui postea stipem conferunt. num. 11. Vtrum Sacerdos retenta maiori stipe possit Missas celebrare facere pro minori. num. 12. Refertur prima opinio absolute negans. ibid. Refertur secunda affirmans, si Sacerdos munus habeat distribuendi illas. num. 13. Opinio Soary absolute affirmans. num. 14. Refertur vltima opinio asserens, non sufficere, quod quis munus habeat distribuendi Missas, nisi ex statuto, aut consuetudine aliqua portio de solis pitantiis taxata fuerit. num. 15. Quanam sit ex his opinionibus probabilior. num. 16. An hac consuetudo, & taxatio, si detur, habeat aliquam auaritia. num. 17. An teneatur ad restitutionem Sacerdos, qui magnas congerit pitantias pro Missis dicendis, & facit eas dicere pro minoribus. num. 18. An hac intelligatur de Capellano, aut de Beneficiario, qui inferunt alicui capellaniam, aut beneficio. n. 19.

VT cum distinctione procedamus in re tam graui, & in tanto præiudicio animarum; quatuor sunt casus, de quibus dubitari potest, vtrum possit Sacerdos Missam dicere anticipatè ex iis, quas in posterum tenetur dicere pro certa obligatione, & intentione. Primus est, vt cum quis, v.g. habet capellaniam, in qua tenetur bis, aut ter, singulis hebdomadis sacrificare, poterit quidem Missas vnus hebdomadis anticipare, & dicere sex in vna hebdomada, quarum tres sint pro obligatione hebdomadis sequentis. Ita docet Petrus Cenedo Cenedo. lib. de q. canon. q. 38. num. 2. Toletanus de restitut. Toletanus. lib. 2. cap. 2. num. 371. Vega lib. 6. casu 59. aliàs Vega. tom. 2. cap. 41. casu 39. Aragon. 2. 2. q. 85. art. 3. Aragon. pag. 682. col. 1. Rodrig. in Summa, tom. 1. cap. 252. Rodrig. num. 8. Ratio est: quia huiusmodi Capellanus anticipatè soluit; quod boni est debitoris: quis enim non laudabit debitorem ad certum diem, anticipatè soluentem? Deinde, quia citius proderunt ea suffragia defunctis, vel illis, pro quibus tenetur Missas celebrare, quam si terminum dierum expectet; atque adeò anticipatè sacrificans, pro illa certa intentione, pro qua tenetur sacrificare, & sibi, & aliis consulit; sibi, quia citius se exoluit à solutione debiti; aliis, quia citius eis prodest.

Et hæc opinio est verissima, nisi contrarium specialiter habeatur in fundatione capellæ, scilicet, vt in nulla die, aut hebdomada dicantur Missæ, nisi in die, & hebdomada à fundatore assignatis; quod ad honorem, & deuotionem fundatoris præcipi potest, vt notatur in cap. Significatum, de præbendis, tunc enim tenetur Capellanus huiusmodi Missas in eo die, & in ea hebdomada dicere, & non in aliis, iuxta intentionem fundatoris, & iuxta contractum initum cum conferente sibi capellaniam, vt docet Petrus Cenedo allegatus, Zerola in praxi Episcopali, 1. part. verbo, Missa, §. Ad tertium, conclusio 3. patet ex prædicto cap. Significatum 3. de præbendis, & docet ibi Abbas num. 4. Sed tamen difficile est scire, quibus verbis colligatur, institutionem capellæ talem esse, vt Sacerdos quotidie Missam facere teneatur, & in quo loco.

Sed certè hoc ex verbis ipsius institutionis antecedentibus, & consequentibus, colligi aptè potest. Si capellania fundator dixerit: Volo, vt res diuina fiant in tali templo, oratorio, sacello, vel altari, in iisdem locis tenetur de iustitia Sacerdos Capellanus easdem Missas dicere; per se quidem, quando personaliter tenetur in eo loco sacrificare; per alium verò, quando non tenetur per se sacrificare, (quado autem per se ipsum solum, an per se, vel per alium teneatur sacrificare, sit atim dicemus.) Ratio est: quia

quia tunc eligitur à testatore, & fundatore ipsius capellaniæ; locus particularis ad sacrificandum; & ideo de iustitia tenetur Sacerdos in eodem loco celebrare propter stipendium acceptum, & pactum implicitum celebratum inter seipsum, & conferentem capellaniam, & tenetur ad restitutionem, si absque causa iusta, & iusto impedimento in alio loco celebret; voluit enim institutor capellæ, vt huiusmodi locus à se designatus, magis frequentaretur, & coleretur: Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 24. q. 7. ad finem. Nauar in Manuali, c. 25. num. 135. & idem Nauar. de Horis canonicis, cap. 5. n. 3. & 12. Petrus Cenedo. lib. de q. canon. q. 38. n. 6. Zerola in praxi 1. p. verbo, Missa, versu, 3. conclusio, §. Ad tertium. Rodrig. in Summa, tom. 1. c. 249. titulos De Missa, num. 9. versu. 1. nota. Sotus in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. Ceuallos q. 688. n. 6. Graphis lib. 2. decif. aur. c. 53. à n. 9. Beia casu 23. versu. Nec obstat, & casu 12. fine. Syluest. verbo, Missa 1. n. 10. fine. Tabiena in Summa, verbo, Missa, n. 45. Hieronymus Flamma 3. p. Methodi, c. 9. §. 24. fine, pag. 705. Henric. t. 2. lib. 9. de Missa, c. 23. n. 6. Si autem ob impedimentum in eo loco sacrificium Missæ dici non potest, quo institutor præcipit, vt sacrificium fiat; tunc in alio loco sacrificari oportet, vt docent Authores allegati; & speciatim Azor, Cenedo, Flamma, Rodrig. Henric. lib. 9. de Missa, c. 17. n. 4. littera V. credendum enim est, eam fuisse voluntatem testatoris, vt si iustum impedimentum daretur, ob quod in eo loco sacrificari non possit, alibi sacrificaretur. Iustum autem impedimentum esset, si vel locus diurnitate temporis indecens redderetur, vt in eo sacrificium Missæ fiat, vel in totum corrueret; sed obligatus ad dicendam Missam per se, & non per alium, locum mutaret ad tempus, ob aliquam urgentem causam, aut negotium.

Si in fundatione capellæ dicatur ab ipso institutore: Volo, vt ad hanc capellaniam eligatur Sacerdos, qui quotidie pro mea intentione celebret, existimar Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 10. c. 24. q. 7. in fine illius illis verbis eligi personam Sacerdotis, & non posse conferri huiusmodi capellaniam Clerico in minoribus, nec posse per alium Sacerdotem eas Missas suppleri; sed teneri personaliter eas dicere, nisi aliquod iustum impedimentum subsit, ob quod personaliter dicere non possit. Dicendum tamen est, posse huiusmodi capellaniam conferri Clerico, qui non sit actu Sacerdos: imò & posse conferri Clerico simpliciter quatuordecim annorum. Ita docet Garcia 7. parte de beneficiis, cap. 1. de Clericatu, & Ord. à num. 85. vsque ad 90. Zerola verbo, Beneficium, §. 7. concl. 4. post concl. 8. Abbas in cap. Eximpendis, de præbendis, n. 3. §. Qui verò. Innocent. in cap. Clericus, n. 2. de Cleric. non resid. Lappus allegatione 35. & 36. num. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. vbi citat Mendosium, & Felinum ad cap. Cum omnes, de const. sub n. 32. Armilla verbo, Beneficium, n. 83. Tabiena verbo, Beneficium 3. §. 20. & consequenter debent docere omnes, qui dicunt, non teneri Capellanum per se Missas dicere, nisi specialiter & expresse in institutione capellaniæ dicatur, quòd ipse per se, vel personaliter eas dicat; quos statim citabo n. 5. & idem sentit Pater Franciscus Soar. a me hac de re consultus, qui mihi affirmavit, se, antequàm Societatem ingrederetur, habuisse Salmanticæ duas capellanas requirentes celebrationem Missarum, cum tantum esset Clericus in minoribus. Et Garcia citatus asserit has duas declarationes Illustrissimorum Cardinalium in Concilium Tridentinum super hanc rem. Prima: Episcopus non potest cogere obtinentem capellaniam, ve ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quòd Capellanus celebret: nam huiusmodi oneri Missarum rectè per substitutum satisfi. Secunda: Habens capellaniam non tenetur promoueri ad sacerdotium, nisi in fundatione eam sit, vt Capellanus personaliter, vel per seipsum Missas celebret; sed debet curare, vt per alium celebrentur, nec personalem residentiam capella requirit, nisi alter in fundatione eam sit. Et ratio, ac fundamentum horum Doctorum est: primo, quia nisi expresse dicatur in fundatione capellæ, quòd per seipsum, seu personaliter, Missas celebret huiusmodi Capellanus, satis censetur prouidisse voluntati testatoris, si per alium celebrare faciat: quod enim per alios facimus, per nos ipsos facimus. Nec refert, quòd fundator dicat: Eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret: nam hæc non eligitur certa & particularis persona Sacerdotis; sicut illic eligitur certus & designatus locus, in quo Missæ celebrentur: sed eligitur Sacerdos absolute, qui huiusmodi Missas dicat: vnde est diuersa ratio vtriusque. Secundo, quia huiusmodi capellaniæ sunt beneficia simplicia; nec requirunt personalem residentiam: vnde possunt per alios deferri, nisi expresse contrarium caueatur per verba expressa in earum fundatione & erectione.

Azor. Nauar.

Cenedo. Zerola. Rodrig. Sotus. Ceuallos. Graphis. Beia. Syluest. Tabiena. Flamma. Henric.

Azor.

Garcia. Zerola. Abbas. Innocent. Lappus. Mendosius. Felinus. Armilla. Tabiena.

Soar.

Hinc patet, vt docet Zerola citatus, & omnes consequenter, posse quemlibet habere duas, vel tres capellanas huiusmodi requirentes Missarum celebrationem, etiam in diuersis locis: quia re vera sunt beneficia simplicia; nec requirunt residentiam, & per alios possunt Missæ celebrari. Patet etiam, posse quenquam habere canonicatum, & capellaniam simul; quia non sunt inter se incompatibilia: non potest tamen quisque habere canonicatum simul, & beneficium seruitorium, requirens personalem residentiam, etiam si canonicatus, & beneficium in eodem sint oppido: ratio est, quia beneficium seruitorium requirit personale seruitium & residentiam in Ecclesia beneficii, & sic retrahit à seruitio canonicatus, & ideo sunt incompatibilia de se, vt patet. Ita Zerola in praxi Episcopali, verbo, Beneficium, Zerola. §. 7. conclus. 1. post octauam.

Si autem in fundatione capellaniæ dicatur expresse: Eligatur Sacerdos, qui per se, vel personaliter Missas dicat, vel ex aliquo statuto, aut consuetudine id habeatur; tunc quidem tenetur Capellanus ex iustitia illas per se dicere, & non satisfaciatur per alium, nisi obstat impedimentum, & causa rationalis. Ita docet idem Nicolaus Garcia 7. part. de benef. cap. 1. de Clericatu, & Ord. num. 66. & 85. Lappus allegatione 36. & 35. num. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. num. 2. vbi citat Mendosium, & Felinum ad cap. Cum omnes, de const. sub n. 32. Felinus. Ferretus consilio 112. Oieda de incompatibilibus. Ferretus. licite beneficiorum, 2. part. num. 1. & 12. Zerola in Oieda. praxi, verbo, Beneficium, §. 7. conclus. 4. Zechius de Zerola. Republica, in cap. de beneficiis, n. 4. versu. Ad Zechius. dignoscendum verò. Sa verbo, Beneficium, num. 28. & Sa. verbo, Residentia, num. 10. Azor tom. 1. lib. 1. Inst. moralium, cap. 24. quæst. 7. fine, & tom. 1. cap. 8. q. 5. ad finem. Armilla verbo, Beneficium, n. 83. Tabiena verbo, Beneficium, §. 20. Et ratio est: quia tenetur ex iustitia seruare pactum implicitum cum conferente sibi capellaniam propter stipendium, imò expresse: Dos, ut facias, confero, vt personaliter celebret, vnde, nisi detur iustum impedimentum, non satisfaciatur per alium. Iustum autem impedimentum dabitur, si ipse Capellanus ægorus sit, & celebrare non possit, nec Missas differre, quia sunt quotidianæ; vel si deponatur, aut in excommunicationem, vel irregularitatem incidat: nam onus personale Missarum intelligi debet seruatis seruandis, id est, salua Sacerdotis honestate, salua conscientia, & honore ipsius; & saluo cultu & veneratione Sacramento debita: vt expresse habetur

cap. 1. post octauam. Si autem in fundatione capellaniæ dicatur expresse: Eligatur Sacerdos, qui per se, vel personaliter Missas dicat, vel ex aliquo statuto, aut consuetudine id habeatur; tunc quidem tenetur Capellanus ex iustitia illas per se dicere, & non satisfaciatur per alium, nisi obstat impedimentum, & causa rationalis. Ita docet idem Nicolaus Garcia 7. part. de benef. cap. 1. de Clericatu, & Ord. num. 66. & 85. Lappus allegatione 36. & 35. num. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. num. 2. vbi citat Mendosium, & Felinum ad cap. Cum omnes, de const. sub n. 32. Felinus. Ferretus consilio 112. Oieda de incompatibilibus. Ferretus. licite beneficiorum, 2. part. num. 1. & 12. Zerola in Oieda. praxi, verbo, Beneficium, §. 7. conclus. 4. Zechius de Zerola. Republica, in cap. de beneficiis, n. 4. versu. Ad Zechius. dignoscendum verò. Sa verbo, Beneficium, num. 28. & Sa. verbo, Residentia, num. 10. Azor tom. 1. lib. 1. Inst. moralium, cap. 24. quæst. 7. fine, & tom. 1. cap. 8. q. 5. ad finem. Armilla verbo, Beneficium, n. 83. Tabiena verbo, Beneficium, §. 20. Et ratio est: quia tenetur ex iustitia seruare pactum implicitum cum conferente sibi capellaniam propter stipendium, imò expresse: Dos, ut facias, confero, vt personaliter celebret, vnde, nisi detur iustum impedimentum, non satisfaciatur per alium. Iustum autem impedimentum dabitur, si ipse Capellanus ægorus sit, & celebrare non possit, nec Missas differre, quia sunt quotidianæ; vel si deponatur, aut in excommunicationem, vel irregularitatem incidat: nam onus personale Missarum intelligi debet seruatis seruandis, id est, salua Sacerdotis honestate, salua conscientia, & honore ipsius; & saluo cultu & veneratione Sacramento debita: vt expresse habetur

cap. 1. post octauam. Si autem in fundatione capellaniæ dicatur expresse: Eligatur Sacerdos, qui per se, vel personaliter Missas dicat, vel ex aliquo statuto, aut consuetudine id habeatur; tunc quidem tenetur Capellanus ex iustitia illas per se dicere, & non satisfaciatur per alium, nisi obstat impedimentum, & causa rationalis. Ita docet idem Nicolaus Garcia 7. part. de benef. cap. 1. de Clericatu, & Ord. num. 66. & 85. Lappus allegatione 36. & 35. num. 2. & 4. & allegatione 116. & 117. num. 2. vbi citat Mendosium, & Felinum ad cap. Cum omnes, de const. sub n. 32. Felinus. Ferretus consilio 112. Oieda de incompatibilibus. Ferretus. licite beneficiorum, 2. part. num. 1. & 12. Zerola in Oieda. praxi, verbo, Beneficium, §. 7. conclus. 4. Zechius de Zerola. Republica, in cap. de beneficiis, n. 4. versu. Ad Zechius. dignoscendum verò. Sa verbo, Beneficium, num. 28. & Sa. verbo, Residentia, num. 10. Azor tom. 1. lib. 1. Inst. moralium, cap. 24. quæst. 7. fine, & tom. 1. cap. 8. q. 5. ad finem. Armilla verbo, Beneficium, n. 83. Tabiena verbo, Beneficium, §. 20. Et ratio est: quia tenetur ex iustitia seruare pactum implicitum cum conferente sibi capellaniam propter stipendium, imò expresse: Dos, ut facias, confero, vt personaliter celebret, vnde, nisi detur iustum impedimentum, non satisfaciatur per alium. Iustum autem impedimentum dabitur, si ipse Capellanus ægorus sit, & celebrare non possit, nec Missas differre, quia sunt quotidianæ; vel si deponatur, aut in excommunicationem, vel irregularitatem incidat: nam onus personale Missarum intelligi debet seruatis seruandis, id est, salua Sacerdotis honestate, salua conscientia, & honore ipsius; & saluo cultu & veneratione Sacramento debita: vt expresse habetur

4.

5.

6.

Imola. Angel. Syluest.

cap. Significatum, de præbendis, & docet Imola ibi, Angel. verbo, Missa, q. 15. Syluest. verbo, Missa, 1. q. 7. Verficulo, Quintum. Azor citatus & alij. Vnde, inquit Azor, si fuerit huiusmodi Capellanus legitime impeditus, aut commode, diligenter, & religiosè, & cum debita reuerentia rem diuinam facere nequeat, tunc non cogitur per seipsum quotidie sacrificare: si autem commode potest facere, & culpa sua non facit, peccat mortaliter contra iustitiam, & tenetur restituere; & quia pacta & conuentia non feruatur, & quia mortuos defraudat, & debito Missæ fructu, & suffragio priuat.

6.

Dubium autè est, quid dicendum sit, quando in fundatione capellæ dicitur: Capellanus illius quotidie celebret de defunctis, aut de beata Virgine, vel de pace, &c. an teneatur ita celebrare in diebus Dominicis, & in die Paschatis, &c. dubium breuiter ita resoluunt Doctores infra citandi. Obligatus dicere Missam de defunctis, de pace, de beata Virgine, de Spiritu sancto, &c. non potest mutare illam sine causa: quia voluntas testatoris, vel portigentis elemosynam, sine legitima causa mutari non potest: crescit enim valor Missæ ex ritibus, precibus, & orationibus ab Ecclesia institutis: vnde Missa de defunctis plus eis prodest, quam alia: non enim omnes Missæ sunt æqualis valoris ex opere operato, eo modo, quo satis probauimus cap. 6. à num. 11. vsque ad 14. Iusta autem causa esse potest dies duplex, aut semiduplex, & à fortiori dies Dominica, dies Natalitij Domini, &c. in his enim festis dicens Missam de die festo, satis compensat eam utilitatem cum deuotione proprij festi. Ita docet expressè Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 23. num. 6. Sa verbo, Missa, n. 48. Nauar. consil. 6. lib. 3. titulo, De celebrat. Missarum, vbi dicit, pro Missa de passione longa & magna, satisfacere Sacerdotem, si dicat Missam de festo, etiam semiduplici, aut infra octauam: & idem Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 17. littera X. & littera V. ad marginem, vbi citat Sebastianum de sacrificio Missæ, cap. 27. Syluest. verbo, Missa 1. n. 8. versu, Quintum etiam expressè. Conducit Concilium Triburiense, & habetur capit. 2. de celebratione Missarum. Facit Missale Romanum pro hac parte: iubet enim celebrare de die festo, & non de alia obligatione. Faciunt etiam Ancharanus, & Imola in cap. Significatum, de præb. & Abbas ibi num. 3. & Decius num. 5. & Romanus consilio 339. quatenus dicunt, institutionem contra Regulas Missalis Romani esse inutilem. Sed quid, si institutor capellæ dicat in fundatione illius, vt omnibus diebus Missa dicatur de beata Virgine, v. c. aut de defunctis? Quidam existimant, seruandam esse eam institutionem. Ita Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 135. Zerola in praxi, verbo, Missa, 1. part. 5. Ad tertium. Addit tamen ibi Zerola, posse Episcopum mutare huiusmodi onus, vt celebraretur secundum ordinem Missalis Romani: dedecet enim in die Natalitij Domini, aut in Dominica, Palmarum, vel Paschatis, Missam de defunctis, aut de beata Virgine facere. Dicendum tamen est, eam institutionem non obligare in diebus duplicibus, aut semiduplicibus, neque etiam in diebus Dominicis, aut in maioribus festis, iuxta Doctores citatos. Et idem docet etiam Fumus verbo, Missa, num. 32. Tabiena verbo item, Missa, §. 12. & 44. & conducit cap. Quod quidam, de celebrat. Missarum: nam, quando in institutione alicuius capellaniæ fundator præcipit, vt quotidie Missa de beata Virgine, de defunctis, aut de Passione celebretur, intelligendum est, vt frequentius id fiat, & sic non tenetur Sacerdos Capellanus quotidie eiusmodi Missas celebrare, sed frequentius, vt docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 135. Addit tamen

Henriq. Sa. Nauar.

Henriq.

Syluest.

Missale Romanum.

Anchar. Imola. Romanus.

Nauar. Zerola.

Fumus. Tabiena.

Nauar.

ibi Nauar. si fundator capellaniæ, in illius institutione dicat, vt omnibus diebus Missa dicatur de beata Virgine, v. c. seruandam esse huiusmodi institutionem: & sic videtur facere, & admittere distinctionem inter illum terminum, & modum loquendi, quotidie, & inter illum, omnibus diebus: ita vt, quando dicitur, quotidie, non teneatur Sacerdos quotidie celebrare de beata Virgine, v. c. sed frequentius: quado verò dicitur, omnibus diebus, teneatur, nisi Episcopus huiusmodi onus mutet, & eam distinctionem admittere etiam videtur Zerola verbo, Missa 1. ad 3. Sed planè ego nec percipio, nec admitto istas distinctiones & subtilitates grammaticales: quamobrem doctrinam Henrici, & aliorum probabiliorè, & meliorem existimo.

7.

Quæ diximus de obligato, ratione capellaniæ, aut beneficij, à fortiori procedunt etiam de obligato, ratione stipis acceptæ: is enim, etiam si promiserit Missam dicere de Spiritu sancto, vel in tali loco; non satisfaceret, si aliam, vel in alio loco diceret; & teneatur eam, quæ petita fuit data stipe, & in loco petito & promisso dicere. Ita Sylu. verbo, Missa 1. Syluest. num. 10. sine, & omnes, quos infra citabo num. 10. Si tamen aliquis obligatus sit ad dicendas Missas in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne Purgatorio, etiam si superueniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, v. c. quia mutauit domicilium, vel ad tempus absens factus est ab eo loco; non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato: multum enim defraudaret defunctos: superueniente enim iusto impedimento, iustam causam habet murandi locum, & Altare; in aliud tamen simile, ne tam pio suffragio, & cum tanto detrimento defraudentur animæ in igne Purgatorio existentes: sufficit autem, quod quælibet Missa dicatur in Altari priuilegiato, vt anima à Purgatorij pœna liberetur: nec opus est, vt Missa sit de defunctis. Ita Nauar. consil. 37. de pœnis, & remiss. Zerola in praxi Episcopali, 2. p. verbo, Zerola, Missa §. 7.

Nauar.

8.

Secundus casus est, quando quis celebraret anticipatè pro intentione illius, qui ex officio solet Missas aliis dicendas dare: v. c. quando aliquis non habet Missas, & celebrat pro intentione Aeditui, vel illius, cui est demandata cura in hac Ecclesia distribuendi Missas, vel pro intentione amici, qui solet sæpè illi Missas ad dicendum deferre: & in eo casu id concedit Petrus Cenedo lib. de quæst. canon. quæst. 38. num. 3. & Aragon. 2. 2. quæst. 85. de sacrificijs, art. 3. pag. 682. col. 1. & Petrus Nauarra de restit. lib. 2. c. 2. num. 371. & Vega in Summa, lib. 2. cap. 41. casu 6. in 2. editione, & tomo 2. cap. 41. casu 4. Rodrig. tom. 1. Summa, cap. 252. num. 8. vers. T se, aliquid Sacerdotis. Angles de suffrag. quæst. 2. pag. 353. sine. Et ratio illorum est: quia ille, qui ita celebrat, pro certa intentione celebrat: & parum refert, quod non fuerit præmonitus ab Aedituo, aut amico, cum iam sciat, illorum intentionem esse, vt talis Missa, v. c. de Spiritu sancto, aut de beata Virgine, & in tali loco, aut Altari dicatur: quia hoc nullo modo minuit, aut extenuat effectum, & valorem sacrificij: nec de hoc casu aliquem iustè dubitare posse arbitratur Aragon. dict. pag. 682. col. 2. Et ita mihi videtur in eo solum casu, & in iis circumstantiis, in quibus Aeditus, aut amicus habet certas Missas dicendas, v. g. defunctorum, aut alicuius Sancti, ita vt sciat Sacerdos anticipatè illius intentionem; aliàs, vt statim dicemus num. 10. id licitè fieri non poterit.

Cenedo. Aragon. Petrus Nauarra. Vega. Rodrig.

9.

Tertius casus, in quo punctum difficultatis consistit, est, vtrum ille, qui non habet Missas, possit applicare illas pro illo, qui primò stipem dededit, quem Deus videt daturum: & in hoc puncto

duæ

Henriq. Pet. Nau. Vega. Rodrig. Aragon.

duæ sunt opiniones. Prima docet, id licitè fieri posse. Ita tenet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 21. num. 2. Pet. Nauar. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 373. & affirmat Henriquez, ita respondisse consulto Salmaticenses Theologos: docet etiam Vega lib. 2. cap. 41. casu 5. & expressè etiam Rodrigue in Summa, cap. 242. aliàs 252. titulo, De Missa, n. 9. & Aragon. 2. 2. quæst. 85. art. 3. Ratio illorum est: non quod priuatus Sacerdos recondat, ac seruet in Ecclesiæ thesauro meritum prædictarum Missarum, vt illum postea applicet cuiunque voluerit; non enim ipsi Sacerdotes habent clauem thesauri illius, sed Summi Pontifices, & Anstites, qui dispensatores sunt illius: sed quod omnia referat ad præscientiam Dei; quasi Deus, cum omnia sciat, & præuideat, statim applicet meritum, & satisfactionem Missarum illis, quos præuider in posterum stipem daturus. Nec potest dici, celebrare Sacerdotem pro vaga intentione: celebrat enim pro certa intentione illorum, quos Deus præuider, stipem porrecturos; quæ visio, cum certa & infallibilis sit, certa quoque erit intentio, & non vaga. Nec etiam dici potest, id fieri contra voluntatem illorum, qui stipem daturi sunt: quia illi virtualiter consentiunt in rem sibi vtilem, & in anticipatam solutionem; sicut omnis prudens creditor consentire debet: sic solet Rex concedere hominibus, gratiam, & priuilegium applicandi post mortem suam officia, & commendas vni liberorum; seu potius concedit gratiam officij vni ex liberis, quem pater voluerit eligere.

10.

Secunda opinio verior, & tenenda docet, illicitum esse celebrare Missas anticipatè pro eo, qui primò daturus est stipem; & quem Deus præuider, illam daturum. Eam tenet Corduba lib. 1. q. 4. dub. 6. ad 2. Petrus Cenedo lib. de quæst. canonic. quæst. 38. num. 6. Dimas Serpi in lib. de Purgatorio, edit. 2. cap. 59. vbi dicit, teneri Sacerdotes ad restitutionem harum Missarum. Et hanc opinionem approbavit, & aliam reprobavit Clemens VIII. per quandam declarationem Cardinalium Concilij Tridentini; & Diploma continens hanc declarationem de verbo ad verbum affert Cenedo citatus num. 9. & in eo Diplomate periculosa appellat contrariam sententiam, plurimis nominibus scandalosam, & fidelium offensionibus obnoxiam, & omnino explodendam & eliminandam asserit: quamobrem illa non est sequenda. Nec refert, quod huiusmodi Bulla Clementis VIII. recepta non sit in Hispania: quia iudicio Summi Pontificis, & de consilio Illustrissimorum Cardinalium, re diligenter discussa, & ponderata, reprobata fuit illa opinio. Et ratio est, primò: quia, sicut non valet ista consequentia: Deus omnia scit, & præuider: ergo omnia efficit, sic non valet illa: Deus præuider illum, qui primò daturus est stipem pro vna Missa: ergo statim, & de facto illi applicat valorem, & meritum illius; multa enim videt Deus, & multa scit; & tamen non omnia exequitur, aut si exequitur, non statim exequitur. Secundò, quia de iustitia tenetur Sacerdos propter stipendium acceptum celebrare Missas, non solum in numero, sed etiam in altari, & loco iusto, & conuento, & de Sancto, id est de beata Virgine, de Spiritu sancto, de pace, de defunctis, iuxta petita, & conuentia: vnde ille, qui, cessante iusto impedimento, in alio loco, capella, aut altari, aut aliam Missam celebrat, non satisfacit pacto, & obligationi, & tenetur de iustitia iuxta pactum, & conuentionem satisfacere, vt diximus supra, & docet expressè Nauar. in Man. cap. 25. n. 135. & de Horis canonicis

Corduba. Cenedo. Dimas.

Nauar.

cap. 5. num. 7. & 12. Zerola in praxi 1. part. 5. verbo, Zerola, versu, Tertia conclusio. Rodrig. in Summa, tomo 1. cap. 249. titulo, De Missa, num. 9. versu, T. nota. Azor lib. 10. Instit. moral. cap. 14. quæst. 8. & 7. Azor. Sotus in 4. distinct. 45. quæst. 2. art. 2. Ceuallo Sotus, quæst. 688. n. 6. Graphis lib. 2. decisionum, c. 53. Ceuallo, à num. 9. Beia casu 23. versu, Nec obstat; & cal. Graphis, 12. Syluest. verbo, Missa, 1. num. 10. sine. Tabiena verbo, Missa, n. 45. Hieronymus Flamma 3. part. Syluest. Methodi, c. 9. §. 24. sine pag. 705. Idem Rodrig. tom. 1. quæst. quæst. 43. art. 8. Henriq. tomo 2. lib. Flamma, 9. de Missa, cap. 23. num. 6. & alij. Quomodo potest ergo quis prædiuinare intentionem, altare, locum; Missam illius, qui primò daturus est stipem? Rationes pro prima opinione ex dictis soluta manent: quare in illis non est, cur immoremur.

11.

Sed quid, si quis celebret Missas, non applicando illas ex nunc pro illo, qui primò daturus est stipem, nec aliquid de eo cogitando? Respondeo, in eo casu statim valorem, ac meritum Missarum recondi in Ecclesiæ thesauro: vnde pro illis, nec elemosynam accipere potest, nec vllam postea applicationem facere: quia solus Summus Pontifex, & Anstites, qui habent potestatem dispensandi Indulgentias, clauem habent huius thesauri. Ita docet Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 2. num. 1. & lib. 9. de Missa, cap. 21. num. 2. & Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 2. num. 372. & Antonius Corduba lib. 1. quæst. 4. dub. 6. pag. 69. & Aragon 2. 2. quæst. 85. art. 3. col. 2. pag. 682. & Petrus Cenedo lib. de quæst. canonic. quæst. 38. n. 4. Dimas Serpi in tractatu de Purgatorio, cap. 36. in 1. edit. in 2. verò cap. 60. & Rutilius Benzoni de anno sancti Iubilæi, lib. 2. cap. 39. sine. Quamobrem, cum Missæ valor, & meritum, iam sit clausus, ac reconditus in thesauro Ecclesiæ, iam non subiacer potestati Sacerdotis, vt omnes faterentur.

Henriq. Pet. Nauar.

Corduba. Aragon. Cenedo. Dimas. Rutilius.

12.

Sed grauis dubitatio est, vtrum Sacerdos possit sibi retinere maiorem stipem pro Missis dicendis, si eas celebrare faciat pro minori. Tres sunt opiniones hac de re. Prima docet absolute, nullum Sacerdotem, qui certam elemosynam, & stipem accepit pro Missarum celebratione, posse pro minori eas alteri dicendas committere, re-tenta maiori stipe; & teneri ad restitutionem, si id faciat. Ita docet Maior in 4. distinct. 45. quæst. 3. dub. 3. Ledesma in Summa, 1. part. titulo de Sacramento Eucharist. cap. 18. vers. A esta dubda, pag. 218. Nauar. cap. 25. num. 91. Corduba q. 4. dub. 1.

Maior. Ledesma.

Nauar. Corduba.

Secunda opinio docet, si Sacerdos sit Rector, Parochus aut Aeditus, vel Monachus Sacrista, cui ex statuto, vel consuetudine incumbat munus distribuendi Missas, posse parum de pitantiis ordinatis, consuetisque, sibi retinere in stipendium vtilis officij, & aliquantulum immutatas pitantias mercenariis porrigere; præsertim, si pitantia sint solito pinguiore: modò tamen non multam inde sibi retineat; quia tunc non datur iustus titulus retinendi; nec enim mercenarij, ac stipendiarij Sacerdotes id spontè remittunt: nec est præsumpta voluntas pitantias proferentium, vt fraudentur maiori fructu Missæ, qui sibi ex maiori pitantiarum stipe, cæteris paribus, accrescit. Ita docent Sotus lib. 9. de iust. & iure, quæst. 3. art. 1. vers. Sed hoc præterea. Rodrig. in Summa, tom. 1. c. 242. tit. De Missa, n. 12. Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 22. sine. Sentiant itaque huiusmodi Doctores, si huiusmodi Sacerdos non sit Curatus, nec ex officio ei incumbat has Missas distribuere, non esse tutum in conscientia, nec

Sotus. Rodrig. Henriq.

liberum à restitutione, nisi totum stipendium, quod ab aliis accepit, distribuatur.

Citat Petrus Cenedo lib. de quaest. canon. qu. 27. pro hac parte Soarium tomo 3. in 3. partem, disp. 86. sect. 3. vers. Hac verò occasione. pag. 1303. Sed Soarius ibi absolute dicit, posse huiusmodi Parochum, Aedituum, aut Sacrificam, retinere sibi maiores pitantias, & Missas distribuere inter Sacerdotes stipendiarios, solum stipendio communi, & ordinario; & non esse hoc intrinsece contra iustitiam. Fundamentum illius est; primò: quia nulli fit iniuria in ea distributione, & quasi commutatione: in primis enim non fit iniuria Sacerdoti stipendiario; quia illi datur iustum, & ordinatum stipendium, etiam si illi intra latitudinem iusti stipendij minimum detur: nec fit etiam iniuria ei, qui stipem dedit; quia Missa eiusdem valoris pro illo offertur: nulli ergo fit iniuria. Secundò, quia Parochus, vel Sacerdos, quicumque ille sit, qui primò accipit stipendium, statim acquirit dominium illius sub obligatione celebrandi pro altero, quam obligationem potest per se, vel per alium implere: ac proinde, si postea satisfaciatur integrè illi obligationi, nulli fit iniuria, etiam si minori stipendio dato, id assequatur; quia iam non se gerit, vt purus oeconomus, sed vt Dominus accepti stipendij. Confirmat Soarius hanc suam opinionem hoc exemplo: primò, quia, si Dominus committat famulo certam pecuniam quantitatem, vt emat fructum talis qualitatis; quanvis famulus minori, quam communi pretio illud emat, nihil potest sibi retinere; quia non erat dominus illius pecuniae: si verò famulus statim fieret dominus illius, ex consensu dantis; quanvis postea minori pretio emerit, reliquam pecuniam retinere possit. In praesenti igitur, inquit Soarius, Parochus, & Clericus, quicumque ille sit, non se gerit priori, sed posteriori modo.

Ita se habet opinio Soarij, & rationes illius non solum procedunt in Parocho, & Sacrificam, cui ex officio incumbit curare, vt Missa pro intentione illorum, qui sibi stipem porrexerunt, celebrentur; sed etiam in quocunque Clerico simplici: atque adeò, in rigore loquendo, in hac opinione licitum erit cuiuscunque Clerico simplici cogere, ac congregare multas & copiosas stipes, & pitantias, & pro minoribus Missas facere per alios stipendiarios celebrare, qui est optimus modus discedendi. Dicit tamen Soarius: at non ex alieno, sed ex propria industria. Addit tamen statim ipse Soarius, omnia temperans: Hac, quam in rigore sui vera: nihilominus hac veluti commutatio Missarum habet speciem turpis lucri, & ideo non est consulenda, sed potius corrigenda quoad fieri possit: quòd si non possit, erit toleranda.

Tertia opinio sic distinguit. Vel huiusmodi Parocho, Aedituo, aut Monacho Sacrificam, cui ex officio incumbit stipes colligere, & Missas celebrandas aliis committere, statuto, aut inueterata consuetudine est aliqua portio pro suo labore, harum pitantiarum assignata, vel non est assignata: si ei est assignata, iuste illam potest retinere, & non tenetur ad restitutionem. Ita docet Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. num. 91. Gutierrez lib. 1. qq. can. cap. 29. num. 32. Corduba lib. 1. quaest. 3. dubio 3. Beia in resp. casuum conscientiae, casu 12. sine. Vega tomo 2. cap. 41. 25. n. 9. Henriquez lib. 9. de Missa, tomo 2. cap. 22. n. 8. Anton. Bernard. in Summa, cap. 27. num. 20. & doctè probat Aragon. 2. 2. q. 83. de sacrificiis, art. 3. pag. 63. initio. Hieron. Flamma 3. p. Methodi, cap. 13. fol. 923. & Ludouic. Lopez 2. p. Instruct. titu-

Soarius.

15.

Nauar. Gutier. Corduba. Beia. Vega. Henrig. Bernard. Aragon. Flamma. Lud. Lopez.

lo, De Eucharist. cap. 78. versu. Insuper, pag. 284. qui dicit, requirit, vt aliquid de pitantiis retineri possit, primum, officium recipiendi illas elemosynas; secundum, lex, aut consuetudo antiqua modicum aliquid retinendi pro ea cura, & labore, puta duo dupondia ex qualibet pitantia, inquit Petrus Cenedo statim allegandus. Si non est assignata, nihil potest retinere, & tenetur ad restitutionem, iuxta praedictos Doctores.

Ex his opinionibus est haec tertia probabilior & sequenda: tum, quia, nisi lex, aut consuetudo aliquid eis, qui hoc officium habent recipiendi pitantias, & distribuendi Missas, attribuat; nullus datur iustus titulus diminuendi illas; quia nec Clerici stipendiarij donant libenter, vt patet; nec adest praesumpta voluntas dantis, ac porrigentis pitantias: tum, quia fraudatur ipse, qui pitantias praedictas porrigit, fructu, qui accrescit ex maiori elemosyna; sicut enim accrescit ex maiori deuotione, & probitate Sacerdotis, vt explicauimus cap. 6. num. 22. sic accrescit ex maiori elemosyna pitantiam porrigentis; honorat enim Deum ex sua substantia, ministrum illius sustentando: tum denique, quia opinio Soarij admittit modum non ita decentem, negotiandi in Missarum distributione, ac celebratione, contra Concilium Tridentinum, sess. 22. in decreto de obseruand. & vitand. in celeb. Missae, ibi: Ordinarij locorum Episcopi sedulo curent, ac teneantur, e medio tollere, qua vel auaritia, qua est idololatriam seruimus, vel irreuerentia in celebratione Missarum induxit, & quanvis ibi loquatur Concil. de Missis nouis; tamen hanc doctrinam pro omnibus Missis praemisit; postea verò loquitur in particulari de iis, quae vitanda sunt in nouis sacrificiis. Praeterea, falsum est id, quod dicit Soar. allegatus, illum, qui retinet aliquid de stipe data pro celebranda Missa, integrè debitum soluere, si faciat aliam Missam celebrari pro minori stipe, cum aequalem Missam in valore offerat: non enim ita est; accrescit enim valor ex maiori stipendio, vt patet; si non essentialiter ex opere operato, saltem accidentaliter. Adde, quòd nec omnes Missae sunt aequalis valoris essentialis ex opere operato, vt late probauimus cap. 6. à numer. 11. nam valor respondens toti Ecclesiae offerenti per Sacerdotem, dicentem aliquas orationes nomine totius Ecclesiae, est ex opere operato; & tamen non est aequalis ille valor, sed modò maior, modò minor, pro maiori, vel minori sanctitate totius Ecclesiae militantis; quae, licet semper sit sancta, & immaculata, est tamen modò magis, modò minus sancta, pro sanctiori, & maiori, vel minori numero iustorum in ea existentium; Ecclesia autem magis, vel minus orat pro eo, qui maius, vel minus stipendium confert, in sustentationem istorum ministrorum.

Sed verò Petrus Cenedo lib. de quaest. canon. quaest. 27. num. 10. non acquiescit adhuc huic opinioni: ita enim ait: Quanvis haec tertia opinio tot sit, & tantorum virorum munia presidio: tamen in ea meus non acquiescit animus, nec absolute illi, sed cum grano salis consensio: nam, quanvis huiusmodi consuetudo, & lex, non sit simoniaca; est tamen illicita negotiatio propter auaritiam, & propinquitatem turpis quaestus, scandalosa & indigna Ecclesiastica persona. Et ita docet etiam Ioannes Gutierrez lib. 1. Gutierrez. qq. canon. q. 29. sine. Rodrig. tomo 1. cap. 25. 2. n. 9. versu, Y nota. Ledesma in Summa, 1. p. de Sacramento Euchar. cap. 18. pag. 219. versu, Al segundo fundamento. Et fortè, vt animaduertit idem Cenedo num. 11. nullus adest iustus titulus ad retentionem huiusmodi stipendij: quia nec Clerici stipendia.

16.

Conc. Tr.

17.

Cenedo.

stipendiarij libenter remittunt, nec stipem porrigentes, cum vtriusque resulter incommodum ac detrimentum: illis temporale: his spirituale: cum illi priuentur parte stipendij: hi verò parte fructus, qui ex maiori stipe erat accrescendus. Accedit, quod ex hac retentione partis pitantiae datur occasio Sacerdotibus pauperissimis mercenariis retinendi plurimas pitantias tenues, & illis vna Missa satisfaciendi: quod est grauissimum inconueniens, vt diximus capite 8. numero 6. quia obligatur ad sacrificandum pro alio, non satisfaciendo, si ei totum valorem ipsius Missae non applicet, & tenetur ad aliam Missam, vel ad restitutionem; nec sacrificij Missae valor, ac meritum tantum prodest multis, ac singulis, quantum prodesset vni, si ei totum applicaretur: est enim valor Missae, & quoad satisfactionem, & quoad augmentum gratiae, finitus ac limitatus, vt saepe repetitum manet.

18. Ex dictis sequitur, teneri ad restitutionem illos Sacerdotes, qui multas & magnas congerunt stipes ad dicendas Missas, quibus nec ex officio incumbit huiusmodi Missas accipere, & distribuere; nec ex lege, aut consuetudine aliquid de praedicta stipe assignatum est, si eas faciant celebrare per alios pro minori, vt faciunt multi, iniuste quidem & indecenter, qui in sua patria, vbi vberiores sunt pitantiae, multas Missas accipiunt, quarunt, & multis modis acquirunt; & postea Religiosis, vel aliis Sacerdotibus dicendas committunt pro minori stipe, vt optimè docet idem Cenedo, lib. de quaest. canonic. quaest. 47. num. 9. & Ludouic. Lopez 2. part. Instruct. titulo, De Eucharist. cap. 79. pagin. 292. versu, Caterum, & Vega tomo 2. cap. 41. casu 5. versu, Y nota, 2. vbi reprehendit Clericum, qui in Indiis coaceruabat magnam copiam Missarum, vbi pitantiae vberiores sunt; & postea in Hispaniam mittebat, vt ab aliis diceretur, pitantiis ibi solitis, retentis maioribus. Si tamen aliquis Sacerdos multas habeat collectas stipes vberiores, & non possit omnes Missas dicere, nec aliunde habeat, vnde restitutionem faciat; tunc quidem poterit pro minori stipendio aliis Sacerdotibus commendare, vt saltem eo modo, quo possit, restitutionem faciat.

19. Haec non intelliguntur de Capellano inferuenti alicui capellaniae, nec de Beneficiatis: hi enim, si Missas, ad quas obligati sunt, dicere non poterunt, vel propter aegritudinem, vel ob aliam iustam causam, & impedimentum; recte, & iuste eas celebrare facient per alios, solum consueto stipendio: quanvis pro rata cuiusque Missae ex salario capellaniae, aut fructibus beneficij maius respondeat stipendium: & quia id iuste retinere possunt titulo beneficij, & capellaniae, quae est instar beneficij simplicis; & quia hoc non habet speciem turpis lucri, quemadmodum habet illa negotiatio, de qua supra egimus. Ita docet Petrus Cenedo dicto lib. de quaest. canonicis, quaest. 27. sine, S. Ex his autem, pag. 243. & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 8. Soarius tomo 3. in 3. partem, disput. 76. sect. 3. §. Hac verò occasione, sine, pag. 1303. column. 2. Rodriguez tomo 1. Summae, cap. 252. titulo, De Missa, num. 9. versu, Y io mismo se a de dicit. Petrus Ledesma in Summa, titulo, De Sacramento Eucharist. cap. 18. pag. 219. versu, Al segundo fundamento, & alij fructificat enim beneficium domino suo: vnde, cum ipse sit dominus beneficij, illi fructificare debet, & usufructuarius est etiam dominus usufructus, cuius utilitas tota illi cedit affecta aliqua obligatione, vt patet.

Cenedo. Lud. Lop.

Vega.

Cenedo. Henrig. Soarius.

Rodrig.

Ledesma.

Cenedo.

CAPVT X.

Soluuntur aliquae dubitationes circa obligationem Missarum: agitur de Religiosis, quibus Superiores Missas iniungunt; & de iis, qui inique post acceptam stipem differunt: queritur, an dici possint pro minori stipe consueta: agitur etiam de Missa de defunctis, & sicca.

SVMMARIVM.

Peccat mortaliter Sacerdos, qui post acceptam stipem negligenter se gerit in dicendis Missis. num. 1. Qui rem accepit, vt alteri daret, & inique distulit, ad duplicem restitutionem tenetur, si mandans interim moriatur. ibidem. An Ordinarij locorum teneantur admittere ad dicendas Missas Clericos peregrinos habentes licentias testimoniales. n. 2. An Sacerdos accepta stipe pro dicenda Missa, possit licite pro alia intentione dicere. n. 3. Quid de Religiosis, quibus Superior iniungit, vt pro sua intentione celebrent, vel orant; & contrarium faciunt. ibid. versu, De casu. Astringit opinio, affirmans, Religiosos peccare mortaliter; applicationem tamen contra iussum Superioris factam valere. num. 4. An huiusmodi Religiosi teneantur postea pro intentione sui Superioris celebrare. numero 5. Quid de orationibus, & Missis, quas Superiores suis subditis iniungunt propter fundatores, & propter eos, qui sua bona Monasterijs applicarunt. numero 6. Quid si pro amicis, & pro iis, quorum vita necessaria est in republica. ibid. versu, Alia verò. Responderur obiectionibus numero 7. Quid de illis Religiosis, qui nec applicant pro intentione Superioris iubentis, nec contra faciunt, celebrant tamen, vel orant eo die, quo iubentur. num. 8. An qui ex testamento, vel obligatione capellaniae ad aliquot Missas tenentur, possint eas pro minori solita stipe per alios dicere. num. 9. Quid si sponte sua promissione, vel voto Missas susceperit, & inueniat, qui pro minori solita pitantia eam dicat. n. 10. & 11. Missa de defunctis plus illis valet, quam alia Missa. num. 12. Qui accepta stipe eam promissit, non potest aliam dicere, nisi detur causa rationabilis, & qua causa sufficiat. ibid. Agitur de Missa sicca. n. 13. Potest quilibet, etiam viuens, sibi exequias facere. num. 14. An Missa dici hodie possit in Mari, & Summae. num. 15. Quid olim. num. 16.

Sacerdos, qui post acceptam stipem, negligenter se gerit in dicendis Missis, mortaliter sine dubio peccat: quia illum, pro quo tenebatur Missas applicare, contra voluntatem stipem porrigentis, priuat iniuste fructu ipsarum Missarum, & pro Ecclesiae suffragio, vt docet optimè Henrig. lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 8. ad marginem, littera V. & ibi citat Angelum verbo, Missa, §. 51. Sic Angel. ille, qui culpa sua inique differt restitutionem, quam

Henrig.

Angel.



Molina.  
Lefius.

Sanchez.

quam alius per illum faciendam curavit, eique ad eum sine pecunia tradidit, mortaliter peccat, qui iniuste & contra voluntatem, tam restituentis, quam domini pecuniam, illam retinet, vt docet Molina Theologus. tomo 2. de iustit. disput. 263. §. *Iuxta habitum*. Lefius tomo 1. de iust. lib. 2. capite 18. de promiss. & donat. dub. 6. numero 46. §. ultimo. Sancius tomo 1. de sponsalibus, lib. 1. disp. 6. n. 8. §. *Hinc inferitur*. Imò addunt, & bene, huiusmodi Doctores ibidem, si quis famulo suo, vel alteri nuntio, rem promissam, aut donatam, missam, ante acceptationem alteri deferendam dederit, & sua culpa iniuste distulit, & interim mandans moriatur; teneri ipsum famulum ex iustitia ad duplicem restitutionem faciendam; alteram haeredibus mandantis, quia mandatum exprauit morte mandantis. l. 57. *mandatum. C. mandari*. alteram illi, cui res mandabatur, seu mandatario, aut haeredibus illius: quia iniuste ei causa fuit damni accepti, & iniuste illum priuauit re mandata ob iniquam dilationem; & qui alteri est causa damni iniuste dati, tenetur illud de iustitia ei restituere.

2.

Nauarr.

Solent tamen peregrini Sacerdotes toto orbe vagari cum literis dimissoriis, & testimonialibus suorum Praelatorum: dubitatur ergo, an Ordinarij locorum teneantur illos admittere ad dicendas Missas. Et certe huic dubio satisfacit Nauarrus consilio 1. numero 6. de Clericis peregrinis, & de celebratione Missarum, consilio 5. numero 6. cum quadam distinctione: nam, si dimissoria sunt notae, & non ita veteres, vt fidem faciant in foro externo; possunt illos recipere, si velint, & admittente ad Missas dicendas: si vero literae testimoniales veteriores sint, & decennium excedant, illos admittere non possunt, nisi iustificentur huiusmodi literae per aliqua adminicula: neque enim dimissoria literae ante annos decem datae probant praesentes mores. Hanc doctrinam Nauarrus confirmat Zerola in sua praxi 2. part. verbo, *Missae*. §. *Quinto, an ordinarius*. Neque tamen illorum declarat, an positio, quod verae sint literae testimoniales, illas teneantur admittere, & probare, & an teneantur etiam in conscientia huiusmodi Clericos admittere ad praedictas Missas? Credo teneri, quia Ordinarij locorum non possunt iniuste, & sine causa tollere priuilegium clericale ab huiusmodi Clericis, & Sacerdotibus; neque etiam iniurere, aut arctare. Celebrare autem est proprium priuilegium ipsorum Sacerdotum, imò est effectus ipsius characteris sacerdotalis, quem effectum impedire non possunt Episcopi sine causa. Facit pro hac resolutione id, quod docent Dominicus, Antonius, Imola in cap. *Ecclesia sanctae Mariae*. de constitut. affirmantes, praecipuum, statum, aut consuetudinem, qua impediuntur Sacerdotes, ea facere; quae sibi a iure communi, & canonico conceduntur, esse iniustam: at iure communi & canonico concessum est Sacerdotibus, vt possint Missas dicere, mortuos sepelire, officia funeralia exercere; hoc enim priuilegium est Ordinis clericalis, quod Ordinarij locorum tollere non possunt, aut restringere sine causa, absque iniuria totius Ordinis clericalis, vt optime animaduertit Marcus Antonius Genuenensis in sua praxi Neapolit. capite 48. de Capellano infirmo, numero 3. fol. 189. & Syluester verbo, *Immunitas*. 2. Notat etiam Nauarrus & bene, de celebratione Missarum, libro 3. consilio 7. numero 4. non egercentia Clericum peregrinum ad celebrandum secretò, ac proinde licite posse admitti secretò ad celebrationem Missarum.

Dominicus.  
Antonius.  
Imola.

Marcus.  
Antonius.  
Syluester.

Quaestio tamen est non ita facilis, vt iam obligatio. Sacerdotis ad offerendum pro alio, mutari ab ipso Sacerdote possit licite, & valide? Et quidem huiusmodi obligatio ad offerendum pro alio, vel potest oriri ex propria voluntate, & contractu priuato; quia v. c. Sacerdos promissit, vel stipendio accepto se obligauit ad dicendas Missas pro aliquo, tali die, tali tempore, & loco, & ipso die pro alio offert, & applicat: vel ex voluntate Superioris praecipientis, vt eo die pro aliquo offerat. Et casum simpliciter promissionis iam resoluitur cap. 8. numero 11. De casu vero accepti stipendij existimat Ledesma 2. 4. quaest. 16. articulo 14. circa finem, & Corduba libro 1. quaest. 3. opinione 6. peccare Sacerdotem pro alio applicando; tenere tamen applicationem. Et ratio est optima: nam licet illa voluntas mala sit, & peccaminosa; tamen hoc ipso, quod est posterior & absoluta, est efficacior, & trahitua primae voluntatis: & ideo licet Sacerdos mortaliter peccet; tenet tamen applicatio. Et haec opinio sine dubio est certa. De casu autem Superioris Religionis praecipientis subditis, vt pro aliquo offerant, videlicet, pro fundatore Religionis, pro iis, qui stipem, vel dotem Monasterijs dederunt; est maius dubium. Scotus quodlibet 20. affirmat, non valere applicationem factam contra voluntatem Superioris. Id etiam tenet Honchala Opusculo de valore Missae, articulo 2. & idem Ledesma 2. 4. quaest. 10. articulo 14. circa finem. Corduba libro 1. quaest. 3. opin. 6. Fundamentum illorum est primò: quia subditi non habent diuersam voluntatem à Superioribus suis; sed habent idem velle, & idem nolle; & ideo votum Religionum factum contra regulam & voluntatem Superiorum, ipso iure est nullum, vt docet Lefius lib. 2. de voto, cap. 4. dub. 10. Sylu. verbo, *Votum*. 3. quaest. 3. Nauarrus in Manuali Lat. capite 12. numero 62. & patet ex capite *Monacho* 20. quaest. 4. vbi dicitur: *Monacho non licet votum emittere sine consensu Abbatis*. Secundo, quia Religiosus non habet velle, & nolle, nec propriam voluntatem; sed iam totam retulit in voluntatem Superioris: ergo nec votum, nec applicatio Missarum valida erit contra voluntatem Superioris. Tertio, quia Praelatus, & Religio tenetur praestare Religioso, quasi seruo parato ad praestandas operas, vel quasi titulo beneficij regularis, victum, & vestitum; & Religiosus tenetur iniucem obedire, quasi ex virtuali contractu; & ex voto tenetur etiam obedire Praelato iusta iubenti, & praecipienti, specialiterque offerre Missas pro fundatoribus; & pro iis, qui Monasterio stipem dederunt sub expresso, vel virtuali onere Missarum: & haec obligatio, communiter loquendo, videtur esse peccati mortalis; aliàs periculum esset, ne nimium fraudaretur intentio fundatorum, & aliorum benefactorum insignium, qui sub specie Missarum, & orationum, bona sua Monasterio Religionum applicarunt. In hanc opinionem inclinat Corduba lib. 1. quaest. 3. pagina 44. sed cum quadam limitatione, videlicet, si ita iubeat Praelatus, vt aliter factam applicationem irritet. Et haec opinio explicata est satis probabilis.

Ledesma.  
Corduba.

Scotus.

Honchala.  
Ledesma.  
Corduba.

Lefius.  
Syluester.  
Nauarr.

Corduba.

4.

Probabilior tamen opinio est, quae docet, peccare quidem mortaliter Religiosos contra votum, & contractum virtuale, ad quem ex voto virtualiter se obligarunt, si de facto contra obedientiam & praecipuum Praelati, pro alia intentione applicent: valere tamen huiusmodi applicationem contra obedientiam Praelati factam. Ita docet Henriquez libro 9. de Missa, capite 21. numero 6. Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 79. lect. 9. §. *Alij Soarius nihil*

Henriq.  
Soarius.

Gabriel.  
Syluester.  
Armilla.  
Gerfon.

nihilominus. Gab. lect. 25. in Canonem, & 26. Sylu. verbo, *Missae* 1. num. 12. Armilla verbo, *Missae*, §. 36. Gerfon super *Magnificat*, tract. 9. & Alpha 90. littera C. Ratio eorum est: quia ob liberum actum consecrationis & celebrationis instituit Christus Dominus, vt tota applicatio pendat ex libera Sacerdotis intentione; nec videatur posse Praelatum irritam reddere huiusmodi applicationem, etiam si velit; quia tota ista applicatio consistit in actu merè interno libero. Sic, si quis inuito Parocho, baptizet, peccabit quidem mortaliter; Baptismus tamen tenet, & non potest à Parocho irritari: Sic etiam, si Praelatus distinctè percipiat Parocho, & sub excommunicatione, vt matrimonio non assistat; nihilominus, si contra faciat, factum tenet: non enim potest Superior intentionem Parochi irritare: idem ergo erit in praesenti materia, quoad voluntatem offerendi, vel applicandi sacrificium alicui: par enim vtrobique ratio est.

Haec sunt fundamenta istius opinionis: non declarant tamen illius Auctores, an huiusmodi Religiosi, qui contra voluntatem Superiorum, & contra praecipuum illorum Missas, & orationes pro alia intentione applicant, teneantur postea ad restitutionem sub peccato mortali, hoc est, an teneantur postea eam defraudationem restituere, & applicare alias Missas pro illa intentione: & videbitur fortasse alicui non teneri; quia fuit peccatum inobedientiae; & ex peccato contra obedientiam non resultat obligatio restitutionis ex iustitia. Sed, cum illi hoc reducant ad contractum virtuale, inquit inter benefactores & fundatores, & inter ipsam Religionem, clarum manet, esse hanc obligationem ex iustitia, & teneri ad restitutionem ex violato contractu: formaliter enim peccat huiusmodi Religiosus contra obedientiam, virtualiter contra iustitiam; quia Superiores possunt obligare eorum voluntates: siquidem illae in voluntate Superioris virtualiter continebantur, vt eos possit obligare in eorum commodum & vtilitatem, siue in commodum Religionis, cuius ipsi sunt membra.

6.

Vt tamen certa ab incertis separemus, sciendum est, aliquas esse Missas, & orationes, quas Superiores Religionis iniungunt subditis faciendas propter fundatores Religionum, & propter alios benefactores, qui vel Ecclesias, & domus fundarunt, vel aliqua bona applicarunt in reditus annuales pro sustentatione Religionum; & de his procedit opinio praecedens num. 4. explicata, cum ij, si non expressè & formaliter cum Religione contraxerunt, saltem contraxerunt virtualiter intuitu, & sub specie consequendi suffragia, Missas, & orationes, quae in ea Religione solent ex statuto fieri pro ipsis fundatoribus, & benefactoribus, qui bona sua Monasterijs applicarunt, & Collegijs. Aliae vero orationes, Missae, & suffragia sunt, non pro iis, qui bona Monasterio applicarunt, nec Ecclesiis, aut domos illius exadificarunt; sed pro aliis amicis, aut Praelatis, quorum vita necessaria est in Republica Christiana, pro conuersione infidelium, Gentilium, & Haereticorum, & de his non procedit, nec intelligitur tradita doctrina: nam, neque Superiores intendunt obligari sub mortali subditos, ad huiusmodi Missas, & orationes dicendas, cum illas potius commendent, quam praecipiant: nec tam facile apparebit iusta ratio obligandi sub peccato lethali subditos ad huiusmodi orationes, & Missas dicendas, nisi forte fiant pro aliquo Rege, aut Imperatore, à quo Religiosa Christiana pendeat. Sunt verò etiam aliae

orationes, ac Missae, quae dicuntur ratione aliquorum Monasteriorum, Monachorum antiquorum, quae fuerunt postea iussa Summi Pontificis adnexa Collegijs, aut Monasterijs aliorum Regularium: & haec quidem sunt de obligatione iustitiae, & tenentur subditi illas dicere sub culpa lethali; sicut tenebantur ea Monasteria, quae fuerunt adnexa Collegijs regularium; quia res transeunt cum suo onere, vt patet.

7.

Restat modò respondere ad argumenta primae opinionis Ad primum respondeo, esse diuersam rationem in irritatione votorum, atque in irritatione applicationis Missarum, & orationum: quia ex voto resultat obligatio moralis, veluti formalis effectus; votum enim, si quod est, obligatorium est: at verò ex consecratione, & applicatione Missarum nullus effectus moralis, nulla obligatio in Religiosos resultat, vt patet; & quia votum semper inducit vinculum obligationis in Religiosos, ideo in potestate Superiorum est, huiusmodi vinculum ab eis tollere, vel per irritationem, vel alio quouis modo. At illa applicatio Missarum, & orationum, non est vinculum morale; & ideo non est in potestate Superiorum illam tollere, irritare, aut impedire. Ad secundum respondeo, Monachos, & Religiosos non habere velle, & nolle, vt possint se obligare ad aliquid faciendum, aut ad suscipiendam aliquam obligationem, quae impediatur domesticam gubernationem Monasterij; habere tamen libertatem, & libertam voluntatem ad peccandum, vel non peccandum, vt patet, cum peccatum pendat ex actu libero voluntatis, & in eo consistat: Superiores verò nullam iurisdictionem habent in actus merè liberos, & internos voluntatis subditorum. Ad tertium respondeo, teneri Religiosos obedire Praelato iusta praecipienti; & ideo peccare illos mortaliter si non obediunt: non tamen manere illam applicationem irritam, & inualidam; quia actus liberi, & interni non possunt irritari à Superiore; & illa applicatio, actus merè internus est, nihil in actum aliquem externum influens, vt de se patet.

8.

Sunt tamen aliqui Religiosi, qui licite, & bona fide celebrant, nec applicant formaliter, & expressè huiusmodi Missas, & orationes, iuxta Superiorum praecipuum, nec intendunt non applicare contra eorum voluntatem: & hi quidem satisfaciunt obligationi, modo celebrent & orent: quia eo ipso, quod positivè nolunt illas applicare, virtualiter illas volunt applicare, & sic tacite conformant sese voluntati, & intentioni Praelati, vt optime notat Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 21. num. 6. littera H, ad marginem, in fine: & pro hac opinione faciunt ea, quae diximus cap. 7. libri 2. num. 11. vbi egimus de intentione formali, vel virtuali requisita ad audiendum Sacrum, & celebrandum, quae doctrina tota hic est applicanda.

Henriq.

9.

Sunt etiam aliqui, qui ex obligatione, vel testamento relicta, à testatoreque iniuncta, vel ex voto proprio, aut promissione tenentur ad certas Missas. Quaerit igitur, an sic obligatus possit licite cum Sacerdote aliquo pacisci, vt eas sibi pro minori solito stipendio dicat; & an liber maneat ab ea obligatione, si ipse Sacerdos pro minori solito stipe illas dicendas acceperit? Respondeo, si huiusmodi obligatio est testamento relicta, id fieri licite non posse; siue testamentarius sibi referuet id, quod demit de stipe ordinaria, quae solet dari pro dicendis Missis; siue non referuet. Ratio est: quia, vt docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 22. num. 4. & communiter Doctores, crescit

Henriq.

crefcit valor accidentalis Miffae ex maiori ftipe: honorat enim magis Deum ex fua fubftantia ille, qui maiorem ftipem praebet pro Miffis dicendis, in fuffragationem miniftrorum Dei; & fic fit opus, ac fuffragium Miffae magis fatisfactorium, & impetratorium coram Deo: vnde, cum huiusmodi teftamentarius defunctam priuer teftatorem maiori fatisfactione, & valore, Miffae; inde eft, quod licet id efficere non poffit. Si tamen huiusmodi Miffae funt relictae ex fundatione alicuius capellae antiquiffimae, cuius redditus funt tenuiffimi, & quae magna Miffarum onera habear; tunc quidem id fieri licite poffe exiftimo, modo Sacerdos fpontee, ac libenter illas dicendas acceptet, & non coacte, aut inuite: nam olim Miffarum ftipendia multo minora erant, quam funt hodie forte enim hodie funt duplo maiora; & ideo teftatores minimas proprietates magno numero Miffarum affectas haeredibus relinqucbant: quod plane, fi hodie viuerent; nec efficacere; nec forte, fi veilent, efficere iuftum effer.

10. Si autem quifquam fpontee fua hanc obligationem Miffarum fufcepit, & pro voto fuo, vel deuotione vellet libi aliqua fieri facrificia, & Miffas dici, forte grauius erit dubium, an poffit de elemofyna, ac pitantia communi; & confucta aliquid detrahere, fi inueniat Sacerdotem, qui id velit libenter acceptare; nam, quod non poffit, ea ratio videtur probare; quia pitantia datur in cibum, & pro alimento Sacerdotis, non pro labore, vt probauimus cap. 7. num. 5. & praecipue cap. 8. num. 2. vbi id late tractauimus, & docet Henriquez lib. 9. de Miffa, cap. 22. initio, & D. Thom. 2. 2. q. 78. a. 2. ad 3. & Nauar. cap. 23. num. 95. & Sylu. verbo, *Simonia*, §. 9. & communiter Doctores, quos ibi videre poteris, & patet ex illo Chrifti Domini Matthaei 10. *Dignus eft operarius cibo fuo*, ex alimento autem, & fuffentatione neceffaria, nihil poteft demi, abfque iniuftitia: fic famulus, fi dominus neceffarium ei denegat alimentum, poteft illud abfque furto ab eo accipere, vt docet Nauar. cap. 17. in Manuali Latino, num. 108. & 109. & 110. Dicendum tamen, poffe illum cum Clericis iufte conuenire pro minori ftipe, modo non fit minor infima: ficut domini poffunt conuenire cum famulis de minori ftipendio confueto, modo illud non fit longe minus iufte: quia volenti, & contentienti nulla fit iniuria: colligitur ex eodem Nauar. praedicto cap. 17. num. 108. Iam vero, fi Sacerdos roget id, multo clarius patebit; quia tunc conftat, fpontee illum confeniffe, & nullam ei fieri iniuriam.

11. Ad fundamentum contrariae rationis refponfum eft iam cap. 8. n. 4. Imo num. 5. vbi oftendimus cum multis Doctores, & rationibus, iuftum ftipendium pro vna Miffa, non elle fumendum ex quantitate pecuniae, qua indiget Sacerdos ad vftum, & congruam fuffentationem vnus dici: nam quando ab Epifcopo, vel a confuetudine, Miffarum ftipendia taxantur, non attenditur ad congruam fuffentationem vnus dici ipfius Sacerdotis; fed id plus, minusve decernitur, quod rationale videretur, ne decur locus auaritia; nec actio celebrandi confumit integram diem, vt ei debeat respondere integra fuffentatio vnus diei, nec Chriftus Dominus Matthaei 10. dixit, operatio vnus Miffae debet cibum vnus diei; fed dixit abfolute operatio debet cibum, non autem vnus diei: nam Sacerdos non folam habet minifterium Miffae, fed etiam habet alias actiones facras, quarum operatione poteft aliquid acquirere in fuffentationem; vt patet.

12. Certum eft apud Doctores, Miffam de defun-

ctis plus valere defunctorum animis, quam quaelibet alia: eft enim fpecialiter inftituta ab Ecclefia, fidei Sponfa Chrifti, quoad caeremonias, & ritus facros, pro penis defunctorum remittendis, & crefcit illius valor ex opere operato, ex ritibus, & facris caeremoniis, myfteriis plenis; & ideo illis, pro quibus offertur, magis prodeft ad fatisfactionem penarum temporalium; & caeteris paribus plus animabus defunctorum prodeft Miffa pro defunctis; quam quaelibet alia Miffa. Ita communiter Doctores, Zerola 2. p. praxis epifcopalis, verbo, *Miffa* §. 1. Innocentius in cap. *Fraternitatem* de fepult. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. numero 135. & ideo qui ftipem accipit pro Miffa de defunctis dicenda, non poteft alia dicere, nec fatisfacit pacto, & obligationi, & tenetur folum de defunctis dicere, & stare pacto, (& idem de quaelibet alia, quam promiffit;) nifi detur iufta, & rationabilis caufa mutandi Miffam: & dicendi aliam pro Miffa petita & promiffa: iufta autem caufa elle poteft dies duplex, imo & femiduplex, & dies Dominica, & a fortiori dies maiorum folemnitarum rotius anni, vt diximus capite 9. numero 6. ad quem locum te remittimus: in his enim feftis fatis compenfatur vtilitas, & valor facrificij accrefcens ex caeremoniis facris, diuinis myfteriis plenis; & ab Ecclefia pro fidelium defunctorum penis remittendis in igne purgatorio exiftentium, inftitutis, deuotione diei fefti, vt docet Henriquez lib. 9. de Miffa, capite 23. numero 6. Sylueft. verbo *Miffa Sylueft.* 1. numero 8. verfu. *Quintum*. Nauar. titulo, *De Nauar. celebr. Miff.* lib. 3. *confil.* 6. Sa verbo, *Miffa*, n. 48. Sa. Anchar. & Imola in cap. *Significatum* de praebendis. Abbas ibid. numero 3. Decius numero 5. Sed de Miffa pro defunctis redibit ftatim fermo capite fequenti.

Poteft autem quilibet, etiam viuens, fibi Officium defunctorum, & Miffam pro defunctis celebrari facere: & optimum confilium eft, ne forte poftca haeredes, vt frequenter fit, & pigri fint, & negligenter fe gerant in huiusmodi fuffragiis faciendis, cum tanto difpendio ac detrimento animarum fuorum defunctorum. Ita docet Zerola 2. Zerola. part. fuae praxis epifcopal. verbo, *Miffa*, §. 10. & refert Nauar. confil. 9. de celebrat. Miff. limitat tamen Zerola, modo non dicantur ea orationes, quae fupponunt aliquem difceffiffe e vita, v. c. oratio, *Inclina Domine*, in qua dicitur, *Quem de hoc faeculo migrare iuffiffi*. ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem non admittit: quia etiam in Miffis de defunctis, quando dicuntur pro iis, qui multo ante tempore decefferunt, dicimus in oratione Offertorij: *Domine I E S V Chrifte, Rex gloria, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis Inferni, & de profundo lacu libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obfcuro*, &c. in qua oratione a Deo poftula: Ecclefia, ne animae defunctorum ad penas ignis Purgatorii detrudantur, dum dicit: *Ne cadant in obfcuro, ne absorbeat eas Tartarus*, cum tamen illae iam in eodem igne fint: & tamen nullum mendacium committitur: quia, ne committatur, fufficit, quod Ecclefia repraesentet illas animas Chrifto, ac fi tunc e vita efferent difceffurae, caefque confideret quafi adhuc agonizantes, & pro iis oret, vt a Purgatorij ignis penis liberentur, vt dicemus capite fequenti num. 9. & docet Henricq. lib. 9. de Miffa, capite 16. numero 3. fine: fic etiam in cafu praefenti, vt veritas falua, & illibata perfiftat, fufficit, fi Ecclefia, & Sacerdos oret pro viuo, & repraesentet eum Chrifto Domino, ac fi iam vitam cum morte commutauerit.

Henricq. D. Thom. Nauar. Syluefter.

Nauar.

11.

12.

uerit; modus autem anticipatè loquendi vtitiffimus est in facra Sc riptura.

14. Solent illi, qui longam fufcipiunt nauigationem, Miffam, quam ficcam vocant, ad folarium audire, quae fit ab ipfis Sacerdotibus nauigantibus, veftibus facris indutis, altarique erecto. Et vero ad eam audiendam non tenentur nauigantes: nec enim in ea consecretur corpus Chrifti; nec vllum facrificium offertur: fed Epiftola tantum: Introitus, Euangelium, & aliae orationes recitantur, vt docet Azor tom. 1. Inftit. moral. lib. 7. cap. 7. quaft. 6. Dubium tamen eft non vulgare, vtrum celebrare poffint Sacerdotes in mari, vel in flumine. Negant communiter Doctores, propter periculum effufionis fanguinis: iure enim timeri, & vereri poteft, ne effundatur. Ita negat Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. numero 82. Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. difput. 81. feft. 3. §. *Tertia exceptio*. D. Antoninus 3. part. tit. 13. c. 6. §. 4. Arimilla verbo, *Miffa*, §. 4. Sylueft. verbo, *Miffa*, 1. §. 6. verfu 2. Sotus in 4. dift. 23. quaft. 2. art. 3. & ibi Palud. quaft. 2. Turrecremata in c. *Sicut*. de consecr. dift. 1. imo ait Nauar. ibi, nec etiam vrgenti quauis neceffitate in mari celebrari poffe: & addit iam fublaturum elle priuilegium Fratrum Praedicatorum, & Minorum, celebrandi in quouis loco honefto, per Concilium Tridentinum feff. 22. in decreto de reform. imo de obferuandis & vitandis in celebrat. Miffae. & idem tenet Henriquez lib. 9. de Miffa, c. 27. num. 3. vbi ita ait: *Merito in iure prohibetur mari celebrari, aut in flumine, nifi Miffam ficcam Sacerdos recitare velit folemniter indutus cum orationibus, pifque ritibus; fed abfque confectione Euchariftiae in fluuio tamen placidiffimo, vbi effufio fanguinis timeri non poteft, fortaffe in neceffitate liceat*. Haec ille. Et in c. *Epifcoporum*. de priuileg. in 6. prohibetur fub culpa lethali, rem diuinam celebrare extra Ecclefiam, & extra locum diuino cultui dicatum, aut extra Oratorium domus priuatae ab Epifcopo defignatum. Sed de loco, vbi celebrari oporteat, dicemus infra.

15. Haec tamen de iure antiquo procedunt: nam hodie per Clementem VII. & Paulum V. eius fuccefforem concessum eft ad infantium Patrum Societatis I E S V, vt in Indiarum Orientalium nauigatione Miffa celebrari poffit fereno caelo, & tranquillo mari: quod huiusmodi Summi PP. viuae vocis oraculo poft probatiffimas & fidei digniffimas informationes, diuque & mature rem difcuffam concessere; maximoque prouentu, & vtilitate nauigantium, & maximo folatio Religioforum id introductum eft: in iis enim onerariis (ampliffimae cum fint) nullum eft periculum effufionis fanguinis, vt experientia comperit, & a quodam Patre noftre Societatis audiui, fe plus quam vigefies in Indica nauigatione celebraffe, nullo omnino periculo; & aliunde multi in huiusmodi nauigatione e vita difcedebant fine Sacramento Euchariftiae: funt enim huiusmodi naues numero, & multitudine nauigantium inftar vnus magni oppidi huius regni; adeo vt praclare quidam dixerit, iacturam cuiuslibet onerariae, iure optimo comparari poffe cum iactura cuiuslibet magni oppidi regni Lufitaniae: numerant enim in quolibet naui Indica ad minimum quingenti, fexcenti, octingentiue homines: & quod e nauibus Indiciae Lufitaniae dicitur, dici etiam poteft de quolibet alia naui maxima, & de quolibet etiam nauigatione longinqua, Hodie itaque iam id licet, introductumque eft, & aliquando Euchariftiam fumunt nauigantes diebus feftiuis maxime folemnitaris, ac fi efferent in ipfa vrbe Olfipone: id tamen non fit, nifi cum maxima cautela, & prudenti circunfpectione, vtpar eft, & vt oportet, ad reuerentiam tam admirabilis facrificij: quod P. Steph. Faundes in quinque praec. Eccl.

Azor.

Nauar. Soar.

D. Anton. Arimil. Sylueft. Palud. Sotus. Turrecre.

Concil. Triad.

Zerola. Innocent. Nauar.

Henricq. Sylueft. Ancharan. Imola. Abbas. Decius.

13.

Zerola.

Henricq.

fieri etiam poteft citra omne periculum effufionis Sanguinis, fi adfit alius Sacerdos, qui consecretur calicem manu firmet, ne cadat Neque hoc videri nouum, aut inufitatum debet: nam antiquiffimis temporibus nauigantes ipfi ad folarium proprium diuinam Euchariftiam fecum deferre solebant in mari, vt refert D. Amb. in oratione de fratre Satro, & Metaphaft. in vita sancti Theoctifti, & docet Henriquez lib. 9. de Miffa, c. 27. num. 3. & quidam etiam olim celebrant in mari, vt refert Ioannes Abbas in vita Vvalfranij Epifcopi, & refertur etiam de miraculo Ioanis Diaconi, lib. 1. de vita Gregorij, cap. 13. qua de re vide Henricum loco allegato.

D. Ambr. Metaph. Henricq.

CAPVT XI.

Pro quibus defunctis facrificia offerri poffunt; an pro illis, qui funt in Inferno, in Purgatorio, in Limbo; an pro paruulis decedentibus ante, vel poft Baptifmum: an pro iis, qui in notorio peccato mortali difcedunt: agitur de anima Traiani.

SVMMARIVM.

- Miffa pro viuis, & defunctis offerri poteft. num. 1.
An offerri poffit pro iis, qui funt in Purgatorio. n. 2.
Refertur opinio Haereticorum negantium. ibid.
Vera eft, & de fide fententia affirmans. num. 3.
Nec obftat, mortuos elle iam extra viam merendi. numero 4.
In Purgatorio non merentur, fed fatisfaciunt. ibid.
Non profunt preces Ecclefiae, aut facrificia, nec offerri poffunt pro priuer cum folo originali peccato ante Baptifmum decedentibus. num. 5.
Nec profunt mortuis apud Inferos perpetuo damnatis. num. 6.
Quomodo intelliguntur ij Auctores, qui affirmant, facrificia damnatis prodeffe. num. 7.
Proponuntur aliae obiectiones. ibid.
Satisfit obiectionibus, & facto D. Gregorij, qui facrificauit pro Monacho damnato. num. 8.
Expenduntur verba, quibus vniuer Ecclefia in Offertorio Miffae pro defunctis. num. 9.
Non profunt, nec applicantur etiam pro paruulis, qui poft Baptifmum, ante rationis vfum moriuntur. numero 10.
Profunt Miffae, & orationes, atque elemofyne pro defunctis in Purgatorio exiftentibus. num. 11.
An profunt Sanctis, qui in caelis funt. num. 12.
Sanctis non offertur facrificium Miffae, fed foli Deo in illis. num. 13.
Proponitur obiectio, & foluitur. num. 14.
An Miffae, & orationes profunt perpetuo apud Inferos damnatis, vt eis penas mitigent, dum durant. n. 15.
Agitur de hiftoria anima Traiani: illam quidam negant. ibid.
Probabilis eft fuiife veram. num. 16.
Refertur prima opinio dicens, animam Traiani non fuiife precibus D. Gregorij ab Inferis fufcitaram, fed ex Dei difpenfatione poft mortem fuiife alicubi dezentam, vt poftca propter illius orationes penitentiam ageret. num. 17. & 18.
An Salomon faluus fuerit, n. 17. verfu. De Salomonis falute.
Temerarium eft dicere, peccaffe moraliter D. Gregorium orantem pro anima Traiani. num. 19.
Referuntur

Refertur secunda opinio affirmans, animam Traiani non fuisse peccatis liberam, & a penis damnationis, ita ut postea saluaretur. num. 20. Quamvis istarum opinionum sit probabilior. n. 21.

1. Vo sunt hominum genera, pro quibus Missa offerri potest, aut sunt mortui, aut viui; & primum, ut doctrina intij huius capituli continuatim procedat cum doctrina capituli praecedentis, agens de mortuis, deinde de viuis. Mortui ergo, vel adhuc in igne purgatorio existunt, vel iam ad immortalitatem sunt recepti, vel sunt pueri ante Baptismum decedentes, qui in Limbo, & gloria, & poena priuantur, vel sunt alij, qui apud Inferos perpetuo, aeternoque supplicio damnantur.

2. Dubium ergo esse potest, vtrum sacrificium Missae proficit iis, qui in igne purgatorio existunt. Negant Haeretici communiter nostri temporis: omnes enim illi neruos contendunt, vt defunctos apud ignem purgatorium existentes, tam pijs suffragijs priuent; & ideo omnes sacrificia pro defunctis maxime detestantur, inter quos est Caluinus in Antidoto articulorū Parisiensium, & Kemnitius quidam in 2. part. examinis Conc. Trident. Fortius ac validius illorum argumentum est, quod, videlicet, Christus Dominus, cum sacrificaret, dixerit: Accipite, & manducate, mortui autem, neque accipere, neque edere valent. Sed futile admodum, ne dicam lepidissimum argumentum est: nam, quando Christus Dominus dixit: Accipite, & manducate, loquebatur iis, quibus Sacramentum porrigebat: non autem iis omnibus, pro quibus sacrificium offerebat; siquidem Christus Dominus iis tantum discipulis, qui praesentes erant, Eucharistiam porrexit: obtulit autem illud sacrificium pro omnibus, & totius mundi salute: nam, vt notat egregie Bellarm. lib. 2. de Missa, c. 7. initio, ibidem habemus sanguinem Domini oblatum esse pro illis, & pro multis.

Bellarm.

3. Concors igitur Patrum omnium, Conciliorum, & Theologorum doctrina est, & certissima de fide sententia, Missarum sacrificia admodum prodesse iis, qui sunt in purgatorio igne pro poenis temporariis illius ignis remittendis. Ita docet Durand. lib. de ritibus Eccles. Catholicae 2. c. 43. vbi laetissima testimonia Patrum, & Conciliorum pro hac parte citat. Docet etiam Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 22. quaest. 8. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 16. initio. Bellarm. lib. de Missa 2. cap. 7. Tertullianus lib. de corona militis, ibi: Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitiiis annua die facimus. D. Chrysof. hom. 69. ad populum Antiochenum, vbi ita: Hac ab Apostolis sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, multam utilitatem.

Durand.

Azor. Henrig. Bellarm. Tertull. D. Chrysof.

D. Cyrill.

D. Cypr.

D. Ambr. D. Aug.

Possidon.

2. lib. Machab. c. 12. Judas Machabaeus iussit offerri sacrificium pro peccatis mortuorum; & scriptura hoc factum laudans aperte dicit: Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Probat, vt secundum ex Concilio Trident. sess. 22. can. 3. vbi de fide definit, Purgatorium esse & animas ibi detentas pijs Ecclesiae suffragijs, & Missarum sacrificijs iuari, ibi: Si quis dixerit Missae sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorum, vel soli prodesse summenti, neque pro viujs & defunctis, pro peccatis, poenis, satisfacionibus, & alijs necessitatibus offerri debere, anathema sit. Et in eadem sess. 22. c. 2. ita ait: Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis, sed pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, ritē iuxta Apostolorum traditionem offerunt. & sess. 25. cap. 1. in decreto de Purgatorio, ita docet Concilium Trident. Cum Catholica Ecclesia Spiritu sancto edoctrina, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione, in sacris Concilijs, & Nouissime in hac oecumēnica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio iuari; praecipit sancta Synodus Episcopis, vt sanam de Purgatorio doctrinam a sanctis Patribus, & sacris Concilijs traditam credi, doceri, teneri diligenter studeant. Probat, tertio ex consuetudine totius Ecclesiae vniuersalis Catholicae, & Apostolicae, & ex traditione Apostolorum: nam constat, hunc ritum sacrificandi pro poenis mortuorum, ab Apostolis ad nos continuam, & religiosissimam traditionem dimanasse, vt docet Concilium Tridentinum secundo loco allegatum: & docet aperte Rabbanus lib. 2. de Instit. Clericorum, cap. 44. & ante eum Isidorus lib. 1. de Officijs diuinis, cap. 48. & ante Diuum Isidorum, D. Chrysof. homil. 69. ad populum allegatus. Probat, quarto, efficacissimo argumento contra ipsos Haeticos deducto ab haeresi Arij, quae publice praesens temporibus in Ecclesia damnata fuit: nam Haeretici admittunt, antiquam Ecclesiam fuisse veram & Catholicam, columnam veritatis, & in Spiritu sancto congregatam. Arius enim docebat, non esse pro mortuis sacrificium offerendum: quam haesim cum Ecclesia antiqua, quae etiam Haeticorum testimonio vera erat, damnauit, simul omnes Lutheranos, & Caluistas damnauit: & licet D. Epiphanius haeresi 75. subobscurè indicet, praedictum Arium negasse commemorationem mortuorum inter sacra mysteria; tamen in alio libro, qui inscribitur, Anacephalosis, id est, recapitulatio omnium haesim, sic ait: Arius multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem existens, Arianus persequissimus; verum amplius docet, non oportere offerre pro ijs, qui obdormierunt. Probat, denique ratione efficacissima: quia homines comittunt sapientissime in hac vita multa venialia, quae in hoc saeculo, nec confessa, nec condonata fuerunt, quae quidem in alio saeculo ignis purgatorij poenis eluuntur, ac purificantur, iuxta illud Apocalyp. 21. Nihil inquinatum introibit in eam, id est, in caelestem patriam: & haec vt remittantur, indigent defunctorum animarum orationibus, ac sacrificijs fidelium in hac vita existentium, quae planè sacrificia ex institutione diuina, continuo vsu Ecclesiae probata, & ab Apostolis inuoluta traditione deriuata, multum iuuant ad remissionem praedictarum poenarum. Praeterea, Sacramenta Ecclesiae delent culpam mortalem, ritè ac debite suscepta, & applicata, & non delent totam poenam temporalem, quae poenae temporales paulatim in igne Purgatorij exstinguuntur: ad remissionem igitur harum temporalium poenarum, iuuantur mortui Ecclesiae precibus, ac sacrificijs, vt fides Catholica

Cons. Tr.

Rabban. Isid. D. Chrysof.

Catholica docet, cui malum assentire, quam Caluino, & alijs inimicis Ecclesiae sectariis. 4. Nec obstat, mortuos esse iam extra viam mendi: nam illi non merentur simpliciter in igne purgatorio augmentum gratiae, aut gloriae, sed satisfaciunt poenis affectuionem eius gloriae impediuntibus, quam per gratiam in hac vita comparauerunt, & sic sunt in statu poenae, non mereri, ac simpliciter loquendo hoc proprie non est mereri, sed est pati, & per satisfacionem poenarum, imò per poenas satisfaciunt, & tollere impedimentum consecutionis praemij emeriti, improprie tamen, & latissimo modo dici potest mortuos in Purgatorio mereri, non augmentum gratiae, aut gloriae absolute, sed accelerationem gloriae per gratiam acquisitam in hac vita comparatae. 5. Non profunt vero Ecclesiae preces, ac sacrificia pueris cum solo originali peccato decedentibus; & ideo non debent pro eis offerri, vt probat Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 22. quaest. 7. & Henrig. lib. 9. de Missa, cap. 16. num. 2. & est communis Theologorum sententia: nam huiusmodi pueri cum solo originali peccato ex hac vita ante Baptismum decedentes, in perpetua poena damni, & carentia visionis diuinæ in Limbo sunt; non tamen illi poena aliqua sensus affliguntur, quia peccata actualia, quibus illa debetur, committere in ea paruula aetate non potuerunt. Obiicies illud D. August. in Enchiridio, cap. 109. & lib. 1. de orig. animarum, cap. 9. & 10. & lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 1. mortuos alios esse valde bonos, alios valde malos; alios vero nec valde bonos, nec valde malos; & primos quidem valde bonos, & valde malos sacrificijs non iuari; alios vero nec valde bonos, nec valde malos iuari: at paruuli cum solo originali peccato ex hac vita decedentes videntur esse illi, qui nec valde boni, nec valde mali sunt, cum nec inter eos numerentur, qui caelestem patriam sunt adepti, nec inter eos qui apud Inferos cruciantur. Respondeo, Diuum Augustinum his locis appellare eos, qui in igne Purgatorij sunt, nec valde bonos, nec valde malos: quasi diceret, eos propterea esse nec valde bonos, nec valde malos, quia nec Dei visionem statim sunt adepti, nec ad aeternas damni & sensus poenas sunt condemnati. 6. Ex his facile est intelligere, non prodesse etiam preces Ecclesiae, & Missae sacrificia mortuis apud Inferos perpetuo supplicio damnatis, & ideo pro illis certum est sacrificium offerri non posse: neque id vlli haecenus, aut Haeretici, aut Catholici negarunt: nam culpa, & poena illorum sunt irremissibiles. Ita docet Bellarm. lib. 2. de Missa, c. 6. §. Pro ijs autem. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 22. q. 6. D. Thom. 3. p. q. 52. art. 6. Durand. in 4. dist. 45. q. 2. D. Anton. 3. p. titulo 32. §. 2. Henrig. lib. 9. de Missa c. 16. n. 2. Quare D. Aug. lib. 1. de animarum orig. c. 9. & 11. ex professo docet, sacrificium offerri non posse pro paruulis defunctis sine Baptismo: & in Enchiridio cap. 109. & 110. dicit, nihil prodesse damnatis ad gehennam sacrificium, si pro eis offeratur. Et non solum eis non profunt sacrificia ad plenam remissionem poenarum; sed nec etiam vt tolerabiliores illis fiant, saltem dum pro eis sacrificia offeruntur, cum bona fide non putantur damnati: neque enim eis tunc redduntur mitiores vltis poenae sensus, iuxta Doctores citatos, vt quidam male omnino dixerunt, innixi ijs rationibus, quae numero sequenti in obiectionibus tanguntur. Et ideo, si constet, aliquem discessisse impenitentem in notorio peccato mortali, nec Missae pro eo offerri debent, nec Ecclesiastica sepultura ei dari, vt docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. num. 8. & Henrig. lib. 9. de Missa, cap. 16. num. 2. initio. P. Steph. Fagundes in quinque prac. Eccl.

Azor. Henrig.

D. August.

Bellarm. Azor. D. Thom. Durand. D. Ant. Henrig. D. August.

Nauar. Henrig.

Obiicies tamen primo locum D. Aug. in Enchiridio, c. 109. vbi dicit, mortuos Ecclesiae sacrificijs, & orationibus iuari, vt vel plena sit eorum remissio, vel tolerabilior eorum damnatio: & lib. de cura pro mortuis, cap. 9. vbi dicit, sacrificandum esse pro omnibus baptizatis mortuis, & oblationes, sacrificiaque quibusdam prodesse defunctis, vt illorum tolerabilior fiat damnatio: & idem repetit lib. 1. de origine animarum, cap. 9. & 10. Obiicies secundò factum D. Gregorij Papae, lib. 4. Dialog. cap. 55. vbi refert, Religiosum quendam contra votum paupertatis pecunias furto abstulisse, & ob huiusmodi sacrilegium priuatum fuisse Ecclesiastica sepultura, & in sterquilinio consepultum, dicentibus alijs Religiosis: Pecunia tua tecum sit in perditionem, & tamen praecipisse D. Gregorium Religiosis, vt pro eo orarent, & sacrificia Deo offerrent spatio nonem dierum: quo exacto, sacrificiorum subsidijs liberatum fuisse à poenis Inferni, vt D. Gregorio diuinitus fuit reuelatum. Tertio obiicies locum sacrae Scripturae 2. Machabaeorum, c. 12. vbi habetur, oblata fuisse sacrificia à Iuda duce pro ijs, qui in bello occubuerant; & tamen ibidem dicitur, eos ob sua peccata ab hostibus fuisse prostratos. Immo, ait Scriptura, de donarijs idolorum, quae apud Iamianam fuerant, a quibus lex prohibet Iudeos: omnibus ergo manifestum factum est, eos ob eam causam corruisse, & omnes intellexerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. Ergo erant ij apud gehennam damnati. Quarto obiicies vsu sanctae Matris Ecclesiae in Missis defunctorum supplicantis, deprecantisque pro mortuis in Offeritorio Missarum, vt eos de profundo lacu liberet, ac de poenis Inferni.

72

8.

Sed ad haec loca D. Augustini respondeo, quicquid dicat in contrarium Glossa in c. Tempus 13. q. 2. D. Augustinum in his locis damnationis nomine, poenam tantum ignis Purgatorij intellexisse, & de ijs solum, qui ad poenas Purgatorij damnantur, fuisse locutum; non vero de ijs, qui poenis Inferni sunt macipati, vt optime animaduertit Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 22. q. 6. & Henrig. lib. 9. de Missa, c. 16. n. 2. sic vltimè dicimus, fontes damnari ad carcerem, ad triremes, ad exilium, quantum ea damnatio non sit perpetua. Ad factum D. Gregorij respondeo, dicendum esse huiusmodi Monachum ad vitæ exitum de suo peccato poenituisse; priuatum tamen fuisse à D. Gregorio Ecclesiastica sepultura ad aliorum exemplum & terrorem: & quia D. Gregorius eius poenitentiam in fine vitæ diuinitus agnouit, idcirco sacrificia pro eo fieri iussit, & eas poenas, quas in Purgatorio patiebatur, voluit D. Gregorius, vt alij perditionem vocarent: quia, nisi in fine vitæ respiceret, digna profecto erat ea culpa aeterna perditione, damnationeque. Sic responderi optime Azor citatus tom. 1. lib. 10. c. 22. q. 6. Ad argumentum deductum ex 2. Machabaeorum, c. 12. respondendum est, Iudaeos ob sua quidem peccata in bello deuictos periisse; sed in fine vitæ, illorum multos de peccatis doluisse, ac proinde pro illis sacrificia à Iuda oblata fuisse ad poenarum quidem, non autem ad culpam remissionem, vt docet idem Azor loco allegato: nam dolor culpam deleuat: at post extinctionem culpae sepe remanet reatus poenae temporalis, vt Catholici vnanimi consensu docent, & patet ex Concilio Trident. sess. 6. Conc. Tr. cap. 14. & sess. 14. c. 8. & canone 12. qua de re multa docet Bellarm. lib. 1. de Purgatorio: & sic, licet peccata post contritionis dolorem, quoad culpam transeant, ac condonentur; remanent tamen quoad reatum poenae temporalis pro hac, & alia vita. Ad vltimum argumentum deductum ex precibus in Missa pro defunctis, dicendum est, Ecclesiam per Tartarum, & per locum obscurum, & per Infernum, ac profundum



profundum lacum intelligere poenas ignis purgatorij, non gehennae. Orat igitur Ecclesia Deum, vt Missarum suffragiis placatus liberet eas animas a poenis Inferni, id est, a poenis ignis Purgatorij.

9. Sed claritatis gratia expendamus singula verba, quibus vtitur Ecclesia in offertorio Missae pro defunctis, dum Deum orat, vt poenas, quas patiuntur illorum animae in igne Purgatorio existentes, remittat: Libera eas, inquit, a poenis Inferni, & a profundo lacu: id est, a purgatorio igne, qui nihil differt ab igne Inferni, & a carcere Purgatorij subter terram abdito, vbi detinentur, ac cruciantur, quoad vsque poenas eluant, ac pro illis satisfaciunt. Nec absorbeat eas tartarus: hoc est, ne amplius & diutius ibi remorentur. Ne cadant in obscurum, id est, ne post hoc sacrificium factum, & pro eis oblatum, permittas adhuc, eas in loco obscuro Purgatorij cruciari. Sed Signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam. id est, fac, vt per hoc sacrificium poenas debitas in totum exoluant. Et vt eas sanctus Michael in lucem sanctam, & in sinum Abrahae deducat: hoc est, in caelesti patria sistat, ac collocet: vocat autem Ecclesia caelestem illam patriam, sinum Abrahae; quia est locus, vbi iusti, velut Abraham, excipiuntur. Sic explicat, & bene, hanc orationem Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 22. q. 8. Nec obstat, quod huiusmodi animae iam ad poenas Purgatorij sunt damnatae: nam vel ita eas Ecclesia Christo repraesentat, ac si tunc essent in vita discessurae, quasi Ecclesia eas consideret adhuc agonizantes; & pro eis Deum orat, ne ad locum Purgatorij derudantur, & vt a poenis illius liberentur, vt optimè explicat Henricus lib. 9. de Missa, c. 1. 6. n. 3. sine: vel modo explicato ac sensu orationis Offertorij, quem haec tenus diximus, orat.

10. Non profunt etiam sacrificia & orationes iis paruulis, qui post Baptismum ante rationis usum moriuntur nec Ecclesia pro illis ea offert: quia illorum animae statim in caelum recta tendunt, atque euolant: delet enim Baptismus maculam peccati originalis, qua deleta, nihil obstat, quominus statim gloriam assequantur. Patet ex Concil. Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali, num. 4. docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 22. quaest. 9. & est res certa. Non prohibentur tamen Missarum sacrificia fieri, cum huiusmodi paruuli sepeliuntur; sed tunc sunt Missae, & sacrificia, officiaque exultationis, ad solatium viuorum, vt videant Ecclesiam suis votis, ac suffragiis suos mortuos iuare; & vt ostendatur, huiusmodi pueros ad vnitatem Ecclesiae pertinere; quae sacrificia illis non profunt, nec pro illis offerenda sunt, cum illis non indigeant, sed pro aliis mortuis, quorum adhuc peccata in igne purgatorio expurgantur. Ita docet Azor citatus, Nauar. de orat. & Horis canon. cap. 19. num. 65. D. Thom. in 4. distinct. 45. quaest. 2. art. 2. & Palud. ibi. quaest. 1. art. 2. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 14. num. 2. sine. Rodrig. in explicat. Cruciatu, §. 14. num. 5. Gabriel in Canon. Missae, lect. 57. Alexis Alensis 4. p. q. 42. articulo vltimo.

11. Constat igitur ex iis, quae haec tenus diximus, praesertim num. 3. Missarum sacrificia multum prodesse iis defunctis, qui in purgatorio igne existunt: quod satis ibi probauimus ex auctoritate Ecclesiae, & Sanctorum Patrum. Sed adhuc Haeretici Lutherani, & Calviniani, vt sacrificium Missae de medio tollant, dicunt, Patres a nobis ibi allegatos loqui praecitatis ibi locis, non de sacrificio Missae; sed de sacrificio precum, orationum, & elemosynarum: at falluntur apertissime: nam D. Cyprian. lib. 1. Epistol. 9. dicit, sacrificium celebrari pro defunctis in Altari. Augustinus verò distinguit tria, quae offeruntur pro defunctis, elemosynas, preces, & sa-

Azor.

Henricus.

Conc. Trid.

Azor.

Azor. Nauar. D. Thom. Palud. Henricus. Rodrig. Gabriel. Alensis.

D. Cyprian.

D. Augustinus.

crificia, & omnia dicit prodesse, vt in Enchiridio cap. 110. & serm. 34. de verbis Apostol. & libro de cura pro mortuis, cap. 18. & lib. 9. Cōfess. cap. 12. dicit, offerri pro mortuis sacrificium pretij nostri: & lib. 1. de orig. animar. cap. 11. & cap. 9. dicit offerri pro illis sacrificium Corporis, & Sanguinis Domini: quibus testimoniis oppressi Haeretici occurrunt, ac dicunt, in celebratione Eucharistiae consuetum fuisse olim commemorari mortuos, non quasi oblatio Eucharistiae, & sacrificium Missae esset propitiatio pro defunctis, aut illis prodesset; sed quasi esset testificatio illius articuli Symboli Apostolici, Communionem Sanctorum, vt, nimirum, profiteatur Ecclesia, ad mysticum Corpus ipsius Ecclesiae pertinere, tam mortuos, quam viuos. Sed hoc merum est figmentum, vt docet Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 7. §. finali: nam Patres praecitati num. 3. apertissime dicunt, multum prodesse animabus defunctorum: & D. Augustinus in Enchirid. loco allegato, clarè vtitur voce propitiatiois, dum ait: Pro non valde malis propitiatio est.

Dubium tamen excitant nonnulli, an sacrificium Missae proficit Sanctis, qui ad immortalitatem iam recepti sunt, & cum Christo regnant: quod dubium iam ex iis, quae dicta sunt num. 10. resolutum manet. Nam certissimum est, sacrificium Missae non prodesse huiusmodi Sanctis, neque ad culpam, neque ad poenam remissionem, neque ad augmentum gratiae, aut gloriae essentialis: & in hanc veritatem conspirant omnes Catholici; neque illis contentio est vlla ea de re cum Haeticis. Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. c. 22. lib. 10. q. 5. & Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 8. §. Quod ad primum attinet. Et idem docet D. Augustinus tract. 84. in Ioannem; & sermone 17. de verbis Apostolici. Henricus lib. 9. de Missa, cap. 14. n. 2. & idem cum in sacrificio Missae oramus, vt oblatio Sanctis proficit ad gloriam, non tam oramus pro Sanctis, quam pro nobis: petimus enim à Deo gratiam ita sanctè, piè, & iuste sacrificium offerendi, vt meritò inde Sancti letari, & gloriari possint, & vt gloria inde illis coram hominibus, honoreque accreseat, vt optimè docent Bellarm. & Azor, locis citatis. Et similiter, cum Sancti, ac Patres dicunt, sacrificium offerri pro Apostolis & Martyribus, non intelligunt offerri pro eorum salute, sed pro eorum honore: siquidem constat, vt dixi, non offerri sacrificium, ad expiationem delictorum, aut poenarum remissionem, aut gratiae, vel gloriae essentialis augmentum, eorum Sanctorum, qui iam cum Christo regnant, & ad immortalitatem sunt recepti: & hoc sensu verum est illud pronuntiatum, quod passim in ore fidelium versatur: Iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre, vt habetur in cap. Maribus de celebr. Missarum.

Certissimum est etiam, Sanctis non offerri sacrificium Missae, sed soli Deo viuo & vero in cultum laetitiae. Ita docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 14. §. 2. & c. 5. §. 2. Bellarm. lib. 2. de Missa, c. 8. §. Probatum haec omnia. Azor tom. 1. Inst. moral. cap. 22. lib. 10. quaest. 5. Probatum ex Diuo Augustino lib. 20. contra Faustum, cap. 21. Quauis in memorias Martyrum, inquit, constituantur Altaria, quis unquam Antifistum in locis Sanctorum corporum assistens Altari, aliquando dixit: Offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane, sed quod offeritur, Deo offertur, qui Martyres coronauit apud memorias eorum, quos coronauit. Et idem sacrificium Missae non est per se institutum ad Sanctos honorandos & inuocandos, sed ad Deum colendum, & propitium reddendum: quod aded verum est, vt verum sacrificium sit, etiam si in eo nulla fieret Sanctorum commemoratio. Templum etiam, & Altaria non sunt immoderate, primariè, & per se ad sanctorum honorem; sed

12.

Azor. Bellarm. D. Augustinus. Henricus.

13.

Henricus. Bellarm. Azor. D. Augustinus.

sed secundariè: primariè enim, & per se sunt, & extruuntur templa sub nomine alicuius Sancti, & tutela illius in honorem Dei, vt, scilicet, Deus in Sanctis, & per Sanctos suos honoretur. Et Ita habetur expressè in Conc. Trid. sess. 22. cap. 3. & D. Augustinus lib. 8. de Ciuitate Dei, cap. 27. vbi sic legitur: Nos Martyribus non constituumus templa, sacerdotias, sacras, & sacrificia. id est, primariè, in honorem illorum, sed secundariè. Quo enim sensu offerimus Sanctis Missas, & sacrificia; eodem iis erigimus templa, & altaria: semper verò in Ecclesia consuetum fuit, vt Sancti commemorarentur in Missa. Primò, vt assidue pro nobis preces Deo offerant, iuxta D. Basilium in Liturgia, vt quia nobis ipsi parum fidimus, memoria & intercessione illorum suffulti ad Deum accedere non vereamur. Secundo, vt Deus illorum orationibus preces nostras suscipiat, iuxta D. Cyrillum carecheli §. mystagogica. Tertio, vt illorum supplicationibus Deus non respiciat, propitiòrque reddatur nobis, iuxta D. Chrysostrum in Liturgia. Quarto, non vt pro iis oremus; sed magis, vt ipsi pro nobis orent.

14. Sed dices: Hostia & oblatio ipsa, quae offertur in Missa, nempe, Christus Dominus, qua homo Deus, est per se sufficiens ad omnia nobis bona impetranda, & ad nobis Deum propitium reddendum: ergo non est ratio, ob quam sanctorum Martyrum, & Apostolorum patrocinium in Missa imploremus. Respondeo, ipsam quidem hostiam, cum sit corpus, & sanguis Domini, per se satis sufficere ad omnia nobis bona impetranda; & tamen nihilominus voluit Christus, vt Sanctorum patrocinium imploremus in Missa, vt ipsi Sancti honorentur, & colantur à nobis, vt eo exemplo nos ad illorum virtutes, & sanctitatem imitandam prouocaret; non quòd sacrificium Missae primariè sit institutum, vt dixi numero praecedenti, ad honorandos Sanctos; fuit enim institutum primariè ad Deum colendum, nobisque propitium reddendum: sed, vt illos oremus, vt pro nobis ipsi intercedant; & sic secundariè etiam illos in nostrum commodum honoremus.

15. Sed, quòd orationes Ecclesiae & sacrificia profint iis mortuis, qui apud Inferos perpetuo supplicio damnati sunt, vel, vt iis poenae in totum, vel saltem per aliquot tempus remittantur, probat historia animae Traiani, quae, vt refertur à grauissimis Doctoribus, & lacrymis, & orationibus D. Gregorij Papae à poenis gehennae liberata fuit. Et quidem hanc historiam de liberatione animae Traiani fuisse suo tempore toto orbe vulgatam, refert D. Ioannes Damascenus sermone pro defunctis, & ibidem asserit Damascenus ex historiis Palladij, Diuum Macharium oralle pro anima alterius damnati, cuius cranium repererat in solitudine, eumque ad vitam suscitasse. Quidam reiciunt hanc historiam animae Traiani, quasi fabulam: & certè Bellarm. lib. 2. de Purgatorio, cap. 8. & 18. dubitat de fide huius historiae: dubitat etiam Medina C. de oratione, fol. 166. & dicit Bellarminus, historiam non esse certam. Primò, quia non reperitur in vita D. Gregorij, quae habetur in vaticano ex Ioanne Diacono, & Petro Diacono, & Auctore quodam in nominato. Secundo, quia huius historiae non meminerunt Latini neque ex scholasticis illius meminit Bonau. in 4. distinct. 46. quaest. 1. vbi hanc quaestionem versat, vtrum preces & orationes profint iis, qui apud Inferos sunt: nec Scotus, Capreolus, aut Hispanensis in 4. distinct. 45. nec Alexander. 4. part. quaest. 93. m. 3. art. 7. nec Beda Anglicus, qui tamen fuit studiosissimus D. Gregorij, Sotus in 4. distinct. 45. q. 2. art. 2. ait, id sibi fieri creditu durissimum. Victoria fabulam appellat, sed fide dignam: P. Steph. Fagundez in quinque praec. Eccl.

Concil. Trid. D. Augustinus.

14.

15.

Damascenus.

Bellarminus.

Alensis. Beda. Sotus. Victoria.

& Sotus q. 1. art. 2. rursus ait, si quos Sanctorum orationibus fuisse ab Inferis suscitatos; eos postea ad Inferos descendisse, ne mutaretur illorum praedestinatio. Ledefma 2. p. q. 16. a. 1. 3. fol. 163. ad finem, & q. 3. a. 2. negat, historiam esse authenticam, licet reputet factum probabile. Canus lib. 11. de locis, c. 2. ait, quosdam vocare fabellam. Tertio, quia nec ille sermo pro defunctis est beati Ioannis Damasceni, nec ille vixit post D. Gregorium: floruit enim ante illum, & illo fuit antiquior, vt putat Bellarm. dict. lib. 2. de Purgatorio, c. 8.

At historiam fuisse veram, probabilior est sententia, cum, vt docet Henricus lib. 9. de Missa, cap. 16. n. 4. litera B. ad marginem, Ioannes Diaconus in vita D. Gregorij referat, eam historiam fuisse repperam in Ecclesia quadam Anglorum: & id statim patebit ex multitudine Auctorum, qui de hac historia mentionem fecerunt, quos statim referam, n. 17. ille verò sermo reuera est beati Damasceni, vt dicit idem Henricus citatus, & D. Gregorius multò fuit antiquior beato Damasceno non vice versa, constat enim Damascenum floruisse tempore secundae Synodi Nicenae sub Theodosio IV. Imperatore, & vixisse tempore Leonis Imperatoris III. & IV. vsque ad Leonem Papam IV. quando fuit schisma Graecorum post Gregorium Papam, vt referunt Volater. lib. 16. & alij multi, quos citat Henriquez allegatus num. 5. ad marginem, litera H.

Supposito ergo, quòd ea historia sit vera, vt reuera est, quidam existimant, animam Traiani non fuisse à gehenna Inferni suscitaram, sed ex Dei dispensatione post mortem detentam alicubi fuisse ad tempus, vt postea lacrymis, & orationibus D. Gregorij à Deo praeuis suscitatus Traianus penitentiam ageret, & saluaretur. Et hoc censet probabilè D. Thom. in 4. distinct. 45. q. 2. ad 5. & in 1. distinct. 43. quaest. 2. ad 5. Durandus in 4. distinct. 45. quaest. 2. ad argumentum Richardi, art. 2. quaest. 1. Carthusianus in 3. distinct. 3. 1. quaest. 6. disputat. 43. quaest. 1. Gabriel in Canonem, lect. 56. Cassianus Catalogo gloriae mundi, pag. 106. considerat. 27. Nauar. de orat. notabili 22. num. 43. & 45. Frater Alfonso Chacon libello de saluatione Traiani. Corduba lib. 1. quaest. 5. 1. sine. Rebuffus in concordia, in initio. Aluissod. lib. 4. ad finem. Albertus 1. part. Summae de homine, quaest. 77. Ledefma 2. part. 4. quaest. 16. art. 1. 3. & quaest. 3. artic. 2. Vigerius titulo de poenit. c. 16. §. 4. vers. 35. & dicit esse communem Ilhescas in vita D. Gregorij Papae, & Sotus in 4. distinct. 45. quaest. 1. artic. 4. dicit esse probabile: eo tamen admisso docet, Traianum postea damnatum fuisse, ne praedestinatio illius mutaretur: est enim praedestinatio, decretum Dei aeternum, & infallibile. Et certè non est incredibile quòd tot, tantisque Doctoribus videretur probabile. Probati potest primò haec opinio: quia id reuelatum fuit beatae Mechthildi: quaerenti enim à Deo, quid actū esset de anima Traiani, Samsonis, & Salomonis; responsum fuit, velle Deum esse incognitum, quid actum esset ab eius liberalitate cum illorum animis, vt refertur in illius reuelationibus, quae approbatae sunt à Sede apostolica, iuxta graues Doctores. In quo significatur, Traianum fuisse saluum ob immentam Dei liberalitatem supra omnem legem: nam Samson ab Apostolo, laudatur ad Hebraeos 11. tanquam sanctus, quòd Deo placuerit, & non de sola fide; si enim de sola fide eum laudare Apostolus voluisset, non diceret placuisse Deo: miraculosa enim virtute vitam finiuit, vt Philisthaeos Dei virtutem irridentes occideret: & idem Samsonem fuisse saluum, & Dei monitu & inspiratione deiecisse columnas, docet Aug. lib. 1. de Ciuitate Dei,

Ledefma. Canus.

Bellarminus.

16. Henricus. Ioan. Diac.

17.

D. Thom. Durand. Richard. Carthusianus. Gabriel. Cassianus. Nauar. Chacon. Corduba. Rebuffus. Aluissod. Albertus. Ledefma. Vigerius. Ilhescas. Sotus.

D. Augustinus.

*Lira.* c. 21. & 26. *Lyranus*, & *Hugo Cardinalis* in *Judic.* 16. vbi *Abul.* quæst. 54. dicit, hanc esse sententiam communem Hebræorum; quam sententiam tenet etiam *D. Hieron.* *D. Hieron.* *Glossa ord.* *D. Thom.* *Sorus.* *Simanca.* *Isidor.* *Hieron.* *D. Ambr.* *Origenes.* *Leo Papa.* *D. Thom.* *Pelagius.* *Phigius.* *D. Hieron.* *D. Hilari.* *D. Cyrill.* *D. Irenæus.* *Vincentius.* *D. Bonan.* *Pineda.* *D. August.* 18. *Bellarmin.* *Genebrard.*

c. 21. & 26. *Lyranus*, & *Hugo Cardinalis* in *Judic.* 16. vbi *Abul.* quæst. 54. dicit, hanc esse sententiam communem Hebræorum; quam sententiam tenet etiam *D. Hieron.* *D. Hieron.* *Glossa ord.* *D. Thom.* *Sorus.* *Simanca.* *Isidor.* *Hieron.* *D. Ambr.* *Origenes.* *Leo Papa.* *D. Thom.* *Pelagius.* *Phigius.* *D. Hieron.* *D. Hilari.* *D. Cyrill.* *D. Irenæus.* *Vincentius.* *D. Bonan.* *Pineda.* *D. August.* 18. *Bellarmin.* *Genebrard.*

De Salomonis salute probabilis est sententia, illum saluum fuisse. Affirmat *Simanca* de catholicis *Instit.* cap. 30. n. 6. *Isidorus* de obitu *Patriarch.* *Hieron.* in *Eccl.* 1. & *Hebræi* dicunt, hunc librum Salomonis esse agentis pœnitentiam, vbi appellavit idola vana, & viam, quam secutus fuerat, vanam, imò vanissimam: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* *D. Ambrosius* lib. de *Salomone*, & *Apologia* de *Dauid* 1. cap. 3. vocat sanctum Salomonem. Idem tenet *Orig.* in expositione arce *Noë.* *Leo Papa* serm. de aduentu *Domini.* *D. Thom.* lib. 3. de regimine *Principis*, c. 8. *Aluarus Pelagius* lib. 2. de planctu *Ecclesie*, artic. 45. *Albertus Phig.* lib. 7. *Ecclesiasticæ Hierarchie*, cap. 2. *Rufus D. Hieron.* in *Ezechiel.* cap. 43. quia *Prouerb.* 24. ipse dicit: *Novissimè ego egi pœnitentiam*, & aduersus *Iouinianum*, cap. 2. ipsum *Salomonem* inter peccatores, sed sanctos & pœnitentes constituit: & epistola 9. ad *Saluinam*, de seruanda viduitate. *D. Hilarius* in *Palinuro* 52. *D. Cyrillus Hierosolymitanus* catechesi 5. vbi inter pœnitentes, qui salutem fuere consecuti, enumerat *Salomonem.* *Irenæus* lib. 4. c. 45. *Vincentius* in *Speculo historiali* cap. 84. *D. Bonauent.* in proœmio *Ecclesiasticæ*, & nouissimè doctissimus *Pineda* lib. 8. de rebus gestis *Salomonis*, c. 1. sect. 5. vbi magnam *Auctorum* congeriem refert, & id latissime & doctissimè probat: licet multitudine *D. Augustino* lib. 17. de *Ciuitate Dei*, cap. 8. & sermone 20. de *incarnatione*, & epistola ad *Elipsum*, contrarium teneant. At eis obstat continua *Hebræorum* traditio, qui, vt refert *Beda* in fragmentis in *librum Prouerbiorum*, scribunt, *Salomonem* solemnem pœnitentium ritu quinquies tractum per plateas *Ierusalem* causa pœnitentiæ, & cum quinque virgis venisse in templum, quibus, vt verberaretur à legis peritis postulauit: sed illis renuentibus in *Christum Domini* manum mittere, à seipso acriter fuisse flagellatum, ac tandem seipsum regno deposuisse. Nec mirum: nam, si *Salomon* verè pœnituit in fine vitæ, vt probabile est; credendum planè est, fructus egisse pœnitentiæ, vt publicum scandalum clueret. Sicut ergo probabile est, *Salomonem*, & *Samsonem Dei* liberalitate fuisse saluos: ita probabile etiam est, animam *Traiani* precibus beati *Gregorij* ad vitam in proprio corpore rediisse, & fructus egisse pœnitentiæ, ac tandem saluum fuisse.

Secundò probatur quia non repugnat, contulisse Deum ex orationibus præuisis *D. Gregorij*, tanquam ob meritum congrui, hoc donum *Traiano*, vt sententiam vltimam particularis iudicij non audiret, quoad vsque ad vitam rediisset, & pœnitentiam egisset: potuit enim *Deus* illum per tale mediū miraculosum prædestinare, maximè quia quorundam iudicij particularis, extremæque sententia fertur fuisse dilata, vt de socio *D. Bruni* refert *Bellarmin.* lib. 2. de *Purg.* cap. 4. & *Genebrardus* in suo *Chronic.* Potuit denique *Deus* hac via & ratione insignem amorem iustitiæ, & pietatis, & alias virtutes morales, quibus *Traianus* in hac vita splenduit, hominibus commendare, vt ad illarum amorem incitarentur: potuit etiam *D. Gregorius* legens historiam, vitamque *Traiani*, videns illius virtutes insignes, præsumere, illum, qui tantis iustitiæ, & virtutum operibus refulsit, decessisse cum fide implicita, & pœnitentiâ; vel saltem potuit *Deus* reuolare *D. Gregorio*, animam *Traiani* alicubi esse de-

rentam, quoad vsque ipse pro eo oraret. Nec solus *Traianus* suscitatus est in salutem: nam multi etiam *Gentiles*, qui secundum rationem naturalem vixerunt, per *Apostolos* ex alia vita leguntur suscitati, qui postea cum fide viuas, & explicitas, & vera pœnitentiâ decedentes salutem sunt adepti, ac consecuti, & prædestinati erant per tale medium miraculosum supra omnem legem ordinariam, vt referunt, qui scribunt vitas *Apostolorum*, & *D. Thom.* in addit. ad q. 71. art. 5. ad 1. & *Nauarr.* de *Indulg.* notabili 22. num. 43. *Ledesma* 2. 4. q. 29. art. 1. *Corduba* lib. 5. de *Indulg.* q. 30. & *D. Aug.* de cura pro mortuis, c. 16. Et parum refert, an ij cruciarentur, vel non cruciarentur interim, vel in Limbo, vel in *Purgatorio*, vel in eo loco, in quo interim detenti fuerunt, vt consideranti patebit.

Vnde equidem temerè ait *Abulensis* q. 57. peccasse mortaliter *D. Gregorium* orantem pro *Traiano*: peccatum enim mortale est, orare pro damnatis apud *Inferos* perpetua pœna gehennæ, cum sint in formali & positiuo odio Dei; & idem *Deum* infixisse *D. Gregorio* perpetuum dolorem stomachi, ac pedum; non enim *Traiani* anima, vt dixi, apud *Inferos* erat: nam apud *Inferos* nulla est redemptio: necdum iudicium particularis subierat, aut extremam sententiam audierat; sed alicubi detenta erat, & miraculosè seruata, vt ad vitam precibus *D. Gregorij* rediret, & pœnitentiam ageret: fuit enim is dolor beato *Gregorio* inflicti ob alias causas nobis incognitas, vel saltem ad maiorem rationem meriti, & exercitium patientiæ ipsius Sancti: qua ratione datus etiam *D. Paulo* Angelus *Satanæ*, & stimulus carnis, ad maiorem gloriam, & meritum illius, iuxta meliorem *Doctorum* interpretationem.

Existimant verò alij, & est secunda opinio, animam *Traiani* non fuisse penitus liberatam à damnatione perpetua gehennæ: quasi post tot annorum sæcula suscitatus pœnituerit, ac saluaretur: fluxerunt enim à morte illius ad tempus, quo dicitur suscitatus fuisse, plus quam 490. anni: *Traianus* enim, vt refert *Henriquez* lib. 9. de *Missâ*, c. 16. n. 4. ad marginem, littera Z, obiit anno 118. & beatus *Gregorius* anno 604. nec *Christus Dominus*, aut *Apostoli* suscitare voluerunt, nisi quosdam post paucos dies ab ipsorum morte, in quos nondum *Deus* extremam, ac particularis iudicij sententiam pronuntauera: sed *Traiano* Imperatori propter aliquas virtutes morales, quibus splenduit, dum vixit, fuisse leuiore pœnas sensus deputatas in *Inferno*, nec *D. Gregorium* pro illo orasse, cum idem affirmet illicitum esse, & inutile pro damnatis ad pœnas *Inferni* orare; nec suffragia aliqua pro ipsis specialiter oblata illis quicquam prodesse, vt probauimus num. 6. nec vsquam legi, *D. Gregorium* pro liberatione illius fuisse orationem, aut sacrificia obtulisse; sed visa illius historia, & vita perlecta, consideratiq; virtutibus, & amore iustitiæ, quo insignitus fuit, naturali quadam animi commiseratione lacrymas vbertim effudisse, eò quòd homo tantarum virtutum moralium ex defectu fidei periisset, Deumque tunc, non orationem illius, quia, vt dicunt, pro illo non orauit, sciens illicitum esse pro damnatis orare; sed desiderium exaudisse, & suspendisse *Traiano* pœnas sensus ad tempus, in ipso *Inferno*, dum, scilicet, vixit *D. Gregorius*, & non illam à mortuis suscitasse, dispensante *Deo* pro eo tempore, in lege ordinaria pœnarum: potuit enim *Deus* ex diuina quadam dispensatione adiacere id, quod oratio non præsumpsit, & de facto voluit, in quo nullum est inconueniens. Sic *Genefcos* 21. num. 16. dicitur *Deus* exaudisse vocem & lacrymas *Ismaëlis*, illicque de aqua abundanter prouidisse,

prouidisse, qua, ne expiraret, egebat, cum tamen nec mater pro illo oraret, nec ipse pro se ex defectu aratis orare nosceret; matre videlicet miseriam pueri pereuntis deplorante, adiuciente scilicet *Domino* id, quod oratione præsumere, aut petere mater non audebat. Hanc opinionem sic explicatam tenet *Henric.* lib. 9. de *Missâ*, cap. 16. numero 4. & alij, quos citat ad marginem, numero 4. littera M. & hi sunt *Altifiodorensis* lib. 4. ad finem. *Præpositus* in compendio *Theologiæ*, *Gilbertus Pictauiensis* in questionibus *Theologiæ*. *Limonienfis* in *Summa Theol.* ad finem, & alij.

Sed ex his duabus opinionibus prima à numero 17. vsque ad 19. explicata, est meo iudicio probabilior, & rationi magis consentanea, & in ea rectè explicantur multæ historiæ à grauissimis *Auctoribus*, & viris doctissimis relatæ, de nonnullis peccatoribus, qui orationibus *Apostolorum*, beatissimæ ac sanctissimæ *Virginis*, & aliorum *Sanctorum* precibus ad vitam redierunt, & aliquantulum postea vixerunt, & facta in via pœnitentiæ, peractaque confessione salutem sunt miraculosè consecuti: durum est enim dicere, eas omnes historias fabellas esse, & merè figmenta. Et ista secunda sententia parum probabilior mihi videtur habere, pensatis ac consideratis omnibus; quia pœna gehennæ irremissibiles omnino sunt, vt probauimus num. 6. iuxta omnes *Doctores* ibi citatos, & indispensabiles, vt docet *Sorus* in 4. distinct. 45. quæst. 1. art. 4. & quæst. 2. art. 2. statuit enim *Deus* legem quandam indispensabilem, ne cui remitterentur peccata, aut pœnæ *Inferni* sine pœnitentiâ viæ.

Præterea repugnat (vt videtur) suspensio pœnarum, etiam ad tempus, loco *Inferni*, omnibus pœnis ex infallibili, & æterno *Dei* decreto addicto; & idem in eo non mitigantur pœnæ sensus damnatis, dum bona fide pro iis, qui ignorantur damnati, *Missæ* offeruntur, vt est communis sententia, quam docet *D. Thom.* 3. parte, quæst. 52. artic. 6. & *Durandus* in 4. distinct. 45. q. 2. & ibi *Sorus* q. 2. art. 2. & *D. Anton.* 3. part. tit. 32. cap. 2. §. 2. & *Sixtus Senensis* lib. 6. *Biblioth.* cap. 47. & nos id etiam docuimus num. 6. & docet etiam *Henriquez* dicto lib. 9. de *Missâ*, cap. 16. num. 2. medio. Quare communiter hodie reprobatu sententia *Ledesmæ* 2. part. 4. q. 3. art. 2. quam etiam innuit *Sixtus Senensis* citatus dicto cap. 47. ad finem, & aliorum asserentium, dicendum potius esse *Deum* ex dispensatione quadam, & priuilegio, propter orationes & lacrymas, ac desideria *D. Gregorij*, transulisse animam *Traiani* ab *Inferis* ad gloriam: reprobatu, inquam, ex eo, quòd *Deus* æterno & firmo decreto legem statuerit, ne cui remittantur peccata sine pœnitentiâ viæ: sicut ergo *Deus* hanc indispensabilem legem condidit, ita etiam repugnat, aliam condidisse, vel in ipsa etiam inclusum esse, ne cui remittantur pœnæ *Inferni*, quando alij orationes, preces, lacrymas, aut diuina sacrificia pro eis *Deo* offerant, qui apud *Inferos* cruciantur.

CAPVT XII.

An sacrificium Missæ offerri possit, & profici peccatoribus fidelibus, & excommunicatis contritis; an Hereticis, & Catechumenis, infidelibus, Turcis, & Paganis.

SVMMARIVM.

*Missæ sacrificium offerri potest pro excommunicatis toleratis.* num. 1.  
*Non licet illud offerre pro non toleratis.* n. 2.  
*Quid si excommunicatio sit nulla, licet sint de ea declarati nominatim.* num. 3.  
*Quid si excommunicatus non toleratus sit in gratia, & verè pœnitens; non tamen ab excommunicatione absolutus sine sua culpa.* num. 4.  
*Refertur prima opinio affirmans prodesse illi sacrificiis; mortaliter tamen peccare, qui pro illo offerit.* ibid.  
*Proponitur secunda contraria, docens nec prodesse, nec licitum esse pro illo sacrificare.* num. 5.  
*Astruitur sententia affirmans, & prodesse, & licitum esse pro huiusmodi excommunicato verè pœnitenti sacrificium offerre.* num. 6.  
*Non est intentio Ecclesie eos excludere à suis suffragiis, quos *Deus* non excludit.* num. 7.  
*Excommunicatus ob falsam causam in foro soli iuste, in foro poli nulliter & iniuste, non priuatur Ecclesie suffragiis, licet sit denunciatus.* ibid. *vers.* *Quartò*, quia.  
*Videtur iniustum priuare hominem pœnitentem, & in gratia existentem, suffragiis Ecclesie.* num. 8.  
*Licet à principio fuerit nocens.* ibid.  
*Soluuntur argumenta contrariarum opinionum.* n. 9.  
*Licet vinculum excommunicationis simpliciter non tollatur ante absolutionem censuræ; suspenditur tamen quoad effectum tantum participationis suffragiorum Ecclesie.* num. 10.  
*Excommunicatus non toleratus, verè tamen pœnitens, eget absolutione censuræ.* num. 11.  
*Et ideo si ante illam moriatur, absolui potest post mortem ad tollendum scandalum.* ibid.  
*Excommunicatus denunciatus verè pœnitens, capax est participationis suffragiorum, & receptionis Sacramentorum occultæ propter scandalum.* num. 12.  
*Potest Sacerdos, dum generaliter pro omnibus fidelibus offert, intentionem suam ad excommunicatos non toleratos extendere.* num. 13.  
*An *Missâ* offerri possit pro publicis peccatoribus.* num. 14.  
*Peccatores includuntur in illo articulo fidei, Credo, Sanctorum communicationem, seu communionem.* num. 15.  
*Quare excommunicati non tolerati non participant hanc communionem, cum retineant veram fidem.* num. 16.  
*Fructus satisfactionis *Missæ* non communicatur statim peccatoribus, sed sublato impedimento peccati.* num. 17.  
*An offerri possit *Missâ* pro Hereticis.* num. 18.  
*An requiratur, ultra declarationem heresis, cui excommunicatio est adnexa, declaratio etiam ipsius excommunicationis.* num. 18. & lib. 2. primi præcepti, cap. 5. num. 5. & 6.  
*Quid si Hereticus sit declaratus de excommunicatione, ob heresim incursam.* num. 19. & 20.  
*An sacrificium *Missæ* offerri possit pro Turcis, Mauris, & Gentilibus: refertur opinio negans; astruitur affirmans.* ibid. num. 21.  
*Prouis est satisfactorium pro illis, offerri non potest licite: sed si sumatur, prout est impetratorium illorum conversionis.* num. 22.  
*Pro conversione Hereticorum directe offerri potest, quatenus est impetratorium: & sic orat Ecclesia in die *Parasceus* pro illis.* num. 23.  
*Respondetur argumentis in contrarium adductis.* num. 24. & 25.  
*Est præter usum, & modum consuetum Ecclesie pro Hereticis & infidelibus orare, & sacrificium offerre; & ideo melius faciunt, qui pro augmento in-*

communi Ecclesiae offerunt. num. 26. & 27. An pro Cathecumenis incompetens offerri possit, & hi sunt, qui culpa sua Baptismum non perierunt, & in illa discesserunt. num. 28. Pro competentibus offerri potest, & quales sunt. num. 29. & 30.

1. Incipiamus ab excommunicatis. Dubium ergo est, an licitum sit offerre sacrificium Missae pro excommunicatis. Et quidem, vel huiusmodi excommunicati maiori excommunicatione sunt iam nominatim declarati, ac denunciati, vel non sunt. Si non sunt nominatim denunciati, licet pro eis sacrificia offerre possimus, & cum eis communicare, tam in diuinis, quam in humanis, cum in nullo teneamur illos vitare, post extraneam Martini V. Ita docent hodie communiter Doctores; Gutierrez lib. 1. quaest. canonic. cap. 1. num. 13. sine versu, Ex quo diluuntur, fol. 14. col. 2. & num. 8. fol. 18. fol. 13. col. 1. Sancius lib. 7. de matrimonio, disput. 9. num. 8. Soarius tomo 5. de cens. disp. 11. sect. 4. n. 5. Tolerus 1.2. Summae. c. 12. n. 2. Med. C. de rest. q. 3. causa 9. fol. 21. col. 1. Sotus in 4. dist. 1. q. 5. a. 6. pag. 106. Victoria in Summa, vbi de excom. num. 339. Ledesma 1. p. 4. q. 5. a. 6. dub. penult. Lud. Lopez 2. p. Instr. vbi de Sacram. in genere, cap. 59. col. 18. fol. 85. versu, At vero originis. Sic nulla est culpa matrimonium contrahere scienter cum excommunicato ligato maiori excommunicatione, nisi sit nominatim denunciatus, aut notorius Clerici percussor. Quis autem in iure notorius sit Clerici percussor, diximus lib. 2. de obligatione audiendi Missam, cap. 5. num. 12. & 13.

2. Si vero excommunicatus iam sit denunciatus, non licet missas, nec publicas orationes pro eo directe offerre, & celebrare, & peccatum mortale est, & graue quidem, contra obedientiam Ecclesiae id facere. Quod sic est intelligendum, vt non liceat Missas, suffragia, & orationes pro eo directe fundere, & applicare, quae nomine totius Ecclesiae, & a ministro publico Ecclesiae (nempe, Sacerdote,) fiunt: nam, quando quilibet Sacerdos orat, vt persona particularis, potest directe orare pro excommunicato nominatim denunciato. vt in Memento Missae, quia orat, vt persona particularis, non vt minister publicus Ecclesiae; non tamen potest ipsum sacrificium pro eo applicare. Ita docet Syluester verbo, Excommunic. 1. §. 2. Tolerus lib. 1. Summae, cap. 12. n. 2. Nauar. c. 27. n. 18. & 36. & lib. de orat. & Horis canon. notabili 13. 14. 20. 21. & D. Thom. in 4. dist. 39. q. vnic. art. 1. ad 5. & dist. 18. q. 2. art. 1. 2. & est communis. Docent etiam omnes, quos citauimus numero praecedenti. Ratio est: quia nominatim denunciatus priuatur per excommunicationis censuram communibus Ecclesiae suffragiis, quae a ministro publico Ecclesiae fiunt, quatenus nomine & persona Ecclesiae fiunt, & hic est primus effectus maioris excommunicationis, priuare, scilicet, excommunicatos omnibus suffragiis communibus Ecclesiae, quae nomine Ecclesiae, & a ministris publicis Ecclesiae fiunt. Imo, vt optime notat Tolerus modò allegatus, hoc non tam est effectus excommunicationis, quam tota natura, & substantia illius: sicut enim natura caecitatis est priuare hominem visu; sic natura excommunicationis est priuare excommunicatum communibus Ecclesiae suffragiis. Notat autem, & bene, Nauar. in Manuali Latino, cap. 27. num. 36. §. Duodecimo ad primum, & in cap. Quando, notabili 19. n. 70. & sequentibus, posse Sacerdotes dicere Missam, & eius valorem applicare pro aliis non excommu-

Onier.

Sanchez. Soarius. Tolerus. Medina. Sotus. Victor. Ledesma. Lud. Lop.

Syluest. Tolerus. Nauar. D. Thom.

Nauar.

nicanis; eo tamen sine, & intentione, vt totum illud opus orandi, & applicandi Missam pro aliis, accipiat Deus pro oratione priuata, vt excommunicatus conuertatur: quia tunc orat, & offert Sacerdos nomine Ecclesiae Missam pro aliis, tanquam minister publicus Ecclesiae, & tanquam persona particularis pro ipso excommunicato: perinde enim tunc est; ac si pro excommunicato in memento Missae oraret: aliud enim est, applicare preces, & suffragium Missae alicui; aliud applicare illud opus orandi, & applicandi alteri, vt patet.

Hac tamen non procedunt, nec intelliguntur de excommunicato nulliter, & inualide, licet denunciatus sit, vt optime notant Nauar. in praedicto Manuali Lat. c. 27. n. 36. §. Duodecimo ad 1. & in praedicto cap. Quando, notabili 19. num. 70. & Sayrus 1.1. de cens. c. 17. n. 13. & alij quos ibi citat; neque in excommunicato valide, sed ex iniusta causa. Sed haec non sunt propria huius loci: tractantur enim in materia excommunicationis; & idem illis superfedemus, & fortè de his diceretur aliquid num. 7.

Maius dubium est, an si excommunicatus sit in gratia, & verè poeniteat, & nondum sit absolutus, nec per eum, aut culpa illius fiat, quòd non absoluetur; liceat pro eo offerre sacrificia, & communia Ecclesiae suffragia. Tres sunt hac de re opiniones. Prima docet, non licere, & peccatum mortale esse, ea pro excommunicatis non toleratis, verè tamen poenitentibus offerre: sed sacrificia oblata eis prodesse, & fructuosa esse, ad remissionem poenarum, quae pro peccatis debentur, & ad augmentum nouae gratiae. Ita docet Ledesma in 4. q. 23. art. 1. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 25. num. 3. ad marginem, littera B. Richardus in 4. distinct. 18. art. 2. quaest. 2. D. Anton. 3. part. titulo 24. §. 76. Azor. tomo 1. Inst. moral. lib. 10. quaest. 3. §. Sed contra alij, cap. 22. & probabilem dicit Couar. cap. Alma mater, 1. part. §. 6. num. 4. & haec ante Sotum fuit communior opinio, vt ibidem dicit Azor. Et ratio, ac fundamentum illorum est, primò: quia, sicut mortaliter peccat ipse Sacerdos nominatim declaratus, si celebret, & sacrificium offerat pro non excommunicatis, & prodest eis sacrificium ipsum, & suffragium, quod pro illis offert: ita prodest etiam sacrificium Missae & alia suffragia applicata a Sacerdote non excommunicato, pro excommunicato denunciato verè poenitenti emendato, & per quem non stat, quominus absoluetur; par enim utrobique videtur ratio: nam, quòd Missarum sacrificia applicata, dictaque a Sacerdote excommunicato non tolerato, profunt, & fructuosa sunt hominibus, pro quibus applicantur, licet ipse Sacerdos mortaliter peccet, patet: quia Sacerdos excommunicatus denunciatus, haereticus, schismaticus, & degradatus, retinet verum & indelebilem characterem, veramque potestatem consecrandi, vt docent communiter Doctores, D. Thom. in 4. quaest. 82. art. 7. & q. 83. art. 1. ad 3. Richard. dist. 13. a. 1. q. 1. ante medium. Sor. q. 1. a. 8. & alij plures, quos citat, ac sequitur Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 18. num. 6. initio. Ergo offerunt verum sacrificium, licet peccent mortaliter illud celebrando, fructuosum aliis, pro quibus offertur, conferensque illis eum fructum, quem Christus instituit ex opere operato. Secundò, quia non est intentio Ecclesiae, vt excommunicatus verè poenitens, & emendatus, & qui in gratiam cum Deo rediit, & viuum per gratiam membrum Christi est, priuetur communibus Ecclesiae suffragiis, quando illius culpa non stat procuratio absolutionis: & idem non vide-

3. Nauar.

Sayr.

4.

Ledesma. Henrig. Richard. D. Anton. Azor. Couar.

D. Thom. Richard. Sotus. Henrig.

tur velle Ecclesiam illi prohibere, & impedire hanc participationem horum suffragiorum, si fortè ei applicentur: posse tamen prohibere, & impedire, & de facto prohibet, & impedit, quando non est absolutus, applicationem illorum pro illo: & idem peccatum esse mortale pro illo offerre, & applicare huiusmodi Missas, & suffragia communia Ecclesiae: quae nomine totius Ecclesiae fiunt, publicè, vel secretò: quia, cum adhuc in foro externo sit verè ligatus, quando talis est, & non absoluitur, semper contra legem Ecclesiae, & obedientiam illius peccatum committi videtur in applicatione horum suffragiorum publica, vel secreta, pro ipso excommunicato. Addit etiam Henriquez loco allegato ad marginem, littera B. huiusmodi excommunicatum verè poenitentem esse viuum membrum Christi per poenitentiam, & gratiam; & idem frui communibus Ecclesiae suffragiis, si ei applicentur: non esse verò membrum Ecclesiae, quando non absoluitur; & idem non nisi cum peccato mortali ei posse applicari.

5. Secunda opinio docet, peccatum esse lethale, Missae sacrificium, & communia Ecclesiae suffragia offerre pro huiusmodi excommunicato non tolerato; & ei non prodesse, si pro illo de facto offerantur, neque ad augmentum gratiae, neque ad remissionem poenae: & ita docet Sotus, primus huius opinionis Auctor, in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. Soar. tomo 5. de censur. disput. 9. sect. 3. num. 2. pag. 264. col. 2. sine. Idem tenet Sayrus lib. 2. de effectibus censuræ, c. 1. n. 4. & Alanus lib. 2. de sacrificio Missae, cap. 31. Fundamentum illorum est: quia, licet sit verè contritus, & emendatus, & in gratiam cum Deo redierit; adhuc tamen est ipsa excommunicatione verè ligatus, in qua quando manet, & non absoluitur, incapax est ex vi censuræ, applicationis, & participationis communium suffragiorum Ecclesiae: quia censura manens semper habet suum effectum: nam poenitentia contumacia culpam deleuit, excommunicationis tamen vinculum ab Ecclesia iniectum non sustulit; & quia alioqui non esset necessaria absolutio à censura post peractam poenitentiam; nec dici potest, non auferri vinculum censuræ, quoad alios effectus; auferri verò quoad hunc effectum ex intentione Ecclesiae, aut saltem suspendi, vel in eo casu non extendi ad hunc effectum: quia, licet demus, potuisset Ecclesiam hoc facere; nullibi tamen in iure constat, hoc fecisse; imò ex multis colligi potest; quòd, sicut non tollitur absolutio censuræ sine absolutione; ita nec possit minui, aut extenuari. Quod probatur ex cap. A nobis, 2. de sentent. excommunicationis, vbi Innocentius III. dicit, excommunicatum sine absolutione censuræ decedentem, etiam in eo manifesta praecesserint signa poenitentiae, & per eum non steterit, quominus Ecclesiae vnitati reconciliaretur, non esse in foro externo apud Ecclesiam absolutum; sed egere absolutione etiam post mortem, maximè propter suffragia, vt declarauit ibi S. P. & in cap. Sacris, eodem tit. de sentent. excommunic. asserens, pro huiusmodi excommunicato ante absolutionem mortuo, neque oblationes esse accipiendas, neque orationes Deo porrigendas: vnde, si hoc Pontifex declarauit in homine mortuo, multò magis hoc intelliget de homine viuò. Praeterea, haec excommunicatio est poena publica, publicè, & iuridicè lata; & idem nec tolli omninò, nec minui debet per iudicium priuatum, donec ipsa per Ecclesiam iuridicè tollatur: & aliunde multum confert ad terrorem ipsius censuræ, quòd perseveret, quando non tol-

Sotus.

Soarius. Sayrus. Alanus.

litur per absolutionem. Denique, quia aliàs facile quis diceret, posse huiusmodi excommunicatum occultè recipere Sacramenta, vel celebrare: quia est iustus, bene dispositus, & per illum non stat absolutio; & quia maius detrimentum spirituale est, priuare aliquem vsu Sacramentorum, quam suffragiorum communium; & idem absurdum esset, id concedere, & hoc negare.

Ita se habent haec duae opiniones, quae sunt ambae probabiles: mihi tamen, re bene considerata, tertia videtur probabilior, & sequenda. Ea docet, huiusmodi excommunicatos verè poenitentes, & per quos non stat, quominus absoluantur, & participes esse communium Ecclesiae suffragiorum; & nullum esse peccatum, nec etiam veniale, sed licitum omninò esse, secluso scandalo, pro eis suffragia, & sacrificia offerre, & Orationes, quae nomine totius Ecclesiae fiunt, applicare, & Missas dici: quia tamen ordinariè, ac regulariter scandalum sequetur, si ea applicatio publicè fiat, nominando illos in ipsis Missis, & Officiis, & suffragiis Ecclesiasticis; idem ad tollendum scandalum oportebit, vt secretò fiat, & in intentione. Et huius opinionis est expressè. Nauar. communis Magister, in Manuali Latino, cap. 27. num. 18. vbi dicit, excommunicatum nominatim denunciatum verè poenitentem, & contritum, & absolutionem verè procurantem, frui tertia communicatione, id est, communicatione & participatione omnium Sacramentorum, & suffragiorum generalium & communium, quae ab Ecclesia, & nomine totius Ecclesiae fiunt, vt ipse explicat num. 17. & idipsum repetit, & confirmat eodem capite, num. 36. Sed ibi limitat, modò id non fiat expressè, & publicè, propter scandalum: & citat Hostiensem in cap. Cum voluntate, de sent. excommunicationis, & idem tenet etiam in tractatu de orat. & Horis canon. notabili 19. num. 68. & citat cap. Dixi, & cap. Magna, de poenit. dist. 1. quorum argumento id confirmat. Idem tenet etiam Turrecremata in cap. Si quis Episcopus, 1. 1. quaest. 3. asserens, huiusmodi excommunicatos frui generalibus Ecclesiae suffragiis. Idem denique Couar. cap. Alma mater, 1. part. §. 6. num. 4. & idem debent etiam tenere omnes illi, qui dicunt, huiusmodi excommunicatos participes esse omnium Ecclesiae suffragiorum, & sacrificiorum; mortale tamen esse pro illis ea applicare, quos citauimus num. 4. quia, vt statim dicemus, si Ecclesia non prohibet huiusmodi participationem, nec etiam prohibet hanc applicationem, cum ea participatio per ipsam applicationem praecipue communicetur, & ab ea pendeat.

Probat haec opinio: primò, quia non est intentio patris Ecclesiae, eos excludere à participatione communium Ecclesiae suffragiorum, quos Deus non excludit: vnde, si Ecclesia eos non vult excludere ab huiusmodi communicatione, vt docent Auctores primae opinionis, nec hanc participationem censura impedit in eo casu, quòd verè aliquis poenitens sit, & per illum procuratio absolutionis non steterit; & idem nec etiam impedit applicationem illorum pro ipsis excommunicatis verè poenitentibus, cum huiusmodi participatio ex ipsa applicatione horum suffragiorum pendeat: & absurdum est dicere, non impedire absolute hanc communicationem, impedire verò illam tantum, quae fit per hanc applicationem. Probat secundò, quia excommunicatio est poena medicinalis, nec imponitur ab ipsa Ecclesia ad emendationem delicti, propter quod imponitur, & ad tollendam contumaciam illius: ergo, cum publicè constet, excommunicatum esse

6.

Nauar.

Turrecr.

Couar.

7.



esse iam emendatum, & verè, & ex corde pœnitentem, & satisfecisse parti, & per illum non stare, quominus absolutionem procuret: quia, v.c. in morbum incidit, nec est in possibilitate, vt aliquem extrudat pro illa; dicendum planè est, huiusmodi hominem esse capacem communium sacrificiorum, imò & Sacramentorum Ecclesiæ: celsante enim ratione legis, cessat ipsa lex, vt de se patet. Tertio, quia iniustum & irrationabile videretur, velle Ecclesiam in eo casu priuare huiusmodi excommunicationum communibus Ecclesiæ suffragiis, & applicatione illorum, & Ecclesiastica sepultura, qui verè pœnitens discedit, & per illum non steterit, quòd non absolueretur in foro externo; nec solum iniustum, sed etiam crudele, & alienum omninò à pietate sanctæ matris Ecclesiæ, quæ rota in amore, & visceribus charitatis Ie s v Christi fundatur, maxime cum hoc petrineat ad detrimentum spirituale animarum, quod Ecclesia semper intendit auferre, & non inducere Quarto, quia excommunicatus iustè in foro externo, sed ob iniustam & falsam causam, & in foro interno innocens, quantumvis secundum allegata, & probata excommunicetur, tamen à parte rei, & in veritate, nec excommunicatus est, nec communibus, & generalibus Ecclesiæ suffragiis, aut applicatione illorum priuatur, vt est communis omnium doctrina, quam sequitur Nauarrus in Manuali Latino, cap. 27. num. 36. Couarruias in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 7. num. 5. versu, *Secunda conclusio*, Sayrus lib. 2. de cens. cap. 17. num. 13. fol. 80. col. 1. Henriq. lib. 13. de excom. cap. 15. §. 2. sine Ledesma 2. part. 4. q. 23. art. 4. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. a. 3. col. 4. & alij quâplurimi, quos citat Sayrus allegatus: omnes ea innixi ratione, quòd non est credendum, velle piam matrem Ecclesiam aliquem innocentem iniustè tanta læsione afficere, & cum excludere à tabulis suffragiis, cum pia semper sit, & quæ innocētibus filiis, fauere quidem, & non nocere intendit, argumento c. *Illud planè*, 11. q. 3. ergo pari ratione, cum in nostro casu ipse excommunicatus per pœnitentiã innocens sit, non est credendum, velle Ecclesiam illum priuare suffragiis cõmunibus, quibus intendit fauere, & non nocere innocentibus filiis.

Nec obstat dicere, illum semper ab initio fuisse innocentem, & iniustè excommunicatum; hunc verò fuisse ab initio iustè excommunicatum, & consequenter ab initio nocentem: parum enim id refert, cum reuerã vterque sit innocens, & vtrobiq; detur vinculum excommunicationis ab Ecclesia in foro externo iustè iniectum; ratione cuius vinculi tenetur quilibet illorum vitare scandalum, id est, tenetur ille, qui iniustè fuit excommunicatus, & in foro conscientie est innocens; quantumvis secundum allegata, & probata probetur nocens ad euitandum scandalum, & ne videatur contemptor censuræ, in publico illam seruare, aliàs in foro exteriori præsumetur censuram violare, & irregularis iudicabitur: & omnes alias iuris pœnas, quæ contra violatores censuræ iure statuuntur, incurret, vt docet optimè Sayrus lib. 2. de censuris, cap. 17. num. 16. fol. 80. col. 2. Couarr. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 7. num. 3. versu, *Hic quidem probatur*, & Panorm. in cap. *Per suas*, de sent. excom. num. 3. & Syluest. verbo, *Correltio*, §. 9. & verbo, *Excommunicatio*, 2. notab. 1. casu 8. & notab. 4. dub. 8. & Palud. in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 3. conclus. 1. Hic tamen celebrans in occulto, aut in occulto etiam cū aliis participans, & sine scandalo, nullam irregularitatem incurrit, nec peccatum vllum committit, & omnia alia secretè remoto scandalo, & contemptu facere potest, ac si excommunicatus non esset, vt late, ac doctè probat idem

Nauar.  
Couarr.  
Sayr.  
Henriq.  
Ledesma.

Sayr.  
Couarr.

Panorm.  
Syluest.

Palud.

Sayr. citatus n. 17. & Driedo l. 1. libertatis Christianæ, fol. 236. & 237. & Caiet. 2. 2. a. 4. q. 70. ad 2. & Driedo. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. a. 3. concl. 4. vers. *Accedit Caiet. rextus*, in fine, & Couar. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 7. n. 7. vers. *Illud tamen est admonendum*. Pari etiam ratione tenetur ille, qui verè est pœnitens, & iam parti satisfecit, & per quem non fiat, quominus absoluitur à censura excommunicationis, tollere scandalum, & in publico se gerere, vt excommunicatus, & idè in publicis sacrificiis Misfarum, & officiis, & orationibus communibus Ecclesiæ non poterit publicè nominari; poterunt tamen illæ secretè pro illo applicari, & poterit etiam secretè nominari, imò & in publico, si tollatur scandalum.

Restat modò, vt argumenta in contrarium adducta soluamus. Argumentum pro primâ opinione Ledesma, Azoris, & aliorum, quos num. 4. retulimus, iam solummodo manet n. 7. Si enim Ecclesia non prohibet huiusmodi excommunicatis verè contritis & emendatis, & per quos non stat procuratio absolutionis, communicationem suffragiorum communium; nec etiam prohibet applicationem ipsorum suffragiorum communium pro illis, cum hac participatio ex hac applicatione pendeat, vt diximus dicto num. 7. qui enim concedit principale, accessorium necesse est concedat; & idèd nullum erit peccatum, Missas & suffragia pro excommunicatis verè pœnitentibus applicare, vt patet.

Ad argumentum adductum pro opinione Soar. num. 5. explicata, respondeo, censuram impositam, & excommunicationis vinculum ab Ecclesia iniectum absolute non tolli per pœnitentiam, suspendi tamen ex voluntate rationabiliter præsumpta Ecclesiæ quoad hunc effectum tantum participationis suffragiorum, & Sacramentorum Ecclesiæ, sublato scandalo, aut saltem ex eadem voluntate Ecclesiæ, non extendi obligationem censuræ ad hunc effectum: sic etiam suspenditur, vel non extenditur, at non tollitur omninò, obligatio præcepti ipsius Ecclesiæ, audiendi Sacri, ad præsentiam infirmi nostræ operæ indigentis, ex eadem voluntate Ecclesiæ rationabiliter præsumpta. Et parum refert, quòd nullibi in iure constat de hac suspensione, aut non extensione effectus censuræ: quia etiam nullibi in iure constat de hac suspensione obligationis præcepti audiendi Sacri: sufficit enim, quòd hæc suspensio, aut non extensio rationabiliter colligatur intrinsecè esse adnexa & inclusa in ipso præcepto censuræ; sicut etiam ista colligitur intrinsecè esse adnexa, & inclusa in ipso præcepto Ecclesiæ audiendi Sacrum. Ad id, quod additur, censuram manentem semper habere suum effectum, quoad vsque tollatur per eam potestatem externam, per quam posita est, & fuit inflicta: respondeo absolute, manere, & habere suum effectum, nisi aliunde quoad aliquas circumstantias, & in aliquo particulari impediatur huiusmodi effectus, & suspendatur ex rationabili voluntate Iudicis infligentis censuram, vt explicauimus: rationabiliter autem præsumi potest, voluntatem piæ matris Ecclesiæ esse, vt in prædicta circumstantia verè pœnitentiæ, & emendationis excommunicati, possit ipse participare communia suffragia, & Sacramenta Ecclesiæ, sublato scandalo, & consequenter quòd licitè ei possit applicari; cum inutiliter concessum videatur, quòd possit licitè hæc participare, & ei non possint applicari.

Ad caput, *A nobis*, 2. de sententia excommunicationis, quod in subsidium suæ sententiæ adducit Soarius, respondet Azor tomo 1. Instit. moral.

Sayr.  
Driedo.  
Caiet.  
Sotus.  
Couar.

9

10.

11.

Azor.  
moral.

motal. lib. 10. cap. 22. quæst. 3. §. *Sed contra alij*, fol. 1011. col. 1. in eo cap. solum dicit excommunicatum Ecclesiasticæ censuræ absolutione indigere, quod nos non negamus: nihil verò ibi dicit, sit capax, necne, Sacramentorum, & communium Ecclesiæ suffragiorum: & idèd, quia sine beneficio absolutionis discessit, iubet Pontifex, vt post mortem eo fruatur, eique impendatur, ad tollendum scandalum: nam ibi Pontifex verbo, *Vnde*, ita dicit: *Vnde, quantumcumque se quis iuramento præfuit, quòd Ecclesia mandato pareret, humiliare curauerit, quantumcumque pœnitentiã signa præcesserint, tamen morte præuenit absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quantum absolutus apud Deum fuisse creditur, nondum tamen habendum, est apud Ecclesiam absolutus*. Et postea: *Quare defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur*. Vbi nihil agit Pontifex de participatione communium suffragiorum, vt patet. Aduertit autem, & bene, Glossa verbo, *Potesit*, si talis in extremis positus habuisset copiam Confessoris, ab eo potuisset absolui, & non egeret alia absolutione, iuxta cap. *Non dubium*, & cap. *Quod de his*, de sententia excommunicationis, in 6.

Ad id, quod Soar. addit, inde sequi, esse etiam huiusmodi excommunicatum verè pœnitentem, participari Sacramentorum Ecclesiæ; quod nemo concedet, quia est ingens absurdum; totum libenter concedimus cum Nauarro, nostro in hac re patrono, num. 6. allegato, & negamus esse absurdum; imò contrarium dicere, videtur absurdum: quia Ecclesiæ leges obligare non possunt contra charitatem, & nullæ sunt, si contra illam velint obligare: tota enim Ecclesia fundata est in visceribus charitatis Christi, & certè contra charitatem esse videtur, velle Ecclesiam priuare innocētem filium communionem & participationem suorum suffragiorum, & Sacramentorum, saltem occultè acceptorum, cum tanto detrimento spirituali, vt prudenter, & sine affectione animi in contrarium propensa consideranti patebit. Quare hæc opinio semper mihi visa fuit commodior, & conscientis fauorabilior; & idèd teneatur.

Potest etiam Sacerdos, dum generaliter pro omnibus fidelibus sacrificium Missæ offert, intentionem suam extendere ad ipsos excommunicatos nominatim denuntiatos, licitè quidem, & sine vilo peccato, vt docet Azor tom. 1. lib. 10. Instit. moral. cap. 22. quæst. 3. §. *Quæstio tamen*. Syl. verbo, *Excomm.* 1. n. 2. Tabiena verb. *Excommunicatio*, 1. n. fin. Armilla verbo, *Excomm.* 1. num. 9. Henriq. l. 9. de Missa, cap. 15. num. 3. Nauar. de orat. & Horis canon. notab. 13. 14. 20. 21. Couar. in cap. *Alma mater*, 1. p. §. 6. n. 2. D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. a. 1. 2. & id etiam probat egregiè Bellarm. lib. 2. de Missa. c. 6. §. *De his qui viuunt*. Ratio est: quia Ecclesia solum prohibet Sacerdotes, & Ministros publicos orare directè pro ipsis excommunicatis nominatim denuntiatos: non autem intentione quadam generali. Nec obstat. cap. *Episcopus*, de consecrat. dist. 1. quantum concedit excommunicatis, assistere primæ parti Missæ, sicut & Carechumenis: quia huiusmodi eaput correctum & reuocatum est, vt ibidem Glossa docet, & Glossa cap. *Non liceat*, 1. q. 1. per cap. *Perleclis*, vers. *In fidelis*, 24. dist.

Pro fidelibus peccatoribus certum est posse Missas applicari, & offerri: licet enim in peccato mortali sint: nihilominus participant magnam vtilitatem, magnamque prouentum spiritualem ex sacrificiis pro eis oblati; & idèd in nostris Missalibus speciales orationes instituit Ecclesia pro peccatorum expiatione: hinc enim peccatores habent, quòd stabiles conferuntur in fide, atque spe, & peculiaribus iuuentur auxiliis ad

12.

13.

Azor.  
Syluest.  
Tabiena.  
Armilla.  
Nauar.  
Couarr.  
D. Thom.  
Bellarm.

14.

conuersionem, & efficacius ex sacrificiis ad conuersionem iuuantur, quam ex aliis publicis, aut priuatis orationibus, quas ipsi Sacerdotes Ecclesiæ Ministri pro iis offerre possunt. Ita docet Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 15. n. 2. Couar. cap. *Alma mater*, 1. p. §. 6. n. 3. conclus. 4. & 8. Neque obstat, quòd ipsi in gratia non sint; sunt enim ipsi verè Catholici & Christiani, & Ecclesia offert sacrificium Missæ pro omnibus fidelibus Catholicæ, & Apostolicæ Fidei cultoribus, vt habetur in Canone ipsius Missæ, habentque ipsi peccatores aliqualem vitam per fidem, atque spem veram, tanquam membra vera Ecclesiæ, vnitatis fidei, atque spei illi coniuncta, non quidem quasi fides simpliciter vitam gratiæ ipsis peccatoribus donet, atque impertiat, cum fides absque charitate, & operibus illius, sit mortua, Iacob. 2. sed quia est initium, & fundamentum vitæ spiritualis, & charitatis, vt notauit D. Thom. 1. 2. quæst. 114. a. 5. ad 1. & D. August. de fide ad Petrum, cap. 1. & D. August. docet Concil. Trident. sess. 6. c. 8. & can. 9. & idèd vt membrum aridum, & paralyticum habet ab anima imperfectum gradum vitæ vegetatiuæ, ne putredine corumpatur: sic in peccatore morus fidei est aliquo modo vitalis ex influxu capitis, vt optimè docet Taper art. 8. Henriq. dicto lib. 9. cap. 15. num. 2. ad marginem, litera I. D. Thom. Aug. & alij allegati. Hinc D. Paulus ad Rom. 1. & ad Hebræos 10. citat id ex Abac. 1. *Iustus ex fide viuunt*, videlicet, initiatiuè, vt optimè explicat Canus lib. 4. cap. vltimo ad 12. sine. Quare D. Aug. citatus peccatores comparari paleis affirmat, quæ cum tritico communem radicem, & principium vitæ habent.

Et quidem peccatores Christiani includuntur etiam in illo fidei articulo Symboli, *Credo Sancto- rum Communionem*, & ad sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam spectant: retinent enim sanctam, integramque vnitatem fidei, & Sacramenta, & legem, vt docent communiter Doctores, D. Thom. opus. de symb. fidei, cap. 6. & 3. p. q. 8. art. 1. ad 1. & D. Aug. lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 7. & in Psal. 85. Sebastianus de sacrific. Missæ, cap. 10. & 21. Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 6. Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 15. num. 2. litera N. vnde, cum ipsi ad sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam spectent, non est mirum, quòd participent suffragia communia ipsius Ecclesiæ; & quòd illa pro ipsis peculiare orationes instituat, eaque pro illis applicare non prohibeat.

Dices: Etiam excommunicati non tolerari retinent fidem integram, & spem, & ad communionem Sanctorum pertinent, & ad sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam spectant, ratione vnitatis fidei, & spei: ergo etiam ipsi erunt participes communium suffragiorum Ecclesiæ. Negatur consequentia: est enim diuersa ratio vtrobiq;: nam ipsi excommunicati vltra peccatum mortale ligantur vinculo excommunicationis, ratione cuius detinentur, ne participes fiant horum suffragiorum, & prohibentur directè: primò, & per se ipsi Ministri Ecclesiæ, Sacerdotèsvè, ea pro illis applicare, vt sæpè diximus: at verò alij peccatores, cum huiusmodi careant vinculo, nullum habent impedimentum, quominus ea suffragia participant, atque communicent: & sic, licet ipsi absolute ratione fidei, atque spei, qua Ecclesiæ vniuntur, dicantur membra Ecclesiæ, atque ad illam pertineant, tamen, quatenus excommunicatione sunt ligati, membra sunt præcisã non ab Ecclesia absolute, sed à communicatione communium Ecclesiæ suffragiorum.

Et verò, licet fructus satisfactionis ex ipsis Missis ob peccati impedimentum non prosit statu

D. Thom.  
D. August.  
Conc. Tr.

15.

D. Thom.  
D. August.  
Sebastian.  
Bellarm.  
Bannes.  
Henriq.

16.

17.



*membra Christi?* Nam, vt rectè responder ad hanc obiectionem D. Thom. in 4. dist. 1. q. 2. a. 2. ad 4. id intelligendum est, vel de iis, qui sunt membra Christi actu, vel potentia, quia tunc etiam dicitur offerri pro membris Christi, quando offertur pro aliquibus, vt sunt membra Christi. Vel, vt explicat Bellarm. lib. 2. de Missa, c. 6. §. *Neque his repugnat.* Aug. ibi non loquitur, nisi de defunctis: vnde, quia defuncti, aut sunt membra Christi actu, aut nullo modo sunt membra Christi, idè absolute dicere potuit Augustinus, non posse offerri pro defunctis, nisi essent membra Christi actu. Vel certè, vt mihi videtur, D. Aug. ibi dicit, sacrificia Missarum non esse offerenda pro infidelibus, qui sunt extra Ecclesiam, & non sunt actu membra Christi, quoad omnem participationem totius fructus ipsius sacrificij Missae: quia pro eis non est offerendum sacrificium Missae, quatenus est satisfactorium poenarum, nec quatenus est impetratorium nouae gratiae: impii enim, nec poenae peccatorum remittuntur, nec donum gratiae datur, dum in suis peccatis & impietatibus persistunt; sed quoad aliquam participationem illius, id est, quatenus est impetratorium poenitentiae, & conuersionis ad salutem.

25. Nihilominus hac solum probant, olim in Ecclesia antiqua licitum fuisse orare pro infidelibus, & Haereticis, vt conuenterentur: probant etiam non esse hodie prohibitum per aliquam legem Sacram offerre pro illis: neque enim vllibi extat ius, vel lex Ecclesiae id prohibens, vt notat Azor tomo 1. Instit. mor. lib. 10. cap. 2. §. *Nihilominus.* q. 1. & Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 6. & Henric. lib. 9. de Missa, cap. 16. n. 6. Solum ergo videtur esse hodie praeter vsum, & morem Ecclesiae, pro illis Missam offerre: tum, quia in Canone Missae dicitur: *Hae igitur oblationem, quam tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, & Apostolica, & pro omnibus Orthodoxis.* & in secundo Memento: *Qui nos praecesserunt cum signo fidei.* & in Liturgiis Graecis dicitur, *Sancta Sanctis, & Concilium Trid. sess. 22. c. 1. ait, hoc visibile sacrificium relictum esse fidei sponsae Ecclesiae.* & c. 2. dicitur offerri, non solum pro fidelium viuorum peccatis, poenis, & satisfactionibus, & pro aliis necessitatibus; sed & pro defunctis in Christo. & cap. 6. reperitur offerri pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent. & D. Leo Papa epist. ad Anathol. negat nomina Haereticorum recitanda esse ad altare. Sed intelligit pro communionem, Eucharistiaque recipienda: recitabat enim Diaconus eos olim, qui erant communicaturi.

26. Et quia solum est praeter modum, & vsum Ecclesiae, hodie sacrificium Missae offerre directè pro infidelibus, id est, pro conuersione Maurorum, Turcarum, Paganorum, Iudaeorum, & Haereticorum; & aliorum, qui extra Ecclesiam, & fidem illius sunt, & membra Christi actu non sunt; idcirco tutissimum est, quod alij faciunt, qui intentionem suam ita moderantur, vt directè intendunt sacrificium offerre pro augmento, vnitatem, & pace totius Ecclesiae in communi, & pro amplificatione illius in toto orbe terrarum: nam hoc nihil aliud est quam orare, & sacrificium offerre pro bono fidei, & totius Ecclesiae; & vt Haeretici & infideles conuertantur: & hoc modo etiam offerimus pro Anglia, Germania, & pro aliis Regibus, & Prouincijs septentrionalibus: & sic Ecclesia instituit Missam pro schismate tollendo, & pro pace, & charitate Ecclesiae in toto orbe terrarum: & hoc modo sacrificare tutissimum est, & iuxta morem, & intentionem Ecclesiae, vt docet Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 6. §. *Rursus aliquis petet.* Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 2. q. 1. §. *Docet Ledesma.* & in Canone Missae offert Sacerdos, & dicit: *Pro omnibus Orthodoxis, pro Ecclesia tua*

*sanctae tam pacificae, custodire, & adunare digneris toto orbe terrarum.* & in consecratione Missae dicitur, *qui pro vobis, id est, fidelibus, & pro multis, id est, pro multitudine infidelium, offertur, vt explicat D. Thom. q. 78. a. 3. ad 8.*

27. Oppones: Qui sic offert, etiam offert pro conuersione infidelium, Haereticorum, & Paganorum. Respondeo, non offerre per se directè pro illis; sed directè offerre pro amplificatione, & bono totius Ecclesiae in communi; indirectè verò pro illorum conuersione: sic etiam oramus, vt sacrificium Missae in conspectum diuinae Maiestatis ascendat pro nostra, & totius mundi salute: non enim potest augeri, vniuersi, ac pacificari Ecclesia in toto orbe terrarum, nisi conuertantur infideles, & Haeretici. vt patet: quare is modus orandi, & sacrificandi est conformior ecclesiastico ritui, & intentioni Ecclesiae.

28. Catechumeni in duplici sunt differentia: aut enim competentes sunt, aut incompetentes. Incompetentes sunt illi, qui ex mera negligentia sua, & culpa graui non petunt Baptismum: & hi quidem, si absque Baptismo decedant, praesumuntur decessisse in mortali, & pro iis offerri Missas prohibet Ecclesia, sicut prohibet offerre pro Christianis, qui decedunt in publico, & notorio concubinato, quin signa poenitentiae praecesserint: & de his intelligendus est D. Aug. in Enchiridio, cap. 109. & 110. quatenus dicit, nihil prodesse damnatis sacrificium, si pro eis offeratur. In dubijs tamen, an praecesserint, vel non praecesserint signa poenitentiae, pietas obtinebit. Competentes verò dicuntur illi, qui iam petunt Baptismum, & per illos non stat, & in merito Christiani sunt; & an pro iis, si, antequam Baptismum reuera suscipiant, emoriatur, Missae & communia suffragia Ecclesiae directè offerri possint licite, & absque peccato, bipartita est opinio. Prima negat, licitum esse pro illis offerre: ita docet Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 2. q. 2. & Bellarm. lib. 2. de Purgatorio, c. 18. ad 3. & Sebastianus de sacrificio Missae, cap. 24. vbi dicunt, illicitum esse fundere orationes, & suffragia publica, pro nondum baptizatis: sacrificium autem Missae publicum est suffragium à publica auctoritate Ecclesiae institutum. Fundamentum illorum est primò, quia sacrificium Missae est sacrificium proprium fidelium, & institutum à Christo Domino pro communitate totius Societatis fidelium: appellatione autem fidelium, illi solummodo veniunt, qui portas Ecclesiae per Baptismum intrarunt, & ad Christum per Baptismum adiunxerunt: Catechumeni verò nondum sacro fonte Baptismatis abluti & lustrati, intra Ecclesiae gremium continentur, nec illam intrarunt. Secundo, quia, licet olim Missa pro Catechumenis ab Ecclesia instituta sit; tamen ea Missa solummodo constabat publicis precationibus & orationibus: non autem illa, quae modo fit, & est sacrificium totius communitatis fidelium, quae constat consecratione, oblatione, & sumptione corporis, & sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI: haec enim nunquam ab Ecclesia fuit oblata, aut facta pro ipsis Catechumenis, vt constat: & licet in Ordine Romano, in loco, vbi describitur scrutinium tertium, quod agitur fer. 4. post quartam Dominicam in Quadragesima, instituat Missa propria pro Catechumenis; tamen Ordo Romanus loquitur duntaxat de Missa, in qua solummodo quadam orationes publicae fiebant ab Ecclesia pro ipsis Catechumenis; non verò de sacrificio Missae, vt est sacrificium fidelium, in quo offertur, consecratur, & sumitur corpus, & sanguis Christi Domini: nam Catechumeni solum admitebantur ad illam partem Missae, quae constat certis quibusdā precibus pro illis ab Ecclesia institutis; non verò ad illam, quae dicitur infra actionem:

27.

28.

D. Aug.

Azor.

Bellarmin.

Sebastian.

haec enim solum offertur pro illis, qui sunt iam ex aqua, & Spiritu sancto in Christo regenerati: & haec quidem si pro Catechumenis offerretur, erat quidem illis; qui iam per Baptismum regenerati fuerant; non verò pro illis, qui nodum erant regenerati, vt docet Azor loco allegato: Tertio, quia Ecclesia non solet offerre sacrificia directè, nisi pro ipsis fidelibus, vt vidimus n. 26. fideles autem ij dicuntur, qui iam baptizati sunt; quia ij solum ad Ecclesiam Christi pertinent, qui per Baptismi portam, Ecclesiam ingressi sunt. Quarto, quia non sunt capaces Sacramentorum Ecclesiae quoad vltimè non baptizantur: ergo nec communium suffragiorum, & sacrificiorum illius.

29. Secunda opinio affirmat, huiusmodi Catechumenos, qui dicuntur competentes, & Baptismum perunt, & in merito aequales sunt Christianis, ad Ecclesiam pertinere, & pro iis licite posse Missarum Officia, & Sacrificia fieri, & offerri, si ante Baptismum emoriantur, & per eos illius susceptio non steterit. Ita docet Henric. l. 9. de Missa, c. 15. n. 5. littera H. & I. & citat ad marginem pro hac opinione Turrianum super Clementem de Const. Apost. lib. 2. c. 20. l. 8. c. 9. & Glossam magnam in c. 1. 30. q. 1. D. Aug. serm. 116. de tempore. Rabbanum 1. de Officijs Cler. Alcuinum de Officijs Ecclesiasticis §. *Hesternum die,* citat etiam pro hac opinione Bellarminum de Baptismo, c. 25. initio. Sed Bellarminus ibi solum facit distinctionem inter Catechumenos competentes, & incompetentes: & competentes appellat illos, qui Baptismum petunt, & nomen suum Ecclesiae dant, vt baptizentur; & de his ait, ex eo tempore, quo nomen suum praebent, appellari competentes, & recipi ab Ecclesia, vt instruantur, & ad Baptismum praeparantur: incompetentes verò dicit esse illos, qui conciones audiunt, & volunt fieri Christiani, sed nondum Baptismum perierunt. Et probat ex D. Leone Epist. 4. c. 5. & 6. & D. Aug. l. de cura pro mortuis, cap. 12. & lib. 9. Confess. c. 6. haec duo vocabula competentium, & incompetentium esse antiquissima in Ecclesia. Probat primò hac opinio: quia pro iis Catechumenis defunctis applicatur Indulgentia, vt docet Manuel Rod. in explicacione Cruciatu, §. 14. n. 6. Nauar. §. *In Levitico,* notabili 18. n. 10. & 18. & notab. 32. n. 8. ergo & Missae, & communia Ecclesiae suffragia applicari poterunt, cum par sit vtrobique ratio: licet enim illi nondum intrarint per Baptismum Ecclesiae portam, atque ad eam, in rigore loquendo, castigari, & puniri ab ipsa Ecclesia non poterint, si viui à fide retrocesserint, & quoad poenas, iurisdictioni Ecclesiae non essent subiecti; tamen quoad fauores, qui semper ampliandi sunt, non est, cur à iurisdictione Ecclesiae excludantur, praesertim cum decesserint in gratia cum manifestis signis poenitentiae, & casu decesserint sine Baptismo, & per eos non steterit illius susceptio. Secundo, quia hi quidem, cum per fidem, & charitatem iam fuerint viua membra Christi, etiam modo aliquo dici possunt Ecclesiae membra, saltem quoad fauores illius. Et id quidem magis auget pietatem, & charitatem ipsius Ecclesiae, & ad maiorem vtilitatem illius conferet: nam hoc insigni charitatis & pietatis exemplo facilius mouebuntur alij, vt fidem Christi amplectantur. Tertio, quia Ecclesia sacrificat, & Missas applicat pro omnibus fidelibus viuis, atque defunctis: at Catechumeni competentes, Christi fide, & aliquando charitate sunt praediti, & idè fideles etiam modo aliquo dici possunt, pertinent illi enim modo aliquo ad sanctam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam; cum qua ratione fidei, & spei sunt vniti, & in illo articulo Symboli fidei includuntur: *Credo Sanctorum communio-*

*mem.* vt diximus n. 15. de peccatoribus, qui charitatem amiserunt, & in gratia non sunt: & parū refert, quòd non sint capaces Sacramentorum Ecclesiae: sufficit enim, quòd retineant integram illius fidem, & per illos non steterit, quominus Baptismum susceperint. Quarto, quia Ecclesia in die Parasceues orat pro ipsis Catechumenis, & Missam pro ipsis instituit: nam, quanuis etiam in eodem die oret pro conuersione Gentilium, & Haereticorum, & Paganorum; & tamen pro illis non applicentur Missae, si moriantur, id parum refert: quia illi non erant membra Christi per fidem, neq; communitatem & communionem Sanctorum ipsius Ecclesiae participabant: at huiusmodi Catechumeni participant. Quinto, quia, vt suppono, decesserunt in charitate: ergo Baptismum flammis consequenter habent: quomobrem non discedunt absolute extra Ecclesiam.

30. Et quidem hac vltima opinio mihi visa est probabilior propter suos Auctores, & fundamenta, quae meo iudicio, fortiora sunt, & magis ad pietatem Ecclesiae accedunt, vt consideranti patebit. Fundamenta verò prioris opinionis, licet verum supponant, tamen rem non concludunt. Quòd si dicimus, licitum & laudabile esse offerre Missas pro huiusmodi Catechumenis competentibus post illorum mortem, à fortiori id debemus fateri, licitum quoque esse, illas offerre (illis adhuc viuentibus) pro illorum susceptione Baptismatis, & pro conseruatione & stabilitate in fide. Nec solum licitum est offerre Missas, & orationes pro susceptione Baptismatis, & stabilitate fidei ipsorum Catechumenorum competentium; sed etiam pro conuersione incompetentium, imò & pro conuersione omnium infidelium, vt docuimus num. 22. & 23. & docet Bellarminus lib. 2. de Missa, c. 6. §. *Deinde certum est.* Henriquez lib. 9. de Missa, c. 15. n. 5. & D. August. Eccles. dogmat. 30. & Epist. 107. ad Vitalem, & D. Chrysostomus homil. 2. Corinth. 2. Clemens lib. 8. Const. Apost. c. 6. & 12. & 15. & fauer Concilium Trid. sess. 22. cap. 2. vbi dicit virtutem sacrificij cruenti communicari per sacrificium incrementum, quod est dicere, posse sacrificium incrementum Missae applicari pro omnium hominum salute, sicut fuit applicata virtus sacrificij incrementi Crucis.

Henric. Turrian. Glossa. D. Aug. Rabban. Alcuin.

D. Leo. D. Aug.

Rodrig. Nauar.

Bellarmin. Henric. D. Aug. D. Chryf. Clem. Concil. Tr.

CAPVT XIII.

*In quo loco Missam celebrari oporteat: an sit peccatum mortale extra Ecclesiam, vel locum ab Episcopo deputatum celebrare: quae poena ob id incurratur: quis dicatur locus sacer in ordine ad celebrationem Missarum.*

SVMMARIVM.

*Peccat mortaliter, qui extra Ecclesiam, & locum sacrum ab Episcopo ad id deputatum sacrificat.* num. 3. *Et ipso facto manet interdictus ab Ecclesia ingressu.* n. 2. *Sic interdictus celebrans iterum extra locum sacrum non fit irregularis.* num. 3. *Sacerdos tamen celebrans in Ecclesia aliqua, vel loco sacro, per Ecclesiasticam censuram interdictio, irregularis fit.* ibid. & num. 4. *Interdictus ab ingressu Ecclesiae lato modo est suspensus, & hac interdictio habet effectus aliquos censurae, & quales.* num. 4. *Olim requirebatur ad celebrandam Missam, quòd Ecclesia*

Bellarmin. Azor.

P. Steph. Fagundez, in quinque prac. Eccl.

Q. 2. 183



clesia sacra esset, postea ob difficultatem consecratio-  
nis loci id sublatum est. num. 5.  
Præceptum iuris communis celebrandi in Ecclesia, &  
loco sacro ab Episcopo deputato, nonnullas patitur  
exceptiones ipso iure. num. 6.  
Prima est, quod olim ante Concilium Tridentinum id  
licebat fieri in domibus priuatis, in locis decenti-  
bus, permittente Episcopo, pro mera sua liberalitate,  
& absque vlla alia causa. ibid.  
Secunda, & tertia, & quarta exceptio proponuntur a  
num. 14. & deinceps.  
An Episcopi potuerint olim ante Concilium Tridenti-  
num dare subditis suis licentiam, ut extra propriam  
diocesim in domibus priuatis sacrificare possint n. 7.  
Hodie potestas concedendi hanc facultatem absque vl-  
la causa, Episcopis adempta est per Concilium Tri-  
dent. num. 8.  
Et solus Papa eam concedere potest. ibid.  
Ex mente Concilij possunt hodie Episcopi (nisi id eis  
inhibeatur à Papa) pro mera gratia & liberalita-  
te sua, absque vlla causa alias dare facultatem cele-  
brandi in domibus priuatis, designando loca; &  
Oratoria in illis, ab ipsis visitanda, in quibus sacri-  
ficium fiat. num. 9. & 10.  
An in casu infirmitatis, ad sacra Eucharistia commu-  
nicandum infirmum, possint hodie post Concilium  
Trid. Episcopi dare licentiam, ut sacrificium fiat in  
domo priuata. num. 10.  
In quibus casibus possint post Trid. dare Episcopi li-  
centiam ad celebrandum in priuatis domibus. n. 11.  
Nouissime Paulus V. anno 1617. abstulit omnem po-  
testatem Episcopis concedendi licentias ad cele-  
brandum in domibus priuatis: & quomodo id intel-  
ligatur. num. 12.  
An in casu magne necessitatis post Tridentinum possint  
Episcopi dare licentiam ad celebrandum sub dio in  
altari portabili, refertur opinio negativa. num. 13.  
Abstruitur affirmatiua, & numerantur casus, in quibus  
possint, veluti in bello, in Missis nouis, in supplica-  
tionibus, quando templum multiuindem capere non  
potest. num. 14.  
Solutus Papa potest concedere licentiam celebrandi  
Missam in domibus priuatis, absque vlla necessita-  
te, in altari portabili. num. 15.  
Ante Concilium Trid. habebant Dominicani privile-  
gium celebrandi in quocunque loco honesto, in altari  
portabili, quod per Concilium est abrogatum. n. 16.  
Religiosi Societatis habent hodie hoc privilegium, ut in  
suis missionibus possint in altari portabili ubique  
gentium celebrare, & Eucharistiam dare. nota. 17.  
An Provinciales Mendicantium possint in suis domi-  
bus & collegijs propria Oratoria designare, in qui-  
bus Missa celebretur. ibid.  
An in flumine & mari celebrari possit. num. 18.  
remissive 19. & 20.  
Quod privilegium habeant Episcopi ad celebrandum in  
altari portabili, dum à sua Ecclesia absunt. n. 19.  
Et quid ad celebrandum domi sue. num. 20.

Henriq.  
Soar.  
D. Thom.  
Nauarr.  
Azor.  
Zerola.  
D. Anton.

Olim, fauente contra Ecclesiam persecutio-  
ne Tyrannorum, sacrificia fiebant in cryptis,  
speluncis, & in domibus priuatis, quoniam in his  
locis vis persecutionis Sacerdotes ipsos sacrificare  
cogebat. Postea autem, cedente tempestate, iure  
communi statutum est, non posse licite, & absque  
peccato mortali huiusmodi sacrificium Missæ fieri  
extra Ecclesiam, & locum sacrum ad hoc peculiari-  
ter ab Episcopis deputatum. Ita docet Henriquez  
lib. 9. de Missa, cap. 27. initio. Soar. tomo 3. in 3. part.  
D. Thom. disput. 81. sect. 3. D. Thom. ibi. quæst. 83.  
artic. 3. Nauarr. cap. 25. in Manuali Latino, num. 82.  
Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. quæst. 1.  
Zerola 1. part. praxis episcop. verbo, Missa, num. 2.  
D. Anton. 3. part. titulo 13. cap. 6. Patet ex Concilijs

antiquis, Laodicensi cap. 38. Carthaginensi II.  
cap. 9. & Moguntino cap. 9. & ex alijs capitibus iu-  
ris canonici: quæ referuntur infra, num. 6. Et sanè  
meritò id statutum est à iure, tum ob reuerentiam  
debitam tanto, ac tam admirabili Sacramento;  
tum ob maiorem deuotionem fidelium, vt & cum  
debito honore tractaretur, & cum debita reueren-  
tia ac deuotione fidelium susciperetur. Ex quo in-  
ferunt huiusmodi Doctores, transgressionem hu-  
ius præcepti esse peccatum mortale ex suo genere.  
Sic speciatim inferunt Soar. allegatus dicta sect. 3.  
initio: Azor citatus quæst. 8. & Henriquez item allega-  
tus dicto cap. 27. initio; & alij etiam id supponunt.  
Et fundamentum illorum est: quia iura simpliciter  
statuunt, hoc non esse licitum; & loquuntur de re  
grauis, & maximè necessaria ad commodum & de-  
centem honorem, & reuerentiam tanti & tam ad-  
mirabilis Sacramenti, quæ prætereunda non est, nisi  
in maxima necessitate, vt dicitur in cap. Sicur, de  
consecrat. dist. 1.

Patet etiam esse peccatum mortale extra Ec-  
clesiam, & locum sacrum ad hoc peculiariter de-  
putatum celebrare, ex cap. Nullus, de consecrat. d.  
1. vbi prohibetur Sacerdos celebrare in locis non  
satis ab Episcopo deputatis sub comminatione  
depositionis, vt animaduertit Syluest. verbo, Missa, Syluest.  
1. §. 5. Imò addit Sylu. ibi esse ipso facto ab Ecclesia  
ingressu interdictos eos, qui celebrant, vel celebra-  
re faciunt, nisi in locis à iure concessis. Idem docet  
etiam Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 27. initio, & An-  
gel. verbo, Missa, §. 39. & Tabiena eodem verbo,  
§. 7. & Soar. dicto tomo 3. in 3. part. disp. 81. sect. 3.  
littera A. §. 1. ad finem, fol. 1214. col. 2. & citant ca-  
put, Episcoporum, de priuilegijs, in 6. quæ pœnæ non  
imponuntur, nisi ob peccatum mortale, vt patet.  
Vnde liberè admodum (vt ait Soarius citatus; imò  
& falsò, vt ait Henriq. etiam allegatus ad margi-  
nem, littera A.) locutus est Sorus in 4. dist. 13. q. 2.  
art. 3. vers. Circa, asserens, non esse peccatum mor-  
tale celebrare extra Ecclesiam & locum sacrum  
ad hoc peculiariter ad Episcopo deputatum, nisi  
ad sit contemptus, vel scandalum: nam, si hoc ve-  
rum esset, sequeretur non esse peccatum mortale  
celebrare in propria domo propria auctoritate,  
non ex contemptu, sed ex deuotione, & secretò,  
propter scandalum: quod tamen est absurdum, &  
contra communem sensum totius Ecclesiæ; & Do-  
ctorum, quos citat Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 27. Henriq.  
initio, littera A. ad marginem: & hi sunt præter ci-  
tatos, Bellarminus lib. 2. Missæ, cap. 14. col. 3. Nau.  
in Manuali Latino, cap. 25. num. 81. Gabriel in Ca-  
nauarr. non. lect. 13. & 14. Alensis, Vivaldus, & alij. Non est  
ergo necesse, vt ad sit scandalum, vel contemptus,  
vt hoc peccatum graue sit, & mortale; sed sufficit,  
quòd sit voluntaria transgressio Ecclesiastici præ-  
cepti: quod patet euidenter ex Concilio Trid. sess.  
22. in decreto de obseruandis, & vitandis in cele-  
brat. Missæ, ibi: Non patiantur Episcopi priuatis in  
domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad dini-  
num tantum cultum dedicata Oratoria ab istem Or-  
dinaris designanda, & visitanda, sanctum hoc sacri-  
ficium à secularibus, vel regularibus quibuscunque per-  
agi. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & exem-  
ptionibus.

Dubium autem est, an huiusmodi interdicti ab  
ingressu Ecclesiæ, qui celebrant, vel celebrare faci-  
unt alios extra Ecclesiam, & locum sacrum ad  
hoc ab Episcopis peculiariter deputatum; maneat  
irregulares, si postea ipsi sic interdicti extra Ec-  
clesiam celebrent. Negat Henriquez lib. 9. de Missa,  
cap. 27. initio, & Soarius dicto tomo 3. in 3. part. D.  
Thom. disput. 81. sect. 3. initio. §. in hac res, ad finem.  
Nauarr. cap. 25. num. 94. Archidiaconus, & Ioannes  
Andreas

Henriq.  
Soarius.  
D. Thom.  
Nauarr.  
Archid.

Ioã. Andr. Andreas in cap. Episcoporum, de priuilegijs, in 6.  
Villadio. Villadio de irregularitate, col. 7. & Cardinalis  
Cardin. consil. 4. de sentent. excomm. Couarr. in cap. Alma  
Conarr. mar. 1. part. §. 6. num. 9. col. 3. idem Nauarr. cap. 27.  
num. 157. & alij. Si tamen aliquis Sacerdos celebret  
in loco interdicto per specialem Ecclesiæ censu-  
ram, vel alium celebrare faciat, manet irregularis,  
iuxta Soarium loco modò allegato. Ratio illius est  
optima: quia pœna irregularitatis imposita est  
transgressoribus censuræ; non verò transgressoribus  
precepti, de quo modò disputamus.

Dices: Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, idem est  
atque suspensus ab ingressu illius: sed ille, qui suspen-  
sus est, si celebret cum suspensione, manet irregu-  
laris: ergo & ipsi interdicti irregulares etiam ma-  
nebunt, si postea sic interdicti etiam extra Ec-  
clesiam celebrent. Respondeo, lato modo loquendo,  
idem esse, interdictum esse ab ingressu Ecclesiæ,  
atque suspensum esse ab ingressu illius, & per conse-  
quens sic suspensum, si postea celebret in eadem  
Ecclesia, à cuius ingressu interdictus est, vel in qua-  
cunque alia Ecclesia, si absolute ab ingressu Ec-  
clesiæ interdictus est, fieri irregularem, quia suspensus  
est ab ordine exercendo in ea: secus, si celebret  
extra eam. Ita habetur in cap. 75. cui, de sententia  
excommunicationis, in 6. ibi: Is cui est Ecclesia in-  
terdictus ingressus, cum sibi, per consequens, censetur  
in ipsa diuino oratorio interdicta, irregularis ef-  
ficatur, si contra interdictum huiusmodi, in Ecclesia  
celebret. Et idem videtur haberi in cap. Episcoporum,  
de priuilegijs, in 6. Quauis autem peccet mortale  
ter ibi audiendo diuina, tamen non fit irregularis: at  
celebrando fit; quia audire non spectat Ordinem,  
neque est actus Ordinis. Ita docet Tolerus lib. 1.  
Inst. Sacerdotum, cap. 45. n. 4. §. Quatio suspensus,  
docet etiam Geminianus in prædicto cap. 75. cui,  
num. 4. & Soar. tomo 5. de censuris, disp. 35. sect. 4.  
num. 3. & Azor tomo 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 16. &  
citatur pro sua opinione prædictum cap. Is, cui, de  
sent. excomm. allegatum in 6. Dixi, lato modo: quia,  
quauis interdictio ipsa ab ingressu Ecclesiæ sit  
mera pœna, & non sit suspensio propriè, & forma-  
liter, neque censura; tamen est talis pœna, quæ ha-  
bet communes aliquos effectus cum suspensione &  
cum ipsa censura, quando fertur in Clericos; seu  
potius, vt docet Soarius citatus num. 4. est illa pœna  
genus quoddam peculiare interdicti personalis, &  
propterea iure statuitur, fieri irregularem Sacerdo-  
tem, si illam violando celebret: effectus enim pro-  
prius & communis cum laicis ipsius interdictio-  
nis ab ingressu Ecclesiæ, est priuare aliquem auctio-  
ne diuinarum Officiorum in Ecclesia sub peccato  
mortali, non sub irregularitate; & præterea priuare  
etiam Ecclesiasticâ sepultura sub eodem peccato  
mortali, vt patet ex ipso cap. Is, cui, de sent. excom.  
in 6. & hic effectus, vt dixi, & communis Clericis,  
& laicis, & ultra hunc effectum, hæc interdictio in  
Clericum lata, quauis propriè & formaliter lo-  
quendo sit pœna, & non censura, habet alium, qui  
est, priuare illum consequenter exercitio Ordinum  
in Ecclesia sub irregularitatis pœna, vt ex eodem  
capite patet. Et, cum pœna irregularitatis sit pro-  
prius effectus suspensionis, vel interdicti, idcirco  
nonnulli Doctores, vt Tolerus, Geminianus citati  
hanc interdictio- nis pœnam appellant lato modo  
suspensionem: alij verò, vt Soarius allegatus num.  
4. & nonnulli alij, appellant interdictum personale  
non absolutum, sed respectiuum ad ingressum Ec-  
clesiæ: quia non incurritur irregularitas, nisi cele-  
bretur in Ecclesia.

Et verò iura antiqua ad celebrandum sacri-  
ficium Missæ requirebant olim locum sacrum, seu  
Ecclesiam consecratam, vt optime notat Soarius  
P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

Toletus  
Soarius.  
Azor.

in 3. part. D. Thom. disput. 81. sect. 3. §. Et autem, &  
patet, ex cap. Nullus, de consecrat. d. 1. & ex cap. Si-  
cut, eadem dist. & titulo, ibi: Nullus Clericus Mis-  
sas celebrare presumat, nisi in sacris ab Episcopo locis.  
Postea verò, quoniam Ecclesiæ consecratio rara,  
& difficilis erat, vltus obtinuit, vt ad sacrifican-  
dum iure communi & ordinario sufficiat Ecclesia  
benedicta, id est, quæ sit fundata, & erecta ad diui-  
na ministranda, & ad Officia diuina, auctoritate, &  
consensu Episcopi, vt notat Glossa in cap. vltimo  
de consecrat. Ecclesiæ, distinct. 1. & Doctores ibi  
Azor. etiam tomo 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. quæst.  
11. Soar. citatus modò, Henriquez lib. 9. de  
Missæ, cap. 27. initio, & num. 2. Zerola 1. part. praxis  
episcopalis, verbo, Missa, num. 1. Sylua tractatu de  
benef. 1. p. q. 6. num. vltimo. Sufficit autem, quòd  
hic consensus Episcopi sit tacitus, & non expressus,  
vt animaduertunt Sylua, & Zerola, id est, quòd  
Episcopi per se, vel per suos Officiales sciant, hu-  
iusmodi Ecclesiam, aut cappellam fundari; & in ea  
Missam celebrari, & non repugnet.

Hoc autem præceptum, & statutum iuris com-  
munis, celebrandi solum in loco sacro, vel ab Epi-  
scopo ad hoc peculiariter deputato, nonnullas pa-  
titur exceptiones in ipso iure. Prima est, quòd de  
licentia, & consensu Episcopi licebat olim ante  
Concilium Tridentinum sacrificare in propria do-  
mo, seu oratorio, nec consecrato, nec benedicto; in  
loco tamen decenti, & honesto. Constat ex cap.  
Missarum, de consec. dist. 1. ibi: In locis ab Episcopo  
consecratis, vel ubi ipse permisit, & ex cap. Clericos,  
eod. titulo, & dist. ex Concilio Tiburiensi dedu-  
cto, ibi: Clericos, qui ministrant in oratorijs, quæ intra  
domos sunt, cum consensu Episcopi loci illius, hoc face-  
re præcepimus, & ex cap. Hic ergo, de consecrat. dicta  
distinct. 1. ibi: In alijs locis sacrificare, & Missas cele-  
brare non licet, nisi in iis, in quibus Episcopus proprius  
iussit, aut qua fuerint ab Episcopo consecrata. Et ex  
his locis, & alijs similibus rectè colligunt Docto-  
res, potuisse olim Episcopos ante Concilium Tri-  
dent. ex vi huius iuris, dare licentiam celebrandi in  
domibus priuatis pro mera sua gratia, & liberalita-  
te, absque vlla necessitate. Ita colligit, & rectè, Soar.  
tomo 3. in 3. part. disp. 81. sect. 3. §. Secundo ob-  
seruandum. Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 10. c. 26.  
quæst. 3. Nau. cap. 25. num. 82. in Manuali Latino.  
Sylu. verbo, Missa §. 5. Et ratio est: quia id non est  
dispensatio in lege aliqua à iure communi intro-  
ducta: sed est vltus meræ & propriæ potestatis, & iu-  
risdictionis: indubitati enim iuris est, hoc de iure  
ordinario concedi, & posse fieri ab Episcopis. Et  
hanc quidem licentiam poterant dare Episcopi, vel  
ex parte loci; designando, videlicet, locum in domo  
priuata, in quo sacrificium posset fieri, vel pro vna  
tantum vice, vel permanenter, vel ex parte perso-  
næ, dando, scilicet, licentiam subdito sibi Sacerdoti,  
vt sibi possit locum ad sacrificandum eligere, vt  
optime notauit Soarius citatus.

An autem Episcopi potuerint dare eam licen-  
tiam intra propriam tantum diocesim, an etiam  
extra illam, dubitant Doctores. Soarius citatus dic-  
to, §. Secundo obseruandum est, limitat intra dice-  
cesim tantum, & citat Angelum ibi, pro ea opinio-  
ne. Syluester verò verbo, Missa 1. quæst. 5. §. 5.  
ampliat etiam extra propriam diocesim; ita vt vi-  
delicet, possit Episcopus dare licentiam Sacerdoti  
sibi subdito, vt possit sacrificare extra Ecclesiam in  
domo aliqua priuata, vel in loco decenti & hone-  
sto, quem ipse elegerit, in altari portabili, & ara fa-  
cra, vbi cunque ipse voluerit, siue intra, siue extra  
propriam diocesim; & citatur pro sua parte c. In his,  
de priuilegijs, in 6. in quo reuerà id non dicitur  
ibi enim solum declaratur, hoc priuilegium à Sede  
Apostolica

Soar.  
Azor.  
Nauarr.  
Syluest.

Apostolica concessum Mendicantibus, eligendi locum honestum ac decentem ad sacrificandum in Altari portabili, ubicunque voluerint, non esse ita interpretandum, ut requiratur Episcoporum locorum consensus; quia aliis privilegium illud nihil operaretur: ex qua ratione nihil colligitur, quod conducatur ad opinionem Sylvestri, & ad summum colligi potest ex ea, posse Episcopum loci dare licentiam Sacerdoti externo, ut in sua Diocesi eligat locum decentem, quem voluerit, extra Ecclesiam ad sacrificandum; artem tamen sequitur, posse ipsum Episcopum illam facultatem concedere pro aliena Diocesi. Et quidem hoc rationabiliter videtur: quia ad nunquam Episcopum spectat, designare loca in propria Diocesi ad sacrificandum, & ad Sacramenta ministranda: unde privilegium illud tam amplum concedere, ad solum summum Pontificem spectat, ut optime docet Soarius allegatus.

8. Conc. Tr.

At modò, post Concilium Tridentinum dicta sess. 22. in decreto de observandis, & vitandis in celebratione Missæ, iam huiusmodi potestas dandi hanc licentiam absque vlla causa & necessitate alicui Sacerdoti, celebrandi in sua Diocesi, extra Ecclesiam, in domo propria, vel alio loco decenti & honesto, quem ipse delegerit, Episcopis adempta est, atque sublata, ut communiter Doctores docent, & solum summus Pontifex eam concedere potest. Ita docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. num. 81. Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 26. quæst. 3. Ancharanus in cap. Quoniam, de privilegio in 6. num. 2. Zerola in praxi episcopali, 1. part. verbo, Missæ, num. 1. Petrus Cenedo de quæst. canonicis, quæst. 44. a num. 6. Lud. Lopez 2. p. 2. Instr. titulo, De Euch. cap. 29. pag. 300. vers. Inferi deinde. Francus, & Geminianus in cap. ultimo, de privilegiis, dicto libro 6. & ita, ut ait Azor, declaravit sacra Congregatio Cardinalium super hunc locum Concilij Tridentini. Verba Concilij ita habent: *Præcipit sancta Synodus Episcopis, ne patiantur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria ab istis Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunque peragi, non obstantibus privilegiis & exemptionibus quibuscunque.* Quibus verbis non est negandum, voluisse Concilium Tridentinum admodum restringere hanc potestatem Episcopis.

9. Soarius.

Et certè, ut optime notat Soar. tom. 3. in 3. partem D. Thomæ, disp. 81. sect. 3. §. *Secundo observandum*, colligitur expressè ex Concilio, præter Ecclesias, solum posse nunc Episcopos designare privata Oratoria, quæ ab ipsis visitentur ad religiosa tantum munera dedicata, ut in eis celebrare liceat; & sic posse hodie Episcopos ex absoluta potestate, ex quadam gratia & liberalitate, absque vlla necessitate, dare hanc facultatem ex parte loci tantum, designando, videlicet, locum, & Oratorium in domo privata, in quo sacrificium fiat, habita semper ratione decentiæ & reverentiæ debite Sacramento: non posse verò liberam facultatem concedere alicui Sacerdoti celebrandi in sua Diocesi, subdito, vel non subdito, ubicunque voluerit, in Altari portabili; nec posse etiam dare licentiam ad celebrandum in aliquo loco honesto, decenti, & benè preparato intra domos privatas, non tamen deputato ad religiosum tantum ministerium, sed conuertendo statim in prophanos usus. Et hæc est sanè mens & intentio ipsius Concilij Tridentini, ut inquit Soar. si rectè & attentè ponderentur illius verba: & idem docet etiam expressè Zerola 1. p. praxis Episcopalis, verbo, Missæ, num. 1. §. *Quarta conclusio*, ibi: *Licet de iure Episcopus poterit dare licentiam celebrandi extra Ecclesiam, cum suis requisitis, per cap.*

Zerola.

*Concedimus, de consecrat. dist. 1. & per cap. Quoniam, eodem titulo, & dist. hodie tamen secus per Concilium Tridentinum, nisi sit Oratorium ad divinum tantum cultum deputatum, nisi sit Ordinariis designandum, & visitandum.* Hæc ille: & concordat omnino cum Soario: nam illis verbis, *Ad divinum tantum cultum deputatum*, significat, debere esse locum fixe & permanentem ad religiosum cultum dedicatum, & qui non sit statim conuertendus in usus prophanos, ut ait Soarius: & reverè hi duo Doctores attingunt clarè mentem Concilij, artem illius verbis.

Et idem Zerola citatus conclus. 5. docet, posse Episcopum, & debere dare licentiam alicui Ducifæ, aut Marchionissæ, aut cuicunque personæ nobili, ut Missa celebretur in Oratorio, aut Aula sui Palatii, in loco honesto, ad usum tantum sacrificandi, celebrandique illum designando, propter ætatis, aut valetudinis incommoda: & asserit ita declarasse sacram Congregationem Cardinalium declaratione 130. Soar. verò dicto tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 3. §. *Secundo observandum est*, ad finem, & Sorus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. pag. 572. col. 2. asserunt, posse Episcopos hodie dare licentiam, ut sacrificium fiat in domo privata, in loco decenti; quamvis non sit ad divinum cultum deputatus, ad communicandum infirmum propter ipsius infirmitatem, maxime, addit Sorus, si sit persona nobilis, & perillustis: quia huiusmodi casus reducitur ad casum necessitatis, & Concilium non abstulit Episcopis ius dispensandi in necessitatibus, ut statim patebit num. 14. sed loquitur absolute de communi modo ordinariè celebrandi. At verò Gutierrez l. 1. quæst. canon. cap. 30. num. 28. ait, non licere Episcopis concedere licentiam ad celebrandum in privatis domibus, nisi propter necessitatem; & tunc fieri debere in Oratorio, aut Altari ad divinum tantum cultum dedicato: & refert Congregationem Cardinalium in hanc rem, quæ, ut ille ait, est, 28. & id ipsum asserit etiam Aragonius 2. 2. quæst. 83. art. 2. ante finem, pag. 612.

10.

Gutierrez.

Aragon.

11.

Colligamus ergo ex prædictis fundamentis, & eruamus sensum, ac mentem horum Doctorum. Colligitur ergo ex sententia Zerolæ, Gutierrez, & Aragonij, posse hodie Episcopos licentiam dare ad celebrandum in privatis domibus, concurrentibus his tribus circumstantiis: prima, nobilitas personæ, cui conceditur huiusmodi licentia: secunda, quod celebretur in Oratorio, aut Altari, & loco firmiter deputato ad religiosum cultum, & qui non statim conuertendus sit in communes usus, & sit visitandus ab ipso Episcopo: tertia, ut detur aliquis necessitas ex parte personæ, cui huiusmodi licentia conceditur, v. g. senectutis, infirmitatis, aut amplæ familiæ, quæ non ita facile possit ad publica Tempia accedere. Ex dictis verò Soarij, & Sorij, colligitur, posse Episcopos eam licentiam dare, concurrentibus tantum his duabus circumstantiis: prima, infirmitas alicuius personæ; maxime, si sit nobilis, & multi præcesserint dies, quibus non communicaverit, nec Missam audierit: secunda, locus decens, quamvis non sit ad religiosum tantum cultum deputatus.

Nouissimè verò Paulus Papa V. anno 1617. Prædecessor Gregorij XV. modò Ecclesiam Dei gubernantis, per Breve quoddam, quod ad meas manus adhuc non potuit pervenire, abstulit omnem potestatem Episcopis concedendi licentias ad celebrandum in domibus particularibus, in loco decenti & honesto, quantumvis personæ, huiusmodi licentiam requirentes, nobilissimæ sint: reuocavitque omnes licentias ab Episcopis, & Archiepiscopis in suis Diocesis cõcessas; & declaravit, nunquam id Episcopos post Concilium Tridentinum

aut potuisse efficere; & sibi tantum, Sedi que Apostolicæ eam potestatem reservavit. Sed, cum hoc Breve expeditum sit ad cauendos abusus, dubito profectò, an per illud intenderit Summus Pontifex adimere Episcopis omnem omnino potestatem concedendi huiusmodi licentias, etiam ex parte loci, ut diximus num. 9. ita ut non possint Episcopi designare locum, & Oratorium decentissimum in domibus priuatis nobilium virorum, & deputare tantum ad divinum cultum, ut ibi sacrificiū fiat ab ipsis visitandum, & lastrandum: nam, si inspiciamus mentem Concilij, hoc eis expressè concessit, ut docent Soarius, & Zerola, citari prædicto num. 9. unde non videtur intendere Summus Pontifex eis hanc potestatem adimere; sed solum adimere velle potestatem concedendi licentias celebrandi in domibus priuatis in altari portabili, in loco decenti, & benè preparato; non tamen ad divinum & religiosum cultum, ac ad hoc tantum munus celebrandi deputato; licentiisque, & privilegia ab ipsis Episcopis cõcessa aliquibus Sacerdotibus particularibus celebrandi in domibus priuatis in loco decenti & honesto. In quod magis inclinarem, nisi viderem, ad vnguem obseruari in regno Lusitanie huiusmodi Breue, & omnino interdicitas esse huiusmodi licentias, & Sedi tantum Apostolicæ reservatas: legatur tamen, & consideretur huiusmodi Breue, ut ex inspectione illius mens Pontificis eruatur. Hoc vnum tamen mihi videtur satis tutum, non esse huiusmodi Breue intelligendum de casu magnæ necessitatis, ut dicemus num. 14. sicut, nec etiam de eo casu Concilium Trident. intelligitur, ut ibi dicemus.

13.

Nonnulli Doctores existimant, non posse Episcopos post Concilium Tridentinum dispensare in casu magnæ necessitatis, nec dare licentiam pro vna, aut altera vice, aut pro multis, ad sacrificandum extra Ecclesiam, v. c. sub dio in altari portabili cum ara sacra; propterea quod existiment, eam potestatem, quæ illis iure antiquo conueniebat, eis iam esse ademptam per Concilium Tridentinum dicta sess. 22. in decreto de observandis & vitandis in celebratione Missæ: & eis fauent Concilium Toletanum celebratum anno 1483. act. 3. c. 42. vbi habetur: *Ne Episcopus licentiam concedat celebrandi in privata domo, etiam si habeat capellam, & Nauar. lib. 1. tit. De constitutionibus, consil. 1. q. 37. n. 76. vbi dicit, non posse Episcopum hodie dare licentiam ad celebrandum Sacrum in domo privata apud infirmum: quod si non potest dare hanc licentiam celebrandi in domo privata in casu vigentis infirmitatis; nec etiam poterit illam dare ad celebrandum sub dio in casu magnæ necessitatis. Præterea, confirmare poterunt suam sententiam: quia olim in lege veteri vnum erat tantum templum in Ierusalem, extra quod non licebat omnino sacrificare, nec etiam in casu magnæ necessitatis, ut docet D. Thom. 1. 2. quæst. 102. art. 4. ad 3. & quæst. 101. art. 3. ad 3. & art. 4. ad 1. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 27. §. 1. litera I. & cap. 4. num. 4. litera M. Theodoretus, Procopius, & D. Hieronym. in Esaiam 19. Eusebius 1. de demonstrat. Euangel. c. 4. Clemens 1. 6. Const. apost. c. 24. Benedict. Pererius in Daniel. 3. Et licet temporè Machabeorum Ananias, seu Onias, filius Onie Pontificis, fugiens tyrannidem Antiochi Epiphanijs, fecerit in Ægypto de licentia Ptolomæi Regis Ægyptiorum in tractatu Heliopolitano templum simile Ierosolymitano, vbi sacrificia per spatium 338. annorum fuerunt oblata, quasi id vaticinasset, ac prædixisset Ieremias cap. 19. atamen contra legem fecit, ut testatur Ioseph. lib. 7. belli Iudæici, cap. 30. & docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 4. num. 4. litera Q.*

D. Thom. Henrig.

Theodor. Procop. D. Hier. Eusebius. Clemens. Pererius.

Ioseph. Henrig.

Et licet Elias in monte Carmeli erecto nouo altari sacrificium Deo obtulerit, ut testatur sacra pagina, 3. Reg. 18. tamen statim miraculo comprobauit, id fecisse ex dispensatione, ac instinctu Dei. Qui verò captiui ex Ægypto miserunt vasa, & alia pro sacrificiis ad fratres in Ierusalem, Baruc cap. 1. sacrificarunt quidem post euersum templum, sed erecto altari in eodem loco, vbi ruina quædam eiusdem templi extabant, ut benè probat Pererius in Daniele, lib. 3. & tamen quia perexiguus erat tunc cultus Dei in templo, & per paucos viros, reputatur pro nihilo, Ierem. 41.

At dicendum est, tempore, & casu necessitatis magnæ, licitum esse hodie Episcopis dare licentiam ad celebrandum extra Ecclesiam, & extra Oratorium, imò & extra domum priuatam sub dio, in quocunque loco decenti, & honesto. Et hæc est secunda exceptio, quam patitur decretum Concilij Trid. allegatum num. 8. neque enim Concilium, neque vquam Summus Pontifex voluit comprehendere casum magnæ necessitatis, ut docent communiter Doctores: nam in eo casu adhuc possunt ipsi Episcopi eam licentiam concedere ad celebrandum extra domum priuatam, & Ecclesiam, in quocunque loco decenti & honesto. Ita Nauar. in Manuali Lat. c. 25. num. 82. Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. quæst. 81. sect. 3. §. *Tertia exceptio*, Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 10. c. 26. D. Thom. quæst. 6. Henriquez lib. 9. de Missa, c. 27. num. 1. Azor. & 2. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. Durandus lib. de ritibus Ecclesie Catholice 2. c. 6. num. 8. Petrus Cenedo lib. de quæst. canonicis, quæst. 44. vbi Durandus fusè & late hac de re agit. Ramirez de confirmacione Ord. D. Iacobi, cap. 32. num. 2. pag. 129. Hieronymus Flamma 3. p. Methodi, cap. 5. §. 15. pag. 504. Rodrig. tom. 1. quæst. 9. 43. a. 6. & in Summa, 1. p. cap. 249. n. 14. & Gutierrez, lib. 1. quæst. canon. cap. 30. n. 26. Aragonius 2. 2. quæst. 83. art. 2. ante finem, pag. 612. Ludouicus Lopez 2. Lud. Lop. p. Instr. tit. De Euch. cap. 79. pag. 300. versu. Inferi deinde. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 4. Sylu. de consecrat. dist. 5. & c. *Concedimus*, ibi. Et quantum huiusmodi capita non multum virgere videantur; quia primum, solius Gratiani est; secundum verò, Concil. Triburienfis Prouincialis: tamen potestè cõmuni consuetudine illud ius probatum, & receptum fuit pro tota Ecclesia Catholica, ut animaduertit Soarius allegatus. Et id quidem per se est rationi consentaneum: necessitas enim non habet legem, ut est commune & receptissimum omnium axioma. Unde fit, ut liceat in bello rem diuinam sub dio, aut sub tentorii celebrare in altari portabili, aut in ara sacra, ut Christiani milites Sacrum audiant, & se fidentius ad pugnam præparent sacra Eucharistia sumpta, de licentia Episcopis, si commodè haberi potest: si autem ea licentia commodè haberi non potest, eo ipso interpretatine necessitate censetur Papa iure ipso interpretatine dispensare. Ita Henriquez citatus. Nauar. Sorus, legati, & ferè omnes iam, allegati. Quoniam verò huiusmodi necessitas semper præuidetur, idè ratio postulat, ut semper Episcopi, aut Superioris licentia præueniatur: quod si non fuit præuenta, sufficit interpretatiua, ut dixi, & notat Henriquez. Idèque erit dicendum, quando sunt solennes & publicæ supplicationes, & magna multitudo confluat ad templum, aut eremitoria, quæ totum populum non capiunt; nam, tunc tuta conscientia fieri poterit sacrificium ante fores, erecto altari portabili, in quo possit totus populus Missam videre, & audire.

14.

Nauar. Soarius. D. Thom. Azor. Henriquez. Durandus. Petrus Cenedo. Ramirez. Flamma. Rodrig. Gutierrez. Aragon. Lud. Lop.

D. Anton. Syluest.

Henrig. Nauar. Sorus. Azor. Syluest. Armil.

Audire. Sic Sotus, Nauar. Soar. Azor. Syluester, D. Antoninus, omnes citati, idque absque licentia Episcopi: si non pateat facilis recursus ad illum, aut ad eius Vicarium generalem. Item, in Missis, ac sacrificiis nouis Sacerdotum, si magna populi multitudo ad Ecclesiam confluat, ita ut Ecclesia eam capere non possit, tunc fiet sacrificium ipsum praeforibus sacrae aedis. Ita Nauarrus, & Azores, uterque locis allegatis, & id ipsum docet Soarius allegatus. Sic etiam, quando exercitus, aut classis ad multum temporis spatium Missam non audiuit, & ad locum appulit, ubi sub dio possit commode illam audire, licitum erit eam sub dio celebrare. Ita Azor, & Henriquez locis item allegatis, & colligitur ex D. Thoma 3. part. quaest. 83. art. 3. ad primum, & ex Soario loco supra allegato. Idem dicendum erit, si nauis Indiae Lusitanae ad littus aliquod appellat: est enim numerus personarum illius instar numeri non exigui populi: ita audiui à viris doctissimis nostrae Societatis: nam exceptio haec, seu facultas ista celebrandi in casu necessitatis magna, non est reuocata per Concilium Tridentinum dicta sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missarum, iuxta omnes Doctores supra citatos.

D. Thom.

Concil. Tr.

15.

Tertia exceptio, quam patitur decretum Concilij Tridentini, est ex parte priuilegij: potest enim Summus Pontifex concedere alicui priuilegium celebrandi in domo priuata, in loco decenti, cum altari portabili, & sacra arazicet locus non sit specialiter deputatus ad munus celebrandi, aut sub dio, & idque absque vlla necessitate: raro tamen, & admodum difficulter concedit Summus Pontifex hanc facultatem: quod ad eum seuerè seruatur Romae, ut Papa eam neque ipsis Episcopis ibi commemorantibus concedat, sed solum Cardinalibus, ut testatur Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. num. 81. & Rodr. in summa, 1. p. c. 249. num. 14. & Petr. Cenedo lib. de quaest. canonicis, quaest. 44. à num. 2. & Gutier. lib. 1. quaest. canon. c. 30. num. 36. & Zerola 1. p. praxis Episcopalis, verb. Missa, num. 1. & idem admodum gloriatur Nauar. ibi, se hoc priuilegium, ac beneficium consecutum fuisse à Summo Pontifice, suo tempore.

Nauar. Rodrig. Cenedo. Gutier. Zerola. Nauar.

16.

Ante Concilium Tridentinum fruebantur priuilegio celebrandi in quocunque loco honesto cum altari portabili, & ara sacra, Religiosi ex familia Praedicatorum, & Minorum, concessio in cap. In his, de priuilegiis, in 6. At hodie per Concilium Trident. reuocatum est huiusmodi priuilegium dicta sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missa. illis verbis: non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & exemptionibus, ut docet Soar tom. 3. in 3. p. D. Thom. disp. 81. sect. 3. §. Quarta exceptio, Nau. in Man. Lat. cap. 25. n. 82. Henric. lib. 9. de Missa, cap. 27. n. 2. fine. Tabiena verbo, Missa, §. 7. & verbo, Altare, 2. 1. §. & idem illo iam vti non licebit, nisi denuò post Concilium Tridentinum, aut concessum, aut renouatum habeant.

Soar. Nauar. Henric. Tabiena.

17.

At Religiosis Societatis Iesv concessum est priuilegium, ut in missionibus possint Sacerdotes illius vti altari portabili vbique gentium, ibique in suis priuilegiis conceditur eidem Religioni, ut in suis domibus in priuato Oratorio à Prouinciali approbato possint Missa celebrari absque alia Episcopi approbatione, non obstante praedicto decreto Concilij Tridentini. Haec priuilegia concessa illis fuerunt à Paulo III. & à Gregorio XIII. cum derogatione eiusdem Concilij in Bulla anni 1575. ut animaduertunt Soarius tom. 3. in 3. b. D. Thom. disp. 81. sect. 3. §. Quarta exceptio, Henric. lib. 9. de Missa, cap. 27. n. 2. hinc ad marginem, lit. S.

Soarius. Henric.

Animaduertendum tamen est, an huiusmodi priuilegia dirigantur ad personas Religiosorum, an ad loca ipsorum: si priori modo, non possunt ad alios extendi: si posteriori, possunt quia priuilegij verba tantum valent, quantum sonant. Vnde soli Presbyteri Societatis dicere possunt in suis missionibus Missam in altari portabili vbique gentium, etiam in castris militum: alij verò Sacerdotes externi, etiam si sint socij eiusdem itineris, non possunt in eodem altari alicubi exco Missam dicere; quia verba huius priuilegij diriguntur tantum ad personas Sacerdotum eiusdem Societatis. At verò in suis domibus in priuato Oratorio à solo Prouinciali approbato, non solum Sacerdotes Societatis, sed etiam externi, sacrificium licite offerre possunt: quia priuilegium, ut ex eius verbis constat, non dirigitur ad personas sacrificantes, sed ad locum, seu ad Prouincialem, cui communicatur illa Episcopi facultas approbandi locum illum absolue ad sacrificandum. Ita docet Soar. allegatus, & bene quod diligenter est animaduertendum, ne error facilis in eis obrepit.

Azor.

An autem huiusmodi priuilegia participant alij Mendicantes, est dubium. Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 10. cap. 26. quaest. 9. affirmat, Generales & Prouinciales Regularium communiter habere priuilegia, ut templa, & Ecclesias proprias ipsi erigant, & edificent, & Oratoria in propriis domibus, Conuentibus, & Collegiis, quibus Missa, & Officia diuina celebrentur, designent: quauis multorum illo non vti velint absque facultate Episcopi, nisi vbi, & quando Episcopus praesens non est, aut adeò longè distat, ut commode conueniri non possit; & quando Episcopi difficiles se praebent ad id concedendum: & huiusmodi priuilegium communicabile est ex sua natura. De alio verò priuilegio vtendi altari portabili in missionibus ad sacrificandum, & communicandum, Sacramentumque Eucharistiae aliis ministrandum, etiam fidelibus externis, an illud participant alij Mendicantes, & qui priuilegio Mendicantium vtuntur, maius dubium videri poterit, ex eo, quod concessum sit intuitu missionum, & solis missionariis, qui à Superioribus eiusdem Societatis ad missiones destinantur, mittunturque: sed, cum ibidem non excludat Summus Pontifex alios Religiosos Mendicantes à participatione huius priuilegij, videntur mihi huiusmodi priuilegium etiam participabile esse aliis Religiosis Mendicantibus, qui in simili missionum exercitio insu Superiorum Deo, & Ecclesiae Catholicae inseruiunt. Ratio est: quia, quando Summi Pontifices volunt excludere alios Mendicantes à participatione aliquorum priuilegiorum Societatis, statim in Bullis eiusdem Societatis id declarant expressè: sic Gregorius 13. die 22. Septembris, ann. 1582. concessit priuilegium Religiosis Societatis Iesv, ut tribus Dominicis, vel aliis festiuis diebus continuis possint ordinari; & statim à communicatione huius gratiae alios Religiosos Mendicantes exclusit, his verbis: Praesentis autem gratiae communicationem aliis Mendicantibus interdiximus omnino. Vnde, cum in alio priuilegio eos non excludat, voluit includere.

18.

An autem in sumine, & mari Missa celebrari possit ex priuilegio, diximus satis c. 10. n. 14. ad quem locum te remittimus: neque enim necesse est, ut iterum actum agamus.

19.

Habent etiam Episcopi priuilegium à iure communi concessum in cap. Quoniam, de priuilegiis, in 6. vt, dum ob diuersas causas à suis Ecclesiis absunt: possunt extra Ecclesiam celebrare in altari portabili cum ara sacra, vbiqueque voluerint, per se, vel per alios, Missam dicere, vel audire, vt eodem praedicto

dicto capite expressius habetur. Dubitan tur ergo, an hoc priuilegium Episcoporum derogatum sit per praedictum decretum Concilij Tridentini? Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 10. cap. 26. quaest. 4. censet, non esse derogatum huiusmodi priuilegium. Fundamentum illius est: quia Concilij decretum editum fuit ad extirpandos abusus, qui committi poterant in celebratione huius diuini sacrificij extra locum sacrum, qui planè abusus committi non possunt praesentibus Episcopis, cum ob legitimas causas à suis Ecclesiis absunt, & non ita commode ad Ecclesiam accedere possunt, Missam dicturi, aut audituri: & affirmat Azor ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem anno 1586. Par dubium est, an, quando Episcopi ob incommodam valetudinem domo exire non possunt, possint licite Missam dicere, vel audire domi propriae, in Altari portabili, in loco decenti. Azor citatus quaest. 5. ait, praedictam Cardinalium Congregationem insinuare posse. Ratio est: quia causa itineris, & incommoda valetudo aequiparari videntur; quauis, ait, altero die eadem Congregatio oppositum censuisse videatur. Haec ibi dicit Azor, & sic nihil resouit. Et reuertè, re bene considerata, videtur id omnino posse Episcopos ob rationes modò tactas, videlicet, tum, quia praesentibus Episcopis abusus committi non possunt: tum, quia, si possunt, quando extra propriam Ecclesiam absunt in domo priuata, qua habitant, id efficere, cur non poterunt in proprio palatio, quando ratione valetudinis ad Ecclesiam accedere non possunt. Profecto non video rationem, quae in contrarium vigeat: nam, si in primo casu absentiae non obstant illa verba derogatoria cuiuscunque priuilegij eiusdem Concilij Tridentini: Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque, vt declarauit praedicta Congregatio Cardinalium, etiam non obstant in casu incommodae valetudinis ipsius Episcopi. Nescio tamen, quo fundamento dicat Azor dicta quaest. 5. praedictam Congregationem altera die contrarium censuisse videri, cum in originalibus ita habeatur: Fuit dubitatum, an per hoc decretum Concilij Tridentini sess. 22. de obseruandis, & vitandis in celebratione Missa, Ne pariat, &c. sit derogatum priuilegium Episcoporum, de quo in cap. ultimo, de priuilegiis, in 6. & fuit ab omnibus Cardinalibus die 19. Iunii anni 1586. decisum negativè: quia intentio Concilij est, tollere abusus; & in Episcopis non est abusus, cum fiat ex causa. Fuit etiam dubitatum, an possint vti isto priuilegio Episcopi propter valetudinem: & fuit ab omnibus decisum affirmatiuè: quia profectionis, & valetudinis causa aequiparantur. Rursus fuit altera die dubitatum, stante declaratione aliis edita à sacra Congregatione, quod licentia celebrandi in priuatis Oratorijs sit petenda à Sede Apostolica, an Episcopus non valens commode accedere ad Ecclesiam, possit absque dicta licentia Domini Papa celebrare domi, vel celebrare sibi facere. Et fuit decisum dicta die, quod sic, ex cap. Missarum, solemnias, de consecrat. dist. 1. Ita habetur in originalibus in 4. p. Congreg. Cardinalium. Quare non video fundamentum, quo Azor dicat, licet dubitanter, videri altero die contrarium censuisse Congregationem; cum tamen semper idem constanter praedicta Congregatio decreuerit vt vidimus.

Azor.

20.

Certissimum tamen est posse Episcopos vti praedicto priuilegio celebrandi, vel facienti sibi celebrare domi suae propriae; ex vrgenti periculo, & graui causa: nam per cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1. conceditur Missa celebratio propter necessitatem extra Ecclesiam. Et ita declarauit sacra Congregatio Cardinalium anno 1586. dicta die 19. Iunii, vt habeatur in praedicta 4. p. declarat. num.

quam enim, voluit Concilium comprehendere casum magna necessitatis, & grauis causa, vt probauimus ex multis Doctoribus num. 14. causa autem grauis erit, si ipse Episcopus incidat in grauem morbum, & multi praecesserint dies, quibus Missa non audierit, & voluerit Eucharistiam sumere. Et hic accommodanda sunt omnia, quae ex Sorozola, Soario, & Aragonio diximus num. 10. & num. 12. ad quem te remittimus.

CAPVT XIV.

An in Ecclesia violata celebrari possit, & quibus modis Ecclesia polluat, & quid nomine Ecclesiae intelligatur.

SVMMARIVM.

- Est peccatum mortale ex genere suo in Ecclesia publicè violata celebrare. num. 1.
- In Ecclesia publicè violata, vrgente necessitate, de licentia Episcopi celebrari potest. num. 2.
- Qui in Ecclesia publicè violata scienter celebrat, non sit irregularis. num. 3.
- An sit suspensus, & interdictum à iure, refertur prima opinio affirmans. num. 4.
- Refertur & asseritur secunda negans. num. 5.
- Respondetur ad argumenta prima. num. 6.
- Quid agendum est Sacerdoti, si dum celebrat, violat in Ecclesia publicè. num. 7.
- Quibus modis Ecclesia polluat. num. 8.
- Polluitur primo per homicidium voluntarium, & peccaminosum. ibid.
- Quid si homo extra Ecclesiam vulneretur, & in Ecclesia moriatur. num. 9.
- Aut iudex extra illam existens aliquem in illa suspendio necet. ibid.
- Quid si iudex existens in Ecclesia ferat sententiam, vt aliquis extra illam occidatur. num. 10.
- Si Martyr in Ecclesia occidatur, manet polluta & violata. ibid.
- An maneat violata, si ex illa, emisso telo, aut scilopeto, aliquem occidat, vel vulneret. num. 11.
- An percussio, quo de se non vulnerat, nec effundit sanguinem, sufficiat ad violationem Ecclesiae, quauis sit sufficiens ad mortem, & in Ecclesia fiat. num. 12. & 13.
- Polluitur secundo Ecclesia per effusionem sanguinis humani iniuriosam, & peccaminosam. num. 14.
- In qua quantitate. num. 15.
- Quid, si fiat naturaliter. ibid.
- Quid, si fiat in aliqua representatione inhonesta facta in Ecclesia. ibid.
- Quid, si vulnus in Ecclesia contingat, aut caetero illius, & sanguis extra hoc effundatur. num. 16.
- Quid si aliquis extra Ecclesiam existens, emisso telo aut scilopeto, alium in Ecclesia vulneret. ibid.
- Quid, si vulnus sit leue, & sanguis multus. num. 17.
- Violata Ecclesia, violatur caetererum, non è contra. num. 18.
- Qua effusio sanguinis iniuriosa sufficiat ad violationem Ecclesiae. num. 19.
- Polluitur tertio per voluntariam emissionem seminis humani virilis, aut vxorei, sine fidelium, sine infidelium. num. 20.
- In qua quantitate. num. 21.
- An ita polluat Ecclesia per concubinum coniugalem, vt indigeat reconciliatione. num. 22.
- Refertur sententia affirmans. ibid.
- Ex ea sequitur, semper esse mortale sacrilegium, & sim. matrimonij



*matrimonium in Ecclesia, sine petendo, sine reddendo.*  
*num. 23.*  
*Refertur secunda absolute negans, & asserens nunquam esse peccatum mortale huiusmodi usum. n. 24. & 25.*  
*Refertur tertia probabilior, solum pollui per actum matrimoniale, quando est peccatura, & sacrilegium mortale. num. 26.*  
*Non esse autem, si coniuges diu sint obsessi in Ecclesia. ibid.*  
*Quid, si una, vel altera tantum nocte ibi sint, explendi voti causa. num. 27.*  
*Quid, si unus tantum conix ibi obsessus sit. n. 28.*  
*Quid, si publice constet de concubitu maritali. n. 29.*  
*Quid, si effusio seminis sit voluntaria extra vas. n. 30.*  
*Quid, si copula sit secreta. n. 31. & 32.*  
*Quo publicitas sit sufficiens, ut copula Ecclesiam polluat. n. 33. & deinceps usque ad 36.*

*Henriq. Nauar. Syluest. Palud. Soar. D. Thom. Sotus.*

**1.** EX suo genere peccatum mortale est, per se loquendo, in Ecclesia publice violata Missam celebrare, antequam purificetur, aut alia diuina Officia efficere, aut mortuos sepelire, nisi urgente necessitate id fiat de licentia Episcopi: violatur autem Ecclesia sex modis infra ponendis. Ita docent communiter Doctores, Henriq. lib. 9. de Missa, c. 27. n. 7. Nau. cap. 25. n. 83. & c. 28. n. 230. Syluest. verb. *Consecratio*, 2. Paludanus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. & dist. 18. q. 8. Soar. tom. 3. in 3. p. D. Thom. disp. 81. sect. 4. §. *His positus*, & alij communiter. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. & 4. Probatur facile: quia Ecclesia violatur per pollutionem: pollutio autem Ecclesiae nihil aliud est, quam prohibitio quaedam iure Ecclesiastico introducta, ne sacrum, aut diuina Officia fiant in huiusmodi Ecclesia, quando aliquod delictum, aut impedimentum, sex modis infra ponendis in ipsa suspensus, in suspensione autem prohibitio, & hoc praeceptum, quo ius Ecclesiasticum prohibet, & praecipit, ne in Ecclesia polluta, & violata Missa, aut diuina Officia celebrentur, aut mortui sepeliantur, de se est iustum, & graue, & ad reuerentiam, & honorem Ecclesiarum spectat, ac proinde obligat sub mortali: patet autem huiusmodi prohibitio, & praeceptum ex cap. *Proposuisse*, de consecr. dist. 1. & ex c. *Si motum*, ibid. & ex c. *Si Ecclesia*, eadem dist. & tit.

*Sotus. Soar. Henriq. D. Thom.*

**2.** In Ecclesia tamen violata potest fieri Sacrum, urgente necessitate, ante reconciliationem illius de licentia Episcopi, vt docent expressè Sotus, Soar. & Henriquez locis allegatis, & D. Thom. in 3. p. quaest. 83. art. 3. ad secundum. Et ratio est: quia, si Episcopus potest dare licentiam consecrandi in loco non consecrato, nec benedicto, imò in domo priuata, ex urgente causa, vt diximus c. praeced. n. 14. multò maiori ratione eam etiam poterit dare in loco nondum reconciliato. Deinde, quia in c. *Missarum*, de consecr. dist. 1. absolute dicitur, Missam posse dici, vbi Episcopus permiserit: & in cap. *Hic ergo*, cod. tit. & dist. vbi Episcopus iusserit. Et quidem sub hac tam generali regula videtur etiam comprehendi Ecclesia polluta, si Episcopus in ea iusserit, vel permiserit celebrari. Tanta tamè potest esse necessitas celebrandi, & tam difficilis aditus ad Episcopum, vt etiam sine facultate eius id liceat, vt optime animaduertit Soarius allegatus: quia Ecclesiasticum praeceptum non obligat cum tanto rigore, iuxta Soarium statim allegandum, & iuxta ea, quae diximus cap. praeced. n. 14. Et verò ex hoc capite exculantur illi Sacerdotes, qui in regionibus septentrionalibus celebrant in locis, in quibus sepeliuntur Haeretici: nam illi quidem, vel necessitate coguntur, quia alibi commodè sacrificare, ac celebrare non possunt; vel Episcopi videntes & consentientes licentiam tacite praebere censentur, vt no-

tar Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *His positus*.  
 Versant tamen Doctores in dubium, quam poenam incurrant illi Sacerdotes, qui scienter in Ecclesia polluta, ac violata, & nondum reconciliata celebrant: Hostiensis in c. vlt. de consecr. dist. 1. sentit, eos irregularitatem contrahere. Sed oppositum constat expressè ex c. *Is, qui*, de sent. excom. in 6. ibi: *Is qui in Ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta scienter celebrare praesumit, licet in hoc temerariè agat; irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.* Et ita docent communiter Doctores, Henriq. lib. 9. de Missa, c. 27. n. 7. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Sed quaeret aliquis*. Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 83. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 27. q. 16. & cum textus sit expressus, non est, cur magis ratione probetur.

*Henriq. Soarius. Nauar. Azor.*

Certum itaque est apud Doctores, huiusmodi Sacerdotes, propter hoc delictum, irregularitatem immediatè non incurrent: & patet ex textu allegato. An autem incurrant aliquam suspensionem, vel interdictionem ab Ecclesia ingressu, & mediante hac, si celebrent, irregularitatem contrahant, est maius dubium. Et quidem hac de re bipartita est sententia. Prima docet, eos interdictos esse ipso facto ab Ecclesia ingressu: quod probant ex c. *Episcoporum*, de priuilegiis in 6. & ratione huius prohibitionis, interdictionis, quam suspensionem ab Ecclesia ingressu appellant, dicunt fieri irregulares, si postea in ea celebrent. Ita docet Sylu. verbo, *Consecr.* 2. q. 9. fine, Glossa in cap. *Is, qui*, de sent. excom. in 6. verb. *Notaris*, ibi: *Is interdictus est ingressus Ecclesiae, vt dicitur supra in c. Episcoporum, & Lappus. Archidiaconus, Ioannes Andreas, & Gemianus in c. Is, qui, de sentent. excom. in 6. Et probant: quia omnis suspensus, in suspensione celebrans, sit irregularis: omnis autem Sacerdos in Ecclesia polluta celebrans suspensus est, seu interdictus ab Ecclesia ingressu, iuxta praedictum c. *Episcoporum*, sic se habet prima opinio. Et adhuc inter auctores illius opinionis non constat, an hanc suspensionem, aut interdictionem ingressus Ecclesiae, & ratione illius, hanc irregularitatem contrahant omnes Sacerdotes in Ecclesia polluta, & nondum reconciliata scienter celebrantes, an soli Religiosi exempti à iurisdictione Episcopi. Quiddam enim ex illis dicunt, hanc suspensionem solum comprehendere Sacerdotes regulares exemptos: quia cap. *Episcoporum*, solum voluit illos comprehendere: nam feuerius debuit ius agere contra exemptos, qui suis priuilegijs abutuntur, ne priuilegiuorum praetextu, flagitiorum cresceret auctoritas. Ita docet Ioann. Andr. Archid. & Ioann. Monach. ad praedict. cap. *Is, qui*, de sent. excom. in 6. Villadiego de irregularitate, col. 7. & Cardinalis conf. 4. de sentent. excommunic. & idipsum docent etiam in simili Nauar. in Man. Lat. c. 25. n. 94. & Henr. lib. 9. de Missa, c. 27. n. 1. fine. Alij verò dicunt, hanc dispensationem comprehendere omnes Sacerdotes, sine exemptis: siue non exemptos. Ita Sylu. verb. *Suspensus*, q. 6. & D. Ant. 3. p. tit. 15. c. 1. & expressè Gloss. in c. *Episcoporum*, de priuilegiis, in 6. verb. *Ingressum*, ibi: *Sed contrarium credo, scilicet, hanc Decretale, & eius poenam (non ingressus Ecclesiae) habere locum etiam in non exemptis, vt patet ex littera illius, initio, quantumcumque exemptionis, seu libertatis Sedis Apostolica priuilegijs communiti aliqui seculares, aut regulares, aut cuiuscumque Ordinis, status, aut conditionis existant.**

*Syluest. Lappus. Archid. Ioan. And. Gemianus.*

*Ioani. And. Archid. Ioa. Mon. Villadieg. Card. Nauar. Henriq.*

Secunda sententia verior, & probabilior, quam sequendam iudico, docet, huiusmodi Sacerdotes in Ecclesia polluta, & nondum reconciliata scienter celebrantes, aut diuina Officia ministrantes, nec mediatè, nec immediatè irregularitatem incurtere: & aiunt

aiunt Doctores illius, ex illo textu cap. *Episcoporum*, de priuilegijs, in 6. falso colligi poenam suspensionis, interdictionis, aut prohibitionis ab ingressu Ecclesiae esse latam & statutam in eos, qui scienter celebrant in loco polluto, & non reconciliato: & ego perattente legi hoc caput, & reuera id non colligitur ex eo. Solum enim ibi dicitur, *Eos, qui scienter celebrant, vel sibi celebrari faciunt diuina in ciuitatibus, castris, villis, seu locis alijs interdictis ab Ordinarijs, sine delegatis Indicibus, vel à iure, aut excommunicationis publicè, vel interdictis ad diuina Officia, & ecclesiasticam sepulturam, aut Sacramenta admittunt, praeter alias poenas à iure statutas ingressu Ecclesiae esse priuatas, vbi nihil agitur de eo, qui celebrat in Ecclesia polluta. Nec illa verba: Sen alijs locis interdictis à iure, vel ab Ordinarijs, eis fauèr: quia ibi sermo est de loco interdicto excommunicationis censura, & non de polluto: & de eo, qui celebrauerit ibi vltra poenas alias à iure statutas, quas incurrit, dicitur etiam incurtere hanc poenam interdictionis ingressus in Ecclesiam: locus autem violatus, proprie, & in rigore loquendo, non est interdictus. Nec est etiam fauèr c. *Is, qui*, de sententia excom. in 6. nam in eo c. duo dicuntur. Primus est, eos, qui in Ecclesia, sanguinis, aut seminis effusione polluta, vel qui praesentibus maiore excommunicatione ligatis scienter celebrare praesumpserint, temerariè agere; non tamen irregularitatem contrahere. Secundum est, eos, qui scienter in loco celebrant supposito interdicto, irregularitatem incurtere: à qua non nisi à Summo Pontifice liberari poterunt: sed ibi sermo est de loco interdicto excommunicationis censura; non verò de polluto, vt diximus supra: ergo, qui in loco violato celebrant, mortaliter quidem peccant, non tamen contrahunt poenam vllam irregularitatis, neque mediare, neque immediatè, etiam si semel, bis, aut saepe in eodem loco violato celebrent, cum locus, & Ecclesia violata, nec interdicta, nec censurata sit. Ita docet expressè Soar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. *Sed quaeret aliquis*. Henriq. lib. 9. de Missa, c. 27. n. 7. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. quaest. 6.*

*Soarium. Henriq. Azor.*

*Sotus. Soar. Graphis.*

Ad argumenta contrariae opinionis nego, Ecclesiam violatam esse ipso iure interdictam: nego etià, ei, qui in illa violata, & nondum reconciliata celebrat, interdictionem esse ingressus Ecclesiae, cum id ex nullo iure constet: nam, quannis demus, certum esse, Sacerdotem interdictum ab ingressu Ecclesiae manere ipso iure suspensum, si Ecclesiam ingrediatur; tamen negamus, vilo iure probati esse ipso iure suspensos, aut interdictos ab ingressu Ecclesiae eos Sacerdotes, qui in Ecclesia polluta, aut violata celebrant, cum id nullo modo colligatur ex cap. *Episcoporum*, de priuilegijs, in 6. vt ostensum fuimus. Sed, quid agendum est Sacerdoti, si manet celebrat, Ecclesia polluitur, ac violatur? Breuiter respondeo cū Soto in 4. dist. 13. q. 2. a. 3. & 4. & Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Secundo quaeret*, & Graphis lib. 2. decis. aur. c. 47. n. 10. si violatio contingat post Canonem Missae inceptum, debet Sacerdos absoluerè, ac perficere Missam absque vlla interruptione: iam enim tunc censetur quasi substantialiter inceptum sacrificium, & idèdè interrumpi non debet propter ecclesiasticum impedimentum loci superueniens: imò tenetur Sacerdos tunc illam perficere, vt dicemus c. 16. n. 17. Si autem nondum Canonem Missae inchoauit, debet cessare, donec Ecclesia reconciliata sit: quòd si Ecclesia sit tantum benedicta, & non consecrata, ipse potest statim eam reconciliare, iuxta c. *Si Ecclesia*, de consecr. Ecclesiae, vel altaris, dist. 1. per asperisionem aquae benedictae, & alias beries, & faciles caeremonias, quae habentur in caeremoniali Ecclesiastico: si verò illa purificare non possit, exui debet vestibus sacris, & sacrificium

omittere; quod maximè eueniet, quando Ecclesia, quae violatur, est consecrata: quia non potest à simplici Sacerdote reconciliari; sed tantum ab Episcopo proprio, vel ab alio Episcopo de licentia proprii simplici enim Sacerdoti id committi non potest, nisi per Summum Pontificem, sicut neque Ecclesiae consecratio. Ita colligitur ex cap. *Aque*, & ex c. *Proposuisse*, de consecr. Ecclesiae, vel altaris, iuxta Doctores citatos. Et forè de hoc iterum sermone inferemus.

Sed iam videamus, quibus modis Ecclesia polluitur? Sex, aut septem modis polluitur Ecclesia. Primus est, per homicidium voluntarium, & iniuriosum, seu peccaminosum. Patet ex c. *Proposuisse*, de consecr. Ecclesiae, & c. *Si motum*, eadem dist. 1. de consecr. Vnde per homicidium casuale citra peccatum contingens non violatur Ecclesia: nec per homicidium factum ex amentia: quia inuoluntaria sunt: nec per homicidium, quod fit ob propriam defensionem cum moderamine inculpatè tutelae; quia etiam iniuriosum non est, etiam si magna copia sanguinis effundatur in ipsa Ecclesia, quia effusio naturaliter sequitur ex vulnere, & vulnus, aut homicidium commissum fuit sine peccato. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. 1. Nau. c. 28. in addit. ad c. 27. n. 25. 9. & idem Nau. cap. 27. n. 256. Graphis lib. 2. decis. aur. cap. 48. num. 2. Sylu. verbo, *Consecratio*, 2. num. 5. & communiter omnes.

*Soar. Nauar. Graphis. Syluest.*

Nec etiam violatur Ecclesia, si vulnus extra illam accipiatur, & postea homo in Ecclesia moriatur: nam tunc reuera, nec homicidium, nec causa illius; sed sola mors, quae ex causa posita naturaliter secuta fuit, in Ecclesia contigit: peccatum autem homicidij extra Ecclesiam commissum fuit. Ita docet Soar. (& optime) allegatus, Sylu. verbo, *Consecratio*, 2. n. 5. Nauar. in Manuali Latino, c. 27. n. 256. Syluest. Glossa communiter recepta in c. vnico, de consecr. in 6. Graphis lib. 2. decis. aurear. cap. 48. n. 23. Contra verò: si homicidium, & vulnus infligatur in Ecclesia, & mors extra illam contingat, etiam in Ecclesia, nullus effundatur sanguis, iuxta Doctores citatos: quia peccatum, & homicidium simpliciter commissum fuit in illa, & causa ipsius homicidij consummata fuit intra locum sacrum, & ibi etiam fuit consummatum totum sacrilegium, & per accidens est, quòd ibi sanguis non effundatur. Vnde, vt Ecclesia polluitur, sufficit, quòd in illa contingat homicidium per suffocationem, quia illud est verum homicidium. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. 1. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 26. q. 1. 2. §. *Quaeret, an si*. Sylu. Graphis, Nau. statim allegandi. Et Gloss. in c. vnico, de consecr. Ecclesiae, in 6. Hinc etià, si Index aliquem suspenderet in Ecclesia, violaret illam: & quia simpliciter iniuria fit ipsi reo, quantum iuste ad mortem damnetur; ius enim habet, vt in loco sacro vim non patiatur: & quia, licet ei iniuria simpliciter non fieret, fit tamen loco sacro, & hoc satis est, vt Ecclesia violetur. Vnde etiam, si quis in Ecclesia seipsum interficiat; polluta manebit Ecclesia: nam etiam si proprie sibi iniuriam non inferat, inferit tamen illam Deo, & Ecclesiae. Ita Soar. loco allegato. Sylu. verbo, *Consecr.* 2. n. 5. Nau. c. 27. n. 256. Graphis lib. 2. decis. aur. c. 48. n. 8. & patet ex c. *Proposuisse*, de consecr. dist. 1. & Glossa communiter recepta in cap. vnico, eodem tit. in 6.

*Soarium. Syluest. Nauar. Graphis. Nauar. Sylu.*

Si tamen Index existens in Ecclesia ferat sententiam, vt aliquis occidatur extra illam, non violatur Ecclesia, nec, credo, vllum erit sacrilegium mortale, sed tantum indecentia quaedam venialis. Nec etiam violatur, si Index suspendat hominem super Ecclesiae rectum, vel ex parietibus Ecclesiae extra illa, quia huiusmodi homicidium non fit simpliciter intra Ecclesiam, sed extra; & Canones sacri solum loquuntur

*Soar. Sylu. Nauar. Glossa.*

de homicidio facto intra illam, non extra. Ita Nau. Sylu. & Soar. allegati. Si Martyr causa fidei in Ecclesia occidatur, manebit Ecclesia polluta: licet enim sanguis Martyrum Ecclesiam ornet; tamen occisio, & homicidium ex parte Tyranni fuit iniustum, & Martyri iniuriosum, iuxta illud: *Actio displicuit, passio grata fuit.* Ita Doctores allegati: ita etiam Graphis num. 9. citatus.

11. Non violatur tamen Ecclesia, quando aliquis existens in illa, emisso telo, sagittave, aut inde explosa sclopeta, alium foris occidit, aut confodit. Ita Nau. c. 27. n. 256. & Syl. verbo, *Consecr.* 2. n. 5. Et ratio est: quia non consummatur actio externa occisionis in loco sacro, sed extra illum; in loco sacro inchoetur: polluetur verò, ac violabitur, & egebit purificatione, si aliquis existens extra illam, aliquid existentem in illa occidat: nam, licet actio externa tunc fuerit extra Ecclesiam inchoata; consummatur tamen peccatum ipsum, ac sacrilegium fuit in illa. Sed de hac re iterum redibit sermo infra num. 16. ad finem.

12. An autem sufficiat percussio, quæ in Ecclesia contingat ad violationem illius, sine sanguinis effusione, quantum sit eiusmodi, vt carnes confringantur, aut ossa contundantur, ac comminuantur, est dubium. Nau. in Manuali Lat. c. 27. n. 256. & Speculator de dedicatione Ecclesiæ, in Rationabili diuini Officij, existimant, non sufficere, modo non sit mortifera; sed si mortifera sit: imò etiam si sit sufficiens ad mortem, non polluitur Ecclesia, nec erit violata, dum non emoritur homo, quantum est ex parte homicidij; sed ex parte effusionis sanguinis, de qua statim, vt optime notat Soar. d. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. 1.

13. Ipse tamen Soar. ibi è contrario docet, percussionem, quæ de se non vulnerat, nec effundit sanguinem, quantum sit sufficiens ad mortem propter nimiam contusionem carniùm, & ossium, non sufficere ad violandam Ecclesiam, aut cæmeterium illius, etiam si ibi facta sit, nisi mors in eadem Ecclesia, aut cæmeterio illius contingat: necessarium est enim, ait Soar. vt Ecclesia polluat, quod tunc mors in eadem Ecclesia, aut cæmeterio sequatur, aliàs reuerà non fiet homicidium in loco sacro, sed extra illum. Et id ipsum docet Azor. tom. 1. Inst. mor. l. 10. c. 26. q. 13. his verbis: *Quod si sanguis minimè effundatur, licet ossa, vel membra conterantur, aut frangantur, non idcirco polluitur Ecclesia.* Sed ego nõ video rationem, ob quam contrarium dicamus in mortifera contusione carniùm, & ossium, atque in mortifera vulneratione facta in Ecclesia absque effusione sanguinis: nam, si de mortifera vulneratione sine effusione sanguinis dicunt Doctores, quos n. 9. retulimus, inter quos est etiam ipse Soar. sufficere, quòd in Ecclesia fiat, quantumvis mors extra illam sequatur; vt Ecclesia polluat, & purificatione indigeat; cur nõ sufficere etiam mortifera contusio in ipsa Ecclesia facta, etiam si mors extra illam eueniat, cum vtrouque causa ipsius mortis, & completa malitia illius, & peccatũ ipsius homicidij in Ecclesia consummatum fuerit: nõ posita ea causa, mors, quæ postea euenit, naturaliter euenit. Nisi dicamus in vulnere mortifero id euenire ratione effusionis sanguinis, qui per accidens non effunditur; ac etiam dicemus per accidens non effundi sanguinem, ex contusione carniùm, & ossium. Respondebit tamen Soarius, contusionem carniùm, & ossium non esse aptam, & natam ad effundendum sanguinem: esse verò vulnerationem, & ided per accidens esse, quòd ex vulneratione non effundatur sanguis; per se verò, quòd ex contusione non effundatur. Sed ad minimum sequitur ex opinione Soarij, non manere pollutam Ecclesiam ex homicidio in ea facto, si quis in ea alium strangulare resti incipiat, & ipse strangulatus semi-

uius extra illam aufugiat, & statim extra illam emoriatur: quod durum admodum mihi videtur: quamobrem magis inclino in opinionem Nauarri; licet ista opinio Soarij etiam probabilis mihi videatur, cum semper in huiusmodi casibus fauere Ecclesiis debeamus, vt potius non sint pollutæ, nec violatæ, quàm vt violatæ, & pollutæ sint.

Secundus modus, quo polluitur Ecclesia, est per effusionem sanguinis hominis viuientis, modò sit iniuriosa, & intra templum, aut locum sacrum fiat, vt cæmeterium; & in magna quantitate: non enim sufficit, quòd guttatim effundatur, vt statim dicemus n. 19. Ita docent communiter Doctores. Henriq. l. 9. de Missa, c. 27. n. 5. Soar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. *Secundò violatur.* Azor tom. 1. Inst. mor. l. 10. c. 26. q. 13. §. *Quæres, an si.* Sylu. verbo, *Consecr.* 2. n. 5. & verb. *Interdictum*, 4. q. 3. Palud. in 4. q. 2. a. 3. Sorus ibid. q. 2. a. 3. ad 2. Nau. c. 27. n. 85. & c. 27. n. 256. Graphis l. 2. decif. aur. c. 48. n. 22. Patet ex c. *Si Ecclesia*, de consecr. dist. 1. vbi non dicitur expressè, oportere illam effusionem esse iniuriosam: ita tamen ab omnibus Doctores intelligitur. Vnde, si non sit iniuriosa, id est, si à peccato mortali excusetur, quocumque modo excusetur, nec erit sacrilegium mortale, nec Ecclesia polluetur: vt si quis occidat in sui defensionem: si casu sanguis effundatur, aut phreneticus alium vulneret, aut Chirurgus, dum vulnus curat in Ecclesia, vel venam, aut tumorem incidit, effundat sanguinem inculpate. Ita Henriq. Soar. Sylu. Nauar. citati, & communiter Doctores.

De illa verò effusione, quæ per iocum fit, addubitant aliqui. Dicendum tamen est, eam inter casuales computari: vnde non polluitur Ecclesia, nec est casus reueruatus; si ipsa effusio fit facta per ludũ, aut iocum. Ita Sylu. verb. *Consecratio*, 2. n. 25. Nau. cap. 27. n. 256. Soar. allegatus, Henriq. & Azor, & plerique alij. Nec per eam effusionem, quæ est naturalis; Ecclesia polluitur, vt per os, & nares; nec per eam, quæ fit ab stulto, iudicioque carente: nec per effusionem sanguinis animalis, etiam si cum peccato ea contingat, & occidatur animal: debet enim esse effusio hominis viuientis, & sanguinis humani, iuxta Doctores modò allegatos, & Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 48. n. 22. Imò, si contingat per actionem ioculam magnam copiam sanguinis effundi, consideranda est ratio voluntarij: nam, si omninò sit inuoluntaria actio, non violat Ecclesiam; si verò à principio fuit actio iocosa, & postea in iurgium & veram rixam excreuit, Ecclesia violatur. Et verò si actio iocosa erat turpis, qualis esset representatio inhonestæ tragicæ; in qua casu contingeret effusio sanguinis, existimant nonnulli, id sufficere ad violationem Ecclesiæ; quia illa actio representatio nis, iniuriosa erat Ecclesiæ, & quomodocumque contingat, actionem esse iniuriosam Ecclesiæ, aut cæmeterio illius, id sufficere ad violationem, si sequatur magna effusio sanguinis, etiam si merè casualiter effundatur. Verum, vt optime notat Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 4. §. *Secundò violatur*, id nec ita certum, nec ita probabile est: quia talis actio, nec ratione sui violat Ecclesiam, cum nullo iure canonico caueatur, nec ratione effectus, seu effusionis sanguinis subsequatur, cum sit omninò casualis, & citra peccatum contingat, & iniuriam Ecclesiæ non auget.

Si tamen vulnus mortiferum sit, & graue, & intra Ecclesiam contingat, aut cæmeterium illius, & cæcus sacer violabitur, etiam si sanguis intra eum non effluat, veluti si homo prius egrediatur, aut sanguis non cadat in terram, sed in vase recipiatur. Ita communiter Doctores, Soar. modò allegatus, Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. §. *Quæres, an si.* Sylu. verb. *Consecratio*, 2. num. 5. & constat

14.

Henriq. Soarius. Azor. Syluest. Palud. Sorus. Nauar. Graphis.

15.

Syluest. Nauar. Soarius. Henriq. Azor.

Graphis.

Soar.

16.

Soar. Azor. Syluest.

Nauar.

Azor. Soarius. Syluest. Nauar. Graphis.

Azor.

17. Soar.

Victoria.

Henriq. Syluest. Nauar.

18.

ex cap. *Proposuisse*, de consecrat. Ecclesiæ, dist. 1. vbi dicitur, propter vulnera violari Ecclesiam, nulla facta mentione effusionis sanguinis. Et ratio est quia per accidens est, quòd non effundatur sanguis: iam enim ipsa effusio, quantum est ex parte actionis iniuriosæ, facta est; & ita docet etiam Nauar. in Manu. Lat. c. 27. à num. 236. Secus verò dicendum est, si actio in Ecclesia facta, sit iniuriosa, non tamen si vulneris inflictiua, vt est alapa, pugnus, aut percussio virgæ: per has enim actiones non violatur Ecclesia, quia per se, nec sunt vulneris inflictiuæ, nec sanguinis effusiuæ: & de facto, nec ibi interuenit vulnus, nec sanguinis effusio, vt optime notauit Soar. allegatus. Et ided, si quis existens extra Ecclesiam alium vulneret grauitur intra ipsam, aut cæmeterium illius, telo & iaculo emisso; violabitur locus sacer, Ecclesia, scilicet, vel cæmeterium, in quo existeret, etiam si statim exeat, ne sanguis per pauimentum effundatur, aut statim in vase recipiatur; quia iam ipsa effusio, quantum est ex parte actionis, secuta fuit, & per accidens est, quòd aliunde impediatur. Ita communiter Doctores, Azor tom. 1. l. 10. c. 26. quæst. 13. §. *Quæres, an si.* Soar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. *Secundò violatur.* Sylu. verbo, *Consecratio*, 2. num. 5. Nauar. in Manuali Lat. cap. 27. num. 256. Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 48. num. 23. Et patet ex dicto cap. *Proposuisse*, allegato. Contrarium tamen dicendum est, si quis existens in Ecclesia, aut cæmeterio illius, alium extra illam, & cæmeterium illius vulneraret. Ratio est: quia, licet actio vulneratiua, & effusiva sanguinis, in Ecclesia, & loco sacro inchoetur; tamen ipsa vulnera extra illum sunt, iuxta Doctores allegatos, vt diximus num. 11. & 12. Si quis verò extra Ecclesiam vulnus accipiat, & in illam ingressus magnam copiam sanguinis effundat, non violabitur Ecclesia: quia iniuria facta, & consummata fuit extra illam; & effusio, posito vulnere, in quo iniuria, & peccatum commissum fuit, sequitur naturaliter, & absque peccato. Ita Azor tom. 1. Inst. moral. l. 10. c. 26. q. 13. §. *Quæres, an si.* & Glossa communiter recepta in c. vnico, de consecr. in 6.

Sed quid, si vulnus sit leue; sufficientem tamen copiam sanguinis effundat? Respondet. Soar. modo allegatus, dicto §. *Secundò violatur*, ad finem, si percussio sit leuis, ita vt ad peccatum mortale non pertingat, etiam si magna copia sanguinis effundatur, non violari Ecclesiam: quia tunc illa effusio est veluti materialis & casualis. Id ipsum docet etiam Victoria in Summa, n. 99. & omnes, qui dicunt, non violari Ecclesiam per eam effusionem sanguinis, quæ à peccato mortali modo aliquo excusatur: & hi sunt, Henriq. l. 9. de Missa, c. 27. n. 5. lit. I. ad marginem. Sylu. verb. *Consecratio*, 2. n. 5. Nau. in Manuali Lat. c. 27. n. 256. De effusione autem sanguinis propriæ eadem ratio est, quæ de alieni: nam, si fiat per iustam, & honestam verberationem, aut flagellationem, non violat Ecclesiam, vt per se constat: si autem fiat per illicitam mutilationem, aut alterius vulneris inflectionem, violabit: licet enim actio ipsa respectu sui iniuriosa propriè non sit; tamen est iniqua, & iniuriosa Deo, & Ecclesiæ. Sic Soar. allegatus.

Ecclesia semper comprehendit suum cæmeterium: quia Ecclesia est principale, & cæmeterium minus principale: & ided violata Ecclesia violatur etiam cæmeterium illius, si contiguum sit, & pariete non diuisum: nam, si pariete aliquo, aut sepe diuisum sit ab Ecclesia, aut illi non sit contiguum, sed ab illa longè distet, quantum polluat Ecclesia, non polluitur cæmeterium: violato autem, & polluto cæmeterio, nunquam polluitur Ecclesia, siue illud contiguum sit, siue non contiguum, cum in P. Steph. *Quæres, an in quibus præ. Eccl.*

nus principale non trahat ad se magis principale, sed vice versa. Ita docet Sancius lib. 9. de marim. Sanchez disp. 15. n. 23. & n. 35. & Rebell. 2. p. lib. 3. de martim. imped. sect. 1. n. 6. §. *Ex parte loci*, Henriq. l. 9. de Missa, cap. 27. n. 5. Nauar. in Manuali Lat. cap. 27. n. 253. & Sa verb. *Ecclesia*, & alij communiter.

Notabis tamen, ad violationem Ecclesiæ non sufficere quacumque effusionem iniuriolam sanguinis: sed requiri magnam effusionem, imò enormem, vt docet Syluest. verb. *Consecratio*, 2. n. 5. §. *Secundò violatur*, & Nau. c. 27. n. 256. quia iura requirunt effusionem: effusio autem largitatem denotat. Præterea, Toler. etiam l. 1. Summæ c. 32. n. 1. magnam copiam sanguinis requirit. Eandem requirunt etiam Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Secundò*, & Az. Soar. tom. 1. Inst. mor. l. 10. c. 26. q. 13. & Pan. in c. *Proposuisse*, de consecr. dist. 1. & Graph. l. 2. decif. aur. c. 48. n. 5. & est optimus textus in c. *Reuerimini*, l. 6. q. 1. & in c. *Cum illorum*, de sent. excom. & Glossa ibi, verb. *Effusio*: nam vocabulum effusionis ex se copiosum sanguinis fluxum significat: quod est valde notandum, ne dicamus, ne dicamus, ne quancumque emissionem modici sanguinis pollui Ecclesiam. Imò nec etiam polluitur, si magna copia effundatur de naso, quia est organum sanguinis, vt optime animaduertit Graphis citatus n. 25. & Sorus in 4. dist. 12. q. 2. art. 3. concl. 8. ac proinde, quæ esset iniuriosa & peccaminosa effusio respectu alterius partis, non esse respectu nasi, iuxta hos Doctores.

Tertius modus, quo Ecclesia polluitur, est per effusionem seminis humani: quod omnes Doctores intelligunt de effusione voluntaria & peccaminosa seminis, tam virilis, quàm vxorei: quia alia effusio non est humana, nec iniuriosa Ecclesiæ, qualis est quæ fit in pollutione nocturna, vel etiam in vigilia; sed inuoluntariè, & citra peccatum. Requiritur ergo, quòd sit voluntaria seminis emissio, siue extra, siue intra vas seminatio fiat, siue contra naturam, & in quocumque genere personarum fidelium, & infidelium: quia iura absolutè, & simpliciter loquuntur; & ided, dum quis solus, aut paganus per molliorem se polluit, vel contra naturam, Ecclesia violatur. Patet ex c. *Isquis*, de sententia excom. in 6. & textus, & Glossa in c. vnico, de consecr. in 6. & Glossa communiter recepta in c. *Ecclesiis*, de consecr. dist. 1. Graphis l. 2. decif. aur. c. 48. n. 26. Azor. tom. 1. Inst. mor. lib. 10. cap. 26. q. 13. §. *Secundò violatur*, Henriq. lib. 9. de Missa, c. 27. n. 5. Soar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. *Tertiò violatur*, Sylu. verbo, *Consecratio*, 2. num. 5. Nauar. c. 27. num. 252. Nauar. & alij communiter.

Requiritur etiam, vt sit in sufficiente quantitate: nam vnus, vel alterius guttæ effusionem sufficeret ad violationem; item propter vim verbi effusionis, vt supra notauimus n. 19. (non tamen in ea quantitate requiritur, qua sanguinis emissio, sed cum proportione;) tum, quia illa modica effusio, quantum ex affectu voluntatis sit peccatum mortale intemperantiæ; tamen in ratione sacrilegij, & exterioris iniuriæ loci sacri, non est adeò grauis, neque iniuria ita consummata. Ita Soarius, & Graphis, allegati. Et ided ex dictis numero præcedenti constat, falli Angelum verbo, *Consecratio*, 2. à num. 7. existimantem, Ecclesiam pollui, si semen per somnum effundatur.

Sed quæstio grauis est, an per concubitum conjugalem, qui de se est actus licitus: Ecclesia polluat, & reconciliatione indigeat. Qua de re tripartitè accipitur opinio. Prima absolutè affirmat: quia iura absolutè loquuntur de effusione seminis, & quia talis copula, quantumvis se considerata non sit illicita, neq; ex obiecto intemperans; tamen hoc ipso

19.

Syluest. Nauar. Toletus. Azor. Panorm. Graphis.

20.

Glossa. Graphis. Azor. Soar. Henriq. Nauar.

21.

22.

Palud. Sotus. Caiet. Historia. D. Anton. Lud. Lopez. Vivaldus. Vega. Rodrig. Capua. Henrig. Angel. Nauar.

quod fit in Ecclesia, ratione loci sacri est mortale sacrilegium: multa enim in se licita sunt, quae tamen ratione loci sacri fiunt illicita. Ita docet Palud. in 4. dist. 18. q. 8. art. 4. Sotus in 4. dist. 32. a. 3. Caietan. in Summa verbo, *Matrim.* c. vlt. vers. *Sextum caput.* Victoria de Euchar. in Summa, n. 99. & de matrim. n. 279. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2. Ludou. Lopez 1. p. Inst. c. 82. §. *At vero de redditione.* & 2. p. c. 79. de Euchar. §. *Præveh. series.* Vivaldus in Candel. aureo, 1. p. vbi de debito coniugali, n. 262. & 2. p. de interdicto, n. 72. Vega 1. tom. Summa, edit. 2. c. 78. casu 1. Rodrig. 1. tom. Summa, editio 2. cap. 154. n. 11. conclus. 10 & cap. 243. n. 19. Capua 1. p. decis. aurcar. lib. 2. c. 48. n. 16. Henrig. lib. 9. de Missa. c. 27. n. 3. Angles in floribus, 1. p. de matr. q. 6. de soluendo debito, sine, & alij multi, quos citat Sancius lib. 9. de debito coniugali, disput. 15. n. 7. & Nauar. in Manuali Latino, c. 16. n. 3. vbi dicit, esse hanc opinionem communem omnium, etiam si copula habeatur post longam temporis mansionem vtriusque coniugis in Ecclesia. Citantur etiam pro hac opinione cap. *Ecclesias*, de consecrat. dist. 1. & cap. fin. eod. tit. & dist. & c. *Ecclesias*, dist. 1. 8. in quibus absolute dicitur, pollui Ecclesiam per sanguinis, & seminis effusione; & non distinguunt de copula licita de se, aut illicita; & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. *De pretio. ff. De publicanis.*

23.

Ex hac sententia sequitur, semper esse peccatum, & sacrilegium mortale, vsum matrimonij in loco sacro, tam petendo, quam reddendo: quia, cum alter coniux non habeat ius petendi tali loco, nec etiam alter potest iuste reddere: & ideo, si alter peccat lethaliter, ratione loci, petens; etiam alter peccabit, reddendo in eodem loco: maxime, quia per redditionem consummatur copula, quae adacretur sanctitati, & reuerentiae loci sacri. Quod si illis obiciatur, & ab illis petas, cur perenti coniugi sacrilege, cum castitatis voto, teneatur alter coniux voto liber, reddere: petenti autem in loco sacro, non teneatur, sed mortaliter peccet reddendo? Respondent esse diuersam rationem: quia vorum est circumstantia, quae se tenet ex parte solius petentis & in ipso petente manet, nec afficit ipsum actum, atque proinde solam ipsius petentis petitionem reddit illicitam: at vero circumstantia loci sacri tenet se ex parte ipsius actus; & cum actus copulae matrimonialis compleatur, tam ex petitione, quam ex redditione; ideo ea circumstantia loci sacri vtriusque actum vitiat, tam petitionis, quam redditionis; & vtriusque coniugem aequè afficit, & obligat sub culpa lethali. Ita respondet Angelus verbo, *Debitum* n. 35. Sancius lib. 9. de matrim. disp. 6. n. 7. & disp. 18. n. 8. Sotus in 4. dist. 32. q. vnica, art. 3. conclus. 3. Henrig. lib. 1. de matr. c. 16. n. 4. Soar. tom. 3. in 3. p. disput. 81. sect. 4. §. *Tertio violatur.* ad finem. Margarita Confess. in 6. praeepto, l. 86. Lopez 1. p. Instructorij, c. 82. §. *Ad vero de redditione.* Rodrig. tom. 1. Summae editio 2. cap. 243. num. 910. Ita docent etiam Petrus de Soto lect. 16. de matrim. sine. Ledesma. 2. p. 5. q. 66. art. 1. §. vltimo, & alij.

Angelus. Sanchez. Sotus. Henrig. Soarius. Marg. Conf. Lopez. Rodrig. Petr. Soto. Ledesma.

24.

Secunda opinio absolute & in vniuersum negat peccatum esse mortale, & Ecclesiam violari per copulam coniugalem in Ecclesia habitam, etiam abique vlla necessitate, & peccato. Ita docet Glossa in cap. *Ecclesias*, de consecrat. dist. 1. Sylu. verbo. *Consecratio*, 2. q. 5. in 3. casu, & significat Sotus in 4. dist. 13. qu. 2. art. 3. ad 2. Et probari potest primo: quia textus, & decreta, quae loquuntur de hac pollutione Ecclesiae, semper supponunt actum in se illicitum: copula autem matrimonialis, in se, & de se, secluso quocumque loco, non est actus illicitus: nam in c. *Significasti*, de adulteriis, & cap. *Si mortum*, de consecrat. dist. 3. solum fit mentio de copula habita

Glossa. Syluest. Soti

ex adulterio, & in leg. finali, tit. 10. partita 1. etiam dicitur, per adulterium pollui Ecclesiam; & in dicto c. *Ecclesias*, de consecrat. dist. 1. & similibus iuribus allegatis pro prima opinione, n. 22. explicata, quae Auctores illius pro sua parte adducunt, solum dicitur, Ecclesias esse expurgandas, purificandasque, cuiuscumque feminis effusione violentur; non explicatur tamen, cuius actus semine polluat, ac proinde rectè exponi possunt pollui sola de se illicita, & iniqua feminis effusione; non autem per effusionem licitam actus matrimonialis: quia per actum absolute de se honestum & licitum, qualis est actus matrimonialis, non est, cur Ecclesia polluat. Et confirmatur: quia, sicut non polluitur Ecclesia per eam effusionem sanguinis, quae fit ex actu alicuius comediae, quae representatur in eadem Ecclesia, vt diximus n. 15. vtr. *Et verò*, sic nec polluetur per effusionem feminis, quae fit ex actu matrimoniali, cum vterque actus de se licitus sit: nam, sicut illa representatio non videtur de se actus adeo turpis, vt peccatum mortale inducat; sic nec vsum matrimonij de se ita est turpis, vt secluso contemptu sit peccatum mortale, ratione loci tantummodo: nam ille actus non est vilo iure specialiter prohibitus: neque enim iura vllibi specialiter de actu matrimoniali loquuntur; nec considerata illius materia, secluso contemptu, & scandalo, est de se malus, sed licitus, iustus, & honestus; & ideo non videtur, secluso eo contemptu, & scandalo, fieri grauis iniuria loco sacro, ratione cuius dicamus id sufficere ad inducendum peccatum mortale sacrilegij, quo Ecclesia polluat. Atque hanc opinionem sic explicatam, prater Auctores citatos, tenet etiam Archidiaconus cap. vnico, n. 2. de consecrat. Ecclesiae, in 6. & in dicto cap. *Ecclesias*, in fine. Henricus c. finali, num. 3. de consecrat. Ecclesiar. Rosella verbo, *Consecratio*, 1. n. 9. & Gerson 2. p. in compendio Theologiae, tract. de Sacramento coniugij, alphabeto 27. littera P.

Archid. Henrig. Rosella. Gerson.

25.

Hac opinio sic explicata non est improbabilis: in eo tamen, quod ex c. *Significasti*, de adulteriis, & ex c. *Si mortum*, de consecrat. dist. 3. & ex lege finali citata, tit. 10. partita 1. intendit probare, solum ex copula matrimoniali illicita pollui Ecclesiam, non mihi placet: quia, cum huiusmodi capita solum loquantur de copula ex adulterio, probarent quidem Auctores illius, solum ex actu, & per actum adulterij pollui Ecclesiam, cum in penes nulla fiat extensio: quod non est dicendum.

26.

Tertia opinio, probabilior docet, non pollui Ecclesiam per actum matrimonialem; nec culpam esse lethalem, concubitus coniugalem in ea ex causa iusta, & in casu necessitatis habitum, veluti si diu coniuges in eadem Ecclesia cogantur esse obfessi, (secus, si ad breue tempus,) & non pateat egressus ad alia loca, in quibus maritaliter copulerentur; secus etiam si alter in altero timeret incontinentiae periculum: in his enim duobus casibus nulla fit irreuerentia loco sacro, ac proinde nullum est peccatum in illo copulari; Ecclesia autem non polluitur nisi per actum, & copulae illicitam, vel in se, vel in ratione iniuriae loco sacro illatae. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. n. 12. & n. 13. Richard. in 4. dist. 32. art. 3. q. 1. Maior ibiq. 1. Syl. verbo, *Consecratio*, 2. q. 5. Castro lib. 2. de lege pœnali, cap. 7. doct. cum. 2. Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 7. §. 2. n. 3. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Tertio violatur*, in 3. Couar. opinione. Sa verb. *Debitum coniugale*, n. 12. Rebell. Soar. 2. p. lib. 2. sect. 1. n. 5. Lessius tom. 1. lib. 4. de speciebus lux. c. 3. dub. 10. n. 85. Toletus lib. 5. Summae, c. *Rebell.* 12. & alij, quos citabimus n. 85. & haec est hodie communior, & verior opinio, & pro ea citantur multi Sacerdotes. c. *Rebell.* 12. & alij, quos citabimus n. 85. & haec est hodie communior, & verior opinio, & pro ea citantur multi Sacerdotes. c. *Rebell.* 12. & alij, quos citabimus n. 85. & haec est hodie communior, & verior opinio, & pro ea citantur multi Sacerdotes.

Sanchez. Richard. Maior. Castro. Couar. Soar. Lessius. Tolerus.

sola

Gladiuina obfessio in loco sacro, absque alio incontinentiae periculo, excusatur satis coniugalem copulam in eo loco habitam; quia aliquin grauissimis scrupulis irgerentur coniuges, & maximo atque euidenti periculo lethali peccandi exponerentur, sitenerentur discutere, an cum accedere volunt, periculum incontinentiae pariantur. Et hoc fundamentum est Sancij allegari num. 13. Deinde, quia attenda humana fragilitate durissimum esset, velle Ecclesiam obligare coniuges, solum propter decentiam extrinsecam loci sacri, ad abstinendum copula coniugali, alioqui licita de se, in ea diuturna obfessione in loco sacro, eo vel maxime, quia, moraliter loquendo, semper in ea datur aliquod periculum incontinentiae: & quantumvis in aliquibus particularibus coniugibus, non est tamen dicendum peccare illos coniuges lethaliter, in quibus hoc periculum incontinentiae deest; quia leges & praecepta ad ea, quae frequenter, & ordinario modo accidunt, attendunt: nec credendum est, Ecclesiae praecepta obligare cum tanto rigore, in secundo tantum illorum, datur a parte rei periculum incontinentiae, non est dubium, excusari coniuges a peccato mortali, quia, si effusio sanguinis ex iusta causa fiat in loco sacro, v. c. ad tuendam vitam temporalem, cum moderamine inculpatae tutelae, nullo modo est peccaminosa, nec per eam polluitur Ecclesia, vt omnes Doctores fatentur: ergo etiam non polluetur per copulam coniugalem, si ex eadem iusta causa fiat, v. g. ad tuendam vitam spiritualem, & euitandum peccatum incontinentiae, & voluntariae pollutionis in altero tantum coniuge, cum par sit omnino vtriusque ratio, imò etiam ed maior in isto casu, quam in alio, quod excellentior est vita animae quam corporis.

27.

Si tamen coniuges, ex iusta causa, breui tempore in Ecclesia sint, videlicet, vel altera nocte; quod fieri potest, si voti explendi causa ad aliquod templum accedant, & in eodem dormiant; profecto non excusabuntur a peccato mortali, nec Ecclesia a purificatione, si in ea maritaliter copulerentur. Ita Soar. t. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Tertio violatur*, ad fin. & Sanc. lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. n. 12. & Petr. Ledesma in Summa sacram. c. 20. de Euchar. fol. 264. vers. *Disgo lo segundo.* Sancius tamen citatus ad finem praedicti numeri, quasi se corrigens ita ait: *Soarius, & Ledesma dicunt, breue tempus esse, si vna, vel altera die, vel nocte, intra Ecclesiam coniuges manent: sed non credo intentionis eorum esse, vt existiment, quinque, aut sex dies tempus esse longum: quia non est ita difficile sex diebus continere. Quare (addit) attendenda communi hominum fragilitate existimarem, vnum mensum longum esse tempus. Vix tamen credo fore, vt casus is eueniat: quia semper sunt in Ecclesiis cubacula, aut Sacrificia, & turres, quae nomine loci sacri, quoad actum coniugalem, minime includuntur, vt statim patebit.* Haec ibi Sancius: vbi ait, vnum mensum esse tempus longum. Ego tamen, attenda hominum fragilitate, opinione Soarij probabilio rem iudico: nam ita procliuus possunt esse coniuges ad huiusmodi actum, aut ita rudes, aut etià ita iuvenes, vt irrationabile videatur, eos velle obligare ad continentiam vnus mensis; & tunc sufficere quidem spatium duorum, vel trium dierum, aut noctium, iuxta opinionem Soarij, quibus elapsis diebus iam non obligabuntur ad praedictam continentiam obseruandam in loco sacro, cum sint in proxima quadam occasione, & veluti tentatione, & ut morali etiam impossibilitate, consideratis omnibus circumstantiis ad se continentium. Nec obstat, quod absente altero coniuge teneatur alter abstinere per duos, vel tres annos, imò & per longissimum tempus: quia

P. Steph. Fagnan. in quinque praec. Eccl.

id ideo euenit, quia absente altero non est alter in proxima occasione, & morali veluti tentatione ad copulam maritalem, vt de se patet.

Optimè verò adhuc Soarius citatus dicto §. 28. *Tertio violatur.* & Sancius etiam allegatus dicto n. Soar. 12. post medium, non solum hoc procedere, vbi Sancius, vt erque coniux esset diu obfessus in Ecclesia; sed etiam, vbi alter tantum: postquam vnus illuc voluntarie accedere licet, & honestè, causa habedi copulae coniugalis, propter rationes supra factas n. 26.

29.

Et quidem doctrina haec vera est, & verum continet praedicta tertia opinio, etiam si concubitus maritalis sit publicus, & publice de illo constet, vt optimè animaduertit Sancius, dicto libro 9. de debito coniugali, disp. 15. n. 12. & Palatius disput. Sanchez fol. 711. vers. *At vero contra.* & Petrus Ledesma in Palatius Summa de Sacramentis, cap. 20. in tractatu de Euchar. charistia, vers. *Disgo lo segundo.* & Soar. tom. 3. in 3. partem, disp. 81. sect. 4. §. *Tertio violatur.* littera C. Soar. col. 2. pag. 1220. Et probatur facile: primo, quia effusio sanguinis, si ex iusta causa fiat, v. c. ad defensionem propriam cum debito moderamine, quantumvis publica sit, & fiat publice, non polluit Ecclesiam, vt satis probauimus num. 14. & palam fatentur omnes, & non ob aliam causam, nisi quia est licita & honesta ex omnibus circumstantiis, tam ex obiecto, quam ratione loci: ergo etiam copula ficta, & ex iusta causa facta, qualis est maritalis, facta ad defensionem vitae spiritualis, & ad tollendum, vitandumque periculum incontinentiae, vel in se, vel in coniuge, non violabit Ecclesiam: neque enim maior ratio apparet in vno casu, quam in alio; imò maior apparet in isto, quam in illo; & ed maior, vt dixi num. 26. sine, quod pretiosior, & estimabilior est vita animae, quam corporis. Secundo, quia nulla est ratio, ob quam dicamus, ex actu licito, qui cum reuerentia, & timore Dei, ad vitandam mortem animae, & periculum incontinentiae, in altero coniuge exercetur, Ecclesiam violari, vbi enim non est culpa, cessat poena: at ipsa violatio Ecclesiae, est poena mortalis culpae: ergo, vbi ea culpa deest, deesse consequenter debet poena illi debita. Tertio, quia in iure, & ex iure nihil hac de re constare potest, cum illius decreta supra allegata, velut cap. *Significasti*, de adulteriis, & cap. *Si mortum*, de consecrat. dist. 3. de actu adulterij de se lethaliter illicito loquantur, & per eum dicantur pollui Ecclesiam. Reliqua etiam iuris capita, quae absolute dicunt, Ecclesiam per sanguinis, & seminis effusionem violari, necessarid intelligenda sunt de feminis, & sanguinis effusione mortaliter illicita, saltem per ordinem ad locum sacrum, vt optimè dicebat secunda opinio num. 24. explicata, & rationes modò factae coniungunt. Et haec sunt, cap. *Ecclesias*, de consecrat. dist. 1. & cap. finale, eodem titulo, & cap. etiam, *Ecclesias*, de consecrat. Ecclesiarum, dist. 18.

30.

Ex dictis sequitur, solum Ecclesiam pollui per concubitus coniugalem in ea factum, quando est lethaliter illicitus: est autem lethaliter illicitus primo, ratione extrinsecae irreuerentiae loci sacri, si fiat in Ecclesia, quando coniuges ad breue tempus in ea coguntur existere, vna videlicet, vel altera nocte, & non habeant alia loca Ecclesiae adhaerentia, vt locum designatum ad sacra vestium custodiam (Sacrificiam vocant), quod diuertere possint, vt copulerent, vt diximus num. 27. Secundo, si fiat in eodem loco sacro contra naturam, aut extra naturale vas. Tertio, si coniuges se polluant voluntarie in Ecclesia, aut alter tantum illorum. Extra copulam verò maritalem, & coniugalem concubitus, polluitur Ecclesia, vt diximus numero 20. per voluntariam, & peccaminosam seminis effusionem, siue intra, siue extra

P. 2. pag.



vas seminatio fiat, siue naturali modo, siue contra naturam, & a quocunque genere personarum, si delium, & infidelium, siue dum quis paganus solus aut non paganus per mollitiem se polluit in ipsa Ecclesia, ut praedicto n. 20 ex multis iuribus, & Doctoribus satis probauimus. Quid autem nomine Ecclesiae intelligatur, dicemus infra num. 36.

31. Dubium ergo est, an per occultam feminis effusionem mortaliter illicitam, siue maritalem, siue non maritalem, quomocunque ea fiat, dummodo tamen illicita, & cum peccato mortali fiat, Ecclesia ita violatur, ut purificatione indigeat, an verò requiratur crimen esse publicum? Respondeo cum communi Doctorum sententia; dum crimen est, occultum, & copula etiam maritalis mortaliter illicita in Ecclesia habita, (intra illud, scilicet, breue tempus vnius, vel alterius noctis,) secreta atque occulta est, non censeri Ecclesiam pollutam; censeri verò a tempore publicationis: nam, vbi primum crimen fit notorium, & publicum, & simul ac de illo publice constare potest, absque villo alio nouo actu, & peccato, Ecclesia polluta manet: publicum autem fieri potest, vt num. 23 dicitur, vel per confessionem coniugum in iudicio, vel per legitimam testimonium depositionem, vel per famam publicam, & notoriam, vel per alia iudicialia indicia postea exorta. Ita docet Nauar. in Manual. Lat. c. 16. num. 32.

Nauar. Syuist.

Sotus. Palud. Graphis. Greg. Lop. Soar.

D. Anon. Adrian. Tabiena.

verbo, *Quarid, quia*, & cap. 27. num. 156. Syluest. verbo, *Consecratio*, 2. quaest. 5. & verbo, *Missa*, 1. q. 4. & verbo, *Confessio*, 3. q. 18. & Sotus in 4. distinct. 13 q. 2. art. 3. ad 2. & dist. 32. art. 3. Paludanus in 4. dist. 18 art. 4. & Graphis lib. 2. decis. aurear. quaest. 7. num. 25. Gregorius Lopez lege 20 partira 1. titulo 10. & Soar. tom. 3. in 3. partem. disp. 82. sect. 4. §. *Secundo dubitari solet.* & Sancius, lib. 9. de matrimonio. disp. 15. num. 11. ad finem, vbi citat etiam Paludanum, sed in alio loco, videlicet, in 4. dist. 31. quaest. 3. artic. 2. num. 14. D. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 20. §. 2. Adrianum in 4. quaest. 14. de matr. §. *Pro huius succincta*. Tabienam verbo, *Matrimonium*, 3. quaest. 9. num. 10. Probatur facile primò: quia reconciliatio Ecclesiae est actus de se publicus & manifestus: quando enim fit, publicis & manifestis caeremoniis fit: ergo supponit peccatum publicum & manifestum: ergo, quando peccatum est occultum, non indiget Ecclesia purificatione, non quòd sacrilegium in ea non sit commissum, nec quòd iniuria illi non sit facta; sed quòd sit occulta; & dum occulta manet, non indiget purificatione; idè enim reconciliatur publice, vt publicum scandalum, & iniuria tollatur. Vnde, cum Ecclesia, vel coemeterium illius non consecrentur nisi per publicas caeremonias; ita etiam non possunt profanari, si iam sunt consecrata solo nudo, & simplici mandato Episcopis, sed requiruntur etiam publicae caeremoniae, quibus consecrentur. Secundo, quia solennis poenitentia nunquam pro occulto crimine imponitur: ergo nec solennis reconciliatio Ecclesiae faciendae est pro occulto sacrilegio in Ecclesia commisso: par enim utrobique ratio videtur esse; sicut enim inconueniens est, vt sigillum confessionis per publicam poenitentiam indirectè prodatur, ita inconueniens est, quòd occultae delicta, dū sunt occulta, manifestentur: sequerentur enim inde grauisissima incommoda, si Sacerdos, v. g. propter occultam pollutionem mortaliter illicitam, quae sibi in Ecclesia contigit, teneretur abstinere à celebrando in eadem Ecclesia, donec reconciliaretur, vt de se patet: & deinde manifestarentur multa crimina, & multa personae contra iustitiam cum maxima nota infamiae, & dedecoris illarum.

32.

Doctrina autem tradita de occulto, & publico delicto, qua dicimus non pollui Ecclesiam per oc-

cultam feminis effusionem cum mortali peccato factam, nisi postquam publice nota sit; non procedit solum in praedicta emissionem feminis, sed etiam in effusione sanguinis, & in aliis peccatis, per quae Ecclesiae polluantur: quando enim occulta sunt, non censentur Ecclesiae violatae, propter rationes numero praecedenti factas: quia eadem est ratio in omnibus casibus, vt optime animaduertit Soar. t. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Secundo dubitari solet.* Licet enim specialiter hoc dicatur in effusione, atque emissionem feminis humani; tamen id idè fit, quia est actus ex natura sua occultus: non ad excludendos omnes alios actus lethaliter illicitos, per quos Ecclesiae de iure polluantur, cum in omnibus eadem ratio militet, vt patebit consideranti.

33.

Sed adhuc maioris claritatis gratia rogabis, quae publicitas facti, seu peccati, requiratur; & quanta, vt Ecclesia polluta censeatur, ita vt purificatione egeat Doctores num. 31. allegati requirunt eam publicitatem, quae resultat, vel ex confessione partium in iudicio, vel ex publica fama, vel ex legitima testimonium depositione, vel ex aliis iudicis indicibus postea exortis: nec indicia quaecunque sufficiunt, sed quae sint satis publica; vnde, vt optime existimat Soarius loco proxime allegato, quauis duo, vel tres delictum sciant, & videant, si taceant, non censentur adhuc violata Ecclesia; quia adhuc, absolute loquendo, est occultum delictum respectu populi. Euidencia autem facti, seu peccati, aut Sotius, non ita est intelligenda, vt necesse sit factum ipsum videri publice ab omnibus; id enim nec est necessarium, nec moraliter loquendo possibile esse potest: satis ergo est, quòd notitia illius communitur, vel in plebe, vel in parochia habeatur. Et idè optime docet Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. si publice confiteri virum & vxorem habere lectum in Ecclesia, id sufficeret, & satis esset, vt Ecclesia polluta censeatur: est tamen Sotus intelligendus de iis coniugibus, non qui diu sunt in Ecclesia obfessi, cum in eo casu copula sit licita; sed de iis, qui ad breue tempus in Ecclesia detinentur, iuxta ea, quae diximus n. 27. & 29. Quamobrem optime docent Auctores n. 31. allegati, vbi primum delictum effusionis feminis publice notum sit, à quacunque persona mortaliter illicitè committatur, manere Ecclesiam pollutam; & sic sufficit publica notitia, vel sufficiens testimonium morale, vel talia indicia, quae testibus aequiualeant, & morale certitudinem inducere possunt, vt optime docet Soar. tom. 3. in 3. partem. disp. 81. sect. 4. §. *Secundo dubitari solet.* & Nauar. in Manuali Latino, cap. 16. n. 32. & Sotus citatus in 4. distinct. 13. quaest. 2. artic. 3. & alij ferè omnes allegati num. 31. & haec est communior & verior opinio.

34.

Alij verò satis probabiliter asserunt, non sufficere quacunque notitiam delicti, nec Ecclesiam censendam esse pollutam, donec Iudicis sententia declaratum sit, Ecclesiam illam esse pollutam. Ratio est: quia illa poena pollutionis Ecclesiae est veluti quaedam censura, & instar censuræ requirit sententiam Iudicis; nullus enim excommunicatus vitari debet, donec per sententiam Iudicis declaretur, ac denuntietur; censuram incurrisse. Quòd verò huiusmodi poena sit instar poenae interdicti ingressus ab Ecclesia, ac proinde instar poenae censuræ, docet Paludanus in 4. distinct. 18. q. 8. art. 4. Syluest. verbo *Consecratio*, 2. q. 9. fine, & verbo, *Interdictum*, 4. Syluest. q. 3. & Penna 3. p. q. 64. & ita explicatam hanc sententiam tenet ipse Ioannes Penna loco allegato, vbi expresse dicit non esse censendam Ecclesiam pollutam, donec per sententiam Iudicis polluta esse declaretur: & satis probabilem dicit Soar. tom. 3. in

3. in

3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. *Secundo dubitari solet.* Sed haec res videtur valde incerta, nam, vt diximus c. 14. num. 5. improprissimè, & latissimo modo haec Ecclesiae pollutio inter censuras numeratur; vt colligitur ex cap. 15. qui iuncto §. 1. *Verus, qui*, de sententia excommunicationis, in 6. & nos latè praedicto n. 5. cap. 14. explicauimus, ad quem locum te remittimus; & idè prior sententia numero praecedenti explicata, tenenda est.

35.

Inferitur ergo ex dictis primò, in eo casu, in quo est licita copula in loco sacro, minime pollui Ecclesiam, nec reconciliatione indigere: cessat enim irreuerentia illius, vt diximus supra n. 26. cum tertiàm opinionem, quam sequimur, explicauimus; & praeter eos Doctores, quos ibi allegauimus, ita docent expresse Rosella verbo, *Consecratio*, 1. n. 9. & verbo, *Debitum*, n. 7. Ouanus in 4. dist. 32. q. vnica, post secundam propositionem. Greg. Lopez l. finali, verbo, *Fornicatio*, tit. 10. partira 1. Matienco l. 5. compilationis, tit. 1. rub. glossa 1. n. 99. Barthol. Ledesma dub. 12. de poen. in interrog. circa 6. praecipuum, §. *Similiter interrogatur*. Anton. Lucas l. 5. Inst. maior. tit. 1. n. 121. Henric. lib. 9. de Missa, cap. 27. n. 5. & lib. 15. de matrim. cap. 16. n. 4. Petrus Ledesma de matr. quaest. 64. art. 7. conclus. 1. & in Summa sacrit. tit. *De Euchar.* cap. 20. difficultate 1. circa modum, quòd polluitur Ecclesia, Margarita Confess. 6. praecipuo, cap. 4. fol. 86.

Rosella. Ouanus. Gr. Lopez. Matienco. Ledesma.

Cucui. Henric. Petr. Led.

Marg. 36.

Inferitur secundò, solum pollui Ecclesiam per copulam, & effusionem feminis lethaliter illicitam, etiam maritalem, vt diximus n. 30. Inferitur tertio, quoties illicitè coeunt coniuges in loco sacro; mortaliter peccare, tam perentem, quam reddentem, vt probauimus num. 23. Inferitur vltimò, cum notitiam delicti ad pollendam Ecclesiam requiri, quae n. 33. assignatur. Argumenta 1. & 2. opinionis soluta manent ex fundamentis tertiæ opinionis, vt consideranti patebit.

S V M M A R I V M.

- Quid nomine Ecclesiae & loci sacri intelligatur. num. 37.
- Quale spatium Ecclesia comprehendat. ibid.
- Quid de interrecto otorto. ibid.
- Quid de loco supra tectum Ecclesiae. num. 38. & 39.
- Quid si supra tectum Ecclesiae sit Capella, ad quam pateat ingressus per Ecclesiam. ibid.
- Quid de parietibus Ecclesiae, si in illis à parte interna, aut, exterius, semen, aut sanguis effundatur, vel homo suspendatur. num. 40.
- Quid de cameris Ecclesiae adhaerentibus, & de sacristia. num. 41. & 42.
- Quid de porta Ecclesiae. num. 42.
- Quid de cornibus, & tribunis. num. 43. & 47.
- Quid de locis sacris sub Ecclesia constitutis, & de sepulchro concauo. num. 45.
- versus. Nec item.
- Quid de confessionariis. num. 44.
- Quid de Oratorijs. num. 45.
- Quid de Choro, & loco organorum. n. 46.
- Quid de Ecclesia benedicta, & quae adificari, in qua nondum celebratum est. num. 48.
- Quid de Ecclesia destructa, & an gaudeat immunitate. num. 49.
- Quid si amplietur Ecclesia Capella aliqua, aut addita alia parte, nec illa benedicatur. num. 50.
- Quid de Coemeterio. num. 51.
- Quid de Clausuris Religiosis, & de aliis habitationibus, & Officijs Monasterij. num. 52.
- Quid de loco prophano, in quo fidelis sepelitur. n. 53.
- Quis locus dicatur Religiosus, attentò iure civili, & Canonico. num. 54.

P. Steph. Fagundez in quinque praec. Eccl.

- Violatur Ecclesia, si in ea excommunicatus nominatim denunciatus publice sepeliatur. num. 55.
- An violetur, si ab Episcopo nominatim excommunicato consecratur, aut benedicatur. num. 56.
- Resoluitur non violari. ibid.
- Polluitur Ecclesia, vel Coemeterium, si inibi aliquis paganus, vel infidelis sepeliatur. n. 57.
- Quid, si puer baptizatus in ventre matris, in ea sepeliatur. num. 58.
- An violetur, si parietes illius comburantur, aut tectum vel destruentur, & reparentur. num. 59.
- Quod sit discrimen inter Ecclesiam benedictam, & consecratam. num. 60.

37. **N**ominè autem Ecclesiae quoad hunc effectum intelligitur sola Ecclesia consecrata, aut benedicta, vt diximus cap. 13. num. 5. Intelligitur etiam nomine illius, totum illud spatium, quod pertinet ad internum corpus Ecclesiae, à tecto interiori usque ad parimentum, & à parte interna portae maioris ipsius Ecclesiae, usque ad vltimum parietem capellae maioris: quare capellae constitutae intra Ecclesiam nomine illius etiam comprehenduntur. Ita Sancius lib. 9. de matr. disput. 15. num. 25. & Vega Sanchez. lib. 2. Summae, cap. 49. calu 5. Hinc autem questio insurgit, vtrum maneat polluta Ecclesia, si crimen occisionis, sanguinis, aut feminis effusionis committatur in interrecto, id est, in illa capacitate, quae est inter primum tectum & supremum (offortu.) Et certè non vidi, qui rem deciderit: arbitror tamen censeri commissum extra Ecclesiam, ac proinde illam non violari ex delicto illic commisso: quauis enim illa capacitas sit intra tectum primum, & attamen ab Ecclesia sufficienter separatur, nec ad vltimum diuinum vltimè deputata, imò ab Ecclesia est diuisa stabili tabulato. Et formaliter & proprie dicti non potest tectum, respectu Ecclesiae, nisi illud, quòd efficit ipsum tabulatum. Jam verò, si in illa capacitate aedificia essent deputata ad aliquem humanum vltimè, indubitata res erit, non pertinere ad ipsam Ecclesiam: ita vltimè est nonnullis Patribus grauisimè è nostra Societate hac de re consultis, quorum iudicium mihi satis probabile videtur.

38. **Q**uamobrem non violatur Ecclesia, si homo occidatur, sanguis, aut semen effundatur, supra Ecclesiam tectum. Ita docet Sancius loco allegato, n. 26. Soar. tom. 3. in 3. part. disput. 81. sect. 4. initio. Nauar. in Summa Latina, cap. 27. num. 256. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. quaest. 13. §. *Rogabis, an si* Azor. quib. Syluest. verbo, *Consecratio*, 2. q. 5. casu 1. Rosella Syluest. verbo, *Consecratio*, 1. num. 73. Graphis 1. p. decis. aure. Rosella. lib. 2. cap. 48. n. 24. Vega tom. 2. Summae, cap. 94. 5. Graphis. Lud. Lopez 2. p. Inst. de Euchar. cap. 79. §. *Præterea Vega. series.* Sa verbo, *Ecclesia*, in Summa, §. *Polluitur Ecclesia*. Manuel Rodr. tom. 1. Summae, edit. 2. c. 154. num. 10. conc. 9. & num. 7. conc. 6. vbi caute legendus est, dum asserit non pollui Ecclesiam suspensio homine ex ipsius tecto: intelligendus enim est, si suspendatur à parte externa tecti: nam, si suspendatur à parte interna, manifestum est intra Ecclesiam fieri; & idè ipsam violari, vt egregie notauit Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. num. 26.

39. **Q**uae omnia intelligenda sunt, nisi supra tectum Ecclesiae esset aliqua Capella, ad quam ingressus pateat per ipsam Ecclesiam: quia talis non est diuisa ab Ecclesia, sed reputatur idem cum Ecclesiae corpore. Sicut reputantur etiam vnus corpus cum Ecclesia sepulturae concauae, quae intra Ecclesiam sunt, & per Ecclesiam inferuiuntur, & sunt deputatae ad res sacras, nempe, ad sepeliendos mortuos, vt docet Sancius citatus dicto num. 26.

40. **N**ec etiam violatur, si extra parietes Ecclesiae haberetur copula, aut suspendereetur homo, aut effunderetur

Sanchez. Soarez. Rodrig.

dereur sanguis iniuriose : quia id simpliciter extra Ecclesiam fit. Ita Sancius lib. 9. de matr. disput. 15. num. 26. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. paulo post initium. Rod. 1. tom. edit. 2. Summae. c. 154. n. 7. concl. 6. Quod intelligendum est, nisi illa pars exteriori Competerium sit : quia tunc violatur Cœmeterium, non Ecclesia, iuxta ea, quae diximus num. 18. violata enim Ecclesia, violatur Cœmeterium : violatur autem Cœmeterio, non violatur Ecclesia, vt ibidem diximus.

41.

Non violatur etiam, si effundatur semen, aut sanguis, aut homo interficiatur, suspendaturve in cameris ad latus Ecclesiae adherentibus : quia illa non constituunt vnum corpus cum ipsa Ecclesia, nec cultui diuino deputantur. Ita docent Sancius n. 29. Sotus in 4. dist. 33. q. vnica, art. 3. concl. 3. Nauar. in Summa Lat. cap. 16. n. 32. ver. 4. Angles in floribus, 1. p. de matr. q. 6. de soluendo debito, in fine, Soar. 3. p. t. 3. disp. 81. sect. 4. §. Tertio violatur. Lud. Lopez. 1. p. Inst. cap. 82. §. At vero de redditione. Manuel Rod. 1. tom. Summae, in 2. edit. c. 154. num. 10. concl. 9. & c. 243. n. 19. Graphis 1. p. decid. aur. lib. 2. c. 83. n. 10. Vega lib. 1. Summae, c. 78. casu 1. Idem de turri cymalorum, quia etiam vnum corpus cum Ecclesia non constituit. Ita docent Sancius n. 30. Sotus, Nauar. Angles, Soarez, Rodrig. Ludouicus Lopez, Graphis, Vega citati, & Henriquez lib. 5. de poenit. c. 6. n. 5. ad marginem, littera H. Idem de Sacristia ob eandem rationem : quia nec vnum corpus cum Ecclesia efficit, nec est destinata ad Missas celebrandas, aut diuina Officia in ea peragenda. Ita Sancius dicto lib. 9. de matr. disp. 15. n. 31. & deinde, quia pariete intermedio ab Ecclesia diuiditur, est instar cameræ Ecclesiae adherentis.

Henriq.

42.

Si copula habeatur, aut homo interficiatur in porta Ecclesiae, dubium est, an illa polluta maneat. Dicendum ergo est, si id contingat in primo limine, aut linea à parte interna portæ, pollutam maneat, quia tunc intra Ecclesiam fieri dicitur, secus si à parte externa illius. Ita Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. n. 28. Rod. tom. 1. Summae, in 2. edit. c. 15. n. 13. Imola, quem refert ac sequitur Sylu. verbo, Cœmeterium, q. 3. Dominicus cap. vnico, n. 6. de consecrat. Eccles. in 6. Angel. verbo, Consecratio Cœmeterij, n. 3. Tabiena verbo, Consecratio, q. 1. Armilla verbo, Cœmeterium, n. 4. Et verè si illud limen, illaque linea, quæ est à parte externa portæ Ecclesiae iam ad Cœmeterium pertineat, illud tantum polluetur, non Ecclesia, vt patet, & docet Sancius modò citatus.

Sanchez. Rodrig. Imola. Syluest. Dominicus. Angelus. Tabiena. Armilla.

43.

Prophylæa circumducta intrinsecus per templi summam, vulgo Cornu, ad Ecclesiam pertinent, quia sunt intra illius corpus, vt patet, & idè si illicita copula in illis habeatur, semen, aut sanguis effundatur, vel homo ibi occidatur, suspendaturque, Ecclesia polluta, ac violata manebit, & necessariò purificanda erit. Ita Sanc. lib. 9. de matr. disput. 15. num. 32.

Sanct.

44.

De confessionariis multi ambigunt : sed non est dubium, ad Ecclesiam pertinere, si in ea sint, aut intra concanum parietis à parte interna ipsius Ecclesiae : sunt enim partes illius veluti capellæ : secus, si pariete aliquo ab Ecclesia diuidantur, aut panno cerato, aut tabulato, & solum per crates, aut foramina confessiones audiantur : tunc enim, si copula habeatur, aut pollutio à parte Ecclesiae, sacrilegium erit, violabitur Ecclesia, & purificatione indigebit, non tamen si habeatur ab alia parte exteriori. Ita Sancius dicto lib. 9. de matr. disput. 15. num. 34. Et ratio est : quia eo tabulato & diuisione, cellula illa destinata ad mulierum confessiones audiendas iam manet & habetur distincto domicilio, locòve ab ipsa Ecclesia distincto, vt expresse probat textus c. vnico, de consecrat. Ecclesiae, in 6. ibi : Non vnum,

Sanct.

sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ, quamvis sibi coherentia, pariete tamen medio seunguntur, ex quo textu colligunt ibi Glossa, verbo, Pariete, & Archidiaconus ibi ad finem capitis, & Ancharanus n. 2. notabili 5. & Dominicus in fine, & Francus n. 3. parietem diuidere, & distinctionem facere, ita vt res sic diuise dicantur duæ. Et idem dicendum est iuxta Sancium allegatum, si partes illæ lineo cerato, aut tabulato aliquo fixæ & immobiliter diuidantur : cum enim hæc ibi fixa & immobilia sint, instat parietis habentur.

Glossa. Archid. Anchar. Domin. Franc.

Oratoria, quæ domi habentur, nomine Ecclesiae non veniunt, quamvis de Episcopi licentia in eis Missæ celebrentur : ac proinde non est ex loci circumstantia aperienda, quia ea edificantur in domibus absque licentia Episcopi, & ad nutum fundatoris ad profanum vsum redire possunt : & idè etiam hæc loca non gaudent tanquam profana immunitate, & priuilegijs Ecclesiae, nec copula in eis habita, oscula, aut amplexus, aut effusio sanguinis, & seminis, circumstantijs sunt confessionis. Ita docet Sancius dicto lib. 9. de matr. disp. 15. n. 39. tenet Innocentius c. Inter dilecto, de donat. n. 2. Tabiena verb. Immunitas, q. 14. n. 15. Greg. Lop. lege 4. verb. La Iglesia, tit. 2. part. 1. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, §. finali, n. 6. ver. Sed quid dicendum. Nec item veniunt nomine Ecclesiae ea loca, quæ subtrahuntur Ecclesiam sunt, si ibi habeatur spelunca aliqua, aut cellula. Ita Sancius n. 27. & in Summa verbo, Ecclesiae, §. Polluitur, Ludou. Lopez. 2. p. Inst. vbi de Euch. c. 79. §. Præterea series, Emmanuel Rod. 1. Summae, edit. 2. cap. 133. n. 10. Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. paulo post initium. Sylu. verbo, Consecrat. 2. Soar. num. 5. Tabiena verbo, Consecratio, 2. q. 5. §. 6. Nauar. in Summa Lat. c. 27. n. 256. Quod, ait Sancius, intelligendum est, nisi in cauernis Ecclesiae sit fornix, deputatus ad sepulturam fidelium, quem sepulturam concanum appellant, Lusitanè Carneiro : quia tunc pars Ecclesiae reputatur, sicut reputatur Ecclesiae solum.

45.

Sanchez.

Imoci.

Tabien.

Greg. Lop.

Iul. Clar.

Sanchez.

Sanchez.

Sanchez.

Lud. Lop.

Rod.

Soar.

Syluest.

Tabien.

Nauarri

46.

Chorus, vel est locus quidam intra Ecclesiam solum scabellis distinctus, & de hoc non est dubium nomine Ecclesiae intelligi : vel est locus à terra eleuatus pariete, arcibus, & columnis, vt fit in Monasterijs, & tunc videtur esse pars diuersa ab Ecclesia. Sed adhuc credit Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. n. 33. nomine Ecclesiae comprehendi, & verum credit, & quia est intra Ecclesiam à parte interna portæ vsque ad vltimum parietem capellæ maioris, & quia est locus destinatus ad diuina Officia. Idem docet etiam D. Anton. in 4. p. tit. 1. cap. 2. §. 1. circa medium. Idem etiam iuxta eundem Sancium dicendum est de loco organorum, constituto in quadam chori parte, & quia intra Ecclesiam est, & quia ille sonus, est cantus quidam Ecclesiasticus, & pars quadam diuini cultus.

D. Anton.

47.

Tribunæ ex aduerso aræ maximæ, aut in reliquo corpore Ecclesiae ab vtroque latere ad Sacrum audiendum exedificatæ ad Ecclesiam non pertinent, nec nomine, aut vocabulo illius intelliguntur, & quia non sunt loca deputata ad diuina Officia celebranda, & quia sunt, quasi cameræ distinctæ, & Ecclesiae adherentes. Ita Sancius citatus n. 35.

48.

Ecclesia ab Episcopo benedicta, cœpæque illius auctoritate edificari, nomine Ecclesiae comprehenditur, quoad hunc effectum, & sic violatur copula lethaliter illicita, & eget purificatione. Primo, quia iam est ab Episcopo benedicta. Secundo, quia est deputata ab eodem Episcopo ad diuina Officia, & ad sepeliendos mortuos fideles : quæ duo desiderantur, & sufficiunt, vt locus sacer dicatur, & de facto iam ibi possunt mortui sepeliri. Tertio, quia est securior opinio, & certior, Ecclesiam nondum consecratam,

Syluest. Couarr.

Sanchez.

49.

Remig.

Iul. Clar.

Iason.

Felinus.

Alexand.

Addition.

50.

Sanchez.

Ruffinus.

Abbas.

51.

consecratam, & in qua nondum diuina Officia celebrantur, & gaudere priuilegio immunitatis, modò sit auctoritate Episcopi erecta, vt multis tradit Syl. verbo, Loca religiosa, q. 4. ann. 7. Couar. 2. var. cap. 20. n. 4. & licet latius pateat gaudere immunitate Ecclesiae, quam esse locum benedictum : siquidem palatia Episcoporum illa gaudent, & non sunt benedicta, tamen inde colligitur argumentum, locum esse sacrum, illam Ecclesiam, quæ amplius habet, videlicet, esse benedictam, & diuinis rebus deputatam, quæ sunt duo requisita. Ita docet Sancius l. 9. de matr. disp. 15. num. 36.

Si Ecclesia destructa sit, copula in ea habita, aut effusio sanguinis, non est sacrilega, nec locus violatur, Ita Sancius n. 37. Probat ex cap. Abbate, de verborum significatione, ad finem, & ex cap. 2. de noui oper. nuntiatione : quia Ecclesia destructa non gaudet priuilegio, modò auctoritate Episcopi destructa sit, vt notat Gloss. cap. Statutum, de elect. in 6. verbo, Collegiatis, vbi Dominicus n. 3. sine, & Innocentius cap. 2. de noui oper. nuntiat. n. 3. initio : quando enim auctoritate Episcopi destructa est, non gaudet priuilegio immunitatis, & potest ab ea extrahi reus, vt tradunt Remigius de immunitate Ecclesiae ampliatione 20. & Iulius Clarus in practica criminali, lib. 5. receptarum, §. fin. q. 30. n. 6. ver. 1. Maius dubium est. Quod intelligendum est, modò destruat, vt iterum non edificetur, nam, si eadem auctoritate Episcopi, vt iterum edificetur, destruat, iisdem priuilegijs gaudet, vt optime notat Iason, Felinus, Alexander, & Additionator, quos refert, ac sequitur Sancius dicto lib. 9. de matr. disp. 15. n. 37. Quare solum non gaudebit priuilegijs, quando auctoritate Superioris diruta est, vt iterum non erigatur. Nec Iulius citatus contrarium sentire videtur, dum ait cum multis, quos ibi allegat, qualitercumque Ecclesia diruta sit, siue temporis iniuria, siue iussu Superioris, si absque reedificationis spe sit diruta, non gaudere priuilegijs : quia iam nulla ratione potest Ecclesia appellari, nisi vulgo tantum : ergo, si iterum reedificetur, aut reedificanda sit, priuilegijs gaudebit.

Si Ecclesia amplietur, ac distendatur capella aliqua, aut parte sibi addita, licet ea non benedicatur, comprehenditur nomine Ecclesiae, & idè ibi copula habeatur, aut illicite sanguis effundatur, necessariò purificanda Ecclesia erit. Et ratio est : quia semper pars addita incorporatur cum priori, & eadem Ecclesiae forma perficitur : quare gesta in ea, verè in Ecclesia fieri dicuntur, & intra Ecclesiam. Et ita docet expresse Sancius lib. 9. de matr. disp. 15. num. 38. & probatur facile ex Glossa in cap. 1. de consecrat. Ecclesiarum, verbo, Altari, vbi ait, si aliquid addatur altari consecrato, hoc ipso fieri sacrum, quia sacrum tanquam dignius trahit ad se non sacrum. Probat etiam ex cap. Quod in dubijs, de consecrat. idem decernens, in oleo non consecrata, addito consecrato. Et quamvis decisio huius capitis procedat in solis liquoribus, & in iis, quæ commixtione confunduntur, vt tradunt Anton. Butr. dicto cap. 1. num. 11. & ibi Abbas sine, in prædicto cap. Quod in dubijs, tamen negari non potest, gaudere rei sacra priuilegijs, dum sic vnita manet.

Sed, quid de cœmeterio ab Episcopo benedicto, Respondet huiusmodi cœmeterium reputari locum sacrum, & sic indigere reconciliatione, si copula illicita, aut sanguinis iniuriosa effusione violatur, nec aliquis in eo sepeliri potest, do nec sacris cœmeterijs purificetur : aduersatur enim illud sacrilegium directè diuinis Officijs, & sepeliendis mortuis, quæ sunt res sacra, ad quas

locus benedicatur. Ita docet Thomas Sanctus lib. Sanchez 5. de matr. disp. 15. n. 4. Syluest. verbo, Cœmeterium, num. 1. Palud. in 4. distinct. 18. quæst. 8. Palud. actie. 4. num. 19. & 20. D. Anton. 3. part. titulo 12. cap. 6. §. 7. Angel. verbo, Consecratio cœmeterij, num. 1. Nauar. in Summa Lat. cap. 16. Corduba, num. 3. ver. Interrogatus autem. Corduba in Summa, quæst. 12. Henriq. lib. 5. de poenit. cap. 6. num. 5. ad marginem, littera H. & Rodrig. 1. tomo Summae, edit. 2. cap. 207. fine. Quare merito admiratur Sancius citatus qualiter Sotus in in 4. dist. 32. quæst. vnica, art. 7. concl. 3. & Angles in floribus, 1. part. de matrim. quæst. 6. de soluendo debito, sine, & Graphis 1. part. decif. lib. 2. cap. 83. num. 10. & Emmanuel Rod. 1. tomo Summae, edit. 2. cap. 243. num. 19. & Vega lib. 1. Summae, cap. 78. casu 1. asserunt, nomine sacri loci non comprehendunt cœmeteria, nec in illis esse violationem, sicut nec in cœmeterijs Ecclesiae adherentibus, præsertim cum constet, cœmeteria violari, ex cap. vnico, de consecratione Ecclesiarum, in 6. & idè placeat ibi Glossa verbo, Polluto, & Archidiaconus ibi num. 3. & Abbas cap. Consulisti, num. 2. de consecrat. Ecclesiarum.

Henriq. Rodrig.

52.

Claustra Religiosorum, si benedicta sint, Religiosisque sepeliendis, aut alijs fidelibus tumulandis destinata, nomine Ecclesiae comprehenduntur : quia benedictionem, & deputationem ad diuina habent. Ita docet Sancius num. 41. docet etiam Corduba in Summa, quæst. 12. & alij communiter. Eadem de illis ratio est, atque de cœmeterijs, vt patet.

Sanchez. Corduba.

53.

Cætera Religiosorum habitacula, vt cameræ, pergulae, officinae, quamvis ecclesiastica immunitate gaudeant : at minime dicuntur loca sacra quæ sanguinis, aut seminis iniuriosa effusione, violentur, aut reconciliatione indigeant : quia Episcopi benedictione, & deputatione ad diuina carent. Et ita docet Nauar. in Summa Lat. cap. 16. num. 3. ver. 1. Interrogatus autem. Corduba in Summa, q. 17. Henriq. lib. 5. de poenit. cap. 6. n. 5. Sancius dicto lib. 9. de matrim. disp. 13. n. 42. ad marginem, littera H. Emmanuel Rod. tomo 1. Summae, edit. 2. cap. 207. n. 3. & Graphis 1. part. decif. lib. 3. cap. 83. n. 10. quod verum est, vt ait Henriquez, & Corduba, licet Prior Monasterij singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua lustrali aspergat : & idem Corduba, & Sancius bene addunt, etiam si ibi adsit altare aliquod ad celebrandum constitutum : quia reputabitur tunc vt priuatum Oratorium.

Nauarri.

Sanchez. Corduba.

Henriq. Rodrig. Graphis.

Henriq.

54.

Olim verò attentato iure ciuili quilibet locus efficiebatur religiosus, si in eo sepeliebatur aliquis fidelis conueniente domo, vt patet ex l. C. de relig. & sumpt. fun. at secus est de iure canonico : quare locus ille, nec enit sacer, nec nomine Ecclesiae comprehenditur : quia ad id auctoritas Episcopi desideratur : nec enim laicis permittitur locum sacrum efficere. Patet ex cap. Ad hoc, de relig. dom. docet Glossa cap. In Ecclesiastico, 13. q. 2. verbo, Si terram, & Sylu. verbo, de Loca religiosa, q. 1. Innocent. cap. penultimo, n. 1. de sepulturis, & alij, quos citat, ac sequitur Sancius allegatus num. 43.

Quartus modus, quo violatur Ecclesia, est, quando in ea excommunicatus publicè sepelitur, vt constat ex cap. Consulisti, de consecrat. Ecclesiae, vbi decernitur, cœmeteria, in quibus excommunicati sepeliuntur, esse polluta : vnde colligitur, pollutam esse quoque Ecclesiam, in qua excommunicatus sepelitur, & cadauer illius, si discerni ab alijs potest, exhumandum est, & extra Ecclesiam

55.

Azor.

Soar.

56.

Syluest. Palud. Abbas. Ioan. And. Hostiensis.

Ecclesiam proiciendum, vt constat ex cap. Sacris, de sepulturis. Ita docet Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. q. 13. §. Tertio quando in Ecclesia, & Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. Quarto violatur. Quod tamen intelligendum est de solis excommunicatis nominatim denunciatis, aut notoriis Clerici percussoribus; iuxta Soarium allegatum, & Victoriam in Summa, dub. 99.

An autem Ecclesia polluitur, si ab Episcopo nominatim excommunicato, seu denunciato consecratur, vel benedicatur, est dubium. Violatam esse pollutamque manere affirmant: Sylu. verbo, Interdictum, 4. q. 3. Paludanus dist. 18. q. 8. art. 4. Abbas, Ioannes And. & Hostiensis in cap. Consi- luiti, de consecrat. Ecclesiarum. Probat ex argu- mento à simili deducto ex praedicto cap. Consi- luiti, quia si Ecclesia polluitur ex eo, quod in ea excommunicatus nominatim denunciatus sepe- liatur, vt patet ex ipso cap. Consi luiti, à fortiori polluta etiam manebit, si ea ab Episcopo nomi- natim denunciato consecratur, aut benedicatur: addunt tamen huiusmodi Doctores, ipsam con- secrationem, aut benedictionem tenere; & ra- tionem esse: quia substantialiter iurisdictionem non requirit; sed potestatem ordinis: quam potesta- tem non auferit ipsa excommunicatio: ac proinde docent huiusmodi Auctores, ipsam Ecclesiam manere simul consecratam, aut benedictam, & simul pollutam ac violatam. Dicendum tamen est, Ecclesiam manere quidem consecratam ac benedictam; nullo tamen modo pollutam, aut viola- tam: quia id nullo iure expressum est, & in hu- iusmodi legibus pœnalibus, & odiosis non valet argumentum à paritate rationis: quia odia, & pœnae sunt restringendae ad casum tantum, de quo loquuntur, & non sunt ad alios extendendae. Deinde, quia hic non datur paritas rationis: nam iniuria, quae fit Ecclesiae, quando in ea sepelitur excommunicatus; est de se, & ex natura sua, gra- uior, & permanentior, quam iniuria, quae illi fit, quando ab Episcopo excommunicato benedicitur, aut consecratur. Tertio, quia non polluitur Ecclesia ex eo, quod nominatim de excommuni- catione denunciatus in ea celebret: ergo neque etiam polluetur ex eo, quod ab excommunicato nominatim denunciato consecratur, aut benedi- catur; cum par sit vtroque ratio. Et ita docet expressè Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 15. sect. 4. §. Quarto violatur. Et quauis hæc sententia aucto- ritate Doctorum destituta sit; mihi tamen vide- tur probabilior, maximè quia pollutio Ecclesiae supponit consecrationem, aut benedictionem il- lius: consecratio autem, quae fit ab ipso Episcopo excommunicato, non supponit consecrationem, sed facit Ecclesiam consecratam, & circa illam consecratam nihil amplius operatur: non est ergo, cur polluitur, vt de se patet.

Soar.

57.

Azor.

Soar.

Ioan. And.

Quintus modus, quo polluitur Ecclesia, est, quando aliquis paganus, seu infidelis, in ea sepe- litur, vel sepultus iacet. Patet ex cap. Per Eccle- siam, de consecrat. dist. 1. Et ita docet etiam Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. §. Quarto mo- do, & Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 81. sect. 4. §. Quinto violatur. & addit ibi Soarius, nomine pa- gani, & infidelis comprehendi etiam pueros, qui ante Baptismum moriuntur: quia huiusmodi pueri, saltem negatiue, infideles sunt. Rogabis ta- men, an tunc auulso corpore pagani, aut infide- lis parietes, & tigna Ecclesiae abradi debeant. Af- firmat Ioannes Andr. in cap. Proposuiti, de con- secrat. dist. 1. & probat id ex cap. Ecclesiam 2. de consecrat. dist. 1. vbi id aperte statuitur. Dicen- dum tamen est cum Abbate in eodem cap. Ec-

clesiam, & cum Azor. tomo 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. §. Quarto modo, si Ecclesia est consecrata, non esse parietes abradendos: quia si abraderentur consecrationis forma priuaretur, Ecclesia: esse verò abradendos, quando Ecclesia non est conse- crata, sed tantum benedicta: & ita intelligendum esse cap. Ecclesiam, praecitatum.

58.

Notandum tamen, pollui tantum Ecclesiam, quando infidelis in semetipso, vt sic dicam, in ea sepelitur, secus si sepeliatur in alio: vt si mulier fi- delis praegnans in Ecclesia sepeliatur; quia tunc foetus non reputatur, vt persona per se distin- cta, sed vt pars matris: quod sanè accidere po- test, si puer, vel ante, vel simul cum matre moria- tur: nam, si viuere credatur, aperienda est mor- tua mater, vt infans inde extractus baptizetur. Quod si ex negligentia culpabili, vel ex malicia non ita fiat, sed contingat matrem mortuam ha- bentem in vtero filium viuum ita sepeliri; ratio- ne homicidij violabitur Ecclesia, si dum mater sepelitur, filius in ea occidatur, quia quoad hoc non reputatur filius pars matris; & ideo illud est verum homicidium, sicut patet à simili in abortu: si verò extra Ecclesiam prius moriatur, vel intra vte- rum interficeretur, & postea mater sepeliretur in Ecclesia, non pollueretur Ecclesia hoc titulo: quia puer per se tunc non sepelitur, sed per acci- dens ratione matris. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 81. sect. 4. §. Quinto violatur, & est vera, & rationalis illius do- ctrina.

Soar.

59.

Sextus modus, quo Ecclesia violari potest, est quando parietes Ecclesiae comburuntur, vel ita destruntur, vt illam integrè, ac veluti de nouo aedificari oporteat: tunc enim iterum consecranda est; quia consecratio perditur destructa re, in qua fundatur: oportet tamen, vt parietes simul ruant, aut comburantur toti, ita vt simul omnes decru- stentur: nam, si paulatim decidant, aut crusta spoli- entur, & paulatim etiam reficiantur, tunc in du- bium vertitur, an formam consecrationis amit- tat Ecclesia: qua de re bipartita est opinio. Prima docet, non deperdi: quia semper censetur manere idem templum, sicut censetur permanere eadem nauis, cum paulatim reficitur: quod intelligendum est, modo tamen pars, quae additur: non sit maior; quia tunc id, quod est maius, censetur ad se tra- here & in se conuertere, quod est minus: secus tamen est, si totum rectum ruat, & parietes integri maneat: nam tunc consecratio non amitti- tur: versatur enim potissimum forma consecra- tionis circa ipsos parietes, vbi linitio fit, & figun- tur cruces. Et hanc opinionem tenet Soarius to- mo 3. in 3. p. disp. 18. sect. 4. §. Sextus casus est, & Sylu. verbo, Consecratio, 2. quaest. 4. vbi citat pro ea Syluest. Hostiensis, Palud. Antonii, Summam Con- fessorum, & Pisanam: tenet etiam Azor. tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 26. §. At in dubium verti- tur, & colligitur ex cap. Ligneis, de consecratione Ecclesiae, & ex cap. Ecclesius, de consecrat. dist. 1. Secunda opinio docet, deperdi. Eam tenet Innocen- tius in rubrica de consecratione Ecclesiarum. Abbas in cap. Proposuiti, de consecrat. Probat: quia in rebus spiritualibus rei veritas potius, quam fictio iuris attendenda est: in rei autem veritate, quando paulatim Ecclesia destruitur, & reaedificatur, non manet eadem Ecclesia, ac pro- inde nec eadem consecratio. Sed prima senten- tia omnino est verior, & probabilior: re enim ve- ra non solum iuris fictio, sed etiam in rei veri- tate manet semper eadem Ecclesia, sicut eadem nauis, quae paulatim reparatur, & ideo eadem semper censetur, & aliunde consecratio de se est indelebilis

D. Thom.

60.

indelebilis manente subiecto, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3. & q. 63. art. 5. & q. 77. art. 8. & in 4. dist. 4. q. 1. art. 3. Quare, cum consecratio sit de se indelebilis, & non destruat, nisi destructo subiecto, & idem subiectum maneat, consequenter dicendum est, manere, & non deperdi eandem consecrationem.

Notandum verò, discrimen maximum esse inter Ecclesiam consecratam, & benedictam: nam Ec- clesia benedicta potest, & benedictio fieri à sim- plici Sacerdote de Episcopi auctoritate, consue- tis Ecclesiae precibus, per solam aquae lustralis asperisionem; & hæc benedictio nihil aliud est, quam quaedam destinatio, ac deputatio ipsius Ecclesiae ad res diuinas, id est, ad Officia diuina, & sepeliendos mortuos sub illis sacris caremo- niis facta. At verò consecratio fit per ipsum Episcopum, imò, & per tres Episcopos: & præ- terea benedictio Ecclesiae versatur tantum circa solum ipsius Ecclesiae, pauimentumque illius: quia ipsum tantummodo solum benedicitur, quod semper idem manet: consecratio autem fit in parietibus ipsius Ecclesiae, in quibus sacra linitio fit, & figuntur cruces iuxta ritum Roma- ni Caeremonialis. Et ideo Ecclesia consecrata re- concilianda est, si violetur, per proprium Episco- pum, vel alienum de eius licentia & consensu, & per aquam ab ipso Episcopo consecratam; nec simplex Sacerdos potest eam reconciliare, nisi de speciali commissione, & licentia Summi Pon- tificis: Ecclesia verò benedicta, sicut benedicitur à simplici Sacerdote, sic ab eodem etiam simplici Sacerdote reconciliari potest absque licentia sui Episcopi: præterea, Ecclesia consecrata reconci- liatur ab Episcopo aqua, vino & cinere sacrata, vt dicitur in cap. Proposuiti, de consecrat. Ecclesiar. Ecclesia verò benedicta reconciliatur solius aquae benedictae asperisione. Ita docent communi- ter Doctores Soar. tom. 3. in 3. p. dist. 81. sect. 4. §. Sextus casus. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 26. q. 14. & 15.

CAPVT XV.

Quibus diebus teneantur Sacerdotes sim- plices & curati celebrare: agitur de feria quinta, sexta & Sabbato maioris hebdomadae, & de Capellanis, qui quouidie ratione capellae tenentur sacrificare: an in feria sexta maiori laici possint communicare.

S V M M A R I V M.

Virum simplices Sacerdotes teneantur aliquoties in anno celebrare, ratione numeris sacerdotalis, seclu- so scandalo, & contemptu: refertur prima opinio negans. num. 1. Aliqui Doctores dicunt, peccatum esse non celebrare aliquoties in anno, sed tantum veniale. num. 2. Proponitur probabilior sententia affirmans teneri Sa- cerdotes simplices sub mortali, aliquoties in anno celebrare. num. 3. Diuinum praeceptum ad celebrandum, impostum illis verbis: Hoc facite in meam commemoratio- nem, comprehendit etiam Sacerdotes simplices. num. 4. Tenentur Sacerdotes simplices aliquoties in anno non solum extrinseca ratione scandali, sed etiam ratione

praecepti & innumeris sacerdotalis sacrificare. num. 15. & non sunt ferenda illorum excusationes ibid.

Ad minimum in praecipuis quatuor festiuitatibus an- ni ex vi sacerdotij sacrificare tenentur. num. 6. Et quae sint istae festiuitates. ibid. Soluuntur argumenta prima opinionis. num. 7. Parochi an singulis diebus, vel per se, vel per alium teneantur sacrificare. num. 8. An Missae debeant celebrari singulis diebus in Eccle- siis conuentalibus, & cathedralibus, & quae Missae, & an etiam de defunctis. num. 9. Nulli Sacerdoti stando in solo iure naturali, vel huma- no, & secluso officio pastoralis, aut alia extrinseca obligatione, insum, aut prohibitum est singulis die- bus celebrare. num. 10. An Sacerdotes, & Capellani, qui ratione capellaniae te- nentur quotidie celebrare, possint aliquando non sa- crificare ex causa, quin per alium eidem obligatio- ni teneantur satisfacere. num. 11. An in triduo hebdomadae sanctae liceat omnibus Sa- cerdotibus sacrificare. num. 12. Quid de feria quinta: refertur opinio dicens, non lice- cere omnibus Sacerdotibus eo die sacrificare, sed so- lum Parochis in suis parochiis, & peccatum esse mor- tale id efficere. num. 13. Refertur, & asseritur opinio dicens, licitum esse eo die cuique Sacerdoti celebrare, vel publice, vel secreto, absque licentia Praelati; quauis prudentius sit id sa- creto efficere, vbi consuetudo est eo die non sacrifi- care. num. 14. Quid de feria sexta. num. 15. An communicare possint eo die fideles, & an per mo- dum Viatici. num. 16. Quid de Sabbato sancto. num. 17. Refertur prima opinio negans. ibid. Asseritur secunda affirmans, vbi consuetudo viget, vbi verò non viget, licitum esse de licentia Praelati publice sacrificare: secreto verò etiam absque illa. ibid. Quid olim feret circa hanc rem in hoc die Sabbati. num. 18. Quid, quando sabbatum incidit in diem Annuntiationis beatae Virginis. num. 19. & remissio ad lib. 1. Sacrificij Missae. cap. 4. n. 17.

Circa tempus, quo Sacerdotes tenentur Mis- sam dicere, est grauis quaestio, vtrum te- neantur sub mortali simplices Sacerdotes, qui- bus nulla est cura animarum commissa, nec Ec- clesiasticum beneficium habent, nec aliquam aliunde obligationem, aliquoties in anno cele- brare. Duplex circumfertur opinio hæc de re. Pri- ma docet, secluso scandalo & contemptu, non peccare lethaler Sacerdotem simplicem, si num- quam sacrificet, etiam cessante omni impedi- mento. Ita docet Alexander Alenis 4. p. q. 51. n. Alexand. 2. Bonau. in 4. dist. 12. p. 2. art. 2. Gabriel in Canon. Bonauen. Missae, q. 87. Victoria in Summa de Sacram. n. 94. Gabriel. Caiet. 13. p. q. 82. a. 12. Ledelma 1. 4. q. 23. a. 10. Vitor. Palat. in 4. dist. 13. disp. 2. Rosella verbo, Euch. 2. Caietan. num. 33. proponder Sotus in 4. dist. 13. q. 1. art. 10. Ledesma. Petrus Soto titulo, de Euchar. sect. 7. & 1. p. Pastor. Palat. lect. 9. docet etiam D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 16. §. Rosell. 12. Speculum conscientiae tract. 13. q. 2. Richard. Sotus. in 4. dist. 13. art. 2. q. 2. & probabilem dicit hanc Perr. Soto. sententiam Henric. lib. 9. de Missa, c. 23. num. 2. D. Anton. Probabilem etiam appellat Soar. tom. 3. in 3. p. Spectal. cõf. disp. 80. sect. 1. §. Hæc res dubia quidem. Et his Richard. quidem fundamentis huiusmodi Doctores niti Henric. possunt, Primò, quia nullibi in iure reperitur Soar. praeceptum aliquod diuinum, aut humanum, Sa- cerdotibus, ex eo præcisè, quod Sacerdotes sint, esse



esse impositum, de celebratione Missarum: ergo probabilissimum est, secluso scandalo, & contemptu, non teneri Sacerdotes simplices aliquando in anno celebrare, nec lethaliter peccare, si cessante etiam omni impedimento, nunquam celebrent, modo tempore praecepti communicent, ut reliqui fideles: nam de praecepto humano non constat esse iniure, si minus ostendatur. De diuino satis à posteriori probatur non dari tale praeceptum in rerum natura: quia, si praeceptum esset diuinum de celebrando cuique Sacerdoti simplici impositum, non tam facile in poenam delicti priuarentur Sacerdotes in perpetuum celebratione Missarum, ut passim fit per censuras, & irregularitates; nec tam facile excusarentur illi Sacerdotes, qui humiliter à celebratione abstinent ob fragilitatem, consuetudinemque peccandi. Secundo, quia pauci, aut rari admodum Doctores declarant, hanc obligationem Sacerdotibus simplicibus esse impositam, sed tantum Parochis; nec ob hanc omissionem Ecclesia punit ipsos Sacerdotes simplices: ergo signum est, non peccare illos lethaliter, si non celebrent etiam toto anno, imò & perpetuo. Tertio, quia obligatio celebrandi aliquoties in anno, non oritur precisè ex officio sacerdotali: nam, licet Sacerdotibus ex vi sui muneris detur potestas sacrificandi; tamen ex potestate non oritur necessitas; potestas enim ex se latius patet, quam necessitas: deinde ipsa potestas sacrificandi est veluti quoddam privilegium, quod Sacerdotibus diuinitus datur ad sacrificandum, seu quasi dominium, aut ius ad id faciendum, si uoluerint: nullus autem cogitur vi suo dominio, priuilegio, aut iure: etenim eadem etiam ratione datur potestas Sacerdotibus in habitu remittendi peccata; & tamen nemo cogitur vi illa, etiamsi iurisdictionem, & licentiam habeat ad excipiendas Confessiones, dummodò Pastor non sit; pari ergo ratione, etiamsi quis ex munere sacerdotali potestatem habeat ad sacrificandum, tamen non cogitur ex eodem munere sacrificare: potestas enim non infert necessitatem, cum pendeat ex libera voluntate. Quarto, quia uerba illa Christi Domini, ex quibus nonnulli Auctores deducunt praeceptum diuinum obligans ipsos Sacerdotes ad sacrificandum aliquoties in anno: *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis.* &, *Hoc quocumque feceritis, in mei memoriam facietis.* *Hoc facite in meam commemorationem.* habent longè diuersum sensum, in his enim uleimis solum praecepit Christus Dominus, ut Sacerdotes omnes ea forma uerborum consecrarent, qua ipse consecrauit in ultima cœna. Præterea eis praecepit id facere in memoriam illius sacrificij cruenti, quod ipse semel in cruce per seipsum Patri obtulit: quia incruentum illud sacrificium Missæ, est commemoratiuum simul, & representatiuum illius sacrificij cruenti, quod Christus in ara crucis Deo Patri in remissionem omnium peccatorum obtulit, ut explicauimus latè in cap. 3. num. 13, & docet Soar. tomo 3. disp. 75. sect. 3. §. *Quarto dicendum.* & alij, quos ibi citauimus. Illa autem uerba, *Nisi manducaueritis*, &c. habent etiam alium sensum, ut sæpè diximus: & licet gratis admittamus, contineri ibi aliquod praeceptum; tamen non est necesse, ut illa obligent omnes Sacerdotes, sed Parochos tantum: illa enim dirigebat Christus Dominus ad Apostolos, quos presentes habebat, & in pastoralis munere instruebat, ut optimè insinuat Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 80. sect. 1. initio.

Soar.

Plerique Doctorum huius opinionis, ut notat idem Soarius, §. *propter hac multi.* existimant, peccare Sacerdotes simplices uenialiter tantum, si aliquoties in anno non sacrificent; nec, scilicet, uideantur in vacuum Dei gratiam & sacerdotium accipere, & otiosam habere potestatem consecrandi: & quia præter rationem & charitatem uideatur esse, priuare Ecclesiam magno illo fructu, quem ex hoc tremendo Missæ sacrificio participat: sicut, qui acciperet à Deo gratiam, & donum curationis gratis datum, non rectè ageret, nunquam illo utendo, & præter charitatem & utilitatem faceret proximorum, in quorum gratiam illud accipit.

Secunda opinio, uerior, & probabilior, & tenenda, & quam nobiliores Auctores docent, asserit, teneri simplices Sacerdotes, & quibus nulla est animarum cura commissa, ex solo & præciso sacerdotali munere aliquoties in anno sacrificare, & peccare lethaliter, nisi hoc faciant. Ita docet D. Thom. in 3. p. quæst. 82. art. 10. citans D. Ambrosium, & clarissimè in 4. dist. 13. q. 1. art. 2. quæstionum. 1. ad 2. Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 80. sect. 1. §. *Propter hac multi.* Henriquez. lib. 9. de Missa, cap. 23. n. 2. fine, Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 24. §. *Alter opinio.* Durandus in 4. dist. 13. quæst. 2. Sotus ibi q. 1. art. 10. & lib. 9. de iustit. quæst. 3. art. 1. Paludanus in 4. dist. 12. quæst. 2. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. num. 88. Castalinus lib. 5. contra Caietanum. Et certè contrariam opinionem ferunt nonnulli iustij Pij V. expunctam fuisse ab operibus Caietani in secunda editione: in ea enim editione non inuenitur talis opinio in operibus Caietani. Docet etiam hanc opinionem Syluest. uerbo, *Missæ*, 1. Syluest. quæst. 7. Angelus uerbo, *Missæ*, §. 44. Summa Angel. Confess. lib. 3. titulo 24. quæst. 123. Astenis Summ. lib. 4. cap. 14. art. 1. Tabiena uerbo, *Communicare, Confess.* quæst. 12. Armilla uerbo, *Communio*, num. 14. Astenis. Maior in 4. dist. 12. quæst. 5. Cardinalis in cap. *Tab. Dolentes*, de celebrat. Missarum. Archidiaconus *Arm.* in cap. *Sufficit*, de consecrat. dist. 1. Honchala *Maior.* opusculo 3. tractatu 7. titulo 47. Probatur hæc opinio primò ex cap. *Dolentes*, de celebrat. Missarum. nam inter alia peccata aliquorum Sacerdotum, quæ ibi recensentur, unum est, quod uix quater in anno celebrabant, & poena illis suspensionis imponitur, non propter hoc delictum tantum, sed cum alijs, quæ ibi numerantur. Sic Marth. 25. & Lucæ 19. qui abscondit otiosè talentum, ad gehennam damnatur: & 2. Corinth. 6. hortatur Paulus Sacerdotes, ne in vacuum gratiam Dei accipiant: & 2. Timoth. 3. *Noli* (sicut Apost.) *negligere gratiam tuam.* uideatur enim ille Sacerdos, qui creatur, consecraturque ad rem diuinam faciendam, gratiam Dei negligere, si nunquam sacrificium faciat, aut offerat. Probatur secundo: praeceptum diuinum de sacrificando impositum esse Sacerdotibus, constat ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 1. ubi docet, Christum in nocte Cœnæ, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituēbat, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepisse, per hæc uerba: *Hoc facite in meam commemorationem.* uti semper in Ecclesia Catholica intellexit, & docuit: & Canone 2. anathemate eos ferit, qui negauerint, Christum Dominum prædictis uerbis: *Hoc facite in meam commemorationem.* instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, alijque Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum. Et id ipsum reperit sess. 23. capite & canone 1. dicens, sacrificium, & sacerdotium esse coniuncta, & de reformatione

D. Thom.

Soar.

Henriq.

Azor.

Durand

Sot.

Palud.

Nauar.

Casthar.

Syluest.

Angel.

Summ.

lib. 4.

art. 1.

Tabiena

Confess.

quæst. 12.

Armilla

uerbo, Communio

num. 14.

Astenis.

Maior in 4. dist.

12. quæst. 5.

Cardinalis in cap.

Tab.

Dolentes, de celebrat.

Missarum.

Archidiaconus Arm.

in cap. Sufficit, de consecrat.

dist. 1. Honchala Maior.

opusculo 3. tractatu 7. titulo 47.

Probatur hæc opinio primò ex cap. Dolentes, de celebrat. Missarum.

nam inter alia peccata aliquorum Sacerdotum, quæ ibi recensentur, unum est, quod uix quater in anno celebrabant, & poena illis suspensionis imponitur, non propter hoc delictum tantum, sed cum alijs, quæ ibi numerantur.

Sic Marth. 25. & Lucæ 19. qui abscondit otiosè talentum, ad gehennam damnatur: & 2. Corinth. 6. hortatur Paulus Sacerdotes, ne in vacuum gratiam Dei accipiant: & 2. Timoth. 3. Noli (sicut Apost.) negligere gratiam tuam. uideatur enim ille Sacerdos, qui creatur, consecraturque ad rem diuinam faciendam, gratiam Dei negligere, si nunquam sacrificium faciat, aut offerat.

Probatur secundo: praeceptum diuinum de sacrificando impositum esse Sacerdotibus, constat ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 1. ubi docet, Christum in nocte Cœnæ, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituēbat, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepisse, per hæc uerba: Hoc facite in meam commemorationem. uti semper in Ecclesia Catholica intellexit, & docuit: & Canone 2. anathemate eos ferit, qui negauerint, Christum Dominum prædictis uerbis: Hoc facite in meam commemorationem. instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi, alijque Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum. Et id ipsum reperit sess. 23. capite & canone 1. dicens, sacrificium, & sacerdotium esse coniuncta, & de reformatione

cap.

cap.

cap. 14. præcipit Episcopis, ut curent, quòd Sacerdotes saltem diebus Dominicis; & festis sollempnibus; si autem curam habuerint animarum, etiam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Quibus uerbis non imponit Concilium Sacerdotibus nouam obligationem; sed solum Episcopos monet, ut curent, quòd Sacerdotes obligationem suam impleant. Et quia non constabat, quoties, uel quibus diebus tenebantur Sacerdotes sacrificare ex diuino praecepto: præcipit, ut saltem fiat sollempnibus festis; & monet etiam, ut fiat diebus Dominicis: in quo significat, nec totum ad consilium, nec totum ad praeceptum pertinere; sed partim ad consilium, partim ad obligationem praecepti: ad consilium, quòd fiat diebus Dominicis; ad praeceptum, quòd fiat sollempnibus festis totius anni. Probatur tertio ex illo D. Ambrosij, quod refert D. Thom. in 3. partem, quæst. 82. art. 10. *Graue est, quòd ad mensam tuam munda corde, & manibus innocentibus non ueniamus: sed grauius est, si dum peccata metuumus, etiam sacrificium nos reddamus.* Quæ uerba duplicem sensum habere possunt. Primus est, de peccatis uenialibus: ita ut graue, id est, turpe & indecorum sit, ac proinde ueniale, sacrificare cum peccatis uenialibus; sed grauius esse, id est, peccatum mortale esse, ea de causa non celebrare. Et hic sensus uideretur esse uerus, genuinus, ac germanus huius loci: nam alius sensus, quem habere possunt hæc uerba, est durissimus: ita, scilicet, ut graue, id est, mortale sit celebrare in peccato mortali: sed grauius, id est, maius peccatum mortale sit, non celebrare: est, inquam, hic sensus durior, cum apud omnes constet, ex sua natura grauiora esse peccata commissionis, quam omissionis; & celebrare cum peccato mortali, peccatum sit commissionis; non celebrare uerò, peccatum omissionis. Quarto probatur rationibus. Prima, quia concilium declarat, ut supra uidimus, Christum præcepisse Apostolis, ut sacrificarent; declarat etiam locum fuisse ad illos, ut Sacerdotes, & in ipsis ad omnes futuros Sacerdotes, ut patet ex illis uerbis, *Eorumque in sacerdotio successoribus*, & non tantum ad Pastores Ecclesiarum; uel ad Ecclesiam in communi: ergo sentit Concilium, Christum Dominum omnes Sacerdotes uoluisse obligare ad sacrificandum aliquoties ex solo munere, & officio sacerdotali: enim uerò in hoc distinguitur Sacramentum à sacrificio: quia Sacramenta ordinantur ad solum uisum fidelium: sacrificia uerò, ut offerantur Deo: & ideo ad Sacramenta ministranda, solum tenentur illi Sacerdotes, qui Parochi sunt, & curam fidelium suscipiunt: ad sacrificia uerò celebranda, & offerenda, tenentur omnes Sacerdotes ratione Ordinis suscepti ex praecepto Christi: quia talis actus, nec curam animarum, nec iurisdictionem super fideles requirit; sed per se, & ex se ad omnes Sacerdotes pertinet. Secunda, quia perpetua omisso celebrandi, in eo Sacerdote, qui nullum impedimentum habet, ex se, & ex suo obiecto est mala, & rationi dissentanea; non solum propter rationes extrinsecas, quales sunt licentia liberius peccandi, omittendo sacrificium, scandalum aliorum, detrimentum proprium, & particulare spirituale, & alia similes: sed etiam ex se, ut dixi, & ex sua natura: ergo peccatum mortale est non celebrare, ut patet.

Dices: Diuinum praeceptum, si quod est, celebrandi, Sacerdotibus impositum à Christo Domino, in illis uerbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, non est impositum singulis Sacer-

dotibus in particulari, sed est impositum in communi toti Ecclesiae, ad cuius prouidentiam spectat, curare, ut in ea usus huius sacrificij fiat; quæ cura ad solos Pastores præcipuè spectat, ut proinde non teneri singulos Sacerdotes simplices celebrare ex praecepto aliquoties in anno ex ac sacerdotalis muneris, sed solum Parochos, & Pastores. Respondeo, Christum Dominum dixisse ea uerba: *Hoc facite in meam commemorationem.* Apostolis, & eorum successoribus; non in officio & munere pastoralis, sed in officio, & munere sacerdotali, ut declarat Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. ibi. *Eorumque in sacerdotio successoribus*, ac proinde ex vi praecepti teneri omnes Sacerdotes ratione sacerdotij, non officij solum pastoralis, aliquando celebrare, ne praeceptum: *Hoc facite, quotiescumque feceritis, in meam commemorationem*, in vacuum omnibus detur: alioqui enim, nisi simplices etiam Sacerdotes eo praecepto uellet Christus Dominus obligare ad celebrandum aliquoties in anno, frustra eis manus, & potestas sacerdotalis donaretur, ut consideranti patebit: frustra enim id donatur, quod nunquam in actum est deducendum.

Ex his satis patet, ex vi intrinseca praecepti naturæ teneri omnes Sacerdotes, etiam simplices, aliquoties in anno celebrare sub peccato lethali, non solum ratione scandali extrinseci, sed ex vi etiam intrinseca ipsius praecepti. Et re uerè si rationes extrinseca etiam considerentur, non est dubium, eos teneri man, qui non sacrificant, ut plurimum non sunt ex iis, qui, & uiridibus palmis, & stolis candidis sequuntur Agnum, quocumque it; sed (proh dolor!) ij communiter & existimantur, & sunt licentioris & perditioris uitæ; nec eis admittenda est excusatio, quam communiter prætentant, se id efficere ob maiorem reuerentiam, quia se sentiunt imbecillimæ nature, & admodum procliues ad peccandum: quod magis alienum est à Sacerdote, qui quotidie celebrat, & suis manibus Christum Dominum attingat, quam ab eo, qui nunquam cum attingere audeat; id enim illis perditissimum humani generis hostis uolentius suggerit, ut facilius perdat: scit enim, inde illos validiores effecturos ad præliandum cum eo. Quare, ait Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 23. num. 2. ad marginem. *lirera B. prudenter facit Confessarius, qui non absoluit eum, qui rarissimè celebrat: & citat Ledesimam 1. 4. q. 23. art. 10. & Canum, quem ibi allegat. Dixi, peccare lethaliter: quia, licet Paludanus, Maior, & Nauar. generatim dicant, peccare eos Sacerdotes simplices, qui aliquoties in anno non celebrant, & non explicent de peccato mortali, aut ueniali, tamen rationes factæ, & grauitas materiæ; in qua peccant, satis ostendunt, peccatum eos mortale committere, non ueniale: & reliqui fere Doctores, ut Henriquez, Soarius, Azor, Angelus, Syluest. Sotus, Armilla, Tabiena, & alij citati dicunt, peccatum mortale committere, non ueniale. Et tandem sic concludit Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 24. q. 1. §. *Sed queras, an lethaliter. Non absoluerem ego eum, qui nunquam per totum anni cursum Missæ sacrificium faceret. Nec etiam excusarem eum, qui nunquam sacrificat per annum ob impedimentum, quod ipse tollere potest, & ex illius uoluntate pendeat: nec rem eum, qui ideo nunquam per annum sacrificat, quia frequenter peccare solet; peccatum enim est uoluntarium, ac proinde gratia diuina cauere & uitare debet.* Hæc ille. Quæ doctrina uera est, & ego ita etiam facerem: & coincidit cum doctrina Henrici allegati.*

Restat igitur inquirendum, quoties in anno sacrificare

Henriq.

Ledesim.

Can.

Syluest. D. Anton.

D. Thom.

Palud.

Maiores. Nauar.

Conc. Trid.

Soar.

Azor.

fascificare teneatur simplex Sacerdos: non enim id satis explicant Doctores. Et certe in hac vna re, tot ferè sententiae, quot capita. Nam Syluest. verbo, *Missae*, 1. quaest. 7. & D. Anton. 3. p. titulo 13. cap. 16. §. 12. referunt aliquos Iurisperitos asseruisse, teneri Sacerdotes ex vi sacerdotialis officij ad celebrandum quotidie: sed hoc nullum habet fundamentum D. Thom. in 3. p. q. 83. art. 2. Syluest. modo allegatus, & D. Anton. & Angel. verbo, *Missae*, 44. generatim asserunt, teneri eos celebrare in diebus festis praecipuis, & praecipue quando laici sacram Communionem accipere consueverunt. Et ideam docet etiam Sotus citatus. Paludanus in 4. dist. 13. quaest. 2. expressius numerat quinque, Natalitium Domini, Pascha, Pentecostem, diem Assumptionis beatae Virginis, & diem omnium Sanctorum. Maior in 4. dist. 12. q. 5. his diebus adiungit alium, nempe, diem Corporis Christi. Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 88. affirmat satisfacere Sacerdotes huic obligationi huius praecepti, ter, vel quater in anno sacrificando, intellige, in praecipuis solemnitatibus. Et hoc videtur fieri probabile ex cap. *Dolentes*, de celebrat. Missarum, neque enim vilo iure probari potest hoc praeceptum strictius obligare. Alij addunt etiam ad praecipuas solemnitates totius anni, dies beatissimae Virginis Mariae, & sanctorum Apostolorum, ex eo, quod in cap. *Dolentes*, videantur acriter reprehendi illi, qui vix quater in anno celebrabant. Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. ex Lucae verbis, cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, collegit, praeceptum esse impositum à Christo Domino Sacerdotibus sacrificandi. Et sess. 23. cap. 14. de reform. commendat Episcopis, vt curent, quod Presbyteri, saltem diebus Dominicis, & festiuis sollemnibus, Missas celebrent: sed hæc commendatio videtur esse de perfectione quoad dies Dominicos, vt docet Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 80. sed. 1. §. *Quoniam verò hæc*. Ipse Soarius hæc §. *Sed quæres*, ait, moraliter loquendo, consideranda esse principia extrinseca, scandalum, videlicet, aliorum, detrimentum spirituale ipsorum Sacerdotum, & iuxta hæc obligandos esse: vnde, cum communiter alij scandalizentur, si huiusmodi Sacerdotes, saltem in praecipuis quatuor sollemnitatibus totius anni non sacrificent, videtur Soar. voluisse dicere, in his diebus obligari ipsos Sacerdotes ex praecepto ad sacrificandum, non extra illos: magnum enim indicium est, illos tunc obligari ob scandalum aliorum: ita enim tunc scandalum patiuntur, sicut patiuntur, quando laici ex obligatione Quadragesimae non communicant. Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 24. §. *Quæres itidem*. ad finem, ita ait: *Ego non condemnarem eum, vt lethalis peccati reum, qui ter in anno sacrificat, siue continuato, siue interrupto tempore, si id se sine scandalo, & contemptu*. Ecce varietatem Auctorum. Ex his colligo, probabiliorem esse opinionem illorum, qui dicunt, teneri Sacerdotes celebrare, ex vi praecepti, ad minimum in praecipuis quatuor sollemnitatibus anni, Natalitij Domini, Pascha, Pentecostes, & beatae Mariae Virginis.

Argumenta primae opinionis soluta penè manent ex dictis. Ad primum enim dicendum est, parere praeceptum diuinum de obligatione Sacerdotum ad sacrificandum, ex illis verbis Christi Domini, Lucae 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, iuxta explicationem Concilij Tridentini, vt probauimus num. 3. Et satis insinuari praeceptum humanum hæc etiam de re in cap. *Dolentes*, de celebrat. Missarum. Ad secundum,

negandum, paucos admodum, & raros Doctores explicare, & docere hanc opinionem, cum eam teneant, & doceant plures numero, & auctoritate grauiore, vt vidimus prædicto num. 3. Ad tertium respondeo, obligationem hanc oriri ex ipso munere sacerdotali, non pastorali, vt sæpè dictum, ac repetitum manet. Ad id, quod additur, potestatem sacerdotalem esse instar gratiae, & priuilegij, & neminem posse cogi ad vtendum priuilegio sibi concessio: Respondeo, esse instar priuilegij concessio: at non in proprium tantum commodum, sed in proprium commodum, & praecipue in utilitatem proximorum, & totius Ecclesiae, & ideò esse diuersam rationem de isto priuilegio, atque de alijs, qui in commodum tantum proprium conceduntur. Ad exemplum de potestate Sacerdotibus ab Episcopo concessa ad audiendas confessiones, respondeo, esse diuersam rationem: quia de vsu ipsius potestatis non datur praeceptum: at de vsu potestatis sacerdotalis datur praeceptum diuinum, vt vidimus num. 3. Reliqua patent ex dictis: quamobrem non est, cur amplius in hac quaestione immoremur.

Parochi tenentur, vel per se, vel per alios sacrificare singulis diebus Dominicis, & festis, quibus sui parochiani Missam tenentur audire. Ita docet Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 24. quaest. 2. Syluest. verbo, *Missae*, 1. quaest. 7. & alij communiter. An verò ratione officij, & muneris pastoralis teneantur Parochi alijs diebus, præter dies Dominicis, & festiuis, sacrificare, est dubium. Resolunt nonnulli, non teneri illos quotidie sacrificium facere, ratione officij parochialis. Primum, quia nullibi hoc in iure expressum est; & quia multi Parochi satis pij, & timoratae conscientiae, aliquibus diebus sacrificium intermittunt. Secundò, quia nec ex vi parochiali beneficij ad hoc tenentur: nam, si solus aliquis Parochus in Parochia existeret, dura admodum, & rigorosa nimis esset talis obligatio; addunt tamen, teneri eos frequentius celebrare in iis diebus, in quibus non tenentur populus Sacrum audire, nec festiui sunt, quam alij Sacerdotes simplices. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 80. sect. 2. §. *Dico tertio*, & Sotus in 4. distinct. 13. quaest. 1. art. 10. & Azor. loco allegato, quaestione 2. Et ratio illorum esse potest: quia ratione decimarum, quas colligunt, tenentur, frequentius Deo populum commendare. Sed certe, cum hodie multi, & timorati Parochi, & Pastores, id non efficiant, nec se hac de re in confessionibus accusent, nec Confessarij eorum doctissimi de eadem re illos interrogent in confessionibus, non audeam appellare reum peccati lethalem eum Parochum, qui diebus tantum Dominicis, & festiuis, quibus populus Missam audire tenetur, celebrat: nisi forte in aliquo oppido, vbi esset scandalum, si non ita frequenter celebraret, plebe pie, & religiosè id desiderante, & postulante.

In singulis tamen Ecclesijs cathedralibus, parochialibus, & conuentualibus, vbi mediocri Sacerdotum numerus est; debet quotidie sacrificium Missae offerri: imò teneri Sacerdotes in Ecclesijs conuentualibus, & collegiatis quotidie duas Missas celebrare; alteram pro defunctis; alteram de officio pro viuentibus; & peccare mortaliter, si id non faciant, docent Panoritanus in cap. *Cum creatura*, de celebrat. Missarum, & videtur id etiam docere Azor. citatus dicta quaest. 2. & intendunt id probare ex dicto cap. *Cum creatura*. Sed hoc non colligitur ex prædicto,

8.

Azor. Syluest.

Soar.

Sotus. Azor.

2.

Syluest. Soar. Sotus. Victor.

10.

Soar. Azor. Richard. Palud. Maior. Sotus.

prædicto cap. *Cum creatura* sibi enim solum dicitur, propter Missam defunctorum non esse omittendam conuentualem Missam de feria; neque è contrario; sed vt tranquè, si fieri potest, dicendam esse: non tamen ibi imponitur absoluta obligatio quotidie celebrandi pro defunctis. Quomobrem, cum vna tantum Missa sit in vsu de feria, & officio, sollemniter cantata, quam Missam maiorem, seu Missam Tertiae appellant, dicendum est, ad illam tantum teneri Sacerdotes collegialium, & cathedralium Ecclesiarum. Et rectè quidem vsus antiquus, si forte in huiusmodi Ecclesijs vignet, abiit in diffusedinem: non enim conueniens erat, vt in diebus sollemnibus Missa pro defunctis diceretur; & ideò, si quæ decreta antiqua in iure hac de re reperiuntur, iam non vsu sunt abrogata. Et ita docet Syluest. verbo, *Missae*, 1. num. 7. Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 80. sect. 2. §. *Dico 2.* Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. Victoria in Summa, verbo, *Missae*, num. 95. limitat tamen Victoriam, non videri id sibi peccatum mortale, si interdu hanc Missam prætermittatur. Hanc autem limitationem meritissimè non admittit Soarius loco allegato: hoc enim negotium multum quidem ad bonum commune fidelium spectat, & res grauis est: quapropter, per se loquendo, non poterit prætermitti sine graui, & mortali culpa, nisi fortassis ob vtgentem causam, & grauem; hæc enim dari aliquando potest, sicut & in alijs obligationibus positius, à quibus sæpè excusamur ex graui & vtgenti causa: nam ad eam est inueterata consuetudo in Ecclesijs collegiatis, & cathedralibus, dicendi hanc Missam, vt iam dimitti non possit sine graui scandalo; absque graui, & sufficienti causa; vt optime animaduertit Soarius allegatus. Hæc autem obligatio per se primò ad Episcopos, Praefectos, & Rectores Ecclesiarum spectat: licet enim ipsi non teneantur per se quotidie celebrare; tenentur tamen procurare, vt non omninò desit in sua Ecclesia hoc sacrificium: hoc enim est vnum ex muneribus, propter quæ à fidelibus aluntur, vt optime adnotarunt Soar. & Azor allegati.

Nulli autem Sacerdoti, stando in solo iure diuino, aut humano, & seclusa quacunque alia obligatione extrinseca, officioque pastoralis; praeceptum est, aut prohibitorium, quotidie celebrare: ideò non solum est licitum Sacerdotibus omnibus quotidie celebrare; sed etiam ex se melius, & perfectius, & ideò consulendum. Est communis doctrina omnium Theologorum. Ita docet Soar. in 3. p. disp. 80. sect. 2. §. *Dico 1.* & §. *Dico 4.* Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 24. q. 3. Ricard. in 4. dist. 13. q. 2. a. 2. q. 2. Palud. ibi. q. 2. Maior dist. 12. q. 5. Sotus in eod. 4. dist. 13. q. 2. a. 2. Probat, quia sacrificare quotidie non est ex natura sua malum, sed bonum; neque est aliquo iure prohibitum: ergo est per se licitum & perfectum; imò magis perfectum, quam non sacrificare; quantum ex reuerentia fiat; & ideò, licet non sit, regulariter loquendo, laicis consulendum; vt quotidie communicent; Sacerdotibus tamen consulendum est, vt quotidie celebrent: est enim id, per se loquendo, melius. Et ratio differentiae inter laicos, & Sacerdotes, est: quia munus sacrificandi non est munus privatium, sed publicum; nec prodest soli sacrificanti, sed toti Ecclesiae: & ideò dummodò Sacerdos, indignus non sit, quantum sit imperfectus, non debet ad hoc munere sacrificandi cessare. Adde, quod, cum sit specialiter ad hoc munus consecratus; & habeat proprium, & peculiare ius ad offerendum; habet etiam speciale paratum diuinum auxilium, vt sanctè conficiat. Non negamus tamen, quod ex reuerentia, & timore, aliquo die; interdum bonum, & rectum sit, ab hoc munere abstinere, imò & sanctius, & vtilius; & ideò alicui consulendum, iuxta diuersarum personarum status & animi affectiones.

Quod ad eum verum est, vt nec etiam Sacerdos, qui ratione cappellaniae, aut beneficij, tenetur quotidie sacrificare, mortaliter peccet abstinendo aliquando ab eo munere, ex causa, vt docent communiter Doctores; nec teneatur per alium eidem obligationi satisfacere. Ita docet Abbas in cap. *Significatum*, de præbendis Angel. verbo, *Missae*, q. 1. §. Syluest. verbo, *Missae*, 1. q. 7. versiculo 5. Imola in eodem cap. *Significatum*, de præbendis. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 10. c. 24. q. 7. & patet expressè ex eodem cap. *Significatum*. Et ratio est, quam ibi reddit Summus Pontifex: quia institutio huiusmodi capellae, & beneficij, intelligenda est seruatis seruandis, id est, seruata Sacerdotis honestate, & honore, & seruata debita deuotione, & salua conscientia, & honore ipsius Sacerdotis, & saluo cultu, & ueneratione, quæ ipsi Sacramento debetur; & ideò si Sacerdos fuerit aliquando legitime impeditus, aut pie, & religiosè celebrare non possit, non teneatur sacrificare per se, nec per alium: secus tamen, si commode celebrare possit, & absque iusta, & legitima causa abstinere tunc enim mortaliter peccat; tum, quia pacta, & conuenta non seruantur, quia mortuos, vel viuos, quorum intentione celebrare tenebatur, debito fructu Missae, & suffragio, iniuste defraudat, & priuat.

Sed speciale dubium est, & graue quidem, verum in feria quinta hebdomadae sanctae, & in feria sexta, & sabbato, liceat Sacerdotibus sacrificare. Sunt enim quidam, qui existimant, in hoc triduo non licere Sacerdotibus Missam dicere; sed solum esse in singulis Ecclesijs Missam sollemnem ab Ecclesiae Rectore, aut Praefecto dicendam, vel ab eo, qui eius locum tenet, in qua alij Sacerdotes cum laicis communicent. Sed de singulis his diebus figillatim agemus, vt res clarior euadat, ac fiat.

Primus dies, de quo dubitari solet, est feria quinta Coenae Domini: & in eo die non esse licitum cuique Sacerdoti sacrificare, docet Francolinus tractatu de Horis canon. c. 30. n. 2. & 5. qui pro se nullum affert Auctorem, nec expressam Ecclesiae legem, qua id prohibitum sit: sola ergo Ecclesiae consuetudine, quæ vim habet legis, nititur. Quam consuetudinem ex eo probat, quia receptissimum est in toto ferè orbe Christiano, vt in singulis Ecclesijs vnum tantum publicum, & solenne sacrificium eo die fiat, in quo omnes Presbyteri, Diaconi, & Clerici communicent; cuius quidem consuetudinis meminerunt Ordo Romanus in cap. *De Ordo Rom.* *Cena Domini*, & Alcuin. libro de diuinis Officijs. cap. *De cena Domini*. consuetudo autem scita & tolerata, imò & approbata, qualis ista est, vim legis habet: ergo peccatum mortiferum erit, eo die celebrare, siue publice, siue secretò, contra legem inductam per consuetudinem, & inuiolabiliter ab omnibus obseruatam: fuit autem hæc consuetudo conuenientissimè, & decentissimè, ac proinde legitime introducta, tum propter maiorem & tristitiam, quam eo die Ecclesia pro Christi morte incipit repraesentare; tum, vt officium illius diei sollemnius fiat, tum vel maxime, propter commemorationem facti Christi Domini, quæ eo die primam Missam celebravit, in qua omnes Discipulos suos communicauit: in huius enim facti memoriam solus primarius Sacerdos in vnaquaque Ecclesia celebrare solet, & exemplo Christi omnes Sacerdotes, & reliquos Diaconos communicat, & in aliquibus locis hic mos laudabiliter obseruatur. Et in hanc sententiam Francolinus videtur, aliqua ex parte inclinare Azor tom. 1. Instit. moral.

Abbas. Angel. Syluest. Imol. Azor.

12.

13.

Francolinus.

Alcuin.

Azor.

moral. lib. 10. cap. 24. quæst. 5. fine, ubi ita dicit. Certè, ubi ea consuetudo recepta est, seruari debet nec permittendum, ut Sacerdotes priuatim immolent: oportet enim consuetudines moribus vrentium confirmatas obseruare. Nec est, cur dicamus, eas per errorem, aut ignorantiam fuisse introductas, aut piè rantiùm, & non in modum legis esse seruandas. Ita se habet hæc opinio.

Dicendum tamen est secluso scandalo, si alicubi fortasse detur, vel propter ignorantiam, vel propter aliquam consuetudinem, licitum esse, per se loquendo, cuique Sacerdoti, eo die, quintæ feriæ maioris hebdomadæ sanctæ, sacrificare publicè, vel secretò quauis prudens consilium sit, propter aliquas ex congruentiis tactas, secretò id facere, & absque concursu populi, ubi consuetudo contrarium habet. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. partem, disput. 80. sect. 2. §. Superest verò explicandum, Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2. Nauar. in Summa, cap. 2. 1. num. 88. Angles in floribus, quæst. 8. de valore Missæ, difficultate 4. conclusione 3. & Azor citatus dicta quæstione 5. initio, ubi ita ait: Negandum non est, quomodo liceat eo die Sacerdotibus priuatim sacrificare.

& Gutier. lib. 1. quæst. canon. cap. 30. num. 36. ubi expressè dicit, in die Cœnæ Domini licitum esse Sacerdotibus, & publicè, & secretò celebrare; nec esse necessariam ad hoc licentiam Prælati. Et addit: Ex quauis mos sit, ut in illo die publicè non celebretur, nisi missa maior, in qua omnes Clerici illius Ecclesie publicè communicant; hoc tamen non tollit, ut in aliis Ecclesiis particularibus, vel in priuatis capellis alij Sacerdotes celebrare non possint. Probatum primò, quia nihil de hoc Canones, aut iura statuunt; nec est aliqua lex, quæ id prohibeat; nec aliqua consuetudo, quæ vim legis habeat: quia, licet multi Sacerdotes eo die non sacrificent, tamen alij plures docti, & timorati id faciunt, sine villo scrupulo: ut autem consuetudo obliget, necesse est, ut sit omnium, non tantum aliquorum. Secundò, quia fundamenta primæ opinionis non sunt adeò firma ad inducendum præceptum sub peccato mortali obligans, cum nullo iure expresso firmentur, & sint contra communem sententiam Doctorum, qui hac de re in speciali agunt, & hanc quæstionem versant curiosè. Terriò, quia, qui id omittunt, non idèò id faciunt, quòd existimant, oppositum esse peccatum mortale; sed vel ex deuotione quadam id faciunt, vel ob impedimentum illius diei: cæpit enim id introduci, vel quoniã illo die ministri Ecclesie, & templa ipsa sunt occupata, vel propter sepulcri fabricam, vel propter præparationem aliarum rerum, quæ ad illius temporis officium sunt necessaria, vel quia magna pars Christiani populi eo die communicat, & necessarium est omnes Sacerdotes in eorum confessionibus audiendis occupari, vel propter memoriam facti, & exempli Christi Domini: id tamen potius factum est approbante Episcopo deuotionem, quam consuetudinem; & idèò nunquam ea consuetudo scita & tolerata ab Episcopis potuit introducere legis obligationem: nam, ut diximus lib. 1. cap. 6. num. 8. ut aliquis dies festus consuetudine obliget, opus est, ut approbet Episcopus ipsam consuetudinem: potest autem approbare deuotionem populi, non approbando consuetudinem: & tunc ipsa consuetudo non potest introducere vim legis, nec habere obligationem illius, ut optimè notauit Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 12. num. 5. pag. 327. colum. 1. In præsentem autem negotio approbant Episcopi deuotionem Clericorum, qui propter commemorationem exempli Christi, instat Discipulorum communicant eo die ex manu præcipui Sacerdotis suæ Ecclesie; non autem approbant consuetudinem, quæ illos obliget, ut idem

Soarim. Sotus. Nauar. Angles. Azor.

Gutierrez.

Soarius insinuat in 3. partem, tomo 3. disputat. 80. sect. 2. §. Superest verò. in fine illius. Ex quibus patet, non esse talem consuetudinem obligantem ipsos Sacerdotes, ac proinde posse eos, & publicè, & secretò, sacrificare in feria quinta Cœnæ Domini; secretò, ad tollendum scandalum, si quod ex ignorantia fortè detur; publicè, ubi scandalum non datur.

Secundus dies, de quo dubium esse potest, est dies Parasceues, seu sexta feria maioris hebdomadæ. Et de hoc die certum in primis est, peccatum esse mortale in eo sacrificare, vt haberetur ex cap. Sabbato. de consecrat. dist. 3. & ita docet Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 2. pag. 567. Azor tomo 1. lib. 10. c. 24. quæst. 3. §. Richardus. Soar. proximo loco citatus, §. Secundus dies est Gutierrez lib. 1. quæst. can. cap. 30. num. 35. Nau. in Manuali Lat. cap. 25. num. 88. Richard. in 4. distinct. 13. art. 2. quæst. 2. Maior distinct. 12. quæst. 5. Palud. distinct. 13. quæst. 2. his enim locis aiunt Richardus, Paludanus, & Maior, quotidie fas esse Sacerdotibus sacrificare, præterquam in die Parasceues. Et hanc opinionem tenet etiam Angles numero præcedenti allegatus, & est communis omnium opinio: vnde nec publicè, nec secretò eo die Missa dici potest, nec de facto dicitur, quia non consecratur, sed solum suscipitur hostia, quæ ex præcedenti die consecrata remansit: nec in ea die in Ecclesia vniuersali sacrificium fit, vt probauimus lib. 2. cap. 4. num. 17. 18. & 19. nec populus tenetur Missam audire, cum eo die non fiat; sed solum consumatur hostia præcedenti die consecrata. Probatum primò ex cap. Sabbato. de consecrat. dicta distinct. 13. ubi æqualiter sermo est de Sabbato sancto, & de feria sexta: sed de feria sexta id omnes sine controuersia docent, & decretum illud in viridi obseruantia est: de sabbato autem non ita, vt infra num. 7. dicemus. Probatum secundò ex D. Thoma in 3. partem, quæst. 83. artic. 2. quia ratio, ob quam Ecclesia id tam seuerè prohibet, est, quia illo die passio Christi Domini ab Ecclesia recolitur, prout reuerà gesta est, & idèò non repræsentatur mysticè per consecrationem huius Sacramenti: Alias congruentias adducit Durandus in Rationali, lib. 6. cap. 77. quas sibi videre quis poterit.

Sed quæres, an in die Parasceues liceat communicare laicorum more: docent enim nonnulli, id esse prohibitum, nisi tantum ob necessitatem Viatici. Fundamentum illorum situm est in dicto cap. Sabbato. de consecrat. distinct. 3. ubi Innocentius Pontifex ait, Sacramenta eo die penitus non celebrari: item, quia in Officio illius diei solum propter infirmos præcipitur seruari Sacramentum. Docet tamen Soarius supra allegatus, §. Secundus dies, & bene, probabilibus esse, licitum esse, per se loquendo, secluso omni scandalo, eo die communicare. Et ratio est primò, quia, cum hoc sit per se bonum, & prohibitio non caueatur, non est, cur tanquam malum, & peccatum damnetur. Entim verò Innocentius in eo cap. manifestè de solo sacrificio Missæ loquitur: nam celebrare Sacramenta, vt docet animaduertit Soarius, non est propriè præbere Eucharistiam populo; sed consecrare, & consecrare illam: inde enim celebrare, pro, Missam dicere, & sacrificium facere, vsurpatur. Secundò, quia parum obstat, quòd in Officio Parasceues Sacramentum solum propter infirmos custodiri iubeatur: nam id non idèò fit, quòd illis solum licitum sit illud dispensare; sed, quia, illa fuit causa maximè necessaria seruandi Sacramentum: Imò Amalarius lib. 1. de Ecclesiasticis Offic. c. 1. 1. ait, nõ solum pro infirmis, sed etiam pro omnibus, qui sequenti die communicare

15.

Sotus. Azor. Soar. Gutier. Nauar. Richard. Maior. Palud. Angles. Durand.

D. Thom.

16.

Amalar.

Ioan. Sanchez.

Sa. Vaz. Ledesma. Vega. Ioan. de la Cruz.

17.

Nauar. Francolin. Azor.

Gutierrez. Soar.

Soar.

vellent, Sacramentum seruari. Terriò, quia in ordine Romano antiquo, in Officio Parasceues, in fine, dicitur: Et communicent omnes silentio, & D. Greg. Magnus in lib. Sacramentorum, vt Pamelius refert in Liturgiis Latinis dicit: Communicent Sacerdos, & omnis plebs, ergo olim solum id non erat prohibitum, sed etiam erat in vsu. Nec dici potest per non vltimò introductam esse prohibitionem, id enim falsum omnino est: quia sola negatio actus non sufficit ad introducendam legem: & quia ille non vltimò solum introductus est, quia omnes ferè communicant feria quinta, & idèò nullus communicat feria sexta. Itaque non vltimò negatiuus, qui solus datur de non communicando in sexta feria, Parasceues, non sufficit ad introducendam legem obligantem sub mortali culpa ad non communicandum: quare, per se loquendo, secluso scandalo, non erit mortiferum peccatum, imò licitum erit, eo die communicare. Quod probatur: quia, vt Madritij anno 1630. à viris doctis, audiui, quo tempore hæc quæstio accuratè ventilata fuit, in parochia D. Martini, & in alia sancti Placidii illi adnexa, solet populus eo die Eucharistiam accipere, vt docet Ioannes Sanchez disp. 22. num. 20. pag. 167. & consulti viri docti hac de re, & multa vniuersitates, partem affirmatiuam ex nostris fundamentis tenuerunt, quorum subscriptiones ego vidi: & hanc opinionem tenet ipse Ioannes Sanchez modò allegatus, & Sa verbo, Eucharistia, num. 19. Valquez in tomo de Euchar. disput. 32. c. 2. num. 19. & 31. Ledesma. de Euchar. c. 19. post conclusionem 5. Vega in Specio de Curas, num. 24. fol. 190. Ioan. de la Cruz in Directorio de sacrificio Missæ, fol. 168. & alij.

Terrius dies, de quo dubitari potest, est dies sabbati sancti: & in eo die, an liceat cuique Sacerdoti Missam celebrare, est triplex opinio. Prima doctè non licere. Ita docet Nauar. in Manual. Lat. cap. 25. num. 88. & Francolinus tract. de Horis canonicis, cap. 30. num. 2. & 9. & Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 24. quæst. 4. ubi dicunt, esse peccatum mortale, eo die aliam Missam dicere, præter vnam publicam & solennem in singulis Ecclesiis. Probat: quia vsu & consuetudine receperunt, eo die non nisi vnum tantum sacrificium Missæ solenne, seu publicum singulis Ecclesiis fieri. Deinde, quia in cap. Sabbato, de consecrat. dist. 3. prohibetur eo die Missam dici; & huiusmodi antiquissimum ius huius capitulis solum est abrogatum contraria consuetudine, quoad vnam tantum publicam Missam in singulis Ecclesiis: ergo quoad reliqua vim suam retinet: nam à iure antiquo nunquam licet recedere, nisi quatenus, vel alio iure, vel consuetudine abrogatum est; & cum alio iure nullibi sit reuocatum; consuetudine verò solummodo reuocatum sit, quoad vnam tantum Missam publicam in singulis Ecclesiis, ubi fit Officium diuinum; inde est, quòd non liceat illud reuocare, quoad alias Missas priuatas aliorum Sacerdotum. Secundà opinio docet, licitum esse eo die cuique Sacerdoti celebrare, ubi mos, & consuetudo celebrandi vigerit, si verò talis mos non sit, licitum esse celebrare de licentia Prælati, non absque illa. Ita docent aliqui viri pij nouiores, quos tacito nomine tangit Azor loco allegato: docet etiam expressè Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 39. num. 36. medio, & Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2. Ratio illorum esse potest: quia non licet propria auctoritate vsu receptam consuetudinem violare, & à communi Ecclesie more, proprio iudicio discedere. Terrià opinio docet, licitum esse eo die priuatim celebrare, etiam absque licentia & auctoritate Episcopi, aut Superioris, præsertim ab ea hora, qua incipit, vel incipere potest paschale Officium. Ita docet expressè Soar. tom. 3. in 3. part. D. P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

Thom. disput. 80. sect. 2. §. Terrius dies. Docet etiam Gutierrez allegatus pro secunda opinione: nam, postquam dixit id, quòd docet secunda opinio, statim addidit, Quinimo etiam absque licentia & auctoritate Superioris, secretò in capellis Ecclesie celebrari posse existimo absque peccato quauis contrarium tenear Nauar. ubi supra. Hæc ille. Et idem docet etiam cum Gutierro, & Soar. Sotus allegatus pro secunda opinione. Et ratio est primò, quia eo ipso, quòd antiquum ius prædict. capit. Sabbato, abrogatum est quoad solenne Officium, & vnam Missam publicam in singulis Ecclesiis, censetur etiam abrogatum quoad omnes eo tempore, quia non est maior ratio de Missa publica, quam de priuata; & quia ex vi prioris consuetudinis cessauit ratio prohibitionis, non solum in particulari quoad vnam Missam, sed etiam in generali quoad omnes. Et hæc opinionem, inquit Soarius allegatus; sequuntur etiam in praxi, & vsu, viri pij & docti; & idèò hæc vltima opinio est probabilior, vt ex dictis patet.

Sciendum tamen est, olim in toto die sabbati sancti vsque ad mediam noctem, & vsque ad iantrium Dominica Resurrectionis, solitam fuisse Ecclesiam cessare ab oblatione sacrificij Missæ, quia per totum illum diem sabbati repræsentabat Ecclesia requiem Christi Domini in sepulchro, & erat quasi in morore posita expectans resurrectionem; postea verò Ecclesia ipsa illum Missam, quam post mediam noctem in Dominica Resurrectionis dicere solebat; iuxta Collectam illius, quæ incipit Deus, qui hanc sacratissimam noctem; &c. tanti mortis impatiens anticipauit; & idèò ab illa hora, in qua Officium sabbati sancti celebrat; incipit iam festiuo gaudio, & alacritate, Christi Domini resurrectionem celebrare: & idèò ab illa hora cessauit ratio, ob quam in prædicto cap. Sabbato, de consecrat. dist. 3. potuit sacrificium prohiberi; imò, ob quam de facto prohibetur: & idèò cessante in particulari causa prohibitionis, cessat etiam ipsa prohibitio in generali quoad omnes Missas.

Ex dictis cessat illa quæstio, quid faciendum sit, quando in sabbatum sanctum incidit dies festus Annuntiationis beatæ Virginis, & populus ita numerosus est, vt non possit commodè vni tantum publico sacrificio assistere. Eo enim die asserbant Auctores primæ opinionis, & secundæ, solum de licentia, & consensu Superioris licitum esse priuatim celebrare; & ad Superiorem tunc credunt spectare, an expediat id concedere: cuius opinionis est expressè Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. cap. 24. §. Si quæras. Verum iam hæc quæstio cessat, cum licitum sit eo die priuatim celebrare, etiam absque licentia Superioris, iuxta terriam opinionem, quam secuti sumus, siue in eum incidat dies Annuntiationis beatæ Virginis Mariæ, siue non.

CAPVT XVI.

An in aliquibus casibus plures Missas dicere possit vnus Sacerdos, & in quibus.

SVMMARIVM.

Vnus Sacerdos non potest plures Missas in die dicere num. 1. Excipe diem Natalitij Domini. num. 2. An Parochus renouat eo die tres Missas dicere, & quid de alijs Sacerdotibus. ibid. Quo tempore, & hora, dicende sunt Missæ in die Natalis. num. 3. Post.



Post mediam noctem non potest dici, nisi una sub mor-  
tali. *ibid.*  
Assignantur causas, ob quas tres Missae dicantur in die  
Natalis Domini *num. 4.*  
Referuntur alij casus, in quibus plures Missae eodem  
die dici possint. Primus est, cum quis habet plures  
Ecclesias unitas, & non est Sacerdos, qui aliam di-  
cat. *num. 5.*  
Item, in vtraque India, & in Anglia, & Germa-  
nia, & ubi penuria est Sacerdotum *ibid.*  
Nunquam tamen licitum est laicis, eodem die bis com-  
municare. *ibid.*  
Secundus casus est, cum peracta Missa supervenerit  
Princeps, aut Episcopus. *num. 6.*  
Et quid tunc faciendum. *ibid.*  
Tertius est, cum supervenerit mortuus paracianus se-  
peliendus, ubi consuetudo est, vel Constitutio synoda-  
lis, ut cum Missa simulatur. *num. 7.*  
Quartus est, cum aliquis infirmus est communicaturus  
per modum Viatici, & desecit Sacramentum. *num. 8.*  
Quintus est, ob nuptiarum benedictiones, ubi mos est,  
aut Constitutio, ut praevenerit Missa donetur *num. 9.*  
Sextus est, quando eodem die dicenda sunt duae Missae  
ex statuto Ecclesiae, & non est, nisi unus Sacerdos.  
*num. 10.*  
Item, quando concurrat causa iustissima, arbitrio pru-  
dentis *num. 11.*  
Nunquam tamen licet eodem die plures Missas di-  
cere non seiniis, id est, post sumptam purificatoriam  
ablutionem vini. *num. 12.*

*Nauar.*  
*Azor.*  
*Henriq.*  
*Gabriel.*  
*Ber. Diaz.*  
*Ledesma.*  
*Palud.*  
*D. Anton.*  
*Turrecr.*  
*Syluest.*  
*Sorus.*  
*Durand.*

2.

Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus nec-  
cessitas id suadet; & ided pluries in die sacrificare  
licet. Primus est, dies Natalitij Domini, in quo, etsi  
non ex necessitate; ex consuetudine tamen cotius  
orbis Christiani receptissima possunt fieri tria sacri-  
ficia. An autem tres Parochi tria sacrificia face-  
re teneantur propter decimas, quas ex ouibus col-  
ligunt, est dubium. Afirmat Henriq. lib. 9. de Mis-  
sa, c. 30. §. 6. Henriq. citat Syluester verbo, *Missae*,  
1. §. 7. Sed ibi solum dicit Syluester, licitum esse in  
die Natalitij Domini tria offerre sacrificia. Existi-  
mo tamen, secluso scandalo, & contemptu, non  
teneri Parochos eo die, nisi vnam tantum Missam

celebrare. Alij autem Sacerdotes possunt tres dice-  
re, sed non tenentur: satis enim est, si vnam tantum  
dicant. Ita Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 87.  
D. Thom. 3. part. quaest. 83. art. 2. ad 4. Sotus in 4.  
dist. 13. q. 2. art. 2. Syluester verbo, *Missae*, 1. §. 7.  
Henriq. allegatus; & Azor num. 1. citatus, & patet  
ex cap. *Nocte sancta*, de consecr. dist. 1. Er ratio est  
primo, quia si Sacerdotes Parochi tenentur ex offi-  
cio, etiam secluso scandalo, & contemptu, tres  
Missas eo die celebrare, consequenter etiam ad id  
astringentur alij Sacerdotes non Parochi: quia ra-  
tio, ob quam vtrique non teneantur, est, quia nec fi-  
deles, nec parochiani tres Missas eo die tenentur  
audire; sed sufficit, vt vna tantum audiantur: ergo, si  
parochiani eo die non tenentur tres Missas audire,  
consequenter etiam non tenentur Parochi eas illis eodē  
die dicere. Deinde, quia Ecclesia ex privilegio con-  
cedit omnibus Sacerdotibus, vt eo die, propter sin-  
gulare festum, tres Missas celebrare possint in me-  
moriam trium stacuitatum Christi Domini, vt  
post numerum sequentem dicemus: vnde, si ex  
privilegio id facit, ac permittit, nullum Sacerdo-  
tem vult obligare ad huiusmodi tria sacrificia: si  
autem non vult obligare, nec illi etiam tenentur,  
etiamsi Parochi sint, Pastoresque, habentes oues:  
vnde, cum hic ea consuetudo sit permittita tan-  
tum, non obligatiua, profecto vim legis obligatiuae  
non habet; sed vim privilegij, quo quis possit vt  
voluntarie.

Ordo autem, ac modus illas dicendi, est, vt pri-  
ma missa media nocte dicatur: secunda, diluculo;  
tertia, tempore habili sequenti. Possunt tamen dici  
omnes tres, vel simul, vel media aliqua temporis  
intercapedine ad libitum Sacerdotis; die tamen,  
non nocte: nam post mediam noctem, & ante au-  
rorae lucem, non nisi vna dici potest: de se enim  
peccatum lethale est, ante diem celebrare: vnde  
plures ea nocte celebrare, mortale est, cum consue-  
tudo non habeat, nisi, vt vna tantum celebraretur. Et  
quod mortale sit, docet expressē Syluest. verbo,  
*Missae*, 1. q. 6. vbi citat D. Thom. Angelus verbo,  
*Missae*, §. 40. Nauar. in c. *Nocte*, de celebrat. Missarum,  
& in Manuali Latino, c. 25. n. 87. Azor tom. 1. Inst.  
moral. lib. 10. c. 24. q. 8. D. Thom. 3. part. q. 31. art.  
3. ad 4. Palud. in 4. dist. 13. q. 2. art. 4. Ledesma 2. 4.  
art. 2. Fumus verbo, *Missae*, §. 25. Summa Consec-  
forum lib. 5. tit. 24. q. 126. omnes enim constanter  
affirmant, illicitum esse mortaliter, plures Missas de  
nocte in die Natalitij Domini celebrare, eum con-  
suetudo non habeat, nisi vt vna tantum ea nocte  
celebraretur; & ante diem celebrare, mortale sit, vt  
probabimus c. seq. n. 2.

Permittuntur autem huiusmodi tres Missae in  
die Natalitij Domini in memoriam trium Nativi-  
tatum Christi Domini. Prima fuit aeterna, qua re-  
spectu nostri dicitur occulta, & in tenebris, iuxta  
illud: *Lucem habitas inaccessibilem*. & ided prima  
Missae, quae nocte, & in tenebris dicitur, in honorem  
istiusnatiuitatis dicitur, qua de re exponunt Patres  
communiter illud Isaia 53. *Generationem eius quis  
enarrabit*: de diuina enim generatione, quae nobis  
occultissima est, explicat hunc locum D. Hieron.  
ibi, D. Chrysost. homil. 2. & oratione 1. de incom-  
prehensibili natura Dei, & homil. 7. in Ioannem, &  
D. Cyrillus lib. 5. in Ioannem, c. 2. & alij communi-  
ter. Secunda dicitur, cum iam dies aduentus in me-  
moriam temporalis natiuitatis Christi, ex vtero  
sanctissima Virginis beatissima. Tertia significat,  
quod quotidie per gratiam Christus Dominus nasci-  
tur in nostris animis, & in gratiam huius natiuitatis  
dicitur: sicut enim Christus Dominus spiritualiter  
in nostris cordibus concipitur, ita & in illis enascitur  
dicitur. Aliter etiam dicuntur huiusmodi tria sacrificia,  
offerunturque

*Syluest.*  
*D. Thom.*  
*Angel.*  
*Nauar.*  
*Azor.*  
*Palud.*  
*Ledesma.*  
*Fumus.*  
*Sum. Conf.*

4.

*D. Hieron.*  
*D. Chrysost.*  
*D. Cyrillus.*

offerunturque in die Natalitij Domini propter tres  
status, legis naturae, scripturae, & gratiae, iuxta Glossam  
in cap. *Consuluit*, de celebrat. Missarum, & in cap.  
*Nocte sancta*, de consecr. dist. 1.

5.

Secundus casus est, cum quis praestit duabus Ec-  
clesiis vnitis, duobus sacrificiis indigetibus; & non  
est alius Sacerdos, qui aliam possit dicere: similiter  
in locis, vbi rari sunt admodum Sacerdotes, vt in  
Anglia, Hybernia, & nonnullis partibus Germaniae;  
& in Indijs, tam orientalibus, quam occidentalibus,  
quilibet Sacerdos bis poterit, & requirentem necessita-  
te, celebrare in die, non pluribus: quia ius in c. *Consi-  
luisi*, de celebr. Missarum, solum bis in die conce-  
dit in necessitate celebrare ieiunij. Haec autem nec-  
essitas non est desumenda ex parte inopiae; & pau-  
peratis Sacerdotum; sed ex parte necessitatis spi-  
ritualis populi, atque aded ex parte raritatis Sacer-  
dotum. Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10.  
cap. 24. §. *Quaeres*, an Nauar. in Manuali Lat. cap. 25.  
n. 87. Henriq. lib. 9. de Missa, c. 30. num. 7. Tabiena  
verbo, *Missae*, §. 42. Bartholomaeus Fumus verbo,  
*Missae*, n. 25. Syluest. verbo etiam, *Missae*, 1. §. 7. An-  
gelus ibidem n. 46. D. Anton. 3. part. tit. 13. c. 4. §. 7.  
Nunquam tamen licitum est laicis, eodem die bis  
communicare. Et ratio diuersitatis est: quia sacri-  
ficium Missae est de se publicum, & prodest aliis:  
sumptio autem Eucharistiae non est sacrificium pub-  
licum, sed solum prodest suscipienti, quae plane  
ratio optima, ac concludens est; & eam inuenies  
apud Syluestrum verbo, *Missae*, quaest. 7. & apud Pa-  
lud. in 4. dist. 12. quaest. 1. art. 4. quam refert, ac pro-  
bat Azor citatus.

*Azor.*  
*Nauar.*  
*Henriq.*  
*Tabiena.*  
*Fumus.*  
*Syluest.*  
*Angel.*  
*D. Anton.*

6.

Tertius casus est, cum peracto sacrificio super-  
uenit Episcopus, Princeps, Patet purpureus, & si-  
milis persona, atque personatus. Nec solum, cum  
peracto sacrificio Episcopus, aut magnus Princeps  
superuenit; sed etiam, cum manet iter sunt facturi,  
poterit Parochus duas Missas dicere vno die; pri-  
mam manet; aliam vero postea suis parochianis, in  
defectu aliorum Sacerdotum: sed tunc requiritur,  
quod sit ieiunus, & in prima vinum purificatorium  
non sumperit; quia tunc iam non erit ieiunus. Ita  
textus in cap. *Ex parte*, vbi Glossa finalis, & in cap.  
*Consuluit*, de celebrat. Missarum: Hostiensis dicto  
cap. *Ex parte*, n. 1. Abbas ibi n. 6. Nauar. c. 25. n. 87.  
& alij statim allegandi. Item, cum ad locum ali-  
quem religione celebrem multi peregrini iter fa-  
cientes confluunt, tunc enim licitum est vni Sacer-  
dote, in defectu alterius, aliam tantum Missam di-  
cere, vt ij praepcepto Ecclesiae, atque deuotionis suae  
satisfaciant. Ita Nauar. Henriq. Antoninus, Ange-  
lus, Syluester, Tabiena, citati, & idem etiam Nauar.  
lib. 3. consiliorum, tit. 4. 1. de celebrat. Missarum. In  
his autem duobus casibus, & alijs similibus, si per-  
acta sit consecratio, debet ipse sacerdos Missam fini-  
re, (idem, si caepa quoque sit,) & postea poterit  
aliam incipere, dummodo in prima ablutionem  
vini purificatorij non sumat: si vero Euangelium  
dictum sit, aut Epistola, aut Canon inceptus vel fi-  
nitus, poterit ea iterum repetere, & Missam ab In-  
troitu iterum incipere, vt optime animaduertit  
Henriq. dict. lib. 9. de Missa, c. 30. num. 8. artamen, si  
Epistola tantum sit finita, necesse non erit aliam  
Missam incipere, cum eadem sufficiat ad impletio-  
nem praepcepti, vt alibi diximus: necque enim Episto-  
la pars est notabilis sacrificij, si omittatur.

*Hostiens.*  
*Abbas.*  
*Nauar.*

*Henriq.*

7.

Quartus casus est, cum superuenit mortuus  
paracianus sepeliendus in loco, vbi consuetudo  
est, vel Synodalis Constitutio, ne quis absque Missa  
sepeliatur: secus, si talis mos, aut Constitutio non de-  
ret. Ita docet Nauar. in Manual. Lat. c. 25. num. 27.  
Henriq. modò allegatus. Ledesma 2. 4. q. 24. art. 2.  
Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 24. §. *Excipiuntur* 10.  
P. Saph. Fagundes, in quingue praec. Eccl.

*Nauar.*  
*Henriq.*  
*Ledesma.*  
*Azor.*

*men Doctores*. Tabiena verbo, *Missae*, §. 42. Quod *Tabiena*,  
intelligendum est, modò non sit alius Sacerdos, qui  
possit, & velit celebrare: asserit tamen Fumus,  
iam Fumus, in hoc casu non licere bis sacrificare eodem die,  
verbo, *Missae*, §. 25. falso tamen id asserit; vt ani-  
maduertit Henriq. allegatus ad marginem litt. R.  
moderatis loquitur Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. Sotus  
asserens; fortè hoc iam non licere propter multitu-  
dinem Sacerdotum.

8.

Quintus casus est, cum aliquis infirmus est com-  
municaturus per modum Viatici, & non adest ho-  
stia consecrata; quia Sacerdos eam sumpsit, & de  
necessitate infirmi ante ablutionem sumptam ad-  
monetur; tunc enim licet iterum sacrificare ad  
communicandum infirmum per modum Viatici:  
Ita Nauar. Ledesma, Paludanus, Syluest. Fabien.  
Angelus, & Azor locis allegatis. D. Thom. 3. part.  
quaest. 31. art. 2. ad 5. Si tamen nondum Sacerdos  
hostiam consumpsit, & admonetur de necessitate  
infirmi, particulam quandam suae hostiae seruare  
debet, pro huiusmodi infirmo communicando per  
modum Viatici, in eo casu, quo aut sacrarium ibi  
non sit, aut alia hostia consecrata in sacrario asser-  
uata: Ita docet Syluester verbo, *Eucharist.* §. 7. Syluest.  
verf. 10. & §. 9. verf. 6. Angelus verbo, *Euchar.* §. 27.  
& D. Thom. in 4. dist. 12. q. 3. Henriq. lib. 9. de  
Missae, c. 30. n. 7. littera F. ad marginem. Nec so-  
lum in casu extremae necessitatis, sed etiam in casu  
deuotionis id fieri potest; vt docet Scar. 3. part. t. 3.  
disp. 85. sect. 2. *Secundo in sumptione*; & id latè pro-  
bauimus cap. 20. num. 8.

*D. Thom.*  
*Syluest.*  
*Angel.*  
*D. Thom.*  
*Henriq.*

*Syluest.*  
*Angel.*  
*D. Thom.*  
*Henriq.*

9.

Sextus casus est, ob nuptiarum benedictionem,  
cum consuetudo est, vt praevenerit Missa nuptiarum  
benedictio imperiatur; aut Constitutio Synodalis  
id statuit. Ita docet Nauar. in Manual. Lat. c. 25.  
num. 87. Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 30. num. 7.  
Ledesma 2. 4. artic. 2. maxime, vt addit Henriq. Ledesma.  
si tempus benedictionum nuptiarum diei, de  
quò tempore agit Concilium Tridentinum sess. 24.  
de matrimonio cap. 10.

*Nauar.*  
*Henriq.*  
*Ledesma.*

10.

Septimus est, quando eodem die concurrunt  
duo Missae sacrificia; iuxta statutum, & morem  
ipsius Ecclesiae; & solum est vnus Sacerdos, qui sa-  
crificare possit: vt si in Quadragesima, aut Vigilia  
occurrat festum duplex: aut in Ecclesia Collegiali,  
in qua semper vna Missa de proprio officio dicitur,  
de qua pro defunctis dicitur. Ita Henriq. citatus ar-  
gumento cap. *Creatus*, de celebrat. Missarum, at  
huiusmodi cap. loquitur non de Missis quotidianis  
pro defunctis; sed de anniversariis; in Palcha ta-  
men non deest fieri specialem Missam de requie,  
vt alibi diximus.

*Henriq.*

11.

Alij plures casus excipiunt, alij pauciores: gene-  
raliter tamen loquendo, cum occurrit causa, quae  
iusta videatur arbitrio boni viri, bis poterit quili-  
bet Sacerdos sacrificare in die, vt docent Nauar. in  
Manuali Lat. cap. 25. num. 87. Azor tom. 1. Inst. mo-  
ral. lib. 10. cap. 24. §. *Excipiuntur*. Henriq. lib. 9. de Mis-  
sa, cap. 30. num. 7. Patet: quia in cap. *Consuluit*, de  
celebrat. Missarum, excipitur necessitas, aut causa  
iusta; animaduertit autem ibi Abbas, hanc neces-  
sitate, & causam iustam arbitrio prudentis viri esse  
relinquendam, decernendamque: quia, quando  
ius aliquod absolute, & non certo, ac definito modo  
statuit, definitio arbitrio, ac iudicio prudentis viri  
committitur, lib. 1. ff. *de iure deliber.* & c. *De causis*, de  
Officio iudicis delegati.

*Nauar.*  
*Azor.*  
*Henriq.*

12.

Animaduertendum tamen est, in praedictis casu-  
bus nunquam licere Sacerdotibus bis in eodem die  
sacrificare, nisi ieiunus: nam, si in prima Missa vinum  
perfusionis acceperint, secundum sacrificium licite  
offerre non poterunt, vt constat ex cap. *Ex parte*, de  
celebrat. Missarum, & docent Azor, & Henriq. citati.  
S 3 & Nauar.



quando approbata est. Secundò, quia opinio Nauarri est noua, & singularis, cum pugnet cum communi omnium opinione, & consuetudine. Tertio, quia priuilegia non dantur, nec conceduntur ad id faciendum, quod licitè, & communi iure possumus efficere; ad quid enim priuilegio cogit, si ego id sine tali priuilegio licitè efficere possum? aut quid operantur verba priuilegij? fallum enim & absurdum est dicere, priuilegia hæc ad sedandos tantum scrupulos peti, & concedi: frustra enim precibus impetratur, quod iure communi conceditur. l. 1. c. De thesauris, & priuilegium Principis, vt priuilegium sit, semper interpretari debemus, vt aliquid ultra commune ius nobis concedat. cap. Si Papa, de priuilegijs, in 6. Nec exemplum Nauarri nos commouere debet: potuit enim vir piissimus id efficere; quia bona fide putabat, id sibi licitum esse; qui solum contendeat, iure communi non esse illicitum, aut prohibitum Sacerdotibus post meridiem vsque ad tertiam horam sacrificare, & ad consuetudinem non attendebat. Præterea, in Concilio Trident. sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missæ, statuitur, vt Episcopi suis edictis, & pœnis caueant, ne Sacerdotes alij, quam debitæ horis celebrent: ergo iam iure prohibitum est, notabiliter ante lucem, & notabiliter post meridiem celebrare; quæ pœnæ arbitrarie sunt, nisi aliqua in synodalibus Constitutionibus statuatur, vt optimè notat Salzedo in pract. criminal. cap. 46. num. 1. vbi enim pœnæ iure definitæ non sunt, arbitrio Iudicis committuntur, l. 1. ff. de iure delib. nec per debitum tempus, & horam, intelligi potest in Concilio, totum illud tempus, quod intercedit ab hora sexta vsque ad nonam, seu à meridie vsque ad vesperam, vt intelligere videtur Nauarrus: sed per debitum tempus hic intelligendum est illud, quod communi consuetudine introductum est, quod magis expressit Concilium Toletanum anno 1583. act. 3. cap. 42. ibi: Nullus ante auroram, aut post meridiem celebret.

Salzed.

9. Richard. Paludan. Sotus. D. Anton. Bellarm. Angel. Syluest. Tabiena. Francolin. Azor. Hospiens. Abbas. Cardinal. Antonius. Ioan. Andr.

10.

Ex dictis sequitur: communem opinionem esse sequendam, quam docent communiter nouiores, & antiquiores. Richardus in 4. dist. 13. art. 2. quæst. 3. Paludanus ibidem, quæst. 2. art. 2. Sotus ibidem, quæst. 2. art. 2. D. Anton. 3. part. titulo 13. cap. 6. §. 4. Bellarm. lib. 2. de Missa, cap. 14. col. 6. Angel. verbo, Missa, §. 4. Sylu. verbo etiam, Missa, 1. §. 6. & 7. Tabiena ibidem, §. 6. Francolinus in tractatu de tempor. Hor. canon. cap. 41. Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 25. quæst. 2. Hostiensis, Abbas, Cardinalis, Ioannes And. & cæteri omnes iuris canonici Interpretes ad cap. 1. de celeb. Missæ. & alij communiter, & D. Thom. 3. p. quæst. 83. art. 2.

Sed pro opinione Nauarri, Henrici, & Salzedi oppones primò: Sacrificium incruentum Missæ, est representatiuum, & expressiuum sacrificij crucis, quod Christus in cruce obrulit Patri suo: Christus autem obrulit hoc sacrificium ab hora sexta vsque ad nonam, id est, à meridie vsque ad vesperam: sexta enim hora, seu meridiem, in cruce sublatu est: & hora nona, seu tertia post meridiem expirauit: ergo eo tempore Sacerdotes sacrificium Deo offerre possunt. Secundò, quia in prima parte diei celebrare licet: dies autem incipit à media nocte, vt videtur in ieiunio, & in recitatione Horarum canonicarum: ergo videtur, quod statim post mediam noctem licitum sit Sacerdotibus sacrificium Missæ Deo offerre. Tertio, quia in celebratione huius sacrificij debet Ecclesia imitari institutionem Christi Domini: sed Christus Do-

minus consecrauit noctu, & primam Missam cum suis Discipulis post cenam ante mortem noctu cepit: videtur ergo, quod etiam ea hora, & tempore possint Sacerdotes Missæ sacrificium offerre, ac celebrare.

Huiusmodi tamen argumenta nihil conuincunt. Ad primum respondet D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 2. ab hora sexta ad nonam, ex natura rei posse hoc sacrificium celebrari, nisi Ecclesia contra-ria consuetudine, quæ vicem legis & statuti habet, aliter statuerit. Deinde ait, Christum linguis Iudæorum ceptum fuisse crucifigi: ad hora tertia, vsque ad nonam, id est, à matutino tempore vsque ad vespertinum: enim verò, licet in cruce fuerit actus hora sexta, seu post meridiem, & licet expirauerit hora nona, seu tertia post meridiem; tamen hora tertia matutini temporis, seu hora nona ante meridiem ceptus est crucifigi Iudæorum linguis, vt testatur Marcus cap. 14. & ideo Ecclesia iustissime per consuetudinem statuit, ac introduxit, vt communiter, & regulariter in illa diei parte, quæ ab hora tertia vsque ad sextam decurrit, id est, à matutino tempore vsque ad meridiem, hoc sacrificium fieret. Et verò hæc consuetudo Ecclesie optima ratione stabilitur: durissimum enim, Sacerdotibus esset, vsque ad horam nonam, seu tertiam post meridiem expectare ieiunos ad sacrificium offerendum, cum non nisi ieiuni illud offerre ad facere possint: præterea, quia tempus matutinum, cum sit initium diei, est magis accommodatum ad res diuinas peragendas: vnde cessat primà ratio pro Nauarro facta.

11. D. Thom.

Ad secundum respondeo, Missam debere in prima parte diei naturalis, seu solaris, non verò artificialis, vt obseruatur in Ecclesia, & docet Leo Papa epistola 81. ad Dioscorum, Episcopum Alexandriæ, & habetur in cap. Necessè, de consecratione, distinct. 1. naturalis autem, ac solaris dies incipit ab aurora; artificialis à media nocte in mediam noctem: nam, quando aurora incipit apparere, dicitur quodammodo iam Sol ortus; quia tunc claritas illius incipit tenebras paulatim effugare, vnde apud Marcum 16. dicitur, mulieres ad monumentum Christi, orto iam Sole, peruenisse; cum tamen peruenissent, cum adhuc tenebræ essent, iuxta Ioannem cap. 20. id est, cum aurora iam inciperet, præmissa claritate sua, tenebras discutere: sic enim hanc contrarietatem explicat D. August. lib. 3. de consensu Euangelistarum, tomo 4. cap. 24. & D. Thomas 3. part. quæst. 83. art. 2. ad 4.

12.

D. August. D. Thom.

Ad tertium dico, Christum Dominum præsentem esse in hoc Sacramento, & sacrificio, qui dicit apud Ioannem 9. de esse mundi lucem; & ideo oportere se operari in die, & donec lux est: vnde necesse est etiam, vt hoc diuinum sacrificium in die offeratur, non nocte: propterea enim apud graues Auctores appellatur sacrificium, ac Officium diurnum, non nocturnum; quia die, non nocte fieri, ac offerri debet. Neque obstat, quod Christus Dominus primam Missam in vltima cenâ, post ipsam cenam noctu celebrauerit: voluit enim Christus id tunc efficere in illa vltima profectioe ex hac vita, vt memoria singularissimi beneficii sui corporis nobis in hoc Sacramento relicti altius nostris cordibus adhereret, affigereturque: Ecclesia autem, ob reuerentiam, ac decentiam tanti mysterij, à tempore Apostolorum semper inuiolata consuetudine obseruauit, vt hoc sacrificium, excepto die Natalitij Domini, non nocte, sed die celebraretur. Et ideo Ecclesia in hoc sacrificio Missæ semper imitata est institutionem Christi

Christi Domini, quoad substantiam, & essentiam ipsius sacrificij; non verò quoad accidentia, & circumstantias extrinsecas: tempus autem est circumstantia extrinseca substantiæ huius sacrificij, quam circumstantiam potuit Ecclesia edocta à Deo immutare, ad maiorem reuerentiam, ac venerationem huius Sacramenti: sicut etiam mutauit aliam circumstantiam, statuens, vt hoc sacrificium non nisi à Sacerdotibus ieiunis offerretur, nec à fidelibus, nisi etiam ieiunis acciperetur Sacramentum. Ita respondet D. Thom. 3. p. quæst. 83. art. 2. ad 4. & ad 3.

D. Thom.

14.

Est itaque peccatum mortale, vt diximus num. 3. notabiliter post meridiem, & notabiliter ante auroram, sine priuilegio, & causa sacrificare. Rogabis ergo, quæ sit iusta, ac legitima causa ab hoc peccato excusans? Resp. Prima est, quando Episcopus sacros Ordines celebrat: tunc enim licet ei protrahere Missam vsque ad vesperam, & ad vespertinam etiam illam incipere, quando actus Ordinationum ante meridiem ceptus est. Ita Sylu. verbo, Missa, 1. num. 6. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 2. ad 3. Henric. lib. 9. de Missa, cap. 24. num. 6. littera C. & littera D, argumento cap. Solent. de consecrat. dist. 1.

Syluest. D. Thom. Henric.

15.

Secunda est, pro communicando infirmo, iam morituro: hæc enim sola causa absque priuilegio sufficit, & tunc licitum est Parocho Missam dicere, non media nocte, sed summo mane ante lucem notabiliter. (recole autem ex num. 6. quæ sit ista notabilitas.) Ita docent expressè Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 10. c. 25. q. 7. Henric. lib. 9. de Missa, c. 24. n. 5. Palud. in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. D. Anton. 3. p. tit. 13. §. 4. cap. 6 Sylu. verbo, Missa, 1. q. 6. & Nau. in mannali Lat. c. 25. n. 83. Angel. verbo, Missa, §. 42. Glossa in c. finali, de priuilegijs, in 6. Sed hic dubium est, an tunc ultra vigentiam prædictæ necessitatis requiratur licentia Episcopi, vel Superioris? Negant Henric. & Nauar. Affirmant Syluester, & D. Antoninus. Azor. asserit, id verum esse, si Episcopus, vel Superior, præsens est, & licentia commode impetrari potest, quis non videt, semper istam facultatem difficillimè posse obtineri, etiam si Episcopus, vel Superior præsens sit, si Missa notabiliter ante lucem dicenda est: quare tunc non requiritur talis facultas: forte magis requiritur, si Missa notabiliter post meridiem dicatur ad communicandum prædictum infirmum, si tunc Episcopus præsens in loco fuerit, & facili ad illum fuerit aditus; aliter non: sicut enim licet ante auroram notabiliter Missam dicere ob communicandum infirmum; ita & post meridiem, si Sacerdos, ieiunus sit, vt optimè notauit Henric. lib. 9. de Missa, c. 24. n. 5. littera B. vbi citat ad marginem D. Thom. & Nauarrum c. 25. n. 26. Nauar. tamen idem expressè non dicit; bene tamen ex doctrina illius sequitur.

Azor. Henric. Palud. D. Anton. Syluest. Nauar. Angel. Glossa.

16.

Tertia causa iusta est iter Episcopi: is enim, dum iter facit, si velit quotide Missam audire, licitè eam audire poterit ab alio Sacerdote, vel ipse facere notabiliter ante lucem, vel post meridiem, spatio, videlicet vnius horæ: est enim hoc vnum ex priuilegijs Episcopo iure concessis. Ita docet Glossa in c. vlt. de priu. in 6. & Syluest. verbo, Missa, 1. q. 6. Henric. lib. 9. de Missa, c. 24. n. 5. littera O. Nau. in Mannali Lat. c. 25. n. 85. vbi asserit, nulla ratione firma id probari posse. Quia tamen addit: *Vsu iam recepta est hæc opinio* videretur posse defendi ob Episcopi prærogatiuas, quas refert Glossa citata in cap. vlt. de priu. in 6. & expressè etiam tenent hanc opinionem, Palud. in fauorem Episcoporum, in 4. dist. 13. q. 2. concl. 2. art. 2. & Azor. tom. 1. Instit.

Henric. D. Thom. Nauar.

Glossa. Syluest. Henric. Nauar.

Palud. Azor.

moral. lib. 10. c. 25. q. 5. §. Si querat, decet enim Episcopos, quotide rem diuinam audire: nec est, cur iter illorum, aut impediatur, aut retardetur; & idipsum docet etiam Angelus verbo, Missa, §. 42. & Angel. D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 4. Quod etiam conceditur Cardinalibus, quanuis iter non faciunt. Ita Henric. & Paludanus locis allegatis, & Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. & alij recentiores.

Angel. D. Anton.

Quarta causa est consuetudo alicuius regionis, aut vrbs, scita, & tolerata à Papa, vel eius Nuntio, & Officiali: quam consuetudinem Tolosæ in Gallia Aquitanica se vidisse affirmat Nauarrus in Manuali Latino, c. 25. n. 85. vbi quoque asserit, se ibi audiuisse, idem quoque fieri in Gallia Belgica, vbi omnes quotide longè ante lucem Missam audiunt, vt ad suas operas, laborisque diuertant. Miratur tamen Nauarrus, quomodo ea consuetudo in his locis relicta sit post Concilium Tridentinum in eis receptum: iubet enim Concilium sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missæ, vt horis tantum debitæ Missæ celebraretur, & præcipit Episcopis, vt idipsum pœnis, & edictis conuenientibus in suis diocesis obseruari procurent; & omnia antiqua priuilegia ac consuetudines hac in parte antiquar, & cassat. Vnde, vt optimè notat Salzedo cap. 46. in practica criminali, post hoc Concilij decretum, antiquata est omnis ea consuetudo, quæ in aliquibus orbis partibus vigeat, vt multò ante lucem, diemque, Missæ sacrificium fieret, quod famuli, & operarij, priusquam ad suos labores proficiscerentur, eam audirent. Sed fortasse, vel in his locis receptum non fuit Concilium Tridentinum: vel, si fuit, tolerata est ea consuetudo à Summis Pontificibus; & ideo est licita.

17.

Nauar.

Salzed.

18.

Excusat etiam ob causam iustam & rationabilem Henric. lib. 9. de Missa, c. 24. n. 5. & Nauar. c. 25. n. 85. honestos Sacerdotes, quando ex honesta causa indigent, vt celeriter iter agant: & ibidem dicit Henric. posse eos summo mane, vna hora ante lucem, sacrificium facere. Et idem dicit etiam de tempore vnius horæ post meridiem, cum par sit ratio vtrique: & citat Henric. ad marginem, littera Q. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. & Paludanum ibidem eadem dist. 13. q. 2. art. 2. & num. 6. excusat etiam Henric. illos Sacerdotes, qui secluso scandalo priuatim Missam faciunt, cum iter agunt diebus festis, & dicit, posse eos vna hora post meridiem rem sacram facere in locis, ad quæ peruenierint. Verùm tota hæc doctrina huius paragraphi non est sequenda, cum nullibi constet, prædictos Sacerdotes habere priuilegia Episcoporum, & hoc proprium sit priuilegium illorum: quamobrem secluso priuilegio, si forte illud peculiariter habeat huiusmodi particulares Sacerdotes, nullo modo hæc causa est admittenda, quia fundamentum habet in opinione Nauarri, quam iam satis improbauimus, ac reiecit à num. 7. vsque ad 9. cum pluribus Doctoribus, ac rationibus.

Henric. Nauar.

In funere etiam Regis, aut Principis, potest inchoari Missa ante meridiem, & prorahi vsque ad vesperam: vel possunt inchoari Officia funeralia ante Missam, & ante meridiem, & deinde potest Missa incipi longè post meridiem, & post horam nonam, seu post vesperam; quia inchoatis Officijs censetur inchoari Missa defunctorum, quæ iuxta morem Ecclesie Romanæ post Officia subsequitur, sicut diximus n. 14. de Episcopo, cum Ordines sacros confert. Et ita docet Henric. lib. 9. de Missa, c. 4. n. 6. & ad marginem littera Z, sine dicit, sic fuisse in praxi seruatum Salmaticæ, in regio funere, vbi, inquit, finita fuit Missa hora quarta

19.

Henric.

quarta



quarta post meridiem. Et pro hac opinione citari etiam possunt omnes, quos num. 14. allegauimus, cum par sit utrobique ratio. In sabbato etiam sancto, ob longum Officium Ecclesiasticum potest etiam Missa incipi longe post meridiem, & quia multae sunt tunc penitentium reconciliations, & quia olim ea Missa dicebatur prope mediam noctem, in praedicto sabbato sancto: Communio vero datur etiam in ipsa Missa. Vnde notabis, nulla dici hora prohiberi dari sanis, ac bene valentibus Communionem, modo sint ieiuni: sicut datur etiam infirmis periclitantibus, per modum Viatici, siue ieiuni, siue non ieiuni sint. Ita docet Henric. lib. 9. de Missa, cap. 24. n. 6. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 2. ad 4. & in 4. dist. 13. q. 1. art. 4. & Nauar. de oratione, notabili 3. num. 44. sine, & Miscell. 64. & probat non esse hoc contra Concilium Tridentinum sess. 22. in praedicto decreto de obseruat. & vitand. in celebrat. Miss. quia olim consueverat erant dicere hanc Missam Sabbati sancti ad mediam noctem Resurrectionis: vnde, inquit, non potest hoc comprehendi in decreto praedicti Concilij, cum ibi statuatur Episcopis, vt curent, quod Missa horis consuetis celebrentur. Verum hoc fundamentum Nauarii non est solidum: nam Concilium ibi non dicit, vt consuetis horis Missa celebrentur: sed vt debitis horis, ibi: Postremo ne superstitioni locus deitur, edito, & paucis propositis cauere Episcopi, ne Sacerdotes aliis, quam debitis horis celebrent. Et aliud est, celebrare consuetis horis, aliud debitis, cum hora consueti fortassis non sit debita: ex alio ergo meliori fundamento hac doctrina defendi potest, ex eo scilicet, quod incepto Officio Sabbati sancti ante meridiem, censetur etiam inchoari Missa, quae post illud dicitur; & ideo poterit Missa licite protrahi ultra duas horas post meridiem, & his amplius, ad eum modum, quo diximus num. 14. de Missa Ordinum, & in hoc num. 19. de funere regio.

Henric.  
D. Thom.  
Nauar.

20.

Et plane nullo quidem iure, aut consuetudine prohibemur Communionem accipere post meridiem, & ideo fas est laicis in ea Missa, quae ante meridiem incipit, & post meridiem continuatur, Eucharistiam accipere, modo ieiuni sint; & consequenter in illa etiam Missa potest quis communicare, quam Sacerdos priuilegio sibi concessio vna hora post meridiem, aut ante lucem inchoauit, vt optimè docet Azor tomo 1. Instr. moral. lib. 10. cap. 25. quaest. 8. Angelus verbo, Eucharistia, 3. num. 35. & Syluester verbo etiam, Eucharistia, 3. quaest. 15. verbi, Quinto, non esse, & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 24. num. 6. Nec refert, quod consuetudo sit, vt Communio fiat ante meridiem: nam ea consuetudo ideo datur, quia tunc communiter Missa dicuntur, non vero quod ita sit introducta, vt non possint etiam fideles Communionem accipere quolibet diei tempore, si parati sint, ac ieiuni. Cum autem omnia horologia non vno, eodemque puncto temporis horas intonent, non opus est, vnum ex illis eligere, vt illius horas sequamur, vt aliqui non ita bene dixerunt; sed sufficit extremum illorum sequi, cum haec omnia ante mathematicè, aut arithmetice sint intelligenda, sed moraliter, id est, plus, minusve: & illud plus, minusve, aliquantulum habet latitudinem: alioqui enim conscientias fedare non possemus, & infirmos scriptulos, ac laqueos timoratis iniceremus, vt optimè notauit Sorus in 4. distinct. 13. quaest. 2. artic. 2. & ideo etiam, quando prohibemur ante auroram, aut post meridiem celebrare, non

Azor.  
Angel.  
Syluest.  
Henric.

Sorus.

intelligendum est hoc mathematicè, sed moraliter: ita vt possimus paululum ante auroram, vel post meridiem id efficere, vt docet Sorus allegatus, & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 24. num. 6. mediò: quia parum pro nihilo in iure, & moralibus reputatur. Vide, quae diximus num. 6.

Sed praecipua difficultas est, verum teneantur Sacerdotes sub mortali matutinas preces recitare ante Missam sacrificium. Et, vt clariùs procedamus, distinguendum est inter priuatum Officium diuinum, quod secreto, & extra chorum Ecclesiarum recitatur a quolibet Sacerdote, qui Missam facturum est, vel priuatum, vel solennem; & inter illud, quod in choro recitatur ante solennem Missam diei. Et quidem, si loquamur de publica recitatione, seu cantu diuini Officij matutini, quod fit in choro, quantum adhuc praedictum Officium sic recitatum nullum dicat, aut habeat ordinem essentialem ad Missam; nec sit dispositio ad illam; tamen, regulariter loquendo, non potest, absque graui peccati mortalis culpa, solennis Missa, quae communiter Missa diei vocatur, dici ante persolutas ac decantatas preces Matutinas in Choro; imò neque ante Priuatum in eodem Choro recitatum, cantatumve, vt docet optimè Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 82. sect. 1. §. Primo Soarius dicendum. Maiolus de irregul. lib. 3. c. 34. n. 1. aliis Maiol. 24. Henric. lib. 9. de Missa, cap. 24. n. 7. Caietanus Henric. in Summa verbo, Horis, §. 4. Syluest. ibi, §. 9. Medina Caiet. C. de oratione, quaest. de Horis canon. recitand. Syluest. dub. 1. Nauar. in Man. Lat. cap. 25. num. 97. Sorus Medina lib. 10. de iust. quaest. 5. art. 4. Idem Nauar. de orat. Nauar. notabili 3. num. 49. §. 6. 78. Couar. lib. 4. var. cap. 19. Sorus num. 9. sine. Probat: quia, licet Officium diuinum publicum, & in Choro decantatum nullum ordinem, aut connexionem habeat cum Missa, nec vnum pendat ab alio, sed sit quid diuersum; tamen, quia consuetudo inueterata habet, vt Missa Tertia, seu Missa diei solennis, non nisi post preces matutinas, & Primam in Choro recitatur dicatur; profecto peccatum mortale erit, huiusmodi consuetudinem immutare; nam, cum huiusmodi immutatio sit in materia graui, & ad religionem spectante, cultumque diuinum, carere id culpa mortali non potest: quia ad publicum bonum, regimenque Ecclesiae spectat, vt hic publicus cultus Dei, status temporibus, & debito fiat ordine. Vnde, si Missa diei solennis ante preces matutinas, & Primam recitatur in Choro diceretur; necessario in hoc publico cultu Dei ordo mutaretur notabiliter, & proculdubio scandalum oriretur: quod tamen intelligendum plane est de Ecclesiis, in quibus est obligatio, & recepta consuetudo cantandi, aut recitandi in Choro publicum Officium: nam, vbi non est talis obligatio, aut consuetudo, non est peccatum mortale ordinem inuerrere, & dicere Missam solennem ante preces matutinas, ac Primam: quia, vt dixi, inter haec nullus est ordo.

21a

Difficultas ergo est de recitatione priuata Officij matutini, quae fit extra Chorum: & hac de re bipartita est sententia. Prima docet, peccatum esse mortale, Missam dicere ante dictum Officium matutinum, nisi rationabilis, ac iusta causa excuset. Ita docet D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 1. Gabriel Angel. lect. 13. in Canon. Angelus verbo, Missa, num. 42. Fumus Fumus verbo, Hor. canon. num. 18. Nauar. de orat. Nauar. cap. 3. num. 70. & cap. 21. num. 30. Azor tomo 1. Instr. moral. lib. 10. cap. 10. quaest. 4. & cap. 28. q. 17. Francolin. Francolinus in tract. de tempor. Hor. canon. c. 24. Palud. Palud. in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 1. & etiam Nauar. Nauar. cap.

22.

D. Anton.  
Gabriel.  
Angel.

Fumus.  
Fumus.

Azor.  
Francolin.

Palud.  
Palud.

Maiol.  
Ledesma.  
Durand.  
Graphis.  
Syluest.

cap. 25. num. 83. Maiolus lib. 5. de irregul. cap. 34. num. 1. Ledesma 2. 4. quaest. 16. art. 4. dub. 8. Durandus lib. 3. de ritibus, cap. 24. Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 4. & fatetur communem Syluester verbo, Missa, 1. §. 16. quantum ille contrarium sequatur: Probat primò hac opinio: quia licet ius canonicum nullum ordinem statuatur inter preces matutinas, & sacrificium Missae, tamen iam communi consuetudine in Ecclesiam est introductum, vt Missa non dicatur, nisi saltem matutino Officio, atque Laudibus recitato: & hanc consuetudinem violare, cum vicem habeat statuti, peccatum mortale est. Secundò, quia Missale Pij V. ponit ordinem inter matutinas preces, & sacrificium Missae; & in fine addit, non esse licitum talem ordinem immutare. Tertio, quia hac opinio est communior, & plures Auctores habet: grauitas autem materiae ex iudicio prudentium pensanda est: sed plures iudicant, hanc materiam esse grauem: ergo erit peccatum mortale matutinas preces non recitare ante Missam. Quarto, quia ex institutione Ecclesiae matutinum Officium est officium nocturnum; Missa autem est Officium diurnum: ergo inuersio huius ordinis de se est culpabilis, & adiuncta consuetudine Ecclesiae erit peccatum mortale; maxime quia in Missali Romano Pij V. priùs traditur hac regula, vt Missa dicatur recitato saltem priùs Officio matutino: & postea inter defectus Missae numeratur hic: Si celebrans non dixit Matutinum cum Laudibus. Non videntur autem ibi numerari, nisi graues defectus, & qui culpam mortalem inducant.

23.

Secunda sententia verior docet, aliqualem esse obligationem praemittendi matutinum Officium ante Missam, quando commodè id fieri potest, & nulla est rationabilis causa hunc ordinem immutandi; nihilominus tamen, si id fiat, etiam absque rationabili causa, non esse peccatum mortale, sed veniale, imò nec fortè veniale. Et verò nullum esse peccatum, nec veniale quidem, docet Sorus lib. 10. de iust. q. 5. art. 4. & in 4. dist. 13. q. 2. ad finem, ex eo fundamento, quod neque haec consuetudo est certa, siue sit generalis, siue particularis aliquius vrbis, loci, aut diocesis; neque materia est grauis, neque constat de praepcepto aliquo: vnde, concludit Sorus, non apparet, vnde peccatum veniale sit. Alij verò dicunt, solum esse peccatum veniale, si absque causa Missa ante Officium matutinum recitatum dicatur, cum Sacerdos illud commodè recitare priùs potest: esse autem causam sufficientem ad excusandum ab hoc peccato veniali, si inler tempus consuetum, quo solet ipse Missam dicere; si populus, vel aliqua persona grauis expectat, vt Missam audiat; si modò commodè potest, & postea non poterit tam commodè; si modò maiorem sentiat deuotionem, & aliàs non sentiat. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 82. lect. 1. §. Secunda sententia, & tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 24. Lessius lib. 2. de iust. tom. 1. c. 37. notab. vt Syluester verbo, Missa, 1. num. 6. verbi, Quarium. Victoria, Canus, Nantius, Penna, & alij recentiores Dominici, quos refert ac sequitur Henric. lib. 9. de Missa, cap. 24. n. 7. Arag. 2. 2. q. 83. a. 2. dub. 5. vbi dicit priorem sententiam falsam omnino esse, & sine fundamento asseram. Valentia tom. 3. disp. 6. q. 2. puncto 10. §. 5. vbi solum dicit, hanc secundam sententiam esse probabilem. Lud. Lopez 2. p. instr. cap. 79. §. Denique hic. & cap. 105. §. Nunc autem. Carbo lib. 9. de legibus, d. 9. Rodr. tom. 1. quaest. 10. regularium, q. 43. art. 3. sine, & in Summa, 1. tom. c. 244. n. 22. Toletus lib. 2. Summa, cap. 1. & alij. Probat primò: quia nulla apparet, nec datur contraria consuetudo: nullus extat

Soarius.

Lessius.  
Syluest.

Henric.  
Aragon.

Valentia.

Lud. Lop.

Carbo  
Rodrig.

Toletus.

canon, nec praepceptum hac de re in toto iuris corpore, nulla datur dispositio, nullus ordo inter recitationem Officij diuini, & celebrationem Missae: ergo intentum. In primis, quod non detur contraria consuetudo, quod est praepceptum fundamentum aduersariorum, patet: quia talis consuetudo non est recepta apud viros doctos, vt notant Syluester, & Soar. allegati: multi enim sine scrupulo Missam, absque recitatione matutinae Officij diuini celebrant; & non est credendum, eos mortaliter peccare. Deinde, quia non omnis consuetudo vim legis habet: non enim in tali consuetudine, vt vim legis habeat, attendendum est solum ad id, quod fit; sed examinandum est, quo animo, & quo motu fiat, & quomodo etiam à Superiore probetur; solum enim consuetudo obligat ad peccatum mortale, quando ad illud per approbationem intendit obligare Princeps eam approbans, & quando subditi existimant se peccare mortaliter, nisi eam consuetudinem obseruent, vt docent Syluester, & Soarius: non est autem credendum voluisse Principes Ecclesiasticos, sub tali culpa mortali, obligare priuatos Sacerdotes, ad recitandas, persoluendisque preces matutinas, atque sacrificium Deo offerant: neque ipsi Sacerdotes putant se peccare mortaliter, si eam consuetudinem non obseruent. Fatemur tamen, regulariter, & ordinariè loquendo, recitari solere ab vnoquoque priuato Sacerdote Officium matutinum ante Missam: negamus autem, hoc fieri ex eo, quod putent se peccare mortaliter, nisi ita faciant; sed potius id ita faciunt, vt singula suis temporibus accommodent: quo posito, per accidens est, quod prius Officium matutinum recitent, quam sacrificium: nunquam enim intenderunt veteres per haec consuetudinem statuere aliquam prioritatem necessariam inter matutinas preces, & Missam; sed opportunitatem quandam congruentem: vnde patet, illum ordinem nec esse, nec vquam fuisse per se intentum, sed per accidens consecutum.

24.

Et verò nullum in iure dari praepceptum sub mortali obligans ad recitandas matutinas preces ante sacrificium Missae, patet liquido: quia in toto iuris corpore huiusmodi praepceptum non inuenitur: & vnum, quod contrariae opinionis Auctores asserunt ex Brem. Pij V. in principio Missalis, in quo Pontifex districte praecipit, & in virtute sanctae obedientiae, Missam iuxta ritum ipsius Missalis fieri, & addit postea idem Summus Pontifex in initio rituum seruandum in Missa dicenda: Vt Sacerdotes priuata confessione, cum opus fuerit, & saltem Matutino cum Laudibus ab ieiunio orationi aliquantulum vacent, priusquam Missam celebrent parum, aut nihilam conuincit, vt notat Soarius tom. 2. de Religione, lib. 4. c. 24. n. 7. illi enim concludunt, sub illo priori generali praepcepto, in virtute sanctae obedientiae posito, contineri hoc particulare praemittendi Matutinum ante Missam, sed, si hoc ita esset, concluderent etiam peccatum esse mortale, Matutino cum Laudibus absoluto, non vacare aliquantulum orationi, ante Missam, cum etiam idem Pontifex, id ipsum eodem modo, ac renote praecipiat. Quare tota ista collectio parui momenti est: nam illud generale praepceptum non obligat cum rigore peccati mortalis ad obseruandas singulas regulas, & ordinationes ipsius Missalis in particulari; sed generaliter ad vtendum illo ritu celebrandi, & ad non introducendum alium nouum: in particulari verò obligatur Sacerdos ad singula, iuxta modum, quo vnaquaeque res praecipitur, ordinatur, & consuevit, & iuxta conuenientem decentiam, quam vnaquaeque res praepcepta

precepta appetit, ac postulat: in illis vero particu- laribus regulis, & ordinationibus, nullum ponitur verbum preceptuum, sed tantum consultiuum; & sic in illis consilium datur, non preceptum. Neque obstat, quod postea in eodem Missali inter defectus Missae numeretur hic, videlicet, si celebrans non dixit Matutinum cum Laudibus; quia inde solum sequitur, id esse peccatum veniale, si absque causa, saltem aliquali, Matutinum cum Laudibus omittatur; quod nos non negamus: si enim defectus est, peccatum est: non tamen omnes defectus commisi in celebratione, aut ante celebrationem, peccata sunt mortalia. Deinde, quia mutatio matutini officij, vt post Missam dicatur, non est defectus grauior, quam dicere omnes Horas minores, & etiam Completorium ante preces matutinas: & tamen hoc si fiat absque vlla causa, peccatum veniale tantum est, non mortale, iuxta Doctores communiter, & Soarium tomo 2. de Relig. lib. 4. cap. 24. n. 8. ergo etiam idem dicendum erit, si matutinae preces mutentur post Missam.

Tandem vero, quod officium matutinum nec dispositio, nec preparatio sit ad Missam, nec vltimum ordinem ad illam habeat, praeter quandam extrinsecam opportunitatem temporis, inde patet: quia, si esset preparatio necessaria, preceptum de illa preparatione praemittenda esset grauiissimum, & grauiissima etiam transgressio illius, & perinde esset tunc, Missam facere ante recitationem matutinam, ac illam facere non ieiunium, aut non indutum vestibus sacris: sed nullus Auctor tantam grauitatem expressit in hoc precepto, nec vlla consuetudo, aut ratio probabilis id ostendi potest: ergo non est dicendum, quod sit dispositio necessaria. Enim vero obseruatio ieiunij, & indutio sacrarum vestium, & deo sunt de precepto obligante ad mortale, quia sunt necessariae dispositiones ad sacrificium peragendum: ergo, si officium matutinum non praecipitur anticipari eo rigore, signum est, quod hoc non sit dispositio necessaria ad sacrificium. Deinde, quia si huiusmodi recitatio esset cuiusque Sacerdoti praecipua, vt necessaria dispositio ad sacrificium Missae, non liceret, ob solam aegritudinem, vel ob similem causam, quae passim occurrit, sacrificium facere, sine tali dispositione: sed certum est apud omnes Doctores, eum Sacerdotem, qui ob cerebri imbecillitatem recitare non potest, posse Missam celebrare: ergo ea recitatio ante celebrationem, non praecipitur, vt dispositio necessaria ad Missam. Maior probatur: quia non licet ob deliquium, vel vertiginem capitis, vel stomachi imbecillitatem celebrare non ieiunium, vel detractis vestibus sacris; quia ieiunium, & indutio sacrarum vestium praecipuntur, tanquam dispositiones necessariae ad celebrationem Missae: ergo, si recitatio matutina, vt dispositio necessaria praeciperetur, nunquam liceret sacrificare absque recitatione matutina; quod tamen est falsum, vt probat Sotus in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 3. & defendit Azor tom. 1. Inst. mor. cap. 28. quaest. 18. Et ratio est: quia plus aliquando nocere potest aegroti recitatio diuini officij, quam celebratio sacrificij: & quia, sicut Sacerdos absque sacramentali confessione, praehabito iusto dolore, licite aliquando sacrificat, cum deficit Confessarius; ita etiam sine recitatione matutini officij poterit ad sacrificium accedere.

Neque obstat primò id, quod ait Nauarrus, hanc opinionem praebere occasionem Sacerdotibus recitandi serò officium diuinum, etiam post prandium, & meridiem, & tepidè, & indeuorè, & valde indecenter: quanta autem cura & deuotione recitandum sit, facile existimabit, qui cogita-

uerit, maledictum, vt ait Conc. Trident. sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missae, in sacris litteris appellari Ieremiae 40. qui facit opus Dei negligenter. Deinde, quia hinc accipitur occasio, Sacerdotes omittendi plerumque praedictum officium diuinum, vt patet. Verum haec sunt perexigui momenti: nam hic nulla datur occasio, aut indecenter & indeuorè recitandi, aut omittendi diuinum officium; sed accipitur; & propter abusum paucorum non est ingrenda tam grauis obligatio reliquis omnibus Sacerdotibus, maxime vbi neque lex, nec grauitas materiae, nec consuetudo id cogit: non cogit autem consuetudo, vt probatum manet num. 23. non lex, vt etiam probatum manet num. 24. non grauitas materiae, quia hic non agimus de recitatione publica, in choro facta, ex qua sequitur scandalum, si ante Missam omittatur: sed agimus de recitatione priuata, & sacrificio priuato, ex cuius mutatione nullum sequitur scandalum, vt notat Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 82. sect. 1. §. Dico primò, paulò ante finem. Vnde, si aliquis Sacerdos inde occasione accipit, id erit ex malitia sua, non ex obiecto, & re nata; & si scandalum detur, passiuum, erit, non actiuum, vt patet.

Dices: Non potest negari, preces matutinas esse dispositionem ad sacrificium Missae; siquidem disponunt hominem; vt deuotius illud celebret. Respondeo licet concedamus hanc recitationem esse preparationem ad hoc sacrificium, ex ordinatione Ecclesiae; maiori reuerentia, ac deuotione peragendum; tamen Ecclesia non praecipit sub graui precepto, quicquid ad maiorem deuotionem conferre potest Sacerdotum celebrantium; sed ad summum id commendat & consulit: sicut consulit etiam, vt Sacerdotes post Matutinum cum Laudibus absolutum aliquantulum orationi vacent.

Non obstat etiam, quod prima opinio plures habeat Auctores: nam illi omnes communi consuetudine totius Ecclesiae innituntur, quae consuetudo reuera non exat, vt diximus num. 23, & reuera etiam, vt notat Soarius dicto tom. 3. in 3. part. disp. 82. sect. 1. §. Dico primò, ad finem, & Nauarrus in cap. Placuit, dist. 6. num. 186. non est credendum pluribus Auctoribus, asserentibus dari aliquam consuetudinem, nisi illam probent; & cum illi eam non probent, illis credendum non est: nec mirum: nam maior est connexio, & ordo inter matutinas preces, & ceteras Horas canonicas, quam inter illas, & Missam: sed recitare ceteras Horas canonicas, etiam Completorium, ante matutinum officium recitatum, non est peccatum mortale ex obiecto, vt probat Soarius tomo 2. de Relig. cap. 24. lib. 4. & tenet communis sententia: ergo nec etiam sacrificare prius, quam illud recitare, peccatum mortale erit.

Ita se habent huiusmodi opiniones, vtraque, scilicet probabilis, & tuta. Ista posterior est simpliciter secuta, & in rigore verior; vtraque tamen securè quis tenere poterit, vt docet idem Soar. allegatum num. 6.

Et ex ista secunda sequitur primò, illum priuatum Sacerdotem, qui absque vlla causa Missam facit ante recitationem officij matutini, peccare tantum venialiter; & cum aliquo verò causa, venialiter quidem. Sequitur, secundò, nec venialiter etiam tantum peccare, si Missam faciat non solum ante matutinum officium, sed etiam ante Laudes, & Primam, & reliquas Horas minores, cum nullus ordo detur inter has Horas, & ipsam Missam, vt iam diximus; & idè nec etiam in prima opinione tenetur quis recitare Primam, ante actionem sacram Missae priuatae, vt docent Henriquez

Azor. Sotus.

26.

Henriq. Nauar. Syluest. Tabiena.

Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 24. num. 7. Nau. cap. 25. n. 83. Syluest. verbo, Missa, i. §. 6. Tabiena ibi §. 6. Sor. lib. 10. de iust. q. 5. a. 4. quamobrem sine causa, ac fundamento quidem asserit Nau. de orat. notabili 3. & 21. & 30. veniale esse, rem sacram facere, ante Primam dictam, etiam post Matutinum officium cum Laudibus recitatum, per solutumque; quod tamen postea retractauit dicto c. 23. à n. 83. Scio tamen, nonnullos existimasse, peccatum mortale esse, non veniale, Missam facere ante recitatum Primam cum Laudibus, & matutinis precibus, vt Angelus verbo, Missa, §. 42. & Maiol. lib. 3. de irregularitate, c. 24. n. 1. Sed explicandi sunt de Missa conuentuali, & diei solennis, quae dicitur post Primam, Matutinum, & Laudes dictas, ac recitatas in choro, vt bene animaduertit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 24. num. 7. ad marginem, littera O, in fine, iuxta ea, quae diximus num. 21.

31.

Sed rogas, an in prima opinione, quae docet, peccatum mortale esse, Missam priuatam facere ante matutinum officium recitatum; teneatur etiam Sacerdos sub eodem peccato mortali recitare Laudes, an sufficiat recitare Matutinum sine illis. Quiddam asserunt, oportere etiam recitare Laudes: quia sub vna oratione cum Matutinis terminantur, quasi vna Hora, excepta nocte Natiuitatis, in qua ex particulari priuilegio prima Missa dicitur ante Laudes: sed haec quaestio pendet ab illa, quod sint Horae canonicas, & an officium Laudum sit distinctum ab officio matutino: qui docent esse octo Horas canonicas, necessariò dicent, sufficere Matutinum recitare sine Laudibus, ante Missam, & excusari à mortali eos Sacerdotes, qui Missam priuatam sine Laudibus celebrant, etiam in prima opinione: & hi sunt, Archid. in cap. Presbyter, dist. 91. & ibi Turrec. q. 1. & Nau. in Enchirid. de oratione, c. 3. n. 27. & D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 4. in principio. Alij vero, qui tenent, esse septem, & dicunt Matutinum, & Laudes vnam tantum Horam efficere; in eadem prima opinione, necessariò dicent, non sufficere recitare Matutinum sine Laudibus, sed necesse esse etiam Laudes persolvere ante Missae sacrificium, nisi dicant, semper diem fuisse in Ecclesia, Matutinum à Laudibus diuideri. Sed hac ad Matutinum de Horis canonicis spectant. Vide Soar. tom. 2. de Religione, lib. 4. c. 6. n. 6. & alios, quos allegat.

Archid. Turrec. Nauar. D. Anton.

Soar.

CAPVT XVIII.

An liceat Missae sacrificium interrumpere, & in quibus casibus: quid, si Sacerdos meminit de aliquo impedimento: & quid, quando excommunicatus Ecclesiam ingreditur: agitur de purificatione reliquiarum.

SUMMARIUM.

Sacrificium Missae licite interruptitur, vel ante, vel post symbolum fidei ob verbi diuini praedicationem. n. 1. Item, ob ministracionem Eucharistiae, cum datur populo. num. 2. An Sacerdos possit sumere reliquias inuentas, & purificare pyxidem post sumptam digitorum ablutio- nem. ibid. versu. Sed dubium est. Agitur de eadem sumptione reliquiarum, & purificatione custodiae. num. 3. Licet etiam Missam interrumpere ob celebrationem sacrarum Ordinum, quando Episcopus illos celebrat. num. 4. P. Steph. Fagundez in quinque praec. Eccl.

Teneatur Sacerdos Missam interrumpere, si ante inceptum Canonem superueniat interdictum. num. 5. Vnde incipiat Canon. ibid.

Quid, si Ecclesiam ingrediatur excommunicatus nominatum denunciatus. num. 6.

Quid, si post Canonem inceptum ingrediatur. ibid.

Quid, si Sacerdos recorderetur in altari, se non esse ieiunium, cui esse excommunicatum suspensum, vel interdictum. num. 7.

Quid, si post consecrationem inceptam recorderetur Sacerdos, se non esse ieiunium. ibid.

In eo casu teneatur Missam persolvere, ac continuare. n. 8.

Quid, si in altari recorderetur peccati non confessi. n. 9.

Quid, si de aliquo impedimento recorderetur post inceptam consecrationem. num. 10.

Quid, si recorderetur ante consecrationem. num. 11.

Quid, si ante Canonem. num. 13.

Resertur prima sententia affirmans, posse licite continuare Missam, non tamen teneri. ibid.

Resertur secunda contrarium asserens. num. 14.

Astruitur vera sententia affirmans, non solum posse licite, sed etiam teneri Sacerdotem, illam continuare, si detur scandalum. num. 16.

Nunquam licitum est fingere consecrationem. n. 18.

Quid, si Sacerdos in altari meminerit, se non esse Sacerdotem. num. 19.

Quid, si Sacerdos repentino morbo deficiat. num. 20.

An teneatur alius Sacerdos Missam illius absolueret. num. 21. 22. 23. & 24.

Sacrificium Missae vnum est, & vt vnum dicatur, totum proferri debet cum quadam morali continuatione, sine magna interruptione: sicut enim morali quadam continuatione quamlibet ex Horis canonicis recitare oportet, ita eadem morali continuatione huiusmodi sacrificium persolvere, & absolueret. Nihilominus tamen propter verbi diuini praedicationem interrumpi solet, ac potest, idque, siue ante symbolum Nicenum, siue post illud dictum, vel decantatum, vt communis fert consuetudo, & docent passim Doctores, Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 30. n. 3. Nauar. in tract. de orat. notab. 16. n. 35. & 2. part. Miscell. §. 5. n. 126. Durand. lib. 4. Rational. c. 26. Et idè, postquam sacra Missa actio incepta est, debet prosequi, & ad exitum perducì per suas partes: vnde, si Sacerdos voluntariè notabilem illius partem omittat, mortaliter peccat: sicut mortaliter etiam peccat ille, qui dum audit in die festo, de precepto, hanc notabilem illius partem relinquit, vt diximus lib. 2. de precepto, ac obligatione audiendi Sacrum, cap. 6. num. 2.

Henriq. Nauar. Durand.

Facta rursus consumptione sacrarum specierum, solet, ac potest Missae sacrificium interrumpi, si aliqui sunt Eucharistiam accepturi, iuxta Missale Pij V. & tamen peracta Eucharistiae ministracione, continuari moraliter censetur cum sequentibus orationibus. Sed dubium est, an si Sacerdos Eucharistiam ministrat post sumptam communionem, & post purificatoriam digitorum ablutioem vini, & aquae, possit licite reliquias à communicantibus relictas, vel ab alio Sacerdote, si forte illas postea reperit in altari, vel corporalibus, sumere. Affirmatiuè respondendum est, modo commode seruari non possint in sacrificio: quia, dum Sacerdos manet in altari, totum illud sacrificium moraliter censetur vnum conuiuium, quod pro maiori parte sumit ieiunium. Ita docet Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 50. n. 2. Henriq. fine, & conducit cap. Ex parte, & cap. Consultasti, de celeb. Missar. quauis enim prohibeant Sacerdotibus non ieiunium celebrare, & dicant, non esse ieiunium Sacerdotem, si purificatoriam digitorum ablutioem sumperit: tamen hoc non est propriè communicare, sed est absolueret vnum sacrificium, ac conuiuium.

Henriq. Sotus. Victoria. Ledesma. Armill. Syluest.

conuiuium moraliter, quod pro maiori parte ipse Sacerdos sumit ieiunus. Et id ipsum docet etiam ipse Henr. lib. 9. de Missa, cap. 39. n. 3. ubi citat Sorum in 4. dist. 1. 2. q. 1. a. 9. & dist. 1. 3. q. 2. a. 2. ad 5. & Victoriam §. 8. 2. & Ledesma. 1. 4. q. 2. 1. a. 8. dub. 4. & Armillam verbo, Missa, §. 2. 6. & ita expressè tenet Syluester verbo, Missa, 1. n. 2. vers. Quartum, si autem, ubi sic ait: De reliquiis autem dico, quod si deprehenduntur, non ex intervallo, sed in ipso actu sumptionis. Sacramenti, vel quasi in ipso, licet acceperit purificationem, antequam de ipsis aduertet, tamen postea sunt sumenda; tum, quia ratione paruitatis sic seruari non possunt, sed facillime amitterentur; tum, quia in ipso casu, ex quo est in actu purificationis, & recollectionis reliquiarum; quidquid sit, dicitur fieri incontinenti, quasi simul sumeret omnia, antequam censetur non ieiunus. Hæc ille. Et quantum Syluester dicit, non ex intervallo, tamen non censetur intervallo, ut colligitur ex Henrico, quando Sacerdos, dum est in altari, Eucharistiam populo ministrat, etiam post sumptam ablationem purificationis digitorum; quia moraliter censetur idem actus, & idem conuiuium, quod pro maiori parte sumit ieiunus: at verò, si non sit sacrarium, in quo reliquiae repertae commodè seruari possunt, ut si in eremitorio, aut sacello, in quo illud non est, sacrificium fiat; mihi moraliter certum est, posse tunc Sacerdotem prædictas reliquias sumere, post prædictam digitorum purificationem; quia periculum est, ne irreuerenter tractentur, aut amittantur. Et idem dicendum est, etiam si sacrarium detur, si commodè in illo seruari non possunt: tunc autem commodè ibi seruari non poterunt, si aliquod periculum detur amissionis, quod propter exiguitatem illarum ferè semper dabitur: nam præceptum ieiunij naturalis est inductum ab Ecclesia propter reuerentiam tanti Sacramenti, & ut ait D. Aug. Epistola 118. c. 6. ante medium, tom. 2. quem refert, ac sequitur D. Thom. 3. p. q. 80. a. 8. est introductum honore huius Sacramenti, ut scilicet, in os hominis intraret, nondum aliquo cibo, vel potu infectum: unde non debet esse hoc præceptum causa maioris irreuerentiae, ne unde honor oriri debebat, inde dedecus, & iniuria oriatur maior autem irreuerentia semper dabitur, nisi tunc prædictae reliquiae sumantur: quia etiam si seruentur, tamen propter exiguitatem illarum, facillime amitti possunt, & sic graui periculo exponuntur. Et hæc doctrina contra Nauar. in Manuali Latino, c. 25. n. 89. & contra Palud. in 4. dist. 9. q. 1. sine, & contra Ros. verbo, Euch. §. 9. 1. 3. qui negant, posse Sacerdotem post ablationem sumere repertas reliquias ex intervallo, ex eo fundamento, quod sumeret non ieiunus, quod iam infirmuimus, ut patet.

D. Aug. D. Thom.

Nauar. Palud. Ros.

Ex dictis potest Sacerdos absque vilo scrupulo pyxidem purificare, & sumere reliquias illius, dum est in altari post sumptionem prædictae digitorum ablationis, si ante ex inaduerentia non purificauit: reputatur enim id totum vna sacrificij moralis consumptio. Sic expressè docet idem Henriq. dicto l. 8. de Euch. c. 50. n. 2. medio. Poterit etiam prædictas reliquias repertas dare iis, qui sunt communicarij; non tamen illis post ablationem sumptam, quia non sacrificant, iuxta eundem Henricum. Hinc etiã, quando Sacerdos reperit in altari aliquas reliquias, vel frustula, de quibus dubitat, an sint consecrata, potest illa sumere, etiam post sumptionem vtriusque speciei, & post digitorum ablationem sumptam, ex fundamento supra tacto: quia totum id reputatur vnum conuiuium moraliter continuum, quod pro maiori parte sumit ieiunus: si tamen multae sint formulae, quas reperit, de quibus rationabiliter dubitat, an sint consecrata, & ipse eas non consecratis, quia post consecrationis absolutionem, ad illas

attendi, dicat sequenti Sacerdoti sacrificaturo, ut simul cum hostia, quam consecrat, intendat eas formulas consecrare sub conditione, si consecratae non sunt. Ita docet prædictus Henriq. lib. 9. de Missa, c. 39. n. 3. sine, & innum. Missale tit. De defectu intentionis, §. 9. Si verò, & est communis praxis apud doctos regulares, ut animaduertit Henriq. Licet etiam Missam interrumpere, dum Episcopus multos sacris iniciat Ordinibus; quæ interruptio ad solennitatem ipsius Missae spectat. Ita patere experientia, & consuetudine, docet Syluest. verbo, Missa, Syluest. 1. §. 5. Item, propter Baptismum pueri, quem casu femina moribundum peperit in Ecclesia. Henriq. lib. 9. de Missa, c. 30. n. 4. post Glossam in cap. Nullus, de consecrat. dist. 1. Item, ob superuenientem grauem ventris necessitatem, iuxta eundem Henricum, & iuxta Nauarum, quem citat in tractatu de oratione, notabili 16. num. 69. & colligitur ex cap. Nihil, 7. quæst. 1. & postea poterit illam continuare, sicut & in aliis casibus numeratis.

Henr. 39. n. 3.

4.

Henr. Glossa.

5.

At non solum licet, sed etiam tenetur Sacerdos Missam inchoatam interrompere in his duobus casibus. Primò, si ante inceptum Canonem superuenit interdictum speciale, vel generale, vel cessatio à diuinis, & Sacerdos caret privilegio dicendi Missam tempore interdicti lanuis clausis: aliàs enim violato interdicto celebrans mortaliter peccat, & interdum fit irregularis: cæpto autem Canone potest Missam licitè continuare; quia iam censetur quasi substantialiter incepta: Canon verò incipit ab illis verbis, Te igitur, clementissime Pater, iuxta Nauarum cap. 27. num. 33. & iuxta Glossam in Clementina, Graues, de sentent. excom. Dominicum, & Francium in cap. Episcopum, de priuileg. in 6. Felinum in cap. 2. num. 4. de except. Syluestrum verbo, Excommunicatio, §. num. 3. Probant: quia in Missali ab illis verbis titulus Canonis incipit: aut, ut quidam probabiliter arbitrantur, clausula, Communicantes. Alij ab illis verbis incipere existimant, Qui pridie quam pateretur. Ita Syluester supra cum Innocentio, & Hostiensis: & ita Sorus in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 4. Ledesma 2. 4. quæst. 25. art. 2. & videtur sentire D. Thom. 3. parte, quæst. 83. art. 6. ad 2. quantum id expressè non dicat. Paludanus in 4. dist. 11. q. 3. Archidiaconus, & vtrique Cardinalis in cap. Sicut Apostoli, 1. q. 3. Innocent. in c. Nuper, de sentent. excom. in 6. Victoria de excom. §. 10. Sed primi videntur sentire probabilis, propter auctoritatem Missalis.

Nauar. Glossa.

Felinus. Sylu.

Sylu. Sotus.

Ledesma. D. Thom.

Palud. Archid. Cardinat. Innocent. Viti.

6.

Secundò, tenetur Sacerdos Missam interrompere, etiam ante Canonem inceptum, ingrediente Ecclesiam viro aliquo nominatim denunciato, si monitus discedere non vult, nec Clerici possunt illum decenter expellere: cæpto verò Canone potest continuare, quando non vult discedere, ex eo fundamento, ut dixi, quia iam censetur ipsum sacrificium quasi substantialiter inceptum. Ita Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 30. num. 5. Nauar. cap. 27. n. 33. Couar. cap. Alma mater, 1. parte, §. 6. num. 8. & 9. Glossa in Clementina, Graues, de sentent. excom. Sylu. verbo, Missa, num. 3. vers. 4. Tabiena à §. 18. & alij communiter.

Henriq. Nauar. Couar. Glossa. Sylu. Tabiena.

7.

Sed quid, si cæpta Missa meminerit Sacerdos in ipso altari de aliquo impedimento, v. c. se aliquid comedisse, vel bibisse, & non esse ieiunum, se esse excommunicatum, interdictum, aut irregularem, in peccato mortali, aut se non fuisse ritè ordinatum, & non esse Sacerdotem: & quidem de his impedimentis, vel potest recordari ante consecrationem, vel post consecrationem, vel in ipsa consecratione incepta, & non finita, vel absoluta consecratione panis, & ante consecrationem vini, vel in ipsa consecratione vini incepta, & non absoluta: denique vel potest

D. Thom.

Sylu. Nauar. Tabiena. Gabriel. Angel. Sotus.

8.

Nauar. Gabriel. Soar. Henriq.

potest de his impedimentis, aut de aliquo illorum meminisse ante Canonem, vel post Canonem inceptum: & per hæc omnia discurrerem, Primò igitur, si Sacerdos post consecrationem inceptum recorderetur, se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium: similiter, si recorderetur, se peccatum aliquod commisisse, debet penitere cum proposito consistendi, & satisfaciendi; & sic non indignè, sed fructuosè, sumet Sacramentum: & eadem est ratio, si meminerit, se esse excommunicatum, irregularem, aut interdictum; debet enim tunc habere propositum pretendi humiliter absolutionem, ac dispensationem, & sic per inuisibilem Pontificem I E S V M C R I S T V M absolutionem consequetur: quantum ad hunc actum, quòd licitè peragat diuina mysteria. Ita docet expressè, & dicit ferè verbis D. Thom. 3. parte, quæst. 83. art. 6. ad 2. & est communis Doctorum opinio, quem tenet idem D. Thom. in 4. dist. 13. in littera. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 6. Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 6. Et ratio est primò: quia sacrificium iam est substantialiter inceptum, & fortius est præceptum diuinum de integrando, perficiendòque substantialiter sacrificio Missae, quam præceptum de communicando ieiunè, de non celebrando cum excommunicatione, irregularitate, aut suspensione, cum sint humana, & Ecclesiastica: quando autem duo præcepta incompatibilia concurrunt, fortius est exequendum, minùs forte reliquendum: secundò, quia scandalum manifestum sequetur, si sic imperfectum sacrificium Missae reliquatur.

Imò in superiori casu non solum potest, ac debet Sacerdos Missam absoluerè, sed etiam tenetur, iuxta probabiliorè opinionem, quam sequuntur Nauar. Gabriel, Tabiena modò allegati, & Soarius tomo 3. in 3. partem, disp. 83. sect. 1. §. Si denique, & dicit probabilem Henriq. lib. 9. de Missa cap. 40. §. 1. & lib. 8. de Euch. cap. 50. num. 3. littera O. ad marginè, ubi citat Pennam, Veram, & aliquos nouiores: & quantum Henriq. vtrouique solum loquatur de Sacerdote non ieiuno; tamen eadem est ratio de excommunicato, suspensò, irregulari, & interdicto: quia hæc etiam vincula sunt de iure humano; & non est credendum, velle Summos Pontifices eos obligare, ad reliquendam Missam cum scandalo, quod necessariò sequetur, si postquam substantialiter est incepta, relinquatur: si autem ea præcepta, cum sint humana, in ea circumstantia non obligant, tunc profectò obligabit præceptum diuinum de perficiendo sacrificio substantialiter iam incepto. Et quantum prædicti Doctores in ea circumstantia loquuntur, in qua Sacerdos celebrans post consecrationem inceptam moritur, vel morbo impeditur, & in ea dicant, teneri alium Sacerdotem, etiam non ieiunum, excommunicatum, vel irregularem, vel in peccato mortali existentem, præmissò dolore in defectu aliorum Sacerdotum, qui his impedimentis careant, Missam illam ab eo puncto continuare, ac perficere; quantum magis debent id fateri in presenti casu, & circumstantia, qua ipse post consecrationem inceptam in altari recordatur aliorum ex prædictis impedimentis: cum in casu mortis, & morbi repentini faciliùs absque scandalo differre possit absolutionem Missae, quam in presenti casu.

Si autem Missa sit solennis, & decantata à tribus Sacerdotibus, & in altari recordatur sacrificans alicuius peccati non confessi, siue ante, siue post consecrationem, aut Canonem inceptum; sunt, qui P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

dicant, posse, & teneri Sacerdotem sacrificantem accedere ad Confessarium socium Missae, & breuiter confiteri. Ita Syluester verbo Eucharistia, 2. n. 9. Sylu. §. 7. Sed id non approbo: melius enim erit, in trinsecè, & in corde penitere; & postea finito Sacro, aut cum vice alia est celebraturus, id efficere: quia huiusmodi casus similis est illi, quem quis habet, cum in mensa Communions iam ad communicandum accinctus, alicuius mortalis non confessi recorderetur: unde, sicut hic non tenetur propter scandalum surgere à mensa, ut cõfiteatur, sed licitè poterit, præmissò dolore in corde, communicare; & postea, vel cum primùm iterum vult confiteri, & comunicare, vel statim inde recedens potest illud in confessione aperire, ut docent communiter Doctores; neque enim ad illud statim consistendum tenetur, sed cum primùm iterum est peccata sua, vel ex obligatione, vel ex deuotione confessurus: ita huiusmodi Sacerdos non tenetur statim inde ex Missa recedens illud confiteri; sed cum primùm iterum est sacrificium Missae facturus, & consequenter non tenetur accedere in altari ad socium Missae propter scandalum, ut breuiter confiteatur, ut patet.

Ex dictis sequitur, non solum post cæptam consecrationem panis, vel calicis, & nondum perfectam, sed etiam post absolutam vtramque consecrationem panis, scilicet, & calicis, vel alteram tantum illarum: vel si in ipsa media consecratione, vel panis, vel vini, recordatur quilibet Sacerdos sacrificans alicuius prædictorum impedimentorum, vel omnium simul, non solum posse, sed etiam teneri, præhabito dolore in corde, continuare Missae sacrificium, ob prædictum fundamentum: quia, scilicet, iam sacrificium est substantialiter inceptum; & præceptum de integrando perficiendòque sacrificio substantialiter incepto, est diuinum, & fortius quam quodlibet præceptum humanum de non sacrificando cum aliquo ex prædictis impedimentis humanis, excommunicationis, irregularitatis, suspensionis, & cõmestionis, imò & fortè cum omnibus simul, si fortè in vno, eodèque Sacerdote simul concurrunt; nam, cum duo, vel plura præcepta incompatibilia concurrunt, fortius semper seruandum est, relicto minùs fortis imò & minùs fortibus, ut diximus.

Sed quid, si Sacerdos in ipso altari, ante inchoatam, inceptamque consecrationem, inchoata tamè Missa, meminit alicuius prædictorum impedimentorum; v. c. meminit se habere conscientiam peccati mortalis nunquam confessi, se esse excommunicatum, suspensum, irregularem, interdictum, aut non esse ieiunum: In hoc casu ita breuiter se expedit his verbis D. Thomas 3. parte, disp. 83. art. 6. ad 2. sine: Si verò ante consecrationem alicuius prædictorum si memor, tutius putarem, maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceptam deserat, nisi graue scandalum timeatur. Hæc ille, Distinguendum tamen est in hoc negotio: nam, aut de hoc, meminit ante Canonem Missae inceptum, aut post Canonem inceptum, videlicet, in principio illius, medio, aut fine. Si meminit Canone iam cæpto, siue meminerit aliquantulum post principium, siue in medio, siue in fine, tenetur sub culpa mortali, præhabita contritione, & proposito petendi absolutionem, vel dispensationem, irregularitatis, excommunicationis, si fortè huius impedimenti meminit, sacrificium perficere, & absoluerè, quia iam est quasi substantialiter sacrificium inceptum. Et idem dicendum est, si meminit, se non esse ieiunum. Et facit etiam pro hac parte id, quod docet Soarius tom. 3. in 3. partem, disp. 81. sect. 4. §. Secundo querit, & Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. a. 3. & Graphis lib. 2. decif. aurearum, cap. 47. n. 10. ubi

10.

11.

D. Thom.

Soar. Sotus.

Graphis.



vbi asserunt, debere Sacerdotem sacrificantem Missam absolvere, contingat pollui Ecclesiam incepto Canone, dum est in actu sacrificij: quia iam tunc videtur ipsum sacrificium, quasi substantialiter inceptum; & ideo non esse interruptendum propter impedimentum superveniens: ex quo colligitur, idem, ob paritatem rationis, dicendum esse, si Sacerdos, inchoato iam Canone Missae, in altari meminit impedimenti, quod habet excommunicationis, irregularitatis, suspensionis, aut interdicti, vel comestionis, aut alicuius peccati mortalis non confessi; perinde enim est tunc, ac si tunc superveniat: & quanvis Sotus, ac Doctores citati non dicant, teneri Sacerdotem sacrificium absolvere, sed solum debere; tamen id ideo forte dicunt, quia in casu superveniens pollutionis Ecclesiae repentinae, cessat erga populum ratio scandali, cum omnes videant praedictum casum violationis Ecclesiae contra culpam Sacerdotis evenisse: at dicerent profecto teneri, nisi cessaret aliqua ex parte scandalum: in nostro autem casu non cessat scandalum, imò evidenter oritur, ut patet, cum videant omnes sacrificium quasi substantialiter inceptum relinqui, & non videant causam, ob quam contra culpam Sacerdotis mutilum, & imperfectum relinquantur.

12. Sylvest.

Vnde, ut optimè animaverit Sylvester verbo, *Eucharistia*, 2. n. 10. falsò existimavit Rosella, eum Sacerdotem, qui ante consecrationem recordatur se non esse ieiunum, aut esse excommunicatum, teneri omninò à sacrificio desistere, non obstante scandalo, ex eo fundamento, quia putavit nunquam posse dari tantum scandalum, quod possit excusare ipsum Sacerdotem, imò obligare ad perficiendum, continuandumque praedictum sacrificium, cum illud scandalum ad summum esse possit, quia forte populus Missam perdet in die festo, & non implebit praecipuum: at minus praecipuum est audire Sacrum in die festo, quam Missam non ieiunum, aut in excommunicatione, vel irregularitate existentem, vel dicere, vel absolvere; & cum duo praecipua incompatibilia concurrant, maius, & fortius est servandum, relicto minori, & minus forti. Sed, ut optimè notat Sylvester, praeter praedictum scandalum oriuntur saepe alia plurima, quibus tenetur Sacerdos sub mortali obuiam ire, v. c. quia desistendo à sacrificio se infamaret de gravi peccato, & offendiculum esset aliis temerariè iudicandi, & similia, quae, velut rivuli, ex primo fonte orientur, propter suspensionem populi.

13.

Si autem, antequàm Canonem inciperet, solius peccati non confessi Sacerdos meminit in sacrificio Missae, praehabita contritione, illam debet absolvere, etiam si secluso scandalo eam possit dimittere: quod rarissimè tamen eveniet. Ita colligitur ex D. Thoma 3. parte, quaest. 83. art. 6. ad 2. & in 4. distinct. 13. in littera, & Paludanus ibi: & ita expressè tenet Sylvester verbo, *Eucharistia*, 2. n. 9. §. 7. Si verò meminit impedimenti excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, aut se non esse ieiunum; tunc triplex est opinio. Prima asserit, posse illum inchoatam Missam, licet, & absque noua irregularitate perficere. Ita docet Angelus verbo, *Eucharistia*, 2. §. 6. & D. Bonaventura in 4. dist. 13. in corpore litterae, quos citat Sylvester loco proximè allegato. Debet fundari haec opinio in scandalo, quod communiter sequetur, si non perficiatur.

D Thom

Sylvest.

Angel. Bonan.

14.

Secunda docet è contrario, nullo modo posse praedictum Sacerdotem, eam Missam in ea circumstantia perficere, sed teneri illam omninò dimittere; nisi tamen scandalum sequatur. Ita docet, sed non ita expressè, Henric lib. 9. de Missa, cap. 40. §. 1. prope finem, & Paludanus, quem refert Sylvester, sed non sequitur; imò Paludanus adhuc scandalo

Henric.

imminente, & secuto, in ipsam dimissionem inclinat, re videtur.

15.

Tertia opinio docet, tutius esse, Missae sacrificium inchoatum dimittere, quando non sequitur scandalum; secuto verò scandalo, perficiendum esse, quia huiusmodi impedimenta sunt de iure positivo, quod est in pectore Summi Pontificis, & censetur velle Summos Pontifices; ut dato scandalo, sua praecipua, & vincula non obligent. Et huius opinionis est expressè D. Thom. 3. part. quaest. 83. art. 6. ad 2. ibi: *Si verò ante consecrationem alicuius praedictorum sit memor, cuius reputarem, maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceptam deserat, nisi grave scandalum timeretur.* Haec ille: Et quanvis D. Thom non exprimat, ante Canonem inceptum: tamen cum absolute loquatur, in illius doctrina ille casus debet comprehendi. Et praeter D. Thom. hanc opinionem tenet Sylvester verbo, *Euch.* 2. n. 9. §. 7. Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. n. 74. §. 13. licet etiam Nauarrus ibi non exprimat ante Canonem inceptum; sed dicit, ante consecrationem: vnde, cum absolute loquatur, de omni casu ante consecrationem inceptam, est intelligendus: tenet etiam Sotus in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 6. ad 2. Maiolus lib. 3. de irregularitate, cap. 19. num. 17. & Maiol. cap. 21. n. 16. & Plouins de Sacramentis, titulo, *De Euch.* c. de cautelis, §. 3.

D Thom.

Sylu.

Nauarr.

Sotus.

Maiol.

Plouins.

16.

Asserunt tamen huiusmodi Doctores, secuto scandalo perficiendum esse sacrificium: non declarant verò, an secuto scandalo, quando Canon non est inceptus, teneatur Sacerdos sub peccato mortali Missam absolvere, ac perficere. Et quidem mihi videtur teneri Sacerdotem in conscientia eam tunc absolvere primò, quia, imminente scandalo, censurarum impedimenta à Superiori imposita non obligant; quia obligatio vitandi scandali est de iure naturali: praecipua autem censurarum sunt de iure humano; & fortius ius est sequendum, quando cum minore stare non potest. Secundò, quia non est credendum, velle Summos Pontifices obligare aliquem ad observationem censurarum cum scandalo: praecipua enim humana, imò & divina ideo dantur, ut homines per observationem huiusmodi praecipuorum ad aliquam perfectionem dirigantur, & à peccatis discedant: vnde, si in iisdem praecipuis exequendis peccatum scandali detur, cessat obligatio illorum, ne vnde virtus oriri debebat, inde vitium oriatur: tantum enim abest tunc, ut homines observatione ipsorum praecipuorum à peccatis deviantur, ut potius illa, & fortè graviora, ratione iusti scandali, committant. Et pro hac opinione stant omnes, quos citavimus num. 7. nam, quanvis illi ibi loquantur de eo casu, in quo caepa erat consecratio, & scandalum datur, & in eo dicant, teneri Sacerdotem celebrantem perficere sacrificium, etiam si recorderet alicuius praedictorum impedimentorum; & tunc maior ratio dari videatur, quàm si solum scandalum sequatur, quia iam propter consecrationem substantialiter est inceptum Missae sacrificium, & sic duo ibi praecipua divina concurrant, alterum sacrificij integrandi, alterum scandali vitandi; tamen alterum tantum eorum scorsim sumptum sufficit, ut Sacerdotem obliget, ad perficiendum, integrandumque sacrificium, ut rationes factae conuincunt.

17.

Ex dictis sequitur, si ratione scandali praecise sumpti teneri Sacerdos sacrificium perficere, & integrare, si in altari ante Canonem inceptum meminit impedimenti comestionis, excommunicationis, suspensionis, aut irregularitatis, aut peccati non confessi, multò magis teneri, si ad scandalum aliae rationes extrinsecae accedat, quales essent, v. c. si infirmus egeret extremo Viatico, & non esset particula in factario;

factario; si adesset multitudo, quae etiam extra diem festum veller Missam ex deuotione audire, vel indugeretur in populo reuerentia in hoc Sacramentum, & aliae similes causae & rationes, quae ipsum actum cohonestare possent, occurrerent.

18.

In omni autem casu, siue ante Canonem & consecrationem inceptam, siue post Canonem & consecrationem inceptam, siue in ipso initio Canonis & consecrationis, siue in medio, siue in fine; si alicuius ex praedictis impedimentis meminerit, semper cauere debet Sacerdos, ne simulet se consecrare non consecrando; & quia in Sacramento veritatis corporis Christi, non debet esse aliqua fictio, fit enim iniuria Sacramento, si fictio ei imponatur; & quia tenetur iam Sacerdos cauere periculum idolatriae, in quod sine dubio populum ea simulatione inducet. Ita & optimè docet Sylu. verbo, *Euch.* 2. n. 11. D. Thom. 3. p. q. 83. a. 5. & in 4. dist. 13. in littera, & Palud. quos citat ac sequitur idem Sylvest. & patet ex cap. *De homine*, de celeb. Missar. vbi dicitur abicienda, esse semper, & vitanda falsa remedia, quae veris periculis sunt perniciosiora.

Sylvest.

D Thom.

Palud.

19.

Adhuc nihil egimus de eo casu in quo Sacerdos in altari meminit, se non esse Sacerdotem, aut non ritè ordinatum: & in eo existimant nonnulli, teneri Missam dimittere, siue ante, siue post Canonem, aut consecrationem id meminerit, si conscientiam deponere non potest, & dubium est practicum & prudentiale, non speculatiuum. Ita D. Bonavent. in 4. dist. 13. in corpore litterae; & est communis opinio. Solum animaduertendo, ad hanc dimissionem faciendam requiri notitiam claram huius rei, quia aliunde potest huiusmodi scrupulus esse argumentum timoratae conscientiae, ac proinde irrationabilis: quamobrem, si Sacerdos est valde scrupulosus, & sibi certò & prudentialiter non constat, se non esse Sacerdotem, deponat scrupulum, & peragat sacrificium: sic, etiam si via confessionis sacramentalis sciam, meum Confessarium non esse Sacerdotem, aut non habere iurisdictionem; possum mutare Confessarium conquisita aliunde causa excusante: & similiter, si Praelatus Religionis sciat via confessionis, aliquem Confessarium sui Ordinis, non esse Sacerdotem, poterit illum amouere ab officio Confessarij, & mutare in alium locum, vbi Missam dicere non possit, sub specie alicuius causae, ne prodatur sigillum confessionis; & si ille conuictus fuerit, irrationabiliter conuictus, & est iniustus. Ita docet Sancius l. 3. de matr. vbi de consensu clandestino, disp. 16. num. 4. ad 4. argumentum.

D. Bonav.

Sanchez.

20.

Potest etiam interrupti sacrificium Missae propter repentinum morbum, vel mortem Sacerdotis, ut propter apoplexiam, spasimum, aut acutissimum dolorem. Et quidem, vel potest Sacerdos repentino morbo, vel morte corripi, caepa iam consecratione, vel caepo Canone, vel caepa Missa ante inceptum Canonem illius. Primò, si ante Canonem inceptum deficiat Sacerdos vi morbi, aut mortis, potest alter Sacerdos, si ieiunus est, aptus, & habilis, id est, non suspensus, neque excommunicatus, irregularis, aut interdictus, eam Missam ad exitum perducere; sed non tenetur. Et ratio est: quia ea, quae praecedunt Canonem, non pertinent ad partes substantiales, aut quasi substantiales Missae; sed ad populi instructionem tantum, & ideo hic proprie habere locum non potest praecipuum diuinum de integrando sacrificio Missae substantialiter, aut quasi substantialiter incepto; nondum enim peruentum erat ad partes substantiales, aut quasi substantiales sacrificij: nam partes substantiales sunt, vt saepe diximus, consecratio, consumptio, & fortè etiam oblatio: quasi substantiales sunt verba Canonis: quare, cum ipsum sacrificium ante Canonem in-

P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

ceptum, ob morbum, vel mortem sacrificantis deferatur, nulla manet obligatio illud integrandi. Neque hic dari potest iusta ratio scandali, si non perficiatur, cum omnes circumstantes videant causam, ob quam contra culpam, & cogente necessitate fuit derelictum. Ita colligitur euidenter ex doctrina Syluestri verbo, *Eucharistia*, 2. num. 12. quaest. 8. & debent fateri omnes, qui dicunt, posse alium Sacerdotem, sed non teneri, perficere illud sacrificium, quod à Sacerdote sacrificante ob morbum, vel mortem aduenientem, post Canonem inceptum, & ante consecrationem inchoatam fuit interruptum; & hi sunt Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 86. §. *Ad nouè autem quaestum.* Henric lib. 9. de Missa, cap. 40. num. 4. Sotus in 4. distinct. 13. quaest. 2. art. 6. Sylvester verbo, *Eucharistia*, 2. §. 8. Angelus verbo, *Eucharistia*, 3. §. 1. Maiolus lib. 3. de irregul. cap. 15. & lib. 4. cap. 30. Supplementum verbo, *Eucharistia*, 3. §. 4. Astenfis tit. 15. art. 1.

Nauarr.

Henric.

Sotus.

Sylvest.

Angel.

Maiol.

Supplem.

Astenfis.

21.

Si post Canonem inceptum, ante ipsam consecrationem inchoatam, Sacerdos sacrificans vi morbi, aut mortis, aut sensuum alienatione deficiat, est duplex opinio. Prima docet, posse, sed non teneri alium Sacerdotem illud continuare, ac perficere, modò sit aptus, ieiunus, scilicet, & nullum habens impedimentum irregularitatis, excommunicationis, aut suspensionis, vel interdicti. Ita omnes Doctores modò allegati. Fundamentum illorum est: quia nondum substantialiter erat inceptum praedictum sacrificium: quare non potest in hoc casu locum habere praecipuum diuinum integrandi illud. Neque obstat cap. *Nihil*, 16. quaest. 1. deductum ex Concilio Toletano; in quo dicitur, sacrificium diuinum nõ debere relinqui imperfectum: id enim intelligendum est, ut explicat Nauarrus allegatus, sine iusta causa: hic autem iusta causa datur interrupti illud, ac deserendi imperfectum, morbus, scilicet, aut repentina mors sacrificantis. Deinde intelligendus est praedictus textus, quasi dicat, non esse relinquendum imperfectum, quando substantialiter est inceptum: hic autem substantialiter non est inceptum.

22.

Secunda opinio docet, teneri alium Sacerdotem praesentem illud sacrificium perficere, ac continuare, siue sit ieiunus, siue non; & siue impedimentum excommunicationis habeat, siue non habeat; neque ob id incurrere aliquam suspensionem, aut irregularitatem, vel penam, modò scandalum detur, nisi perficiatur; quod ferè semper dabitur, si aliqui sint praesentes. Colligitur haec opinio ex Syluestro verbo, *Eucharistia*, 2. num. 12. quaest. 8. & eam tenet expressè Albertus Magnus libro de sacrificio Missae: & pro hac opinione citari possunt omnes, qui dicunt, teneri Sacerdotem sacrificantem, inchoatam Missam perficere, si Canonem sit inceptus, in eo casu, quo sacrificans Sacerdos meminerit in altari, se esse excommunicatum, aut non ieiunum; & non posse in conscientia illam dimittere, cum ex ea dimissione oritur scandalum. Et hi sunt, D. Thom. 3. part. quaest. 83. artic. 6. ad 2. vbi ita dicit: *Si verò ante consecrationem alicuius praedictorum sit memor,* (id est, praedictorum impedimentorum, excommunicationis, irregularitatis, aut comestionis, cuius putarem, maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceptam deserat, nisi grave scandalum timeretur. Vbi, cum loquatur absolute, videtur loqui de omnibus casibus ante consecrationem contingentibus, & siue Canon sit inceptus, siue non sit. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. num. 74. §. 13. Sotus in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 6. Maiolus de irreg. cap. 19. num. 17. & c. 21. n. 16. Plouins de Sacrament. titulo, *De Euch.* cap. de cautelis, §. 31. Et haec opinio potest probari omnibus rationibus,

Sylvest.

Alb. Mag.

D Thom.

Nau.

Sot.

Maiol.

Plou.

quas fecimus n. 16. & insuper probatur. Primo, quia ordinatè semper datur scandalum, nisi Missa in ea circumstantia perficiatur: quia tenetur Sacerdos praesens illam perficere. Secundo, quia per verba Canonis materia fit habilior ad transsubstantiationem & confectionem Sacramenti; recipit enim ab illis verbis maiorem dispositionem, & sanctitatem ad praedictam transsubstantiationem. Tertio, quia verba Canonis representant Christi passionem, quae nunquam debent esse irrita: irrita autem manerent mysteria passionis Christi, si deficiente Sacerdote sacrificante, inchoato Canonem, non teneretur Sacerdos praesens Missam continuare. Quarto, quia cæpto Canone iam iustam habet populus rationem scandali, si alius Sacerdos praesens Missam non continueret: unde, cum obligatio vitandi scandalum sit de praecepto diuino, & naturali; obligatio autem non celebrandi cum excommunicatione, aut irregularitate, & obligatio ieiunè celebrandi sit tantum de praecepto humano; praeter praeceptum diuinum, & cessat praeceptum humanum; & ideo nulla irregularitas tunc incurritur, nullum committitur peccatum, sed ab his duobus Sacerdotibus in eo casu fit Missa, tanquam ab vno formaliter ministro.

23. Et verò huiusmodi opiniones sic explicatae, ambae sunt probabiles: istam tamen secundam probabiliorem iudico in casu scandali, aliam primam potest enim fieri, ut cesset aliquando ratio scandali, veluti si in aliquo eremitorio, & paucis, aut nullis praesentibus sacrificium, in quo deficit Sacerdos, celebratur: tunc enim prima opinio sequenda erit. Sed quid, si Sacerdos, qui praesens est, aut inuenitur ad perficiendum sacrificium, sit publicè excommunicatus, aut publicè denuntiatus, & scandalum etiam detur, si inchoatum sacrificium perficiat, & absoluat; Certè tunc mihi videtur non posse illum licitè illud sacrificium continuare: quia scandalum in ea circumstantia scandalo reuertitur, ac tollitur: scandalum enim illud non continuandi sacrificium, tollitur per scandalum, quod tunc datur, si absoluat à malo ministro: & aliunde praeceptum diuinum integrandi sacrificium non obligat, cum non sit substantialiter inceptum.

24. Si Sacerdos vi morbi deficiat cæpta consecratione panis, vel absoluta consecratione panis, & cæpta, vel non incepta vini, tenetur Sacerdos praesens, etiam si excommunicatus sit, aut non ieiunus, in defectu alterius non habentis impedimentum comestionis, aut excommunicationis, absoluerit, & perficere sacrificium inchoatum; & quia iam est substantialiter inceptum, & in ea circumstantia vitger praeceptum diuinum perficiendi illud, quod fortius est praecepto humano Ecclesiastico de sacrificando ieiunè, & absque impedimento censuræ; & quia datur iusta ratio scandali, si non perficiatur, ut patet ex dictis. Et ita docet expressè Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Si denique. Dicit tamen Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 40. §. 1. si tunc non reperitur Sacerdos ieiunus, aut impedimento excommunicationis carens, licitum esse differre perfectionem sacrificij in alterum diem, & in eo posse licitè perfici; quia perinde est tunc, ac non inuenire ministrum, & Sacerdotem, qui illud possit absoluerit: quae etiam opinio non est improbabilis, sed probabilior est opinio Soarij, & magis consentanea doctrinae D. Thomae in 3. part. quaest. 83. art. 6. ad 2. nam D. Thomas ibi asserit, illum Sacerdotem, qui post inchoatam consecrationem recordatur in altari se aliquid comedisit, aut bibisse, debere perficere sacrificium: & similiter, si meminert, se cuiquam excommunicationi subiace, assumpto proposito, & dolore; & si licitè, & absque peccato, &

Soar.

Henriq.

incurusione irregularitatis illud continuare: quare ergo etiam non debebit, & tenebitur alter Sacerdos, etiam si impedimentum excommunicationis habeat, illud sacrificium, quod iam substantialiter est inceptum, absoluerit, & perficere, deficiente Sacerdote sacrificante: cum par videatur utrobique ratio.

CAPVT XIX.

De modo, quo Sacerdos substituens debet supplere defectus Sacerdotis, morbo, vel morte deficietis; & unde debeat incipere.

SVMMARIVM.

- Modus perficiendi sacrificium Missa, est, ut secundus Sacerdos incipiat à loco, ubi primus desit: num. 1.
- Si primus Sacerdos deficiat ante Canonem inceptum, debet secundus ab Introitu Missa incipere. n. 2.
- Quid, si Canon iam inceptus erat, nondum tamen Sacerdos consecrationem cæperat. ibid.
- Quid, si Sacerdos deficiat, inchoata, & non perfecta consecratione panis. num. 3.
- Quid, si deficiat, inchoata, & non perfecta forma sanguinis. num. 4.
- Quid, si prior Sacerdos hostiam tantum consecrauit, an Sacerdos substituens debeat tunc vtranque speciem consecrare, an sufficiat consecrare sanguinem. num. 5.
- Quid, si certum sit, priorem Sacerdotem panem, & vinum consecrasse; incertum verò, quid dixerit, vel fecerit eorum, qua sequuntur. num. 6.
- Quid, si Sacerdos certus sit, se consecrationem corporis, vel sanguinis inchoasse; incertum verò, an consecrationem absoluerit. num. 7.
- Quid, si post consecrationem hostiae, ante consecrationem calicis, deprehendat Sacerdos, in eo non esse vinum. num. 8.
- Et quid, si tunc vinum non reperitur. ibid.
- Quid, si praeudeatur post consecrationem vini, non esse immixtam aquam. num. 9.
- Quid, si Sacerdos per inconsiderationem consecrauit calicem cum aqua loco vini, & postea sensit defectum. num. 10.
- An sufficiat tunc consecrare solum vinum, & referatur prima opinio negans. ibid.
- Præponitur opinio affirmans. num. 11.
- Respondetur ad fundamenta primæ opinionis. n. 12.
- Quid, si Sacerdos dum in ore habet potum, sentiat esse aquam, non vinum: an tunc debeat illam bibere, & abstinere ab integratione sacrificij. num. 13.
- Quid, si post consecrationem hostiae, vel calicis, inueniatur ipsa hostia hor deacea, vel putrida. n. 14.
- Quid, si pratermissum fuit, vel sciatur, vel inscienter, aliquod verbum essentiale in consecratione hostiae, vel calicis. num. 15.
- A quibus verbis incipere debet Sacerdos, quando sui sacrificij defectus percipit, ac redintegrat. num. 16.
- An necessaria sit repetitio aliorum verborum, prater solam repetitionem formæ corporis, vel sanguinis. num. 17.
- An, quando omisit aliqua verba essentialia formæ sanguinis, quem Sacerdos reficit, teneatur etiam de nouo consecrare aliam hostiam. num. 18.

Modus integrandi, & perficiendi hoc diuinum sacrificium, est, ut ferè semper Sacerdos

dos secundus incipiat, ubi primus illud dimisit: quod tamen de verbis formatum non debet intelligi, sed de aliis: quia, si primus Sacerdos protulisset vnam partem verborum formæ, & secundus aliam, nullus consecraret, ut optimè animaduertit Syluest. verbo, Euchar. 2. num. 12. q. 8. quamobrem necesse est, ut primus, vel secundus dicat totam formam.

Syluest.

Si primus Sacerdos defecit ante Canonem inceptum, Sacerdos substituens debet Missam denuò incipere ab Introitu: quia dicta ante Canonem non pertinent ad substantiam, aut quasi substantiam sacrificij Missæ; sed tantum ad populi instructionem, ut diximus capite præcedenti, num. 20. Quod si primus Sacerdos Canonem iam inchoauerat, nondum tamen consecrauerat; vel profectum est sacrificium ab eo puncto, & ab his verbis Canonis, in quibus fuit dimissum, ut docet Syl. verbo. Eueh. 2. num. 12. q. 8. & Albertus Magnus, & Archidiaconus, quos citat; tum ne populus flocci pendat verba Canonis diuini mysterijs plena; tum, quia representant mysteria passionis Christi Domini: quæ representatio irrita maneret, si verba Canonis repetentur: indicaret enim ea repetitio, priora verba non esse sufficientia ad significanda mysteria passionis, quæ continent; & sic iniuria fereretur prioribus verbis: tum, quia verba Canonis dicta cum signis, & caeremonijs sacris, quas continent, reddunt ipsam materiam sacrificij habiliorè, & sanctiorè ad transsubstantiationem, & essentiam sacrificij, ac proinde non oportet, ut iterum repetantur ea, quæ dicta sunt, cum ea repetitio in iniuriam priorum verborum redundet; vel incipiendum est totum sacrificium ab ipso Introitu de nouo, ut tenet Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Regula igitur generalis, ubi dicit, si certum sit, priorem Sacerdotem morbo, aut morte defecisse, ante perfectam consecrationem panis, etiam si incepisset aliqua verba formæ proferre, dummodò non absoluisset, necessarium esse, alium Sacerdotem substituendum à principio & Introitu Missæ inchoare. Fundamentum illius est: quia Sacerdos substituens non tenetur illud sacrificium integrare, ne ex duabus personis Sacerdotum vnum sacrificium coalescat: unde, cum non teneatur illud integrare, melius & decen-  
tius erit totum sacrificium de nouo ab Introitu inchoare: in eaque inceptio, ait Soarius, non oportebit vinum aliud, aut aliam hostiam de nouo apponere; sed illam eandem sufficere consecrare; quæ consecrari incipit: quia, cum illa materia non fuerit consecrata, poterit iterum offerri, & consecrari: Verum hæc doctrina Soarij non est tradita consequenter ad ea, quæ dixerat alibi, ut constat ex num. 24. capitis præcedentis, quem vide. Addit tamen Soarius, statim posse etiam Sacerdotem substitutum incipere ab eo loco, ubi alius defecit, etiam si defecerit ante consecrationem: doctrina igitur Soarij, quanuis sustineri possit, non est admodò vitata, ut constabit ex num. sequenti.

Syluest.

Soarist.

Igitur, si Sacerdos sacrificans inchoata, & non perfecta forma corporis deficiat; alter Sacerdos, qui Missam perficit, poterit aliam hostiam consecrare, principium sumendo ab illis verbis Canonis: Qui pridie quam pateretur. Ita docet Syluester verbo, Euchar. 2. num. 12. quaest. 8. & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 40. num. 3. & illam priorem hostiam, vel poterit ipse Sacerdos seruare in sacrario pro reliquijs iuxta Innocentium in cap. Presbyter, de Sacra. iter. vel, ut alij melius, cum Syluestro docent, post sumptum corporis Sacramentum, illam poterit consumere: item, poterit etiam illam eandem consecrare, ut constabit ex num. sequenti.

Syluest.

Henriq.

Si defecit huiusmodi Sacerdos inchoata, & non

perfecta forma sanguinis, alius Sacerdos sacrificium illud perficiens poterit consecrare aliud vinum, incipiendo ab illis verbis: Simili modo, postquam cœnatum est accipiens & hunc præclarum calicem, &c. & illud, super quod aliqua pars formæ dictæ ac prolata fuit, debet seruare in vase mundo, ut postea post sumptum sanguinem illud sumat: poterit etiam ipse Sacerdos consecrare illud ipsum vinum, & hostiam; super quæ aliqua verba formæ fuerunt prolata, incipiendo ab illis verbis, si hostia est: Qui pridie quam pateretur, si vinum, ab illis: Simili modo, postquam cœnatum est; nam, cum illa materia non fuerit consecrata, poterit iterum offerri, & consecrari, ut optimè docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Regula igitur generalis. & Syluester allegatus dicto verbo, Euchar. 2. num. 12. quaest. 8. sine, ubi: Quia non est periculum repetere verba in omnibus Sacramentorum formis; sed tantum in aliquibus: ideo melius, & consultius efficit Sacerdos Missam perficiens, si super eandem hostiam, & eundem calicem, super quibus aliqua verba formæ, & non omnia, dicta ac prolata fuerunt; integram verborum formam promittit. Hæc ille. Et pro hac opinione citat etiam D. Thom. 3. p. quaest. 83. art. 6. Et mihi quidem ita etiam videtur, & hic modus est facili-  
or, & expeditior Sacerdoti, ut patet: Solum nota, D. Thomam, quem citat Syluester, non ita aperte loqui; potest tamen id ex eius doctrina in responsione ad primum argumentum colligi.

Syluest.

Soar.

Itaque substantiales defectus semper sunt ab alio Sacerdote supplendi, ut patet ex cap. Nihil. quaest. 1. in decreto. Et est communis doctrina, quæ tradit D. Thom. modo allegatus: unde, si prior Sacerdos vtranque speciem consecrauit, & vnam tantum consumpsit; alter debet alteram tantum sumere: si verò prior neutram consumpsit, debet alius vtranque sumere: si autem prior hostiam tantum consecrauit, existimant aliqui debere alium Sacerdotem vtranque speciem iterum consecrare, & postea simul consumere vtranque hostiam consecratam; & calicem. Ita sentit Innocentius lib. 4. de mysterio Missæ, cap. 22. ductus eo fundamento, quod dubium esse existimant, an consecratio vnius speciei sine alia facta teneat: Sed nulla est dubitatio, tenere: & ideo certum, & indubitatum est, sufficere in eo casu, quod alius Sacerdos alteram tantum speciem consecraret, & vtranque sumat, incipiendo, ut dixi, ab illis verbis: Simili modo, postquam cœnatum est. Generaliter enim loquendo satis est, deficiente primo Sacerdote post speciem panis consecratam, quod alius sacrificium perficiens alteram tantum consecraret speciem: quia adhuc vnum tantum sacrificium fit cum vtrique se habeat, ut vnum minister moraliter, & partialiter concurrentes ad vnum sacrificium integrandum. Ita D. Thom. 3. q. quaest. 83. art. 6. & in 4. dist. 8. quaest. 2. art. 4. & Soarius in eodem 4. dist. 23. quaest. 1. art. 1. & Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Tertia regula sit. in fine regulæ, & Syluester verbo, Euchar. 2. num. 12. quaest. 8. & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 40. num. 3. & idem Soarius in §. Rursus si certum sit.

D. Thom.

Soar.

Syluest.

Henriq.

Iam verò, si certum sit, priorem Sacerdotem consecrasse hostiam, & calicem; incertum verò, quid dixerit, vel fecerit eorum, quæ postea sequuntur; incipere debet secundus Sacerdos ab illis verbis: Unde & memores, Domine, nos serui tui. Et eadem ratione, ut iam diximus num. 3. si constet, priorem Sacerdotem consecrasse hostiam, & non calicem; Sacerdos secundus debet incipere ab illis verbis: Simili modo postquam cœnatum est.

Sed quid, si constet, certè & liquido priorem Sacerdotem consecrationem inchoasse; dubium verò sit, an illam absoluerit: Respondeo, debere

Sacerdotem secundum incipere ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur. quia tamen dubium est, an talis hostia sit consecrata, debet secundus Sacerdos, vel eam iterum sub conditione saltem mente re-tenta consecrare, vel poterit etiam consecrare aliam hostiam, & postea utranque sumere. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. p. D. Thomae, disp. 85. sect. 1. §. Si denique.

8. Si post consecrationem hostiae, ante consecra-tionem calicis praevideat Sacerdos, in eo non esse vinum, omnino debet illud apponere, priusquam progrediatur: quod si detur calus, in quo nullo mo-do possit vinum reperiri, non sunt proferenda ver-ba consecrationis vini, cum materia apta non de-tur, nec debet Sacerdos ulterius progredi, cum si-ne praesentia sanguinis ritè & verè peragi: nihilominus in Missali Romano dicitur: in eo casu procedendum esse, & Missam absolvendam: ita ergo fiet; sed tunc non erit facienda mentio sanguinis, in signis & cære-moniis, ubi fieri solet: neque tunc imputari potest Sacerdoti imperfectio sacrificij; quia, vt supponi-mus, neque illam Sacerdos antea praevidit, neque potuit postea vitare. Ita docet optimè Soarius to-mo 3. in 3. p. disp. 85. sectione 1. initio. Si tamen ante consecrationem hostiae, vidit defectum vini & impotentiam vitandi illum, nulla ratione potest licitè hostiam consecrare, cum hoc intrinsecè ma-lum sit.

9. Si verò post consecrationem hostiae praevidere-tur defectus aliquis accidentalis, grauis tamen, vt defectus aquae, quanuis ille vitari non possit, non ob id omittenda est sanguinis consecratio in solo vino: quia magis necessarium est, essentiam sacrificij conficere, quam ceteros defectus accidentales de vitare. Ita docet D. Thom. 3. p. quaest. 83. art. 6. ad 3. & 4. & Soarius tom. 3. disp. 85. sect. 1. initio. Imò, addit ibi D. Thom. si post consecratum vinum pu-rum, & absque vlla mistione aquae, recorderetur Sacer-dos, se in illud aquam non immisisse, non debere postea illam miscere, etiamsi possit, quia sequere-tur, inquit, corruptio Sacramenti pro aliqua parte. Quae planè ratio parum congrua mihi videtur: nam potius aqua corrumpere-tur ab speciebus vini con-secratis, sicut corrumpitur à vino non consecrato, quam corrumpere-tur aliqua pars vini consecrati, atque aded aliqua pars Sacramenti ab ipsa aqua. Ratio ergo est, propter reuerentiam Sacramenti, & quia iam non habet locum illa caremonia ad finem, ad quem instituta est, vt docet Soarius al-legatus.

10. Sed quid, si Sacerdos per inconsiderationem consecrauit calicem cum sola aqua, & postea sen-tit defectum. Respondeo, hac de re bipartitam esse opinionem. Prima asserit, si Sacerdos ante sumptionem corporis intelligit huiusmodi defectum, de-bere statim vinum apponere, & consecrare, inci-piendo ab illis verbis, Simili modo postquam cœna-rium est, accipiens & hunc praclarum calicem, &c. & sic perficere sacrificium: si verò sumpto iam corpo-re sentit defectum, non debere solum vinum appo-neres, sed debere etiam aliam hostiam de nouo con-secrare simul cum sanguine, incipiendo ab eo pun-cto: Qui pridie quam pateretur, &c. quia aliàs non seruaretur debitus ordo in consecrando: dicitur enim in Concilio Toletano VII. cap. 1. & in cap. Nihil. 16. quaest. 1. deducto ex eodem Concilio, non esse perfecta sacrificia, nisi perfecto ordine com-pleantur: nam, si solus sanguis postea consecraretur absque corpore, non possent verè & conuenienter repeti omnia, quae in Missa dicuntur post conse-crationem calicis: quia in eis multa occurrunt faci-enda, & dicenda, non solum circa sanguinem, sed

22.

etiam circa corpus. Et hanc opinionem tenet ex-pressè D. Thom. 3. p. quaest. 83. art. 6. ad 4. & Palu-danus dist. 11. quaest. 1. art. 2. Sylu. verbo, Euch. 2. Paludan. q. 10. Et confirmari potest hac opinio: primò, quia, si iam prior hostia consecrata consumpta fuit, quoad illam, iam fuit omnino perfecta, ac transacta actio sacrificandi: ergo vt possit postea sanguis con-secrari, debet iterum consecrari corpus, ne vna spe-cies sine altera conficiatur, & sumatur. Secundo, quia Pius V. in suo Missali praecipit, vt hic defectus suppleatur hoc modo, qui à D. Thomae, & iuxta mentem Concilij Toletani.

Secunda opinio nihilominus docet probabilius, sufficere calicem iterum consecrare sine noua ho-stia & statim sumere absque aliarum caremonia-rum repetitione, incipiendo tamen ab illis verbis: Simili modo, postquam cœnarum est. Sicut, si Sacer-dos reperiat hostiam consecratam ab alio Sacerdo-te deficiente, satis est, si consecret vinum, & pro-se-quens consumat utranque speciem. Et hanc opi-nionem, vt aequè probabilem, docet idem D. Thom. in 4. dist. 11. in expositione literarum, circa finem, & Scous in 4. dist. 8. q. 3. & Sotus ibi dist. 13. q. 2. ar-ticulo 6. ad 4. ubi dicit, hanc opinionem esse se-quendam in praxi, quando Missa fit in publico pro-pter vitationem scandali; & Nauarr. in Manuali Latino, cap. 25. num. 91. & Angelus verbo, Mis-sa, num. 17. & Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Sed circa, hanc regulam, ad initium sectionis, & Henriquez lib. 9. de Missa cap. 40. Innocent. & Pa-normitanus in cap. finali, de Sacram. iterand. Fun-damentum huius opinionis est: quia hic modus est sufficiens ad suppleendum hunc defectum; & alio-qui est aptior, vt id sine scandalo fiat, quin popu-lus intelligat defectum Sacerdotis; cum enim iam consecrata sit hostia, & non desit, nisi sanguis, vt sacrificium compleatur, satis erit ipsam sanguinis consecrationem adiungere: nam, si utriusque spe-ciei consecratio iterum repetatur, vt D. Thom. vult in prima opinione allegatus, id non erit perficere sacrificium, sed nouum & integrum facere priori imperfecto relicto. Deinde, quia, si ante consum-ptam hostiam consecratam percipiatur praedictus defectus, satis est consecrare calicem, vt D. Tho-mas fatetur: ergo & post consumptionem corpo-ris: nam, si ante sumptum corpus repetenda sunt omnia, quae supra corpus, & sanguinem dici solent ante consecrationem; eadem etiam ratione, post consecrationem repetenda erunt omnia, quae supra panem, & vinum dici solent in Canone: quia etiam illa non fuerunt ritè peracta: vnde Paludanus supra pro prima opinione citatus consequenter ait, etiamsi prior hostia consecrata non sit consumpta, nouam esse consecrandam: quia putat in huiusmodi euen-tibus oportere semper totum Canonem iterare; quod tamen non ita esse videtur, vt docet Soarius allegatus, quia non est necesse omnia accidentalia iterare, quae quoad omnes actiones externas ritè peracta sunt, proinde ex hoc capite non erit ne-cessarium, nouam hostiam iterum consecrare, siue illa prior consumpta fuerit, siue non, sufficietque proinde in his seruare regulam ab Innoc. Papa tra-ditam, in cap. 1. & 2. de Sacr. iter. In talibus nihil esse iterandum, sed cautè suppleendum: quod incautè fuerat praetermissum.

Neque obstant fundamenta primae opinionis: nanque hic nihil fit praeter ordinem, cum prius sit consecratum corpus, quam sanguis consecratur: & quanuis in eo videatur ordo praeruptus, tamen id ac-cidentale est, & extrinsecum essentiae sacrificij, & sufficet, quòd suppleatur aptiori modo, quo fieri potest, vt tollatur scandalum: modus autem aptior est,

11.

D. Thom.

Scous.

Nauarr.

Angel.

Soar.

13. Angel. Syluest.

14.

Soar.

Angel. Palud.

12.

est, vt alius calix sine noua hostia consecratur, & statim sumatur absque repetitione aliarum cære-moniarum. Ad primam instantiam respondeo, consecrata, & consummata sola hostia, non esse ab-solutè transactam & perfectam actionem sacrifi-candi, totamque essentiam sacrificij finitam: quan-diu enim non consumitur calix, adhuc actio sacrifi-candi, & substantia sacrificij moraliter durat: & idèd, quantunuis consumpto corpore, solus calix postea consecratur, non censetur vna species confi-ci sine alia; coniungitur enim hac consecratio san-guinis moraliter cum priori consecratione hostiae, & ex utraque fit vna moralis actio, & vnum mora-le sacrificium: ex quo obiter intelligitur, si Sacer-dos non percipiat defectum, nisi finito omnino Sacerro, id est, consumpto corpore, & calice, non posse consecrare solum sanguinem ad integrandum prius sacrificium; quia illa actio esset omnino distincta moraliter à priori actione, nec coniungeretur cum illa, moraliter loquendo, ad vnum sacrificium inte-grandum: & eadem ratione, non tenetur in eo ca-su utranque speciem iterum consecrare; quia non perficeretur prius sacrificium, sed nouum omnino, ac distinctum fieret: quod licitè facere non potest, cum non sit ieiunus, vt patet. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 85. sect. 1. §. Ad primam confirmationem dico, illa, quae in Missali proponuntur, sub titulo, De defectibus, solum pertinere ad doctrinales quasdam instructiones, non ad constitutiones aliquas, aut sanctiones inducentes legem, aut obligationem: quare non magis obligant, quam obligat doctrina, in qua fundantur, vt optimè animaduertit Soarius citatus.

Addunt Angelus verbo, Missa, num. 17. & Syl-uester verbo, Euch. 2. num. 13. quaest. 10. si Sacerdos, dum in ore habet potum, & priusquam deglutiat, sentiat esse aquam, & non vinum, non debere con-sumere; sed in calicem mittere aliud vinum, & il-lud consecrare, & sumere, expulsa aqua, & seruata in aliquo vase, vt postea sumatur; sed hoc, vt opti-mè animaduertit Soarius allegatus, moraliter est difficillimum; & idèd sine scrupulo potest Sacer-dos semper deglutire potum calicis, & abstinere à sacrificio, cum iam ieiunus non sit: nec, meo iudi-cio, si sit Parochus, & dies festus sit, in quo de prae-cepto tenetur populus Missam audire; teneatur ad-monere populum de substantiali defectu, vt Mis-sam audiat, & praeepto satisfaciatur; propter scan-dalum, quod inde sequetur, & quia non tenetur se infamare; quanuis enim sine culpa sua id contin-gat; tamen non ita forte credetur, propter mali-tiam populi, maximè, quia bona fides populi illum excusat.

Quid, si post consecrationem hostiae, & calicis, inueniatur ipsa hostia hordeacea, aut putrida, at-que aded materia omnino inhabilis ad Sacramen-tum, & sacrificium. Respondeo: Soares tomo 3. in 3. part. disp. 85. sect. 1. §. Aequè ex his constat, asserit consecrandam esse aliam hostiam, quin consecre-tur calix, & incipiendum esse ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur, & sumendam esse etiam ho-stiam hordeaceam, aut putridam simul cum alia, aut post aliam, ante vini sumptionem; adde, & post vinum. Idem vult Angelus verbo, Missa, num. 17. quod etiam sentit Paludanus in 4. dist. 11. quaest. 1. art. 2. saltem, quando non potest commode aliud vinum inueniri, quod consecratur. Vnde sentiunt huiusmodi Doctores, illum ordinem consecrandi prius corpus, deinde sanguinem, non esse admo-dum necessarium. Addit tamen idem Soares ibi, sibi non videri exiguum incommodum, quòd mu-tetur ordo in praesenti casu; & idèd in eo satis pro-

babilem iudicat opinionem D. Thomae ad 3. p. q. 83. artic. 6. ad 4. consecrandam esse, nimirum, aliam hostiam, & alium calicem, ne mutetur ordo conse-crationis, & postea utrunque calicem sumendum cum hostiis: sic enim tandem concludit: *Quantum opinio prima sit satis probabilis, tamen in hoc casu ego libentius vterer remedio consecrandi iterum utranque speciem, si commode possem, quia ille ordo consecrationis utriusque speciei, semper mihi videtur magni momenti; & aliunde non potest, quod ad scandalum pertinet, magis vno modo vitari, quam alio.* Hæc Soarius ibi. Et hoc vltimo remedio vtitur Missale Pij V. quare utraque opinio satis probabilis est: quomobrem vnusquisque sequatur, quam maluerit.

Rursus, si omissum est aliquod verbum essentia-le in forma consecrationis hostiae, vel calicis, vel talis facta est mutatio, quæ necessarium sensum formæ auferat, iteranda est consecratio, etiamsi consumptio hostiae iam facta fuerit, hoc modo. Si in consecratione tantum panis huiusmodi defectus accidat, siue inaduertenter accidat, siue malitiosè & culpabiliter ex parte Sacerdotis, & Sacerdos adhuc speciem vini non consecrauit, aut si consecrauit, non consumpsit, sed vel consecrauit tantum, & non consumpsit; vel simul consecrauit, & consumpsit speciem panis, non tamen consumpsit speciem vini: teneatur huiusmodi Sacerdos praedictum defe-ctum essentialem reficere, & aliam hostiam conse-crare, vel illam eandem; cum reuerà propter omis-sionem, siue culpabilem, siue inculpabilem verbi essentialis, non fuerit consecrata. Si autem reper-tus fuerit huiusmodi error post consecrationem, & consumptionem utriusque speciei, panis, scilicet, & vini, tunc quidem non potest Sacerdos iam reficere huiusmodi defectum: primò, quia id non erit reficere sacrificium, sed nouum efficere: nul-lus autem Sacerdos nouum potest sacrificium con-ficere, nisi ieiunus: praedictus autem Sacerdos post consumptionem utriusque speciei, & ablutionis purificatoriae, iam non est ieiunus: & idèd, vt opti-mè notat Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Soar. Secundo etiam constat, aliter iudicandum est de tem-pore ante sumptionem utriusque speciei, atque de tempore post sumptionem illarum: nam ante sum-ptionem utriusque speciei, siue speciei panis sit iam consumpta, siue non sit consumpta, si tamen spe-cies vini, & ablutio digitorum non est consumpta, cum adhuc Sacerdos sit ieiunus, tenebitur secretè iterare, & consecrare, antequam vinum sumat, & ex vi praecepti diuini integrandi sacrificij, essentia-liter, & ex vi praecepti non fingendi aliquid falsum in hoc sacrificio veritatis: post sumptionem autem utriusque speciei iam Sacerdos manet inhabilis ex defectu ieiunij ad aliud sacrificium conficiendum, nec praeteritum reficere potest, cum peractum om-nino sit.

Dubium tamen est, quamam verba reperenda sint, quando idem sacrificium perficitur, ac integra-tur: Angelus enim verbo, Missa, num. 17. sentit re-perendam esse primam oblationem, & omnes ora-tiones sequentes, & incipiendum esse ab illis ver-bis: *Suscipe sancte Pater, hanc immaculatam hostiam,* Paludanus in 4. dist. 11. quaest. 1. art. 2. asserit, à prin-cipio Canonis repetitionem esse faciendam; atque aded incipiendum esse ab illis verbis: *Te igitur, cle-men-tissime Pater.* Scous in 4. dist. 8. quaest. 3. asserit, si consecratio tantum panis iteranda sit, incipiendum esse ab illis verbis: *Qui pridie quam pateretur, acce-pit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas, &c.* Si verò sola consecratio calicis ab illis: *Simili modo postquam cœnarum est.* Et hic modus repetitionis ponitur in Missali Pij V. & idèd obseruandus erit in praxi, vt iam recigimus num. 3. & 4.

Animaduert



Animaduertit tamen Soarius, & optime, tom. 3. in 3. part. disp. 85. sect. 1. Sed queres tandem circa hoc, hanc repetitionem simpliciter non esse necessariam; sed tantum necessariam esse repetitionem verborum formae ipsius consecrationis praetermissae; quia sola verba formae sufficiunt ad conficiendum Sacramentum: & ideo satis erit solum illa repetere, dummodò tamen in forma sanguinis repentantur omnia verba, quae communiter per modum formae proferuntur. Et id ipsum docere videtur Henricq. lib. 9. de Missa, cap. 39. dum asserit in initio capituli, si aliqua verba formae essentialis sanguinis praetermissa fuerint, sufficere, si repetatur eadem forma vsque ad finem, id est, vsque ad verbum, in remissionem peccatorum. Et in idem consentit Sotus in 4. dist. 13. quaest. 2. art. 6. & D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad 5. Bellarm. lib. 3. de Euch. cap. 12. Tabieha verbo, Missa, §. 37. & alij communiter.

Sotus. D. Thom. Bellarm. Tab. 18.

Henricq.

Sotus.

D. Thom. Sotus.

Asensu.

CAPVT XX.

Quid faciendum, cum venenum inuenitur in speciebus consecratis post consecrationem: quid, si calix consecratus congeletur: an Sacerdos ex sua hostia possit aliquem communicare ob deuotionem: quid, quando hostia miraculose disparat, aut illa, vel sanguis in terram cadit.

S V M M A R I V M.

Quid, si animal venenosum, vel ipsum venenum inueniatur in calice, aut hostia, ante, vel post consecrationem. num. 1. Quid agendum tunc est circa ipsum sacrificium, an sit relinquendum, an proseguendum, & quomodo. n. 2. Quid, si animal venenosum extrahatur à calice consecrato, & timeatur periculum vomitus, vel aliquid veneni ibi reliquisse. num. 3. Quid faciendum est, quando Sacerdos formaliter non meminit se aliqua verba forma omisisse; non recordatur tamen se omnia dixisse. num. 4. Quid, si calix congeletur post consecrationem. num. 5. Quid, si post consecrationem hostium incursum timeatur. num. 6.

Quid, si ante consecrationem hostia non sit omnino integra, aut maculam habeat. num. 7. An possit Sacerdos ex particula sua hostia alios communicare. num. 8. Quid, si debita materia ob defectum essentialis sacrificij sit apponenda, & non inueniatur. num. 9. Quid, si hostia consecrata miraculose disparat. n. 10. Quid, si in ea caro, vel sanguis appareat. ibid. Quid, si Sanguis Christi effundatur. num. 11. & 12. Quid, si particula aliqua consecrata in humum cadat. num. 13. Que pena iure statuantur iis, qui per negligentiam sanguinem effundunt. num. 14. Quid agendum sit, quando Eucharistia euomitur, vel putrefit. num. 15. Quid, si Episcopus, dum in pontificalibus celebrat, moriatur. num. 16. & 17.

Ab extrinseco etiam possunt varia impedimenta accidere in ipsa consecratione, & Missae sacrificio: vt v.g. si animal venenosum, aut aranea in calicem cadat, vel hostia veneno sit interlita. Et quidem, si ante consecrationem hoc fiat in calice, debet statim vinum effundi, & bene loto, ac purificato calice, aliud vinum ad consecrationem apponendum est: si verò hostia sit veneno interlita, sepeliatur, & alia sumatur, vt consecretur. Si autem aliquid horum post consecrationem acciderit, & Sacerdos potest sine grani detrimento, & sine periculo vomitus, & valetudinis, animal sumere, id quidem optimum consilium erit: si autem cum aliquo periculo hoc faciendum est, primò quidem extrahendum est animal, & diligenter abluendum, & postea comburendum: ablutio verò ipsa cum cineribus illius in piscinam esse immittenda. Si item in hostia consecrata, vel vino consecrato, venenum inuisibilem deprehendatur, nullo modo debet Sacerdos has species consumere, nec aliis dare; ne Sacramentum, ac sacrificium vitae, vertatur in mortem: & tunc quidem illa species consecratae, tam vini, quam panis, reponendae sunt in aliquo vase mundo, & ibi asseruandae in loco sacro, vel decenti, donec vel corrumpantur, vel exsiccantur, & postea in piscinam coniciendae sunt: iam enim tunc Christus ibi non adest. Addit etiam Missale Romanum Pij V. si fuerint species vini, imbibendas esse in panno lino, vel stupa, & seruandas, donec & pannus & stupa exsiccantur, & comburantur post praedictam exsiccationem: quia sacrilegium est, huiusmodi species comburere, quandiu in illis Corpus Christi adest: post exsiccationem verò, & corruptionem specierum, iam ibi Corpus Christi non adest. Et ita interpretandi sunt Palud. in 4. dist. 9. q. 1. sine: & Syl. verbo, Euch. 2. q. 9. n. 13. §. 3. dum asserunt, sacrilegium esse, huiusmodi species comburere: hoc enim verum est, quandiu in illis intelligitur adeste Corpus Christi: secus verò, quando ibi non est, vt docent Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Secunda regula, & Sot. in 4. dist. 13. q. 1. a. 4. ad 3. & Alrifi dorensis lib. 4. Summae, tract. 5. cap. 3.

Palud. Syluest.

Soarius. Sotus. Alrifi d.

Palud. Syluest. Victor.

Sed quid tunc agendum est circa ipsum sacrificium? Quidam existimant, in huiusmodi casu, etiam si solus sanguis consumi non possit, quia ille solus veneno fuit interlitus, vtranque speciem esse iterum consecrandam, & consumendam. Ita Paludanus in 4. dist. 11. q. 1. a. 1. concl. 5. & Sylu. verbo, Euch. 2. n. 13. q. 9. & Victoria in Summa, dub. 101. de Eucharistia, idque, etiam si venenum deprehendatur in calice post consumptionem hostiae: existimant enim huiusmodi Doctores, eandem esse omnino rationem in hoc casu, & in illo, in quo inuenitur in calice aqua loco vini consecrata, vel acerbis, aut alia materia omnino inhabilis. Sed reuera, vt ait

ait Soarius, non est eadem ratio: quamobrem, etiam si oporteret in illo vtranque speciem consecrare; in hoc tamen casu veneni id non esse necessarium: quia in priori casu nunquam fuit verus Christi sanguis in sacrificio: hic autem in casu veneni toto tempore sacrificij post consecrationem, verus Christi sanguis fuit, vt patet: vnde ritè, & conuenienti modo, & ordine acta sunt omnia, quae post consecrationem super rem oblatam dicta, & gesta sunt; & ideo solum superest supplendum, quod ad integram summationem est necessarium, & quod solum deest: solum autem deest illa species, quae sumi non potest: satis ergo erit illam solummodo consecrare: Et ita docet aperte Soar. dicto t. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Secunda regula sit, Sotus in 4. dist. 13. q. 1. a. 4. ad 3. & 4. & q. 2. a. 6. ad. 3. & idem etiam docet D. Thomas 3. p. q. 83. a. 6. ad. 3. & alij.

Soar. Sotus.

D. Thom. 3.

Idem omnino est, si venenosum animalè calice consecrato fuerit extractum, & timeatur aliquid veneni calici immixtum manere: nam, si in illo nullo venenum relinquatur, sumendum est, nisi Sacerdos horrorem sentiat, & timeat periculum vomitus: tunc enim non debet sumi propter reuerentiam Sacramenti ab ipso Sacerdote; sed vel poterit sumi ab alio Sacerdote, qui id non sentiat, vel consecrandus erit alius sanguis ab eodem Sacerdote, & sumendus, ne sacrificium mutilum & imperfectum relinquatur: alius verò sanguis consecrandus erit, donec vel ab alio Sacerdote, qui vomitum non timeat, consumatur, vel naturaliter corrumpatur, aut moraliter immutetur: vt diximus num. praecedenti.

D. Thom.

Sed rogas, quid agendum sit, quando Sacerdos non meminit positiuè, & formaliter, se aliquid de forma omisisse, non recordatur tamen se dixisse, & consequenter dubitat negatiuè, an dixerit? Respondet, in eo casu nihil reperendum esse: quia actiones praeteritae facillimè à memoria excedunt, quando non sunt cum actuali reflexione; quia ex hac actuali reflexione nascitur memoria: si autem cum illa obliuione coniunguntur aliqua indicia, & rationes probabiles dubitandi, an aliquid substantiale omisisse fuerit, tunc pro ratione dubitationis agere debet Sacerdos, quamquam D. Thom. 3. p. q. 83. a. 6. ad 5. solum dicat, si certificetur aliquid substantiale omisisse, tunc esse iterandam formam, de quo dubium esse non potest: & verò, qui bona fide, & mediocri diligentia Sacrum facit, etiam si non recorderet se omnia dixisse, non potest habere probabilem rationem dubitandi, quòd ea non dixerit nisi etiam habeat motiuum aliquod sufficiens ad probabiliter iudicandum, se aliquid substantiale omisisse. Si tamen re vera daretur dubium ex vtraque parte sufficiens, tunc iteranda est forma, saltem sub conditione mente reuerentia: quia hoc modo, & tollitur dubium, & periculum iterandi consecrationem deuitatur. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Secunda etiam constat ex his. Illud vnum certum est, si Sacerdoti probabiliter constet, se aliquid omisisse ex iis, quae non sunt de essentia Sacramenti, & sacrificij; sed tantum accidentale; non debere propter hoc iterare sacrificium, immutando ordinem illius, sed debere vltimum procedere, vt optime animaduertit D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad 5. & Sylu. verbo, Euch. 2. n. 13. & idem Soarius allegatus sect. 2. §. Secundo in genere. Et ideo non debet Sacerdos mente turbari, cum formaliter non meminit, se omnia dixisse, quae tam ad essentialiam, quam ad accidentalem perfectionem sacrificij pertinent; sed debet occurrere modo praedicto.

Soar.

D. Thom. Syluest.

5.

Accidere etiam potest, vt post consecrationem calix congeletur: & tunc debet extrinsecus calor applicari, pro vt commodè fieri potest: donec ita liqueat, vt sumi possit: quòd si detur casus in quo

tale remedium caloris applicari non possit, certe in eo casu etiam non intencitur vinum non congelatum, quod sumi, & consecrari possit; & saltem digitis tunc vinum consecratum comminui, & atteri potest, ac in particulam frangi, vt sumatur. Sic docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 2. §. Tertio accidere potest, & Sylu. verbo, Euch. 2. n. 13. §. Quintum, si vinum.

Soarius.

6.

Similiter contingere potest, vt inter sacrificandum hostium incursum timeatur: & tunc quidem, si ante consecrationem timeatur, certum omnino est, non esse consecrandum, etiam si Missa sit inchoata, tum propter reuerentiam Sacramenti & sacrificij, tum propter periculum mortis ex tali hostium incursum vitandum. At verò si iam sit facta consecratio, nulla ratione debet Sacerdos fugere periculum mortis sacrificio essentialiter imperfectè relicto, & Sacramento in manibus hostium; idque maxime, si infideles sint, & illius irreuerentia timeatur; sed tenetur tunc emori, ne fides Sacramenti vilescat: potest tamen licet, si opus fuerit, accelerare summationem Sacramenti, praetermissis intermediis: nam, cum haec sint tantum de iure Ecclesiastico, & sine irreuerentia, & mutilatione sacrificij, praetermitti possunt; non obligant cum tanto rigore: quod tamen intelligitur, per se loquendo, id est, secluso scandalo, vel alia iniuria, aut infamia, Christianae religionis. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Quarta, accidere potest.

Soar.

7.

Quid, si hostia non sit omnino integra, sed ante consecrationem reperitur fracta, aut maculam habens, vel vinum sit aliquantulum acidum; ita tamen, vt certum sit esse verum vinum. Respondet, in huiusmodi casibus, cum accidentales sint & leuiiores; si à principio Missae prauideantur, & vitari non possint, ex defectu alterius vini & hostiae, tolerari posse, & consecrari ac sacrificari potest, modò deformitas hostiae tanta non sit, vt scandalum sit populo, quia fractio, rotunditas, aut quadratura hostiae, & alia huiusmodi non vitiant Sacramentum, nec tollunt substantiam panis. Nec obstat, si tunc panis non sit aliquid vnum, quia intentio Sacerdotis est, totam illam hostiam fractam consecrare, & consequenter omnes eius partes suae vitae sint, siue diuisa; sicut cum plures particulas in vna pyxide consecrat. Et eadem ratione, si huiusmodi defectus prauideantur post primam oblationem, quae incipit. *Sustipe, sancte Pater, hanc immaculatam hostiam*, dissimulandus etiam erit, & Missa proseguenda vsque ad finem, secluso scandalo: ante oblationem verò, & post, illam, si scandalum, vel irreuerentia detur, mutari debet hostia ipsa: vel vinum, si aliud adlit: si verò iam consecratio est facta cum illo defectu, nihil est, quòd suppleatur; sed solum prudenter curandum est, vt defectus tegatur, & sine scandalo res fiat. Sic docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 2. §. Primo igitur. Sylu. verbo, Euch. 2. n. 15. §. Sextum, si hostia, & alij communiter.

Soar.

Syluest.

8.

Ex causa etiam iusta, ac rationabili, potest Sacerdos, si distinctam, ac diuersam formulam non posuit ad communicandum aliquem, & casus occurrat, quo necessarium sit praebere alicui Eucharistiam, v. c. in infirmitate, vel in deuotione magna alicuius communicantis, dare partem suae hostiae, & reliquum sumere. Ita docet Sylu. verbo, Euch. 2. n. 15. & Paludanus in 4. dist. 12. q. 1. art. 5. concl. 2. & D. Thom. quem citat Syluest. in 4. dist. 17. Sà verbo, Eucharistia, n. 15. Et ratio est: quia non tenetur Sacerdos consumere totam quantitatem, quam consecrat, vt patet, quando consecrat suam hostiam, & plures particulas & id ipsum docet etiam Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 85. sect. 2. §. Secundo, in summatione. Quamobrem, vt optime animaduertit Palud, allegatus,

Syluest. Palud.

gatus, olim, cum tertia pars hostiae consecratae, vique ad finem Missae servabatur ad communicandum alios, id quidem fieri videbatur, vt constat ex cap. Informe, de consec. dist. 2. ne aliquis incommunicatus discederet.

9. Notandum omnino est, si ratione defectus essentialis debita materia omnino sit apponenda, & non possit reperiri, & id praevideatur ante consecrationem corporis, omnino desistendum esse a progressionem sacrificij. Pater ex cap. Comperimus, de consec. dist. 2. vbi dicitur, aut integra Sacramenta conficienda esse, aut a consecratione desistendum. Si vero id post debitam consecrationem corporis animadvertatur, existimat, & bene, Sylvester verbo, Euch. 2. num. 15. sine, prosequendum esse sacrificium inchoatum, praetermissis iis verbis, & signis, quae super sanguinem consecratum, & dicitur, & sunt: quia, ex quo hoc divinum sacrificium inchoatum atque inceptum est, minus malum est, quod ex vna parte imperfectum relinquatur, quam ex vtraque, vt saepe iam in praecedentibus dictum manet.

10. Potest etiam accidere, vt hostia consecrata miraculose dispareat, aut quod in ea appareat caro, vel sanguis; ita vt sumi non possit: & idem contingere poterit in sanguine: & in hoc casu, in Missali Romano simpliciter statuitur, quando miraculose disparet, aliam esse consecrandam: vnde videtur idem etiam dicendum, quoties propter miraculum sumi non potest: est enim eadem ratio, vt optime animadvertit Soar. t. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Quinto potest. D. Thom. tamen 3. p. q. 82. 2. 4. ad 3. solum dicit, consulendum esse Sacerdoti in eo casu, vt iterum consecret, & sumat. Sed in primis, quod D. Thom. addit, vtraque simul speciem consecrandam esse; intelligendum plane est, quando in vtraque simul specie miraculum accidit, aut commoda distributione, videlicet, vt alia hostia iterum consecratur, & sumatur, quando in ea solum miraculum patrum fuit, & sanguis similiter consecratur, & sumatur, quando in eo solum miraculum apparuit: deinde, dum asserit, id esse consulendum Sacerdoti, satis ostendit, id quidem esse consilium, non praecipium: & ideo aliter sentire videtur de hoc casu, qui supernaturaliter accidit, atque de aliis, qui naturaliter contingunt: quia ea, quae miraculose fiunt, cum extra leges humanas sint, legibus carent, & illis non subiiciuntur. At vero regula Missalis eodem modo procedit, & loquitur de casu miraculoso, & de casu humano: quia, licet per miraculum tollatur obligatio consumendi hostiam in speciem carnis mutata; tamen non tollitur obligatio facienda id, quod commode fieri potest ad implendum praecipium, non obstante miraculo: potest autem commode, & facile alia hostia consecrari, & sumi ad perficiendum sacrificium: cur ergo tollitur haec obligatio propter miraculum? Et certe si non datur praecipium perficiendi Sacramentum, ac sacrificium hoc modo, in hoc casu; neque etiam dabitur in aliis casibus humano modo contingentibus, vt consideranti patebit. Et ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Quinto potest. De his autem apparitionibus vide caput vltimum, de praecipio Eucharistiae.

11. Contingere denique potest, vt sanguis Christi omnino effundatur, & ideo a Sacerdote sumi non possit: idemque erit, si hostia ventrum vi rapiatur, & amplius non appareat; aut, si a mure, vel alio animalculo comedatur. Et quidem tunc, si post effusionem aliquid remansit in calice, quod sumi possit, etiam si minima illius pars, id sufficit ad perfectionem sacrificij, neque oportebit aliquid iterari: enim vero sub qualibet minima parte specierum est totus Christus. Et idem dicendum est in eo casu, quo hostia consecrata a mure corroditur; nam, si aliquid

ipsum hostiae adhuc remansit, quod ab ipso Sacerdote sumi possit, id etiam sufficit ob eadem rationem: si vero totum Sacramentum sanguinis effundatur: aut tota hostia vel vento, vel rapu animalis dispareat, iteranda erit necessario consecratio, iuxta ea quae diximus num. praec. vt docet Soar. dicto tom. 3. 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Sexto evenire. De ipso vero animalis, si capi potest, additur in Missali Romano occidendum esse, & comburendum, & cineres illius in piscinam esse proiciendos: & ita sine dubio erit faciendum: quia hic modus est decetior, ac facilio: nam, quod nonnulli Summi inter cum Palud. in 4. dist. 9. q. 1. sine, asserunt, praedictum animal capiendum esse, aperiendum, & ex ventre illius extrahendum Sacramentum, inutile omnino est; & ideo fuit ab ipso Missali Romano praetermissum: quomodo enim Sacramentum poterit discerni, aut extrahi, & qua decetia tunc haberi potest? imo erit id summa indecentia, vt notat Soarius allegatus.

12. Quid autem agendum sit, quando sanguis effunditur, id satis statuitur a Pio Papa in cap. Si per negligentiam, de consec. dist. 2. & a D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad 7. & breuiter sic explicandum est: aut enim effusio sit vsque ad terram, aut vsque ad altare: si est vsque ad terram, aut sanguis cadit in tabulam, aut immediate in terram: si cadit super tabulam, ipsa radetur, aut lingua lambetur, & postea radetur, vt docet Pius Papa in praedicto capite. Id est est dicendum, si cadat super tapetum, vel aliam rem similem, quae terram cooperiat, cum eadem sit ratio. Et addit Missale Romanum, radendam esse eam partem tapetis, in quam cadit sanguis, & comburendam, & cineres illius in sacrarium, seu piscinam esse immittendos: (idem enim est hoc loco sacrarium, atque piscina.) Quando autem immediate cadit in terram, non praecipitur in praedicto cap. Si per negligentiam, lambi, & ideo non est necesse id fieri: solum ergo curandum erit, ne locus ille pedibus conculcetur, priusquam bene corradatur, & rasurae terrae in praedictam piscinam sunt condendae: in Missali vero Pij V. dicitur, huiusmodi rasuras condendas esse supra altare: sed per altare intelligunt communiter Doctores sacram piscinam: vt optime animadvertit Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Sexto evenire potest. Quando vero sanguis cadit super altare, aut attingit tantum vnum linteum illius, aut plura; & tunc, ait Summus Pontifex, linteamina illa, quae tacta fuerint ab stilla sanguinis, Sacerdos abluat, vase apposito, in quo aqua ablutionis sumatur, & in piscinam immittatur; quae ibi altare a Summo Pontifice appellatur. Et in Missali Romano additur, linteamina post ablutionem esse abscindenda, & partem intrinsecam comburendam, & cineres in sacrario, hoc est, in piscina, reponendos: sufficit tamen, quod bene per ministrum, seu Sacerdotem abluatur: nullus enim immediate potest attingere Christi sanguinem, nisi proprius illius minister, seu Sacerdos. Si vero stilla sanguinis penetravit vsque ad altare, tunc lambere debet Sacerdos ipsam stillam, aut purificare, vt poruerit, & si ipsum altare fuerit petrae, nullo modo est radendum, sed bene abluendum: si non fuerit petrae, tunc ea pars altaris est radenda, sicut dictum manet, quando sanguis immediate cadit in terram: debet enim locus bene ablu, radi, & ablutio, atque rasura in sacrarium, hoc est, in piscinam sunt coniciendae: notat vero, & bene, Palud. in 4. dist. 9. q. 1. sine, & dist. 11. q. 1. art. 1. sine, posse in eo casu lambi sanguinem, etiam a Sacerdote non ieiuno, propter reuerentiam Sacramenti, in defectum Sacerdotis ieiuni: secus tamen ait de particula corporis, quia potest seruari in alium diem, vt sumatur a Sacerdote ieiuno, quod non inficior.

Palud.

12.

D. Thom.

13. Si particula, dum Sacerdos populum communicat in terram cadat, vel in eam immediate cadit, vel mediatis si immediate, reuerenter erigenda est ab ipso Sacerdote, & in defectu illius a Diacono, & in defectu illorum a quocunque fidei, (decentius enim est, vt in eo casu a quocunque fidei reuerenter tangatur, quam vt irreuerenter in humo iaceat exposita alieno infortunio,) in sacrario conseruanda erit, vel in loco decenti, si sacrarium deest, quoad usque vel ab alio Sacerdote, vel a quocunque fidei, dum communicat, sumatur, & terra radenda est, & illius rasura in piscinam conicienda sunt. Si mediante aliquo tapete, vel tabulato, aut matta ceciderit, erigenda est ab ipso Sacerdote, vel Diacono in defectu illius, vel a quocunque fidei in horum defectu, & locus notandus signo aliquo, vel sudario, aut re aliqua operiendus, ne pedibus teratur, quoad usque bis, aut ter optime lauetur, & prematur, si matta fuerit, aut tapes; & illa aqua in vase mundo recipienda est, vt in piscinam coniciatur: & haec est communis praxis in Monasteriis Religiosorum, vbi decentius, ac diligentius res diuinae tractantur, & non est opus, vt tapes, aut matta scindatur, vt olim fiebat, & comburatur, vt cineres in piscinam coniciantur.

14. D. Thom. Poena autem, quae in praedicto cap. Si per negligentiam, de consec. dist. 2. apponuntur, & quae explicantur a D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad 7. iam non sunt in vsu: & ideo in Missali Romano omittuntur: sunt ergo modo omnes poenae arbitrarie, & ideo arbitrio Iudicis imponendae sunt iis Sacerdotibus, quorum negligentia sanguis effunditur, vel in terram, vel in altare: & sic donec aliqua poena imponatur, nullam Sacerdos subire teneat, quantum in hoc peccauerit, vt optime animadvertit Soar. t. 3. in 3. p. disp. 85. sect. 1. §. Sexto evenire potest, ad finem. Vide hac de re Palud. supra allegatum; Sorum in 4. dist. 13. q. 2. art. 6. ad 7. Syl. verbo, Euch. 2. quaest. 9. & verbo, Confess. 4. q. 2. & Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 89. vbi dicit, non esse pretiosa corporalia concremanda, aut velum sericum, super quae sanguis effunditur; sed ter lauanda, & aquam ablutionis iuxta altare condendam esse, hoc est in piscinam coniciendam.

15. Et iuxta haec intelliges, quid agendum sit, quando Eucharistia euomitur, putrescit, vel ex ea vermes generantur: regula enim generalis in his casibus est, si species sacramentales integre, vel in aliqua particula haberi possunt, reuerenter seruandas esse, vel consumendas; quia sub eis manet Christus: ea vero, quae tales species contigerunt, vel comburenda sunt, & in cineres redigenda, vel ter abluenda, & aqua ablutionis, vel cineres in piscinam sunt coniciendi.

16. Si vero Episcopus, dum in pontificalibus celebrat, defecit post consecratam hostiam, nec adest alter Episcopus, qui sacrificium ipsum perficere potest, nec eiam inueniri potest, in eo casu alter Sacerdos Missam illam absoluerit: pontificalia enim non pertinent ad essentiam sacrificij, sed tantum ad extrinsecam solennitatem illius: atque ita de hoc casu idem dicendum est, atque de casu, in quo defecit Sacerdos, de quo iam egimus: & ita docet Henriq. lib. 9. de Missa, c. 40. n. 2. Glossa in cap. Nihil. 7. q. 1. Moiol de irregularitate, lib. 3. c. 15. & lib. 4. c. 30. Nau. in Enchirid. de oratione, notabili 16. & 56.

Henriq.

Glossa.

Maiolus.

Nauar.

17. Ad finem solum animaduerto, deficiente Sacerdote, inchoata iam Missa, substantialiter, aut quasi substantialiter, nunquam esse licitum laico, nec etiam Diacono, aut Subdiacono, quantumvis pio & docto, perficere sacrificium: nam morem illum, ac consuetudinem, qua olim legitur quibusdam in locis Diaconum sacrificasse, & obtulisse panem, & calicem, vt colligitur ex antiquissimo Conc. Ancyr. c. 2. abrogauit Ecclesia, quia erat contra eius introductum, vt patet ex Conc. Arel. l. c. 25. Nic. c. 14. Carth. V. l. c. 9. & docet D. Epiph. t. 2. haeresi 79. & Canif. lib. 5. D. Epiph. Maril. c. 10. vbi citat alios: solus enim Sacerdos, qui Canif. habet potestatem consecrandi, accipit in sua ordinatione potestatem offerendi sacrificium, & ideo, non reperiuntur Sacerdotes, qui possint inchoatum sacrificium perficere, seruanda sunt species consecratae in alterum diem, vt venienti Sacerdoti indicetur locus, vbi alter dimisit, si id constet, vt inde incipiat, & prosequatur, iuxta dicta capite praecedenti. Si nullus Sacerdos speretur per dies aliquod euenturus, possit fortassis Diaconus, relictam speciem sumere propriis manibus, & ieiunus illam consumere ad vitandum periculum irreuerentiae, & corruptionis: nam in necessitate Diaconus ministrat Eucharistiam, & olim ministrabat poculum sanguinis. Ita docet Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 40. n. 2. sine, & D. Thom. quidam recentiores, & D. Thom. 3. p. q. 82. art. 3. Henriq. & alij.

CAPVT XXI.

De iis, quae requiruntur ad sacrificium Missae: de ministro Sacerdotis: de orationibus illius, dum induitur: de calice, Missali, patenis, corporalibus, purificatoriis, pallis & cruce altaris: & an possit Sacerdos cooperio capite sacrificare.

SVMMARIVM.

- Olim non nisi duobus ministris praesentibus Sacerdos celebrare poterat, hodie. num. 1.
- Minister debet esse vir. num. 2.
- An possit esse femina. ibid.
- An Summus Pontifex concedat privilegium, vt Moniales per fenestellam Sacerdoti ministrent. num. 3.
- An Sacerdos solus Missam facere possit. num. 4.
- Resertur prima opinio negans. ibid.
- Astruunt, & praeposuit affirmans: sed ex graui causa. num. 5.
- Quae causa sint graues. num. 6.
- An Sacerdos, dum sacrificat, teneatur ordinarium, & regulas Missalis obseruare. num. 7. & 8.
- An Sacerdos, dum se ve sibus sacris induit, teneatur praecis consuetas recitare sub mortali. num. 9.
- Quid de hymno, qui dicitur post Missam. ibid.
- Calix, & patena debent esse consecrata. num. 10.
- Ex qua materia debeant constare. ibid. numero. 10. & 11.
- Communis materia est hodie argentum. num. 12.
- Qui calicem Ecclesia testamento relinquit, intelligitur de argento. ibid.
- Calix, in quo Christus consecravit, ex qua materia. num. 13.
- Consecratio calicum ad solos Episcopos pertinet. num. 14.
- Potest Papa illam committere simplici Sacerdoti, & de facto iam commisit solis Religiosis Societatis Iesv pro remotissimis India partibus. ibid.
- An calix, & patena ex eo solum consecrata maneat, quod in illis absque consecratione celebretur. num. 15.





Couar.

Couar. lib. 4. var. cap. 1. 2. & pater etiam ex praedicto cap. 1. de consecrat. dist. 1. & ex cap. Calix, ibid. licet olim Sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus uterentur, ob quod Bonifacius Papa & Martyr in praedicto cap. 1. ait: Olim aurei Sacerdotes ligneis calicibus utebantur, modo Sacerdotes lignei aureis utuntur, & licet Zepherinus Papa XIV. post D. Petrum patenis vitreis Missam celebrare constituerit, & postea Urbanus Papa omnia fecerit argentea: postea tamen statutum est, ut materia calicis, & patenae, ex auro omnino, argento, aut stanno constaret, non ex alia, propter periculum fragilitatis, ruginis, aut effusionis, ut docent Sylu. Couar. & D. Thom. citati.

12.

Communior tamen, & visitior hodie materia calicis, est argentum. Quare ille, qui alicui Ecclesiae testamento suo legat calicem, intelligendus esset calix de argento, utpote de consecrata & visitata materia, nisi aliter testamento exprimeretur. Ita Bart. in l. Titius, ff. de auro, & argento legato. Abbas in cap. Ex parte, de censuris. Romanus simul, § 21.

Bartol.

13.

Calix, in quo Christus Dominus celebravit, qui nunc Valentiae Aragoniae magna veneratione ostenditur, & asseruatur, non aureus, aut argenteus, sed pretiosissimo lapide Agatha, aut Smeralda est efformatus: & forte lapis esset aptior materia ad efformandos, effingendosque calices, ut expressius Christi sepulchrum representaretur, nisi periculum esset, ut vel effringantur, vel species consecratae in eis imbibantur, & foras erumpent per poros, ut animaduertit etiam Henric. lib. 9. de Missa, c. 28. num. 2. & idem licet D. Hieronymus Epistola 4. ad Rusticum, laudes, effertque vehementer sanctissimum Episcopum Exuperium, de insigni, & admirabili paupertate, quod Sanguinem Domini olim portaret in vitro, & Corpus Christi in ymnico canistro; tamen hodie id iam non licet, ut ex dictis patet.

Henric. D. Hieron.

14.

Calix, & patena debent esse consecrata. Notandum autem, consecrationem calicis, & patenae, propter vntionem Chrismatis, quo inunguntur, ad solos Episcopos de iure spectare: nam, licet Glossa in Clementina, Attendentes, de statu Religiosorum, dicat hoc etiam spectare ad Abbates, qui baculo pastoralis vntuntur: tamen Syluester verbo, Calix, num. 2. & Geminianus in c. Abbas, de privilegiis, in 6. melius asserunt hoc de iure non pertinere ad praedictos Abbates propter vntionem Chrismatis, qua inunguntur calices, & patenae, dum consecrantur, cap. unico, de sacra vntione. Potest tamen hanc consecrationem calicis, & patenae Summus Pontifex simpliciter Sacerdoti committere ex causa. Adhuc tamen, quod sciam, nunquam Papa illam commisit praedictis Sacerdotibus simplicibus, nisi soli; tantum (& non aliis Religiosis) e Societate Iesv, pro remotissimis infidelium partibus Indiae vtriusque, vel in aliis locis, ubi Episcopi Catholici non sunt: unde possunt praedicti Patres consecrare calices, aras, patenas, pro ut in Bulla Pauli IV. anno 1549. concessa continetur, deficientibus Episcopis in praedictis locis remotissimis. Et verò, quod Summus Pontifex hanc consecrationem simplicibus Sacerdotibus possit committere, docet etiam Henric. lib. 9. de Missa, cap. 28. §. 1. Syluester verbo, Consecratio, §. 8. Fumus ibi §. 9. Tabiena §. 5. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 5. §. Tertio additur, & alij passim.

Syluest. Geminian. Abbas.

Henric. Syluest. Fumus. Tabiena. Soar.

15.

An autem calix, & patena nondum consecrata, ex eo solum consecrata maneant, si cum eis bona fide ante consecrationem celebretur, est dubium, (& eadem quaestio esse potest de alijs vestimentis sacris: & certe responderet affirmatiue Castro lib. 2. de lege poenali, capite ultimo, ubi dicit, Ecclesiam

Castro.

pollutam non egere reconciliatone, si in ea bona hinc celebretur. Dicendum tamen est, meo iudicio, nec Ecclesiam pollutam reconciliatam manere, nec calicem, aut patenam, consecrata, nec corporalia benedicta, & idem de alijs vestibus sacris, si ea sine forma benedictionis super ipsi prolata, ministeriis sacris inferuiant. Et ratio est: quia huiusmodi consecratio, benedictio, aut reconciliatio pendet ex certa verborum forma ab Ecclesia ad id instituta, quae dum non profertur super ipsas res, non censentur habere effectum consecrationis, aut benedictionis: per hanc enim formam ab Ecclesia tanquam sacra deputantur, & non per aliud ministerium: & ita responsum fuit à Patribus grauiissimis nostrae Societatis Iesv.

16.

Non licet etiam in calice, aut patena, quae notabiliter sunt fracta, celebrare: tollitur enim, ac perditur consecratio per notabilem fracturam: tunc autem dicitur patena notabiliter fracta, quando hostiam capere non poterit; & calix etiam, quando in eo commodè Sanguis Christi non possit consecrari. Ita docent Bellarm. lib. 2. Missae, cap. 14. D. Thom. 3. p. q. 83. artic. 3. ad 6. D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. & alij.

Bellarm. D. Thom. D. Anton.

Animaduertendum est tamen, calicis tornatilis cuppam, si per se stare potest, tanquam rem separatam, consecrationem recipere, & conseruare, separato pede, quando cuppa propter opus tornatile à quolibet homine & separari, & adungi potest, & accommodari: quia tunc pes aliquando ex materia diuersa à cuppa fit, quasi non sit pars ipsius calicis. Ita docet expressè Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 28. num. 2. sine, Armilla verbo, Calix, §. 2. & consulti Theologi ac Iurisperiti Salmanticenses ita responderunt: nam, idem tunc calix sit tornatilis, ut separatus à pede melius detergaratur, ac mundetur, cum opus fuerit: & est praxis communis apud quosdam regulares. Limitat tamen Syluester verbo, Calix, in fine, quando scyphus fuit separatim consecratus à pede; sed ea limitatio parum conuincit. Alij dicunt, per separationem pedis amittere calices consecrationem; sed intelligendi sunt, modo pes sit ita scypho continuus, ut absque fractione separari non possit, nisi à perito artifice, ut notauit Henriquez lib. 9. de Missa, loco allegato: & ita intelligendi sunt Paludanus in 4. dist. c. 13. quae. 2. art. 5. D. Anton. 3. p. tit. 13. §. 5. ad medium, & ipse Syluester verbo, Calix, §. 2. & Tabiena ibidem, sine.

Henric. Armilla.

Henric. Palud. D. Anton. Syluest. Tabiena.

18.

Qui sacros calices, vel corporalia facta, aut vestes alias vertit in profanos vsus, horrendum committit sacrilegium, & vindictam vltionis diuinae expectet, ut Balthasar Rex inexpectato accepit; quae de videndus est Origenes hom. 10. in Leuiticum; D. Greg. Papa hom. 1. in Euangelia; D. Chryf. hom. 14. ad Ephesios, c. Semel Deo, de regulis iuris, in 6. & D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. Concilium Bracharense III. c. 2. & idem corporalia, & vela attrita, ne ad profanos vsus accommodentur, iubentur in iure comburi, c. Ad haec, de religiosis domibus, c. Altaris, de consecr. dist. 1. Summisque verbo, Consecratio, & verbo, Corporale.

Origenes. D. Gregor. Papa. D. Chryf. D. Thom. Cög. Brac.

19.

Vendi etiam calix non potest, nec dari pignori, si consecratus sit, & sacrilegium est, si post consecrationem vendatur, furitur, oppignoretur: excipie, nisi contractus sit, & formam calicis amittat; tunc enim consequenter etiam amittit consecrationem. Excipie etiam, nisi in urgente necessitate vendatur, & ad seruitium alterius Ecclesiae; non enim sufficit sola vrgens necessitas, nisi etiam vendatur ad vsus sacros, & Ecclesiae: quare, si in necessitate vendantur calices, nisi vendantur ad vsus sacros, & seruitium, ac ministerium Ecclesiae, & altaris, debent

Henric.

debet prius ita infringi, ut formam, & consecrationem amittant. Idem de patenis. Ita docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 28. n. 3. littera N. Idem etiam dicendum est de vestibus sacris: quare, si adhuc vestes sacrae sint integrae, & formam vestium sacrarum retineant, absque sacrilegio vendi non possunt nisi in urgente necessitate, & ad vsus sacros, & seruitium alterius Ecclesiae, aut capellae vendantur; contracta verò, & attrita, cum iam formam vestium sacrarum, & consecrationem amittunt, vendi possunt absque sacrilegio: quia, quae semel Deo dicata sunt, si in perpetuum dicata sunt, ad vsus profanos iterum redire non possunt; & vetustate consumpta comburenda sunt, & cineres in piscinam condendi, c. Quae semel Deo, de regulis iuris, in 6. Sylu. verbo, Benedictio, num. 7.

Syluest.

20.

Si tamen vasa, aut vestimenta sacra, & Deo benedictione consecrata, integra absque necessitate vendantur, vel oppignoretur, etiam ad vsus sacros, & seruitium alterius Ecclesiae, non quatenus sacra sunt, sed ratione materiae, qua constant; sacrilegium est, sed non simonia: est sacrilegium propter irrecurrentiam, quae fit rebus sacris, dum sine necessitate venales sunt, non est simonia, quia non venduntur, quae sacra sunt, pro pretio temporali: sed venduntur, quae constant ex tali materia, & ita venditur materia temporalis pro pretio temporali. Ita docet Soar. lib. 9. de iust. quae. 7. art. 1. conclus. 2. §. Ad quaestionem. Sylu. verbo, Exemptio, num. 5. Molina Theolog. tom. 2. de iust. disp. 340. §. Res item sacra, & Nau. cap. 17. num. 205. Couar. lib. 2. var. c. 16. num. 8. & habetur l. Sancimus, C. De sacrosanctis Ecclesiis.

Soar. Syluest. Molina. Nauar. Couar.

21.

Haec de iure communi: de iure verò Lusitano, argentum, aurum, ornamenta Ecclesiarum, aut Monasteriorum, etiam si contracta, & attrita sint, & antiquam formam non retineant, neque vendi ab Ecclesiis, neque à secularibus validè emi possunt, etiam si id iure communi sit permillum, nisi de licentia Regis: alioqui emptores ipsi, & accipientes in pignus, coguntur restituere ea gratis suis Ecclesiis, & insuper soluant in penam valorem illorum nouies, partim accusantibus, partim in captiuorum redemptionem: alii verò Ecclesiis vendi possunt ad illarum vsus: at personis secularibus ad vsus profanos nequaquam id fieri potest. Ita habetur, & disponitur in nouis Ordinatis, lib. 2. tit. 24.

22.

De patena idem dicendum est, quod de calice: constare enim debet ex eadem materia, qua constant calices: unde potest calix esse ex vna materia, & patena ex alia, modo tamen vtraque res constet debita materia: v. c. potest calix esse aureus, & patena argentea: potest etiam calix esse argenteus, & patena aurea, vel stannea; & vice versa. Debet etiam patena esse integra, ut retineat formam patenae, & non notabiliter fracta: tunc autem notabiliter fracta erit, si hostiam capere non possit, ut dixi. Debet denique esse consecrata eodem modo, & oleo Chismatis, quo calices consecrantur. An autem patenae, & calices tangi possint à secularibus, dicemus infra n. 26. cum de corporalibus, & purificatorijs, seu sanguineis egerimus.

23.

De Missali sic statuo, requiri omnino librum Missalis ad sacrificandum, qui saltem contineat ea, quae in Missa dicenda sunt; & saltem etiam integrum Canonem Missae; & peccatum mortale esse sine Missali celebrare, quantumuis Sacerdos Missam teneat memoriter: neque enim ita in re tam graui memoriae fidendum est, ut periculo obliuionis exponatur Sacerdos in re admodum graui. Quare communis opinio docet, peccare lethaliter Sacerdotes, qui sine Missali audent sacrificium facere, & quia contra communem consuetudinem P. Steph. Fagundes, in quinque prac. Eccl.

facient, & quia exponerent se periculo errandi. Ita docet Azor. tom. 1. Inst. moral. lib. 10. c. 29. q. 5. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 26. n. 4. D. Anton. 3. Henr. p. tit. 13. cap. 6. §. 6. Angelus verbo, Missa, n. 37. D. Anton. Sylu. verbo, Missa, 1. quae. 2. Tabiena verbo, Missa, Angelus. num. 1. r. Nauar. in Manuali Lar. c. 25. n. 84. Soar. in Syluest. 4. dist. 13. q. 2. art. 4. Et quauis Doctores huiusmodi nullum afferant textum, aut canonem, in quo speciale praecipuum de sacrificando cum Missali continetur; sed solum in communi vsu Ecclesiae, & in defectu memoriae suam stabiliant sententiam: tamen illa est vera & communis, & eam etiam docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 6. §. Quarto re-Soar. quiritur. Sed contra ita oppones. Consuetudo Ecclesiae introduxit vsum Missalis ob defectum memoriae, ergo, si Sacerdos firmiter teneat memoria Missam, & Canonem, & certus moraliter sit ea de re; non peccabit mortaliter absque Missali celebrando, si illo careat, & nullum sequatur scandalum. Confirmatur: quia praedicti Auctores omnes asserunt, sufficere illud Missale, quod saltem Canonem contineat; quia reliquum potest supplere memoria: ergo, si reliqua pars Missae potest suppleri memoria, cur non etiam eam partem, quae Canonem continet, memoria supplebit? Respondeo, quantum Ecclesia coepit introducere vsum Missalis, ob defectum memoriae, non decere tamen sine illo celebrare: quia praesente Missali minus est periculi, facile enim tunc, si quid erroris, aut perturbacionis contigerit, suppleri potest; difficile verò sine Missali. Ad confirmationem dico, reliquas partes Missae non esse ita necessarias ad sacrificium Missae, sicut est illius Canon, & idem magis requiritur, ut Missale Canonem contineat, quam reliquum Missae: quia Canon continet partes quasi essentiales. Nec refert, quod memoriter dici possit ipse Canon praesente Missali, ut inde inferatur, eo etiam absente dici posse absque peccato: nam, ut iam diximus, minus est periculi praesente Missali, quam illo absente: si enim illo praesente error aliquis, vel perturbacio acciderit, facile emendari poterit, qui non ita emendari poterit illo absente.

24.

Calices inaurati, licet paulatim, propter vsum, deaurationem amittant, non perdunt tamen consecrationem; cum enim aurum, tam subtiliter, tenuiterque deducatur, apponaturque, non videtur ipsa consecratio ita adherere tenuissima auri superficie, quin etiam materia ipsorum calicum adherat: secus de pariete Ecclesiae consecratae, quando totus paries, aut maior illius pars de crustatur; perditur enim per huiusmodi de crustationem ipsa consecratio, & sic noua consecratione opus est: cum enim illa incrustatio satis corpulenta sit, inde est, quod illi tota adherat consecratio, & quod amissa incrustatione, temporis diuturnitate, amittatur etiam consecratio illi adherens, iuxta glossam in cap. Ecclesia, de consecr. dist. 1. Calix tamen consecratus, si de nouo deauretur, cum totus nouo auro superinduat, noua etiam eget consecratione: per nouam enim deaurationem, totam perdit consecrationem; & idem necessariò de nouo est consecrandus. Ita Doctores communiter, & consuetudo ita habet. Sic docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 28. n. 2. Tabiena verbo, Calix, sine, Sylu. verbo, Calix, §. 2. & sic explicandus est Paludanus in 4. dist. c. 13. quae. 2. dum asserit, per de consecrationem calicis, cum tota tollitur deauratio: tollit enim illa antiqua per nouam deaurationem aduenientem.

25.

Corporalia debent esse alba, lineae, & benedicta, & non possunt esse serica; & peccatum est lethale, celebrare sine corporali benedicto. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 6. §. Tertio requiritur, Soar. qui

quia Christus Dominus in sindone linea & munda sepultus fuit, cap. *Consulid. c. Nemo*, de consecr. dist. 1. vide caput sequens n. 1. ubi hac de re latius tractabitur.

26. Prohibentur Moniales corporalia, & purificatoria, (Lustanè, Sanguineos,) & calices, & patenas rangere immediatè: at non mediante velo, aut panno aliquo, vel instrumento alio: post primam tamen illorum ablutioem, quæ non nisi à Sacerdote, vel Diacono fieri potest, licitum est Monialibus, tum ob consuetudinem, tum etiam ex Episcoporum licentia, iterum corporalia, & purificatoria lauare ob maiorem munditiam illorum. Patet ex c. *Nemo*, 2. de consecr. dist. 1. & ex cap. *Sacratas*, 2; distinct. docet Henriquez lib. 9. de Missa, c. 28. n. 3. littera R., & Tabiena verbo, *Corporale*, & Sylu. verbo, *Femina*, num. 4. & verbo, *Corporale*, num. 1. ubi quærit, quomodo corporalia sint lauanda; & dicit, debere Diaconos habere novam peluim ad lauanda corporalia, & purificatoria, quibus lotis debent proficere aquam in sacrum, id est, piscinam: quam quidem primam ablutioem nullæ feminae, nec etiam Moniales sacra facere possunt, ob rationem contentam in prædicto cap. *Nemo*, 2. de consecr. dist. 1. *Nec, scilicet, vel pulchres corporis Christi malè tractentur, & à profanis contingantur*. Et eadem est ratio iuxta Syluestrum de purificatoriis, ne, scilicet, stillæ sanguinis, quæ ibi imbuntur, & reliquiæ corporis, quæ ratione humectationis illis adiunguntur, irreuerenter tractentur, & à profanis contingantur: secus est, si prima vice iam sint lota, quia tunc possunt per Moniales, & per quascunque alias feminas lauari. Sic etiam docet idem Henriq. allegatus, & Bellarm. lib. 4. de Eucharist. c. 16. fine.

Henriq. Tabiena. Syluest.

27. Regularis Aedituus, seu Sacrificia, etiam laicus, ex privilegio tangere potest immediatè calices, & patenas, & lauare prima vice, ac contrahere corporalia, & purificatoria, vt docet idem Henriq. lib. 9. de Missa, c. 28. n. 3. littera R.: & patet ex compendio Mendicantium, verb. *Corporale*, §. 1. & verbo, *Laici fratres*, §. 1. & ex concessione Xisti IV. adiuncto privilegio Calixti III. vt videre est in supplemento privilegiorum, fol. 97. concessione 343. monument. fol. 65.

Henriq.

28. Sæculares homines, ac feminae corporalia, & purificatoria tangere non possunt; nec etiam calices, & patenas; etiam quando calix non continet sanguinem: non est tamen peccatum mortale illa tangere citra irreuerentiam, & contemptum, etiam sine causa. Ita docet Henriquez lib. 9. de Missa, c. 28. n. 3. ad finem, in margine, littera Y: & Sotus in 4. dist. 1. 3. q. 2. art. 3. ad 3. Azor. tom. 1. Inst. moral. lib. 9. c. 6. q. 3. Sancius, 1. Decalogi, lib. 2. cap. 47. n. 27. Sotus enim, Sancius, & Azor dicunt, aut nullam esse culpam, aut saltem venialem tantum, si feminae, & sæculares homines, absque irreuerentia, & contemptu, religiosè corporalia, purificatoria, sacros calices, patenas, & Agnos sacros tractent; quauis calices, patenæ, & Agni sacros Chrismate in consecratione perungantur: quia canones id prohibentes solum de consilio loquuntur, non de præcepto. Quando verò Doctores asserunt, illicitum esse, sacros calices, purificatoria, corporalia, & patenas tangere, intelligendū sunt eum contemptu, & de tactu immediato, non de eo, qui fit mediante aliquo velo serico, aut instrumento, vt optimè animaduertit Sancius, & Sotus allegati.

Henriq. Sotus. Azor. Sanchez.

29. Solent etiam multi Episcopi privilegium Aedituis sæcularibus concedere, tangendi sacros calices, tergendī, lauandī, atque tractandi corporalia, & purificatoria, vt testatur idem Henriq. dicto lib. 9. de

Henriq.

Missa, c. 28. n. 3. ad finem, littera Y, ad marginem: quod optimè faciunt ad conferendam maiorem reuerentiam in res sacras, & procurandam munditiam ministeriis sacris, ac rebus Ecclesiasticis decentem, ac conuenientem.

De consanguineis, seu purificatoriis sic decerno, Debent esse alba, linea, & non possunt esse serica, neque ex alia mereria, quàm ex lino: & peccatum est mortiferum, celebrare cum consanguineis sericis, vel non lineis. An tangi & lauari possint, & à quibus personis, diximus à num. 26. & deinceps. Non opus est, vt benedicta sint; sicut opus est, vt sint corporalia: quia non tangunt sanguinem Christi immediatè, sicut immediatè attingunt corporalia corpus Christi, id est, mediante purificatoria ablutioe calicis.

De palla sic statuo, eam debere esse benedictam, & ex lino, saltem quoad interiorē partem, quæ calicem tangit: exterior enim pars, vel serica esse potest, vel auto elaborata: olim autem palla non erat in vsu; sed vnicum tantum erat corporale oblongum, super quod corpus Domini, & calix consecratus ponebatur; & residua parte ipsius corporalis idem calix, & corpus Domini cooperiebantur; & hoc tantummodo est de substantia ac rigore præcepti, & ubi fuerit in vsu, obseruari debet, & sic sine palla celebrari poterit, ubi in vsu fuerit. Postea verò vsus obtinuit, vt in duas partes ipsum corporale diuideretur; alteram maiorem, quæ super altare stemitur, & petram aræ cooperit, & hæc nomen corporalis retinet, & de ea intelligenda sunt, quæ de corporali dicimus; alteram minorem, quæ calicem tegit, & nomen corporalis mutauit in pallam: sic enim vulgò Lustanè, cooperimentum calicis, appellamus, de qua Sotus in 4. dist. 1. 3. q. 2. art. 3. dicit non esse de essentia, aut de necessitate præcepti; nec multum esse curandum, quòd sit serica, vel aurea. Dicendum tamen est, quauis, absolūtè loquendo, non sit necessaria; supposito tamen, quòd corporale non sufficiat ad cooperiendum calicem, eodem præcepto esse necessariam, quo necessaria sunt corporalia; quia id, quod pallæ efficiunt, pertinet ad necessarium manus corporalium. Ex quo fit, vt talis palla ad huiusmodi munus assumpta, necessariò debeat esse benedicta, sicut corporalia, quia est veluti quædam illorum pars: & ita ex communi consensu Ecclesiae semper benedicitur, & debet etiam esse linea instar corporalia, quia ex nulla alia materia esse possunt corporalia. Et ita docet, ac probat Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 6. §. Tandem Innocent. circa hoc præceptum, & Innocentius lib. 2. de myst. Missæ, cap. 56. ubi ait, duplicem esse pallam, quæ dicitur corporale: vnā quidem, quā Diaconus super altare totam extendit, id est, super aram sacram: alteram, quā super calicem imponit. Vnde constat, ex suo genere peccatum esse mortale sine palla celebrare, vel saltem sine corporali, tam longo, quod loco pallæ, & in defectu illius, possit etiam cooperire calicem.

30.

31.

Sotus.

Henriq. Angel. Sylu. Fumus. Tabiena. Nauar. Zerola.

Circa crucem: affirmant nonnulli Auctores requiri crucem in altari, vt Missæ sacrificium celebrari possit, & peccatum esse mortale in eo altari sacrificare, in quo crux aliqua non est, saltem detecta ipsamet altaris tabella. Resoluit tamen Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 6. §. Quinidè addere pissimus, & Reginal. lib. 29. c. 9. n. 197. non esse peccatum mortale. Missā sine cruce in altari posita celebrare, quauis non sit in tabella ipsius altaris depicta: quia nullibi in iure, aut consuetudine constat de hoc præcepto, & nō est necesse multiplicare præcepta, & obligationes inducere, quando de illis non satis constat; & quia res non videtur admōdum grauis, secluso contemptu: quare non videtur magis obligare,

32.

Soar.

Reginald.

obligare, quàm aliæ ceteroniam Missalis: & idè non refert, quòd in Regulis Missalis, & ceteroniam eius in Missa dicenda, vel supponatur vel præcipiatur cruce apponi in altari. Nec refert etiam, quòd multi Sacerdotes timorati, & sui muneris studiosi, communiter Missam celebrare non audeant sine cruce in altari; quia, vt sæpè dixi, regulæ Missalis in particulari non obligant, nisi illæ, quæ continent essentiam, aut quasi essentiam sacrificij; reliquæ enim non sunt præcepta, sed instructiones quædam, & ita consilium continent, & bonam doctrinam, non præcepta. Quamobrem indicant Soarius, & Reginaldus, solum esse peccatum veniale sine cruce celebrare. Vnde, cum quælibet causa excuset à peccato veniali, nunquam venialiter peccabit Sacerdos absque illa sacrificando; cum sola ipsa Missæ celebratio, causa sufficiens sit ad excusandum ab hoc peccato veniali, ne, scilicet, tanto sacrificio, & tanta illius vtilitate, Ecclesia priuetur.

33.

Licet quidam existiment, excommunicari eos Sacerdotes in iure, qui temerè audent sacrificare cooperto capite, vel cum baculo ad altare accedunt, quia in c. *Nullus Episcopus*, de consecr. dist. 1. dicitur, *communione priuetur*, hoc est, excommunicetur: quia effectus excommunicationis est, priuare ipsos excommunicatos communionem fidelium: & licet Glossa in cap. *Clericus*, dist. 20. ita dicat: *Nec lineo pileo vtendum est*; etiam si Sacerdos capite labore tamen certum est, licitum esse ex causa rationabili, vt, v. c. hyeme, propter nimiam senectutem, caluitium, aut debilitatem capitis, pileo celebrare, dummodo Sacerdos pileum abiiciat, dum hostiam & calicem eleuat, quia tunc non temerè præsumit ita celebrare, sed necessitate compulsus id efficit. Ita docet Henriq. lib. 9. de Missa, cap. 26. num. 4. ad marginem, littera Q. Angelus verbo, *Missa*, §. 8. Syluest. verbo, *Missa*, 1. §. 2. verus 1. Fumus §. 7. Tabiena §. 17. Nauar. consilio 4. lib. 3. tit. 41. de celeb. Miss. Zerola in praxi Episcopali, verbo, *Missa*, 2. p. §. 11. Si verò causa sit dubia, tunc de licentia Episcopi, cooperto capite, sacrificari poterit, iuxta Zerolam allegatum, & iuxta Nauarrum, quem citat Conc. V. II. de celeb. Miss. Quod autem in fine prædicti cap. *Nullus Episcopus*, de consecr. dist. 1. dicitur, *sit suspensus*; refertur ad secundum casum in eo capite contentum, quando, v. c. sine causa urgente, & sine necessitate Missam relinquit inchoatam, vt optimè notauit Henriquez allegatus.

CAPVT. XXII.

De altari, & ornatu illius necessario ad celebrandum Sacrum: de pyxide, de lumine cereo, de aqua, & vino: de ara sacra: de mantilibus, seu tobaliis necessariis.

S V M M A R I V M.

Altare duplex est, aliud portabile, alium fixum: portabile est petra aræ. num. 1. Petra aræ ex qua materia constare debeat, an ex ferro, vel argenteo esse possit. num. 2. Ad solos Episcopos spectat consecratio ara sacra, & ad Sacerdotes simplices ex commissione Pontificis. num. 3. Patres Societatis IESV habent hoc privilegium

pro remotissimis partibus, in quibus Episcopi Catholici non sunt. num. 3. Mortale est, in ara sacra celebrare, si notabiliter sit fracta. num. 4. Quando dicatur notabiliter fracta. ibid. In altari, in quo Episcopus Missam cantauit, non potest Sacerdos celebrare eo die, nisi de licentia Episcopi, & an mortale sit. num. 5. An in consecratione petre aræ, loco reliquiarum, si desint, possit apponi particula aliqua Eucharistia. num. 6. Refertur opinio negans. ibid. Refertur opinio affirmans. num. 7. Preponitur opinio negans, & soluitur fundamenta affirmantis. num. 8. An celebrare liceat in ara sacra facta ex duobus lapidibus instar tabulae plicabilis. num. 9. Quomodo altare fixum ornatum esse debeat. num. 10. Quid corporale representes, & ex qua materia esse debeat. num. 11. Est peccatum mortale celebrare absque corporali. num. 12. An sit mortale, celebrare sine guarda, an sine tobalia oblonga in altari; & quid sine tobalia, & guarda. num. 13. Pyxis, an debeat esse consecrata, & quare non consecratur. num. 14. An peccatum mortale sit celebrare sine lumine. n. 15. An debeat esse ex cera, & an possit esse ex sereno, vel oleo. num. 16. Resoluitur tota questio. num. 17. An licitè possit Sacerdos vno solo lumine celebrare. num. 18. An continuandum sit Sacrum, si lumen extinguatur, & aliud inuocari non possit. num. 19. An aqua necessaria sit ad sacrificium Missæ. n. 20. Et remissè ad præceptum Eucharistia. lib. 2. cap. 4. Quid de vino, remissè ad præceptum Eucharistia. lib. 2. cap. 3.

Altare duplex ex: vnum dicitur fixum, aliud portabile. Fixum est tota illa mensa, in qua sacrum fit, siue sit lapidea, siue lignea, siue mensa facile murabiles, & plicabiles: interdum solet altare fixum ligneum habere superiorem lapidem, quo totum tegitur, qui lapis interdum est consecratus, interdum non. Portabile altare, est petra aræ, quæ sacra esse debet, & peccatum mortale est in ara non sacra celebrare; vt docent Soarius tom. 3. disp. 81. in 3. p. sect. 5. In tertiam parte, pag. 224. col. 1. fin. Sylu. verbo, *Missa*, 1. n. 2. Ang. ibid. §. 36. Sotus lib. de i. iust. q. 6. art. 4. Nau. cap. 25. à num. 83. Ledesma 2.4. q. 25. art. 4. D. Thom. 3. p. quæst. 83. art. 3. ad 5. Paludanus in 4. dist. 1. 3. quæst. 2. artic. 4. Henriquez lib. 9. dist. Missa, cap. 28. §. 1.

Soar. Sylu. Angel. Sotus. Nauar. Ledesma. D. Thom. Palud. Henriq.

Materia aræ sacrae debet esse lapis; significat enim Christum Dominum, qui 1. ad Cor. 10. lapis dicitur angularis: & dicitur ara ab ardore charitatis, qua se Christus Patri ad mortem obtulit pro peccatoribus, Non potest Episcopus, nec alius Papa inferior, de iure dispensare; sed solus Papa, vt petra aræ fiat, & consecratur ex ferro, argenteo, aut alia materia. Ita docent D. Thom. Paludanus, & Henriq. modò allegati, quibus adde Sotum in 4. dist. 1. 3. q. 2. art. 3.

Sotus.

Consecratio petre aræ, sicut & calicis, & patenæ, ad solos Episcopos de iure spectat: potest tamen Summus Pontifex illam committere, ex privilegio, simplici Sacerdoti: nunquam verò (quod sciam) adduc illam Sacerdotibus simplicibus commisit, nisi solis tantummodo Religiosis Societatis IESV, & non aliis; & his quidem solum

3.

Henriq.  
Furnus  
Tabiena.  
Soarius.

solum pro remotissimis infidelium partibus, in quibus Episcopi Catholici non sunt. Ita docet Henriq. allegatus. Sylu. verbo; Consecr. 2. §. 8. Furnus ibi, §. 9. Tabiena §. 5. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 5. §. 5. Tertio additur. Vnde, quando Damasus Papa in epist. 4. Decretalium negat, posse Coepiscopos altare, seu aram consecrare, intelligendus est de potestate ordinaria, & de iure; non autem de potestate commissa, & delegata à Papa, vt doctè explicat Soarius: erant autem olim Coepiscopi, certi, & determinati Sacerdotes ad iuandos Episcopos: nam, quanuis consecrare aras, calices, patenas, vt diximus, & etiam Ecclesias, aut illas pollutas reconciliare, spectet de iure ad solam potestatem Episcopalem; Summus tamen Pontifex per Summam plenitudinem potestatis pontificalis, quam tanquam vniuersalis Christi Vicarius habet super omnem potestatem Ordinis iuris ordinarij, quæ Episcopis competit, potest committere simplicibus Sacerdotibus nonnullos actus, qui propriè pertinent ad potestatem Ordinis Episcopalis, vt sacrare calices, patenas, aras, benedicere corporalia, purificatoria, ornamenta Missæ, &c. iuxta Doctores citatos, & D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. & Tabienam verbo, Abbas, §. 1. Paludanum in 4. dist. 7. quæst. 3. art. 1.

4. Non licet etiam, & mortalis culpa est, in ea ara sacra sacrificare, quæ enormiter, & notabiliter est fracta; per notabilem enim fracturam perditur consecratio; ea autem notabiliter & enormiter fracta dicitur, quæ in residuo non potest calicem, & hostiam capere: vbi verò totum altare lapideum consecratum est, non est necessaria petra aræ, vt patet. Ita habetur cap. Quod in dubiis, de consecrat. dist. 1. & docet Nauar. in Manuali Latino, cap. 25. num. 83. Sylu. verbo, Missa, quæst. 6. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 28. §. 1. D. Anton. 3. p. titulo 13. cap. 6. §. 6. & idem Sylu. verbo, Altare, §. 9. Angel. in verbo, Missa, §. 9. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 5. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. artic. 3. Richard. ibi. art. 1. q. 4. Sandoual de Offic. Ecclesiasticis, 4. p. cap. 12. Soar. tomo 3, in 3. part. disput. 81. sect. 5. §. 5. Tertio additur.

Nauar.  
Syluest.  
Henriq.  
D. Anton.  
Angel.  
D. Thom.  
Sotus.  
Richard.  
Sandoual.  
Soarius

5. In altari fixo, in quo Episcopus sacrificat, non potest eo die sacrificare alius Sacerdos, nisi de licentia Episcopi, cap. finali, de consecrat. dist. 2. & ita docet Henriq. lib. 9. de missa, cap. 28. §. 1. non est tamen peccatum mortale, si ex iuxta causâ abique Episcopi licentia Sacerdos ibi celebret: quia tunc non præsumit ibi celebrare, sed ex causa & necessitate compulsus id facit: caput enim ira habet: In altari, in quo Missam Episcopus cantauit, Presbyter eodem die aliam celebrare non præsumat. Et Glossa ibi: Nisi necessitate urgente: quia is absque Episcopi licentia celebrare potest, cum non præsumat. Debet autem, vt mihi videtur, hoc intelligi de Missa solenni & pontificali; non autem de Missa particulari, in cuius altari Episcopus, tanquam particularis Sacerdos, Missam offert: quod indicant verba illa textus: In quo Episcopus Missam cantauit.

6. Solent in consecratione petra aræ, reliquiæ aliqua in illa; aut sub illa collocari: quod indicant illa verba Sacerdotis, cum finita generali confessione, altare sacrificaturus ingreditur: Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt. Quæret ergo aliquis, an loco reliquiarum, cum non inveniuntur, possit poni aliquod fragmentum diuinæ Eucharistiæ? Negat expressè Syluester verbo, Altare, n. 4. Primò, quia hoc diuinum Sacramentum non est à Christo Domino institutum, nisi ad vsum

animæ, & in alimentum illius; & sic erit id quidem, inuerrere, ac mutare institutionem Christi, quod non est ferendum. Secundò, quia corrumpetur facillè huiusmodi Sacramentum, & ad corruptionem illius, definerent ibi esse reliquiæ corporis Domini, & sic falsum diceret Sacerdos: Quorum reliquiæ hic sunt. Tertio, quia ibi designantur esse reliquiæ plurimum Sanctorum; non autem vna tantum Christi Domini; nisi dicas, vnam Christi instar esse omnium.

7. Affirmat Ioannes Andreas in c. Placuit, de consecrat. dist. 1. & potest confirmari opinio illius, ex illo, quod refert Panormitanus allegatus à Syluestro loco citato, de D. Leone Papa, de quo vulgo fertur, dedisse in defectu reliquiarum, partem corporalis, & diuinæ Eucharistiæ in consecrationem cuiusdam Ecclesiæ. Hostiensis autem in Summa, affirmat se consuluisse Innocentium Papam circa opinionem Ioannis Andree, & sibi respondisse, id nequaquam fieri posse, de consilio prudentium Cardinalium. Et quanuis Innocentius rationem sui oraculi non reddat: ratio tamen esse potest illa, quam tetigit Syluest. supra; quia corpus Christi est cibus animæ, vt constat ex cap. Panis, de consecrat. dist. 11. nec debet asseruari, nisi in sacrario ad communicandos infirmos, & fideles eo diuino alimento egentes confortandos; nec debeamus rebus diuinis vti, nisi ad destinatum vsum, iuxta cap. 3. de appellationibus. Quare prima opinio Syluestri, & Hostiensis, quæ negat, sequenda est, relicta hac posteriori, quæ etiam vehementer placet Panormitano, vt docet idem Syluester allegatus.

7.  
Panorm.

Hostiens.

8. Et ad factum D. Leonis respondendum est, de illo non constare; vel fortè solum misisse aliquod frustulum corporalis, loco reliquiæ, & non partem aliquam Eucharistiæ; & postea per communem errorem additum fuisse, illum misisse particulam Eucharistiæ. Adde etiam, non esse de substantia consecrationis aræ, quod inibi reliquiæ collocentur, vt docet Syl. citatus ex Hugone, vt dicamus, coactum fuisse Pontificem, loco, & in defectu reliquiarum, illam particulam mittere: neque enim Romæ deesse poterant reliquiæ Sanctorum, quas D. Leo mittere posset, si vellet. Nec refert, quod Sacerdos dicat, dum ad sacrificandum accedit: Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt: nam id idè dicit, quia ordinariè, & de more reliquiæ ibi apponuntur; non tamen de obligatione, aut necessitate: & cum ordinariè id fiat, sufficit ad veritatem prædictæ orationis, quanuis in hoc, vel illo altari deficiant: regulæ enim Missalis, orationesque, sicut & leges humanæ, non sunt pro hoc, vel illo casu; sed pro communibus casibus: leges enim, & instructiones attendunt id, quod communiter contingit: & idè simpliciter late censentur veræ, quanuis in vno casu, vel altero deficiant, vt est communis resolutio in materia de legibus.

8.

9.

Nuper verò à me quæsitum fuit, verum celebrari possit in altari portabili, seu ara sacra, facta ex duobus lapidibus insertis, duabus tabulis ad inuicem sibus colligatis ad modum tabellæ, quæ instar libri claudi possit & aperiri, vt in vno lapide hostia, in alio calix consecratur: Et respondi cum Syluestro verbo, Altare, num. 3. id fieri non posse licitè, nisi fortè de speciali licentia, ac facultate Summi Pontificis; tum, quia est contra vniuersalem consuetudinem Ecclesiæ; tum quia est contra mysterium significationis altaris: altare enim Christum Dominum significat, in quo non est, nisi vna tantum persona

10.

Syluest.

11.

Soarius.

Id. Pel.

persona diuina: vnde, cum tunc in prædicta tabella duo sint Altaria, quia reuerè duo lapides ibi sunt; consequenter significarentur duæ personæ esse in Christo; quod non est dicendum: tum denique, quia idem esset tunc, ac si in vna ara consecraretur corpus, in alia sanguis, nec esset differentia, nisi maioris, & minoris distantia Ecclesiæ, & Altaris, quod nec videtur conueniens, nec benè sonans: & ita docet etiam Syluester expressè loco supra citato.

10. Et verò Altare ipsum in hunc modum debet esse ornatum. Debet in primis habere duas tabalias, mantiliæ, aut mappas, seu pallas, (ita enim sæpè apud Auctores appellantur,) præter corporale; de quo iam supra egimus, omnia de lino simplici, vt constat ex capite, Perlestitis, distinct. 25. vna quidem palla, seu robalia, quæ extendatur supra totum Altare, alia breuior, quæ Lusitanè, Guardas appellatur, & quæ tantum super aram sacram extenditur: & hæc tabaliæ ab omnibus tangi possunt, cum non sint sacratæ, nec benedictæ, vt docet Syl. verbo, Missa, 1. num. 2. quanuis Summa Angelica asserat vnam tantum tabaliam sufficere: sed absolutè dicendum est cum Syluestro, Panormitano, & Innocentio, quos citat ipse Syluester, & cum communi opinione, duas omnino tabalias requiri præter corporale, tum ob representationem mysterij Trinitatis, tum ob generalem consuetudinem Ecclesiæ: si tamen ellet vna sola, quæ plicari posset, sufficeret, iuxta eundem Syluestrum: imò loco illius, quæ Lusitanè, Guardas appellatur, & super quam immediatè sternitur corporale, cum defecerit, inferuire poterit ipsum sudarium Sacerdotis, si mundum sit; & ex lino simplici, & Sacerdos velit illud postea in ipsos usus sacros applicare; iuxta opinionem nouiorum. Et verò, quod huiusmodi duæ tabaliæ præter corporale necessariae sunt, colligitur euidenter ex cap. Si per negligentiam, de consecrat. dist. 2. vbi ita dicitur: Si aliquid de sanguine stillauerit super lineum Altaris, (id est, super corporale,) & ad aliud stilla peruenerit (id est, ad guardam,) quatuor diebus Sacerdos peniteat: si usque ad terram, nouem diebus peniteat; si usque ad quartum, viginti diebus peniteat. Quanuis verò hic quatuor mantilia ponantur, includendo ipsum corporale; tamen consuetudo habet, vt tria sufficiant, duæ, scilicet, prædictæ tabaliæ, & ipsum corporale, & hæc tantum necessariae sunt, vt docet Syluest. verbo, Missa 1. quæst. 1. cum Paludano & Innocentio. Et ita docet etiam Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 81. sect. 6. §. Dico ergo primò, verum tamen est, quod in Monasteriis Religiosorum, in quibus res diuinæ diligentius, ac perfectius tractantur, ponantur tres tabaliæ, præter ipsum corporale, vna, scilicet, oblonga, & duæ guardæ: sed hoc ad maiorem munditiem, & perfectionem fit; non tamen est necessarium ita fieri.

11. Ipsum verò corporale, vt iam diximus, & habetur in cap. Consulit, de consecrat. dist. 1. debet esse ex terreno lino è terra procreato, atque contexto, sicut Corpus Domini nostri IESU Christi in sudone linea, & munda sepultum fuit: quod est intelligendum in quad internam partem prædicti corporalis, in qua Corpus Domini, & Calix collocantur: in ora enim illius, & extremitatibus eius non prohibetur auro, & serico ornari, vt notat Soarius tomo 3. in 3. p. disput. 81. sect. 6. §. Secundo, præter, & idè in Missali solum asseritur, non debere in medio prædictum corporale auro, & serico ornari. Dicitur autem corporale: quia sudonem representat, in qua Corpus Domini sepultum fuit, vt notauit Isidorus Pelusota Epistola 123. vel

quia super illud Corpus Domini in Altari ponitur, iuxta Alcuinum lib. de diuinis Officiis, cap. de celebr. Missæ, & Rabbanum lib. 1. de inst. Clericorum, cap. 33. Debet esse benedictum, vt diximus cap. præcedenti, num. 25. Durat eius benedictio, quandiu corporale integrum manet: amittitur per diuisionem, ac ruptionem notabilem illius, vt docent passim Auctores, Syluest. verbo, Corporales, Syluest. quæst. 2. & Soarius tomo 3. in 3. p. disput. 81. sect. 6. Soarius. §. Secundo, præter, in fine.

Alcuin.  
Rabban.

12.

Et quidem peccatum lethale est, celebrare absque huiusmodi corporali lino, & benedictio: quia huiusmodi præceptum est valde graue, & in re graui, & quæ multum ad reuerentiam tanti Sacramenti spectat, vt docent communiter Doctores, quos citauimus capite præcedenti, num. 25. & D. Thomas 3. parte, quæstione 83. articulo 3. D. Thom. ad 8.

13.

Dubitarum tamen, an etiam mortale sit, celebrare in Altari sine robalia oblonga, cum guarda tantum; vel sine guarda, cum robalia tantum oblonga. Et responderet Soarius tomo 3. in 3. p. disput. 81. sect. 6. §. Secundo, præter, ad finem, vnam tantum habere, & alteram omittere, ob necessitatem, & secluso scandalo & contemptu; non esse fortassis peccatum mortale; quia res hæc, neque est tam constans apud Doctores, neque tam grauis: vtramque autem omittere, esse peccatum mortale; quia est contra vniuersalem, & indubitatam consuetudinem totius Ecclesiæ, & de se est res grauior, & maioris decentiæ ac reuerentiæ. Contrarium docet Sylu. verbo, Missa, 1. num. 12. Angelus verbo, Missa, §. 36. Summa Tabienis ibi §. 10. Caietanus, & Medina 1. 2. quæst. 56. art. 4. Sotus lib. 1. de iustitia, quæst. 6. art. 4. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. à num. 83. Ledesma 2. 4. quæst. 25. art. 4. vbi dicunt, esse peccatum mortale celebrare sine prædictis robaliis, & loquuntur numero plurali, non singulari. Potest tamen, vt dixi, Sacerdos loco guardæ sternere suum sudarium, si mundum sit & lineum; dummodo illud in posterum applicet in vltis sacros, cum huiusmodi robaliæ non soleant benedici.

Syluest.  
Angel.  
Caiet.  
Medina.  
Sotus.  
Nauar.  
Ledesma.

14.

Pyxis, seu custodia, in qua formulæ Eucharistiæ consecrantur, & consecratæ asseruantur, non consecrantur. Ita docent communiter Doctores, Tabiena verbo, Eucharistia, §. 51. fine, & Paludanus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 4. & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 28. num. 3. littera O. Et ratio esse potest: quia iudicauit Ecclesia, id non esse necessarium ex eo, quod pyxis sanguinem Christi Domini non attingat; & quia illa non representat sepulchrum Christi Domini, sicut representat Calix, & patena; sed est tantum vas quoddam deputatum ad diuinam illam custodiam: deinde, quia custodia non est vas ministerio, ac sacrificio Missæ deputatum, vt patet.

Tabiena.  
Paludan.  
Henriq.

15.

Requiritur etiam ad sacrificium Missæ, quod in Altari sit lumen, sine quo communi consensu asserunt omnes Doctores, peccatum esse graue, & mortale, Missæ sacrificium celebrare. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. p. disput. 81. sect. 6. §. Tandem, circa hoc præceptum. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 26. num. 4. littera O. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 29. Medina 1. 2. quæst. 96. art. 4. Syluest. verbo, Missa, 1. num. 2. Angelus verbo, Missa, §. 36. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 3. Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. à num. 83. Tabiena verbo, Missa, §. 10. Durandus lib. 9. Rational. cap. 29. Et probatur efficaciter capite vltimo, de celebr. Miss. vbi inter excessus graues cuiusdam Presbyteri ponitur, quod sine igne sacrificabar: & confirmatur grauitas huius præcepti ex antiquissima consuetudine

Soarius.  
Henriq.  
Azor.  
Medina.  
Syluest.  
Angelus.  
Nauar.  
Tabiena.  
Durand.



consuetudine Ecclesie, quae colligitur ex Concilio Carthaginensi IV. canone 6.

16. Ex qua vero materia debeat esse lumen, non constat, nec Auctores aperte loquuntur, & in praedicto cap. finali, de celebrat. Missarum, solum datur ille Presbyter, ed quod sine lumine sacrificaret: consuetudo tamen Ecclesie satis declarat, debere esse ex cera; & peccatum esse mortale, si ex alia materia sit. Docet expressè Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 26. num. 4. & cap. 29. num. 7. vbi dicit, à tempore Apostolorum introductam esse in Ecclesiam hanc consuetudinem celebrandi cum lumine cerei igniti: & Henriquez loco citato allegatus ad marginem, littera I. citat multos Patres pro ea opinione, quae asserit, peccatum esse mortale, non nisi cum lumine cerei celebrare, veluti Abdiam de vita Apost. can. 4. Canisium lib. 4. Marial. cap. 12. Onuphium, Arhanasium, & alios: verum, illi solum dicunt antiquissimum esse, & à tempore Apostolorum introductum usum cerei luminis in Ecclesia; & non loquuntur speciatim de illius usu in celebratione Missae; nec eam quaestionem excitant, an liceat sacrificare diuerso à cera lumine. Probat tamen Henriquez suam opinionem ex eo fundamento: quia Acolytus dicitur ceropherarius, à cereis ferendis accensis. Bellarminus lib. 2. de Missa cap. 14. §. De cereis, inclinatur in opinionem Henrici, & dicit, lumen debere esse ex cera. Diuus Hieronymus in lib. contra Vigilantium, scribit, in Ecclesia Catholica solere, Sole rutilante, accendi cereos, dum legitur Euangelium. Ex quibus omnibus testimoniis videtur, grauem, & mortalem culpam esse alio à cera lumine celebrare.

Abdias. Canis.

Bellarmin.

17. Sparius.

Dicendum tamen est cum Soario tomo 3. in 3. p. disput. 81. sect. 6. §. Tertio requiritur, propter antiquissimam Ecclesie consuetudinem peccatum esse mortale, absque lumine cerei, & cum lucerna ex oleo, absque graui necessitate, sacrificare: in necessitate tamen graui, secluso scandalo, & contemptu, non esse damnandos culpae lethalis eos, qui cum lucerna ex oleo Missam dicerent: ita enim ibi ait Soarius: In necessitate vero non damnare peccati mortalis eum Sacerdotem, qui sine scandalo, & contemptu cum sola lucerna ex oleo Missam diceret: quauis ego non consulerem. Hæc ille. Et addit statim, inferiorem materiam nullo modo esse adhibendam, vt ex seuo, vel alia simili: quia id quidem est valde indecens, & ab Ecclesie vsu alienum: nam præter ceræ, & olei, nunquam Ecclesia in vsu habuit aliud lumen. Quamobrem sententiam Soarij cum ea limitatione approbo: nam etiam olim in Templo, ac Sanctuario Legis antiquae, in cultum omnipotentis Dei ardebat ignis cum multiplici lampade ex mero oleo, vt constat ex sacra pagina Exodo 25. 26. 30. & docet D. Thomas 1. 2. quaest. 101. art. 1. ad 2. imò olim in lege veteri, & Synagoga, nullus erat vsus ceræ, sed tantum olei, vt notat doctissimus vir Alphonsus Salmeronius ad illa verba, Date nobis de oleo vestro. Et hodie etiam in Ecclesijs, ac Templis Dei, in quibus diuina Eucharistia asseruatur, lampades foræ oleo ardere solent in cultum, ac venerationem Dei. Quamobrem non est omnino alienus ab hoc cultu vsus olei: in sacris tamen faciendis eo oleo non decet vti, nisi in magna necessitate; & neque tunc id erit consulendum, vt fiat; sed tolerandum, si factum fuerit: sunt enim multa, quae, antequam fiant, non sunt consulenda; facta tamen, non sunt improbanda.

D. Thom.

Salmer.

18.

De luminum autem, ac lucernarum numero, dicendum est, vinum tantum cereum sufficere in rigore precepti: sed, quia hoc minus decet, ideò

communiter duae apponuntur lucernae: & si plures, addantur, id quidem non ex necessitate precepti fit, sed ad maiorem ornatum, ac reuerentiam diuini cultus pertinet. Sic docet Graphis libr. 2. Soarium. de candelarum aurearum, cap. 42. num. 1. & Soarius tom. 3. in 3. parte, disput. 81. sect. 6. §. Tertio requiritur. Cauendum tamen est in Missis ac sacrificijs diuinis id, quod Concilium Tridentinum monet session. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missae, ne certus aliquis numerus candelarum ex superstitione adhibeatur.

Conc. Tr.

Sed quid, si cepto Sacro lumen extingatur in tali Ecclesia, ac loco, vbi aliud commodè inueniri non possit? quod facile cuenire potest, si in aliquo sacello, aut eremitorio remoto à vicis, & pagis, sacrificium fiat: & an saltem in eo casu licitum sit sine lumine Sacrum facere, seu potius continuare, maxime urgente aliqua circumstantia diei festi, in quo praesentes ex precepto, eidem Sacro interesse teneantur, aut in ea necessitate, in qua aliquis moribundus extremo Viatico indigeat. Respondeo, ante verba consecrationis inchoata non esse licitum Missam dicere, aut perficere, si lumen deficiat, etiam si preceptum Ecclesie urgeat audiendi Sacrum, imò etiam si preceptum diuinum communicandi extremè, & per modum Viatici instet: quod potest accidere, si praesentium aliquis subito, ac repentino morbo corripiatur. Et ratio est: quia nec preceptum humanum, & Ecclesiasticum audiendū Sacrum, nec preceptum diuinum accipiendi extremum Viaticum obligant, aut obligare possunt, cum indecentia Sacramenti, ac sacrificij: non potest autem negari irreuerentiam esse maximam huius sacrificij, & Sacramenti, si sine lumine fiat: si verbò consecratio iam sit cepta, & lumen deficiat, potest Sacerdos, imò tenetur, sacrificium sine lumine perficere, ac continuare, quia urget preceptum diuinum integrandi sacrificium, & maior irreuerentia erit, si tunc imperfectum relinquatur, quam si sine lumine, quando substantialiter inceptum est, perficiatur: nam, cum substantia sacrificij sit inchoata, ideò necessariò perfici debet, ne imperfectum, ac mutilum praedictum sacrificium relinquatur.

19.

Est etiam necessaria aqua ad celebrationem sacrificij Missae, & lethalis culpa est sine aqua sacrificare. Ita communiter Doctores cum Nauar. in Manuali cap. 25. num. 85. & Syluestro verbo. Missa, num. 2. An autem requiratur aqua ex institutione Christi, & tanquam materia Sacramenti, perfusa vino, an verò ex solo precepto Ecclesie, est quaestio grauissima, & pro vtraque parte satis à Theologis, & Canonistis disputata, quam ad preceptum perceptionis Eucharistiae, ac Communionis referuamus, vbi resoluemus, solum ex diuino precepto Christi, per preceptum Ecclesie declarato, esse aquam necessariam; non tamen esse materiam essentialem huius Sacramenti, & sacrificij: nam hic locum non habet ea quaestio; neque enim oportet modò omnia confundere.

20.

Nauar. Syluest.

Circa vinum vide ea, quae diximus cap. 20. num. 3. & alijs: & vide etiam preceptum Eucharistiae lib. 2. cap. 3. & cap. 4. vbi de aqua, & vino satis agemus.

21.

CAPVT

CAPVT XXIII.

De vestibus sacris necessarijs ad sacrificium Missae, quot sint, quid significant: an mortale sine omnibus, aut sine aliqua illarum sacrificare.

S V M M A R I V M.

- Ecclesia potius praescribere peculiarem usum vestium sacrarum, quibus Sacerdotes in sacrificijs Missae vterentur. num. 1.
- Etiam gentiles hunc usum habuerunt. num. 2.
- Quae, & quot sint sacerdotales vestes sacrae, quibus Sacerdotes vtiuntur in sacrificando. num. 3.
- Diaconi, & Subdiaconi dalmaticis vtiuntur. num. 4.
- Vestes sacrae praeter decem ornatum habent etiam sacras significationes, & quae illae sint. num. 5.
- Quid significant vestes sacrae in ordine ad passionem Christi Domini. num. 6.
- Ex qua materia constare debeant. num. 7.
- Quid de colore. num. 8.
- An benedicta esse debeant. num. 9. & 16.
- An cingulum oporteat esse benedictum. num. 10.
- Referuntur opinio affirmans, necessarium esse benedictionem. ibid.
- Preponitur secunda negans. num. 11.
- Iudicium Auctoris, & an sit peccatum, celebrare sine cingulo benedicto. num. 12.
- Potest Sacerdos loco cinguli vti stola, & loco stolae, manipulo. num. 13.
- An cum cingulo fracto celebrari possit. num. 14.
- An peccatum mortale sit celebrare sine aliqua ex his vestibus sacris, amictus, scilicet, alba stola, manipulo, casula, aut cum aliqua, sed non benedicta. num. 15.
- Necesse est, vt omnes sint benedictae. num. 16.
- An cum periculo mortis possit aliquis Sacerdos celebrare sine aliqua ex his vestibus. num. 17.
- Quid de fidei contemptu. num. 18.
- An ob vitandam mortem possit Sacerdos celebrare sine omnibus vestibus sacris. num. 19.
- Quid, si vestes sint immundae, aut valde attritae. num. 20.
- An liceat celebrare sine calcibus. num. 21.
- Quid de scandalis. ibid.
- An vestes sacrae conuerti possint in vsus profanos. numero 22.
- An profana in sacros. num. 23.
- Quare solum de vestibus sacerdotalibus agamus. num. 24.
- Olim Episcopi dalmaticis vtebantur: hodie solum Diaconi, & Subdiaconi illis vtiuntur. num. 25.

21.

Non est dubitandum, potuisse Ecclesiam instituire vestes sacras peculiare, quibus Sacerdotes vterentur in sacrificijs peragendis; distinctas ab illis vestibus, quibus communiter induuntur; & vsus harum sacrarum vestium, provt de facto est in Ecclesia, esse conuenientissimum, ac decentissimum, ad commendandam maiestatem Dei, & augendam reuerentiam in populo. Vtrunque probatur primò ex antiquissimo vsu Ecclesie: cepit enim horum vestimentorum vsus à tempore Apostolorum, plus minùs: nam Anacletus Papa successor Clementis, & tertius, vel quintus à D. Petro, harum vestium mentionem facit Epistola prima decretali: Episcopus, inquit, ministros secum habeat sacris indutos vestibus. Probatur etiam ex cap. Vestimenta, de consecr. dist. 1. ex Stephano I. ex Beda lib. 1. Histor. cap. 29. & ex D. Hieronymo lib. 1. contra Pelagianos D. Hieron. & Epistolo 3. ad Heliodorum, & ex Concilio Tri-

Beda.

D. Hieron. & Epistolo 3. ad Heliodorum, & ex Concilio Tri-

dentino sess. 22. cap. 5. vbi harum vestium vsus laudatur, & naturae hominum consentaneus esse dicitur. Confirmatur hæc veritas exemplo veteris Testamenti, in quo Deus ipse sacras vestes instituit, quibus Sacerdotes, & Ministri Dei in Templo, & sacrificijs vterentur, vt constat Exodo 28. imò potius vestimenta illa legis veteris fuisse figuram, ac typum nostrarum sacrarum vestium, docet expressè Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 82. sect. 2. §. Dicendum est primò, & §. Dico secundò, & Henrici lib. 9. de Missa, cap. 29. à num. 1.

Probatur etiam & secundò ex vsu omnium gentium: nam eo modo, quo vana Numina, Tempa, Feciales, seu Sacerdotes, ac sacrificia inuenerunt, vestes etiam suo modo sacras habuere, quibus in sacrarum operatione vtebantur, vt docet Plinius lib. 19. cap. 1. & patet ex illo Virgilij lib. 8. & 12. Virgilius. Aeneidos.

Purpureaque in veste Sacerdos. Et antea in 6. Osidaeque lecta cado rexus Chorinicus abeno, Idem ter facies pura circumtulit vnda, Spargens rore leuis, & rapto felicitis olivæ.

Ex quibus locis non solum vsus vestium sacrarum, sed etiam sacrarum vasorum apud Gentiles in suis sacris (vana illa quidem erant) peragendis patet. Probatur denique ratione: quia ad splendorem, decorumque cuiusvis sacri ministerij, & sacrificij Deo oblato pertinet, vt non fiat veste vulgari, ac communi; sed sacra, ac diuina, vt ipso exteriori apparatu sacrarum indumentorum indicetur, & manifestum fiat omnibus, actionem illam, & operationem non esse communem & vulgarem, sed sacram ac diuinam: vilescerent enim planè huiusmodi sacrae operationes apud homines, & communes reputarentur, si communibus, ac vulgaribus indumentis fierent: præterea habent mysticas significationes, diuinis mysterijs plenas, quae numeris sequentibus patebunt.

Sex sunt ergo sacerdotales vestes sacrae, quibus Sacerdotes in sacro vtiuntur peragendo: videlicet, amictus, alba, cingulum, manipulum, stola, seu orarium, planeta, seu casula. Amictus responderet superhumerali Sacerdotis legis veteris: descendit enim à capite in humeros, dum Sacerdos illud sumit, eoque induitur, & humeris postea adheret. Alba responderet Ephod: erat autem Ephod vestis linea talaris sine ruga, ad modum interulae, sub qua erant femoralia: huiusmodi verò interula, seu camisia, olim in lege veteri erat admodum stricta propter spiritum seruitutis illius legis, quae ea seruiture in angustum reddebatur, & non dilatatur spatium charitatis legis nouae gratiae. Cingulum responderet zonae, seu balteo summi Sacerdotis: huiusmodi autem cingulum, seu balteus, olim erat ex opere plumario, seu polymito, intris inanis ad modum pellis colubri, vt ex Iosepho tradit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 29. num. 3. Manipulum, seu manutergium, olim vocabatur mappula: non habet quidem, nec illi inuenio comparisonem ad legem veterem, aut indumenta illius: habet tamen in lege noua suam mysticam significationem, indicat enim cordis punctiōem, & contritionem, quam Sacerdos, dum ad sacrificandum accedit, habere debet, vt statim dicemus num. 5. Stola, seu orarium, quae supra pectus Sacerdotis in modum crucis plicatur è collo pendens, responderet rationali antiquo legis veteris: loco verò stolae vtitur semper Papa, dum sacrum facit, & vtiuntur Archiepiscopi in quibusdam festis, & dum consecrant Episcopos, pallio, quad est contextura

22.

Plinius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

Virgilius.

tum ex mundissima agnitorum lana, & habet circumferentiam humeros, & duas lineas ab utraque parte pendentes; & est insignis plenitudinis officij pontificalis, ut constat ex cap. *Antiqua*, de privilegiis, & ex cap. *Significasti*, de electione, teneturque Archiepiscopus intra tres menses à die consecrationis, illud instanter procurare, ac petere à Papa. Planeta, seu casula, respondet vltima tunicae Sacerdotis legis veteris. Dicitur planeta à *plani*, seu errore, quasi errabunda vestis, & que facile auferri, & poni possit, & quae facile Sacerdotes induuntur, & exuuntur. Ex his omnibus vestibus compositis resultat grauis quidam, ac decens ornatus Sacerdotis, dum ad celebrandum accedit; & huiusmodi vestes omnes numerantur à Concilio Rhemenfi cap. 4. apud Burchardum, lib. 2. cap. 50.

4. Diaconi verò, & Subdiaconi dalmaticis vtuntur, quibus vestibus primò usus fuit beatus Ildorus, ut scribit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 29. num. 4. Olim dicebatur dalmatica Graeco vocabulo colobium, id est, breue & mutilum indumentum, & sine manicis erat. Referunt autem Platina, & Damascus, in vita Syluestri Papae, quòd Ephrosius Episcopus Romam veniens olim celebrauerit indutus colobio beati Iacobi Apostoli: & D. Augustin. lib. de quaest. noui, & veteris Testamenti, quaest. 16. asserit, ita modò vti Diaconos, & Subdiaconos colobio, sicut olim veteres Sacerdotes utebantur Ephod: erat ergo colobium instar Rocetij Episcopalis, sed sine manicis; & beatus Syluester Papa postea instituit, introduxitque dalmaticas manicatas, ut optimè notauit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 29. num. 3.

5. Præter decentem ornatum, quam huiusmodi vestes sacrae repraesentant, habent etiam suas mysticas, & sacras significationes diuini mysterij plenas. Amictus enim significat fiduciam, seu spem, qua Sacerdos debet accedere ad offerendum Deo tantum, ac tam admirabile sacrificium: & idè dum Sacerdos induitur, Deum orat in hunc modum: *Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.* Galea enim salutis metaphoricè spem significat, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. & ad Thessalonicenses 5. *Induti loriceam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis.* Alba munditiam cordis designat, arque etiam totam hominis iustitiam: & idè dum illam Sacerdos induit, sic orat: *Dealba me, Domine, & munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbatus gaudiis persuar semperuenis.* Cingulum indicat continentiam: vnde, dum se cingit, in hunc modum Sacerdos orat: *Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorum libidinis, ut maneat in me virtus continentis, & castitatis.* Vnde Innocentius III. in Epistola decretali ad Patriarcham Constantinopolitanum lib. 1. cap. 15. *Circa lumbos, inquit, debet Sacerdos accingi, ut restringat concupiscentiam, iuxta id, quod Veritas ait: Sint lumbi vestri præcincti.* Vnde D. Gregor. Papa in hunc locum: *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Manipulum, interiorem penitentiam, ac cordis compunctionem insinuat, qua Sacerdos ad sacrificandum debet accedere: & idè dum orat, ac se induit, ita ait: *Mercear, Domine, portare manipulum stetit, & doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.* Stola, ab antiquissimis Patribus orarium appellatur: vnde in Concilio Bracharenfi III. can. 1. dicitur: *Sacerdos viroque humero orario ambi, significat sua ne iugum Christi Domini.* Hinc, quando Sacerdos initiatur, dum ei humeris imponitur, ita dicitur: *Accipe*

6. *ingum Domini*, quia, sicut homo per inobedientiam à Deo separatus est, & statum gratiae amisit, ita per iugum obedientiae, & diuinae legis obseruantiam, in eum statum, quem amisit, restituendus est. Hinc, dum Sacerdos induitur, ita orat: *Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidisti in peccatione primi parentis, &c.* Casula, seu planeta, quam cunctis vestibus superinduit Sacerdos, casque protegit, & ornat, iuxta omnium sententiam charitatem significat: quapropter, dum Sacerdos eam sibi induit, ita Deum orans ait: *Domine, qui dixisti Apostolis tuis: Iugum meum suauis est, & onus meum leue, fac, ut istud sic portare valeam, quòd consequar tuam gratiam.* Vnde casula diuersa ratione ab stola significat iugum Christi: stola enim significat iugum Crucis Christi, quòd suauis est; & suauis dicitur, non quòd in se suauis sit, sed quòd Christus Dominus illud nobiscum ferat, ac portet, iuxta illud Sapientiae 9. *Mitte sapientiam de caelis sanctis tuis, ut mecum sit, & mecum laboret.* vbi illud, *meum*, societatem in portando iugo præfert; & iuxta illud Sophoniae 3. *Tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei in humero uno*, quasi alectum suppositurus sit Christus, ut iugum illud sitaue hominibus redderetur. Planeta verò significat iugum amoris, & charitatis necessaria ad portandum, ac ferendum iugum legis Christi. Hæc de morali significatione.

7. Si ad Christum Dominum huiusmodi vestimenta facta referamus, Amictus linteum illud, quò Indæi Christi faciem velabant, dum asserabant: *Quis est, qui te percussit? propheta.* Alba vestem illam candidam, qua Herodes Christum illustrit: Cingulum, fuit illos, quibus Christus Dominus in horto primò fuit alligatus: Manipulum, humanitatem Christi Domini, vel pugnam eius pro iustitia, & gloria: Stola, vel Christi passionem, quam debet Sacerdos gestare in pectore, dum sacrificat: vel obedientiam, qua crucem sustinuit: Casula vel indicat vestem coccineam, seu purpuream, qua Christus Dominus, militibus illudere tur, indutus est, in prætorio Pilati; vel tunicam illius inconfutilem, qua ipse vt crucifigeretur, exutus est, significat. Quas omnes significationes egregiè, & perdocte tractat, ac profecquitur Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 82. sect. 2. §. *Vltimum indumentum.* & §. *Secundò dico.* Gabriel lectioe 11. in Canonem: Durandus in Rationali diu. Offic. lib. 5. cap. 3. & alij, apud quos videri latius poterunt.

8. De materia horum vestimentorum, ut optimè notat Soarius allegatus §. *Secundò obseruandum est*, nihil reperitur expressum in sacris canonibus, ac decretis; & idè consulendus est usus, ex quo, & ex modo loquendi sanctorum Patrum colligitur, amictum, & albam ex lino constare debere: & ita docet etiam prædictus Soarius allegatus; & Rabbanus libr. de inst. Clericorum, cap. 15. & Innocentius lib. 1. de mysterio Missae cap. 36. & Rupertus libr. 1. de diuinis Offic. cap. 20. Circa alia verò quatuor indumenta, cingulum, videlicet, manipulum, stolam, & casulam, nihil reperitur à Patribus indicatum; & idè possunt esse serica, vel lanea, vel ex quacumque alia simili materia, dummodò id obseruetur, vt materia apta sit ad tegendum corpus, tanquam eius vestimentum; nam, cum hæc inuenta sunt ad induendum ipsam corpus, oportet, vt ex materia ad hoc munus apta constent.

9. Color nullus certus esse debet, quanuis ex grauitate quadam ab Ecclesia ordinatum sit, vt pro variis temporibus, & festiuitatibus varij colores ipsam

10. ipsam Ecclesiam in vestimentis exornent, vt ex Missali constat: in quo nullum præceptum ea de re traditur, iuxta Soarium tomo 3. in 3. part. disput. 82. sect. 2. §. *Secundò est.* sine; sed traditur tantum regula quædam consultiua, ac directiua, vt præter.

Soar.

9.

Palud. Glossa. Henrig.

10.

Soar. Nauar.

6.

11.

Henrig. Paludan. Richard. Sorus. Syluest.

61

12.

ipsum Ecclesiam in vestimentis exornent, vt ex Missali constat: in quo nullum præceptum ea de re traditur, iuxta Soarium tomo 3. in 3. part. disput. 82. sect. 2. §. *Secundò est.* sine; sed traditur tantum regula quædam consultiua, ac directiua, vt præter.

Oportet, vt huiusmodi vestes benedictione ad diuinum cultum deperentur, vt iam diximus, & dicemus infra n. 16. de duratione autem huius benedictionis eodem modo loquendum est, de aliis rebus sacris: nam, si ita huiusmodi vestes vsu atterantur, vt figuram amittant, vel inhabiles reddantur ad vsum sacrum, perditur consecratio, argumero c. *Quod in dubiis*, de consecratione. Vnde si manica alba ab illa omnino separatur, perditur benedictio; & si postea assuatur, iterum benedicenda est: secus, si priusquam forma destruat, ipsa vestis sacra paulatim assuatur, vel reficiatur; quia tunc semper consecratur manere benedicta; quia accessorium sequitur principale. Ita Soarius allegatus, & Paludanus in 4. dist. 13. q. 2. Gloffa in c. *Quod in dubiis*, de consecrat. & Henrig. lib. 9. de Missa, c. 29. n. 5. littera X.

De cingulo benedictione, & an necessariò illa benedictio requiratur, & peccatum mortale sit Missam celebrare absque cingulo benedicto, est duplex opinio. Prima affirmat, illius benedictionem requiri, & culpam esse lethalem sine cingulo benedicto, re alia officium illius supplente, sacrificium Missae celebrare. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 82. sect. 3. §. *Secundò*, & Nauar. in Manuali Lat. c. 25. n. 84. vbi dicit, contrariam opinionem, non esse tutam: & pro hac opinione facit etiam Missale, & Cæremoniale Romanum, vbi æquè ponitur benedictio pro cingulo, atque pro aliis vestibus benedictis. Fundamentum horum Doctorum est, primò, quia vniuersalis consuetudo totius Ecclesie est, vt non nisi cingulo benedicto sacrificium Deo offeratur: secundò, quia hic non potest excusare leuitas materia: quia non minùs leuis materia est sacrificare sine manipulo benedicto, vel sine stola benedicta, quam sine cingulo: & tamen omnes Doctores affirmant, mortale esse, sacrificare sine manipulo benedicto: ergo & sine cingulo, cum par sit vtrobique ratio.

Secunda opinio docet, non esse peccatum mortale, sed solum veniale, Sacrum facere sine cingulo benedicto, vel cum eo ex toto fracto & abrupto ob leuitatem materiae, (sed de rapture statim agemus: nunc autem solum de ipsa benedictione agimus.) Ita docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 29. num. 5. littera A, & B: Paludanus in 4. dist. 13. q. 2. art. 5. & Richard. ibi. quaest. 4. art. 3. Sorus ibidem distinct. 13. quaest. 2. Syluest. verbo, *Missæ*, 1. num. 2. Et ratio est: quia est materia satis leuis, & vestis quædam minùs in se considerabilis; quàm manipulus, & quàm quæcumque alia vestis sacra: imò propriè non est vestis, sed vestium ligatura. Secundò, quia sunt aliqua loca, in quibus non consuevit cingulum benedicti, vt testari videtur Syluester allegatus. Et si illius benedictionis ommissio peccatum esset mortale, profectò in omnibus locis benediceretur. Nec refert, quòd in Pontificali, & Missali Romano reperitur benedictio pro cingulo: nam ibi etiam reperuntur benedictiones pro Missalibus, & pro libris ecclesiasticis; & tamen non est peccatum mortale celebrare cum Missalibus non benedictis: iam enim huiusmodi benedictiones in disuetudinem abierunt, vel paulatim abeunt.

Ego istam secundam opinionem iudico satis probabilem, quia reuera materia non est multum considerabilis: semper tamen erit peccatum veniale P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

celebrare, absque causa, sine cingulo benedicto, in locis, vbi benedicti consuevit: causa autem excusans esse potest, vel necessitas vrgens audiendi Sacri, vel celebrandi ex festi præcepto, vel necessitas vincendi tentationem aliquam, vel feruor magnæ deuotionis, & aliquando necessitas corporalis stipis ipsius Missæ ad vitæ sustentationem.

Potest tamen Sacerdos loco cinguli vti stola oblonga in defectu illius, & loco stolæ vti etiam manipulo, si oblongum sit, vt supplere possit commode vicem stolæ. Ita docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 25. n. 84. & Palud. in 4. dist. 13. q. 2. col. 5. & Syluester verbo, *Benedictio*, num. 6. sine, & n. 7. initio, & Soarius tom. 3. in 3. part. dist. 82. sect. 2. §. *Tertiò obseruandum*, ad finem. Quòd si ex stola fiat manipulus, & ex manipulo stola, & vnum accommodetur pro alio, non est necesse, vt iterum propria benedictione benedicantur, quando iam benedicta erant: quia non videtur alia esse forma, quàm quòd vnum sit breuius, & aliud longius; quòd formam ac figuram non mutat, vt optimè notauit Syluest. verb. *Benedictio*, n. 7. & 6. sine, & Palud. in 4. dist. 13. q. 2.

Multi scrupulosi Sacerdotes, si cingulum sit fractum, abstinent à sacris: sed, quandiu altera pars cinguli tanta remanet, vt sufficiat ad honestè cingendum, licitum est cum eo celebrare, maxime in necessitate; quia adhuc videtur corpus esse vniforme, cuius pars est eiusdem qualitatis, & benedictionis, licet non sit eiusdem quantitatis: & multò melius licebit, si anrequàm ex toto rumpatur, & in duas partes diuidatur, nodo aliquo replicetur, & roboreturque. Ita docet Syluest. verbo, *Benedictio*, num. 7. & Henriquez lib. 9. de Missa, c. 29. num. 5. Palud. in 4. dist. 13. q. 2. art. 5. & Nauar. c. 25. n. 84.

Dubitabis tamen, an peccatum mortale sit, sacrificare sine aliqua ex his vestibus benedictis, aut cum aliqua ex illis non benedictis, v. c. manipulo, alba, stola, amictu. Respondeo affirmatiue: nam omnes Doctores conueniunt, quinque vestimenta modò numerata esse necessaria, necessitata præcepti Ecclesiastici ad hoc sacrificium celebrandum: ita vt mortalis culpa sit, non solum omnia, sed illorum aliquod voluntariè omittere. Ita docet Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 82. sect. 3. §. *In hac re pauca.* Syluest. verbo, *Missæ*, 1. num. 2. Nauar. cap. 25. num. 84. Palud. in 4. distinct. 13. quaest. 2. col. 5. Sorus in eodem 4. distinct. 13. Colligitur hoc præceptum ex cap. *Vestimenta*; de consecrat. distinct. 1. colligunt etiam nonnulli Doctores illud ex c. *Ecclesiastica*, dist. 23. quòd desumptum est ex Concilio Bracharenfi III. c. 3. vbi præcipitur Sacerdoti sub poena excommunicationis, vti stola, dum sacris operatur. Ex quo sumi potest argumentum à paritate rationis ad cætera vestimenta: quòd tamen argumentum, rebus benè pensatis, parum efficax videtur ad id probandum in omnibus vestimentis. Et præterà in illo textu Concilij eodem modo præcipitur vsus stolæ ad communicandum, atque ad sacrificandum, ibi: *Sacerdos sacrificium oblaturum, aut Sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri IESU Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumsepeus.* Et tamen serè certum est, vt docet Soarius citatus, non peccare mortaliter Sacerdotem, qui priuatim sine stola communicat. Probatur ergo huiusmodi præceptum ex vsu communi & consuetudine totius Ecclesie, quæ hunc ritum obseruat, tanquam necessarium ad debitam reuerentiam huius Sacramenti ac sacrificij: nam illud præceptum, quòd vsus stolæ, & aliorum vestimentorum, retentum est solum in sacrificio faciendo, non extra illud; ac proinde mortale erit sine illa sacrificare,

Nauar. Palud. Syluest. Soar.

Syluest. Palud.

Syluest. Henrig. Palud. Nauar.

Soar. Syluest. Nauar. Palud. Sorus.

non autem communicare. Deinde probatur: quia eadem est ratio de his vestibus sacris, atque de aliis ornamentis altaris: sed celebrare sine aliquo ornamento altaris, v. c. sine ara sacra, sine corporali linco & benedictio, sine lumine, sine calice & patena, sine palla consecratis, aut sine Missali, est peccatum mortale, vt supra diximus, & docent Syluester verbo, *Missæ*, 1. num. 2. Angelus verbo, *Missæ*, §. 36. Tabiena ibi §. 10. Caietanus, & Medina 1. 2. quæst. 96. art. 4. Sotus lib. 1. de iust. quæst. 6. artic. 4. Nauar. cap. 25. num. 83. Ledesma 2. 4. quæst. 25. art. 4. Soarius tom. 3. in 4. part. disput. 81. sect. 1. §. 1. In tertia parte. & sect. 6. §. Secundo, præter illas, & §. Tertio quæritur: ergo etiam peccatum erit mortale, sine aliqua ex his præcipuis vestibus celebrare, v. c. sine amictu, sine alba, sine casula, manipulo, vel stola sacra, aut cum illis, vel illarum aliqua, sed non benedicta.

Syluest. Angl. Tabiena. Caiet. Medina. Sotus. Nauar. Ledesma. Soar.

16. Soar. Henrig. Sotus.

17.

Nauar. Henrig. Sotus.

Medina. Nauar.

24. Caiet.

Soarius

18.

19.

non benedictis, (perinde enim est, meo iudicio, vt dixi celebrare sine illis, ac cum illis, sed non benedictis), aut sine calice, aut corporalibus. Ita docent Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 82. sect. 3. §. Secundo dicens. Nauar. in Manuali Latin. c. 25. num. 84. Henriquez lib. 9. de Missa. c. 29. num. 5. sine ad marginem, littera C: Paludanus, & alij, quos citant. Palud. Er ratio esse potest: quia refultat inde grauissima indecentia, & irreuerentia in hoc diuinum Sacramentum, & sacrificium, talis, quæ, moraliter loquendo, nullo modo cohonestari possit, vt consideranti patebit; & quia tunc iam magis videbitur dari fidei contemptus. Nauar. tamen, si attendit ibi legatur, aperte insinuat, seculo fidei contemptu, non esse peccatum mortale celebrare, ad vitandum periculum mortis, sine omnibus vestibus sacris, sine calice, aut corporalibus: ita enim ille ibi: *Peccat mortaliter, qui sine omnibus vestibus sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro continente Canonem, scilicet, Te igitur, usque ad communionem celebrat. iuxta D. Anton. 3. pari. tit. 13. cap. 6. §. 6. & Director. lib. 1. tit. 7. §. 55. etiam si festum urgeret iuxta eundem ibidem: etiam si aliter mortem vitare nequeat secundum Caiet. 1. 2. q. 96. artic. 4. quod nobis satis durum videtur, licet si celebret, non est irregularis.* Hæc ille. Expressius tamen loquitur Henriquez loco allegato, vbi ita ait: *Si Sacerdos, sine fidei contemptu, ob vitandum mortis periculum, celebret absque stola, aut manipulo, aut alia veste, excusat eum timor ille mortis à præcepto.* Et postea in margine addit: *Ob nullam necessitatem, aut mortis metum licet celebrare, si desint omnes vestes sacre, calix & lumen.* Et cum Henrico aperte transit, ac consentit Soarius citatus dicto §. Secundo, dicendum est, vbi ita ait: *Ille sententia, que docet, peccatum esse mortale, celebrare sine vestibus sacris, moraliter intellecta vera est: est autem intelligenda de omnibus vestibus simul, ita vt Missa dicatur solis communibus vestibus, & usualibus, quod fieri non potest sine scandalo, & sine periculo magna irreuerentia: prætermittere autem in casu necessitatis, vnum, vel alterum vestimentum ex istis, præsertim ex minoribus, vt stolam, vel cingulum; vni graues, censetur, non esse peccatum mortale.* Hæc ille.

Soar. Henrig. Palud. Nauar.

Henrig.

20.

Peccatum etiam lethale est, celebrare cum omnibus vestimentis benedictis, sed valde attritis, & immundis, ac laceris; non contra præceptum humanum, de quo hæctenus egimus; sed contra illud præceptum diuinum ac naturale: *Sancta sancte tractanda sunt.* vt rectè animaduertit Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 83. sect. 3. §. Secundo dubitari solet. & Syluester verbo, *Missæ*, 1. q. 2. §. 3. Et reuera in hoc sapissimè peccari potest grauissimè, si vestes enormiter sint immundæ & laceræ: quia nec reuerenter, nec decenter, & sic non sanctè res tam diuina fiet, ac tractabitur: vnde seuerissimè præcipitur hæc mundities in c. 2. de custodia Euchar. sub peccato lethali. sed ibi, vt notat Soarius allegatus, magis est sermo cum Pastoribus Ecclesie, ad quos pertinent redditus Ecclesiarum, & curatio ac prouisio rerum sacrarum, quam cum sacerdotibus, qui prædictis vestibus vtuntur; quibus possunt, & quas in in Ecclesia inueniunt; & idè grauitas huius culpæ, & præcepti humani in solos Pastores, ad quos huiusmodi prouisio vestimentorum de iure pertinet, spectat: præceptum autem diuinum: *Sancta sancte, & reuerenter tractanda sunt.* ad omnes quidem spectat Sacerdotes, tam pastores, quam non Pastores, vt patet.

21.

Celebrare sine calceis non videtur esse peccatum mortale, quia calcei, nec benedicuntur, nec eorum vsus habet aliquam significationem sacram; sed solum introductus est in Ecclesiam, ob honestatem quandam, ac decentiam, externam; nõ verò ob aliquam

Syluest.

Alcin.

22.

Syluest.

23.

aliquam factam cæremoniam; consuetudo tamen habet, quod Sacerdos ad altare sine calceis non accedat: & ita obseruandum est, si commodè fieri potest, vt docet Syluest. verbo, *Missæ*, 1. quæst. 2. §. 3. Secus autem est de sandaliis, quibus Episcopi vtuntur, dum in pontificalibus sacrificant: peccatum enim est mortale sine illis sacrificare, vt videtur constare ex Pontificali Romano, & ex D. Bern. epist. 42. & ex Innocent. III. in epistola ad Patriarcham Constantinopolitanum, & ex D. Gregorio in cap. *Peruenimus*, dist. 93. & ex lib. 7. epistoliarum, epist. 28. vbi significatur, etiam inferioribus Clericis non licere vti sandaliis, seu compagis: quamquam Alcuinus lib. de diuinis Officiis, c. de vestibus sacris, referat Sacerdotes olim vsos fuisse sandaliis; diuersis tamen ab illis, quibus modò Episcopi vtuntur, in quibus variæ & mysticæ significationes, ac cæremonie continentur, quæ videri poterunt apud ipsum Alcuinum: & idè solum sandalia Episcoporum sunt in vsu, non Sacerdotum.

Nulla autem ex prædictis vestibus sacris potest conuerti in profanos vsus: quia semel Deo dicata, si in perpetuum dicata sunt, ad profanos vsus iterum (vt dixi) redire non possunt, & vetustate temporis consumpta comburenda sunt, & cineres in piscinam coniciendi cap. *Quæ semel Deo*, de regulis iuris, in 6. Et idè totalitè altaris, corporalia, vela calicis, cortinæ Ecclesie, & altaris, & ligna ipsius Ecclesie, si hæc omnia vetusta sint, imò & lapides Ecclesie destructæ in vsus profanos conuerti non possunt: sed, vt dixi, comburenda sunt, & cineres in piscinam coniciendi. Ligna verò, & lapides, ad aliam Ecclesiam conseruabuntur; in seruire etiam poterunt in capitulo, in dormitoriis, & intercliniis Religiosorum, quæ loca omnia sacra reputantur, vt docet Syluest. verbo, *Benedictio*, num. 7. & patet ex cap. *Ligna*, de consecrat. dist. 1. cum Glossa ibi.

Contra verò, ea, quæ sunt profana, ad vsus sacros accommodari possunt: & idè de vestibus aliquius matronæ nobilis planctæ, & casulæ fieri possunt, frontaliam altaris & similia, quicquid dicat

Glossa contrarium sentiens in cap. *Nuptiarum*, de consecrat. dist. 1. quia hæc non sunt magis profana, quam Deorum templa, quæ passim Deo consecrata leguntur, & quicquid indecentiæ habent, satis per benedictionem, & dedicationem ad cultum diuinum purgatur; vt optimè docet Syluest. verbo, *Corporalia*, num. 4. sine, & patet ex vsu, & consuetudine, & facit etiam pro hac parte cap. *Non licet*, 1. 6. quæst. vltima.

Solum egimus hæctenus de his sex vestimentis, amictu, stola, alba, manipulo, cingulo, & casula, & calceis, quia hæc sunt propriæ vestes, quæ in ordine ad sacrificium Missæ, de quo agimus; venire in considerationem possunt: præter hæc enim sunt etiam in Ecclesia alia vestes sacre, quæ, vel non sunt propriæ Sacerdotum, vel ad sacrificium Missæ peragendum non sunt necessariæ, vt superpellicium, quod inter vestimenta sacra numerari potest: quia, licet non benedicatur, tamen ad numerum clericalia deputatum est; & sacram significationem habet: indicat enim vitæ innocentiam, & puritatem animi internam; & eo omnes Clerici ad multa ministeria vti possunt: ad sacrificandum verò necessarium non est; quanuis, si commodè indui potest, ante reliquas vestes necessarias ad sacrificium Missæ, iuxta regulas Missalis, indui poterit.

Aliud indumentum est dalmatica, cuius vsus antiquissimus est in Ecclesia, vt vidimus supra, & ea vtabantur Episcopi, vt refertur in rebus gestis D. Cipriani, qui martyrium subiturus dalmatica se spoliavit: hodie tamen illis vtuntur Diaconi, & Subdiaconi, quod à temporibus Syluestri Papæ initium sumpsit, vt patet ex Concilio Romano sub Syluestro Papa can. 6. prius enim solum Episcopi illis vtabantur, imò aliquando id etiam Episcopis non licuit absque Summi Pontificis licentia, vt patet ex D. Gregorio lib. 7. epistola 111. nunc autem illis solum Diaconi, & Subdiaconi vtuntur, vt diximus. De vestimentis Episcoporum ad Missam peragendam in pontificalibus, agere, instituti nostri non est: de illis enim latissimè tractat Durandus lib. 2. de ritibus Ecclesiasticis, cap. 9. ex quo nonnulla ex his, quæ diximus, mutuari sumus.

24.

25.

Durand.







LIBER QVARTVS.

De effectibus sacrificij Missae.



ACTENVS egimus de obligatione audiendi, & dicendi Missam; deque omnibus necessariis, & requisitis ad illam celebrandam; de defectibus, qui inter sacrificium contingere poterant; & quomodo suppleri possint: nunc autem agendum nobis est de effectibus huius sacrificij, & videndum, quinam illi sint, & quales, ut ex illis etiam admirabilem vitam & excellentiam huius diuini sacrificij colligere possumus, super omnia sacrificia legis veteris, & antiquae, & super omnia Sacramenta legis nouae, & gratia.

CAPVT I.

An sacrificium Missae habeat aliquem effectum ex opere operato: quis ille sit: & quae conditiones requirantur ex parte subiecti, ut ille producat.

SVMMARIVM.

- Quot quaestiones disputanda sint hic. num. 1.
Sacrificium Missae ex sua institutione habet infallibilem effectum ex opere operato. num. 2.
Habet hunc effectum virtute sacrificij crucientis passionis Christi. num. 3.
Non habet illum virtute meritum Ecclesiae, & Sanctorum, & quare. num. 4.
Potest Ecclesia dispensare merita Sanctorum per Indulgentias. num. 5.
Effectum ex opere operato huius sacrificij fundatur in promissione Christi inclusa in ipsa institutione illius. num. 6.
Sacrificium Missae quare non sit vniuersalis causa effectuum gratiae, qui nobis conferuntur virtute passionis Christi. num. 7.
Christus Dominus continetur in sacrificio Missae extra statum merendi, & quare. num. 8.
Oblatio huius sacrificij potest valide inuare ad impetrandos effectus gratiae ex opere operantis. num. 9.
Proprius effectus, quem ex operato producit hoc sacrificium, est remissio peccati temporalis relicti ex peccato mortali condonato. num. 10.
Non solum satisfacit ex opere operato pro hac pena, sed etiam ex opere operantis potest esse impetratorium illius. num. 11.
Haec remissio ex opere operantis quomodo fieri possit. num. 12. & 13.
Quod discrimen sit inter hoc sacrificium, quatenus sacrificium, & quatenus Sacramentum. num. 14.
An aliqua conditiones requirantur ex parte Sacerdotis, ut hoc sacrificium producat suum effectum ex opere operato. num. 15.
Requiritur, quod sit Sacerdos, & quod sit baptizatus, ibid.
Ex parte illius, pro quo offertur, requiritur etiam, quod sit baptizatus. num. 16.
Hoc sacrificium non potest offerri pro Catechumenis,

- etiamsi in gratia existant. num. 17.
Requiritur secundo, quod sit viator, & quid nomine viatoris intelligatur. num. 18.
Requiritur tertio, quod hac remissione poena temporalis indigeat, alioquin fructus sacrificij transibit ad thesaurum Ecclesiae, si pro alio egente non applicetur. num. 19.
Requiritur quarto, quod ille, pro quo offertur, sit iustus, & in gratia sanctificatus. num. 20.
Praeter hanc dispositionem gratia habitualis nulla alia dispositio requiritur. num. 21.
An praedictus effectus ex opere operato huius sacrificij, sit maior, vel minor, in eo, qui magis gratus est. num. 22.
Quid in hoc sacrificio debeat considerari. num. 23.
An si forte offeratur pro aliquo existente in peccato mortali, postea, recedente peccato, redeat effectus sacrificij. num. 24, 25, 26.

MULTAE quaestiones hic sunt disputandae in hoc libro. Prima est, vtrum sacrificium Missae habeat aliquem effectum ex opere operato, ad quae ex sua primaeua institutione cauendum, sit a Christo Domino institutum, & quis ille sit, & quae conditiones requirat. Secunda est, vtrum remittat peccata venialia ex operato. Tertia, vtrum per se conferat augmentum gratiae ex eodem operato in iustis, pro quibus offertur, & interdum, saltem per accidens primam gratiam. Quarta, vtrum per se, & ex sua primaeua institutione conferat ex operato remissionem peccati mortalis, & primam gratiam iustificantem. Quinta, an sit alius modus fructuosus, praeterquam ex opere operato. Sexta, vtrum bona temporalia conferat aliquo modo.

Sic ergo primo statuo, omissis aliis opinionibus. Sacrificium Missae ex primaeua sui institutione a Christo Domino facta habet certum, & infallibilem effectum ex opere operato, & est proxima & particularis causa moralis & effectiua illius. Ita docent communiter Doctores, D. Thom. 3. part. quaest. 79. artic. 5. Soarius tomo. 3. in 3. part. disput. 79. sect. 1. §. Dico primo & sect. 6. initio, & idem etiam D. Thomas 3. part. q. 82. artic. 1. & in 4. dist. 12. q. 2. artic. 2. quaestiuic. 2. apertissime distinct. 45. quaest. 2. art. 1. quaestiuicula 3. & art. 3. quaest. 1. ad 3. & Caietanus tomo 2. opuscul. tract. 3. quaest. 2. Scotus quodlib. 20. Albertus Magnus in 4. distinct. 13. art. 31. Sotus in 4. quaest. 2. art. 1. & lib. 9. de iust. quaest. 2. art. 2. Petrus Soto lib. 7. de Euch. Cano lib. 12. de locis, cap. 13. ad 9. Castro verbo, Missa, haeresi 2. Corduba lib. 1. quaest. 3. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 5. num. 6. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 13. initio, vbi multos pro hac opinione citat, quae est communis. Probatum primo ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 1. vbi dicit, Christum instituisse hoc sacrificium, ut illius salutatis virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum, applicaretur; quod in cap. 2. latius docet: haec autem applicatio, cum fiat ex vi institutionis Christi, oportet, ut includat causalitatem ex opere operato: nam, si solum esset ex merito operantis,

D. Thom. Soar.
Caiet. Scotus. Alb. Sotus.
Petr. Soto; Cano. Castro. Corduba. Couar.
Conc. Tr.

Conc. Trid.

4.

Soar. D. Thom.

5.

tis, nihil particulare haberet hoc sacrificium ex vi ipsius institutionis Christi, neque vinceret sacrificium legis veteris, vel naturae: illa enim etiam poterant similem effectum ex opere operantis causare, sed non certum, neque infallibilem, ut patet. Secundo, quia Ecclesia semper intellexit, huiusmodi sacrificium habere suum fructum, & effectum independentem a dispositione, & sanctitate ministris: ergo signum est dari ex opere operato. Tertio, quia omnia Sacramenta nouae legis ex opere operato producant effectum gratiae: ad hunc enim finem instituta sunt a Christo Domino, ut producant gratiam ex operato in subiectis dispositis, & sint signa visibilia ipsius gratiae inuisibilis, quae conferunt: ergo etiam & sacrificium Missae, cum sit speciale opus Christi, & verissimum sacrificium nouae legis, debet habere aliquem effectum ex opere operato sibi proportionatum ex vi ipsius institutionis Christi.

Hunc autem effectum habet hoc sacrificium virtute sacrificij crucientis Crucis, cui innititur: quod est de fide certum: nam passio Christi Domini est causa vniuersalis omnium effectuum gratiae, qui nobis conferuntur, siue per Sacramenta, siue per quodcumque aliud instrumentum conferantur: proposuit enim Pater Christum IESVM propitiorem omnium hominum in sanguine suo, ut ait D. Paulus ad Romanos 3. & idem Concilium Trident. sess. 22. cap. 1. & 2. docet, efficaciam huius sacrificij incruenti Missae affirmari sine iniuria sacrificij crucientis Crucis: quia institutum est a Christo Domino, ut per illud hominibus applicetur virtus salutaris, ac crucientis sacrificij Crucis; & idem tota efficacia huius incruenti sacrificij Missae nititur virtuti, & efficaciae ipsius sacrificij crucientis ipsius Crucis. Et ratio est: quia omnis efficacia sacrificij Missae debet fundari in aliquo merito, & satisfactione Christi sed non in nouo merito, quod Christus habeat, dum se incruentem in Missa offert; quia iam Christus non est in statu merendi, & satisfactione pro hominibus: ergo in merito, & satisfactione, quod Christus habuit in vita mortali, & consummauit in Cruce.

Et idem cauendum hic maxime est ab opinione illorum, qui efficaciam huius sacrificij, non solum in meritis Christi Domini, & satisfactione illius; sed etiam in meritis totius Ecclesiae, & Sanctorum omnium fundatam esse existimant: quae in thesauro totius Ecclesiae asseruntur, & per huiusmodi sacrificium, & virtute illius applicantur: hoc enim, proprie loquendo, falsum est, propterea loquimur de proprio effectu ex opere operato: nam effectus ex opere operato in sola Christi institutione & promissione innititur, atque fundatur: decebat autem, ut Christus Dominus totam hanc institutionem, & promissionem fundaret in propriis meritis tantum, & non in alienis; quia neque aliis indigebat; & quod potestatem excellentiae ipsius decebat, ut hunc effectum haberet independentem ab operibus alienis, ne per alios noster amor diuideretur, sed totum illum Christus sibi vendicaret, ut optime aduertit Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 79. sect. 1. §. Ex quibus infero, &c. Sic iuxta Diuum Thomam 3. p. q. 1. art. 2. Deus Opt. Max. per se ipsum mundum redemit, non per Angelum, aut purum hominem, ut hominem ad gratitudinem alliceret, & quasi beneficii deuinceret, & sic totum suum affectum in Deum fundaret: si enim per alium mundum redimeret, erga alium etiam homines amorem suum diuiderent.

Quantus vero, proprie loquendo, effectus huius sacrificij, ex opere operato datus, solummodo meritis Christi innitatur, & in iisdem tantum fundetur; hoc tamen non tollit, quominus per modum Indulgentiae, & suffragij, interdum possit Ecclesia applicare de thesauro suo satisfactionem aliquam ex meritis Sanctorum, mediante hoc sacrificio Missae, sicut & mediante aliqua susceptione alicuius Sacramenti, ut est communis sententia in materia Indulgentiarum: sed tunc ille effectus omnino distinctus est ab effectu ex opere operato, & illi extrinsecus accidentaliter coniunctus, ut docebitur num. 10.

Oppones primo contra hanc doctrinam, & nostram conclusionem: Omnis effectus ex opere operato pendet ex aliqua promissione Christi, & in ea fundatur: nullibi autem in sacra pagina inuenitur haec promissio facta huic sacrificio, diuersa ab ea, quae illa facta est, quatenus est Sacramentum: nam in sacra pagina solum inuenitur promissio vitae aeternae facta maducationi, & potui; non autem oblationi, & sacrificio, ut patet ex illo Ioannis 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. ergo effectus gratiae ex opere operato, non promittitur huic mysterio, quatenus est sacrificium; sed quatenus est Sacramentum: ergo hoc sacrificium nullum habet proprium ac peculiarem effectum ex opere operato: & fortassis haec fuit vera, propria, & germana ratio, ob quam Concilium Tridentinum, tribuens omnibus Sacramentis suos proprios effectus ex opere operato, nullam tribuit huic sacrificio.

Sed ad hoc respondeo primo, hanc promissionem esse inclusam in ipsamet institutione huius sacrificij; & sic semper intellexisse Ecclesiam edoctam a Deo; neque opus esse aliunde aliam externam promissionem: & idem verum est, nullibi in sacra pagina inueniri expressam promissionem aliquam producendi effectus ex opere operato huic sacrificio factam; sufficere tamen, quod ipsummet sacrificium ex sua primaeua institutione sit a Christo Domino institutum, & ordinatum ad huiusmodi effectum quemadmodum semper intellexit Ecclesia, quae est columna veritatis, & in illa errare non potest. Respondeo secundo, sufficienter colligi & insinuari hanc promissionem in illis verbis Christi: Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, quae intelligi etiam possunt de effusione, seu oblatione mystica, & sacramentali. Ad id, quod additur ex Concilio Tridentino, respondeo, Concilium non omnino omisisse hunc effectum: nam in sessione 22. cap. 1. & 2. ait, per hanc incruentam oblationem uberimè percipi fructum cruenta oblationis, in quibus verbis satis indicat, & insinuat praedictum sacrificium Missae incruentum, virtute sacrificij crucientis Crucis habere aliquem fructum, & effectum ex opere operato: noluit tamen Concilium vii expressis verbis, hunc effectum ex opere operato expressè significantibus, ne viderentur eam rem de fide definire: non enim res erat adeo indubitata, ut tam facile, & sine sufficienti diligentia, ac discussione, de fide definiretur.

Oppones secundo: Sacrificium Missae videtur esse veluti vniuersalis causa, quae concurrrens ad omnes effectus gratiae, quos Christus Dominus nobis per suam passionem promeruit, illos ex opere operato producit in nobis, si obicem non ponamus: ergo nullum habet proprium, & particularem effectum praedictum sacrificium ex opere operato, nec est causa particularis illius; sed omnium, & communi, tanquam causa vniuersalis ad omnes vniuersaliter concurrrens: nam hoc sacrificium continet in se Christum passum: vnde quicquid est effectus passionis Christi, videtur etiam effectus huius sacrificij. Et ita videtur asserere Diuus Thomas in Ioannem 6. lect. 6. ibi: Alia Sacramenta habent singulares effectus.

6.

7.

D. Thom.

affectus: sed in immolatione huius Sacramenti, id est, in oblatione huius sacrificij, effectus est uniuersalis pro tota Ecclesia, pro uiuis, & defunctis: quia continetur in ipso causa uniuersalis omnium Sacramentorum, qui est Christus.

Respondeo, sacrificium Missae non esse causam uniuersalem omnium effectuum, qui in nobis ex opere operato producuntur, ueluti est sacrificium cruentum Crucis: nam utrunque sacrificium ad diuersos fines fuit institutum, & ordinatum a Christo Domino: sacrificium quidem Missae ordinatum, & institutum fuit a Christo ad producendam ex opere operato efficaciam remissionem poenae temporalis relictae ex peccato mortali, aut ueniali, condonatae: & haec efficacax remissio est proprius, peculiaris, & germanus effectus illius, ut statim dicemus: sacrificium uero Crucis fuit ordinatum ad sufficientiam omnium effectuum gratiae, qui in nobis ex meritis Christi, & propter merita Christi producendi erant in omni tempore: & ideo non tam uniuersalis est causalitas sacrificij Missae, quam uniuersalis fuit causalitas sacrificij Crucis. Neque ex hoc sequitur, excellentius esse sacrificium Missae, quam Crucis; nam, licet sacrificium Crucis sit solum causa sufficiens omnium effectuum gratiae, qui in omnibus hominibus rite, ac recte dispositis sunt producendi, & sacrificium Missae sit causa efficacax solius remissionis poenae ex opere operato, relictae ex peccatis condonatis; tamen tota ista efficacia est fundata in illa sufficientia, ut pater: habuit enim solum sacrificium Crucis, ex dignitate infinitae personae Christi, sufficientiam ad producendos omnes effectus gratiae in hominibus; non tamen habuit efficaciam; & sic causa est uniuersalis sufficiens, non efficacax: nam, si ex dignitate infinita personae Christi hanc haberet efficaciam, profecto ex vi ipsius sacrificij passionis, & mortis Christi, omnes homines absque propriis meritis infallibiliter ex opere operato saluarentur, & primam gratiam, & remissionem omnium peccatorum ex eodem operato consequerentur: quod non est dicendum; quia ipsa sufficientia meritorum Christi non fuit omnibus hominibus per illud sacrificium cruentum Crucis efficaciter applicata; sed efficaciter applicatur per nostra bona opera, merita, & actiones, quae de se non erant sufficientia ad promouendam gratiam, & gloriam, nisi meritis Christi Domini iuuarentur.

8. Et uero, quantum Christus Dominus totus continetur sacrificio Missae; continetur tamen in illo immortalis, & sacramentaliter; & ideo extra statum merendi, & patiendi: secus tempore passionis: unde fit, ut haec sacrificia non habeant aequalitatem in ratione meriti, & satisfactionis.

9. Ad auctoritatem D. Thomae respondeo, illum non loqui de effectu, ex opere operato; sed absolute de quocumque effectu, siue ex operato, siue per modum impetrationis: nam uniuersalis etiam causalitas per modum impetrationis huic quoque sacrificio tribui potest, non quod necessarium sit huiusmodi sacrificium ad omnes effectus gratiae impetrandos; sed, quod, quantum est ex se, offerri possit, ad impetrandum quencumque effectum gratiae, qui ob merita passionis Christi nobis potest conferri: nam, licet, sine impetratione illius, nobis ob alia bona opera dari possint huiusmodi effectus; tamen oblatio huius sacrificij potest etiam ad hoc iuuare, praesertimque iuuare potest ad hoc, ut inaperret rectam dispositionem, qua homo disponatur, ne gratiae effectibus obicem ponat.

10. Statuo secundo: Proprius, & germanus effectus huius sacrificij ex opere operato, ad quem ex primena sui institutione est institutum, est remittere

aliquam poenam temporalem ex peccato mortali, vel ueniali iam condonato relictam, & pro illa satisfacere; & hoc appellant Doctores, illam remittere per modum satisfactionis: quanta autem sit, Deus scit; nobis enim id notum esse non potest. Ita docent omnes, quos citauimus in prima conclusione, num. 2. & speciatim D. Thom. 3. p. q. 79. art. 5. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 79. sect. 6. initio. Henric. lib. 9. de Missa, c. 13. initio: ceteros uide apud istos, uelut apud fontes. Probatur primo: quia nullum Sacramentum est per se primo a Christo Domino institutum ad hunc effectum: licet enim per Baptismum tollatur poena; tamen id quidem est quasi consequenter, quatenus per illum tollitur culpa, non uero per se primo & directe: neque enim Baptismus per se primo a Christo Domino institutus est ad tollendam poenam relictam ex peccato condonato; spectabat autem ad prouidentiam diuinam, quam Christus habuit de hominibus, aliquod medium, & remedium, ad huiusmodi poenas temporales per se primo, & directe remittendas instituere: hoc autem est sacrificium Missae. Secundo probatur: quia Sacramentum Poenitentiae per se primo remittit poenam aeternam, & culpam; non tamen auferit omnem poenam temporalem; sed commutat poenam aeternam in poenam temporalem, maiorem, uel minorem, iuxta dispositionem peccantis: unde, si aliquando omnem poenam, etiam temporalem, remittit, id quidem est, quia perfecte remittit culpam propter perfectam dispositionem: non uero, quia directe sit a Christo Domino institutum ad tollendum reatum poenae temporalis. Reliqua etiam Sacramenta suos proprios, ac peculiare effectus habent, qui non sunt ipsa remissio poenae temporalis. Necessario ergo fuit, iuxta rationem diuinae prouidentiae, aliquod remedium directe, ac per se instituere, ad remissionem huius poenae temporalis relictae ex peccato dimisso: hoc autem fuit sacrificium Missae: ergo proprius ac peculiaris effectus illius est remissio istius poenae. Probatur tertio: quia hoc non solum spectabat ad diuinam prouidentiam, sed etiam ad diuinam bonitatem nam mediante hoc medio, & sacrificio potest vnus homo, etiam in peccato mortali existens, satisfacere pro alio quoad hanc poenam, applicando huiusmodi sacrificium pro illo, illo inciente: nam efficacia huius sacrificij nihil pendet a sanctitate ministri offerentis, aut alicuius applicantis hoc diuinum remedium: quia est medium, ac remedium publicum a Christo Domino ad hunc effectum institutum, independenter a sanctitate offerentium: quod non ita est in satisfactione priuata, quam aliquis fidelis pro alio offert: cum enim non sit remedium publicum a Christo Domino ad hunc effectum institutum; sed sit remedium particulare; oportet, ut proficiat alteri, ut uterque sit in gratia, & iustus tam offerens, & applicans; quam ille, pro quo offertur, & applicatur, ut optime notauit Henric. lib. 9. de Missa, cap. 13. initio. Corduba lib. 1. q. 131. opinione 4. Sor. in 4. dist. 13. q. 1. art. 6. & q. 2. art. 1. col. 1. ut cernitur in Indulgentiis, quae dicuntur prodessse defunctis per modum suffragij.

Nec solum est sacrificium Missae satisfactorium ex opere operato pro praedicta poena temporalis relictae ex peccatis mortalibus, uel uenialibus dimissis: sed etiam est imperatorium: nam, licet per illud remittantur huiusmodi poenae ex opere operato; tamen non semper remittuntur totae: unde, si aliquis illarum reatus manet post effectum ex operato, potest huiusmodi sacrificium multum iuuare per modum impetrationis ad illius remissionem obtinendam: nam, cum sit hoc sacrificium per se sufficiens ad quodlibet bonum

D. Thom. Soarius. Henric.

Henric. Corduba. Sorus.

11.

bonum impetrandum: etiam si vnum conferat ex opere operato, ex speciali Christi institutione, non ideo amittit vim ad impetrandum aliud distinctum: & ideo per modum impetrationis magis, uel minus remittet hanc poenam, iuxta maiorem, uel minorem seuotem, gratiam, ac deuotionem offerentis: pendet enim hic effectus impetratorius a maiori, uel minori sanctitate illius, ut optime docet D. Thomas 3. p. q. 79. art. 5. & Soarius tomo 3. disp. 79. sect. 6. S. Sed contra, in 3. p.

D. Thom. Soar.

12.

Haec autem remissio per modum impetrationis dupliciter fieri, & intelligi potest: primum quidem, immediate, id est, ut per ipsum sacrificium applicatum pro aliquo immediate, impetretur ipse effectus remissionis poenae temporalis, nullo actu hominis, aut dispositione operantis, seu offerentis interueniente. Et hoc fieri non potest: quia tunc non impetratiue, sed ex opere operato haec remissio fiet, ut patet: nam etiam effectus ex opere operato fit immediate independenter ab actu, & dispositione ministri, per modum solutionis, & pretij sacrificij: solum tamen, si hic modus remissionis uerus est, ut notat Franciscus Soar. allegatus, distinguetur ab effectu ex opere operato, quod remissio ex operato erit infallibilis, si is, pro quo huiusmodi sacrificium applicatur, fuerit in gratia: at per modum impetrationis non erit infallibilis, etiam si applicetur pro homine grato, & iustificato. Et ratio diuersitatis erit: quia effectus ex opere operato fundatur in speciali lege & promissione inclusa in ipsa institutione Christi, quae promissio deficere non potest: remissio autem, & effectus per modum impetrationis fundatur in dignitate huius sacrificij, adiuncta postulatione peccantis, seu offerentis, quae postulatio ad remissionem ex operato necessaria non est.

13.

Secundo mediate, id est, impetrando nobis uires spirituales ad praestanda opera poenitentiae, quibus mediantibus, pro alio Deo satisfaciamus. Et hic posterior modus mihi certus uideretur: nam, si huiusmodi sacrificium impetrat auxilium gratiae ad eliciendos actus poenitentiae, per quos nobis peccata nostra mortalia remittantur, & prima gratia confertur, multo magis nobis illos impetrabit ad satisfaciendum pro poenis temporalibus relictis ex peccatis dimissis.

14.

Notabis uero, differentiam maximam esse in hoc sacrificio, quatenus est sacrificium, & quatenus est Sacramentum: nam, quatenus est Sacramentum, non remittit immediate hanc poenam temporalem, sed mediante dispositione ministrantis: & ideo, ut haec satisfactio priuata proficiat alteri per modum impetrationis, oportet, ut uterque sit iustus, & celebrans, & ille, pro quo celebrat, ac offert: quatenus uero est sacrificium publicum institutum a Deo ad huiusmodi effectum ex opere operato producendum, remittendi hanc poenam temporalem, solum requirit, ut ille, pro quo applicatur, existat in gratia; non autem Sacerdos applicans: gratia enim tunc in illo, pro quo applicatur, solum requiritur tanquam remouens prohibens, id est, tanquam remouens peccatum, quod prohibet fieri praedictam remissionem poenae temporalis ex eodem peccato relictam.

14.

Sed rogabis, an aliqua adhuc condiciones requirantur, ut huiusmodi sacrificium producat praedictum effectum ex opere operato, in illis, pro quibus applicatur? Respondeo, nonnullas requiri, tam ex parte Sacerdotis applicantis, quam ex parte illorum, pro quibus applicatur. Ex parte Sacerdotis requiritur in primis, ut ipse Sacerdos sit baptizatus, & uere ordinatus: alioqui enim, si non sit

Sacerdos, nec uere baptizatus, non est uerus minister huius sacrificij, & fructus sacrificij non nobis applicantur, nisi per ueros illius ministros, qui solum sunt Sacerdotes. Requiritur secundo, ut Sacerdos, qui pro alio Missam celebrat, habeat intentionem, saltem uirtualem, applicandi illam pro aliquo: alioqui enim, si illam non applicat pro aliquo, nulli in particulari proderit; sed illius satisfactio statim a Deo in thesauro Ecclesiae reponetur, ut postea in egentium utilitatem a Summo Pontifice, & ab aliis Praelatis hanc potestatem habentibus per Indulgentias dispensetur, appliceturque.

Er parte illius, pro quo huiusmodi sacrificium applicatur, quatuor conditiones requiruntur, ut fructum illius ex opere operato obsequatur. Prima est capacitas; secunda, status; tertia, dispositio; quarta, necessitas, seu indigentia: & per omnes discursumus breuiter. Primum ergo requiritur capacitas: illa, uidelicet, quae nobis per Baptismum confertur: nam sine caractere baptismali nullus est habilis ad recipiendum hunc effectum. Ita docent communiter Theologi cum D. Thoma 3. part. quaest. 79. art. 7. ad 2. docet etiam Soar, tom. 3. in 3. part. disp. 79. sect. 10. initio. D. Aug. l. 1. de origine animae. D. Chrysostomus 3. ad Philipenses, ubi dicit, hoc sacrificium non posse offerri pro Cathecumeno defuncto: quod uerum esse non potest, nisi quoad effectum ex opere operato: nam quoad impetrationem, etiam pro Cathecumenis, uiuis, & defunctis, offerri potest, Probatur: quia, sicut Baptismus est ianua, ac fundamentum, ut caetera Sacramenta suos effectus producant ex opere operato; ita etiam respectu huius sacrificij est ianua, ac fundamentum, ut suum effectum ex opere operato causet ac producat: & ideo specialiter in Canone Missae dicitur, illam offerri pro fidelibus, id est, pro baptizatis: & sic intelligenda sunt illa uerba Canonis: *Memento etiam, Domine, famularum tuarum, famularumque tuarum, qui nos praecesserunt in signo fidei*, id est, in Baptismo: Baptismus enim signum, sigillum, atque testimonium fidei appellatur in sacris Litteris: sic interpretatur illud Apocal. 1. 9. *Vide, ne feceris: conseru enim unum sum, & sanctorum tuorum habentium testimonium* Iesv, quod explicat Ribeira ibi, habentium Baptismum, & signum fidei: dicitur enim habere testimonium Iesv ille, qui characterem baptismalem habet, quo testimonio palam testatur, Iesv esse Filium Dei: nam illi solum participes esse possunt huius mensae, & fructus huius sacrificij, qui baptizati sunt: prius enim debent regenerari in Christo, quam nutrir: regenerantur autem per Baptismum; nutriuntur uero per huiusmodi Sacramentum, quod in hoc sacrificio continetur.

Dices: Cathecumenus potest esse uiuum membrum Christi, quia potest in gratia existere: ergo potest esse capax remissionis poenae temporalis, quae remissio est proprius effectus huius sacrificij, ut diximus: cur enim non poterit, cum sit in gratia? Respondeo, non satis esse, quod sit in gratia constitutus, ut possit esse capax huius effectus; sed requiri etiam, ut in re sit baptizatus: quia hoc sacrificium est speciale remedium pro iis, qui baptizati sunt: & hinc esse, quod ex antiquissima Ecclesiae traditione, & consuetudine non permittantur Cathecumeni praesentes esse sacrificio Missae; excluduntur enim ab huiusmodi sacrificio, dum oblatio illius incipit: signum ergo est, illis non esse promissum effectum operis operati praedicti sacrificij: per modum tamen impetrationis inseruire poterit huiusmodi sacrificium ipsis Cathecumenis ad illis impetrandam hanc remissionem, si in gratia existant; & sic erit illis hoc

16.

D. Thom. Soarius. D. August.

17.

hoc sacrificium impetratorium, non tamen satisfactorium, vt diximus.

18.

Requiritur etiam status viatoris. Nomine autem viatorum comprehenduntur etiam illi, qui sunt in igne purgatorio: quia nondum ad vltimum terminum gloriae peruenerunt; & ideo aliqua ex parte viatores sunt, maximè quoad remissionem poenarum, imò etiam culpae venialium, obrinendam, vt docet D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. artic. ad 3. & Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 79. lect. 10. §. Primo igitur. in initio sectionis. & §. Secundo requiritur. Significat Albertus Magnus a. 2. ad 6. Petrus Soto lect. 7. de Euch. Lindanus lib. 4. Panopl. cap. 51. Ruadus a. 16. Hofius in confess. cap. 41. Berlarus lib. 2. de Purgatorio, cap. 18. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 13. initio. Couarr. in cap. Alma mater, 1. p. §. 5. num. 11. Nauarr. in Levit. notabil. 22. & patet ex Concilio Tridentino sess. 25. cap. 1. vbi docet sacrificium Missae maximè prodesse defunctis: nomine autem defunctorum non possunt intelligi illi, qui in vltimo termino sunt beatitudinis; hi enim non indigent remissione poenarum, cum nullas poenas ibi habeant, alioquin non essent in beatitudine; nec etiam illi, qui sunt in poenis gehennae Inferni, cum huiusmodi poenae sint irremissibiles, vt diximus cap. 11. n. 6. ergo solum illi intelliguntur, qui sunt in igne purgatorio.

D. Thom. Soar.

Alb. Mag. Petr. Soto. Lindan. Ruard. Hofius. Bellar. Henric. Couarr. Nauarr. Conc. Trid.

19.

Tertio requiritur necessitas, seu indigentia, ex parte illius, pro quo offertur, vt, scilicet, habeat poenam aliquam temporalem ex culpis ac peccatis condonatis relictam, quae remitti possit: quia, si plenè facta est remissio culpae, & poenae temporalis, nihil superest per hoc sacrificium remittendum: si verò culpa, seu peccatum nondum est remissum, impeditur remissio poenae, cum hoc sacrificium tantum sit institutum à Christo Domino pro effectu remittendi ex opere operato praedictam poenam temporalem ex peccatis condonatis relictam; & ideo semper erit necessaria intentio, seu applicatio offerentis, saltem virtualis; qua velit, vt Petrus, v. c. pro quo sacrificium applicatur, illo non indigeat, fructus illius applicetur aliis indigentibus: si enim hoc non fecerit, & vel in particulari, vel saltem in communi, eos non designauerit; sed intentio eius tantum sistat in sola illa persona, quae fructu sacrificij non indiget; non manet applicatus praedictus fructus, nec vlli datur, sed in thesauro Ecclesiae à Christo referuatur: dispensandus postea per Indulgentias, vel à Summo Pontifice, vel ab aliis Praelatis eam potestatem habentibus, vt diximus num. 15. & docent Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 79. lect. 10. §. Quarto requiritur. & §. Ad addendum verò, & Sotus in 4. dist. 13. a. 1. & Cord. lib. 1. quaest. 3. opinione 6.

Soarius.

Sotus. Corduba.

20.

Quarto, & vltimò quòd illi, pro quibus huiusmodi sacrificium applicatur, sint in gratia: & ideo dum subiectum non est capax, propter obicem peccati, non producat suum effectum ex opere operato: & ideo si vel in particulari, vel in generali, pro aliis in gratia existentibus non fuerit oblatum; etiam in hoc casu, satisfactio illius postea per Indulgentias dispensanda in thesauro Ecclesiae referuabitur: nam effectus huius sacrificij, seu remissio poenae temporalis, est beneficium quoddam, quod Deus ex peculiari instituto suo actu non confert, nisi amicis suis. Nec est vllatio, ob quam conferatur inimicis, aut ad illos extendatur: ac proinde ille, qui in peccato mortali est, nullo modo est capax talis, ac tanti beneficij, vt optime docet D. Thom. 3. p. q. 79. a. 7. ad 2. & Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 76. lect.

D. Thom. Soar.

10. §. Tertio requiritur. & alij communiter.

Et praeter hanc dispositionem gratiae habitualis gratiam facientis, nulla alia dispositio requiritur ex parte illorum, pro quibus tale sacrificium offertur: nam illa dispositio, si requireretur, vel esset habitualis, vel actualis; non habitualis, quia cum gratia habituali comprehendimus omnes virtutes, & dona, quae illam comitantur: non actualis; quia non est necessaria actualis deuotio, neque aliquis bonus affectus ex parte illorum, pro quibus hoc sacrificium offertur; neque etiam est necessarium, vt illi sciant, quòd pro ipsis offeratur: cum enim illa actualis deuotio non sit necessaria in aliis Sacramentis, v. c. in Sacramento Ordinis, Matrimonij, aut extremae Vnctionis, ad producendam gratiam ex operato; sed solum necessarium sit, quòd subiectum sit gratum, & non habeat mortalis peccati obicem, vt praedicta Sacramenta producant suum effectum: ita etiam, vt hoc sacrificium producat suum effectum, nihil amplius requiratur, quam quòd subiectum sit gratum, & non habeat obicem peccati mortalis. Similiter, vt dixi, non est necesse, vt ij, pro quibus applicatur, id sciant; quia hic effectus, quando aliis applicatur, applicatur quidem per modum cuiusdam extrinsecæ donationis, quam statim Deus pro illis acceptat, si sunt in gratia sanctificante; sic etiam in donationibus temporalibus possunt Iudices, Notarij, & Tabeliones pro absentibus validè donationes acceptare, seu pro illis stipulari, vt loquuntur Iurisperiti, illis nihil scientibus, aut cogitantibus de talibus donationibus, vt late probat Molina ex variis iuribus tomo 2. disp. 264. fol. 76.

21.

Rogabis tamen primò, an hic effectus remissionis poenae temporalis sit maior, vel minor, ceteris paribus, in eo homine, qui melius per gratiam est dispositus, vel per maiorem deuotionem? Affirmare videntur D. Thom. 3. p. q. 79. artic. 5. & Sotus lib. 9. de iust. quaest. 2. a. 2. & Sylu. verbo, Missa, q. 9. vbi absolute dicunt, applicationem huius sacrificij esse satisfactoriam illis, pro quibus offertur: imò & ipsis offerentibus, si pro se ipsis offerant, secundum quantitatem suae deuotionis. Et potest haec opinio probari ratione: quia dispositio requiritur simpliciter ad hunc effectum; & ideo melior dispositio ad meliorem effectum conducet: causa enim melius operatur in subiecto melius disposito. Nihilominus dicendum est, meliorem dispositionem hic non sortiri meliorem effectum, & maiorem remissionem poenarum temporalium ex operato; non enim pendet hic effectus ex maiori, vel minori dispositione illius, pro quo offertur; sed ex institutione diuina, & ex applicatione sacrificij offerentis: ex parte enim Dei, & instituti diuini, solum requiritur, quòd subiectum sit gratia capax, & non habeat obicem peccati; requiritur enim solum haec dispositio, tanquam remouens peccatum, prohibens ipsam remissionem poenae temporalis, quae est effectus huius sacrificij: ex parte verò offerentis requiritur, quòd totum sacrificium applicet pro illo: si enim non totum, sed partem illius tantum offerat, tunc quidem maior, vel minor effectus ex operato illi communicabitur; iuxta maiorem, vel minorem applicationem offerentis: vnde supposita dispositione ex parte illius, pro quo offertur, totum hoc negotium pendet ex maiori, vel minori applicatione offerentis, vt patet. Neque enim haec causalitas est similis causalitatibus aliarum causarum, quae per se agunt perfectius, aut imperfectius, iuxta dispositionem passivam: haec enim causalitas solum est moralis per modum

Molina.

22.

D. Thom. Sotus. Syluest.

dum cuiusdam donationis, quae tanta est, quantum vult, qui donat, vel offert. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3. in 3. parte, disp. 79. lect. 10. §. Nihilominus censet. Caietanus tomo 2. opusc. tract. 3. quaest. 2. & Durandus in 4. dist. 45. quaest. 3. num. 7. & 8. & D. Thom. ibidem.

Soarius. Caiet. Durandus. D. Thom.

23.

Considerandus est autem hic duplex valor, & duplex effectus ex opere operato: alter respondens substantiae sacrificij, in se considerati, & primo ac principali offerenti, qui est Christus Dominus, qui per Sacerdotem se specialiter Patri offert in hoc sacrificio, pro illis, pro quibus hoc sacrificium applicatur: & hic valor, ex ipsa institutione Christi Domini, semper est de se idem, aequalis, & independens à maiori, vel minori dispositione recipientis, aut illius, pro quo offertur. Alter respondens sacrificio in se considerato, & secundo, ac minus principali offerenti, Ecclesiae, nempe, quae etiam per Sacerdotes, tanquam per suos Ministros proprios, ac competentes, offert huiusmodi sacrificia pro illis, pro quibus aliquis fidelis illa vult offerre: & hic valor est etiam certus, & infallibilis ex opere operato, quoad ascensionem; non tamen semper est aequalis quoad entitatem, & gradum: est enim in hac entitate maior, vel minor, pro ratione & varietate ipsius Ecclesiae Catholicae, quae est semper Deo grata; sed modò magis, modò minus grata, pro maiori vel minori numero & sanctitate iustorum, qui pro varietate temporum in ea existunt; & pro maiori, vel minori applicatione ipsius Ecclesiae: applicat enim illa, huiusmodi sacrificium iuxta intentionem illius, qui hoc sacrificium pro aliquo offert: vnde, si totum offert, maiorem effectum ex opere operato consequetur ille, pro quo offertur: quam partem sacrificij pro illo offert. Et quide praeter hoc valorem ex opere operato, est etiam alius valor ex opere operantis: & hic, neque est certus quoad ascensionem, quia nec semper Sacerdos operans rem diuinam est in gratia; neque est aequalis quoad gradum; quia nec semper ipse Sacerdos in gratia existens, est in eodem statu, & gradu gratiae, sed modò habet maiorem, modò minorem, iuxta maiora, vel minora opera charitatis, quae exercet.

24.

Rogabis secundo, an sublato impedimento, & recedente fictione, & peccato mortali illius, pro quo huiusmodi sacrificium offertur, quod impediēbat causalitatem, & ascensionem praedictae remissionis poenae temporalis ex opere operato, statim redeat effectus. Et haec de re est bipartita sententia: Prima sententia affirmat, & eam tenet Nauarrus tract. de orat. cap. 19. à num. 73. tenet etiam expressè Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 13. §. 1. fine. Probari potest haec opinio primò, quia Sacramenta nouae gratiae, & legis, hoc peculiare habent, vt recedente fictione redeat effectus: eorum ergo simile priuilegium non habebit etiam hoc sacrificium, cum sit sacrificium proprium nouae Legis, & à Christo Domino institutum ad hunc effectum peculiariter producendum: aut quòd inconueniens est hoc affirmare? Secundo, quia rationi consentaneum est, ad maiorem commendationem efficaciae sacrificij, vt ei, qui in peccato mortali existit, si pro illo offeratur, iam sit, quantum est ex parte acceptationis diuinæ, remissa poena temporalis tali peccato debita, veluti sub conditione, si aliquando talis culpae veniam comparauerit.

25.

Secunda sententia negat. Eam docet Soarius tomo 3. in 3. parte, disp. 79. lect. 10. §. Tertio inquiri potest. Primò, quia hoc priuilegium vnicum, & singulare est pro Sacramento tantum nouae legis, vt scilicet, recedente obice redeat effectus; & forte non omnium Sacramentorum, sed tantum illo-

rum, quae iterari non possunt; haec enim habent veluti quandam necessitatem: quia, cum careant iteratione, non potest amplius illorum effectus recuperari: vnde, ne suo proprio, & peculiari effectu priuentur, necesse est, vt recedente obice, redeat illorum effectus; & non est necesse, nec forrè conuenit, vt priuilegia propria Sacramentorum extendantur ad sacrificium Missae, quòd facillimè iterari potest. Secundo, quia hoc sacrificium oblatum pro iusto non indigente hac satisfactione poenarum temporalium, non acceptatur, nec quasi conferuatur illi fructus, & effectus illius, vt pro eo tempore, quo egerit praedictum effectum ac fructum: ergo multò minus acceptabitur respectu peccatoris: ergo non redit postea hic effectus, sed manet in thesauro Ecclesiae, vt inde postea in utilitatem fidelium dispensetur, iuxta ea, quae diximus num. 19. & num. 15. & pro hac opinione facit etiam Sotus praedicto num. 19. allegatus propter rationem ibi factam.

26.

Ad primum argumentum pro prima opinione iam responsum manet: neque enim necesse est extendere, & ampliare proprium priuilegium Sacramentorum nouae legis, sine fundamento, & vrgenti ratione ad sacrificium Missae. Ad secundum respondeo, indecens esse, & inconueniens, vt huiusmodi effectus gratiae remissionis poenae temporalis acceptetur, & conferuatur ex parte Dei in fauorem impij pro eo tempore, quo iustificatus fuerit: si enim Deus, quando huiusmodi sacrificium offertur pro iusto, qui non eget remissione culpae temporalis, non conferuatur illi hunc effectum pro eo tempore, quo iterum fuerit iniustus, sed statim transit ad alium, si pro alio offeratur, aut ad thesaurum Ecclesiae, si pro alio non offeratur; quomodo, aut ob quam rationem illum conferuabit impio pro eo tempore, quo iustus, & pius fuerit: alioquin enim melioris conditionis erit impius, quam pius, contra omnem rationem.

CAPVT II.

An hoc sacrificium ex opere operato remittat iis, pro quibus offertur, peccata mortalia; & consequenter an ex eodem operato conferat primam gratiam sanctificantem.

S V M M A R I V M.

- Referuntur prima opinio, docet, sacrificium Missae ex opere operato conferre primam gratiam sanctificantem, & remissionem mortalium peccatorum. num. 1.
- Referuntur fundamenta ex Concilio Tridentino, & iure, pro hac opinione. num. 2.
- Sacrificium Missae, quòd Christus celebravit in vltima Cena, fuit de se efficax ad remittenda peccata mortalia, & conferendam primam gratiam. num. 3.
- Destruuntur fundamenta huius opinionis. num. 4.
- Sacrificium Missae est impetratorium auxilij opportunum ad donum contritionis. num. 5.
- Sacrificium Missae, quòd Christus celebravit in vltima Cena, fuit aprium, vt ordinaretur; non tamen actum fuit ordinatum ad remissionem peccatorum mortalium, & infusionem primae gratiae. num. 6.
- Sacrificium Missae fuit sufficiens, non tamen efficax ad hanc primam gratiam, & sanctificationem hominum, si in sua institutione ad id à Christo Domino ordinaretur: & idem de primo sacrificio, quòd Christus in vltima Cena celebravit. num. 7.

Sacramenta



*Sacramenta noua legis fuerunt à Christo instituta ad sanctificationem hominum. num. 8.*  
*Quare actu Christus Dominus sacrificium Missae non instituerit ad sanctificationem hominum ex operato. num. 9. & 10.*  
*Christus solum emendationem hominum quaerit. n. 10.*  
*Referitur secunda sententia, docens, sacrificium Missae, nec ex operato, nec imperatorie conferre primam gratiam, & remissionem peccatorum mortalium. num. 11.*  
*Refutatur haec opinio. num. 12.*  
*Conducitur uehementer sacrificium Missae ad primam gratiam, & remissionem peccatorum impetrandam. num. 13.*  
*An infallibiliter hunc effectum semper impetret, nisi homo resistat: referitur opinio affirmans. num. 14.*  
*Si haec opinio vera esset, procederet etiam in eo casu, in quo Sacerdos esset in peccato mortali. num. 15.*  
*An haec infallibilis impetratio in hac opinione sit de congruo, uel de condigno. num. 16.*  
*Haec impetratio non est immediate ipsius gratiae sanctificantis, sed mediante auxilio opportuno, & dono contritionis. num. 17.*  
*Mediante hoc auxilio hanc gratiam impetrat. n. 18.*  
*Scrutatur uera sententia. num. 19.*  
*Quid, quando Sacerdos offert hoc sacrificium nomine proprio, an tunc de condigno sit impetratorium, & cuius rei sit. num. 20.*  
*Soluntur argumenta prima sententiae, num. 14. postea. num. 21.*  
*An oratio iusti, qua iustus est, sit infallibiliter impetratoria. num. 22.*

1. **Q**uestio est Theologiae digna fastigio, an huiusmodi sacrificium Missae, primam gratiam peccatoribus conferat ex operato, & peccata eis mortalia, uel saltem uenialia remittat. Et quoad peccata mortalia & primam gratiam uariae sunt sententiae. Prima docet, hoc sacrificium Missae per se, & ratione rei oblatæ, conferre hominibus primam gratiam, & remissionem peccatorum mortalium ex opere operato, faciendo hominem peccatorem, & impium ex attrito contritum; non per mutationem actus attritionis in actum contritionis; sed per infusionem gratiae sanctificantis, qua ipsa attritio formatur, sicut fit per Baptismum, & Pœnitentiam. Et iuxta hanc opinionem, si Sacerdos offerat hoc sacrificium pro impio existente in peccato mortali, & contingat in eo instanti, quo sacrificium essentialiter absoluitur, ac perficitur, illum esse attritum; ex vi talis sacrificij conferetur ei gratia habitualis in eodem instanti; siue intelligatur dari hæc gratia physice, per sanctificationem ipsam, terminumque illius, qui est Christus sub speciebus oblatæ: siue moraliter, infallibili tamen effectu, quia, scilicet, ipsum sacrificium ita nobis Deum reddit placatum, ut nos statim in suam gratiam recipiat, conferendo gratiam habitualem. Hæc opinio sic explicata solet tribui Gabrieli lect. 57. in Canon. & Petro Soto lect. 7. de Euch. & Soto in 4. dist. 13. quest. 2. art. 1. re tamen uerast attentè legantur; nullus eorum eam docet in propriis terminis.

Gabriel.  
Petr. Soto.  
Sotus.

2. Potest hæc opinio fundari primò in illis uerbis consecrationis: *Qui pro uobis, & pro multis effundetur*; quæ à multis Doctoribus, & sanctis Patribus de sacrificio incruento Missae intelliguntur. Sic intelligit D. August. serm. 4. de Innocentibus, ibi: *Super Altare Corporis Domini offertur: illic uindictam Sanguinis postulabant: ibi & pro peccatoribus Christi Sanguis effunditur*. Est ergo hæc sacramentalis ac sacrificabilis effusio, remissio pecca-

D. August.

torum, & in peccatorum remissionem fit: nam remissio simpliciter dicta, non tantum est remissio pœnæ temporalis, sed propriè est remissio culpæ mortalis; & idè Alexander IV. Summus Pontifex, interpretans prædicta uerba, Epistola 1. decretalium, cap. 4. ita ait: *Crimina, atque peccata oblatæ his Domino sacrificijs delentur*. Et infra: *Talibus hostiis placabitur Deus, & peccata dimittet ingentia*. At nunquam solet Deus dimittere peccata mortalia, quæ hæc uocantur ingentia, nisi per infusionem gratiae sanctificantis. Probatur etiam ex Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. ubi uideatur approbare sententiam Alexandri Papæ, ibi: *Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit*. Unde, cum Concilium priùs requirit ad effectum remissionis peccatorum mortaliùm, & infusionis primæ gratiæ sanctificantis, donum pœnitentiæ, fortassis non de contritione, & perfecta pœnitentia hoc intelligit; sed de attritione, quam idem Concilium sess. 14. capit. 4. contritionem appellat imperfectam.

Conc. Tr.

Rationibus probari hæc opinio potest. Primò, quia sacrificium in nocte Cœnæ à Christo Domino oblatum, fuit efficax ad remittenda peccata mortalia, & uiuificandas animas: ergo & sacrificium Missae oblatum à Sacerdotibus nouæ legis eandem efficaciam habebit ad eundem effectum, cum sit idem cum illo, & idem sacerdotium: nam Sacerdos Euangelicus in actu sacrificandi Christum repræsentat. Maior probatur ex D. Thoma 3. parte, q. 22. art. 3. ubi agens de Sacerdotio Christi, docet, fuisse efficax ad expianda peccata quoad culpam: quod sumitur ex illo D. Pauli ad Hebræos 9. *Sanguis Christi emendauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo uiuenti: & idè noui Testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum præuentionum, quæ erant sub priori Testamento, remissionem accipiant, qui uocari sunt, æternæ hereditatis*. Secundo, quia Sacramenta nouæ Legis habent vim conferendi ex operato primam gratiam sanctificantem, & remittendi peccata mortalia, faciendo de attrito contritum: ergo & sacrificium Missae. Probatur consequentia: quia ratio sacrificij est perfectior ut sic, quam ratio Sacramenti, & ex parte rei oblatæ est etiam nobilissima; & quia huiusmodi sacrificium, cum de se sit propitiatorium, magis intrinsecè, ac per se uideatur ad remissionem peccatorum ordinatum, quam Sacramentum; & quia in hoc sacrificio expressius repræsentatur Passio Christi, per quam peccata dimittuntur, quam in quolibet Sacramento. Tertio, quia Christus Dominus conferre potuit hanc vim dimittendi peccata mortalia ex operato huic sacrificio; ut per se notum est: ergo de facto contulit, cum hoc magis commender dignitatem, & excellentiam illius.

D. Thom.

Hæc opinio sic explicata uidetur habere speciem probabilitatis; illam tamen destruiamus, & illius fucum propalemus, ut ueram stabiliamus. In primis enim in se considerata, nec est certa, nec distinctè loquitur, nec eius fundamenta uera sunt: nam illa uerba Christi Domini: *Qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, communiter interpretantur de sacrificio cruento Crucis: & licet à D. Augustino in sensu mystico de sacrificio Missae interpretentur: tamen possunt exponi de remissione peccatorum, quoad sensum & pœnam temporalem relictam ex peccatis, ac culpis mortalibus, aut uenialibus dimissis: in eo enim loco

4.

sicut

sicut & in aliis sacrae paginae, peccatorum nomine significantur pœnæ temporales ex prædictis peccatis relictæ. Sic communiter exponitur illud Machabæorum 2. cap. 12. *Sancta, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur*, id est; ut à pœnis temporalibus ex peccatis condonatis relictis, quæ sunt reatus peccatorum, liberentur, illisque prædictæ pœnæ remittantur. Deinde, quia illa uerba: *Qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, non sunt intelligenda de immediata remissione peccatorum ex opere operato, & quasi hoc sacrificium ex primæ sua institutione sit à Christo Domino institutum ad remittenda peccata mortalia directè, & conferendam primam gratiam habitualem, ac iustificantem; sed imperatorie, & mediante donum contritionis, quod impetrat, ut loquitur Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. ibi: *Huius quippe sacrificij oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata ingentia dimittit*.

5. Ad locum Alexandri IV. ex Epistola prima decretali, & ad locum Concilij Tridentini respondeo, nec Concilium, nec Pontificem, nec Patres significare remissionem peccatorum mortalium, & infusionem primæ gratiæ sanctificantis dari ex opere operato per sacrificium Missae: sed dari imperatorie mediante dono pœnitentiæ, & contritionis; & mediante hac contritione, dispositioneque, posse hanc remissionem peccatorum, & infusionem primæ gratiæ impetrari: & idè dixit Concilium prædicta sessione 22. cap. 2. fieri posse, ut per hoc sacrificium misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, utique ad ueram contritionem cordis concipiendam: & idè nunquam iudicauit Concilium, sacrificium Missae immediate, & ex opere operato conferre primam gratiam sanctificantem, & remissionem peccati mortalis absque contritione, & actu impetrantis: & licet aliquando Concilium attritionem ipsam, contritionem appellet imperfectam, parum refert: nam, absolute loquendo, contritio ferè semper sumitur pro uera, & perfecta contritione, ac pœnitentia: & Concilium non dicit, illam contritionem, quam alij uocant attritionem, & pœnitentiam imperfectam, sufficere ad remittenda peccata, & infusionem primæ gratiæ sanctificantis consequendam simul cum hoc sacrificio ex opere operato; sed sufficere ad inueniendam misericordiam in auxilio opportuno, id est, ad comparanda auxilia, & gratiam excitantem, qua homo disponatur ad ueram contritionem.

6. Ad primam rationem respondeo primò, sacrificium Missae, in nocte Cœnæ à Christo domino celebratum, ex sua natura satis fuisse accommodatum, ut à Christo Domino ordinaretur, tanquam medium, & remedium necessarium ad remittenda peccata mortalia, & conferendam primam gratiam sanctificantem ex opere operato, nulla præsupposita hominum dispositione, si in sua institutione ad hunc effectum ordinaretur; actu tamen, & de facto non fuisse à Christo Domino ad talem effectum ordinatum: nec enim usquam legimus, huic sacrificio Missae talem effectum ex opere operato fuisse à Christo Domino promissum; sed tantum ordinatum fuisse ad nobis impetrandum, & in nobis causandum omnes effectus gratiæ, mediante nostra dispositione, qui ex meritis Christi, in nobis essent producendi.

7. Respondeo secundo, neque sacrificium cruentum Crucis, neque sacrificium incruentum su-

premae noctis, de se fuisse efficacia, uel ad minimum gradum sanctificantis gratiæ, & remissionis culpæ conferendum, nisi nobis per Sacramenta, uel alia opera nostra bona applicarentur; fuisse tamen ad sanctificandos homines quoad sufficientiam potentissima: noluit enim Christus Dominus, ut per se sola essent efficacia ad hanc sanctificationem ex opere operato; quia id solum reseruauit Sacramentis nouæ gratiæ. Et ratio, ob quam id solum Sacramentis, & non sacrificio Crucis, aut supremæ Cœnæ attribuit, est: quia Sacramenta in receptione consistunt, & idè per illa applicantur homines ad agendum, & aequaliter disponuntur, & saluti propriae cooperantur: at uerò sacrificium, quatenus sacrificium est, de se, & per solam extrinsecam denominationem applicari potest; & idè non erat proportionatum instrumentum ad huiusmodi effectum. Ita docet Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 79. sect. 3. §. Ex his ergo, & patebit amplius numero sequenti.

Soariss.

8. Ad secundam rationem respondeo. Sacramenta nouæ legis ex sua prima institutione ordinata fuisse à Christo ad sanctificationem suscipientium; & idè fuisse instituta ad conferendam primam gratiam sanctificantem, & remissionem mortalium ex opere operato: at uerò sacrificium Missae ex sua institutione non fuisse ordinatum ad hanc sanctificationem; sed ad cultum Dei, & consequenter ad impetrandum aliquid à Deo, & ad satisfaciendum Deo ex opere operato pro pœnis relictis ex peccatis iam condonatis: & idè non fuisse conueniens, sacrificium hoc eleuari ad extraneum effectum, & quasi alienum, & Sacramentorum proprium: & idè parum refert, quod ratio sacrificij in se sit perfectior: erit enim perfectior in ratione cultus externi Dei; non tamen in ordine ad conferendam primam gratiam ex opere operato: cum enim Sacramenta consistant in susceptione, inde est, quod homines priùs disponantur; & applicentur ad agendum, & operandum, sicut oportet, ad illorum receptionem: cum uerò sacrificium Missae consistat in sola imputatione, & applicatione extrinseca, qua nobis applicari potest, etiam nobis inscientibus; idè ipsa Sacramenta magis accommodata sunt ad peccata mortalia nobis condonanda, & primam gratiam conferendam, quam sacrificium Missae. Nec refert, quod ipsum sacrificium Missae propitiatorium sit, & ita à Patribus appelletur: appellatur enim ita, quia impetrando nobis à Deo donum contritionis, illum nobis propitiarium reddit, ac placatum ad dimittenda peccata, & gratiam conferendam.

8.

9. Ad ultimam rationem respondeo, licet potuisset Deus ordinare sacrificium Missae ad remissionem culpæ, & gratiæ, infusionem ex opere operato cauendam, id tamen de facto non fecisse; nec continens fuisse, ut ita faceret: instituit enim Christus Dominus in remedium peccati originalis, Baptismum; in remedium peccati mortalis, & sanctificationis hominum; Sacramentum confessionis, & pœnitentiæ; & hæc duo Sacramenta uoluit esse ad hunc effectum remedia unica, & sufficientia, singularia, & necessaria; & idè superfluum erat, aliud remedium ad eundem effectum ab his distinctum: quia, si illud institueret, sequeretur, remedium pœnitentiæ, & confessionis, non esse simpliciter necessarium. Nec dici potest, quod adhuc in sacrificio Missae posset etiam includi uotum confessionis; atque idè necessarium semper esse remedium confessionis, non obstante efficacia sacrificij: quia, quan-

9.

do

do aliquod remedium est per se institutum, & ordinatum ad aliquem effectum, & ad illum est sufficiens, non est necessarium aliud remedium, nec votum illius: nam, si singula sufficiunt, neutrum potest esse necessarium, & unum erit superfluum.

Argues, nullum esse inconueniens dari duo media simpliciter necessaria ad eundem finem & effectum; imò hoc commendare magis bonitatem, & misericordiam diuinam: sicut inter homines ad consequendam veniam iniuriæ illaræ duplex remedium habemus, vel pœnitentiæ, submissiōisquæ, vel oblationis alicuius doni extrinseci; & non idem alterum illorum superfluum est. Respondeo, esse diuersam rationem: nam homines ad remissionem iniuriæ sibi factæ, non requirunt pœnitentiã illius, & submissiōnem, vt medium necessarium ad veniam impetrandam: sed interdum externis donis, ac muneribus contenti sunt; quia magis utilitatem propriam, quàm alienam emendationem querunt: Christus autem solum peccatorum correctionem, & hominum emendationem querit primò & principaliter: vnde nullum aliud remedium instituit, tanquam per se sufficiens ac necessarium: frustra enim fit per plura, quod fieri potest per pauciora; & conueniens fuit, vt remedium pœnitentiæ tantum institueret, vt homo, qui per voluptatem à Deo peccando recesserat, ad eum per pœnitentiã, & dolorem accederet.

Hac sententiã exclusã, alij inducunt secundam, qua docent, sacrificium Missæ, nec satisfactoriè, & ex opere operato, nec impetratoriè, vel meritoriè conferre posse ad primam gratiam, & remissionem culpæ mortalis consequendam. Et eam videtur docere Corduba lib. 1. quæst. 3. notabili 4. Lindanus lib. 4. suæ Panopliæ, cap. 5. 1. & 53. Aiala de traditione part. 3. consideratione 5. Et tota ratio eorum est: quia hoc sacrificium non habet effectum remissionis pœnæ temporalis relictæ ex peccatis condonatis, mortalibus, vel venialibus, nisi in homine iam iustificato, vt probauimus larè capite præcedenti: ergo non potest hoc sacrificium primam gratiam conferre: nam, cum supponat illam iam esse collatam, quomodo poterit illam primò conferre: frustra enim faceret, quod factum est.

Verum, hæc opinio falsa etiam est: negari enim non potest, sacrificium Missæ esse impetratorium misericordiæ, & auxilij opportuni ad donum contritionis, & pœnitentiæ, qua gratiam à Deo, & remissionem peccatorum mortalium comparamus, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. vbi dicit, offerri hoc sacrificium pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus: & postea addit, per oblationem illius nobis vberimè communicari fructum oblationis cruciatæ crucis: non esset autem hæc communicatio vberima; sed satis imperfecta, mutila, & diminuta, si solum fructus Passionis Christi quoad remissionem pœnæ temporalis relictæ ex peccatis iam condonatis nobis per hoc sacrificium communicaretur, vt optimè animaduertit Soarius tomo 3. in 3. parte disputat. 79. sect. 3. §. *De eo ergo primò*. Denique, quia hoc sacrificium impetratorium passim appellatur à sanctis Patribus, & Doctoribus: & non solum dicitur impetratorium, quia conseruat gratiam, & perseuerantiam, dum à Deo impetrat, ne nobis veniant tentationes, aut ne venientes nos vincant; sed etiam, quia nobis impetrat auxilia

Corduba. Lindan. Aiala.

Conc. Tr.

Soarius.

opportuna, quibus auxiliis nisi resistamus, rectè disponimur ad donum contritionis obtinendum in ordine ad confessionem, & gratiam habitualem, sanctificantemque, ac remissionem peccatorum comparatur. Vltimò, quia satis ex vsu Ecclesie constat, huiusmodi sacrificium Missæ, non solum offerri pro remissione pœnæ temporalis, sed etiam pro iustificatione peccatoris: ergo ipsamet iustificatio potest esse ali-quando effectus huius sacrificij; alioqui enim imprudenter offerretur ab Ecclesia pro illa, si nihil conduceret ad illam impetrandam. Et ad fundamentum huius secundæ sententiæ respondeo, hoc sacrificium, quatenus est satisfactorium pro pœna temporalis ex peccatis mortalibus, vel venialibus condonatis relictæ, supponere primam gratiam sanctificantem in nobis: quia de lege ordinaria non dimittur peccata mortalia, nisi per infusionem gratiæ; secus quatenus est impetratorium: tunc enim non supponit hanc gratiam sanctificantem in homine; sed impetrat auxilia, quibus homo impius, pro quo applicatur, hanc gratiam compareret, vt patet.

Hac etiam opinione confutata, tertiam, & veram, germanamque sententiam statuamus in hunc modum. Conducit, ac conferre vehementer sacrificium Missæ ad remissionem, condonatiōnemque peccatorum mortalium, & primam gratiam sanctificantem nobis impetrandam, non immediatè quidem, & ex opere operato, id est, non impetrando immediatè, & ex se, è vi sua, ex opere operato hanc primam gratiam, & remissionem peccatorum iis, qui in peccato mortali existunt, & impij sunt; sed impetrando illis auxilia opportuna, & donum contritionis, quibus sufficienter disponantur ad hunc effectum. Hæc opinio est certa, & communis, & satis probata manet ex impugnatione aliarum. Et eam docet D. Thomas in 4. distinct. 12. quæst. 2. artic. 2. quæstiuncula 2. ad 4. vbi dicit, Eucharistiam, quatenus est Sacramentum, augere, & nutrire gratiam dignè, & competenter; sicut oportet, succipientibus: quatenus verò est sacrificium, habere effectum in alijs, pro quibus offertur, in quibus non præexigit vitam gratiæ in actu, sed in potentia; hoc est, in dispositione proxima; & idè, si eos dispositos inueniat, eis gratiam conferre, & per consequens peccata mortalia dimittere, non sicut causa proxima, sed in quantum gratiam contritionis eis impetrat. Et eam etiam docet Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 15. initio, Soar. tomo 3. in 3. part. disput. 79. sect. 3. §. *Deo quartò*. Durandus in 4. distinct. 12. quæst. 4. Maior ibidem, quæst. 1. Corduba lib. 1. quæstionum, quæst. 3. Viguerius cap. 16. §. 3. versu 18. Couar. cap. *Alma mater*, 1. part. §. 5. num. 6. Iansenius in Concordia cap. 131. & alij communiter. Probatum primò ex Concilio Trident. sess. 21. cap. 2. vbi dicitur, offerri hoc sacrificium, pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus, vbi facit distinctionem inter peccata, & pœnas: ergo non solum nobis dimittere pœnas temporales, relictas ex peccatis iam condonatis; sed etiam ipsamet peccata mortalia: sed diuerso modo: pœnas quidem temporales ex opere operato, vt sæpè probatum manet; peccata verò mortalia, mediante dispositione, & dono contritionis, quod impetrat: vno verbo, pœnas quidem, quatenus est satisfactorium; peccata verò mortalia, quatenus est impetratorium, vt ibidem declarat optimè idem Concilium his verbis: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina etiam, & ingentia peccata*

13.

D. Thom.

Henriq. Soar. Durandus. Maior. Corduba. Viguerius. Couar. Iansenius. Conc. Tr.

peccata dimittit. Probatum secundò ex modo loquendi Ecclesie, & Patrum: nam Ecclesia offert hoc sacrificium pro peccatoribus existentibus in peccato mortali; ita enim ait in Canone Missæ: *Pro redemptione animarum suarum*. & in Collecta: *Sic ablutio scelerum, sit remissio omnium peccatorum, &c.* & sæpè alibi.

14.

Rogabis tamen, an sacrificium Missæ ita conducatur, ac conferatur ad impetrationem remissionis culpæ mortalis, & ad infusionem primæ gratiæ sanctificantis, vt semper & infallibiliter hunc effectum impetret. Et quidem duplex est sententiã hac de re. Prima docet, hoc sacrificium semper, & infallibiliter ex parte sua hunc effectum impetrare, nisi homo resistat. Et ita docet Henriquez lib. 9. de Missa cap. 15. §. 1. ad finem, & videtur significare Concilium Trident. sess. 22. cap. 2. dum ait: *Hac oblatione placatus Deus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & ingentia peccata dimittit*. Et pro hac parte citat Henriquez Sotum in 4. distinct. 13. quæst. 2. a. 1. & D. Thom. 3. part. quæst. 79. art. 7. & quæst. 83. a. 1. & Ioannem Arboreum lib. 2. Theosophiæ, cap. 7. Cordubam, Caietanum, Canam, & alios. Probat: quia sacrificiis, etiam peccator, offert huiusmodi sacrificium in virtute meritorum Christi; & res oblata, id est, Christus, semper à Patre exauditur pro sua reuerentia, vt insinuat D. Paulus ad Hebræos 5. ergo ita valent sacrificia Missæ apud Patrem, vt propter merita Christi in eis applicata, & orationem ipsius Christi, infallibiliter, & semper impetret ipse Christus, quantum est de se, vt Deus hæc oblatione placatus concedat donum pœnitentiæ, & auxilia opportuna, quibus, nisi peccator resistat, disponatur ad accipiendam gratiæ infusionem, & peccatorum remissionem.

Henriq.

Sotus. D. Thom. Arboreus. Corduba. Caiet. Canus.

15.

Quæ opinio, si vera est, procedit etiam in eo casu, in quo Sacerdos offerens, & alij etiam offerentes, & stipem porrigentes, impij sunt, & in peccato mortali existunt: nam hi etiam sacrificium hoc in virtute meritorum Christo offerunt; & idè ita valent Christi merita in eo sacrificio applicata per huiusmodi impios, ac peccatores, vt semper, & infallibiliter actu impetret, quantum est ex se, nisi ille, cui applicantur, resistat, huiusmodi auxilia, & donum pœnitentiæ, quibus ad gratiæ infusionem, & remissionem peccatorum disponatur, impediendo.

16.

Quod si etiam ab huiusmodi Auctoribus quæras, an hæc infallibilis impetratio sit de congruo, an de condigno: non ita se explicat; sed ex modo loquendi illorum videri, illos velle, esse de condigno: nam merita Christi infinita sunt propter infinitatem dignitatis personæ diuinæ infinite illa dignificantis; & idè de condigno merentur quæcumque gratiæ effectum. Et probant: quia, sicut moneta aurea certi ponderis, ac valoris, semper eundem valorem retinet, eandem virtutem, ad faciendum de condigno effectum emptionis, siue ab homine peccatore, aut iusto offeratur, siue à nobili, vel ignobili: ita etiam merita Christi Domini, instar monetæ auri, semper eundem effectum infallibilis impetrationis habebunt, nisi peccator, pro quo applicantur, resistat, siue ab homine, & Sacerdote iusto, siue à grato, aut ingrato, pio, aut im-pio applicantur.

17.

Nec dici potest, hanc impetrationem non posse esse infallibilem; quia non fit directè, & immediatè, sed mediantibus auxilijs opportunis, & dono pœnitentiæ, quod infallibiliter impetrat, nam parum refert, quod hoc, vel illo modo, huiusmodi effectus impetretur: cum tamen certò & infallibiliter impetretur: idè respectu infallibilis impetrationis huius auxilij, dicitur hic effectus semper infallibilis.

P. Steph. Fagundes. in in quinque præc. Eccl.

Et ex hac opinione sequitur primò, si huiusmodi impetratio huius auxilij est infallibilis, esse etiã mediante eo de primo ad vltimum infallibilem respectu impetrationis primæ gratiæ sanctificantis, & dimissionis culpæ mortalis, nisi homo resistat: nam homini ritè, ac rectè, & sicut oportet per veram contritionem, & donum pœnitentiæ disposito, ex condigno debetur dimissio peccati, & infusio primæ gratiæ sanctificantis, & habitualis, vt quidam asserunt.

18.

19.

Hæc sententiã sic explicata fortè non est improbabili. Nihilominus secunda sententiã verior, & cõmunior distinguit inter ipsos applicantes Christi merita in hoc sacrificio: nam, si loquamur de oblatione, & petitione totius Ecclesie Catholicæ, quæ etiam per suos Sacerdotes, siue bonos, siue malos, velut per proprios ministros merita Christi applicat, & offert in hoc sacrificio pro homine impio, pro quo ille, qui celebrat, & qui celebrare facit, illud ipsum sacrificium, & merita Christi in eo applicant; tunc quidem certum est, esse huiusmodi sacrificium impetratorium de condigno infallibiliter; non tamen ex opere operato auxilij opportuni, & doni contritionis, quibus auxilijs mediantibus, nisi homo impius resistat, ad Deum conuèretur, & gratiam sanctificantem, & peccatorum remissionem infallibiliter consequetur: fundatur enim tunc hæc infallibilis impetratio prædicti auxilij, in dignitate rei oblatæ, id est, Christi Domini, qui offertur in hoc sacrificio, quàm in petitione totius Ecclesie militantis, quæ, cum grata semper Deo sit, & non possit non esse grata, cum semper sit in gratiã habituali tota pulchra, & formosa; idè illius petitio semper Deo erit grata, & accepta, infallibiliterque, non tamen ex opere operato, impetratio immediate quidem auxilij opportuni; mediane verò illo remissionis culpæ mortalis, & infusionis primæ gratiæ sanctificantis, & donorum illam comitantium. Et hoc sine dubio est, quod Concilium ait sess. 22. cap. 2. Deum hæc oblatione placatum gratiam, ac donum pœnitentiæ concedere, & peccata etiam ingentia dimittere. Et præcipuè fundatur in promissione Christi facta Ecclesie, Sponsæ suæ charissimæ, Marci 11. *Amen dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis*. Dixi, non tamen ex opere operato, primò, quia effectus ex opere operato nõ pender à sanctitate ministri Ecclesie offerentis: hic autem effectus impetrationis huius auxilij ab ea pender: secundò, quia effectus ex opere operato est semper æqualis quoad gradum & entitatem; hic autem effectus non semper est æqualis quoad gradum & entitatem, quia nec semper ipsa Ecclesia in eadem sanctitate est, sed modò maiorem, modò minorem sanctitatem habet, iuxta maiorem, vel minorem numerum, & qualitatem iustorum in ea existentium pro varietate temporum. Et tamen, cum hæc omnia, res, scilicet, oblata in Missæ sacrificio; Ecclesia offerens, ac petens; & orationes, quæ quas offert, & petit pro impio peccatore, non possint non esse grata, & accepta Deo; idè effectus, impetratio huius petitionis non potest non esse certa, & infallibilis, vt diximus cap. 6. de valore Missæ, num. 13. & docet Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 20. §. *Deinde*, & Toletus lib. 2. Summæ cap. 8. num. 1. & Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 17. num. 3. vbi multos citat, & D. Thom. 3. p. q. 82. art. 6.

Azor. Tolerus. Henr.

D. Thom.

Si loquamur de illa oblatione huius sacrificij, quæ fit ab ipso Sacerdote sacrificante, vel ab illo, qui stipem profert pro Missæ sacrificij celebratione; tunc quidem erit hæc oblatio, & petitio impetratoria de condigno huius auxilij, & doni contritionis, si ipsi offerentes in gratiã existant. Et verò,

Y nec

nec de congruo erit impetratoria illius, si in gratia non existant; nunquam tamen dici poterit impetratoria, & infallibiliter per se, aut ex opere operato huius auxiliij: quia forma gratiae, quae tanquam conditio necessarii requiritur, ad hanc infallibilem impetrationem, & in qua haec petitio fundatur, non est certa in Sacerdote offerente, nec in eo, qui stipem potrigit, sed modo adest, modo abest: & ideo cum non sit certa & infallibilis, nec etiam illa impetratio, quae in ea fundatur, talis erit ex operato.

21. Ex dictis soluta manent fundamenta primae opinionis. Ad exemplum de moneta aurea dico, esse diuersam rationem in rebus moralibus supernaturalibusque, quae & ex voluntate diuina, & ex diuina institutione pendunt: nam pretium numismatis aurei est naturale; & cum naturale sit, idem semper valet apud omnes homines, tam bonos, quam malos: at verò Deus irreuocabili actu voluntatis suae, & diuino statuto, ac infallibili decreto statuit, vt solum hoc diuinum sacrificium infallibiliter esset impetratorum auxiliij opportuni, ac doni contritionis: cum à tota Ecclesia, quae semper ei grata est, & non potest non esse grata, pro impio, & peccatore offerretur, in eodem sacrificio merita Christi pro eodem impio ab eadem Ecclesia per suos ministros, id est, Sacerdotes, siue bonos, siue malos applicarentur: non ita verò, cum à solo Sacerdote nomine proprio offertur, & applicatur; quia constat, factam esse promissionem de hac infallibili impetratione toti Ecclesiae in communi, Marci 11. Amen dico vobis, omnia quaecumque orantes petitis, credite, quia accipietis. Nullibi autem constat, hanc promissionem factam fuisse huic, vel illi Sacerdoti, etiam in gratia existenti, pro impio, & peccatore, nomine proprio, & tanquam personae particulari sacrificanti. Et ratio est: quia Ecclesia semper est grata; & forma gratiae, ac sanctitatis nunquam ei potest abesse; sed semper ei adest per modum habitus; maior tamen, aut minor, pro maiori, vel minori numero & sanctitate iustorum in ea pro temporum varietate existentium: at verò in particulari Sacerdote, vel alio offerente, forma gratiae, & sanctitatis modo adest, modo abest, vt patet, cum nullus sit in gratia confirmatus, neque illa per modum habitus obarmatus, ornatusque; & ideo, quando hoc sacrificium offertur à Sacerdote grato, nomine proprio, non totius Ecclesiae, pro peccatore impio, erit de condigno impetratorum auxiliij opportuni ad poenitentiam & contritionem, nisi ille resistat; non tamen erit hac impetratio infallibilis per se, quemadmodum est, cum à tota Ecclesia, quae nunquam potest carere gratia, & forma sanctitatis, offertur; per accidens verò modo aliquo infallibilis fortè erit: nunquam tamen haec impetratio praedicti auxiliij, siue à tota Ecclesia sacrificium offertur per Sacerdotem, siue ab ipso Sacerdote grato, nomine proprio, dici potest ex opere operato, vt dixi; tum, quia effectus ex opere operato non fundatur in petitione aliqua, sanctitate, ac gratia postulantium, sed in ipsa mera exhibitione operis, cui Deus talem effectum per modum pretij, ac solutionis promissit; tum etiam, quia adhuc homo potest resistere praedictis auxilijs, vt patet: effectus autem ex opere operato, non pendet à voluntate hominis potentis illi resistere; sed ex institutione, & promissione diuina, quae nec fallere, nec falli potest, vt saepe diximus.

22. Sed rogas, an oratio iusti, qua iustus est, sit semper infallibiliter impetratoria auxiliij supernaturalis, quo mediante ipse iustus augmentum gratiae recipiat, si pro se oret, aut pro alio iusto; & quo primam gratiam sanctificantem & remissionem culpae mortalis comparat, si impijs, & peccatoribus

illam applicet: videtur enim id non incongruè dici posse: primò, quia oratio illa fit ab homine iusto: secundò, quia rem iustam, & Deo gratiam petit, conuersionem, scilicet, peccatoris: tertio, quia videtur Christus Dominus id ipsum promittere singulis iustis aliquid simile pro alijs petentibus: sic enim intelligi videtur illud Matthaei 7. Omnis, qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, illa enim particula, omnis, distributiue, & partitiue videtur accipienda, pro vnoquoque iusto in particulari, sicut oportet iusta petenti, & oranti: & illud eiusdem Matthaei 7. Petite, & dabitur vobis. Quibus locis videtur Christus Dominus infallibilem effectum promittere orationi, ac petitioni cuiuslibet iusti nomine proprio, ac tanquam personae particulari iusta petenti: & id ipsum patet ex alijs locis Lucae 11. Ioannis 14. & 19.

23. Respondeo primò, huiusmodi loca sacra Scripturae, & similia, in quibus similes promissiones videtur à Christo fieri, intelligenda esse de orationibus, & petitionibus, quae sunt à tota Ecclesia militante, aut ab aliquo ministro publico, velut Sacerdote, nomine totius Ecclesiae; non verò de illis, quae sunt à quolibet particulari iusto, proprio nomine, & autoritate: & sic non tantum valere orationem cuiuslibet iusti, nec tam infallibilem esse illius impetrationem, & efficaciam ad impetrandum aliquod auxilium & beneficium diuinum à Deo; quantum valer oratio totius Ecclesiae per sacrificium Missae applicata: requirit enim oratio cuiuslibet particularis iusti plures circumstantias, vt impetratoria sit, quam requirat oratio, & petitio illa, quae nomine totius Ecclesiae fit: requirit enim maiorem perseverantiam. Vnde fieri potest, vt saepe quilibet iustus rem aliquam à Deo petat, quam non impetret; impetraturus tamen, si diutius in oratione perseveraret, vel si forte per sacrificia Missarum id ipsum à Deo postulet. Et ratio est: quia in sacrificijs quidem promixè applicantur Christi merita ad effectum praedictae impetrationis; in alijs verò orationibus, veluti remotè: nam in ipso sacrificio etiam Christus est, qui pro nobis interpellat, & orat, cum Patri immediatè offeratur; quod non ita est in alijs orationibus: est enim Missa sacrificium publicum institutum à Christo Domino pro tota communitate Ecclesiae ad Deum placandum, sicutendūque. Vnde Concilium Trid. sess. 22. cap. 2. ait: Hac oblatione placatus Deus auxilia opportuna, & dona contritionis concedens, crimina etiam, & peccata dimittit ingentia, ac verò aliae orationes non sunt institutae primariò pro tota communitate ipsius Ecclesiae, sed pro vnoquoque iusto.

C A P V T. III.

Vtrum sacrificium Missae per se immodiatè, & ex opere operato, conferat augmentum gratiae in iis iustis, pro quibus offertur.

S V M M A R I V M.

Resertur prima sententia affirmans sacrificium Missae per se, & ex opere operato, conferre augmentum gratiae. num. 1.

Astruitur sententia negans. num. 2. In dormientibus, phreneticis, & paruulis baptizatis in gratia existentibus, non potest augeri gratia per huiusmodi sacrificium, si pro eis applicetur. num. 3.

Quare nec per accidens conferat hoc sacrificium primam gratiam sanctificantem ex opere operato n. 4. Proponitur

Proponitur ratio, ob quam huiusmodi sacrificium, nec per accidens possit conferre primam gratiam sanctificantem ex opere operato. num. 5.

Conferre augmentum gratiae ex opere operato est proprius effectus Sacramentorum nouae legis, non sacrificij Missae. num. 6.

Esse medium necessarium ad iustificacionem impij, pendet ex institutione diuina. num. 7.

Dormientibus in gratia existentibus non conferitur augmentum gratiae ex opere operato, etiam si pro eis sacrificium Missae applicetur. num. 8.

Sacrificium Missae quare non sit valoris infiniti. n. 9. In sacrificio vltimae Coenae communicatum fuit Discipulis augmentum gratiae in ratione Sacramenti, non sacrificij. num. 10. 11.

1. Partita est sententia hac de re. Prima affirmat. Ita docet Petrus Soto lect. 7. de Euchar. & Dominicus Sotus in 4. distinct. 1. 3. quaest. 2. art. 1. licet enim obscure admodum ibi loquantur; hoc tamen videtur dicere. Citat etiam Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 1. 3. num. 4. pro hac parte eundem Sotum in 4. dist. 1. 1. quaest. 2. art. 5. post conclusionem 4. & art. 7. quaest. 2. & Corduba lib. 1. quaest. 2. part. 43. & Medina C. de orat. q. 19. col. 1. o. & Adrian. quodlib. 5. art. 1. & Nauarrum de orat. notabili 20. n. 47. & huiusmodi augmentum gratiae, quod ex opere operato alteri per Missae sacrificium datur, affirmant reduci posse ad ipsum Sacramentum Eucharistiae: sicut etiam illud augmentum gratiae, quod per martyrium datur, reducit ad Baptismum. Addunt huiusmodi Auctores, phreneticis iustis, & pueris baptizatis non conferre huiusmodi sacrificium ex opere operato augmentum gratiae sanctificantis; quia non sunt offerentes, nec recipientes cum libero arbitrio; & actu meritorio. Et probari potest haec illorum opinio primò, quia Sacramentum Eucharistiae conferri per se, ex opere operato, augmentum gratiae, vt omnes fatentur, cum sit Sacramentum, ac nutrimentum viuorum in augmentum gratiae datum: ergo & sacrificium Missae: nam ipsum sacrificium Missae in ratione sacrificij, est tam perfectum, quam perfectum est Sacramentum gratiae: & Eucharistiae in ratione Sacramenti. Secundò, quia huiusmodi sacrificium est infinitum in ratione sacrificij: quia in eo Christus Dominus per Sacerdotem sacrificat: & se Patri offert: ergo, sicut in illo applicatur satisfactio Christi, quoad remissionem poenae temporalis relictae ex peccatis condonatis; ita etiam applicatur meritum Christi, quoad aliquam infusionem gratiae. Tertio, quia non est verosimile, sacrificium hoc, vt fuit in nocte Coenae à Christo Domino oblatum Patri, ac celebratum pro Apostolis, non contulisse illis ex opere operato aliquod augmentum gratiae, cum fuerit infinita efficacia: ergo idem modo dicendum est de nostro sacrificio. Quarto, quia nihil refert, quod proprius, & peculiaris effectus ex opere operato huius sacrificij sit remissio praedictae poenae temporalis: potest enim etiam habere alios effectus ex eodem opere operato: quid enim hoc inconuenit; sicut vna, eademque res, potest habere plures effectus, & ob duas causas aequales, potest homo Romanam Curiam, aut Hispanam querere.

2. Secunda opinio verior & certa docet, sacrificium Missae non conferre augmentum gratiae ex opere operato, sicut nec conferit primam gratiam: nam, licet huiusmodi sacrificium sit impetratorium, & impetret conseruationem gratiae sanctificantis, & bonos motus charitatis, & virtutum, quibus median- tibus, ipsis iustis gratia sanctificans augetur; tamen id totum est ex opere operantis, vt patet, non ex

P. Steph. Fernandez in quinque prac. Eccl. augu. ca

opete operato. Ita docent communitè nouiores, Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 79. sect. 4. §. Dico primò. Sotrius & S. Dico secundò. Henriquez lib. 9. de Missa, c. 1. 3. Henriquez n. 4. ceteros vide apud istos, velur apud fontes. D. Thom. 3. p. q. 22. art. 2. Caietanus ibi. Probatum pri- D. Thom. modò ex Concilio Tridentino sess. 7. in praemio, vbi Caiet. docet, omnem iustitiam, seu gratiam sanctificantem, quae iustos facit, vel à Sacramentis incipere, vel iam coeptam ab illis augeri: est enim hic effectus augendi gratiam sanctificantem, vel illam primò, & per se ex opere operato conferendi, effectus proprius Sacramentorum nouae legis: proprius autem Sacramentorum effectus, non est tribuendus sacrificio Missae sine sufficienti fundamento. Et verò, quod hic effectus sit proprius Sacramentorum, est de fide, vt patet ex eodem Concilio sess. 7. canone 8. ibi: Si quis dixerit per ipsa nouae legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solum fidem diuinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit. Quae definitio non solum intelligenda est de collatione, seu infusione primae gratiae sanctificantis; sed etiam de augmento illius. Nec satisfacit, qui dixerit, Concilium definire per Sacramenta nouae legis augeri gratiam sanctificantem, & conferri primò: non tamen negare augeri, & conferri per sacrificium Missae: nam nullibi in sacris Patribus, Concilijs, aut Literis reperitur talis effectus attributus ex opere operato huic sacrificio; nec etiam vllibi in sacra Scriptura reperitur promissio de tali effectu à Christo Domino facta: & ideo in re tam graui, & negotio salutis, non est fingenda talis promissio, nec sine sufficienti fundamento statuenda; alioquin nim non distingueretur ratio sacrificij à Sacramento. Probatum secundò: quia Christus Dominus non instituit hoc diuinum sacrificium ad hunc effectum augendi gratiam sanctificantem ex opere operato: ad hunc enim effectum institutum fuit diuinae Eucharistiae Sacramentum. Nec oportuit ad eundem effectum diuersas, ac plures causas statuere: nam Sacramenta ex generali ratione sua ad sanctificationem animarum ordinantur; sacrificium verò ad cultum Dei; & ideo effectus proprius Sacramenti distinctus esse debet ab effectu sacrificij. Probatum tertio: quia Eucharistia, vt est Sacramentum, datur tantum in pabulum, & alimentum spirituale animarum, vt patet ex illius exteriori sumptione: vt autem est sacrificium, ordinatur tantum ad cultum Dei externum, & ad impetrandam à Deo veniam peccatorum, vel gratiam, non ex opere operato, sed mediante cooperatione nostra: & ideo non est neesse, vt effectus ex opere operato sit ei promissus, quatenus est sacrificium, sed quatenus est Sacramentum.

Deinde, si verum esset, nobis per huiusmodi sacrificium ex opere operato augmentum gratiae conferri, sequeretur augeri gratiam in paruulo baptizato, in phrenetico, in amente, in dormiente, ex eodem opere, si in gratia existant, & pro eis huiusmodi sacrificium offeratur: nam ad hunc effectum augendi gratiam ex opere operato, non est necessarius liber illius actus, qui receperunt est ipsum gratiae augmentum; sed tantum ipsius offerentis: cum enim huiusmodi gratiae augmentum ex opere operato non detur ob meritum recipientium, sed ob virtutem sacrificij, cui Deus hunc effectum promissit; ideo ex parte illorum nullus actus liber requiritur per modum dispositionis necessariae. Sequela autem est falsa: nam augere gratiam sanctificantem ex opere operato, nullo praecedente actu recipientis, solum est proprium Sacramentorum, vt docet Auctores nostrae opinionis, & patet his ex eplis: nam, si paruulus baptizatus statim consumitur, sine dubio per confirmationis Sacramentum gratia sanctificantis



D. Cyp.

Soarius.

4.

5.

Soarius. Henric. 6.

augmentum illi conferetur absque eius actu, & cooperatione libera. Item, olim in primitiua Ecclesia, vt refert D. Cyprianus serm. 5. de relapsis, solebat diuina Eucharistia paruulis baptizatis ad augmentum gratiae dari: augebatur ergo sine dubio in eis gratia sine aliquo actu libero illorum, vt patet: nam pro eo tempore incapaces erant operandi liberè, vnde, vt optime notat Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 79. lect. 4. §. Dico primò, immeritò tribuitur proprius effectus Sacramenti sacrificio Missae.

Et quidem est hæc doctrina aded vera, vt nec saltem per accidens possit virtute huius sacrificij ex opere operato prima gratia sanctificans conferri: nam, si, iuxta communem opinionem Theologorum, quicquid potest per se conferre augmentum gratiae sanctificantis ex opere operato, nulla præcedente hominis dispositione; potest etiam conferre, saltem per accidens, primam gratiam, & remissionem peccati mortalis, vt patet in Sacramento Eucharistiae, & in omnibus Sacramentis viuorum; cum sacrificium Missae non possit per se huiusmodi augmentum gratiae ex opere operato conferre, rectè sequitur, non posse etiam, nec per accidens quidem, primam gratiam conferri, aut remissionem peccati mortalis, quæ non fit sine primæ gratiae infusione.

Accedit, quòd in Missæ sacrificio vix potest talis effectus distingui per accidens, aut per se factus: vnde, si per se fieri non potest, nec etiam poterit per accidens causare in eo, pro quo offertur, prædictum effectum. Enim verò tunc prima gratia dicitur per accidens dari, quando per se requirit contritionem, & ratione bonæ fidei datur, cum sola existimatione attritionis putatæ contritionis: hic verò non habet locum talis ignorantia, aut bona fides; neque est necessaria talis existimatio: quia hic in sacrificio Missæ, non interuenit aliquod præceptum, cuius transgressio excusanda sit per huiusmodi ignorantiam, aut existimationem: quia non tenetur homo prius conteri, quam pro se Missæ sacrificium offerre faciat: ergo, si hoc sacrificium potest aliquando dare primam gratiam homini attrito, hoc etiam poterit efficere, quanuis attritio cognita sit, quod est per se facere, & non per accidens: si ergo per se non potest, neque per accidens poterit, vt optime docet Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 79. lect. 4. §. Dico secundò, & Henric. lib. 9. de Missa, cap. 1. 4. num. 4.

Restat modò, vt argumenta primæ opinionis soluamus. Ad primum nego, per Missæ sacrificium conferri vllum augmentum gratiae iustis ex operato, cum hoc proprium sit priuilegium Sacramentorum: quia Sacramenta sunt moralia, physica, & naturalia instrumenta ad cauandam iustificationem in eo peccatore attrito, qui bona fide putat se esse contritum: cuius autem est primam gratiam cauare, eiusdem etiam est augmentum gratiae conferre. Vnde, si posset sacrificium Missæ conferre augmentum gratiae, posset etiam primam gratiam ex operato dare, & peccata mortalia remittere: quia hæc non infunditur sine remissione peccati mortalis: si autem per sacrificium Missæ prima gratia conferri posset, sequeretur, non esse medium necessarium ad conuersionem impij, ac peccatoris, Sacramentum penitentiae, quod non est dicendum. Nec satisfaciet, qui dixerit, nullum esse inconueniens, dari duo media necessaria ad salutem: quia Christus Dominus nullum aliud remedium instituit per se sufficiens, ac necessarium ad conuersionem impij, quam Sacramentum penitentiae: & conueniens fuit, vt hoc tantum remedium institueret, vt homo, qui per voluptatem à Deo peccando recesserat, ad eum iterum per penitentiam accederet: Præterea etiam dici non potest, vt sæpè dixi-

mus, instituta à Christo Domino duo remedia per se sufficientia, & necessaria ad salutem: quia hic etiam locum habet illud commune pronuntium: Frustra si per plura, quod fieri potest per pauciora: & reuera quando aliquod remedium per se est institutum ad aliquem particularem effectum, & ad illum est sufficiens, superfluum est aliud remedium.

Nec obstat, si dicas, quanuis sacrificium Missæ habeat hunc effectum; tamen adhuc postulare, & includere in se votum penitentiae, & confessionis: primò, quia iam tunc non erit ipsum sacrificium remedium per se necessarium ad salutem, & iustificationem impij; sed ratione penitentiae, vt patet. Secundò, quia esse medium, ac remedium per se sufficiens & necessarium ad iustificationem impij pendet ex institutione diuina: nullibi autem constat ex sacra Scriptura, imò nec ex Patribus, aut Concilijs, hoc sacrificium ex primaria sui institutione fuisse à Christo Domino institutum ad medium, ac remedium necessarium necessitate salutis; sed ad colendum Deum, & satisfaciendum ex operato pro peccatis relictis ex peccato mortali per penitentiam condonatis.

Ad exempla de paruulo baptizato, de phrenetico, de amente, de dormiente in gratia existentibus, iam probauimus, in eis non posse augeri gratiam sanctificantem ex opere operato: non enim huiusmodi augmentum conferitur, nisi per Sacramenta: dum autem hi non sunt capaces receptionis Sacramentorum, incapaces profectò manent huiusmodi augmenti. Enim verò, vt docet Concilium Tridentinum sessione 7. in processibus; Per sacramenta quidem omnia vera instituta, vel incipit, vel cepta augetur, vel amissa reparatur.

Ad secundum argumentum respondeo, primò, licet Christus Dominus, qui se per Sacerdotem Patri offert in hoc sacrificio, sit quid infinitum, & donum ac oblatio infiniti meriti obiectiue sumptus; tamen in applicatione ipsa esse quid finitum: quia ille offertur Patri tanquam quid productum per Sacerdotem, atque aded Sacerdos offert illud Patri in persona Christi, tanquam quid suum, & à se productum, & ex hoc capite finitum quid est, vt diximus cap. 6. num. 8. ad quem locum te remittimus. Respondeo secundò, ex sacrificij infinitate nihil posse colligi ad augmentum gratiae ex opere operato, cum hoc negotium totum pendeat ex institutione diuina, & promissione Christi, cur autem hic effectus non sit promissus huic sacrificio, sicut promissus est Sacramentis, iam à nobis hac de re multæ congruentiæ assignatæ sunt, quanuis voluntas Christi nobis sufficienter per Ecclesiam declarata satis pro ratione esse debeat: iam enim diximus, diuersissimam esse rationem sacrificij à ratione Sacramentorum: Sacramenta enim sunt instituta ex primæ sui institutione ad salutem impij: sacrificium verò ad cultum, & honorem Dei; & singula in suo ordine habent proprios effectus ex opere operato: sacrificium habet pro effectu ex opere operato remittere penam temporalem relictam ex peccatis mortalibus, aut venialibus condonatis; Sacramenta verò conferre primam gratiam; & ided non est necesse, vt quod Sacramento conuenit, conueniat etiam sacrificio, quanuis sacrificium absolute sit perfectius.

Ad tertium respondeo esse diuersam rationem inter sacrificium à Christo Domino celebratum in vltima Cæna, & inter sacrificium quotidianum Missæ: nam illud primum fuit infiniti meriti, & satisfactionis, quia Christus erat adhuc mortalis, & in statu merendi. Deinde respondeo, verosimile esse, Christum Dominum in vltima Cæna contulisse suis Apostolis aliquod augmentum gratiae per hoc

hoc sacrificium, non tamen in ratione sacrificij, sed in ratione Sacramenti, quatenus Eucharistiam de manu Domini acceperunt, quæ est nutrimentum charitatis, & ad augmentum gratiae institutum Sacramentum; in ratione verò sacrificij, neque tunc, neque modò habere hunc effectum est operato propriè loquendo, cum, vt sæpè dictum, ac repetitum manet, pendeat totum hoc negotium ex institutione Christi, & promissione diuina, de qua non constat, fuisse huic sacrificio factam, quoad augmentum gratiae sanctificantis, aut primam infusionem illius.

Ad vltimum argumentum sæpè iam responsum est: si enim esset hoc sacrificium remedium per se institutum ad salutem, iam Sacramentum penitentiae, ac confessionis tale non esset, imò esset remedium superfluum, vt alibi satis explicauimus.

CAPVT I V.

Verum saltem peccata venialia ex opere operato sacrificium Missæ remittat egentibus, & condonet: & an bona temporalia ex illo conferat.

S V M M A R I V M.

- Sacrificium Missæ impetrat bonum motum charitatis, quo mediantia culpa veniales nobis remittuntur. num. 1.
- Declaratur status questionis. num. 2.
- Refertur prima sententia affirmans remittere hoc sacrificium peccata venialia ex operato. num. 3.
- Præfertur secunda negans. num. 4.
- An de potentia Dei absoluta illa possit ex operato remittere. num. 5.
- Respondetur ad loca Concilij Tridentini, & D. Augustini allata pro prima opinione. num. 6.
- Aqua benedicta, & sacramentalia ex opere operato venialia dimittuntur: & quare sacramentalia appellantur. num. 7.
- Quo tempore sacrificium Missæ producat suum effectum ex opere operato, num. 8. & quis ille sit, ibi remissus.
- An hoc sacrificium conferat ad bona temporalia. n. 9.
- Iurat ad fugandos Demones. num. 10.
- An ista bona temporalia conferat ex opere operato: refertur prima sententia affirmans. num. 11.
- Astruitur negans. num. 12.
- Solum per modum impetrationis conferre potest ad bona temporalia obinenda. num. 13.
- Soluntur fundamenta contraria. num. 14.

EST grane hoc dubium, & de eo varia etiam sunt sententiae. Quidam negant. Ratio illorum est: quia sacrificium Missæ solum impetrat nobis bonum motum feruentis charitatis, quo mediante tolluntur culpæ veniales: & sic non ex opere operato; sed ex opere operantis, vt patet: velut etiam impio impetrat auxilia opportuna, & donum contritionis, & mediante hac dispositione remissionem peccatorum mortalium, & primæ gratiae infusionem: & sic totum hoc negotium est ex opere operantis, & non immediate, & ex opere operato. Ita docet Durandus in 4. distinct. 12. quæst. 4. num. 5. Et hoc quidem verum est: non dubitamus enim, valere huiusmodi sacrificium per modum impetrationis ad dimissionem peccatorum venialium: nam, si valet, ac potens est ad impetrandum peccatori auxilium, quo mediante conuertatur, &

gratiæ sanctificantis infusionem, peccatorumque mortalium dimissionem consequatur; à fortiori potens erit ad impetrandum iusto remissionem venialium, mediante motu charitatis, quam in ipso iusto excitat. Enim verò ad minimum necessariò fatendum est, tantam efficaciam habere hoc sacrificium circa remissionem venialium, quantum habet circa remissionem mortalium, vt optime notauit Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 79. sect. 5. initio. Et patet hoc euidenter ex cap. Vltimum sub figura, & ex cap. Iteratur, de consecrat. distinctione 2. vbi dicitur, hoc sacrificium quotidie offerri: quia quotidie peccamus, scilicet, venialiter; vt, videlicet, horum peccatorum veniam consequamur. Et Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. cum indefinitè dicit, hoc sacrificium offerri, pro fidelium viuorum peccatis; sine dubio venialia etiam includit, ac comprehendit.

Oportet ergo, vt statum questionis magis declarem. Non dubitamus quidem, hoc diuinum sacrificium ex opere operantis, & mediante motu charitatis, & alijs bonis actionibus, quas in nobis excitat, peccatorum venialium remissionem nobis posse impetrare: neque hoc in hac questione inquirimus. Sed inquirimus, vtrum ex opere operato, immediate, & per se, saltem peccata venialia iustis dimittat, ita vt pro aliquo iusto oblatum, eo nihil sciente, illi venialia dimittat, absque vllò actu ipsius iusti, si pro illo offeratur: dummodo tamen obicem actualis complacentiæ ipsorum venialium non ponat.

Et, hac de re bipartita est opinio. Prima affirmat. Eam docet Henricus lib. 9. de Missa, cap. 13. num. 2. Canus lib. 12. de locis, cap. 13. ad 9. Corduba lib. 1. q. 3. opinione 4. Paludanus in 4. dist. 12. quæst. 1. num. 14. Sorus in 4. distinct. 1. quæst. 2. art. 7. significat D. Thomas 3. part. quæst. 79. art. 7. argumento 2. adiuncta solutione illius, & videtur fauere Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. & 2. vbi dicit, prodesse sacrificium Missæ contritis pro peccatis, id est, iustis, pro peccatis venialibus. Et stabilitur hæc opinio primò: quia hoc sacrificium potissimum videtur à Christo Domino institutum, vt pro viujs membris, & in gratia existentibus offeratur, iuxta doctrinam D. Augustini lib. 1. de origine animæ, cap. 8. ibi: Quis offerat sacrificium corporis Christi, nisi pro iis, qui sunt membra Christi? Ergo potissimum est institutum hoc sacrificium, vt pro viujs membris, & per charitatem Christo viujs offeratur: ergo maximè est institutum ad tollenda, dimittendaque venialia ex opere operato: hæc enim sola in iustis, & viujs membris Christi esse possunt. Secundò, quia non minus prodest sacrificium Missæ ex opere operato, quam omnia sacramentalia, v. cap. quam aqua benedicta, quæ remittit venialia ex opere operato, vt probat latè Henricus lib. 1. de penitent. c. 15. quam benedictio Episcopalis, & quam aliæ ceremoniæ sacræ externæ, de quibus traditio est in Ecclesia, venialia ex opere operato dimittere. Nec ided hoc sacrificium, Sacramentum dicitur, aut habere priuilegia Sacramentorum, quæ ex opere operato peccata dimittunt mortalia, atque venialia: quia peccata venialia, & penam temporales relictæ ex peccatis iam condonatis, dimitti, ac tolli solent absque mutatione hominis, id est, absque vlla infusione gratiæ sanctificantis per solam remissionem debiti: macula enim illa, quam peccatum veniale in homine relinquit, cum non tollat amicitiam ac gratiam Dei, nec faciat hominem ex bono malum, facillimè dimitti potest per hanc extrinsecam remissionem culpæ: vnde sublata culpa tollitur macula illius: & secus est in peccatis mortalibus: nunquam

7.

8.

Conc. Trid.

9.

10.

Durand.

nunquam enim haec dimitti possunt absque infusione gratiae sanctificantis, atque adeo absque mutatione reali hominis, cum ex impio peccatore fiat pius, ac iustus, & modo habeat unam realem, ac supernaturalem qualitatem, quam antea non habebat. Tertio, quia ad convenientem Dei providentiam spectat, ut gravioribus morbis acriora remedia adhibeantur; pro leuioribus enim leuiora sufficiunt: ergo hoc remedium offerendi sacrificia, quod respectu eius, pro quo offertur, leue dicitur, cum nulla poena, aut poenitentia illius, ei applicetur, sufficiet ad tollenda, dimittendaue peccata venialia in illo ex opere operato.

4. Secunda opinio negat sacrificium Missae dimittere peccata venialia, per se, & ex opere operato. Eam tenet expressè Soar tomo 3. in 3. part. disput. 79. sect. 5. *Secunda opinio*: Lindamus, quem citat lib. 4. sua Panopliae, c. 51. Albertus Pighius lib. 2. de Eucharistica Hierarchia, cap. 5. & 6. Aiala de traditionibus, 3. parte, consider. 5. Caiet. opuscul. de celebrat. Missae q. 2. Fauet Sorus in 4. distinct. 11. q. 2. art. 5. & alij communiter. Et haec opinio est meo iudicio probabilior, quamvis prima satis probabilis sit. Probatur primò: quia, licet remissio poenae temporalis relictæ ex culpis condonatis fiat per quandam extrinsecam remissionem, ac condonationem, absque infusione nouae gratiae sanctificantis, atque adeo immediatè, & ex opere operato; non tamen remissio culpae etiam venialis, absque praedicta infusione gratiae habitualis, qua mediante tollatur macula, ac reatus ipsius peccati venialis. Enim verò, sicut peccatum mortale remissum, ac condonatum relinquit in homine maculam quandam ac reatum ratione cuius homo peccator dicitur: ita peccatum veniale etiam dimissum, suo modo relinquit maculam in peccatore, ratione cuius homo malus ac peccator nominatur. Sed non potest homo fieri ex malo bonus, aut ex peccatore non peccator sine aliqua sui mutatione, vel actuali, vel habituali, quam mutationem nullo modo efficit in homine hoc diuinum sacrificium pro eo oblatum, cum nullum habituale donum ex opere operato ei infundat, ut patet: ergo non potest per se, & ex opere operato delere peccata venialia.

5. Et fundamentum huius posterioris opinionis adeo firmum visum est nonnullis, ut nec etiam de potentia Dei absoluta fieri posse existiment, quod sacrificium Missae remittat peccata venialia per se, & ex opere operato: sed immeritò: nec enim repugnat, Deum de potentia absoluta remittere peccata venialia sine infusione nouae gratiae, & sine physica mutatione hominis: cum enim peccatum veniale non relinquat propriam maculam, quae priuationem alicuius gratiae includat; sed solum consistat in deordinatione quadam, quae moraliter manere censetur per habitudinem ad actum praecedentem; potest Deus illam tollere per moralem condonationem, absque physica mutatione facta in homine peccatore: de facto tamen non ita fit, quia iste modus remittendi venialia per extrinsecam condonationem, licet de potentia absoluta Dei possibilis sit, non est planè conueniens rebus ipsis & naturis rerum; nec peccata venialia reuerà aliquo modo maculant animam, & minuunt illius puritatem: & licet non tollant amicitiam Dei; tamen illam attenuant; & ideo, ut modo proportionato remittantur, opus est, ut, sicut actu inordinato cummittuntur; ita actu alicuius virtutis, repugnante ipsis culpis venialibus, remittantur; deinde, quia nullibi sufficienter constat, promissam esse remissionem peccatorum venialium huic sacrificio ex opere operato.

6. Superest, ut argumenta contrariae opinionis

Soar. Lindam. Alb. Pig. Aiala. Caiet. Sorus.

soluamus. Ad locum Concilij Tridentini respondeo, Concilium intelligendum esse de remissione poenarum temporalium, quae relictæ fuerunt ex peccatis condonatis, quae poenae; cum opera peccati sint, & ex peccatis relictæ; peccata etiam vocantur, ut saepe diximus. Ad testimonium ex doctrina Augustini desumptum, dicendum est, hoc sacrificium potissimum institutum esse à Christo, ut remittat praedictas poenas temporales: & ideo dixisse D. Augustinum, sacrificium hoc potissimum offerendum esse pro viuis membris Christi: nam, ubi primum peccata mortalia per infusionem gratiae condonantur, ac dimittuntur, statim peccatores fiunt viua membra Christi, ut patet.

7. Ad primam rationem respondeo, sacramentalia omnia, ut benedictiones Episcopales, aquam benedictam, &c. ex antiquissima traditione Ecclesiae, iuxta probabilioris opinionem, ex opere operato dimittere peccata venialia: & ideo sacramentalia appellari; quia, sicut Sacramenta ex opere operato faciunt hominem ex atrito contritum, & peccata mortalia dimittunt; ita etiam haec sacramentalia suo modo peccata venialia dimittunt ex eodem opere operato, non per extrinsecam condonationem sed per infusionem alicuius gratiae, ac doni supernaturalis. Vltima ratio de leuioribus remediis parum momenti habet, & iam soluta manet ex dictis, ut consideranti patebit.

8. Diximus supra cap. 1. num. 10. proprium effectum huius diuini sacrificij Missae esse, remittere ex opere operato poenas temporales, ex peccatis mortalibus, vel venialibus dimissis relictas. Querimus ergo, quo tempore, & quando hunc effectum conferat, ac producat. Respondeo, conferre illum, cum primum essentialiter perficitur: & sic non conferitur hic effectus consecrata vna tantum, sed consecrata, & consumpta vtraque specie: cum in consecratione, & consumptione vtriusque speciei rota essentia illius consistat, ut late probauimus alibi: sicut enim per sacrificium cruentum Crucis non fuit perfectum, & consummatum beneficium nostrae Redemptionis, nisi post mortem Christi Dominici: ita per sacrificium mysticum Missae non conferitur effectus illius, donec mactatio etiam mystica perficiatur: perficitur autem consecrata, & consumpta vtraque specie. In cuius rei gratiam applicari potest illud Pauli ad Hebraeos 9. *Sine sanguinis effusione non fit remissio*, ergo neque etiam hoc sacrificium Missae in effectu erit propitiatorium sine mystica sanguinis effusione: & fortè, ut Christus Dominus hoc ostenderet, ideo in consecratione sanguinis mentionem fecit remissionis peccatorum, cum dixit: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Non licet tamen hinc colligere, solam sanguinis consecrationem posse sufficere ad productionem effectus: primò, quia in sacrificio praeter sanguinem requiritur vita, cuius sanguis effunditur: secundò, quia consecratio sanguinis per se sola non significaret, nec repraesentaret sanguinis effusionem, ut optime notat Soar. *Soar. in tomo 3. in 3. part. disp. 75. sect. 6. §. Aique hinc colligitur.*

9. Ad vltimum rogabis, verum hoc sacrificium conferat bona temporalia. Et certè non est negandum, efficacius prodesse hoc sacrificium pro bonis temporalibus obtinendis, quam quilibet aliarum orationum: Primò, quia omne bonum, pro cuius comparatione huiusmodi sacrificium offertur, est effectus illius; aliàs enim frustra offerretur in hunc finem: Ecce ista autem saepe conseruit offerre hoc sacrificium pro bonis temporalibus obtinendis, & instituit Missam peculiarem pro pace, pro salutem corporis, pro iustis, pro peste, pro frugibus terrae

7. 8. 9. Soarius. Henric. Bellarm. Conc. Trid. D. Chys. D. August. D. Anton. Theodor.

quae planè bona merè temporalia sunt. Secundò, quia Ecclesia in ipso sacrificio Missae, & in Litanis habet peculiare orationes, pro rebus temporalibus obtinendis, ut pro terra, & maris fructibus: & in Canone Missae orat, *pro spēs saluatis, & incolumitatibus*, ergo prodest sacrificium Missae pro his bonis temporalibus obtinendis; alioqui imprudenter planè illud offerret pro his bonis, si pro illis obtinendis non prodesset. Tertio, quia etiam in lege veterè offerebantur sacrificia pro his bonis temporalibus, ut hostia pacifica, pro pace, & pro vita, 1. Esdrae 6. & 2. Machabeorum 3. item, pro hostium liberatione, ut David fecit, 2. Regum, cap. vlt. Et quidem magis efficax est sine dubio hoc diuinum sacrificium ad obtinenda bona temporalia, quam sacrificia legis veteris: quia illa, vmbrae tantum erant huius sacrificij, & totam suam efficaciam ab isto traxerunt. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 79. sect. 7. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 13. num. 3. Bellarminus lib. 2. de Missa, cap. 3. Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. & canone 3. D. Chrysof. homil. 77. in Acta Apostolorum, & in D. Ioannem homilia 18. & 21. & ideo, ut notat Henriquez loco allegato ad marginem, littera O, in Bactica & Gallectia, tempore solitae piscationis thynnorum, & halecium, additur in Collecta Missae, & *fructus terrae, & maris dare, & conseruare digneris.*

10. Et ideo etiam saepe apud sanctos Patres leguntur Demones fugati hoc diuino sacrificio, extincta incendia, & varia miracula in rebus temporalibus patrata illius virtute, quae videri poterunt apud D. Augustinum lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8. Praeterea; si in fine sacrificij Eucharistia sumatur, tantus vigor in corpore natura debili pijs viris illam fumentibus tribuitur nonnunquam, ut hoc solo cibo ad multos dies sustentari legantur multi: quae de re videri potest D. Antonius in vita beatae Catharinae Senensis, Theodoretus in vita sancti Gregorij Nazianzeni, & alij passim.

11. Dubium tamen est, an hoc sacrificium praestet, ac conferat hos effectus rerum temporalium ex opere operato, an solum impetratoriè, quae de re duplex est sententia. Prima docet, ex opere operato: primò, quia huiusmodi bona temporalia non sunt extra latitudinem illorum bonorum, quae à Christo Domino ex opere operato conferuntur: nam salus, ac corporis valetudo ex opere operato datur per Sacramentum extremae Vnctionis; & aliunde Ecclesia pro comparandis huiusmodi bonis temporalibus, hoc sacrificium offert: ergo poterit illa conferre ex opere operato: nam, quantum haec bona temporalia talia non sint, ut per se à Deo peti possint; tamen cum ad salutem animae conducunt, peti à Deo pos-

Soarius. Henric. Bellarm. Conc. Trid. D. Chys.

D. August.

D. Anton. Theodor.

11.

Soarius.

sunt, cum tunc ad maiorem Dei gloriam referantur, & propter eandem petantur; & sic sub ista relatione, & collata ad bona supernaturalia, digna profectò sunt, quae à Deo ex opere operato conferantur: sicut, ut dixi, extrema Vnctio ex opere operato sanitatem corporis confert, si id animae expediat, ut videre est in Concilio Tridentino sessione 14. sine, & apud Henric. lib. 9. de Missa, cap. 13. Henric. num. 3. D. Thomam in 4. dist. 28. qu. 1. 2. & 3. D. Thom.


12. Dicendum tamen est, in vera, & certa sententia sacrificium Missae non conferre bona temporalia ex opere operato; sed per modum tantum impetrationis, ut docent communiter Doctores. Ita Henriquez allegatus. Soar. 3. tom. in 3. part. dist. 79. sect. 7. *Secundò dicendum*. Et fundamenta sunt optima: primò, quia haec bona per se considerata non sunt talia, quae mereantur à Deo infallibiliter, & ex opere operato obtineri; sed ad summum, ut conducunt ad pietatem fouendam in Deum, aut ad aliquod spirituale bonum: sed nullum spirituale bonum datur ex opere operato per hoc sacrificium, praeter solam remissionem poenae temporalis relictæ ex peccatis condonatis; ut vidimus cap. 1. num. 10. ergo, &c. Secundò, quia nullibi in sacra pagina constat de promissione Christi Domini facta huic sacrificio ad obtinenda bona temporalia ex opere operato: effectus autem ex opere operato opus est, ut habeat fundamentum in certa, atque infallibili promissione Christi, ut diximus saepe.

13. Solum ergo per modum impetrationis bona temporalia conferre poterit huiusmodi sacrificium. Et ratio est primò, quia impetratio orationis ad temporalia se extendit, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 15. & 16. ergo etiam & impetratio huius sacrificij; quia omnis iusta oratio, & petitio potest istiusmodi sacrificio iuari. Secundò, quia Christus Dominus docuit nos, Matth. 6. petere panem quotidianum, id est, temporalia bona, ut explicat D. Thom. 2. 2. quaest. 26. art. 3. & quaest. 27. art. 3. nullibi autem in sacra pagina promittit, se daturum ex opere operato, propter oblationem huius sacrificij, haec temporalia bona: ergo ea ex opere operato non conferunt huiusmodi sacrificium: ergo solum impetratoriè.

14. Ex dictis solutae manent rationes contrariae sententiae: nam ad primam respondeo, salutem temporalem promissam esse Sacramento extremae Vnctionis conditionatè, si salutem animae conueniat, & si medicinis spiritualibus, & temporalibus agrotus tempore habili iuuetur: at nullibi promittuntur bona temporalia ex opere operato huic sacrificio, ut diximus: quamobrem est diuersa ratio vtrobiq.

Conc. Trid. 12. 13. D. Thom. D. Thom.





TRACTATUS  
IN SECVNDVM  
ECCLESIAE PRAECEPTVM;  
DE CONFESSIONE ANNUALI.

**E**XPLICATO primo Ecclesiae praepcepto de obligatione audien-  
di, dicendique Missam, sequitur, vt de secundo, hoc est, de annua  
confessione agamus: attenta enim lege Canonica, in cap. *Omnis*  
*virtusque sexus*, contenta, omnes vtriusque sexus fideles, postquam  
ad annos discretionis peruenierint, obligantur, saltem semel in an-  
no, omnia, & singula peccata confiteri, vt Innocentius III. Sum-  
mus Pont. in Concilio Lateranensi, cap. 21. decernit, & refertur in  
pradicto cap. *Omnis vtriusque*, de poenit. & remis. Confirmat, atque innouat hanc  
obligationem sacrosanctum Concilium Trident. sess. 14. cap. 5. sine, & Canone 8. ibi:  
*Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia seruat, esse impossibilem, & tra-*  
*ditionem humanam a piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos Christi fideles iux-*  
*ta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fi-*  
*delibus, vt non confiteantur tempore Quadragesima; anathema sit.*

Conc.  
Trid.

D. Thom.  
Soar.  
Bellarm.  
Henric.  
Nauar.

Prænotandum ergo est primo, Romanam Ecclesiam, & Summum Pont. in hoc præ-  
cepto non imposuisse nouam confessionis obligationem: hæc enim iuris diuini est, vt  
patebit infra suo loco: sed solum tempus, quo hæc obligatio implenda est, decreuiffe,  
vt post D. Thomam notat Soarius tom. 4. de poenit. disp. 36. sect. 1. Bellarm. lib. 3. de poe-  
nit. à c. 13. Henric. lib. 4. de poenit. c. 4. Nauar. in Summa Lat. c. 21. n. 33. & 35. & 36. quod  
facere potuisse, negandum non est, ex generali potestate, quam Christus Dominus re-  
liquit Petro, & illius successoribus, vt omnia facerent, quæ, & ad ædificationem fidelium,  
& ad bonum Ecclesiae regimen spectauerint, iuxta illud Matth. 16. *Quodcumque ligaueris*  
*super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris, super terram, erit solutum & in caelis*  
quemadmodum in multis aliis articulis fecisse constat: nam etiam de iure diuino, &  
naturali erat, tempus aliquod ad vacandum Deo impendere, & dies aliquot festiuos in  
illius, & Sanctorum honorem instituere, vt habetur in sacra pagina, *Sabbata sanctificabis*.  
Ecclesia tamen, & Summi PP. per legem Canonica[m] statuerunt, quinam dies essent  
obseruandi, & quibus Deo vacandum, vt notant passim Doctores in cap. *Licet*, de feriis.  
Similiter de iure diuino, & naturali erat, Sacerdotibus, & ministris Dei, quibus cura  
animarum incumbit, prouidere de necessariis cibo, atque alimento ad congruam il-  
lorum sustentationem; & tamen quota, & taxatio pro hac congrua sustentatione in de-  
cimis per Ecclesiasticum præceptum, ac legem statuta fuit, vt notant omnes vtriusque  
iuris Interpretes in cap. *Parochianos*, de decimis, & docet Sarmiento de rebus Eccle-  
siasticis. 4. p. cap. 2. art. 6. & nos in quinto præcepto Ecclesiae, lib. 1. cap. 1. latè dicemus.

Sarmiento.

Prænotandum secundo, grauitatem præcepti, si qua est, non ad humanam, sed ad di-  
uinam institutionem illius referendam esse: fuit enim hoc Sacramentum Confessionis  
institutum à Christo Domino: & solum Ecclesia determinauit tempus, quo obligaret:  
diuina autem præcepta non graua, sed leuia celsenda sunt, iuxta illud Christi Domini  
Matth. 11. *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue*. Et quidè, consideratis maximis,  
ac plurimis utilitatibus, quæ ex vfu huius Sacramenti in Ecclesia recipiuntur, leue ad-  
modum iudicabitur hoc præceptum, non graue, ac penderosum: hæc sunt, proprium so-  
latium; instructio ad mores; conscientiae pax; animi tranquillitas; satisfactio pro poenis  
futuri sæculi in super, bonum temporale inde in rempublicam Christianam resultans,  
restitutiones, scilicet, inimicitarum compositiones, depositiones odij, & multa alia tẽ-  
poralia bona, quæ si cõsideres, meritò iudicabis, leue admodum, & non graue esse hoc  
præceptum: adeò, vt nõ immeritò in hanc rem illud Plauti adducere, aptarèque possi-  
mus,

mus, quod de fructibus virtutum dicitur, *radices amaras esse, fructus autem suauissimos*:  
quæ omnia latissimè prosequitur Bellarmus lib. 3. de poenitent. cap. 12. Petrus Soto  
de necessit. Confessionis, lect. 3. versu, *Inquiritur*. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 1.  
versu, *Anne*. & versu, *Accedit*. Henriquez lib. 4. de poenit. c. 13. & ex Concilio Colo-  
niensi Viualdus in Candel. vbi de confess. num. 6.

Bellarm.  
Petr. Soto.  
Sotus.  
Henric.  
Viualdus

Ex quibus manifestum iam erit, inter omnes omnium Sacramentorum tractationes  
hanc de Sacramento poenitentiae ad mores, & praxim vtilem, ac laudabilem esse, &  
non minus Pastoribus animarum, quàm aliis fidelibus necessariam, & ideò obligatio-  
nem præcepti huius Sacramenti breuiter explicabimus, & totum hoc negotium his  
libellis absoluemus. Primus erit de obligatione præcepti illius: Secundus de materia  
huius præcepti necessaria, & sufficienti, proxima, & remota, & de forma absolutionis:  
Tertius de qualitate, & integritate confessionis: Quartus erit de circumstantiis: Quin-  
tus, de complice: Sextus, de sigillo: Septimus, de Ministro huius Sacramenti, & præce-  
pti: Octauus, de casibus referuatis, & absolutione illorum, & speciatim de casibus re-  
feruatis per Clementem VIII. in Religionibus: Nonus de satisfactione. Et sic totam  
materiam præcepti absoluemus. Faxit Deus Opt. Max. vt in illius gloriam & laudem.



LIBER PRIMVS.

De obligatione præcepti confessionis, quatenus diuinum,  
& Ecclesiasticum est.

CAPVT I.

An confessio omnium peccatorum mortali-  
um sit de iure diuino necessaria: &  
quo tempore illius præceptum, quatenus  
diuinum est, obliget.

SVMMARIVM.

- Confessio omnium peccatorum mortalium est in præce-  
pto de iure diuino obligante. num. 1.
- Hoc præceptum obligat ad faciendam confessionem, non  
Deo, sed hominibus Sacerdotibus. num. 2.
- Probatur id ex Patribus. num. 3.
- Probatur ex rationibus. num. 4.
- Quomodo explicandi sunt Patres, quando dicunt, con-  
fessionem Deo esse faciendam. num. 5.
- Quo tempore diuinum præceptum confessionis directè  
& ex vi propria obliget. num. 6.
- Obligat in mortis articulo. ibid.
- Quid per mortis articulum intelligatur. num. 7.
- Alunde tamen, & ex accidenti, obligat hoc præce-  
ptum in nonnullis casibus in vita, & extra mortis  
articulum. num. 8.
- Primus est, quoties quis habet conscientiam peccati  
mortalis, & sumenda est Eucharistia. ibid.
- An, qui in peccato mortali sua culpa communicat, duo  
peccata mortalia committat: alterum sacrilegij,  
alterum, quia non implet præceptum diuinum,  
num. 9.
- In perceptione, susceptioneue aliorum Sacramento-  
rum non tenemur iure diuino confiteri. num. 10.  
& quare. ibid.
- Propositur & soluitur obiectio contra. num. 11.
- Ante susceptionem Matrimonij constat ex Concilio  
Tridentino, non teneri contrahentes ex vi præcepti  
diuini confessionis, aut ex vi ipsius Sacramenti con-  
fiteri. num. 12.
- Quid de Sacramento Ordinis. num. 13.

Quid

Conc.  
Trid.  
Quando  
instituit  
Christus  
hoc Sa-  
cramentũ.

Nauar.

Jacob. Ap.

Conc. Tr.

**R**EICTA Hæreticorum  
sententia, si sententia dici po-  
rest, & non fictitium com-  
mentum certum de fide est,  
instituisse Christum Domi-  
num hoc Sacramentum Poe-  
nitentiae in salutem anima-  
rum, & in remedium eorum  
peccatorum, quæ à fidelibus post Baptismum com-  
mittuntur, vt constat ex multis Concilijs, & ex  
Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 6. Fuit autem hoc  
Sacramentum institutum à Christo Domino post  
resurrectionem, vt patet ex Matthæi 26. & Ioan. 20.  
quando, scilicet, post comestionem faui mellis, in-  
fufflando in Discipulos, dixit: *Accipite Spiritum san-*  
*ctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; &*  
*quorum retinueritis, retenta sunt*. Per hanc, & la-  
biis adhuc mellis dulcedine interlitis illud Christus  
instituit, quia halitus ex intimis visceribus deducit-  
ur, atque attrahitur, vt in illius vfu suauitatem por-  
tius, quàm rigorem Discipulos, & illius successores  
edoceret. Hinc patet, non audiendos esse illos, qui  
in lege naturæ fuisse iam hoc Sacramentum asseue-  
rât, institutum in terrestri Paradiso statim post lap-  
sum Adami. Patet etiam, minùs probabilem esse opi-  
nationem illorum, qui hoc Sacramentum in lege  
veteri à Iosue institutum fuisse opinantur, quos re-  
ctè improbat Nauar. in Manuali Latino cap. 2.  
n. 3. quauis enim in lege veteri peccata aliquando  
manifestarentur Sacerdotibus, non erat ea manife-  
statio propriè confessio; sed erat velut vmbra con-  
fessionis legitime à Christo instituenda. Patet deni-  
que, minùs doctè tenuisse illos, qui dixerunt, hoc Sa-  
cramentum institutum fuisse, non à Christo Do-  
mino, sed à D. Iacobo, Christi Domini Apostolo, in il-  
lis verbis illius Epistolæ canonice, c. 5. *Constitemini*  
*alteriurum peccata vestra*. Constat enim ex Conci-  
lio Tridentino c. 1. sess. 14. hanc sententiam esse er-  
roneam, & contra fidem: commendauit enim ibi  
Apostolus vsum Sacramenti instituti à Christo  
Domino, & non instituit de nouo, vt nonnulli ex-  
plicant, vt videbimus c. 1. num. 1. & 2. sequentibus.



*Quid de Baptismo, extrema Vnctione, aliisque Sacramentis.* num. 14.  
*Proponitur secundus casus, in quo quis ex accidenti tenetur ex praecepto diuino in vita confiteri.* num. 15.  
*Quando, scilicet, quis credit, se non posse certum, & in particulari peccatum mortale vitare, nisi confiteatur.* ibidem.  
*Non sufficit ad hanc obligationem inducendam, quod quis credat se posse peccata in communi vitare.* num. 16.  
*Alij ponunt tertium casum, quando, scilicet, conscientia stimulat.* num. 17.  
*Quid, si conscientia offerat memoria miserum peccatoris statum, & dicat, confessionem absolute esse necessariam.* ibidem.  
*Quid, si dicat hic, & nunc, & in hac circumstantia esse necessariam.* ibidem.

1. **D**E fide tenendum est, iure diuino teneri omnes fideles Sacerdoti confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quae post Baptismum commiserunt, quantum morali adhibita diligentia id facere possunt. Ita contra Haereticos definit Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5. & canone 7. ibi: *Si quis dixerit in Sacramento penitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti praemeditatione habeatur, etiam occultis, & c. anathema sit.* Haec conclusio patet in primis ex illo Ioannis cap. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, vbi aperte dicitur Deus, ex fidelitate, & iustitia remittere peccata iis, qui ea confitentur: hanc enim confessionis conditionem necessarium requirit, aperte significant illa verba: Si confiteamur peccata nostra.* Vnde manifeste sequitur, Deum alicubi promississe remissionem peccatorum iis, qui illa confitentur: quia aliter non possit ad hoc ex fidelitate, aut iustitia obligari. Dicimus verò, hanc promissionem factam fuisse Ioannis 20. & Matth. 26. vbi Christus Apostolos suos, & eorum in sacerdotio successores instituit Ministros huius Sacramenti, eisque dedit amplam potestatem absoluendi, & remittendi peccata iis, qui illa confitentur: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt eis.*

2. **Q**uod autem haec confessio debeat fieri, non Deo, vt Haeretici contendunt, sed hominibus Sacerdotibus, patet ex Iacobo cap. 5. *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra; scilicet, homines hominibus, non quibusuis, sed Sacerdotibus, qui habent potestatem soluendi, & ligandi: nam, cum Apostolus paulò antè iussisset Presbyteros, Sacerdotesve induci, vt orarent super aegrotos, subdit: Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis fuerit, remittentur ei: confitemini ergo alterutrum peccata vestra.* Vbi illa casualis, ergo, indicat, Apostolum hanc conditionem confessionis aliquando requirere, tanquam necessariam, vt per orationem, siue absolutionem Presbyteri infirmo peccata remittantur: etsi enim Apostolus ibi loquatur de extrema Vnctione, eiusque virtute; tamen simul etiam mentionem facit confessionis, insinuatque eam ad remissionem peccati esse necessariam, quando fieri potest: Confirmatur ex illo Actuum 19. *Multi credentium veniebant (scilicet, ad Paulum) confitentes, & amittentes actus suos, & non annuntiabant miracula sua, vt pessimè, & dolose asserit Lutherus; sed peccata sua, ob quae scilicet, timebant puniri à quibusdam Iudaeis, qui temerè tentabant Daemonia eiicere.*

3. **P**ater secundò praedicta nostra conclusio ex Ter-

tulliano lib. 1. de penitentia, ibi: *Grande plane emolumentum verecundia, oculario delicti pollicetur, si quid humane notitia subtraxerimus, proinde & Deum celabimus? Adeòne existimatio hominum, & Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere, quam palam absolui.* Ex Origenè hom. 2. in Leuiticum ibi, *Est (inquit) laboriosa, & dura per penitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lacrymis stratum suum, & non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum.* Vbi praeter lacrymas, & dolorem, requiritur confessio. Patet etiam ex D. Cypriano serm. 5. de lapsis: ex D. Chryl. hom. 33. in Ioannem, ibi: *In peccatis, inquit, que committimus confitendos, neminem vereamur; sed Deum dumtaxat, vt decet formidemus, qui, & tunc opera nostra videt, & tunc, quos in praesentia non poenitet, damnabit.* Ex August. tract. 49. in Ioannem: ex D. Ambr. lib. 2. de penitent. cap. 9. & ex alijs Patribus passim.

Hanc conclusionem plurimi, qui hoc tempore de controuersis scripserunt, latissimè & falsissimè probant, inter quos est Cardinalis Bellarm. toto lib. 3. de penitentia, & inter Theologos Soarius disput. 17. sect. 2. & disp. 35. sect. 1. Valentia 3. part. disp. 7. q. 9. puncto 1. Probatur rationibus. Primò, quia Ioannis 20. Christus constituit Apostolos, eorumque in sacerdotio successores, Iudices conscientiarum, cum vera potestate remittendi, retinendique peccata: atqui non possunt ipsi hoc iudicium prudenter exercere, nisi statum poenitentis, cuiusque peccata cognoscant; nec haec possunt cognoscere, nisi ipse ea omnia confiteatur: ergo iure diuino hoc est necessarium, sicut est necessarium, vt à peccatis liberemur. Secundò, quia, sicut Baptismus iure diuino est institutus ad remissionem peccatorum, quae ante ipsum committuntur: ita confessio iure diuino est instituta ad remissionem eorum peccatorum, quae post ipsum committuntur, vt colligitur ex plurimis Patribus, qui haec Sacramenta inter se comparant; & probat egregie Aegidius Coninch. disp. 4. de confess. num. 6. Tertio, quia Christus Dominus non solum constituit Apostolos, & Sacerdotes Iudices conscientiarum, sed etiam Medicos animarum: Medicus autem non curat, nisi ea vulnera, quae sibi aperiuntur; nec in medicina curare ea, quae ignorat: ergo iure diuino tenentur fideles omnia, & singula peccata Sacerdotibus in confessione aperire, vt illis medeantur.

Nec obstat id, quod docent Haeretici, confessionem non esse faciendam hominibus, sed Deo: quando enim Patres dicunt, peccata non esse confitenda hominibus, sed Deo, non idè hoc dicunt, quòd pudent sacramentalem confessionem, & articulare factam Sacerdotibus ministris Dei non esse necessariam: sed volunt dicere, confessionem secretò esse faciendam, non publicè: antiqui enim Patres pro eodem accipiebant, aliquem confiteri Deo, ac confiteri secretò Sacerdoti, vt optimè docet Coninch. disp. 5. de confess. dubit. 1. num. 11. & num. 15. verè. *Vnde, quando.*

Secunda conclusio. Diuinum praeceptum confessionis directè, proprie, & per se, & ex vi intrinseca ipsius diuini praecepti, solum obligat in articulo mortis, quando datur conscientia peccati mortalis; & etiam aliàs, quando datur copia Confessarij, & est mortale periculum nunquam amplius posse in tota vita confiteri, ex defectu Confessarij, si modò occasione omittat. In hoc conueniunt omnes Doctores: ita Soar. tom. 4. de poen. disp. 35. sect. 3. n. 2. Coninch. disp. 5. dub. 2. n. 36. & communiter Theologi cum D. Thoma in 4. dist. 17. Henriq. lib. 4. de poenit. c. 3. §. 3. & c. 6. §. 6. Viuald. in Candelabro, de confessione, n. 12. & testatur Couar. c. *Alma mater,* 1. part.

1. part. §. 1. n. 7. & Nauarr. in Manuali Latino c. 27. num. 27. Et ratio est manifesta: nam, cum poenitentia in hac vita agenda sit, & post illam poenitentiae amplius locus non sit; sequitur necessarib, obligare hoc praeceptum imminente mortis articulo: nam, si praeceptum est, impleri debet in hac vita, & ante mortem; aut saltem in eo casu, in quo quis habet conscientiam peccati mortalis, & copiam Confessarij, & est mortale periculum, vt ea occasione elapsa, nunquam amplius possit in tota vita confiteri, vt contingere potest in India, & in aliqua captiuitate, vel in eo, qui longissimè nauigat nauigationem periculosissimam, si nunquam confessus est: tunc enim ex diuino praecepto tenetur anticipare tempus mortis: supposito enim, quòd detur praeceptum diuinum confessionis, & tale praeceptum ante mortem non fuerit impletum, nullum aliud tempus restat, in quo moraliter impleri debeat, nisi illud, in quo modo habet copiam Confessarij, postea in tota vita moraliter non habiturus. Et ita docent expressè Coninch, & Soar. cit. & praeter eos id docet etiam D. Thom. in 4. dist. 17. quaest. 3. art. 1. quaestiuicula 4. & Henriq. item allegatur, & Nauar. in Manuali Latino cap. 2. num. 8. fine, & Durand. in 4. distinet. 17. quaest. 10. num. 6. & Syluest. verbo, *Confessio*, 1. §. 2. & Tabiena ibi §. 41.

Intelligitur autem, per mortis articulum, non solum ille articulus, in quo quis moritur; sed etiam in quo mors probabiliter timetur, vt optimè notat Nauar. in Summa, cap. 26. num. 3. & Angelus verbo, *Confessio*, 3. num. 7. & Armilla verbo, *Abolutio*, n. 12. nec enim hic mortis articulus tam strictè accipiendus est, vt solum pro praesio mortis articulo accipiat; sed etiam, cum homo aggreditur actus arduos, & difficiles, in quibus probabiliter, moraliter loquendo, timetur mors, aut verisimiliter timeri potest, vt in bello, in naufragio, in transitu per loca infidelium, aut latronibus & grassatoribus infestata, & in nauigatione periculosa, in acuta & graui infirmitate, & in alijs accidentibus, in quibus homines communiter moriuntur, veluti in partu mulieris, quae nunquam peperit; & in partu illius, quae semper partus difficiles experta est: hi enim omnes casus, veniunt, & intelligi possunt nomine articuli imminenti mortis, vt praeter Auctores citatos notat Couar. *Alma mater*, 1. part. §. 11. num. 8. & Henriq. lib. 4. de poenit. cap. 3. §. 3. & cap. 6. §. 6. & Gabriel in 4. distinet. 17. quaest. 1. a. 3. & Paulus Comitulus lib. 1. responsum moralium, quaest. 20. vbi de hac re late agit, quem ibi videre poteris.

Aliunde tamen non per se, sed ex accidenti obligat hoc praeceptum extra articulum mortis in aliquibus casibus: quatenus diuinum est. Primus est, quoties sumendum est Eucharistiae Sacramentum: tunc enim, si conscientiam peccati mortalis habemus, tenemur ex diuino praecepto praemittere confessionem, modò adit copia Confessarij, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. & can. 11. patet etiam ex illo Apostoli 1. ad Corinth. 11. *Prober autem seipsum homo, siue de pane illo edat, siue de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, quod ex iure diuino prouenire late probat D. Thom. 3. part. quaest. 80. art. 4. & optimè docet Petr. Soto de Eucharistia, lect. 12. & Henriq. lib. 8. cap. 45. & latissimè Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 80. sect. 3. & Bellarm. de Sacramento Eucharistiae, lib. 4. cap. 17. vbi doctissime hac de re Haereticorum insanias confutat.*

Si tamen quis, data copia Confessarij, in peccato mortali sua culpa communicet, non idè duo peccata mortalia committit, vt voluit Cano. in relectione de poenitentia, parte 4. alterum sacrilegij, quia in peccato mortali communicat; alterum, quia

non implet praeceptum diuinum praemittendi confessionem, cum peccatum mortale habet ante communionem: sed committit vnum tantum peccatum mortale indignae sumptionis, vt optimè animaduertit Soarius tom. 4. de poenitentia, disp. 35. sect. 3. num. 12. & ante illum Sotus in 4. distinet. 17. & 18. quaest. 1. art. 4. & idem Cano in relectione, part. 5. in solutione ad 4. in hac re sibi contrarius. Fundamentum est: quia non obligamur tunc praemittere confessionem directè, & absolute, ex vi praecepti diuini ipsius confessionis; sed per accidens ex vi praecepti dignè suscipiendi Eucharistiam: & idè tunc praeceptum confessionis est dispositio, & circumstantia diuini praecepti dignè susceptionis ipsius Eucharistiae: quapropter est vnum tantum peccatum; quia tunc praeceptum confessionis subordinatur diuino praecepto dignè suscipiendi praedictam Eucharistiam, & est dispositio illius: sic sumere Eucharistiam non ieiunium extra Viaticum, est vnum tantum peccatum; licet ex ecclesiastico praecepto teneamur ad illam ieiunium accedere; propterea quòd huiusmodi praeceptum ecclesiasticum, accedendi ieiunij, est circumstantia, & veluti dispositio dignae susceptionis praedictae Eucharistiae, & subinde consequenter subordinatur praedicto praecepto diuino dignè illam suscipiendi: non enim tunc ieiunium praecipitur propter se, sed propter Eucharistiam; & idèd quauis ille, qui non ieiunus ad Eucharistiam accedit, duo praecepta infringat, alterum non accedendo ieiunij, alterum indignè suscipiendo; tamen cum omnia haec praecepta ad vnum virtutis actum ordinentur, vnum tantum peccatum committit, non duo.

In susceptione verò aliorum Sacramentorum confessio non praecipitur, vt optimè animaduertunt Doctores, Soar. tom. 4. de poen. disp. 33. sect. 3. num. 13. & Syluester verbo, *Confessio*, 1. §. 2. & Angelus ibidem, num. 31. & Victor. in Summa, n. 135. & alij, & est certa sententia; nullibi enim praecipitur ipsa confessio in susceptione illorum: neque enim praedictum praeceptum confessionis ex natura rei obligat in susceptione illorum, sicut ex natura rei obligat in susceptione Eucharistiae: vnde, quia Eucharistia necessarid sumenda est ex obligatione praecepti annualis; idèd Ecclesia praecipit, ac sancit, vt ante susceptionem illius praemittatur annua confessio, tanquam quid ex natura rei debitum, ac necessarium ad dignam, & competentem susceptionem praedictae Eucharistiae; Eucharistia enim est frumentum, seu alimentum electorum, & Sacramentum vitiorum, & supponit vitam gratiae in suscipientibus.

Oppones, etiam ad alia Sacramenta ex natura rei videri praequiri confessionem, tum, quia sancta sanctè tractada sunt; tum, quia Sacramenta sunt signa, & causa gratiae; & idèd tenetur suscipiens, quantum in se est, remouere peccata, & obicem gratiae per confessionem tollere. Respondeo, in alijs Sacramentis posse sufficienter remoueri huiusmodi obicem gratiae per contritionem, quae sufficiens reputetur ad hanc praeparationem, dispositionemque dignae susceptionis praedictorum Sacramentorum, vt docet Henriq. lib. 4. de poenit. c. 3. §. 4. iuncta littera O. & Soar. supra allegatus. Dices: Contritio, si vera est, includit in voto confessionem: ergo praesente copia Confessarij tenetur quis confiteri, antequam suscipiat alia Sacramenta. Respondeo, includere illam in voto, quoties Eucharistia sumenda est, ac proinde tenetur quis actu confiteri, data copia Confessarij, quoties illa sumenda est, si conscientiam habet peccati mortalis: in susceptione verò aliorum Sacramentorum, praemissa contritione, potest differre confessionem in aliud tempus: nullibi

Cont. Tr.

Coninch. Soarius. D. Thom. Nauar. Durandus. Syluest. Tabiena.

Nauar. Angel. Armilla.

Couar. Henriq. Gabriel. Comitulus.

Conc. Tr.

D. Thom. Petr. Soto. Henriq. Soar. Bellarm.

Cano.

Coninch.

5.

Coninch.

6.

Soar.

Coninch.

D. Thom.

Henriq.

Viuald.

Couarr.

1. part.

10.

Soar.

Syluest.

Angel.

Victor.

11.

Henriq.

Soar.

Nulli enim datur speciale praeceptum, quod homines ad confessionem adstringat in susceptione aliorum Sacramentorum: quod parebit discurrendo per omnia alia Sacramenta.

12. Nam de Sacramento Matrimonij constat ex Conc. Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformatione, non obligare diuinum praeceptum confessionis: ibi enim hortatur sancta Synodus Tridentina contrahentes, ut antequam contrahant, confiteantur: & in verbo, Horror, consilium est, non praeceptum: & sic, qui contrahunt matrimonium absque confessione, etiam si in peccato mortali existant, non peccant contra aliquod praeceptum ecclesiasticum, aut diuinum, directe obligans ad praemittendam confessionem, ante illud Sacramentum: quantum aliunde mortaliter peccent, sumendo Sacramentum Matrimonij in peccato, cum sint ipsi contrahentes ministri huius Sacramenti, si in gratia illud non ministrant, praemittendo saltem contritionem, quia sancta sancte tractanda sunt.

13. Si loquamur de Sacramento Ordinis, Nauarrus in Manuali cap. 2. num. 9. & D. Thom. quodlibeto 1. art. 11. solum Sacramentum Ordinis excipiunt, & dicunt, solum in susceptione illius, & Eucharistiae, obligare praeceptum confessionis, quatenus diuinum est; & peccare contra hoc diuinum praeceptum, illos, qui cum conscientia peccati mortalis scienter sacros Ordines suscipiunt. Sed, ut bene aduertit Soarius tomo 4. de poenitentia, disp. 35. sect. 3. num. 13. id quidem non est propter ipsum Sacramentum Ordinis praesens; sed propter Eucharistiam, quam simul accipere solent, qui sacris Ordinibus initiantur. Nec obstat Leo Papa Epist. 69. asserens, fideles ad communionem Sacramentorum recipiendos esse per ianuam reconciliationis, quo nomine confessionem significare videtur: loquitur enim ibi D. Leo, de susceptione Eucharistiae, ut verbum, Communio, demonstrat: nam, quia in duplici specie panis, & vini, hoc sacrificium fit; ideo saepe solet apud Patres diuina Eucharistia nomine plurali appellari, ut refert idem Soarius allegatus.

Idem dicendum est de Sacramento Baptismi, & Confirmationis, quod dictum manet de Sacramento Ordinis, & Matrimonij, & de aliis Sacramentis: nam sufficiens dispositio ad illa censetur ipsa contritio, imò & ad Baptismum sufficit nota attritio, ut dicemus lib. 2. cap. 5. num. 11.

14. Secundus casus, in quo potest quis per accidens obligari ad confessionem, & de facto ad illam obligari, est, quoties credit se aliter non posse euitare certum aliquod peccatum in particulari, in quod sepius incidit, & iudicat, confessionem esse tunc medium, & remedium necessarium ad illud vitandum, aut si haberet continuam occasionem peccandi, à qua se non posset expedire sine consilio alicuius viri prudentis, cui omnem suae conscientiae statum aperiret, nec vellent hoc extra confessionem facere: in his enim circumstantiis certum est, obligari hinc homines ex diuino praecepto ad confessionem faciendam: qui enim ex diuino praecepto obligantur ad finem, sub eodem diuino praecepto obligantur ad medium necessarium ad talem finem: omnes autem ex diuino praecepto obligamur ad fugiendum, deserendumque peccatum. Ita Coninch. disp. 5. de necessitate confessionis, dub. 11. num. 31. Soar. tom. 4. de poenit. disp. 35. sect. 3. n. 10. Caietan. in Summa verbo, Sacramentalis confessio, & Petrus Soto lect. 5. de confessione, & patet ex l. 2. ff. De iurisd. omn. iud. & ex cap. Praeterea, de offic. delegati, ubi habetur, eum, qui praecipit aliquid, consequenter praecipere omnia media, sine quibus illud consequi non possit.

15. Hae tamen intelligenda sunt, quando aliquis credit, se aliter non posse vitare certum aliquod peccatum, v. c. odij, carnis, aut inuidiae in particulari: nam, si credat, quod, si saepe confiteatur, multa peccata vitabit, in confusio; tunc quidem non obligat diuinum praeceptum confessionis, sicut etiam non audent Doctores reos facere peccati mortalis eos, qui dilatare, differuntque confessionem, vsque ad tempus quadragesimae, annualisque obligationis, etiam si credant, se multa peccata euituros, si saepius intra annum confiteantur, ut post Caietanum resoluit Petrus Soto de confessione, lect. 5. Petr. Soto. vers. Considerandum, quicquid dicat Henric. in contrarium lib. 4. de poenit. cap. 6. §. 6. iuxta littera A. Soarius tamen in opinionem Soti, & Caietani inclinatur tom. 4. de poenit. disp. 35. sect. 3. num. 11. vbi dicit, argumentum annualis confessionis, quae in annum differitur, multum vrgere. Et ratio, ob quam, inquit Soarius, si credantur peccata in communi vitanda, diuinum praeceptum confessionis non obliget, est, quia, quando in communi loquimur, nulla censetur proxima, & moralis occasio, aut proximum, & morale periculum alicuius peccati specialis; & ideo non censetur tunc confessio ita medium necessarium ad illud vitandum, ut illius praecepti specialis obligatio inducatur.

16. Alij tertium casum ponunt, in quo per accidens, & non ex vi propria, & directe, praeceptum diuinum confessionis obliget, in vita, & extra mortis articulum: quando, scilicet, propria conscientiae stimulus arguit, praeceptum diuinum confessionis obligare, Deumque exigere speciale vitae antea rationem, iuxta illud Lucæ 16. Redderationem villicationis tuae. Hunc casum ponunt Henric. lib. 4. de poenit. cap. 3. num. 4. & Viualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, vers. cum multis. Sed neque Doctores, quos allegat, hoc expresse asserunt; neque absolute id verum est; & ideo oportet in hoc negotio distinctione vti: vel enim conscientia sic stimulat, ut practice dicat, confessionem hic, & nunc esse necessariam, ad seipsam exonerandam obligationem antea vitae: & tunc fateamur, teneri homines hanc rationem reddere, & confiteri, non quidem ex vi ipsius praecepti diuini praedictae confessionis, sed ex ipsa conscientia, quae, quantum erronea sit, obligat tamen, ut docet Nauar. cap. 27. num. 280. & praelud. 9. num. 9. nisi de consilio prudentis deponatur: non sufficit tamen, ut optime animaduertit Nauar. ibi, & Doctores communiter, ut hanc obligationem conscientiae inducamus, quod conscientia dicit, id esse peccatum absolute, aut esse peccatum veniale: sed oportet, ut dicitur esse peccatum mortale: nam, quando facimus, & operamur aliquid contra conscientiam, etiam si sit erronea, dicitur id, quod facimus, esse simpliciter peccatum, aut esse peccatum veniale; solum tunc venialiter peccabimus: non enim potest esse in causato plus virtutis, & causalitatis, quam cauta in illud infundat, ut docet Baldus in l. 1. ff. De Senatoribus, conscientia autem, quando aliquid est peccatum veniale; aut simpliciter peccatum, non infundit in illud gravitatem peccati mortalis, si id non cogitet, vel conscientia ipsa ita stimulat, ac pungit, ut peccator in memoria adducat miserum statum suum, in quem ob peccata mortalia deuenit, & offeratur memoriae remedium opportunum confessionis: non tamen ita ut conscientia dicat, teneri statim confiteri: & tunc dicendum est, non sufficere illos conscientiae stimulus ad inducendam obligationem naturalem confessionis sub mortalitate: ratio enim sumpta ex dictamine conscientiae, non conuincit, neque obligat quoadusque poenitentis non concipit practice, confessionem esse necessariam hic,

17. Hic, & nunc, ad se ex eo misero statu liberandum; & ideo sine noua culpa potest differri. Ita docet Petrus Soto de confessione, lect. 5. & Henric. lib. 4. de poenit. cap. 3. num. 4.

hinc, & nunc, ad se ex eo misero statu liberandum; & ideo sine noua culpa potest differri. Ita docet Petrus Soto de confessione, lect. 5. & Henric. lib. 4. de poenit. cap. 3. num. 4.

hinc, & nunc, ad se ex eo misero statu liberandum; & ideo sine noua culpa potest differri. Ita docet Petrus Soto de confessione, lect. 5. & Henric. lib. 4. de poenit. cap. 3. num. 4.

CAPVT. II.

Per quam confessionem impleatur diuinum praeceptum illius: & quas personas obliget tale praeceptum.

SVMMARIVM.

- Praeceptum diuinum confessionis impletur per confessionem validam, & formatam: non vero per inuvalidam, quacunque ratione inuvalida sit. num. 1. An impleatur per confessionem validam, sed informem. num. 2. Quas personas obliget. num. 3. Infideles nondum baptizati, nec diuino, nec humano praecepto confessionis obligantur. num. 4. Obligantur tamen diuino praecepto Eucharistiae. ibid. Praeceptum diuinum confessionis institutum fuit à Christo Domino, tanquam secunda tabula pro iis, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt. num. 5. Quare praeceptum diuinum Eucharistiae obliget infideles non baptizatos; non autem praeceptum diuinum confessionis. num. 6. Respondetur ad auctoritatem D. Pauli num. 4. allatam pro opinione illorum, qui dicebant, praeceptum confessionis, quatenus diuinum, obligare infideles non baptizatos. num. 7. Qui peccata venialia tantum habent, non adstringuntur diuino praecepto confessionis. num. 8. Tenentur tamen, ex praecepto Ecclesiae, tempore Quadragesimae sistere se suo Parocho, ut dicant, se non sibi esse confisos peccati mortalis. num. 9. An Parochus teneatur illis fidem habere. ibid. Beatissima Virgo, & reliqui innocentes, qui nec mortaliter, nec venialiter unquam peccauerunt, nullo praecepto, nec diuino, nec ecclesiastico confessionis adstringuntur. num. 10.

1. Certum in primis est, praeceptum diuinum confessionis, per confessionem validam, & formatam impleri: non impleri vero per confessionem inuvalidam, quacunque ratione nulla, & inuvalida sit: neque enim per illam impletur diuinum praeceptum; quia tunc, nec finis praedicti praecepti, id est, remissio peccatorum, & iustificatio hominis obrinetur; nec actus praeceptus perficitur: vnde, siue confessio nulla, & inuvalida sit, ex parte Sacerdotis, quia non habuit intentionem absoluenti; siue ex parte poenitentis, quia tacuit aliquod peccatum, vel non habuit dolorem requisitum; non impletur hoc diuinum praeceptum: licet enim, quando ex parte Sacerdotis confessio nulla est, excusetur poenitens à peccato, & transgressione huius praecepti pro eo tempore; tamen in re ipsa non implet praeceptum: & ideo si postea aliquando de re sibi constiterit, tenetur, si potest, perfectionem ipsius Sacramenti procurare, vel de nouo confiteri. Ita Doctores communiter Soarius tom. 4. de poenitentia, disputatio 25. sect. 4. n. 1. Henric. lib. 4. cap. 5. §. 1. Petrus Soto de confessione, lect. 8. fine: Sa verbo, Confessio, num. 1.

2. An vero impleatur hoc praeceptum, quatenus diuinum est, per confessionem validam, sed informem, dubium est: quae difficultas supponit dari confessionem validam, sed informem: nam, si dari non potest, ut probabilior fert opinio, quam sequitur T. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccl. confessionem

mur lib. 2. de materia huius Sacramenti confessionis, cap. 6. cessat dubium: in opinione vero Soarij quae admittit, dari confessionem validam, sed informem, aliquod dubium habet huiusmodi difficultas. Resolutio tamen fit, impleri. Ratio est: quia per huiusmodi confessionem validam, sed informem, impletur actus praeceptus per hanc legem, & praeceptum, quoad substantiam eius; quia verum & validum fit, & hoc est, quod praecipitur in diuino praecepto confessionis: quod autem finis praecepti, nempe, iustificatio hominis, & remissio peccatorum non obtineatur, non obstat; quia finis praecepti non cadit sub praecepto: neque etiam obstat, quod talis actus careat forma gratiae; quia illa informatio gratiae, solum est quidam modus actus praecepti, qui modus, per se loquendo, non cadit sub praecepto: & haec sententia est verior, quicquid alij negent: & eam docet Ledesma. in 4. 2. part. q. 8. art. 2. dub. 1. 2. & Petrus Soto lect. 8. de poenit. Sotus in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. & Soar. t. 4. de poenit. disp. 35. sect. 4. num. 3. & alij passim.

3. Circa personas, quas obligat huiusmodi praeceptum, quatenus est diuinum, constat in primis, ut hoc praeceptum obliget, dandam esse materiam illius necessariam, peccata, scilicet, mortalia, aliàs non obligabit ex defectu materiae: & sic infantes, ratione carentes, illo non obligantur: primò, quia ante usum rationis non sunt capaces praecepti, nec obligationis illius, sicut nec meriti, nec demeriti: secundò, quia carent materia necessaria praecepti, peccatis, scilicet, mortalibus, quae sunt materia necessaria huius Sacramenti, & praecepti. Obligantur ergo solum huiusmodi praecepto omnes fideles baptizati, etiam pueri, qui sibi conscij sunt alicuius peccati mortalis. Ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 4. de poenit. disputat. 35. lect. 2. num. 5. Coninch. disp. 5. dub. 4. num. 50. Scotus in 4. distinct. 17. q. 1. art. 3. initio. Durandus ibidem, q. 9. Caietan. tom. 1. opuscul. titul. 5. q. 1. Medina de poenit. tract. 2. q. 5. circa medium. Patet ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. & Canone 7. & ex cap. Medina. Conc. Tr.

4. Omnis vtriusque sexus, de poenit. & remiss. Et ratio est: quia praedictum Concilium Tridentinum, & praedictum cap. Omnis, sine vlla exceptione praecipunt, confiteri omnes fideles sua peccata mortalia, cum ad annos discretionis peruenerint: atqui omnes, etiam pueri, qui conscij sibi sunt peccati mortalis, iam peruenerunt ad annos discretionis; siue ad eam aetatem, in qua inter bonum, & malum possunt discernere, quia aliàs non possent peccare mortaliter: ergo illi omnes tenentur ad confessionem. Neque obstat, quod Concilium Tridentinum, & cap. Omnis vtriusque sexus, loquantur solum de obligatione praecepti ecclesiastici annualis confessionis: quia easdem personas, & in eadem aetate, in qua obligat praeceptum humanum, debet etiam obligare praeceptum diuinum, ut patet, & eadem materia debet etiam esse vtriusque praecepti: quare solum per suum praeceptum Ecclesia declarauit tempus, in quo voluit fideles obligare, ut consideranti patebit.

5. Dixi, fideles baptizati: quia infideles nondum baptizati, nec diuino, nec humano, & Ecclesiastico praecepto ad confessionem obligantur: non humano, & ecclesiastico; quia Ecclesiam non potest obligare suis praeceptis non subditos; ij autem, qui nondum per portam Baptismi Ecclesiam ingressi sunt, non sunt subditi ipsius Ecclesiae, ac proinde illius praeceptis ecclesiasticis obligati non possunt: De his enim, inquit D. Paulus 1. Corinth. cap. 5. num. 12. qui foris sunt, non attinet ad nos iudicare. Sicut enim praecepta alicuius Religionis non obligant aliquem, nisi postquam illam ingreditur per professionem

Sotus. Henric. Scotus. Adrian. Richard. Angel. Syluest.

Soar. Vasquez. Coninch.

Soar. Sotus. Medina. Maior.

fessionem: ita præcepta Ecclesiastica humana, & profana infideles obligare non possunt non baptizatos: quia nondum per portam Baptismi Ecclesiam ingressi sunt, vt optimè docet Sotus in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. & Henric. lib. 8. de pœnit. c. 3. n. 2. & alij communiter. Non diuino, quicquid dicat Scot. in 4. dist. 16. art. 1. & Adrianus q. vltima de confessione, & Richard. dist. 17. q. 4. art. 2. & Angelus verbo, Confess. 2. S. 2. & Syluester ibi, §. 5. qui ex duplici fundamento asserunt obligari infideles non baptizatos ad præceptum confessionis, quatenus est diuinum: primò, quia idè hoc præceptum est diuinum, quia obligat infideles, in quos Ecclesia non habet potestatem: sicut enim Paulus loco citato dicit: Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? nomine de his, qui intrasunt, vos iudicatis? Ita ait: Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Secundo, quia præceptum Eucharistiæ, quatenus est diuinum, obligat omnes, etiam infideles, vt latè probauimus in 4. præcepto de Eucharistia, & docet Soar. de Sacram. disp. 69. sect. 2. & Vasquez disp. 214. cap. 4. & Coninch. q. 80. de Eucharist. dubio 2. num. 93. fol. 282. non quidem, vt illum sumant, vt Baptismum; sed ita, vt vel idè teneantur baptizari, vt possint communicare. Quicquid tamen sit de præcepto diuino Eucharistiæ, vt statim dicemus; tamen probabilius est, infideles non baptizatos, non obligari præcepto confessionis, quatenus est diuinum, ex defectu materiæ: primò, quia, etiam grauiissima peccata mortalia ante Baptismum habeant: tamen peccata commissa ante Baptismum non sunt materia huius Sacramenti confessionis; sed sunt propria materia ipsius Baptismi, cum per illud delectantur, ac remittantur, vt patet; & idè non possunt infideles præcepto aliquo obligari ad confitenda illa peccata post susceptum Baptismum, quæ ante illum commiserunt, cum iam nulla sint peccata; fuerunt enim omninò deleta & remissa per ipsum Baptismum. Deinde, quia confessio non est his infidelibus necessaria ad salutem, & illa iure diuino præcipi non potest, nisi quatenus est necessaria ad salutem: nam, si huiusmodi infideles baptizata, & postea nullum peccatum mortale committant, sine confessione salutem consequentur: quamobrem idè hoc Sacramentum Confessionis dicitur secunda tabula naufragij post Baptismum; quia illis solùm est necessarium, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt: vnde etiam sit, si infideles ante Baptismum per contritionem iustificentur, illam contritionem non includere votum confessionis, sed Baptismi tantùm; quia solus Baptismus est necessarius ex vi talis status: per illum enim plenè delectantur, ac remittuntur omnia peccata ante illum commissa sine vilo ordine ad confessionem: ergo euident est, hos infideles non obligari præcepto confessionis, neque quatenus humanum, & ecclesiasticum; neque quatenus est diuinum. Et ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 35. sect. 2. n. 2. & Sotus in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. & Medina de confessione, tractatu 2. q. 7. & maior in 4. dist. 17. quæst. 1. & communiter Doctores.

Neque obstant fundamenta contraria: ad primum enim dicimus, non idè hoc præceptum dici diuinum, quia generaliter obligat omnes homines, fideles, & infideles, ante, & post Baptismum: sed idè & esse, & dici diuinum, quia institutum fuit à Christo Domino pro salute fidelium, institutum autem fuit ab illo tanquam secunda tabula naufragij peccati commissi post Baptismum; & sic ex peculiari modo institutionis diuinæ, non fuit hoc Sacramentum institutum pro infidelibus nondum baptizatis, sed pro fidelibus tantùm baptizatis, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt: nam præ-

cepta diuina solùm illos obligant, qui habent materiam, circa quam prædicta præcepta versantur; infideles autem ante Baptismum non habent materiam, circa quam versetur hoc præceptum diuinum: enimverò illa peccata, quæ infideles ante Baptismum commiserunt, non sunt materia diuini præcepti confessionis; sed sunt materia Baptismi, & per solùm Baptismum delenda, & remittenda, siue in voto, siue in re susceptum: ac proinde infideles non sunt capaces talis præcepti.

Ad secundum respondeo, esse diuersam rationem in præcepto diuino Eucharistiæ, atque in præcepto diuini confessionis: quia præceptum diuini confessionis fideles tantùm obligat, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt, vnde nondum baptizati, infideles, nec capaces sunt confessionis, nec tenentur se reddere capaces; quia, etsi teneantur baptizari; non tamen tenentur post Baptismum peccare, vt se reddant capaces; & donec mortaliter peccent post Baptismum, præcepti confessionis, etiam quatenus diuinum est, incapaces sunt: secus est de præcepto communionis, quatenus est diuinum; quia omnes, etiam infideles, vtentes ratione, tenentur se capaces reddere illius, ac proinde tenentur baptizari, vt possint communicare, & hoc diuinum communionis præceptum implere: nam præcepta diuina generatim pronuntiat omnes capaces obligant; diuinum autem præceptum Eucharistiæ generatim fuit prolatum, & infideles nondum baptizati illius sunt capaces, absolute loquendo; quia si velint baptizari, statim possunt illud implere: ergo etiam illos obligat: quannis enim ante Baptismum non possint infideles recipere Eucharistiam, propter infidelitatem; tamen remoto infidelitatis impedimento per Baptismum tenentur Eucharistiam suscipere, etiam amplius non peccent, & tenentur ex vi præcepti Eucharistiæ se baptizare; & huiusmodi obstaculum remouere, vt se capaces reddant. Quod ex his coniecturis latius patebit, & clarius: nam Christus Dominus hoc præceptum diuinum Communionis, & Eucharistiæ Capharnaitis promulgauit, quorum multo maior pars non erat baptizata; & tamen omnibus illud intimaui, vt patet ex generalitate illorum verborum: Nisi manducaueritis, &c. non habebitis vitam in vobis, & aliunde iurisdictione Christi præceptum ferentis, ad omnes se extendebat, tam fideles, quam infideles. Confirmatur: nam etiam illi, qui sunt in peccato mortali, ex præcepto diuino ad communionem obligantur, non quidem vt existentes in peccato communicent, sed vt dignam pœnitentiam agant, & sic communicent: ergo similiter non baptizati tenentur ex diuino præcepto ad communionem; non quidem, vt existentes in infidelitate communicent; sed vt Baptismum suscipiant, & consequenter, vt ad suscipiendam Eucharistiam se capaces reddant. Ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 35. sect. 2. num. 2. & Coninch. quæst. 80. dub. 2. num. 93. fol. 282. col. 1. & quos ibi citant.

Ad auctoritatem D. Pauli respondeo, Christum potuisse imponere præcepta infidelibus non baptizatis, quibus eos obligare posset: vt de facto imposuit præceptum Eucharistiæ: non tamen eis imposuit præceptum confessionis, propter rationes tactas.

Dixi, obligari præcepto diuino confessionis illos fideles tantùm, qui peccata habent mortalia; quia illi, qui tantùm habent venialia, eo præcepto non obligantur: sicut nec etiam præcepto Ecclesiastico annualis confessionis: quia peccata venialia non sunt materia necessaria confessionis; sed tantùm sufficiens: vnde non tenentur fideles illa subiicere confessioni, vt dimittantur, cum multis aliis modis

6.

9.

10.

7.

8.

Scotus. Durand. Caietan. Medina. Syluest. Coninch. Trident.

Soar. Scot. Coninch.

Alb. M. Vinald.

D. Thom.

Soar. Vinald.

Victor.

dimitti possint, vt docebimus lib. 2. de materia huius Sacramenti, c. 1. n. 4. Et ita docet Scotus in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. initio. Durandus ibidem, q. 9. Caiet. tom. 1. opuscul. tit. 5. q. 1. Medina de pœnit. tract. 2. q. 5. circa medium. Syluest. verbo, Confessio, 1. num. 14. & Egidius Coninch. disp. 5. dub. 5. n. 52. & patet infra lib. 2. de materia huius Sacramenti, c. 1. n. 4. Probatum facit ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 5. sub finem, vbi docet, in præcepto Ecclesiastico de annuali confessione, contento in c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissionibus, solùm præscribi tempus, quo tenetur confessionem iure diuino præceptam implere: ergo solùm obligat illos, qui iure diuino ad confessionem tenentur, quales sunt soli illi, qui habent peccata mortalia, vt ex dicto cap. Omnis. & ex Concilio Tridentino patet.

Nec tamen ob id excusatur à præcepto annualis confessionis absolute ille, qui tantùm habet venialia: nam saltem tenetur sistere se suo Parocho, ac Pastori, vt et declaret se non esse sibi conscium vilius peccati mortalis: quia debet Pastori, saltem aliquo modo, consistere, talem non teneri præcepto confessionis, vt eum ad communionem possit admittere, Pastorque teneri illud de se affirmanti credere, nisi habeat iustissimas rationes contrarium suspicandi. Ita docet Soarius t. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 2. n. 9. & Scotus in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. & Coninch. disp. 5. de necessitate confessionis, dub. 5. n. 52. sine fol. 434. & patet amplius ex lib. 2. c. 1. n. 4. & c. 2. n. 7. vbi hac de re latius agemus.

Quòd si hoc præcepto diuino confessionis non obligantur illi, qui habent peccata venialia tantùm, sicut nec etiam obligantur præcepto Ecclesiastico de annuali confessione semel in anno facienda; consequenter etiam sequitur, non obligari quoque innocentes, qui nunquam, nec mortaliter, nec venialiter peccauerunt, vt beata Virgo Deiparam: nam, licet Albertus Magnus super, Missus est, cap. 69. & 70. quem sequitur Ioannes Ludouicus Vivaldus in Op. Regal. in vita sancti Ioannis Euangelistæ, & licet D. Thom. 3. p. q. 37. art. 4. videatur docere, beatissimam Virginem, quannis nullam vnquam habuerit peccati originalis, aut actualis, mortalis, aut venialis labem, solitam fuisse confiteri apud Ioannem Euangelistam, vt præceptum diuinum confessionis impleret, certo modo confessionis, quem ponunt; id tamen omninò falsum est: quia beatissima Virgo, ex defectu materiæ, erat incapax talis præcepti: vt enim hoc præceptum obliget, necessariò danda est materia peccati mortalis: ergo, si id faciebat beatissima Virgo, non faciebat ex intentione implendi diuinum præceptum confessionis, sed potius ratione exempli. Ita docet Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 35. sect. 2. num. 1. & Vivaldus in Candelabro aureo, vbi de confessione num. 82. & Victoria in Summa, de confessione, num. 15. & alij. Sicut etiam legi purificationis se subdidit, non ex obligatione legis; carebat enim Virgo sanctissima rei purificationis labe: sed ratione exempli.

CAPVT III.

De præcepto ecclesiastico confessionis: quo tempore obliget, quas personas, & in qua aetate: an Reges, & Imperatores, an meretrices, an Papam: per quam confessionem impleri possit, & a quo dispensari.

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

S Y M M A R I V M.

Referitur error Durandi existimantis, hæc tenens non dari in Ecclesia præceptum directè obligans ad annualem confessionem. num. 1. De fide est, dari huiusmodi præceptum. num. 2. Recipitur hoc præceptum maximo applausu in Ecclesia. num. 3. Impugnatur ab Hæreticis ob nonitatem: sed non est, nonum, & quare. num. 4. Tempore Quadragesimæ est implendum huiusmodi præceptum. num. 5. In illo dispensare potest Summus Pontifex ex iustis causis. num. 6. Tribus modis potest intelligi ista dispensatio; vel tollendo omninò; vel restringendo tempus confessionis; vel pluries quàm semel in anno fieri; vel differendo, vt non semel in anno, sed semel in duobus, aut tribus annis fiat. num. 7. Vtrum Papa cum aliqua persona, vel provincia particulari in illo dispensare possit, & quomodo. num. 8. Peccabit Summus Pontifex, si sine causa in illo dispenset; valebit tamen dispensatio. num. 9. Quas personas obliget. num. 10. In qua aetate pueros baptizatos obliget. num. 11. Referitur prima sententia, dicens solum obligare post 12. aut pubertatis annos. ibid. Afirmatur vera sententia, affirmans, obligare, cum primam rationis usum habent, siue in septennio, siue post illud, illum habeant, que res arbitrio Confessarij committitur. num. 12. Soluuntur rationes primæ opinionis. num. 13. Pueri Clerici in minoribus an excommunicationem incurram se inuicem percutientes. num. 14. An pueri post septennium pollescentes esse rationis penas iuris incurram; si huiusmodi præceptum transgrediantur. num. 15. Omnes fideles baptizatos, etiam meretrices, obligat hoc præceptum. num. 16. An obliget Papam: referitur sententia negans. n. 17. Præfertur sententia affirmans. num. 18. An Reges, & Imperatores. num. 21. An etiam Reges, & Imperatores excommunicari possint à suis Episcopis. ibid. Refelluntur Auctores, qui dicunt, Concilium esse supra Papam, & idè obligari Papam lege confessionis annualis, cum sit ex Concilio Lateranensi deducta. num. 19. An quis possit esse capax præcepti confessionis, & meretrici, si in aliqua materia vsu rationis careat. n. 20.

1. Illa opinione Durandi in 4. dist. 17. q. 14. (neque enim opinionis nomen, meretur) qui non negauit in Ecclesia esse potestatem ad ferendum præceptum, quo fideles ad confessionem semel in anno faciendam obligarentur: sed ausus est affirmare, hæc tenens de facto non tulisse Ecclesiam tale præceptum; nec expressè contineri illud in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. sed solùm ibidem tulisse præceptum annualis perceptionis Eucharistiæ, & idè non teneri fideles ex vi alicuius præcepti Ecclesiæ, primò, & per se, ad confessionem semel in anno faciendam, tempore Quadragesimæ, teneri tamen indirectè, & ex vi præcepti Eucharistiæ, quia constitutio Ecclesiæ in prædicto cap. Omnis, solùm præcipit annualem communionem, non confessionem.

De fide est, dari præceptum Ecclesiasticum distinctum à præcepto Eucharistiæ, quo tenentur omnes vtriusque sexus fideles ad confessionem semel in anno faciendam. Quod præceptum solùm est ecclesiasticum, quoad determinationem temporis pro singulis annis; 2.



annis : absolute enim diuinum est, vt diximus cap. praece-  
*Conc. Trid.* denti; num. 3. sine. Probatum ex cap. *Omnis*  
*veriusque* *sexus*. de poenit. & remiss. & ex Concilio  
 Trid. sess. 14. can. 8. ibi : *Si quis dixerit, confessionem*  
*omnium peccatorum, quam Ecclesia seruat, esse impossi-*  
*bilem, & traditionem humanam a pijs abolendam, aut*  
*ad eam non teneri omnes, & singulos fideles veriusque*  
*sexus, iuxta magni Concilij Lateranensis Constitutionem,*  
*semel in anno, ob id suadendum Christi fidelibus,*  
*vt non confiteantur tempore Quadragesimae, anathema*  
*sit.* Est communis omnium Theologorum sententia,  
 quam docet Coninch disp. 5. dub. 4. n. 47. & 48.  
*Coninch.* Soarius tom. 4. de poenit. disp. 36. sect. 1. a num. 4. &  
*Soar.* infiniti alij, quos recensere superfluum est. Proba-  
 tur facile. Primo, quia nihil est magis vulgare apud  
 fideles, quam esse quinque Ecclesiae praecepta, ex  
 quorum numero duo sunt communionis, & con-  
 fessionis. Secundo, quia, si quis ex rationabili causa  
 excusetur a praecepto communionis, non excusetur  
 tamen ob id a praecepto confessionis semel in anno  
 faciendae, vt patet ex verbis *c. Omnis veriusque*  
*sexus*.  
 de ducti ex magni Concilij Lateranensis decreto,  
 quibus simpliciter obligantur fideles ad confitendu  
 semel in anno : patet etiam ex vsu Ecclesiae : & ideo  
 pueri, priusquam ad communionem admittantur,  
 censentur obligari hoc praecepto confessionis.  
 3. Recipitur haec Constitutio, & praeceptum eccle-  
 siasticum de confessione semel in anno faciendae,  
 maximo applausu a Catholicis omnibus, vt per D.  
 Thomam, & omnes Theologos patet in 4. dist. 17.  
 & per Sotum eodem 4. dist. 18. q. 1. art. 3. & Victo-  
 riam in Summa n. 139. Viualdum de confessione  
 n. 13. in Candelabro, & Nauar. in Manuali Latino  
 c. 21. n. 33. & 35. & refertur sequitur multos Hen-  
 riq. lib. 4. de poenit. c. 4. quae plane Constitutio, quod  
 magis in vtilitatem, & fructum cedit Ecclesiae, &  
 animarum, eod maiori impetu ac rabie ab Haereticis  
 impugnatur : non possunt tamen huiusmodi portae  
 Inferi praualere aduersus arcem Ecclesiae inexpu-  
 gnabilem : modum enim Summis Pontificibus barba-  
 ricis, & imperitijs sermonis obiciunt, quasi veritas  
 magis in loquacitate, & in verbis, quam in ra-  
 tionibus, & sententis consistat : modum novitatem  
 modum duritiam, & grauitatem praecepti : in quorum  
 dictis, & imperitijs resellendis, tempus trahere  
 non oportet ; tum, quia adeo sunt vana, vt per se  
 evanescant ; tum, quia id iam praestiterunt doctissimi  
 Tap. art. 5. & Petrus Soto de necessitate con-  
 fess. lect. 3. & Bellarm. lib. 3. de poenit. a c. 13.  
 4. Nec adeo nouum est hoc Ecclesiae praeceptum,  
 vt fingunt Haereticis : nam Zepherinus Papa, qui  
 fuit decimus sextus post D. Petrum, circa annum  
 salutis ducentesimo, statuit, vt omnes fideles in  
 Paschate Eucharistiae Sacramentum sumerent, vt  
 refert Platina in vita Zepherini : & Fabianus Pon-  
 tificis, qui fuit vigesimus primus a D. Petro, circa  
 annum salutis ducentesimo supra quadragesi-  
 mum, constituit, vt ad minus ter in anno omnes  
 fideles communicarent : refertur in cap. *Et si non*  
*frequentius*. de consecrat. distinct. 2. Constat au-  
 tem, Eucharistiam sumere nunquam licuisse, nisi  
 praemissa sacramentali confessione in iis, qui con-  
 scientiam peccati mortalis habent : vnde manifeste  
 sequitur, praeceptum ecclesiasticum, quo Christia-  
 ni semel in anno confiteri tenentur, saltem ratione  
 communionis, nouum non esse ; sed antiquissimo  
 Ecclesiae vsu receptum, licet modum eam obliga-  
 tionem Concilium Lateranense cap. 21. clarius,  
 ac manifestius explicauerit, directe imponendo  
 praeceptum confessionis semel in anno faciendae :  
 nam, quauis temporibus Zepherini, & Fabiani  
 praeceptum confessionis non obligaret directe,  
 & per se, sed ratione Eucharistiae ; attamen iam

Conc. Lat.

ntic per sese obligat : quia iam simpliciter statu-  
 tum est, vt saltem semel in anno omnes, & singu-  
 li fideles teneantur sua crimina confiteri, vt ha-  
 betur expressis verbis in cap. *Omnis veriusque*  
*sexus*, de poenit. & remiss. deducto ex praedi-  
 cto Concilio Lateranensi, ibi : *Omnis veriusque*  
*sexus fidelis, saltem semel in anno, cum ad annos discre-*  
*tionis peruenerit, solus sua omnia crimina fideliter*  
*confiteatur.*  
 Et quauis in praedicto capite, & Concilio, dica-  
 tur, *Semel in anno*, & non assignetur, quo tempore  
 ipsius anni faciendae sit talis confessio ; tamen vsus  
 communis iam hoc exposuit de tempore Quadra-  
 gesimae ; & id etiam patet ex Concil. Trident. sess.  
 14. canone 8.  
 Et verò, cum hoc praeceptum, quatenus praecise  
 statuit, vt confessionem omnium peccatorum mor-  
 talium faciamus singulis annis, sit mere Ecclesiasti-  
 cum, sequitur euidenter, vt in illo dispensare, illud-  
 que abrogare possit Summus pontifex ex iusta  
 causa : constat enim, posse Summum Pontificem,  
 data iusta causa, in praecipuis ecclesiasticis dispesa-  
 re ; vt patet ex Glossa textus in c. *Proposuit*. de con-  
 cessione praebendae ; & docet post D. Thom. Sotus  
 in 4. dist. 18. q. 1. art. 5. & Coninch disp. 5. de neces-  
 sitate confessiois, dub. 4. n. 48. & Soar. tom. 4. de  
 poen. disp. 36. sect. 1. n. 1.  
 Notat autem ibi Soarius, triplici modo fieri pos-  
 se huiusmodi dispensationem, seu abrogationem.  
 Primo, tollendo ; & abrogando omnino praeceptum,  
 ita vt nunquam obliget. Secundo, differendo tem-  
 pus, ita vt non obliget pro singulis annis ; sed pro  
 duobus, aut tribus quibusque annis : nec teneat-  
 ur quisque fidelis semel in anno confiteri ; sed se-  
 mel in tribus, duobusque annis. Tertio, non diffe-  
 rendo, extendendo vè, sed restringendo tempus con-  
 fessionis, ita vt teneantur pluries fideles, quam se-  
 mel in anno, confiteri, verbi gratia, ter, quater vè  
 in anno. Si loquamur de primo modo, docet Soar.  
 t. 4. de poenit. disp. 36. sect. 1. n. 6. sine, nunquam pos-  
 se dari rationabilem causam tollendi, abrogandi-  
 que in solidum praeceptum confessionis : quia hu-  
 iusmodi praeceptum est admodum vtile & salutare  
 vniuersae Ecclesiae, ac singulis fidelibus illius : vnde  
 abrogatio, si deret, erit quidem valida, sed non lici-  
 ta ; quia cederet omnino, in destructionem Ecclesiae,  
 non in aedificationem illius : & sic Summus Pontifex,  
 abuteretur potestate, quam accepit immediatè a  
 Christo Domino : conuerteret enim illam in destru-  
 ctionem, non in aedificationem, ac proinde peccaret  
 mortaliter ; & ea abrogatio iniusta, sed valida esset,  
 excederet enim suos fines. Vide tamen, quae dixi-  
 mus lib. 2. de obligatione audiendi Missam diebus  
 festis, c. 1. n. 11. vbi latius hac de re agimus. Si de se-  
 cundo modo sermo sit, non videretur repugnare, Ec-  
 clesiam peruenire posse ad eum statum, vt ex vr-  
 genti & rationabili causa, quae tunc offeratur, possit  
 Summus Pontifex dispensare in praedicto praecepto,  
 vt non pro singulis annis obliget ; sed pro tribus,  
 duobus vè quibusque : nunc autem certum est, id  
 non expedire : quia dilatio poenitentiae per annum  
 integrum, videretur satis magna, nec potest facile m-  
 ior licentia, dilatioque concedi, praesertim toti Ec-  
 clesiae sine grauissimo illius detrimento. Si de tertio  
 modo loquamur, non est negandum, posse restringi  
 ex causa tempus huius praecepti, ita vt non obli-  
 get semel tantum in anno ; sed ter, quater vè : &  
 quauis nulla alia subesser causa praeter fidelium  
 fructum, id quidem satis esset, modò ea frequentia  
 in contemptum non cederet, vt optimè animadu-  
 uertit Soarius citatus.  
 Dubium etiam hic esse potest, vtrum Summus  
 Pontifex dispensare possit in hoc praecepto cum ali-  
 qua

8.

qua persona particulari, v. e. cum Erentia viuente  
 extra humanum consortium, vel cum tota aliqua  
 prouincia, vt nunquam confiteatur per totam vitam.  
 Cui dubio responderet idem Soarius tom. 4. de poen.  
 disp. 36. sect. 1. non posse iuste, & rationabiliter  
 Summum Pontificem per totam vitam dispensare  
 in hoc praecepto cum aliquo, vel cum aliqua pro-  
 uincia : quia dispensatio, vt legitima sit, requirit le-  
 gitimam causam : nulla autem causa legitima, & ra-  
 tionabilis dari potest ad concedendae talem dispesa-  
 tionem : nec etiam dispensare poterit cum aliquo,  
 vt rardè confiteatur in vita, ob defectum etiam praedi-  
 ctae causae rationabilis, quae possit talem dispesa-  
 tionem iustificare. Extra hos euentus exitimo, ius-  
 tè posse dispensare Summum Pontificem cum ali-  
 quo, vel aliqua prouincia in praecepto annuae  
 confessionis, ad vitanda maiora scandala : quauis  
 adhuc cum nullo, quod sciam, dispensauerit : re-  
 stringere autem huiusmodi praeceptum, & obliga-  
 re, vt pluries quam semel in anno aliquis, vel ali-  
 qua prouincia confiteatur, facilius poterit Sum-  
 mus Pont. quia facilius occasio ad id statuendum  
 occurrere, ac dari potest ; hoc tamen sine rationa-  
 bili causa licite fieri non potest.  
 9. Quamobrem peccabit quidem Summus Pont.  
 lethaliter, si sine iusta, & rationabili causa dispesa-  
 ret in hoc praecepto cum aliquo, vel aliqua pro-  
 uincia ; dispensatio tamen valebit, quia, cum hoc  
 praeceptum ecclesiasticum sit, totum pendet ex vo-  
 luntate illius, & sic factu tenebit, quauis non rectè  
 fiat. Nec obstat, quòd licet dispensetur cum aliquo,  
 adhuc lex integra persistat, & stante ac persistente  
 lege, ac praecepto, non videatur posse Principè exi-  
 mere aliquem valide ab obligatione illius sine cau-  
 sa, cum non possit eximere seipsum ab eadem lege,  
 vt infra patebit, (tenetur enim etiam Summus Pot.  
 ad legem ac praeceptum confessionis annualis, vt  
 statim dicemus.) Nam in his, quae sunt iuris positi-  
 ui, talis dispensatio valida est vnde nò poterit Prin-  
 ceps licite aliquem eximere ab obligatione legis si-  
 ne causa, persistente lege ; poterit tamen valide.  
 10. Circa personas, quas huiusmodi praeceptum an-  
 nuae confessionis semel faciendae, tempore Qua-  
 dragesimae, obligat, illud certum est, omnes fideles  
 baptizatos veriusque sexus, postquam ad annos dis-  
 cretionis peruenerint, qui sibi conscij sunt alicuius  
 peccati mortalis, illo obligari : (nomine autem fide-  
 lium, Religiosi intelliguntur, sed Religiosi, cum saepe  
 in Quadragesima confiteantur, sufficit, quòd  
 vnam ex confessionibus pro hac obligatione appli-  
 cent, vel ex intentione generali, vel particulari.)  
 Est communis. Patet ex c. *Omnis veriusque*  
*sexus*. de poenit. & remiss. & ex Concil. Trid. sess. 14. c. 5.  
 & can. 8. Docet Soar. tom. 4. de poenit. disp. 36.  
 sect. 2. num. 7. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Syluest.  
 verbo, *Confessio*, 1. s. 13. Angel. verbo, *Confessio*,  
 2. n. 4. Medina Cod. de poenit. q. 6. Caiet. opusc. 1.  
 tit. 5. q. 1. & 3. p. q. 65. artic. 2. ad 4. qui omnes etiam  
 docent, solos illos, qui habent peccata mortalia,  
 obligari ad hoc praeceptum, vt nos iam supra do-  
 cimus c. 2. n. 3. cum Auctoribus, quos ibi citauim-  
 us : quae enim ibi diximus, hic etiam applicari po-  
 terunt. Ratio est : quia omnes Christi fideles bap-  
 tizati, sunt subditi Ecclesiae : ergo illos Ecclesia potest  
 obligare suis praeceptis, si iusta sint : ergo de facto  
 obligauit praedicto praecepto, contentum in c. *Omnis*  
*veriusque* *sexus*, cum iustum sit. Quòd autem in-  
 stum sit, patet ex Concil. Trid. dicta sess. 14.  
 cap. 5. & canone 8. vbi de fide definit, teneri fideles  
 ad huiusmodi praeceptum, ibi : *Si quis dixerit, confes-*  
*sionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse*  
*impossibilem, aut ad eam non teneri omnes, & singulos*  
*veriusque* *sexus* *fideles, &c. anathema sit.* ergo est iu-  
 P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

Conc. Trid.  
 Soar.  
 Sotus.  
 Syluest.  
 Angel.  
 Medina.  
 Caiet.

stum huiusmodi praeceptum, siquidem Ecclesia ad  
 illius obseruationem omnes fideles obligat. Deinde  
 ex ratione : quia nihil iustius, quam vt homines  
 obligentur, vt redeant in amicitiam cum Deo,  
 si forte illam per peccatum aliquod mortale ami-  
 serunt : ergo illud praeceptum, quod illos ad hanc  
 amicitiam procurandam obligauerit, iustissimum  
 erit.  
 Sed tota difficultas est, in qua aetate pueri bap-  
 tizari ad huiusmodi praeceptum confessionis annuae  
 adstringantur : & hac de re est duplex opinio. Prima  
 docet, pueros ante annum duodecimum hoc praedi-  
 cto non obligari. Eam tenet Sotus in 4. distinct.  
 12. quaest. 1. artic. 1. sine, & distinct. 18. q. 1. art. 4.  
 fol. 805. & lib. 8. de iustitia, quaest. 3. art. 2. fol. 662.  
 & D. Anton. 2. part. Summae, tit. 9. cap. 18. s. 2.  
 Hostiensis, & Ancharanus ad cap. *Omnis veriusque*  
*sexus*. de poenit. & remissionibus. Probant pri-  
 mo : quia, licet post septennium pueri peccare pos-  
 sint, & inter bonum, & malum, licitum, & illicitum  
 discernere ; tamen Ecclesia ante annos duodecim,  
 vel fortè quatuordecim, non vult illos obligare suis  
 praeceptis, ac censuris. Deinde, quia pueri, & femi-  
 nae ante hos annos non sunt capaces praecepti Eu-  
 charistiae, vt experientia docet : ergo nec poenit-  
 entiae ; cum eodem modo, ac tenore verborum,  
 in cap. *Omnis veriusque* *sexus*. Ecclesia adstringat  
 omnes fideles ad praeceptum Eucharistiae, atque  
 confessionis. Et pro hac opinione facit aliquo  
 modo Sa verbo, *Censura*, num. 2. & verbo, *Pueri*, Sa.  
 num. 1. & Molina Theologus tomo 3. de iust.  
 tractatu 3. disp. 51. num. 8. vbi docent, regu-  
 lariter loquendo, pueros Clericos in minoribus  
 inter se rixantes, & se inuicem percutientes, cen-  
 suram c. *Si quis suadente*. non incurrere ante annos  
 pubertatis, id est, in feminis 12. in masculis 14. (hi  
 enim sunt anni pubertatis) & consequenter non  
 incurrere vllam aliam censuram iuris : licet enim in  
 ea aetate mortaliter peccare sciant ; tamen Ecclesia  
 communiter eos ante eam aetatem censuris, & pra-  
 ceptis alijs cogere non vult. Probantque suam sen-  
 tentiam ex c. 1. de sententia excommunicationis,  
 in decret. vbi dicitur, aetatem excusare Clericos im-  
 pubes inter se inuicem rixantes, vt ex contextu  
 ipsius capituli patet.  
 Secunda sententia verior, & probabilior, &  
 communior, & omnino tenenda, docet, statim  
 post perfectum vsum rationis, Ecclesiam obli-  
 gare pueros baptizatos suo praecepto ecclesiasti-  
 co ad confessionem annualem, semel in anno,  
 tempore quadragesimae faciendam ; & ideo om-  
 nes pueros, qui sciunt mortaliter peccare, &  
 inter bonum, & malum, licitum, & illicitum dis-  
 cernere, statim obligari hoc praecepto. Vnde,  
 sicut non potest certa aetas designari, in qua per-  
 ueniat ad annos discretionis, & vsum rationis  
 perfectum ; in nonnullis enim pueris ante septen-  
 nium praefulget vsus rationis ; in alijs in ipso,  
 siue post ipsum septennium ; in alijs verò ali-  
 quando serilis, & non ita post illud expletum : ita  
 non potest certa aetas assignari, in qua quis inci-  
 piat obligari ; sed totum id arbitrio, & prudentia  
 Confessarij committitur : plenus enim ratio-  
 nis vsus non ex aetate, sed ex discretionem pensa-  
 ndus est. Ista est opinio communior, quam praxis  
 tenetur, & eam docent communiter Doctores.  
 Coninch. disp. 5. de necessitate confessionis, dubio  
 5. non 50. Soarius tom. 4. de poenit. disp. 36.  
 sect. 2. num. 7. Henriquez lib. 4. de poenit. cap. 5. n. 2.  
 Nauar. in Summa, c. 21. n. 31. Corduba in Sum-  
 ma Hispanica, quaest. 60. Paulus Comitrolus lib. 1.  
 respons. moral. quaest. 17. Victoria in libello de Sa-  
 cramentis, quaest. 139. Angelus verbo, *Confessio*, 2.  
 Angel.

Coninch.  
 Soar.  
 Henrig.  
 Nauar.  
 Corduba.  
 Paul.  
 Victoria.  
 Angel.

num. 3. Rosella eodem verbo, num. 4. Syluester verbos Confessio, 2. q. 5. & Glossa, & Canonista omnes ad praedictum caput, Omnis vtriusque sexus, de poenit. & remiss. Probatur ex illis verbis ipsius capitis: Cum ad annos discretionis pervenerit. Secundo; quia pueri, cum ad annos discretionis perveniunt, obligantur aliis Ecclesiae praeceptis, v. c. praecepto audiendi Sacrum, praecepto abstinendi a carnibus, diebus Veneris, & aliis diebus vetricis, ac prohibitis: ergo etiam adstringentur praecepto sacrae Confessionis, cum sit maxime necessarium. Nec obstat, quod non teneantur statim, cum ad annos discretionis perveniunt, ieiunare: nam Ecclesia ad praeceptum ieiunii noluit illos obligare, nisi post 21. annum, ne debiles & infirmi redderentur: at verò ad praeceptum confessionis statim vult illos obligare post annos discretionis.

13. Nec rationes Soti aliquid conuincunt: ad primam enim iam patet, Ecclesiam velle obligare ante annos 12. & 14. imò cum statim perveniunt ad usum rationis, suis praeceptis annualis confessionis auditionis Sacri, & abstinendae a carnibus diebus vetricis. Ad secundam respondeo, Ecclesiam non eodem modo, ac tenore verborum praeceptum Eucharistiae, & confessionis tradere: nam de Eucharistia statim addidit: Nisi forte de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum. Quibus verbis, vt optime notat Coninch. supra allegatus, implicite aliquo modo excipiuntur pueri ab obligatione praecepti Eucharistiae percipiendae: quia maior reuerentia debetur, ex natura rei, Sacramento Eucharistiae, quam Sacramento confessionis; & ideo major aetas, & perfectior requiritur ad illius obligationem implendam, quam ad implendam obligationem praecepti confessionis. Deinde, quia Sacramentum Eucharistiae non est tantae necessitatis; at verò Sacramentum confessionis est Sacramentum necessitatis simpliciter: vnde cum sit maioris necessitatis, & tradatur simpliciter, sine ulla limitatione verborum, est de illo maior ratio, quam de Sacramento Eucharistiae.

14. Ad id, quod additur de pueris Clericis inter sexantibus, & se inuicem percutionibus, qui non incurrunt censuram excommunicationis impositam in c. Si quis, respondendum est, Ecclesiam communitate nolite obligare ad censuras huiusmodi pueros ante annos pubertatis, ex multis rationibus. Primo, quia huiusmodi pueri, cum sese inuicem percutionem, non solent aduertere ad hanc censuram, imò plerumque illam ignorant, & ita inobedientiam in Ecclesiam non committunt, nec sacrilegium. Nec obstat, istos pueros posse peccare mortaliter, se percutione, vt dicimus, eos incurrere hanc excommunicationem a iure impositam: quia, vt illam incurant, opus est, vt sacrilegium committant, laedendo personas sacras, quod illi nec aduertunt, nec considerant: vnde, licet aliàs id sciant esse prohibitum per Ecclesiam, & non ignorent prohibitionem; ignorant tamen excommunicationem: & licet absolute excommunicationem non ignorent; tamen plerumque illius non reminiscuntur, nec ad illam aduertunt, & ideo ordinariè ab illa excusantur, & magis indigent verberatione, quam absolutione. Quae doctrina notanda valde est pro rusticis, & ignorantibus, vt eos etiam à tali censura excusentus: requirit enim semper excommunicatio formalem, & specialem sui notitiam, & scientiam, vt incurrat, vt docet optime Soarius tom. 5. de censuris, disp. 4. sect. 9. n. 19. & perinde est, moraliter loquendo, non aduertere, atque ignorare. Secundo, quia, vt habetur in c. 2. de delictis puerorum: In pueris relinqui solet inultum, quod in aliis progressioris

atavis humanae leges dicunt seuerius puniendum. Vnde non vult Ecclesia, eos in ea aetate, censura excommunicationis ligare. Iam verò, si loquamur de censura ab homine, certum est, huiusmodi pueros ante annos pubertatis illius vinculo non ligari: quia, cum in ea aetate citari non possunt, nec etiam excommunicari, vt late probat Vgolinus de censuris, cap. 17. §. 3. num. 5.

15. Et ex his fundamentis egregie soluitur illud dubium, vtrum, scilicet, huiusmodi pueri, qui in septennio, cum perveniunt ad usum rationis, & ante annos pubertatis ecclesiastico praecepto confessionis obligantur; obligentur etiam ad poenas illius, ita vt possint declarari illas incurrisse. Respondendum enim est, regulariter loquendo, non obligari: & ita docent expressè Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. fine, & Soarius tom. 4. de poenit. disp. 36. sect. 2. num. 4. & Corduba in Summa Hispanica, q. 60. quod pie credi potest, & fundamentum desumi potest ex c. Extra, de delictis puerorum, vbi dicitur, quod, licet ante annos pubertatis peccare possint, ita vt eodem modo esse puniendos cum aliis, licet sint doli capaces. Et hinc fortasse est, quod in multis Diocesis non apponi solet excommunicatio contra huiusmodi pueros ante pubertatem, si in Quadragesima non confiteantur, vt videri potest in Constitutionibus Bracharensis tit. 3. cap. 1. de Sacramento Penitentiae. Deinde, quia Soarius dicta q. 36. sect. 8. dubitatione 5. excitat hanc quaestionem, vtrum illi pueri, qui nondum ad communionem obligantur, sed tantum ad confessionem, incurrant poenas iure impositas illis, qui ex obligatione annuali Quadragesimae non confitentur: & resoluit cum multis, non incurrere, argumento dicti capituli 1. de delictis puerorum. Patet etiam ex c. 2. eodem titulo, vbi sic dicitur: In pueris relinqui solet inultum, quod in aliis progressioris aetatis humanae leges dicunt seuerius puniendum.

16. Cum autem huiusmodi praeceptum obliget omnes fideles vtriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, siue in septennio, siue post illud, siue ante illud pervenerint, quod arbitrio Confessarij committitur, vt diximus in secunda opinione, num. 22. sequitur, vt etiam omnes alios fideles obliget, etiam meretrices, de quibus tamen in sequenti capite agemus num. 11. vbi dicemus, huiusmodi mulierculas ad hoc praeceptum teneri, & incurrere omnes poenas, quae iure, & Constitutionibus synodalibus imponuntur iis, qui tale praeceptum non seruant; licet non soleant declarari excommunicatae, quando in Constitutionibus synodalibus iis excommunicatio ipso facto imponitur, qui huius praecepti transgressores sunt: nam in iure communi, in cap. Omnis, haec excommunicatio illis non imponitur, vt cap. sequenti dicemus num. 2.

17. De Summo ergo Pontifice speciale dubium esse solet, an ad annuale praeceptum confessionis obligetur: qua de re bipartita est sententia. Prima docet, non teneri Papam sub culpa lethali ad huiusmodi praeceptum: quia quatenus annuale est, ecclesiasticum est: Papa autem super omne ius ecclesiasticum est: supremus enim Princeps suis legibus solutus est, l. Princeps, ff. De legibus, & quia lex pontificia successores obligare non potest, ex regula iuris: Par in partem non habet imperium, cap. Innotuit, de electione. Atque ita docent post Ioannem Andream, & Felinum, Nauarrus de poenit. dist. 5. num. 32.

18. Secunda docet, teneri Summum Pontificem ad huiusmodi praeceptum, & peccare mortaliter, nisi illud impleat: teneri, inquam, quoad vim directivam; non verò quoad poenas, & vim coactivam: & sic

Panormit.

Glossa.

Soar. Couarr. Azor.

D. Thom. Victoria. Sotus. Mench.

Const. Br. Soar.

19. Richard. Scot.

Nauar.

Conc. Tr.

Panormit.

20.

sic peccat mortaliter, nisi illi satisfaciatur, & tenetur implere poenitentiam impositam à Sacerdote; cui se subicit in confessione. Ita Panormitanus in cap. Omnis vtriusque sexus, de poenit. & remiss. num. 19. Glossa in cap. Sane 11. de officio de lagati, non tamen incurrit excommunicationem, aut priuationem Ecclesiasticae sepulturae, aut ingressum Ecclesiae, vel aliam aliam poenam, si qua iure transgressoribus imponatur; & ideo ob illam non potest etiam declarari. Sic ceteri Principes obligantur legibus à se latis quoad directionem, non verò quoad coactionem. Ita docet expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 36. sect. 2. num. 5. Couarr. in cap. Alma mater 1. p. §. 1. num. 5. Azor lib. 5. Inst. mor. tom. 1. cap. 11. per totum, & multi, quos ille citat: & debent docere consequenter omnes, qui in materia de legibus tenent, Principes teneri ad leges à se conditas, quoad vim directivam, non quoad coercivam: & hi sunt, D. Thomas 1. 2. q. 96. a. 2. ad 3. Victoria in relect. 3. n. 21. Sotus lib. 1. de iust. q. 6. a. 7. Menchaca illustrum quaestionum cap. 45. Et ratio est: quia naturalis ratio postulat, vt caput conformetur toti corpori suo: nam, sicut reliqui Principes saeculares sub hac conditione ab initio iurisdictionem videntur accepisse à populo, & potestatem condendi leges, vt ad illas, quoad vim directivam, tenerentur: sic Papa, veluti sub hac conditione accipit immediatè à Christo Domino hanc eandem potestatem condendi leges Ecclesiasticas, vt ad illas quoad eandem directionem teneretur. Probatur deinde: quia haec lex confessionis annualis est les quaedam generalis: & quando Principes legem alioquin generalem, comprehendentem omnes; & singulos, populos, ferunt; obligantur ad eandem legem, licet ad poenas illius non obligentur: vnde communiter dici solet, teneri Principes ad leges suam, quando sunt generales; quia quando materia legis non est ita generalis, sed specialis, nec etiam quoad vim directivam obligantur ad illas: quamobrem, si lex esset de non ferendis armis nocturnis; de non vtdo serico; aut satellitio puerorum; non obligabitur Princeps ad illam; quia materia est specialis, & indecens est statui, ac conditioni Principum, inarmatum, aut in sociatum incedere, aut vestitu mundo ac serico non vti. Vide Azorem citatum pulchre hac de re discutentem.

Et ex his patet non bene dixisse Richardum in 4. dist. 17. quaest. 4. art. 2. ad 5. & Scotum ibidem q. 1. art. 1. non teneri Papam sub mortali ad legem, ac praeceptum confessionis; sed tantum sub congruitate quadam morali, ac proinde sub veniali. Nauarrus verò de poenit. dist. 5. initio, quaest. 4. ad 5. ait, si vera esset sententia, quae docet, Concilium esse supra Papam, rectè inferri, obligari Papam ad legem annualis confessionis: quia in magno Concilio Lateranensi lata est praedicta lex, & postea maximo applausu recepta in tota Ecclesia Catholica, vt patet ex Concilio Trident. sess. 14. Canone 8. in quo insinuat Nauarrus, non teneri modò Papam ad tale praeceptum sub mortali culpa, cum sit superior Concilio, & leges inferioris non possint obligare superiorem; & idem Panormitanus in c. Omnis, num. 19. vbi videtur etiam docere, non teneri Pontificem sub mortali (semel in anno confiteri, ex eo fundamento, quod huiusmodi lex sit Concilij vniuersalis, quae non ligat Pontificem, cum Pontifex illo sit superior.

Dubitatur hic aliquis, vtrum quis possit esse capax Sacramenti confessionis, cum tamen in aliqua materia speciali sit omnino rationis expertus,

vel forte in aliquibus. Negant multi: quia sequeretur, eandem personam esse capacem meriti in vna materia, non in alia; quod non videretur dicendum: tenendum tamen est, vt probabilius posse contingere, vt quis in speciali materia careat usu rationis, & libero arbitrio; non tamen in aliis: vnde sequitur, posse dari sufficiens iudicium ad confitenda peccata, & ad merendum in confessione, cum tamen non detur sufficiens libertas in aliis materiis: quod quidem experientia satis probatur, & confirmatur ratione: quia imaginario nostra potest esse ita vehemens circa vnum obiectum, vt deliret profus, libertatemque amittat, non tamen circa alia: ad illud verò, quod apponatur, posse aliquem in aliqua materia mereri, in alia verò non, totum concedendum est: neque enim id inconueniens est.

Hinc patet, Reges, & Imperatores, de iure suis Presbyteris parochialibus teneri confiteri: nomine enim fidelium ipsi veniunt. Ita Abbas in cap. Navit. col. 3. versu, Non igitur. Decius in cap. Omnes, de maiestate, & obedientia, & Glossa in cap. Valentianus, distinct. 63. verbo, Submitteremus. Castaldus tractatu de Imperatore, quaest. 1. num. 25. & 26. habetur tomo 16. Iuris, Initio. De privilegio tamen aliter esse potest. Vide Antonium Siculum de potestate, & excellentia Regis, quaest. 35. Quod etiam Reges, & Imperatores ita subdantur Ecclesiae, vt ab Episcopis excommunicari possint, docent; communiter Doctores. Ita Castaldus citatus, & Antonius Siculus allegatus quaest. 48. & Burius in cap. Nouit. de iudiciis, & ibi Decius col. 5. initio, & Cardinalis Alexand. in cap. Duo, distinct. 96. in principio, declarat, id verum esse de Episcopo, in cuius diocesi, vel ciuitate, magis communiter resident, per ea, quae notat Hostiensis in cap. Omnes, de maiestate, & obedientia.

21.

Abbas. Decius. Glossa.

Castald.

Ant. Sicul.

Burius. Decius.

Card.

Alex.

Hostiens.

CAPVT. IV.

Quae poena sint imposita transgressoribus huius praecepti annualis confessionis: queritur, an meretrices censuram aliquam incurrant: & an, qui sua culpa non absoluantur, vel indignè absoluntur, praeceptum impleant.

SVMMARIVM.

Ecclesia potest punire delictum confessionis inualide sacrilegè factae, etiam si sit occultissimum, & in iudicio probari non possit. num. 1. Nullibi in iure communi, nec etiam in cap. Omnis vtriusque sexus, excommunicatio ipso facto imponitur iis, qui praeceptum annuae confessionis non implent. num. 2. Quae poena iure communi illis imponantur. ibid. In iure particulari multarum diocesium ipso facto excommunicantur transgressores huius praecepti. num. 3. An ille, qui culpa sua inualide confitetur, impleat praeceptum Ecclesiae confessionis, & effugiat poenas synodales, & iuris communis. Refertur prima sententia probabiliter affirmans. num. 4. Astringitur sententia verior, & communior, negans. num. 5.

Has penas solum incurrunt poenitentes, quando illorum culpa confessio sit inualida. num. 6.  
 Soluuntur argumenta prima opinionis num. 7.  
 Ecclesia potest praecipere actus internos, quatenus sunt formae externorum. ibid.  
 Quomodo meretrices admittenda sint ad confessionem. num. 8. & 10.  
 Ecclesia praecipiendo integram confessionem, praecipit etiam, ut obrincatur absolutio. num. 9.  
 An meretrices incurrant censuram synodalem, non consistendo valide peccata sua. num. 10.  
 Peccata meretrices mortaliter, & incurrunt censuras synodales, non tamen de censura declarantur. n. 11.  
 Refertur, & reuocatur tertia sententia affirmans per confessionem inualidam ex parte poenitentis, & culpa illius non impleri praecipitum confessionis; vitari tamen excommunicationem synodalem, & penas illius num. 12.  
 An hoc praecipitum impletur per confessionem validam sed informem. num. 13.  
 An ille, qui ob aliquod impedimentum in Quadragesima non est confessus, teneatur post illam, sublato impedimento, praecipitum implere. num. 14.  
 Refertur sententia negans. ibid.  
 Praeponitur affirmans. num. 15.  
 An, qui prauidet, se fore impedietum in Quadragesima, teneatur anticipare tempus illius. num. 16.  
 Vitium ille, qui in confessione huius anni oblitus fuit, vel ex causa tacuit aliquod peccatum mortale, possit illud differre usque ad confessionem anni sequentis. num. 17.  
 An satisfaciatur praecipitum Ecclesiae, qui in presenti anno confessus est initio Quadragesimae, & in alio, in fine. num. 18. & 19.

1. **N**otandum in primis est, sermonem hic esse posse, vel de poenis impositis in iure transgressoribus huius praecipitum; vel de iis, quae imponuntur in singulis Constitutionibus vniuersitatisque diocesis: & de omnibus inquirimus, quae sint illae poenae, quae transgressoribus istius praecipitum imponuntur. Missa ergo opinione Durandi in 4. dist. 17. q. 17. quam egregie confutat Soar. tomo 4. de poenit. disp. 36. sect. 8. n. 1. erronee & improbabiler dicentis, non posse Ecclesiam punire hoc delictum, quia poena pertinet ad forum externum; & delictum est ita occultum, vt in foro externo probari non possit, non est dubium in iure esse aliquas poenas impositas transgressoribus legis annualis confessionis: quae autem illae sint, inquirimus: nec etiam est dubium, posse Ecclesiam illas imponere, & ad id iustam habere potestatem: nam, vt illas iuste imponat, satis est, quod peccatum sit externum, licet per accidens sit occultum, & probari non possit.

2. In iure ergo communi nullibi excommunicationis imponitur transgressoribus huius praecipitum, neque in cap. *Omnis vtriusque sexus*, neque alibi: solum enim in praedicto cap. *Omnis vtriusque sexus*, de poenit. & remiss. dicitur, vt arceantur ab Ecclesiae ingressu, & Ecclesiastica sepultura priuentur: vtrunque autem requirit prius sententiam a Iudice ferendam, vt animaduertit Soarius citatus n. 2. & patet ex verbis ipsius textus: *Arceantur ab Ecclesia: priuentur Ecclesiastica sepultura*. Et ideo optime dixit Cano in relectione de poenit. p. 5. has poenas non posse in curri, nisi quando transgressio praecipitum est manifesta, quia tunc probari potest in iudicio crimen, vt illi poenae imponantur.

3. Quare videndum est, an huiusmodi transgressoribus excommunicatio aliqua, in iure particulari, hoc est, in Constitutionibus alicuius Episcopi

Durand. Soar.

Cano.

patius imponatur. Et certe in tota Lusitania, in omnibus constitutionibus Episcopalibus, & diocesis excommunicatio ipso facto imponitur huiusmodi transgressoribus: & haec non requirit iudicalem probationem, vt incurratur; sed incurratur, vbi primum delictum committitur, etiam si sit occultissimum, & in iudicio probari non possit externo, vt docet optime Soarius praallegatus n. 2. nam, si Parocho, & proprio Pastori, per schedulam alicuius legitimi Confessorij non constat, parochianum suum alicui esse confessum, statim declaratur incurrere excommunicationem, & vitatur, vt patet ex vfu communi in tota Lusitania: & haec declaratio in nonnullis diocesis fit in Dominica in Albis: in aliis, in Dominica Pastoris boni: & postquam publice declarantur excommunicati in Ecclesia, non nisi de licentia Praelati, aut illius Vicarij Generalis, vel Prouisoris, iterum confiteri possunt; hoc tamen non obstat, posse proprios Parochos, & Pastores illis extendere, ac differre huiusmodi tempus, cum id omnium saluti ex legitima causa expedire iudicauerint, quod saepe vfu fit.

Dubium ergo est, an ille, qui culpa sua inualide in Quadragesima confitetur; vel quia voluntarie, & culpabiliter tacet aliquod peccatum in confessione; vel quia non habet dolorem conuenientem de peccatis; vel quia negat occasionem proximam peccandi; satisfaciatur praecipitum Ecclesiastico confessionis quadragesimalis, & euadat poenam excommunicationis ipso facto impositam in Constitutionibus synodalibus, & ceteras alias iuris poenas. Et hac de re est duplex sententia. Prima affirmat. Eam docet Syluester verbo *Confessio*, n. 1. Victoria in Summa, n. 163. Alensis 4. p. q. 77. memb. 5. a. 7. & q. 18. memb. 4. art. 4. §. 7. Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. dubio vltimo. Paludanus in 4. dist. 17. q. 7. Cano in relect. de poen. p. 5. sine. Ledeima q. 8. a. 2. Probant primò: quia Ecclesia tantum potest praecipere actum externum: ille autem, qui ex malitia, & culpa sua tacet aliquod peccatum, vel proximam occasionem peccandi, vel non accedit ad confessionem dolore requirito exterius, facit, quod Ecclesia praecipit, tantumque deest illi actus in terior. Probant secundò, & efficaciter, ex cap. *Quod quidam*, de poenit. & remiss. vbi dicitur, recipiendam esse confessionem eorum, qui publici peccatores sunt, & vitam emendare nolunt, veluti meretricum, etiam si absolui non debeant: ergo satisfaciunt huiusmodi mulierculae praecipitum confessionis, per inualidam confessionem culpa sua factam: ergo & quicumque alius peccator, eadem confessione, eadem praecipitum satisfaciatur. Probant tertio: quia Ecclesia praecipit confessionem, non absolutionem: vnde absolutio videtur finis, non materia huius praecipitum: ergo, licet aliquis ita confiteatur, vt ob malitiam suam, & culpa sua inualide absoluitur, vel absolui non possit, (vtrunque enim in idem recidit,) nihilominus implet praecipitum, & poenas transgressoribus, & iis, qui non implent, euadet impositas. Est probabilis ista sententia.

Secunda tamen sententia verior, & communior, negat, & docet, non impleri huiusmodi praecipitum per confessionem inualidam & sacrilegam ex parte poenitentis, & culpa illius factam, & sic non euadere poenitentem excommunicationem ipso facto impositam in Constitutionibus synodalibus, nec ceteras iuris synodales poenas impositas iis, qui hoc praecipitum non implent: si tamen ex parte Confessoris, aut culpa illius fuit inualida; vel quia non habebat iurisdictionem, nec approbatus erat, & id

Vinald. Adrian. Nauar. Medina. Sorus. Soar. Medina. Petr. Soro. Paul. Comit. Conc. Tr.

Sylu. Sa. Victor Alensis. Gabriel. Palud. Cano. Ledesma.

Soar. Vinaldus. Corduba. Cano.

7.

& id poenitentis ignorabat; vel quia ex malitia propria, non habuit intentionem absoluenti; tunc quidem, cum id sine culpa poenitentis contingat, poenas effugiet centurae, & alias omnes iure impositas: vbi enim non est culpa, cessat poena imposita ob talem culpam: tenebitur tamen postea, si aliquando id sibi confiteri, de nouo confiteri: quia praecipitum reuera non fuit impletum. Ita docet Vinaldus in Candelabro aureo, vbi de confessione, num. 51. Adrianus in 5. sent. quaest. de confess. dub. 4. §. *Sed quid si*. Nauar. cap. 10. num. 4. Bartholomaeus Medina in Summa, lib. 1. cap. 14. §. 47. Sorus in 4. distinct. 18. quaest. 3. artic. 3. concl. 6. & art. 5. Soarius tomo 4. de poenitent. disp. 36. sect. 7. num. 3. Medina de confess. quaest. 20. & 24. Petrus Soro lect. 8. de confess. Paulus Comitotus lib. 1. respons. moral. quaest. 19. in fine, §. *Enunriatum* igitur verissimum. Probatum aperte ex Concilio Tridentino sess. 14. canone 8. & cap. 5. vbi dicitur, Ecclesiam in hoc praecipitum non praecipit se confessionem absolute; sed solum determinasse tempus, in quo illa confessio facienda erat quae de iure diuino obligabat: ergo hoc praecipitum Ecclesiasticum non potest impleri per aliam confessionem, nisi per illam, quae ex praecipitum de iure diuino obligat: ostensum est autem, & probatum supra in cap. 3. num. 1. praecipitum diuinum confessionis solum impleri per confessionem validam, non impleri vero per confessionem inualidam, quacumque ratione ex parte poenitentis sit inualida: ergo intentum, Confirmatur ex cap. *Omnis vtriusque sexus*, de poenitent. & remiss. vbi dicitur, teneri fideles sua sola omnia mortalia confiteri, & datam, impositamque poenitentiam implere: ergo non impler hoc praecipitum, qui confessionem inualidam facit, tacendo voluntarie aliquod peccatum sua culpa, cum iam non omnia sua peccata confiteatur. Deinde probatur ratione efficaciter: quia, nec Christus, nec Ecclesia confessionem praecipit, nisi propter absolutionem omnium peccatorum, in qua praecipue consistit Sacramentum poenitentiae: sed ille, qui sua culpa integre non confitetur, & quem exacte, ac debite non poenitet, non est dignus absolutione sacramentali: ergo, qui sine absolutione valida a Sacramento recedit, nec praecipitum Christi, nec Ecclesiae satisfaciatur.

6. Quod vero incurrant censuram synodalem illi tantummodo, qui sua culpa, non qui culpa Confessorij confessionem efficiunt inualidam, inde facile patet: quia intentio Ecclesiae annuam confessionem praecipit, est, vt poenitentes sua crimina legitime confiteantur, cui intentioni Episcopi volunt conformari, dum in suis Constitutionibus apponunt censuras illis, qui hoc praecipitum transgrediuntur: & ideo, vt optime animaduertit Soar. tom. 4. de poenitent. disp. 36. sect. 8. num. 3. & Vinaldus in Candelabro aureo, vbi de confess. numer. 81. & Corduba in Summa Hispanica, quaest. 15. & Cano in relect. de poenit. part. 5. illos, qui absque sua culpa inualide fuerunt absolui malitia Confessoris, vel quia intentionem absoluenti non habuit, vel quia carebat iurisdictione, & approbatus non erat, certum est non incurrere excommunicationem: quia, qui caret culpa, caret & poena; excommunicatio vero poena est, quae ob culpam mortalem imponitur: incurrere vero, si scienter, & culpa sua inualidam confessionem efficiunt; quia tunc voluntarie se efficiunt inobedientes in Ecclesiam, & contumaces contra illius praecipitum, quo rectam, validam, ac exactam praecipit confessionem.

7. Superest, vt argumenta, & rationes primae opi-

nionis soluamus. Ad primam respondeo, Ecclesiam posse praecipere, & obligare ad actus internos, v. c. posse praecipere, vt quis ferat contritionem, vel attritionem; cum ad Sacramentum confessionis accedit; non per se absolute, quatenus actus interni sunt; sed quatenus sunt formae actuum externorum, nempe, confessionis: sicut praecipiendo vocalem orationem, praecipit etiam attentionem internam, quae est veluti forma orationis.

Ad secundam dico in cap. *Quod quidam*, de poenitent. & remiss. solum dici, publicos peccatores, & meretrices esse admittendos ad confessionem; non tamen absoluentos, nisi animum & vitam mutant, non quod id sufficiat, vt huic praecipitum satisfaciatur, & poenas illius euadant; atque effugiant; sed vt possint inuari consiliis Confessorij, si forte respiciant, vt bene explicat Zerola in praxi episcopali, 1. part. verbo, *Lupanaria*, §. 3. & Vinaldus, Vinaldus allegatus num. 62. & Soar. etiam allegatus Soarius, tus sect. 7. n. 5. & alij communiter.

Ad tertiam respondeo, Ecclesiam vtrunque simul praecipere, & confessionem, & absolutionem; praecipit enim fieri integrum ac validum Sacramentum poenitentiae: Sacramentum autem poenitentiae non constat ex sola ac nuda confessione, sed ex confessione, & absolutione: vnde absolutio non est finis Sacramenti, sed est pars essentialis illius.

Oppones: Si illi, qui culpa sua inualide, & indignè confitentur, non implent praecipitum ecclesiasticum annualis confessionis, nec euadunt censuras in Constitutionibus diocesis impositas, vt haecenus resolutum fuit, sequitur euidenter, meretrices, & publicos vsurarios, illas etiam incurrere cum culpa sua, cum non implent huiusmodi praecipitum: atqui hoc non videtur afferendum; quia huiusmodi mulierculae non declarantur excommunicatae, nec vquam talis declaratio est in more posita. Et quidem ob hanc rationem Vinaldus in Candelabro aureo, de confessione, num. 60. & Emmanuel Rodrig. in additionibus ad Bullam Cruciatam, §. 11. alias 9. num. 133. docens huiusmodi meretrices peccare mortaliter non implendo hoc praecipitum; non tamen incurrere poenam excommunicationis: quia nolunt Episcopi eas illius vinculo inmodare; quod quidem non illis fit in fauorem, sed in contumeliam: siquidem illas Ecclesia excludit a poenis mitioribus censurarum, & remittit seuerioribus brachij saecularis; quantum potestas saecularis illas in republica permittit ad maiora damna & scandala deuotanda: nam, cum huiusmodi meretrices non solent denuntiari; signum est non incurrere illas has censuras & signum est etiam, noluisse Episcopos eas illis comprehendere. Et verò quod non incurrant has censuras synodales, docet etiam Zerola citatus in sua praxi episcopali, 1. part. verbo, *Lupanaria*, §. 3. sed ex falso admodum fundamenta, ex eo, scilicet, quod meretrices satisfaciatur praecipitum confessionis, & validam faciant confessionem, licet informem. Verum istud fundamentum Zerolae non subsistit: confessio enim meretricum non est valida, sed inualida culpa sua, cum in eadem sint proxima occasione peccandi, quam relinquere oportet lucrum nequeant.

Dicendum tamen est, meretrices, & publicos peccatores non solum peccare mortaliter, non implendo hoc praecipitum; sed etiam incurrere excommunicationem synodalem, & ceteras iuris poenas; & voluisse Episcopos illas etiam comprehendere, quantum non solent publicari, ac denuntiari. Ita docet 2. verbo, *Excommunicata*

8.

9.

10.

Vinaldus.

Rodrig.

Zerola.

11.





19. Dices, in praedicto cap. *Omnis viriisque sexus*, de poenit. & remiss. duo traduntur distincta praecepta, alterum, de confessione; alterum, de communione: de primo solum dicitur, semel in anno faciendam esse confessionem: de secundo dicitur suscipiant omnes Eucharistiam ad minus in Paschate; & Ecclesia iam determinavit tempus primi praecepti a Quadragesima in Quadragesimam: Quadragesima autem finitur in die Paschatis: ergo, qui vsque ad diem Paschatis ex obligatione praecepti confessionis non confitetur, non implet huiusmodi praeceptum per se. Respondet: consuetudinem iam ampliasse illum annum obligationis Quadragesimae vsque ad Dominicam in albis, & ex Confessarii consilio adhuc potest amplius dilari: & ideo ille, qui de Confessarii consilio, isto tempore non confitetur, non transgreditur praeceptum, vt expressè habetur in praedicto cap. *Omnis*.

CAPVT V.

*An satisfaciant praecepto annuali confessionis illi, qui confitentur Mendicantibus, & aliis Regularibus sine Parochi licentia: & quid si alieno Parocho.*

SUMMARIUM.

- Propositur prima sententia verior, & communior, asserens, implere praeceptum, qui Mendicantibus in Quadragesima confitentur absque licentia Parochi, & petitione illius. num. 1.
- An praecepto satisfaciant, si absque licentia Parochi confitentur alienis Parochis, & in quibus casibus. num. 2.
- An id extendatur ad alios similes, aut in quibus maior ratio cernitur. num. 3. & 5.
- Quid si proprius Parochus copulam habuit cum parochiana. num. 3.
- Quid si inter Parochum, & poenitentem sit odium interstinum. ibid.
- Propositur sententia asserens, requiri licentiam in re obtentam, vt alieno Parocho quis confiteatur, etiam si inter Parochum, ac poenitentem actus veneris, & copula, aut odium praecesserit. num. 4.
- Astruitur vera sententia, asserens, sufficere licentiam petitam, non obtentam. num. 5.
- Quid si in Constitutionibus requiratur licentia in re obtenta. num. 6.
- Reiicitur opinio asserens, non implere praeceptum, qui Mendicantibus confitentur. num. 7.
- An peregrini, dum alio proficiscuntur, teneantur petere licentiam a suis Parochis ad confitendum cum aliis. num. 8. & 9.
- Quid, si quis per contemptum Parochi Mendicantibus confiteatur. num. 10.

1. Prima dubitatio esse potest, vtrum repugnantibus Parochis possint Parochiani Religiosis Mendicantibus confiteri ex obligatione confessionis annualis; ita vt satisfaciant praecepto: & an possint Parochi hoc eis prohibere, hocque non solum ob sua priuilegia particularia; sed etiam ob priuilegium iure communi insertum, & ex vi illius, concessum iidem Religiosis in Clementina, *Dudum*, de sepulturis. Et hac de re est bipartita opinio. Prima verior, & communior, asserunt, modo tamen id non fiat in contemptum Parochorum, asseritque, hoc eis non posse prohibere

Parochos, eosque iterum obligare, vt de nouo confiteantur de propria licentia; sicque inuitis, & repugnantibus propriis Parochis satisfacere praedictos Parochianos huiusmodi praecepto annualis confessionis apud huiusmodi Religiosos peccata sua confitentes. Ita docet expressè Azor tomo 1. Institut. moral. lib. 13, cap. 2. §. *Is tamen*. Ioannes Medina C. *De confess.* tract. 2. quaest. 29. §. *Sequitur* 3. Maior in 4. dist. 17. quaest. 7. Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 2. & 3. Nauar. in c. *Placuit*, de poenit. distinct. 6. num. 57. Adrianus in 4. de confess. quaest. 5. Et debent docere omnes, qui dicunt, seclusis priuilegiis particularibus ex vi solius priuilegii iure communi inserti in praedicta Clementina, *Dudum*, de sepulturis, posse omnes Religiosos Mendicantes absolueri ab omnibus casibus referatis Episcopis: & hi sunt, Syluester verbo, *Confessor*, 2. quaest. 5. Ioannes de Lignano, & Panormitanus in cap. *Omnis viriisque sexus*, de poenit. & remiss. Vega lib. 2. casu 218. Panormitanus sine Corduba in Summa Hispanica, quaest. 10. & alij. Probat in primis ex vtu & praxi communi in toto orbe Christiano recepta. Deinde probatur ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 11. vbi manifeste dicitur, Fratres Mendicantes, legitime ab Ordinario approbatos, posse secularium confessiones audire, ita vt, qui illis fuerint confessi, satisfaciant praecepto Ecclesiae contento in cap. *Omnis*. Probat in deinde: quia praedictum praeceptum in cap. *Omnis*, contentum, ante Concilium Lateranense non obligabat, siquidem ex illius constitutione deductum fuit hoc praeceptum: post illud obligauit: sed ante praedictum Concilium poterat Papa priuilegium concedere Religiosis, vt has confessiones audirent, ita vt sacculares praedicto praecepto satisfacerent: ergo & per ipsum Concilium eis potuit simile priuilegium concedere, & de facto concessit; cum Leo X. declararet, se illud in praedicto Concilio concedere, ita vt satisfaciat praecepto Ecclesiae Tandem, quia non est negandum satisfacere fideles praecepto audiendi Sacrum in Ecclesiis Religiosorum, imò & ex consuetudine in aliena Parochia absque contemptu propriae, vt docent Nauar. in Manual. cap. 21. num. 5. Syluester verbo, *Missae*, 1. quaest. 4. Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 88. sect. 2. §. *Atque ex his*, ergo etiam satisfacient praecepto annualis confessionis confitendo peccata sua Mendicantibus, cum par sit vtroque ratio; non tamen alienis Parochis, nisi de licentia priorum, cum hoc nec sit aliqua consuetudine introductum, sicut introductum est vt audiantur Missa in aliena Parochia; nec Parochi priuilegium aliquod ad id habeant, veluti habent Mendicantes.

Excipe tamen, nisi proprii Parochi nimis rudes, aut ignari sint, & nisi Parochiani constituti sunt in mortis periculo: in his enim duobus casibus valide confitentur, & praecepto annuae confessionis satisfaciunt, peccata sua alienis Parochis confitendo, absque licentia priorum Parochorum: quia hi casus censentur iure expressè excepti, & de casu ignorantiae patet expressè ex cap. *Placuit*, de poenit. & remiss. & docet Richardus in 4. sentent. distinct. 17. quaest. 7. & Panormitanus an cap. *Omnis viriisque sexus*, eodem titulo, num. 11. & Nauar. in praedicto cap. *Placuit*, dist. 6. num. 37. & communiter Doctores moderni.

Alij hoc etiam extendunt ad alios casus penè similes, in quibus aequalis ratio, aut maior esse videtur, veluti cum proprii Parochi negligentes sunt, vel impediti, vel licentiosae vitae, vel actus venereos

venereos habuerunt, aut fornicati sunt cum aliqua parochiana, & ipsa adhuc timet, quod in Confessione adhuc sollicitabitur; aut quia est odium graue, & intestinum inter poenitentem, & proprium Parochum, aut parentes Parochi: in his enim casibus, & aliis similibus, simpliciter dicunt, posse parochianos confiteri alieno Parocho absque licentia proprii. Ita, quando proprii Parochi negligentes sunt, impediti, aut licentiosae vitae, docent Azor t. 1. Institut. moral. lib. 13. c. 2. §. *Is tamen*. Maior in 4. dist. 17. q. 7. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. & 3. Nauar. in cap. *Placuit*, de poenit. & remiss. dist. 6. n. 57. Adrian. in 4. de confess. q. 5. Quando verò actus venerei, aut copula fornicaria inter Parochum proprium, & parochianam poenitentem praecesserunt, & ex locutione confessionis incontinentium libidinis, & veneris incontinentium timetur, & quando odium graue est inter poenitentem, & proprium Presbyterum; ita docent Richardus, & Panormitanus citati num. 2. addunt tamen Richardus, & Panormitanus, oportere tunc prius petere licentiam à proprio parocho, qua petita, & non obtenta, potest quis confiteri licitè, & valide alieno, ita vt satisfaciat praecepto Ecclesiae, aliis non. Probant omnes suam sententiam: quia magis potest recusari proprius Sacerdos propter malitiam, quam propter ignorantiam; quia malitia periculosior est, & peior, quam ignorantia, & aequaliter potest recusari propter culpabilem negligentiam, & propter impedimentum, quam propter eandem ignorantiam: sed propter ignorantiam recusari potest, vt habetur expressè in cap. *Placuit*, de poenit. & remiss. dist. 6. ergo propter malitiam etiam, impedimentum, & negligentiam recusari poterit.

Medina tamen C. *De confessione*, tract. 2. q. 29. & quaest. de confessione mulieris, quae cum suo Parocho est fornicata, pertinaciter asserit, & acriter defendit, exceptis casibus iure expressis, nempe, excepto casu extremæ necessitatis, & periculi mortis, & excepto, quod parochus sit signatus, & indicretus, non valere confessionem factam alieno parocho absque licentia proprii in re obtenta; & sic non posse id extendi ad alios casus similes, aut in quibus maior ratio videtur. Fundamentum illius est: quia in nullo casu valet, aut licita est confessio alieno parocho ex obligatione Quadragesimae facta, absque licentia expressa proprii, exceptis casibus iure exceptis: ius autem solum excipit, quando poenitens est in articulo mortis, aut parochus est ignarus; & sic vltra casus iure expressos non licet ad alios, in quibus est maior, aut aequalis ratio, id extendere: nam exceptio firmat regulam in contrarium: & quia in cap. *Omnis viriisque*, de poenit. & remiss. expressè dicitur: *Non confiteantur alieno Sacerdori, nisi de licentia priorum Parochorum, cum alter eos non possit ligare, nec absolueri*. Et in cap. *Si Episcopus*, de poenit. clarius dicitur: *Nulla quoque consuetudine introduci potuit, vt alieno Sacerdote confiteantur*.

Verum, existimo, posse extendi ad alios casus similes, & in quibus maior ratio videtur, vt ad casum impedimenti, negligentiae, & vitae licentiosae, & ad casum odii, & fornicationis, & actus venerei, si timeantur; modo tamen petita, & non obtenta sit facultas, vt optime docuerunt Richardus, & Panormitanus; num. 2. allegati; licet enim in cap. *Omnis viriisque sexus*, expressè dicatur, confessionem factam alieno Parocho, absque licentia proprii, non valere; & licet etiam in cap. *Si Episcopus*, citato, dicatur nullam consuetudinem potuisse introducere, vt alieno Sacerdote confiteantur parochiani: tamen ius in cap. *Placuit*, citato, exceptum casum ignorantiae, & consequenter alios similes, P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

aut in quibus maior ratio cernitur. Nec obstat illud pronuntiatum: *Exceptio format regulam*, quia id intelligendum est, quando in eodem capite habetur regula, & exceptio: at hic regula habetur in cap. *Omnis viriisque sexus*, & in cap. *Si Episcopus*, & exceptio habetur in cap. *Placuit*, & nisi aliud non constet de intentione Legislatoris, regulam, & praeceptum iuris ferentis: constar autem de iusta, & rationabili voluntate illius, per Doctores interpretata, quae voluit, vt ad similes, aut maioris rationis casus extendatur eadem regula, & idem ius.

Nec contra hanc resolutionem obstat, quod per aliquas Constitutiones particulares aliquorum Episcopatum obligentur omnes fideles indiscriminatim suis Parochis confiteri, & non aliis, nisi de expressa licentia suorum parochorum obtenta: quia id intelligendum est iuxta ius commune: ius enim peculiare cuiusque Diocesis non potest prauidicare iuri communi, aut Priuilegiis à Summis Pontificibus concessis, aut illis derogare, vt optime animaduertit Nauar. in Man. Lat. cap. 21. num. 5.

His ita explicatis adhuc est secunda opinio, nimis audacter affirmans, non satisfacere illos parochianos praecepto annuae confessionis, qui absque licentia priorum Parochorum Mendicantibus confitentur; quam tenent plerimi Canonistae, quos videre poteris apud Azorium tom. 1. Institut. moral. lib. 13. cap. 2. veluti Hugo, Bernardus, Hostiensis, Archidiaconus, & Glossa in cap. *Omnis viriisque sexus*, de poenit. & remiss. in 6. & asserunt multa iura, quae iam vel expressè, vel per contrariam consuetudinem abrogata sunt; & ex Theologis id docet etiam Alensis 4. p. quaest. 19. membr. 1. art. 3. Bonauent. in 4. dist. 17. art. 5. quaest. 2. Henricus Gandauensis quodlib. 7. quaest. 24. Angelus verbo, *Confessio* 3. §. 33. qui omnes dicunt, priuilegium concessum Mendicantibus, intelligendum esse, *saluo iure Parochorum*: quia, cum Principes solent concedere aliqua priuilegia, semper solent apponere hanc clausulam, *saluo iure, & prauidicio aliorum*: & quando illam non apponunt, semper praedicta clausula intelligenda est, cap. *Ex iuratum*, de auctorit. & vtu pallij; atque adeo asserunt, ex deuotione posse parochianos laicos sua peccata confiteri Mendicantibus; non tamen ex obligatione Quadragesimae. Haec tamen sententia omnino est improbabilis: quia alioqui nihil inferuiret priuilegium Mendicantibus concessum à Leone X. in Concilio Lateranensi. Probant etiam: quia Parochi sunt in antiquissima consuetudine, vt sui parochiani non confiteantur aliis, nisi de eorum licentia: quod de iure communi sibi debetur, vt patet ex cap. *Omnis viriisque sexus*, de poenit. & remiss. ibi: *Non confiteantur alieno Sacerdote, nisi de licentia priorum Parochorum, cum aliter eos non possit ligare*, nec absolueri, & ex cap. *Si Episcopus*, de poenit. ibi: *Nulla quoque consuetudine introduci potuit, vt alieno Sacerdote confiteantur*. Sed hoc parum probat: quia haec capita loquuntur de aliis Sacerdotibus, & Parochis particularibus, non de Mendicantibus. Deinde, quia Papa est supra ius commune, & priuilegia derogant iuri communi, non è contra. Probant denique: quia priuilegia, quae iuri communi derogant, strictè sunt interpretanda, vt quantum fieri possit, ius commune non laedant, aut in minimo laedant. Sed id verum est, dummodo tamen saluentur verba priuilegij.

Ex dictis sequitur, peregrinos, & viatores reliquos proficiscentes in alienas terras, non teneri petere facultatem à propriis Parochis, vt tempore Quadragesimae ex obligatione confiteantur; si in

Ex dictis sequitur, peregrinos, & viatores reliquos proficiscentes in alienas terras, non teneri petere facultatem à propriis Parochis, vt tempore Quadragesimae ex obligatione confiteantur; si in

1.

Azor. Medina. Maior. Sotus. Nauar. Adrian.

Syluest. Ioan. de Lig. Panormit. Vega. Corduba.

Azor. Hugo. Bernardus. Hostiensis. Archid. Glossa. Alensis. Bonauent. Gandauensis. Angel.

4. Medina.

Nauar. Syluest. Soarius

2.

Richard. Panorm. Nauar.

3.

6.

Nauar.

7.

8.

terris, ad quas proficiuntur, Mendicantes sint, ut patet.

9. Non est tamen negandum, optimum esse consilium, si fideles suis Parochis, saltem semel in anno, confiteantur: maxima enim utilitas illis inde enascetur. Vnde consentaneum erit, quod Mendicantes id praedicent: quia cum de iure communi teneantur fideles suis Parochis confiteri semel in anno, & solum ex privilegio id possint facere apud Mendicantes; scandalosum erit, publice edocere, vel praedicare, non teneri Parochianos confiteri Parochis, nec ad Missam audiendam in suis parochiis, quod praedicare, fecit Tornaci tempore Xisti IV. quidam Frater non teneri Ioannes de Angulo, qui ausus est defendere aliquas propositiones, scandalosas, quarum una erat: Parochianos Fratrum confessus satisfacit decreto. Omnis utriusque sexus, nec praecepto cogitur confiteri proprio Parocho semel in anno, nec ab eo facultatem petere.

10. Quae propositio damnata fuit tanquam scandalosa per Facultatem Theologicam Parisiensem, & tanquam iuri communi contraria, & obedientiae ac reverentiae subditorum ad suos Parochos aduersa: & hoc est, quod Xistus IV. & Benedictus XI. voluerunt, quando in suis Constitutionibus praecipunt, ut Fratres moneant parochianos, ut semel in anno suis Parochis confiteantur; ne scilicet, parochiani occasione talium privilegiorum suos proprios Pastores contemnant: nec enim privilegium datur, ut quis suum proprium Parochum contemnat; sed ut absque contemptu liberè quis possit Mendicantibus confiteri.

Sed quid, si quis per contemptum proprii Parochi Mendicantibus confiteatur ex obligatione Quadragesimae, satisfaciènt praecepto annualis confessionis, & confessio erit valida? Respondeo, mihi videri peccare illum mortaliter ita confitendo, & non satisfacere praecepto confessionis annuae; si enim peccat mortaliter ita confitendo, confessio sacrilega est, & inualida: si autem nulla est, & inualida, quomodo satisfaciènt? Deinde, quia Summi Pontifices poterant concedere hoc privilegium, sub hac conditione, dummodo non fiat in contemptum Parochorum; & ita de facto concessit Leo X. in Breui quodam contento in Supplemento privilegiorum, concessione 9. quod affert Nauar. in Summa Lat. c. 21. n. 5. & Azor t. 1. Inst. moral. lib. 1. c. 2.

Nauar. Azor. §. Ius tamen, ibi: Auctoritate Apostolica tenore praesentium notum facimus, omnes utriusque sexus Christi fideles, qui non contempto proprio parochio in Ecclesia Mendicantium Missas audierint, satisfaciènt praecepto Ecclesiae. Et eadem ratio est de confessione: tum, quia iniustum esset privilegium, si daretur, ut contempto Parocho, satisfacerent: tum, quia occasio daretur peccandi lethali, & fouerentur peccata; & quia omnes Doctores, & Summi Pontific. statim excipiunt, modò non fiat cum contemptu ipsorum Parochorum; & quanuis parochiani reuera satisfaciènt praecepto audiendi Sacram. peccando lethali in auditione illius, si fiat per contemptum Parochorum; tamen secus esset dicendum de praecepto confessionis: quia tunc confessio est peccaminosa, & sacrilega, ac proinde nulla: per confessionem autem nullam & inualidam, non impletur praeceptum, ut sepe diximus.

CAPVT VI.

Quae causae excusent ab impletione praecepti confessionis: agitur de confessione per interpretem.

S V M M A R I V M.

- Quot modis possimus excusari ab impletione huius praecepti. num. 1.
- Excusatur avaritia Confessoris. num. 2.
- Excusatur longitudo itineris ad quarendum Confessarium. num. 3.
- Excusatur timor damni in vita, fama, corpore, diuitiis, aut honore. num. 4.
- Si occurrat causa sufficienter excusans à confessione vnius peccati, non excusabit à confessione aliorum. num. 5.
- An excuset ignorantia idiomatis, & an quis teneatur ad confitendum per interpretem, ad implendum praeceptum. num. 6.
- Quid de articulo mortis. num. 7.
- Quid, si quis in eo articulo probabiliter existimat se habere veram contritionem. num. 8.
- An excusetur ab impletione huius praecepti, quando non potest confiteri nisi per scriptum: refertur opinio affirmans. num. 9.
- Præfertur sententia negans. num. 10.
- Respondetur ad fundamenta primae. num. 11.

1. Notandum est in primis, dupliciter posse nos excusari ab impletione huius praecepti. Primò, ut nullo modo teneamur confiteri. Secundo, ut teneamur confiteri, non tamen integrè. Hic autem propriè agimus de primo modo: de secundo aliqua incidenter praestringemus; ex instituto enim de illo agemus lib. 3. vbi de qualitate, & integritate confessionis latius disputabimus.

2. Primò igitur excusatur impossibilitas physica, ut si non detur copia Confessarii, etiam si per multos annos ex hac causa confessio differatur: nemo enim obligatur ad impossibile. Sic excusatur Sacerdos à recitatione Horarum canonicarum, qui nec habet, nec habere potest Breuiarium. Ita Soarius tom. 4. de pœnit. disput. 36. sect. 6. num. 1. Bellanus disp. 5. de Sacramento confessionis, dubio 10. num. 73. §. Nota secundo.

3. Secundo excusatur impossibilitas moralis, ut si quis non possit habere Confessarium, nisi longum iter, aut navigationem faciat: non enim est ad hoc cogendus pœnitens, nisi quando est in periculo salutis aeternae: quanta verò debeat esse hæc distantia, & difficultas, arbitrio prudentis committitur. Et verò maior distantia requiritur, si iter terra faciendum sit, quam mari: si enim fiat mari, sufficere ad excusandum moderata distantia, modò absit omne periculum piratarum: nam, dum adest, semper adest legitima excusandi causa.

4. Tertio excusatur eadem impossibilitas moralis, v. c. quando confiteri non potest sine notabili incommodo, quod ab extrinseco iuste timet, ut si esset periculum reuelationis, vel grauis nocuementi animi, vel corporis, aut ne pœnitens incurrat in graue odium ipsius Sacerdotis; aut si moraliter quis timet, quòd Confessarius ei postea nocebit corpore, fama, vita, vel fortunis. Ita Bellanus disp. 5. de Sacram. dub. 10. n. 73. Soar. allegatus. Henriquez lib. 2. de pœnit. c. 12. tom. 1. Nauar. c. 7. n. 4. Toletus lib. 3. Summa, cap. 8. num. 4.

5. Notandum verò est, etiam si interdum occurrat causa excusans à confessione vnius, vel alterius peccati; non propterea excusari quemquam ab impletione huius praecepti, & confessione aliorum peccatorum mortalium: quia tunc tenetur ita confiteri, tacendo alia cum obligatione confitendi illa cessante causa & impedimento. Ita Soar. tom. 4. de Sacram. pœnit. disput. 36. sect. 6. n. 2. Bellanus allegatus, & alij. Bellanus. Sed hac de re alibi.

Quarto

Quarto excusatur ignorantia idiomatis: nemo enim ex vi praecepti confessionis, diuini, vel humani, tenetur confiteri per interpretem, etiam fidelem; potest tamen id facere, si velit; non tenetur; & interpret tenetur tunc ad sigillum, sicut tenetur Confessarius. Ita communiter Doctores, Sorus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Caiet. verbo, Confessio, conditione 12. Medina de pœnit. tract. 2. q. 25. conclus. 5. Petrus Soto lect. 11. de confessione. Coninch disp. 5. de Sacram. dub. 10. n. 75. Soar. t. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 6. n. 3. & 4. Colligitur ex c. Omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss. vbi dicitur: Omnis utriusque sexus, &c. tenetur solus confiteri sua peccata proprio Sacerdoti, &c. vbi illa particula, solus, satis indicat, neminem teneri per interpretem confiteri: & ex Conc. Trid. sess. 14. c. 5. vbi dicitur, neminem teneri confiteri, nisi seculo, apud solum Sacerdotem. Et ratio est: quia praecepta Ecclesiastica non obligant cum tanto onere. Et confirmatur: quia, si scirem, quòd Confessarius vni soli meum peccatum esset reuelaturus, non teneret ei confiteri, ut Doctores communiter asserunt, etiam si ille teneatur ad sigillum, ut reuera tenetur, quando sibi constat, quòd Sacerdos confessionem reuelat: ergo eodem modo non tenebor illud confiteri, quando vel vnus alius, praeter ipsum Sacerdotem, hoc debet audire.

7. Diximus, ex vi praecepti confessionis, siue sit praeceptum diuinum, siue humanum, & Ecclesiasticum: quia in articulo mortis ex praecepto diuino, & naturali propriae charitatis, tenetur pœnitens per interpretem confiteri aliqua peccata venialia, & generaliter omnia mortalia, dicendo post confessionem venialium, se confiteri etiam omnia alia peccata mortalia, quibus Deum offenderit; quia hoc tutius est ad salutem, & sine incommodo fieri potest. Ita docet Coninch. disput. 5. de Sacramentis, dub. 10. n. 77. §. Dixi. Et postea addit, imò omnino suadendum esse, ut quando aliud non timeretur incommodum, simpliciter omnia peccata sua pœnitens confiteretur: tamen tacitis, ex quorum reuelatione aliquod notabile detrimentum timeret, si forte interpret esset suspectus; idemque dicendum esse, quando confessio nequit fieri, nisi aliis audientibus.

8. In hoc tamen articulo hæc regula seruanda est. Si pœnitens existens in peccato mortali, habet probabilem existimationem de sua contritione, nec ex praecepto propriae charitatis tenetur in articulo mortis confiteri per fidelem interpretem; quia tunc non videtur ea confessio moraliter necessaria ad salutem; nec Deus videtur obligare cum tanto onere; & quia ille modus confessionis de se est publicus: si autem probabiliter dubius est de sua contritione, tunc ex praecepto diuino, & naturali propriae charitatis tenetur confiteri per interpretem; ne se exponat periculo aeternae damnationis; quia cum absolute teneatur Deo satisfacere merito in casu dubio obligatur. Potest tamen tunc pœnitens confiteri ea peccata, quae cum minori infamia explicare potest, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia, vel libi, vel alteri sequi potest: non enim in eo casu tenetur facere confessionem materialiter integram, sed formaliter. Et hæc regula deducta est ex Soario t. 4. de pœnit. disp. 26. sect. 6. num. 5.

9. Dubium tamen est, vtrum excusetur pœnitens ab obligatione confessionis Quadragesimae, quando non potest confiteri nisi per scriptum, praesente tamen Confessario, quia, v. c. vel pœnitens est mutus, vel Confessor surdus, & non potest se aliis verbis ipse pœnitens explicare. Et certè hac de re opinio est pro vtraque parte probabilis. Prima do-

P. Steph. Fagundes in quinquae prec. Eccl.


et excusari. Eam tenet Nauar. c. 12. n. 36. in Man. Lat. Medina C. de confess. q. 29. Richard. in 4. dist. 17. q. 5. artic. 2. Victoria in Sum. de Sacramentis, n. 137. Sorus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Ledesma 2. p. 4. q. 8. art. 3. Probat: quia ille modus confessionis de se est publicus: est enim scriptura de se publica; vnde exponit se pœnitens probabili periculo amittendi scriptam; & quanuis non exponat, quia statim potest rumpi; tamen ille modus confitendi est de se, & ex natura sua publicus, & nemo tenetur sic publice confiteri, ne periculo infamiae se exponat: non enim praecepta Ecclesiastica cum tanto rigore obligant. Deinde, quia, ut diximus n. 6. non tenemur ex vi praecepti confessionis confiteri per interpretem, quanuis Catholicus & fidelis sit, & quanuis ad sigillum teneatur; quia ille modus confessionis de se est publicus: ergo neque etiam ex vi eiusdem praecepti annualis confessionis tenebimur confiteri per scriptum, cum æquè publicus hic modus confessionis sit, æquè ille.

10. Secunda opinio affirmat, non excusari, & consequenter docet teneri quemlibet pœnitentem, ex vi praecepti Ecclesiastici confessionis annualis, confiteri per scriptum, quando aliter non potest; praesenti tamen Sacerdoti, non absenti: & consequenter id docebit à fortiori in mortis periculo, & articulo. Ita, docet Syluest. verbo Confessio, n. 16. Coninch. disp. 5. de Sacramentis, dub. 10. n. 78. Caiet. verbo, Confessio, conditione 11. Petr. Sot. lect. 11. de confessione, quanuis nimis timide loquatur. Soar. t. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 6. n. 7. D. Th. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. quaest. iunc. 3. ad 2. & ibi Palud. q. 2. Maior in eod. 4. dist. 17. q. 1. ad 3. Fundamentum est primò: quia praeceptum confessionis obligat, quoties sine incommodo notabili fieri potest confessio; sed ex confessione facta scripto non sequitur maius incommodum, quam ex confessione facta ore: ergo eodem modo obligat; nec enim magis timendum est, ne Sacerdos reddat scriptum, postquam illud legerit, quam timendum sit, ne confessionem audiat reuelat: si autem timeatur, quòd illud non reddat, potest pœnitens illud ipsi non tradere, sed tenere manibus, dum Confessarius legit: quòd si hic & nunc talis sit Sacerdos, ut periculum timeretur, quòd illud è manibus rapiat pœnitentis, tunc profectò non tenetur pœnitens eidem confiteri, sicut non tenetur ore confiteri, quando est periculum reuelationis.

11. Ad fundamenta contrariae opinionis respondeo, modum confitendi per scriptum, praesente Sacerdote, absolute non esse de se publicum, sed tantum per accidens: neque enim per se exponit se pœnitens periculo manifestationis, si statim rumpat scripturam. Ad secundum fundamentum dico, magis publicum esse modum confitendi per interpretem, etiam fidelem, & Catholicum, quam confitendi per scriptum: nam periculum manifestationis in scripto facile caueri potest, rumpendo statim scripturam; v. c. ut ait Sorus, si coram Confessario vnum peccatum scribat, & statim rumpat, postquam Confessor illud legerit, & postea scribat, & rumpat aliud, & sic de cæteris: vel, ut ait Caietanus, si in vna papyro scribat omnes species peccatorum, in alia numerum; et vel etiam mutando literam, & non subscribendo, in quo nullum periculum manifestationis cernitur: at verò interpret, cum post confessionem extet, semper maiori cum ratione & fundamento aliquid timeri potest, quam ex scripto rupto, ac dilacerato propriis manibus pœnitentis.

AA 2 LIBER





LIBER SECVNDVS.

De materia necessaria, & sufficienti, proxima, & remota praecepti confessionis.

T in omni Sacramento materia duplex est altera remota, altera proxima; vt in Baptismo materia remota est aqua, proxima ablutio: sic in isto Sacramento materia duplex est remota, & proxima; remota est peccatum; proxima est contritio, confessio, & satisfactio, seu peccatum contritum, confessum, & satisfactio obnoxium; vno verbo, est dolor peccati. Prius ergo agemus de materia remota, quam de proxima, & videbimus in primis, quanam peccata sunt materia huius praecepti, & Sacramenti, an mortalia, an venialia; & quae mortalia, an iam confessa, an solum non confessam commissa ante Baptismum, an post Baptismum. Deinde videndum nobis erit, quis dolor sit sufficiens, vel insufficientis ad valorem huius Sacramenti: quod in seq. c. Deo dante, explicabimus.

CAPVT I.

An peccata mortalia, & venialia, sint materia remota huius Sacramenti, & quae, & quid de peccato originali, & de peccatis iam confessis.

SVMMARIVM.

- Malum culpe continet peccatum mortale, & veniale, & est materia Sacramenti. num. 1. Peccata mortalia sunt materia necessaria praecepti annuae confessionis, & ipsius Sacramenti. num. 2. Non solum peccata mortalia externa, sed etiam interna, materia sunt huius praecepti. num. 3. Peccata venialia sunt materia sufficiens, non necessaria. num. 4. An sicutem in Quadragesima peccata venialia sint materia necessaria: referunt sententia affirmans. n. 5. An qui solum venialia habet, teneatur tunc confiteri. n. 4. Refertur sententia affirmans. num. 5. Praefertur negans. num. 6. Soluuntur fundamenta prima. num. 7. Assignatur ratio vera, ob quam venialia non sint materia necessaria. num. 8. In dubio, an peccatum commissum sit mortale, an veniale; est materia necessaria. num. 9. In dubio, an quis vouerit, vel iurauerit, non teneatur ad iuramentum, vel votum. num. 10. Venialia dupliciter remittuntur, vel ex opere operato, vel ex opere operantis. num. 11. Ille, qui accedit ad confessionem cum mortalibus, & venialibus, non teneatur dicere venialia. num. 12. An, qui habet multa venialia, possit confiteri, quae velis, alia tacere. ibid. Quid, si vnum tantum veniale habet, & illud vult confiteri, an teneatur de illo atteri. ibid. Quid, si illud confiteatur sine dolore, dummodo de aliis in vita commissis, & iam confessis doleat. num. 13. An peccata iam confessa sint materia confessionis, & quae, necessariae, an tantum sufficiens. num. 14. Refertur sententia negatiua. ibid. Praefertur affirmatiua, & soluitur fundamentum negatiua. ibid.

- An peccatum originale sit materia Sacramenti, & praecepti confessionis. num. 15. Quid, si sumatur presens, quatenus est offensio diuina absoluti. num. 16. Cadit peccatum originale sub totam latitudinem penitentiae, non quatenus Sacramentum, sed quatenus virtus est. num. 17. Peccata possibilis, & futura, an sint materia penitentiae. num. 18. Voluntas peccandi, etiam si non exeat in actum, est materia confessionis necessaria, si sit mortalis, sufficiens, si venialis. num. 19. Peccata commissam ante Baptismum non sunt materia, nec sufficiens, nec necessaria Sacramenti penitentiae. num. 20. Refertur opinio affirmans. num. 21. Peccatum fictionis in susceptione Baptismi commissum, est materia necessaria huius Sacramenti. num. 22. Quid sit peccatum fictionis. ibid.

Certum in primis est, malum culpae esse obiectum materiale, seu materiam remotam, non solum Sacramenti, sed etiam virtutis penitentiae vitandum, & destruendum, vt docet D. Th. 3. p. q. 85. a. 1. corpore, & ad 3. & Thomista in 4. dist. 14. & sumitur ex illo Matth. 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores, quibus verbis significat Christus Dominus, malum culpae esse materiam penitentiae, non quidem amplectendam, sed vitandam, & fugiendam, cum per penitentiam peccatores vocet: quia verò malum culpae continet vtramque peccatum, mortale, & veniale, videndum modò est, an huiusmodi peccata cadant sub obiectum, & materiam penitentiae; & quae sit differentia inter materiam mortalem, & venialem. Dicuntur autem peccata, tam mortalia, quam venialia, materia remota huius Sacramenti, non, quia sint materia, ex qua fit Sacramentum, sicut lignum dicitur materia statuae, quia ex illo fit; sed, quia sunt materia circa quam: sicut enim causa, de qua in iudicio forensi agitur, dicitur materia iudicij: sic materia huius Sacramenti, quòd ad modum iudicij institutum est, sunt peccata, circa quae destruenda veritatur hoc Sacramentum, & ad illa tollenda, ac detestanda institutum fuit à Christo Domino.

Prima propositio. Omnia peccata actualia commissam post Baptismum: siue mortalia, siue venialia, sunt materia remota huius Sacramenti, & praecepti; diuerso tamen modo: nam mortalia sunt materia omninò necessaria; quia non nisi per huiusmodi Sacramentum, aut in re, aut in voto, remitti possunt: venialia autem sunt materia tantum sufficiens, non autem necessaria, quia multis aliis modis remitti, ac condonari possunt. Ita D. Th. in 3. p. q. 84. art. 2. & q. Tolet. 85. art. 1. Tolet. lib. 1. Sum. c. 3. n. 2. Scot. in 4. dist. 17. Scot. q. vii. Durad. ibid. q. 9. Ioan. Med. C. 4. De penit. tract. Durand. 1. q. 3. Hériq. lib. 1. de penit. c. 9. n. 2. & 6. Soar. t. 4. de Medicina. pen. disp. 18. sect. 1. n. 4. pag. 425. Petr. Sor. lect. 1. & Henric. 3. de pen. Sot. in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. Constat ex Soar. Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. & cap. 5. & Petr. Soto. canone 7. & 9. Probatum efficaciter: quia peccata mortalia, nullo alio medio, ac remedio remitti possunt.

possunt nisi per Sacramentum penitentiae, saltem in voto, cum in re suscipi non potest: ergo sunt materia necessaria huius Sacramenti: si enim nullo modo aliter remitti possunt, necessarid subiicienda sunt confessioni, vt remittantur. Quòd autem aliter remitti non possint, testantur Doctores allegati, & constat ex Concilio Trident. sessione 14. can. 7. & can. 1. ibi: Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia penitentiam non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quos post Baptismum in peccata labuntur ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; anathema sit. Vbi notanda sunt illa verba, Quos in peccata labuntur, & illa, Peccatoribus Deo reconciliandis. Quae sine dubio intelliguntur de peccatis mortalibus: nam venialia non dissolunt amicitiam Dei; & idè illa committentes indigent reconciliatione cum Deo. Constat etiam ex eodem Concilio dicta sess. 14. c. 2. fine, ibi: Est autem hoc Sacramentum penitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipso Baptismo. Vnde, sicut Baptismus est medium necessarium necessitate finis ad salutem, saltem in voto susceptum, cum in re haberi non potest: sic etiam Sacramentum penitentiae est medium necessarium eadem necessitate ad salutem: ita vt aliter mortalia non remittantur, nisi per confessionem, saltem in voto habitam, cum in re haberi non potest. Probatum etiam efficaciter ex illis verbis Christi Domini Ioannis 20. & Matth. 16. cum Apostolos suos Sacerdotes, & ministros huius Sacramenti instituit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde Conc. Trid. d. sess. 14. can. 3. de penit. de fide definit, haec verba solù esse intelligenda de Sacram. penitentiae, & non esse ad alios sensus detorquenda.

Quae quidem intelligenda sunt, tam de peccato mortali interno, quam externo: quia actus internus cum externo vnum peccatum facit in genere moris; sicut anima cum corpore vnum hominem, vt probat Nauarrus in Manuali Latino, praeludio 7. num. 14. fol. 48. mihi: nam, licet in genere entis naturalis, actus internus, & externus diuersa sint entia; attamen in genere entis moralis vnum ens morale constituunt. Vnde, licet ille, qui peccatum externum confitetur, non teneatur confiteri internum; quia, qui confitetur actum externum, implicite confitetur internum; argumento legis, Labeo. §. Tubero. ff. De supellect. legata. & cap. Praterea, de officio delegati, & cap. Praesentia, eodem titulo: attamen non ille, qui confitetur internum peccatum, confetur confiteri externum, vt docet animaduertit Nauarrus in Manuali Latino, praeludio 7. num. 2. cum peccatum internum passim inueniatur sine exteriori: nam, quauis ratio penitendi sit ipsa diuina iniuria, atque offensio, quae formaliter inest peccato interno: attamen actus externus, vt imperatur à prauo actu interno, necessarid participat malitiam imperantis; & idè necessarid etiam est in confessione declarandus, cum ad malitiam mortalem pertingit. Quauis autem in propositione dictum sit, peccata mortalia esse propriam materiam huius Sacramenti, & praecepti; non idè tamen excludimus habitualis: quia ad habitualia destruenda penitentia elaborat, vt docet D. Th. 3. p. q. 85. art. 2. ad primum, & meritò: nam peccata actualia statim transeunt; habitualia verò manent in reatu, & macula; & idè destructionem huius maculae & reatus penitentia intendit.

Et verò, quòd venialia sint tantum materia sufficiens, & non necessaria sacramento penitentiae, docent Toletus, Medina, Henricus, & Soar. omnes citati num. 2. docet etiam Vega lib. 1. 3. in Trid. c. 3. & patet ex eodem Concilio Tridentino sess. 14. P. Steph. Fagunde in quinque praec. Eccl.

cap. 5. & can. 7. & ex Leone X. in Bulla contra Lutherum, in damnatione articuli 8. docet etiam Concil. Trid. Nauar. c. 2. num. 11. & c. 21. num. 37. & Sotus in Nauar. 4. dist. 18. art. 3. Et probatur facile: quia peccata venialia non dissolunt amicitiam Dei: ergo non sunt materia necessaria confessionis; sed tantum sufficiens. Deinde: quia homo non tenetur confiteri, nec etiam tempore Quadragesimae, si tantum peccata venialia habeat: sed ex natura rei potest accedere ad diuinam Eucharistiam, nisi sequatur scandalum; & quia ordinariò sequitur, tenetur illud vitare, & tenetur accedere ad Confessarium, saltem vt dicat, se non habere conscientiam vllius peccati mortalis; teneaturque Confessarius illi credere, nisi habeat vrgentissimas rationes contrarium suscipiendi, vt docet Toletus lib. 3. Summæ, cap. 3. n. 2. Victoria in Summa, vbi de confessione; num. 129. & 127. & Viualdus in Candelabro aureo, de confessione, n. 51. §. Tertia conclusio, & D. Thom. in 4. dist. 17. q. 1. quaestiuicula 4. ad 1. & Vega lib. 5. Sylu. uæ, casu 494. fol. 330. col. 3. & Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. fol. 747. & Angles in floribus, q. de confessione, art. 4. Et ratio est clara: quia, cum peccata venialia non excludant hominem ab amicitia Dei, in gratia accedit, quicumque absque mortalibus, cum venialibus tantum, ad Eucharistiam accedit, quæ est Sacramentum viuorum, id est, eorum, qui sunt in gratia. Sed hac de re latius redibit sermo c. seq. n. 7.

Sunt tamen multi Doctores, quos citato nomine improbant Medina, & Toletus, Medina C. De penit. tract. 1. q. 3. Toletus lib. 3. Summæ, c. 3. n. 2. inter quos refertur Caiet. tom. 1. Opusc. de confessione, tractatu 1. qui dixerunt, peccata venialia esse materiam necessariam huius Sacramenti, saltem in Quadragesima, quando praeceptum confessionis obligat, mori his rationibus: primò, quia peccatum veniale propria voluntate committitur: ergo proprio voluntatis actu tollendum est: res enim per eandem causas tollitur, per quas oritur. l. 1. & 2. C. quando liceat à vendit. recedere. Molina Theologo. tom. 2. de iustit. disput. 373. initio, & Anton. Gomez. Gomez tomo 2. var. cap. 2. num. 21. ergo non nisi penitendo, quia penitentia est actus voluntatis. Secundò, quia peccato veniali debetur poena sensus: ergo de illo necessarid confessio facienda est; saltem, si homo vult in hac vita remissionem illius comparare. Er pro hac opinione videtur esse D. August. lib. de vera, & falsa penit. cap. 8. vbi ait, non posse hominem à peccato recedere, nisi de illo peniteat: & quòd de veniali etià loquatur, videtur constare; quia ibid. ait, penitendū est, tam de maioribus, quam de minoribus peccatis: vbi per maiora, mortalia; per minora, venialia videtur intelligere.

Nihilominus contrarium dicendum est: nam praeceptum confessionis solum est de mortalibus, vt probauimus n. 2. & auctoritate sacrae paginae, ex quibus colligitur necessitas confessionis, solum de mortalibus intelligenda sunt, non de venialibus, veluti Luca 3. Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. & Ezech. 18. n. 30. Convertimini, & auerte penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, quae necessarid intelligenda sunt de peccatis mortalibus, quae tollunt amicitiam Dei, & non de venialibus, quae non illam dissolunt; quauis etiam valde fugienda sunt, quia disponunt ad mortalia; & qui mortalia spernit, paulatim decidit. Ecclesiast. 9.

Ad primam ergo rationem dicimus, peccata venialia proprio voluntatis actu committi; non idè tamen necessariam esse confessionem; vt remittantur, cum Deus huiusmodi actum nullibi exigat, & multis aliis modis, ac modis remitti possint, vt dixerunt n. 11. Ad secundam dico quauis peccatis venialibus poena sensus debeatur, non tamè

Conc. Tr.

Conc. Tr.

Conc. Tr.

3.

Nauar.

Nauar.

D. Thom.

3. let.

Medina.

Henric.

S. ar.

Tolet.

Victor.

Viuald.

D. Thom.

Vega.

Sotus.

Angles.

5.

Caietan.

6.

7.

inde inferri, vt huiusmodi poena sit cordis poenitentia, quandoquidem per alia à Deo remedia tolli, ac dimitti possunt, v. c. per orationem dominicam cum humilitate recitatam, per aquam benedictam, per tunctionem peccatoris, per episcopalem benedictionem, & per alios modos, qui statim patet vnt. Ad D. Augustinum respondeo, illum locutum fuisse de maioribus, & minoribus peccatis, non quasi velit vtraque esse eodem modo necessario confitenda; sed quasi diceret, optimum esse concilium, & valde salubre, venialia etiam confiteri, vt per dolorem, & actum poenitentiae deleantur. Deinde D. Augu. non loquitur ibi de peccatis venialibus, sed de mortalibus; & de his asserit, non esse omnia aequalia, sed alia maiora, alia minora. Ad pronuntiatum Iurisperitorum, *Res per easdem causas tollitur, per quas oriuntur* respondeo, solum habere locum in contractibus, & obligationibus iustitiae, & in legibus humanis conditis à potestate laica, vel Ecclesiastica, quae ab iisdem personis tolli, ac reuocari possunt, à quibus impositae ac conditae fuerunt, vt statim Iurisperiti pronuntiant locis allegatis.

8.

Ratio igitur potissima, ob quam venialia peccata non sint materia huius Sacramenti, est: quia vel essent materia necessaria ex praecepto Ecclesiae, vel quia aliter remitti non possent: non primum, quia Ecclesia idem obligat ad confessionem semel in anno faciendam, vt homo in amicitiam, ac gratiam cum Deo redeat, si forte illam amisit: vnde, cum venialia amicitiam Dei non dissoluant, non potest praeceptum Ecclesiae ad reparationem illius obligare: non secundum, quia peccata venialia multis modis remitti, ac condonari possunt, vt constat ex dictis: ergo intentum. Dices, saltem obligare praeceptum confessionis, quatenus diuinum est, ad confessionem venialium. Respondeo, nec etiam hoc modo obligare, quia loca Scripturae, ex quibus hoc diuinum praeceptum colligitur, solum de mortalibus loquuntur, non de venialibus, vt diximus.

9.

In dubio tamen, an peccatum commissum, mortale sit, an veniale, necessarium est confitendum: quia iam tunc datur materia confessionis necessaria, non sufficiens, ac proinde in tali dubio tenetur poenitens sub mortali illud sub eodem dubio confiteri, vt docet Toletus lib. 3. Summæ, c. 3. num. 3. Nau. in Manuali Lat. c. 21. n. 34. & Adrianus quod libeto 2. puncto 1. ante litteram A, Henric. lib. 5. de poenit. c. 3. §. 7. & Sayrus in clauis regia, lib. 1. c. 13. n. 4. §. *Hinc inferitur primum*. folio mihi 35. col. 1. & Azor. t. 1. Inst. moral. lib. 1. c. 4. q. 3. Soar. t. 2. de Relig. lib. 2. de iuram. promissor. c. 33. n. 2. Sanchez t. 1. Decalogi, c. 10. n. 44. Et Ratio est: quia in dubiis extra materiam de iustitia, in qua melior est conditio possidentis, autior pars est eligenda, quando dubia, facta morali diligentia, sunt aequalia: & idem in tali dubio tenetur poenitens huiusmodi peccatum confiteri, ne periculum peccandi detur: deinde, quia obligatio confitendi non est tam dura, & difficilis, vt homo ad confessionem, stante eo dubio, non teneatur.

10.

Dices: In dubio aequali, post factam diligentiam arbitrio prudentis necessaria, an quis vouerit, vel non vouerit, promiserit aliquid sub iuramento, vel non promiserit, non tenetur quis votum, aut iuramentum implere, vt resoluunt Sanchez, & Soarius allegati, & multi, quos allegant, & est certa opinio: ergo similiter in dubio aequali post factam diligentiam, an peccatum commissum fuerit mortale, vel veniale, non tenetur quis illud confiteri. Respondeo, esse diuersam rationem: quia in secundo casu constat, peccatum fuisse commissum, quantum constat fuisse mortale, aut veniale: in primo vero non constat votum, aut iuramentum fuisse

Toletus.  
Nauar.  
Adriam.  
Henric.  
Sayr.  
Azor.  
Soar.  
Sanchez.

emissum: & idem est diuersa ratio vtroque: quia, quado expressè non constat votum fuisse emissum, manet homo possessor suae libertatis; & idem melior est conditio possidentis: at vero peccator non est legitimus possessor bonae conscientiae, cum sibi certo constet de peccato à se commisso, & non sibi constet, fuerint mortale, an veniale: & idem tenetur hoc peccatum confiteri sub hoc dubio.

11.

Sciendum igitur est, dupliciter posse venialia remitti: primo ex opere operantis, v. c. per contritionem, vel amorem Dei super omnia; cum enim hoc sufficiat ad mortali remissionem, multò magis sufficiat ad remissionem venialium; imò & per quencunque actum bonum, modo aliquo contrarium priori actui peccati, vt docet communiter Doctores. Ita D. Thomas 3. p. q. 87. artic. 2. Soto de poenit. lect. 18. & forus in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. conclus. 4. Henric. lib. 1. de poenit. c. 15. §. 6. Soarius t. 4. de poenit. disp. 12. sect. 3. n. 4. 8. & 11 Palatius in 4. dist. 16. q. 2. & dist. 22. q. 1. ad finem. Palud. dist. 17. q. 1. art. 2. Viguierius c. 18. §. 4. versit. 6. c. 18. §. 4. versu 8. An autem per sacramentalia, quae Ecclesia instituit, potestate sibi à Christo tradita; remittantur ex opere operato culpa veniales, & illarum poenae: est dubium, de quo duplex est opinio. Prima omninò negat, per sacramentalia, & per alios actus poenitentis, veluti per aquam benedictam, confessionem generalem, orationem dominicam, peccatoris tunctionem, benedictionem episcopalem, aut Abbatis consecrati, ingressum in Ecclesiam consecratam, remitti peccata venialia ex opere operato; & addit, per haec, & alia huiusmodi sacramentalia, remitti peccata venialia imperatorie tantum, seu meritorie, vel quia excitant motum poenitentiae, aut charitatis. Et ita docet expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 12. sect. 2. num. 5. pag. mihi 260. col. 1. & addit n. 10. probabilius esse, non habere Ecclesiam potestatem ad instituenda haec sacramentalia, seu signa sensibilibus, quae ex opere operato tollant peccata venialia. Et pro hac opinione citat num. 4. D. Thomam in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. quaest. 4. & dist. 21. q. 2. art. 1. Richardum in eodem 4. art. 3. quaest. 1. Abulensem in 4. Reg. quaest. 39. Turrecremantem in cap. *Tres sunt*. de poenit. dist. 1. art. 3. & in cap. *Antequam*. de consecr. Alensem 4. p. quaest. 65. m. 3. art. 4. Durandum in 4. dist. 21. q. 3. & ibi Bonauent. art. 3. quaest. 1. Verum D. Bonauentura ibi, vt docet idem Soarius num. 2. non requirit formalem actum attritionis, aut amoris; sed actum submissionis, vel reuerentiae, quo velint homines orare, & aquam benedictam, aut benedictionem Episcopi suscipere; D. vero Thomas, vt etiam notat idem Soarius num. 4. solum dicit, remissionem peccatorum venialium fieri per excitationem actus attritionis, vel amoris Dei; & non negat fieri ex opere operato: nam etiam aqua benedicta, & huiusmodi sacramentalia, ex opere operato possunt excitare in nobis motum poenitentiae, vel charitatis, vt statim cum multis dicemus: & sic ex opere operato non immediatè, sed mediante hoc motu, quem ex opere operato in nobis excitant, nobis possunt peccata venialia dimittere.

D. Thom.  
Perr. Sota.  
Soar.  
Henric.  
Soar.

Soar.

D. Thom.  
Richard.  
Abulensis.  
Turrecrem.

Alensis.  
Durand.  
Bonau.  
Soar.

Probat Soarius hanc suam opinionem, primo, quia haec sacramentalia non habent hanc efficaciam producendi gratiam ex opere operato, & dimittendi peccata venialia ex institutione Christi: neque enim haec sunt instituta à Christo, sed ab Ecclesia: Ecclesia autem non habet potestatem ad instituenda signa sensibilia, & instrumentalia, quae ex opere operato producant gratiam, & tollunt venialia; quia id esset instituere quoddam Sacramentum pro dimittendis venialibus: at Ecclesia non habet potestatem

potestatem instituendi Sacramenta. Deinde, quia neque ex Scriptura, neque ex traditione hoc constat: non ex Scriptura, quia ex illa solum habemus haec verba Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, & illa Marthae 16. & 18. *Quaecunque solueritis super terram, &c. quae omnia iuxta sensum, & consensum Patrum, & Doctorum, intelliguntur de potestate remittendi mortalia, & venialia peccata per Sacramenta à Christo Domino instituta: non ex traditione, quia nulla ratio conuincit dari talem traditionem. Tertio, quia peccata venialia actu voluntatis & voluptatis commissa sunt: ergo etiam actu aliquo poenitentiae: priori contrario dimitti debent, quoad culpam: neque enim ex remissione temporalis poenae sumi potest argumentum; quia malum culpae difficilius tolli debet, & magis requirit proprium actum ipsius hominis poenitentis: vnde haec sacramentalia, & elemosynae poterunt remittere ex opere operato poenas temporales relictas ex venialibus iam per Sacramenta, atque actus poenitentiae dimissis, vel aliquod meritum, & imperationem habere; non autem culpam ipsorum venialium, iuxta illud: *Elemosyna exinguit peccatum, sicut aqua exinguit ignem*: hoc est, exinguit poenas ex peccatis dimissis relictas, quae, quia effectus sunt peccati, peccata in sacra pagina vocantur. Tertio probat: quia oratio dominica, elemosyna, & confessio generalis, ac tunctio peccatoris, non possunt dici, aut numerari inter sacramentalia, cum nulla detur specialis Ecclesiae benedictio, nulla institutio circa huiusmodi res: vnde ergo habent hanc specialem institutionem, & deputacionem Ecclesiae in Sacramenta ad dimittenda venialia ex opere operato? Aqua vero benedicta, & benedictio Episcopalis, aut Abbatis consecrati, & ingressus in Ecclesiam consecratam, quantum habent certas oraciones, quibus ad fugandos Demones, & excitandos bonos actus in homine inseruiant; tam vnde potest constare ab Ecclesia pro infundenda gratia ex opere operato, & pro tollenda culpa venialium, cum hoc sit reuera institutum Sacramenta? Ecclesia autem non habet potestatem instituendi Sacramenta. Ita se habet opinio Soarij, quae est valde probabilis.*

Henric.  
Bellarm.

Toletus.

Secunda opinio etiam valde probabilis, & forte probabilior, & quae à pluribus Auctoribus nostrae Societatis magis probatur, docet, per sacramentalia, quae Ecclesia instituit potestate sibi diuinitus à Christo tradita, remitti culpas veniales, & poenas temporales illarum, non ratione imperationis tantum, aut quia excitant actum, & motum poenitentiae, vel charitatis; sed ex opere operato. Ita docet expressè ex nostris Henriquez lib. 1. de poenit. c. 15. num. 8. expressè etiam Bellarminus tomo 3. de Sacramentis, lib. 2. cap. 31. §. *Tertia propositio*, fol. mihi 217. vbi loquens de aqua benedicta sic ait: *Probabile est, posse Ecclesiam instituere huiusmodi caeremonias ad eisdem effectum*, (& loquitur de effectu dimissionis venialium ex opere operato) *per applicationem meritorum Christi, ita vt ex opere operato illos producant, quomodo Sacramenta ex opere operato instituta, Christus enim meruit Ecclesiae suae, non solum gratiam, & gloriam; sed etiam omnia alia beneficia*. Haec ille. Docet etiam expressè Toletus lib. 3. Summæ, cap. 3. fine, aut quae expressè, ibi: *Veniale quem potest praeter poenitentiam alijs vijs remitti, scilicet, oratione dominica, aqua benedicta, peccatoris tunctione, benedictione Episcopali, seruenti charitatis actu*. Vbi eandem vim

ad dimittenda peccata venialia tribuit his sacramentalibus, nempe, aqua benedicta, & benedictioni Episcopali, atque actibus poenitentiae, & charitatis: vnde, sicut haec tollunt venialia ex opere operato, & tollunt. Et Henric. citat Turrian. Turrian. lib. 3. pro Epist. Pontific. cap. 6. citat etiam Canonicum, & Catechismum Romanum. Tenent etiam hanc opinionem expressè Victoria in Summa, Victoria. num. 99. & 110. Sotus in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 3. & Sotus. dist. 11. quaest. 2. art. 4. Ledesma 1. 4. quaest. 28. art. 3. Ledesma. Cano de locis sacris lib. 12. cap. 13. ad 9. Maior in 4. dist. 13. qui omnes dicunt, haec sacramentalia dimittere venialia ex opere operato ad modum Sacramentorum, si non inueniant actualem complacentiam in homine ad ipsa venialia. Et cum illis consentiunt quoque Valdensis tom. 3. de Sacram. 1. part. ad 6. & Turrecremata tractatu de aqua benedicta: & Nauar. in cap. *De quotidianis*, de poenit. dist. 3. num. 2. Possimus etiam hic numerare Petrum Sorium de poenit. lect. 18. vbi dicit, haec sacramentalia ex opere operato dimittere venialia, non immediatè, sed mediatè, hoc est, excitando ex opere operato actum charitatis, aut poenitentiae in nobis sufficientem ad dimittendas culpas, & poenas venialium ex eodem opere operato: quod significat etiam Paludanus in 4. distinct. 16. quaest. 1. art. 2. conclus. 4. D. Antoninus 1. part. tit. 10. c. 1. §. 5. Bonauentura dist. 2. art. 1. quaest. 2. & Gabriel in 4. dist. 16. q. 5. art. 3. dub. 3. Ar probabilius est, immediatè illa dimittere ex eodem opere operato. Probat primum: quia Ecclesia, potestate sibi à Christo Domino relicta, potuit haec sacramentalia deputare ad hunc effectum absque aliqua asperione olei, aut benedictione: & ita de facto fecit, vt colligitur ex traditione continua à tempore Apostolorum ad nos deriuata: ita enim significant Patres & Canonnes cap. *De quotidianis*, distinct. 3. Nauar. ibi. cap. *Tres sunt*. distinct. 1. cap. *Medicina*, & cap. *Medicamentum*; ibi, & de aqua benedicta mentionem facit D. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, vt tradit Henriquez. Vnde patet, antiquissimam esse hanc traditionem, & non fuisse aquam benedictam inuentam & institutam ab Alexandro I. vt quidam volunt, quantum potuerit illa ab eo aliqua oratione ad hunc effectum etiam deputari. Probat etiam, quia, sicut Christus reliquit in Ecclesia sua potestatem donandi Indulgentias, & absoluedi à censuris; cur etiam non reliquerit hanc potestatem instituendi, & deputandi aliqua sacramentalia ad dimittenda venialia non enim haec requirunt aliquam benedictionem, qua ad id deputentur; sicut illam non requirit potestas concedendi Indulgentias: & sic corrui fundamentum Soarij.

Paludan.

D. Anon.  
Bonauent.  
Gabriel.

Nauar.

D. Dionys.

12.

Vnde, cum venialia ex opere operato multis modis possint extra confessionem condonari, patet, non esse illa materiam necessariam confessionis, & posse taceri in confessione, nisi dubitemus esse mortalia: patet etiam, eum, qui habet multa venialia, posse confiteri, quae velit, alijs praetermissis. Si tamen vnum tantum habeat veniale, & illud vult confiteri, & ceteris alijs venialibus, & mortalibus caret, tenetur sub mortali de illo conteri: quia tenetur applicare materiam debitam Sacramenti: est autem materia debita huius Sacramenti, non solum ipsum peccatum, quod est materia remota; sed etiam attritio, & dolor illius, quae est materia proxima: & tunc quis materiam debitam applicat, cum dolorem formalem peccati habet, alioquin indebitam praestat: quantum enim absolute necessarium non sit, peccata venialia confiteri: supposito tamen: quod illa confessioni subiicit, vt hac via dimittantur, debet illa

illa dignè, & debitè subicere per veram accusa- tionem absolutione dignam. Et ita docet Ioseph. Angles in florib. quæst. de Sacram. pœnit. art. 4. diffi. 3. & Vega in Sylva, lib. 5. casu 494. fol. 330. col. 3.

Angles. Vega.

Soarius.

Scio tamen, doctissimum Soarium tomo 4. de pœnitent. disp. 21. sect. 6. num. 7. pag. mih. 496. col. 1. existimare, non esse peccatum mortale confiteri peccata venialia sine dolore, & proposito efficaci emendationis futuræ. Fundamentum illius est: quia defectus illius doloris, vel propositi, per se, & ex natura sua non est contrarius gratiæ, & iustificati, quæ est primarius effectus huius Sacramenti, significatus per formam: verum, si attentè consideretur, non loquitur ibi Soarius de nostro casu, in quo quis vnum tantum veniale confitetur, & illud tanquam materiam certam Sacramenti profert; sed de illo alio casu, in quo quis non vnum tantum veniale confitetur, sed multa; & de quibusdam, quæ tanquam materiam confessionis profert, dolo; & de aliis non dolo, licet illa in confessione dicatur: in quo casu vera est doctrina Soarij, quia defectus doloris, & attritionis, in eo casu non impedit remissionem aliorum peccatorum venialium, de quibus vera fit confessio. Et ex hac doctrina sequitur, veram facere confessionem illum, qui vnum tantum veniale habet, illud que confitetur sine dolore, ac proposito efficaci emendationis ipsius peccati venialis, modò se accuset de aliis venialibus, aut mortalibus antea vitæ iam confessis, & de illis legitimum dolorem habeat, cum iam debitam materiam Confessori subiiciat, & aliunde obex venialium non impediatur gratiam, seu effectum Sacramenti.

Richard.

Rubion.

Sed hic dubitabit aliquis, an peccata iam confessa, siue mortalia, siue venialia, sint materia confessionis: dubitant enim olim hac de re nonnulli Theologi, vt videre est apud Richardum in 4. distinct. 18. artic. 2. quæst. 4. & refertur Guilielmus quidam de Rubion in eodem 4. dist. 15. quæst. 2. qui ausus est affirmare, non esse licitum de his solis peccatis iterum confiteri: eo ductus fundamento: quia in nullo Sacramento potest forma sæpius cadere supra eandem materiam. Vera tamen, & certa est sententia, quæ docet, huiusmodi peccata, iam semel ac sæpius ritè ac rectè confessa, materiam esse sufficientem huius Sacramenti, non necessariam. Ita docet Soarius tomo 4. de pœnitent. disp. 18. sect. 1. num. 6. pag. 425. col. 2. & Henriquez lib. 1. de pœnit. cap. 20. num. 6 & Tolerus lib. 3. Summæ, cap. 12 num. 4. sine, & Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 8. & Theologi omnes in 4. distinct. 18. & ita docet etiam Benedictus XI. in Extrauaganti 1. de priuilegijs, & confirmat hanc veritatem Catholicorum, ac piorum vsus. Et ratio à priori est sumenda ex institutione Christi Domini: nam Christus concedens hanc potestatem, non limitauit illam ad vnum actum remissionis; & aliqui est consentaneum fini huius Sacramenti, quòd ita fuerit, institutum, tum propter vtilitatem pœnitentium, tum propter maiorem securitatem animorum. Deinde, quia non est certa fide notum, nobis condonata fuisse peccata iam confessa: quanuis enim ritè, ac rectè fuerint confessa, vt supponimus; tamen adhuc per nouam absolutionis formam, nouum augmentum, nouisque gradus gratiæ confertur, toties, quoties de nouo sub nouo dolore confitentur cum debita reuerentia Sacramenti, & firmo proposito, de cetero cauendi: si enim hæc desint, tunc quidem abusus esset iterate sæpius confessionem de iisdem peccatis. Nec ratio in contrarium adducta probat

Soarius.

Henriq. Toletus. Sotus.

aliquid: certum est enim, in nullo Sacramento posse formam sæpius cadere supra eandem materiam proximam; quanuis possit supra eandem remotam: nam ex eadem numero à qua possunt multa Baptismata confici: quia, licet aqua, quæ est materia remota, sit eadem; tamen ablutio, quæ est materia proxima, potest esse diuersa: sic in confessione, licet peccata, quæ sunt materia remota confessionis, sint eadem; tamen confessio, accusatio, & dolor, qui est materia proxima, est diuersus, & sic non cadit simpliciter absolutio super eandem materiam proximam; cadit tamen super eandem materiam remotam, quod nullum est inconueniens, vt cernitur in exemplo aquæ Baptismi allato.

15.

Diximus in conclusione, peccata actualia, ad excludendum peccatum originale, quod non tenetur quis confiteri, nec esse materia huius Sacramenti necessaria, vel sufficiens: non enim est peccatum propriæ personæ, & proprio voluntatis actu commissum; sed est peccatum naturæ, citra ullam pœnitentis culpam sola propagatione ipsius naturæ contractum: solum enim hoc Sacramentum fuit institutum à Christo Domino; ad retractanda, & destruenda peccata proprio voluntatis actu ab ipsis pœnitentibus commissa: vnde actus, doloris, & retractationis essentialis dicit respectum ad proprium peccatum propria voluntate commissum: & ideo cum peccatum originale non sit voluntatis, sed naturæ, non debetur illi pœna sensus, sed tantum pœna damni.

16.

Dices: Peccatum originale vel accipi potest presè, & vt est à nobis commissum, ac pœnitendum; & hoc modo non est nobis dolor de illo habendus, quia dolor est de peccatis à nobis commissis; & peccatum originale non est peccatum nostræ voluntatis: vel accipi potest lato modo, vt est impedimentum gloriæ, & displicitia absoluta de peccato præterito, & hoc modo de illo pœnitere possumus, quia de omni impedimento gloriæ vera pœnitentia dari potest. Respondeo, nec etiam hoc modo esse peccatum originale materiam confessionis, vel sufficientem, vel necessariam: quia nec de omni impedimento gloriæ pœnitere debemus; alioquin teneremur pœnitere, & contritionem habere vitæ præsentis, quæ est impedimentum gloriæ, iuxta illud Exodi 33. Non videbit me homo, & viuet. Quis autem diceret, præsentem vitam materiam esse sufficientem, vel necessariam huius Sacramenti?

17.

Cadit tamen peccatum originale sub totam latitudinem subiecti pœnitentiæ, non quatenus Sacramentum, sed quatenus virtus est: nam, quatenus Sacramentum, instituta fuit pœnitentia à Christo Domino ad detestanda ea peccata, quæ proprio voluntatis actu commissus, vt diximus: vt verò, quatenus virtus, etiam peccata aliena cadunt sub adæquatam obiectum, & materiam pœnitentiæ: sicut enim: vnaqueque virtus amat suum honestum obiectum, subiectumve, vbicumque illud sit; ita etiam odit malum illi contrarium, vbicumque inueniatur; non quidem per actum retractationis, quia huiusmodi actus dicit essentialis respectum ad peccatum proprium; sed per actum odij, & abominationis: & hoc modo etiam peccatum originale potest esse materia virtutis pœnitentiæ, quatenus illud odio habere potest absolute in quantum iniuriosum est Deo. Et ita docet D. Thom. 3. part. quæst. 84. artic. 2. ad 3. in fine, ex D. Augustino, & in 4. distinct. 17. quæst. 2. artic. 2. quæst. 2. Quapropter, speculatiue loquendo, actus pœnitentiæ, quatenus virtus est, versari possunt circa peccatum originale, &

D. Thom.

Soarius.

18.

& alienum; modo explicato: loquendo verò practicè, & moraliter, non videtur vtile, nec necessarium de illo dolere ad mores corrigendos, & emendandos, vt docet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 2. sect. 1. n. 13. fol. 42. col. 2. littera B.

Ex dictis facile est inferre, peccata futura, & possibilis, non quidem commissa, sed committenda, non esse materiam huius Sacramenti, nec sufficientem, nec necessariam: confessio enim solum debet esse de peccatis propriis iam commissis, vt hæcenus probauimus: tenetur tamen, qui vult absolui, habere propositum virandi peccata in futurum; quatenus tamen pœnitentia virtus est, possunt peccata possibilis cadere sub obiectum, ac materiam adæquatam ipsius pœnitentiæ, quatenus, videlicet, quis per simplicem actum odij potest abhorrire absolute omne peccatum, & omnem offensam Dei, siue commissam, siue committendam, ad modum, quo de peccato originali philosophari sumus.

19.

Cadit tamen sub peccatum præteritum actuale, & iam commissum, necessariò confitendum, illa praua voluntas ac propositum, quod quis habuit faciendi, ac committendi aliquid peccatum, licet reuera non commiserit: quia in consensu fuit consummata, & completa malitia offensionis Dei; vt diximus, & probat Henriquez lib. 1. de pœnit. cap. 20. n. 7. vide Nauarrum in Manuali Latino, præludio 8. n. 20.

Henriq. Nauar.

20.

Diximus etiam in conclusione, Commissa post Baptismum: quia peccata commissa ante Baptismum, nec sunt materia sufficientis, nec necessaria huius Sacramenti, vt latè probauimus lib. 1. cap. 2. num. 4. & patet ex Concilio Tridentino sessione 14. can. 1. & 2. ibi in canone 1. Si quis dixerit in Catholica Ecclesia pœnitentiam non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis institutum, anathema sit. Ergo non est institutum pro reconciliandis peccatoribus de peccatis commissis ante Baptismum; ergo nec illa sunt materia reconciliandi, seu confessionis, vel necessaria, vel sufficientis. Et clariùs patet ex eodem Concilio Tridentino sess. prædicta 14. cap. 6. ibi: Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis, & quorum retinueritis, retenta sunt eis. Ioannis 20. Et ratio est: quia peccata commissa ante Baptismum, per Baptismum dimittuntur, & materia sunt Baptismi, non pœnitentiæ Sacramenti, & non sunt iterum confitenda, cum commissa fuerint extra Ecclesiam, & per hominem Ecclesiæ non subditum, vt patet.

Conc. Trid.

Conc. Trid.

21. Medina.

Nec obstat Ioan. Medina C. De pœnit. tract. 1. q. 3. §. Restat. fol. 14. vbi ait, pœnitentiam necessariam etiam esse pro adultis baptizandis. Fundamentum illius est, primò, quia illis adultis, qui baptizandi erant, prædixit Ioannes Baptista, quod illis necessarium erat, illis verbis Matth. 3. Pœnitentiam agite: appropinquat enim regnum celorum. Secundo, quia ad eisdem dicebat D. Petrus Act. 3. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Et ad ipsos etiam Christus Dominus sic locutus fuit Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et patet ex cap. Omnis homo. de consec. dist. 4. vbi ex D. August. ita dicitur: Omnis homo, qui sine voluntate arbitri constitutus est, nouam vitam inchoare non potest, nisi pœnitentiam veteris vite. Et idem D. Aug. c. 8. de vera, & falsa pœnitentia ait. Sine pœnitentia nulli profuit Baptismus, qui peccauit spontaneus. Ergo pœnitentia non solum est necessaria, vt remittantur peccata post Baptismum; sed etiam ante

D. August.

illum. Respondeo, huiusmodi auctoritates, & ipsum Ioannem Medinam intelligendum esse, non quidem de Sacramento pœnitentiæ; sed de præparatione, quam oportet, vt adulti baptizandi habeant ad Baptismum suscipiendum: non quasi dicant, necessariò prius absolvendos esse eos, qui baptizandi sunt à suis peccatis, antequàm baptizentur: id enim absurdum est dicere, cum adhuc non sint subditi clauibus Ecclesiæ: sed quasi dicat, oportere huiusmodi baptizandos habere præparationem, & dignam dispositionem ad Baptismum suscipiendum, contritionem, scilicet, quæ contritio in illo statu non includit confessionem, sed susceptionem Baptismi, vt iam alibi diximus.

22.

Peccatum tamen fictionis est materia necessaria huius Sacramenti: appellamus autem peccatum fictionis illud peccatum, quod quis adultus committit, dum fictè, & sine dispositione debita Baptismum suscipit, defectum, scilicet, doloris attritionis, seu dispositionis, quæ requiritur in adultis ad susceptionem huius Sacramenti Baptismi. Et quòd huiusmodi fictio sit materia necessaria Sacramenti confessionis, est communis opinio. Eam docet Henriquez lib. 1. de pœnit. cap. 9. num. 6. & Medina C. De confessione, tractatu 1. quæst. 3. Ratio est quia huiusmodi fictio est posterior natura, quàm perfecta susceptio Baptismi; & ideo huiusmodi obex impedit effectum gratiæ baptismalis; non tamen impedit characterem Baptismi: vnde necessariò tale peccatum perfectam susceptionem Baptismi, consistentem in ipso Baptismo gratia formato, impedit: cum autem peccatum fictionis sit posterius natura perfecta susceptione Baptismi, tolli non potest per Baptismum, ac proinde necesse est, vt tollatur per Sacramentum pœnitentiæ, saltem in voto, quando in re haberi non potest.

Henriq. Medina.

CAPVT. II.

An venialia possint ex Statuto, ac Regula alicuius Religionis esse materia necessaria Sacramenti pœnitentiæ: agitur de confessione generali totius vitæ; & de confessione Regularium, & Monialium; & de confessione ad Iubileum.

SVMMARIVM.

Quando quis ex necessitate generaliter confitetur, quia malitiosè tacuit aliquod peccatum, tenetur omnia, & singula peccata in præteritis confessionibus dicta confiteri. num. 1. Quid, quando ob deuotionè generaliter confitetur n. 2. Quid, quando pœnitens Confessorio dicit, se velle omnia peccata in confessione generali confiteri, & postea aliquod tacet. num. 3. Quid, si quis voueat, se facturum confessionem generalem totius vitæ; an tunc possit aliquod peccatum iam confessum tacere. num. 4. Quid, si voueat se confessurum venialia, an illud votum obliget. num. 5. An monachi D. Bernardi, & D. Benedicti, qui ex Statuto habent obligationem confitendi semel in anno suis Superioribus omnia mortalia iam ritè confessa, teneantur sub mortali ad idem Statutum. n. 6. Virum ille, qui caret mortalibus, & venialia tantum habet, teneatur sub mortali illa in Quadragesima confiteri. num. 7. Refertur.



Referitur prima sententia affirmans.	ibid.
Præfertur vera sententia negans.	num. 8.
An saltem sub veniali ad id teneatur.	num. 9.
Quid si venialia sint propinqua mortalibus.	num. 10.
Quid si dubium sit, an sint mortalia.	num. 11.
An illi Religiosi, qui ex statuto, vel more habent, ut singulis mensibus, vel hebdomadis, confiteantur, & teneantur sub mortali venialia confiteri, si mortalibus caveant. Referitur opinio negativa.	num. 12.
Referitur opinio affirmans.	num. 13.
Propositur sententia Soarii.	num. 14.
Referitur sententia Angeli.	num. 15.
Reiicitur.	num. 16.
Astruitur sententia Auctoris.	num. 17.
An reliqui Religiosi, qui id non habent ex statuto, vel more, teneantur sub mortali singulis mensibus confiteri.	num. 18.
An, quando in Iubileo requiritur confessio ad illud comparandum, teneatur ille, qui illud vult comparare, confiteri venialia, si mortalibus caret.	n. 19.
Referitur opinio negans.	ibid.
Præponitur affirmans.	num. 20.
Solummodo fundamenta primæ.	num. 21.
An ille, qui mortalibus, & venialibus caret, peccet mortaliter, si in confessione unum tantum veniale sibi imponat, quod pro materia præcisâ ipsius confessionis præbeat.	num. 22.
An affirmare, vel negare aliquod veniale in confessione, & mentiri leuiter in illa, sit mortale.	num. 23.

Quod attinet ad confessionem generalem totius vite retroactæ, illud valde notandum erit, duobus, scilicet, modis posse fieri confessionem generalem: primo, ob necessitatem, quia, v. c. data opera, malitiosè, sacrilegè, & culpabiliter in aliqua confessione quis tacuit aliquod peccatum, ob quod sacrilegium omnes postea confessiones inualidæ, nullæ, & sacrilegæ fuerunt: secundò, ob deuotionis affectum, & maius animi solatium, vel ad pacificandos scrupulos, vel in aliquo Iubileo ad maiorem confusionem, humilitatemque, & ad maiorem etiam gratiæ consecutionem. In primo casu tenetur pœnitens acriter discutere conscientiam, vt recordetur omnium peccatorum, quæ commisit à prima confessione inualida, & sacrilega, & in memoriam adducere omnes confessiones, quas postea fecit, & omnia postea simpliciter aperire in vera confessione: quia omnia illa peccata nunquam fuerunt remissa, imò nec confessa; quia confessiones inualidæ, sacrilegæ, & malitiosè factæ, non sunt confessiones, sed sunt noua sacrilegia; & idèd omnia tenetur huiusmodi pœnitens de nouo confiteri, vt verè remittantur: & si est Sacerdos, & celebravit Eucharistiam ministravit, confessionemve audiuit, teneatur aperire, quoties fecit, plùs, minùsve; quia toties grauissimum peccatum commisit.

In secundo autem casu, quando, scilicet, quis ob solum deuotionis affectum, proprium solatium, maiorem humilitatem, vel ad pacificandos scrupulos ex timida conscientia pullulantes, generaliter confitetur, potest arbitrio suo quædam peccata mortalia iam confessa, reconfiteri, & alia tacere: Ita docent communiter Doctores, Viualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, num. 66. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 9. num. 1. & cap. 38. & Sorus in 4. dist. 18. quæst. 2. artic. 5. col. 3. D. Thom. quodlib. 1. art. 12. & Palud. in 4. dist. 17. quæst. 5. & Ioannes Maior ibid. & Adrian. de confess. q. 5. & Sylu. verbo, Confessio, l. n. 14. & Angel. verbo, Confessio, l. n. 27. Et ratio est: quia nemo absque proprio consensu potest obligari præcepto aliquo, statuto, aut lege

Viualdus.  
Nauarr.  
Sorus.  
D. Thom.  
Palud.  
Maior.  
Adrianus.  
Syluest.  
Angel.

ab aliqua potestate humana etiam Papæ, vt peccata rite, ac legitime confessa, iterum confiteatur; nec de hoc negatio iusta lex, aut præceptum præscribi, aut faciri potest: quia humana præcepta, etiam Ecclesiastica, non possunt obligare ad id, quod est nimis difficile, attentata & spectata fragilitate humana: hoc autem negotium, attentata eadem fragilitate, nimis est difficile, vt egregie probat Nauarrus loco citato, & in cap. Placuit. de pœnitent. n. 112. ex qua doctrina verè sequitur, posse quemlibet pœnitentem, dum generaliter confitetur, confiteri illa peccata mortalia, quæ voluerit, & alia tacere; siquidem neque ad omnia confitenda de facto obligatur, neque obligari potest, quando iam sunt confessa.

Si tamen aliquis pœnitens, antequàm incipiat confessionem generalem, dicat Sacerdoti, se velle confiteri apud eum omnia peccata sua totius vite retroactæ, & postea aliqua scienter taceat, existimant Victoria in Summa, num. 266. & Syluester verbo, Confessor, l. num. 9. & Ledesma 2. lib. 10. quæst. 1. esse peccatum mortale, quia in re graui decipitur Confessarius sine causa. Credo tamen, nullum esse peccatum, nec mortale, nec veniale; & si est peccatum, ad summum esse tantum veniale: quia nec hypocrisis in re committitur, nec mendacium: primò, quia nomine omnium peccatorum venit maior numerus illorum: secundò, quia per illud dictum non se priuauit pœnitens iure, quod habebat, ad aperendum in confessione generali, quæ vellet, & quæ vellet taceandum; & interdum expediet non omnia confiteri eidem Confessario. Et huius opinionis videtur esse Henriquez lib. 2. de pœnitent. cap. 16. num. 6. sine vbi. ita ait: Si tamen quis interdum muret Confessarium solitum, vt alteri grauem casum, in quem forte incidit, fateatur, non peccat mortaliter, & interdum expedit. Hæc ille. Et cum Henrico id ipsum tenet etiam Soarius tomo 4. de pœnitent. disp. 22. sect. 1. num. 13. vnde, si non est hypocrisis, nec decipitur Confessarius, nec mendacium committitur in mutatione Confessarij, ne ille bonam opinionem conceptam de pœnitente amittat; nec peccatum in eo facto cernitur, iuxta Soarium, & Henriquez allegatos; profectò nec etiam in nostro casu cernetur, vt consideranti patebit. præsertim cum mendacium æquæ verbis, ac factis committatur.

Licet tamen verum sit, neminem posse obligari absque proprio consensu per præceptum aliquod humanum, etiam Papale, ad iterum confitenda peccata mortalia iam legitime confessa, vt num. 2. probauimus; tamen per proprium consensum, & iure diuino, potest quis obligari, v. c. per votum, aut iuramentum factum ob aliquam causam iustam, vt in bello, peste, naufragio, aut morbo: quia tunc ratione vinculi ipsius voti, aut iuramenti, proprio consensu facti obligabitur quis ad implendum id, quod promisit voto, aut iuramento. Ita docet Nauarr. in cap. Placuit. de pœnit. num. 107. & Viualdus in Candelab. aur. vbi de confessione, num. 66. §. Tertio respondeo. Ratio est: quia vnusquisque istorum, qui huiusmodi iuramentum, vel votum emisit, prauisit difficultatem, cui se exposebat: & nihilominus ad illam se proprio obligauit consensu, vt patet.

Si qui tamen voto, vel iuramento Deo promittat, se expiaturum sua peccata venialia, non adstringetur sub mortali ad confessionem illorum, iuxta illos Doctores, qui in meliori & communiori opinione docent, iuramentum promissorium, aut votum de re minima & veniali, non obligare

Victoria.  
Syluest.  
Ledesma.  
Gandau.

Henriq.  
Soarius.

Nauarr.  
Viualdus.

obligare sub mortali culpa, quos statim citabimus num. 8. versu, *Et ita debent docere*, & versu, *Secunda sententia*, in initio prædicti num. 8. Oppones contra hanc resolutionem: Votum de confitendis venialibus idèd non obligat sub mortali, quia venialia multis modis expiari extra confessionem possunt, & sunt materia leuis: sufficiens, voluntaria, ac minimè necessaria: sed peccata mortalia iam ritè confessa, sunt etiam materia sufficiens, voluntaria, ac minimè necessaria, cum iam moraliter sint condanata: ergo leuis: ergo, sicut votum de confitendis venialibus non potest obligare sub mortali, ratione leuitatis materia; ita neque etiam votum de confitendis mortalibus iam ritè confessis sub mortali obligabit, ratione eiusdem leuitatis. Respondeo, esse diuersam rationem: primo, quia peccata mortalia iam confessa, cum sint mortalia per se simpliciter, & absolute loquendo, sunt materia necessaria confessionis: neque enim propter confessionem amiserunt naturam mortalium; per accidens tamen, si ritè iam sunt confessa, & condonata, sunt materia leuis, sufficiens, & voluntaria; quia confessio illorum, si fuit ritè facta, sustulit obligationem illa iterum confitendi, non sustulit naturam: ac verò peccata venialia non per accidens, sed per se, & ex natura sua, sunt materia leuis, & voluntaria, vt patet: vnde est diuersa ratio: accedit, quòd nobis constat veniale, siue confiteatur, siue non confiteatur, semper esse materiam voluntariam: non constat autem, an mortalia sint ritè confessa, & condonata, vt constare possit, quòd non sint materia necessaria.

Ad hunc modum explicanda est Regula, & statutum nonnullorum Religiosorum, & speciatim ex venerabili Familia D. Bernardi, & antiquissima, ac perillustri D. Benedicti, quo sub mortali culpa obligantur confiteri semel in anno suis Prælati omnia sua mortalia peccata, etiam aliis confessionibus ritè ac legitime confessa: quanuis enim Doctores elaborent in reddenda ratione iustitiæ huius præcepti, & statuti; tamen ij melius autumant, qui asserunt, prædictos Religiosos obligari quidem ad huiusmodi statutum sub mortali, non immediate, & ex vi ipsius statuti; sed mediate, ratione, videlicet, taciti voti, quod in professione emittunt, seruandam omnia statuta ipsius Religionis, & ratione voti virtualis obedientiæ, quam in ipsa professione promittunt, ac proinde mediante ipsa solenni professione, se obligant ad seruanda omnia statuta ipsius Religionis. Ita Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 6. Nauarrus in cap. Placuit. de pœnitent. num. 118. & Hieronymus Flamma 1. parte methodi, cap. 5. §. 10. sicut enim ille, qui ordinatur sacris Ordinibus, tacitè se ad castitatem, non immediate quidem, sed mediante statu sacerdotali, quem suscepit, ex voto obligat vt notauit Sancius tomo 2. de matrimonio, lib. 7. disput. 27. num. 10. §. Caterum, vbi cum meliori opinione docet, multò esse probabilius, obligationem seruandæ castitatis in Sacerdotibus, non provenire immediate ex aliquo præcepto, aut statuto Ecclesiæ, quo Ecclesiæ directè præcipiat iis, qui sacris Ordinibus initiantur, obseruationem castitatis, sicut directè præcipit, & obligat ad Missam audiendam diebus festis; sed provenire ex ipso statu, quem ij, qui sacris Ordinibus initiantur, suscipiunt, quasi Ecclesiæ hanc conditionem & obligationem seruandæ castitatis ex voto, iis imponat, mediantibus sacris Ordinibus, qui statum sacerdotalem suscipiunt, ac si dicat: *Nolo vos aliter initiari, nisi ad castitatem ex voto huic statui adnexo adstringamini*, vnde est hoc onus

Henriq.  
Nauarr.  
Flamma.  
Sanchez.

Ordinibus sacris inseparabiliter adnexum. Et cum Sancio in hanc sententiam transeunt Doctores multi, Toletus lib. 4. Summæ, cap. 17. num. 21. & Toletus lib. 7. cap. 8. num. 3. Nauarr. in Summa Latina, cap. Nauarr. 22. num. 52. Gutierrez lib. 2. quæstionum canonic. Gutierrez. cap. 7. num. 2. Barbosa in rub. ff. Solutio matrimonio. Barbosa. no. 2. part. num. 100 & 101. & Spino Speculo Spino. Testam glossa 12. principali, num. 2. versu, *Votum autem solenne*, & multi, quos ibi citat idem Sancius. Sic pari ratione prædicti Religiosi obligantur sub mortali ad reconfitenda suis Superioribus omnia peccata sua mortalia iam ritè confessa non quidem immediate, & directè ex vi ipsius præcepti, & statuti; sed mediate, & indirectè, ex vi taciti voti emissi in professione. Cupit tamen piensissimus Nauarrus loco primo allegatus in cap. Placuit, num. 118. vt tale statutum aboletur ab huiusmodi Religionibus, vt pote durissimum: in plaxi tamen ita illud moderantur Superiores harum Religionum, vt solum in Aduenta Domini, in Quadragesima, & in Natalitio Christi, ac Pentecoste sibi reseruent confessiones omnium Religiosorum; non tamen eos obligant ad reconfitenda omnia peccata mortalia iam confessa; sed solum ad confitenda omnia peccata, quæ ab vltima sua confessione commiserunt, vt docet Flamma 1. p. Methodi, cap. 5. §. 10.

Inquiri hinc potest, vtrum ille, qui caret mortalibus, & venialia tantum habet, teneatur illa confiteri sub mortali, saltem tempore Quadragesimæ, quando præceptum confessionis obligat. Et hac de re est duplex sententia. Prima affirmat. Eam tenet Caietanus tomo 1. Opus. de confess. tract. 1. Innocentius in cap. Omnis vniuersusque se. Innocentius. xus, de pœnit. quem sequitur Supplementum, & debent tenere omnes, qui docent; votum, & iuramentum de re minima, & materia veniali obligare sub mortali; & hi sunt, idem Caietanus 2. 2. quæst. 39. a. 7. ad 1. Corduba in Summa Hispanica, q. 188. Couarr. lib. 1. var. cap. 1. num. 2. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 42. dubit. 5. num. 23. fol. 615. col. 2. & alij, quos ipsi allegant: non enim minus obligat vinculum voti, & iuramenti, quam præcepti: vnde, si lethaliter peccat ille, qui rem minimam voto, aut iuramento promissam non soluit; etiam peccabit mortaliter, qui caret mortalibus, si venialia non confiteatur, obligante præcepto Ecclesiæ semel confitendi in anno in Quadragesima.

Secunda sententia verior, & communior negat, & tandem asserit, licet peccata venialia sint materia sufficiens, & laudabile sit illa confiteri, siue in Quadragesima, obligante præcepto, siue extra illam, & extra obligationem præcepti, & licet asserere hoc non esse laudabile, sit hæresis damnata in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 7. tamen neminem teneri sub mortali ad confessionem venialium, nec etiam tempore Quadragesimæ, siue venialia sint separata, siue mixta, & coniuncta cum mortalibus. Ita docent expressè Nauarrus in Manuali Latino, cap. 12. num. 10. & 40. Vega lib. 5. syluæ, casu 494. fol. 33. mihi, col. 3. Angles in floribus, quæst. de confessione, art. 4. Angelus verbo, Confessio, 2. num. 27. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 3. num. 2. Sorus in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Victoria in Summa, quæst. de Sacramento pœnit. num. 129. Barthol. Ledesma in Summa, q. de confess. 7. fol. 514. Viualdus in Candelabro aur. vbi de confessione, num. 51. §. Terria conclusio, & ita debent etiam tenere omnes, qui asserunt, iuramenta promissoria, & votum de re minima, & veniali, non obligare sub mortali, sed tantum sub veniali: & hi sunt, Soar. tomo 2. de Relig. lib. 3. de iuram. Soarius.

Flamma.

Caietanus.

Caietani.  
Corduba.  
Couarr.  
Lessius.

8.

Conc. Tr.

Nauarr.  
Vega.  
Angles.  
Angel.  
Toletus.  
Sorus.  
Victoria.  
Ledesma.  
Viuald.

Soarius.

Azor. Sotus. Nauarr. Syluest. D. Anton. Conc.Tr.

ram. promissorio, cap. 16. n. 9. Azor tomo 1. Inft. moral. lib. 1. r. cap. 5. q. 3. Sotus lib. 2. de iust. quæst. 4. art. 3. circa finem, & lib. 8. q. 1. art. 7. Tolerus lib. 4. Summæ, cap. 22. num. 1. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 12. num. 10. & cap. 18. num. 7. sine Syluester verbo, Iuramentum, 4. quæst. 1. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 4. §. 1. & alij. Probatur ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. ibi: Oportet, pœnitentes omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discus- sionem conscientiam habent, in confessione recensere, etiam occultissima: nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, quanquam rectè, & utiliter in confessione dicantur; taceri tamen circa culpam, multif- que alijs modis expiari possunt. Hæc ibi. Deinde pro- batur rationibus. Primum, quia tam vnum veniale, quam omnia simul sumpta est paruitas materiæ respectu confessionis: paruitas autem materiæ in omnibus præceptis excusat à culpa mortali: nam lex diuina, & naturalis de non furando, & vin- culum voti, aut iuramenti, non minus obligant, quam vinculum præcepti Ecclesiæ de confessione annuali semel in anno faciendâ, imò magis; & tamen paruitas furti excusat à mortali; & parui- tas materiæ à iuramento promissorio: ergo etiam ratione paruitatis ipsius materiæ in præsentî ca- su excusabitur quis à præcepto confessionis annu- alis. Secundo, quia Ecclesia idem hoc præcep- tum imposuit, vt obligaret fideles ad recupe- randam gratiam, & amicitiam Dei, si forte illam per mortalia amiserunt: vnde, cum fideles venia- liter tantum peccantes hanc gratiam non amiser- rint, immunes erunt ab obligatione prædicti præ- cepti Ecclesiastici.

9. Nauarr.

Hinc in memoriam venit quæstio alia, an sal- tem obligemur sub veniali ex præcepto Eccle- siæ confiteri venialia in Quadragesima, quando mortalibus caremus. Et ratio dubitandi est: quia, vt latè probat Nauarrus in Summa Lat. cap. 12. num. 10. & 40. Sotus, Azor, & Soarius proximè allegati, ille, qui promisit sub iuramento, aut vo- tum emisit de re minima, venialiter tantum pec- cat; si votum postea non impleat, aut iuramen- tum: ergo etiam venialiter tantum peccabit ille, qui in obligatione Quadragesimæ non confite- tur venialia, si mortalibus careat, cum non mi- nus obliget vinculum voti, quam præcepti in suo genere. Respondeo, nec etiam ad veniale pecca- tum obligare hoc præceptum: & ita docet ex- pressè Angelus verbo, Confessio, 2. n. 27. vbi asse- rit, ita tenuisse Glossam in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. & citat etiam ibi Scotum in 4. dist. 17. quæst. 1. Et ratio est: quia nec Eccle- sia in eo præcepto, imò nec Christus Dominus in præcepto diuino ipsius confessionis de facto voluit obligare fideles ad confessionem venialium sub aliquo peccato veniali: quod pater ex eo, quòd venialia non dissoluunt amicitiam Dei, & multis modis, ac medijs remitti possunt; & quia alioquin iam venialia non essent materia merè sufficiens, ac voluntaria Sacramenti pœnitentiæ, sed aliquo mo- do obligatoria; quod omnes negant, vt iam sæpè dictum manet.

Angel. Glossa. Scot.

10. D. Bonau. Henric.

Dubitatur ergo, vtrum saltem illa peccata ven- ialia teneamur sub culpa lethali ex præcepto confessionis, diuino, vel Ecclesiastico, confiteri, quæ sunt propinqua mortalibus. Fundamentum dubitandi est: quia, vt docent D. Bonauen. in 4. dist. 16. q. vltima, & Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 6. potest Papa, & Superiores Religionum in suis Religionibus ea venialia referuare, quæ pe- riculum grauioris mali inducunt, & referuatio erit valida: ergo etiam poterit Ecclesia obligare ad confessionem ipsorum venialium, quæ pro-

pinqua sunt mortalibus; & si potest, de facto iam obligat per præceptum confessionis. Respondeo, licet Ecclesia possit referuare peccata venialia, de quo non est dubium; non posse tamen obligare sub mortali ad confessionem venialium, quan- tuniis propinqua mortalibus sint; si tamen con- stet esse venialia: quia Sacramentum confessio- nis ex primæua sui institutione institutum fuit à Christo Domino, tanquam secunda tabula post Baptismi naufragium, ad tollenda peccata morta- lia, pro reconciliandis hominibus cum Deo, quoties post Baptisum in peccata labuntur, vt de fide defi- nit Concilium Tridentinum sess. 14. can. 1. ij au- tem, qui habent peccata venialia tantum, quan- uis illa grauiora sint, non indigent hæc reconcilia- tione; cum peccata venialia à gratia Dei non excludant, vt num. 8. diximus, & ex eodem Con- cilio probauimus ibidem, & sæpè alibi. Præterea non valet argumentatio de referuatioe, ad obligationem confessionis, neque de potentia ad actum: nulla enim proportio est inter hanc illa- tionem, & consequentiam: Ecclesia potest referu- are venialia: ergo modò obligat, vel potest obli- gare in posterum ad confessionem illorum: nam ea referuatio, si daretur, omnino esset inutilis: est enim referuentur, non manet obligatio illa confitendi, cum multis modis remitti possint absque vilo ordine ad confessionem: vnde, etiam si referuata sint, adhuc possunt in confessione licitè taceri: solum enim ea referuatio id operabitur, vt si quis sponte sua illa confiteri velit, & hac via velit illorum remissionem impetrare, teneatur adire Superiorem referuantem pro illorum abso- lutione, vt optime notauit Soarius tom. 4. de pœnitentia, disput. 28. sect. 3. num. 2. pag. 662. col. 2. Et id, quod dictum manet de venialibus, dicendum est etiam de referuatioe mortalium, si iam sint ritè, ac rectè confessâ, & expiata, vt patet.

Conc. Tr.

Soar.

11.

Hæc tamen intelligenda sunt, quando non dubitatur an sint mortalia; quia in dubio æqua- li, an peccata commissa mortalia sint, non est du- bium, posse referuari, & referuatioem esse vri- lem, & obligatoriam, cum huiusmodi peccata re- mitti non possint, nisi per hoc Sacramentum, saltem in voto susceptum, quando in re suscipi non potest, vt latè probauimus cap. 1. num. 9. & fortè in hunc sensum locuti sunt D. Bonauenrura, & Henriquez numer. præcedenti allegati, quan- do dixerunt, posse venialia referuari, si ducant ad mortalia, aut mortalibus propinqua sint, id est, si dubitetur prudentialiter, & post factam dili- gentiam, arbitrio prudentis necessariam, an sint mortalia.

12.

Grauis tamen hæc dubitatio oritur, vtrum, sci- licet, personæ religiose, quæ Regulam, aut statu- tum habent, vt singulis mensibus, aut hebdoma- dis sua crimina confessione deregant, teneantur sub mortali culpa venialia confiteri, si careant mortalibus, & an possint Eucharistiam accipere sine confessione venialium: nam in Clementi- na 1. de statu Monachorum, præcipitur Religiosis Familiæ Diui Benedicti, vt singulis mensibus crimina sua confiteantur: & de hac re multæ sunt opinionos. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 1. alijs 2. art. 3. & Paludanus in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. & Innocentius in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. & Maior in 4. dist. 17. quæst. 2. & Glossa in prædicta Clementina, existimant, tam huiusmodi statuta, quam prædictam Clementinam solum eos Religio- sos obligare sub mortali, qui habent conscientiam peccati mortalis: ita enim ibi Glossa. Ardetur ergo Monachi singulis mensibus, ad quod fideles ar- detur singulis annis. Vnde, cum nullus fidelis obli-

Sotus. Paludan. Innoc. Maior. Glossa.

Graphis. 13. Colet. Camus. Nauarr. Sylu.

14. Soar.

15. Angel. Richard.

Sylu.

16. Tabianna.

getur sub mortali singulis annis venialia confiteri, vt supra resoluimus; sed ad summum ad vitandum scandalum teneantur sistere se Pastores, vt dicant, se non esse conscios peccati mortalis: idem profectò de Monachis dicendum etiam erit, in quolibet mense: & cum Soto, & Palud. consentit expressè Grassi lib. 3. decis. aur. c. 5. n. 106. Galetanus verò tomo 1. Opusc. tit. 5. q. 5. Canus in relect. de pœnit. p. 5. & Nauarr. in cap. Placuit. de pœn. & remiss. dist. 6. n. 122. & Sylu. verbo. Confes. 1. n. 4. arbitrantur, statuta Religionum, quam præ- dictam Clementinam obligare illos Religiosos, qui venialia tantum habent, ad legitimam confessionem illorum: quia hoc videtur magis consentaneum per- fectioni Religionis, & intèrioni Summi Pontificis, ac Prælatorum ipsarum Religionum: nam huius- modi statuti, & præceptis intendunt Summi Ponti- fices, ac Prælati Religionum, ipsas Religiones refor- mare; non esset autem reformatio, sed potius rela- xatio, si post singulos menses ad confessionem tan- tum mortalium obligarentur. Omnes tamen asse- runt, ad hoc non obligari prædictos Religiosos sub mortali: sed de honestate quadam, & sub veniali tantum. Dicunt tandem non obligare eas leges ad mortale: quia nec verba prædictæ Clementinæ, nec pœna ibi imposita (non enim ibi ponitur excom- municatio) tantam obligationem inducunt. Soar. tom. 4. de pœn. disp. 36. sect. 5. n. 7. pag. 800. col. 2. dubitat, ac tandem resouit, obligationem Re- gulæ, & statuti confessionum singulorum mensium, aut hebdomadum, in his Religionibus, & Consti- tutionem prædictæ Clementinæ de statu Mona- chorum, non magis obligare, quam earum Religio- num Regulas: quia in tota illa Clementina nullum verbum est, quod aliud indicet, & idem ait, videndū esse vsum, & declarationem Religionum: vnde si aliæ Regule non obligent ad culpam mortalem, nisi quando adiungitur pœna excommunicationis, nec hæc Regula ad eandem culpam obligabit: item, si vñs & declaratio Superiorum est, vt sit mortale, vel veniale; ita erit: si verò de hoc nõ constet, existimat Soarius, has leges explicandas esse iuxta verborum vim, & qualitatem materiæ, & continere obliga- tionem confitendi prædicta venialia sub mortali. Angelus verbo, Confessio, 2. n. 27. Ricard. & alij, quos refert, sed non sequitur Viualdus in Candel. aureo, vbi de confessione, n. 52. simpliciter affirmat, teneri prædictos Religiosos mediare ex vi ipsius Regulæ, & statuti confiteri omnia sua venialia sub mortali culpa: quia illi sponte sua se ad hanc Regu- lam obligant. Dicunt ergo huiusmodi Doctores, eos Religiosos non obligari ad hoc directè, & im- mediare ex ipsa Regula, aut ex vi ipsius præcepti prædictæ Clementinæ 1. de statu Monachorum, cum nullum, præceptum humanum, etiam Papale, absque proprio consensu possit obligare ad confes- sionem venialium sub mortali, vt diximus n. 2. hu- ius capituli: quia hoc esset mutare materiam Sacra- menti, & facere de venialibus materia necessariâ vt animaduertit Sylu. verbo, Confessio, 1. n. 14. Nec ex vi Sacramenti pœnitentiæ, cum venialia non sit materia necessaria illius, sed mediare, id est, mediâ- te professione, quam emiserunt, & qua mediante se obligantur ad obseruationem omnium statutorum sui Ordinis, ad eum modum, quem explicauimus n. 6. vbi explicauimus Regulam, & statutum, quod Religiosi D. Bernardi, & D. Benedicti habent, con- fitendi suis Prælati semel in anno omnia sua mor- talia, etiam in alijs confessionibus ritè confessâ. Verum, neque huiusmodi explicatio satisfacit: quia vt notat Tabianna verbo, Religiosorum, 23. nec omnia statuta Ordinis tenentur Religiosos seruare sub mortali, mediante professione: nam abstinentia P. Sijph. Faza idem in quibusque præc. Eccl.

etiam à carnibus, non ponitur in Regula D. Bene- dicti, vt præceptum; sed vt statutum quoddam, ad cuius obseruationem, mediare professione, se obli- gant Religiosi; & tamen Monachi vescentes carni- bus non peccant mortaliter, nisi id in contemptum statuti faciant. Nec refert, quòd prædictum statutum dicat, posse in carcere, & vincula detruadi eos Mo- nachos, qui contra illud carnibus vescentes fuerint: quia id debet intelligi, iuxta eundem Tabiannam, de iis Monachis, qui vel per contemptum, vel per con- tumaciam, vel contra obedientiam, & præceptum Superiorum hoc fecerint. Quare hinc magis confir- matur opinio Soarij n. 14. explicata. vbi docet, vi- dendum esse vsum, & declarationem Superiorum circa ipsas Regulas; & iuxta id iudicandum esse, an obligent ad culpam lethalem, vel venialem. Vltima sententia, quæ videtur communior, & verior, docet huiusmodi Religiosos, nec immediatè ex vi præcepti, & Constitutionis prædictæ Cle- mentinæ 1. de statu Monachorum, nec mediare ex vi professionis, teneri ad confessionem venialium, sub mortali; sed teneri tantum se sistere Confessariis, vt dicant, se nullius mortalis culpæ conscios esse, quibus illi tenentur credere, ad modum, quem dixi- mus c. 1. n. 4. de iis secularibus, qui tempore Qua- dragesimæ non habent nisi venialia, de quibus affir- mauimus, posse accedere ad Eucharistiam sine con- fessione; teneri tamen se sistere sub mortali, ad tol- lendum scâdalum, suis Parochis, saltem vt dicant, se non habere conscientiam peccati mortalis. Ita docet expressè Sylu. verbo, Confessio, 2. n. 14. & D. Thom. Th. in 4. dist. 16. & 17. q. 1. quæst. iunc. 4. ad 1. quem citat Sylu. & dicit hoc sequi ex doctrina D. Thom. & Scoti, & Paludani: Diuus enim Thomas ibi incli- nat vehementer in eam opinionem, quæ docet, hu- iusmodi Religiosos non teneri in particulari venia- lia confiteri; sed tantum in communi, ita vt teneantur accedere ad Confessarios, & dicere se sibi con- scios non esse alicuius mortalis; in multis tamen ve- nialibus deliquisse. Et id docet etiam expressè Viualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, n. Vega. 52. & Vega lib. 3. introd. cap. 30. Sor. in 4. dist. 18. a. 3. Ledesma 2. 4. q. 5. a. 3. & q. 22. a. 1. omnes apud Viualdum. Citari etiam possunt pro hac parte om- nes allegati n. 12. quare nus dicunt, huiusmodi Re- ligiosos solum teneri sub mortali confiteri morta- lia, non venialia, & ad id solum obligari ex vi præ- dictæ Clementinæ, & ex vi Regulæ, & statuti sui. Et certè hæc vltima sententia videtur communior & conformior rationi, & doctrinæ traditæ de pec- catis venialibus in superioribus. Reliqui Religiosi, qui non habent hoc statutum, vel consuetudinem, non tenentur confiteri singulis mensibus: nam conciliū Tridentinum sess. 25. cap. 10. de regularibus, non præcipit regularibus, vt singulis mensibus confiteantur; sed consilium, ac mo- net; & verbum, *Monet*, quòd vitur Concilium, non inducit obligationem, vt animaduertit Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 5. n. 7. col. 2. pag. 800. & Vi- ualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, n. 51. §. Quarta conclusio. & sic cessat tota quæstio, quæ olim agitabatur, vtrum scilicet, constituto Cle- mentinæ 1. de statu Monachorum, quæ pro Reli- giosis D. Benedicti & Cisterciensibus expedita fuit, extenderetur ad alios Religiosos, ac Moniales, cum Concilium Tridentinum, habens præ oculis præ- dictam Clementinam, dicat, id tantum consulen- dum, & monendum esse, & non præcipiat. Quamo- brem non est sequendus Nauarr. in Manuali Lat. rino, cap. 21. n. 59. vbi ex eodem Concilio docet, peccare Moniales, quæ singulis mensibus non fue- rint confessâ, cuiuscunque Ordinis sint: nam, vt dixi, Concilium non præcipit, sed monet. Extendi BB verò

17.

Sylu. D. Thom.

Viuald.

Vega. Sorus. Ledesma.

18.

Conc. Trid.

Soar. Viuald.

Nauarr.

verò huiusmodi obligationem consistendi singulis mensibus ad Canonicos regulares, docet Viualdus allegatus, & Oldradus consilio 222. quem ipse citat: quia rubrica tituli de huiusmodi Religiosis etiam loquitur; & ubi textus est dubius, rubrica explicat, quomodo sit intelligendus.

19.

Est tamen hic dubium, vtrum, quando in Iubilaeo requiritur confessio ad comparandas Indulgentias facienda intra certum tempus à publicatione illius, teneatur ille, qui tantum peccata habet venialia, ea confiteri, ad consequendum praedictum Iubilaeum, an sufficiat solum accedere ad Eucharistiam sine confessione praedictorum venialium. Et hac de re est duplex opinio. Prima asserit non teneri praedicta venialia confiteri. Ita docet Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 2. n. 2. & latè hanc partem defendit. Beia 3. p. casu 37. & id docet etiam Soarius tom. 4. de poenit. disp. 5. sect. 3. n. 5. & sequentibus, & Coninch. de Sacramentis, disp. 12. dub. 7. n. 38. verus, Nota, & Viualdus statim allegandus, & citat etiam pro hac parte Nauarrum de Iubilaeo, §. In Leuitic. & notab. 1. 8. n. 17. & D. Antoninum, quem dicit allegari ab ipso Nauarro. Sed Nauarrus ibi, nec D. Antoninum allegat, nec id asserit expressè: solum enim asserit, ad consequendum Iubilaeum satis esse, quòd quis ita sit confessus, vt non teneatur ad confitendum: quia non videtur intentio Papae eos obligare ad iterum confitenda peccata, quae legitime confessa sunt. Ex quo tandem dicitur argumentum: nam, si satis est, vt quis ita sit confessus, vt non teneatur ad confitendum, rectè sequitur, eum, qui tantum habet venialia, nò teneri confiteri venialia ad comparandas gratias Iubilaei, cum absolute ad confessionem venialium non teneatur, nec etiam tempore Quadragesimae: & idè per quandam consequentiam potuit Viualdus Nauarrum pro sua parte allegare. Fundamentum horum Doctorum est, primò: quia confessio ad consequendum Iubilaeum non debet magis obligare, quam obliget confessio Quadragesimae: sed confessio temporis Quadragesimae non obligat ad confessionem venialium, vt diximus, & docent hi Auctores locis hic allegatis: ergo nec etiam obligabit Pontifex in Iubilaeo ad confessionem venialium. Secundò, quia confessio idèd praecipitur in Iubilaeis in Manuali Latino, cap. 21. n. 37. & in cap. Fratres, de poenit. & remiss. n. 22. & in cap. Inter verba, eodem tit. n. 75. & Sor. lib. 5. de iust. q. 5. a. 4. pag. 436. & Vega lib. 1. Sylus, cas. 5. & Tol. lib. 3. Summa, c. 9. n. 2. & Ang. verbo, Confessio, §. 6. & Armilla verbo, Confessio, §. 5. & Sa verbo, Confessio, n. 21. & Azor tom. 1. lib. 5. c. 28. & Couar. lib. 1. var. resol. cap. 1. n. 2.

Henric.

Beia.

Soar.

Coninch.

Viuald.

Nauarr.

D. Anton.

20.

Secunda sententia affirmat teneri eos, qui volumus Iubilaeum comparare, venialia peccata confiteri, quantumlibet mortalibus careant, & aliter illud non comparare. Ita docet Sorus in 4. dist. 21. quaest. 2. art. 3. & Sancius lib. 8. de matrim. disp. 15. n. 19. & Viualdus in Cand. aur. vbi de confess. n. 53. fol. mihi 100. & Corduba lib. 5. quaestionarij. q. 28. qui omnes dicunt, tutius esse confessionem praemittere, saltem alicuius venialis, licet nò omnium, aut saltem omnium in generali, nullum in particulari explicando, dicendo, scilicet, Confessario: Conscientiam mortalis non habeo; in multis tamen venialibus deliqui: & idèd peto absolutionem, quia illorum me poenitet. Et id docet etiam Illustrissimus Dominus Rodericus à Cunha, Episcopus Portuensis, olim Amiensis, in suis doctissimis Aduertentiis ad Iubilaeum anni 1620. cap. 6. n. 4. fol. 10. pag. 2. & id etiam tenet expressè Emmanuel Rodr. in Summa, verbo, Iubilaeo, n. 12. Fundamentum huius opinionis est, primò, quia haec est vna & potissima conditio, quam requirit Papa, vt Iubilaeum comparemus, confessio, scilicet; & non aliter, nec alio mo-

Sorus.

Sanchez.

Viuald.

Corduba.

Roderic.

Rodrig.

do illud concedit, nisi per hoc medium, & supposita hac conditione: & Summus Pont. illum requirit absolute, id est, quanuis aliunde ex praeecepto excusetur: à tali confessione: quod in de clarius patet: quia etiam praecipit, vt senes, & pueri ieiunent; & tamen pueri, & senes à ieiunio excusantur, & ex praeecepto Ecclesiae ieiunare non tenentur.

Ego vtranque opinionem propter suos Auctores, & fundamenta iudico satis probabilem: istam tamen secundam probabiliorè existimo. Et ad fundamenta contraria sic respondeo. Ad primum dico, Summum Pont. non concedere gratias Iubilaei, nisi sub certis conditionibus in Iubilaeo assignatis, & potissimam esse, vt fideles confiteantur ad illas comparandas. Nec refert, quòd sint in gratia, quia id per accidens est, & lex Confessionis ibi requiritur, & praescripta, est lex directiua pro omnibus. Et eadem responsio dari potest in secundo, & primo: parum enim refert, quòd ij, qui carent mortalibus, & venialia tantum habent, non obligentur ad confessionem quadragesimalem ex praeecepto Ecclesiae: nam plus requiritur in confessione Iubilaei, quam in confessione Quadragesimae, cum Summi Pont. in Iubilaeis neminem obligent ad comparandum Iubilaeum; sed tantum inuident: vnde, qui illud volunt comparare, debent seruare condiciones impositas à Summo Pont. vt comparetur, & praecipua est confessio; ac proinde si volunt comparare, tenentur confiteri venialia: in Quadragesima verò, solum illi, qui conscientiam habent peccati mortalis, vt patet in exemplo de ieiunio: nam pueri, & senes, si volunt ipsum Iubilaeum comparare, tenentur ieiunare; cum tamen praeeceptum Ecclesiae eos ad id non obliget.

Vltimò inquires, an ille, qui mortalibus, & venialibus caret, sibi tamen imponit vnum veniale in confessione, illudque pro vnica, sola, & praecisa materia confessionis praebet, veniale tantum committat, an mortale. Respondeo, peccatum lethale esse, & confessionem esse nullam, & sacrilegam; non quia mentitur in confessione, sed quia mutatur materia Sacramenti, & assignatur materia falsa pro vera materia ipsius Sacramenti, in quo maxima irreuerentia committitur in ipsum Sacramentum. Ita docent communiter Doctores, Nauarr. in Manuali Latino, cap. 21. n. 37. & in cap. Fratres, de poenit. & remiss. n. 22. & in cap. Inter verba, eodem tit. n. 75. & Sor. lib. 5. de iust. q. 5. a. 4. pag. 436. & Vega lib. 1. Sylus, cas. 5. & Tol. lib. 3. Summa, c. 9. n. 2. & Ang. verbo, Confessio, §. 6. & Armilla verbo, Confessio, §. 5. & Sa verbo, Confessio, n. 21. & Azor tom. 1. lib. 5. c. 28. & Couar. lib. 1. var. resol. cap. 1. n. 2.

Dixi, non quia mentitur: quia mentiri in confessione, affirmando, vel negando de se aliquod veniale, siue pertineat ad ipsum actum confessionis, vt si inter alia mortalia, vel venialia, quae commisit, dicat aliquis vnum veniale quod non commisit: siue non pertineat, vt si Confessarius interroget poenitentem, an sit diues, & ille id affirmet, cum tamè sit pauper, non est peccatum mortale, sed veniale tantum: siue quis proponat illud postea confiteri, siue non, vt optimè notant omnes Doctores supra citati num. praecedenti. Sed de hac re inferius etiam tractabimus, cum de fidelitate confessionis egerimus.

CAPVT. III.

De materia proxima confessionis, id est, de contritione: quid sit contritio: quomodo actus illius fiat: & quomodo sit necessaria ante legem gratiae, & post legem gratiae.

SVMMA

SVMMARIVM.

Contritio, quanuis sit actus internus, est pars integralis huius Sacramenti, & materia proxima illius. num. 1.

Satisfactio an sit materia proxima illius. num. 2.

In peccato mortali tria reperuntur, offensio Dei, reatus poenae, & fomes peccati, quae omnia tollit, aut minuit Sacramentum Poenitentiae. num. 3.

Contritio, vel considerari potest absolute, vel pro statu tantum legis gratiae. num. 4.

Nomine contritionis venit etiam attritio, quae dicitur imperfecta contritio. num. 5.

Describitur contritio pro statu legis gratiae. num. 6.

Et pro statu legis scripturae, & naturae. num. ibid.

Quid sit peccatum deservari. num. 7.

Quid deservari super omnia. num. 8.

Ad actum deservationis non requiritur certa intensio ipsius actus. num. 9.

Sufficit appetitina, & quid illa sit. num. ibid.

Contritio, & deservari debet esse voluntaria. n. 10.

Actus formalis amoris Dei supra omnia, seu summè dilecti, continet in se virtualem contritionem, & est sufficiens dispositio ad gratiam. num. 11.

Quid sit propositum cauendi in futurum omnia peccata mortalia. num. 12.

An debeat esse formaliter expressum, vel sufficit virtuale inclusum in ipsa deservatione peccati. n. 13.

In vero actu contritionis, in statu legis gratiae, semper includitur propositum, saltem virtuale, confessionis, inclusum in ipsa deservatione peccati. num. 14.

Quomodo fiant, ac eliciantur actus contritionis, & attritionis. num. 15.

Materia proxima huius Sacramenti est peccatum contritum, confessum, & satisfactio obnoxium, seu potius est dolor de ipso peccato: antequàm igitur de contritione, vel attritione, seu de hoc dolore agamus, duae dubitationes nobis proponendae & soluendae sunt. Prima sic habet: Contritio non est materia proxima huius Sacramenti: ergo falsum id affirmatur: nam Sacramentum est signum sensibile rei sacrae: contritio autem est quid intrinsecum, & non sensibile: ergo non potest esse pars Sacramenti: si enim sciri posset, sciret homo, se esse in gratia, quod est falsum: nemo enim scit, vtrum odio, vel amore dignus sit: Respondeo, Sacramentum signum esse sensibile: nego tamen contritionem, non esse signum sensibile: quia, quanuis sit actus intrinsecus; tamen, quatenus coniungitur cum actu externo proferendi, dicendique in confessione peccata, signum sensibile dici potest: quia tamen homo scire non potest, an habeat veram contritionem, vel attritionem, qualis requiritur ex institutione Christi ad valorem, & fructum huius Sacramenti; inde est, quòd ignoret, vtrum odio, vel amore dignus sit.

Secunda est: Satisfactio non est materia huius Sacramenti: ergo contra dicta. Probatur antecedens: quia materia debet antecedere formam, & est prior forma, vt constat in reliquis Sacramentis: satisfactio autem est posterior ipsa forma, & illam subsequitur: ergo non est vera materia. Respondeo, non semper opus esse materiam praecedere formam, vt patet, non solum in partibus integratibus hominis, quae sunt partes materiales illius; & tamen, vt homo formam, & speciem hominis habeat, non opus est, vt omnes partes integrales, ac materiales illius prius existant; sed etiam in partibus artificialibus artefactorum: domus enim, & nauis prius habent formam nauis, & domus, quam habeant omnia ligna, & omnes lapides, quae sunt partes materiales P. Steph. Fagundes in quinque praed. Eccl.

illius, ex quibus, tanquam ex materia, constant: satisfactio autem est pars integralis huius Sacramenti.

His dubitationibus solutis, notandum est primò, in peccato mortali tria esse: primò, iniuria, seu offensio Dei: secundò, reatus poenae, ob quem reatum, quanuis homo moriatur in gratia, non admittitur statim in gloriam, sed eam poenam purgat in igne purgatorio: tertio, est etiam in peccatore fomes peccati originalis, deriuati ab Adamo, & habitus vitiosus; qui tamen non retardant hominem ab assecutione gloriae: haec omnia Sacramentum poenitentiae, aut tollit, aut minuit, ac deprimat: contritio enim primò, & directè tollit, & destruit peccatum, vt est iniuria; & Dei offensio: satisfactio tollit, ac destruit reatum poenae, qui reatus est effectus peccati: tollitur autem hic reatus poenae per satisfactionem propriam, vel in hac vita, vel in purgatorio post mortem; vel etiam per hoc, quòd nobis mortuis, & in igne purgatorio existentibus, aliena satisfactio, & indulgentia per modum suffragij in hac vita applicatur. Propositum firmum emendationis, quod datur in confessione, minuit ac riprimat directè fomitem peccati, & destruit habitus vitiosos.

Notandum secundò, nos vel posse agere, & loqui de contritione, quae modo requiritur in lege gratiae ad salutem hominum, pro vt inferuire potest Sacramento confessionis: vel posse agere de contritione secundum se accepta & proprie dicta, quae requirebatur ante legem gratiae ad eandem salutem hominum, quae distinctiones, si mente habeantur, multae ambiguitates tollentur, quae in definienda vera contritione reperiuntur.

Notandum tertio, nomine contritionis venire etiam attritionem, latè accepto vocabulo contritionis, quomodo multi Patres, & Concilia olim locuti sunt, & multi Doctores hodie loquuntur: melius tamen ab aliis ipsa attritio, dicitur imperfecta contritio, quod est valde notandum, & memoriae assignandum, ad intelligendos Patres, Doctores, & Concilia, qui hac de re loquuntur.

His notatis, contritio pro statu legis gratiae, & pro vt inferuire potest Sacramento poenitentiae, ita describitur à Doctores, & praecipue à Tolet. lib. 3. Summa, cap. 4. Contritio est praeteriti peccati, vt est Dei offensio, voluntaria deservatio super omnia, cum proposito peccata praecauendi in futurum, & cum proposito peccata commissa confitendi, saltem virtuali. Contritio verò absolute sumpta, & ante statum legis nouae, & gratiae, sic describitur: Est praeteriti peccati, vt est Dei offensio, voluntaria deservatio super omnia, cum proposito nunquam amplius peccandi: ita vt de prima definitione, seu descriptione pro statu gratiae solum demantur illa verba, Cum proposito, saltem virtuali, peccata commissa confitendi. Colligitur illa particula, quae in statu legis gratiae ad definitionem contritionis additur: Cum proposito, saltem virtuali, peccata commissa confitendi, ex Concil. Tridentino sess. 14. can. 4. ibi: Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requirere actus in poenitente, quasi materiam poenitentiae Sacramenti, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, aut dixerit, duas tantum esse partes poenitentiae, anathema sit. Vbi vides, expressam fieri mentionem confessionis: non est tamè necesse, vt hoc propositum sit formale, & expressum; sed sufficit virtuale, vt optimè notat Nauarr. in Manuali Lat. c. 1. n. 2. & Tolet. 3. Summa, c. 4. & Sor. in 4. dist. 17. q. 2. a. 1. semper autem cum quis elicit actum contritionis, habet propositum virtuale confitendi sua crimina, inclusum in ipsa deservatione peccati, nisi expressè proponat nò confiteri: quia tunc illud formale propositum non confitendi, destruit virtuale confitendi. Attritio verò in se sumpta ita describi potest:

3.

4.

5.

6.

Tolet.

Describitur

actus

contritionis.

Conc. Trid.

Nauarr.

Tolet.

Sorus.

BB 2



Est peccati mortalis detestatio voluntaria, ut est mali alicuius temporalis causa, quo Deus auctor gratia peccatorem punire potest, quia se diuina gratia priuauit, & quia Deum voluntarie offendit. Breuius: Est voluntaria detestatio peccati, ut est Dei offensa, propter malum temporale, quod nobis afferre potest, v. c. aegritudinem, infamiam, poenam Inferni, & his similia.

7. Explicemus iam singulas particulas definitionis contritionis. Detestatio ponitur loco generis, cetera loco differentie. Prima particula est prateriti peccati voluntaria detestatio. Detestatio peccati, & detestari peccatum ad actum voluntatis spectat: tunc autem detestamur illud, cum voluntas ex consideratione prateriti peccati se commisit in hunc actum doloris prorumpit: Nollem peccasse. Secunda est, ut est Dei offensa. Non sufficit absolute, nolle peccasse; sed opus est, nolle peccasse, quia peccatum est offensa Dei, & iniuria illius, ac proinde quia Deum offenderit: nam nolle peccasse absolute, quia peccatum malum aliquod temporale, vel poenam aliquam eternam secum affert, est imperfectissima attritio, non contritio, & talis attritio, vt si poenitens cognoicat se detestari peccatum, non vt est Dei offensa, sed tantum vt precise est alicuius mali temporalis causa. v. c. vt est causa infamiae, vel aegritudinis iniuncta a Deo, vt auctor est rerum naturalium, quauis actus bonus sit, tamen actus est naturalis, & non sufficit ad Sacramentum poenitentiae, nec est congrua dispositio illius; & qui sic accederet ad confessionem, peccaret mortaliter, sacrilegiumque committeret, & confessionem inuolidam faceret: sic enim poenituit Iudas, & Antiochus. cap. 7. & cap. 3. de peccatis, de poenit. dist. 3. & tamen nihil eis profuit talis actus poenitentiae. Ita docet D. Thom. in 4. dist. 17. quaest. 1. ad 4. & Tolerus lib. 3. Summæ, cap. 4. num. 5. Prima, & Nauarr. cap. 2. num. 7.

Tertia particula est, super omnia, id est, non vt actus detestationis, & doloris sit intensissimus; sed vt sic detestemur peccatum, vt potius velimus quodcunque malum pati, quam peccasse; & hoc est detestari, seu retractare peccatum super omnia, seu supra omne delectabile: nec opus est facere istiusmodi collationes in particulari, Mallem hoc, vel illud tormentum vtilisse, quam peccasse, propter Dei offensionem: sunt enim huiusmodi collationes periculosissimæ, & possent aliquando Diabolus nos illis decipere, & illaqueare: si tamen homo illas faciat, bonæ sunt, non tamen debet se his periculis exponere sufficit enim, quod sit detestatio efficax, & quod in generali ita detestemur peccata, vt nihil magis detestemur, quam Dei iniuriam, & offensionem. Ita docet Toler. lib. 3. Summæ, c. 4. §. 3. pars. Med. C. de poenit. tract. 1. q. 5. Nau. in Man. Lat. c. 1. n. 4. & D. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. a. 3. quaest. iunc. 3.

Neque ad prædictum actum detestationis requiritur certa intentio: sed satis est appetitiua, qua velimus potius quodcunque malum subisse, quam Deum offendisse; & ideo non est opus, vt hic amoris actus, & detestatio peccati, vt est Dei offensa, sit in aliquo certo gradu intensus: vna enim contritio, quantumuis remissa, si tamen est appetitiua, potest delere quodcunque peccatum, etiam grauissimum: neque enim homo tenetur magis conteri de vno peccato, quam de alio, quauis sit valde vile magis conteri de grauioribus, quam de minus grauib: quia maior contritio ad maiorem remissionem poenae temporalis, & assecutionem gratiae, ac gloriae inferuit: nam contritio ordinariè non aufert, aut remittit totam poenam temporalem relictam ex peccato condonato, debitam peccato: ob id enim sunt Indulgentiæ, & sacrificium Missæ ad remittendam

D. Thom. Tol. Navarr. 8.

Toler. Medina. Nauarr. D. Thom. 9.

hanc poenam, & ignis purgatorius, in quo in alia vita purgetur, ac eluatur. Potest tamen tam vehemens, ac grandis esse contritio, vt totam aufert poenam temporalem: imò & ipsa attritio supernaturalis, quod maior, vel minor fuerit, eò magis, vel minus cum Sacramento confessionis hanc poenam remittet, & gratiam ac gloriam operabitur, vt statim dicemus. Ratio verò à priori, ob quam quælibet vera contritio, seu attritio, etiam si remissa admodum sit, cum Sacramento poenitentiae, quodlibet peccatum, quantumuis grauissimum, aufert, est, quia ex attritio cum Sacramento fit homo contritus; & vbi datur contritio, datur gratia: minimus autem gradus gratiae sufficit ad expellenda omnia peccata, & ad reddendos peccatores ex inimicis amicos Dei, vt passim Doctores attestantur. Sed hac de re iterum dicemus cap. 6. num. 1. 3. & cap. 7. n. 5.

Quarta particula est, voluntaria, id est, libera, & spontanea: non enim debet esse contritio actus necessitatis: sed talis, qui in nostra potestate sit cum auxilio diuino: vnde poenitentia damnatorum non est contritio, quia non est voluntaria, sed violenta & coacta: vnde etiam non est legitima contritio ad Sacramentum poenitentiae, & confessionis, illa, quæ oritur in voluntate hominis, absque vlla deliberatione, quia non est voluntaria, & supernaturalis, sed naturalis, vt docet Nauarrus cap. 1. num. 3. & D. Thom. 1. 2. q. 6. a. 2.

Commune tamen est apud Doctores, actum formalem amoris Dei super omnia, congruam dispositionem esse, ad remittenda peccata, & gratiam comparandam, ex eo, quod virtualiter sit contritio, in eoque amore virtualiter includatur detestatio peccatorum: talis est actus peccatoris; quo quis ex amore Dei vult subire martyrium sibi repente oblatum sine peccatorum memoria, iuxta meliores Theologos. Talis est etiam quilibet actus amoris Dei summè dilecti, quo scilicet, ipsum Deum appetitiuè summè diligimus, & plusquam omnia; quia, scilicet, in illo includitur virtualis contritio, & detestatio omnium peccatorum. Ita Nauarr. citatus, & Medina C. de poenit. tract. 1. q. 1. & hunc amoris actum vocat ibi Medina amorem obedientialem, quia virtualiter continet voluntatem efficacem obediendi Deo, & implendi quicquid ille præceperit, quauis Sor. lib. 1. de natura, & gratia, soli martyrio hoc privilegium concedat: sed minus vere, quia huiusmodi actus amoris extenditur ad perfectandum, subeundumque martyrium; imò & ad habendam contritionem, & faciendam confessionem omnium peccatorum loco, & tempore debito, vt optime probat Medina citatus. Vnde corrui fundamentum impudentissimi Lutheri: ille enim actuali, aut virtuale propositum confitendi peccata, nec contritionem supernaturalem, nec voluntatem martyri subeundi, nec actum amoris Dei summè dilecti requirit ad iustificationem peccatoris; sed puram, & solam, & meram cessationem à peccatis, inceptionem nouæ vitæ, quam contritionem vocat: quod tamen iam damnatum est in Concilio Tridentino sess. 14. can. 1. & cap. 5.

Quinta particula est, cum proposito cauendi omnia peccata in futurum supra omnia: id est, proponere debet peccator, se cum diuina gratia in posterum Deum non offensurum, & potius passurum quodcunque malum, etiam mortem, quam illius offensionem commissurum: sufficere tamen, quod hoc fiat in generali.

Vtrum autem hoc propositum cauendi de cetero omnia mortalia, & debeat esse formaliter expressum, an satis sit virtuale inclusum in ipsa legitima detestatione illorum, est dubium. Toler. lib. 3. Summæ, c. 4. §. Quinta est, & D. Thomas 3. p. q. 90. a. 4. & Alensius

10. 11.

Medina. Sor.

12

13.

Toler. D. Thom. & Alensius

CAPVT IV.

An contritionis, & attritionis actus formaliter in dolore de peccatis consistant: proponitur distinctio inter utrumque: soluantur multa dubia contra traditam doctrinam: queritur, an in mortis articulo teneatur sub mortalitate confessus, ex propria charitate elicere actum amoris, vel contritionis.

S V M M A R I V M.

Attritio, & contritio formaliter consistunt in detestatione, odio, vel fuga peccatorum, non in dolore. n. 1. Motiuum contritionis est ipsum peccatum principaliter detestatum, quia est Dei offensa; secundario, quia est causa alicuius damni temporalis. num. 2. Assignatur prima differentia inter attritionem, & contritionem. ibid. Assignatur secunda. num. 3. Assignatur tertia. num. 4. Actus attritionis, est actus supernaturalis. num. 5. Quomodo attritio ex metu gehennæ possit esse supernaturalis, cum ille metus naturalis sit. num. 6. Proponitur, ac soluitur obiectio. num. 7. Fuga, & detestatio poenae, aut peccati, propter poenam, quomodo possit esse actus supernaturalis attritionis cum tamen illa fuga spectet ad commoditatem naturalem. num. 8. Quomodo attritio orta ex fœditate peccati, & ex metu poenae temporalis, possit esse actus supernaturalis. n. 9. An, quia attritio cum Sacramento Poenitentiae in re suscepto sufficit ad salutem, dispensatum sit in precepto contritionis. num. 10. An illi, qui in articulo mortis ritè confessi sunt cum attritione cognita, teneantur elicere actum contritionis, vel amoris Dei, sub mortali: refertur sententia affirmatiua. num. 11. Confirmatur eadem sententia. num. 12. Praefertur negatiua. num. 13. Attritio cognita cum Sacramento sufficit ad salutem. num. 14. Soluantur argumenta contraria opinionis, & proponuntur rationes huius secunde. num. 14.

Quoniam ipsa contritio, & attritio, à Theologis dolor modò de peccatis commissis appellatur, modò detestatio, ac fuga illorum, inquirendum est modò, quid formaliter, & essentialiter sit ipsa contritio, & attritio; & in quo formaliter consistant; an in dolore de peccatis commissis; an in detestatione, & odio illorù, vel in aliquo alio; & quid tandem illud esse possit. Breuiter respondeo, non esse formaliter dolorè de peccatis commissis: nec enim essentia contritionis, aut attritionis in dolore, aut tristitia consistit: sed esse essentialiter actum detestationis, & odij, quo quis nolle peccasse; quatenus peccatum est Dei offensa, & iniuria; & tunc est contritio: vel quatenus est malum quoddam, quod nobis multa temporalia incommoda afferre potest, & priuare beatitudine; & tunc est attritio. Ex hac autem detestatione semper sequitur dolor, & tristitia in peccatore: & ideo, quia dolor ipse indiuiduus comes est ipsius contritionis, vel attritionis, seu potius ipsius actus detestationis, attritio, & contritio, dolor aliquando appellatur: ex eo enim quod intellectus fide illustratus considerat peccatum, vt Dei offensionem; & vt malum, quod non potest non esse factum, sequitur

Alensius. Conc. Flor. Nauarr. Vega. Soar.

Syluest.

14.

Nauarr. Tol. Sor.

15.

16.

& Alensius 4. part. memb. 9. quaest. 69. art. 2. & alij affirmant, debere esse formale. Probat: quia in Concilio Florentino, sess. 6. art. 6. dicitur, necessarium esse propositum obseruandi diuina mandata: quantum autem hac sententia per se sit communior, & securior; in nonnullis tamen casibus non est negandum, per accidens, & ex defectu vitæ temporalis, & ex defectu etiam considerationis sufficere propositum virtuale inclusum in ipsa detestatione peccatorum, vt docet Nauarr. in Manuali Latino, cap. 1. num. 6. & Vega lib. 3. cap. 21. de iustificatione, & Soar. tom. 4. de poenit. disp. 4. sect. 3. num. 6. v. c. potest hoc contingere in articulo mortis, quando quis omninò est in extremo vitæ articulo, vel quando de eius vita desperatur, vel est condemnatus ad mortem: nec enim tunc videtur necessarium habere huiusmodi formale propositum cauendi de cetero peccata in futurum. Inaduerentia etiam, iuxta Nauarrum allegatum, sapienter potest excusare ab huiusmodi formali proposito: sufficit igitur in his casibus propositum virtuale inclusum in perfecta detestatione peccatorum, & hoc est, quod dicit Syluester verbo, Contritio, quaest. 1. Qui manulit mori, quam peccare, contritus est. Quod dictum intelligendum est de martyrio pro Christo Domino subeundo; vel de formali actu amoris diligendi Deum supra omnia; vel de perfecta detestatione omnium peccatorum, qua quis magis vellet mori, quam Deum offendisse, in qua virtuale propositum includitur cauendi omnia peccata mortalia in futurum.

Adde pro statu legis gratiae vltimam particulam, Cum proposito, saltem virtuali, consentendi. Dicitur, saltem virtuali: quia communis sententia docet, non requiri formale, sed sufficere virtuale, quod includatur in perfecta detestatione omnium peccatorum. Ita docet Nauarrus in Manuali Latino, cap. 1. num. 10. Tolerus lib. 3. Summæ, cap. 4. §. Sexta particula. Sotus in 4. dist. 27. quaest. 2. art. 1. quod maximè verum est, quando poenitens ob inculpabilem inaduerentiam non meminit huius formalis propositi, vt rectè obseruauit Nauarrus allegatus.

Sed ad finem huius capituli rogabis, quomodo fiant actus contritionis, & attritionis. Actus contritionis elici potest, cum quis fide considerans peccatum, vt est maximè detestandum, Deique offensa, & iniuria, quem ob suam immensam, infinitamque bonitatem diligere summè debebat, ita dolens ait: De peccato, quia est Dei offensa, & iniuria, super omne id, quod me poenitere potest, poenitet, & propono cum diuina gratia me amplius mortaliter non peccaturum. Vel ita, & breuius, ac facilius: Poenitet me inimi de meis peccatis propter Deum, quem summè diligere debeo: & de cetero emendationem propono in futurum. Actus verò attritionis in hunc modum elici potest: v. c. cum quis considerans fœdritatem peccati, & malum temporale aegritudinis, aut molestiae, quam sibi afferre potest, dicit ex corde: Poenitet me de meis peccatis: quia propter illa Deus auctor gratia me beatitudine priuare potest, & multis malis temporalibus affligere, acque punire: & propono emendationem in futurum.

Sed hæc amplius patebunt ex capite sequenti, in quo discernent, ac distinctionem inter actus contritionis, & attritionis apponemus.

P. Steph. Fagundes in quinque prec. Eccl.

sequitur dolor; & tristitia in voluntate, eod quidd Deum immerito offenderimus, qui dolor, & tristitia sapè mouet sensum, & hinc prorumpimus in lacrymas, & gemitus & sic cessat longa illa disputatio, quam Soar. & alij Theologi intexunt super hanc materiam: & ita docet Toletus lib. 3. Summae, cap. 4. num. 3. & est vera doctrina illius.

Toletus.

2. Ex dictis in cap. preced. num. 15. inferes, quomodo differant inter se contritio, & attritio: differunt enim primò: quia motiuum contritionis semper est peccatum ipsum primariò, & principaliter detestatum, vt est Dei offensio, & iniuria; secundariò verò, & minùs principaliter, vt est causa infamiae, aut mali temporalis, aut vt est malum quoddam scedans animam, & deturpans, reddensque eam seruam Diaboli; vel, quia est malum, cui deheritur pœna aeterna, aut quia ex eo sequitur damnnum aliquod temporale; causa verò, & motiuum attritionis, ex qua pœnitens in actum attritionis confurgit, illumque elicit, ac peccatum detestatur, est etiam ipsum peccatum mortale à se commissum; sed non, quia est Dei offensio, & iniuria, verùm vt est quoddam malum animam scedans, beatitudine & gloria priuans, aut vt est causa pœnae aeternae, aut pœnae ac mali temporalis, veluti infamiae, aegritudinis, quae nobis à Deo infligitur, vt auctor gratiae, quam amisimus per peccatum. Colligitur hæc differentia ex Theologis passim, & praeceptum ex Tolet. lib. 3. Summae, c. 4. s. Primò. ex parte obiecti, & ex Henriq. lib. 1. de pœnit. cap. 26. initio, & ex Caiet. opusculo de contr. tract. 4. q. 1. & tract. 5. de confess. q. 5. & ex Nauarro cap. 1. n. 36. in Summa Latina: ex D. Thoma 1. 2. q. 74. a. 8. ad 2. ex Conc. Trident. sess. 14. cap. 4. & ex Bellarm. lib. 2. de pœnit. cap. 17.

Tolet. Henriq. Caiet. Nauarro. D. Thom. Conc. Tr.

3. Differunt secundò, quia contritio per se, & absque Sacramento in re suscepto, est sufficiens ad iustificationem impij peccatoris, & gratiae comparationem; & si statim moriatur homo, causa est salutis aeternae: at verò attritio, nulla, per se sine Sacramento in re suscepto iustificat peccatorem, & qui cum sola attritione moreretur absque Sacramento confessionis, damnaretur, cum illa per se non sufficiat ad iustificationem peccatoris: patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4.

4. Differunt tertio: quia actus contritionis ex sua propria natura, & ratione, communiter includit, vel formaliter, vel virtualiter, actum amoris Dei super omnia, & ex illo actu, vel formaliter, vel virtualiter procedit: actus verò attritionis procedit formaliter, vel ex metu gehennae, & scedatione animae, vel ex infamia temporali, & malo aegritudinis, aut detrimento alio temporali, quod nobis à Deo poreft infligi, vt auctor est gratiae, quem mortaliter offendimus, & quam per peccatum amisimus, vt patet ex eodem Concilio Trident. sess. 14. cap. 4. ibi: *Docet praeterea sancta Synodus, esse contritionem hanc aliquando charitatem perfectam esse coniungat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: illam verò contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex metu gehennae, & pœnarum concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae, declarat donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo penitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat, & quantum sine Sacramento penitentia per se ad iustificationem peccatorum perducere non possit, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento penitentia impetrandam disponit.*

Conc. Tr.

5. Ex quibus verbis Concilij constat, actum attritionis non esse actum naturalem, nec talem esse posse, sed supernaturalem: primò, quia, vt declarat Concilium Tridentinum, est donum Dei, & Spiritus sancti motus & impulsus. Secundò, quia simul cum Sacramento pœnitentiae in re suscepto est vltima dispositio ad comparandam gratiam iustificantiem, & iustificationem impij, vnde, cum sit vltima dispositio ad gratiam supernaturalem, necessariò supernaturalis esse debet; quia vltima dispositio semper est eiusdem rationis cum illa forma, cuius dispositio est.

6. Sed contra praeractam hactenus doctrinam sic primò oppones: Attritio ex metu gehennae concepta supernaturalis esse non poreft: ergo falsum id asseritur à Concilio Trident. Nam metus pœnae gehennae, est metus seruilis: metus autem seruilis, turpis esse videtur, naturalis, & inutilis, ac insufficientis ad actum supernaturalem attritionis: includit enim virtute hanc voluntatem conditionalem: *Si peccatis non esset pœna Inferni imposta, non illa detestarer.* Quod patet: quia, quando tota causa, & ratio detestandi est ipsa pœna peccatis imposta; profecto cessante causa cessat effectus, ac proinde non illa detestaremur, nisi illis talis pœna esset imposta. Respondeo, metum pœnae ipsius gehennae metum esse seruilem; non tamen inde sequi, esse turpem, & naturalem, sed supernaturalem: metus enim ille est timor quidam, fuga, & odium mali ipsius pœnae; vnde sumit suam honestatem & bonitatem ex bono, cui tale malum pœnae opponitur: bonum autem, cui malum gehennae opponitur, est ipsa gloria, quam speramus: vnde, cum virtus spei, supernaturalis sit, inde est, quòd timor gehennae, qui nos priuat ea gloria, & supernaturali beatitudine, quam speramus, supernaturalis etiam sit: neque enim turpe est, aut malum, oriri detestationem peccati immediatè, & proximè ex fuga pœnae, aut illam ad hanc fugam ordinare: ordinatur enim ad illam, tanquam ad finem proximam, ob quem detestamur peccatum, qui finis non excludit, imò virtualiter includit finem vltimum supernaturalem, qui est Deus auctor gloriae, ad quem tota hæc collectio virtualiter refertur. Vnde nego constanter, in actu attritionis oriri ex metu pœnae gehennae contineri illam virtutem voluntatem conditionatam: *Si peccatis non esset hæc pœna annexa, non illa detestaret,* talis enim conditionalis voluntas, nec implicitè, nec explicitè, in tali actu continetur: quia illud motiuum pœnarum Inferni non est finis vltimus, in quo voluntas sistit; sed est finis proximus, qui ordinatur ex sua natura ad finem vltimum, in quem transit, nempe, ad Deum auctorem beatitudinis, quam speramus.

5.

6.

7.

8.

7. Oppones secundò: ille, qui detestatur peccatum ob pœnam, magis odit pœnam, quam peccatum: nam ob quod vnumquodque tale, & illud magis tale: ergo omnino est seruilis iste actus, & naturalis, cum ad pœnam praecise terminetur, & ex illius consideratione oriatur: Respondeo, verum esse, per actum timoris, & metus gehennae, magis detestari homines illam pœnam, quam peccatum, saltem quatenus pœna ratio est detestandi culpam; hoc tamen non impedire, quominus homo, absolute loquendo, propter alias rationes, magis detestetur culpam, & peccatum, quam pœnam gehennae.

8. Oppones tertio: Fugere pœnam gehennae pertinet solum ad commoditatem naturalem, & est actus concupiscentiae: ergo illa fuga supernaturalis esse non poreft: nulla enim virtus supernaturalis assignari poreft, ad quam pertineat; non ad fidem, non ad spem, non ad charitatem: ergo ille actus naturalis est, non supernaturalis: ergo falso asseritur, actum

actum esse supernaturalem. Respondeo, fugam, ac metum gehennae esse actum supernaturalem, quantum sit actus concupiscentiae, timorisque seruilis: quia, vt iam diximus, malum gehennae opponitur bono gloriae, quam speramus, & qua nos priuat; & ideo tam bonus est hic metus, quam bonus est finis, cui opponitur: vnde, cum finis sit supernaturalis, supernaturalis etiam hic metus esse debet: licet enim fugere pœnam commoditas sit naturalis, absolute loquendo: tamen fugere illam, saltem virtutaliter, quia nos priuat bono aliquo supernaturali, actus supernaturalis est: quantum enim fuga pœnae, sit finis proximus & naturalis; tamen fugere illam propter bonum aliquod supernaturale, saltem virtutaliter tanquam finem vltimum, quem ex fide speramus, actus est ex natura sua meritorius & supernaturalis, & ad supernaturalem virtutem spei pertinens, vt optime animaduertit Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 5. sect. 2. vsque ad 9.

Soarius. 9

Sed adhuc oppones: Attritio ex sceditate peccati, vel ex metu pœnae temporalis, v. c. ex metu aegritudinis, aut ex metu infamiae, tanquam ex causa, & motiuo procedens, supernaturalis esse non poreft: sceditas enim peccati aegritudo corporalis, & infamia, res sunt merè naturales: ergo actus attritionis ex huiusmodi causis & motiuis procedens, merè naturales erunt. Respondeo primò, homines fide reuelata, & supernaturali credere, animas ornandas, & veltiendas esse à Deo lumine gloriae, & doctibus supernaturalibus: timorem autem, & metum sceditatis peccati, quo scedatur, ac detur parur anima, ex quo confurgit voluntas peccatoris ad eliciendum actum attritionis, & detestandum imperfectè peccatum, & in quo metu non consistit, sed ex eo suapte natura transit, & ordinatur ad finem vltimum, nempe, ad Deum auctorem dotium supernaturalium, & luminis gloriae, quibus ornanda est anima in gloria; & ideo esse timorem suapte natura motum supernaturalem, quia, cum procedat ex timore Christiano, necessariò saltem virtutalem in Deum auctorem dotium supernaturalium referendus est, & sic necessariò etiam supernaturalis esse debet. Respondeo secundò, timorem aegritudinis temporalis, & infamiae, & timorem etiam mortis, actus esse merè naturales, si in eis voluntas sistat: quamuis autem voluntas ex hoc timore confurgat ad detestandum peccatum per actum attritionis: tamen dico, in eo metu non sistere; sed inde virtualiter transire in Deum auctorem gratiae, qui iustissimè his, & aliis pœnis temporalibus poreft punire peccatores, ob patrationem peccati, & amissionem gratiae, ac amicitiae suae, qua se voluntariè per peccatum priuauerunt, & obnoxios pœnis temporalibus fecerunt: sic timore mortis naturalis vtiliter concussit Niuaitæ ad Ionæ praedicationem terroribus plenam, penitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. & Ionæ 3. & Matthæi 12. & Lucæ 11. & ex cap. *Quamobrem*, de pœnit. distinct. 1. vnde non est dubium, illorum actum fuisse supernaturalem, ortum ex metu naturali mortis.

10.

10. Sed, quoniam attritio supernaturalis, vt saepe diximus, sufficit cum Sacramento pœnitentiae ad iustificationem peccatorum, petes, an propter hoc in lege noua dispensatum sit, vel omnino sublatum praecceptum contritionis, & ideo non necessarium? Videri enim omnino esse sublatum, dispensatumque: quia praecceptum contritionis institutum fuit à Christo Domino tanquam medium necessarium ad salutem: ergo, si extra hoc medium per attritionem, & Sacramentum poreft peccator consequi salutem, sequitur, quòd praecceptum contritionis

necessarium non sit, ac proinde omnino sublatum. Respondeo, in lege gratiae non ideo dispensatum esse, aut omnino sublatum praecceptum contritionis, quòd possit homo via alia gratiam consequi: quòd enim non sit dispensatum, patet: quia multis medijs institutis à Christo Domino poreft homo gratiam comparare; & tamen, quando vno medio comparatur, non ideo dispensatur in alijs; sed stante vno medio non obligat aliud, sicut quando concurrunt duo praeccepta, alterum charitatis assidendi infirmo, alterum obligationis audiendi Sacrum, stante illo primo, non obligat istud secundum: non ex eo, quòd in illo tunc dispensetur; sed ex eo, quòd tunc naturaliter cesset obligatio praeccepti affirmatiui audiendi Sacri. Quòd non sit omnino sublatum, constat: quia, quando medium confessionis ex defectu Confessarij applicari non poreft, obligat praecceptum contritionis: ergo non est omnino sublatum. Deinde, quia, quauis praecceptum contritionis non obliget hominem iam iustificatum per Sacramentum pœnitentiae, & attritionem; obligat tamen illum in ea temporis differentia, qua Sacramentum pœnitentiae in re suscipi non poreft. Ita docent communiter Doctores, Soar. tom. 4. de pœnitentia, disp. 5. sect. 2. & Azor. tom. 1. lib. 9. Instit. moral. q. 1. cap. 4. & alij, quos citant.

Soarius. Azor.

Præceptum dubium est, an in articulo mortis postquam ritè confessi sumus cum attritione cognita teneamur elicere, & habere actum contritionis omnium mortalium, quae in vita commisimus, aut actum amoris Dei super omnia? Afirmat Soarius, & acerrimè hanc partem defendit rom. 4. de pœnitentia, disp. 15. sect. 4. num. 17. Primò, quia homo tenetur ex charitate propria certam facere salutem suam omnibus medijs, ac remedijs possibilibus, & iste actus possibilis est eo tempore: nam, quauis practice verum sit, sufficere Sacramentum pœnitentiae cum attritione cognita ad salutem, & iustificationem peccatoris; tamen hoc non est de fide certum, ac proinde poreft esse falsum: ergo saltem ille vir doctus, qui scit & aduertit, hoc non esse de fide certum, tenebitur in eo articulo mortis elicere actum contritionis, vel amoris Dei super omnia, & mortaliter peccabit, si voluntariè id omittat: quauis iam cum debita attritione cognita confusus sit: nam, vbi est morale dubium, est etiam morale periculum, praesertim in re graui: hic autem est morale dubium, cum illa opinio, quòd sufficiat attritio cognita cum Sacramento, non sit de fide certa, quauis error sit, si quis id neget: vnde non tenentur fideles hanc contritionem ex iustitia ad Deum in eo articulo habere, quia iam illi per Sacramentum pœnitentiae cum attritione susceptum iuxta probabilem opinionem, & practice veram, ac certam satisfecerant, quantum debuerunt, & ex hac parte nulli se morali periculo exposuerunt, sed tenentur ex charitate propria maiorem certitudinem procurare ad salutem, & grauiter peccant, si voluntariè ita se moti pariantur: nam in primis tenentur homines, antequam moriantur, actum amoris in Deum elicere, illumque super omnia diligere, quia hic actus est necessarius: nec satis est; si aliquando id in vita fecerunt; quia praecceptum affirmatiuum diligendi Deum super omnia, non tantum semel obligat in vita, sed saepius; & tempus maximè necessarium, est tempus mortis. Deinde, quia, si priorem dilectionem per peccatum aliquod mortale virtualiter quis retractauit, tenetur de nouo Deum diligere, & se, & omnia in eum referre, non secus ac si de nouo creatus esset. Hæc sunt fundamenta Sorij.

Asserit tamen ille, hunc actum contritionis, vel amoris Dei, in articulo mortis elicium ex charitate

12.

tate propria esse, quidem de praecepto naturali, non tamen esse medium necessarium necessitate finis ad salutem: unde consequenter asserit, omnia, quae ab aliis praeceptis excusant, nos ab isto excusare, veluti ignorantia talis obligationis, inaduerentia, & meta obliuio ipsius actus: haec enim omnia nos excusant ab aliis praeceptis, tam diuinis, quam humanis, atque adeo allerit saluandos esse homines, si moriantur, quin aduertant, se teneri ad tale praeceptum, vel cum ignorantia illius; tam iuris, si ignorant, se ad id teneri, & dari tale praeceptum; quam facti, si conatus fuit quis in articulo mortis talem actum habere, vel putauit habere, re tamen vera non habuit: quia, cum necessitas talis actus non sit necessitas medij, sed praecepti, quando homo excusatur a transgressione praecepti, non amittit iustitiam, & gratiam, quam per Sacramentum poenitentiae cum attritione cognita consecutus fuit: unde opinio Soarij solum ad hoc punctum redigitur, vt si quis sciendo, & aduertendo, se ad id teneri, voluntarie talem actum amoris Dei, vel contritionis omittat, agere contra charitatem Dei, & contra charitatem propriam: & peccare mortaliter, & consequenter amittere gratiam, quam acquisiuit per Sacramentum, & attritionem cognitam, & ideo non saluari. Et haec opinio Soarij sic explicata, hoc tempore à nonnullis viris doctis probatur, & sequitur, & reuera est probabilis.

13. Nihilominus dura mihi semper visa fuit haec opinio, & eam probare non possum: in primis, quia homo non tenetur sub mortali, ex vi alicuius praecepti, suam salutem de fide certam efficere, quia id esset impossibile in hac vita: in opinione autem Soarij sequitur, teneri homines sub mortali suam salutem de fide certam facere, si non omnes, saltem doctos, vt ex illius doctrina colligitur: nam certum de fide est, homines saluari in vtraque lege per veram contritionem, vel actum amoris Dei super omnia: unde, si tenemur ex vi praecepti naturalis praeter Sacramentum poenitentiae, & attritionem, habere in articulo mortis actum contritionis, vel amoris Dei, tenemur profecto sub mortali certam de fide facere nostram salutem: quod nullus Doctor haecenus dixit, nec Concilium, cum id sit impossibile in hac vita; nemo autem ad impossibile tenetur.

14. Secundo, quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. aperte dicit, attritionem cognitam cum Sacramento poenitentiae satis esse ad salutem: & quauis id de fide non definiat, sed tanquam certum, & indubitatum praemittat; tamen erroneum erit iam hodie propter auctoritatem Concilij id negare. Sed ad hoc responderi Soarij, ex vi, & necessitate Sacramenti poenitentiae erroneum quidem esse negare, non sufficere Sacramentum cum attritione cognita; se autem non dicere teneri peccatores ex vi poenitentiae, amplius facere, sed ex vi praecepti charitatis naturalis erga seipsum. Sed istud effugium inconuenit, ob multas & iustissimas rationes: primo, quia neque ex sacra pagina, neque ex Concilio aliquo constat de tali praecepto naturali charitatis erga nos ipsos in eo articulo: secundo, quia nullus Christianus, neque ex propria charitate, neque ex aliquo alio praecepto, tenetur alia remedia adhibere ad salutem, quam ea media ac remedia, quae Ecclesia edocet ad Spiritu sancto docet, ad eandem salutem esse necessaria: atqui Ecclesia ad Spiritu sancto edocet in Concilio Tridentino, loco allegato, docet ad salutem, & gratiam impetrandam à Deo, sufficere attritionem cognitam cum Sacramento poenitentiae: ibi enim ita ait, loquens de attritione: *Et quauis sine Sacramento poenitentiae per se ad iustificationem perdu-*

*cere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento poenitentiae impetrandam disponit: ergo non tenetur homo sub mortali amplius quidquam facere ad salutem.* Tertio, quia, si daretur tale praeceptum charitatis propriae, esset propterea, quod incertum est, & potest esse falsum dicere, non esse medium sufficiens, & necessarium ad salutem Sacramentum poenitentiae cum attritione cognita: atqui erroneum est dicere, non sufficere Sacramentum cum attritione ad salutem: ergo frustra requiritur alia certitudo extrinseca. Quarto, quia alias nunquam liceret homini confiteri cum attritione cognita: siquidem exponit se morali periculo non recipiendi gratiam. Quinto, quia Soarij non omnes homines ad huiusmodi actum contritionis, vel amoris Dei, ex eodem praecepto naturali charitatis propriae obligat; sed solum viros doctos, qui sciunt, non esse de fide certum ac definitum sufficere Sacramentum poenitentiae in re susceptum cum attritione supernaturali ad salutem: unde consequenter dicit, hoc praeceptum naturale esse impositum doctis, non indoctis; quod planè durissimum videtur: alioqui enim peioris essent conditionis homines docti, quam indocti, quod non videtur dicendum. Vltimo, quia id profecto est laqueos iniicere conscientis in re graui, & ad salutem necessaria, & homines in dubium de propria salute adducere: unde, cum solus Soarij hanc opinionem inducat, vt ipse aperte fatetur tom. 4. de poenitent. disp. 15. sect. 4. num. 18. & omnes Auctores contrarium aperte teneant, potius volumus cum illis, quam cum illo consentire; maxime cum semper Ecclesia tenuerit, sufficere Sacramentum poenitentiae in re susceptum cum attritione ad salutem, & gratiam comparandam. Sed haec de re sermo redibit ad caput sequens num. 14.

CAPVT V.

*De attritione, quae requiritur ad Sacramentum poenitentiae: agitur de attritione non vera, sed existimata; & de attritione naturali, putata tamen supernaturali.*

SUMMARIUM.

- Contritio est optima dispositio ad impetrandam gratiam.* num. 1.
- Si peccatum detestemur praecise, vt est causa poenae temporalis, infamiae, agriudinis, aut poenae aeternae, vt gehenna, & in ea ratione detestandi sistimus, & nullo modo detestemur, vt est Dei offensio, talis attritio, & detestatio est insufficiens dispositio ad valorem, & fructum Sacramenti.* num. 2.
- Quid, si illud detestemur ex metu gehenna, aut poenae temporalis, nobis à Deo infligenda, vt auctor est gratia, quam per peccatum amissimus, atque adeo vt est Dei offensio.* num. 3.
- An sit sufficiens dispositio, non vera, sed existimata attritio ad conferendam gratiam cum Sacramento poenitentiae. Refertur prima opinio affirmatiua.* num. 4.
- Praefertur secunda negatiua.* num. 5.
- Reiicitur tertia asserens esse sufficiens dispositio ad valorem, non ad fructum & gratiam Sacramenti.* num. 6.
- Soluantur fundamenta primae opinionis.* num. 7.
- An sit confessio, saltem formaliter & ex intentione poenitentis, vera & valida, cum illo bona fide cogitat,*

*gitat, se esse attritum, cum tamen reuera non sit.* num. 8.

*Quid, si quis detestetur peccatum super omne detestabile; non tamen proponat se in posterum illud vitaturum, sed adhuc maneat affectus ad illud.* num. 9.

*An sufficiat attritio cognita, an requiratur quod putetur contritio ad valorem, & fructum Sacramenti.* num. 10.

*Refertur sententia asserens requiri, quod putetur contritio.* ibid.

*Proponitur sententia affirmans, in his duobus Sacramentis Baptismi, & poenitentiae, sufficere cognitam attritionem, & non requiri, quod putetur contritio.* num. 11.

*Quare in omnibus aliis Sacramentis, praeter Baptismum, & poenitentiam, requiratur, quod attritio putetur contritio.* num. 12.

*An verè sit dispositio ad Sacramentum poenitentiae ille, qui dolet, eò quod veram attritionem habere non possit.* num. 13.

*An ille, qui Sacramentum poenitentiae cum vera attritione suscepit, teneatur postea contritionis actum elicere, & illam formaliter habere.* num. 14.

*Quid, si quis desideret, & procuret veram attritionem habere, & dubius sit, an illam habeat.* num. 15.

*An ex motu naturali possit poenitens actum supernaturalem contritionis, vel attritionis elicere.* n. 16.

1. **D**iximus in cap. 3. de perfecta contritione secundum se accepta, & per ordinem ad confessionem, de qua non est dubium esse optimam dispositionem ad impetrandam gratiam iustificationem, & reconciliandum hominem peccatorem cum Deo, modo includat, saltem in voto, cum in re suscipi non potest, Sacramentum poenitentiae, iuxta Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. ibi: *Docet praeter sancta Synodus, esse contritionem aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramento voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.* Sequitur, vt dicamus de imperfecta contritione, quae dici solet attritio: & vt inquiramus, quid tandem sit ista attritio, & quo pacto ad Sacramentum confessionis necessaria. Et cerè Doctores illam diuidere solent in quatuor species, per quas omnes discurreremus.

2. Prima species est, quando detestamur peccatum commissum super omne detestabile, cum proposito cauendi omnia mortalia in futurum, & confitendi illud praecise, vt est mali alicuius temporalis causa in hac vita, v. c. infamiae, vituperij, agriudinis, & vt est foedatio animae, & causa poenae aeternae in alia vita; & in hac voluntate, & ratione detestandi sistimus, & nullo modo, nec etiam virtualiter, nostra detestationis voluntas transit in Deum auctorem gratiae, qui nos iustissimè his & aliis poenis temporalibus punire potest ob culpam delicti: quod alij Auctores appellant, detestari peccatum praecise, vt est malitiae poenae temporalis, aut aeternae causa, & nullo modo, vt est offensio Dei: & tunc quidem haec attritio naturalis est: & quauis praedictus actus detestandi, seu praedicta attritio, in ratione actus naturalis, sit bona, tamen nullo modo est actus; aut attritio supernaturalis, & ideo non est dispositio conueniens, & requisita, ac necessaria ad Sacramentum poenitentiae; & qui cum illa ad confessionem accederet, sciens, & non ignorans se praecise ob has causas, aut quamlibet illarum peccatum detestari; imparatus accederet, sacrilegium committeret, nec faceret Sacramentum, & teneretur confessionem iterum repetere. Ita docet Toletus lib. 3. Summae, cap. 4. §. 1. Victoria in rele-

ctione de potestate Ecclesiae, quaest. 2. num. 9. §. *Secundo, si talis.* Docet etiam Nauarrus in Manuali, Xanarr. cap. 1. num. 7. & Soarius tom. 4. de poenitentia, disp. 20. sect. 4. num. 10. & D. Thom. in 4. distinct. 17. *D. Thom.* quaest. 2. art. 3. quaest. 1. ad 4. Et ratio est: quia tunc quidem non concipitur, nec procedit haec attritio, & detestatio ex motu aliquo supernaturali, saltem virtualiter; sed ex moriuo mere naturali: & sic non est actus supernaturalis, sed mere naturalis, quauis bonus: unde non potest esse cum Sacramento poenitentiae vltima dispositio, ad gratiam comparandam per Sacramentum: vltima enim dispositio semper debet esse eiusdem ordinis cum forma. Patet haec doctrina ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 4. vbi docet, contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, debere esse supernaturalem, vt poenitens illa adiutus, paratus & dispositus accedat ad gratiam iustificandam in Sacramento poenitentiae impetrandam: quam obrem, qui scienter sine hac attritione supernaturali ad confessionem accederet, & cum illa naturali, diuinam gratiam recipiende obicem poneret, sacrilegium committeret, & teneretur postea, eam confessionem repetere.

Secunda species attritionis est, cum detestamur peccatum ex metu gehennae, aut poenae temporalis, agriudinis, vel infamiae, &c. & saltem virtualiter, vt est Dei offensio; & proponimus in postetum omnia mortalia deuitare; non tamen detestamur illud supra omne, quod detestari potest. Non enim volumus, quodcunque malum tulisse, quam peccasse. Et de hac attritione cognita duae sunt praecipuae opiniones. Caietanus tomo 1. opusc. 4. quaest. 1. & opusc. 5. quaest. item 1. existimat, eum, qui cognoscit, se cum ista attritione ad Sacramentum poenitentiae, & confessionem accedere, Sacramentum validum facere, informe tamen; quia non impetrat gratiam; & non teneri postea illud repetere, sed teneri obicem ac impedimentum tollere, & supplere defectum, vt veram, ac dignam attritionem habeat, & sic sublato obice, & fictione, redire effectum.

Dicendum tamen est, hanc secundam speciem attritionis esse veram, & legitimam dispositionem ad gratiam cum Sacramento poenitentiae impetrandam, & ad valorem ipsius Sacramenti. Ita docet Toletus lib. 3. Summae, cap. 4. §. *Secunda*, & c. 10. num. 5. §. *Tertius casus*, & Victoria in relectione de potestate Ecclesiae, quaest. 2. n. 9. §. *Quarto, si putat*, & alij, quos inuenies citatos in Supplemento Toletici. Et ratio est, primo, quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. solum requirit duas conditiones in actu attritionis, vt sit supernaturalis, legitimaque dispositio ad comparandam gratiam cum Sacramento poenitentiae: prima est, vt sit detestatio peccatorum, vt sunt Dei offensiones, saltem virtualiter: secunda est, propositum nunquam amplius peccandi: non requirit autem, quod sit vitium supra omne vitabile, aut detestandum supra omne detestabile: sic enim ibi: *Illam verò imperfectam contritionem, quae attritio dicitur, quoniam ex turpitudine peccati consideratione, vel ex metu poenarum communi concipitur, si voluntatem peccandi excludat, (id est, si proponat homo efficaciter non peccare amplius in futurum, declarat sancta Synodus, donum esse Dei, & Spiritus sancti impulsus, & infra: Et quauis sine Sacramento poenitentiae per se ad iustificationem peccatorum perducere non possit; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento poenitentiae impetrandam disponit.* Vbi vides, duo solum requiri à Concilio, ad veram, & supernaturalem attritionem, & ad legitimam dispositionem huius Sacramenti, nepe, quod detestentur peccata tanquam Dei offensae, & propositum, quod amplius non peccemus: Et probatur facile:

Conc. Tr.

3.

Caiet.

4.

Tolet. Victor.

Conc. Tr.

Tolet. Victor.



facile: quia Concilium appellat istam attritionem, donum Dei, & motum Spiritus sancti, quae habet detestationem peccatorum, ut sunt Dei offensiones, & propositum de cetero cauendi omnia peccata moralia; ergo erit actus supernaturalis: ergo sufficiens dispositio ad impetrandam gratiam cum Sacramento. Deinde, quia nullum Concilium, nulla loca Scripturae, nullus Pontifex declarauit hactenus, necessarium esse ad verum actum attritionis, detestari peccatum supra omne detestabile, & vitare illud tanquam maximè vitabile: & ideo pauci quidem poenitentes id faciunt comparatione illorum, qui non faciunt, & paucissimi Confessarii hoc illis suadent: unde non est illis imponendum hoc onus cum tam graui periculo animarum.

Tertia species attritionis, est illa, quae putatur, & existimatur vera & supernaturalis attritio, cum tamen talis non sit: & tunc quaeritur, an sufficienter sit dispositus ad consequendam, & comparandam gratiam, cum Sacramento poenitentiae, ille qui cum huiusmodi dispositione, attritioneque, ad illud accesserit, putans, scilicet, bona fide, se habere veram, & supernaturalem attritionem, cum tamen veram non habeat. Et de hac re duae sunt opiniones. Prima affirmat, sufficere existimatam hanc, & putatiuam attritionem, doloremque de peccatis, & non esse necessarium, quòd habeatur in re. Ita docet Victorija in relectione de potestate Ecclesiae, quaest. 2. num. 9. §. Praeterea dico, & Nauarrus in Manuali Lat. cap. 9. num. 13. & Petrus Soto, quem citat Soarius tomo 4. de poenitent. disp. 20. sect. 4. num. 4. & Cano parte 5. in relectione de poenitentia, & docere videtur D. Thom. in 4. distinct. 14. quaest. 3. art. 4. ad 1. docet etiam expressè Henricus lib. 1. de poenit. cap. 26. num. 3. medio. Probant primò: quia contrarium erit, scrupulos conscientiae iniicere: quia nemini in hac vita certò constare potest, an habeat veram, supernaturalem attritionem: sufficere ergo putatiua, & existimata attritio, & quòd homines moraliter credant, se illam habere veram, & supernaturalem, cum tamen nec veram, nec supernaturalem habeant. Secundò, quia facienti, quod in se est per diuinam gratiam, Deus non denegat gratiam: ille autem, qui hanc veram, & supernaturalem dispositionem procurat, & existimat se illam habere, cum tamen non habeat, facit id, quod in se est: ergo Deus illi, cum ad Sacramentum poenitentiae accedit, non denegabit gratiam: ac proinde verè, & sufficienter dispositus accedet. Tertio, quia, qui culpa sua mortali committit essentialem defectum, facit confessionem nullam, ut omnes Doctores affirmant: ergo è contrario, qui facit, quod in se est, & putat, se habere veram attritionem, & supernaturalem, facit, id, quòd essentialiter requiritur ad valorem, & fructum huius Sacramenti. Quarto, quia sententia absolutionis datur more iudicij humani: in iudicio autem humano, bona, & valida est illa sententia, quae bona fide absoluit hominem, postquam facta morali diligentia, & inquisitione sine culpa inuenitur, licet reuera culpam habeat à parte rei: sic ergo in iudicio diuino, & foro poenitentiae, valida, & vera erit sententia absolutionis, quae absoluit hominem, qui post factam moralem diligentiam putat, se habere dispositionem necessariam, & requisitam ad sacramentum poenitentiae, licet reuera non habeat. Ita se habet huiusmodi sententia, quae non est improbabilis.

Opinio Soarij sequenda.

Secunda sententia verior & probabilior, & omninò tenenda docet, non sufficere ad valorem, & effectum Sacramenti putatiuam, & existimatam attritionem, etiamsi inuincibiliter, & inculpabiliter vera attritio existimetur; sed requiri veram, & supernaturalem habitam in re, non in existimatione.

Vil.

Nauarr. Petr. Soto. Canus.

D. Thom. Henric.

Eam tenet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 20. sect. 4. Soar. num. 13. & 16. Brucardus contra Lutherum art. Bruchard. 3. Bonauentura in 4. distinct. 17. 2. part. art. 2. quaest. Bonau. 3. Probatur primò hac opinio ex Concilio Tridentino: nam Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. vocat istam attritionem, donum Dei, & dicit requiri attritionem, quae sit Spiritus sancti impulsus: ergo de vera, & supernaturali attritione loquitur, & non de ea, quae putetur donum Dei, & existimetur vera, secundò, quia Deus non postulat à nobis existimatam poenitentiam, & dolorem; sed verum: loca enim Scripturae, quae requirunt à nobis poenitentiam, & dolorem nostrorum peccatorum, ut illa: *Facite fructus dignos poenitentiae* Matthaei 3. num. 8. & illa: *Poenite nram agite: appropinquat enim regnum caelorum* Matthaei 3. num. 2. & Actuum 2. num. 18. & Matthaei 4. num. 17. & illa: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo* Psal. 6. versu 7. & alia similia, non intelliguntur de lacrymis existimatis, nec de dolore putato; sed de veris lacrymis, & de vero, & reali dolore: ergo ex praecepto contento in ipsis locis requiritur, tanquam medium necessarium ad comparandam gratiam in hoc Sacramento, realis, & supernaturalis attritio, non existimata, & putatiua: & ideo, qui in re illam non habent, licet propter ignorantiam exsuscitentur à peccato, & à transgressione huius praecepti & institutionis diuinae; non tamen praeceptum implent, nec faciunt Sacramentum, & tenentur confessionem iterare, quòd id sibi constituerit; & per consequens gratiam non comparant, Tertio, quia vera attritio requiritur tanquam pars substantialis huius Sacramentis; pars, inquam, materialis: ergo semper illud debet antecedere, in re, & non in existimatione: quia, quando Doctores dicunt, vinum, v. g. esse materiam Sacramenti Eucharistiae, non intelligunt acetum, existimatum vinum, esse illius materiam; sed verum vinum: ergo similiter, quando dicunt, attritionem, & dolorem supernaturalem esse materiam proximam huius Sacramenti, non intelligunt de attritione putatiua, quae in re talis non sit, nec de attritione naturali, quae supernaturalis existimetur: ergo vera, & supernaturalis attritio requiritur, & non putatiua. Quarto, quia, quando Concilium Tridentinum sess. 14. can. 4. de fide definit, contritionem, seu attritionem, quae est imperfecta contritio, confessionem, & satisfactionem, esse partes materiales huius Sacramenti, nemo dicit, Concilium loqui de confessione, & satisfactione putatiua; sed de vera, & reali: ergo vera, realis, & supernaturalis attritio requiritur, & non existimata. Quintò, quia falsa existimatio, non est bona dispositio, nec est pars Sacramenti: ergo per se non potest institui à Deo, tanquam pars huius Sacramenti; sed ad summum ut excuset ab aliqua culpa. Vltimò, quia in Sacramento Ordinis, si materia essentialis est, ractus calicis, vel patenae; etiamsi quis inuincibiliter, & sine culpa putet se tetigisse, si verè non tetigit, nihil factum est, quia congitatio humana non mutat materiam, nec Deus supplet essentialem defectum, ob priuatum errorem, & existimationem: ergo idem cum proportione est in hac materia dicendum.

Hae sunt praecipuae opiniones. Hae vltima sine dubio est vera, & altera, non ita vera, nec probabilis. Tolerus tamen lib. 3. Summa, cap. 10. §. Tertius Toleti. casus, tertiam inducit opinionem: asserit enim, eum qui existimat se habere veram attritionem, & esse sufficienter dispositum; si accedat ad poenitentiam, efficere Sacramentum validum, sed informe: & sic, quauis non consequatur gratiam, Sacramentum tamen validum esse, & ideo non teneri postea illud iterare; tenei tamen tollere obicem, & habere

Conc. Tr.

Opinio Toleti.

Toletus.

habere attritionem, ut redeat effectus gratiae ipsius Sacramenti; sublata enim fictione redit effectus: & tenetur etiam, addit Toletus, cum illi constiterit male accessisse, & se non habuisse sufficientem dispositionem, id confiteri; non tamen esse opus peccata iterum exprimere. Sed id non bene addit Toletus: quia poenitens tunc non peccauit: bona enim fides, & moralis diligentia, quam posuit ad habendam veram attritionem; & qua posuit, se illam habere: illum à peccato excusauit: non ergo tenetur id confiteri, ut peccatum. In alio verò, quod asserit, existimatam, & putatam contritionem sufficere ad valorem Sacramenti, non verò ad consequendum effectum illius, atque adeò efficere Sacramentum validum, sed informe; quauis propter Sotum in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. tamen, illius opinio, & Soti, non est vera: quia totum hoc negotium pendet ex institutione diuina: instituit autem Christus, ut vera dispositio, & materia ad valorem huius Sacramenti, esset vera attritio in re habita, & non in existimatione, ut patet ex rationibus, & fundamentis factis, ac positis pro secunda opinione: quem obrem opinionem Toleti probare non possum.

Sotus.

Reliquum est, ut soluamus argumenta facta pro prima opinione. Ad primum dico, id non esse inquietare conscientiam: quia non est bona pax, & quietudo, quae in errore fundatur, & quae potest esse ruina peccati, & occasio negligentiae culpabilis in tam graui materia: quauis enim in hac vita constare non possit hominibus certò, & euidenter, an veram, & supernaturalem attritionem, & dispositionem: habeant: tamen moraliter utcumque constare potest, quae certitudo moralis sufficit, & in hac vita haberi potest. Ad secundum dico, facièri, quod in se est per diuinam gratiam, Deum non denegare gratiam: unde, si ille ex diuina gratia fecit, quod in se est, dico, reuera habuisse veram, & supernaturalem attritionem, dispositionemque, & falsum esse dicere in ea circumstantia habuisse putatiua, & putatiue supernaturalem. Ad tertium respondeo, eum, qui facit, quod in se est ex diuina gratia, reuera habere veram, & supernaturalem dispositionem; quauis putet, se non habere: verò putat, se illam habere, & non habet, non facere, quod in se est; nec id sufficit ad valorem, & effectum Sacramenti: quia dispositio ad valorem Sacramenti pendet ex institutione diuina: instituit autem Christus, ut supernaturalis dispositio requisita ad valorem huius Sacramenti, esset vera, & realis, ac supernaturalis attritio in re habita, & non in existimatione, & cogitatione. Ad quartum respondeo, esse diuersam rationem in sententia & absolutione iudicij humani, & iudicij diuini: in iudicio humano sufficit, ut reus maneat absolutus, quòd facta morali diligentia ad inquirendam veritatem, non inuenta culpa, Iudex illum absoluat; quauis à parte rei culpam habeat: at in iudicio diuino non ita res habet; quia Christus ex institutione sua requirit istam veram, & supernaturalem dispositionem, non tamen putatiue veram, aut putatiue supernaturalem.

Sed oppones pro prima opinione, & contra opinionem Soarij, quam sequimur; saltem quando poenitens cogitat, se habere veram & supernaturalem attritionem, licet talis non sit, ex intentione poenitentis erit illa confessio formaliter integra, & formaliter vera, licet materialiter non sit talis ex defectu ipsius attritionis, dispositionisque: ergo erit sufficiens ad effectum gratiae consequendum, & reconciliandum hominem cum Deo. Respondeo, non esse formaliter veram confessionem: quia ut, sit formaliter vera, ex institutione Christi requiritur tanquam pars essentialis, vera, & supernatura-

lis attritio in re habita, non in intentione: nostra autem intentio non potest prauidicio esse institutioni diuinae, ut patet.

Quarta species attritionis est, quando quis detestatur peccatum supra omnia, ut est Dei offensio: non tamen habet propositum firmum vitandi cum diuina gratia omnia in futurum; sed adhuc manet cum eodem affectu, & complacentia ad peccatum; & certum est, hanc attritionem insufficientem esse, & peccare mortaliter, & non efficere validum Sacramentum, qui cum ea dispositione ad poenitentiam accederet, & teneri postea confessionem iterare, ac repetere. Ita docet expressè Henricus lib. 1. de poenit. cap. 26. num. 1. Toletus in Summa, c. 10. Tolet. lib. 3. num. 5. Nauar. in Manuali Latino, c. 2. n. 6. & Nauar. 9. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 20. sect. 4. num. 7. Soarius. & patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. ubi describens Concilium, dispositionem necessariam ad valorem & effectum Sacramenti poenitentiae dicit esse attritionem supernaturalem, quae sit Spiritus sancti impulsus, & donum Dei, quae voluntatem peccandi de cetero excludat, id est, ut expliant Soarius, & Nauarrus, cum proposito emendationis, & vitandi omnia mortalia in futurum. Unde peccat mortiferè ille Confessarius, qui cum ea dispositione poenitentem absoluit; & absolutio data nihil ei prodest; nec data auferit obligationem iterandi Sacramentum: fuit enim inualidum, & sacrilegè factum. Hoc autem propositum sufficit, quòd virtualiter includatur in ipsa detestatione peccati, & non est opus, ut sit de vitandis, tam venialibus, quam mortalibus; sed satis est, quòd sit de solis mortalibus: nec etiam opus est, ut credat peccator, se amplius mortaliter non peccaturum; sed satis est, si id cum diuina gratia proponat, ut docet idem Nauar. num. 9. citatus, & Innocentius in cap. Omnis vtriusque sexus, de poenitent. & remiss. & Toletus lib. 3. Summa, cap. 5. num. 1. nam peccata venialia non excludunt à gratia Dei, & multis aliis medijs remitti possunt.

9.

Henric.

Nauar.

Conc. Tr. id.

Nauarr.

Innoc.

Tolet.

10.

Sotus.

11.

Henric.

Soar.

Canus.

Nauar.

Taper. D. Thom. Palat. Medina. Bellarm.

Ad quartam. Taper art. 4. D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. & ibi Palatius q. 1. & id sæpè repetit Frater Medina lib. 1. Instr. §. 2. & idem Nauarrus in addit. Hispan. cap. 1. n. 29. & Bellarminus lib. 2. de pœnit. cap. 17. & addit Henric. allegatus, Salmanticæ in publicis actibus ita defendisse Magistrum Penham, Gallum, & alios viros doctissimos; & ita id illos certum patasse, vt contrarium sine temeritate, vel errore negari non possit. Et idem planè fatetur etiam Scotus in 4. dist. 14. quæst. 2. & patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. ibi: Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, declarat sancta Synodus esse donum Dei, non adhuc inhabitantis, sed mouentis, & infra: Et disponere peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam, licet per se sine Sacramento ad iustificacionem illum perducere nequeat. Et ratio est, quia, postquam hoc Sacramentum Pœnitentiæ institutum fuit à Christo Domino, non appareret præceptum aliquod ad accedendum ad illud cum contritione; & alioqui Concilium declarat sufficere attritionem: cum enim hoc Sacramentum Pœnitentiæ institutum sit à Christo Domino ad eos, qui in peccatis mortalibus mortui iacent, ad diuinam gratiam; & vitam spiritualem suscipiendos; illa tantum requireretur dispositio, quæ cum Sacramento hanc vitam donet, qualis est attritio vera. Ne opus est, vt existimeretur contritio: tum, quia id non declarat Concilium Tridentinum, sed tantum simpliciter dicit, attritionem sufficere cum Sacramento Pœnitentiæ, ad conferendam gratiam peccatori, illumque è morte peccati ad vitam gratiæ suscitandum: tum, quia existimatio contritionis per se non sufficit ad conferendam gratiam, vt patet, non enim est bona dispositio, ipsa existimatio, si in re aliqua dispositio non detur.

12. Henric. D. Thom.

Dixi in his duobus Sacramentis Baptismi, & Pœnitentiæ: quia, quod diximus de dispositione ad Sacramentum Pœnitentiæ, dicendum etiam est de Sacramento Baptismi, vt docet idem Henric. citatus lib. 1. de pœnit. cap. 26. n. 5. & D. Thom. 3. p. q. 79. art. 3. ad 2. vbi dicit, ad Baptismum dignè accedere aduultum attritum, conscientium peccati mortalis nondum remissi: & quæst. 80. ibidem art. 4. ad 2. æquat quoad dispositionem necessariam ad receptionem illius, Sacramentum Baptismi cum Sacramento Pœnitentiæ: quauis enim in materia, & forma, & gratiæ effectu differant, vt probat Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 2. quia alius est effectus gratiæ baptismalis; alius effectus, & fructus gratiæ Pœnitentiæ: per Baptismum enim plenam omninò remissionem omnium peccatorum, & pœnarum temporalium consequimur, & nouæ profus creaturæ efficiamur: per Pœnitentiæ verò ad hanc nouitatem non peruenimus: nam, quauis, si dignè accipiatur, remissionem omnium peccatorum mortaliū accipiamus; non tamen semper accipimus omnium pœnarum temporalium, nisi magnis lacrymis, & vehementissima sit contritio: tamen in ratione dispositionis, æqualia sunt huiusmodi duo Sacramenta, Baptismi, & Pœnitentiæ. Et ratio est: quia sunt Sacramenta mortuorum, instituta à Christo Domino, ad suscitandos peccatores à mortalibus peccatis: & quod attritio sufficiat ad Baptismum, quemadmodum sufficit ad Pœnitentiæ, docet etiam Taper art. 3. ex D. August. lib. de catechizandis rudibus, cap. 17. Vnde est, diuersa ratio inter Baptismum, & Pœnitentiæ ex vna parte, atque inter omnia alia Sacramenta ex alia: quia alia Sacramenta, cum sint Sacramenta viuorum, idèd requirant in peccatore maiorem dispositionem, quàm Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, contritionem, scilicet, vel attritionem, quæ putetur contritio: at verò

Taper. D. August.

ad Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ, sufficere sola ipsa attritio nota.

Si quis doleat, quod veram attritionem, & dispositionem ad Sacramentum Pœnitentiæ habere non possit, & dicat, *Doleo, & me valdè pœnitens, quod me de meis peccatis non pœnitens, vt decet, & oportet.* quidam dicunt, id satis esse cum Sacramento, quasi apud Deum voluntas dolendi reputetur pro facto, & voluntas habendi dignam attritionem pro ipsa attritione, maxime quia in eo actu videtur virtualiter includi votum doloris. Ita docet expressè Sà verbo, *Absolutio*, num. 15. & videtur docere Nauar. in Manuali Latino, cap. 1. num. 10. fine, & expressè cap. 10. num. 4. & cap. 1. num. 21. & idem etiam dicere videtur Palud. in 4. dist. 17. q. 1. art. 4. conclus. 5. vbi docet, eum, cui displicet, quod pœnitere non possit, dispositum esse. Et pro hac parte citari etiam potest Syluester verbo, *Contritio*, 1. versu 1. fine, dum asserit, eum, qui manult mori, quàm peccare, contritum esse.

13.

Sa. Nau.

Palud.

Syluest.

Dicendum tamen est, solam voluntatem habendi attritionem, vel contritionem, non esse dignam dispositionem: quia ex institutione diuina requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ digna dispositio in re habita, & non in voluntate, & existimatiōe, vt latè probauimus n. 5. posito tamen dolore aliquo, & contritione supernaturali, multum iuuat adde: *Doleo, quod non sentiam maiorem dolorem, & quod me non pœnitens, vt decet, & sicut oportet, quauis enim sæpè in aliis rebus voluntas facti apud Deum pro facto reputetur; tamen in Sacramentis, & in aliis, in quibus totum negotium pendet ex institutione diuina, semper ad id, quod ex tali institutione requiritur, attendendum est. Et ita docet expressè in hoc casu Henriquez lib. 1. de pœnitent. cap. 26. num. 5. fine, ex mente D. Thomæ, & Bonauenturæ, quos ad marginem allegat littera Q: & pater hoc ex iis rationibus, quas fecimus num. 5. huius capituli: non enim postulat Christus pro vera dispositione huius Sacramenti voluntatem habendi dolorem verum, & supernaturalem, aut voluntatem habendi contritionem, attritionemque: sed ipsam attritionem in re habitam.*

Henric.

14.

Henric.

Ille tamen, qui Sacramentum Pœnitentiæ cum hac attritione dignè suscepit, non tenetur postea contritionem formalem habere: quia ex attritio cum Sacramento fit peccator contritus; & quia præceptum naturale habendæ contritionis ex charitate propria ortum, & certificandi modis omnibus propriam salutem, saltem in articulo mortis, satis suppletur per aliquod æquiualens, aut ferè æquiualens, per attritionem, scilicet, cum reali susceptione Sacramenti Pœnitentiæ, vt latè probauimus c. 4. n. 13. & 14. & sic docet Henriquez lib. 1. de pœnitent. cap. 26. n. 6. & alij, quos citat ad marginem littera R.

15.

Sed quid, si quis desideret habere veram contritionem, & procurat re ipsa illam habere; adhuc tamen dubius est, an habeat? Respondeo, non posse accedere ad Sacramentum pœnitentiæ, donec dubium deponat; ne fortè ex conscientia erronea mortaliter peccet: potest tamen contingere, vt quis scrupulosè dubitet, an habeat contritionem: & tunc existimo, sufficienter dispositum esse, si non per contritionem, saltem per veram, & supernaturalem attritionem: nam aliquando feruentis voluntatis affectus, quo homo vult verè conteri, obtundit intellectum ad rectè iudicandum, maxime in personis scrupulosis: quamobrem ad id debet semper attendere prudens Confessarius in hoc negotio.

16.

Sed potest huc aliquis diligentius inquirere, an ex motiuo naturali possit haberi actus contritionis,

tionis, vel attritionis supernaturalis, qui sit sufficiens dispositio ad Sacramentum confessionis? Respondeo negatiuè; debet enim semper ipsum motiuum detestationis, vt attritio sit supernaturalis, & vera dispositio ad huiusmodi Sacramentum, esse supernaturale; si non in se, saltem obiectiuè. Si replices, voluntatem pœnitentis ferri immediatè in actum detestationis, seu attritionis, ob motiuum naturale, atque ex motiuo naturali, ex metu, scilicet, infamiae temporalis resultantis ex peccato mortali, aut ex metu gehennæ, & aliarum pœnarum Inferni, qui metus naturalis est: Respondeo, talem meritum tunc non esse simpliciter naturalem; sed esse obiectiuè supernaturalem: nam, quauis voluntas immediatè feratur in ipsum actum detestationis peccati, seu attritionis ex metu pœnæ temporalis, aut pœnæ Inferni; tamen non in illum fertur, vt hæc pœna inferenda est à Deo, vt est auctor naturæ, sed vt auctor gratiæ, quam per peccatum amisimus: in quem actum necessariò fertur ipsa voluntas, nisi expressè velimus sistere in præcisa detestatione obmeram pœnam temporalem. Vnde, licet ex metu pœnarum temporalium confurgat, & moueatur voluntas ad actum attritionis eliciendum; tamen cum de facto, & actu elicit, elicit illum immediatè ob expressum motiuum, quo timer offensam Dei ob pœnas Inferni, vel alias temporales, atque ad eò ex motiuo supernaturali. Ita docent Doctores passim, & colligitur ex Henriquez lib. 1. de pœnitentia, cap. 26. n. 3. ad finem. Vide etiam, quæ diximus c. 4. num. 9. 8. & 7. vbi hæc clariùs, & latius explicauimus.

Henric.

CAPVT VI.

Quo tempore obligat præceptum contritionis: quorum peccatorum sit habenda ipsa contritio: an sit necessaria de singulis peccatis: quando habenda sit, an in principio confessionis, an in fine: soluentur alia dubia.

SVMMARIVM.

- Deur præceptum de vera contritione habenda. n. 1. Hoc præceptum non obligat, quando suscipitur Sacramentum pœnitentiæ cum vera attritione. ibid. An præceptum contritionis obliget statim, ac quis mortaliter peccat. num. 2. An quoties peccata mortalia memoria occurrunt. n. 3. An aliquoties in vita, & quando. num. 4. Statuitur vera sententia, asserens ex vi intrinseca, & natura præcepti solùm obligari pœnitentes in articulo mortis, quando deest copia Confessarij, ad actum contritionis. num. 5. Quid, quando adest copia Confessarij. ibid. Ex accidenti, & non ex vi præcepti naturalis, habendi contritionem, potest homo obligari ad illam in vita extra articulum mortis, quando hic, & nunc iudicatur, se aliter non posse effugere aliquam tentationem. num. 6. Item, quando Eucharistia suscipienda, vel ministranda est. num. 7. Quid de aliis Sacramentis. ibid. An singulorum specie, vel numero peccatorum sit habenda contritio. num. 8. An singulorum habenda recognitio. num. 9. Quo tempore confessionis sit habenda contritio, vel attritio. num. 10. P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

An possit haberi, quando pœnitens, incipit singula peccata sua cogitare. num. 11. Vel in medio cogitationis, vel antequàm incipiat. ibid.

Verum ad comparacionem gratiæ in Sacramento pœnitentiæ necessaria sit contritio, vel attritio. num. 12. Quantum dolor, & quales debeas esse de peccatis, vt remittantur, extra Sacramentum pœnitentiæ, & cum illo. num. 13.

An sit necessaria contritio peccatorum venialium. num. 14.

EX tradita hæctenus doctrina aliqua insurgunt dubia. Primum est, quo tempore obliget præceptum contritionis. Et suppono in primis cum Theologis, & cum D. Thoma in 3. p. q. 84. art. 7. D. Thomæ dari præceptum de vera contritione habenda, supposita culpa mortali: quod præceptum diuinum colligitur ex multis locis sacre paginæ, & ex illis verbis Christi Luca 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* quæ verba communiter interpretantur Doctores de pœnitentiæ interna, id est, de contritione; & cum fuerint dicta à Christo Domino, Salvatore hominum vniuersæ legis, antequàm instituerit Sacramentum confessionis, intelligenda sunt, non solum pro statu legis veteris, sed etiam nouæ. Suppono etiam, huiusmodi præceptum non obligare in lege gratiæ, quando suscipitur Sacramentum confessionis: quia, vt diximus c. Præcedenti, n. 14. & 11. & docet Concil. Trident. sess. 14. c. 4. sola vera & supernaturalis attritio cum Sacramento confessionis in re suscepto, sufficit, vt peccator in gratiam, & amicitiam cum Deo redeat, iustificetur, & non pereat. Quæstio igitur procedit, vel ante legem gratiæ, vel post legem gratiæ, cum copia Confessarij haberi non potest: & tunc quærimus, quo tempore obliget præceptum contritionis.

Conc. Tr.

Multri Doctores affirmant, obligare statim præceptum contritionis, ac quis mortaliter peccat: sed hæc sententia communiter ab omnibus reicitur, ex eo fundamento, quod præceptum contritionis, cum sit affirmatiuum, non obligat statim, & pro semper: deinde, quia, si statim teneretur quis contritionem habere de peccato mortali, ac ipsum peccatum committere; sequeretur, teneri homines data copia Confessarij statim confiteri, ac mortaliter peccant: nam actus veræ contritionis includit in se in lege gratiæ propositum confessionis, habita copia Confessarij, vt latius probauimus cap. 3. n. 6. sequela autem falsa est, quia Ecclesia solum obligat ad hanc confessionem semel in anno faciendam tempore Quadragesimæ.

2.

Secunda opinio docet, præceptum contritionis obligare, quoties commissa peccata mortalia memoria peccatoris occurrunt. Ita Palud. in 4. dist. 17. q. 1. Sed hæc etiam opinio ex fundamento prædicto reicitur. Enim verò ex ea etiam sequeretur, teneri peccatores, oblata copia Confessarij, toties confiteri, quoties peccata mortalia in eorum venerint memoriam: hoc autem non est dicendum: quia, vt diximus lib. 1. c. 1. & sequentibus, Ecclesia præceptum diuinum pœnitentiæ integrum reliquit, & solum determinauit tempus, quo obligarentur, semel, scilicet, in anno, tempore Quadragesimæ: vnde, vt optime docet Toletus lib. 3. Summæ, c. 5. num. 3. etiam si recorderentur peccatores sæpiùs peccati à se commissi, non tenentur statim contritionem de illo habere, atque ad eò confiteri, cum contritio semper includat votum confessionis; statim, inquam, ac memoriæ occurrat: solum enim tenentur nunc non in ipso complacere, & possunt mentem aliò diuertere.

3.

Paludan.

Toletus.

4. Tertia opinio docet probabiliter, obligare praeceptum contritionis aliquoties in vita: quando autem obliget, & quo tempore, prudentis arbitrio esse committendum: pender enim hoc ex circumstantiis loci, temporis, & occasione occurrentis. Ita docet Henric. lib. 1. de penit. cap. 6. num. 6. & id non improbabile videtur Soario L. 4. de penit. disp. 4. lect. 3. num. 3. & 16. quia est hoc valde accommodatum vitae spirituali hominum, institutioni huius praecepti, & fini supernaturali; ad quem homines conditi sunt. Itaque docet haec opinio, obligare huiusmodi praeceptum sub mortali, aliquoties in vita, peccatores: non tamen assignat tempus certum; quo obliget; sed totum id committit iudicio prudentis: quod inconueniens videri non debet; nam etiam certum est, praeceptum fidei aliquoties in vita obligare: tempus autem, quo obliget, non est certum; sed committitur arbitrio prudentis definiendum: pender enim hoc tempus, & haec obligatio, ex circumstantiis loci, temporis, & personarum, in quo, & apud quas, fides est proficienda, & defendenda vsque ad mortem, vt optimè probat Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 9. cap. 4. quaest. 1. & expressus lib. 8. cap. 7. quaest. 6. fin. & cap. ultimo, quaest. vltima.

5. Sed, missis opinionibus, sic breuiter dico. Vel possumus loqui de obligatione intrinseca huius praecepti, & querere, quando obliget ex se, & ex vi sua: vel de obligatione extrinseca, & quasi per accidens, non orta ex natura praecepti, sed ex aliqua necessitate occurrente: v. c. quando aliquis credit, se non posse vincere aliquam tentationem, nisi actum contritionis, vel amoris Dei summè dilecti eliciendo; quando iudicat, se non posse aliter vitare aliquod peccatum in particulari, aut fugere hanc, vel illam occasionem. Si loquamur de intrinseca obligatione praecepti, & de tempore, in quo per se, & ex vi sua obliget, probabilior est sententia eorum, qui dicunt, solum in articulo mortis obligare, vel in probabili periculo illius, (idem enim articulus, & periculum, significant,) vt in acutissima infirmitate, in periculo naufragij, aut belli, aut simili: tunc enim, non existente copia Confessarij, tenemur conteri ex intrinseca natura & obligatione huius praecepti penitentiae. Ita docet Toletus lib. 3. Summa, cap. 5. num. 3. D. Thom. in 4. dist. 17. quaest. 1. art. 4. Soar. tom. 4. de penit. disp. 15. lect. 6. num. 2. Viualdus in Candelabro aureo, vbi de contr. n. 20. Valentina quaest. 8. p. 4. Nauarrus cap. 1. num. 27. Sotus, Petrus Soto, Bonaventura, & alij, quos citat Supplementum Toleti ad caput quintum libri tertij, n. 3. Dixi, non existente copia Confessarij: quia, si existat, non tenetur tunc quis conteri ex praecepto contritionis, sed solum tenetur attritionem praemittere, & confessionis Sacramentum suscipere: quia per Sacramentum confessionis cum attritione, ex attrito fit homo contritus: & tunc satis suppletur vis, & obligatio praecepti contritionis, per aliquid aequiualens, per attritionem, scilicet, & susceptionem Sacramenti, vt diximus c. 5. num. 14. & docet Henric. lib. 1. de penit. cap. 26. num. 6. Cano in relect. de penit. part. 4. Sotus in 4. distinct. 17. quaest. 2. artic. 6. & nouiores omnes contra Vegam lib. 13. cap. 20. de iustificatione, quaest. 13. ad 1. contra secundam conclusionem. Fundamentum huius opinionis est clarum, & per se patet: nam praeceptum contritionis in vtraque lege noua, & veteri, & viguit: & in lege noua tunc maxime debet obligare, cum peccator est in periculo mortis, & caret copia Confessarij, & non habet aliud remedium aequiualens, quo iustificari possit, ac saluari. Quid autè nomine periculi, vel articuli mortis intelligatur, satis diximus lib. 1. huius praecepti,

Henric. Soarius.

Azor.

Tolet. D. Thom. Soarius. Viuald. Valentina. Nauarr. Sotus. Petr. Soto. Bonau.

Henric. Camus. Sotus.

cap. 1. à num. 7. quem locum vide: non enim necesse est, vt eadem hic iterum repetantur.

6. Aliunde tamen, non ex vi praecepti contritionis, sed ex extrinseca necessitate potest homo obligari in vita, & extra articulum mortis, quoties iudicat se non posse fugere aliquam tentationem vehementem, aut effugere hanc, vel illam occasionem, reprimere carnis rebellionem, aut vitare hoc, vel illud peccatum particulare, nisi actum contritionis eliciat, vt optimè docet Toletus lib. 3. Summa, c. 5. n. 3. cum ceteris nouioribus: docet etiam Azor t. 1. Inst. moral. c. 4. lib. 9. q. 1. Medina C. de confess. tract. 1. q. 6. & alij.

8. Similiter, non per se, sed aliunde, & ex accidenti, tenemur actum contritionis habere, quoties Eucharistia suscipienda, vel administranda est, vel aliud Sacramentum, & deficit copia Confessarij: nam hinc, vt dixi, non ex vi praecepti contritionis, sed aliunde ex vi praecepti naturalis: Sancta sanctorum sumus, tenemur conteri, & ex vi praecepti diuini: Probet autem seipsum homo. 1. Corinth. 11. siue de pane illo edat. siue de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Vide, quae diximus lib. 1. huius praecepti, c. 1. n. 8. & 16. quae enim ibi dicta sunt, hac etiam transferri possunt.

3. Dubium tamen est, an singulorum peccatorum sit necessaria particularis contritio, an sufficiat vna generalis: & quo confessionis tempore habenda sit ipsa contritio, an in principio, an in medio, vel in fine confessionis, vel ante illam, cum, scilicet, post discussionem conscientiae, confessionem volumus incipere; vel ante ipsam discussionem. Et antequam respondeamus, notandum est triplex potest intelligi, esse necessarium dolere, & conteri de singulis peccatis commissis in particulari. Vno modo, vt unicuique peccato in particulari, sua particularis respondeat contritio, ita vt tot sint numero contritiones, quot sunt numero distincta peccata. Alio modo, quòd sit dolendum de singulis peccatorum speciebus: ita vt omnibus peccatis specie furti vna respondeat contritio; & omnibus peccatis contra castitatem, vel contra iuramentum, sua respondeat contritio; & sic ac singulis speciebus peccatorum; ita quòd si decies furatus fueris, vel fornicatus, per vnicum actum contritionis doleas, te decies peccasse in illa, vel illa specie. Tertio modo, si omnia peccata prius fuerint in memoriam reuocata, & postea de illis omnibus doleamus per vnicum actum contritionis cadentem supra omnia peccata, aut per diuersos actus cadentes super illa. Respondeo igitur, non esse necessarias contritiones primo, & secundo modo; sed satis esse vnicam generalem omnium peccatorum, quae cadat super omnia peccata in memoriam adducta ac reuocata. Ita docent communiter Doctores, Nauar. in Summa Lar. cap. 1. num. 22. Medina C. de penit. quaest. 3. §. Nota tamen, & Toletus in Summa, lib. 3. cap. 5. num. 2. Et ratio est primò: quia, si singulorum peccatorum contritiones singulae in particulari essent necessariae, non posset homo conuerti, ac saluari quocumque temporis momento; sed opus esset longo tempore: nec enim tot actus contritionis vno momento elici possunt: hoc autem est contra Scripturam, Ezech. 18. Quaeque hora ingemuerit peccator, non recordabor suorum peccatorum, vbi, hora, pro momento temporis ponitur: sufficit ergo generalis detestatio, & contritio omnium peccatorum; & per consequens, non est necessaria contritio singulorum peccatorum, quoad numerum, vel species.

Per hoc tamen non tollitur singulorum peccatorum,

Tolet. Azor. Medina.

3.

Nauar. Medina. Toletus.

10. torum particularis discussio, quae necessariò est ante confessionem praemittenda, iuxta illud Esaiæ 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. In quo deceptus est Angelus verbo, Contritio, §. 3. existimans, sicut de singulis peccatis in particulari nobis est recogitandum; ita de singulis numero nobis esse dolendum. Et fundamentum illius est: quia non recogitamus de singulis, vt ibi fitamur; sed vt ad singulorum contritionem transeamus. Ad quod fundamentum facillè respondemus, sufficere, quòd, postquam de singulis fuerit recogitatum, & de illis omnibus vnica contritione doleamus, quae cadat super omnia formaliter, & super singula illorum virtualiter: & quauis non daretur Sacramentum confessionis, sicut non dabatur ante legem gratiae, esset profectò necessaria ista discussio ad maiorem vitae emendationem; licet non tam minuta, & de singulis peccatis in particulari; sed saltem quoad singulas species peccatorum: ad simplicem tamen gratiae assecutionem, & iustificationem, sufficeret praedicta generalis contritio, cadens supra omnia peccata formaliter, & supra singula virtualiter.

11. Circa aliud dubium, quo tempore confessionis habenda sit contritio, an in principio confessionis, an in medio, vel in fine, vel ante illam: Respondeo, post recogitationem peccatorum haberi posse quocumque tempore, siue ante confessionem, siue in ipsa confessione, medio, vel in fine illius; dummodò tamen ante datam absolutionem habeatur. Ita Toletus lib. 3. Summa, c. 5. n. 2. Nauar. in Man. Lat. c. 1. n. 22. Medina C. de penit. §. Nota tamen, & Maior in 4. dist. 13. q. 3. Et ratio est quia ex praedicta contritione cum absolutione integratur Sacramentum penitentiae: opus ergo est, vt habeatur semper ante absolutionem; alioquin si sine contritione, vel attritione absoluerimus, Sacramentum erit nullum, ex defectu materiae proximae, & partis essentialis ipsius Sacramenti.

12. Potest etiam huiusmodi contritio haberi, quando homo incipit singula peccata sua cogitare, & in medio cogitationis, vel in fine, cum etiam tunc ante absolutionem contritio habeatur, vt optimè notauit idem Toletus, imò etiam poterit haberi, cum praeparatur ad huiusmodi recogitationem: cum enim necessaria non sit contritio singulorum numero, aut specie peccatorum; sed sufficiat, si in generali omnium peccatorum habeatur; parum refert, quòd ante recogitationem, vel post illam, habeatur, dummodo postea sequatur diligens, ac prudens discussio, & recogitatio conscientiae, vt patet proderit tamen multum, ac iuuabit, si saepius repetatur eadem contritio & detestatio; non tamen eadem repetita saepius contritio requiritur, vt patet.

13. Aliud dubium esse potest, vtrum ad comparationem gratiae in Sacramento penitentiae, necessaria sit attritio, vel contritio omnium peccatorum, etiam eorum, quae post recogitationem, ac diligentem conscientiae discussionem, memoria non occurrunt: sed de hoc dubio agemus capite sequenti latius: solum animaduerto, semper nobis manere obligationem confitendi ea, quae fuerunt oblita, & post confessionem factam in memoriam veniunt, vt infra latius dicemus suo loco.

14. Rogas adhuc, quantus dolor esse debeat de peccato commisso, & in qua intensio esse debeat, vt sit digna, ac necessaria dispositio ad impetrationem gratiae in Sacramento penitentiae. Respondeo, sufficere, quòd dolor sit supernaturalis, supernaturalisque attritio, & non requiri, quòd habeat certam intentionem quoad gradum: vna enim attritio cum Sacramento penitentiae, & vnica contra P. Steph. Fernandez, in quinque praec. Eccl.

Angel.

10.

Tolet. Nauarr. Medina. Maior.

11.

12.

13.

tritio, vel remissa, extra illum, potest delere quocumque peccatum, etiam grauissimum; neque enim homo, vt diximus cap. 3. num. 9. tenetur magis conteri de vno peccato, etiam graui, quam de alio, dummodò conteratur; quauis sit valde vtile magis conteri de grauioribus, quam de leuioribus. Ita docet Toletus lib. 3. Summa, c. 5. n. 2. Vide, quae diximus dicto cap. 3. num. 9. vbi ad finem assignauimus rationem à priori, ob quam non sit necessaria certa intensio attritionis, vel contritionis quoad gradum.

14. Animaduertendum tamen est ad finem huius capitis, non esse necessariam contritionem peccatorum venialium, sed tantum mortalium: quia venialia, vt saepe diximus, extra contritionem, & attritionem, imò extra actum penitentis, ex opere operato remitti possunt, per benedictionem Episcopalem, per aspersionem aquae benedictae, & multis aliis modis.

CAPVT. VII.

De confessione valida, sed informi; an detur, & in quibus casibus.

SUMMARIUM.

- Quid sit validum, & informe Sacramentum. n. 1.
- Ex parte Confessarij nunquam potest dari. num. 2.
- An ex parte penitentis detur, cum quis putat, se habere attritionem necessariam; cum tamen in re illam non habeat. num. 3.
- An detur, quando penitens ob negligentiam culpabilem de peccatis oblitis non fuit attritus. num. 4.
- Quid sit ob ignorantiam. ibid.
- An detur, quando penitens ad hoc Sacramentum accedit cum attritione supernaturali requisita ad valorem, non tamen ad effectum Sacramenti, & ex defectu intensio doloris, vt aiunt. num. 5.
- In nullo alio Sacramento dolor est de essentia illius. num. 6.
- Christus non instituit certum gradum doloris supernaturalis ad effectum Sacramenti, & certum ad essentiam, & valorem illius; sed vnus sufficit ad vtrumque. ibid. versu. Non secundum.
- Refertur opinio Soarij afferentis, dari solum in vno casu ex defectu doloris extensus, validam, & informe Sacramentum confessionis. num. 7.
- Opinio Soarij non est omnino improbabilis. n. 8.
- Illam prius tetigit Henric. ibid.
- Astruitur, & probatur latè vera sententia, quae docet non dari, nec posse dari, in nullo casu, Sacramentum validum, & informe; sed omnem confessionem, aut esse inualidum, aut si est valida, esse formatam gratia. num. 9.
- Multiplicantur probationes pro hac secunda sententia, & soluntur rationes Soarij. n. 10.
- Iudicium Auctoris, & soluitur vnum ex fundamentis Soarij. num. 11.

Validum, & informe confessionis Sacramentum tunc datur, quando, licet quis ex tali confessione gratiam non comperat; tamen non tenetur postea repetere eandem confessionem, quia fuit valida; tenetur tamen remouere fictionem, & impedimentum, vt redeat effectus gratiae sacramentalis; & ideo dicitur Sacramentum validum, quia non manet obligatio illud iterum repetendi: ideo informe, quia non fuit formatum gratia. Vidèdù ergo est, an dari possit Sacramentum validum confessionis,



sed informe: nam, quanuis aliqui Doctores antiqui admittant hanc diuisionem, in confessionem validam, & inuvalidam; nunquam tamen admittunt illam in confessionem validam, & informem. Aliqui tamen recentiores illam admittunt.

Notandum in primis est, ex parte Confessarij nunquam posse dari confessionem validam, & informem: aut enim Confessarius legitimus est, & habet iurisdictionem, & intentionem absoluedi, aut non habet: si habet, & reliqua necessaria concurrant ex parte poenitentis, valida erit, & formata confessio: si non habet iurisdictionem, & intentionem absoluedi, (non enim sufficit vnum sine alio,) inuvalida est talis confessio. Solum igitur ex parte poenitentis dari potest confessio valida, sed informis, si datur. Quibus autem casibus detur, & an detur, variant Doctores.

3. Sotus.

Inquirendum ergo est, an detur, & in quibus casibus. Sotus in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. existimat, tunc dari confessionem validam, & informem, cum homo putat se habere dolorem de peccatis suis, & requirit saltem attritionem illorum, cum tamen reuera non habeat: dicit enim ibi, teneri postea poenitentem, cum ei confiteretur, se non habuisse, id ipsum confiteri tantum, & non repetere confessionem: quod est dicere, confessionem fuisse validam, sed informem. Sotum sequuntur aliqui recentiores: sed haec doctrina Soti iam satis manet improbata supra c. 5. n. 5. vbi diximus, ad valorem confessionis requiri verum dolorem, veramque, & supernaturalem attritionem in re habitam, non putatiuam, neque existimatam.

4. Henricus.

Henriquez lib. 1. de poenit. c. 26. & lib. 2. cap. 11. asserit, in duobus tantum casibus dari posse hoc Sacramentum validum, sed informe ex parte poenitentis. Primum, quando ex negligentia, & ignorantia culpabili oblitus est alicuius peccati mortalis: quia, v. c. multis negotiis fuit impeditus, & non potuit conscientiam suam, sicut oportet, discutere; accedit tamen ad confessionem, & cupit facere integrum Sacramentum; & tamen alicuius peccati mortalis obliuiscitur: quia, quando attritio ex intentione sua fuit vniuersalis, animus confitendi extenditur ad omnia mortalia oblita: est enim confessio similis iudicio forensi, in quo seruantur substantialia: & sic huiusmodi confessio erit quidem valida; non tamen formata: quia dantur mortalia, quorum oblitus est, quae obex sunt gratiae recipiendae. Verum haec sententia digna est praecipua discussione: nam, si illa negligentia fuit mortaliter culpabilis, non potest dari validum Sacramentum; si quidem indignè ad illud ex defectu diligentiae requisitae ad hanc discussionem poenitens accedit: si non mortaliter culpabilis, coincidit huiusmodi opinio cum opinione Soarij, quam statim examinabimus num. 7.

5.

Secundò, ex parte etiam eiusdem poenitentis, quando, scilicet, aliquis accedit ad confessionem cum attritione supernaturali; non tamen in eo intentionis gradu, quem Deus ex sua institutione diuina requirit ad effectum huius Sacramenti: quia, licet ea remissa attritio sufficiat ad valorem huius Sacramenti; non tamen sufficit ad effectum, illius nisi perueniatur ad eam intentionis gradum, quem Christus instituit. Et haec opinio est N. uarij in Summa Lat. cap. 9. num. 15. & Syluestri verbo, Confessio, 1. quaest. 23. Soti in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. & D. Thomae ibi dist. 17. q. 3. art. 4. Cani, & Ledesmae, & Couarruuiæ, & aliorum, quos citat, sed non sequitur Soarius tom. 4. de poenit. disput. 20. sect. 5. num. 6. & 3. in praelo Conimbricensi. Fundamentum illorum duplex est. Primum, quia in omnibus aliis Sacramentis datur Sacramentum validum,

N. uarij. Syluest. Sotus. D. Thom. Canis. Ledesma. Couarr. Soar.

sed informe ex defectu doloris: ergo & in isto. Secundò, quia contraria opinio, quae non admittit ex defectu doloris confessionem validam, & informem, est nimis rigorosa: raro enim, aut nunquam poterunt poenitentes esse quieti, & sepe, ac saepius astringuntur iterare confessiones, cum nunquam eis possit constare certò, certitudine aliqua morali, habuisse illum attritionis gradum quem Deus instituerit ad effectum huius Sacramenti.

Verum, nullum ex his fundamentis est firmum: non primum, quia magnum est discrimen inter hoc & alia Sacramenta: nam in nullo alio Sacramento dolor est de essentia illius, vt in isto, vt post D. Thomam notat Soarius tom. 4. de poenit. quaest. 20. sect. 5. num. 6. & idè in aliis dari poterit ex defectu doloris Sacramentum validum, sed informe; in hoc non potest, sed semper erit inuvalidum. Non secundum, quia in rei veritate dici non potest rigor, & seueritas illa, quae pender ex institutione Christi; nec dici potest bona pax conscientiae, quae in ignorantia fundatur; nec Deus instituit certum intensiois gradum doloris supernaturalis ad valorem, & alium certum & diuersum ad effectum huius Sacramenti; sed solum instituit, ac requirit, vt dolor sit supernaturalis: vnde quicumque gradus supernaturalis, etiam remissus, sufficit ad valorem, & effectum huius Sacramenti. Et ita docet Soarius citatus, & Toletus lib. 3. Summae, cap. 5. num. 4. & patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. vbi solum requirit, veram & supernaturalem attritionem ad rectam dispositionem huius Sacramenti, & ad gratiam cum illo comparandam, & non requirit illam in certo gradu, & intensioe. Et idè hodierniores Theologi cum Soario non admittunt Sacramentum confessionis validum, & informe ex defectu intensiois doloris; sed ex defectu extensiois illius: quia minimus dolor, & attritio supernaturalis sufficit ad gratiam cum hoc Sacramento comparandam, & minima gratia sufficit ad iustificandum poenitentem, & cum Deo reconciliandum.

Soarius igitur, & nonnulli nouiores Theologi, tom. 4. de poenitent. disput. 20. sect. 5. num. 7. in praelo Conimbricensi, solum in vno, vel altero casu existimat dari Sacramentum confessionis validum, sed informe; non quidem ex defectu intensiois doloris, sed ex defectu extensiois illius, in quo recedente fictione redibit effectus gratiae absque obligatione renouandi iterum eandem confessionem, dummodo nullum mortale post ipsam confessionem validam, sed informem poenitens committat: in eo, scilicet, in quo quis habet plura peccata, vnum furij, alterum homicidij, sacrilegij aliud, aliud imptemperantiae in gula, vel castitate, & de singulis doleat ob singula & particularia motiua: v. c. de primo doleat, quia furtum est; de secundo, quia homicidium; & sic de ceteris; tunc quidem si obliuiscatur dolere de vno sub suo motiuo particulari, in eo casu existimat Soarius, dari confessionem validam, sed informem ex defectu extensiois doloris, non intensiois: quia, cum sint motiua particularia, vnum non includit aliud, nec vnum omnia, & sic dolor vnus peccati habitus ex hoc particulari motiuo, non extenditur ad aliud. Idem dici potest, si poenitens post diligentem conscientiae discussionem doleat de illis particularibus peccatis sibi memoriae occurrentibus; in re tamen aliud habeat mortale, de quo non recorderetur, nec doleat: is quidem, si ad Sacramentum accedat, validam efficiet confessionem, non tamen formatam, quia habuit obstaculum peccati mortalis oblitis, de quo non

6. D. Thom. Soar.

Soar. Tolet. Conc. Tr.

7. Opinio Soarez.

non fuit contritus, neque confessus ex obliuione: neque enim dolorem ad oblita extendit: vnde in his solum duobus casibus dabitur verum ac validum Sacramentum confessionis, sed informe. Probatur Soarius hanc suam opinionem, primò, quia dolor ille, & attritio, in singulis peccatis habitus ex particulari motiuo, nullo modo ex natura sua, aut ex intentione poenitentis ad alia peccata & motiua se extendit: ergo neque formaliter, neque virtualiter in illo dolor aliorum peccatorum, vel motiuorum, quae memoriae occurrerunt, fuit inclusus. Probatur secundò, quia si quis accedat ad Eucharistiam, cum vno peccato mortali oblitò, & sine contritione illius omittit ex mera obliuione sua, Sacramentum erit validum, sed informe: validè enim illud suscipit, non tamen gratiam illius consequitur, vt patet. Ergo idem erit in Sacramento poenitentiae: ille enim, qui cum aliquo peccato oblito ad illud accesserit, validum suscipiet Sacramentum, sed non iustificabitur, quia informe erit, & sine gratia. Tertio, quia hoc pender ex institutione Christi: instituit enim Christus Dominus hoc Sacramentum confessionis sub hac conditione, vt ille poenitens, qui ad illud accederet cum attritione omnium peccatorum, etiam obliuitorum, & formalis, vel virtualis, gratiam sacramentalem acciperet, & non aliter, nec alio modo; & ex hac institutione diuina ipsa attritio omnium peccatorum mortalium est medium necessarium ad consequendam gratiam, & effectum Sacramenti: vnde, qui ex obliuione omiserit huiusmodi medium, non peccabit quidem, cum naturalis obliuio in omnibus rebus excuset; non tamen comparabit gratiam propter defectum medij necessarij, & sic validum, sed informe efficiet Sacramentum. Quarto, quia attritio, & dolor sufficiens ad comparandam gratiam in hoc Sacramento, debet esse vniuersalis de omnibus peccatis, quae commissimus in vita, & nunquam confessi sumus: vnde, si homo confiteatur tantum ea peccata, quae post factam diligentiam memoriae occurrunt, & de illis tantum dolorem habeat, non de oblitis, sequitur, quòd ex defectu extensiois doloris supernaturalis, non comparatur gratia propter obicem peccati oblitis: peccata enim oblita, si non fuerunt attrita, sunt obex gratiae sacramentalis, ac proinde dabitur tunc Sacramentum validum, sed informe.

8.

Henricus.

Ita se habet opinio Soarij, quae non est improbabilis omnino: imò adeò placuit nouioribus Theologis, vt multi illam in suis Glossis mordicus defendant, quae merito soli vnico Soario attribuitur in hoc speciali casu motiui specialis, & peccati oblitis: nam, quanuis Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 11. num. 1. ante finem, illam tetigerit in his verbis: *Quidam dicunt, si quis ob specialia motiua desideretur peccata, quorum recordatur, non fieri Sacramentum formatum; quasi ea attritio non habeat vniuersale motiuum, nec extendatur ad peccata oblita*, haec ibi, tamen ad marginem, littera F, explicans illud, *quidam*, ita ait: *Huius rei non est Auctor certus, nisi iuueatur illis, qui negant dari Sacramentum informe*. Habemus igitur iam Auctorem certum in Soario, qui post Henricum scripsit: & videtur tempore Henrici voluisse Soarium hanc suam opinionem inducere, quam postea typis mandauit, ac edidit in lucem.

9.

Opposita tamen sententia, quae directè sententiae Soarij opponitur, negat dari, nec posse dari ex parte poenitentis Sacramentum confessionis validum, & informe; sed Sacramentum hoc, aut semper esse inuvalidum; aut si validum, semper esse formatum, & nunquam posse esse informe: quae opinio est sanè probabilior, & conformior rationi, vt statuit P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

tim ostendam. Eam expressè docet Aegidius Coninch, nuperrimus Auctor, disp. 4. de int. & essentia huius Sacramenti, dub. 11. num. 71. Gabriel in 4. Scotus dist. 17. quaest. 1. art. 3. dub. 2. littera T: Scotus ibidem: Toletus lib. 3. Summae, cap. 8. num. 1. Henricus, dicto lib. 2. de poenit. cap. 11. num. 1. ad marginem, littera G nam, quanuis ille absoluedi dicat, dari Sacramentum validum, & informe, & falsò dici ab aliquibus dari, (in qua censura planè excedit:) tamen in hoc casu particulari defectus extensiois doloris (in quo duntaxat casu illud concedit Soarius) negat omnino Henriquez dari Sacramentum confessionis validum, & informe: vnde metied pro hac opinione, & contra opinionem Soarij, citari potest Henricus. Et hanc opinionem docent etiam omnes Theologi, qui non admittunt diuisionem Sacramenti poenitentiae in validum, & informe: & hi sunt, Maior in 4. dist. 17. Adrianus ibi de confessione, quaest. 1. dub. 4. Medina Cod. de confess. fol. 71. Bonauent. in 4. 2. part. dist. 17. art. 2. quaest. 3. Taper art. 3. pagina 176. fine, & alij plurimi. Et ratio est, primò, quia dolor supernaturalis ex vno, & particulari motiuo, in vno numero peccato, aut in vna specie peccatorum, v. c. furij, homicidij, aut sacrilegij, non excludit ex sua natura dolorem aliorum peccatorum ex aliis motiuis habitum: sicut nec ipsa motiua, quanuis diuersa specie, vel numero sint, se formaliter excludunt: vnde nisi poenitens per aliquem actum specialem, dolorem, & motiua alia excludat, necessariò, & virtualiter illa includit: nam vnunquodque motiuum, & dolor ex illo habitus ed tendit, vt de illo peccato furij, v. c. sub illo motiuo furij doleamus; quia furtum est offensio Dei: vnde, cum haec ratio offensionis Dei tam detur in furto, quam in homicidio, & sacrilegio, profectò dolor ille huius peccati ex motiuo furij habitus non excludit dolorem aliorum peccatorum ex aliis habitum motiuis. Secundò, quia dolor ille, quem poenitens habet de peccatis recordatis, necessariò, & ex natura sua fertur, & extenditur ad omnia peccata oblita: quare nisi poenitens velit illa per actum formalem excludere ab hoc dolore, necessariò in illo includuntur: quia, quae formaliter non excludimus, virtualiter includimus in dolore huius Sacramenti: vnde ille dolor, qui sufficit ad valorem Sacramenti, necessariò sufficit ad effectum illius. Tertio, quia sicut in motiuo generali charitatis, & amoris Dei super omnia, includitur ex natura sua motiuum speciale poenitentiae, saltem virtualiter; quod in causa est, vt ille, qui est impius, & in peccato mortali existit, & caret copia Confessoris, per actum amoris Dei super omnia iustificetur, ex eo, quòd iste actus amoris Dei virtualiter includat actum poenitentiae: & motiuum illius actus includat etiam motiuum huius: sic etiam ille, qui dolet de singulis peccatis, ob specialia motiua, gratiam sacramentalem comparabit, etiam si de vno tantum, vel pluribus peccatis ob suum particulare motiuum dolere obliuiscatur: quia dolor occurrentium peccatorum virtualiter extenditur ad dolorem, & motiua aliorum peccatorum, quandiu per actum formalem, & expressum ab illis non excluditur. Quarto, quia defectus extensiois doloris est defectus integritatis huius Sacramenti, & frustra fingitur à Soario esse defectum essentialium respectu effectus Sacramenti ex institutione Christi, & esse hanc formalem extensionem medium necessarium ad hunc effectum; ille enim dolor supernaturalis, qui requiritur ad valorem Sacramenti, sufficit ad effectum illius. Neque obex peccati, aut motiui oblitis impedit huiusmodi effectum, CC 3 quia

Maior. Adrian. Medina. Bonan. Taper.

quia dolor ille, qui de peccatis, & motiuis habetur memoriæ occurrentibus, virtualiter extenditur ad oblita: sed defectus integritatis Sacramentis confessionis, quando est inculpabilis, non impedit effectum gratiæ, ut patet in illo, qui confitetur Parocho, cuius Parochi parentem occidit, qui omnia tenetur confiteri, præter hoc peccatum, quod tenetur confiteri alteri Sacerdoti: ergo defectus extensus doloris non est medium necessarium ad effectum huius Sacramenti ex institutione Christi, nec illum impedit. Et verò, quod huiusmodi defectus sit defectus integritatis, patet: quia per penitentem non stat, quominus illum dolorem non extendat; ex obliuione enim inculpabili id non facit: sicut etiam inuoluntariè, & inculpabiliter penitens confessionem non extendit ad peccatum homicidij parentis Confessarij, & habet voluntatem confitendi illud inuento alio Confessario.

10. Probatum quòd, quia hoc Sacramentum penitentiae est quoddam diuinum iudicium, quod procedit more iudicij humani: sed in iudicio humano bona, ac valida est sententia, quæ absolutum reum, qui facta morali inquisitione, & diligentia inuenitur innocens, licet alioqui sit nocens: ergo etiam bona, ac formata erit confessio, in qua penitens facta morali diligentia oblitus fuit habere contritionem vnius peccati sub suo motiui particulari. Respondet Soarius, bonam fuisse hanc confessionem, hoc est, validam, non tamen formatam, quia defecit medium necessarium est institutione Christi ad illius effectum, & formam vniuersalem, scilicet, dolorem peccatorum, & moriuorum etiam obliuorum: & asserit hoc colligi ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 4. & 5. sed Concilium Tridentinum in cap. 4. nihil dicit, ex quo id colligatur: in capite verò 5. expressè dicit, sufficere ad valorem, & effectum huius Sacramenti, supernaturalem attritionem illorum peccatorum, quæ memoriæ occurrunt, ibi: *Quorum post diligentem discussionem conscientiam habet*. supponens, dolorem illum, etiam si habeatur ex particulari motiui cuiusque peccati, necessariò virtualiter extendi ad oblita. Probatum sextò, quia in opinione Soarij sequitur, posse eum penitentem iustissime condemnari, qui fecit confessionem validam, & informem, si statim emoriatur, antequam obicem tollat, ut redeat effectus gratiæ: quod quis dicit, cum tunc absque culpa sua condemnatur. Respondet Soarius ad hoc argumentum variis modis, primò, huiusmodi penitentem condemnandum planè fore, non tamen absque culpa sua, absolute loquendo; habebat enim culpam mortalem, de qua nunquam fuit contritus. Secundò respondet, Deum esse ad eò misericordem, ut in eo euentu tantam infundat lucem peccatori, ut possit recordari de peccato oblito, ut de illo debite conteratur, vel confiteatur, si adhuc Confessarius, ad comparandum effectum gratiæ sacramentalis. Terriò dicit, non esse absurdum dicere, condemnandum esse aliquem absolute absque culpa, quando omittit medium necessarium ad comparandam gratiam Sacramenti ex institutione Christi. Premittit profectò hoc argumentum Soarium; & idè tot effugia illi inuenit: nam, si attentè considerentur illius solutiones, effugia potius, ac euasiones sunt, quam solutiones. Probatum septimò, quia, qui ita confitetur, ut valide absolui possit, dignus est absolutione; & de iustitia ei debetur absolutio: ergo est sufficienter dispositus ad gratiam Sacramenti; fecit enim, quod in se est; & facienti, quod in se est, non est ei deneganda gratia sacramentalis: facienti enim, quod in se est, Deus non denegat suam gratiam. Respondet Soarius, nò pos-

se ei negari absolutionem; non tamen comparare gratiam propter obicem peccati obliti; & moraliter loquendo, non fecisse, quod in se est, huiusmodi penitentem ex diuina gratia; siquidem dolorem illum ad peccatum oblito non extendit, quod facile poterat efficere. At reuerà hæc responsio Soarij eludit, non soluit argumentum: quia reuerà ille fecit, quod in se erat; & ille dolor habitus ex motiuis particularibus virtualiter extēdebat ad oblita.

Ita se habet vtraque opinio. Hæc secunda sine dubio est tenenda: quia opinio Soarij patet tot objectionibus, ut vix defendi possit; & casus Soarij fictus potius, quam in praxi contingens videtur: neque enim penitentes solent dolore de singulis peccatis numero, aut specie; sed de peccatis absolute, vel quia sunt offensiones Dei, vel quia ob illa priuantur diuina gratia, & amicitia Dei, & digni sunt pœnis Inferni; quæ motiua sunt generalia, & in singulis peccatis etiam numero, & specie distinctis inueniuntur. Argumenta Soarij ex dictis iam sunt soluta. Solùm ad secundum respondeo, esse diuersam rationem in Eucharistia, & in Sacramento confessionis: quia dolor supernaturalis non est de essentia Eucharistia, sicut est de essentia Sacramenti confessionis; & sic ille dolor, qui sufficit ad valorem huius Sacramenti, sufficit etiam necessariò ad effectum illius.

## CAPVT VIII.

*An in opinione quæ docet dari Sacramentum confessionis validum, sed informe, sublata fictione, redeat effectus gratiæ; & quomodo tollatur hæc fictio.*

### SUMMARIUM.

*An recedente fictione redeat effectus in opinione Soarij & quomodo tollatur hæc fictio.* num. 1.  
*Licet in hoc Sacramento confessionis non detur Sacramentum validum, & informe, an in omnibus alijs detur.* num. 2.  
*An de solis venialibus dari possit Sacramentum validum, & informe.* num. 3.  
*Quid, si quis inter venialia habeat mortalia, quæ infra de causa debeat celare in confessione.* num. 4.  
*An qui de solis venialibus confitetur, & mortalibus caret, remaneat de illis contritionem habere.* n. 5.  
*An Confessarius possit absolvere penitentem, qui de solis venialibus confitetur, si de illis attritionem non habeat.* num. 6.  
*Quid, si de aliquibus dolorem habeat, de alijs non habeat.* ibid.

11. **Q**ui opinionem Soarij secutus fuerit admittentis confessionem validam, sed informem, consequenter dicere debet, recedente fictione redire effectum gratiæ Sacramenti absque vlla obligatione iterandi Sacramentum; modò nouum peccatum mortale non commiserit, ut docet idem Soar. tom. 4. de pœnit. disput. 20. sect. 3. n. 13; in prælo Conimbricensi. **Q**uærendum ergo est primò, quomodo possit tolli fictio, & obex. Respondet Soarius, tolli posse multis modis. Primò, extendendo dolorem ad peccata oblita: vbi primùm enim hæc extensio data fuerit, statim redibit effectus gratiæ absque noua confessione; quia dolor ille, qui sufficiebat cum Sacramento, sufficit etiã post illud modò nouus obex peccati interim non committatur. **S**ecundò, per nouam, ac legitimam confessionem omnium peccatorum,

peccatorum, tam illorum, quæ fuerunt oblita, quam illorum, quæ iam fuerunt confessa. Nec mirum, quòd per nouam doloris extensionem absque noua confessione tollatur, hic obex: quia illa dispositio, quæ sufficit ad effectum gratiæ presenti Sacramento, sufficit etiam illo præterito: sicut enim adultus, qui cum peccato mortali Baptismum suscipit inculpabiliter ignorato, validum Sacramentum suscipit, sed informe, & sine gratia, & per specialem attritionem de peccatis oblitus habitam post susceptum Baptismum, statim ex vi ipsius Sacramenti suscepti gratiam comparat, & effectum illius, modò post Baptismum nouum peccatum non committat; quia illa dispositio, quæ sufficit cum Sacramento presenti ad gratiam comparandam, sufficit etiam cum præterito: sic in nostro casu, dato Sacramento penitentia valido, sed informi ex defectu attritionis extensiuo, statim redibit gratia ex vi ipsius Sacramenti per generale, vel specialem attritionem peccatorum obliuorum: quia ea dispositio, quæ sufficiebat cum Sacramento, sufficit post illud, quando non datur nouum impedimentum, ut docet idem Soar. tom. 4. de pœnit. disput. 20. sect. 5. n. 14.

Soarij.

1. **D**ices, esse diuersam rationem in Baptismo, & Sacramento confessionis: quia Baptismus iterari non potest; confessio verò est iterabilis: & idè in Baptismo tollitur fictio per solam generalem, vel specialem attritionem: non ita verò in Sacramento penitentia, cum iterari facile possit. Respondet, parum referre, quòd Baptismus iterari non possit; penitentia verò possit: licet enim in hoc differant; tamen in eo conueniunt, quòd si fictio, & sine peccato modo explicato sumantur, tollatur fictio, & redeat gratia. Idem dicendum est de eo, qui sine dolore conuenienti suscipit Sacramentum Ordinis, aut Matrimonij, vel quodlibet aliud Sacramentum, quòd dictum manet de Baptismo. Solùm tamen animaduertit, quòd, licet in Sacramento penitentia, non admittamus dari Sacramentum validum, & informe, propter rationes factas, capite præcedenti num. 15. tamen id concedendum esse in omnibus alijs Sacramentis Ordinis, Baptismi, Matrimonij, extremæ Vnctionis, & Confirmationis, quia in omnibus alijs est specialis ratio: in Baptismo, & Ordine propter characterem, quem imprimunt: in alijs verò, (& etiam in iisdem,) propter eò quòd non requirant ad valorem Sacramenti attritionem, seu contritionem; sed tantùm ad gratiam sacramentalem, & effectum Sacramenti: at verò attritio, & dolor requiritur ad valorem Sacramenti penitentia, & confessionis.

3. **R**ogabis tamen, an etiam de peccatis venialibus dari possit confessio valida, & informis in opinione Soarij, quæ admittit, Sacramentum penitentia validum, sed informè. Cui interrogationi cum distinctione est respondendum: nam vel ille, qui confitetur, venialia, tantùm habet, & mortalibus caret; vel cum venialibus habet aliquod mortale, de quo penitus obliuiscitur, & solùm meminit de venialibus; si tantùm venialia habet, dico, non posse dari de solis venialibus Sacramentum validum & informe, ex defectu attritionis extensiuo ad peccata venialia oblita. Et ratio est in promptu: nam defectus attritionis in venialibus non impedit effectum gratiæ sacramentalis; neque enim venialia sunt obex illius, ut per se notum est: ac proinde, sicut est valida confessio venialium, in qua aliqua venialia cum dolore confitentur, & aliqua tacentur: sic etiam erit formata, quando de iisdem confessis habetur

attritio, & non habetur de illis, quæ tacentur, & quæ non assignantur tanquam materia confessionis. Si cum venialibus habet aliquod mortale, cuius obliuiscitur omnino, & inculpabiliter; & solùm venialia, de quibus meminit, confitetur, tunc quidem, licet de venialibus atteratur, & confiteatur, validum, sed informe efficiet Sacramentum: quia datur obex peccati mortalis obliti ad recipiendam diuinam gratiam, ut diximus in cap. præcedenti ex doctrina Soarij, quæ tota hic accommodanda est: quauis in nostra opinione dicendum sit, validum, & formatum esse Sacramentum; quia dolor de venialibus occurrentibus necessariò se extendit ad omnia peccata oblita etiam mortalia.

Animaduertendum tamen est, posse sæpius contingere, ut quis habeat vnum, vel plura mortalia, quæ memoriæ occurrant, & non possit illa huic Confessario confiteri absque gratia nouum, & lapsu illius; & careat alio Confessario: & tunc quidem si de illis mortalibus attritionem saltem habeat, & venialia tantùm cum eadem attritione confiteatur, concomitanter per solam absolutionem venialium, & indirectè absoluatur & dimittuntur mortalia illa, & infunditur gratia: est enim illa confessio tunc formaliter integra, non materialiter; manet tamen obligatio hæc in penitente, ut teneatur, reperto idoneo Confessore, eadem confiteri: neque enim est inconueniens, remitti peccatum mortale concomitanter cum venialibus: quia peccata venialia ritè ac debite confessa, non remittuntur absque infusione gratiæ: gratiæ autem infusio necessariò expellit mortalia, ut optime docet Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 20. sect. 6. n. 8.

Soarij.

5. **O**portet verò, ut illi, qui mortalibus, Dei gratia, carent, & de venialibus sæpe confitentur, habeant veram, & supernaturalem attritionem venialium, de quibus confessionem faciunt, si non omnium, saltem aliquorum, quæ tanquam materiam propriam confessionis assignant; alioquin sacrilegium committent, si illa confiteantur, & tanquam materiam confessionis, subiiciant Confessario, absque debito dolore: quia legitimam materiam non ministrant: legitima enim materia huius Sacramenti, sunt peccata dolore attrita. Vnde sæpe viri docti, & timorati, qui de solis venialibus regulariter confitentur, aliquam grauem, & mortalem culpam, de qua verè dolent, iterum confitentur, etiam si de illa iam ritè confessi fuerint; vel, quod magis vulgare est, solent se accusare in genere de mortalibus, mendacijs, ac dictis iocosis antea factæ vitæ: quia de illis verum dolorem concipiunt; & idè illa, tanquam propriam materiam, huic Sacramento subiiciunt.

6. **P**etes verò, an quando penitens dicit Confessario, se non habere verum dolorem; nec propositum emendationis in futurum aliquorum venialium, de quibus confitetur, & insuper palam restatur, se habere adhuc complacentiam illorum, debeat tunc illum Confessarius absolvere, saltem ab illis de quibus non sibi complacet, sed dolorem habet competentem. Et videbitur dicendum, posse: quia in alijs, de quibus verè doler, sufficientem materiam absolutionis præbet. Respondet tamen Soarius, citatus dicto tomo 4. de penitentia, disput. 20. sect. 6. num. 7. in prælo Conimbricensi, in eo casu non posse Sacerdotem huiusmodi penitentem absolvere: quia, quauis absolute loquendo, non sit necessarium omnia peccata venialia confiteri, & quauis possit penitens quædam tacere, quædam confiteri; tamen supposito, quòd omnia vult confiteri, & assignare,

Soarij.

ac præbere tanquam materiam confessionis, tenetur de illis dolere, vt debitam materiam Sacramenti subiiciat Confessario: alioquin enim, quantum est ex parte penitentis, absolutio erit falsa, & inualida, quia cadit super materiam indebitam: nam, vt vera sit absolutio, & validum Sacramentum, debet cadere super materiam ritè ac debitè applicatam, & super peccata ritè ac debitè confessa: non confitetur autem penitens ritè ac debitè, neque debitam materiam applicat, quando confitetur aliqua venialia, quorum dolorem dicit se non habere; imò fatetur se de illis adhuc complacere: poterit tamen, vt absoluat, illum monere Confessarius, vt non subiiciat Sacramento confessionis illa venialia, de quibus dolorem non habet; neque illum assignet, tanquam materiam confessionis: & tunc quidem, si monitus id efficiat, fructuosè absolui poterit: nam, cum in aliis veram ac debitam materiam præbeat Sacramenti, & illa non sint obex diuinæ gratiæ, dignè tunc, & fructuosè poterit absolui: quanuis semper monendi sint penitentes, vt ad hoc Sacramentum verè attriti, & dispositi accedant; de omnibus peccatis etiam venialibus.

CAPVT IX.

De absoluteione Sacramenti confessionis, quæ sit; in quibus verbis illius formæ essentia consistat: soluntur alia dubia. An conditionatè data valeat; an per modum deprecationis: & in quorum verborum omissione sit mortale, vel veniale.

SVMMARIVM.

- Sacerdos audita confessione, si nullum adfit impedimentum, tenetur absoluerè. num. 1.
Ponitur consueta forma absoluteionis. num. 2.
Proponitur prima opinio, asserens, in his tribus verbis, Ego te absoluo, consistere essentiam formæ. num. 3.
Referitur secunda, docens, in his duobus tantum, Absoluo te, consistere. num. 4.
Reiicitur illa, quæ docet, in hoc tantum verbo, Absoluo, sitam esse. num. 5.
Verba, in quibus consistit essentia absoluteionis, non sunt intelligenda materialiter, sed formaliter quoad sensum & significationem. num. 6.
Quid, si absolutio detur per modum deprecationis, Absoluat te Christus, vel, Absoluat te seruus Christi. num. 7. & 8.
Quid, si per modum imperatiui dicendo, Absoluat te Petrus, vel, Absoluat te seruus Christi. num. 8. & 9.
Quid de his formis, Iubeo hunc absolui. Volo hunc absolui. num. 10.
Quid de hac: Sacramentum absoluteionis tibi do: tibi impendo. num. 11.
Quid de hac forma: Si ita est, ego te absoluo. Si fecisti hoc, ego te absoluo, & de hac: Si hoc feceris, ego te absoluo. num. 12.
Quid, si Confessarius absoluat sub conditione, vt adeat Superiorem, an ea conditio apponenda sit in ipsa forma, an persona penitentis. num. 13.
An Confessarius possit dare absoluteionem ante penitentiam. num. 14.

An peccatum mortale sit, si illa verba, Misereatur tui, &c. voluntariè omittantur. num. 15.
Quid de illis, Dominus noster IESVS-CHRISTVS te absoluat, vsque ad illa exclusiue, Ego te absoluo. num. 16.
Quid, si voluntariè omittantur illa verba, à peccatis tuis. Referitur prima sententia, dicens, illa verba pertinere ad essentiam formæ. num. 17.
Referitur sententia asserens, opus etiam esse addere, ab omnibus peccatis tuis. num. 18.
Referitur, & asseritur vera opinio asserens, non esse de essentia formæ, sed esse peccatum mortale, si voluntariè, & sine causa omittantur. num. 19.
An inuocatio Trinitatis pertineat ad essentiam formæ. Referitur opinio asserens. num. 20.
Preponitur opinio negans, & asserens, non esse peccatum mortale, illam absque contemptu voluntariè omittere. num. 21.
Quid de voluntaria omissione illorum verborum, Passio Domini nostri IESVS-CHRISTI, & merita beate Mariæ, &c. vsque ad finem absoluteionis. num. 22.

Sacerdos, salutari imposta penitentia, dummodo nullum adfit impedimentum, tenetur penitentem ritè ac debitè dispositum absoluerè, sub culpa mortali: aliter enim iniuriam illi sine dubio inferret, vt docent communiter Doctores, Medina in Summa, lib. 1. cap. 13. initio: Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absoluteione, num. 1. fol. mihi 20. & quantum fieri potest, nullum absque absoluteione dimittat; nisi aliqua interfit causa iusta, quæ communiter ex defectu legitime dispositionis ex parte penitentis provenire potest: ex defectu etiam legitime potestatis, ex parte Confessarij provenire aliquando, sed rariùs, vt optimè animaduertunt Nauarrus in Manuali Latino, cap. 27. num. 3. Angelus verbo, Confessario, 4. num. 3. Syluester verbo, Confessio, 1. num. 20. & alij, quos prætermitto.

Quia verò multi varias absoluteionis formas ponunt, in quibus nonnulla verba impertinentia, & periculosa admiscunt, operæpretium erit, magis communem, & consuetam formam absoluteionis præmittere, vt illa Confessarij, ac Parochi, & ceteri, quibus cura animarum est commissa, in potestatem vrantur. Ea sic habet: Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducatur te ad vitam eternam. Amen. Dominus noster IESVS-CHRISTVS te absoluat: & ego auctoritate ipsius te absoluo, in primis ab omni censura Ecclesiastica, si quam fore incurristi, quantum ego possum, & tu indiges. Deinde eadem auctoritate ipsius: Ego te absoluo à peccatis tuis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Passio Domini nostri IESVS-CHRISTI, & merita beate Mariæ, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustuleris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, in premium vite æternæ. Amen. Hæc est magis communis, & consueta forma absoluteionis sacramentalis, & qua hodie viri grauiissimi, & religiosissimi vrantur. Licet autem communiter dici soleat, Misereatur tui, &c. non videtur tamen necessarium, cum eadem ferè sit deprecatio in illis verbis: Dominus noster IESVS-CHRISTVS te absoluat, &c. Vnde sufficit ab illis formam absoluteionis incipere, nec vllum peccatum veniale erit, si illa verba, Misereatur tui, &c. prætermittantur, vt significare videtur Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absoluteione num. 95. col. 2. melius tamen erit omnia dicere. Et cum Viualdo idipsum docet Sotus in 4. dist. 14. quæst. 1. art. 2. ante verbum, Tandem.

Hæc

Hæc (vt dixi) est forma communis: videndum ergo est, in quibus, ex his verbis, consistat forma essentialis huius Sacramenti: nam Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 3. videtur docere, formam essentialem absoluteionis in istis verbis sitam esse: Ego te absoluo, ibi enim ita ait: Doceat præterea sancta Synodus, Sacramenti Penitentia formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministris verbis positam esse: Ego te absoluo, &c. Vbi notanda etiam est illa particula, &c. propter ea, quæ inferius dicentur. Est ergo hæc de re duplex opinio. Prima docet, essentiam formæ absoluteionis in his tribus verbis tantum consistere: Ego te absoluo. Ita colligitur ex Concilio Tridentino, & videtur etiam docere Concilium Florentinum in decreto Eugenij IV. docet expressè Syluester verbo, Absolutio, 6. num. 2. verba, Quartum est, & citat D. Thomam 3. part. quæst. 84. artic. 3. & Scotum in 4. distinct. 3. quæst. vnica, artic. 5. ante verbum, Multià hio, docet etiam Paludanus in 4. dist. 22. quæst. 3. & Maior ibidem distinct. 14. quæst. 2. Innocentius, & Hostiensis, citati à Syluestro, & alij plurimi. Probari potest hæc opinio, primò ex auctoritate Conciliorum: deinde, quia indicant plenam potestatem absoluerendi à Christo Dominæ Sacerdotibus committam, & maiorem auctoritatem in actu absoluerendi: quare conuenientissimum fuit, vt in eis Christus Dominus essentiam absoluteionis constitueret: nam, quanuis Sacerdos non absoluat, vt auctor principalis, sed vt minister Christi, vt secundum veram Theologiam docet optimè Soarius tomo 4. de penitentia disput. 19. sect. 1. num. 10. in 2. editione: licet enim Christus Dominus in illis verbis, Quorum remisistis peccata, remissa sunt eis, absolute loquatur: non tamen propterea tribuit Sacerdotibus diuinam, & absolutam auctoritatem, aut potestatem excellentiæ; sed potestatem ministerialem: & idè cum Sacerdos dicit: Ego te absoluo, non sibi vsurpat, & arrogat diuinam auctoritatem, nec absoluerè intendit, vt principale agens; sed vt minister Christi: tamen conuenientissimum est, vt illo modo, seu potius illis verbis in actu absoluerendi vteretur, quia verè Iudex est, non principalis, sed ministerialis: est enim principalis Iudex Christus, qui simul cum ipso, & per ipsum iudicat & absoluit: vnde ex institutione Christi, Sacerdotis sententia infallibilis & irreuocabilis est; quia Deus per ipsum iudicat; & idè non ita iudicat Sacerdos, sicut in iudiciis humanis solent iudicare inferiores Iudices, quorum sententia non sunt omninò firmæ, & irreuocabiles, donec per Superiores confirmetur: nam in hoc iudicio diuino sententia Sacerdotis idonei est vltima, irreuocabilis, & definitiua; quia verè est simul sententia Dei, vt principalis Iudicis; ipsius verò Sacerdotis, vt ministri: quamobrem ad indicandam hanc irreuocabilem potestatem, meritò in actu absoluerendi vtitur Sacerdos his verbis potestatiuis, Ego te absoluo, & meritò etiam in illis Christus Dominus essentiam formæ absoluteionis constituit.

Secunda opinio verior, & communior docet essentiam absoluteionis in his duobus tantum verbis, Ego, bis, te absoluo, vel absoluo te, consistere. Ita docet expressè Soarius tomo 4. de penitentia dist. 19. sect. 1. num. 17. in secunda editione: Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absoluteione, num. 94. Nauarrus in Summa Latina, cap. 26. num. 11. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 12. num. 1. Sà verbo, Absolutio, num. 2. Et ratio est: quia illud pronomen, Ego, in re nihil addit præter verbum, Absoluo: inuincè enim in illo includitur, sufficienterque in-

telligitur, licet apertè, & formaliter non exprimat: vnde in hoc sensu dici potest, illud pronomen esse de essentia huius formæ, scilicet, vt apertè, vel occultè includatur in verbo, Absoluo: & fortasse idipsum voluerunt Auctores primæ opinionis, & Concilia pro ea allegata: quod confirmari potest ex forma Baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vbi illud pronomen, Ego, non opus est, vt expressè dicatur, quia essentialiter, & intrinsecè includitur in verbo baptizo, iuxta ea, quæ asserunt Doctores in materia Baptismi. Erit tamen graue peccatum mortale sacrilegij, & irreuerentiæ, ipsum illud pronomen, Ego, prætermittere, nisi inaduerrentia excuset: primò, quia, etsi non pertineat ad essentiam formæ; pertinet tamen ad integritatem illius: secundò, quia non potest dari causa, quæ mortaliter ad hoc cogi possit; neque est in eo aliqua vtilitas: & aliunde, si dicatur, vitatur qualequale periculum, quia opposita sententia improbabilis non est. Et ita docet expressè Toletus citatus, & Soarius item allegatus num. 22. & alij passim.

Ex dictis colliges, non esse sequendam opinionem Soti in 4. dist. 21. quæst. 1. artic. 1. verba, Postremum, in fine, vbi docet, in repentina necessitate essentialem formam absoluteionis consistere tantum in hoc vnico verbo, Absoluo, sine aliquo alio verbo antecedenti, vel consequenti; & idè si tunc quis intenderet absoluerè à peccatis confessis, imò & à censuris, id sufficere. Verum ista sententia Soti omninò est reiicienda: probatur, tum ex Concilio Tridentino dicta sess. 14. cap. 3. tam ex Florentino in decreto Eugenij 4. cap. 3. ubi expressè apponunt hoc pronomen Te: probatur etiam, quia illud non includitur in verbo Absoluo, sicut includitur pronomen Ego. Et denique probatur: quia vtrumque verbum est necessarium ad significandum effectum huius Sacramenti: nam sine verbo Absoluo non significatur actus iudicialis, nec fit oratio, aut propositio aliqua; & sine pronomine Te non significatur remissio peccatorum practicè, declarando in particulari, cui fiat, quod necessarium est ad significationem sacramentalem. Sicut ergo in forma Baptismi de essentia formæ est illud pronomen Te: Ego te baptizo; ita in forma absoluteionis necessarium est illud ipsum pronomen Te, vt expressè docet Soar. tom. 4. de penitentia dist. 19. sect. 1. num. 24. in editione Moguntina: & idipsum supponunt omnes allegati pro prima, & secunda opinione num. 3. & 4. dum dicunt essentiam formæ absoluteionis sitam esse in his verbis, Ego te absoluo: aut, Absoluo te.

Cum autem dicimus in his duobus verbis essentiam absoluteionis consistere, Absoluo te, vel Te absoluo: non intelligenda sunt hæc verba materialiter sumpta, sed formaliter; & sic verba synonyma, vel equipollentia, & quæ eundem sensum, ac significatum reddant, sufficiunt ad valorem Sacramenti, vt illa, Ego te remitto, & fortè, Ego te mudo, subintelligendo, a peccatis tuis: in quo seruandæ erunt regulæ generales traditæ in aliis Sacramentis, & maxime in Sacramento Baptismi. Et idè dicendum erit de istis, Ego te absoluo à peccatis tuis. Animaduertendum tamen est, licet huiusmodi verba materialia, Te absoluo, vel, Ego te absoluo, non sint de essentia & necessitate Sacramenti, esse tamen de necessitate præcepti propter vniuersalem consuetudinem Ecclesiæ: nam vsus, & consuetudo Ecclesiæ in re graui facit præceptum; & propter doctrinam Conciliorum, & reuerentiam Sacramento debitam: vnde mutatio

Sotus.

Conc. Trid.

Conc. Flor.

Soarius.

6.

tio



tio materialis illorum, semper erit peccatum mortale sacrilegij ex suo genere, nisi inaduerentia, vel subreptio excuset: quia nulla potest esse rationabilis causa ad illam faciendam; & quidem eo grauius erit peccatum sacrilegij, & irreuerentiae Sacramenti, quod magis certa significatio illorum verborum materialium in dubiam mutata fuerit, vt in illis verbis, Ego abluo te. Ego mudo te à peccatis tuis, multi enim existimant, hanc verba non sufficere ad valorem, & essentiam Sacramenti quia iuxta illos mutant omnino sensum, & non significant illam actionem per modum iudicialis sententiae: in verbo autem, remitto, minus videtur esse periculi, quia in omni proprietate significare potest actum iudiciale, & est conforme verbis Christi: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & ideo Sotus in 4. dist. 1. q. 1. art. 8. existimat, hanc non esse sufficientem formam, Ego te mudo, vel abluo à peccatis tuis, quia mutat sensum, & non significat effectum per modum, iudicij: & Soarius citatus dicta sess. 1. n. 25. existimat esse probabile, quauis n. 24. dicat, vel saltem insinuet, hanc formam esse sufficientem: quamo- brem in eo dubio ego illam repeterem, sub hac conditione, saltem mente retenta: Si non es absolutus, ego te abluo.

Sotus.]

7. Verba deprecatiaua an sint de essentia formae Sotus. D. Bonau. Alensis. Mayron.

8.

D. Tho. no Palud. Sotus. Petr. Soto. Vianar. Vigner. Siarius.

9.

Sed quid, si absolutio detur per modum deprecationis, vel imperationis, v. c. in hunc modum: Absoluat te Christus, vel Absoluatur seruus Christi: eritne valida huiusmodi absolutio? Et certe hac de re est duplex sententia. Prima docet, hanc formam esse validam. Ita expressè tenet Sotus in 4. dist. 3. a. 5. & hanc opinionem indicat etiam D. Bonauent. in 4. dist. 18. art. 2. q. 1. & 2. & Alensis ibidem, q. 80. & Franciscus de Mayronis dist. 14. q. 2. Et ratio, ac fundamentum illorum est: quia in Baptismo hæc forma est valida, licet non sit licita: Baptizet te Christus, vel, Baptizetur seruus Christi. Ergo etiam in materia, & Sacramento confessionis, & penitentiae, hæc erit valida, quauis non licita: Absoluatur seruus Christi, vel, Absoluat te Christus, cum eadem ratio videatur esse de hoc Sacramento, atque de Baptismo.

Secunda sententia negat, hanc esse validam, & sufficientem formam. Eam tenet D. Thom. 3. p. q. 84. a. 3. ad 1. vbi expressè docet, hanc non esse sufficientem formam: Absoluat te Deus, ergo nec etiam illa: Absoluat te Christus. Et id ipsum docet idem D. Thom. opusc. 22. cap. 1. & 2. & Paludanus in 4. dist. 22. q. 3. & Sotus ibidem, dist. 14. art. 3. & Petrus Soto lect. 4. de confess. & Nauarrus cap. 1. de penit. dist. 6. n. 9. & sequentibus, & Viguierus in Summa, cap. 16. §. 4. & Soarius tomo 4. de penit. disp. 19. sect. 1. n. 25. in secunda edit. fol. 257. col. 2. Et ratio est, primò: quia absolutio danda est per modum iudicialis sententiae: forma autem deprecatiaua repugnat cum forma iudicij: de essentia autem huius Sacramenti est, vt fiat per modum iudicij. Et confirmatur: quia, ideo ante sacramentalem formam praemittimus semper verba deprecatiaua, vt illa: Misereatur tui, & illa: Dominus noster Iesus Christus te absoluat. vt significemus, in his verbis non consistere, neque sitam esse essentiam formae absolutionis: aliter enim non consentiret Ecclesia, proferre aliquem Sacerdotem duas formas sufficientes supra eandem materiam. Secundò, quia ostensum est, illa verba Absoluo te, esse de essentia: sed verba deprecatiaua, non sunt æquipollentia in sensu, & significatu: ergo intentum, Et ex his duabus opinionibus, hæc vltima sine dubio est tenenda.

Notabis tamen, eadem verba materialia, que

proferri possunt per modum deprecandi, posse Verba gratiam proferri per modum imperandi, in quo lata per sensu erunt in significatione æquipollentia illis modum verbis iudicialibus: Ego te abluo, vel, Absoluo te imperatim & consequenter, erunt sufficientia ad valorem sufficienti formae: quia practicè significant actum iudicia. ad valorem. Quo sensu valebit sine dubio illa forma: te formam. Absoluatur Petrus, vel, Absoluatur seruus Christi. Sicut valet illa, Baptizetur seruus Christi, si per modum imperandi proferatur: & ideo interrogandus erit Sacerdos, quo sensu verba illa dixerit, & iuxta illius responsonem, de valore forme erit iudicandum: in dubio autem, tutior pars erit eligenda, & ideo repetenda erit absolutio, saltem sub conditione, Si non es absolutus, ego te abluo. Ita docet Soarius allegatus dicto num. 25.

Age verò: quid de illis formis: Iubeo hunc absolui. Volo hunc absolui. Placet hunc absolui, vel absolui, & de his similibus? Respondeo: Soarius allegatus dicto tomo 4. de penitentia, dispur. 19. lect. 1. num. 25. in secunda editione, asserit, in rigore, huiusmodi formas sufficere: quauis praesumptuosum sit, & valde illicitum, ac graue sacrilegium, illis vt: quia actus iudiciales significant, & in sensu, & significatione illis possunt esse æquipollentia, Ego te abluo, vel Absoluo te. Et ita docet etiam Scotus in 4. dist. 14. quaest. 4. & Gabriel ibidem quaest. 2. Et quauis illas videatur impugnare Caietanus 3. p. quaest. 84. art. 2. & Sotus in 4. dist. 14. quaest. 2. art. 3. & alij Thomistae: tandem resolvere debent, vt docet Soarius num. 23. si huiusmodi verba sumantur formaliter, & quoad sensum, & significatum, habere sensum verum, & esse æquipollentia in eodem sensu illis. Ego te abluo, & sic esse sufficientia ad valorem formae: licet graue, & mortale sacrilegium sit illis vt, à quo sola inaduerentia, vel ignorantia excusabit. Si verò Scotus velit dicere, huiusmodi materialia verba, & non formaliter, sed materialiter sumpta, continere veram essentiam formae absolutionis, clarum est, non ita esse: at quis dicet, id dixisse Scotum, virum aliqui doctissimum.

Et idem censeo de illa forma: Sacramentum absolutionis tibi do, tibi impendo, valida enim est licet non licita, si in sensu formali accipiatur: æquipollent enim illis formaliter, & in significato, Ego te abluo. Te abluo, & alioqui actum iudicij sacramentalis, diuine significat. Ita idem Soarius citatus n. 25. Sotus, & Caietanus allegati, quos citat ibidem.

Cum igitur hæc ita sint, animaduertendum est, absolutionem nunquam debere impendi cum conditione, aut rati habitione; sed simpliciter, & liberaliter. In cuius rei gratiam, & intelligentiam, notandum est, triplicem conditionem posse apponi absolutioni. Prima est de præterito: vt Si fecisti hoc, ego te abluo. Secunda est de præsentibus: vt, Si ita est, ego te abluo. Tertia est de futuro: vt, Si hoc feceris, ego te abluo. nulla ergo ex his conditionibus absolutioni est apponenda, imò nulla omnino; sed simpliciter danda est absolutio: nisi ratione dubij alicuius, vt cum Confessarius dubitat, an dederit absolutionem, potest dicere ratione dubij, Si non es absolutus, ego te abluo. Si tamen quæ priores conditiones apponantur, valet absolutio, stante conditione apposita: peccat tamen mortaliter Confessarius, & sacrilegium committit, sub illis, non solum expressis, sed etiam mente retentis absoluendo. Si tertia de futuro ponatur, nihil valet: quia effectus absolutionis, remissio,

10.

An valida sit hæc forma.

Iubeo hunc absolui. Sotus.

11.

De absolutione conditio nata.

12.

De absolutione conditio nata.

missio, scilicet, peccati mortalis, & infusio gratiae sanctificantis, debet tunc expectare impletionem conditionis, quod esse non potest: non enim Sacerdos potest differe effectum positæ absolutionis. Ita Toletus lib. 3. Summæ, cap. 12. numero 3.

Toletus.

13.

Potest verò contingere, vt Episcopus, vel Prælatus Religionis concedat facultatem absoluendi aliquem alicui Confessario, ea conditione, vt eum mittat postea ad ipsum: & tunc quidem Confessarius non debet apponere conditionem in ipsa forma; sed debet illam iniungere personæ penitentis, eamque obligare, vt adeat suum Superiorem: quam conditionem si receperit, debet penitentem absolute absolueret: & si postea penitens conditionem non impleuerit, peccat mortaliter, sed non tenetur repeteret confessionem illam; sed solum confiteri illud peccatum, quod non impleuerit, quod promisit, & acceptauit, vt optimè notauit Toletus allegatus.

14.

Animaduertendum tamen est, non esse dandam absolutionem, nisi post impositam, & acceptam penitentiam, regulariter loquendo: cum tamen credit Confessarius penitentem impositam penitentiam probabiliter accepturum, non est inconueniens præcedere absolutionem; semper tamen melius est, quod penitentiae impositio præcedat, vt omnia debito ordine fiant; nisi Confessarij obliuio aliquando id prætermittat. Ita docet idem Toletus dicto libro 3. Summæ, cap. 12. num. 4. & est vera illius doctrina. De absolutione data sub rati habitione, agemus postea libro 7. cum de Confessario, seu ministro huius Sacramenti egerimus, nunc enim ad alia properamus.

Tolet.

15.

Hactenus ostendimus, in quibus verbis sita sit essentia formae absolutionis, & diximus, sitam esse in his verbis: Absoluo te, vnde colligitur euidenter, cetera verba, antecedentia, & consequentia, ad substantiam, & valorem absolutionis non pertinere; sed quaedam esse apposita per modum deprecationis; alia ad ornatum tantum absolutionis; alia verò ad integritatem illius: & sic in omissione nonnullorum, nullum esse peccatum mortale; in omissione verò aliorum esse: quamo- brem operæpretium erit id clariùs explicare, incipiendo priùs à verbis antecedentibus, postea ad subsequenda veniemus. Illa igitur verba: Misereatur tui omnipotens Deus, & diuisis omnibus peccatis tuis perducas te ad vitam æternam, iam diximus initio huius capituli num. 2. sine, neque ad essentiam, & valorem, neque ad integritatem absolutionis pertinere; & sic nec peccatum quidem veniale esse, illa voluntariè omittente, cum tantum preces quasdam contineant ad maiorem ornatum, quæ etiam continentur in illis verbis sequentibus: Dominus Iesus-Christus te absoluat, &c. erit tamen peccatum mortale; & graue sacrilegium, si illa voluntariè per contemptum omitantur. Ita docet Sotus in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. ante versum, Tandem, & significat Martinus Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absolutione, n. 95. fol. mihi 135. col. 2.

Boet.

Viuald.

16.

Illà verò verba, quæ sequuntur: Dominus noster Iesus-Christus te absoluat; & ego audivit, ue ipsius te absoluo, in primis ab omni censura Ecclesiastica, si quam forte incurristi, quantum ego possim, & tu indiges: deinde eadem auctoritate ipsius, essentiam etiam absolutionis non spectant: partim enim ponuntur vt preces, ad impetrandum à Deo, ne ex parte penitentis detur obex diuinæ gratiæ communicatæ per Sacramentum: partim, vt

notum sit omnibus, Sacerdotem, non, vt principale agens absolueret, sed vt Dei ministrum, iuxta ea, que num. 3. diximus: neque etiam spectant ad integritatem Sacramenti, vt docent Syluester verbo, Absolutio, 6. num. 2. versu. Quintum, quare illa voluntariè, & absque causa omittente, non erit forte peccatum mortale; erit tamen semper veniale, nisi legitima causa excuset, vt in magna frequentia, in Iubilæo, &c. Et ratio est: quia prætermittitur laudabilis consuetudo Ecclesiæ in re quidem leui; sed non ita leui, vt non inducat veniale, si voluntariè, & absque causa omittatur. Dicces, semper esse peccatum mortale sacrilegij, & graue quidem: quia in illis verbis voluntariè omittitur absolutio excommunicationis, si qua forte ligatur penitens; quæ quidem absolutio excommunicationis semper præmittenda est, ne ex hoc capite impediatur Sacramentum: & ideo cum voluntariè Confessarius hoc impedimentum non tollat, quod facile tollere poterat; sine dubio mortaliter peccabit. Quæ vna causa est, ob quam communiter dicant Doctores, priùs semper præmittendam esse absolutionem ab excommunicatione, siue maiori, siue minori, quam sit impendenda absolutio à peccatis; imò melius esse, ante ipsam confessionem peccatorum absolui penitentes ab excommunicatione, licet non sit necessarium ante illam absolui: excommunicatio enim maior priuat à susceptione Sacramentorum actiua, & passiva: minor verò à susceptione passiva tantum illorum: vnde relinquere hoc impedimentum, cum facile tolli possit, planè culpam mortalem videtur arguere. Respondeo: ex dicto confessoris intelligere Confessarium, penitentem esse, vel non esse excommunicatum, maiori, vel minori excommunicatione: si id intelligit, debent semper præmittere absolutionem excommunicationis; si id non intelligit, non opus est ex natura rei, vt præmittatur. Vnde, vt optimè notat Sotus verbo, Absolutio, num. 2. sine, in breui-

An sit peccatum mortale, prætermisio illorum verborum: Dominus noster Iesus-Christus te absoluat.

bus confessionibus, vt illorum, qui sæpè confitentur satis est dicere solum: Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen, & ita usus obtinet, & faciunt viri doctissimi, ac religiosissimi: quod signum planè evidens est, non obligari Confessarios sub mortali; ex natura rei, ad præmittendam semper absolutionem à censuris, ante absolutionem à peccatis: habeat tamen Confessarius intentionem, saltem virtualem, absoluendi ab istis censuris, saltem per ipsam absolutionem à peccatis confessis: quia id satis erit; & fortassis quia hæc intentio virtualis semper habetur, dum per actum contrarium formaliter non excluditur: idcirco in breuius confessionibus non præmittitur absolutio censurarum à viris prudentibus, quia in absolutione à peccatis confessis illam volunt includere.

Sequitur, vt agamus de verbis consequentibus ipsam formam essentialem, quæ sunt illa: A peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Passio Domini nostri, &c. vsque ad finem. Et verò circa illa verba, à peccatis tuis, bipartita est opinio apud Auctores: quidam enim affirmant, illa ad essentiam formae absolutionis pertinere, & sic non valere absolutionem datam sine illis. Ita docet Gabriel in 4. distinct. 14. quaest. 2. Paludanus ibi dist. 22. quaest. 3. Maior ibi dist. 14. quaest. 2. Probat primò: quia sine illis non est satis completus sensus locutionis, nec satis expressa, & determinata significatio illius verbi, Absoluo; quod indifferens est ad significandam absolutionem à pœna censuræ, & à culpæ confessis: verba autem, quæ necessaria sunt

17.

Gabrie. Palud. Maior.

ad

ad completam significationem, & sensum formæ, debent esse clara, & manifesta, quæ aperte demontrent id, quod significant. Probari potest secundò: quia Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 3. ita ait: *Docet sancta Synodus, Sacramenti penitentia formam, in qua precipue ipsius vis sita est, in illis ministris verbis positam esse, Ego te absolvo, &c. quibus quidem de Ecclesia sancte more preces quædam laudabiliter adiunguntur.* Hæc sunt verba Concilii, ubi in illa particula, &c. videtur intelligere, ac definire etiam illa verba, *à peccatis tuis*, esse de essentia absolutionis.

18. Imò Gabriel allegatus existimat, in omnibus his verbis, *ab omnibus peccatis tuis*, sitam esse essentiam absolutionis. Paludanus tamen, & Maior citati, & Petrus Soto lect. 4. de confessione, merito putant, non esse necessariam illam particulam, *ab omnibus*. Primò, quia non est necessarium includere peccata venialia, cum à gratia diuina non excludant; mortalia verò ita necessarid connecta sunt quoad remissionem, vt vnun non remittatur sine alio; & consequenter, ad remissionem vnus, omnia remittuntur: & idè eo ipso, quòd de illis remissio datur, intelligitur de omnibus. Secundò, quia propositio indefinita æquipollet vniuersali, præsertim in favorabilibus; vt optime notauit Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 19. sect. 1. num. 20. in secunda editione: maximè vbi non est ratio determinandi vnum potius, quàm aliud. Tertid, quia, cum illa verba sint practica, & practid in exercitio accipiuntur, diriguntur ad omnia peccata, quæ pœnitens confessus est, & super ea cadunt, eique tollunt, ac remittunt.

19. Alij verò Auctores in secunda opinione docent, illa verba, *à peccatis tuis*, non esse de necessitate huius formæ; esse tamen peccatum mortale, & sacrilegium, si scienter prætermittantur, quia saltem ad integritatem formæ pertinent. Ita sentit D. Thom. 3. part. quest. 84. art. 3. vbi nullam eorum mentionem facit: & D. Antonin. 5. part. tit. 17. cap. 21. §. 1. Caietanus in Summa, verbo, *Absolutio*, Syluester verbo, *Absolutio*, 6. quest. 4. Nauarrus in Summa, cap. 26. num. 11. & de pœnitent. dist. 6. cap. 1. in principio, num. 9. Soarius tomo 4. de pœnitent. disp. 19. sect. 1. num. 21. omnes citati num. 4. Et ratio potissima est: quia illa verba, *Ego te absolvo*, vel, *Absoluo te*, supposita confessione, super quam cadunt, habent satis determinatam significationem: solet enim materia determinare formam, & forma materiam: nam supposita confessione, & accusatione pœnitentis, illa verba, *Ego te absolvo*, satis indicant absolutionem à peccatis: dicuntur enim per modum sententiæ iudicialis; & in iudicid humano non est necesse, vt Iudex in definitiuâ sententiâ iterum exprimat culpam, sed satis est, quòd audita accusatione, & viso processu absoluat, vel condemnet. Accedit, quia verbum, *hoc, Absoluo*, absolutè prolatum, quasi per antonomasiam, significat internam absolutionem à culpa, & iuxta communem sensum, hæc est propria illius verbi significatio. Neque obstant verba Concilij Tridentini, allegati pro prima opinione: nam Concilium in illa particula, &c. noluit definire in expressione etiam illorum verborum, *à peccatis tuis*, sitam esse vim, & essentiam absolutionis: si enim id voluisset, expressisset vtrique ea verba, sicut expressit illa, *Ego te absolvo*, sed solum voluit dicere, sub illis verbis, *Ego te absolvo*, supposita confessione, & accusatione pœnitentis, intelligi peccata confessa, seu potius intelligi cadere illa verba sub materia

debitam, & peccata attrita, & confessa. Huic dubitationi affine illud est dubium, an inuocatio Trinitatis, & illa etiam verba, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, pertineant quoque ad essentiam, & substantiam formæ absolutionis: quia de re bipartita etiam est sententia. Prima affirmat. Ita docet Durandus in 4. dist. 22. quest. 2. Maior ibidem dist. 14. quest. 2. & Petrus Soto lect. 4. & alij passim. Præcipuum illorum fundamentum est: quia proferens Sacerdos illam inuocationem, significat se operari vt minister, & non vt causa principalis: quod necessarium est, vt in forma explicetur. Secundò, quia inuocatio Trinitatis est de essentia Baptismi: ergo & de essentia formæ absolutionis in Sacramento penitentia, cum par sit vtrique ratio.

Secunda sententia vera, & tenenda, negat. Eam tenet Soarius tomo 4. de penitentia, disp. 19. sect. 1. num. 19. D. Thomas 3. part. quest. 84. art. 3. ad 3. quem ceteri Theologi sequuntur: docent etiam consequenter omnes illi, qui dicunt, essentiam formæ suam esse in illis verbis, *Ego te absolvo*, quos citauimus num. 4. Imò D. Thomas ibi significat, nullum esse hæc de re præceptum: quia dicit, hoc relinqui arbitrio Sacerdotis: in quo significat, non esse sacrilegium mortale, illam inuocationem scienter, & amaduertenter, absque contemptu tamen, prætermittere: quia, si per contemptum prætermittatur, non est dubium, sacrilegium esse mortale. Probat hęc opinio ex duplici fundamento. Primò, quia non est necessarium, vt inuocatio Trinitatis in hac forma explicetur: alioqui enim in omnibus formis Sacramentorum esset necessarium: quod falsum est. Nec exemplum allatum ex materia Baptismi aliquid conuenit: quia in his, quæ pendent ex institutione diuina, nihil valent exempla: ritus enim, & formæ Sacramentorum diuersa sunt: Christus enim Dominus expressè dixit in Baptismo, inuocationem Trinitatis ad essentiam illius pertinere: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, quod non dixit in forma absolutionis. In Baptismo etiam fuit specialis ratio proficiendæ Trinitatis: quia Sacramentum Baptismi est ianua Ecclesiæ, & solennis professio fidei sanctissimæ Trinitatis, quæ professio, per se loquendo, requiritur in lege gratiæ, quæ est fides explicita Trinitatis: in hoc autem Sacramento, nec hæc ratio congruentiæ locum habet, nec etiam in institutione illius, & verbis Christi, Ioannis 20. talis inuocatio exprimitur, neque in Ecclesiæ traditione, vel auctoritate fundamentum habet. Secundò, quia non est necessarium, vt in forma explicetur, ministrum operari vt causam minus principalem, per expressam inuocationem sanctissimæ Trinitatis: alioquin in omnibus formis aliorum Sacramentorum id esset necessarium; quod non est dicendum, cum adhuc, nec Concilia, nec Patres id declarant. Solum enim Concilium Moguntinum monet Sacerdotes, vt consueto modo absoluant: & idè non solum ponunt illam particulam, *à peccatis tuis*; sed etiam inuocationem Trinitatis: quia hic est optimus modus, & maximè vsuatus: non tamen definit, veranque particulam, aut aliquam illarum pertinere ad essentiam formæ, nec id declarat, vt optime notauit Soarius allegatus n. 22. sine: quare sine dubio hæc secunda sententia est verior, & ab ea non est recedendum.

Vltima verba, in vsitata forma absolutionis appositæ, sunt illa: *Passio Domini nostri IESU CHRISTI*

debetam, & peccata attrita, & confessa. Huic dubitationi affine illud est dubium, an inuocatio Trinitatis, & illa etiam verba, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, pertineant quoque ad essentiam, & substantiam formæ absolutionis: quia de re bipartita etiam est sententia. Prima affirmat. Ita docet Durandus in 4. dist. 22. quest. 2. Maior ibidem dist. 14. quest. 2. & Petrus Soto lect. 4. & alij passim. Præcipuum illorum fundamentum est: quia proferens Sacerdos illam inuocationem, significat se operari vt minister, & non vt causa principalis: quod necessarium est, vt in forma explicetur. Secundò, quia inuocatio Trinitatis est de essentia Baptismi: ergo & de essentia formæ absolutionis in Sacramento penitentia, cum par sit vtrique ratio.

debetam, & peccata attrita, & confessa. Huic dubitationi affine illud est dubium, an inuocatio Trinitatis, & illa etiam verba, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, pertineant quoque ad essentiam, & substantiam formæ absolutionis: quia de re bipartita etiam est sententia. Prima affirmat. Ita docet Durandus in 4. dist. 22. quest. 2. Maior ibidem dist. 14. quest. 2. & Petrus Soto lect. 4. & alij passim. Præcipuum illorum fundamentum est: quia proferens Sacerdos illam inuocationem, significat se operari vt minister, & non vt causa principalis: quod necessarium est, vt in forma explicetur. Secundò, quia inuocatio Trinitatis est de essentia Baptismi: ergo & de essentia formæ absolutionis in Sacramento penitentia, cum par sit vtrique ratio.

Secunda sententia vera, & tenenda, negat. Eam tenet Soarius tomo 4. de penitentia, disp. 19. sect. 1. num. 19. D. Thomas 3. part. quest. 84. art. 3. ad 3. quem ceteri Theologi sequuntur: docent etiam consequenter omnes illi, qui dicunt, essentiam formæ suam esse in illis verbis, *Ego te absolvo*, quos citauimus num. 4. Imò D. Thomas ibi significat, nullum esse hæc de re præceptum: quia dicit, hoc relinqui arbitrio Sacerdotis: in quo significat, non esse sacrilegium mortale, illam inuocationem scienter, & amaduertenter, absque contemptu tamen, prætermittere: quia, si per contemptum prætermittatur, non est dubium, sacrilegium esse mortale. Probat hęc opinio ex duplici fundamento. Primò, quia non est necessarium, vt inuocatio Trinitatis in hac forma explicetur: alioqui enim in omnibus formis Sacramentorum esset necessarium: quod falsum est. Nec exemplum allatum ex materia Baptismi aliquid conuenit: quia in his, quæ pendent ex institutione diuina, nihil valent exempla: ritus enim, & formæ Sacramentorum diuersa sunt: Christus enim Dominus expressè dixit in Baptismo, inuocationem Trinitatis ad essentiam illius pertinere: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, quod non dixit in forma absolutionis. In Baptismo etiam fuit specialis ratio proficiendæ Trinitatis: quia Sacramentum Baptismi est ianua Ecclesiæ, & solennis professio fidei sanctissimæ Trinitatis, quæ professio, per se loquendo, requiritur in lege gratiæ, quæ est fides explicita Trinitatis: in hoc autem Sacramento, nec hæc ratio congruentiæ locum habet, nec etiam in institutione illius, & verbis Christi, Ioannis 20. talis inuocatio exprimitur, neque in Ecclesiæ traditione, vel auctoritate fundamentum habet. Secundò, quia non est necessarium, vt in forma explicetur, ministrum operari vt causam minus principalem, per expressam inuocationem sanctissimæ Trinitatis: alioquin in omnibus formis aliorum Sacramentorum id esset necessarium; quod non est dicendum, cum adhuc, nec Concilia, nec Patres id declarant. Solum enim Concilium Moguntinum monet Sacerdotes, vt consueto modo absoluant: & idè non solum ponunt illam particulam, *à peccatis tuis*; sed etiam inuocationem Trinitatis: quia hic est optimus modus, & maximè vsuatus: non tamen definit, veranque particulam, aut aliquam illarum pertinere ad essentiam formæ, nec id declarat, vt optime notauit Soarius allegatus n. 22. sine: quare sine dubio hæc secunda sententia est verior, & ab ea non est recedendum.

Vltima verba, in vsitata forma absolutionis appositæ, sunt illa: *Passio Domini nostri IESU CHRISTI*

debetam, & peccata attrita, & confessa. Huic dubitationi affine illud est dubium, an inuocatio Trinitatis, & illa etiam verba, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, pertineant quoque ad essentiam, & substantiam formæ absolutionis: quia de re bipartita etiam est sententia. Prima affirmat. Ita docet Durandus in 4. dist. 22. quest. 2. Maior ibidem dist. 14. quest. 2. & Petrus Soto lect. 4. & alij passim. Præcipuum illorum fundamentum est: quia proferens Sacerdos illam inuocationem, significat se operari vt minister, & non vt causa principalis: quod necessarium est, vt in forma explicetur. Secundò, quia inuocatio Trinitatis est de essentia Baptismi: ergo & de essentia formæ absolutionis in Sacramento penitentia, cum par sit vtrique ratio.

CHRISTI, & merita beate MARIE, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, &c. vique ad finem: quæ quidem verba, apud omnes constat, non esse de necessitate, nec de præcepto, licet laudabiliter addantur vt Concilium Tridentinum dicta sess. 14. c. 3. asserit: quare, licet omittantur, non erit peccatum mortale, imò nec veniale, si ex quocumque rationabili causa, etiam leui, omittantur: veluti in magna frequentia, in Iubilæo, aut in vrgenti dolore ex parte pœnitentis, vel ex parte Confessarij, & in propinqua occasione communicandi hac vice, ne postea diutius expectet, & similibus, sicut dictum est n. 15. de orationibus deprecatorijs, quæ præmitti solent. & ita docet Soarius tom. 4. de pan. disp. 19. sect. 1. n. 18. sine.

CAPVT X.

Verum de essentia forme absolutionis sint verba voce prolata; et an absolutio dari possit absenti. An forma absolutionis sit conuenienter tradita: & quare non detur forma ad retinenda peccata, sicut datur ad absoluenda. & an Confessarius teneatur dare aperto capite.

SUMMARIUM.

- Refertur prima sententia, asserens non esse de essentia forma absolutionis, quod verba illius voce proferantur. num. 1.
Præfertur secunda affirmans. num. 2.
Quid de matrimonio. ibid. versu. Confirmatur primò.
Formalia verba, quibus hodie Ecclesia in absoluendo vtitur, ex traditione Ecclesiæ, à Christo deriuantur. ibid. versu. Et ratio à priori est.
Soluuntur argumenta prima opinionis. num. 3.
An absolutio licite, & valide possit dari absenti per literas, vel internumium, propria peccata confessi; referunt opinio damnata à clemente III. qua id affirmabat. num. 4.
Astruitur vera sententia negans. num. 5.
An loco huius formæ, Absoluo te, possit dici, Absoluo Paulum. num. 6.
Soluuntur argumenta prima opinionis damnata. n. 7.
Ad valorem absolutionis requiritur presentia veræ, & realis Confessarij, & pœnitentis. num. 8.
An forma absolutionis sit conuenienter tradita; referunt opinio Abulensis. num. 9.
Astruitur vera sententia, affirmans, conuenientissimè poni verbum, Absoluo, in hac forma. n. 10.
Quare non detur forma ad retinenda peccata, sicut datur ad absoluenda. num. 11.
Sacerdotes ministerialiter absoluant, & minus principaliter: Deus autem per Sacerdotes principaliter. num. 12.
Sententia Sacerdotum non est renouabilis, & quare. ibid.
Quomodo intelligatur D. Leo Papa, asserens, peccata dimitti à Sacerdotibus per preces, num. 13.
An Sacerdotes debeant absoluerè nudato capite, & conferendo benedictionem. n. 4.

Circa primum dubium, an de essentia absolutionis sint verba voce prolata, est bipartita opinio. Prima olim docuit, non esse de essentia absolutionis, quòd verba illius voce proferentur, sed P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

sufficere dare absolutionem nutibus, aut scripto, aut quocumque alio signo, quo intentio absoluedi Sacerdotis manifestaretur, vt per scripturam. Ita docuit Medina C. de penit. tract. 2. q. 15. S. Quar. Medina. tum dictum. Petrus Soto lect. 11. de confessione, Petr. Soto. Nauarr. in Summa, c. 21. n. 36. & in c. Quem pœnitent. de penit. dist. 1. n. 4. Palud. in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. n. Nauarr. 7. Adrianus ibi in 4. de confessione, q. 1. col. 6. & alij Palud. multi. Probant primò, quia hoc Sacramentum sequitur formam iudicij humani, & per modum iudicij à Christo Domino est institutum: argui in alijs iudicijs humanis potest sententia scripto proferri: ergo & in hoc. Secundò, quia confessio potest fieri scripto: ergo & absolutio. Tertid, quia non sunt de essentia matrimonij propria verba contrahentium, sed satis sunt quælibet alia signa externa manifestatiua consensu: ergo idem dicendum est de hoc iudicio. Et confirmatur: quia hoc Sacramentum est magnæ necessitatis: vnde sepe potest contingere, vt necessarium sit dare absolutionem alijs signis, & non verbis proprijs: vt si pœnitens extremè indigeat, & Sacerdos loqui non possit, & possit alijs signis suam mentem declarare.

Secunda opinio verior, & tenenda, docet, de essentia huius Sacramenti penitentia esse, vt illius forma proprijs verbis, & voce humana proferatur. Hæc est communis hodie sententia omnium Theologorum nouiorum. Ita docet Coninck, disput. 4. Coninck. de inst. & essentia Sacramenti pœnit. dubio. 9. n. 65. fol. 422. col. 1. Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 19. sect. 1. num. 3. D. Thom. 3. p. qu. 84. art. 3. ad 3. Caiet. D. Thom. verbo. Confessio, condit. 1. Magister sent. in 4. dist. Caiet. 14. & patebit ex dubio sequenti. Probat hęc opinio primò ex Concilio Florentino in litteris Eugenij: vbi docetur, generaliter Sacramenta constare verbis, tanquam forma: à qua generali regula non est faciendâ exceptio. Verba autem, propriè loquendo, solum dicuntur ea, quæ voce, & ore proferuntur: imò Concilium Florentinum non tantum generaliter hoc docuit, sed specialiter etiam de hoc Sacramento loquens ita ait: *Forma huius Sacramenti sūt verba absolutionis, quæ Sacerdos proferit, cum dicit, &c. vbi, vt optime notat Soarius allegatus, considerandi sunt omnes illi termini, verba proferit & dicit: nam omnes illi planè indicant, proprietatem verborum, & vocem humanam. Confirmatur primò, quia idem Concilium loquens de matrimonio ait: *Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuum consensus per verba de presenti expressus*, vbi, dum dicit, huiusmodi consensum debere regulariter exprimi per verba, ostendit planè, hoc non esse illi essentialè: & quidem verba propriè pro his, quæ ore proferuntur, accipit: vbi etiam notabis, particulam illam, *regulariter*, non cadere super consensum: semper enim mutuum consensus de presenti est de essentia matrimonij: sed cadere super illam particulam, *verba*; ac si diceret causam efficientem matrimonij esse mutuum consensum, regulariter per verba de presenti explicatum: sufficit enim, quòd huiusmodi consensus quocumque alio signo externo sit expressus, licet regulariter per verba exprimat; cum ergo hoc non addat in Sacramento penitentia, & verba in sua proprietate intelligantur, intelligit sanè Concilium, verba esse simpliciter necessaria in forma Sacramenti penitentia. Confirmatur secundò, quia Concil. Trident. sess. 14. c. 3. docet, formam huius Sacramenti penitentia in illis verbis ministri simpliciter sitam esse: *Ego te absolvo*, vbi dum ait, *in verbis ministris*, aperte insinuat, se loqui de verbis voce humana à ministro prolatis, & non de consensu, aut conceptibus externis signis significatis. Et ratio à priori huius veritatis, ex Christi instituta*

instituit hoc Sacramentum, sicut alia nouae legis: omnium autem Sacramentorum formas, excepto solo matrimonio; propter specialem rationem contractus, in verbis essentialiter constituit: quod semper vltus, Concilia, & perpetua Ecclesiae traditio edocuit. Et hoc euidenter colligi potest ex ipsis verbis institutionis huius Sacramenti poenitentiae: *Quorum remisistis peccata, et tunc sunt eis*, comparando illa cum illis verbis *Baptizantes eos in nomine Patris*, &c. & eum verbis Eucharistiae: *Hoc facite in meam commemorationem*, nam in illis non dixit expressè Christus, Poenitentiam, Baptismum, & Eucharistiam conficienda esse formaliter sub talibus, vel talibus verbis: nihilominus tamen ex traditione Ecclesiae habemus, fuisse mentem Christi essentiam formae horum Sacramentorum ponere in determinatis & expressis verbis, seu in determinata, & expressa significationem verborum.

3. Sequitur, vt argumenta primae opinionis solvamus. Ad primum dico, esse hoc iudicium in multis sequatur formam iudicij humani; non tamen in omnibus. Quod vel inde patet: quia in hoc iudicio idem est actor, accusator, & reus: vnde, licet in iudiciis forensibus soleat aliquando sententia scripto proferri; tamen in hoc ex peculiari institutione Christi Domini non ita est: nam, licet verum iudicium sit; est tamen speciale, & sacramentale de nouo à Christo Domino institutum sub certis & propriis conditionibus omnino diuersis ab his, quae seruantur in iudicio forensi. Ad secundum respondeo, concedendo antecedens; negando verò illationem: nam, licet confessio possit scripto fieri; non tamen absolutio potest scripto dari, etiam praesente poenitente; & quia forma debet esse magis expressa, & determinata, quam materia, cum materia per formam determinetur; & quia sepe potest accidere, non posse poenitentem aliter confiteri, quam per scriptum, aut signis, vt in mutis: raro autem, aut nunquam contingit, vt is Sacerdos, qui praesens est, non possit verbis sententiam, & formam absolutionis proferre: quare spectata rei natura magis erat necessarium, vt confessio fieret signis externis, aut scripto, quam vt absolutio ita proferatur. Ad tertium respondeo, esse diuersam rationem in matrimonio, atque in hoc Sacramento poenitentiae; nam, cum matrimonium, contractus sit etiam humanus, quem Deus voluit honorare, in eoque altiore rationem Sacramenti fundare, ac contrahere; idè quia contractus, voluit etiam, vt signis, & scripto possit celebrari; & idè etiam in eo nullam formam, aut materiam constituit, ac requisitum, quae ad contractum ipsum necessaria non esset: in Sacramento autem poenitentiae, & in aliis omnibus, excepto hoc Sacramento matrimonij, instituit peculiarem formam, & materiam, quibus datis, daretur verum Sacramentum, & sublatis tolleretur.

4. Praecipuum dubium est, an absolutio sacramentalis licite, & valide dari possit absenti; & consequenter, an in aliquo casu necessitatis vrgētis, possit aliquis poenitens, valide, & licite, per interuentum, aut epistolam, vel rescripto, Sacerdoti absenti confiteri, illique possit similiter absenti, absentem poenitentem absolueri. Et certè olim liberius licuit hac de re disputare: hodie tamen iam non licet: damnauit enim sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. die 19. Iulij anni 1602. re mature ac diligenter considerata, hanc propositionem, *Licet, scilicet per litteras, seu interuentum, absenti Confessario peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; assensum, ad primum esse*

*falsam, temerariam, & scandalosam; prohibuitque ac praecepit ne deinceps talis propositio, publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceretur, neue unquam, tanquam aliquo casu probabilis, defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur.* Et addit excommunicationem ipso facto incurrendam, & sibi reseruatam contra violatores huius decreti, & alias insuper poenas à Iudicibus iungendas. Dixi, olim: quia ante hoc decretum plurimi ex Thomistis asserbant, absentem licite, & valide in aliquo casu posse scripto, aut internuntio confiteri, & a solui sacramentaliter. Ita asseruit olim Paludanus in 4. dist. 17. quaest. 2. versu. *Tertia definitio*, & D. Anton. 3. part. tit. 17. cap. 12. & c. 21. §. 3. vbi quaerit, quid tandem debeat facere Sacerdos, qui alium absoluit à peccato, à quo cum non poterat absolueri, & respondet, teneri petere facultatem, vt eum possit absolueri: & tunc, si eum praesentem habere non potest, ait plurimos Doctores in Concilio Basiliensi in ea fuisse sententia, vt possit eum absentem absolueri: & eandem opinionem tenuit Syluester verbo, *Confessio*, 3. num. 1. & verbo, *Confessor*, 4. §. 2. Fumus verbo, *Confessio*, num. 23. Tabiena verba, *Confessio*, 2. num. 4. Petrus Soto lect. 1. de confessione. Dominicus Sor. in Relectione de tengendo secreto, n. 3. quaest. 4. concl. 5. dub. 4. vbi dixit, hanc opinionem fortasse esse veram: eam indicauit Turrecremata c. *Quem poenitet*, de poenit. dist. 1. art. 2. omnes ex Ordine, & Familia augustissima D. Dominici. Ex aliis eam tenuerunt Nauarrus in Summa Latina, cap. 11. nam 36. & in cap. *Quem poenitet*, de poenitenti. dist. 1. num. 4. Adrianus in 4. de materia confessionis, quaest. 1. Palacios in 4. disput. vltima, vbi id sentit Richardus artic. 2. quaest. 5. Maior quaest. 1. Alexander Aletius quaest. 17. aliàs 77. & in eam inclinauit Ruardus artic. 5. & Rurilius in Speculo Episcoporum, disputat. 1. quaest. 5. omnes numero perexiguo, comparatione eorum, qui sunt ex augustissima Familia D. Dominici, qui primi huius opinionis Auctores, & defensores fuerunt: & sic, à quibus orta, & adueta fuit haec opinio, in eorum etiam sinu extrinsecta fuit, & conscripta. Fundamentum illorum duplex erat. Primum, quia in aliis iudiciis humanis & forensibus, licite, & valide, fertur sententia in absentem: ergo etiam in hoc sacramentali. Secundum, quia poenitens sit moraliter praesens per suam confessionem; & sic dirigendo intentionem ab absentem, etiam verè dicere possumus, *Absoluo te*, & tandem, quia loco pronominis *te*, possumus proprium nomen poenitentis ponere, dicèdo, scilicet, *Ego absoluo Paulum*, quae est valida forma absolutionis; & tunc absolutio videtur propriè dirigi in absentem. Tandem, quia hoc Sacramentum est maximè necessitatis, & sapissimè accedit, vt poenitens non possit Sacerdotem habere praesentem; vel quia vterque grauius aegrotat; vel quia alter eorum in carcere, & vinculis continetur, vt nunc accedit quotidie in Prouinciis Haereticorum, & Paganorum in Iaponia: quare necesse erat, ne fructu tanti Sacramenti fideles priuarentur, vt absentes absolui possint, mittendo, scilicet, peccata sua per scriptum, aut internuntium.

Vnde, cum sententia haecenus explicata, damnata, & condemnata fuerit, tanquam illicita & inualida, à sanctissimo Domino nostro Clemente XIII. vt diximus; firmissimè tenendum est, non posse dari Sacramentum poenitentiae inter absentes, etiam si extrema necessitas interueniat, & consequenter nec licite, nec valide posse Sacerdotem vllum poenitentem absolueri, nisi illum praesentem audiat, & habeat. Ita Cardinalis Tolerus *Tol.* lib. 3.

Palud.  
D. Anton.  
Syluest.  
Fumus.  
Tab.  
Petr. Soto.  
Sotus.  
Turrecrem.  
Nauarr.  
Adrian.  
Palat.  
Richard.  
Maior.  
Alexand.  
Ruardus.  
Rurilius.

lib. 3. Summa, cap. 6. Coninck disput. 4. de infir. & essentia poenitentiae, dubio 10. num. 89. fol. 423. col. 1. Soarius tom. 4. de poenit. disp. 19. sect. 3. n. 7. Pater Valentia 3. p. disp. 7. q. 11. puncto 1. §. *Quod autem*, Rodrig. lib. 1. Summa c. 5. n. 1. D. Thom. in 4. dist. 17. a. 4. q. 3. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Caict. in Summa verbo, *Confessio*, conditione 11. Victoria in Summa, n. 171. Ledesma. 2. p. 4. q. 9. a. 3. dubitatione 1. Cano in Relectione de poenit. p. 5. Sà in Summa verbo, *Absolutio*, n. 10. & verbo, *Confessio*, n. 14. & alij Thomistae nouiores. Probatum ex decreto Clementis VIII. relato numero praeced. initio, vbi contraria opinioem damnauit ad minimum vt falsam, temerariam, & scandalosam. Probatum primò rationibus: quia non est ibi verè actus poenitentis certus: potest enim poenitens intermedio tempore animum mutare, potest esse fraus, potest obuisse. Denique non datur propinqua, & proxima materia, dolor, scilicet, poenitentis, nec de illa modo aliquo constare potest Confessario, absente poenitente; nec verificari illa forma absolutionis, *Ego te absoluo*: enim verò illud, *te*, dirigitur tantum ad praesentem personam poenitentis, & indicat personam moraliter praesentem, cum qua loquitur Confessarius: sicut enim illa particula, *Hoc est Corpus meum*, & illa, *Hic est Calix*, &c. indicant materiam praesentem, & peccatur grauius, & non fieret Sacramentum, si proferantur in vinum, vel hostiam absentem: sic grauius peccatur, & non fit Sacramentum, si haec verba, *Ego te absoluo*, in absentem proferantur. Secundò, quia, cum hoc Sacramentum institutum sit per modum iudicij, ante absolutionem requirit perfectam causam cognitionem; & cum sit iudicium internum, & voluntarium, in quo sola persona poenitens habet vicem accusatoris, & rei, & ostendit dispositionem suam, per se, essentialiter, & ex natura sua ita postulat praesentiam poenitentis, & Confessarij, vt in nullo necessitatis, quauis extrema, casu, aliter absolutio possit dari licite, & valide: quia in absentia non potest vllò modo huiusmodi plena, & perfecta notitia causa comparari.

6. Oppones: *Loco, Absoluo te*, poterit Sacerdos dicere, *Absoluo Petrum, vel Paulum*: ac proinde saltem hac ratione poterit forma absolutionis dirigi in absentem. Respondeo, negando sequelam: quia, vt talis forma valide proferatur, debet ita proferri, vt ex modo, & intentione proferentis, omnino hic, & nunc, significet praesentiam humanam: idque significat illa consueta forma, *Absoluo te*, aliàs mutatio erit essentialis, illicita, & inualida: & simile erit in materia Baptismi.

7. Ad fundamenta contrariae opinionis respondeo. Ad primum dico, esse diuersam rationem in hoc iudicio, & in iudicio forensi: quod patet satis ex dictis. Ad secundum dico, poenitentem, nec per suam confessionem, nec per internuntium, aut interpositam personam fieri moraliter praesentem: sed requirit talem praesentiam, vt Sacerdos, & poenitens ore (vt aiunt) ad eos loquantur: cum enim poenitens debeat se accusare, & defendere, in hoc iudicio diuino, necessarium, & intrinsecè talis praesentia requiritur, vt patet; nec Sacerdos potest committere potestatem absoluendi interpositae personae, quae suo loco, & nomine poenitentem absoluat absentem; quia illa actio sacramentalis, est merè personalis, & non delegabilis: idè enim ad illam consecratur minister, quia per se debet illam exercere; aliàs pari ratione posset Sacerdos per alium consecrare, committendo illi vices suas. Et adhuc magis declaratur, quia vel committeret illam alteri Sacerdoti, vel laico: non laico, quia actus characteris sacerdotalis non potest committi laico: alioquin pari ratione

posset illi committi, vt confessionem audiret: non alteri Sacerdoti, quia tunc ille Sacerdos poterit per se absolueri audita confessione: nam, si est casus extremae necessitatis, habet iurisdictionem: si non est casus extremae necessitatis, non audita confessione, non potest licite, ac valide absolueri ex commissa sibi facultate, quia non potest eam sententiam valide proferre, nisi causam iudicans; non potest autem valide, ac licite iudicare, causa inaudita. Ad vltimum respondeo, quauis hoc Sacramentum sit maximè necessitatis; tamen sic institutum fuisse à Christo Domino, vt non nisi verè, & personaliter, & in propriis personis praesentibus, Sacerdotis, videlicet & poenitentis, exerceatur.

Et confirmatur adhuc veritas huius doctrinae: nam, si ad valorem confessionis non requireretur vera, & propria praesentia poenitentis, & Sacerdotis, sequeretur, confessionem, & absolutionem factam nunc, etiam absque vlla necessitate, inter personas absentes, validam esse: consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatum sequela: quia essentia Sacramenti, & valor illius semper est idem: ergo, si absolutio, & confessio essentialiter non requirit praesentiam Sacerdotis, & poenitentis, quacunque ratione feratur in absentem, etiam absque vlla necessitate valida erit, & efficax: quod tamè nunquam Auctores contrariae opinionis, etiam antequam condemnarentur, ausi sunt concedere: ne ergo haec, & alia similia absurda concedere cogantur, necesse est fateantur, requiri hanc realem praesentiam inter Sacerdotem, & poenitentem, vt hoc Sacramentum licite, & valide exerceatur. Quanta verò debeat esse haec praesentia inter Sacerdotem, & poenitentem, prudentis arbitrio iudicandum est: illam ergo credo esse necessariam, quae ad sensibilem designationem, & locutionem cum alio sufficit, vt indicant illa verba ipsius essentialis forma: *Ego te absoluo*.

Circa tertium dubium, an forma absolutionis sit conuenienter tradita, solus Abulensis in prima parte sui defensorij, c. 6. ausus est inter Catholicos vellicare consuetam formam absolutionis, tot saeculis in Ecclesia Catholica inuicibiliter obseruatam: ibi enim dixit, impropiè vsurpari in hac forma verbum, *Absoluo*: quia peccata non sunt proprie aliqua vincula, quae circum ligata soluantur; sed sunt iniuria Deo illatae, quae remittantur: & idè non dixisse Christum Dominum, *Quorum solueritis, &c. absolueritis peccata, absoluta erunt*: sed, *Quorum remisistis, remittuntur eis*. Confirmat hanc suam vellicationem: quia illud verbum, *Absoluo*, indicat, hominem absolutum esse à poenis tantum, non à culpa: est enim hoc Sacramentum institutum à Christo Domino per modum iudicij, & in iudiciis humanis, cum absoluuntur rei, à poenis tantum absoluuntur, non à culpis.

Dicendum tamen est, praedictum verbum, *Absoluo*, esse optimum, & conuenientissimum ad applicandam formam absolutionis. Ita docet D. Th. 3. p. q. 84. a. 3. & in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Scotus Gabriel Durandus, Palud. in 4. dist. 14. Soarius tom. 4. de poenit. disp. 19. sect. 1. n. 9. & communiter omnes Catholici. Patet, tum ex vsu & traditione totius Ecclesiae, tum ex definitionibus Concilij Tridentini, & Florentini: Tridentini in sess. 14. c. 3. Florentini in decreto Eugenij, quibus addi potest Concilium Moguntinum cap. 4. & definitio Leonis X. in condemnatione art. 11. & 12. Lutheri. Et quauis Abulensis in re non dissentiat à vero sensu, & significatione consuetae formae; non debuit tamen in verbo discrepare, quod tot saeculis ab Ecclesia in hac forma, continua traditione à Christo & Apostolis ad nos profecta, & deriuata, est

82.  
9.  
Abul.  
10.  
D. Thom.  
Scot.  
Gabriel.  
Durand.  
Palud.  
Soar.  
Conc. Tr.  
Conc. Flor.  
Cōc. Mog.

P. Steph. Faqundez, in quinque praec. Eccl.



vsurpatum. Nec congruentia illius aliquid ponderis habent: nam peccata, moralia vincula sunt, & moraliter vincula dici possunt, & iuxta phrasim & modum loquendi Scripturae vincula appellantur, sic Esaias 52. *Solve vincula colli tui, captiva filia Sion*, & Psalmo 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me*, & Proverb. 5. *Funes peccatorum suorum constringuntur impius*. Quae planè metaphoræ non solum de reatu poenae, sed propriè de peccato ipso ratione culpæ, & macula, quæ in peccatore manet, intelligendæ sunt. Deinde, quia, licet poenæ sint actus, ad quem peccatores ligantur; tamen ipsa peccata sunt vincula, & funes, quibus illi alligantur, & detinentur ad supplicium; ita ut illis vinculis manentibus, nullo modo euadere illud supplicium possint: vnde necessarium est, ut prius illa vincula per diuinam gratiam dirumpantur, iuxta illud Pl. 115. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Sunt etiam ipsa peccata mortalia, vincula quaedam moralia, quæ peccatorem impediunt ad rectè operandum, & ad merendum coram Deo: quamobrem verbum, *Abfoluo*, rectè, & conuenienter cadit in peccata, etiam quoad eorum culpas. Nec Christus Dominus solum vsus est verbo remittendi, sed etiam absoluedi, quando clarius promissit Ecclesiae, & illius Capiti Petro; *Tibi dabo claves regni caelorum; & quodcumque solueris super terram, erit solutum in caelo*. Matthæi 16. ex quo loco videtur Ecclesia hanc formam sumpsisse: *Ego te absoluo à peccatis tuis, seu à vinculis tuis*. Adde, conuenientius esse quoddam Ecclesia hoc verbo, *Abfoluo*, utatur, quam *Remitto*: quia remissio, in rigore, non est actus iudicialis; sed latius patet: nam creditor remittit debitum, pars offensa iniuriam; verò autem, *Abfoluo*, & *condemno*, iuxta communem sensum, significat actum iudiciale: & licet, spectata primæ uae sua etymologia, & impositione, in hoc iudicio diuino metaphorice videatur; tamen iam hodie tam in eo, quam in forensi iudicio propriè significat actum iudicij, & sententiam, qua reo conceditur plena libertas, vt patet ex vsu.

Quare ergo, dices, non datur alia forma ad retinenda peccata, sicut datur forma ad illa absolueda, seu ad illa soluenda? nam, sicut dicunt Sacerdotes, *Ego te absoluo*, quando absoluit: quare etiam non dicunt, *Ego te ligo*, vel, *Ego te retineo in peccatis*; vel, *Ego peccata tua retineo*, quando non absoluit? Respondeo, id non esse necessarium. Primò, quia ipsi peccatores ex natura rei ligati sunt suis peccatis: vnde, cum non absoluantur, ligati manent; de nouo enim non ligantur à Sacerdote. Secundò, quia actus sacramentalis ex sua natura est significatiuus gratiæ: est enim Sacramentum, signum visibile inuisibilis gratiæ: talis autem actus non esset significatiuus gratiæ, vt patet; ac proinde non esset actus sacramentalis. Adde, quod ad retinendum peccatum, nulla positua forma necessaria est; sed sufficit sola mera, & nuda negatio absoluedionis: quia peccata non detinentur per aliquam actionem positiuam, sed per carentiam actionis, vt patet.

Hæretici, catholice veritatis molestissimi euesores, vt pote ad poenas Inferni iam damnati, hanc nostram, & totius Ecclesie catholice absoluedionem damnant, & condemnant, velut ridiculam; & iemptam, qua planè solum ab iisdem poenis absolui, & liberari poterant. Fundamentum illorum est: primò, quia per eam Sacerdotes sibi vsurpant actum proprium solius Dei, qui est remittere peccata. Secundò, quia negant Sacerdotibus datam esse potestatem clauium; & nihil distinguunt inter Deum, qui principaliter absoluit, & remittit peccata per Sacerdotes, tanquam per ministros proprios, ad id

specialiter sacris Ordinibus, & charactere deputatos; & inter ipsos Sacerdotes, qui ministerialiter, & minus principaliter, verè tamen, & realiter illa remittunt. Sed illorum querimonia, & fundamentum, ex querimonia, & fundamento Pharisæorum deductum est: de Christo enim Pharisæi dicebant Marci c. 2. n. 7. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognitio Iesvs spiritu suo, quia sic cogitarent in ira se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Sic nos huiusmodi Sectariis, & Pharisæorum sectatoribus dicere possumus iure: Quid cum Pharisæis consentitis: quid illorum malitiam imitamiini? quid tam caeca & absurda in cordibus vestris cogitatis? Potest Christus principaliter dicere: *Dimittantur tibi peccata tua*. Matthæi 9. & Marci 2. seu, *Abfoluo te à peccatis tuis*, & potest Sacerdos dicere ministerialiter, minusque principaliter: *Abfoluo te à peccatis tuis*. Christus enim Dominus absoluit, & remittit peccata, vt auctor principalis: Sacerdos autem, vt minister: nam, quauis Christus absolute dixerit: *Quorum remisistis peccata remittuntur eis*, non propterea tribuit Sacerdotibus potestatem excellentiæ ad dimittenda peccata, sed ministerialem tantum. Vnde, cum Sacerdotes dicunt: *Ego te absoluo à peccatis tuis*, non sibi vsurpant diuinam auctoritatem, potestatemque excellentiæ ad absolueda, remittendaque peccata; sed vtuntur potestate ministeriali sibi à Christo concessa, qua verè soluit, & peccata dimittunt, vt ministri Christi, ad hanc rem speciali charactere deputati, & qua verè sunt Iudices; quia eorum sententia, ex institutione Christi, ex se certa, & infallibilis est, quia siplul cum illis, & per illos Deus iudicat. Vnde, licet Sacerdotes non sint principales Iudices, sed ministeriales; non tamen illorum sententia reuocabilis est, sicut est reuocabilis sententia inferiorum Iudicum per superiores, in iudiciis humanis; sed est certa, sita, & irreuocabilis: quia simul per illos Deus iudicat, & est simul sententia hominum, & sententia Dei, vt principalis Iudicis: at verò in iudiciis humanis superiores Iudices non inducant simul cum inferioribus; & ideo illorum sententia per superiores est reuocabilis. Quæ si Hæretici non capiunt, nec intelligunt, Magistros adeant, à quibus edoceantur: adeant in primis Ballarminum toto lib. 1. Bellarm. de poenitentia: Ruardum art. 3. contra Lutherum: Roffensem art. 10. Vvaldensem tomo 2. cap. 144. & doctissimum Soarium tomo 4. de poenit. disp. 19. sect. 1. n. 6. & 10. Deumque exorent, vt caecam illorum mentem clarissimis veritatis radiis penetret, & aperiat.*

Nec refert id, quod ait D. Leo Papa epistola 89. aliàs 91. & refertur in cap. *Multiplex*, de poenitent. distinet. 1. vbi dicit, peccata remitti supplicationibus Sacerdotum: nam D. Leo Papa, vt post D. Thom. quem citat ac sequitur Soarius, loquitur iuxta eundem Soarium tomo 4. de poenitent. disp. 19. sect. 1. n. 13. non de substantiali, essentialique forma absoluedionis; sed de verbis deprecatoriis, quæ ante, & post illam præmitti, & subsequi solent. Nec obstat, quod D. Leo asserat, *Sine supplicationibus Sacerdotum non remittit peccata*, quia interdum accipiunt Patres, & Doctores accidentia Sacramentorum, pro ipsis Sacramentis; & interdum etiam Sacramenta ipsa nomen accipiunt ab accidentalibus ritibus, quibus celebrantur. Sic Vvaldenis tomo 2. de Sacramentis, cap. 147. explicans Diuum Chrysostomum lib. 1. de sacerdotio, absoluedionem ipsam, vocat orationem sacramentalem. Sic etiam Patres dicunt peccata non posse dimitti, nisi per manus impositionem, hoc est, per Sacramentum poenitentiae: quia olim dum Sacerdotes

Sacerdotes peccatores absoluebant, manus super illos imponebant.

Hodie tamen per solam absoluedionem verbalem absoluedio datur. Et verò, quod quidam faciunt, dando benedictionem, dum absoluit, necessarium non est. Quod verò alij efficiunt, qui, dum absoluit, aperto sunt capite; nec ex vsu antiquo, nec ex sapientum more ac ritu, nec ex ratione, nec ex dignitate officij Iudicis, quod Confessarius agit, dum absoluit, sit, vt optime notat Sà verb. *Abfolutio*, n. 3. Et præterea facile deprehendi potest, hunc modum absoluedi aperto capite minus conuenientem esse: quia facile prodentur circumstantibus, eo seruato, poenitentes, qui sine absoluedione dimittuntur: & quia nullum fortasse erit Sacramentum, quod capite aperto tradendum sit, vt optime notat idem Sà, excepto Sacramento Eucharistiæ, ob Christi præsentiam corporalem.

CAPVT XI.

Quis sit effectus forma absoluedionis, & propria verborum illius significatio: & an ex duobus æquè dispositis possit vni remitti tota poena, non verò alteri.

SVM MARI VM.

- Refertur prima opinio, asserens, verum sensum forma absoluedionis esse: *Ego ostendo, & declaro te absoluedum esse à tuis peccatis.* num. 1.
- Ostenditur, hanc opinionem esse omnino falsam, & ferè damnatam in Concilio Tridentino. num. 2.
- Soluitur illius fundamenta. num. 3.
- Refertur secunda opinio, ac reuocatur, asserens, verum illius sensum esse: *Ego tibi remitto reliquias peccati hic iam per Sacramentum remissi, & quæ sint istæ reliquias.* num. 4.
- Refertur ac reuocatur tertia, asserens esse: *Ego tollo à te obligationem iterum confitendi hæc peccata, qua modo confessus es.* num. 5.
- Refertur, ac reuocatur quarta, dicens esse: *Ego remitto tibi omnem poenam æternam, vel temporalem, debitam his peccatis, qua modo confessus es.* num. 6.
- Refertur, & non approbatur in totum quinta opinio asserens, verum sensum esse: *Ego tibi impendo Sacramentum absoluedionis, & confessionis.* num. 7.
- Proponitur sexta opinio asserens, verum sensum esse: *Ego tibi gratiam sanctificatam, quantum est ex se, remissionem peccati, si quod habes, confesso.* num. 8.
- Proponitur septima opinio, asserens esse: *Ego tibi remitto, vel: Ego te soluo à peccatis tuis, quatenus ligant absoluedi, vel secundum culpam, vel secundum poenam æternam, vel temporalem, vel secundum obligationem illa iterum confitendi.* num. 9.
- Qua ratione in hoc Sacramento, & opinione ultima dicatur peccatum semper verè remitti. num. 10.
- Etiamsi homo confiteatur de peccatis iam confessis. ibid.
- Iudicium Auctoris. num. 11.
- Proponitur, & soluitur obiectio contra sextam opinionem, qua iudicio Auctoris omnibus præfertur. num. 12.
- An ex duobus poenitentibus æquè dispositis vni remittatur tota poena temporalis, & alteri non. num. 13.
- An in hoc Sacramento poenitentiae, sicut & in omnibus aliis, datur res, & Sacramentum simul: & quid illud sit in hoc Sacramento, atque in aliis. num. 14.
- P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Circa titulum propositum tot sunt ferè sententiae, tot opiniones, quot capita: omnes referantur, feligam meliores, ac tandem iudicium meum interponam. Prima docet, verum sensum verborum huius formæ, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, esse, Ego ostendo, & declaro, te absoluedum esse à peccatis tuis. Ita docet Magister sententiarum in 4. dist. 18. Bonau. ibi a. 2. q. 1. Gabr. q. 1. a. 2. Maior q. 1. & dist. 14. quæst. 2. & ibi etiam Gabriel quæst. 2. art. 1. & 2. Alensis 4. p. quæst. 21. Medina tract. 2. de effectu absoluedionis. Fundamentum huius opinionis est, primò, quia Deus est, qui principaliter absoluit, & dimittit peccata; ac proinde Confessarius videtur tantum ostendere, & declarare, peccatorem esse absoluedum à peccatis, proferendo huiusmodi verba: *Ego te absoluo à peccatis tuis*. Secundò, quia Christus Dominus dixit Magdalene: *Remittuntur tibi peccata tua*. Luca 7. quæ tamen iam erant remissa per feruentem actum charitatis, & internam contritionem ipsius: ergo solum id Christus declarauit per ea verba, quæ sunt similia illis, quibus instituit Sacramentum poenitentiae, dum dixit: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis*.

Verum hæc opinio est omnino falsa, & hoc tempore erronea, vt docet Soarius tom. 4. de poen. disp. 19. sect. 2. n. 4. & 5. in editione Moguntina; & ferè expressè damnatur in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. & can. 9. quia huiusmodi Auctores videntur insinuare, Sacerdotes, & Confessarios non habere potestatem dimittendi, soluendique peccata; sed tantum ostendendi, solutos esse poenitentes ab iisdem peccatis, quæ confessioni sacramentali subiecerunt: Concilium autem Tridentinum definit absoluedionem à Confessariis datam, verum esse actum iudiciale, & non nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi, remissa esse peccata poenitentibus: ita enim prædicto cap. 9. *Si quis dixerit, absoluedionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi, remissa esse peccata confitentis, &c. anathema sit*. Et conuincitur facile falsitas, & error huius opinionis: quia Christus Dominus non dixit, *Quod solum ostenderitis in terris, erit solutum & in caelis*: sed, *Quorum remisistis peccata, seu, quodcumque solueritis super terram, erit solutum & in caelis*, &c. Et ideo hanc opinionem damnant, & improbant communiter meliores hodie Theologi, Richard. D. Th. in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. quæstioncula 1. & 3. p. q. 84. Scotus. art. 3. Scotus in 4. dist. 4. q. 4. & ibi Sotus q. 1. art. 3. Alensis 3. p. q. 60. m. 1. art. 2. Petrus Soto lect. 4. de poenit. & Caietanus tom. 1. opusculorum, tract. 18. Perr. Soto q. 5. Et ratio est: quia verbum, *Abfoluo*, desumptum ex illis verbis Christi: *Quodcumque solueris in terris, erit solutum & in caelis*; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & cum illo cognationem habet, & eandem significationem: ergo reuera Sacerdos habet potestatem dimittendi peccata, & non declarandi esse soluta; quia ad hanc declarationem nihil conferunt clauis, cum melius id præstare possit homo doctus, ac prudens, qui conscientiam prudentius scrutari potest: ergo reuera Christus in illis verbis potestatem confert Sacerdotibus remittendi peccata ministerialiter, & non declarandi tantum esse remissa; ac proinde, cum Sacerdos confert absoluedionem poenitenti, verè illi remittit peccata confessa, & non declarat tantum esse remissa.

Nec obstant fundamenta primæ opinionis: quia, licet Christus Dominus sit, qui principaliter per Sacerdotem peccata confessa remittat; tamen ipse Sacerdos simul cum Christo minus principaliter, seu (vt alij explicant) ministerialiter eadem peccata remittit; & ideo illius sententia, quia est DD 3 simul

simul sententia Christi, est planè firmas, & irrevocabilis, iuxta ea, quæ diximus cap. præcedenti, n. 12. Vnde, ut Christus ostenderet, illius sententiam esse irrevocabilem, dixit: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis.* Ad exemplum quod afferebatur de verbis Christi ad Mariam Magdalenam, respondeo, esse diuersam rationem in illis verbis, *Remittuntur tibi peccata tua*, quæ Christus ad illam dixit; & in illis, quæ Sacerdos, tanquam minister Christi, dicit, *Absoluo te à peccatis tuis*, nam Christus Dominus planè, & perspicuè cor illius intuebatur, iuxta illud 1. Reg. 16. *Homo videt ea, quæ apparent: Deus autem intuetur cor*, & idè verè affirmare poterat, remissionem internam, etiam si illam non faceret: quia illa verba, *Remittuntur tibi peccata tua*, rectè etiam explicantur, *remissa sunt tibi peccata tua*, at Confessor, dum dicit, *Ego te absoluo*, non intuetur cor penitentis; & idè non potest verè affirmare, illi verè remissa esse peccata: vnde nec etiam illa verba, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, possunt esse familia illis verbis, *Remittuntur tibi peccata tua*.

Secunda opinio docet, sensum absolutionis esse, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, id est, *Ego remitto tibi reliquias peccati tui*, v. c. malas inclinationes reliquias ex eodem peccato iam per veram contritionem, seu per attritionem, & Sacramentum remisso. Ita Caiet. tom. 1. opusculorum, tractatu 5. q. 4. ad 2. Sed nec hoc satisfacit: primò, quia nisi hoc Sacramentum fuit institutum à Christo Domino ad has reliquias delendas; nec ex semper post remissionem culpam, & peccatum remanent; maxime quando culpa consistit in sola omissione venialiter peccaminosa.

Tertia opinio docet, verum sensum illius formæ, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, esse: *Ego tollo à te obligationem iterum confitendi hæc peccata, quæ modo confessus es, absoluoque te ab obligatione illa iterum clauibus Ecclesiæ subiiciendi.* Hanc opinionem attingunt Bonaventura, & Alensis allegati num. 1. & eam ex parte sequitur Gabriel in 4. dist. 18. q. 1. & Supplementum illius dist. 23. art. 2. Et fundamentum illius est: quia potestas Sacerdotis non extenditur ad remittenda peccata, & tollendam culpam; sed tantum ad cognoscendum de illis: à quo onere absoluitur penitens circa illa peccata, quæ iam semel confessus est. Verum hæc sententia est æquè falsa, ac prima, & est ferè damnata in Concilio Tridentino sess. 14. can. 9. est etiam expressè contra vim, & proprietatem verborum formæ, & Christi Domini clamantis: *Quorum remiseritis peccata, erunt soluta & in caelis*, absolueri autem ab obligatione alicuius præcepti non est peccata remittere, ut patet: deinde, quia, cum absolutio cadit super confessionem factam de peccatis mortalibus iam confessis, aut de solis venialibus, non habet locum hæc expositio; quia nullus tenebatur illa iterum confiteri, & sic iam liber erat ab ea obligatione. Et interdum etiam è conuerso absoluitur quis à peccatis, & non ab obligatione confitendi, ut patet infra in materia de calibus referuatis.

Quarta opinio docet, veram, ac germanam significationem verborum ipsius formæ, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, esse: *Ego tibi remitto omnem penam æternam, vel temporalem, debitam his peccatis.* Hanc opinionem tenet Hugo Victorinus lib. 2. de Sacramentis, part. 14. c. 8. & Richardus de sancto Victore lib. 1. de potestate ligandi, & solvendi, cap. 21. Sed hæc opinio etiam non satisfacit: quia potest fieri, ut peccatum sit iam omninò remissum quoad omnem penam æternam, & temporalem: ut, si quis iterum confiteatur peccata iam

confessa, & omninò remissa quoad vtranque penam, tam æternam, quam temporalem. Præterea, quando confessio est de solis venialibus, non absoluitur penitens à reatu pœnæ æternæ, ut patet; neque potest hoc per formam significari.

Quinta opinio docet, *Ego te absoluo*, significare: *Ego tibi Sacramentum absolutionis, & confessionis impendo.* Ita D. Thom. 3. p. q. 84. artic. 3. ad 5. Et verò, etsi hac expositione omnis difficultas deieceretur; tamen spectata significatione verborum videtur satis detortas, si ita crude accipiatur: quia hæc forma videtur primò, & per se significare productionem gratiæ, & remissionem peccati: (non enim gratia sanctificans infunditur sine remissione peccati): non autem collationem Sacramenti. Deinde, quia, iuxta hanc explicationem, non est necesse, quòd Sacerdos per eam formam cõferat penitentem alicuius effectum gratiæ ipsius Sacramenti; sed solum ut cõferat ipsum Sacramentum: at hoc est contra veram, & germanam proprietatem verborum ipsius formæ, quæ directè significant effectum remissionis, seu solutionis peccatorum; & idè.

Sexta opinio docet, verba absolutionis, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, significare verè, & propriè: *Ego tibi gratiam sanctificantem, quantum est ex se, remissionem peccati, confero.* Ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 19. sect. 2. n. 19. Probat primò, quia, licet hæc forma videatur solum significare solutionem, & remissionem vinculi ipsius peccati; tamen quia nunquam peccatum mortale tollitur, nisi prius infundatur gratia sanctificans; idè ex vi verborum ipsius formæ iam hodie in communi omnium acceptione per hanc formam, *Ego te absoluo*, per se, & primò significatur gratia sanctificantis infusio: deinde consecutiue expulsiō peccati mortalis, seu, quod idem est, significatur infusio gratiæ, quantum est ex se, ordinatè ad tollenda, remittendaque peccata, si forte illa in penitente detur: sicut enim omne agens naturale, & omnis actio, primò, & per se tendit ad instructionem alicuius formæ naturalis, & tantum consecutiue in destructionem, & expulsiōem formæ contrariæ: ita omnia Sacramenta primò, & per se produunt gratiam, & tantum consecutiue remittunt peccata, cum id Sacramentum pœnitentiæ, & formam illius, primo, & per se significare productionem gratiæ, quantum est ex se, destructiue peccati, & tantum consequenter peccati destructionem, & remissionem, si forte detur. Sicut enim cõmune est omnibus Sacramentis nouæ legis, significare præctice collationem gratiæ sub hac conditione intrinsecè in hac collatione inclusa. *Nisi suscipiens obicem ponat*: sic etiam in cõmune est Sacramento pœnitentiæ: & idè stante eius veritate, & valore, fieri potest, ut non conferatur penitenti gratia sanctificans, si detur ob ex parte penitentis: & idè forma absolutionis in hoc Sacramento semper præctice primariò, & per se significat collationem gratiæ; non tamen ita absolute, quin implicite inuoluet hanc conditionem, *Nisi suscipiens obicem ponat*. Et sic intelligendus est Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, p. 14. c. 3. dum dicit, hanc formam magis significare virtutem suam, quam euentum. Vnde peccatum etiam non remittitur consequenter in penitente, nisi subintellecta hac conditione: *Si in penitente sit peccatum, quod tolli, & remitti debeat*, & idè diximus, formam absolutionis semper præctice, & per se significare gratiæ sanctificantis collationem, quantum est ex se expulsiue, & remissiue peccati mortalis, si forte in penitente detur.

Septima & vltima opinio docet, formam absolutionis, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, significare generationem,

netatem, & in cõmuni, primariò, & per se, omnem solutionem peccati, & quencunq; reatum illius, siue secundum culpam, siue secundum penam, æternam, vel temporalem; siue secundum obligationem confitendi, siue secundum quancunq; aliam rationem, per quam ligare potest: non tamen significare prædictam omnem solutionem hanc, & nunc de facto simul conferri, neque hanc, vel illam determinatè conferri, sed aliquam ex his confertis, significando, videlicet, penitentem absolui à peccato, quatenus ligat, vel secundum culpam, vel secundum penam, æternam, vel temporalem, vel secundum aliquam aliam rationem; imò neque hoc absolute significare, sed solum sub conditione, *Si confessio vera sit*. Ita docet Coninch de Sacramentis, disput. 4. de essentia, & institutione pœnit. dubio 8. n. 57. & 58. Probat primò, quia peccatum mortale est vinculum quoddam morale, quod in multis ligat peccatorem, & multis reatibus obstrictum tenet: in primis tenet illum obstrictum reatu culpæ: de inde reatu pœnæ æternæ, & temporalis: tertio, reatu obligationis confitendi illud: & sic ad multa redit cum obligatum. Cum ergo Sacerdos dicit, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, perinde est, ac dicere, *Ego te soluo ab omnibus his reatibus, & obligationibus, si forte omnes dentur, vel à quocunq; illorum, si vnum sine alio detur.* Docet itaque hæc opinio, formam absolutionis secundum se quidem primariò, & immediatè significare absolutionem à peccato, vel à quacunq; obligatione illius: prout tamen cum ipsa confessione componit integrum Sacramentum, significare primariò, & immediatè, solum infusionem gratiæ sanctificantis, quantum est ex se remissiue peccati mortalis sub conditione, si aliquid sit remittendum.

Et ex hac opinione sic explicata patet quidem, primò, quia ratione peccatum per Sacramentum confessionis semper dicatur verè remitti; quatenus, scilicet, semper recipitur noua gratia, quæ ex se est remissiua peccati, si illud detur, & pœnæ æternæ, quæ semper per remissionem ipsius peccati tota remittitur; si autem non detur peccatum, nec pœnæ æternæ, quæ remittitur, detur verò pœnæ temporalis; illa etiam remittitur: si verò nec hæc pœnæ temporalis detur, quæ remittitur, propter vehementem dolorem, qui totam illam remittit, simul cum obligatione confitendi iterum eadem peccata, etsi denique confessio fiat de peccatis mortalibus, de quibus nulla erat obligatio illa iterum confitendi, quia iam confessi erant, nec vlla pœnæ temporalis, nec æternæ detur, quæ remittatur per tale Sacramentum: tamen huiusmodi penitens, qui semel mortaliter peccauit, quantumcunq; ei ipsum peccatum, & omnis pœnæ temporalis, & æternæ iam remissa sit, nec habeat vllam obligationem illud iterum confitendi, cæteris paribus, semper habet aliquod impedimentum, ratione cuius manet minus dignus beneficiis diuinis, quam esset, si nunquam peccasset: quod patet exemplis humanis: si enim duo dentur amici Principis, in omnibus pares, in meritis, in nobilitate naturæ, & cæteris donis, hoc vno excepto, quòd vnus aliquando in Principem peccauerit, aliter non peccauerit; profectò si Princeps velit in rigore acquirere seruare, & velit illorum vni beneficium aliquod conferre, conferet illud ei, qui nunquam peccauit; & sic illud peccatum semper erit priori impedimento, quocumq; illam gratiam, & beneficium à Principe obtineat, ac consequatur: & hoc quidem impedimentum, quod manet in illo, qui peccauit, tunc modo aliquo tollitur, ac remittitur per illam

confessionem, quæ fit de peccatis iam confessis, cum non habet peccatum, quod teneatur iterum confiteri, nec penam temporalem, aut æternam, quæ remittatur: vnde semper dicitur peccatum per ipsam confessionem verè remitti; quia saltem remittitur hoc impedimentum illius, & indignitas: cum tamen huiusmodi indignitas in se nunquam remittitur, (cum semper maneat, tale peccatum commississe,) sed per appositionem nouæ gratiæ, quæ subiectum reddat dignius, quam antea erat; nunquam profectò potest hoc impedimentum in hac vita omnino tolli: & idè semper in hac vita modo explicato verè dicitur per nouam confessionem peccatum remitti, vel effectum illius.

Hæc duæ opiniones vltimæ Soarij, & Coninch. satis sunt probabiles: opinio tamen Soarij exhibuit omnes difficultates; & idè illam probabiliorem iudico, & omninò tenendam: hoc tamen in ea meo iudicio difficile videretur, quia videtur trahere & detorquere verba formæ ad sensum iliquantulum duriusculum, & alienum à propria, & germana significatione verborum ipsius formæ, quatenus dicit, prædictam formam, *Ego te absoluo à peccatis tuis*, primariò, & per se significare collationem gratiæ sanctificantis: secundariò verò, & consecutiue expulsiōem & remissionem peccati mortalis: cum tamen ea forma (quantum verba sonant) primariò significet expulsiōem, remissionem, seu solutionem vinculi peccati; secundariò verò, & consequenter, infusionem, & collationem gratiæ sanctificantis. Verum hæc difficultas potius videtur grammaticalis, quam realis, & alicuius momeati: nam, quantum in sensu grammaticali id quidem verba sonant; tamen in communi, & vero sensu, quo Ecclesiæ illa verba formæ iam hodie accipit, & semper accipit, significant id, quod Soar. affirmat: ut iam alibi diximus. Nec opus est, ut distingatur significatio verborum ipsius formæ à significatione totius Sacramenti, quod integratur ex materia, forma: nam, licet forma præctice diuidatur, ac distingatur à materia, à confessione, scilicet, dolorosa in hoc Sacramento, & materia, à formæ, tamen nec ipsa forma per se, nec materia & confessio dolorosa per se remittunt peccata, aut soluant hominem ab aliquo vinculo & obligatione, ut patet: quare necesse est, ut hæc simul sumantur; & ut sumatur forma, prout cadit supra illam materiam: aliquin, licet verba formæ aliquam significationem grammaticalem in se habeant; tamen in ratione forme Sacramenti nullam habent.

Dices primò: Hoc Sacramentum videtur immediatè, primò, & per se institutum à Christo Domino, ad tollendum peccatum, ut clarè indicant verba quibus fuit institutum: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis*, ergo, primò, & per se expellitur, & remittitur peccatum, & consequenter verò confertur gratia. Sed ad hoc respondeo, negando antecedens: primò enim, & per se institutum fuit hoc Sacramentum à Christo Domino, ad faciendum hominem gratum, & proximè beatitudinis capace: secundariò verò ad tollendum peccatum, quod simul cum gratia existere non potest. Verba autem, *quodcumque solveris*, idiplum iam hodie significant in communi vtu huius Sacramenti; habent enim hunc sensum: *Quodcumque solveris, gratiam tribuendo, erit solutum, &c. & quodcumque ligaueris id est, ligatum reliqueris, gratiam denegando, erit ligatum, &c.*

13.

Dicoe secundo, sequi in opinione Soarij, quod stantæ æquali dispositione in duobus poenitentibus possit contingere, vt vnus absoluetur à tota pœna temporali, & alter non; si, nimirum, vnus habeat reatum pœnæ, vt quatuor, & alter, vt duo: & in vtroque sit æqualis dispositio; nam tunc ei, qui est debitor, vt quatuor, remittentur duo: & ei, qui est debitor, vt duo, remittentur ipsi duo gradus pœnæ, & sic absoluetur à tota pœna: ac proinde ex duobus poenitentibus æqualiter dispositis, vnus absoluetur à tota pœna temporali, & alter non. Respondeo eum Soario tomo 4. de poenit. disp. 19. sect. 2. num. 25. sine, concedendo sequelam: neque enim in concessione illius aliquid inconueniens cernitur; sed est id maxime consentaneum rationi; quia id tunc prouenit ex inæqualitate reatum, non verò ex inæqualitate contritionis, dispositio- nisque: quia id, quod remittitur, æquale est, quan- uis in vno remissio ipsa sit totalis, in altero verò partialis: vnde propter æqualem dispositionem seruatur æqualitas remissionis, propter inæquali- tatem reatuura ipsius pœnæ, vni tota pœna tempo- ralis remittitur, alteri non: quod nullum videtur inconueniens.

Soarius.

14. An in hoc Sacramen- to detur aliquid quod sit res, & Sacramen- tum simul. Hugo.

Poteft hic tandem dubitari, an in hoc etiam Sa- cramento detur aliquid, quod sit res, & Sacramen- tum simul: nam in omnibus Sacramentis affir- mant Theologi dari rem tantum, & Sacramentum tantum; & insuper dari rem, & Sacramentum simul: vt in Eucharistia, signum ipsum sensibile, seu spe- cies consecrata, sunt Sacramentum: res Sacramen- ti est gratia, quam confert; res, & Sacramentum simul est corpus Christi sub his speciebus conten- tum, vt docet Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sa- cramentis, parte 8. cap. 7. in tribus verò, quæ cha- racterem imprimunt, vt est Baptismus, Ordo, & Consumatio, Sacramentum est ipsum signum sen- sibile: v. c. in Baptismo ablutio, & forma baptizan- di, est Sacramentum; gratia est res Sacramenti; character est res, & Sacramentum simul: in Con- firmatione signum sensibile, compositum ex chri-

smate, & ex forma verborum, est ipsum Sacramen- tum; gratia est res Sacramenti; character, res, & Sacramentum simul: similiter in ordine, chara- cter est res, & Sacramentum simul; gratia est res Sacramenti; oleum sacrum, & tactus est ipsum Sa- cramentum, seu ipsum signum sensibile: & in Ma- trimonio vinculum ipsum perpetuum est res, & Sacramentum simul; gratia est res Sacramenti; mu- tuus consensus signo sensibili explicatus, & præ- sentia parochi, est ipsum Sacramentum, seu signum sensibile: in extrema Vnctione, sanitas corporis est res, & Sacramentum simul; gratia, quam confert, est res Sacramenti; oleum, & forma Sacramenti est ipsum Sacramentum, seu signum sensibile: in con- fessione verò, & poenitentia, signum sensibile, compositum ex confessione dolorosa, & absolu- tione, est ipsum Sacramentum; gratia, quam con- fert, est res Sacramenti: quid autem sit res, & Sa- cramentum simul, non ita constat apud Doctores. Missis opinionibus dicendum est, interiorem do- lorem, & poenitentiam, siue attritio sit, siue con- tritio, vt informem, & secundum se, esse Sacra- mentum, vel potius partem Sacramenti; nam Sa- cramentum hoc est signum sensibile, compositum ex confessione, ex dolore, & ex absolutione: vt for- matam verò per gratiam sacramentalem esse rem, & Sacramentum simul: nam, si ille dolor erat attri- tio, cum formatur per applicationem Sacramenti absolutionis, fit contritio, non intrinsecè, sed ex- trinsecè, vt supra explicatum est: si verò erat con- tritio, iam est meritoria gloriæ, & gratiæ; quod fa- ctis est, vt sub ea ratione sit res Sacramenti: neque enim necessarium est, vt eadem res sub eadem ra- tione, & consideratione sumpta, formalitateque, dicatur Sacramentum, & res Sacramenti simul: sed satis est, vt idem actus secundum diuersas ra- tiones physicas, vel morales, has duas denomina- tiones suscipiat, & dicatur res, & Sacramentum. Et ita docet Soarius tomo 4. de poenitent. disput. Soarius, 19. sect. 5. num. 12. & 13. in secunda editione Mo- guntina.



LIBER



LIBERTERTIVS.

De qualitate, & integritate confessionis, per quam præceptum Ecclesie impletur.



EXPLICATA materia; & forma confessionis, se- quitur, vt doceamus, quo- modo facienda sit talis confessio, & de qualitate, & integritate illius agamus. Doctores igitur antiquio- res sexdecim olim cõditio- nes ad legitimam confessionem requirebant, quas statim ponemus, in quibus, vt optimè notauit D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 4. quæstiuncula 4. quædam necessariae sunt, quædam verò ad maiorem tantum reuerentiam huius Sacramenti requiruntur, quas omnes doctissimè explicat D. Antoninus in 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 3. & sequentibus: nos verò præcipuè laborabimus in iis explicandis, quæ ne- cessariæ sunt ad substantiam, & essentiam ipsius confessionis: cæteras verò, vel omninò relinque- mus, vel leuiter perstringemus, vel ad necessarias reducemus.

D. Thom.

D. Anton.

14. Num. 14. Qui Auctores olim putarunt, de essentia confessionis esse, vt secretò fieret. Num. 15. An absoluentus sit ille, qui omni omninò sensu caret, & nullum signum sensibile dare potest, si adstantes dicant, confessionem petisse. Nam. 16. Affirmatiuè respondendum est. Ibid. Proponitur obiectio, & fundamentum Soarij, & N. Guar- ri, contrarium tenentium. Num. 17. Opus est, ne Confessarius nimium pietate excedat, vt mortuum absoluat, putans esse viuum. Ibid.

Confessio ita describitur à Toletò lib. 3. Summæ, c. 6. Est accusatio exterior propriorum pec- catorum, facta in foro secreto, ac sacramentali, coram Sacerdote legitimam iurisdictionem habente. Dicitur accusatio simplex, non narratio, vt excludat histo- riam; debet enim confessio esse vera accusatio cum dolore, & attritione; ita vt poenitens agnoscat pec- cata sua, & de illis verè doleat, & legitime, sicut oportet: non simplex narratio, alioqui esset histo- ria; in quo reprehenditur abusus nonnullorum, qui ita confitentur, ac si historiam Confessariis enar- rent, vel excusando sese, vel culpam alijs imputan- do. Dicitur, propriorum peccatorum; vt intelligant poenitentes, in confessione, non aliena, sed prop- ria peccata esse manifestanda: in quo etiam abusi- mulorum carpitur: vt enim aliquod peccatum detegant, simul multa impertinentia admiscant: viti enim peccata vxorum; vxores verò marito- rum confitentur: cum tamen confessio debeat esse de peccatis proprijs, non alienis. Accusatio ponitur loco generis, cæteræ particulæ loco diffe- rentiæ.

2.

2.

CAPVT I.

Quid sit confessio: an necessario debeat voce fieri, an secretò; & quid de pu- blica confessione: agitur de moribundo, qui petita confessione confiteri non potest, nec dare signa contritionis.

SVMMARIVM.

- Proponeitur descriptio confessionis, & ostenditur, quid sit. Num. 1.
- Doctores alias particulas addunt confessionis, sed non sunt necessariae. Num. 2.
- Essentia confessionis consistit in accusatione externa propriorum peccatorum, non sufficit interna. Num. 3.
- Vt vnus ad essentiam confessionis requiratur, vt voce fiat. Num. 4.
- Sufficit, quid fiat per nutus, & signa externa in ne- cessitate. Ibid.
- Explicatur Concilium Florentinum, dicens, essen- tiam confessionis consistere in confessione oris. Num. 5. & 6.
- Quare forma absolutionis dari non possit per nutus, & signa, etiam in quacumque necessitate; possit autem dari confessio. Num. 7.
- Extra necessitatem confessio semper facienda est voce oris, non signis; & peccaret mortaliter, qui signis fa- ceret. Num. 8.
- Quid, si quis magnum pudorem in hoc sentiat. Num. 9.
- Quare fiat secretò, & auriculariter. Num. 10.
- An de essentia confessionis sit, vt secretò fiat. Num. 11.
- Quomodo olim fierent poenitentia publica. Num. 12.
- An peccet mortaliter quis extra necessitatem publicè hodie confiteri voluerit. Num. 13.
- Quæ causæ sint iustæ, vt confessio publicè, & non secre-

Particulæ prædictæ descriptionis ex dicendis explicabuntur. Communiter Doctores alias par- ticulas confessioni addunt, partim vt necessarias, partim vt conuenientes, quas his versiculis com- prehendit Coninch disput. 6. de confessione, initio, Coninch. & eo antiquior Syluester, & D. Thomas in 4. dist. Syluest. 17. quæst. 3. artic. 4. quæstiunc. 4. quas etiam fasè D. Thom. explicat D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 3. & D. Anton. sequentibus.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda & discreta, libens, vere- cunda, Integras, secreta, & lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parère parata.

In quibus sexdecim conditiones continentur: singulas verò explicare, inutile planè erit: maior enim illarum pars necessaria non est! ad veram, & legitimam, ac substantialem confessionem, & idèd attingam necessarias; reliquas ad illas reuo- cabo. Quinque ergo ex his tantum iudico neces- sarias. Prima est, accusans: secunda, fidelis: ter- tia, diligens: quarta, integra: quinta, obediens, seu parère parata.

Accusans. Hæc non est conditio, sed est ipsa nucleus, & substantia, ac essentia confessionis: debet enim confessio, vt dixi, esse accusatio exte- rior, non narratio historiarum: ipsa autem accusatio opus



opus est, vt sit externa, ac sensibilis, & non sufficit interna, vt sufficiebat olim in lege veteri: olim enim soli Deo interne confitebantur homines iuxta illud David Psal. 31. Confitebor aduersum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, nam olim non urgebat preceptum diuinum confessionis auricularis, ac sacramentalis, vt modo vigeat; sed sufficiebat conuictio interior, seu accusatio Deo facta, vt peccata remitterentur: at modo ipsa exterior confessio, seu accusatio de propriis peccatis coram Sacerdote legitimam potestatem habente facta, in precepto diuino est, vt iam probauimus lib. 1. huius precepti, cap. 1. num. 1. & sequentibus. Quando igitur Concilium Tridentinum sess. 14. can. 4. & 7. cap. 5. de fide definit, confessionem esse in precepto diuino, de confessione externa, sensibili, ac sacramentali loquitur, non interna; instituit enim Christus Dominus Sacramentum penitentiae, ac confessionis per modum iudicij humani: in iudicio autem datur vera accusatio externa, & vera absolutio, ac sententia: nam, cum nullum iudicium inter homines proferri possit causa non audita; idem debet audiri prius ipsa accusatio, quam proferatur absolutio sententia, auditur autem per confessionem sensibilem, & externam ipsius penitentis: actus enim interni audiri non possunt.

4. Hic iam quaestio, insurgit, vtrum ipsa confessio, seu accusatio, debeat necessariò voce fieri? Vera resolutio sit, ad essentiam, & valorem confessionis non esse necessarium, vt ipsa confessio voce fiat; sed sufficere in necessitate, quòd sensibilis sit, & exterior, & per nutus, & signa sensibilia, & externa fiat. Ita docent communiter Doctores, D. Thom. in 4. dist. 17. quaest. 3. art. 4. quaestiuic. 3. Coninck, disput. 6. de qualitate confessionis, dub. 1. num. 1. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 6. num. 1. Soarius tom. 4. de penit. disput. 21. sect. 3. num. 6. & sequentibus, in prima editione; & ceteri Theologi cum D. Thoma. Patet ex Concilio Tridentino sess. 14. can. 8. vbi damnat eos, qui dicunt, confessionem, quam Ecclesia requirit, esse impossibilem: impossibilem autem esset, si per nutus, & signa externa non fieret, quando penitens loqui non potest. Probat rationibus. Primò, quia confessio, & accusatio, vt patet ex descriptione illius, debet esse exterior: sed talis accusatio exterior, & sensibilis potest fieri per nutus, & signa sensibilia; praesertim quando penitens loqui non potest: ergo talis confessio tunc sufficit ad essentiam, ac valorem Sacramenti. Secundò probatur ex vsu, & consuetudine quotidiana Ecclesie; Ecclesia enim multos ad confessionem obligat: & tamen illi loqui non possunt, nisi per signa externa, & sensibilia. Tertio probatur à priori, & efficaciter ex institutione Christi: nam, cum hoc Sacramentum sit maximè necessarium ad salutem hominum, voluit Christus Dominus hoc Sacramentum ita instituire, vt esset illius vsus omnibus possibilis: impossibilem autem esset, moraliter loquendo, omnibus hominibus, si sola voce propria fieri posset; quia alii muti, qui voce propria carerent, debuissent etiam hoc Sacramento carere, cum magno suarum conscientiarum damno, ac periculo.

D. Thom. Coninck, Tolet. Soarius. D. Thom. Conc. Tr. Oppones primò contra hanc resolutionem, verba Concilij Florentini in decreto Eugenij I V. nam Concilium Florentinum ibi dicit, materiam huius Sacramenti esse confessionem oris: ergo requiritur haec confessio verba proprie dicta, & non sufficiant signa externa, & sensibilia. Confirmatur primò hac doctrina ex cap. Quem penitet. de penitentia, distinct. 1. vbi dicitur, confessionem non

5. debere fieri per scriptum: ergo voce propria: & aliter facta est illicita, & inualida. Secundò confirmatur ex Soro in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 6. Si verò, vbi dicit, necessarium esse, vt, dum Sacerdos praesens singula peccata legit, penitens nutus infuset, se ea commisisse, vt locutione aliqua constare possit Confessario, illa penitentem commisisse.

6. Sed ad hoc respondeo, Concilium Florentinum ibi or accipere late pro quocunque signo, ac nutu externo, & sensibili, quo animi sensum explicamus: & idem Concilium Tridentinum sess. 14. can. 4. ad tollendam omnem dubitationem omisit prudentissimè illam particulam, oris, & agens de materia confessionis, solum dicit, materiam huius Sacramenti esse confessionem; & non dixit, oris. Loquitur ergo fuit Concilium Florentinum de confessione ordinaria, & vulgari, quae magis in vsu hominum est, & de ordinario modo confitendi, vt optimè notauit Soar. tom. 4. de penit. disput. 21. sect. 3. num. 1. in prima editione. Ad primam confirmationem cap. Quem penitet. respondeo, idem in praedicto cap. dicit, confessionem non posse fieri per scriptum, sed voce propria; quia extra necessitatem ita licitè fieri non potest, vt statim dicemus num. 8. Secunda confirmatio deducta ex Soro, magis facit pro nobis, quam contra nos: siquidem dicit, sufficere, quòd penitens praesenti Sacerdoti infuset, nutu aliquo, aut signo externo, quando peccata domi scribit, & actu confitetur, se ea peccata commisisse, quae ipse Sacerdos scripta legit: quanuis reuera hac infusio non sit necessaria, vt optimè notant passim Doctores, praesertim Coninck dicta disput. 6. de qualitate confessionis, dubio 1. n. 2. §. Ex quibus, ad finem: hoc enim ipso, quòd penitens praesenti Sacerdoti sua peccata scripta tradit, nutu ostendens se de his dolere, apertè confitetur se ea fecisse, & commisisse.

7. Oppones secundò in hunc modum, Forma debet respondere materiae: sed Sacerdos, nec licitè, nec validè, etiam in quacunque necessitate extrema, potest absolute per signa, aut nutus: ergo nec etiam penitens poterit per eadem signa confiteri, & sese accusare. Respondeo, formam debere respondere materiae quoad certitudinem, ita vt sit forma certa, sicut materia est certa; non autem quoad omnia: nam, moraliter loquendo, nunquam contingere potest necessitas absolue sine voce: potest autem saepissimè contingere necessitas confitendi sine voce, & solum per signa sensibilia, & nutus externos, ac sensibiles: & idem Christus Dominus ita instituit hoc Sacramentum, vt spectata hominum fragilitate, & considerata necessitate, & indigentia huius Sacramenti, confessio fieri possit signis, & nutibus sufficientibus ad explicandam animi sensa; non autem absolutio dari. Quod patet ex vsu, & consuetudine Ecclesie, quae saepe via est confessione facta per huiusmodi signa externa, & sensibilia: nunquam autem via fuit absolutio per signa, & nutus, vt optimè notauit Soarius tom. 4. de penit. disput. 21. sect. 3. num. 2. & 3.

8. Dixi num. 4. sufficere, vt confessio sit valida, quòd per nutus, & externa signa fiat, in necessitate: vnde extra hanc necessitatem, ipsa confessio & accusatio semper faciendae sunt ore, & peccaret mortaliter ille, qui, cum benè possit proprio ore confiteri, per signa, & nutus, & interpretem confiteretur; confessio tamen esset valida. Et ratio est, primò, quia mutaretur consuetudinem Ecclesie, quae mutatio est grauis, & in re graui: secundò, quia hic modus confitendi, proprio ore, est per se aptissimus, & conuenientissimus, vt comparatio

Conc. Flor.

paratio gratiae, & finis confessionis obtineatur: ergo illius obligatio est grauis: ergo, quanuis forte nullum sit mandatum, ac preceptum diuinum, vel humanum, ad hoc obligans, (nullum enim potest ostendi, vt notat Soarius citatus num. 5. & 6.) tamen voluntaria transgressio illius per se satis indicat, esse peccatum mortale. Tertio, quia; sicut sub peccato mortali obligat consuetudo absolue communitatis, per haec verba, Ego te absoluo, & peccaret mortaliter, qui illam mutaret, & diceret, Ego tibi remitto peccata tua, licet efficiat verum Sacramentum: ita peccabit mortaliter ille, qui absque vlla necessitate, voluntariè tamen, mutaret communem modum confitendi voce propria, & loco illius veteretur confessione per nutus, & signa externa, aut per interpretem, si sciat idioma, quo Sacerdotem possit alloqui. Ita docent communiter Doctores, Soarius tom. 4. de penit. disput. 21. sect. 3. num. 6. sine, in prima editione. Coninck dicta disput. 6. de qualitate confessionis, dub. 1. num. 3. Tolet. lib. 3. Summæ, cap. 6. num. 1. §. Primò per verbum. Scotus in 4. dist. 17. in fine, in responsione ad argumentum penultimum: Pater Valentia quaest. 11. puncto 1. in fine.

Soarius. Coninck. Tolet. Scotus.

Valent.

9. Quanuis verò haec ita sint; credo tamen, eum, qui possit absolute loquendo, voce propria confiteri; sed in eo, ob nimiam verecundiam, ac pudorem, grauem admodum difficultatem sentit, non peccare mortaliter, si per nutus, aut signa externa, aut interpretem confiteatur: quia dicta consuetudo non videtur in eo casu tam grauius obligare. Ita docent expressè Coninck, Scotus, & Valentia citati, & videtur docere Soro in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 6. §. Si verò.

Coninck.

10.

Dicitur, secretò, & in foro sacramentali facta: ad excludendas confessiones, quae sunt coram Iudicibus saecularibus, vel Ecclesiasticis: quia haec non sunt confessiones sacramentales, sed iudiciales, & ad excludendam confessionem spiritualem, quae sit publicè, vt in sacrificio Missae: non enim illa est pars Sacramenti: quam obrem debet Sacerdos animaduertere, quando aliqui Eucharistiam volunt accipere, & de more praemititur confessio publica, ne imperiat absolutioem dicendo, Ego te absoluo à peccatis tuis, esset enim id sacrilegium: quia talis confessio non est pars huius Sacramenti: sed dicat, Misereatur tui, &c. & Indulgentiam peccatorum vestrorum, &c. & alia verba deprecatoria, vt fit.

11. Secreta.

Conc. Tr.

Dubitabitur tamen hic specialiter, an de essentia confessionis sit, vt secretò fiat. Et vera resolutio sit, ad essentiam huius Sacramenti nihil omnino referre, an ipsa confessio, & accusatio sacramentalis secretò fiat, an publicè. Patet ex Concilio Tridentino sessione 14. cap. 5. vbi sic ait: Quoad modum confitendi secretò apud solum Sacerdotem, est Christus non vnauerit, quin aliquis in adificationem aliorum, delicta sua publicè confiteri possit; non est tamen hoc diuino precepto mandatum, nec satis consilium humana lege praescriberetur, vt delicta, praesertim secreta, publica confessione aperienda essent. Haec ibi. Vnde colligitur, ad essentiam confessionis non referre, an publicè, vel secretò fiat; valde tamen consentaneum esse institutioni Christi: vt secretò fiat: quia hoc modo facilius, & clariùs, & cum minori dispendio honori penitentis confessio fit, & peccata deteguntur. Et ita docet Coninck dicta disput. 6. de qualitate confessionis, dub. 2. num. 5. & Soarius tom. 4. de penit. disput. 21. sect. 2. in prima editione, & alij communiter. Et ratio à priori est: quia confessio idem requiritur, vt Confessarius, tãquam verus Medicus, & Iudex, sciat, & cognoscat statum conscientiae penitentis: illum autem per vtranque confessionem, aequè scire potest, ac cognos-

Coninck. Soarius.

scere, publicam, vel secretam: ergo ad essentiam confessionis, & valorem illius, parum refert, quòd publicè, vel secretò fiat. Confirmatur ex vsu & praxi Ecclesiae: nam Ecclesia vitur aliquando confessione per interpretem, quae confessio de se est publica: vitur etiam confessio per scriptum praesenti Sacerdoti: scriptura autem de se est etiam publica: & quando multi moribundi sacent, simul in eodem lectulo, nec possunt vilo modo secretò confiteri, possunt confiteri etiam aliis audientibus: ergo publica confessio, & modus publicè confitendi de se non est inualidus. Nunquam tamen potest Confessarius obligare penitentem ad confessionem publicè faciendam, nec alio modo magis publico, quam per confessionem secretam, & auriculari, vt consuetò modo fit: quia Confessarius verè tenetur ad sigillum, & ille modus publicus est contra ipsum sigillum. Nec de hoc dari potest etiam à Summo Pontifice iusta lex; aut praecceptum obligans penitentem ad confitendà peccata sua alio modo magis publico, quàm sit in modum ordinarius confessionis secretae, & auricularis; tum, quia res de se est difficillima; & vltra humanas vires; tum, quia non est vtilis ad salutem hominum: nullum autem praecceptum potest obligare hominem, vt se publicè de occultis infamet, vt benè animaduertit Soarius tom. 4. de penit. dicta disputatio 21. sect. 2. num. 7. in prima editione.

Nec obstant penitentiae publicae, quae olim in primitiua Ecclesia fiebant: duobus enim modis illae publicae esse potuerunt: primò, quoad actionem externam, non quoad confessionem; quomodo etiam hodie sunt penitentiae publicae disciplinari; quanuis nunc occultentur personae; quòd tamen olim non fiebat, ob feruorem penitentium. Secundò, quia aliquando solebat esse publica actio penitentiae, quia publicum erat peccatum, ad tollendum illius scandalum; regulariter tamen fiebat voluntariè, & ex consilio, non ex obligatione imposita à Confessariis ratione Sacramenti: vt optimè notauit Soarius supra allegatus.

Potes tamen adhuc, an hodie ita obliget modus communis, & vltimalis confessionis auricularis, & secretae, vt peccatum mortale sit, publicè confiteri absque graui, & iusta causa. Respondeo affirmatiue. Et ita docet Syluester verbo, Confessio, i. quaest. 20. & Henriquez lib. 2. de penit. cap. 2. num. 5. & Soarius tom. 4. de penit. disput. 22. sect. 2. in fine: non quòd sit contra aliquod praecceptum diuinum; non enim tale praecceptum diuinum vili in sacra pagina reperitur impositum penitentibus, vt nonnulli secretò, & auriculariter confiteantur; nec ex institutione Christi colligitur tale praecceptum, vt supra diximus numero 11. & conclusa hac institutione non est, vnde colligitur. Quod enim Concilium Tridentinum sess. 14. can. 6. de fide definit, modum secretò confitendi soli Sacerdoti, non esse alienum ab institutione Christi, intelligendum est, non esse contrarium, nec repugnare diuino praeccepto; immò esse illi consentaneum, & conformem: quia supposita institutione diuina huius Sacramenti, ille modus ceteris omnibus conuenientior erat, ad tollendas difficultates, & scandala, & ad tuendum, seruandamque honorem penitentium. Nec etiam inuenitur praecceptum aliquod humanum, & Ecclesiasticum impositum penitentibus de faciendae confessione secretò, & auriculariter: nam id, quod dicitur in cap. Omnis vtriusque sexus, de penit. & remissionib. de confessione secretò soli Sacerdoti semel in anno faciendae, non est, vt iste modus secretae confessionis sub praeccepto praescribatur, sed vt commendetur tanquam

tanquam utilior, & conuenientior institutioni Christi, & accommodatior ad tolenda scandala, & tuendam famam poenitentis: non enim ibi imponitur praeceptum de secreto, sed de confessione semel in anno facienda. Solum ergo est peccatum morale, publicè confiteri absque graui, & iusta causa; quia est contra consuetudinem Ecclesiae, & communem usum illius, vt docent Auctores citati; & quia mutatur, & peruertitur ordo institutionis Christi conuenientior, vt diximus.

14. Causa autem iusta ad faciendam publicam confessionem, licet, & absque peccato, erit naufragium, & bellum, aut simile repentinum periculum vitæ plurimorum: tunc enim omnes simul possunt confiteri; & Sacerdos omnes simul potest absolueret, dicendo, *Ego vos absoluo à peccatis vestris, &c.* & in hoc casu omnes tenentur ad sigillum confessionis respectiue: imò tunc non erit necesse omnia singulorum peccata audire; sed aliqua tantum; quia confessio tunc materialiter tantam dimidiatur, & non formaliter, & ex intentione: nec ipsi poenitentes tenentur grauiora peccata tunc confiteri; sed poterunt confiteri leuiora, & quæ scandalo non sunt; de omnibus tamen dolore, ac conteri tenentur. Et contra verò poterit etiam contingere, vt plures Sacerdotes Confessarii vnum poenitentem audiant confitentem, in quo casu vnus tantum debet absolueret, & alij tenentur ad sigillum aequaliter. Ita docet Syluester verbo, *Confessio*, i. num. 23. & Richardus, quem allegat: & hæc confessio est valida, & sacramentalis, imò & licita ex causa iusta; licet contrarium doceat Scotus in 4. dist. 17. vbi tenet, confessionem factam pluribus Confessariis non esse sacramentalem, nec validam, quia vnus est Christus, qui absoluit, quem vnus Sacerdos representat, & non plures: sed vera est sententia Syluestri, quia illi plures, non plurium, sed vnus Christi locum tenent, & per modum vnus absoluit, non per modum plurimum.

Syluest. Richard.

Scotus.

15. Et verò, licet olim nonnulli Catholici Auctores putarint, esse de essentia confessionis sacramentalis, vt secretè fieret, & id probabile putet Richardus in 4. dist. 17. art. 3. quæst. 8. tamen doctrina hæc tenet tradita est verior, probabilior, & communior, & pro opinione Richardi solent aliqui citare Scotum in 4. dist. 17. quæst. 1. & Gabrielem ibidem: Sed, si illi attentè legantur, videntur solum docere, neminem teneri ad publicam confessionem, vt expressè insinuat Scotus ibidem, littera P. & Gabriel lit. M. Citatur etiam Angelus verb. *Confessio*, i. num. 29. sed ibi expressè docet, publicam confessionem esse validam: ait tamen esse contra praeceptum Ecclesiae consuetudine inductum, quando necessitas non viget.

Richard.

Scotus. Gabriel.

Angel.

16. Sed, quid agendum in eo casu, in quo poenitens moribundus confessionem petit; accedens autem Confessarius illum ita inuenit sensu destitutum, vt nullam vocem, nec signum doloris, aut poenitentiae dare possit? Respondeo, si adstantes confirmant, illum petiisse confessionem, posse licetè absolui. Ita tenet expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 23. sect. 1. num. 12. fol. 554. col. 2. & disp. 21. sect. 3. num. 5. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 8. num. 2. Corduba lib. 5. de Indulgentiis quæst. 39. Syluester verbo, *Confessio*, 3. quæst. 13. Angelus verbo, *Confessio*, 4. n. 4. Sacerdotale Romanum, cap. 26. de infirmis. Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absolutione, num. 71. Valentia tomo 4. disp. 7. quæst. 11. puncto 1. Rodriguez i. tomo Summæ, cap. 75. & expressè docent canones 26. quæst. 6. canon. & cap. 75. qui poenitentiam in infirmitate, & canon. *Agrotantes*, de consecrat.

Soarius.

Tolet. Corduba.

Syluest. Angel.

Sacerd. Roman.

Viuald. Valentia.

Rodrig.

dist. 4. ita enim in cap. *Is, qui*, habetur: *Is, qui poenitentiam in infirmitate petit, si casus ad eum Sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, detest testimonium, qui enim audierit, & accipiat poenitentiam. Probat ex Concilio Araucano I. Conc. Ar. cap. 12. & cap. 26. quæst. 6. ibi: Subito obmutescens, poenitentiam accipere potest, si voluntatis praterita testimonium aliorum verbis habet. Et hæc opinio est vera, & pia, & ita semper mos fuit Ecclesiae: est enim poenitens præsens, & verificatur illa particula, *Ego te absoluo*, & datur materia certa peccatorum, saltem in communi, fundata in voluntate, quam poenitens manifestauit, Confessarium, vel confessionem postulando, licet modò illam manifestare non possit: & est id valde consentaneum institutioni Christi, qui ex parte poenitentis solum requirit, vt ipse poenitens statum conscientiae suæ Confessario aperiat, quantum pro temporis angustis fieri potest: & ita tenendum est indubitanter, quicquid dicat Sorus in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 27. num. 268. & 269. & cap. 26. num. 28. qui acerrimè id negant, & pertinaciter affirmant, Concilia, & Canones citatos intelligendos esse de absolutione à censuris, quæ dari potest, etiam inuito, non de absolutione sacramentali confessionis. Fundamentum illorum est: quia confessio facta Sacerdoti, & accusatio propria propriorum peccatorum, est materia essentialis, & proxima huius Sacramenti: hic autem, cum vocauit Sacerdotem, & subito obmutuit, & elanguit, ita vt omnibus careret sensibus, nullam dedit materiam Confessario, quamuis aliis vtunque dederit, ac proinde absoluentus non est ex defectu materiae, & Sacerdotis: quod probatur ex ipsa definitione confessionis: *Est enim*, vt diximus num. 1. *confessio, accusatio propriorum peccatorum facta coram Sacerdote iurisdictionem habente.* Verum, moraliter loquendo, absoluentus est: quia est præsens, & materiam vtunque dedit: & perinde est tunc, ac si confiteretur per interpretem, vt patet; definitio verò, seu descriptio confessionis solum comprehendit ordinarium modum confitendi, & casus illius; non verò casus extraordinarios, qualis iste est. Et saltem sub hac conditione, vel expressa, vel mente retenta, *Si possum, & capax es, ego te absoluo*, absoluentus est: quia in hoc absoluenti modo nulla fit iniuria Sacramento; & alioqui, pia mater Ecclesia filio extremè periclitanti fauet, eodem modo, quo potest. Et pro hac parte videtur etiam expressè facere D. Antoninus 3. part. titulo 10. capite 2. de infirmis, vbi ait, in eo casu debere Sacerdotem præbere infirmo quicquid humanitatis potest, eum absoluenti à peccatis, vel reconciliando.*

Conc. Ar.

Sorus. Nauarr.

D. Anton.

17.

Oppones: Non sufficit voluntas confitendi absque actuali confessione, vt quis à peccatis absoluetur; iuxta communem omnium sententiam; sicut non sufficit etiam voluntas habendi verum, & supernaturalem dolorem; sed requiritur, vt in re detur ipsa confessio, & actualis dolor: in præsentia autem casu, solum datur voluntas confitendi, vt patet. Nec obstat, quòd in aliquibus Sacramentis, v. c. in Baptismo, & extrema Vnctione, sufficit præterita voluntas, vt ritè, ac debitè ministrantur infirmis; quia est diuersa ratio in Baptismo, & extrema Vnctione, atque in confessione: nam illa Sacramenta non ministrantur, iuxta formam iudicij, & causa cognita, vt ministratur hoc Sacramentum. Deinde, quia in neutro istorum Sacramentorum est pars essentialis, præsens aliquis actus poenitentis erga ministrum, & quoad illorum ministrum: sed sufficit sola nuda receptio cum voluntate

Conc. Tr.

luntate præcedenti ea suscipiendi: in hoc autem non sufficit voluntas præterita confitendi, & accipiendi absolutionem; imò confessio actualis est pars essentialis illius, vt definit Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 13. & 5. canone 4. quare est diuersa ratio vtrobique. Respondeo, hic non dari voluntatem confitendi solum; sed dari reuera ipsam confessionem per interpretem, vt dari potest: subeunt enim adstantes tunc vicem interpretis, vt patet, dum illius voluntatem attestantur: quare huiusmodi sententia sine dubio tenenda est, vt magis pia, & communior. Solum animaduertit oportere, vt ipse Confessarius videat, an adhuc sit viuus ipse ægrotus, ne mortuum absoluat, vt fecit quidam Sacerdos per horrendam planè inscitiam, qui malè intelligens hanc opinionem, mortuum hominem absoluit, eò quòd adhuc esset calidus existimans fatua pietate, id sufficere; mortuus enim non est capax meriti, aut demeriti; ac proinde, nec absolutionis à peccatis: *Vbi enim ceciderit lignum, ubi erit, sine ad Austrum, sine ad Aquilonem.*

*Et vt sit obediens, & parata obedire Confessario.* num. 16. *An poenitens teneatur sub mortali acceptato poenitentiam iniunctam à Confessario: referunt opinio negans.* num. 17. *Quid ex præcepto Confessarii.* ibid. *Præfertur affirmans.* num. 18. *Quid de articulo mortis.* num. 19. *An ex vi alicuius præcepti diuini, & naturalis teneantur poenitentes poenitentiam acceptatam à Confessario in hac vita: proponitur opinio affirmans.* num. 20. *Præponitur negans.* num. 21. *Respondetur argumentis contrariae opinionis.* n. 22. *An, qui tantum venialia confitentur, teneantur sub mortali, ex vi præcepti Confessarii, acceptatam poenitentiam pro illis ab ipso Confessario iniunctam.* num. 23.

**D**iligens. Confessio debet esse diligens: vnde tenentur poenitentes, sub mortali, conscientiam discutere ante confessionem, & præmittere conuenientem diligentiam arbitrio prudentis, vt omnia peccata mortalia ab vltima confessione commissa in memoriam adducant; & qui imparati accedunt, & non præmissa debita diligentia, lechaliter peccant, & tenentur eandem confessionem repetere, si aliquòd mortale omiserunt: fuit enim confessio nulla, & sacrilegia, ex defectu culpabili debita, ac necessaria diligentia. Ita docet Toletus lib. 3. Summæ, cap. 9. num. 1. & patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 7. Huiusmodi autem diligentia non debet esse in omnibus poenitentibus æqualis; sed maior, vel minor, pro ratione vitæ, status, ac conditionis cuiusque: vnde maior requiritur, cæteris paribus, in homine mercatorum exercente, quam in nobili ciue, qui nullos contractus exercet, sed ex annuis redditibus rei familiaris, & sui patrimonij viuunt; & maior in isto, quam in rustico. Debet ergo huiusmodi diligentia esse prudens, & discreta: vnde ad hanc particulam, *diligens*, reuocatur illa, *discreta*: vt autem discreta sit, Discreta; opus est, vt, qui pluribus negotiis est intentus, in quibus maius est animæ periculum, & qui diu non est confessus, & qui tarda est memoria, maiorem diligentiam præmittat: quanta autem, & qualis necessaria sit, iudicio prudentis committitur.

Tolet.

2.

Proximè ad hanc particulam, *discreta*, reducentur ille tres, quatuorve particulae, *simplex, pura, libens, & verecunda*: remotè verò reducentur ad illam, *diligens*; vna enim ex aliis veluti catenam pendet: *simplex*, vt nullo quæsto colore, nullo verborum fugo peccata occultentur; sed ita simpliciter dicantur, ac coram oculis Dei videntur: *pura, & nuda*, id est, vt omnia peccata, quæ memorie occurrunt, cum omnibus suis circumstantiis mortaliter aggrauantibus, aut speciem peccatorum mutantibus, fateantur planè, & nudè, sicut à parte rei commissa, ac parata sunt: vnde non sufficit dicere peccata in generali, nisi in mortis articulo, quando aliter fieri non potest. Quapropter, qui de industria confitetur aliquod mortale alicui Sacerdoti, eò quòd ab illo non benè intelligatur, & quando confessio non fuit aperta, & clara, ob verba obsecura, & ex industria ad occultanda peccata inuenta, confessio est nulla, sacrilega, & iteranda, vt optime notauit Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 9. num. 14. Debet ergo ipse poenitens nudè, & simpliciter confiteri; ita vt dubia dubiè proferat, & certò certa, nihilque neget ex iis, quæ fecit, & nihil affirmet, ex iis, quæ non fecit. Si enim dubitet probabiliter, an peccatum à se commissum sit mortale, tenetur sub mortali illud ita dubiè confiteri, sicut nouit: quia aliàs exponeret se periculo

Henriq. E E probabili

CAPVT II.

*Explicantur ille particula, & qualitates confessionis, fidelis, diligens, parata; & ad istas reducentur cetera superioribus versiculis contenta. Queritur, an teneantur poenitentes acceptare poenitentiam, etiam pro venialibus impositam; & an omne mendacium in confessione sit peccatum mortale.*

SVMMA R I V M.

*Qua diligentia requiratur, vt quis discutat conscientiam.* num. 1. *Explicatur particula, discreta.* ibid. *Confessio debet esse simplex, vt nullo verborum fugo, sed simpliciter peccata dicantur.* num. 2. *Debet esse nuda, & non sufficit, vt peccata in generali dicantur: nisi in articulo mortis, quando aliter fieri non potest.* ibid. *Debet esse accelerata: nemo tamen tenetur frequentius confiteri quam semel in anno.* num. 3. *Quid si in confessione oblitus fuisti alicuius peccati, & postea meministi.* ibid. *Debet esse libens, fortis, & verecunda, & quomodo hac intelligantur.* num. 4. *Teneatur Confessarius aliquando inuare poenitentes, & quando.* num. 5. *Debet esse fidelis. An omne mendacium, etiam leue, dictum in confessione sit mortale peccatum; quot modis potest quis in confessione mentiri.* num. 6. *Referuntur opinio affirmans.* num. 7. & 8. *Ascribitur opinio negans in peccatis venialibus.* n. 9. *Quid, si vnus tantum veniale, quod non fecit, assignet poenitens pro materia confessionis.* num. 10. *Quid, si poenitens neget peccata mortalia, quæ fecit, aut affirmet, quæ non fecit.* num. 11. *Soluuntur argumenta opinionis affirmantis, omne mendacium, etiam leue, in confessione dictum, esse peccatum mortale.* num. 13. *An peccet ille, qui apud ordinarium Confessarium confitetur ordinaria, & leuia peccata, & apud alium gratia, & extraordinaria.* num. 14. *Oportet, vt confessio sit lacrymabilis.* num. 15. *Sepp. Fagandez in quinque præc. Eccl.*





hoc modo, per se loquendo, aut nullam, aut non grauem inordinationem continet: neque est etiam species mendacij: nam ille nihil falsum confitetur; & licet fortassis facto ipso permittat alium decipi, id quidem non est peccatum mortale de se, neque id intendit; sed solum intendit bonam famam, ac existimationem conseruare; quod de se non est malum, vt dixi. Diximus, per se loquendo: quia, si ob hanc causam talis persona maneret in aliqua occasione peccandi mortiferæ, aut ob id exponeretur periculo sapientis labendi in peccatum mortale, mortale esset; iuxta Doctores citatos: quare videant, qui hoc faciunt, ne in huiusmodi periculum incidant: qui enim amat periculum, peribit in illo.

15. Ad hanc particulam, *fidelis*, reuocatur etiam illa alia, *lacrymabilis*: vt enim *fidelis* confessio sit, debet omnes conditiones ad verum, & validum Sacramentum habere: vna autem conditio istarum est, vt sit ipsa confessio *lacrymabilis*, hoc est, vt sit dolorosa, & iste dolor debet esse vera, & supernaturalis attritio saltem, & non sufficit attritio putatiua, & existimata, sed requiritur, vt à parte rei habeatur, vt late diximus lib. 2. cap. 5. num. 4. ad quem locum te remittimus: indignum enim iudicamus, eadem iterum repetere, ne actum agamus.

16. Alia particula & qualitas confessionis est, vt sit *obediens*, seu *parere parata*, id est, vt poenitens habeat animum faciendi id, quod Confessarius necessarium esse ad ipsius salutem iudicauerit, videlicet, vt sit paratus restituere, eicere concubinam, & fugere proximas occasiones peccandi, prout Confessarius iusserit, & in Domino iudicauerit expedire.

17. Sed ex hac particula duo emergunt dubia. Primum est, vtrum poenitens teneatur sub mortali acceptare poenitentiam iniunctam ab ipso Confessario; ex vi praecepti inpositi ab eodem Confessario? Nauarrus in Manuali Latino, cap. 26. num. 20. distinguit duas poenitentias alteram appellat satisfactoriam, qualis est illa, quae imponitur à Confessario, ieiunij, precis, cilicij, flagellij, &c. ipsis poenitentibus, vt satisfaciatur Deo pro poenis temporalibus, suis peccatis debitis, alteram reuocatoriam, qualis est depositio mortalis odij: dimissio odij, vel beneficij, quod sine peccato haberi non potest, eicctio concubinæ, restitutio alienij, ieiunatio proxima occasione peccandi; & similia alia. De huiusmodi secunda, hoc est, de poenitentia reuocatoria, affirmat teneri poenitentes illam acceptare, & aliter non esse absoluendos, nisi acceptent. De prima, hoc est, de satisfactoria, negat omnino, & asserit, posse dicere poenitentes, te velle in Purgatorio eam poenitentiam à Deo accipere, aut in hac vita Deo satisfacere per alia opera charitatis, quae ipsi suo libito efficiant, & teneri Confessarios, illos absolute, etiam si salutem poenitentiam ab illis eis impositam noluerint acceptare. Et huius opinionis est etiam Scotus in 4. distinct. 17. quem sequitur Gabriel in eodem 4. distinct. 16. quæst. 2. & Medina Cod. de Confessione, quæst. 41. tract. 2. & Caietanus verbo, *Absolutio*: & consonat Hostiensis in Summa de poenit. §. *Et an sit*. vers. *Quod de operibus*. Addit tamen ille cum aliis Canonistis, obligari ipsos poenitentes acceptare, ex vi praecepti Confessarij, saltem aliquantulum poenitentiam, v. c. vnam orationem dominicam. Fundamentum illorum est primum: quia, sicut meræ voluntatis Confessarij est, imponere poenitentiam, vel non imponere: sic meræ voluntatis poenitentis erit, impositam acceptare, vel non acceptare. Sed ad hoc respondemus non esse meræ voluntatis Confessarij imponere, vel non imponere poenitentiam: sed teneri illam imponere, quam iudicauerit esse

Scotus. Gabriel. Medina. Caiet. Hostiensis.

salutarem, ac conuenientem animæ poenitentis, & solum in voluntate, & arbitrio illius esse, imponere istam, vel illum modum poenitentiae, ieiunium, videlicet, preces, vel quid simile; non tamen in arbitrio illius esse nullam imponere, aut minimam, si maximam necessariam iudicauerit, nisi in articulo mortis, quando deest tempus impositam implendi. Poterit tamen aliquando, sed raro, Confessarius nullam imponere, quando tanta fuerit contritio poenitentis, tantus dolor, & vis lacrymarum, vt iudicet, id sufficere ad delendam omnem poenam temporalem, relictam ex peccato mortali, vel peccatis mortalibus condonatis. Secundò, quia, si tenerentur poenitentes acceptare poenitentias iniunctas à Confessariis, vel esset, vt reconciliarentur Deo, & vt in amicitiam cum illo redirent; vel, vt illi satisfacerent: non vt reconciliarentur Deo; quia supponimus iam esse illi reconciliatos per contritionem, vel per attritionem, ac absolutionem Sacramenti in eo casu, quo immediatè post absolutionem datam, poenitentia imponeretur, non antè ex obliuione: non, vt Deo satisfacerent; quia, quantum peccator teneatur Deo satisfacere pro poenis temporalibus suis peccatis debitis, relictis ex peccatis condonatis; tamen cum multis modis possit Deo satisfacere, sequitur, quòd non teneatur ad vnum modum satisfaciendi iniunctum ab ipso Confessario; potest enim aliter satisfacere, scilicet, per poenitentiam voluntariam, per opera charitatis, aut in igne purgatorio? Respondeo primò, teneri illam acceptare, vt Deo satisfaciatur, non per vnum tantum modum prescriptum à Confessario; sed per aliquem modum satisfaciendi, quem tamen ipse Confessarius imponat; imò etiam teneri satisfacere per vnum tantum modum prescriptum à Confessario, si Confessarius iudicauerit, illum esse salubriorem cæteris ad emendandos mores poenitentium: quia Confessarius est Iudex, & Iudex potest obligare reum ad acceptandam poenam, quam ipse imposuerit, & non aliam. Respondeo secundò, etiam si antecederet iam per contritionem ante ipsam absolutionem iustificati sint; tam eo ipso gratiam amittere, & peccare mortaliter, si nullam velint accipere poenitentiam à Confessario prescriptam, & assignatam; sed velint suo arbitrio satisfacere. Et verò, si antequàm confiterentur, habuerunt propositum non acceptandi, & non parendi, mortaliter peccauerunt, & factum dolorem, si tamen contritionem habuerunt, non veram, & confessio fuit nulla, & sacrilega, & necessariò iteranda.

18. Reiecta sententia Nauarri, & explicata, dicendum est cum communi, & vera sententia, teneri sub mortali ipsos poenitentes, non solum fugere occasiones peccandi ex praecepto imperioque Confessariorum; sed etiam teneri ex eodem praecepto poenitentias ab illis iniunctas acceptare, modo sint moderatae, & accommodatae grauitati peccatorum, & fragilitati poenitentium. Ita docet Palud. in 4. distinct. 17. quæst. 2. art. 1. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 9. num. 3. Henriquez lib. 2. de poenitentia, cap. 3. num. 11. Viualdus in Candelabro aureo, quæst. 26. de satisfact. Bellarm. lib. 4. de poenit. c. 13. & D. Thom. in 4. distinct. 17. art. 3. Ratio est: quia Confessarius est legitimus Iudex, & confessio est verus actus iudicialis fori interni, vt definitur de fide in Concilio Tridentino sess. 14. canone 9. ibi: *Si quis dixerit, absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudicalem; anathema sit*. Subditus autem teneretur Iudici parere, iustam & accommodatam sententiam proferenti: eum ergo peccator sit subditus in foro poli, teneretur in hac vita acceptare rationabilem, & iustum modum non excedentem, poeniten-

18. Vera sententia statuitur. Palud. Tolet. Henrig. Viuald. Bellarm. D. Thom.

poenitentiam sibi iniunctam ab eodem Confessario. Deinde, quia in eodem Concilio Tridentino sess. 14. cap. 8. statuitur, vt Confessarij imponant salutares poenitentias ipsis poenitentibus; vnde manifestè colligitur, mortale peccatum esse ex genere suo, iniunctam poenitentiam acceptatam non perficere, aut non illam acceptare. Si enim illas tenerentur Confessarij iniungere, tenerentur profectò poenitentes illas acceptare, cum hæc correlatiua sint, vt nota specialiter Auctor Annotationum in Toletum ad lib. 3. cap. 9. & Viualdus allegatus. Ex leuitate tamen materiae non perficere poenitentiam iniunctam, & illam non acceptare, poterit tantum esse veniale. Tertio, quia Confessarius habet potestatem ligandi, & absoluendi: ergo & imponendi poenitentias salutaris, quas tales iudicauerit ad salutem poenitentiam; alioquin nudum tantum ministerium haberit declarandi, illos esse absolutos à peccatis, quod est meretricium, & damnatum in Concilio Tridentino sess. 14. can. 9. & ita sine dubio tenendum est.

19. Hæc tamen intelligenda sunt in vita poenitentis: nam, cum iam iam expirat, nec poenitentiam facere potest, absoluendus est absque impositione alicuius poenitentiae: si tamen potest, & dicat, se nolle illam acceptare in hac vita, sed velle illam acceptare à Deo in igne purgatorio, nequaquam erit absoluendus, propter rationes supra tactas, & quia non arguit dolorem in corde, imò indicium præbet impoenitentiae.

20. Secundum dubium est, an salutem ex vi alicuius An teneatur peccati diuini & naturalis, teneatur poenitentes tur peccatis satisfacere in hac vita pro poenis temporalibus debitoribus in alia vita, & igni purgatorio, suis peccatis, nitentes, scilicet, per aliqua opera poenitentiae, quantum ea sibi à Confessariis non imponantur. Et verò bipartita est opinio hac de re. Prima docet, teneri peccatores satisfacere in hac vita pro huiusmodi poenis, quantum ea nisi, & naturalis satisfactio sibi à Confessariis non iniungatur. Ita docet Canus in relectione de poenitentia, 3. part. concl. 2. Palud. in 4. distinct. 17. quæst. 1. in quinta definitione contritionis: & citari potest Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 6. quatenus dicitur poenitentiam Christiani hominis includere satisfactionem per ieiunia, & elemosinas, &c. ieiunia enim, & elemosinae, solum in hac vita exerceri possunt. Et pro ista opinione possunt allegari multa loca sacrae paginae, in quibus videtur Deus imponere poenitentias ipsis peccatoribus, & praeceptum faciendi illas, Lucæ 3. *Facite fructus dignos poenitentiae*. Apocalypsis 1. *Memor esto, vnde excideris, & poenitentiam age*. Et quantum hæc verba dirigitur ad peccatores illius temporis; tamen omnes venturae ætatis comprehendebant ex paritate, & æqualitate rationis, vt patet. Et ratio Cani est optima: quia peccatum corpore, & animo committitur: ergo ratio iustitiae postulat, vt poenitentia illius non solum animæ, sed etiam corpori respondeat; atque, si tota poenitentia temporalis reseruaretur igni purgatorio alterius vitæ, sola anima, & non corpus pareretur puniri, quod est contra rationem: ergo ingentum. Ita se habet opinio Cani, quæ est probabilis.

21. Secunda tamen opinio probabilior docet, non teneri peccatores ex vi alicuius praecepti diuini & naturalis, impositi à Deo sub mortali, facere in hac vita suorum peccatorum poenitentiam, nec satisfacere pro poenis temporalibus illis debitis; quantum teneantur ex vi praecepti impositi à Confessariis, illas acceptare, & perficere. Ita docet expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 15. sect. 7. num. 5. Scotus in 4. dist. 20. quæst. 2. art. 2. ad 5. Vega lib. 3. Tridentinum, cap. 22. & Corduba lib. 5. de Indul. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

Soar. Scotus. Vega. Corduba.

gentis, quæst. 5. circa finem & quæst. 10. in fine, & alij, quos citat Soarius. Probat hanc opinio primò, quia tale praeceptum naturale nulla ratione, aut auctoritate ex Scriptura colligi potest. Non ratio: quia iustitia non potest obligare reos, vt ipsimet in se puniant suum delictum; sed solum sustineant patienter poenam à Iudice impositam pro illo: cum ergo Deus sit Iudex, & Iudex peccatorum: & in igne purgatorio ea puniat ad æqualitatem, quando ex hac vita insatisfacta recedunt; possunt peccatores sine ulla iniustitia erga Deum, differre illam in Purgatorio: neque tenerentur ex precepto naturali propriae charitatis in seipos; quia, licet homo sic poenitentiam differat, gratiam non amittit: & quantum, dum est in Purgatorio, differatur gloriae executio; tamen hoc damnus non est irreparabile, neque adeò graue, vt teneatur illud sub mortali vitare. Non auctoritate: quia, vt docet Soarius allegatus: in locis allegatis, & aliis similibus, continetur consilium, & perfectio, non praeceptum naturale; & idè docet Concilium Tridentinum, necessarium esse satisfacere in hac vita, non simpliciter, sed ad fugiendas acriores poenas alterius vitæ, & sic respondendum est ad loca Scripturae. Vnde, quantum actus externi poenitentiae, id est, flagella, ieiunia, elemosinae, & aliae afflictiones corporis huius vitæ valde inferunt ad tollendum reatum poenitentiae temporalis alterius vitæ; non cadunt tamen sub praecepto naturali ex natura rei: possunt tamen cadere sub eodem praecepto alio modo, v. c. vt remedia necessaria ad preseruandum ad aliquo peccato, quomodo ieiunia, & abstinentia possunt interdum esse remedia necessaria ad castitatem.

Ad rationem verò Cani respondeo, concedendo, peccatum committi anima, & corpore: negando tamen, iustitiam ad Deum postulare, vt poena ipsius peccati respondeat non solum animæ, sed etiam corpori: sufficit enim, quòd anima tantum respondeat; alia ratio Cani probaret non posse homines satisfacere in hac vita per solos actus contritionis, vel per vnam contritionem intensissimam, quod est absurdum dicere, & contra Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 4. contritio autem, animi est dolor, non corporis, vt docet ibidem idem Concilium, ibi: *Contritio, quæ primum locum inter actus poenitentis habet, animi est dolor, & detestatio est de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cætero*. Probaret etiam ratio Cani, non posse homines satisfacere in Purgatorio; (quod ipse tamè affirmat,) si non satisfecerunt in corpore in hac vita; quòd omnes etiam negant: si autem dicatur, in hac vita nullam esse contritionem, cui non cooperetur modo aliquo corpus, quia appetitus sensitivus modo aliquo cooperatur voluntati; etiam dicemus, quòd docunquæ homo dolet, contritiorque de peccatis, ibi esse aliquam satisfactionem, cuius corpus participes est maximè quia cum anima sit, quæ principaliter peccat, & corpus sit, tantum organum & instrumentum animæ; potest in anima sufficere totum puniri, quicquid in corpore peccatum fuit.

Restat inquirere, an poenitentes, qui tantum venialia confitentur, teneantur sub mortali ex vi praecepti impositi ab ipso Confessario, vel Iudice, acceptare poenitentiam pro illis ad ipso Confessario iniunctam? Respondeo, non teneri; quia venialia non sunt materia necessaria confessionis, & poenitentia pro illis debet esse admodum leuis: in leui autem materia tam graue praeceptum dari non potest. Probat, quia huiusmodi poenitentes, si acceptam poenitentiam pro venialibus postea non implcant, non peccant mortaliter, vt docet Nauarrus in Manuali Latino cap. 21. num. 43. sine, nisi ad sit contemptus; & Viualdus in Candelabro aureo;

22.

Conc. Tri.

23.

Nauarr. Viuald.

Medina

vbi de satisfactione, n.26. & Medina in Summa lib.2.cpa.6.9. La quarta demanda. Et ratio illorum, est: quia nemo tenetur confiteri peccata venialia: si ergo nemo tenetur confiteri venialia, & nemo tenetur acceptatam poenitentiam pro illis implere, ob leuitatem materiae; conuenienter nemo tenetur ob eandem leuitatem, illam acceptare. Et pro hac opinione faciunt omnes Doctores, qui dicunt, non teneri poenitentes acceptare poenitentiam pro mortalibus, quos citauimus num.17.

CAPVT III.

De integritate confessionis: explicatur illa particula & qualitas confessionis, integra: queritur, an eidem Confessario omnia peccata mortalia sint necessario confitenda; & quae causae legitime excusent

SUMMARIUM.

- Integritas confessionis alia est formalis, alia materialis. num. 1.
- De necessitate, & integritate confessionis est, ut omnia peccata eidem Confessario detegantur, nisi rationalis causa excuset. num. 2.
- Qui absque causa sponte sua dimidiat confessionem, sacrilegium committit, inualide confitetur, & tenetur confessionem repetere. num. 3.
- Quid de eo, qui apud ordinarium Confessarium, leuia peccata confitetur; & cum grauiora committit, alium queri. ibid. remissiuè.
- Vna excommunicatio potest tolli sine alia in eo, qui pluribus ligatus est. num. 4.
- Quaeritur, si legitime excusent, ab integritate confessionis. num. 5.
- Quid, si occisus à te fuit pater, aut propinquus Confessarij, & alium non habeas. num. 6.
- Quid, si ipse poenitens Confessarius sit, & dum aliquod peccatum confitetur, timet, quod reuelabit sigillum. num. 7.
- Quid, si poenitens, ita est rudis, ut sciat aliquid esse peccatum, ignoret tamen obligationem confitendi illud. num. 8.
- Quid de illo, qui in confessione aliquod mortale sibi imponit, affirmatque illud fecisse; cum tamen non fecerit, ignorans id esse mortale, & postea rescitens. num. 9.
- Quid, si capta confessione sensum amittat, & nullum signum dare potest. num. 10.
- Quid de eo, qui patitur paroxysmos. ibid.
- Quid, si ingruente procella omnes simul confiteantur. num. 11.
- An teneatur tunc in eo mortis periculo ita publice confiteri. ibid.
- Quid, cum quis de peccatis mortalibus iam confessis Confessionem efficit generalem, aut de venialibus tantum confitetur. num. 12.
- Quid, quando poenitens patitur defectum linguae, & se explicare non potest, & ob id integrè non confitetur. num. 13.
- Quid de mutuo. ibid.
- Quid, quando Confessarius simul, & poenitens ita in periculo mortis, vel agriudicis sunt, ut confessio integra fieri non possit. num. 14.
- Quomodo absoluitur poenitens, quando licitè dimittat confessionem, & quae obligatio illum maneat. num. 15.

Notandum in primis est, duplicem reperiri integritatem in Sacramento confessionis. Altera est formalis, quando quis absoluitè confitetur omnia peccata mortalia, quae hic & nunc, in hac, scilicet, confessione tenetur confiteri: reliquit tamen aliqua, quae vel propter obliuionem, aut inuincibilem ignorantiam, vel ob aliquam iustam causam non tenetur tunc confiteri: haec enim ideò vocatur confessio formalis, quia intentio formalis poenitentis erat, omnia peccata in confessione aperire, nisi daretur impedimentum obliuionis, & ignorantiae, aut iusta causa hic, & nunc aliqua taceandi; cum proposito tamen, saltem virtuali, & praecisa obligatione, ea iterum confitendi, cessante causa, vel cum postea in mentem uenerint. Materialis est illa, in qua quis absoluitè, & simpliciter confitetur omnia peccata mortalia, vel venialia, quae ab vltima confessione commisit.

Certa igitur, & indubitata conclusio, & doctrina est, de necessitate, & intrinseca ratione huius Sacramenti esse, ut poenitens omnia peccata mortalia, nondum ritè confessa, eidem Sacerdoti, in eadem confessione, & in ordine ad eandem absolutionem integrè confiteatur: omnia, inquam, quae memoriae occurrerint, facta debita diligentia: & qui aliter sine legitima causa excusante facit, irritam confessionem facit, & tenetur illam iterum repetere. Ita docet D. Thom. in 4. dist. 17. quaest. 3. art. 4. Coninch tomo 2. de Sacramentis, disp. 7. de integritate confess. dub. 1. num. 5. Concl. 1. Nauarr. in Manuali Lat. cap. num. 14. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 22. sect. 1. num. 4. Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 14 num. 4. medio. Vivaldus in Candelaurco, vbi de confess. num. 17. Sotus in 4. dist. 18. quaest. 2. Patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. ibi. Itaque, dum omnia, quae occurrunt memoriae, peccata, Christi fideles confiteri student, proculdubio omnia diuina misericordia ignoscenda exponunt qui verò seculis faciunt, & scienter aliqua reticent, nihil diuinae bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt, & in can. 7. eiusdem sessionis ita definitur: Si quis dimiserit, in Sacramento poenitentiae ad remissionem peccatorum, necessarium non esse iure diuino, confiteri omnia, & singula peccata mortalia, etiam occulta; anathema sit. Probatum rationibus. Primum, quia Confessarius est verus Iudex in hoc foro poli, conscientiae poenitentis: ad iudicium autem, & iudicem spectat, ut sciam conscientiae poenitentis, quantum fieri potest, cognoscat, ut possit iudicare, an sit dignus absolutione, necne: ergo tenetur ipse poenitens iure diuino, omnia ei peccata detegere, nisi iustissima causa sit non detegendi. Secundò, quia Deus de lege ordinaria nunquam remittit vnum peccatum mortale sine alio: remissio enim peccatorum nunquam datur sine gratia: gratia autem dari homini non potest cum obice peccatorum mortalium, quae iustè possent confiteri: ita enim Christus Dominus instituit hoc Sacramentum, ut per ipsum simul ab omnibus nostris peccatis mortalibus absolueretur: sed hoc fieri non potest, nisi vni eidemque Confessario omnia peccata integrè confiteamur: ergo hoc ad legitimam huius Sacramenti susceptionem, quantum fieri potest, est necessarium. Maior probatur: quia hoc Sacramentum institutum est, ut per ipsum reconciliemur Deo: nam, ut docet Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 13. Praecipuum illius effectus est, reconciliatio hominis cum Deo, non potest autem homo Deo reconciliari, nisi per gratiam: gratia autem non infunditur cum obice peccati mortalis: ob hanc enim causam diximus supra, necessarium esse dolorem omnium peccatorum; quia vnum sine alio remitti non potest. Minor probatur: quia, ut omnes fatentur, poenitentes pro-

1.

2.

D. Thom.

Coninch.

Nauarr.

Soar.

Henr.

Vivald.

Sotus.

Conc. Trid.

Conc. Tr.

Conc. Trid.

D. Thom.

prie, & per se, non absoluntur à peccatis, quae non confitentur; sed ea per accidens remittuntur, cum obligatione iterum illa confitendi, cessante causa, vel cum in memoriam venerint: per accidens, inquam, ratione gratiae, quae infunditur.

3. Dixi, vni, & eidem Confessario, & in ordine ad eandem absolutionem; quia, qui sponte, & sine vlla legitima causa excusante dimidiat facit confessionem, vnam partem peccatorum mortalium vni Confessario, & alteram alteri confitendo, inualidam & sacrilegam confessionem facit, & necessariò iterandam, ut patet. De eo autem, qui apud suum ordinarium Confessarium omnia ordinaria peccata confitetur, & quoties admittit grauiora, alium querit, ut bonam opinionem apud suum confiteret, diximus cap. 2. praecedenti, num. 14. ad quem locum referimus: ibi enim satis probauimus, id licitum esse, & aliquando expedire, si omnia vtrique, quae tunc habet, confiteatur; & vtrunque Confessarium de nullo tunc celet.

4. Vna excommunicatio potest tolli sine alia, manente alia. Cum pro causa, de sent. excom. vbi dicitur, eum, qui pluribus titulis excommunicatus est, si absolutionem petat vno tantum explicato, licet absoluitur, non liberari ab aliis excommunicationibus: quia absolutio non excedit petitionem: vnde, si excommunicatio talis naturae esset, ut sine alia tolli non possit, in eo casu nulla tolleretur, & à nulla maneret absolutus: ita ergo in praesenti, quia vnum mortale sine alio tolli non potest, nulla, & sacrilega, & necessariò iteranda est confessio, & absolutio, in qua quaedam peccata mortalia absoluntur, manifestanturque; quaedam verò absque legitima causa excusante scienter, & animaduertenter tacentur: nam hoc Sacramentum institutum est à Christo Domino in animarum medelam, ac medicinam: medicina autem non curat, quae non videt: & ideò meritò ex diuino praeecepto incluso in ipsa institutione Christi, tenentur poenitentes omnia vulnera conscientiarum suarum, omnèque morbos animi eidem Confessario, tanquam Medico, aperire, ut omnibus congruentem applicet medicinam, ut optimè notat Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5.

5. Sed inquires meritò, quae sint iustae causae legitime excusantes ab hac integritate confessionis. Respondeo, multas esse, quae omnes desumendae sunt, vel ex parte Confessoris, vel ex parte poenitentis, vel ex parte proximorum: si enim his omnibus simul, vel singulis eorum diuisim, aliquod graue damnum temporale, vel spirituale timeatur, hic, & nunc; & poenitens nullum habeat alium Confessarium, apud quem integrè, & sine periculo sua crimina aperiat; iustam habet causam taceandi illa, in quibus tale periculum timeatur, cum proposito, illa confitendi cessante causa, & periculo. Hinc, si femina timeat graue noxamentum corporis, famae, vel animae, vel proprium, vel alienum, v. c. si confitendo hic, & nunc, peccatum aliquod probabiliter timeat, se à Confessario sollicitandam fore in confessione; aut infamandam ab illo propter reuelationem sigilli, certi alicuius sceleris; aut se Confessario futuram grauem occasionem peccandi, excitando illum ad turpem sui, vel alterius amorem, si tale, vel tale peccatum, aut circumstantiam ei confiteatur; iustam habet causam taceandi illud peccatum in eadem confessione, cum proposito tamen confitendi, cessante causa. Ita D. Thom. in 4. dist. 17.

quæst. 2. art. 4. ad 5. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 7. Nauarr. num. 3. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 23. sect. 2. Soar. num. 1. in 1. editione. Sotus in 4. distinct. 18. quaest. Sotus. 2. art. 4. ad tertium. Toletus lib. 3. Summa, cap. 3. Tolet. num. 4. Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 12. num. 5. Henrig. & communiter omnes. Et ratio est in promptu, primò, quia praeeptum diuinum de integritate confessionis non obligat cum tanto noxamento proprio, vel proximo: secundò, quia praeeptum diuinum, & naturale charitatis est fortius, antiquius, & absolutius, quam praeeptum integritatis confessionis: vnde, si vnum cum alio concurrat, & ambo seruari nequeant, fortius, & antiquius est sequendum: & aliud in aliud tempus differendum.

Item, si occidisti patrem, vel fratrem, sororem, vel matrem Confessarij, aut aliquem ei consanguinitate, vel affinitate coniunctum, aut rem habuisti cum matre, sorore, priuigna, propinqua, aut filia illius, vel concubina, & non habeas alium Confessarium, & si illud peccatum hic, & nunc, ei confitearis, probabiliter existimas, ac iudicas, quòd statim rem coniciet, & postea tibi nocebit, vel alteri propter te; iustam habes excusationem celandi eum illud peccatum cum proposito confitendi illud, cessante impedimento. Ita Toletus lib. 3. Summa, cap. 3. Soarius supra num. 2. Nauarrus in Manuali, cap. 7. num. 4.

Secunda causa excusans est, quando poenitens est ipse Confessarius, qui alteri Confessario confitetur, & probabiliter arbitratur, si ei confiteatur certum aliquod peccatum, aut circumstantiam illius, quam per confessionem sciuit illum statim venturum in notitiam peccatoris, quem in confessione audiuit; tunc iustè potest illud peccatum, vel circumstantiam illius tacere, eodem proposito confitendi illam, cessante ea causa; maior enim est obligatio sigilli, quòd tunc periclitatur, quam obligatio integritatis confessionis: & ideò non solum debet, sed etiam tenetur tunc tacere, & in aliud tempus eam circumstantiam, vel peccatum differre, in quo tale periculum non datur. Ita docet Nauarr. cap. 8. Nauarr. in Manuali Lat. num. 6. Henriquez lib. 2. de poenit. Henrig. cap. 12. num. 7. & Soarius tom. 4. de poenit. disp. 54. Soar. sect. 2. num. 14. de quo sine causa dubitauit Sotus Sotus. in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. vers. Occurrit, quasi certum non sit, maius esse praeeptum sigilli, quam praeeptum integritatis confessionis.

Tertia causa excusans est ignorantia poenitentis, v. c. quia puer, vel rudis est, & quaedam praeepta legis naturalis, aut diuinae violauit culpabiliter; & tamen ideò illud peccatum non confessus fuit, quia ignorabat praeeptum confessionis: sciebat enim, illud esse peccatum, sed nesciebat; imò prorsus ignorabat, se esse obligatum ad confessionem, aut dari praeeptum confessionis, & in maiori aetate cognouit obligationem confitendi: nam, licet huiusmodi poenitens aliquando non excusetur ab ipso peccato, quando talia egit in illa aetate; excusatur tamen ab obligatione confitendi: quia praeeptum confessionis, quoad illud peccatum, ignorabat. Quam obrem pueri, & puellae, nouiter cognoscentes obligationem, quam habebant, confitendi ea, quae tunc commiserunt, non tenentur modò iterare, ac repetere praeteritas confessiones; sed sufficit, id ipsum Henrig. confiteri. Ita docet Henriquez lib. 2. de poenit. cap. Nauarr. 2. initio, & citat Nauarrum cap. 9. num. 12. sine, & Syluest. in cap. Fratres, de poenit. num. 82. Syluestrum verò, bo, Confessio, 1. num. 5. sine; & verum id credit Angel. Angel. citatus à Syluestro. Et ratio est: quia illud peccatum fuit peccatum omissionis ob ignorantiam: ignorantia autem facillè excusat omissionem, nec nobis id imputetur tanquam causa voluntariae indirecte, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. & 2. 2. D. Thom. quaest. 79.

6.

Tolet.

Soarius.

Nauarr.

7.

8.

D. Thom.

Cano. Ledefina. 9.

quast. 79. art. 4. & Cano. relectione de poenit. part. 5. & Ledefina 2. 4. q. 8. art. 1. dub. 2. Idem dicendum est de illo, qui in confessione si- bi aliquod mortale imponit, affirmatque, se illud fecisse, cum tamen non fecerit, ignorans id peccatum mortale esse; is enim, cum postea sciverit, peccatum mortale fuisse, tenetur tantum illud confiteri, & non tenetur repetere confessionem: quia confessio fuit valida, & formata: bona enim fides & ignorantia illum excusavit, iuxta omnes: & pari modo idem quoque dicendum est de confessionibus rusticorum hominum, rudiumque, quando aliqua peccata mortalia in illis tacent, ignorando peccatum esse mortiferum ea tacere: ij enim depulsa postea ignorantia, ea, quae per similem ignorantiam tacerent, tantummodo confiteri tenentur, & non tenentur praeteritas repetere confessiones. Ita Doctores numero praecedenti allegati.

10.

Quarta causa excusans est impotentia poenitentis, v. c. si coepa confessione vnum tantum peccatum, etiam veniale, fuerat confessus, & vocem ac sensum amisit, & nullum signum dare potest: hic enim absolvendus est; quia ex intentione sua, & formaliter fecit confessionem integram. Ita Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 12. n. 2. Sotus in 4. dist. 18. quast. 2. art. 5. Vict. in relect. de poenit. §. 151. Led. 2. 4. q. 8. art. 2. dub. 14. Excusat etiam incertus euentus propinquitatis mortis, v. c. quando aegrotus patitur paroxismos: non debet enim tunc Confessarius expectare integram omnium peccatorum confessionem; sed audito vno tantum peccato debet absolute propter periculum moriendi in ipso paroxismo; & postea de reliquis illum audiat transecto paroxismo: & similiter, quoties paroxismus venerit, toties est absolvendus, ne forte in vno illorum absque absolute discedat: absolute enim loquendo, in vnoquoque illorum datur euidens mortis periculum: directe enim huiusmodi infirmus absoluitur tunc ab illis peccatis, quae tunc confitentur; & indirecte vero ab omnibus aliis. Ita docet Soarius tom. 4. de poenit. disp. 22. sect. 6. n. 2. Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 12. n. 3. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. ver. l. vnde ad primum. Medina lib. 2. inlt. cap. 81.

Soar. Henrig. Sotus. Medina.

11.

Quinta causa est necessitas vrgens, v. c. si ingruente procella, vel grassante peste, vel saeviente praelio, aut incendio Confessarius audiat simul multos alta voce peccatum aliquod confitentes, & simul absoluat, dicendo, Ego vos absolvo a peccatis vestris. Ita docet Henrig. lib. 2. de poenit. cap. 22. n. 3. Angelus verbo, Confessio, 1. n. 28. Tabiena verbo, Confessio sacramentalis, 2. n. 37. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 5. Syluester verbo, Confessio, 1. num. 23. Medina de confessione, q. 19. Turrecremata in c. Quatuor, de poenit. dist. 1. Non tenentur tamen illi ita publice confiteri, vt iam alibi diximus, cum remedium habeant contritionis: sed possunt id facere, si voluerint; & tunc solum dimidiatur confessio materialiter ex iusta causa, non formaliter; quia intentio & voluntas illorum gratia, omnia confiteri, si possent. An autem teneantur ita publice confiteri, quando sciunt, aut dubitant probabiliter, se veram contritionem habere, est dubium? Multi absolute dicunt, neminem teneri publice, aut per interpretem confiteri: sed non loquuntur speciatim de articulo mortis, & casu praesenti, in quo de sua contritione dubitant probabiliter; & hi sunt, Tolerus lib. 3. Summa cap. 6. Sotus in 4. dist. 18. quast. 2. a. 6. Victoria, Valeria, & Canus, & alij, quos citatos inuenies apud Auctorem Annotationum in Toleum ad cap. 6. lib. 3. & certe Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 2. num. 6. ambigue in praesenti casu loquuntur. Dicendum tamen est in praesenti casu, in

Henrig. Angel. Tab. Sotus. Syluest. Medina. Turrecr.

Toler. Sotus. Victor. Can. Henrig.

quo quis in mortis articulo dubitat, an veram habeat contritionem, teneri, vel publice, vel per interpretem, saltem aliqua peccata minoris scandali confiteri propter periculum salutis aeternae: maius est enim periculum salutis aeternae, quam infamia, & maior iactura vitae aeternae, quam fama temporalis. Ita docet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 36. sect. 6. n. 3. Syluester verbo, Confessio, 1. §. 15. Petrus Soto lect. 11. de poenit. Canus relectione de poenit. parte 5. & alij.

Soar. Syluest. Perr. Sotus. Canus.

Sexta causa excusans est, cum quis de peccatis iam confessis, & directe absolutis generalem facit confessionem absque vlla obligatione: huic enim licitum est tunc silere quaedam, quae infamiam praeseferunt. Ita communiter Doctores, in Henriquez lib. 2. de confessione, c. 12. n. 2. Sotus in 4. dist. 18. quast. 1. a. 1. & q. 2. art. 5. col. 3. Medina q. de confessione facta Confessario praeco, §. Sequitur, fol. 59. col. 3. & q. de confessione referuatarum, ad finem, Syluester verbo, Confessio, 1. §. 4. Angelus verbo, Confessio, 1. §. 8. Nauarr. cap. 9. n. 1. & cap. 21. n. 38. & clarius num. 43. & cap. 23. num. 38. sine, & cap. Fratres, de poenit. n. 30. & cap. Placuit, glossa 1. n. 111; Paludanus dist. 17. q. 5. col. 2. Gabriel q. 1. dub. 2. D. Thomas quodlibeto 1. art. 12. D. Anton. 3. p. tit. 10. cap. 2. Ledefina 2. 4. q. 7. art. 5. dub. 3. & q. 8. art. 3. dub. 19. & alij. Et ratio est: quia non tenetur magis repetere ea, de quibus iam confessus, & a quibus directe absolutus est, quam peccata venialia: vnde etiam, cum solum de venialibus quis confiteretur, potest tacere, quae vult, & quae vult tantum confiteri, vt saepe diximus. Sunt tamen nonnulli Auctores, qui dicunt, eum, qui dixit Confessario, se velle apud eum, facere confessionem generalem totius vitae, vel anni, vel mensis, teneri sub mortali peccato omnia peccata mortalia: quia aliis decipit Iudicem, qui vicem Christi gerit in re graui. Ita Victorius §. 253. & in noua edit. §. 166. Ledefina 2. 4. q. 8. a. dub. 15. Sed contrarium est dicendum cum, Henriquez dicto lib. 2. cap. 12. n. 2. ad marginem littera D: quia, quantumvis: ita dicendo mentiat, id parum refert quoad hanc obligationem: absolute enim non tenetur in ea confessione omnia dicere; nec dari preceptum potest, etiam Papale, iuste obligans, in hoc casu, ad omnia dicenda; nec fallit in re, quae per se pertinet ad forum huius iudicij; ac proinde falsum est dicere, illum fallere Confessarium in re graui pertinente ad suum iudicium. Si vero, cum id Confessario dixit, habeat reuera intentionem confitendi omnia; etiam non tenetur omnia dicere: quia potest postea facile mutare voluntatem suam, vt patet: quare doctrina Ledefinae, & Victoriana hac non est sequenda.

Henrig. Sotus. Medina. Syluest. Angel. Namar. Palud. Gabriel. D. Thom. D. Anton. Ledefina.

Vit. Ledefina. Henrig.

13.

Septima causa excusans est defectus linguae, aut ignorantia idiomatis: vnde mutus, aut vir ignoti idiomatis, si tempore praeepti Quadragesimae explicet id, quod potest, absolvendus est: facit enim ex intentione sua confessionem formaliter integram, licet Confessarius satis quaedam non intelligat. Ita Henrig. dicto lib. 2. de confessione, cap. 12. n. 3. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 27. contra Fratrem Medinam lib. 2. cap. 7. ad finem, limitantem hoc ab solum articulum mortis.

Henrig. Lud. Lopez. Medina.

14.

Octaua causa est, quando confessarius simul, & aegrotus ita infirmantur, vt periculum sit, quod Confessarius de vita discedat, antequam absolute confessionem praestet, & poenitens in simili periculo relinquatur: potest enim tunc Confessarius illum absolute, non audita tota confessione: vnde si parochus, dum longam audit confessionem, subito morbo correpiatur, & alius Confessarius non inueniatur, cui confessionem deleget, & poenitens grauius, & periculosè infirmetur, potest illum absolute

Henrig. Sotus. 15.

soluere, ne in illo periculo absque remedio salutis relinquatur. Ita Henrig. citatus num. 3. Sotus in 4. dist. 18. quast. 2. art. 4.

In omnibus his, & aliis similibus casibus, in quibus licite dimidiatur confessio, absoluitur poenitens directe, & per se, ab illis tantum peccatis, quae confitentur; indirecte vero, & consecutiue ab aliis, de quibus non est confessus, ea tamen obligatione, & conditione, vt teneatur praedicta non confessa confiteri cessante causa, & sub lato periculo: non tenetur tamen ea statim confiteri; sed potest illa in primam confessionem, quam fecerit, siue annualem ex obligatione Quadragesimae, siue ex deuotione differre. Nec refert, quod exponatur periculo obliuionis: obliuisci enim peccatum non est, vnde nec etiam exponi periculo obliuionis. Ita docet Tolerus lib. 3. Summa, cap. 8. num. 1. fine, & Syluester verbo, Confessio, 1. §. 3. Illa vero, quae iam confessus est, & a quibus directe fuit absolutus, non tenetur iterum confiteri: quia non pertinent ad confessionem subsequentem; fuerunt enim iam per se, & directe absoluta. Ita communiter omnes, & docet expresse Soarius tomo 4. de poenit. disp. 22. sect. 6. num. 2. & Benedictus XI. Extrau. Inter cunctas, de priuilegijs; & patet Extrau. Fas electionis, de Haereticis; & ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. dicente, ea peccata solum esse confitenda, quorum peccator conscientiam habet: postquam autem peccata iam sunt directe confessa, non manet illorum conscientia; quia circa illa iam fuerunt Christi verba expleta: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.

Toler. Syluest.

Soar.

Conc. Tr.

CAPVT IV.

De integritate confessionis: agitur de numero peccatorum, et de actibus antecedentibus, et subsequentibus ipsum peccatum. De confessione, et scheda meretricum, et rusticorum.

SVMMARIVM.

- Ad integritatem confessionis concurrunt grauitas peccati, numerus, & circumstantia illius. num. 1. Quid de dubio ipsius peccati. ibid. An teneantur peccata mortalia confiteri, quando dubitamus, an sint iam confessa. num. 2. Quid, si dubitemus, an peccatum commissum sit mortale, vel veniale. ibid. vers. Similiter. Quid, si dubitemus, an peccatum commissum sit veniale, vel mortale. ibid. vers. Si dubitat. In dubijs tutior pars est eligenda, respectu non tutae. num. 3. An Confessarius possit sequi probabilem opinionem alienam, vel ista sua probabiliori, modo ipse iudicet aliam esse probabilem. num. 4. An id possit etiam efficere iudex fori externi. num. 5. An in mortis articulo teneantur conteri, quando dubitamus, an peccatura aliquod commisserimus, vel an a nobis commissum, sit mortale, vel veniale. num. 6. Quid, si quis probabiliter iudicat, se non commississe peccatum; probabilius vero, se illud commississe. num. 7. Vnde sumatur bonitas, vel malitia actus. num. 8. Sub mortali tenemur dicere in confessione certum numerum peccatorum, plus, minusve. num. 9. Quid de rusticis. num. 10.

- Quid, quando peccatum est nimis saeuens, & de certo numero non recordamur. num. 11. Meretrices quomodo numerum, & species explicare debeant. ibid. Praebula ad copulam illicitam, vt oscula, & tactus impudici, an sint de necessitate confessionis. num. 12. Quid de ea, quae cum scorio eadem nocte bis, vel ter copulam habuit. num. 13. Quid de actibus veneris subsequentibus ipsam copulam, vt tactus, &c. num. 14. Quid, si actus antecedentes, & consequentes copulam illicitam, non ordinentur ad illam, nec ab illa ordinario oriuntur. num. 15. Quid de meretricibus, an admittenda sint ad confessionem, & sint absolueda. num. 16. An eis danda sit scheda. n. 18. & remissio. An Eucharistia. num. 17.

Tria concurrunt ad integritatem confessionis: primum est grauitas peccati: secundum, numerus peccatorum: tertium, circumstantia illorum: quae omnia oportet clarius explicare. Quod attinet ad grauitatem; certum est, oportere in confessione grauitatem peccatorum aperire; ita vt distinguatur, inter peccatum mortale, & veniale. Ad hanc etiam grauitatem pertinet, vt explicentur dubia: (loquimur de dubijs prudentialibus, & practicis, non de scrupulosis, aut speculatiuis.) Tribus autem modis dari potest dubium practicum, & prudentiale: primo, si quis dubitet, an peccatum mortale, quod commisit, sit iam confessum: secundo, si dubitet, an ipsum, quod commisit peccatum, sit mortale, an veniale: tertio, si dubitet, vtrum reuera commiserit peccatum.

Primo igitur, quando quis dubitat, an peccatum mortale, quod commisit, sit iam confessum, necne, tenetur tale dubium sub mortali confiteri, alioqui lethalem culpam incurrit, inualidam confessionem facit: & necessarium repetendam. Similiter, si dubitet, probabiliter, an peccatum, quod commisit, sit mortale, an veniale; tenetur etiam sub mortali illud confiteri, ita dubie sicut nouit: quia aliis, si mortale fuerit, exponit se periculo peccandi mortaliter, quod periculum leuiter plane, & sine damno suo per confessionem vitare poterat, nisi tamen prius per prudentem consultationem literatorum hominum prudentiale iudicium ferat, tale peccatum non fuisse lethale: quia tunc, facto eo iudicio, posteroque scrupulo post hanc factam diligentiam, omne peccandi periculum excludit. Si dubitat, vtrum reuera peccauerit, necne, & post factam diligentiam, quinta iudicio prudentum necessaria iudicatur, iudicat, se peccatum non fecisse; non tenetur illud confiteri: quia per illud iudicium practicum, & prudentiale, quod formauit post factam diligentiam, satis omne periculum peccandi purgauit.

Dices: In dubijs tutior pars est eligenda: sed iste probabiliter dubitat, an peccatum commiserit, vel an mortale, vel veniale sit id, quod commisit: ergo tenetur id sub dubio confiteri. Respondeo, in dubijs tutiorem partem esse eligendam, respectu non tutae: non vero respectu tutae; posito autem post factam diligentiam, probabilis iudicio, quod non peccauerit, vel quod venialiter tantum peccauerit, satis tutam partem eligit non confitendo: quia operari secundum iudicium probabile, tutum est, etiam in foro conscientiae: hinc fit, vt possit Confessarius, siue ille sit proprius Parochus, siue alius, contra propriam opinionem, poenitentem absolute: vt si Confessarius teneat iuxta probabiliorum opinionem, aliquid esse vsuram, & poenitens doctus teneat iuxta probabilem, non esse vsuram, potest



potest Confessarius hanc partem probabilem amplecti, & cum poenitente consentire; quia temere; & imprudenter non operatur, sed satis prudenter & tute: id enim temere, & imprudenter fieri dicitur, quod absque ratione, & causa probabili fit: at iste probabilem opinionem sequens prudenter operatur; nam, cum omnimoda certitudo in rebus humanis haberi non possit, ad eam Deus minime non obligavit; sed tantum non obligavit ad operandum prudentialiter: intolerabile enim esset onus conscientiarum, ac multis scrupulis expositum, si opiniones probabiliores sequi & inuestigare teneremur: & ideo viri docti, ac Confessarii prudentes possunt, relicta propria opinione probabiliori, consulerent conscientiam poenitentem iuxta illorum opinionem, quam probabilem iudicant, ut optime & late probat Sancius tomo 1. Decalogi, lib. 1. cap. 9. num. 28. & 22. & Vasquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 61. cap. 1. initio, ubi dicit, in omni materia hoc procedere. Sotus in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 5. ad 5. Nauarrus in Summa, cap. 26. num. 4. Soarius tomo 4. in 3. p. disp. 2. 2. nota sect. 5. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 2. cap. 17. quaest. 10. Salas 1. 2. quaest. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 9. num. 82. Sayrus in clauis regia, lib. 1. cap. 9. ad num. 13.

Et verò addit Sancius num. 29. non solum posse Confessarios huiusmodi poenitentes absoluerent, sequendo probabilem opinionem illorum, quam ipsi iudicant esse probabilem; relicta sua propria probabiliori; sed etiam teneri illos absoluerent sub peccato mortali post confessionem illorum auditam: secus ante auditam confessionem: quia antea poterant illud non audire: at postea ex intrinseca ratione officij sui, & Sacramenti institutione tenentur vnusquisque Confessarius poenitentem bene dispositum absoluerent, qualis est ille, qui sequitur opinionem probabilem recta enim ratio postulat, ut, sicut poenitens Confessario recta praeipienti tenetur obedire; ita Confessarius tenetur poenitentem recte dispositum absoluerent. Et hoc ita habet, non solum quando poenitens est doctus, & probabilem opinionem sequitur; sed etiam, quando à doctis instructus procedit.

Nec solum in foro poli, & iudicio conscientiae; sed etiam in foro fori haec doctrina est vera. Vnde etiam Iudex saecularis non solum in materia criminali, sed etiam in materia civili, relicta propria sua opinione probabiliori, potest sequi contrariam opinionem; quam ipse tamen probabilem iudicat, quia iustum, ac rectum est operari iuxta opinionem probabilem. Et ita docent de foro soli Sancius tomo 1. Decalogi, cap. 9. n. 14. Soarius tomo 5. in 3. p. disp. 40. sect. 5. n. 6. Gutierrez lib. 1. quaestionum canoniarum, cap. 1. 3. n. 23. Vasquez disp. 62. cap. 4. n. 14. Valent. 1. 2. disp. 2. q. 12. puncto 4. Hentiq. lib. 1. 4. de irregularitate, cap. 3. n. 3. Azor tomo 1. lib. 2. cap. 1. 6. q. 2. & 3. & 4. c. 17. quaest. 7. Aragon. 2. 1. q. 64. n. 4. Sayrus in clauis regia, lib. 1. cap. 6. n. 3. Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 8. num. 68. & alij, quos ipsi citant.

In mortis autem articulo tenetur quilibet poenitens de huiusmodi dubiis dolorem habere, ut notat Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 4. num. 5. sine licet non tenetur confiteri; quia opinio probabilis, licet excuset à praecepto diuino integritatis confessionis; tamen non supplet medium necessarium ad salutem. & remissionem peccatorum mortalium, si forte fuerunt commissa: medium autem necessarium ad remissionem peccatorum est contritio, & dolor illorum.

Sed quid, si probabiliter iudicat poenitens, se non commisisse peccatum mortale; probabilius tamen iudicat se illud commisisse, ita ut pro vna par-

te stet iudicium probabile, pro alia iudicium probabilius? Fortè aliquis existimabit, posse poenitentem tuta conscientia conformare se cum iudicio suo probabili, relicto probabiliori, eo innixus fundamento, quod supra iecimus n. 4. quia operari secundum opinionem, & iudicium probabile, etiam in materia conscientiae, non est malum, sed iustum. At contrarium est dicendum: quia aliud est, in materia ad conscientiam spectante operari Confessarium secundum opinionem probabilem; aliud non confiteri poenitentem peccatum, quod probabilius iudicat se fecisse; licet probabiliter etiam iudicet, se illud non commisisse. Confessarius enim est Iudex, & Iudex tam fori poli, quam soli recte operatur sequendo opinionem probabilem, relicta probabiliori: at verò poenitens non est Iudex, sed est accusator sui ipsius, & testis, & nisi id tunc sub eo dubio confiteatur, potest se exponere periculo mortaliter peccandi; & ideo tenetur vitare huiusmodi periculum, confitendo illud peccatum sub eodem dubio, ne fortè peccato mortali se exponat: neque enim tantus hic labor est, ut non compendatur abundè per fructum confessionis: deinde, quia id occasio esse potest negligentiae mortalis in tam graui materia salutis: & ideo diximus cap. 2. num. 2. teneri poenitentes dubia dubie, & certo certa confiteri: quem locum videre poteris: quae enim ibi diximus, hic etiam accommodari possunt.

Quod attinet ad numerum, notabis, bonitatem, vel malitiam actus pendere prius ab obiecto: quando enim obiectum est malum, actio erit mala: & quando bonum, actio erit bona: v. c. velle mentiri, vel blasphemare ideo est malum, quia obiectum blasphemiae, vel mendaciae, malum est. Secundo, sumitur malitia actus ex circumstantia, ut si occidas Clericum iniuste, non tantum peccas propter homicidium contra quintum praeceptum Decalogi non occidendi; sed etiam propter circumstantiam sacrilegij: quia occidisti personam sacram.

His notatis: post factam diligentiam arbitrio prudentis necessarium, vt recordemur de peccatis, sub mortali tenetur dicere certum numerum peccatorum occurrentium, plus, minusve, (extra articulum mortis: nam tunc sufficit ob angustiam tempore dicere: Peccavi saepe.) In eo autem casu, quo quis numerum peccatorum plus, minusve confitetur, si postea recordatur aliquorum peccatorum, eiusdem speciei, quae non fuerunt comprehensa in illo numero illius speciei, quem plus minusve dixit, tenetur sub mortali excessum confiteri de nouo, modò ille excessus sit notabilis; non tenetur tamen repetere totam confessionem: v. c. dixisti in confessione, te plus, minusve decies iurasse falsò, furtiue fecisse; postea recordaris, te quatuordecim, aut quindecim vicibus id fecisse, tenetis sub mortali excessum confiteri de nouo: quia ille excessus, cum magnus sit, non fuit inclusus in illo paruo numero, decies. Secus, si postea recordatus fueris te vndecies, aut duodecies iurasse: quia ille paruus excessus satis fuit inclusus in illo numero, decies, plus, minusve. Ita docet Sotus in 4. dist. 18. quaest. 2. art. 4. neque enim simpliciter est necessarium, vt numerus mathematicè certus explicetur; quia id, moraliter loquendo, ob defectum memoriae censetur impossibile; praesertim respectu eorum, qui raro confitentur: & ideo post discussam conscientiam diligenter, satis est dicere certum numerum moraliter, id est, plus, minusve: quando autem huiusmodi excessus, vel defectus sit nimis magnus, vel paruus, arbitrio prudentis committitur: sumitur

sumitur enim huiusmodi maior, vel minor excessus per ordinem ad maiorem, vel minorem numerum peccatorum.

10. Vnde rustici homines, qui agresti, & inculto modo confitentur, sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Paochis, vt iam supra diximus: cum enim bona fide confiteantur, & vniformem vitae modum, & viuendi rationem habeant, statim ex confessione vnus anni concitiet prudens Confessarius, quantum in reliquis annis peccauerint, & quot numero peccata commiserint.

11. Quando tamen peccatum est nimis frequens, quale est peccatum meretricum, vel eorum, qui saepe peierant, aut blasphemant, & de numero praecise non recordantur; sunt multi Doctores, qui dicant, satis esse dicere tempus, vt quòd per annum, aut biennium habeant in more peccare, peierare, vel fornicari. Et si adhuc est in statu peccandi, alferunt, satis esse, si explicent, se esse pellices, & per duos, vel tres annos, v. c. expositas fuisse cuiusque accedenti: si est concubinaris, sufficere, si dicit, se vsum fuisse concubina more vxoris per duos, aut tres menses, v. c. Ita docet Nauarr. c. 6. num. 15. in Manuali Lat. Henriquez tomo 1. lib. 2. de poenit. cap. 5. n. 9. Toletus lib. 3. Summae, cap. 7. n. 2. Meretrices tamen, oportet, vt principales species peccatorum, quas possunt numerare, dicant, vt si cum Clericis, propinquis, vel coniugatis; & quòd per singulos dies toties, vel toties, cum solutus tot vicibus peccauerint plus, minusve: quia moraliter impossibile est, certum numerum assignare. Ita Henriquez citatus, & Viualdus in Candelabro aureo, ubi de confessione num. 48. nam, cum ipse meretrices saepe peccata diuersae speciei committant, videlicet, cum coniugatis, cum Clericis, cum affinis, & consanguineis; ideo non sufficit generatim dicere, se fuisse expositas cuiusque accedenti, vt vxorariis sufficit: sed oportet, vt diximus, quòd saltem principales species peccatorum explicent, quas possunt: & vt cuiusque possunt numerare: quia facile recordari poterunt de peccatis diuersae speciei, plus, minusve, dicendo, se in hebdomade, vel die admisisse tot Clericos in sacris, tot coniugatos, tot affines, vel consanguineos, plus minusve. Et hoc sine dubio est tenendum, vt docet Henriquez dicto num. 9. citatus, & Viualdus: quauis Toletus, & Nauarrus dicant, satis esse, si exprimant, se fuisse expositas cuiusque accedenti.

Nauarr. Henr. Tolet.

Vinal.

12. Actus praebuli ad copulam non sunt explicandi in confessione,

Tolet. Nauarr. Henr. Sotus.

illam solen committari, vt oscula, tactus, verba turpia, & similia.

Qui tamen bis copulam habuit, etsi vnus actus copulae sit propinquus alteri, & quae eadem nocte ter concubuit cum scorto, tenetur explicare actus; primo, quia vnus actus istorum non est communiter via, & praebula dispositio ad alium, nec communiter sequitur vnus ex alio: secundo, quia quilibet istorum actuum fit, & exercetur cum iniuria prolis nasciturae, quatenus impedimentum illius est: ex quolibet enim actu per se sequitur proles, & ideo cum iniuria illius fit vnus post alium; quia illius generationem impedit: sicut, qui fecit peccatum cum iniuria proximi, tenetur explicare numerum, etiam propter restitutionem ipsius iniuriae. Sic docet Nauarrus cap. 6. n. 16. & 17. Henriquez lib. 2. de poenit. cap. 5. n. 9. ad marginem, littera L, ad finem. Ledesma 2. 4. q. 8. art. 2. dub. 5.

13.

Nau. Henr. Led.

14.

De actibus verò ordinariè, & proximè subsequentibus ipsum peccatum copulae, veluti verba turpia, gaudium, complacentia, amplexus, oscula, & c. maius est dubium, an teneantur illos confiteri. Et hac de re duplex est opinio. Prima affirmat teneri. Eam defendi Soarius tomo 4. de poenit. disp. 2. 2. sect. 5. n. 2. 3. & alij. Fundamentum illorum est: quia non sunt viae, & dispositiones tendentes ad actum principalem copulae; & alioquin vnusquisque istorum actuum ex se, & ex obiecto suo, est peccatum mortale: quòd autem consequenter, & subsecutiue post copulam fiant, & quilibet illorum ex principali peccato copulae morali causalitate refulget, id quidem non tollit propriam malitiam, & distinctionem numericam talium actuum. Secunda opinio negat, quae est verior, & probabilior, & eam docet Nauarrus in Manuali Lat. cap. 6. n. 18. S. Infer. 7. & num. 17. Azor. tom. 1. Inst. moral. lib. 4. cap. 6. & Henriquez lib. 2. de poenit. c. 5. n. 9. Et ratio est: quia pauci admodum comparatione aliorum inueniuntur, qui post ipsum actum copulae, aut post vindictam iniuriae, aut commissum furtum, non complacent, non gaudeant, non loquantur ea de re, & paucissimi Confessarii, etiam doctissimi, hanc constantiam interrogant; deinde, quia, licet singuli praedictorum actuum sint peccata mortalia in iudicio Dei: tamen cum communiter ante & post principalem actum copulae multa cogitara, dicta, & facta inordinata & impudica soleant dici, explicata copulae satis constat moraliter Confessario de statu poenitentis, vt illi medicinam congruentem applicare possit: nihil enim amplius in hoc iudicio Dei, & confessionis requiritur, quam vt Confessarius statum agnoscat poenitentis, vt non feratur iudicio caeco & imprudenti: & aliquando etiam expediet, vt meretrices, & scorta de huiusmodi actibus sigillatim non recordentur cum periculo graui suarum conscientiarum: praeceptum enim diuinum, & positium Christi, est suauè, & obligat, quantum satis est, ad consequendum finem gratiae: satis autem est ad consequendum hunc finem, vt Confessarius statum peccatoris agnoscat, quem satis agnoscat explicato actu principali copulae, & numero actus illius. Tertio, quia fundamentum Soarii non multum viget, cum id etiam dici possit de actibus antecedentibus: est enim quilibet illorum ex obiecto suo peccatum mortale, & si sine copula habeatur, necessariò explicandus est: quòd autem semper soleant comitari ipsum actum copulae, vt dispositiones antecedentes, id non tollit illorum malitiam, & multiplicationem numericam: & tamen ipse Soarius attestatur, huiusmodi actus antecedentes non esse necessariò confitendos, quia sunt dispositiones antecedentes, & satis cognoscitur status poenitentis explicata copula:

Nauarr. Azor. Henr.

8.

& nos pari ratione dicimus, idem dici posse de actibus proxime subsequentibus: sunt enim veluti complementum ipsius actus copulæ, & explicata copula, satis cognoscitur status penitentis, ut illi medicina conueniens à Confessario applicetur. Hinc inferitur illum, qui semel tantum copulam habuit cum scorta, & eam post ipsam copulam vigesies deosculatur, aut tangit impudicè, etiam per patres nhonestas, ut in præterita copula magis delectetur, in non teneri id explicare in confessione: quia huiusmodi actus censentur complementa actus copulæ præcedentis, & naturales, seu morales illius resultantia. Ita expressè Nauarr. dicto cap. 6. n. 18. §. Inferes septimo.

Nauarr.

15.

Hæc, quæ hæcenus dicta sunt, intelligenda sunt de actibus antecedentibus, & consequentibus eiusdem speciei cum actu principali, ad quem tendunt, & à quo moraliter promanant, & qui ad illum ordinariè terminantur, & ordinariè etiam ab illo enascuntur: nam, si huiusmodi actus sint diuersæ speciei, necessario sunt constituendi. Vnde ille, qui ad homicidium pergit, & in via furatur, vel peccat, aut blasphematur, aut verba turpia dicit, tenetur ipsam confiteri, ut optimè adinuenerit Nauarrus citatus num. 17. in fine.

Nauarr.

16.

Præcepta tamen hæc dubitatio est, an huiusmodi meretricibus, & publicis usurariis danda sit absolutio, si confiteantur; & an Parochi, & alij Confessarij teneantur illos audire. Respondeo, teneri Parochos illos audire. Patet ex cap. Quod quidam, de penit. vbi dicitur, recipiendam esse confessionem eorum, qui publici sunt peccatores, & vitam emendare nolunt, etiam si absolui non debeant. Et ratio est: quia fortè consilijs adiuti Confessarij respicient. Non tenentur tamen, sub letheli, rotam, & integram confessionem illorum audire, quando prudenter præuidet, non esse emendationis spem, licet teneantur audire bonam partem illius De meretricibus verò dico, similiter admittendas esse ad confessionem; non tamen esse absoluedas: neque idè tamen implent præceptum annuale confessionis, ut diximus lib. 1. de præcepto confessionis, cap. 3. quia, cum careant absolutione, non faciunt Sacramentum, atque adeo non implent præceptum Ecclesie. Et idem dicendum est de alijs peccatoribus publicis, qui non accedunt ad confessionem animo firmo relinquendi statum peccati: ij enim etiam admittendi sunt ad confessionem; quia forsitan in ea, Dei misericordia, & consilijs Confessarij, conuertentur, & animum mutabunt, & si non mutauerint, absoluedi non sunt: imponenta tamen illis, & meretricibus, est aliqua penitentia, ut Deus illos conuertat, ac illuminet, & Sacerdos tenetur ad sigillum. Ita docet Viualdus in Candelabro aereo, vbi de confessione, dub. 63. Couarr. in cap. Alma mater, de sentent. excomm. lib. 6. p. 1. §. 4. D. Th. in addit. ad 3. part. quæst. 14. a. 4. & Medina in Summa, lib. 2. c. 7. fine. Zerolo in praxi episcopali, verbo, Lupanaria. vbi docet, audiendas esse, non tamen absoluedas, nisi peccata relinquunt, & occasiones proximas peccandi, & domos, si in loco meretricatus sint: & ibi etiam docet, & bene, pretium meretricum pro copia promissum in conscientia deberi; non posse tamen illas illud in iudicio repetere, nec ius habere ad repetitionem illius in foro externo.

An imponenda sit penitentia meretricibus, & publicis peccatoribus, etiam si non absoluantur. Viuald.

Couarr. D. Thom. Medina. Zerola.

17.

Si tamen fortè huiusmodi meretrices animum mutauerint, & occasiones peccandi, non statim sunt absoluedæ, sed probandæ sunt & differenda illis est absolutio, donec satis constet Sacerdotibus eas esse emendatas; & antequàm admittantur ad Eucharistiam publicè suscipiendam, publicandum est à Parocho eas penituisse, ad col-

lendum scandalum: quod tamen de beneplacito illarum, & non aliter, faciendum est: nam, si constet Confessario, eas esse emendatas, secretò propter scandalum aliorum, eis poterit Eucharistiam impertiri, & postea publicè communicare poterunt, cum confiterit per famam, vel aliquo alio legitimo modo, eas esse iam emendatas: vnde, quoad in non constat, non est eis Eucharistia publicè præbenda, ut docet optimè Nauarrus c. 2. de penit. initio, monitione 6.

Nauarr.

18.

Sed petes, an eis, & publicis peccatoribus danda sit schola, si illam petant, quando absque absolutione dimittuntur? Respondeo, dandam illis esse. Ita Coninck tom. 2. de sacrament. disp. 9. de sigillo, dub. 1. n. 14. fine. Sed hæc de re redibit sermo lib. 6. de sigillo confessionis, c. 3. num. 40. quo loco hæc quæstio diligenter discutietur.

18.

CAPVT. V.

Quomodo multiplicetur numerus peccatorum, & peccata interrumpantur.

SUMMARIUM.

- Numerus peccatorum resultat ex interruptione, & multiplicatione illorum. num. 1.
Non opus est in peccatis explicare malitiam materiam, nisi illa valde insolita sit. num. 2.
Quid, quando aliquis ex vno impetu dicit alteri multa verba iniuriosa, significancia diuersas specie iniurias, & peccata, an teneatur eas omnes explicare. num. 3.
Probatur sententia negatiua. ibid. vers. Verum ego.
Quid, si dicas alteri verbum iniuriosum, & ille respondet, & in replicas alia verba iniuriosa. num. 4.
An vnum tantum peccatum committat ille, qui vno impetu iracundia multa verba alteri dicit, continentia vnam specie iniuriam. num. 5.
Quid de illo, qui eandem rem multoties sub iuramento alteri promittit, & iuramentum frangit. num. 6.
Quid, si de multis articulis interrogetur in eodem bello, & in omnibus mentiatur. ibid.
Quid, si plura præcepta simul concurrant. num. 7.
Quid, si multa præcepta vna subordinata alijs frangantur. num. 8.
Quid, si idem Sacerdos in peccato mortali multis simul Eucharistiam ministret. num. 9.
Quid, si quis eodem ictu multos occidat. ibid.
Quid de beneficiario, qui habet multa beneficia, si pensum Horarum omittat. num. 10.
Quid, si simul habeat Ordines sacros. ibid.
Quid, quando vnus malum imprecatur alteri, & toti eius familia, an tot numero peccata committat, quot sunt persona familie. num. 11.
Quanta interruptio temporis necessaria sit, ut detur nouum peccatum. num. 12. & 14.
An, qui alienum retinet, semper sit in actuali peccato, dum non restituit. num. 13.
Quot numero peccata committat, qui illicitis amoribus feminam sollicitat. num. 15.

Ad rectum numerum peccatorum cognoscendum, oportet scire, quomodo peccata multiplicentur, vel interrumpantur: siquidem ex multiplicatione, vel interruptione illorum resultat numerus peccatorum. Et de hac re dabimus aliquas regulas breues, & certas, ut nos citò expediamus à tam difficili, & intricata quæstione.

Prima igitur regula est, non opus esse in pecca-

18.

tis explicare in confessione materialem malitiam specierum circa peccata; sed formalem: quauis optimum consilium sit id facere; præsertim, si malitia materialis, est inuitata inter hominum conuictum: v. c. iurasti, peccasti per Angelos, per Sanctos, per Virginem, per Apostolos, per Euangelia, non teneris hæc iuramenta explicare dicendo, peccasti toties per Deum, toties per Virginem, toties per Sanctos, toties per Euangelia; sed sufficit dicere in communi, iurasti, vel peccasti vigesies, aut trigesies, aut in isto tempore ab inierimilla confessione toties in die, aut hebdomade, vel mense peccasti. Ita Henric. lib. 2. de penit. c. 5. n. 8. Nauarrus c. 6. n. 18. fine. Caictanus in Summa, verb. Confessor, in 6. præcepto.

Henric. Nauarr. Caiet.

3.

Secundam regulam tradit Nauarrus citatus. Ea sic habet: Quando quis ex vno impetu, & eodem calore iracundia profert in alterum multa verba iniuriosa, significancia diuersas specie iniurias, vt quòd sit fur, homicida, ebrius, sacrilegus, proditor, hæreticus, falsarius, &c. tot diuersa specie peccata committit, quot sunt verba, quæ profert, & tenetur in confessione id explicare sigillatim. Probat primò: quia non sunt antecedentia, vel consequentia ad vnum peccatum principale; & vnunquodque istorum verborum est peccatum diuersæ speciei. Secundò, quia qui vno impetu ferit, blasphematur, & hæresim dicit, tria peccata committit numero, & specie distincta, necessarid confitenda, argumèta legis, Prætor. §. finali. de ff. iniurijs. Verum ego huiusmodi regulam non probo. Primò, quia Rebells 1. p. de obligat. iustitias, lib. 2. q. 17. sect. 2. n. 10. censet, multa verba diuersas specie iniurias significancia, vnum tantum peccatum per ordinem ad confessionem absolutè censeri, cum ex vno impetu iracundia, inuidia, aut odij procedant; modò non detur moralis interruptio temporis inter verba, & verba; quod mihi magis placet, quia profertur per modum vnus, & ratione vnus impetus, & temporis vniuntur, & sic vnum tantum peccatum absolutè in ordine ad confessionem censentur. Secundò, quia satis est dicere in confessione, se voluisse multas iniurias alteri inferre, & de facto inutiliter per multa verba iniuriosa, vt Confessarius statim cognoscat statum penitentis; quod satis est, vt cum possit absolute, iuxta eundem Nauarrum c. 6. n. 17. & iuxta Caietan. t. 1. opusc. q. 3. opusc. 5. & iuxta Concil. Trid. sess. 14. c. 5. Nec est simile de eo, qui vno impetu simul ferit, blasphematur, & hæresim dicit: quia huiusmodi actus non possunt tendere ad vnam iniuriam: homicidium enim, & vultus pertinet ad quantum præceptum: iniuria ad octauum: blasphematur ad secundum verò appellare aliquem homicidam, hæreticum, furem, totum hoc genus iniuriandi spectat ad vnum præceptum Decalogi, nempe ad octauum.

Rebell.

Nauarr. Caiet. Conc. Trid.

4.

Hinc inferitur, eum, qui dicit alteri verbum iniuriosum, & ille responder, & prouocator replicat, profertens tercia verba iniuriosa significancia diuersas specie iniurias, vnum tantum peccatum committere per ordinem ad confessionem: quia, quauis tria in se sint peccata numero; & specie distincta, absolutè loquendo; tamen cum ex vno impetu & eodem tempore, & eandem voluntate iniuriam inferendi profertur, & cum ex eo quòd dicat penitens se per multa, & diuersa verba voluisse alteri iniuriam inferre, satis colligit Confessarius statim penitentis; inde est, quòd vnum tantum peccatum censentur quoad confessionem contra prædictum Nauarrum contrarium affirmantem dicto cap. 6. n. 18. §. Inferitur 3.

Tertia regula est, semel tantum peccare illum, qui vno impetu & iracundia, absque morali interruptione temporis, dicit multa verba iniuriosa alteri, vnam tantum speciem iniuriæ continentia, v. c. cum decies, vel vigesies appellat aliquem ebrium, furem, vel latronem. Est certa huiusmodi regula. Eam tradit Nauarrus citatus num. 18. Henric. lib. 2. de penit. cap. 5. n. 6. Lessius tom. lib. 2. de voto, cap. 4. dub. 5. n. 48. §. Ad 4. Couarr. lib. 2. variarum, Lessius c. 10. Sic, qui vno impetu Clericum ter percussit, vnam tantum excommunicationem c. Si quis, incurrit: & qui tria vulnera mortalia inferat alteri in eadem rixa, vnum tantum peccatum committit. Secus est si vno impetu, & ictu, tres homines occidat, aut vulneret, aut tres Clericos: tunc enim tres excommunicationes incurrit, & tria peccata mortalia numero distincta committit, vt patet secundum Nauarrum citatum, & Ioannem Andream c. Delictum, de regulis iuris, in 6. & est doctrina certa.

Quarta regula est, illum, qui eandem rem multoties iurat, vel vouet, licet per diuersos Sacerdos, & formas iurandi iuret, voueat vnum tantum iuramentum, & votum efficere. Ita Henriquez lib. 2. de penit. cap. 5. num. 6. & Lessius citatus, & alij communiter. Et ratio est: quia primum votum, aut iuramentum, omnem obligationem exhaustit, & alia repetitiones eandem obligationem confirmant, & nullam afferunt de nouo: sic, qui de eadem re alteri donota mille ei facit scripturas, vnicam tantum obligationem contrahit, capius repetitam: & testis, qui simul rogatur de multis articulis sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, vnum tantum per iurium committit. Ita Archidiaconus cap. Interest, 2. 2. q. 4. Sarmiento lib. 8. selectarum, in l. Quoties, n. 6. fol. 18. At verò votum, & iuramentum, de vna eademque re, v. c. de non ludendo, diuersum specie peccatum efficiunt: qui enim frangit votum, sacrilegus est; & qui iuramentum, per iurum sacrilegium autem, & periurium specie distinguuntur. Ita Sancius lib. 7. de matrim. disp. 27. n. 37. Henric. lib. 2. de penit. cap. 5. n. 6. Nauarr. c. 6. n. 18. Sotus in 4. dist. 28. q. 1. a. 4.

6.

Henric. Lessius.

Archid. Sarmiento.

Sancius. Henric. Sotus.

7.

Quinta regula est: Quoties plura præcepta, vel plura vota, aut plura iuramenta de eadem re dantur, v. c. de ieiunio, de audiendo Sacro, in eodem die, vnum tantum peccatum committit, qui eadem vota frangit, vel præcepta, vel iuramenta grauius quidem, quàm si vnum tantum præceptum, vel votum, vel iuramentum frangeret. Ratio est: quia omnia vota, vel præcepta, vel iuramenta, sunt vincula eiusdem speciei, & relinquunt peccatum in eadem specie. Ita Doctores citati supra, & Caietan. 2. 2. q. 88. art. 2. & 5. & D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 2. §. 1. An verò illa circumstantia aggrauans plurius peccatorum, aut iuramentorum, necessarid si confitenda, dicemus lib. 4. sequenti, in circumstantia, Quando.

Caiet. D. Anton.

8.

Sexta regula est: Quando præcepta subordinata sunt inter se, licet sint multa, vnum tantum peccatum est ea violare. Sic Henriquez lib. 2. de penit. cap. 5. n. 6. Medina 1. 2. quæst. 109. art. 4. §. Tandem. concl. 3. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. Caietan. 1. 2. q. 72. a. 6. ad 2. v. c. qui tempore præcepti ecclesiastici in Quadragesima fecit confessionem inualidam, peccat contra præceptum diuinum de integritate confessionis, si inualida fuit ex defectu integritatis; & contra præceptum Ecclesie annualis confessionis: & tamen vnum tantum peccatum committit, quia præceptum Ecclesie subordinatur præcepto diuino. Et qui Clericum occidit iniuste, peccat contra ius diuinum, & naturale contentum in quinto præcepto Decalogi non occidendi, & contra ius canonicum, & ciuile; & tamen vnum tantum peccatum sacrilegij, vel homicidij committit: quia ius canonicum, & ius ciuile in eadem

Henric. Medina. Sotus. Caiet.

F F prohibitio

prohibitione homicidij subordinantur iuri naturali quinti præcepti Decalogi. Et qui celebrat in peccato mortali, multis titulis peccat, nempe, quod consecrat, quod offert Deo, quod ministrat sibi, & sumit Sacramentum in mortali: & tamen vnum tantum peccatum mortale facit; quia consecrare, offerre, ministrare, & sumere Sacramentum, sunt actus subordinati ad rectam sumptionem: diuersi enim actus, quando alij alijs subordinantur, non efficiunt diuersa peccata, vt præter Doctores citatos docet D. Thom. 1. 2. q. 7. art. 6.

D. Thom.

9.

Item, qui simul Eucharistiam ministrat multis, in peccato mortali, vel in eodem peccato mortali multos confitetur, vnum tantum peccatum committit: si autem ministrat vni, aut vnum tantum in confessione audit, vnum tantum etiam committit: quanuis Syluester verbo, *Clericus*, num. 2. aliquo modo significet, esse multa peccata, in peccato ministrare multis Sacramentum; sicut, qui vno ictu multos occidit, multa peccata numero distincta committit: & fortè etiam specie, si Clericum simul cum secularibus interfecit: sed reuerà est vnum tantum peccatum in genere moris, quia huiusmodi actus administrationis Sacramentorum, exercetur absque iniuria proximi: quod non cernitur in eo, qui vno ictu multos occidit; multis enim iniuriosa est illa actio occisiva: sic, quia in peccato mortali vna aspersione multos baptizaret, vnum tantum peccatum mortale committeret in genere moris. Ita docet Henriquez tom. 1. lib. 2. de penitent. cap. 5. num. 6. sine littera T, ad marginem. An autem huiusmodi circumstantia notabiliter aggrauet, & necessariò sit confitenda, statim dicam lib. sequenti, vbi de circumstantiis aggrauantibus sermo erit.

Syluest.

Henriq.

10.

Item beneficiatus habens multa beneficia simplicia, vnum tantum peccatum lethale facit, non recitando Horas canonicas vno die, licet ratione vnus cuiusque beneficii teneatur illas recitare: si tamen Sacerdos est, duplex peccatum committit; alterum ratione Ordinis; alterum ratione beneficiorum: quia obligatio ratione Ordinis sacri, spectat ad virtutem Religionis; obligatio verò ratione beneficij, spectat ad virtutem iustitiæ: iustitia autem, & religio specie distinguuntur. Similiter Clericus, qui omnes Horas canonicas vnus diei non recitat, non peccat nisi tantum semel; & tamen si vnus tantum relinqueret, semel etiam tantum peccaret. Et, qui Missam omittit in die, in quem duplex festum incidit; & qui diem ieiunij frangit, in quo est duplex obligatio ieiunandi; semel etiam tantum peccat, licet grauius, propter plures obligationes: si tamen est obligatus ad ieiunandum in eodem die ex præcepto Ecclesiæ, & ex voto proprio, aut ex iuramento, & ex voto simul, duo peccata efficeret; quia votum & præceptum, & votum atque iuramentum trahunt peccata ad diuersas species, & sic necessariò erunt confitenda.

11.

Septima regula est: Qui imprecatur mortem alicui, & toti eius familiae, duo tantum peccata committit, non tot, quot sunt personæ eius familiae: & qui blasphemando maledicit D. Petro, & vndecim Apostolis, duo tantum peccata videtur efficere: primò, quia tota familia pro vna persona ficta accipitur; secundò, quia, licet familia sit nomè collectiuum, & significet multos, eos tamen omnes significat collectivè, & per modum vnus: tertio, quia, qui vnus domum totam vult inflammare, non videtur tot peccata committere, quot partes habet domus; sed vnum tantum: & qui furatur decem aureos, vel vnum aceruum integrum tritici, vnum tantum peccatum committit; licet, si furatur vnum aureum, & vnum satum tritici, vnum etiam peccatum efficeret; & toties, quoties id effi-

ceret, toties mortaliter peccaret, quia in vna quaque vice datur materia ad peccatum mortale spectans; modò interruptio temporis necessaria intercederet: & non sufficeret dicere, Furatus sum decem aureos, sed oporteret dicere, & explicare vices singulas, vt patet, & docet Nauarrus in Manuali, c. 6. n. 18. §. Inferitur 4.

Nauar.

12.

Sed hic quærendum est, quanta interruptio temporis moraliter sit necessaria, vt detur nouum peccatum distinctum numero à peccato præcedente, ob quam multiplicentur peccata externa, & interna. Respondeo primò, toties diuersum fieri numero peccatum in eadem specie, quoties interruptitur voluntas illius per contrarium actum: v. c. habes turpem cogitationem, in qua consensis, statimque post consensum, illam retractas, & penitendo ab ea cessas; & post retractionem, & penitentiam illius, iterum ad eam redis, & consentis, quod fieri potest breuissimo temporis spatio, duo iam erunt peccata mortalia, necessariò confitenda, & tot, quot vicibus eadem cogitatio retractatur, & renouatur: & idem exemplum fieri potest in cogitatione furri, vel alterius peccati. Ille etiam, qui non restituit furto ablatum, toties nouum peccatum committit necessariò confitendum, quoties per aliquam temporis intercapedinem renouat voluntatem non restituendi, & quoties habet voluntatem restituendi, & retractat illam per penitentiam, facitque propositum restituendi, cum primùm possit, & post hoc propositum iterum ad vomitum redit, & proponit non restituere; similiter toties peccat, quoties proponit, & propositum retractat.

13.

Potest tamen contingere, vt qui alienum retinet, inuito domino, furto ablatum, non semper necessariò peccet actualiter, quando non restituit illud, nec semper sit in peccato actuali, quando non restituit, & potest restituere: quia non semper potest actualiter attendere ad furtum, quod retinet; & quanuis attendat, fortè non poterit restituere, & quanuis possit, fortè non poterit commodè, propter absentiam domini, & tunc non est obligandus ad faciendum nouum propositum restituendi, vt excusetur à nouo peccato, quod est durissimum: sed poterit sese merè negatiuè habere, vt non peccet; cum tamen tempus est, quo de facto potest commodè restituere, & aduertit ad furtum, & ex negligentia, vel malitia non restituit, nouum peccatum actuale sine dubio necessariò confitendum per talem omissionem committit, quanuis se gerat negatiuè nullum actum nolitionis exercendo. Ita Rebellus 1. p. de obligationibus iustitiæ, lib. 4. q. 7. a. 4. & lib. 5. q. 3. art. 1. Et ratio est: quia propter eam omissionem voluntariam, fit actu noua iniuria domino, & violatur præceptum restituendi pro tempore, quo obligat.

Rebell.

14.

Sed maius dubium est, quanta temporis intercapedo, & quantum spatium illius inter peccata eiusdem speciei, vel furri, vel temperantia requiratur ad nouum numero peccatum faciendum, quando non præcessit noua & actualis retractatio prioris peccati, nouusque deinde consensus illius: sed tantum interruptum fuit per aliquod tempus, v. c. quia quis se distraxit dormiendo, aut loquendo de alia re, non aduertendo ad furtum, aut ad propositum occidendi, quod habebat: non enim quis semper est in peccato actuali; quanuis sit in habituali. Respondeo, necessarium esse, & requiri physicum quoddam spatium, & physicam temporis interruptionem arbitrio prudentis definiendam. Minorem quidem in peccatis momentaneis, v. c. in blasphemis, iniuriis, contumeliis, periuriis, & detractionibus, quam in successiuis, odij, amoris, &c. quo fit, vt in momentaneis requiratur aliquando intercapedo

intercapedo vnus quadrantis, aliquando minus: at verò in successiuis dimidiæ horæ plus, minusve: ac proinde, cum restitutio spectet ad peccata successiua, si intra istam dimidiæ horam repetas millies propositum non restituendis non censeberis de nouo peccare, modò non retractes illud per penitentiam, & iterum renoues redeundo ad idem propositum non restituendi. Ita docet Rebellus 1. part. lib. 2. quæst. 17. sect. 2. num. 9. & alij, quos citat, & Nauarrus in Manuali Latino cap. 6. num. 18. §. Inferitur 8.

Sed adhuc quæres, quot numero peccata committat ille, qui illicitis amoribus inuolutus sollicitat mulierem; sed non ponitur ea? Respondeo, toties peccare, quoties retractat actum, & voluntatem; & iterum ad eandem voluntatem redit. Deinde dico, toties peccare de nouo, quoties interrumpit eandem voluntatem cessando à prosecutione exteriori illius per aliquod spatium tem-

poris notabile, quod diximus esse dimidiæ horam plus minusve, & deinde eandem voluntatem continuat, ita quod si diem integrum, aut horam insumpserit cantilenis impudicis, vt mulieres alliceret, vel vt opportunitatem alloquendi illas quæreret, vel in componendis versibus, vt illas flesteret, quando hæc opera externa non interrumpuntur, vel per retractionem & penitentiam actus, vel per cessationem illius, vnum tantum peccatum est; licet tantò intensius, quantò diutius tempus durat, at verò, si huiusmodi actum interrumpas, vel per retractionem actus, & reditionem ad illum, vel dormiendo, & dando operam alijs negotiis, per dimidiæ horam, & iterum ad illum redeas, nouum numero peccatum committis necessariò confitendum, & toties quoties huiusmodi interruptiones: & retractiones dantur, toties nouum peccatum committitur. Ita Nauarrus, & Doctores citati.







## LIBER QVARTVS.

## De circumstantiis peccatorum necessariò in confessione explicandis.



CIRCUMSTANTIÆ etiam spectant ad integritatem confessionis: Illarum autem quædam sunt mutantes speciem peccati: quædam verò ipsum peccatum quædam verò ipsum peccatum intra eandem speciem aggrauantes; aliæ etiam minuentes; pertinentes aliæ; aliæ impertinentes dicuntur. Pertinentes ad confessionem, vel coincidunt cum mutantibus speciem peccati, vel cum aggrauantibus, vel cum minuentibus; & idèd, quod de illis, dixerimus, de pertinentibus etiam dictum maneat: impertinentes verò, v. c. furari die, vel nocte, mane, vel vespere: festo, vel profesto, nihil conducunt ad confessionem, & idèd respectu illius impertinentes dicuntur, & sunt. De his omnibus circumstantiis dilucidè agemus in hoc libro: & deinde discurremus per omnes circumstantias in particulari, necessariò confitendas; quia illarum notitia Confessario valdè est necessaria: est enim Confessarius Medicus, & Iudex pœnitentium; & tanquam Medicus, tenetur curare vulnera peccatorum; tanquam Iudex ferre sententiã: quomodo autem medicinam congruẽ Medicus applicabit nisi noticiam morbi habeat? quomodo etiam iustam sententiã feret Iudex ignorans circumstantiis delicti? Quamobrem, vt optimè notant Bruchardus lib. 19. cap. 5. & Bellarminus lib. 1. de pœn. c. 21. & lib. 4. c. 4. & 5. quemadmodum Iudex in foro externo, priusquam ferat sententiã, solerter, ac diligenter perpendit causam, & circumstantiam illius: sic oportet, vt Confessarius in foro interno idipsum agat, tanquam verus, ac legitimus Iudex illius fori.

Bruchard.  
Bellarm.

## CAPVT I.

Quid sit circumstantia; an necessariò sit confitenda: notantur aliqua scitu digna.

## S V M M A R I V M.

- Quid circumstantia. num. 1.  
Omnis circumstantia mala actum bonum, vel inasferentem reddit malum. num. 2.  
Circumstantia bona non reddit actum malum absolutè bonum; minuit tamen illius malitiam. ibid.  
Omnis circumstantia bona reddit actum bonum meliorem. num. 3.  
Circumstantia mala actum ex obiecto malum ita immutat, vt vel ei addat malitiam speciem mutantem, vel illam reddat aggrauantem magis, & minus. num. 4.  
Circumstantia moralis, quomodo mutet actum in ordine ad confessionem. num. 5.  
Quomodo intelligendum sit, quòd non omnes circumstantia mutant speciem necessariò sint confitenda. num. 6.

Qui duobus simul Sacerdotibus audiens confitetur, potest ab vno distinctè absolui, quin ei de nouo confiteatur. num. 7.  
Obliviscens in confessione alicuius circumstantie de necessitate confessionis, tenetur postea illam confiteri, & quomodo. num. 8.  
Quam ob causam circumstantie specie diuersa necessariò sint confitenda. num. 9.  
Qui falso putat, alicui præcepto esse adnexam excommunicationem, tenetur circumstantiam existimatam excommunicationis confiteri. num. 10.  
Vnde oriatur obligatio conscientie erronea, ibid. n. 10.  
Vide caput 5. num. 15. & sequentibus.

Circumstantia id est, quòd accidentaliter circumstant actum humanum principalem habentem iam speciem ex obiecto bono, vel malo. Circumstantiarum autem, absolutè loquendo, quædam bonæ, quædam malæ sunt: & quidem potest circumstantia mala circumstare actum bonum, & circumstantia bona actum malum ex suo obiecto, & genere: & similiter circumstantia bona circumstare actum bonum, illùmque reddere meliorem. Dico igitur sic.

Omnis circumstantia mala volita ab operante alicui actum bonum ex se, & obiecto suo, seu indifferenter, reddit illum actum malum: quia bonum non nisi ex integra causa; malum autem ex quocunque defectu, v. c. cum edis ad occidendum hominem fortius, esus est actus de se indifferens; sed peccatum sit mortale ex circumstantia homicidij iniusti. Similiter, cum Iudex iustè latronem publicum publicè suspendit; sed in loco sacro illum suspendit, vel ex odio: suspensio latronis est actus bonus ex se, & ex suo genere; quia est actus iustitiæ legalis: sed est peccatum mortale ob circumstantiam odij, vel sacrilegij, irreuerentiæque factæ loco sacro. Nulla autem circumstantia ex se bona, volita ab operante actum malum ex suo obiecto, reddit illum actum bonum simpliciter: quauis enim minuat malitiam actus, aliquando parum, aliquando multum; nunquam tamen ex obiecto reddit illum actum bonum; quia aliqui esset, & non esset bonus ex obiecto, quòd implicat: & similiter nunquam ita reddit illum actum bonum, vt excuset omninò à culpa mortali, vel veniali, iuxta gratuitatem, aut leuitatè materiæ ipsius actus: v. c. furaris ad dandam elemosynam pauperibus ordinariis: bonus finis dandi elemosynam, est circumstantia bona, & minuit malitiam actus malisid est, furari: non tamen tollit omninò illam. Dico, pauperibus ordinariis: quia accipere alienum ad succurrendum extremè egentibus, non est peccatum, vt supponimus ex materia elemosynæ.

Omnis circumstantia bona volita ab operante actum ex se, & ex obiecto bonum, reddit illum meliorem, & magis meritorium: v. c. ieiunare ad implendum præceptum Ecclesiæ, est actus bonus; ieiunare autem ad vincendam carnis tentationem, & ad implendum præceptum, est actus melior propter illam circumstantiam comprimendi appetitus carnis: item, dare elemosynam pauperi, est actus bonus.

bonus, & charitatis, dare autem Clerico pauperi, est actus melior, ratione circumstantiæ personæ, careris paribus.

Omnis autem circumstantia mala, volita ab operante alicui actum ex se malum immutat eum quoad malitiam aliquo ex his tribus modis primò, vel addendo aliquam malitiam specie distinctam à priori malitia manente in eodem actu: vt cum aliquis vult occidere Clericum, vel furari rem sacram, vel fornicari cum coniugata; occisio iniusta, & furtum sunt peccata contra iustitiam; fornicatio, est peccatum contra temperantiam? & tamen circumstantia rei sacra in furto, & personæ sacra in homicidio, & circumstantia matrimonij ac coniugij in fornicatione, manente priori malitia in actu furti, homicidij, & intemperantiæ, addit aliam malitiam specie distinctam, nempe, sacrilegij aduersus virtutem religionis ratione rei sacrae; & personæ sacrae, & malitiam adulterij in fornicatione cum coniugata, ratione matrimonij; quæ distinguitur specie à malitia intemperantiæ consoluta. Secundo, vel mutando priorem malitiam in aliam speciem grauiorem: vt quando solutus peccat semel cum soluta, iterum cum coniugata, iterum cum habente votum castitatis; in secundo, & tertio casu circumstantia matrimonij, & voti mutant peccatū intemperantiæ in alias species grauiores adulterij, & sacrilegij. Tertio, vel solum augendo priorem malitiam, aliquando parum, aliquando multum; semper tamen intra eandem speciem; vt, cum quis furatur semel decem, iterum quindecim, iterum mille: maior enim quantitas, respectu minoris, auget peccatum; & minor, respectu maioris, minuit; semper tamen intra eandem speciem furti.

Sed hæc speculatio circumstantiarum altiori digna fastigio est: nos verò hîc solum agimus de circumstantiis moralibus in ordine ad confessionem, quæ modo aliquo vel mutant speciem peccati, vel augent, vel minuunt notabiliter: quæ circumstantiæ morales in triplici sunt differentia, vt vidimus numero præcedenti: quædam enim mutant speciem vt cum sit homicidium iniustum in templo, vbi circumstantia loci sacri mutat homicidium in sacrilegium; aliæ augent, vel minuunt notabiliter; ita vt efficiant, vt id, quòd solum erat mortale, veniale fiat: vt, si quis in re leui alterius famæ, detrahat, aduertens tamen hîc, & nunc, magnum detrimentum inde proximo oriturum; & deinde, si quis acum pauperrimo sartori furetur; aduertens tamen, hîc, & nunc, non habere commodum alterius emendæ, sic inde illi otiri damnum ingens: aut è contrà, vt id, quòd ex se est mortale, fiat veniale, vel nullum omninò: vt, si quis alteri graue damnum inferat ex ignorantia leuiter, vel nullo modo culpabili. Et de his omnibus circumstantiis nobis agendum est in hoc libro.

Circumstantias mutant speciem peccati, & necessariò confitendas inclusit Nauar. in Manuali Lat. c. 6. n. 2. isto versiculo:

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quâdo. Notandum tamen est, primò, sæpè ex accidenti non esse necessariò omnes circumstantias, etiam mutant speciem peccati in confessione dicendas; nam, quando, v. c. pœnitens est Sacerdos, vel factis Ordinibus initiat; licet committat sacrilegium fornicando, ratione voti, quòd violat, sacris Ordinibus adnexi; tamen, si Confessor agnoscit optimè, illum esse Sacerdotè, aut sacris Ordinibus initiatum, non opus est dicere in confessione, se sacrilegium commississe, fornicando: sed satis est dicere, se fornicatum fuisse toties, vel toties, vt optimè notauit Soto in 4. d. 18. q. 2. art. 1. conclusione 7. in octauo argumento prope finem. Si item Confessor.

Soto.

P. Sioyph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

agnoscit illos pœnitentes, qui commiserunt aliquod peccatum distinctum specie à peccato aliorum hominum; non opus est id explicare: sufficit enim, quòd iam id cognoscatur à confessario: v. c. si pœnitens est Confessarius, & peccauit cum filia spiritualis confessionis; sufficit, si dicat, se peccatum commississe contra sextum; & non opus est explicare, cum filia confessionis, quando Confessor id iam sciebat: sicut enim non opus est explicare, se habere sacros Ordines, cum in Confessario notum est; ita non opus erit explicare circumstantiam filia confessionis quando id etiam notum est Confessario, vt patet ex Soto allegato.

Similiter, si quis sponte sua duobus simul Sacerdotibus confiteatur, & ab vno ei negetur absolutio; poteris ab altero absolui virtute prioris confessionis; si id sibi iustum visum fuerit: & non est opus iterum de nouo audire omnes circumstantias confessionis: virtute enim prædictæ confessionis, iam satis agnoscit statum pœnitentis. Ita docet Medina C. de confess. tract. 20. quæst. 8. quauis enim Paludanus, quem citat, neget, posse in eo casu ab alio absolui, ex eo fundamento, quòd Confessor sit Iudex, & Iudex non possit ferre sententiã ex confessione criminis facta coram alio Iudice; tamen id non obstat: quia, vt rectè notauit Medina, forum conscientie non debet per omnia assimilari foro iudiciali: & quia Iudex in foro contentioso obtinere potest sententiã ex actis preparatis ab alio Iudice: deinde, quia in foro interno requiritur confessio, & vt constat de statu pœnitentis, & de dolore, seu attritione illius; noticiam autem status satis habet Confessarius ratione precedentis confessionis, quam audit, si nullum aliud peccatum de nouo commisit: de dolore autem pœnitentis, & potuit constare tunc, & constabit nunc, si opus fuerit.

Norandum secundo, si quis oblitus fuit in confessione alicuius circumstantiæ ex his, quæ necessariò sunt confitenda, teneri postea, eam in confessione dicere, vel per se tantum, vel reuelando etiam peccatum, cuius erat circumstantia, quando sine illo colligi non potest, vt optimè docet Soar. tom. de pœn. it. disput. 21. sect. 2. num. 8. & Nauarrus, quem ibi citat: quia specialis malitia ipsius circumstantiæ, non fuit per se remissa, & absoluta; sed tantum per accidens: & idèd iterum debet subiici confessioni, vt per se remittatur. Enim verò generalis regula est, quoties aliquid est de se, & per se de necessitate, & integritate confessionis, si ex obliuione, aut ex causa legitima omittatur in vna confessione, in alia explicandum esse: v. c. ille, qui iurauit, vel vouit non furari; & post iuramentum, vel votum furatus est; si confessus est, se furtum fecisse, & ex obliuione in confessione non explicauit circumstantiam voti, aut iuramenti, non tenetur postea iterum confiteri peccatum furti: sed satis est dicere circumstantiam voti, aut iuramenti, dicendo, scilicet, se votum, aut iuramentum violasse, in materia illicita. Et præter Soarium allegatum ita docet etiam Sylu. verbo, Confessio, 1. q. 10. Si tamen Confessor interroget pœnitentem de materia voti, tenetur tunc, regulariter loquendo, materiam, & peccatum explicare, vt optimè docet ibi ipse Syluest. quia aliquando hoc oportet scire, vt sciat modum imponendæ restitutionis, & vt sciat, an ea quantitas sit eo tempore reseruata. Et idem docet etiam Angel. verbo, Interrogationes. & idem Soar. dicta disp. 21. Soarius. sect. 2. n. 8. quatenus ait, oportere etiam aliquando reuelare peccatum, quando circumstantia, sine illo bene ac sufficienter intelligi non potest.

Norandum tertio, non solum esse circumstantias diuersas specie necessariò confitendas, quando

FF 3 diuersa

diuersae speciei sunt propter nouam causam auersionis à Deo, & specialem repugnantiam cum ratione; sed etiam propter noua, & diuersa speciei precepta: nam, si eadem res diuersis preceptis, variarum speciei virtutum, prohibeatur; oportet etiam ea diuersa precepta explicare in confessione, cum diuersa speciei peccata constituentur. c. qui ieiunium simul precepti, & voti, & iuramenti fregit, tenetur explicare circumstantiam voti, & iuramenti, & precepti: nam ratione voti est sacrilegium contra virtutem religionis; ratione iuramenti, est peritium contra virtutem veracitatis; ratione precepti est peccatum intemperantiae, seu inobedientiae, constituentis actum intra virtutem temperantiae; sacrilegium autem, peritium, & intemperantia speciei distinguuntur, vt patet: sed de hoc agemus c. 5. n. 20. Item, si furtum, vel quodlibet aliud peccatum excommunicationem habet adnexam, tenetur poenitens explicare circumstantiam excommunicationis: quia est contra specialem virtutem obedientiae. Tota haec doctrina est Henrici lib. 2. de poenit. c. 7. n. 2. Nauar. in Summa Lat. c. 6. n. 3. fine. D. Thomae 1. 2. quaest. 18. artic. 1. r. & in 4. distinct. 16. quaest. 3. art. 2. quaestiu. 3. Couar. cap. Alma mater, part. 1. §. 7. num. 3. Palat. Rubei in cap. Per vestram, in principio textus, §. 1. 8. num. 18. Perez lib. 1. tit. 3. ordin. versu 9. quos omnes citat Henricus num. allegato ad marginem, littera L, & littera K: & est communis doctrina omnium, vt infra patebit.

Henr. Nauarr. D. Thom.

Couar. Palat. Perez.

10.

Similiter, qui falsò putauit alicui peccato adnexam esse excommunicationem; tenetur in confessione explicare circumstantiam ipsius excommunicationis existimatae; non quòd propter conscientiam erroneam, excommunicationem poenitens incurrit; re enim vera non incurrit, si non erat adnexa tali peccato, quantumvis ex conscientia erronea putaret adnexam esse: sed, quia conscientia erronea ad materiam, & peccatum ipsius precepti reducit, vt docet Henricus lib. 2. de poen. cap. 7. num. 2. fine. Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 1. cap. 1. r. n. 4. & 5. Valentia 1. 2. disp. 2. q. 14. puncto 4. quaest. 1. D. Thom. ibi. qu. 19. art. 5. ad 3. Medina eadem quaestione 19. art. 6. dub. 4. & ibi etiam Valquez disput. 9. cap. 3. num. 1. Caietan. in Summa, verbo, Conscientia. Nauar. praelud. 9. num. 9. Azor tom. 1. Inst. lib. 2. c. 8. quaest. 4. Salas 1. 2. q. 2. tract. 8. disp. vnica, sect. 3. num. 17. fine, & n. 32. Sayrus in clauis regia, lib. 1. c. 4. n. 15. & 19. oritur autem obligatio non operandi contra conscientiam erroneam ex principio naturali dictante malum esse fugiendum, & bonum amplectendum, atque ex precepto illius virtutis, contra quam id malum esse conscientia dicit, vt notat Sancius, Valentia in speciali allegatis locis; licet Salas aliter explicet. Item, si casus est referuatus sine excommunicatione, necessarium est explicanda circumstantia referuationis: non, quia ea referuatio inducat nouam speciem malitiam, distinctam à peccato; referuatio enim sine excommunicatione non inducit illam, cum sit tantum priuatio quaedam iurisdictionis ab absoluedum à tali peccato: & ideo tenetur poenitens explicare illam circumstantiam referuationis, non quia addat nouum peccatum, vt dixi; sed vt Confessarius aduertat, an habeat iurisdictionem in illum casum, iuxta Henricum allegatum, & iuxta Nauarum in Manuali Latino, cap. 6. num. 9. & Syluestrum verbo, Confessio, num. 1. quaestione 9.

Henric. Sanc. Valent. D. Thom. Medina. Valq. Caiet. Azor.

Salas. Sayr.

Henr. Nau. Sylu.

CAPVT II.

An circumstantiae mutantes speciem, notabiliter aggrauantes, & notabiliter minuentes, necessarium sunt confitenda; & quid de iis, quae notabiliter non aggrauant, nec minuum.

SVMMARIVM.

- De fide est, circumstantias mutantes speciem peccati esse necessario confitendas. num. 1. An hoc intelligatur de circumstantiis internis n. 2. Quid de mente Concilij Tridentini in hac re dicendum sit. num. 3. Satis est confiteri circumstantias diuersas speciei, quae communiter nota sunt: de reliquis rogabis Confessor num. 4. De fide est, esse etiam de necessitate confessionis illas circumstantias, quae de veniali faciunt mortale. n. 5. Virum notabiliter aggrauantes sunt de necessitate confessionis: referuntur opinio negans. n. 6. Ex eo sequitur primo, eum, qui commisit duo furta, alterum mille, alterum duorum mille, non teneri confiteri circumstantiam duorum mille. num. 7. Sequitur etiam, circumstantiam grauis persona, veluti Praelati, aut Episcopi, non esse necessario confitendam. num. 8. Refutatur, ac refertur opinio affirmans, circumstantias notabiliter aggrauantes in actibus internis non esse confitendas; esse vero in externis. num. 9. Statuitur tertia, & vera opinio docens, circumstantias notabiliter aggrauantes, necessario esse confitendas, à n. 10. vsque ad 12. Soluuntur argumenta prima opinionis. num. 12. Circumstantia minuentes an sit necessario confitenda. num. 13. Circumstantia, quae non minimum notabiliter peccatum, nec tollunt culpam mortalem, non sunt necessario confitenda. n. 14. & 15. Quomodo cognoscendum est, circumstantias ita notabiliter aggrauare peccatum, vt illas teneamur confiteri. num. 16. Et quid, quando aggrauatio sumitur ex intentione actuum. ibid.

Prima conclusio: Non solum peccata speciei distincta, sed etiam circumstantiae mutantes speciem peccati, necessarium sunt confitenda; etiam si huiusmodi peccata, & circumstantiae sint internae, in sola cogitatione consummatae per consensum. Haec est de fide, si loquamur de peccatis, & circumstantiis diuersae speciei, opere externo consummatas. Probat ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 5. & canone 7. vbi de fide definitur, circumstantias mutantes speciem esse de necessitate confessionis; & ita docet Soar. de poenit. disput. 22. sect. 2. num. 4. & 6. Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 4. conclusione 6. Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disput. 7. dub. 2. num. 8. Tolerus lib. 3. Summae, cap. 7. à num. 4. Henricus lib. 2. de poenit. cap. 7. §. 1. Nauar. in Manual. Lat. cap. 6. num. 3. Syluest. verbo, Confessio, 1. quaest. 9. num. 19. Azor tomo. 1. lib. 13. cap. 12. quaest. 6. ad finem. Frater Medina lib. 1. c. 9. §. 2. D. Thom. in 4. distinct. 19. quaest. 6. art. 2. quaestiu. 3. Probat primo: quia diuersae speciei circumstantiae efficiunt, ac trahunt peccatum ad diuersam speciem: diuersa autem speciei

Conc. Tr.

Soar. Sotus. Bellanus. Colet.

Henric. Nau. Sylu. Azor. Medina. D. Thom.

specie peccata necessario sunt confitenda. Secundò, quia Confessarius est Medicus, & Iudex poenitens; & tanquam Medicus necesse est, vt cognoscat vulnera peccatorum; & tanquam Iudex opus est, vt substantiam, ac naturam causae agnoscat: neque enim medicina curat vulnus, quod ignorat; nec Iudex ferre potest sententiam, ignorata causa. Terriò, quia peccata multiplicantur, non solum ratione actuum; sed etiam ratione circumstantiarum diuersarum specie: vt, si quis peccauit cum coniugata, quae votum castitatis coniugalis habet, duo peccata committit, necessario confitenda; alterum adulterij, ratione circumstantiae matrimonij; alterum sacrilegij, ratione circumstantiae voti: si quis tamen occidit Clericam, putans esse laicum; aut cognouit feminam, ignorans esse coniugatam, & bona fide putans esse solutam; satis est, si confiteatur, se hominem occidisse, & solutam cognouisse, tacendo circumstantiam Clerici, & circumstantiam coniugij: quia bona fides, & ignorantia excusant ab adulterio, & à sacrilegio; non tamen excusant à peccato absolute. Sed haec infra patebunt.

2.

Sotus.

Nauarr.

Henric.

4.

Si loquamur de solo peccato, & circumstantiis internis, (solo consensu consummato, sine executione operis; est certa, non est tamen de fide sub his verbis definita; ex alia tamen de fide deducitur, & secundariò de fide est. Huic parti, quòd non sit de fide expressè definita, si loquamur de sola circumstantia interna; fauet Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 4. quatenus ait, non esse necesse confiteri, virginitatis circumstantiam, quando ea, quae confiteretur, est virgo, si voluntas fornicandi non peruenit ad actum; secus quando peruenit: & Sotus citat Nauarum in Manuali Lat. cap. 6. num. 8. sed communiter reicitur: fauet etiam Henricus lib. 2. de poenit. cap. 7. num. 5. quatenus ait, in actibus merè internis, & peccatis, circumstantias aggrauantes probabile esse non esse confitendas; quantumvis ille num. 6. contrarium sequatur; secus in externis. Et verò, etiam si formalis malitia peccati consistat in solo actu interno; tamen ipse actus externus etiam necessario confitendus est: non enim ei, qui hominem occidit, sufficit dicere: Ego habui voluntatem efficacem occidendi, sed tenetur dicere, se de facto occidisse, vt est communis Doctorum sententia, & praxis Ecclesiae testatur. Et ratio est, primo, quia externus actus, prout coniungitur interno, est verum peccatum, & ferè semper mutat notabiliter statum peccati & peccatoris, & consequenter rationem huius iudicij; nam in proposito exemplo peccat quis solus, & solum per actum internum sibi nocet: at verò per actum externum nocet sibi, & aliis; manet enim obligatus ex homicidio ad restitutionem. In fornicatione etiam internus actus consummat peccatum in ratione offensionis diuinæ: externus autem inducit proximum ad peccandum, vel saltem peccato illius cooperatur. Secundò, quia ipsa consuetudo, & experientia externi actus paularim minuit, ac extenuat horrorem peccati, & addit facilitatem ad peccandum: quare huius cognitio necessaria est, vt in foro conscientiae, Confessarius, tanquam Iudex huius fori interni, aequam ferre possit sententiam: imò explicato sufficienter actu externo satis cognoscitur actus internus; quae omnes rationes sufficientes fortassis alicui videbuntur, vt cogitet, Concilium Tridentinum dicta sess. 14. cap. 5. & canone 7. tantum voluisse de fide definire, solum circumstantias externas mutantes speciem esse necessario confitendas.

1.

Verum, si consideremus mentem Concilij, etiam voluit definire, non solum circumstantias externas, sed etiam internas diuersas speciei necessario esse

in confessione explicandas, vt docet expressè Soar. Soarini. de poenit. disp. 22. sect. 2. num. 4. & Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disput. 7. dub. 1. num. 7. nam Concilium Trid. dicta sess. 14. cap. 5. de poenitentia ait: Verum, cum omnia mortalia, etiam cogitationis, confitenda sint, &c. Et quantumvis in canone 7. vbi rem de fide definiuit, loquatur absolute de mortalibus, & de circumstantiis mutantibus speciem peccati, & non addat illud verbum, etiam cogitationis; tamen doctrina canonis tota desumpta est ex hoc capite: vnde satis colligitur mens Concilij. Et hanc esse mentem Concilij, colligitur ex Nauarro in Summa Lat. cap. 6. num. 8. quatenus reprobat Sotum asserentem, circumstantiam virginitatis internam non esse necessario interrogandam, aut confitendam. Docem etiam id omnes Doctores, quatenus absolute affirmant, omnes circumstantias mutantes speciem peccati, esse de necessitate confessionis, & non distinguunt de circumstantiis internis, aut externis, quos videre poteris apud Henricum lib. 4. de poenitent. cap. 7. §. 6. Docet etiam omnes, qui disunt, eum, qui extra Ecclesiam existens, desiderat in Ecclesia furari, aut occidere, deliberato consensu teneri hanc circumstantiam loci sacri; quia mutat speciem, ratione sacrilegij, explicare: & hi sunt, Vivaldus in Cand. vbi de confess. num. 96. Nauar. cap. 6. num. 12. Sotus, in 4. distinct. 18. quaest. 2. artic. 4. Et ratio, ob quam Concilium definiuit, has circumstantias esse de necessitate confessionis, equè militat in circumstantiis internis, atque externis: ratio enim, quae ad hoc definiendum Concilium mouit, est, quia Confessarius est Iudex (vt exprimitur dicto cap. 5. sess. 14.) qui in causa poenitentis non potest aequam ferre sententiam absque manifestatione circumstantiae, quae mutat speciem peccati; quae quidem ratio aequè militat in omnibus circumstantiis internis, & externis. Praeterea peccatum externum, & internum, habent eandem malitiam participatam ab eodem obiecto: quamobrem videtur, eadem ratione de vno, atque de alio, necessario esse confitendum, vt definitum est de fide. Vide caput 3. num. 12.

Nauarr.

Henric.

Vivald. Nauarr. Sotus.

4.

Sed, quoniam difficultas est in dignoscendis peccatis, & circumstantiis diuersae speciei, adeò vt plerumque nec docti homines illas distinguere possint, sufficit confiteri eas, quae communiter notae sunt, vel per se, vel diuersitatem preceptorum, aut virtutum, quae notae sunt; & saepe non opus erit, quòd poenitentes dicant peccata, quae commiserunt, esse talis, vel talis speciei: sed satis erit actum clarè enarrare, prout factus est; quod facile peragere possunt: & deinde Confessor erit, iudicare, quale peccatum sit. Quòd si Confessarius distinctionem tunc ignorauerit, ipsi soli imputabitur ad culpam, si eius ignorantia fuerit crassa: nam, si accidat ob rei perplexitatem, poterit esse error inculpabilis; sed quacunque ratione id accidat, poenitens suae obligationi satisfecit. Ita docet Soarius de poenit. disput. 22. sect. 2. num. 5. & Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disput. 7. dub. 1. Bellanus, num. 7. conclus. 3.

5.

Secunda conclusio: Omnes etiam circumstantiae, quae de veniali faciunt mortale, ex grauitate obiecti intra eandem materiam necessarium sunt confitenda. Est certa, & vera, & à nemine negatur, imò est de fide definita à Concilio Trident. dicta sess. 14. cap. 5. & canone 7. nam cap. 5. ita ait: Verum, cum vniversa mortalia, etiam cogitationis, homines ira filios, & Dei inimicos reddunt, necessarium est, omnium etiam veniam cum aperta & veraciter confessione à Deo querere. Et paulò ante ita dixerat: Ex his colligitur, oportere à poenitentibus omnia peccata mortalia, FF 4 mortalia,

mortalia, etiam oculiſſimas in cōfeſſione recenſeri: nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, taceri circa culpam, multoſque aliis modis expiari poſſunt. Canone verò 7. ita habetur: *Si quis dixerit, in Sacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino omnia, & ſingula peccata mortalia conſiteri, etiam occulta, & circumſtantias, que peccati ſpeciem mutant; anathema ſit.* Ex quibus verbis patet, de fide eſſe, omnia mortalia neceſſario eſſe conſitenda: unde, ſi ex veniali fiat mortale, iam de fide eſt eſſe conſitendum. Ita docet Nauarr. cap. 6. num. 3. §. *Diximus ſpecialibus.* Henric. lib. 2. de pœnitent. cap. 7. num. 2. Vega lib. 14. in Trident. cap. 3. & lib. 16. cap. 11. Bellanus tomo 2. de Sacram. & cenſuris, diſput. 7. dub. 1. n. 10. Tolerus lib. 3. Summa, cap. 7. num. 3. §. *Primus*, num. 4. Soarius de pœnit. diſp. 22. ſect. 2. n. 7. ex antiquis docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 79. art. 9. ad 3. Alexander Aurcolus, Durandus in 4. diſtinct. 41. quæſt. 5. Bonau. in eodem 4. diſt. 21. quæſt. 1. Et fundamentum eſt, non quòd circumſtantia furti, v. g. magni, & mortalis, mutet ſpeciem peccati venialis in mortale, vt non bene exiſtimat Nauar. loco allegato; non enim huiusmodi paruum, & magnum, diuerſe ſunt ſpeciei, vt patet: ſemper enim manent huiusmodi furta intra eandem ſpeciem furti; ſed totalis ratio huius rei eſt, quia talia peccata venialia, licet in ratione mali moralis conueniant in ſpecie, v. c. furtum minimum, & furtum magnum; tamen in propria ratione peccati, ſeu offenſionis diuinæ, pluſquam ſpecie diſferunt, imò & analogice ſecundum D. Thomam, & Soarium, allegatis locis: peccatum autem primario pertinet ad conſeſſionem, quatenus offenſio Dei eſt; enim verò, quando de veniali culpa fit mortalis; grauaſur peccatum infinite ratione auerſionis à Deo, & offenſionis diuinæ.

6. Maior eſt difficultas, an circumſtantie non mutant ſpeciem peccati, ſed notabiliter aggrauant, atque augentur peccatum, intra eandem ſpeciem, neceſſario ſint conſitenda: qua de re tres ſunt opiniones. Prima docet, non eſſe de neceſſitate conſeſſionis; laudabile tamen eſſe, ſi pœnitentes illas in conſeſſione explicent, quanuis ad id non teneantur. Hanc tenent grauiſſimi Doctores, & Thomiſte ferè omnes: ita docet D. Thom. in 4. diſt. 16. q. 3. art. 2. quæſt. 5. Albertus Magnus, Durandus, Palatius, Adrianus, Carthusianus, quos omnes citat, non ramen ſequitur Soar. de pœnit. diſput. 22. ſect. 3. n. 3. docet etiam Medina C. de conſeſſ. tract. 2. q. 7. Palud. in 4. diſt. 16. quæſt. 3. art. 3. Bonau. ibi diſt. 17. quæſt. vltima. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 7. Sylu. verbo, *Conſeſſio*, 1. q. 9. Summa Conſeſſ. lib. 3. titulo 34. quæſt. 8. pertinaciter id docet Nau. in Summa Lat. cap. 6. num. 6. & in cap. *Conſideret*, de pœnit. diſt. 6. num. 6. Sancius lib. 7. de matrim. diſp. 27. n. 27. quanuis libro 2. Decalogi, cap. 32. num. 39. ſententiam mutare videatur, vbi contrariam opinionem, veriſſimam appellat. Corduba in Summa Hiſpanica, q. 3. Leonardus Leſſius tom. 1. de iuſt. lib. 4. de ſpeciebus luxuriæ, dub. 12. cap. 3. n. 8. Vaſquez de pœnit. quæſt. 91. art. 1. dub. 2. §. *Secunda ergo*, Viguerius in Summa cap. 16. §. 4. verſu 18. Almainus in 4. diſtinct. 17. q. 1. art. 2. §. *Nec ſolum peccata*. Exciſcit tamen Sylu. citatus, & Nau. in Manuali num. 9. & bene, modò circumſtantie aggrauant non ſit adnexa excommunicatio, aut referuatio; & modò non negetur ea circumſtantia notabiliter aggrauant, quam Conſeſſor interrogat, quæ ſileri non poteſt abſque periculo peccati: quando enim Conſeſſarius interrogat, iam debet eſſe ex magna cauſa ſupponente periculum peccati, cui vult obuiare. Probat hęc opinio, quæ eſt ſatis probabilis, primò ex Concilio Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.

Nauarr.  
Henric.  
Vegas  
Bellan.  
Toler.  
Soarius.  
D. Thom.  
Alexand.  
Aureol.  
Durand.  
Bonau.

D. Thom.

Soarius.  
Medina.  
Palud.  
Bonau.  
D. Anton.  
Sylueſt.  
Sum. Conf.  
Nauarr.  
Sanc.

Corduba.  
Leſſius.  
Vaſquez.

Conc. Tr.

& can. 7. vbi agit de circumſtantis neceſſario conſitendis, & definit de fide, mutantem ſpeciem neceſſario eſſe conſitendam, nihil dicendo de aggrauantibus notabiliter: cum verò Concilium doctrinaliter ibi loquatur, & omnia tradat, quæ neceſſaria ſunt ad veram & perfectam conſeſſionem faciendam, virtute negat neceſſario eſſe conſitendas ex obligatione diuini præcepti. Secundo, quia ſi hoc verum eſſet, tenerentur pœnitentes, qui maiora beneficia à Deo acceperunt, id declarare in cōfeſſione: quia hæc circumſtantia maiorum beneficiorum aggrauat notabiliter ingratitudinem peccati; quod nemo dicit, nec eſt in vſu. Tertio, quia eſt magna differentia inter circumſtantias aggrauantem, & mutantem ſpeciem peccati; nam, cum vnus peccatum mortale nunquam remittatur ſine aliis, & circumſtantie mutantem ſpeciem peccati, neceſſario efficiant noua numero peccata; inde eſt, quòd neceſſario ſint conſitenda: at verò circumſtantie aggrauantem non nouum numero peccatum efficiunt; ſed augent vnus, & idem, quod totum dicitur, ſi abſolute dicatur: quia explicatur circumſtantia illius aggrauantem notabiliter. Quarto, quia tam iure diuino, quam humano, ſolum tenemur conſiteri integrè ipſa peccata, & eorum circumſtantias mutantem ſpeciem: quod poteſt fieri omiſſis circumſtantis aggrauantibus notabiliter: aliis enim teneretur peccator, ſiue omnes circumſtantias aggrauantem, quod videtur nimis durum; adde, quòd nulla ſtatui poteſt regula certa, quando illæ circumſtantie tantum aggrauent, vt conſitenda ſint; & idè id nouos erit ſcrupulos iniicere conſcientiis timoratis: quomodo enim explicabunt pœnitentes magnam intentionem, & feruorem in peccando; cum tamen hæc circumſtantia ſapè multum aggrauet. Ita ſe habet iſta opinio, quæ, vt dixi, eſt ſatis probabilis.

7. Ex hac opinione ſequitur primò, illum, qui commiſit duo furta, alterum decem aureorum, alterum mille, non teneri conſiteri circumſtantiam mille aureorum, quantunus notabiliter aggrauet; quia non mutat ſpeciem peccati: & cum non mutet furtum magnum, & furtum paruum, intra quantitatem tamen mortalem, videtur reſpectu Dei, æquale eſſe peccatum: cum in ratione offenſionis diuinæ, & auerſionis à Deo, vterque latio ab eo infinite per peccatum mortale teneatur: reſpectu verò proximi vterque etiam teneatur ad reſtitutionem ſub lethali: & idè ſufficit dicere: Peccavi lethaliter in materia furti in conſuſo, vt in conſuſo ei imponatur reſtitutio. Nec ratione maioris pœnitentiæ imponenda pro maiori & grauiori peccato, videtur neceſſarium explicare illam circumſtantiam notabiliter aggrauatam; non enim pœnitentia, & ſatisfactio imponitur à Conſeſſario pro æqualitate rigorofa, ſed arbitrio Conſeſſarij; ad quod ſufficit illa conſuſa cognitio peccati mortalis: & quia præceptum ſatisfactionis ſpectat ad finem ſecundarium huius Sacramenti, qui eſt, ſatisfacere Deo pro pœnis peccatorum: non ſpectat autem ad finem primarium, qui eſt remiſſio peccatorum, & iuſtificatio peccatoris, qui ſatis comparatur per conſeſſionem furti in conſuſo, & per dolorem ipſius peccati. Ita ſe habet iſta ſequela; ſed dura ſequela, & quam plurimi ex Doctoribus huius opinionis non admittunt: neſcio tamen, quomodo illam non admitant ſuſtinendo ſuam opinionem, nimirum, circumſtantias notabiliter aggrauantem ipſum peccatum, non eſſe neceſſario conſitendam; nam, quod addunt, quæries circumſtantia ita notabiliter aggrauat, vt id, quod aggrauat, per ſe efficiat mortale, neceſſario eſſe conſitendum; v. c. ſi quantitatem peccati mortalis ſint quatuor regales, & quis furatur octo, re-

7.

Angel.

Nauar.  
Sanchez.

Conc. Tr.

Soarius.  
Alexand.  
Marſilius.  
Altiſiod.  
Gabriel.  
Scotus.  
Soarius.  
Angelus.  
Maior.

neri in conſeſſione dicere ſe furatum fuiſſe octo: quia quatuor regales ſufficiunt ad mortale; ſolum militat in furto, & non in aliis peccatis: & ſi iam admittunt, circumſtantias notabiliter aggrauantem aliquando eſſe conſitendas: quòd ſi aliquando: ergo & ſemper. Deinde videtur hoc liberè dictum: quia in ratione offenſionis diuinæ, & auerſionis à Deo, tantum auertitur à Deo, qui furatur quantitatem quatuor regalium, quantum, qui furatur octo, aut mille, cum vterque peccet mortaliter, & per mortale infinite Deum offendat, & à Deo auertatur: ſolum ergo qui furatur maiorem quantitatem, addit maiorem grauitatem in obiecto, & obligationem reſtitutionis; non verò maiorem malitiam, aut auerſionem à Deo, vt patet.

8. Inferitur ſecundo, ſi mulier, aut vir, conſiteretur habuiſſe copulam extra vas naturale, non eſſe inquirendum, in qua parte corporis: quia ſufficit habere cognitionem huius peccati contra naturam, & non oportet illas circumſtantias omnes perſpicere: Ita Angelus verb. *Inuerrigationes*, initio: & quia maior cognitio poteſt afferre nocumentum magnum Conſeſſorij. Inferitur tertio, quanuis circumſtantie perſonæ aliquando peccatum aggrauent notabiliter, cæteris paribus; pluſ enim peccat Episcopos, quam ſubditus, & Prælati Religionis, quam quilibet particularis Religioſus, & literatus homo, quam rudis, & illiteratus & Sacerdos, quam inſitatus ſacris Ordinibus; tamen hæc circumſtantias non eſſe neceſſario cōſitendas: quia, eſſi augeant notabiliter, non tamen mutant ſpeciem peccati, neque illud faciunt de veniali mortale. Ita Nauar. in Manuali Latino, cap. 6. num. 13. & Sancius lib. 7. de matrimonio, diſput. 27. num. 33. & facit pro hac re caput præcipuè 11. quæſt. 3. & cap. *Sicut dignum*, de homicidio, & cap. *Cappellanus*, diſtinct. 37. Intelligendi tamen ſunt Doctores iſti, modò fornicatio illa, aut peccatum Episcopos, vel Prælati Religionis non ſit aded publicum, vt pariat ſcandalum: tunc enim aduerſus ſpeciale officij obligationem peccant: quia tenentur paſcere ſubditos verbo, & exemplo; & idè illa ſpecialis malitia contra officij obligationem, ſi ſit publica, neceſſario eſt conſitenda: ex his exemplis conſiice alia.

9. Secunda opinio docet, in actibus merè internis huiusmodi circumſtantias non eſſe cōſitendas, ſecus in externis. Et hanc probabilis putat Henric. lib. 2. de pœnit. cap. 7. n. 5. quanuis ille num. 6. ſententiam quam num. 10. explicabimus, ſequatur. Et ratio Henrici eſt: quia peccata merè interna proximo non nocent. Verum hæc opinio ſponte ſua ruit, & eam ſuprà num. 3. ſatis iam reſutauimus: peccata enim interna ſunt eiuldem ſpeciei cum peccatis externis, & eandem malitiam participant ab obiectis. Præterea Concilium Tridentinum ſeſſ. 15. de pœnitent. cap. 5. aperte dicit, etiam peccata interna, & cogitationis eſſe conſitenda: & idè amplius non immoror in hac opinione, quam credo omninò improbabilem, & minimè ſequendam, quicquid dicat Henricus probabilem eſſe.

10. Tertia opinio docet, circumſtantias notabiliter aggrauantem peccatum, intra eandem ſpeciem, neceſſario ſub mortali eſſe conſitendas, & aliter nec validam, nec licitam fieri conſeſſionem. Hęc eſt communior hoc tempore, & eam puto veriorē cæteris. Eam docet Soarius de pœnitent. tomo 4. diſputat. 22. ſect. 3. num. 5. Alexander, Marſilius, Altiſiodoreſis, Gabriel, Scotus, omnes citati à Soario: tenet etiam Angelus verbo, *Inuerrigationes*, initio. Maior in 4. diſtinct. 17. quæſt. 4. Caietanus in Summa, verbo, *Conſeſſio*, cond. 15. Victotia in Summa, num. 139. Canus

in reſeſtione de pœnitent. parte 5. Sotus in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 4. conſeſſ. 7. Catechiſmus Viſtoria, Romanus Pij V. 1. part. 2. cap. 5. num. 41. Bellanus tomo 2. de Sacramento & cenſuris, diſput. 7. Sotus dubitat. 3. num. 11. §. *Secunda ſententia*. Caniſius Caſet. Reg. 2. parte Catechiſmi, cap. 5. de conſeſſione, quæſt. Bellanus. 41. Frater Medina lib. 1. Inſtructorij, cap. 9. §. 1. Caniſius Medina. Henricus lib. 2. de pœnit. cap. 7. num. 6. ad max. ginem, littera V, vbi citat multos: Ledefma 2. Henric. part. 4. quæſt. 8. art. 4. dubit. 5. Petrus Soto lect. Ledefma. 9. de Conſeſſione, inclinat Sylueſt. verbo, *Conſeſſio*, 1. quæſt. 9. num. 10. fine. Facit pro hac opinione caput, *Conſideret*, de pœnitent. diſtinct. 5. & ſexta Synodus in Trullo, canone vltimo: imò ait Sotus allegatus, quòd ſi D. Thomas ſenior dictaſſet materiam de pœnitentia, mutaret ſententiam: quia quantitas furti longè maioris grauat infinite. Et ſane ex eo principio, meo iudicio, non mutaret: quia D. Thom. 1. 2. quæſt. 88. artic. 5. & 2. 2. quæſt. 110. artic. 4. ad quintum, generaliter negat, circumſtantiam notabiliter aggrauantem augere peccatum infinite, niſi mutet ſpeciem: quare furtum ratione quantitatis maioris additæ furto minori, mortali tamen, malitiam quidem addit ex parte obiecti; non autem addit peccatum in ratione offenſionis diuinæ, & auerſionis à Deo, cum iam per furtum mortale, quanuis minus, Deus infinite ſit offenſus, & peccator infinite à Deo auerſus, & ad creaturam conuerſus.

Probat hęc opinio primò ex vſu fidelium: quia omnes fideles timorari ita hoc modo conſiteri ſolent, & conſcientiis non acquieſcunt, quoadſque omnes circumſtantias notabiliter aggrauantem explicent in conſeſſione: quòd ſignum eſt, hoc dictante conſcientia, ex iure naturali procedere. Secundo probatur ex euidenti ratione: quomodo enim illic ſatisfaciet integritati conſeſſionis, qui præcipuam grauitatem peccati tacet? grauitas enim multum variat iudicium Conſeſſoris intra eandem ſpeciem: nam quodlibet peccatum, in diuerſa ſpecie leuius, minus variat iudicium Conſeſſoris, & minorem malitiam habet, quam peccatum grauiſſimum in eadem ſpecie: quis enim non dicit, grauius peccatum eſſe, furari mille aureos à mercatore, quam vnus calicem de Eccleſia? cum tamen in ſua ſpecie, cæteris paribus, grauius ſit peccatum ſacrilegij, quam furti ſimplicis: tamen quantitas magni furti tantum aggrauat, vt iſtud peccatum grauius faciat peccato ſacrilegij: tenetur ergo quis circumſtantiam notabiliter aggrauantem conſiteri. Tertio probatur: quia, qui infamat alium, aut falſa dicendo, aut vera, ſed occultata; tenetur hanc circumſtantiam falſitatis, & occultationis declarare: & tamen peccatum erat eiuldem ſpeciei, nempe, detractioſis: nemo enim dicit, illam circumſtantiam falſitatis notabiliter aggrauantem, non eſſe conſitendam neceſſario: quanuis enim aliqui dicant; peccatum mendacij ſpecie diſferre à peccato detractioſis, quia mendacium ſpecie diſferre ab infamia; non animaduertunt tamen, mendacium in infamia, fieri detractioſis mendacem, ac proinde manere peccatum intra ſpeciem detractioſis. Quarto probatur: quia frangere ieiunium edendo carnes, peccatum eſt eiuldem ſpeciei cum illo; quo frangitur ieiunium edendo alio cibos: & tamen circumſtantia illa carniū, ſi præceptum ieiunium coincidat cum ſexta faria, aut in Quadrageſima, ſine dubio eſt neceſſario conſitenda, quia multum aggrauat. Idem dicendum eſt de illo: qui vult mutulare, & occidere: tenetur enim explicare circumſtantiam occiſionis; quia multum aggrauat peccatum intra homicidium: & qui plures homines

11.

inreſ.



interfecit, tenetur etiam circumstantiam plurium dicere; alioquin enim nec circumstantia Religionis, ac professionis, nec circumstantia virginitatis, & consanguinitatis, ac affinitatis explicandæ erunt, cum tamen sint notabiliter aggrauantes. Quinto probatur: quia ex mente Concilij Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7. necessarium hoc colligitur: nam Concilium dicto cap. 5. rationes affert, quibus probat, ad congruum iudicium ferendum, & medicinam applicandam, totam malitiam peccati integrè confitendam esse cum numero peccatorum: hinc enim est, quod pro diuersis peccatis eiusdem speciei grauioribus, grauiores imponuntur pœnitentiæ, vt docet Bellarm. lib. 1. de pœnitent. cap. 21. num. 6. & lib. 4. cap. 4. & 5. qui etiam nostram opinionem tenet. Sic etiam Iudex in foro externo ad perficiendam, & ferendam sententiam perpendit circumstantias omnes minuentes, aut aggrauantes causam notabiliter: aliter iniustus, erit, & contra rationem, & obligationem officij faciet.

Conc. Trid.

Bellarm.

12.

Restat modò soluere argumenta primæ opinionis numero sexto explicatæ. Ad primum dico, Concilium solum meminisse exprisè circumstantiarum mutantium speciem peccati: quia noluit sententiam circumstantiarum notabiliter aggrauantium, satis inter Doctores controuersam, definire: simpliciter tamen, dicta sess. 14. cap. 5. satis ostendit, alias etiam circumstantias notabiliter aggrauantes necessarium esse confitendas, vt Confessarius, tanquam Iudex, æquàm possit ferre sententiam. Ad secundum respondeo, circumstantiam maiorem beneficiorum non multum augere peccatum, nec variare iudicium Confessoris, nisi sit in persona sanctissima, & idèd non esse necessarium in confessione explicandam. Ad tertium dico, facilius posse cognosci circumstantias notabiliter aggrauantes speciem peccati, quam circumstantias mutantis speciem illius. Ad quartum respondeo, ius humanum nihil statuere circa integritatem confessionis; sed solum declarauit aliquando, quam integritatem in confessionibus ius diuinum requirat, explicatum per Concilium Tridentinum: ius autem diuinum, per Concilium Tridentinum explicatum, solum requirit integritatem, quæ sufficiat, vt Confessorius possit iudicare de criminum grauitate, & de peccatoris statu: ad hoc autem sæpè magis necessarium est explicare circumstantias aggrauantes, quam mutantis speciem; quia furari semel centum milla aureorum longè grauius est, quam bis furari vnum aureum.

13.

Tertia conclusio: Circumstantiæ minuentes in duplici sunt differentiæ: vel enim ita minuunt peccatum, vt speciem illius mutent: vel ita minuunt intra eandem speciem, vt de mortali faciant veniale. Illæ, quæ minuunt, murando speciem, & quæ de mortali faciunt veniale, necessarium sunt confitendæ. Est certa, imò de fide. Patet ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 7. docet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 22. sect. 3. num. 15. Nauarrus cap. 6. num. 3. & 5. sine. Henricus lib. 2. de pœnitent. cap. 7. §. 1. ad marginem, littera B. Sotus in 4. distinctione 18. quæstione 2. artic. 4. Victoria de confessione, §. 162. & omnes, quos citauit in secunda conclusione, num. 5. Et probatur: quia, si circumstantiæ, quæ de veniali faciunt mortale, necessarium sunt confitendæ, vt dicto num. 5. docuimus: ita circumstantiæ, quæ ita minuunt peccatum, vt tollant omnem malitiam, aut speciem ipsius malitiæ, mutant in actum iustum, & rationabilem, necessarium erunt in confessione apeririendæ. Exemplis res clara fiet. Quatuor modis potest contingere hæc mutatio speciei ex circumstantiis minuentibus. Primò, si quis occidat ho-

Conc. Trid.  
Soarius.  
Nauarr.  
Henric.Sotus.  
Victor.

minem in suam iustam defensionem, seruato modèderamine inculpatae tutelæ: & tunc vel potest tacere pœnitens huiusmodi homicidium, si certus est, se prædictum moderamen non excessisse; vel, si illud voluerit confiteri, tenetur dicere in confessione hanc circumstantiam minuentem; quia ita minuit, vt mutet speciem actus in actum bonum: si enim hanc circumstantiam iustæ defensionis in confessione non declarauerit, poterit Confessarius existima, illum peccatum mortale commississe, cum tamen reuera commissum non sit. Secundò, si circumstantia est talis, vt ex mortali faciat veniale, etiam necessarium declaranda est: v. c. si peccatum fuit commissum ex motu primo, & ex subreptione animi, absque plena deliberatione; aut, si cui inter dormiendum semisomno, & nulla præcedente, nec subsequente mala cogitatione, pollutus contingat. Tertio, si circumstantia mortalitatis tollat vnam malitiam mortalem, & aliam relinquat, necessarium in confessione explicanda erit pœnitenti illa circumstantia tollens prædictam malitiam, si illam voluerit confiteri: poterit tamen tacere, si illam in confessione explicare noluerit: v. c. si quis occidat Clericum, aut parentem; ignorans esse Clericum, au parentem; aut cognouit feminam coniugatam, putans esse solutam; aut confanguineam, vel affinem, ignorans esse cognatam, vel affinem; satis erit confiteri, quod hominem occiderit, aut cognouerit solutam: nam, si voluerit explicare circumstantiam sacrilegij, adulterij, incestus, aut affinitatis, tenetur explicare circumstantiam ignorantiam; quia huiusmodi circumstantia tollit vnam malitiam, & relinquit aliam: tollit enim malitiam sacrilegij, adulterij, incestus, & affinitatis, & relinquit malitiam intemperantiæ. Ita prædicti Doctores hoc numero allegati. Quarto, si homo intendat occidere bonum alicuius hominis, & per ignorantiam inculpabilem occidat dominum illius; tenetur explicare istam circumstantiam minuentem: quia tunc non est homicidium formale, sed furtum, aut damnium; & vnusquisque tenetur confiteri id, quod fecit; non autem quod non fecit: potest tamen dici homicidium materiale: sed hæc materialitas nihil pertinet ad confessionem: nam, si huiusmodi circumstantiæ taceantur, decipitur Confessarius in re graui, & mortaliter loquendo, falsum dicitur. Nec obstat dicere, huiusmodi pœnitentem non intendere Confessarium decipere: quia tenetur ipse pœnitens ex diuino præcepto integritatis confessionis, ita clarè, ac distinctè loqui, vt nullam præbeat occasionem deceptionis in re tam graui, vt optimè aduertit Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 22. sect. 3. num. 15.

Quarta conclusio: Illæ circumstantiæ, quæ non ita notabiliter minuunt peccatum intra eandem speciem, nec tollunt culpam mortalem, non sunt necessarium confitendæ. Ita docet Nauarrus cap. 6. Nauarr. num. 5. Henricus lib. 2. de pœnitent. cap. 7. num. 3. Henricus Soarius citatus num. 16. D. Bonauentura in 4. Soarius. distinct. 17. quæst. vltima. Bellanus tomo 2. decem. Bonau. sur. & Sacrament. disputat. 7. dubitat. 3. num. 16. Bellan. §. Secunda conclusio, sine: Canus part. 5. fol. 78. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 2. artic. 4. Paludan. Canus. in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. 3. Syluest. verbo, Sotus. Confessio, 1. §. 9. Ledesma 2. part. 4. quæst. 8. art. 4. Palud. dubitat. 3. Alexander 4. part. quæst. 18. aliàs 77. Syluest. m. 4. artic. 3. §. 2. Turrecremata cap. 1. de pœnitent. distinct. 5. in initio, numero 13. Frater Medina. Alexand. na lib. 1. cap. 9. §. 1. Victoria §. 175. Hi omnes Turrecrem. docent, circumstantiam, quæ minuit, ac exrenuat mortale intra eandem speciem, non tamen tollit rationem

rationem culpæ mortalis, posse quidem inculpate relinqui, & non teneri pœnitentes illam in confessione exprimere, dummodo à Confessario rogati, nullum mendacium committant. Probatur: quia non tenetur pœnitens dicere, se peccasse; quia fuit prouocatus à femina: aut acceptasse duellum ab eadem prouocationem: item, non tenetur dicere, se à parato petiisse vsuras, quia huiusmodi circumstantiæ, licet aliquo modo minuunt, non tamen ita minuunt, vt tollant rationem peccati mortalis, ac malitiam illius. Hæc exempla, & alia huiusmodi inuenies apud Henricum, & Soarium, & Sotum locis allegatis. Vnde patet, non bene docuisse Nauarrum in cap. Consideret. de pœnitent. distinct. 1. non posse pœnitentem licitè dicere, ac explicare huiusmodi circumstantiam minuentem, si velit: sed teneri tacere illam. Fundamentum illius erat: quia Sacramentum pœnitentiæ, est Sacramentum accusationis, & non excusationis: fieret autem Sacramentum excusationis, si pœnitens posset licitè huiusmodi circumstantias excusantes, non tamen tollentes malitiam peccati mortalis, in confessione dicere. Sed iam ipse Nauarrus se retractauit in loco allegato Summæ, quam post commentationem huius capituli, scripsit. Et fundamentum illius non erat ita firmum: quia etiam dicendo illam circumstantiam minuentem, poterit pœnitens dolere de peccato, & sese magno & intenso dolore accusare de illo.

15.

Sed rogabis, vtùm teneantur pœnitentes dicere in confessione circumstantias notabiliter minuentes peccatum mortale: sicut enim tenentur dicere circumstantias notabiliter aggrauantes, vt probauimus num. 10. ita videtur dicendum esse, teneri eos dicere circumstantias notabiliter minuentes. Cui quæstioni ergo respondeo, rarissimè inueniri posse circumstantias minuentes peccatum, quæ vel non ita minuunt, vt tollant omnino omnem malitiam illius, vel de mortali faciant veniale, vel tollant vnam malitiam, & relinquant aliam, vt probauimus, & vidimus in exemplis allatis num. 13. & hæc quidem necessarium sunt confitendæ, vt ibi probauimus: & idèd cessat quæstio: si tamen aliquæ inueniantur circumstantiæ, quæ peccatum mortale notabiliter minuunt intra eandem materiam mortalem; dico, mihi videri, teneri pœnitentes illas explicare: sicut enim tenentur confiteri circumstantias notabiliter aggrauantes peccatum mortale, vt satis probauimus num. 10. intra eandem speciem, & materiam peccati mortalis: ita etiam tenentur in confessione explicare circumstantias notabiliter minuentes intra eandem materiam mortalem, cum par sit vtrobique ratio: & idèd rationes, quas ibi fecimus, hæc applicandæ sunt: æquè enim militant vtrobique.

16.

Sed quomodo, dices, cognoscemus circumstantias ita notabiliter aggrauare peccatum, vt illas teneamur confiteri? Et de hac re duæ sunt opiniones. Prima docet, quoties circumstantia addit talem malitiam, vt illa malitia superaddita, in se sumpta, peccatum sit lethale; ita esse aggrauantem, vt necessarium sit confitenda. Hanc docet Soarius statim allegandus, & Sotus in 4. distinct. 16. quæst. 1. art. 4. & Canus, & Medina statim allegandi: v. c. si materia furti lethalis, sint duo aurei, qui furatur quatuor, tenetur istam circumstantiam, aggrauantem furtum, confiteri. Item, si quis habeat voluntatem occidendi duos homines, tenetur explicare numerum duorum, quia vnus occisio sufficit ad mortale. Quæ planè regula certa est in materia de furto, & homicidio: in aliis verò est difficillima: & idèd, vt docet Soarius tomo

Soar.  
Sotus.

Soar.

4. de pœnit. disput. 22. sect. 3. num. 17. totum hoc negotium prudentis arbitrio relinquatur. Secunda opinio docet, priorem sententiam esse veram, quando grauitas peccati pendet ex grauitate materiæ, circa quam versatur, vt in exemplis allatis: secus verò, quando grauitas peccati sumitur ex duratione, vel intentione actus interni, vel externi: & certè in huiusmodi actibus nulla alia regula certior præscribi potest, quam quod tunc solum pœnitentes teneantur huiusmodi circumstantias confiteri, quando, notabiliter excesserunt communem modum operandi: vt, v. c. si aliquor horis continuis fuerunt in aliqua delectatione turpi interna, vel externa. Ita docet Soarius disputat. 22. sect. 2. n. Soar. 17. & Egidius Bellanus, seu Coninck tomo 2. Coninck. de Sacram. & censuris, disp. 7. dubio 3. num. 14. Henric. Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 7. num. 6. Medina lib. 1. cap. 9. §. 2. idèd hæc in re, sicut & in cæteris, maximè consulenda est conscientia ipsorum pœnitentium. Addit tamen, & bene, Bellanus, non debere multum ipsos Confessarios, huiusmodi circumstantias interrogare, quando pœnitentes eas non confitentur: quia hoc satis indicat, eos non esse confcios, se communem modum operandi, ac peccandi excessisse; quoties enim his communis modus non exceditur, paulò maior, aut minor duratio non est confitenda: iam verò circumstantia maioris, vel minoris intentionis, & durationis actus interni moralis, tunc solum explicanda est in confessione, quando causat in ipso actu externo extraordinarium operandi modum: vt si quis occisum inimicum adhuc ad odij saturitatem multoties vulneribus confoderet, minutatim concideret, pelle exueret, aut similem crudelitatis actum in eum exerceret; aut quando interius causat desiderium hæc exterius faciendi, vt optimè Soarius, & Coninck adnotarunt locis allegatis, quorum doctrina probata est, & omnino sequenda.

## CAPVT III.

*Agitur in particulari de circumstantiis, quæ necessarium sunt confitendæ; de circumstantia virginitatis; officij, Ordinis, status religiosi, incestus, adulterij, filie spiritualis, filie Baptismi, & Confirmationis, & de circumstantia raptus: explicatur circumstantia, Quis.*

## SVMMARIVM.

*Quid significet particula, Quis. num. 1. & 2. Circumstantia duplicationis adulterij, quando vterque peccans est coniugatus est, de necessitate confessionis. num. 2. Et remissio ad num. 18. Quid de circumstantia officij publici. num. 2. An circumstantia persona habentis maiores Ordines sacros sacerdotij respectu diaconatus, & diaconatus respectu subdiaconatus, sit de necessitate confessionis. num. 3. An Sacerdos Religiosus professus teneatur circumstantiam vtriusque voti castitatis, Ordinis, & professionis explicare: refertur opinio negans. num. 4. Statuitur affirmans. num. 5. An Monialis professio satisfaciatur dicendo, se peccasse contra votum castitatis, an opus sit circumstantiæ professionis explicare. Sacerdos.*

*Sacerdos secularis habens sacros Ordines, non satisfacit dicendo, se habere votum castitatis; sed oportet dicere circumstantiam sacrorum Ordinum.* num. 7.  
*Episcopus iam consecratus an teneatur explicare circumstantiam consecrationis.* num. 8.  
*Religiosus Societatis IESV non professus, an teneatur explicare circumstantiam status religiosi.* num. 9.  
*An votum simplex castitatis habens in saeculo, postea factus Religiosus teneatur explicare circumstantiam professionis.* num. 10.  
*Quid, si post professionem votum simplex castitatis emisit.* num. 11.  
*Circumstantia cogitationis an necessario sit explicanda remissive ad caput. 2. num. 2. & hic.* num. 12.  
*An in viris prima amissio castitatis necessario sit explicanda.* num. 12.  
*An circumstantia stupri, & prima amissionis virginitatis in femina necessario sit explicanda, etiamsi ultra se tradat.* num. 13.  
*Proponitur sententia affirmans.* ibid.  
*Proponitur sententia id affirmans si virgo sit sub potestate patris, tutoris, aut curatoris.* num. 14.  
*Proponitur opinio negans.* num. 15.  
*Iudicium Auctoris.* num. 16.  
 17.  
 Caetera inuenies in Summario sequenti.

1. **S**uperius cap. 1. apposuimus versiculum in quo continebantur circumstantiae mutantes speciem peccati, quas in confessione tenemur sub lethali explicare: & de huiusmodi circumstantiis, atque de notabiliter aggravantibus, & minuentibus egimus duobus capitibus praecedentibus, veluti in communi. Nunc autem, ut res clarior euadat, oportet agere de singulis circumstantiis sigillatim, ut Confessatij in promptu eas habeant ad dirigendos poenitentes. Sunt autem circumstantiae mutantes speciem peccati septem contentae hoc versiculo:

*Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.*

2. *Quis*, id est, persona peccans, mas, vel femina, ut quod peccans in sexto sit Religiosus, Sacerdos, vel votum simplex castitatis habens, aut iurauerit seruire castitatem, vel non fornicari: item, quod sit persona consanguinea, affinis, coniugata, aut sit filia confessionis, seu spiritualis: item, quod sit persona corrupta, vel florem virginitatis habens; & quod sit persona publica, veluti Episcopus, Praelatus Religionis, aut Iudex, si peccat in septimo, aut ex officio non impediatur furtum alienum, si commodè possit: denotat enim illa particula. *Quis*, conditionem, & qualitatem, & gradum personae peccantis: nam, si sit persona habens sacros Ordines, vel votum castitatis simplex, vel solenne, aut coniugata, tenetur explicare huiusmodi circumstantias: quia, si votum castitatis habeat simplex, vel solenne, aut coniugata sit, transfert actum in sacrilegium, & adulterium, qui antea solum erat fornicatio simplex, & sic mutat speciem peccati: si sit persona ad quam ex officio pertinet regimen Reipubl. veluti Iudex, Praetor, & c. tenetur etiam explicare eam circumstantiam, quando non occurrat latrocinium, & reipub. incommodis, cum possit: quia transfert actum in materiam iustitiae, qui in aliis personis particularibus, non obuentibus huiusmodi latrocinium, erat contra charitatem Est communis haec doctrina. Ita docet Nauarrus in Summa Latina, cap. 25. num. 108. & cap. 6. à num. 5. Azor lib. 1. 3. tom. 1. cap. 22. quaest. 6. ad finem. Soarius de poenit. tom. 4. disput. 12. sect. 4. num. 5. Henricus lib. 2. de poenitent. cap. 6. num. 3. Frater Medina lib. 1. cap. 9. §. 2. & alij omnes, quos citauimus

Circumstantia Iudicis seu officij.

Nauarr. Azor. Soar. Henr. Medil.

in cap. praecedenti, num. 1. Idem dicendum est, si duplicatae sint circumstantiae: nam etiam haec duplicatio necessarid explicanda erit in confessione, ut cum femina, quae simul est virgo, & votum habet, aut coniugata cum coniugata, Monialis cum Monacho. Vide n. 17. An autem Iudex, aut Praetor, vel alia persona publica conducta à Rege, vel à Republica, ad conseruandam, vel gubernandam ipsam Rempubl. furto capiens res alienas, quas tamen tenetur ex officio custodire, tenetur explicare hanc circumstantiam ministerij sui, & officij, est dubium. Medina C. de confessione, fol. 53. col. 3. & Frater Medina lib. 1. cap. 9. §. 2. existimant, teneri non, quia circumstantia officij publici in hoc casu mutet speciem peccati: nam huiusmodi furtum, & in Iudice, & in qualibet alia persona particulari est contra iustitiam, & eiusdem speciei: sed quia notabiliter aggravat peccatum. Henricus tamen lib. 1. de poenitent. cap. 6. §. 3. ad marginem, littera O, & Palatius in 4. distinct. 16. quaest. 3. existimant, secluso scandalo, non teneri; quia tenetur ea circumstantia publici officij non multum aggravat peccatum intra eandem speciem. Ego sententiae Henrici, & Palatij adhaereo: sicut enim ille qui plura vota habet, & pluras scripturas facit de eadem re; non tenetur hanc circumstantiam plurius obligationum confiteri, si promissionem infringat, quia sunt eiusdem speciei, nec vna multum aggravat alias: ita, quauis in Iudice concurrant duae obligationes iustitiae non furandi, altera ratione officij, altera ratione furti: tamen, cum huiusmodi obligationes sint eiusdem speciei, & ad idem obligent, nec multum aggravat peccatum intra eandem speciem, non est necessarid confitenda pluralitas obligationum, sicut nec pluralitas scripturarum, aut votorum. Sed de hoc necessarid redibit sermo num. 4.

Sed, quid dicendum est, si persona sacra sacris Ordinibus initiata sit magis, vel minus sacra, non ratione sacrorum Ordinum, sed ratione diuini Officij, & ministerij veluti si sit Sacerdos respectu Diaconi, & Subdiaconi; & si sit Diaconus, respectu Subdiaconi, teneturne explicare circumstantiam maioris, seu excellentioris officij, si peccet contra sextum: Respondeo negatiue: omnes enim satisfaciunt dicendo, se habere sacros Ordines, Ratio est, quia, quauis Ordines sacri habeant suos gradus sacerdotij, diaconatus, & subdiaconatus; huiusmodi tamen ordines aequè sunt sacri, & pares in sanctitate; & quauis huiusmodi personae sint inaequales ratione officij, & ministerij; aequales tamen sunt ratione Ordinum. Circumstantiae autem, & solennitas istorum officiorum, nec variant speciem peccati, nec notabiliter aggravant, & solum circumstantiae mutantes speciem peccati, aut notabiliter aggravantes, sunt necessarid confitendae. Ita docet Petrus Ledesma de Sacrament. vbi de Sacrament. poenit. c. 17. n. 1. & 2. Henricus lib. 2. de poenitent. cap. 5. n. 6. initio, ad marginem, littera G. Medina lib. 1. cap. 14. §. 18. & Soar. lib. 7. de iustit. q. 2. art. 5. ad primum, & Palud. in 4. dist. 26. quaest. 2. art. 1. n. 14. & Sanc. lib. 7. de matr. disp. 27. n. 31. omnes enim huiusmodi personae, ut Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, sunt consecratae ad ministeria diuina.

Sed difficultas est an Sacerdos, vel quicumque alius habens sacros Ordines, qui simul sit Religiosus professus, tenetur vtriusque voti solennitatem explicare: v. c. circumstantiam voti solennis ex sacris Ordinibus, & circumstantiam voti solennis ipsius castitatis ex statu religioso? Centè Corduba in Summa Hispanica quaest. 3. Emmanuel Rodriguez tomo 1. Summar. in 2. edit. cap. 53. num. 5. & Sancius lib. 7. de matrim. disput. 27. n. 27 & Lessius tomo

Circumstantia officij publici, an sit explicanda. Medina.

Henric. Palatius.

3. Circumstantia status religiosi, & sacerdotum Ordinum.

Petr. Led. Henr.

Medina. Soar. Paludan. Sanchez.

4.

Corduba. Rodriguez. Sanchez. Lessius.

tomo 1. lib. 4. de speciebus luxuria, dubit. 12. n. 87. & Lopez 1. part. Instructorij, cap. 29. concl. 9. §. Huic affinis est, affirmant, satisfacere Sacerdotem; & quencunque alium habentem sacros Ordines, si sit Religiosus professus, dicendo se esse Sacerdotem, vel habere sacros Ordines, & tacendo se esse Religiosum professum: vel è contrà, dicendo se esse professum, & tacendo se esse Sacerdotem, Diaconum, vel Subdiaconum; & quia circumstantia professionis non aggravat notabiliter peccatum; & quia ea vota non inducunt nouam obligationem, sed vnum votum solenne alteri superadditum magis confirmat eandem obligationem: sicut qui multoties eandem rem vni promittit, vel iurat, non imponit sibi nouas obligationes per varia iuramenta; sed magis eandem confirmat; & qui de vna eademque re facit multas scripturas, non plus obligatur, quam si vnam faceret, ut tenet Azor. lib. 1. tom. 1. Instit. moral. cap. 14. quaest. 1. & Henricus de poenit. lib. 2. c. 5. num. 6. Est probabilis ista sententia.

Azor. Henr.

5. Dicendum tamen est, votum solenne professionis, ratione status religiosi, addere circumstantiam notabiliter aggravantem supra votum solenne est sacris Ordinibus, necessarid confitendam; ac proinde Sacerdotem, Diaconum, vel Subdiaconum, si sit Religiosus professus, in aliqua Religione approbata, non satisfacere dicendo, se esse professum; sed teneri insuper explicare se habere sacros Ordines: solennitas enim status religiosi inducit circumstantiam notabiliter aggravantem super solennitatem voti sacrorum Ordinum: sicut solennitas sacrorum Ordinum inducit etiam circumstantiam notabiliter aggravantem solennitatem voti professionis: ac proinde huiusmodi solennitates necessarid sunt confitendae; nam, quauis votum solenne castitatis in professione non addat distinctam speciem malitiam supra votum solenne sacrorum Ordinum; & quauis eadem castitas promittatur in vtroque voto solenni castitatis; tamen votum solenne castitatis in Religione constituit hominem Religiosum, & status religiosus est status sublimioris sanctitatis, quam status Clericorum saecularium: quod non negat Sancius superiori num. allegatus. Er hanc opinionem ita explicatam docet Ledesma de Sacram. vbi de poenit. c. 19. dub. 1. & 2. fol. 610. & Palatius in 4. distinct. 16. dub. 3. n. 31. potest etiam citari pro hac parte Soarius tom. 4. de poenit. disp. 22. sect. 4. num. 1. docet etiam hanc opinionem Lessius tom. 1. de iustit. lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuria, dubit. 12. num. 87. vbi dicit hoc esse probabile, & probabile etiam contrarium: & quauis votum sacrorum Ordinum non addat etiam distinctam speciem malitiam supra votum professionis; addit tamen circumstantiam notabiliter aggravantem ratione consecrationis ad officia, & ministeria diuina, ad quae Clerici per sacros Ordines deputantur. Vnde cessat ratio, & fundamentum contrariae opinionis: non negamus enim idem promitti per votum solenne sacrorum Ordinum, & per votum professionis: sed dicimus, resultare ex huiusmodi votis circumstantias notabiliter aggravantes modo explicato.

Ledesma. Palatius.

Soar. Lessius.

6.

Henr.

6. Ex dictis sequitur primò, Monialem professam, quae peccat contra votum castitatis, non satisfacere dicendo, se peccasse contra votum castitatis; sed teneri explicare circumstantiam professionis: quia solennitas professionis facit, ut sit religiosa, & ex statu religioso resultat circumstantia notabiliter aggravans: nam Religiosus est inhabilis ad matrimonium, & irreuocabiliter se Deo per professionem tradidit. Ita docet Henricus lib. 2. de poenitent. cap. 5. num. 6. initio, ad marginem, littera G: & ibi citat P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

Frater Medina lib. 1. cap. 14. §. 18. & Sotum Medin. lib. 7. de iustit. quaest. 2. art. 5. ad primum, & omnes statim allegandi hic. Sequitur secundo, Religiosum professum non habentem sacros Ordines, non satisfacere in confessione dicendo, se habere votum castitatis, & tacendo se esse professum: quia per professionem fit Religiosus, & circumstantia status Religiosi est notabiliter aggravans. Ita docent omnes hic allegati, & praeter illos docet etiam Nauarrus in Summa Lat. cap. 6. num. 13. & Aragonius 2. 2. quaest. 88. art. 7. ad finem, & Rodericus tom. 1. Summa, in 2. edit. cap. 35. num. 5. Ledesma de Sacrament. vbi de poenitent. cap. 19. dubit. 1. & 2. fol. 610. & omnes, qui dicunt, circumstantias notabiliter aggravantes esse de necessitate confessionis, quos inuenies citatos cap. 2. num. 1. licet oppositum teneat Sancius lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 27. & cum eo Corduba in Summa Hispanica, quaest. 3. & Lopez 1. parte Instruct. conscientiae, cap. 29. vers. Praeterea huic affinis est, affirmantes satisfacere, si dicat, se habere votum castitatis, tacendo se esse Religiosum professum. Quae opinio etiam est valde probabilis, & secuta. Fundatur: quia votum solenne castitatis non differt specie à voto simplici castitatis, quod fit ab adolescente in saeculo: nam, quauis votum solenne castitatis in professione reddat Religiosum inhabilem ad matrimonium, & inducat impedimentum dirimens; votum autem castitatis simplex non reddat hominem inhabilem ad contrahendum validè, sed tantum ad contrahendum licitè, & impedimentum tantum impediens inducat: tamen illa inhabilitas, quae resultat ex voto solenni, non resultat naturaliter ex illo, sed illi adnectitur ex solo statuto, & instituto Ecclesiae, quae etiam id poterat statuere in voto simplici castitatis: & de facto iam statuit in Religiosis Societatis IESV nondum professis, qui solum habent votum castitatis simplex, & tamen, dum in Societate sunt, sunt inhabiles ad matrimonium, & non solum illicite, sed etiam inualidè contrahunt ex instituto ipsius Ecclesiae, ut definitum est de fide in Bulla, Ascendente Domino.

Nauarr. Aragon. Roderic. Led.

Sanc. Cord. Lopez.

7.

Sequitur secundo, Sacerdotem saecularem, vel quencunque alium habentem sacros Ordines, non satisfacere in confessione, dicendo, se habere votum castitatis; sed teneri declarare, se habere sacros Ordines: quia votum castitatis sacrorum Ordinum, etiamsi non distinguatur specie à voto simplici castitatis; addit tamen circumstantiam notabiliter aggravantem, ratione diuini ministerij, & quia huiusmodi personae per sacros Ordines consecrantur. Ita docet Ledesma de Sacrament. vbi de poenit. cap. 19. dub. 1. & 2. à fol. 610. & Palatius in 4. distinct. 16. disput. 3. num. 13. & Palat. citari etiam potest Soarius de poenitent. tomo 4. Soar. disput. 22. sect. 4. num. 1. & omnes illi, qui dicunt, circumstantias notabiliter aggravantes esse de necessitate confessionis; licet pro parte opposita stet Sancius lib. 7. de matrim. disput. 27. num. 27. cum magna illorum caterua, qui dicunt, solum circumstantias mutantes speciem peccati esse de necessitate confessionis; non autem notabiliter augentes.

Led.

Led.

Soar.

Sanc.

8.

Sequitur tertio, si Episcopus sit iam consecratus non satisfacere dicendo in confessione se peccasse contra sextum: sed teneri declarare circumstantiam consecrationis: quia status Episcopalis est multo perfectior, & sanctior, quam status Religiosi, vnde si status Religiosi est circumstantia notabiliter augens peccatum, multò magis erit status episcopalis. Ita docet Ledesma de Sacramentis, vbi de poenit. c. 19. dub. 1. & 2. à fol. 610. & Palatius num. Palat. praecedenti citatus, in hanc opinionem inclinat: Sancius

Sanchez.

Sanctus tamen lib. 7. de matr. disp. 27. n. 3. procedens in suo fundamento, quod sola circumstantia...

9.

Sequitur quartus: Religiosum Societatis Iesv non dum professum, (nam de professis idem est dicendum, quod dictum manet de aliis Religiosis professis, sed habentem solum vota biennii, aut coadiutoris temporalis, vel spiritualis, non satisfacere dicendo Confessori, se habere votum castitatis: sed teneri dicere, se esse Religiosum: quia circumstantia status Religiosi est notabiliter aggravans; & dum in Societate est, pro eo tempore, licet non sit professus, est verè Religiosus, ut definitum est de fide in Bulla, Ascendente Domino. & ex sua parte non potest exire à religione; potest tamen dimitti à Superioribus pro demeritis; & inhabilis est ad contrahendum matrimonium licitè & validè. Ita colligitur ex dictis. Sanctus tamen dicto lib. 7. de matr. disp. 27. n. 34. affirmat, Religiosos non teneri explicare circumstantiam status Religiosi, quemadmodum affirmaverat, nec etiam Religiosos professos teneri eam explicare, quia procedit in sua opinione, solas circumstantias mutantes speciem peccati esse necessariò confitendas. Verum, dicto num. 34. affirmat, hanc nostram opinionem non solum esse probabilem, sed etiam probabilissimam: quia circumstantia Religionis notabiliter aggravat.

Sanchez.

10.

Sequitur quintus, eum adolescentem, qui habebat votum castitatis simplex in saeculo, vel in Novitiatu votum aliquod castitatis emisit, & postea professus est in Religione, si post professionem peccavit contra sextum mentem, vel opere, non satisfacere dicendo se habere votum castitatis; sed teneri insuper explicare circumstantiam professionis. Et idem dicendum est, si post votum castitatis simplex sacris Ordinibus initiatur: non enim sufficit dicere, se habere votum castitatis; sed tenetur etiam explicare circumstantiam sacrorum Ordinù, ut supra dixi num. 7. quia notabiliter aggravat, quicquid dicat Sanctus lib. 7. de matrim. disputat. 27. num. 25. & 35. & Azor lib. 1. cap. 14. quaest. 1. & Rodrig. tomo 2. Summae, cap. 94. & Henric. lib. 2. de penitent. cap. 5. num. 6. & alij contrarium tenentes.

Sanchez.

Rodrig. Henr.

11.

Sequitur sextus, illum, qui post votum professionis in Religione emisit votum castitatis, vel de non committenda mollitie, satisfacere dicendo, se Religiosum esse professum. Idem est dicendum de Sacerdote, aut de sacris Ordinibus initiato, qui post sacerdotium, & post sacros Ordines votum castitatis emisit: ille enim non tenetur declarare in confessione, se post votum professionis, aut sacrorum Ordinum, speciale votum emisisse hac de re: quia per votum solenne castitatis in professione emissum, & in susceptione sacrorum Ordinum, ad id ipsum tenebatur; & multiplicatio nova votorum nullam addit circumstantiam aggravantem; nec se obligavit de novo, sed confirmavit obligationem antiquam; sicut qui saepe promittit vni eandem rem sub iuramento, vel plures scripturas de ea facit, non se de novo obligat, nec inducit novas obligationes, ut dissimul. n. 3. sine. Ita docet Sanctus citatus n. 36. & Hieronymus Flamma in sua Methodo, p. 3. c. 4. §. 9. & alij.

Sanchez.

Sotus.

Henric.

12.

Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 4. dixit, circumstantiam virginitatis in peccatis cogitationis, & consensus, quando non committitur copula, non tantum esse necessariò explicandam: quod probabile dicit status, seu Henricus lib. 2. de penit. cap. 7. num. 2. Sed hanc opinionem satis iam confutavimus c. 2. huius lib.

num. 2. merito enim communiter reijciuntur ab omnibus huiusmodi Doctores: quia peccata interna, & externa, sunt eiusdem speciei, & participant eandem malitiam ab eodem obiecto: ac proinde voluntas peccandi in virgine, vel cum virgine, est stuprum mentale, quod habet eandem malitiam cum stupro, & copula reali. Ita quoque, in feminis amittere prima vice virginitatem, est stuprum reale: dico in feminis, quia, ut notat Henric. lib. 2. de penit. cap. 8. num. 2. medio, & Soarius tom. 4. de penit. disput. sect. 4. in circumstantia, Quid, in viro amissile prima vice virginitatem, non est infamia; nec stuprum; sed est simplex fornicatio, si fiat cum soluta, & corrupta; & idè non tenetur vir in confessione hanc sui foris circumstantiam explicare. An autem virgines feminae, quando prima vice virginitatem amittunt, teneantur sub mortali explicare circumstantiam virginitatis, triplex est opinio.

Henric. Soar.

13.

Prima docet, circumstantiam virginitatis, & stupri necessariò esse confitendam, etiam si virgo sponte consentiat in sui defloratione, & siue illa sit sui iuris, siue sit in potestate parentis, aut tutorum, aut curatorum; quia est circumstantia mutans speciem: nam, si deflorata esset, esset tantum peccatum fornicationis simplicis; & ratione circumstantiae virginitatis fit peccatum stupri. Ita docent multi Doctores, quos statim allegabo. Addunt tamen illi: prudenter interrogandam esse ex feminis hanc circumstantiam virginitatis in confessionibus, ne ob verècundiam periculo grauis mendacij exponantur. Hanc opinionem tenet Navarrus in Summa Latina, capite 6. numero 8. Henricus lib. 2. de penit. cap. 8. num. 2. medio, & num. 3. sine Toletus lib. 3. cap. 18. num. 1. Manuel Rodriguez tomo 1. Summae, capite 18. conclusione 1. num. 1. D. Thomas 2. 2. quaest. 152. art. 3. ad 4. Lopez. 1. parte Instruct. cap. 29. §. Ad hanc circumstantiam Gutierrez lib. 1. qq. canon. cap. 31. num. 29. Atque etiam in propriis terminis esse peculiarem stupri speciem necessariò confitendam, quantum virgo sponte consentiat, docet etiam Gratian. cap. Lex illa §. Cur ergo. vers. Stuprum 36. quaest. 1. Alesis. 2. parte, quaest. 167. m. 1. & 3. Abulensis cap. 5. in Mattheum, quaest. 201. corpore Caietanus 2. 2. quaest. 154. artic. 6. in solutione ad primum dubium. Viguerius libro Institut. cap. 7. §. 4. versu. 4. Bermond. de publico concubinato, vbi de stupro, num. 2. (habetur tomo undecimo tractatum, 1. part.) Corduba in suo Quaestionario, libro 1. quaest. 13. colun. 5. §. Respondeo negando antecedens & §. Sequitur Barthol. à Ledesma de penitent. dub. 10. ad finem, numero 1. & 3. conclus. Vega tomo 1. Summae, cap. 55. casu 25. & ferè expressè id dicunt Alcozer in Summa cap. 20. §. La circumstantia. fol. 3. Medina lib. 1. Summae, cap. 9. fol. 22. Petrus de Ledesma in Summa, de Sacrament. vbi de penitent. cap. 19. dub. 5. quantum Alcozer, Medina, & Ledesma non explicent, si virgo consentiat; at tamen impugnant contrariam Soti sententiam, qui in virgine sponte consentiente dicit, non esse circumstantiam stupri. Idem etiam appetit sentiunt omnes, qui dicunt distinctè, stuprum esse Virginitatis illicitatem deflorationem, & circumstantiam necessariò confitendam: & hi sunt, Caietanus in Summa verbo, Stuprum. Victoria in Summa, vbi de Confessat. n. 176. Graphis 1. p. decif. aur. lib. 1. cap. 20. num. 32. & alij multi, quos invenies citatos apud Sanctum lib. 7. de matr. disput. 1. 4. num. 3. Probat: quia ibi reperitur specialis iniuria, non contra virginem, quae sponte consentit, (volenti enim, & consentienti nulla fit iniuria;) sed

Navar. Henric.

Tolet. Rodrig.

D. Thom. Lopez.

Gutierrez.

Alesis. Abul. Caiet.

Viguerius. Bermond.

Corduba. Barb. à Led.

Vega. Alcozer. Medina. Petr. de Led.

Caietanus. Victoria. Graphis.

contra naturalem finem, ad quem ipsa natura concessit sigillum virginitatis, nempe, bonam famam, cui sigillo, etiam si puella velit, non potest renuntiare, cum non sit domina ipsius sigilli, sed custos. Huiusmodi tamen ratio, meo iudicio, friuola admodum est: quia vnusquisque, iuxta probabiliorum opinionem, est dominus suae famae, non custos: vita autem custos est, non dominus: & quia illud sigillum consistit in tenuissima membrana, quae est tantillum membrum corporis, in cuius parua custodia tantum potest committi peccatum veniale, si aliunde sponte velit: sicut, qui tantillum vulnus in digito suo faceret, venialiter tantum peccaret, imò nec forte venialiter. Probat sequendo: quia natura concessit signaculum virginitatis, ut virgines serventur aptiores matrimonio, & solum ad actus licitos matrimonij, non illicitos, & ut abstineant ab illicitis, vnde si ipsae sponte velint stuprari, semper committeretur specialis iniuria contra ipsam naturam, & finem illius, seu potius contra Deum, quatenus est auctor naturae.

24.

D. Thom. D. Anton.

Angel. Sylu. Tabien.

Armilla. Graphis. Pedraca.

15.

Secunda opinio docet, stuprum solum continere specialem malitiam, & circumstantiam necessariò confitendam, distinctam specie à fornicatione simplici, quando virgo est sub custodia tutorum, & parentum: quia tunc, quantum sponte consentiat, in sui defloratione, & copia, semper committitur specialis iniuria, non contra illam, sed contra parentes, & custodes illius, quia laeduntur grauter, & iniuste, & in honore, & in fama, & damnificatur in facultatibus, eò quod cogentur, vel puellas innuptas domi alere tota vita, vel augere dotem, & maritos inveniant. Ita docet D. Thomas 2. 2. quaest. 64. art. 6. D. Antoninus 2. part. tract. 5. cap. 2. initio. Angel. verbo, Stuprum, initio. Syluest. verbo, Luxuria, q. 1. Tabiena verbo, Stuprum, num. vnico, & verbo, Luxuriosus, quaest. 5. num. 6. Armilla verbo, Luxuria, num. 4. & verbo, Stupr. num. vnico. Graphis 1. p. decif. aur. lib. 2. cap. 79. n. 1. Pedraca Summa in 6. praepcepto, §. 2.

Sanchez. Soar.

Sotus. Petr. Nav. Vasquez. Lessius. Bellam.

Petr. Nav. Sanc.

Sot. Veracruz. Banhes. Salon. Graphis. Soar.

Tertia opinio docet, si virgines sponte consentiant, quantum sint sub cura paterna, tutorum, aut curatorum, aut fratrum, vel cognatorum, eorumque, qui loco tutorum sunt: peccatum illud, nec continere malitiam, ac circumstantiam mutantem speciem, nec notabiliter aggravantem, imò nec distingui à peccato fornicationis simplicis commissum cum muliere corrupta, & solum dari peccatum stupri in virgine, quando ipsa repugnans ac resistens defloratur: & idè tam virgines sponte consentientes, in sui defloratione, quam iuvenes defloratores peccare solum simplici fornicatione: scilicet esse, si eis vis vim inferant. Ita docet Sanctus lib. 7. de matr. disp. 4. num. 5. & Soar. tom. 4. de penit. disp. 22. sect. 4. in circumstantia, Quid, n. 6. & Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. col. 13. & Petrus Navarra lib. 2. de rest. c. 3. n. 419. in noua editione, & Vasq. 1. 2. q. 74. a. 8. & disp. 112. n. 1. & 3. & Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. de iniuriis per stuprum, cap. 10. dub. 1. n. 5. Bellanus tom. 2. de Sacrament. & censuris, disp. 7. de inreg. confess. dub. 4. n. 19. Addunt verò huiusmodi Doctores, posse etiam virgines, si bene instructae sint, circumstantiam virginitatis tacere, formando iudicium, illam non esse de necessitate confessionis. Et ex hoc capite docent etiam Petrus Navarra dicto lib. 2. de rest. cap. 3. n. 423. Sanctus citatus n. 11. & Sotus lib. 4. de iust. q. 7. a. 1. in solutione ad secundum, vers. An verò vice versa, & Veracruz 3. p. specul. a. 19. sine. & Banhes 2. 2. q. 6. a. 2. dub. 7. lect. 1. & Salon. codem a. 2. controuersia 5. conclus. 1. Graphis lib. 2. decif. aur. c. 79. n. 13. vers. Sed dubium est. Soar. n. 5. relatus, ad nullam teneri corruptorem virginis sponte consentientis resti-

P. Steph. Fernandez in quinque prac. Eccl.

tutionem faciendam, nec ipsi virgini, nec parentibus, aut tutoribus illius: nam, quantum Salon. & Banhes allegati existimant, non teneri illum ad restitutionem pecuniariam; teneri tamen saltem ad restitutionem honoris patri: tamen Sanchez, & ceteri Doctores id non admittunt; & quia nec in vsu sit huiusmodi restitutio honoris ablati; nec parentes rationabiliter id volent; & quia femina volens, ac consentiens potuit etiam id damni pati, non obstante ignominia inde parentibus resultante: sicut potest quis absque iniustitia in consanguineos, & cognatos ad scelus, admittere, quantum inde toti cognationi dedecus sequatur: non enim tenetur lege aliqua iustitia, ab eo scelere abstinere, ut honori cognatorum, ad consanguineorum consulari. Fundamentum verò illorum firmitus, as vetus est: quia volenti, & consentienti nulla fit iniuria; & quia non fit specialis iniuria parentibus, ac tutoribus: sunt enim virgines dominae sui corporis, non patres, non tutores illarum; & violatores non laedunt directè, & per se honorem parentum, aut tutorum; sed per accidens volentibus, ac consentientibus filiabus, quae tanquam absolute dominae sui corporis, absque parentum iniuria licitè, & illicitè illo vti possunt; neque parentes inde vllum accipiunt damnum directè, & per se in facultatibus; quia, si stuprum est occultum, non tenentur filiae illud manifestare, & se infamare; sed possunt tacere, & alteri nubere, ac si virgines essent: si est publicum, id per accidens est; & id quidem fuit mediante filiarum voluntate, quae tanquam dominae sui corporis ius inueniant. Ita docet D. Thomas 2. 2. quaest. 64. art. 6. D. Antoninus 2. part. tract. 5. cap. 2. initio. Angel. verbo, Stuprum, initio. Syluest. verbo, Luxuria, q. 1. Tabiena verbo, Stuprum, num. vnico, & verbo, Luxuriosus, quaest. 5. num. 6. Armilla verbo, Luxuria, num. 4. & verbo, Stupr. num. vnico. Graphis 1. p. decif. aur. lib. 2. cap. 79. n. 1. Pedraca Summa in 6. praepcepto, §. 2.

Omnes istae opiniones sunt valde probabiles, & in praxi tunc ac secura: communior tamen, & tutior est prima; & idè teneatur quamobrem in ea opinione prima, quando virgo sponte consentiens defloratur, licet circumstantia virginitatis non mutet speciem peccati, aggravat tamen notabiliter, & tenetur illam explicare tam ipsa, quam illius deflorator. Ita tandem resoluit Soarius tom. 4. de penitent. disput. 22. sect. 4. in circumstantia, Quid: vbi dicit, moraliter loquendo, semper teneri defloratores eam circumstantiam virginitatis explicare: quia ordinariè non defloratur virgo sine aliqua speciali iniuria: si tamen (ait) ceterò constet penitenti, se, nec rapuisse, nec decepsisse virginem; sed ipsam mere & liberè consensum dedisse in rigore loquendo, poterit ipsa & deflorator vltimè sententia conformari, & tacere circumstantiam virginitatis. In vltima sententia

GG 2 destruntur



17. Circumstantia raptus.

destruuntur fundamenta secundæ, & in secunda prima.

Sequebatur, ut ageremus de circumstantia raptus: sed de raptu quoad circumstantiam confitentiam, idem est dicendum, quod de circumstantia virginitatis: nam, si virgo consentiat in raptu, quanvis parentes dissentiant, & tutores, ac ij, qui loco parentum sunt, solum erit fornicatio, seu furum simplex, iuxta tertiam opinionem; & non erit necessarium explicanda ratio virginitatis, nec iniuria facta parentibus, si illi inscij sunt raptus: erit tamen huiusmodi iniuria, raptus, respectu parentum, necessarium in confessione dicenda, etiam si virgo sponte consentiat, parentibus actualiter repugnantibus, ac resistentibus; quia tunc fit manifesta vis, & iniuria ipsis parentibus, & tutoribus. Hæc iuxta doctrinam tertie opinionis dicta sunt. In prima, & secunda opinione, in quas magis inclinamus, etiam si puella sponte consentiat in raptu, circumstantia raptus necessarium explicanda est, propter iniuriam, quæ fit parentibus, & tutoribus illarum, quando illi actualiter resistunt, ac renitentur: alioqui enim circumstantia violentiæ, si illi actualiter non resistant, sed inscij sunt huiusmodi raptus, credo non esse explicandam necessarium in confessione. Cetera, quæ desunt in titulo, inuenies sequenti Summario.

SUMMARIUM.

- Duplicatio circumstantiæ adulterij ex parte utriusque adulterij necessarium est confitenda. num. 18.
- An circumstantia sponsaliorum de necessitate sit confessio. ibid.
- Referitur prima sententia docens, tam ex parte sponsi, quam ex parte sponsæ, non esse confitentiam. ibid.
- Referitur secunda docens, ex utraque parte esse confitentiam. num. 19.
- Statuitur tertia docens, solum ex parte sponsæ, non sponsi, esse confitentiam. num. 20.
- Accessus ad sponsam de futuro an sit adulterium. n. 21.
- Filij suscepti ex sponsa de futuro non sunt adulterini. ibid.
- Soluntur argumenta pro prima, & secunda sententia. num. 22. & 23.
- An filij teneantur explicare circumstantiam patris, si illum percussant, aut odio habeant. num. 24.
- In quo gradu circumstantia incestus consanguinitatis, vel affinitatis explicanda sit. num. 25.
- An sufficiat dicere: Peccavi in primo, vel secundo gradu, an necesse sit explicare cum parte, vel matre, sorore, vel privigna. num. 26.
- Quid si Confessor huiusmodi personas agnoscat. n. 27.
- Quid, si incestus committatur in primo gradu lineæ collateralis, v. c. cum sorore uxoris. num. 28.
- Quid, si cum prima germana illius. ibid.
- Quid de circumstantia tactuum in prædictis personis. num. 29.
- Quid de circumstantia sollicitationis harum personarum. num. 30.
- Quid de circumstantia filie confessionis. num. 31.
- Astruitur sententia affirmans, circumstantiam filie confessionis esse de necessitate confessionis. num. 32.
- Soluntur argumenta, in contrarium. num. 33.
- An Sacerdos possit valide audire suam concubinam, & quam panam ob id incurrat. num. 34.
- Quid de circumstantia filii Baptismi, vel Confirmationis. num. 35.

18.

Circumstantia adulterij necessarium est confitenda; quia mutat speciem peccati: trahit enim peccatum intemperantiæ, ad speciem iniustitiæ. Ita adulterij, docent communiter omnes Doctores. An autem

vnica sit malitia, si coniugatus cum coniugata peccet, & satisfaciatur confessioni, dicendo, se adulterium commississe, & non teneatur declarare, se esse coniugatum, & adulterium fuisse commissum cum coniugata, est dubium. Sæ in Summa, verbò, Confessio, §. Quidam putant, existimat, vnica esse malitiam, & satisfaciatur dicendo, se adulterium commississe. Ducitur, quia solum est duplex obligatio circa eandem materiam iniustitiæ: & sicut multas promissiones, & multa iuramenta, circa eandem materiam promissam, & iuram, non inducunt diuersas obligationes; aut peccata; sed vniam, & eandem confirmant: ita in presenti casu, aut non dari duplicem malitiam necessarium confitentiam; sed vniam, & eandem. Verum, licet in hoc casu vtraque malitia aduersetur virtuti iustitiæ; tamen est duplex numero iniustitia respectu vtriusque coniugis peccantis; ac proinde in vtroque est duplex malitia diuersa numero necessarium confitenda: vt, cum quis duos eodem ictu percussit, non satisfacit dicendo, se percussisse duos. Ita docet Sancius lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. num. 6. Nauarrus in Summa Latina, cap. 6. num. 4. post 4. corollarium. Rodriguez tom. 1. Summa; edit. 2. cap. 53. num. 5. Bellanus tom. 2. disp. 7. dub. 6. num. 46. Valquez 1. 2. q. 72. art. 6. disp. 98. n. 9. Ludouicus Lopez 1. part. Instruct. c. 35. §. Ceterum quia. Petrus Ledesma in Summa, tractatu de poenit. cap. 19. fol. 629. §. A esta duda se responde. Lessius tomo 1. de iust. lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuriæ, dub. 12. num. 84. sic etiam est duplex numero sacrilegium, cum vtraque persona est sacra, necessarium confitendum, vt notat Lessius citatus.

Solum hic queri potest, vtrum circumstantia sponsaliorum necessarium sit confitenda. Tres feruntur sententiæ hæc de re. Prima absolutè negat. Eam tenet Couar. in 4. Decretal. 1. part. cap. 1. num. 14. quum sequitur Viualdus in Candelab. sacram. 1. p. in materia de sponsalib. n. 10. & dicit esse probabilem Petrus Ledesma de matrim. q. 42. art. 1. Probant: quia sola circumstantia mutantem speciem peccati sunt necessarium confitenda: hæc autem non mutat speciem, cum adulterium non sit: adulterium enim ita definitur à Gelasio Papa c. Lex illa ad finem, 36. q. 1. & à D. Thom. 2. 2. quest. 154. art. 8. corpore: Adulterium est alieni tori violatio. accedens autem ad alicuius sponsam de futuro, minime violat alienum torum, cum hic ante matrimonium de presenti, non concedatur sponsis: ergo adulterium non committit. Et quod non sit adulterium, docet Sancius larè lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 2. & Henriq. lib. 11. de matr. 2. c. 13. n. 4. Iul. Clarus lib. 5. receptarum, §. Adulterium, vers. Sed hæc omnia. Antonius Gomez l. 80. Tauri, n. 47. vers. Dubium tamen est. Couar. in 4. Decretal. 1. part. cap. 1. num. 8. & alij multi, quos citat ibi Sancius. Probant deinde: quia, qui aliquem afficit iniuria, cum sustibus ac virgis cædens, consentur etiam hanc iniuriam illius fratribus irrogare; & tamen non tenetur in confessione hanc circumstantiam iniuriæ illarum fratribus confiteri: ergo, etiam si quis accedens ad alicuius sponsam de futuro iniurius sit illi, non tenetur eam circumstantiam fateri. Denique, quia per sponsalia tantum contrahitur obligatio mutua tradendi corpus per matrimonium, & non obligantur sponsi ad abstinendum ab alieno concubitu ante matrimonium contractum: ergo alienus concubitus non continet circumstantiam necessarium confitentiam.

Secunda opinio docet, eam circumstantiam esse necessarium in confessione explicandam, tam ex parte sponsæ de futuro, si cum alio fornicetur, quam

ex parte sponsi, si ad aliam accedat. Hanc docet Sarm. lib. 1. de select. cap. 5. num. 3. Ludouic. Lopez 1. part. Instruct. cap. 2. q. 9. Ad hæc libet, & hanc etiam sequitur, tanquam longè probabiliorem, Petr. Ledesma de matr. quest. 43. artic. 1. dub. vlt. Probatur primò, quia huiusmodi fornicatio est contraria fidei datæ in sponsalibus, vt patet ex l. Si vxor, 13. in principio, ff. Ad legem Iuliam, de adult. ibi: Neque spem matrimonij violare permittitur, vbi Iuriconsultus appellat hanc fornicationem, violationem sponsalium: ergo hanc malitiam, & circumstantiam violationis sponsaliorum tenetur tam sponsus, quam sponsa de futuro, necessarium confiteri. Confirmatur: quia vti re alteri ex iniustitia debita vsu ipsi detrimentofo, est contra iniustitiam: v. c. si equus mihi sit debitus ex contractu, abusus illius per fornicationem adeo notius erit sponsi, vt iniustitiæ crimen necessarium confitentiam, per huiusmodi abusum committatur. Probatur secundo, quia, quando sponsa de futuro fornicatur, atrocem iniuriam committit in sponsum, adeo vt leges vindictam illius concedant; vt patet ex dicta l. Si vxor, 13. ff. Ad legem Iuliam, de adult. ibi: Vbi sponsi conceditur in vindictam iniuriæ, accusatio aduersus sponsam: exponitur enim sponsa probabilissimo periculo concipiendij atque ita iniustitia specialis committitur erga virum futurum, qui sobolem alet adulterinam, existimans esse suam; quæ in eius bonis succedet: ergo vltra fornicationem apparet hæc alia malitia, & circumstantia distincta specie à fornicatione, necessarium in confessione explicanda. Sed dicit aliquis hoc argumentum de sola sponsa fornicante procedere, non autem de sponso: verum de vtroque procedit: quia ius æquale vterque comparat sponsus per sponsalia in corpus alterius: sicut adulterium, tam femina, quam viri necessarium confitentiam est. Probatur tertio, quia secundum communem sententiam liciti sunt amplexus, & oscula inter sponsos de futuro, ad fouendum matrimonialem amorem: nam, cum sponsalia sunt initium quoddam matrimonij, ideo concedunt ius vtendi voluptate præambula matrimonij: igitur per sponsalia acquiritur ius in corpus, aliàs nullus illius vsus, nec etiam ad oscula, concederetur; & per consequens violans hoc ius per fornicationem, reus erit iniustitiæ necessarium in confessione apeririendæ.

Tertia opinio docet, solum ex parte sponsæ, non autem sponsi fornicantis, vel id deliberato consensu desiderantis, esse hanc circumstantiam necessarium confitentiam, vt pote mutantem speciem peccati: & ideo non solum tenent ipsas sponsas hanc circumstantiam confiteri; sed etiam illos, qui cum illis, vel fornicantur, vel deliberatè fornicari desiderant. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. num. 6. vbi fatetur, hanc sententiam se in nullo Auctore ita expressam inuenisse: videri sibi tamen ait, eam tenere Antonium Cucum l. 5. instit. maiorat. tit. 10. n. 7. & Emmanucl. Rodrig. 1. tom. Summa; in 2. edit. c. 53. n. 3. sine, & Ludou. Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio, vbi docent, accedentem ad alicuius sponsam de futuro, teneri explicare hanc circumstantiam; & nihil dicunt de sponso: & rationes illorum de sola sponsa probant, non de sponso: & multi iuniores grauiissimi hoc tempore ita sentiunt: & probatur de sponsa rationibus ac fundamentis secundæ sententiæ, quæ reuera multum vident. Probatur verò, non esse in sponso hanc

circumstantiam necessarium confitentiam: quia, quanuis etiam contineat ea fornicatio malitiam quamsam specie iniustitiæ commissæ aduersus ius sponsæ, ab ea per sponsalia acquisitum in corpus sponsi, vt aperte constat ex aliis fundamentis secundæ sententiæ; tamen cum prudentum arbitrio ea iniuriæ respectu sponsæ, reputetur leuis in fornicatione sponsi de futuro, non excedit limites culpæ venialis, ac proinde non est necessarium confitenda: quod secus est in fornicatione sponsæ; censetur enim ea iniuria, respectu sponsi, atrocissima: maior enim requiritur honestas in feminis, quam in viris.

Hinc sequitur primò, quod quanuis hic accessus ad alicuius sponsam de futuro, non sit verè adulterium; mutet tamen speciem peccati, cum vltra fornicationem contineat veram iniustitiam aduersus sponsalitiæ fidem, reducturque ad speciem adulterij, vt bene docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 6. & 7. vers. Hinc fit, & Ledesma de matr. q. 43. art. 1. dub. vlt. ante argum. solutionem. Er ratio est: quia in eo accessu iniustitia reperitur, sicut in accessu adulterino: sed in accessu adulterino contra ius perfectum, & in re: in accessu verò sponsalitiæ contra ius imperfectum, & ad rem. Et hæc opinio tenenda est: quanuis Henricus lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4. dicat, nec esse adulterium; nec mutare peccati speciem.

Sequitur secundò, filios susceptos ex accessu ad alicuius sponsam de futuro, non esse adulterinos; quia ea fornicatio verè adulterium non est. Sic docet Sancius allegatus num. 8. & Couarruias in 4. Decretal. 1. part. cap. 2. n. 3. Ludouicus Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio. An verò dicendi sint naturales, an spurij, dubium est. Sarmient. lib. 1. selectarum, c. 5. n. 5. existimat, non esse naturales, sed spurios: quia solutus, aut soluta dici non potest, qui sponsalium fide obstrictus est, cum eo statu durante aliud matrimonium contrahere licitè nequeat. Ceterum, dicendum est, esse naturales, & non spurios: quia, quanuis eo durante statu licitè contrahere sponsa non possit; potest tamen validè contrahere; quia sponsalia non inducunt impedimentum dirimens, sed impediens tantum. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 8. & Henricus lib. 11. de matr. cap. 20. num. 3. idemque tradunt pari ratione ij, qui dicunt, filios genitos post simplex castitatis votum, esse naturales: & hi sunt, Lara de alimentis, l. Si quis à liberis, num. 93. ff. de lib. agnoscent. Mol. t. 1. de iust. disp. 167. fol. 949. & colligitur ex c. Porro, de diuor. in fine. Sed de hac re vide Sancium, vbi hæc late inuenies; spectat enim hoc magis ad matrimonium, quam ad penitentiam.

Ad primum argumentum primæ opinionis dico, huiusmodi accessum ad alicuius sponsam de futuro esse peccatum distinctum specie à fornicatione simplice, propter specialem iniustitiam, quæ committitur in sponsum, habentem ius ad rem in corpus sponsæ; quæ iniustitia, licet reuera non sit propriè adulterium, tamè communi modo loquendi ad adulterium reuocatur: & quanuis nõ mutaret speciem peccati, satis tamè esse, vt aggravaret notabiliter iuxta communissimam, ac longè veriorum sententiam, quam secuti fuimus cap. 2. n. 10. Ad secundum respondeo, negando sequelam: est enim diuersa ratio: nam ille, qui virgis aliquem cædit, dicitur indirectè attingere iniuria fratres illius, quem cædit, & cognatos, & non delinquit contra specialem aliquam obligationem, quia tenebatur consuleri honori fratris, atque ita nulla est specialis malitia, & deformitas in eo peccato commissa in fratres, & cognatos illius, quæ cædit: ad cognoscens sponsam de futuro alicuius, committit specialem iniustitiam

Sarmient. Lud. Lop. Petr. Led.

ex parte sponsi, si ad aliam accedat. Hanc docet Sarm. lib. 1. de select. cap. 5. num. 3. Ludouic. Lopez 1. part. Instruct. cap. 2. q. 9. Ad hæc libet, & hanc etiam sequitur, tanquam longè probabiliorem, Petr. Ledesma de matr. quest. 43. artic. 1. dub. vlt. Probatur primò, quia huiusmodi fornicatio est contraria fidei datæ in sponsalibus, vt patet ex l. Si vxor, 13. in principio, ff. Ad legem Iuliam, de adult. ibi: Neque spem matrimonij violare permittitur, vbi Iuriconsultus appellat hanc fornicationem, violationem sponsalium: ergo hanc malitiam, & circumstantiam violationis sponsaliorum tenetur tam sponsus, quam sponsa de futuro, necessarium confiteri. Confirmatur: quia vti re alteri ex iniustitia debita vsu ipsi detrimentofo, est contra iniustitiam: v. c. si equus mihi sit debitus ex contractu, abusus illius per fornicationem adeo notius erit sponsi, vt iniustitiæ crimen necessarium confitentiam, per huiusmodi abusum committatur. Probatur secundo, quia, quando sponsa de futuro fornicatur, atrocem iniuriam committit in sponsum, adeo vt leges vindictam illius concedant; vt patet ex dicta l. Si vxor, 13. ff. Ad legem Iuliam, de adult. ibi: Vbi sponsi conceditur in vindictam iniuriæ, accusatio aduersus sponsam: exponitur enim sponsa probabilissimo periculo concipiendij atque ita iniustitia specialis committitur erga virum futurum, qui sobolem alet adulterinam, existimans esse suam; quæ in eius bonis succedet: ergo vltra fornicationem apparet hæc alia malitia, & circumstantia distincta specie à fornicatione, necessarium in confessione explicanda. Sed dicit aliquis hoc argumentum de sola sponsa fornicante procedere, non autem de sponso: verum de vtroque procedit: quia ius æquale vterque comparat sponsus per sponsalia in corpus alterius: sicut adulterium, tam femina, quam viri necessarium confitentiam est. Probatur tertio, quia secundum communem sententiam liciti sunt amplexus, & oscula inter sponsos de futuro, ad fouendum matrimonialem amorem: nam, cum sponsalia sunt initium quoddam matrimonij, ideo concedunt ius vtendi voluptate præambula matrimonij: igitur per sponsalia acquiritur ius in corpus, aliàs nullus illius vsus, nec etiam ad oscula, concederetur; & per consequens violans hoc ius per fornicationem, reus erit iniustitiæ necessarium in confessione apeririendæ.

Tertia opinio docet, solum ex parte sponsæ, non autem sponsi fornicantis, vel id deliberato consensu desiderantis, esse hanc circumstantiam necessarium confitentiam, vt pote mutantem speciem peccati: & ideo non solum tenent ipsas sponsas hanc circumstantiam confiteri; sed etiam illos, qui cum illis, vel fornicantur, vel deliberatè fornicari desiderant. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. num. 6. vbi fatetur, hanc sententiam se in nullo Auctore ita expressam inuenisse: videri sibi tamen ait, eam tenere Antonium Cucum l. 5. instit. maiorat. tit. 10. n. 7. & Emmanucl. Rodrig. 1. tom. Summa; in 2. edit. c. 53. n. 3. sine, & Ludou. Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio, vbi docent, accedentem ad alicuius sponsam de futuro, teneri explicare hanc circumstantiam; & nihil dicunt de sponso: & rationes illorum de sola sponsa probant, non de sponso: & multi iuniores grauiissimi hoc tempore ita sentiunt: & probatur de sponsa rationibus ac fundamentis secundæ sententiæ, quæ reuera multum vident. Probatur verò, non esse in sponso hanc

circumstantiam necessarium confitentiam: quia, quanuis etiam contineat ea fornicatio malitiam quamsam specie iniustitiæ commissæ aduersus ius sponsæ, ab ea per sponsalia acquisitum in corpus sponsi, vt aperte constat ex aliis fundamentis secundæ sententiæ; tamen cum prudentum arbitrio ea iniuriæ respectu sponsæ, reputetur leuis in fornicatione sponsi de futuro, non excedit limites culpæ venialis, ac proinde non est necessarium confitenda: quod secus est in fornicatione sponsæ; censetur enim ea iniuria, respectu sponsi, atrocissima: maior enim requiritur honestas in feminis, quam in viris.

Hinc sequitur primò, quod quanuis hic accessus ad alicuius sponsam de futuro, non sit verè adulterium; mutet tamen speciem peccati, cum vltra fornicationem contineat veram iniustitiam aduersus sponsalitiæ fidem, reducturque ad speciem adulterij, vt bene docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 6. & 7. vers. Hinc fit, & Ledesma de matr. q. 43. art. 1. dub. vlt. ante argum. solutionem. Er ratio est: quia in eo accessu iniustitia reperitur, sicut in accessu adulterino: sed in accessu adulterino contra ius perfectum, & in re: in accessu verò sponsalitiæ contra ius imperfectum, & ad rem. Et hæc opinio tenenda est: quanuis Henricus lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4. dicat, nec esse adulterium; nec mutare peccati speciem.

Sequitur secundò, filios susceptos ex accessu ad alicuius sponsam de futuro, non esse adulterinos; quia ea fornicatio verè adulterium non est. Sic docet Sancius allegatus num. 8. & Couarruias in 4. Decretal. 1. part. cap. 2. n. 3. Ludouicus Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio. An verò dicendi sint naturales, an spurij, dubium est. Sarmient. lib. 1. selectarum, c. 5. n. 5. existimat, non esse naturales, sed spurios: quia solutus, aut soluta dici non potest, qui sponsalium fide obstrictus est, cum eo statu durante aliud matrimonium contrahere licitè nequeat. Ceterum, dicendum est, esse naturales, & non spurios: quia, quanuis eo durante statu licitè contrahere sponsa non possit; potest tamen validè contrahere; quia sponsalia non inducunt impedimentum dirimens, sed impediens tantum. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 8. & Henricus lib. 11. de matr. cap. 20. num. 3. idemque tradunt pari ratione ij, qui dicunt, filios genitos post simplex castitatis votum, esse naturales: & hi sunt, Lara de alimentis, l. Si quis à liberis, num. 93. ff. de lib. agnoscent. Mol. t. 1. de iust. disp. 167. fol. 949. & colligitur ex c. Porro, de diuor. in fine. Sed de hac re vide Sancium, vbi hæc late inuenies; spectat enim hoc magis ad matrimonium, quam ad penitentiam.

Ad primum argumentum primæ opinionis dico, huiusmodi accessum ad alicuius sponsam de futuro esse peccatum distinctum specie à fornicatione simplice, propter specialem iniustitiam, quæ committitur in sponsum, habentem ius ad rem in corpus sponsæ; quæ iniustitia, licet reuera non sit propriè adulterium, tamè communi modo loquendi ad adulterium reuocatur: & quanuis nõ mutaret speciem peccati, satis tamè esse, vt aggravaret notabiliter iuxta communissimam, ac longè veriorum sententiam, quam secuti fuimus cap. 2. n. 10. Ad secundum respondeo, negando sequelam: est enim diuersa ratio: nam ille, qui virgis aliquem cædit, dicitur indirectè attingere iniuria fratres illius, quem cædit, & cognatos, & non delinquit contra specialem aliquam obligationem, quia tenebatur consuleri honori fratris, atque ita nulla est specialis malitia, & deformitas in eo peccato commissa in fratres, & cognatos illius, quæ cædit: ad cognoscens sponsam de futuro alicuius, committit specialem iniustitiam

circumstantiam necessarium confitentiam: quia, quanuis etiam contineat ea fornicatio malitiam quamsam specie iniustitiæ commissæ aduersus ius sponsæ, ab ea per sponsalia acquisitum in corpus sponsi, vt aperte constat ex aliis fundamentis secundæ sententiæ; tamen cum prudentum arbitrio ea iniuriæ respectu sponsæ, reputetur leuis in fornicatione sponsi de futuro, non excedit limites culpæ venialis, ac proinde non est necessarium confitenda: quod secus est in fornicatione sponsæ; censetur enim ea iniuria, respectu sponsi, atrocissima: maior enim requiritur honestas in feminis, quam in viris.

Hinc sequitur primò, quod quanuis hic accessus ad alicuius sponsam de futuro, non sit verè adulterium; mutet tamen speciem peccati, cum vltra fornicationem contineat veram iniustitiam aduersus sponsalitiæ fidem, reducturque ad speciem adulterij, vt bene docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 6. & 7. vers. Hinc fit, & Ledesma de matr. q. 43. art. 1. dub. vlt. ante argum. solutionem. Er ratio est: quia in eo accessu iniustitia reperitur, sicut in accessu adulterino: sed in accessu adulterino contra ius perfectum, & in re: in accessu verò sponsalitiæ contra ius imperfectum, & ad rem. Et hæc opinio tenenda est: quanuis Henricus lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4. dicat, nec esse adulterium; nec mutare peccati speciem.

Sequitur secundò, filios susceptos ex accessu ad alicuius sponsam de futuro, non esse adulterinos; quia ea fornicatio verè adulterium non est. Sic docet Sancius allegatus num. 8. & Couarruias in 4. Decretal. 1. part. cap. 2. n. 3. Ludouicus Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio. An verò dicendi sint naturales, an spurij, dubium est. Sarmient. lib. 1. selectarum, c. 5. n. 5. existimat, non esse naturales, sed spurios: quia solutus, aut soluta dici non potest, qui sponsalium fide obstrictus est, cum eo statu durante aliud matrimonium contrahere licitè nequeat. Ceterum, dicendum est, esse naturales, & non spurios: quia, quanuis eo durante statu licitè contrahere sponsa non possit; potest tamen validè contrahere; quia sponsalia non inducunt impedimentum dirimens, sed impediens tantum. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 8. & Henricus lib. 11. de matr. cap. 20. num. 3. idemque tradunt pari ratione ij, qui dicunt, filios genitos post simplex castitatis votum, esse naturales: & hi sunt, Lara de alimentis, l. Si quis à liberis, num. 93. ff. de lib. agnoscent. Mol. t. 1. de iust. disp. 167. fol. 949. & colligitur ex c. Porro, de diuor. in fine. Sed de hac re vide Sancium, vbi hæc late inuenies; spectat enim hoc magis ad matrimonium, quam ad penitentiam.

Ad primum argumentum primæ opinionis dico, huiusmodi accessum ad alicuius sponsam de futuro esse peccatum distinctum specie à fornicatione simplice, propter specialem iniustitiam, quæ committitur in sponsum, habentem ius ad rem in corpus sponsæ; quæ iniustitia, licet reuera non sit propriè adulterium, tamè communi modo loquendi ad adulterium reuocatur: & quanuis nõ mutaret speciem peccati, satis tamè esse, vt aggravaret notabiliter iuxta communissimam, ac longè veriorum sententiam, quam secuti fuimus cap. 2. n. 10. Ad secundum respondeo, negando sequelam: est enim diuersa ratio: nam ille, qui virgis aliquem cædit, dicitur indirectè attingere iniuria fratres illius, quem cædit, & cognatos, & non delinquit contra specialem aliquam obligationem, quia tenebatur consuleri honori fratris, atque ita nulla est specialis malitia, & deformitas in eo peccato commissa in fratres, & cognatos illius, quæ cædit: ad cognoscens sponsam de futuro alicuius, committit specialem iniustitiam

circumstantiam necessarium confitentiam: quia, quanuis etiam contineat ea fornicatio malitiam quamsam specie iniustitiæ commissæ aduersus ius sponsæ, ab ea per sponsalia acquisitum in corpus sponsi, vt aperte constat ex aliis fundamentis secundæ sententiæ; tamen cum prudentum arbitrio ea iniuriæ respectu sponsæ, reputetur leuis in fornicatione sponsi de futuro, non excedit limites culpæ venialis, ac proinde non est necessarium confitenda: quod secus est in fornicatione sponsæ; censetur enim ea iniuria, respectu sponsi, atrocissima: maior enim requiritur honestas in feminis, quam in viris.

Hinc sequitur primò, quod quanuis hic accessus ad alicuius sponsam de futuro, non sit verè adulterium; mutet tamen speciem peccati, cum vltra fornicationem contineat veram iniustitiam aduersus sponsalitiæ fidem, reducturque ad speciem adulterij, vt bene docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 6. & 7. vers. Hinc fit, & Ledesma de matr. q. 43. art. 1. dub. vlt. ante argum. solutionem. Er ratio est: quia in eo accessu iniustitia reperitur, sicut in accessu adulterino: sed in accessu adulterino contra ius perfectum, & in re: in accessu verò sponsalitiæ contra ius imperfectum, & ad rem. Et hæc opinio tenenda est: quanuis Henricus lib. 11. de matrim. c. 13. n. 4. dicat, nec esse adulterium; nec mutare peccati speciem.

Sequitur secundò, filios susceptos ex accessu ad alicuius sponsam de futuro, non esse adulterinos; quia ea fornicatio verè adulterium non est. Sic docet Sancius allegatus num. 8. & Couarruias in 4. Decretal. 1. part. cap. 2. n. 3. Ludouicus Lopez 2. p. Instruct. c. 36. §. Aduertendum est tertio. An verò dicendi sint naturales, an spurij, dubium est. Sarmient. lib. 1. selectarum, c. 5. n. 5. existimat, non esse naturales, sed spurios: quia solutus, aut soluta dici non potest, qui sponsalium fide obstrictus est, cum eo statu durante aliud matrimonium contrahere licitè nequeat. Ceterum, dicendum est, esse naturales, & non spurios: quia, quanuis eo durante statu licitè contrahere sponsa non possit; potest tamen validè contrahere; quia sponsalia non inducunt impedimentum dirimens, sed impediens tantum. Ita docet Sancius lib. 1. de sponsal. disp. 2. n. 8. & Henricus lib. 11. de matr. cap. 20. num. 3. idemque tradunt pari ratione ij, qui dicunt, filios genitos post simplex castitatis votum, esse naturales: & hi sunt, Lara de alimentis, l. Si quis à liberis, num. 93. ff. de lib. agnoscent. Mol. t. 1. de iust. disp. 167. fol. 949. & colligitur ex c. Porro, de diuor. in fine. Sed de hac re vide Sancium, vbi hæc late inuenies; spectat enim hoc magis ad matrimonium, quam ad penitentiam.

Ad primum argumentum primæ opinionis dico, huiusmodi accessum ad alicuius sponsam de futuro esse peccatum distinctum specie à fornicatione simplice, propter specialem iniustitiam, quæ committitur in sponsum, habentem ius ad rem in corpus sponsæ; quæ iniustitia, licet reuera non sit propriè adulterium, tamè communi modo loquendi ad adulterium reuocatur: & quanuis nõ mutaret speciem peccati, satis tamè esse, vt aggravaret notabiliter iuxta communissimam, ac longè veriorum sententiam, quam secuti fuimus cap. 2. n. 10. Ad secundum respondeo, negando sequelam: est enim diuersa ratio: nam ille, qui virgis aliquem cædit, dicitur indirectè attingere iniuria fratres illius, quem cædit, & cognatos, & non delinquit contra specialem aliquam obligationem, quia tenebatur consuleri honori fratris, atque ita nulla est specialis malitia, & deformitas in eo peccato commissa in fratres, & cognatos illius, quæ cædit: ad cognoscens sponsam de futuro alicuius, committit specialem iniustitiam

19.

contra

21.

Sanchez, Ledesma.

Henriq.

Sanchez, Couar.

Lopez, Sarmient.

Sanchez, Henriq.

Lara, Molina.

22.

contra

contra speciale vinculum sponsalium, & contra illius sponsum, violans ius ad rem sponso acquisitum per huiusmodi sponsalia in corpus sponse.

23. Ad primum argumentum positum num. 18. pro secunda opinione, quatenus probat, idem dicendum esse in sponso, atque sponsa, respondeo, eandem fidem dari, atque violari in utroque: non tamen ex eadem fide resultare eandem malitiam; quia non tanta honestas requiritur in sponso, quanta in sponsa, & ideo iniuria, quam committit sponso aduersus sponsam de futuro, ac proinde non est hanc circumstantia venialis iniuriæ necessariò confitenda. Ad confirmationem dico, æquale ius habere sponso, & sponsam in sua corpora ad iniuriæ: non tamen in hominum æstimatione æqualem iniuriæ resultare ex violatione æqualitatis iuris, cum non tanta honestas requiratur in viris, quanta in feminis. Ad secundum dico, ius concedere actionem iniuriæ sponso aduersus sponsam de futuro fornicantem, & propter atrocem iniuriam, quam ibi considerat, & maximè ad procurandam pacem reipub. & obuiandum mortibus, quæ inde resultare poterant; ne enim huiusmodi mortes darentur, ideo de remedio accusationis prouisum est à iure ciuili.

24. Antequàm circumstantiam incestus explicemus, notandum est, filios, ex qua dàm lege iustitiæ, & obseruantia naturalis, teneri sub mortali tria hæc exhibere parentibus, amorem, obedientiam, reuerentiam: ratione amoris tenentur amare parentes, non solum internè, sed etiam externè: adeò vt qui internè parentibus malum aliquod corporis, vel animæ desiderat grauius peccet, quam si alterum odio habeat, & tenetur istam circumstantiam in confessione aperire, quia notabiliter aggrauat peccatum; & idem dicendum est, si patrem, aut matrem occidat, vel percuriat; tenetur enim etiam huiusmodi circumstantiam explicare, vel quia notabiliter aggrauat peccatum, vel quia cum sit contra pietatem, & reuerentiam paternam, mutat speciem peccati, vt docet Henricus statim allegandus. Ita docet Toletus lib. 4. Summæ, cap. 1. num. 3. Nauar. in Summa Lat. lib. 1. q. 1. num. 1. Azor. tom. 2. Instir. cap. 2. quæst. 2. Syluest. verbo, *Filius*, q. 2. Tabiena verbo, *Filius*, quæst. 16. Henricus lib. 2. de pœnit. cap. 6. num. 3.

Tolet. Nauar. Azor. Syluest. Tabiena. Henric.

Conc. Tr.

Briffonius. Ber. Diaz. Caiet. Couar.

25. Incestus est copula illicita habita cum consanguineis, vel affinibus: incestus ex copula licita, & matrimoniali committitur intra quartum gradum tantum consanguinitatis, vel affinitatis: ex copula illicita, & fornicaria committitur intra secundum gradum tantum inclusiue, ita vt excludatur tertius gradus. Patet ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. c. 4. ibi: *Statuit sancta Synodus impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restringi: in ulterioribus vero gradibus statuit huiusmodi affinitatem, matrimonium postea contractum non dirimere*, Hæc Concilium. Quæstio ergo est, an omnes gradus consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita, qui dirimunt matrimonium à primo usque ad quartum gradum tantum; & omnes gradus affinitatis ex copula fornicaria, & illicita, qui dirimunt à primo usque ad secundum tantum, necessariò sint in confessione explicandi? Certè qui dicunt, huiusmodi gradus omnes inter se esse diuersæ speciei, & singulos in se tam consanguinitatis, quam affinitatis distinguunt specie, consequenter dicent, necessariò esse confitendos: & hi sunt, Briffonius lib. 9. de verborum significatione, verbo, *Incestus*, significat etiam Bernardus Diaz pract. c. 36. Caiet. verbo, *Incestus*. Couar. 2. p. sponlal. c. 6. §. 8. num. 1.

Angelus verbo, *Confessio*, l. 3. Nauar. in addit. ad Summam Hisp. cap. 6. n. 2. & in c. *Consideret*, num. 12. & alij, quos omnes citat Henricus lib. 2. de pœnit. cap. 8. §. 1. ad marginem, littera F. alios etiam citat Valquez de pœnit. quæst. 91. artic. 1. dub. 2. §. *Prima opinio*. Et verò, siue sint diuersæ speciei huiusmodi gradus, vt significat Auctores numeratij; siue sint eiusdem speciei, & solum angeant speciem peccati, vt tenet Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 22. sect. 4. num. 7. & D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 9. Caietanus tom. 1. opusc. tractatu vltimo, dub. 1. Sotus in 4. distict. 16. quæst. 1. art. 4. Ledesma 2. part. 4. q. 8. art. 4. dub. 5, tamen cum notabiliter aggrauent, & aggrauent peccatum, semper dicendum est, huiusmodi gradus necessariò esse in confessione explicandos; cum circumstantia notabiliter aggrauans sint de necessitate confessionis, iuxta probabiliorum opinionem, quam secuti fuimus c. 2. n. 10. & sic dicendum est, non satisfacere penitenti, qui confusè dicunt: Peccaui cum consanguineis, vel affines, in gradu prohibito: sed teneri dicere, in tali, vel tali gradu prohibito, v. c. in primo, vel secundo, vel tertio affinitatis, vel in consanguinitatis, declarando singulos gradus prohibitos. Et ita docet expressè, & optimè Capua lib. 1. decis. aur. c. 20. n. 7. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. versu, *Colligamus ergo*, & versu, *Septimo incestus*, & Nauar. in Summa Lat. cap. 7. num. 4.

Sotus. D. Thom. Caiet. Ledesma.

Capua. Sotus. Nauar.

26. Maior dubitatio est, an incestus in primo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, consanguinitatis, v. c. cum matre, cum filia, cum sorore; affinitatis, vt cum priuigna, cum nouerca, cum focero, cum genero, expressè explicandus sit, ita non sufficiat dicere: Peccaui in primo gradu consanguinitatis, vel affinitatis: sed teneatur penitens dicere expressè: Peccaui in primo gradu consanguinitatis, cum matre, cum filia; vel in primo gradu affinitatis, cum priuigna, cum nouerca, cum focero, cum genero. Tolerus lib. 3. Summæ, cap. 8. num. 4. affirmat, necessarium esse hanc explicationem, patris, matris, sororis, &c. & aliter non fieri confessionem validam: & citat Sorum, & Bonacient. in 4. dist. 21. & Gabrielem in 4. dist. 17. quæst. 1. conclusionem 5. docet etiam expressè Corduba in Summa Hispanica, q. 2. §. *Orros dizen*. Valquez de pœnit. q. 91. art. 1. dub. 4. à num. 13. Vega lib. 2. casu 446. Rodrig. in Summa, cap. 207. concl. 3. Sà verbo, *Confessio*, n. 20. & Henric. lib. 2. de pœnit. c. 8. §. 1. ad marginem, littera F. vbi hanc appellat certam sententiam. Et ratio, ac fundamentum huius rei est: quia huiusmodi incestus, propter malitiam primi gradus consanguinitatis, vel affinitatis, vltra peccatum intemperantia contra castitatem, habent speciales deformitates, & circumstantias, quæ vel mutant speciem peccati, vel notabiliter augent idem peccatum intra eandem speciem; v. c. in filio erga matrem datur malitia violatæ pietatis naturalis, & iustitiæ: in patre erga filiam, datur malitia violatæ fidelitatis, & disciplina naturalis: in fratre erga sororem datur specialis malitia innominata, quam postumus dicere malitiam indecentiæ; quia speciali iure natura irritum est matrimonium cum illa, propter summam indecentiam: in priuigna, & nouerca datur etiam deformitas irreuerentiæ; quia tenemur noueris vel matres amare, & honoribus afficere, & priuignis disciplinam, ac fidelitatem impendere, velut filiis. Sed de hac re plenè agemus lib. 5. de complice, cap. 1.

Toler. Sor. Bonacient. Gabriel. Corduba. Valquez. Vega. Rodrig.

27. At verò, vbi periculum est de graui matris, sororis, filia; nouerca, priuignæ infamia; quia, v. c. Confessarius huiusmodi personas agnoscit: sunt multi, qui dicant, satis tutum videri in praxi, confiteri, se in primo gradu consanguinitatis, vel affinitatis

Henric. Angel. Syluest. Nauar.

affinitatis fuisse incestuosum. Et hanc opinionem tenent Henricus, & Sà, num. præcedenti allegati, & Angel. verbo, *Confessio*, l. 1. num. 4. & Syluest. verbo, *Confessio*, l. 1. num. 9. & Nau. cap. 7. num. 3. in Summa Latina, vbi citat Innocentium, & Hostientem. Quæ opinio est valde probabilis, & in praxi tuta: (& de illa tractabimus libro 5. de complice, cap. 1. vbi plenius hac de re agemus.) Addunt Syluest. & Henricus, si tunc vigeat Confessarius, vt delectet penitens, an cum matre, cum filia, cum sorore, vel cum priuigna; tunc posse dicere penitentem, non teneri se amplius declarare, nec teneri respondere ad interrogationem Confessarij, quia tunc curiosè, & non iuridicè interrogat. Verum, quantum hoc sit valde probabilè, & in praxi tutum; tamen in eo casu, in quo ex causa, & non ex curiositate id vigeat Confessarius, contrarium etiam videtur probabilè. Tolerus allegato lib. 3. Summæ, cap. 8. num. 4. quia non est vera ratio infamiae, quæ in sola confessione incurretur, aliàs idem penitens se infamaret, confitendo sese, si Confessor illum agnosceret, quod nemo dicit. Sic Valquez de pœnit. q. 91. a. 1. dub. 3. num. 4. & 3. egrè docet, eum, qui consuetudinem peccandi licitè potest tacere; teneri tamen interrogatum à Confessario illam aperire: quia oportet, vt Confessario constet de dispositione penitentis.

28. Egimus de primo gradu consanguinitatis, & affinitatis linea recta: quid, si incestus committatur in primo, vel secundo gradu affinitatis linea collateralis, seu transuersa, v. c. cum sorore vxoris, aut prima germana illius? Respondeo, in huiusmodi gradibus affinitatis sufficere, si penitens dicat: Cõmisi incestum in primo gradu, vel secundo affinitatis linea collateralis, non explicando cum sorore vxoris meæ, vel cum prima germana illius: quia huiusmodi gradus non continent tam specialem deformitatem, ac alij gradus numeris præcedentibus apposti. Ita docet Corduba in Summa, q. 2. §. *Lo tercero*. Sor. in 4. dist. 40. q. 1. art. 4. & apertius dist. 18. q. 2. a. 4. concl. 7. & Nau. quem ibi citat ipse Cord.

Corduba. Sorus. Nauar.

29. Idem dicendum est iuxta eundem Cordubam, de confessione tactum impudicorum inter istos consanguineos, & affines, quod de copula atque incestu dictum manet: tenetur enim explicare, in quo gradu: & ideo si fuerint habiti in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis linea recta, tenentur penitentes dicere, an sint habiti cum matre, cum filia, cum priuigna, cum nouerca: si autem fuerint habiti cum affinibus in primo gradu, vel secundo linea transuersa; vt cum sorore vxoris, vel cum prima germana illius; satis est, si dicant, se habuisse tactus illicitos cum persona prohibita in primo gradu affinitatis linea transuersa: non explicando cum sorore vxoris, vel cum prima germana illius, iuxta doctrinam traditam de copula, num. 25. 26. & 27. Nam, quantum tactus impudici non efficiant incestum, nec per illos contrahatur affinitas, quæ dirimar, vel impediat matrimonium; tamen quoad peccatum reducuntur huiusmodi tactus ad incestum tanquam dispositiones illius. Ita docet Corduba in Summa, q. 2. §. *El quarto punto*. Concordat Nauar. in Summa Lat. cap. 16. à num. 11. vsque ad 13. & Caietanus tom. 2. quodlib. de delect. morosa, dub. 3. Vera enim affinitas dirimens matrimonium solum contrahitur per copulam incestuosam; nec solum per quantumque copulam, sed per copulam seminante viro intra vas naturale femina: vnde non sufficit penetratio sine tali seminatione; nec sufficit seminatio feminae absque seminatione viri. Ita Toletus lib. 7. Summæ, cap. 24. num. 7. & Henricus lib. 1. 2. de matrim. cap. 6. n.

Corduba. Nauar. Caietan.

Toletus. Henr.

1. & Sancius lib. 7. disp. 64. à n. 15. cum multis, quos Sanchez ibi citat.

30. Solicitatores huius peccati, & mediatores, ac mediatrices incestus in similibus gradibus prohibitis, etiam in suis confessionibus tenentur explicare gradus personarum iuxta modum explicatum, inter quas mediatores fuerunt: & an personæ sint coniugatae, an voto sacrae: an fuerint mediatores inter filium, & matrem, neptem, & auum, priuignum, & nouercam, sororem, & fratrem: & non satisfaciunt dicendo, se sollicitatores fuisse inter personas primi gradus consanguinitatis, vel affinitatis linea recta: satisfaciunt tamen, si sollicitatores fuerint inter personas primi gradus affinitatis linea transuersa, veluti inter virum, & sororem vxoris illius, aut inter virum, & primam germanam vxoris illius. Ita, & benè Corduba citatus dicta Cord. quæst. 2. §. *El quarto punto*. Nauar. in Summa Lat. tin. cap. 7. num. 3. videtur aliqua ex parte cum illo concordare.

Cord. Nauar.

31. Circa circumstantiam filia; confessionis dubium est, an illa sit necessariò confitenda: & in hac materia absque controuersia est ingens sacrilegium, & necessariò confitendum, quando Sacramentum confessionis accipitur, vt medium ad hoc peccatum committendum, vt sit Sacerdos in ipso actu confessionis sollicitaret penitentem feminam: sit enim tunc grauis iniuria Sacramento, & ideo illud peccatum specialem continet malitiam mutantem speciem peccati, & ideo necessariò confitendum: quare iure optimo de hoc crimine cognoscunt hodie fidei Inquisitores. Sed hanc materiam in sequenti Summario plenè explicabimus. Quod verò hic specialiter inquirimus, est, vtrum, quando non accipitur confessio, vt medium ad sollicitandum, sed, si multo peracto tempore Sacerdos rem habeat cum femina, cuius aliquando confessionem exceptit, quam appellamus filiam spirituales confessionis, sit ista circumstantia filia; confessionis necessariò confitenda, ita, vt aliter non fiat confessio valida. Qua de re bipartita est sententia. Prima negat esse de necessitate confessionis. Eam docet Sà in Summa verbo, *Confessio*, n. 26. Petr. Ledesma de matr. q. 56. a. 2. dub. vltim. col. antepenult. & in Summa de Sacram. vbi de Sacramento pœnit. cap. 1. fol. 631. ibi enim ait, vt tranque sententiam esse valde probabilem, & à viris doctissimis sustineri: sed ipse neutrum definit. Facit pro hac sententia Bernard. Diaz in pract. criminali, in noua edit. cap. 82. num. 3. vbi ait, hoc peccatum esse multò leuius in actu cum cognata spiritali, hoc est, cum commatre: vnde videtur asserere, non continere circumstantiam necessariò confitendam. Fundamentum huius opinionis est primò, quia non fit iniuria Sacramento, cum iam transactum sit, ac proinde non committitur sacrilegium. Secundò, quia per confessionem non contrahitur cognatio spiritalis, sicut contrahitur per Baptismum, & Confirmationem: sublata autem hac cognatione spiritali, non videtur circumstantia filia; confessionis notabiliter aggrauare peccatum: nam, si Confessor post confessionem filiam confessionis horretur ad furtum, vel vindictam, aut perurium, nemo dicit, istam circumstantiam necessariò esse confitendam ex eo, quòd eius confessionem aliquando audierit, & filia confessionis sit. Tertio, quia si non daretur cognatio spiritalis, quæ iure Ecclesiastico oritur ex Baptismo, & Confirmatione, non esset specialis circumstantia necessariò confitenda, accessio ad baptizatam, vel confirmatam: ergo similiter, cum talis cognatio spiritalis non nascatur ex confessione, non dabitur ibi speciali circumstantia necessariò confitenda. Vltimò, quia hoc peccatum non est incestus, vt

31. Circumstantia confessionis.

Sà. Petr. Led.

Ber. Diaz.

constat, cum non sit accessio ad cognatam spiritualem, vel affinem; nec est sacrilegium, ratione iniuriae illatae Sacramento, cum ibi nulla iniuria illi fiat, nec Sacramentum confessionis ibi assumatur tanquam medium ad peccatum: nec potest dici circumstantia notabiliter aggrauans; quia, cum hic nulla detur cognatio spiritalis, nulla viderur dari aggrauatio notabilis peccati. Est probabilis ista sententia.

32. Secunda opinio, & verior, affirmat, hanc circumstantiam filiae confessionis de necessario esse confitentiam, non solum quia est notabiliter aggrauans; sed quia mutat speciem peccati, & quia est speciale sacrilegium ratione vinculi simili cognationi spiritali ex eo Sacramento contracti. Ita docet Sancius lib. 7. de matrim. disput. 55. num. 3. & 4. docet etiam Dominicus cap. finali, de cognat. spiritali, in 6. num. 3. ad finem, & ibi Francus in fine, & Paludanus in 4. dist. 42. q. 1. a. 1. concl. 2. num. 7. & ibi etiam Supplementum Gabrielis q. 1. a. 2. concl. 1. afferentes, oriri ex Sacramento poenitentiae cognationem spiritalis, non tamen ad effectum matrimonij: docet etiam Tabiena verbo, Circumstantia, sine, & ibi Armilla num. 12. & Viuald. in Candela-bro aureo, 1. p. vbi de confess. n. 30. & Lud. Lopez 1. p. Intra et. cap. 35. col. 4. §. Secundo respondeo. & Barth. Ledes. de Sacram. poenit. vbi de confess. dub. 19. columna penult. addens, esse speciale peccatum, quod ad incestum, vel sacrilegium reducitur. Omnes enim isti Doctores asserunt, huiusmodi circumstantiam mutare speciem peccati luxuriae in sacrilegium, vel incestum. At vero Emmanuel Rod. tom. 1. Summae, edit. 2. c. 209. u. 1. & Vega tom. 1. Summae, c. 55. casu 19. & Henricus lib. 1. 2. de matr. docent, circumstantiam hanc non mutare speciem, sed notabiliter aggrauare peccatum intra eandem speciem. Et probari potest primo ex cap. Omnes, 30. q. 1. vbi Symmachus Papa ita ait: Omnes, quos in poenitentia accepimus, ita filij nostri sunt, ut in Baptismate suscepti. Caestinus Papa in cap. Si quis Sacerdos, sine, 30. q. 1. ita ait: Si quis Sacerdos cum filia spiritali fornicatus fuerit, sciat, se graue adulterium commississe. Ex quibus verbis inferit D. Thomas in 4. dist. 42. quaest. 1. a. 2. ad 8. inductam esse specialem prohibitionem Ecclesiae, ob specialem Sacramenti reuerentiam, habentem specialem malitiam sacrilegij necessario confitentiam: sicut enim sacrilegium est, furari, rem aliquam de loco sacro: quia Ecclesia id speciali prohibitione interdicit: ita sacrilegium erit fornicari cum filia spiritali confessionis: quia id etiam in textibus praecedentibus Ecclesia interdicit. Probatur denique rationibus: quia est peccatum contra reuerentiam Sacramento debitam: per illud enim tollitur reuerentia, quam filiae spirituales habere debent suis Confessariis, & est causa, ob quam illa a confessione arceantur, & sic iniuria fit Sacramento, reddendo illud poenitentibus odiosum. Quae plane rationes hanc sententiam multo probabilioribus alia efficiunt, ut patet consideranti, & ideo illi adhaereo: quauis alia valde etiam sit probabilis.

Sanch. Dominicus. Franc. Paludanus. Supp. Gab.

Tabiena. Armill. Viuald. Lud. Lopez. Ledesma.

Rodrig. Vega. Henric.

33.

Ad primum fundamentum primae opinionis, dico, iniuriam fieri Sacramento: quia, quantis sit transactum; adhuc tamen iniuria illi moraliter infertur: quia non est negandum huiusmodi peccatum esse in causa, ob quam filiae spirituales a confessione deterreantur, aut saltem ut illud non ita securae accedant, in quo non vulgaris iniuria Sacramento infertur. Ad secundum dico, per confessionem contrahi cognationem quandam spiritualem, quae licet non inducat aliquod impedimentum matrimonij; inducit tamen circumstantiam de necessitate confessionis modo haecenus explicato. Ad

tertium; & quartum patet responso ex dictis: reducitur enim hoc peccatum ad sacrilegium, & incestum, ut iam dictum manet.

Quid autem, si Sacerdos concubinam suam audiatur in confessione? Respondeo, huiusmodi Sacerdotes peccare grauiter, ut patet ex cap. finali 30. q. 1. vbi Caestinus Papa sic ait: Non debet Episcopus, aut Presbyter commisseri cum mulieribus, quae ei suae fuerint peccata confessae: si forte, quod ad sit, hoc contrigerit, sic poeniteat, quomodo de filia spiritali, Episcopus 15. annos, Presbyter 12. & deponatur. Ex quibus verbis patet peccare illos mortifere, si feminas, cum quibus peccant, confiteantur. Sic etiam Sacerdos Graecus non debet audire vxorem, iuxta Glossam in cap. Omnes, 30. q. 1. Si tamen huiusmodi Sacerdotes audiant concubinas, aut illas, cum quibus aliquando committi sunt, confessio valida erit, modo illa rite ad se retineat disposita. Ita docet D. Thomas in add. 3. part. quaest. 20. a. 2. Sylu. verbo, Confessio, 1. num. 16. Angel. verbo, Confessio, 5. n. 8. Victoria q. vltima de clauibus. Viualdus in Candela. aureo, 1. p. vbi de confessione n. 29. & Henricus de Gandauo quodlibet 9. quaest. 24. & alij. Poena autem taxata iis, qui cum filiis spiritalibus peccant, habetur in c. finali 30. q. 1. & in c. Omnes, eadem 30. quaest. 1. ea autem est perpetua depositio, & quindecim annos poenitentiae in Episcopo; in Presbytero 12. hodie tamen tota haec poena arbitrio Iudicis imponitur.

34.

D. Thom. Syluest. Angelus. Victoria. Viuald. Gand.

Circumstantia filiae Baptismi, & Confirmationis de necessitate etiam est confessionis: quia mutat speciem peccati, & luxuriam, ac intemperantiam trahit ad incestum: est enim incestus spiritalis, ratione cognationis spiritalis & impedimentum resultans ex Baptismo, & Confirmatione ad matrimonium. Est communis. Ita docet Sancius lib. 7. de matr. disp. 55. num. 3. medio. Bernard. Diaz in practi. vltima edit. cap. 82. n. 3. Gallectus de cognatione spiritali, c. 10. num. 3. Viguerius lib. Instit. moral. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 8. sine, & alij passim.

35. Circumstantia filiae Baptismi, & Confirmationis. Sanchez. Ber. Diaz. Gallect. Viguer. Nauar.

12.

De Sacerdotibus sollicitantibus in confessione: explicantur plurimae dubitationes circa hoc crimen, & datur notitia omnium Constitutionum, quae a Sede Apostolica circa illud emanarunt.

S V M M A R I V M.

Quatenus Inquisitores, & Ordinarij possint cognoscere de crimine sollicitationis in confessione, an simul, an separatim; & quatenus femina sollicitata teneantur denunciare: datur notitia omnium Constitutionum, quae circa hoc crimen a Sede Apostolica emanarunt. Et quid, quando femina incipiunt, vel non incipiunt sollicitationem. a num. 36. usque ad 59. An Confessarius ille denunciandus sit, & puniendus, tanquam sollicitator, qui arte magica summum immitit in feminam in confessione, ut ibidem cum illa rem turpem habeat. num. 60. Explicantur omnes casus, qui circa hanc materiam sollicitationis occurrere possunt in toto hoc Summario. a num. 36. usque ad 101. An soli Confessarij de hoc crimine quomodo libet infamari denunciandi, an etiam non infamati post nouam Constitutionem Gregorij XV. a n. 79. usque ad 81. An ante hanc denuntiationem praemittenda sit fraternalis correctio. a num. 81. usque ad 89. An Inquisitores soli possint absolueret, & condempnare eos de hoc crimine, an simul cum Ordinariis. a n. 91. A Summis

36. A Summis Pontificibus, Pauptio IV. & Pio IV. littera emanarunt ad Inquisitores Hispaniae, contra Presbyteros, tam saeculares, quam regulares, sollicitantes in sacramento poenitentiae, seu in actu confessionis sacramentalis, mulieres poenitentes, ad actus impudicos & inhonestos: quibus litteris Inquisitoribus facultas dabatur, procedenti contra huiusmodi feminarum sollicitatores, sicut in aliis causis, ad Officium sanctae Inquisitionis pertinentibus, ut videre est ex Breui Pij IV. dato Romae die 16. Aprilis, 1561. Pontificatus sui anno secundo, quod sic habet.

37.

Pius Papa IV. Venerabili Fratri Episcopo Hispanensi, in Regnis Hispaniarum haereticarum prauitatis Inquisitori Generali. Cum, sicut nuper non sine animi molestia accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam eorum ciuitatibus, & diocesis, curam animarum habentes, sine eam pro alio exercere, aut alias audiendo confessionibus deputatis, in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento poenitentiae in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui illud instituit, Domino Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres, videlicet, poenitentes, ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum eiusmodi, Creatori nostro conciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in diuina Maiestatibus offensam, & animarum perniciem, & Christi fidelibus scandalum non modicum: Nos in animam nequeuntes inducere, quod, qui de fide Catholica recte sentiunt, Sacramentum in Ecclesia Dei institutum abutantur, aut illis iniuriam faciam, Fraternalitatis, de cuius eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per presentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios a te deputandum, seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes diuersarum Regionum, ac illarum ciuitatum, & diocesium, de praemissis quomodo libet diffamatos, tam saeculares, quam quorumuis etiam exemptorum, ac Sedes Apostolica inmediate subiectorum Ordinum saeculares, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & praeminentiae existant, tam super praemissis, quam super fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra Haereticos concessarum continentiam, & rigoris procedas, ac culpabiles repositos, iuxta excessum suorum qualitates, prout iuris fuerit, punias ac etiam, & prout de iure fuerit faciendum, debita, praetendit degradatione, saecularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam in iuramento confirmatione Apostolica, vel qualibet firmitate aliarboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, & ac quibuscunque clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodo libet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dimittas specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 16. Aprilis, 1561. Pontificatus nostri anno secundo.

38.

Dubitatum fuit super hoc Breui, & alio eiusdem tenoris Pauli IV. tempore Clementis VIII. an facultas haec concessa Inquisitoribus contra hos feminarum sollicitatores in actu confessionis, illis fuerit concessa priuatiue tantum, an cumulatiue, tam respectu Episcoporum, quoad Sacerdotes Confessarios saeculares; quam respectu Praelato-

rum regularium; quoad Sacerdotes Confessarios regulares: & declarauit decreto suo quod statim apponemus, eam facultatem respectu Praelatorum, & Superiorum regularium tantummodo cuiusvis Ordinis, & Congregationis etiam Mendicantium sint fuisse concessam: Dominus Inquisitoribus priuatiue tantum: ita quod praedicti regulares non eximantur ab onere deferendi huiusmodi sollicitatores Inquisitoribus, etiam si suis Superioribus illos deferant, ac denuntient; nec Superiores eos possint punire, cum poenitentia huius criminis ad Inquisitores tantum spectet: & nihil declarauit de Episcopis respectu Clericorum Confessariorum saecularium: in quo vilis fuit Summus Pontifex, asserere, respectu Episcoporum esse eam facultatem concessam Inquisitoribus cumulatiue, & non priuatiue; & sic ex vi huius Breuis, eos omnes eximi, & excusari ab obligatione deferendi huiusmodi sollicitatores Inquisitoribus, qui illos prius detulerunt, ac denuntiarunt suis Episcopis: quia, cum potestas sit cumulatiua, & non priuatiua, satis illi suum explent obligationem, qui praedictos feminarum sollicitatores ipsis Ordinariis, vel Episcopis, derulerint. Et id etiam postea declarauit Gregorius XV. ut infra videbimus. Quamobrem Praelati Religionum non possunt contra sollicitantes sibi subditos procedere: sed tenentur eos ad Inquisitores, tanquam de fide suspectos, deferre. Ita docet Soula de sollicitate. 2. cap. 1. num. 19. Rodrig. tom. 2. q. 9. regul. q. 81. art. 1. & Penna 3. p. Directorij, commento 11. Decretum Clementis VIII. ita habet.

Soula. Rodrigue. Penna.

39.

In nomine Domini. Amen. Per praesens publici Decreti instrumentum cunctis parat evidenter, & si notum, quid in generali Congregatione Officij sanctae Romanae, & vniuersalis Inquisitionis, habita coram sanctissimo Domino nostro Clemente VIII. ac illustrissimis, & reuerendissimis Cardinalibus, (illos nominat, & post nominationem continuat, ac dicit,) in vniuersa Republica Christiana aduersum haereticam prauitatem generalibus Inquisitoribus in negotio sanctae Inquisitionis Hispaniarum super litteris felicis recordationis Pauli PP. IV. & Pij PP. IV. facultatis procedendi contra Presbyteros saeculares, & regulares in Sacramento poenitentiae, seu in actu confessionis sacramentalis sollicitantes mulieres poenitentes ad impudicium, seu peccata carnis, Inquisitori generali alius concessa, an priuatiue, vel cumulatiue, quoad Superiores regularium dicta Inquisitio contra huiusmodi delinquentes procedere possit: sanctissimus Dominus noster, re diligenter, ac mature discussa, auctoritate sua Apostolica declarauit, & decreuit, declarauit, & decernit, circa huiusmodi facultatem procedendi nihil esse attendendum, aut innouandum; sed Inquisitionem praedictam, in omnibus regnis, & prouinciis sibi subiectis, ea iudicialiter vti posse, & debere, sicut in aliis causis ad sanctissimum Inquisitionis Officium pertinentibus, vti haecenus fecit, etiam priuatiue, quoad Superiores regularium cuiusvis Ordinis, & Congregationis, etiam si Medicantium existant, ipsaque regulares: non enim ab onere deferendi, seu denunciandi huiusmodi delinquentes eidem sancto Officio, quemadmodum in aliis casibus, & causis sanctae Inquisitionis, in quibus alij Christi fideles de iure tenentur: sed ad ipsum, sicut alios tenentur, & obligatos esse: & ita Sanctitas sua declarauit, & decreuit, atque perpetuo seruandum esse omni meliori modo, & forma, quibus potuit, potestque, & debet, datum, latum, & promissatum fuit supra dictum sanctissimum D. N. D. Clementem VIII. pro tribunale sedentem, &c. anno a Natiuitate Domini 1592. die 3. mensis Decembris, feria quinta, Pontificatus sui anno 1. Presentibus, &c. Postea nominat illos, qui fuerunt praesentes.

Doctrina igitur, quam tradidimus in prima im-

40.



pressionem huius nostri tomi in quinque Ecclesiae praecepta, lib. 4. c. 3. num. 31. fol. 381. secundi praecepti, ubi diximus, hanc delationem procedere de sollicitatoribus tantum feminarum, non virorum, ad actus inhonestos in ipso actu confessionis sacramentalis, non ante, nec, post, & non de quibuslibet Sacerdotibus sollicitantibus; sed iis tantummodo, qui de hoc crimine fuerint iam quomodolibet infamati, intelligenda est intra terminos Constitutionis Pij IV. Pauli IV. & intra terminos declarationis Clementis VIII. non autem intra terminos, & ius nouissimae Constitutionis Gregorij XV. expeditae die 30. Augusti, 1622. Pontificatus sui anno secundo, cuius notitiam non habuimus; vel, quia post nostrum primum illum tomum, à Sede Apostolica emanauit; vel, quia si ante illum emanauit, illius notitia nondum ad nos peracta fuerat, in qua Summus Pontifex ius nouum condidit, in quo statuit deferendos esse ac denuntiandos, non solum sollicitatores feminarum; sed etiam hominum, & puerorum, & aliarum personarum, quaecumque illa sint ad inhonestas, & actus venereos, & impudicos, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetrandos sollicitauerint, siue in actu confessionis, siue ante, siue post immediatè, seu occasione, vel praetextu confessionis, ipsa etiam confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut in loco quocumque, in quo confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, prout magis patebit infra.

Paulus V. illam ipsam Constitutionem Pauli IV. quae ad illustrissimum Inquisitorem generalem Hispaniae destinata fuerat, ad illustrissimum Inquisitorem generalem Portugalliae, & Algarbiorum, de verbo ad verbum translata destinauit, continentem eandem omnino materiam, anno Domini 1608. die 16. Septembris, anno secundo sui Pontificatus; nondum enim ea Constitutio recepta fuerat in Lusitania; quam idè hic non appono, quia eandem omnino materiam, & illdem expressis verbis continet, ac illa Pauli IV. & Pij IV. quae destinata fuit ad Inquisitorem generalem Hispaniae. Quamobrem doctrina, quam in prima editione nostri huius tomi, in praedicto lib. 4. cap. 3. num. 31. secundi praecepti, fol. 381. tradidimus, procedit etiam consequenter intra terminos huius Constitutionis.

Nouissimè verò post editionem nostri illius tomi, (vel, si forte ante illam, illius notitiam non habuimus,) emanauit à Sede Apostolica quadam Constitutio à sanctissimo Domino nostro, Gregorio XV. quae comprehendit etiam Confessarios, tam viros, quam feminas in confessione sollicitantes; emanauit autem tam pro regnis Castellae, quam Lusitaniae, & Algarbiorum, in qua Summus Pontifex Gregorius XV. inexit de verbo ad verbum praedictam Constitutionem Pauli IV. Pij IV. & Pauli V. & illas approbat, roborat, & confirmat, ac denique ius de nouo condidit, & multa statuit, quae non erant statuta in Constitutionibus praecedentibus; nempe, ut denuntientur etiam sollicitantes masculos, & alias personas, quaecumque illae sint, siue in actu confessionis, siue post, ut latius videri potest in praedicto Diplomate, ac Constitutione, quae statim numero sequenti ponemus. Quare hodie iam non licet dubitare, an denuntiandi sint Sacerdotes Confessarii sollicitatores masculorum, cum eos Gregorius XV. in sua Constitutione expressè comprehendat, ibi: *Qui personas, quaecumque illae sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis, in actu confessionis sacramentalis, siue ante vel post immediatè,*

*occasione confessionis, etiam ipsa confessione non secuta, sollicitauerint. Vbi illa verba. Personas, quaecumque illae sint, masculos etiam comprehendunt. Et id ipsum ex paritate rationis, ante hanc Constitutionem Gregorianam, stando in solis terminis Constitutionum antecessorum Pontificum, docuit Illustrissimus Dominus, D. Rodericus à Cunha, nunc Archiepiscopus Bracharensum, & Hispaniarum Primas meritisimus, de Confess. sollicitant, q. 6. à n. 6. qui communiter ante hanc Constitutionem reiciebatur; at post illam non licet illum reicere, ut docet egregiè Ioannes Sanchez disp. 11. num. 12. fol. 16. col. 1. Constitutio autem Gregorij XV. sic habet.*

*Tenore praesentium approbamus, & confirmamus Constitutionem felicis recordationis Pauli IV. & c. & postea addit: Statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & singuli Sacerdotes, tam seculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedis Apostolicae immediatè subiectorum, Ordinum, Institutuum, Societatum, & Congregationum Regularis, cuiuscumque dignitatis, praesentiae, aut quouis privilegio muniti existant, qui personas, quaecumque illae sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu confessionis sacramentalis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel praetextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra confessionem in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicito, & inhonesto, sermones, siue tractatus habuerint in Officio sanctae Inquisitionis seuerissime, ut infra puniantur; & praeterea omnes haereticas prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios, omnium Regnorum, Prouinciarum, ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi Orbis Christiani, in suis quaeque diocesis, & territoriis per has nostras litteras etiam priuatiuè, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuò Indices delegamus, ut super his contra praedictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, iuxta sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquisitionis, huiusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquireant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis suspensionis ab executione Ordinum, priuationis beneficiorum quorumcumque, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, necnon voce actiua, & passiva, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad trivernum, & carceres, etià in perpetuum, absque ulla spe gratiae, aliisue pœnas decernat, & debita praecedenti degradatione Curia seculari puniendos tradant. Et postea addit: Et ne delictum tam enorme, & Ecclesiae Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus praesumptionibus, iudiciis, & aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & curia seculari, ut praefertur, tradendi, non obstantibus omnibus, quae dictis praedecessor noster in litteris praedictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos nouerint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitante, seu, ut praefertur, tractante, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis praedictis: quòd si hoc Officium praetermiserint, vel penitentes docuerint, non teneri ad denuntiandos Confessarios sollicitantes, seu tractantes, eidem locorum Ordinariis, & Inquisitoribus illos pro modo culpe punire non negligant. Voluimus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae Ecclesiasticae potestatis munitis, eadem prorsus fides*

Roder. à Cunha.

Sanchez.

43.

*in iudicio, & extra, ubique habeatur. Datum Roma apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti, 1622. Pontificatus nostri anno secundo.*

44.

Hac obligatio denuntiandi sollicitatores pertinet ad personas sollicitatas vtriusque sexus: non enim ipsi sollicitatores tenentur se ipsos prodere, & denunciare. Vnde possunt Confessarii ordinarij absoluerè ipsos sollicitantes, non tamen personas sollicitatas, quin prius ipsae sollicitatores suos denuntient. Ita diximus in prima editione huius nostri tomi primi in quinque praecepta Ecclesiae, praepcepto 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. initio, & docet Rodriguez in Summa, cap. 270. conclus. 1. Et ratio est, primò, quia obligatio denuntiandi in hac Constitutione posita, solum imponitur personis sollicitatis, siue masculis, siue feminis, ut suos sollicitatores denuntient. Patet ex his verbis: *Mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos nouerint fuisse ab aliis sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitantes, seu, ut praefertur, tractantes.* Secundo, quia excommunicatio imposita ab Inquisitoribus in initio actus fidei publici, quando celebratur, videtur solum dirigi ad personas sollicitatas, easque obligare ad denuntiandos suos sollicitatores: non dirigitur autem; nec obligat ipsos sollicitatores, ad se ipsos prodendos, ac denuntiandos; durum enim esset, ac supra vires humanas, obligare sollicitatores se ipsos prodere, & denunciare: imponunt enim Inquisitores in praedictis edictis excommunicationem ipso facto omnibus personis sollicitatis, ut suos denuntient sollicitatores, cuius absolutionem sibi referunt, vnde fit, ut Confessarii illas non possint absoluerè, nisi prius denuntient.

45.

Sufficit autem, si ipsae personae sollicitatae iam denuntiauerint suos sollicitatores, si fuerint Sacerdotes seculares (de regularibus enim statim dicemus) coram Episcopis, & Ordinariis; & si hoc fecerint, non tenentur illos denuntiare Inquisitoribus; & similiter, etiam si eos denuntiarunt Inquisitoribus, non tenentur illos iterum denuntiare Ordinariis locorum: quia tam Inquisitores, quam Episcopi, & Ordinarij aequè Indices constituuntur huius criminis, & possunt, vel simul, vel separatim procedere contra praedictos sollicitatores. Patet ex verbis Gregorianae Constitutionis, ibi: *Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum Christiani Orbis, in suis quaeque diocesis, per has litteras priuatiuè, quoad alios, specialiter, ac perpetuò Indices deputamus.* Et illa verba, priuatiuè quoad alios, intelligenda sunt, quoad alios Indices, ita ut excludant Superiores Religionum, etiam Prouinciales, qui quasi ordinarij, & Episcopalem iurisdictionem habent in suos Regulares: hi enim de hoc crimine suorum Regularium cognoscere non possunt iuxta hanc Constitutionem & iuxta Constitutionem Clementis VIII. ita quòd Inquisitores abeant hanc potestatem cumulatiam cum Episcopis, & Episcopi, & Inquisitores illam habeant priuatiuam respectu Praelatorum Regularium. Patet etiam ex illis aliis verbis eiusdem Constitutionis Gregorianae infra positis, ibi: *Contra praedictos, id est, sollicitatores, simul, vel separatim procedant.* Et denique patet ex aliis verbis eiusdem Constitutionis, in quibus praecipitur personis sollicitatis, ut suos sollicitatores denuntient, vel coram Episcopis, vel coram Inquisitoribus, & Confessariis, & ut eos de hac obligatione moneant, ibi: *Mandantes omnibus Confessariis, ut suos penitentes, quos nouerint fuisse ab aliis sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitantes Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis praedictis.*

46.

Sed dubium hinc esse poterit, an si sollicitantes

fuerint Regulares, & exempti; denuntiare possint etiam coram Episcopis, & locorum Ordinariis, an solummodo coram Inquisitoribus. Et ratio dubitandi est: quia Regulares respectu Episcoporum sunt exempti de iure communi, licet in crimine haereticis specialiter tanquam à sede Apostolica delegatis illis subiiciantur, ut patet ex cap. *Ad abolendam*, §. ultimo, de Haereticis, & ex cap. *Per hos*, eod. tit. lib. 6. Docet Molina tom. 6. de iust. tract. 5. disp. 28. num. 3. & Emericus Directorij Inquis. p. 3. Emeric. q. 4. crimen autem sollicitationis non est directè crimen haereticis. Deinde, quia Clemens VIII. in sua Constitutione supra posita, quae incipit, *In nomine Domini*, solum dicit, posse Inquisitores procedere in hoc crimine circa Regulares in illo comprehensos, sicut possunt contra illos procedere, in aliis criminibus, & causis fidei, ibi: *Sed Inquisitionem praedictam in omnibus regnis, & prouincijs sibi subiectis ea iudicialiter vti posse, id est, potestate, & debere, sicut in alijs causis ad sanctissimum Inquisitionis Officium pertinentibus, vti hactenus fecit, etiam priuatiuè, quoad Superiores Regularium, & nihil loquitur de Episcopis, seu locorum Ordinariis: quare videtur, spectata hac Constitutione, & declaratione Clementis VIII. non esse denuntiandos huiusmodi Regulares de hoc crimine delinquentes, coram Episcopis, & locorum Ordinariis; sed solum coram Inquisitoribus. Accedit, quia videtur, quòd ante hanc declarationem Clementis VIII. sola Inquisitio cognoscebat de hoc crimine quoad Regulares, in qua possessione conseruatur à Clemente VIII. in sua Constitutione, ibi: *Sicut hactenus fecit, & Gregorius XV. confirmat hanc Constitutionem Clementis VIII. & confirmat etiam Constitutionem Pauli IV. & Pij IV.**

47.

Nihilominus, re bene considerata, mihi videtur, Regulares huiusmodi, de hoc crimine sollicitationis, tam apud Ordinarios, quam apud Inquisitores denuntiandos esse, & denuntiare posse. Ratio est: quia, quidquid sit de iure antiquo Constitutionis Clementis VIII. & aliorum Pontificum, quidquid etiam sit de iure communi, de quo modò non disputamus, Gregorius XV. confirmat omnes antiquas Constitutiones, & declarationes praedecessorum Pontificum de hoc crimine sollicitationis agentes, & postea ius nouum statuit, ac condidit, addendo aliqua, quae in illis non erant, & explicando, quae non ita clara erant: quod constat ex illis verbis, quae post illarum confirmationem addit: *Statuimus, decernimus, & declaramus.* Vnum autem ex iis, quae de nouo statuit, est, quòd etiam Ordinarij possint cognoscere de hoc crimine, respectu Regularium, ut constat ex iis, quae diximus supra versu, *Sufficit autem, & ex verbis Constitutionis Gregorij XV. ibi: Contra praedictos sollicitatores, tam locorum Ordinarios, quam Inquisitores, simul, vel separatim procedant in omnibus, prout in causis fidei.* Et post pauca: *Necnon voce actiua, & passiva, si Regulares fuerint, eos priuatiuè.* Constat etiam ex aliis verbis, in quibus, tam locorum Ordinarios, quam Inquisitores, super quoslibet exemptos specialiter, ac perpetuò Indices in hoc crimine constituunt, ibi: *Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum Christiani Orbis in suis quaeque diocesis, & territoriis specialiter, & perpetuò Indices delegamus.* Vbi in illis verbis, *specialiter*, satis ostendit Summus Pontifex, se speciale ius hac de re condere, & statuere: quare, sicut diximus de sollicitatoribus secularibus, sufficit, si vel Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus huiusmodi sollicitatores regulares denuntientur: satis enim explent praepceptum denuntiandi personae sollicitatae, si vel his, vel illis denuntientur. Vnde, qui Inquisitoribus denuntiant, non tenentur



denuntiandum, nec in poenas Breuium talem Confessarium incidere: quia tunc, verè, & propriè loquendo, non dicitur sollicitare, & prouocare; sed in sollicitationem à femina, vel poenitente inceptam consentire. Verùm, huiusmodi Auctores consequenter ad suam opinionem loquuntur: illorum tamen opinio, vt numero praecedenti diximus, mihi videtur procedere, stando solàm in iure, & dispositione antiquarum Constitutionum aliorum Pontificum; non in iure, & dispositione huius nouae, & vltimae Constitutionis Gregorij XV. vt ex dictis constat, in qua omnia acta carnis, omnes tractatus illiciti, & omnes sermones inhonesti ex parte Confessorum prohibentur, & denuntiari iubentur, ibi: *Ad inhonestam quomodolibet perpetranda, & postea: Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint.* Mens enim Pontificis in his verbis, & in tota contextura, & lectura huius Constitutionis, est, omnes illicitos sermones ex parte Confessorum in materia veneris exterminare, vt Confessarij, qui loco Dei, & Iudicium constituti sunt, sicut oportet, & decet: & quauis legis rubrica patiatur aliam interpretationem; tamen cum de mente legis, & Legislatoris constat, profectò quaecunque alia interpretatio in fraudem legis esset excogitata: nam, vt docet Vlpianus in l. *Fraus*. 30. ff. eodem, & Ferdinandus de Mendocça de pactis, lib. 1. quaest. 1. de pacto nudo, pag. 119. num. 38. col. 2. in fraudem legis facit, qui saluis verbis legis legem circumuenit, & contra eius mentem, & voluntatem legem interpretatur. Et id docet etiam Molina Theologus tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 466. pag. 1366. versu. *An verò locatio*, col. 1. Dico, quod sentio; libenter aliorum opinionem, qui melius tenuerint, secutus.

58. Si autem femina prius in confessione ( & idem de quocunque poenitente, ) ad naturalem coitum Confessarium prouocauerit; Confessarius verò ad actum differentem specie sodomiticum, seu molliem sollicitauerit, prouocaueritque; arbitratur Ioannes Sanchez dicta disp. 11. num. 27. praedictum Confessarium denuntiandum esse, & poenas Breuium incurrere: & bene arbitratur; tum, quia actus est specie diuersus, & respectu illius Confessarius sollicitator, & prouocator verè, & propriè dicitur; tum, quia voluntas feminae prouocatur, & sollicitatur ad malum, & ad actum inhonestum, quod ipsa non committeret, nisi à Confessario sollicitaretur ad illum; tum denique, quia in Constitutione Gregorij XV. omnes tractatus illiciti, & inhonesti prohibentur, vt diximus.

59. Si femina prius ad actum sodomiticum, vel ad molliem Confessarium sollicitet, & ille statim illam sollicitet ad actum naturalem, bene infert ex praedictis fundamentis Ioannes Sanchez dicta disp. 11. num. 28. & 29. denuntiandum esse praedictum Confessarium, & poenas Breuium non euadere, Omnes enim rationes, & fundamenta facta pro casu numeri praecedentis, hic etiam in praesenti casu militant.

60. Confessarium, qui in confessione arte magica feminam inducit ad somnum, & illam eodem somno confopitam agnoscit, denuntiandum esse, & poenis sollicitatoribus impositis subiectum manere, docent Freitas in additionibus ad Cunha, quaest. 9. num. 10. quia re ipsa facto sollicitat ad actum inhonestum, & Ioannes Sanchez dicta q. 11. num. 31. nam ipse, mediante hoc philtro, & veneficio, ordinauit Sacramentum, seu potius vfus est Sacramento ad actum illum venereum in confessione, vel ante, vel post illam habendum, ac proinde sollicitator, & inductor est. Dices: illa femina in eo

casu somno confopita non consensit, nec peccauit: ergo illa non tenetur ipsum Confessarium denuntiare. Respondeo, mihi videri teneri illum denuntiare, tanquam re, & facto sollicitatorem: nam obligatio denuntiandi sollicitatores imponitur personis in confessione sollicitatis, ad puniendam iniuriam Sacramento confessionis illatam: quare, cum in eo casu ille Confessarius iniuriam Sacramento inferat, & re ipsa, & facto sollicitator sit, non video, cur non sit denuntiandus, non solàm tanquam sagus; sed etiam tanquam verus sollicitator. Replicabis, illum in eo casu sagum esse, & non sollicitatorem: ergo, licet poenas sagis impositas incurrat; non incurret tamen poenas impositas sollicitantibus. Respondeo, vtunque verba esse, & sagum, & sollicitatorem; quare non esse excusandum.

E contrariò verò, si non arte magica Confessarij, sed naturali somno, vel morbo aliquo, aut paroxifimo fuisset confopita, & Confessarius tunc illam carnaliter agnosceret, existimat Freitas q. 9. num. 11. quem refert, & non improbat Ioannes Sanchez disp. 11. num. 32. praedictum Confessarium non esse denuntiandum, nec manere poenis Breuium subiectum. Ratio illius est: quia huiusmodi Confessarius a parte antea feminam non procurauit, nec captiuit tempus ad eam rem veneream, ac proinde non est, propriè loquendo, sollicitator; sed est fornicator: occasione enim nacta actum fornicationis exercuit, poenae autem Constitutionum non imponuntur fornicatoribus, sed sollicitatoribus, vel inductoribus, vel per se immediatè, vel mediante aliquo veneficio, ac philtro: nam sollicitare propriè est inducere: inducere verò propriè est voluntatem alterius mouere, vt consentiat, vel vt non resistat: illa autem femina, quae maleficio non fuit inducta ad somnum, sed naturaliter, vel morbo aliquo somnum cepit, minime fuit mota, & inducta, neque ad talem somnum, neque mediante illo, ad actum aliquem venereum. Ita docet Freitas q. 9. n. 11. licet tamen ex hoc capite non sit denuntiandus: ex alio tamen denuntiandus est; ex eo, scilicet, quod in confessionario, aut loco ad confessionem electo, cum femina, quae ad confessionem veniebat, rem veneream committit, iuxta ea, quae diximus n. 56. versu. *Verum haec*, quia hoc sine dubio est quomodolibet inhonesta in eo loco perpetrare.

Denuntiandus etiam erit, & poenas Constitutionum Papalium non effugiet ille Confessarius, qui chartam continentem sollicitationem tradit feminae poenitenti postea legendam: nam, cum tradidit chartam, verè incepit sollicitationem; & ipsa traditio est quaedam sollicitatio, & inductio voluntatis ad actum inhonestum, & iniuria fit Sacramento, eò quod tempore confessionis, quo deberet monere feminam poenitentem, illam re ipsa sollicitat, & instrumentum illi confert, quo faucietur. Ita Freitas q. 9. n. 11. & Ioann. Sanch. disp. 11. n. 32.

63. Similiter denuntiandus est Confessarius, & poenis Constitutionum puniendus, qui concubinam suam in confessione, vel immediate ante, vel post, sollicitat, vel de zelotypia arguit. Hispanè, *si le pide zelos lasciuos*: quia talis actio est quaedam sollicitatio, moraliter loquendo, & idem est, ac si Confessarius ei dicat: Poeniter me, quod causam praebes discontinuandi lasciuiam nostram: volo, quod in posterum eam causam mihi non praebas. Idque videntur asserere verba illa Constitutionis Gregorij XV. quae sic habent: *Aut cum eis illicitos sermones, siue tractatus, in confessione, ante, vel post habuerint.* Ita Sanchez allegatus. Verùm, in hoc magna cautela vtendum est: quia ipsa non tenetur prodere peccatum suum: quare, si non potest denuntiare

Sacerdotem,

Sacerdotem, nisi se probat, non poterit obligari ad talem denuntiationem.

64. Episcopi sollicitantes non sunt subiecti Inquisitoribus, ita vt possint puniri ob huiusmodi crimen ab ipsis Inquisitoribus. Ita Cunha de Confessarij sollicitantibus, quaest. 12. num. 5. plures alios refert; & Ioannes Sanchez dicta disp. 11. num. 33. Patet ex cap. *Inquisitores*, de Haereticis, lib. 6. vbi decernitur, Inquisitores non posse contra Episcopos procedere, aut inquirere de crimine haereticis: & idem statuitur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 5. de reformatione, qua de re Discipulus noster ingeniosissimus, Barbosa, in remissionibus ad Consilium: & fortiori non poterunt contra illos procedere, si Episcopi crimen aliquid committant, in quo de haeresi tantummodo suspecti sint, quale est sollicitationis crimen. Et nomine Episcoporum intelliguntur etiam Episcopi titulares, vt docet Cunha citatus num. 7. & Sanchez allegatus dicto n. 33. & Molina tom. 6. de iustitia, tract. 3. disp. 28. n. 29. Symancas titulo 25. n. 111. & 12. nec contra Nuntios Apostolicos, aut Sedes Apostolicae Officiales: ita etiam Molina num. 20. & Farinacius de haeresi, quaest. 186. Decianus tom. 1. crim. lib. 5. c. 23. n. 10. Poterunt tamen Inquisitores testium dicta excipere, vt ad Sedem Apostolicam remittant: & si timeatur fuga, aut graue damnum peruerfionis aliorum, poterunt Episcopos detinere, dum ad Sedem Apostolicam testium dicta remittunt. Ita Cunha quaest. 12. n. 9. Ioann. Sanch. dicta disp. 11. num. 34. Symancas de Cathol. Inst. titulo 25. n. 8. & Penna schol. 94. & Molina tom. 6. de iustitia, tract. 5. disp. 28. num. 19. Et ratio, quam ibi tradit Molina, est, quia hic casus per episcopos, & tacitam voluntate Summi Pontificis censetur à communi prohibitione exceptus, de quo censendum est, eam capturam in eo euentu Summo Pontifici gratam fore: quando autem arbitrio prudentis graue nocumentum aliorum, aut fuga talis Episcopi non timeatur, aut est dubium, an timeatur, & an id sit placitum Summo Pontifici, non est procedendum ad capturam; quia legum prohibitioni standum est, quando per episcopos non est certum, id in tali euentu, & circumstantiis gratum futurum Legislatori; quoniam ea captura infamiam affert tali Episcopo, scandalum subditis, & nocumentum graue & Episcopo & subditis.

65. Episcopi tamen electi ab alijs, quam à Summo Pontif. & nondum consecrati, aut approbati à Summo Pontifice, subditi sunt Inquisitoribus, sicut quilibet alius Sacerdos, & sic pariter denuntiandi sunt, si sollicitatores sint. Ita Illustrissimus Cunha quaest. 12. num. 11. & Ioannes Sanchez disp. 11. num. 35. & Freitas in additionibus ad Cunha, num. 31. & Symancas de cathol. Inst. tit. 25. num. 11. & 12. Nam Episcopi electi à Regibus, vel à Capitalis, antequam approbati sint à Summo Pontifice, nondum sunt verè Episcopi: illi autem, qui electi sunt à Summo Pontifice; puniri non debent eo inciente. Extrauag. *Ex eo*, de Haereticis. Gloss. in cap. *De relig. Domib.* Symancas citatus. Felinus in capite, *Eam te*, de Rescriptis, & alij.

66. Si Confessarius deprehendens in confessione feminam verum propositum emendationis non habere, & ob id iudicat non esse dignam absolutionis, & tunc eam sollicitet, denuntiandus est, & poenis Breuium subiectus manet: quia iam tunc causa, & occasio confessionis sollicitat. Ita Cunha de Confessarij sollicitat. quaest. 14. num. 10. citans Soarium de poenitent. disp. 33. sect. 2. num. 9. ita etiam Ioannes Sanchez disp. 11. num. 41. Constat ex verbis Constitutionis Gregorij XV. ibi: *Qui*

67. *Occasione confessionis, etiam ipsa confessione non secus, sollicitat.* Vbi notandum semper est, sollicitationem in vfu aliorum. Sacramentorum non comprehendendi in poenis harum Constitutionum, nec ex vi illarum denuntiandos esse tales sollicitatores, cum huiusmodi Constitutiones omnes solum loquantur de sollicitatione facta in Sacramento confessionis. Ita Illustrissimus Cunha quaest. 16. num. 6. Freitas ibi: num. 10. Sanchez dicta quaest. 11. num. 42. & communiter omnes.

68. Afferit etiam Illustrissimus Cunha quaest. 17. num. 8. quem sequitur Freitas num. 14. non esse denuntiandum, nec subiectum manere poenis harum Constitutionum, illum Confessarium, qui in confessione sollicitat aliquam feminam, vel aliam personam, vt mediet, & intercedat, vt alia femina, secum, vel cum alio, in actus turpes, & inhonestos, extra confessionem consentiat, ex eo fundamento, quod non est directè sollicitatio ad exercendos actus inhonestos cum femina poenitente. At, quauis hi duo Auctores id probabile iudicent locis citatis, dicendum tamen est, post hanc vltimam Constitutionem Gregorij XV. huiusmodi Confessarium omnino denuntiandum esse, & subiectum manere illius poenis, vt optime docet Ioannes Sanchez dicta disp. 11. num. 44. quod videretur patere ex illis verbis praedictae Constitutionis: *Aut cum poenitentibus illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint.* Illa autem sollicitatio est tractatus illicitus, & in rigore loquendo, ille tractatus est illicitus, & in confessione habitus in ordine ad carnales, & venereos actus; licet praedicti actus non sint habendi cum poenitente in confessione, sed cum alia persona extra ipsam confessionem.

Sed hic dubitabitur, an ille, qui malitiosè audit confessionem alicuius poenitentis, dum apud Confessarium peccata sua confitetur, ex qua confessione cognoscit, praedictam poenitentem ab ipso Confessario sollicitari ad actus inhonestos, teneatur praedictum Confessarium denuntiare. Et ratio dubitandi est: quia secretum naturale non tenetur obseruare, quando cedit in damnum, & iniuriam tertij: id autem in damnum, & iniuriam Sacramenti poenitentiae cedit: assumitur enim Sacramentum cum horrendo sacrilegio, vt medium ad peccatum; cum tamen institutum sit à Christo Domino, vt medium gratiae, & salutis. Dicendum tamen videretur, huiusmodi auditorem, non teneri, nec posse Confessarium denuntiare: primò, quia iniuriam facit ipsi Confessario, manifestando illius occultissimum delictum, quod per iniuriam illius accepit: secundo, quia hoc non videretur cadere sub secretum tantum naturale, sed etiam sub sigillum confessionis, & secretum sacramentale: sigillum autem confessionis in nullo vitæ casu est manifestandum, & obligat personas etiam, qui illud audierunt, vt docent Soar. de poenitent. Soar. disp. 33. sect. 4. num. 7. Toletus lib. 3. Summae, Tolet. cap. 16. num. 5. Salzedo in practica cap. 109. Henriquez lib. 3. de poenitent. cap. 20. §. 1. Graphis lib. 1. Henric. decif. aur. cap. 23. num. 45. Vivaldus in Cande. Graphis. libro, 1. part. de sigillo, num. 10. Nauarrus in Summa Latina, cap. 8. num. 4. & 7. Syluester verbo, *Confessio*, num. 3. D. Thomas in 4. dist. 21. & quodlibet Syluest. to 11. art. 17. nam, cum huiusmodi noticia habitata sit ex confessione, & per confessionem, iniuria sine dubio fit poenitenti, & Sacramento, si res eo sigillo audita reueletur: res enim, seu peccatum, quod confiteretur, transit cum suo onere sigilli sacramentalis; & peccatum illud ex noticia confessionis acceptum, habet onus adnexum, vt à quacunque persona audiat, sigillo sacramentali tegatur.

III 2 Vide

P. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccl.



Vide, quæ hac de re diximus lib. 4. secundi præcepti, cap. 7. de sigillo, n. 25.

69. Dices, id verum esse, quando datur vera confessio: at hanc non esse veram confessionem, nec ibi dari verum Sacramentum, sed abusum Sacramenti, & simulationem illius; & idè non dari ibi obligationem sigilli sacramentalis. Respondeo in primis, licet non detur hic ratio sigilli sacramentalis; dari tamen iniuriam maximam, & iniusticiam, quæ fit proximo, manifestando occultissimum illius delictum, quod per summam iniuriam illius, audiens accepit, malitiosè accedendo, vt audiret. Respondeo secundo, posse nos hic considerare duos casus: primus est, quando Confessarius sollicitat pœnitentem, & pœnitens resistit, & non consentit: secundus, quando consentit, & cooperatur tali sollicitationi. In primo certum est, teneri auditorem ad sigillum sacramentale: quia confessio est vera, & non ficta ex parte pœnitentis, licet ex parte Confessarii detur peccatum. Quare, si absoluit, verè absoluit: neque enim potest constare, an fictè absoluerit: & cum sit vera confessio, datur vera ratio sigilli sacramentalis in illa. Dices: ille audiuit eam sollicitationem ante datam ipsam absolutionem. Respondeo, id parum referre: quia data postea absolutione ritè, & debitè, mansit verum Sacramentum, & ex vero Sacramento resultat vera obligatio sigilli. In secundo casu maior est dubitatio. Mihi tamen, saluo meliori iudicio, videtur, adhuc teneri auditorem ad sigillum sacramentale suo modo: quia, moraliter loquendo, difficile potest constare, quòd tota ea confessio ex vtraque parte fuerit ficta, & inualida: poterunt enim vterque, id est, pœnitens, & Confessarius, in discursu confessionis pœnitere, & sic fieri vera confessio. Iam verò, si auditor ante, vel post sollicitationem, accusationem alicuius peccati audiuit, non potest tunc prudenter iudicare, quòd tota confessio ex vtraque parte fuerit ficta: quare in eo casu rem Deo commendat, & sigillum sacramentale obleruet.

70. Sed quid, si aliquis furtim audit feminam confitentem peccata sua apud Sacerdotem, & ex ea agnoscit fragilitatem illius, & inde talis auditor ansam assumit sollicitandi eam extra confessionem, denuntiandusne erit iste? Respondebunt Illustrissimus Cunha de sollicitat. q. 13. n. 51. & Ioannes Sanches disp. 11. n. 10. & benè, non esse denuntiandum, nec in pœnis Constitutionum comprehendendi in prædictis Constitutionibus laicum fingentem se Sacerdotem, vt in confessione sollicitet: & id videtur patere ex verbis ipsarum Constitutionum, quarum pœnæ diriguntur ad Sacerdotes Confessarios sollicitantes in actu Confessionis, ante, vel post immediatè: hic autem non est Sacerdos, nec Confessarius, nec in confessione sollicitat, & est eadem ratio in vtroque casu. Sed de laico fingente se Confessarium, vt sollicitet, infra dicemus.

71. Occasione, vel prætextu confessionis. Afferit Summus Pont. Gregor. XV. denuntiandum esse Confessarium sollicitantem occasione, vel prætextu confessionis. Videndum igitur est, quid sit occasio, quid prætextus, vt inde intelligamus, quid sit sollicitare occasione, vel prætextu confessionis. Occasio est opportunitas temporis casu proveniens. Seu, auctore Cicero, est pars temporis habens in se idoneam opportunitatem alicuius rei faciendæ, aut non faciendæ. Vnde in præsentis negotio idem est occasio, atque opportunitas sumpta ex confessionis tempore ad sollicitandum; siue præuisum fuerit ad Confessarium, potuisse eam occasionem contingere, & ob id feminam ad confessionem induxerit tali tempore, loco, & hora; siue præuisum non fue-

Cunha. Sanches.

rit, sed casu oblata illa opportunitate confessionis visus est ad sollicitandum.

72. Prætextus autem nihil aliud est, quàm falsa causa simulatio, palliatio, seu velatio alicuius rei: hinc prætextus, idem est atque volare, seu causam aliquam fictam, & non veram pro vera fingere, quæ aliquid veletur, & obtegatur. Vnde Suctonius de Cæsare: *Et prætextu quidem ille civilium armorum hoc fecit; causas autem alias fuisse opinatur.* Et in hoc negotio prætextus est, assumere confessionem, ad sollicitationem occultandam: quod contingit, vel, quando Confessarius pœnitentem inuitat ad confessionem, vt illum in ea sollicitet; cum tamen intentio illius non sit confessionem audire: vel, quando Confessarius simul, & pœnitens decernunt sermones inferere de rebus inhonestis, occasione confessionis: & tunc quidem, si ad actum sollicitationis, dictis, factis, vel nutibus Confessarius deueniat, siue confessio sequatur, siue non sequatur, denuntiandus est, & puniri potest: quia tunc talis Confessarius prætextu confessionis sollicitat. Constat ex illis verbis Constitutionis Gregorij XV. *Occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta.*

73. In confessionario, aut in loco quocunque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel pronocare tentauerint. Per verbum illud, *In loco quocunque ad confessionem audiendam electo*, non solum locus in Ecclesia; sed etiam in domo, in agro, in monte, intelligitur. *Simulantes ibidem confessiones audire*: tunc dabitur talis simulatio, si pœnitens, flexis genibus, more eorum, qui solent peccata sua exipare, coram Confessario ad audiendum applicari constituantur, & ille more eorum, qui confessiones audiunt, compositus sit, siue pœnitens se signo Crucis muniat, siue non muniat: ita vt actus ille ab assistentibus, & circumstantibus, si adessent, confessio credatur. Ita docet Sousa in suis annotationibus ad hanc Constitutionem Gregorianam, fol. 265. n. 13.

74. In hac tamen Constitutione Gregorij XV. siue in his, quæ in aliis Constitutionibus, ex certa scientia confirmat; siue in aliis, quæ de nouo statuit, non comprehenduntur præteriti lapsus, qui promulgationem harum Constitutionum antecesserunt: quare sollicitantes ante sufficientem promulgationem huius Decreti, non sunt iuxta illud puniendi, quoad ea, quæ de nouo statuit; nec etiam sollicitantes ante promulgationem aliarum Constitutionum. Primò, quia leges, & Constitutiones ex natura sua non extenduntur ad præterita, nisi id exprimat: sed, aut prohibent futura, aut actus futuros dirigunt, vt habetur ex capite, *Cognoscetes*, & ex capite, *Quoniam*, de Constit. & docet Panormitanus ibi: quare Decretum hoc, & Constitutionem non comprehendit præteritas sollicitationes, sed futuras à promulgatione perperratas. Secundo, quia lex non obligat ante promulgationem, vt communiter asserunt DD. partim in titulo de Constitut. partim in regula, *Nemo potest, de regulis iuris*, in 6. & patet ex Authentica, *Verona Constituitur*, collatione 5. vbi dicitur, novas leges in singulis prouinciis promulgandas esse: & loquitur de legibus, quæ traduntur pro vna prouincia, angusto regno, vel pro vno Episcopatu; non verò de legibus vniuersalibus, quæ traduntur pro multis prouinciis, aut pro toto orbe: nam hæc, aut sunt ciuiles, aut Ecclesiasticæ: de ciuilibus omnes docent, non satis esse in curia tantum promulgari; sed oportere, vt in singulis prouinciis vno saltem loco promulgentur. De Ecclesiasticis communior opinio docet, leges Pontificias,

72.

73.

74.

Sousa.

Panorm.

Pontificias, latus pro toto orbe, non egere alia promulgatione, vt omnes obligent, quam ea, quæ sit in Curia Romana. Vide Azor lib. 5. Instit. moralium, tom. 1. cap. 3. quæst. 3. circa verò leges Ecclesiasticas, quæ lata sunt pro vnaquaque prouincia, aut diocesi, conueniunt omnes DD. satis esse vnam promulgationem publicam, & solennem, in aliquo loco prouincia, aut diocesis: moraliter enim loquendo, id sufficit, vt lex ad omnium notitiam deferatur, & in iure nihil ampliùs requiritur, & constructio hoc seruat: vade, cum huiusmodi Constitutiones de non sollicitantis feminis in Constitutione latae sint pro vnaquaque diocesi, necesse est, vt publicè, & solenniter, saltem in vno loco prædictæ diocesis, ad hoc, vt obligent, promulgentur, & applicentur. Attamen, cum Constitutio Gregorij XV. specialiter dicat, pro promulgatione sufficere, quòd ad valvas Basilicarum sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, aut in campo Floræ affixa sit, vbi leges pro toto orbe expeditæ affiguntur: aut, quòd ad notitiam alicuius deueniat per instrumentum alicuius Notarij, aut per transcriptum ipsius Constitutionis subscriptum manu alicuius personæ Ecclesiasticæ in aliqua dignitate constitutæ, id sufficit loco promulgationis respectu huius Constitutionis, non aliarum: quia id specialiter non disponit.

75. Notabis verò, nouam hanc Constitutionem Gregorij XV. latam esse contra Confessarios tantum, non contra eos Sacerdotes, qui Confessarij non sunt, & se tales fingunt: nam, cum Summus Pontifex intendat Confessariorum abusus, & inhonestas sollicitationes à confessionibus auertere, contra Confessarios tantum loqui videtur, qui Confessariorum munere funguntur, sicut loquuti sunt omnes alij Summi PP. qui circa hoc sollicitationis crimen Constitutiones ediderunt. Nec refert, quòd Gregorius XV. in sua Constitutione dicat, *Omnes, ac singuli Sacerdotes*, quia hæc verba explicanda sunt per antecedentia verba Constitutionis Pauli IV. quam priùs de verbo ad verbum inferuit, & confirmauit: *Cum, sicut imper, non sine animi molestia accepimus, diuersi Sacerdotes, curam animarum habentes, siue eam pro aliis exercentes, aut aliis audiendis confessionibus deputati.* Et etiam explicanda sunt per illa verba sequenti: *Ad denuntiandum Confessarios.* Et per illa: *Mandantes omnibus Confessariis vt suos pœnitentes, quos noverint, iussisse ab aliis, vt supra, sollicitatos.* id est, ab aliis Confessariis expositis, & ad audiendas confessiones deputatis. Et ita docet Sousa in anotationibus ad Constitutionem Gregorij XV. num. 4.

76. Vnde sequitur primò, non comprehendendi in hac Constitutione Gregoriana, sicut etiam non comprehendebatur in aliis Constitutionibus prioribus Pauli IV. Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. laicum illum, qui assumpto habitu sacerdotali Confessarium se simulat, vt pœnitentem sollicitet; quia nec est Sacerdos, nec est ad confessiones audiendas deputatus. Ita de aliis Constitutionibus loquens docet Illustrissimus Cunha de Confessar. sollicit. q. 13. num. 5. & de hac Constitutione vltima Gregorij XV. Ioannes Sanches disp. 11. n. 36. & Frater Antonius de Sousa tract. 1. de sollicit. cap. 8. num. 4. Possunt tamen Inquisitores, huiusmodi homines aliunde arbitrio suo punire, vt constat ex quadam Constitutione Gregorij XIII. die 6. Augusti, anno 1574. expedita, quam affert Laërtius tom. 2. nouæ collectionis Apost. Const. pag. 387. & ex alia Const. Clementis VIII. die 1. Decembris anno 1601. quam refert etiam idem Laërtius tom. 3. pag. 128. in his enim Constitutionibus committitur Inquisitoribus, vt animaduertant in eos, qui in presby-

Azor.

Sousa.

76.

Cunha.

Sanch. Souza.

Laërt.

teratus Ordine non constituti, Missas celebrant, confessiones audiunt, & absolutionem impendunt.

77. Et, quauis Emmanuel Rodrigues tom. 2. questionum regularium, q. 28. art. 2. versiculo, *Hæc confessio*, asserat, Inquisitores solum posse procedere contra hos laicos, quando confessiones audiunt, & simul absolutionem impendunt, non autem quando solum confessiones audiunt, ex eo fundamento, quòd Constitutio Gregorij XIII. asserat, *confessiones audire, & absolutionem impertiri*: vbi particula, &, quæ copulatiua est, coniunctionem requirit, & Constitutio est pœnalis: & quia non impertiens absolutionem, non impugnat factò Catholicam veritatem: non dando enim absolutionem, manifestè visus est, se velle huic Sacramento contradicere, aut illi plenam iniuriam facere. Attamen Anton. de Sousa de sollicitat. tract. 1. c. 9. num. 3. & Illustrissimus Cunha q. 13. num. 31. contrarium tenent, & asserunt sufficere, si huiusmodi laicus confessiones audiat, licet non præbeat absolutionem, vt possint puniri à Dominis Inquisitoribus: quia hæc Constitutio Apostolica lata est contra se ingerentes in administrationem huius Sacramenti, & illi iniuriam facientes: huiusmodi autem laici tali administratione se ingerunt, & Sacramento iniuriam faciunt, si non verbis, factò saltem. Deinde, quia in hoc casu, qui se fingit Sacerdotem, & confessiones audit, quauis absolutionem non impendat, sit irregularis propter iniuriam, quam infert Sacramento, iuxta probabiliorè opinionem, quam sequitur Soares de censuris, disp. 42. sect. 4. n. 19. Sorus in 4. dist. 8. q. 4. art. 1. circa finem. Nauarrus in Manuali Latin, cap. 27. n. 242. sine. Auila de censuris, p. 7. dist. 9. dub. 15. cum ergo hic iniurius Sacramento sit, licet absolutionem non præbeat, iudicio Inquisitorum subicietur. Ex his duabus opinionibus hanc vltimam probabiliorè existimo: quia talis laicus, qui se fingit Sacerdotem, & Missas celebrat, & confessiones audit, est de fide suspectus, vt tenet Salzedo in practica, cap. 12. §. *Comperimus*, Salzedo suspecti autem de fide iudicio Dominorum Inquisitorum subiciuntur, vt in hac etiam Constitutione dicitur: in ea enim Gregorius XV. præcipit inquisitoribus, & Ordinariis, vt contra sollicitantes procedant, tanquam contra suspectos de fide: supponit ergo, illos esse de fide suspectos.

78. Sequitur secundo ex eodem fundamento, non comprehendendi in prædicta Constitutione Gregorij XV. laicum sacramentalis confessionis interpretem, si in actu confessionis, ante, vel post immediatè sollicitet: sicut non comprehendebatur etiam in Constitutionibus antiquis. Ita Ant. de Sousa de sollicitat. tract. 1. c. 10. n. 3. Freitas in addit. ad Illustrissimum Cunham, q. 13. n. 27. Ioannes Sanch. disp. 11. n. 10. in fine, & n. 37. Subiicitur tamen aliunde iudicio Inquisitorum: quia suspectus in fide videtur, & iniuriam facit Sacramento.

79. Neque etiam in tali Constitutione comprehenditur Sacerdos iurisdictione carens, & qui non est approbatus, si se fingat approbatum, & in confessione sollicitet, neque quoad ius nouum, quod in ipsa Constitutione Gregorij XV. condidit, neque quoad Constitutiones antiquas, quas confirmat: aliunde tamen puniri potest ab Inquisitoribus arbitrariè. Ita Sousa c. 11. n. 9. Et ratio est, quia hæc Constitutio fuit lata contra Sacerdotes Confessarios tantum, qui ex officio confessiones audiunt, & sunt expositi, & approbati ad illas audiendas: quia Greg. XV. (& idè de aliis Pontificibus in suis) voluit in sua Constitutione punire excessus Confessariorū illorum in confessione commissos, qui ad illius notitiam peruenerunt, qui fuerunt excessus solum modo Sacerdotum expositorum, vt patet ex Breuibz

77.

Sousa. Cunha.

Soar. Sorus. Nauarr. Auila.

78.

Sousa. Freitas. Sanch.

79.

Sousa.

præcedentibus aliorum Pontificum loquuntur enim semper de Confessariis animarum curam gerentibus, aut alias ad audiendas confessiones deputatis, id est, approbatis. Secundo, quia, licet Sacerdos non expositus, confessiones audiens, suspectus sit de hæresi, & iniuriam faciat Sacramento; tamen non eam iniuriam facit, nec est suspectus de ea hæresi, quam requirunt prædictæ Constitutiones latæ contra sollicitantes ad incurrendas illarum pœnas: hæc enim iniuria, & hæresis debet fundari in Sacerdote exposito ad audiendas confessiones, seu habente iurisdictionem, ut illas audiat. Vnde non placet opinio Freitas, quæst. 14. num. 13. & Illustrissimi Cœnhae de sollicitant. quæst. 14. num. 5. existimantium, Sacerdotes non approbatos in his Constitutionibus comprehendendi. Aliunde tamen (ut diximus, de laicis ingentibus se Sacerdotes) poterunt Inquisitores arbitrariis pœnis in eos animaduertere: videntur enim computandi in hoc negotio huiusmodi Sacerdotes, qui iurisdictionem non habent, iuxta formam Concilii Tridentini, ad audiendas confessiones, cum laicis, quoad has pœnas tantum in his Breuibz contentas, non absolute loquendo: nec idem illi manent exempti à pœnis Inquisitorum, ut dixi; quia aliunde in eos possunt Inquisitores animaduertere, eosque grauius punire, cum sint de fide suspecti.

80. Illud autem præcipue hic est animaduertendum, Summum Pontificem Gregorium XV. non declarare suspectos de fide sollicitantes illos, qui criminamina committunt, circa quæ ille nouum ius condidit, & declarat ad Inquisitores pertinere; quæ illa sunt crimina sollicitationis, in quocunque loco ad confessionem electo, etiam confessione non facta, & crimina sollicitationis commissæ prætextu, & occasione confessionis, & alia nec inter pœnas, quas his criminibus statuit vllam abiurationis mentionem facit. Vnde dubium orti potest, an qui illa committunt, reddantur de fide suspecti, & abiurare debeant de leui suspitione, sicut abiurant sollicitantes, de quibus loquebantur antiquæ Constitutiones, an verò absque abiuratione, & suspitione de fide puniendi sint. Respondeo, suspectos esse de fide, & abiurare debere. Ratio est: quia licet Summus Pontifex Gregorius XV. in criminibus nouiter in hac sua Constitutione additis, aut declaratis, non dicat sic sollicitantes de hæresi esse suspectos, id suppositum ex verbis Constitutionis Pij IV. ibi insertæ, & se approbatæ, & confirmatæ: nam in verbis de nouo additis innouantur antiquæ Constitutiones, & de nouo confirmantur: in illis autem in sollicitantes cum iniuria Sacramenti, tanquam in suspectos de fide, iubent Summi Pontifices animaduerti. Cum igitur eadem hæresis suspicio in huiusmodi etiam sollicitantibus inueniatur, eadem etiam abiuratio ab illis petenda est. Ita Soufa de sollicitant. in addit. ad hanc vltimam Constitutionem Gregorij XV. n. 15. & in Aphorismis Inquisitorum, lib. 1. cap. 24. num. 8. vbi citat Pennam in 2. p. Directorij, commento 81. & Farinacium in praxi criminali, p. 4. q. 137. n. 28.

Soufa.

Penn. Farinac.

81.

Similiter Gregorius XV. in verbis; & criminibus nouiter additis in hac sua Constitutione, nihil declarat, an denuntiandi pœnali, & in materia pœnali benignior interpretatio est faciendæ, ut habetur regula 49. de regulis iuris, in 6. ibi: *Semper in dubio benigniora præferenda sunt.* Quarto, quia in huiusmodi Constitutionibus solum conceditur facultas, tam Ordinariis, quam Inquisitoribus procedendi contra quomodolibet diffamatos: infamia autem, sicut & fama, non est nisi respectu multorum: est enim fama, bona existimatio multorum circa vitam, & mores alicuius, ut docet Toletus lib. 5. Tolet.

liber infamatis, & hos iubent denuntiari, ibi in Constitutione Pauli IV. *De præmissis quomodolibet diffamatis*, quæ etiam verba repetuntur in Constitutionibus Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. Er hæc de re duplex potest esse opinio. Prima afferens, solo illos, qui quomodolibet fuerint de his criminibus diffamati, denuntiari posse, & puniri. Er hæc opinio colligi videtur ex prædictis verbis prædictarum Constitutionum, *De præmissis*, scilicet, criminibus, & excessibus, quomodolibet diffamatos. Nam in illis verbis solum videtur facultas Dominis Inquisitoribus concedi, & locorum Ordinariis ad inquirendum de illis, qui de hoc crimine modo aliquo sunt infamati; & hi iubentur tantum denuntiari, non alij: non censetur verò quis de illo modo aliquo infamatus, cuius crimen vni tantum est notum: proprie enim loquendo infamia, quantum minima, inueniri nequit in vno tantum, sed aliorum notitiam requirit: ergo, ut detur in hoc casu obligatio denuntiandi, requiritur aliqua infamia in ipso sollicitatore: minor tamen, quam in aliis delictis, propter qualitatem illius; & sic videtur duorum ad minimum notitia requiri. Secundo, quia Domini Inquisitores in edictis publicis iubent, ut omnes denuntient sub pœna excommunicationis ipso facto de hoc crimine: quando autem præcipitur sub excommunicatione, ut denuntietur crimina, non tenetur quis, regulariter loquendo, parere, si crimen ita occultum est, quando formaliter hæresis non est, ut vni tantum sit notum, & probari possit in iudicio. Ita Cenedo collect. 101. num. 3. fol. 234. Nauarrus in Summa Lat. cap. 23. num. 46. Henriq. lib. 13. de excomm. cap. 18. num. 3. Dixi, quando formaliter hæresis non est: quia fallit hoc in crimine hæresis: quia tunc non iubetur quis denuntiare, ut accusator; sed ut testis, & ut quilibet Christianus de populo, cuius, tanquam testis, interest, per suum testimonium hæreses indicare, & non interest probare: crimen autem sollicitationis non est formaliter crimen hæresis; ut patet: nam, quantum sollicitatores sint de hæresi suspecti: & iubeantur abiurare de leui suspitione, non sunt formaliter Hæretici; quia nullum habent errorem in intellectu, nec vnquam à fide discesserunt. Secundo, quia vna sollicitatio non videtur sufficere, ut quis pœnas sollicitantium incurrat, & sit denuntiabilis: nam in hac Constitutione Gregorij XV. & in aliis antiquis prohibentur abusus, qui committuntur circa hoc crimen in confessionis Sacramento, Sacerdotisque Confessarij illo abutentes, ob suos actus inhonestos puniuntur, & iubentur denuntiari, ut patet ex verbis Constitutionis Gregorianæ: *In tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento penitentiae, in sacramentali confessione abuterentur.* Abusus autem dicit frequentiam actuum, sicut & vsus, ut docet D. Thomas in 1. sentent. dist. 1. quæst. 1. art. 2. vbi statuit, vsum esse actum frequentem de potentia elicito: ergo requirit actuum frequentiam: ergo vna sollicitatio non sufficit, ut quis peccet contra hoc præceptum. Tertio, quia, quantum abusus aliquando pro vno actu suscipi possit; tamen in hac Constitutione, pro consuetudine, & frequentia actuum accipiendus est: quia versamur in materia omnino pœnali, & in materia pœnali benignior interpretatio est faciendæ, ut habetur regula 49. de regulis iuris, in 6. ibi: *Semper in dubio benigniora præferenda sunt.* Quarto, quia in huiusmodi Constitutionibus solum conceditur facultas, tam Ordinariis, quam Inquisitoribus procedendi contra quomodolibet diffamatos: infamia autem, sicut & fama, non est nisi respectu multorum: est enim fama, bona existimatio multorum circa vitam, & mores alicuius, ut docet Toletus lib. 5. Tolet.

Cened. Nauarr. Henriq.

D. Thom.

Summa,

Sotus.

Tolet.

82.

Soufa.

Summa, cap. 36. versu, *Altera pars*, Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 9. art. 1. initio, versu, *Quinquæ sunt*, Toletanus lib. 2. de rest. cap. 4. num. 1. Infamia autem est mala existimatio multorum circa vitam, & mores alicuius. Ut igitur quis quomodolibet censetur diffamatus, ad minimum saltem opus est, ut sit infamis apud duos: vnde, cum Iudices in hoc negotio possint procedere, vel via denuntiationis, vel via accusationis, vel via inquisitionis, non poterunt procedere per denuntiationem, nisi crimen sit duobus testibus notum. Probatum: quia, sicut ex bona opinione vnus hominis circa alium, non potest oriri bona fama illius; ita ex mala opinione vnus circa alium, non potest oriri infamia illius: ut igitur crimen hoc sit denuntiabile, tam quoad noua crimina, quæ adduntur in Constitutione Gregorij XV. quam quoad alia, quæ continentur in Constitutionibus aliorum Pontificum decessorum, opus est, ut saltem duobus sit notum: crimen enim occultum, nisi sit formaliter crimen hæresis, dum est occultum, non potest denuntiari; quia denuntiatio est infamatio: dum enim crimen est occultum, non est subiectum iudicio externo: de iure enim diuino, & naturali tenemur proximum non infamare: de iure autem tantum humano tenemur hoc sollicitationis crimen denuntiare: quando autem duo præcepta contraria concurrunt, si ambo obseruari non possunt, antiquius, & prius, tanquam fortius, est obseruandum: quia, quod prius est tempore, potius est iure, prius autem, antiquius, & fortius est præceptum diuinum de non infamando proximo, quam humanum de denuntiando illius crimine; maxime, quia præceptum humanum de tali denuntiatione statim illam limitauit ad sollicitantes de hoc crimine quomodolibet infamatos.

Secunda opinio docet, denuntiandos esse, & subiectos manere pœnis huius Constitutionis, non solum quoad casus de nouo expressos, omnes, & singulos Confessarios sollicitantes, etiam si quomodolibet non fuerint diffamati: sed etiam quoad casus antiquarum Constitutionum aliorum Pontificum. Eam docet Frater Antonius de Soufa de sollicitat. tract. 1. cap. 16. num. 5. & in hunc modum probatur. Primo, quia crimen hoc est difficilis probationis, & reddit sollicitatores de hæresi suspectos: & idem abiurare de leui coguntur, ut patet ex illis verbis Pauli IV. & Pij IV. *Nos in animum inducere nequeamus, quod, qui de fide catholica rectè sentiunt, Sacramento à Christo Domino instituti abuterentur, aut illis iniuriam faciant, tibi per presentes committimus, & mandamus, quatenus, prout in aliis casibus sancti Officij, &c.* Ergo, quemadmodum alij Hæretici denuntiandi sunt, quantum non sint quomodolibet infamati, ut fatentur Auctores primæ opinionis: ita etiam huiusmodi sollicitatores denuntiandierunt. Neque obstat, quod huiusmodi Constitutio addat: *Tibi committimus, & mandamus, ut contra quomodolibet diffamatos procedas.* Quia intentio Pontificis aliunde nota est: Summus enim Pontifex in hac Constitutione formaliter, & directe intendit, sollicitatores penitentium exterminare, & iniuriam Sacramento factam punire, & ei in posterum obuiare: sed, si de solis infamatis Constitutio hæc intelligeretur, non occurreretur sufficienter à Summo Pontifice huic malo: ergo non est hoc intelligendum de solis quomodolibet diffamatis. Maior patet: quia nulla lex est interpretanda contra Legislatoris intentionem: intentio autem Legislatoris est, ut in ea exprimitur, ut iniuria, quæ fit Sacramento confessionis, auertatur. Minor est certa: quia, cum sollicitationes in occulto contingant, & hoc crimen sit difficilissima probationis, & mulieres ob inuicem pudorem taceant, nunquam,

vel rarissime de hoc crimine dabitur infamia, ac proinde nunquam punietur, ac exterminabitur, & per consequens non sufficienter tanto malo occurreretur, si de solis quomodolibet infamatis hæc denuntiatio intelligatur: ergo, ne in hoc absurdum incidamus, dicendum est, sufficere vnâ tantum sollicitationem, ut femina semel sollicitata teneatur denuntiare, & non requiri infamiam, respectu saltem duorum, ut hoc crimen sit denuntiabile. Secundo, quia per vnâ sollicitationem verè incurrit Confessarius suspitionem fidei: ergo per vnâ pœnis huius Decreti subiicitur. Consequentia patet: quia Confessarius sollicitans est suspectus de hæresi, ut colligitur ex hac Constitutione. Consequentia patet: quia, qui semel hæresim profert, est Hæreticus: ergo, qui semel sollicitat, est de fide suspectus: sicut, qui semel contrahit binas nuptias, viuente prima vxore, de fide suspectus est, ut est in praxi Inquisitorum, & docet Albertinus de agnoscend. assert. Catholicis, & Repertorium Inquisitorum verbo, *Contrahens*. Nec dicas, aliud esse iudicari, absolute loquendo, suspitionem fidei per vnâ sollicitationem, imò & propter multas cum vna persona habitas, quantum occultæ sunt, & vnâ tantum personæ notæ, Constitutionesque præcipere, ut tale delictum denuntietur, quando sollicitator quomodolibet diffamatus est, id est, quando de hoc crimine aliquod iudicium habetur, & sit quomodolibet publicum. Nec addas etiam, crimen sollicitationis non esse formaliter crimen hæresis, nec sollicitatores esse Hæreticos; quantum propter iniuriam, quam faciunt Sacramento, de hæresi sint suspecti, atque aded non esse eodem rigore, erga illos vtendum, quo vtimur erga Hæreticos; solumque crimen hæresis formalis, de quo Hæreticus quomodolibet non est infamatus, denuntiandum esse: quia aliorum est infectiuum, quales non est sollicitationis crimen; & quia non iubetur quis illud denuntiare tanquam accusator; sed tanquam vnus de populo, cuius interest hæreses multas nocuas per suum testimonium, ne alij inficiantur, indicare: quia, etsi hoc crimen formaliter non sit hæresis, nec sit ex natura sua aliorum infectiuum; est tamen difficilis probationis, & aliqui nunquam, aut raro punietur tale crimen, si non esset denuntiandum, nisi prius de illo sollicitatores modo aliquo fuerint infamati.

Albertin. Rep. Inq.

83.

Ita se habent huiusmodi opiniones, ambæ probabiles: & in fauorem Sacramenti, in istâ secundam inclinandum videtur. Prima tamen tam solidis fundamentis nititur, & tam expressè mentem Legislatoris videtur continere, ut illi contradicere, videatur audacia. Mihi non constat de praxi Minorum Inquisitorum, & idem interim rem non desinio, meumque iudicium praxi huius sanctissimi Tribunalis subicio.

84.

An verò in vtraque opinione ante denuntiationem, ex vi iuris Constitutionum, quæ contra sollicitantes à Sede Apostolica emanarunt, præmittenda sit fraterna admonitio, si sollicitator primum emendandus credatur, & de hac emendatione moralis certitudo habeatur, est duplex opinio. Prima docet, non esse præmittendam: sed illa prætermittenda, statim denuntiandos esse huiusmodi sollicitatores. Ita Antonius de Soufa in Aphorismis Inquisitorum, lib. 1. cap. 34. num. 36. vbi citat Henriques lib. 6. de penit. cap. 17. num. 4. Sed Henriques ibi hoc non dicit: sed tantum dicit, crimen sollicitationis referuari Censoribus fidei: quia serpit contra bonum commune, & honorem Christi: & quia vaser Confessarius vix emendari solet correctione. Verba illius sunt hæc: *Casus sollicitantis, intra, aut prope confessionem, filias spirituales, reformatur*

Soufa. Henr.

HH Censoribus

Confessoribus fidei ab aena 1574. quia serpit contra bonum commune, & honorem Christi; & vix valet Confessarius emendari solet correctione. Quibus verbis rationem reddit, cur referretur Dominis Inquisitoribus: & nihil loquitur de praemittenda, aut non praemittenda correctione fraterna ante denuntiationem. At ex eo, quod Henriques ibi huic crimini sollicitationis tribuat qualitates criminis haereticis, quales sunt, esse nocuum aliis, serpere contra bonum commune, & vix de illo emendari posse valet Confessarios; ideo non sine fundamento aliquo intulit, hanc fuisse opinionem Henrici. Citatur etiam pro hac opinione Paramus q. 10. num. 4. Ratio, & fundamentum huius opinionis est id, quod tradit Henriques verbis relatis.

Paramus.

85.

Sousa.

Lod.

Secunda opinio affirmat, prius praemittendam esse praedictam fraternali admonitionem. Ita tandem videtur resolvere Sousa in praedictis suis Aphorismis, lib. 1. cap. 24. num. 57. & Petrus de Ledefina in Summa, tractatu 4. tom. 2. cap. 4. conclus. 24. dubio 2. loquens expressè de criminibus, de quibus habetur personae illae committentes pro suspectis in fide, & non pro Haereticis. Et hanc opinionem secuti, sumus in hoc tomo in quinque praecipua sanctae Matris Ecclesiae, p. 12. lib. 4. cap. 3. num. 31. in prima editione. Fundamentum huius opinionis est primò: quia nullibi in Constitutionibus, quae loquuntur de hoc sollicitationis crimine, habetur, quod praetermittatur talis fraternalis correctio, si emendatio certa moraliter speratur. Secundò, quia non videtur aequum, quod illum rigorem, quo cum Haereticis in hac parte utimur, ad huiusmodi sollicitantes extendamus, cum hoc crimen longè sit inferioris ordinis: est enim illud committentes leuiter suspecti sint de fide, & de leui iubeantur abire: ac non sunt Haeretici formaliter: quare non sunt toto eo rigore tractandi, ab Haereticis tractantur in iure. Et citati etiam pro hac parte possunt omnes illi, qui dicunt, nec etiam Haereticos denuntiandos esse statim ante fraternali correctionem, quando firmiter creditur, ex ea admonitione emendandos fore: & hi sunt, D. Thomas 2. 2. quæst. 33. art. 7. Castro lib. 2. de iusta Haeretice punit. cap. 25. concl. 1. Caiet. 2. 2. quæst. 33. art. 7. Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 5. art. 1. versu, His tamen. Cano. 1. 2. de locis, cap. 9. Nauarrus in Summa, cap. 18. num. 56. Abulensis Matth. 18. quæst. 97. Sayrus in Clauis regia, lib. 1. cap. 4. n. 8. & alij: nam, si hæc fraternalis admonitio non est praetermittenda in crimine haereticis: nec etiam à fortiori praetermittenda erit in crimine sollicitationis, in quo quis non Haereticus, sed suspectus de haerese habetur.

D. Thom. Castro. Sotus. Cano. Nauarr. Abul. Sayr.

Soar. Arenal.

conclus. 6. proposit. 6. & Ioannes Sanches disp. 1. 1. n. 56. & tale praeceptum non minorem vim habebit, quam lex canonica: quamvis enim praeceptum sit, & per modum praecepti feratur; tamen, quia tribunal, à quo procedit, perpetuum est, ideo per modum legis perpetuò durabit.

An verò iam detur tale praeceptum, quæstio est de facto. Ioannes Sanches dicta disp. 1. 1. num. 57. Sanc. affirmat, in Regno Castellae iam dari. Probat primò ex illis verbis, quae inueniuntur in edictis Dominorum Inquisitorum, ubi, postquam referuntur crimina denuntianda, additur: Si sapieredes, quae aliqua persona, aia dicho, d tenido, d hecho alguna cosa de las arriba ditas, assim de viuos presentes, d ausentes, como de defunctos, si comunicarlo con persona alguna (porque assim conuene) vengais à manifestarlo dentro de seys dias. Latine ita redduntur hæc verba: Si scieritis, personam aliquam, rem aliquam ex supradictis tenuisse, dixisse, aut fecisse, siue viua sit praesens, vel absens, siue mortua, absque vlla communicatione cum aliquo (quia ita conuenit) illam denuntiare, ac manifestare intra sex dies veniat, sub pena. Nam, cum ibi praecipitur, vt hæc denuntiatio fiat absque vlla consultatione, inde inferit Ioannes Sanches, à fortiori praecipere legem edicti, nullam praemittendam esse monitionem. Probat secundò, quia ibi aequè loquitur de viuis, atque de defunctis, de praesentibus, atque absentibus, & aequa obligatio denuntiandi imponitur illis, qui de viuis aliquid sciunt, atque illis, qui de mortuis sciunt, de praesentibus, atque absentibus; & sicut mortui, & absentes non sunt monendi, ita nec viui, nec praesentes. Et hanc opinionem, quam habet Sanches, defendit acriter Freitas ad Cunham, q. 18. à num. 30.

86.

Sanc.

Freitas.

87.

Verum, ego non video, in his verbis praeceptum expressum de denuntiando hoc delicto sine fraternali monitione. Primò, quia aliud est communicare, aliud ex praecepto Christi fraternali monere, & aliud communicatio, aliud monitio: nam communicatio dicit ordinem ad quancunque personam; admonitio autem dicit ordinem ad solam illam personam admonendam de delicto, quod commisit; & sic communicatio, & consultatio supponitur ad admonitionem. Quare bene poterant Inquisitores prohibere talem consultationem, & communicationem, & non prohibere fraternali, & Christianam admonitionem: & maior ratio dabatur, vt prohiberetur consultatio, & communicatio talis delicti, aut talium delictorum, ante admonitionem cum aliis, quam talis admonitio; cum ex illa communicatione cum aliis non sequatur correctio delinquentis, imò potius sequatur infamatio: ex monitione verò fraternali, sola hæc correctio sequatur. Secundò, quia verba illa, Siue persona sit viua praesens, vel absens, siue mortua, distributiè accipi possunt, ita vt viui praesentes monendi sint; non verò viui absentes, nec mortui: cum nec illi, nec mortui Christianè moneri possint. Tertio, quia illa verba non videntur excludere omnem communicationem, & consultationem omnino: quia, vt notat Banhes 2. 2. quæst. 33. a. 8. dub. 2. ad septimum argumentum, quem citat Ioannes Sanches allegatus, non excludunt illam consultationem, & communicationem, quae fit in confessione cum Confessario pio, ac docto, vt poenitens denuntiaturus sciat, quid agere debeat, & an in tali, vel tali circumstantia, teneatur, vel non teneatur denuntiare: asserit enim Banhes ibi, fas esse cuique, instante eo praecepto, statum suae conscientiae pio, ac docto Confessario aperire, vt sciat, an teneatur, vel non teneatur denuntiare. Et extra confessionem vitium doctum consulendū esse ad sciendum, an delictum sollicita

Banhes.

Sanc. Arenal.

88.

89.

90. D. Thom. Syluest. Nau.

Sanc. Sotus. Aragon. Cunha.

Sanc.

Sotus. Rojas.

Soar. Sanches.

Symanc.

Freitas.

91.

sollicitationis contineatur in edicto, docet Ioannes Sanches dicta disp. 1. 1. n. 57. ad finem, & pro se citat Arenalum de correct. frat. fol. 188. quia hanc consultationem ad hunc finem non intendunt excludere Inquisitores: seruare tamen secretum tenebitur Doctor, cui facta est consultatio iuxta illos; si tamen casus planè, ac plenè dici possit absque manifestatione personae denuntiandae, nullo modo erit talis persona manifestanda.

Sed certè, vt aperiam, quod sentio, ex verbis relatis plenè non constat, an Inquisitores velint excludere monitionem fraternali in eo casu, quo certò, & moraliter constat de emendatione sollicitantis: nec mihi constat, qualis sit praxis Inquisitionis Castellae: quare praedicta praxis, si de illa constiterit, seruanda erit: si verò non constiterit, interrogandi sunt Inquisitores, an per illa verba eam monitionem intenderint excludere.

In Lusitania verò, si non habeantur ea, vel similia verba in edictis, sequenda erit opinio communior Antonij de Sousa, (qui, cum sit Minister sanctae Inquisitionis in Lusitania, debuit scire praxim huius Tribunalis,) & Ledefinae pro secunda opinione allegati, affirmantium, eam esse praemittendam in eo casu, quod talis emendatio firmiter speretur, qui rarus erit: neque enim eodem rigore erga istos utendum est, quo utimur in Haereticos.

Nemo verò denuntiare tenetur, si credat, sollicitantem iam esse emendatum, vt docet D. Thomas quodlibeto 11. art. 13. ad 3. Syluester verbo, Denuntiatio, q. 1. Nauarr. in Summa Lat. cap. 24. num. 16. in fine, & cap. Inter verba, 1. quæst. 3. in 2. editione, conclus. 6. corollario 44. n. 13. Sanches de statu religiofo, lib. 6. cap. 18. n. 49. Sotus de regendo secreto, memb. 2. q. 4. post dub. 3. conclus. 4. Aragonius 2. 2. q. 3. art. 7. in fine, & specialiter id docet Cunha loquendo de crimine sollicitationis, de Confess. sollicit. q. 3. n. 15. & Ioannes Sanches disp. 1. 1. num. 58. Communis opinio Doctorum tres annos exigit ad praesumendam emendationem in criminolo ex Mascard. conclus. 600. n. 14. Alciato regula 2. praesumpt. 7. Farinacio in praxi, q. 23. à num. 26. & de cisione 51. n. 10. lib. 1. vbi agit de suspecto de haerese, qui abiurauit; & Seraphinus de Freitas in additionibus ad Cunham, q. 3. n. 32. & 33.

Speciatim verò, loquendo de Haeretico occulto iam emendato, non esse illum denuntiandum, docet Sotus lib. 3. de iustitia, q. 5. art. 5. & Rojas singular. 3. n. 22. vbi alios refert: & à fortiori idem docentur de sollicitatoribus. Verum, si de Haeretico formali loquamur, meliùs docent Soares de fide, disp. 20. sect. 4. n. 13. & Ioannes Sanches disp. 1. 1. n. 51. denuntiandum non esse, stando in solo iure naturae: at nunc, supposito Ecclesiastico praepro, contento in edicto Inquisitorum, denuntiandum esse, quantum emendatus sit, vt intelligant Haeretici eos non esse occultandos: & quia si forte haereticus alios infecerunt, non satis illis prouidetur hac illorum emendatione; & quia forte fidei se emendatos ostendunt, cum tamen non sunt emendati: subdoli enim sunt, & sub pelle ouina lupum gerunt, vt docet Symancas tit. 19. n. 12. Similiter non renebitur femina sollicitata Confessarium sollicitantem denuntiare, si sciat, iam ab aliis feminis fuisse denuntiatum, & ob id iam ab Inquisitoribus fuisse punitum. Ita docet Freitas in addit. ad Cunham, q. 3. num. 34. quia iam tunc praesumitur emendatus.

Post decisionem casuum, qui de nouo deciduntur in Constitutione Gregorij XV. delegat ibi Summus P. ac committit iurisdictionem, & facultatem Inquisitoribus, & locorum Ordinariis, ad procedendum contra culpatores, vt vnusquisque in

sua diocesi, & territorio, procedat, etiam primasiam quoad omnes alios: ita vt si comparatio fiat Inquisitorum cum Ordinariis, hæc potestas sit Inquisitoribus cumulariè concessa respectu ipsorum Ordinariorum: si verò comparatio fiat Ordinariorum, & Inquisitorum cum Prouincialibus Religionum, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, sit tam Inquisitoribus, quam Ordinariis priuatiuè concessa, quoad istos Praelatos regulares, vt optimè notauit Frater Antonius de Sousa de sollicit. in annotat. ad Constitutionem Gregorij XV. num. 19. & 20. & nos sepe diximus supra.

Et quantum iuxta hanc clausulam, tam Inquisitores, quam Ordinarij, separatim possunt procedere, non tamen possunt separatim sententiam condemnatoriam proferre: quia in hac condemnatione debet seruari forma sacrorum Canonum, vt praescribit Summus P. in hac sua Constitutione, vt vnusquisque procedat, &c. iuxta sacrorum Canonum formam. Forma autem iuris communis, & sacrorum Canonum, est, vt sententia condemnatoria ab vtroque simul procedat, & vnus non possit condemnare sine altero: nam, quantum possunt simul, vel separatim procedere, non tamen possunt separatim damnare: Patet ex Clementina 1. Mulierum. de Haereticis, & ex cap. Super hoc. de Haeret. in 6. vbi dicitur, potestatem commissam Inquisitoribus contra Haereticos, vel de fide suspectos, non esse priuatiuam, respectu Ordinariorum, seu cumulariæ: & ita possunt separatim procedere; non tamen separatim damnare; vt docet Glossa ibi, & Panormitanus in cap. Ad abolendam. de Haeret. Repertorium Inquisitorum verbo, Inquisitores, §. In quibus possit procedere Inquisitor. Eymericus 3. q. 43. Albertinus de agnoscend. assert. Catholicis, q. 23. n. 62. Comensis in Lucerna Inquisitorum, verbo, Inquisitor, n. 13. & plures alios refert Farinacius de Haeret. q. 186. §. 1. n. 6. & idem tenere videtur Symancas tit. 6. num. 3.

Sousa.

92.

Rep. Inq.

Eymer. Albert. Comens. Farin.

Symancas.

93.

Sitamen Confessarius sollicitans sit absolendus in iudicio, de crimine, de quo fuit denuntiatus, & accusatus, possunt Episcopi, aut inquisitores procedere separatim, vsque ad sententiam absolutoriam: quia ita in sacris Canonibus deciditur. Sic docet Eymericus 3. p. Directorij, q. 48. Ioannes And. in Clement. Mulier. de Haeret. verbo, Contra eos, vbi Zabarella, Panormitanus, Paulus de Leazaris, & alij. Docet Tabiena in Summa, verbo, Inquisitor, §. 11. in fine. Iaf. in l. 3. ff. de re iudicata. Decius in l. Nemo. ff. de regulis iuris. Carrer. tract. de Haeret. n. 27. versu, In praemissis autem querendum est. Glossa in Clem. 1. verbo, Contra eos, de Haeret. Bonifacius de Vital. num. 173. Campegius in addit. ad Zanchinum de Haeret. c. 8. litera S, in verbo, Diffinitiuum, & alij, quos referunt, & sequuntur Penna in Direct. q. 48. Eymericus comm. 97. & Farinacius de haereticis, q. 186. §. 3. n. 60. & Sousa de sollicit. tract. 2. cap. 1. n. 12. Probat: quia hoc non est speciatim prohibitum in hac Constitutione, & alioqui est in iure communi expressum: & vbi non datur ius nouum, standum est iuri antiquo. Secundò, quia Constitutio hæc Gregorij XV. iubet, vt contra huiusmodi sollicitantes procedatur iuxta formam sacrorum Canonum: sacri autem Canones iubent; vt ad absolvendum possint Inquisitores, & Ordinarij procedere separatim, cap. Praesidentes, cap. Statuimus, cap. Vt Inquisitionis, cap. Ad abolendam, cap. Excommunicamus, de Haeretic. in 6. Ordinariis enim danti sunt Inquisitores, vt adiutores, ad tantam molem sustinendam: & si in aliquo casu id non faciunt, id prouenit, vel ex consuetudine, vel ex prohibitione, aut limitatione, quae in hoc casu datur.

Eymeric. Ioan. And. Zabarella. Panorm. Paulus. Tabien. Iaf. Decius. Carrer. Bonif. Campeg. Penna. Eymeric. Farin. Sousa.



Penna.

darur. Er probatur etiam evidentijs ex quodam Rescripto Clementis VIII. relato à Penna in fine Directorij, folio mihi 139. vbi hæc verba habentur: Contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam definitivam: ad quam ferendam, si fuerit condemnatoria, cum consensu Ordinarij procedatis. Quæ verba in solis condemnatorijs sententijs separatim iudicium prohibent.

94. Ancharri. Synnac. Rojas. Penna.

Contra hanc doctrinam insurgunt Ancharrius in Clementina 1. de Hæreticis. Symancas de cathol. Instit. titulo 3. num. 8. & Rojas singulari 27. num. 7. & Penna citato loco, afferentes, non posse hodie Episcopos separatim procedere contra suspectos de fide, vsque ad definitivam sententiam absolutoriam. Probant primò: quia Constitutione nouæ Clementinæ 1. de Hæretic. abrogata sunt iura antiqua, quibus olim concessum erat, vt Episcopi, & Inquisitores scorsim de huiusmodi causis agnoscerent, & restrictum est ius antiquum, quoad condemnationem, ita vt neuter separatim sententiam condemnatoriam proferre possit: sed eiusdem potestatis est absoluerè, & condemnare, leg. Qui condemnare. ff. de re iudicata. ergo, si post hanc Constitutionem neuter potest separatim damnare, neuter etiam potest separatim absoluerè. Confirmatur: quia ita consuetudine in Tribunali sanctæ Inquisitionis in Castella receptum est: consuetudo autem est optima legis interpretis.

95.

Sed ad hoc argumentum respondeo, condemnare, & absoluerè, eiusdem esse potestatis, quando ius aliter non præscribit: præscribit autem ius in hoc casu, vt solum ad sententiam condemnatoriam coniunctim procedant, vt patet ex Rescripto Clementinæ Clementis VII. supra relato, Si fuerit condemnatoria. Neque erat eadem ratio prohibendi, & restringendi vtrunque: nam, cum condemnare aliquem, vt Hæreticum, vel suspectam de hæresi, sit res grauißima, plura indicia ad hoc requiruntur, quam ad absoluendam; maximè, quia semper est fauendum reis; & fauorabilior est absolutionis causa, quam condemnationis, vt ait Glossa Pauli, & Bonifacij, in dicta Clementina 1. de Hæretic. in 6. Iafon cum alijs in dicta Qui condemnare. Carrer. de Hæretic. num. 72. Et quanuis consuetudine ita receptum sit in Tribunali sanctæ Inquisitionis Castellæ, id in ea obseruetur: non negamus enim opinionem Symancæ esse probabilè: nostram tamen probabiliorè iudicamus, pro qua stant etiam Zachinus cap. 15. Burfalus consilio 24. Alciatus lib. 2. de verborum significatione, & alij, quos citat Symancas, & non sequitur, dicto tit. 3. n. 8.

Gloss. Iaf. Carrer.

Zachin. Burf. Alciat.

96.

Condemnatoriam igitur sententiam separatim ferre non possunt: si tamen illam Episcopi, vel Inquisitores separatim fecerint, in hoc prædicto casu de sollicitatione confessionis, & abturationis de leui, probabile est, factum tenere. Ita Frater Antonius de Soufa de sollicit. tract. 2. cap. 1. num. 15. Probat, quia, licet condemnatoria sententia definitiuæ, etiam ad carcerem, vel ad torturam, sit nulla ipso iure, si separatim feratur, vt docet Repertorium Inquisitorum, verbo, Inquisitores, §. In quibus possit procedere Inquisitor sine Episcopo. & probatur ex Clementina 1. Multorum, de Hæreticis, in 6. tamen probabile est, posse Episcopos, & Inquisitores, in rebus minimis, quales sunt leues suspensiones de fide, separatim procedere: & hoc in hoc Regno Lusitanie hætenus obseruatum fuit: solebant enim Episcopi separatim damnare eos, qui binas nuptias contrahebant, illorumque abturationes recipere, quæ potestas in hoc crimine restricta illis modò est, vt patet ex quadam declaratione facta Inquisitori Generali Lusitanie: ita

Soufa.

Reo. 179.

tamen restricta est, vt si ab Episcopis id fiat, factum teneat, vt docet Soufa allegatus num. 16. & Soufa. Penna in 3. part. Directorij, commento 97. versus, Penas. Rursus dico. vbi allertit, hæc esse de genere eorum, quæ, licet fieri prohibeantur; facta tamen tenent: qui omninò videndus est, & Farinacius de hæresi, quæst. 186. §. 5. num. 79. & in nostro sollicitationis casu clariùs hoc videtur: quia cumulatiua est hæc potestas, quæ conceditur Inquisitoribus cum Episcopis, & non priuatiua; licet sit priuatiua respectu Superiorum Religiosorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem; & vtrisque Inquisitoribus, scilicet, & Episcopis Ordinarijs in Constitutione Gregorij conceditur, vt in hoc crimine procedant simul, vel separatim, pro vt maluerint, ibi: Contra prædictos, simul, vel separatim, diligenter inquirant, & procedant. Et post pauca: Et quos culpabiles repererint, puniant. Et quanuis addat, iuxta sacrorum Canonum formam, id parum refert: quia statim expressit, simul vel separatim: quasi in hoc tantum non sit necesse formam sacrorum Canonum sequare: in cæteris autem sit.

97.

Quanuis tamen in hoc Regno Lusitanie possint Ordinarij contra sollicitantes separatim procedere, iuxta formam sacrorum Canonum, vsque ad definitiuam sententiam: possunt tamen nihilominus Inquisitores Generales huius Regni, ex quodam priuilegio ex causa, omnes illorum processus, & integram causam, etiam sub censuris, & alijs pœnis ad se aduocare. Ita Soufa de sollicit. tract. 2. cap. 1. num. 17. Probatur: quia hoc crimen reddit sollicitatores saltem leuiter suspectos de fide: omnes autem causas, & processus circa res fidei, quæ coram Ordinarijs tractantur, possunt Inquisitores Generales huius Regni ad se aduocare ex priuilegio quodam Pij IV. dato Romæ, anno 1362. die 2. Aprilis, concessio Henrico Cardinali, Infanti Portugaliæ, Inquisitori Generali huius Regni, postea Regi: quod ad integrum refert Soufa in fine sui Opusculi de sollicitat. vbi sic dicitur, & loquitur cum prædicto Inquisitore Generali: Quascunque causas hæresis, & illius prauitatem sapientes coram Ordinarijs Regiarum, Prouinciarum, & locorum prefactorum nunc, & in futurum, in quibuscuque statu, & terminis pendentes quandoocunque tibi expediens visum fuerit, ab ipsi Ordinarijs ad se aduocandi, ac illis, eorumque Iudicibus, & personis, ne in eis ulterius procedant, sua censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi.

98.

Nec dici potest, hoc priuilegium fuisse personale, & expirasse cum persona Infantis Cardinalis, fuit enim priuilegium reale concessum Officio, & dignitati Inquisitoris Generalis, vt patet ex his verbis illis: Volentes tibi, cuius prudentis officium Inquisitionis huius prauitatis primò, deinde legationis, &c. Priuilegia autem alicui officio, aut dignitati concessa, realia sunt, & non personalia, nec expirant cum morte personæ, cui officium, aut dignitas est adnexa; sed transeunt ad successores in officio, & dignitate: dignitas enim, & officium, non moritur, iuxta textum in cap. Quoniam Abbas, de officio delegati, & Abbatem ibi num. 8. ab omnibus receptum: Glossam ibi verbo, Substitutum. Vincentium ibi n. vnicò. Hostiensium n. 5. & 9. Ioannem Andream num. 27. Antonium n. 20. Imolam num. 2. Menochium de arbitrarijs lib. 1. quæst. 68. n. 22. & alios.

99.

Decernit etiam Summus Pontifex Gregorius XV. in hac vltima Constitutione pœnas, quibus sollicitantes plecti debent secundum criminis qualitatem, & circumstantias, nimirum, priuationem beneficiorum, suspensionem ab executione ordi-

CAPVT IV.

Explicatur particula, Quid, & particula, Vbi. Agitur de circumstantia furti magni, vel parui: de circumstantia scandali, reincidentie, percussionis, elemosynæ, & sacrilegij loci sacri.

S V M M A R I V M.

- An circumstantia magni furti necessario sit explicanda. num. 1.
- Proponitur sententia negans. ibid.
- Proponitur affirmans. num. 2.
- Quid de circumstantia furti parui in pauperem commissi. num. 3.
- Quid de circumstantia scandali, & quid sit scandalum formale. num. 4.
- Quid, si opera mala fiant absque intentione scandalizandi. num. 5.
- Vera opinio docet, solum notabiliter aggravare, ibid.
- Quid de circumstantia non damnis elemosynam exirentem laboranti. num. 6.
- Quid de circumstantia reincidentie. num. 7.
- Particula, vbi, denotat circumstantiam loci. n. 8.
- Furari rem sacram de loco sacro, aut non sacro, est circumstantia sacrilegij necessario explicanda. n. 9.
- Quid, si furetur res non sacra de loco sacro. ibid.
- Exercere actus profanos, vt comedere lasciuas, tritu-rare segetes, &c. in loco sacro, an sit circumstantia necessario constanda. num. 10.
- Furari crumenam audientis Missam in Ecclesia, non est sacrilegium. num. 11.
- Quid, si furetur à Confessario in actu confessionis, ibid.
- An in confessione vtraque circumstantia rei sacre furata, & loci sacri, in quo furatur, necessario sit explicanda, remissus ad cap. 5. n. 10. num. 12.
- Quid nomine loci sacri in ordine ad furtum intelligatur. num. 13. & remissus ad num. 12.
- Quæ pœna statuta sit sacrilegio de iure civili, num. 13.
- Quid de circumstantia sacrilegij, homicidij, effusionis sanguinis, percussionis, & vulnerationis in loco sacro. num. 14.
- Quid, si aliquem occidas, vel vulneres in loco sacro, quem non intendebas occidere, intendendo alium. num. 15.
- Quod vulnus requiratur, & quæ effusio sanguinis, vt locus sacer reconcilietur. num. 16.
- Quid de carnis contusione, & ossium fractione, ibid.
- Quid, si vulnus in Ecclesia fiat, & sanguis exiit effundatur. ibid. vers. Aut è conuerso.
- Quid, si Martyr in Ecclesia martyrium patiatur. num. 17.
- Quid, si aliquis existens in Ecclesia, occidat aliquem telo extra illam, aut è contrario. num. 17.
- Quæ effusio requiratur ad violationem loci sacri, num. 18.
- Quid de effusione voluntaria, & peccaminosa seminis humani. num. 19.
- Quid de copula voluntaria, & peccaminosa, etiam inter coniuges. num. 19. & 20.
- Vtrum copula voluntaria inter coniugatos habita in loco sacro excusari possit à peccato, ob aliquam causam, & qua illa causa sit. num. 21.
- An causa habenda proliis sufficiens sit ad hanc excusationem. num. 22.
- Quid de copula secreta, si extra locum sacrum licita sit. num. 23.
- Quid de copula peccaminosa, si occulta sit. num. 24.

100.

Circa probationem delicti statuit Summus Pontifex Inquisitoribus Generalibus, vt ipsi arbitrio suo decernant, an crimen hoc, attempta illius qualitate, maneat probatum testibus singularibus, concurrentibus alijs presumptionibus, indicijs, & ad-miniculis: quia est difficilis probationis. Ex qua concessione duo colliguntur. Primò, probabilius esse, secundum ias, testes singulares non plene probare delicta, nec etiam hoc occultissimum, & difficilis probationis: quia, cum Summus Pontifex hoc denouo concedat, videtur supponere, vel hoc in iure non contineri, vel dubium esse, an continetur, vt hènè animaduertit Soufa in annotat. ad hanc Constitutionem Gregorij XV. fol. 269. num. 25. Secundò, non esse reprobendam sententiam, & praxim illorum Iudicum, qui crimina difficilis probationis testibus singularibus, presumptionibus, indicijs, & alijs iuris adminiculis concurrentibus plene probata sentiunt: nam, quod Summus Pontifex concedit, damna à viro Catholico non potest.

Souf.

101.

Itaque ad puniendos sollicitantes, in arbitrio Iudicis erit, quanta, & qualis fides habenda sit feminarum testimonij, cum ex natura rei crimen hoc difficillimè probationis sit. Ita Freitas quæst. 25. num. 25. adducens Iodocum in practica criminali, cap. 50. rubrica de probat. testium, num. 25. & Riccium part. 3. collectaneo 549. & in praxi fori Ecclesiastici, collect. 369. refert, plurimarum feminarum testimonij, quæ sollicitate fuerunt, Confessarium conuictum non fuisse pœna ordinaria punitum, sed fuisse in tortura vexatum, & in ea negantem, fuisse per annum suspensum ab animarum cura. Paramus lib. 3. q. 10. num. 138. & 159. & 165. duas feminas carentes omni exceptione, ad probationem huius delicti requirit. Tres requirit Lucius in Summa, cap. 24. num. 11. Quatuor Illustrissimus Cunha, de Confessarijs sollicitantibus, quæst. 23. num. 9. & Freitas num. 19. asserit, duarum feminarum testimonium non esse sufficiens ad capturam Confessarij: quod idem etiam docet Cunha dicta quæst. 23. num. 9. Sed totum hoc negotium prudentis arbitrio est committendum, qui inspectis circumstantijs, qualitate, videlicet, & moribus feminarum deferentium iudicabit, an zelo spiritus, an odio, aut ex quauis alia leui causa ad deferendum moueantur. Debet etiam Index animaduertere ad famam, ad qualitatem, & ad mores Confessarij denuntiati; vt iudicium capturæ ferat in tam graui, ac difficili negotio, in quo non præcipites, Iudices esse debent: sed lenti, graues, ac maturi, nisi circumstantiæ aliud, suaserint.

Freitas.

Param.

Lucius. Cunha. Freitas.

Quid quoad purificationem. num. 2. 5. Quid de circumstantia concupiscentia femina in sacro loco. num. 2. 6. Cætera inuenies sequenti Summario.

1. Circumstantia, Quid, non significat obiectum alienum in furto, sed quantitatem, non numericam, sed multitudinem materię; vt si parum, vel ti, magni, multum quis furatus fuerit, vel à paupere, cui ma- vel parui. gnum atulit nocumentum. Dubium ergo est, vtrum, quando furum ita est magnum, vt si diuidatur, duorum peccatorum mortalium contineat materiam; teneatur poenitens totam eam quantitatem declarare: an satisfaciat dicendo, se commisisse furtum in materia mortali, non declarando quantitatem illius. Ponamus, v. c. furtum vnius aut rei lethalem esse quantitatem: quæro igitur, an qui furatur duos aureos, vt tres, vel quatuor, vel decem, vel mille; teneatur istam quantitatem duorum, trium, decem, aut mille aureorum in confessione explicare; an sufficiat dicere in confusio: Furatus sum quantitatem mortalem. Sunt nonnulli, qui dicunt, non esse necessarium hanc quantitatem explicare: sed sufficere, dicere in confusio: Furatus sum quantitatem mortalem. Probant primò: quia in genere offensæ, æquè offendit Deum ille, qui furatur decem, ac ille, qui furatur mille, cum vterque per mortale infinitè Deum offendat, & infinitè à Deo auertatur. In genere autem moris, iniustitiæ, & restitutionis, satis est, quod in confusio præcipitur restituere, vt proximus recompensetur: poenitentia verbò, & satisfactio quoad Deum non imponitur quoad æqualitatem culpæ, sed arbitrio Confessoris. Ergo ex maiori quantitate nulla insurgit obligatio explicandi in confessione maiorem, vel minorem quantitatem furti, quando vtraque quantitas ad mortale accedit. Probant secundo: quia solæ circumstantiæ mutantes speciem peccati sunt de necessitate confessionis; maior autem quantitas in furto non mutat speciem furti.

2. Dicendum tamen est, quoties circumstantia in furto addit talem malitiam, vt illa malitia superaddita, in se sumpta, & considerata, peccatum sit mortale, necessariò esse confitendam. Ita docet Soar. tom. 4. de poenit. disp. 2. 2. sect. 3. n. 17. Toletus lib. 3. Summæ, cap. 7. n. 4. §. Quarta est. Sotus in 4. dist. 17. q. 1. a. 4. Bellanus tom. 2. de Sacram. & cens. disp. 7. dub. 3. Frater Medina lib. 1. cap. 9. §. 2. Hinc, si quantitas furti mortalis sit duorum aureorum; qui furatur quatuor, teneatur hanc circumstantiam aggrauantem explicare; quia illa circumstantia superaddita in se sumpta, est mortalis: si tamen furctur tres, aut tres, & dimidium; non teneatur id explicare, cum ea circumstantia, quæ superadditur, in se sumpta, non pecuniat ad mortale. Ex hoc exemplo alia conice. Hæc opinio est communior, & idè tenenda; & confirmatur ex omnibus fundamentis, quibus cap. 2. num. 10. probauimus, circumstantias notabiliter aggrauantes esse de necessitate confessionis, ad quem locum te remittimus. Ad fundamenta prioris opinionis iam respondimus in cap. 2. n. 12. & adhuc respondeo, proximè, & immediate tantum Deum offendere, qui furatur decem, quantum qui furatur viginti, cum vterque infinitè Deum offendat, & infinitè à Deo auertatur: mediatè tamen, & in genere moris magis Deum offendere, qui à proximo suffuratur viginti, quam qui furatur decem: nam, cum maius damnum proximo inferat, & magis proximum offendat, inde est, quod mediantè hoc maiori damno, magis etiam per quandam consequentiam Deum offendat.

3. Potest tamen contingere, vt furtum in se consideratum, per exiguum sit, & veniale; & tamen te-

Soar. Tolet. Sotus. Bellan. Med.

neatur poenitens illud sub lethali confiteri, v. c. qui Circumfuratur aliquid paruæ quantitatis, vt dominum sacratissimum blasphemare, teneatur hanc circumstantiam contra parui, fiteri; sic, qui dicit mendacium iocosum, vt alter occidatur, vel vt copiam feminæ assequatur, teneatur men & cõ. etiam hanc circumstantiam in confessione declarata-missi in re: & qui à paupere sartore, cui multum nocuit, furatur pauperè. ratur acum, non satisfaciit, si in confessione dicat: Furatus sum acum, sed teneatur explicare circumstantiam grauis nocuenti. Ita docet Tolet. lib. 3. Tol. Summæ, cap. 7. n. 3. §. Primus est, & n. 4. & Henricus Henr. lib. 2. de poenit. cap. 6. n. 3. & Nau. in Manuali Lat. Nauar. c. 6. n. 3. verò. Diximus, & idipsum iam probauimus satis c. 1. n. 5. Et ratio est: quia propter huiusmodi circumstantias fit mortale id, quod sine illis veniale tantum erat. Similiter, qui furatur quantitatem mortalem, vt adulterium committat, teneatur hanc circumstantiam adulterij exprimere, quia duo peccata committit, alterum furti, alterum adulterij, vt dicemus c. 5. n. 10. in circumstantia, Cur.

Sic, qui alapam alteri impigit in publico, teneatur circumstantiam scandalii exprimere. Sed circa Circumscandalum, notandum est, in omni peccato publico stantia inesse de se, & ex sua natura circumstantiam scandalii, contra ædificationem, & charitatem proximi, quantum peccator illud comitens, proximum scandalizare non intendat, quæ publicitatis circumstantia non mutat speciem, sed aggrauat notabiliter, vt docet Henricus lib. 2. de poenit. c. 6. n. 3. litera Q. Henricus, vbi pro hac opinione citat D. Thom. 2. 2. quæst. 43. D. Thom. 2. 2. & 1. 2. q. 73. a. 8. ad 3. & Caiet. verbo, Scandalum. Caiet. lumen, in Summa; & Cordub. casu 5. & Petrum Sor. Cord. tum de confessione, lect. 9. Cum autem publicitatis circumstantia notabiliter aggrauat, necessariò illa est confitenda, iuxta ea, quæ diximus cap. 2. num. 10. vbi latè probauimus, circumstantias notabiliter aggrauantes esse de necessitate confessionis. Quando autem circumstantia scandalii non notabiliter aggrauat, mutat speciem, est dubium: vera opinio docet tunc solum mutare speciem quædo scandalum est formale: tunc autem dari peccatum formale scandalii, quoties aliquid de se malum, vel bonum, vel indifferens, sed secundum speciem & apparentiam malum, ea intentione in publico fit, vt aliis occasio sit peccandi. Proferamus exempla: v. c. si quis habens licentiam à Summo Pont. ad vescendum carnes diebus prohibitis, in publico foro eas vesceret eo animo: vt alios prouocaret; vel si quis ægrotus in media platea carnes ederet sexta feria, ea intentione, vt sanos ad id induceret: opus illud respectu habentis priuilegium, & respectu ægroti, bonum est, ac licitum: quia tamen factum fuit in publico, ea intentione, vt alij ad peccatum traherentur, scandalum formale est. Idem dicendum de eo, qui in publico alteri alapam impigit, ea intentione, vt alios ad simile peccatum induceret; & de eo, qui publicè contra sextum præceptum peccat, animo trahendi alios ad peccatum: actiones enim illæ, impingendi alapam, & fornicandi, ex se & ex sua natura, peccata sunt; alterum, contra quintum præceptum Decalogi, & iniustitiæ; alterum intemperantiæ, contra sextum: & tamen propter illam circumstantiam inducendi alios ad peccatum, iam mutant speciem, & iniustitiæ, & intemperantiæ, & addunt malitiam scandalii. Est doctrina communis. Ita docet D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. ad 4. vbi Caiet. art. 3. & quæst. 36. art. 6. col. vltima. Henric. lib. 2. de poenit. c. 6. num. 3. ad marginem, litt. Q. Nau. in Summa Lat. cap. 6. num. 19. versu 1. Banhes ad 1. locum D. Thomæ. Vivaldus in Candelabro aur. 1. par. vbi de confess. num. 48. Maior. in 4. dist. 38. quæst. 3. Syluest. verbo, Scandalum, quæst. 3.

D. Thom. Caiet. Henr. Nau. Banhes. Vivald. Maior. Sylu. P alatius

Palat. Palatius in 4. dist. 16. quæst. 3. qui omnes dicunt, tunc dari peccatum formale scandalii mutans speciem, cum aliquid de se malum, aut indifferens, aut bonum, ac licitum; sed secundum apparentiam malum, & illicitum, ea intentione publicè, aut fit, aut dicitur, vt alij ad peccatum prouocentur.

5. Si tamen huiusmodi opera de se mala, indifferencia, aut bona, sed secundum speciem, & apparentiam mala, in publico fiant; sed sine intentione scandalizandi alios, aut ad peccatum prouocandi, imò ea exclusa; diuersæ sunt opinioniones. Quidam enim dicunt, non dari tunc peccatum formale scandalii mutans speciem; sed solum dari circumstantiam aggrauantem notabiliter. Et ita docet D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 3. & omnes citati num. 4. vers. Sic, qui alapam. Fundatur: quia licet grauius peccet, qui publicè peccat, quam qui secretè, non tamen ob publicitatem dicitur peccatum scandalii speciale, cum ad speciale peccatum scandalii, requiratur formalis intentio trahendi, ac inducendi alios ad peccatum, vel dictis, vel factis publicis: quæ intentio si desit, desit tota ratio scandalii; & circumstantia mutans speciem peccati; & solum relinquitur circumstantia publicitatis notabiliter aggrauans. Alij verò dicunt, dari nouam malitiam scandalii, quando huiusmodi opera fiunt, hic, & nunc, publicè à tali persona, & in talibus circumstantiis, quæ indirectè inducunt ad peccatum, & ruinam fratris; quantum huiusmodi ruina ab operante non intendatur, v. c. si fiant à Prælaro, à Religioso, vel viro graui. Ita docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 6. num. 19. Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disput. 7. de integrit. confess. dub. 4. num. 18. Vivaldus in Candelabro aureo, 1. p. vbi de confess. num. 48. Adrianus in 4. de Sacram. confess. q. 4. Castro lib. 1. de iust. Herer. punitione, cap. 20. Sotus lib. 6. de iust. quæst. 1. art. 5. Couarr. regul. Peccatum, in principio. Alensis, Richardus, D. Anton. & alij, omnes citati ab Henrico lib. 2. de poenit. cap. 6. num. 5. ad marginem, litt. Q. Et ratio illorum est: quia auctoritas personæ æquiparatur intentioni inducendi alios ad peccandum; & reuera hic, & nunc, & in his circumstantiis, specialis est aliis occasio, offendiculumque peccandi: ergo addit nouam circumstantiam mutantem speciem peccati. Et huic sententiæ fauet D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. ad 4. Dicendum tamen est, non mutare speciem, sed solum notabiliter aggrauare. Ita Henricus, & omnes, quos citauimus n. 4. initio. Et ratio est: quia, cum omne peccatum publicum habeat motiuium generale, quod, videlicet, sit contra charitatem, & ædificationem proximi, non addet nouam speciem, nisi specialiter ruina intendatur aliorum: quantum enim auctoritas persona peccantis multum inducat ad peccandum; tamen ea inductio scandalum formaliter dici non potest, cum delinquens alios ad peccatum formaliter inducere non intendat; dicitur tamen scandalum formaliter per accidens, & lato modo: vt enim detur formalis ratio scandalii mutantis speciem peccati, opus est, vt detur formalis, & positua intentio inducendi alios ad peccandum; aggrauat tamen grauitas personæ notabiliter peccatum, & idè necessariò est confitenda huiusmodi circumstantia notabiliter aggrauans, iuxta ea, quæ diximus cap. 1. 2. num. 10.

D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 3. & omnes citati num. 4. vers. Sic, qui alapam. Fundatur: quia licet grauius peccet, qui publicè peccat, quam qui secretè, non tamen ob publicitatem dicitur peccatum scandalii speciale, cum ad speciale peccatum scandalii, requiratur formalis intentio trahendi, ac inducendi alios ad peccatum, vel dictis, vel factis publicis: quæ intentio si desit, desit tota ratio scandalii; & circumstantia mutans speciem peccati; & solum relinquitur circumstantia publicitatis notabiliter aggrauans. Alij verò dicunt, dari nouam malitiam scandalii, quando huiusmodi opera fiunt, hic, & nunc, publicè à tali persona, & in talibus circumstantiis, quæ indirectè inducunt ad peccatum, & ruinam fratris; quantum huiusmodi ruina ab operante non intendatur, v. c. si fiant à Prælaro, à Religioso, vel viro graui. Ita docet Nauar. in Manuali Lat. cap. 6. num. 19. Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disput. 7. de integrit. confess. dub. 4. num. 18. Vivaldus in Candelabro aureo, 1. p. vbi de confess. num. 48. Adrianus in 4. de Sacram. confess. q. 4. Castro lib. 1. de iust. Herer. punitione, cap. 20. Sotus lib. 6. de iust. quæst. 1. art. 5. Couarr. regul. Peccatum, in principio. Alensis, Richardus, D. Anton. & alij, omnes citati ab Henrico lib. 2. de poenit. cap. 6. num. 5. ad marginem, litt. Q. Et ratio illorum est: quia auctoritas personæ æquiparatur intentioni inducendi alios ad peccandum; & reuera hic, & nunc, & in his circumstantiis, specialis est aliis occasio, offendiculumque peccandi: ergo addit nouam circumstantiam mutantem speciem peccati. Et huic sententiæ fauet D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. ad 4. Dicendum tamen est, non mutare speciem, sed solum notabiliter aggrauare. Ita Henricus, & omnes, quos citauimus n. 4. initio. Et ratio est: quia, cum omne peccatum publicum habeat motiuium generale, quod, videlicet, sit contra charitatem, & ædificationem proximi, non addet nouam speciem, nisi specialiter ruina intendatur aliorum: quantum enim auctoritas persona peccantis multum inducat ad peccandum; tamen ea inductio scandalum formaliter dici non potest, cum delinquens alios ad peccatum formaliter inducere non intendat; dicitur tamen scandalum formaliter per accidens, & lato modo: vt enim detur formalis ratio scandalii mutantis speciem peccati, opus est, vt detur formalis, & positua intentio inducendi alios ad peccandum; aggrauat tamen grauitas personæ notabiliter peccatum, & idè necessariò est confitenda huiusmodi circumstantia notabiliter aggrauans, iuxta ea, quæ diximus cap. 1. 2. num. 10.

6. Omitrens elemosynam dare extremè indigentibus, teneatur etiam hanc circumstantiam extremæ indigentia omittendi in confessione aperire: quia mutat speciem peccati: nam antè erat peccatum contra charitatem: nunc autem propter circumstantiam extremè indigentia, peccatum fit iniustitiæ. Et hoc necessariò docebunt illi, qui in materia elemosynæ

Nauar. Bellan. Vivald. Adrian. Castro. Sotus. Couar. Henric. D. Thom. Vera resolutio.

Palat. Palatius in 4. dist. 16. quæst. 3. qui omnes dicunt, tunc dari peccatum formale scandalii mutans speciem, cum aliquid de se malum, aut indifferens, aut bonum, ac licitum; sed secundum apparentiam malum, & illicitum, ea intentione publicè, aut fit, aut dicitur, vt alij ad peccatum prouocentur.

7. Circumstantiam reincidentia, & consuetudinis, necessariò esse explicandam, docet Syluest. verbo, Confessio, 1. num. 9. & Henricus lib. 2. de poenit. c. 6. stantia reincidentia, & Sotus in 4. dist. 16. q. 1. art. 4. & Soar. tom. 4. de poenit. disp. 22. sect. 4. num. 13. Negat tamen Ca. Henricus, quem citat Soar. ex eo fundamento: quia dum admouum id esse poenitenti: dicendum tamen cum reliquis Doctoribus allegatis, consuetudinem, atque reincidentiam sæpè constitutere hominem in quodam morali periculo, & facilitate peccandi, & idè, moraliter loquendo, semper huiusmodi circumstantia necessariò erit confitenda, si Confessor de illa poenitentem interroget: quod, si non interroget, teneatur poenitens eam declarare, quantum necesse est, vt Confessarius intelligat statum suæ conscientia: quamobrem, si huiusmodi statum explicare non possit, nisi explicando consuetudinem relabendi frequenter in id peccatum, teneatur eam consuetudinem declarare. Vnde illi, qui peccatum molliciti patiuntur, propriis sese manibus polluentes, teneatur huiusmodi consuetudinem, & reincidentiam explicare, cum aliter non possint statum suæ conscientia aperire, quam huiusmodi consuetudinem declarando: eiusque vix aliud remedium efficacius, ac presenzius inuenies, quam si frequentes confessiones cum vno eodemque Confessario bis, aut ter, in hebdomada, si opus fuerit, iniungas: nec solum hanc consuetudinem explicare teneatur in confessione; sed etiam personam mutantem speciem, si quam inter peccandum, mente concipiunt, v. c. an sit coniugata, an consanguinea, an affinis in aliquo gradu ex prohibitis, an Monialis, vel votum simplex castitatis habens, vt optimè animaduertit Toletus Toler. lib. 3. Summæ, cap. 7. num. 4. & lib. 5. cap. 15. num. 6. §. Tertia pollutio. quæ doctrina est vera, & tenenda.

8. Particula, Vbi, denotat circumstantiam loci sacri necessariò esse aperiendam: quia mutat speciem peccati, & ad sacrilegium trahit ratione irreuerentia loco sacro illata: solum ergo in quatuor casibus circumstantia loci sacri poterit mutare speciem ei sacri, peccati, & trahere ad sacrilegium, ratione huius quoad irreuerentia loco sacro illata. Primò, quando quis cum, & sacramentum in loco sacro: secundò, in effusione peccaminosa sanguinis humani: tertio, in infusionem effusione seminis humani publica & peccaminosa, in eodem loco sacro: quarto, in violatione immunitatis Ecclesiæ: & per hos omnes breuiter discurremus, difficultatè que in singulis casibus occurrentes, quantum fieri potest, breuiter enodabimus: sunt enim nonnullæ valde ordinariæ, & scitu dignæ.

P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Escol.

dicunt nos de iustitia teneri succurrere pauperibus extrema inopia laborantibus, & debent consequenter docere illi, qui dicunt, eum, qui in extrema necessitate alienum occipit, vt sibi in ea necessitate succurrat, non teneri postea ad restitutionem, si locupletior fiat: & hi sunt, Toletanus lib. 3. de Tolent. restit. c. 1. num. 344. Scotus in 3. dist. 15. q. 2. art. 4. Securus. verò. Ad aliud. Syluest. verbo, Furtum, q. 5. Angel. Syluest. ibidem, quæst. 37. Rosella ibi, n. 5. Tabiena verbo, Angel. Restitutio, quæst. 4. Fumus verbo, Furtum, q. 10. & Rosella. inclinat Azor tom. 2. lib. 1. 2. cap. 8. q. 7. verò. Quid, si Tabiena. Tuius. Verum, siue teneamur de iustitia extremè Fumus. laborantibus succurrere, siue tantum ex misericordia & charitate; semper ea circumstantia necessariò confitenda est: quia in primo casu mutat speciem; in secundo nimis aggrauat; est enim ingens crudelitas, extrema inopia oppressum non iuuare, vt docet Henricus lib. 2. de poenit. cap. 6. num. 3. Henricus medio.

8. Particula, Vbi, denotat circumstantiam loci sacri necessariò esse aperiendam: quia mutat speciem peccati, & ad sacrilegium trahit ratione irreuerentia loco sacro illata: solum ergo in quatuor casibus circumstantia loci sacri poterit mutare speciem ei sacri, peccati, & trahere ad sacrilegium, ratione huius quoad irreuerentia loco sacro illata. Primò, quando quis cum, & sacramentum in loco sacro: secundò, in effusione peccaminosa sanguinis humani: tertio, in infusionem effusione seminis humani publica & peccaminosa, in eodem loco sacro: quarto, in violatione immunitatis Ecclesiæ: & per hos omnes breuiter discurremus, difficultatè que in singulis casibus occurrentes, quantum fieri potest, breuiter enodabimus: sunt enim nonnullæ valde ordinariæ, & scitu dignæ.

9. Particula, Vbi, denotat circumstantiam loci sacri necessariò esse aperiendam: quia mutat speciem peccati, & ad sacrilegium trahit ratione irreuerentia loco sacro illata: solum ergo in quatuor casibus circumstantia loci sacri poterit mutare speciem ei sacri, peccati, & trahere ad sacrilegium, ratione huius quoad irreuerentia loco sacro illata. Primò, quando quis cum, & sacramentum in loco sacro: secundò, in effusione peccaminosa sanguinis humani: tertio, in infusionem effusione seminis humani publica & peccaminosa, in eodem loco sacro: quarto, in violatione immunitatis Ecclesiæ: & per hos omnes breuiter discurremus, difficultatè que in singulis casibus occurrentes, quantum fieri potest, breuiter enodabimus: sunt enim nonnullæ valde ordinariæ, & scitu dignæ.

I I Primò

9. Primò igitur furari rem sacram de loco sacro, ut calicem sacram, aut vestes sacras, sacrilegium est, & non solum sacrilegium est, quòd quis furatur res sacras de loco sacro, sed etiam de loco non sacro. Ita docent còmmuni consensu omnes Doctores. Turrecrem. in cap. *Sacrilegium*, 17. quæst. 4. Nauarr. in Manual. Latin. cap. 6. num. 4. Henricus lib. 2. de pœnit. cap. 6. n. 5. ad marginem, littera N. Tabiena, Angel. Sylu. verb. *Sacrilegium*, §. 2. Fumus ibidem, §. item 2. recentiores omnes cum D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. sic furari calicem sacrum de domo opificis, aut vestes, aut ornamenta sacra, furtum est spectans ad sacrilegium, cuius circumstantia, cum mutet speciem, & de furto simplici, materiæque iustitiæ trahat ad religionem, sacrilegiumque constituat, necessarium est in confessione declaranda. Contra verò furari calicem non sacrum, & vestes etiam nondum sacras, non est sacrilegium, sed furtum tantum simplex spectans ad septimum præceptum, & non excedens materiam iustitiæ, iuxta Doctores allegatos. Vtrum autem furari rem non sacram de loco sacro, v. c. scamna, tapetia de Ecclesia, sacrilegium sit, an furtum tantum simplex, est dubium non vulgare. Syluest. verbo. *Sacrilegium*, §. 2. Rosella ibidem num. 1. Nauarr. in Summa Latin. cap. 6. num. 4. & cap. 17. num. 95. & Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. *Sacrilegium*, num. 1. fol. 192. asserunt, esse sacrilegium, & idèd hanc circumstantiam loci sacri necessarium esse confitentiam propter iniuriam, & irreuerentiam illatam loco sacro. Unde dicunt, sacrilegium, spectato iure canonico, quoad furtum comprehendere tres species: prima est, furari rem sacram de loco sacro: secunda, rem sacram de loco non sacro: tertia, rem non sacram de loco sacro: quæ sententia est valdè probabilis. Dixi, de iure canonico: quia de iure civili, vna species tantum datur sacrilegij: prima, scilicet, id est, furari rem sacram de loco sacro: & duo requirit ius civile, ut propriè sacrilegium committi dicatur: primum est, quòd res furata sit sacra: secundum est, quòd de loco sacro suffuratur: quorum vno deficiente, iam non est sacrilegium, sed furtum simplex; nec actio sacrilegij conceditur in furem, sed furri simplicis, ut probat Iulius Clarus modò allegatus, & Barthol. in l. *Diuis*, num. 1. ff. *Ad legem Iuliam*, quem sequitur Grilandus de diuersis crimin. lib. 3. quæst. 1. numer. 5. & idèd iuxta hanc sententiam iuris Civilis refert Iulius Clarus, fuisse quendam Neapoli punitum suffurem, qui calicem sacrum de loco non sacro furatus fuerat, pœna Statuti punientis furtum simplex; non autem pœna statuti punientis sacrilegium. Sed nos non agimus hic de iure civili, sed de iure canonico. Prima igitur opinio est valdè probabilis, ut dixi. Sed probabilior est contraria, quæ docet, furtum rei non sacrae in loco sacro commissum non esse sacrilegium, sed tantum furtum simplex, nisi ea res furto ablata sit Ecclesiae, ut pecunia, quæ est in Diuorum capsulis, & nisi etiam res non sacra dicata sit Ecclesiae, vel sub illius speciali custodia, ita ut Ecclesia de illa teneatur: quam obrem docent Auctores huius opinionis, furari crumenam in Ecclesia, etiam à sacerdote, scamna, tapetia, & similia, non esse sacrilegium; sed furtum simplex, nec circumstantiam loci sacri esse de necessitate confessionis: scèd, si huiusmodi scamna, tapetia, & alia huiusmodi res non sacrae, nec Ecclesiae cultui dicatae, essent sub custodia Ecclesiae, aut illi accommodata, ita ut Ecclesia ad restitutionem de illis teneatur; Deus enim habet tunc specialem rationem domini, ut rem sub custodia Ecclesiae commissam, aut illi dicatam, vindicet

Turrecrem. Henric. Tab. Angel. Syluest. Fumus. D. Thom.

Syluest. Rosella. Nauarr. Iul. Clar.

Iul. Clar. Bart. Griland.

ab iniuriis. Ita docent Sotus in 4. distinctione 18. Sotus. quæst. 2. art. 4. §. *Multa hinc*, Caietan. tom. 1. opusc. Caiet. cap. 3. 1. respon. 1. 2. dub. 2. Ludouic. Lopez 1. part. Lud. Lop. Instruct. cap. 3. §. *De verbis*, Henricus lib. 2. de pœn. Henric. cap. 6. num. 5. Palatius in 4. distinct. 16. quæst. 13. Palat. Ego huic opinioni assentio, ac proinde dico, non esse sacrilegium, nec circumstantiam necessariam confitentiam, furari res non sacras de loco sacro, nisi illa sub custodia, & deposito sint Ecclesiae, modo explicato. Et sic dico, tres esse species sacrilegij de iure canonico introductas: Prima est, furari rem sacram de loco sacro: & in hac omnes conueniunt, etiam iuris civilis interpretes. Secunda est, furari rem sacram de loco non sacro. Tertia est, furari rem non sacram de loco sacro; modò illa ita sit sub custodia, aut deposito Ecclesiae, ut Ecclesia de illa teneatur, & non aliter: nam, si hac vltima conditio desit, locus sacer non erit circumstantia notabiliter aggravans, cum per furtum non violetur, ut consideranti patebit.

Exercere autem actus profanos in Ecclesia, vel cœmeterio illius, ut triturare segetes, comprimere vvas, mercatum facere, repræsentare comedias nimis lasciuas, indecentia est maxima, & circumstantia notabiliter aggravans; & idèd necessarium confentiam iuxta nostram opinionem de circumstantiis aggravantibus num. 10. cap. 2. explicatam; modò tamèn excessus non sit magnus; nam, si excessus sit magnus, ut quia orationem tempore debito impediret, aut celebrationem Missarum, iam tunc esset sacrilegium mutans speciem peccati. Ita docet Syluest. verbo, *Sacrilegium*, §. 5. & verbo, *Immunitas*, 1. num. 4. §. *Secundum*, Corduba q. 190. vbi docet Corduba, sequens Syluestrum, per actus, qui de se non sunt mortales, nec iure Ecclesiastico prohibiti sub mortali, non committi sacrilegia, si fiant in loco sacro, nisi excessus sit magnus: & exemplum ponit Syluest. in actibus numeratis, & idèd sequitur Henricus lib. 2. de pœnit. c. 6. n. 5. littera N. ad marginem: vbi pro hac opinione citat Armillam verbo, *Sacrileg*, & ait pro ea facere Sotum lib. 2. de iust. q. 4. a. 4. & 5. Alij tamen existimant sacrilegium esse mortale de necessitate confessionis, mercatum facere in loco sacro, nundinas exercere, triturare vvas, & alia similia. Ita docet Mol. Theologus tom. 2. de iust. disp. 344. probat hoc ex cap. *Relinquit*, de custodia Ecclesiae, vbi Summus Pontifex prohibet, ne suppellectilia in Ecclesiis admittantur, nisi ob incendia repentina, vel hostiles incurfus. Probat etiam ex Concilio Trident. sess. 22. in decreto de seruandis in celebratione Missarum: sibi enim Concil. præcipit Prælati inter alia, ut sæculares actiones, deambulationes, profana colloquia, strepitus, & clamores arceant ab Ecclesia, ut verè Dominus Dei, & orationis dicatur. Probat denique ex exçplo Christi Domini, Ioan. 21. qui cimentes, & vendentes funiculo eiecit de templo: quod non tam acerbè faceret mitissimus Dominus, si tantum veniale esset. Ceterum, in locis Concilij citatis à Molina, consilium continetur, non præceptum. Exemplum Christi Domini indicat, nimium fuisse excessum: quod alij non negant: & sic omnes videntur esse concordēs. Si tamen in Ecclesia solum fierent pacta, & conuentiones, & res existerent extra illam, non esset id peccatum mortale, sed tantum veniale, ut optime docet Molina allegatus, & Conradus de contractibus, q. 5. r. concl. 2. Conrad. & Angelus verbo, *Negotiation*, 2. & Sotus lib. 6. de iust. q. 2. art. 2. vendi verò candelas in Ecclesia ad cultum, & venerationem Sanctorum, nec culpa venialis est; tum, quia ita sit quotidie videntibus Prælati, & non contradicantibus; tum, quia sit sine

10.

Syluest. Cord.

Henric.

Armill. Sotus.

Molina.

Conc. Tr.

Molina. Angel. Sotus.

streptu,

streptu, & in honorem Sanctorum. Nec obstat, Christum dominum eiecisse de templo vendentes columbas ad diuina sacrificia seruantes; quia id scilicet cum streptu maximo; & inuicè ibi aderant numulariorum, ac trapezitarum dantium, & accipientium pecunias credito, & ad cambia. An autem sacrilegium sit perfringere fores Ecclesiae ad furandum, alibi tractatur. Vide Nauarrum in Summa Latin. c. 27. n. 94. & Henricum lib. 2. de pœn. c. 6. n. 5. ad marginem; lit. N. similiter an sit sacrilegium exercere in loco sacro actus iudiciales in causa sanguinis, vide Nauar. in c. *Consideret*, n. 112. & infra fortasse aliquid dicetur.

Furari crumenam audientis Missam in Ecclesia, non est sacrilegium, nec excedit furtum simplex, cum sit res non sacra, l. *Diuis*, ff. *Ad legem Iuliam*, de pecul. Henricus lib. 2. de pœnit. c. 6. n. 5. ad marginem, littera N. Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. *Sacrilegium*, n. 1. fol. 192. & alij supra allegati, vers. *Dixi, de iure canonico*, num. 9. An autem furari crumenam à Confessario in ipsa confessione, sacrilegium sit, & circumstantia de necessitate confessionis, est dubium. Corduba in Summa, quæst. 1. 3. existimat, sacrilegium esse furari modicam pecuniam ex crumena à Confessario in ipsa confessione. Rectè loquitur Corduba, si assumatur confessio tanquam medium ad ipsum furtum; quia tunc iniuriam facit prædo Sacramento maximam; scèd, si occasione data huiusmodi furtum crumenæ fiat, ut animaduertit Rebelus 1. p. lib. 3. c. 1. num. 1. & Sa verbo, *Sacrilegium*, num. 1. Dico tamen mihi videri circumstantiam notabiliter aggravantem necessariam confitentiam, quia arguit infirmum propositum contritionis, & frequentem usum, ac reincidentiam in furando.

Henric. Iul. Clar.

Cord.

Rebelus. Sa.

Pater ergo dixi, circumstantiam loci sacri in duobus tantum casibus in furto esse explicandam, quia mutat speciem furti in sacrilegium: primò, quando furatur res sacra de loco sacro: secundò, quando furatur res non sacra de loco sacro; modò tamen ea res non sacra ita sit sub deposito, aut custodia Ecclesiae, ut Ecclesia de illa teneatur: nam in alio casu, quòd, scilicet, furatur res sacra de loco non sacro, explicanda etiam est necessarium circumstantia rei sacrae, in ipsa confessione propter sacrilegium; non tamen est explicanda circumstantia loci sacri, cum hic non detur. Solum hinc queri potest, vtrum in primo casu, & primà specie sacrilegij vtraque circumstantia, & rei sacrae, & loci sacri necessarium sit explicanda in confessione, an solum sufficiat, & satis faciat fur dicenti: Furatus sum rem sacram, non explicando de loco sacro; vel è contra dicens: Furatus sum rem de loco sacro, non explicando sacram. Sed hoc dubium tractabimus in cap. 5. num. 20: ad quem locum te remittimus, in circumstantia, *Quando*.

Quid autem nomine loci sacri per ordinem ad furtum intelligatur, dicemus num. 32. & deinceps. Certè Syluest. verbo, *Immunitas*, 1. num. 4. §. *Secundum*, & verbo, *Sacrilegium*, §. 5. docet, comprehendere Ecclesiam, & cœmeterium: nec solum per ordinem ad furtum hinc intelligitur, sed etiam per ordinem ad alios actus prohibitos in loco sacro, v. c. nundinas, actus iudiciales, conuentiones, conclamationes, & alia similia: actus tamen forenses pro actu pietatis, & causis spiritualibus in Ecclesia, & cœmeterio fieri possunt, ut docet idem Syluest. citatus, & id patet ex cap. *Cum Ecclesia*, & ex cap. *Decet*, de immunitate Ecclesiae, & docet etiam Panorm. in dicto cap. *Cum Ecclesia*, huiusmodi actus forenses, causa pietatis fieri posse in loco sacro: vide numerum 32. vsque ad 41. & quæ ibi dixerimus de loco sacro per ordinem ad copulam, intellige etiam per P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

ordinem ad furtum: Ecclesia enim, & cœmeterium facta, & benedicta, loca sacra dicuntur. Nec obstat, quòd per furtum non polluarur Ecclesia, & quòd furtum non aduersetur loco sacro, in eo, ad quod sacer est, id est, Missis, diuinis Officiis, aut sepultura mortuorum: non enim furtum hæc impedit, si fiat in loco sacro: sufficit enim, quòd iure canonico fieri in ea, & loco sacro prohibetur, ut patet ex Concilio Tridentino & ex cap. *Relinquit*, num. 10. allegato. Pœna sacrilegij, quoad furtum, de iure civili tota est arbitraria secundum qualitatem rei, personæ, temporis, & sexus: semper tamen est capitalis. Ita docet Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. *Sacrilegium*, num. 3. & Salicetus in rubric. Cod. de crimine sacrilegij, sine? & ibi dicit Iulius Clarus, Neapoli fuisse quendam Salernitanum suspensum, quia furto subtraxerat quandam crucem ex Ecclesia D. Florentij; & id etiam refert Follet. in sua practica criminali, fol. 389. num. 47. Potest tamen sacrilegium habere aliquas circumstantias adeo graues, & enormes, ut omnino sit talis sacrilegus etiam pro exiguo furto morte plectendus, v. c. si nocte Ecclesiae fores perfringat, & pyxidem, in qua diuina Eucharistia alleruatur, furetur: quod exemplum de Eucharistia apponit ipse Iulius Clarus dicto lib. 5. sentent. §. *Sacrilegium*, num. 3. fol. 192. & illud etiam asserit prædictus Follet. in pract. criminali, fol. 206. sine.

Effusio peccaminosa sanguinis humani, homicidium iniustum, iniusta percussio, vulneratio, mutilatioque, si fiant in loco sacro, & mortalem culpam attingant, etiam sine sanguinis effusione contingant, sacrilegia sunt, & idèd circumstantia loci sacri necessarium est confentiam, & si effundatur sanguis, necessarium locum sacer est purificandus. In qua tamen quantitate, dicitur infra num. 18. Ita docet Nauarr. in Summa Latin. c. 27. n. 259. & num. 256. Capua lib. 2. decis. aur. c. 48. de speciebus sacrilegij, Capua. n. 22. Syluest. verbo, *Consecratio*, 2. num. 5. Henricus Syluest. lib. 2. de pœnit. c. 6. n. 5. D. Thom. 3. p. q. 83. artic. 3. Henric. ad 3. Sclua de benefic. quæst. 5. part. 1. num. 168. D. Thom. Tabiena verbo, *Consecratio*, 2. §. 3. Panormir. & Sclua. Hostiensis in cap. *Proposuisse*, de consecr. in 6. & est Tabiena. communis doctrina. Et ratio est: quia hæc omnia aduersantur sanctitati loci, & idèd directè sit iniuria loco sacro: sicut enim violenta extractio hominis è loco sacro est ingens sacrilegium: quia directè aduersatur immunitati Ecclesiae, & loci sacri; sic iniuriola percussio, & homicidium, cum hæc directè aduersentur sanctitati loci sacri, atque immunitati illius.

Dixi, peccaminosa effusio, iniusta percussio, & homicidium, quia, si hæc iusta fuerint, & in iustam defensionem facta cum debito moderamine inculpatae tutelæ; etiam si magna copia sanguinis effundatur, non erit sacrilegium, imò nec peccatum; & idèd sic circumstantia loci est explicanda, nec locus purificandus: imò nec si homicidium, aut vulneratio, aut effusio sanguinis facta sit casualiter, lapide, videlicet, aut regula cadente, quia peccaminosa non est; nec si hæc fiant per ludum, & iocum, absque peccato mortali: nec, si effusio naturaliter fiat spontè per os, aut nares, aut ab stulto, iudicioque carente: quia hæc omnia contingunt sine peccato. Ita docet idem Nauarr. in Manual. Latin. cap. 27. Nauarr. num. 256. Syluest. verbo, *Consecratio*, 2. num. 3. Syluest. Capua allegatus pum. præcedenti: Francus in cap. *Francus*, vniç. de consecr. in 6. & omnes in superiori Capituli. Nec, si vnum occidas, aut vulneres in loco sacro, quem nec formaliter, nec virtualiter intendebas occidere, vel vulnerare, intendendo tamen alium, quia mors & occisio respectu illius

14.

Nauarr. Capua.

Syluest.

Henric. D. Thom.

Tabiena. Panorm.

Hostions.

15.

Nauarr.

Syluest.

Francus.

Capua.



fuit inuoluntaria omnino, & sine peccato: sic intendens percutere vnum Clericum, si alium percussit quem nec formaliter, nec virtualiter intendebat percutere, aut occidere, nec irregularitatem, nec excommunicationem c. Si quis, incurrat: quia respectu illius merè casualis fuit, inuoluntaria, & inculpabilis occisio, vt communiter hodie docetur in materia irregularitatis: & ita docet Soar. tom. 5. de censuris, disp. 22. sect. 1. à n. 54. vbi late id, & per multas rationes probat, quem vide.

16.

Nec etiam est sacrilegium, nec violatur Ecclesia, aut locus sacer, si vulnus extra illum, aut cœmeterium illius accipiatur, & ad illum, aut illius cœmeterium confugiat vulneratus, ibique sanguinem effundat: quia peccatum non fuit commissum in loco sacro, sed extra illum; & alioqui effusio, quæ sequitur, naturaliter sequitur ex vulnere, & sine peccato, & idèd non est circumstantia loci tunc explicanda. Contrà verò, si vulnus in loco sacro infligatur, & percussus effundat sanguinem extra illum, aut intra, sed in vase recipiatur, iam tunc sacrilegium erit, & loci circumstantia explicanda, & locus sacer necessariò purificandus, ac reconciliandus erit; imò etiam, quanuis nullus sanguis effundatur, nec extra locum sacrum, nec intra illum; si tamen homicidium in eo commissum sit, aut percussio, aut vulnus mortiferum in eo contingat, nec peccatum excusabitur à sacrilegio, nec locus à purificatione, nec homicida, percussor, aut vulnerator à declaratione circumstantiæ loci sacri in confessione. Ita docent communiter Doctores, expressè Syluest. verbo, Consecratio, 2. n. 5. Nauar. in Summa Lat. c. 27. num. 256. Capua lib. 2. decil. aur. cap. 48. de sacrilegij speciebus, num. 23. Glossa in cap. Proposuisse, de consecrat. in 6. communiter recepta verb. Reconciliari, sine: ista autem reconciliatio debet fieri per aquam vino, & cinere benedictam, vt in eodem c. dicitur, in fine.

Syluest. Nauar. Capua.

17.

Dixi, mortiferum vulnus, aut percussio: quia, vt notant Doctores allegati, & specialiter Nauar. vt locus sacer purificetur, non sufficit quæcunque percussio attingens peccatum mortale, etiam si carnes contundat, aut ossa confringat, nec quodcunque vulnus etiam magnum; ex quo non effundatur sanguis: sed requiritur, vt hæc mortifera sint; id est, talia, vt mors probabiliter sequatur. Fundamentum horum est: quia hæc omnia aduersantur directè sanctitati loci sacri, & peccatum intra illum commissum, ac consummatum fuit; quanuis sanguis extra illum effundatur, aut intra, sed in vase recipiatur: & quia cap. Proposuisse, de consecrat. Eccles. loquitur non solum de homicidiis, sed etiam de vulneribus, & percussionibus. Est hæc doctrina adèd vera, vt etiam si Martyr, causa Christi in loco sacro occidatur, aut suspendatur, polluat Ecclesia, & circumstantia loci ratione sacrilegij, necessariò sit consistenda, vt optimè notant Syluest. & Nauar. locis allegatis, & Capua n. 8. quanuis enim sanguis Martyrum Ecclesiam ornet, ac mitificet; tamen actio ex parte Tyranni peccaminosa fuit, iuxta illud:

Actio displicuit, passio grata fuit.

Et idem à fortiori dicendum est, si homo in loco sacro à potestate publica occidatur, aut teste suspendatur, iuxta hos Doctores omnes. Et ratio est: quia licet Iudices, & Potestates publicæ licitè occidant, & suspendant iniquos, & malefactores; attamen illicitè, & sacrilegè faciunt, si id faciunt in Ecclesiis, seu locis sacris. Ecclesia comprehendit cœmeterium: cœmeterium non comprehendit Ecclesiam, vt dicemus n. 42. Non est autem sacrilegium, nec violatur Ecclesia, quando aliquis in illa existens, telo, vel sclopeto, vel armis missilibus, vulnerat per-

cutit, occidit, vel confodit eum, qui est extra illum, & cœmeterium illius; nec circumstantia sacrilegij tunc consistenda est, cum reuerè tale sacrilegium non detur. Et ratio est: quia non consummatur peccatum, nec actio occisionis, aut vulnerationis in loco sacro; sed extra illum: sic qui existens in Ecclesia, & deliberato consensu intendit aliquem occidere extra illum, non committit sacrilegium: secùs, si existens extra Ecclesiam, in illa desideret occidere; aut de facto aliquem in illa, aut cœmeterio illius existentem armis missilibus occideret, aut vulneraret: licet enim actio tunc extra Ecclesiam inchoetur, & extra locum sacrum: in loco tamen sacro consummatur. Ita docet Nauar. c. 27. in Manuali Latin. n. 256. & Sylu. verb. Consecratio, 2. n. 5. & alij num. 14. allegati. Nec credo, esse circumstantiam notabiliter aggravantem peccatum homicidij, si aliquis existens in Ecclesia, sclopeto, sagitta, vel telo occidat extra illum, & cœmeterium illius, nisi in magna frequentia & publicitate hominum, ratione publicitatis & materialis scandali: omne enim peccatum publicum de se habet motium generale scandali contra ædificationem, & charitatem proximi, iuxta ea, quæ diximus num. 4.

Nauar. Syluest.

18.

Notandum tamen, ad violationem Ecclesiae non sufficere quacunque effusionem iniuriosam, ac peccaminosam sanguinis; sed requiri magnam, seu, vt ait Sylu. verbo, Consecratio, 2. num. 5. §. Secundo, enormem: magnam verò requirit Tolet. lib. 1. Summæ, c. 32. n. 1. & Capua lib. 2. de speciebus sacrilegij, cap. 48. num. 5. & Nauar. in Manual. Lat. c. 27. num. 256. & Panorm. in cap. Proposuisse, de consecrat. in 6. & est optimus textus in c. Reuertimini, 16. quæst. 1. & in cap. Cum illorum, de sententia excommunicat. & Glossa ibi, verbo, Effusionem, quod est valdè notandum, ne dicamus, per quancunque effusionem modici sanguinis pollui, ac violari Ecclesiam, aut cœmeterium illius: imò nec etiam polluitur, si magna copia effundatur de naso, quia est organum sanguinis, vt docet Capua, citatus num. 25. & Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 3. conclusionè 8. ac proinde, quæ esset effusio respectu alterius partis, non esset respectu nasi, iuxta hos Doctores: quæ autem effusio seminis requiratur, vide numerum 20.

Capua. Sotus.

19.

Effusio seminis humani voluntaria, & peccaminosa, in Ecclesia, & loco sacro, est sacrilegium, siue publica, siue secreta, siue inter coniuges, siue inter solutos, siue intra, siue extra vas naturale, & circumstantia sacrilegij, & loci sacri, est de necessitate confessionis: vnde autem oritur hæc ratio sacrilegij, & cur sanguinis, & seminis effusio in loco sacro sit sacrilegium, & quo iure, dubium est. Melior opinio docet, oriri ex solo Ecclesie statuto: quoniam ius Ecclesiasticum peculiariter Deo tribuit cultum per immunitatem, & cessationem ab huiusmodi rebus in loco sacro; non autem per tactus, & oscula inhonesta sine seminis effusione, vt intra videbimus à num. 23. statuitque ius Ecclesiasticum illis actibus, non istis, locum sacrum profanari: vnde ea efficere in loco sacro, est violare locum sacrum in eo, ad quod sacer est, ex solo statuto Ecclesie. Ita docet Sancius lib. 7. de matrim. disp. 15. num. 4. Sancius Valentia 2. 2. disput. 6. q. 15. puncto 1. §. Præterea Valentia, etiam ad eandem speciem, & Vasquez 1. 2. quæst. 72. Vafq. artic. 6. disput. 98. num. 4. & 5. & 6. constat ex cap. Proposuisse, de consecrat. dist. 1. nam in locis hic allegatis docent huiusmodi Doctores idèd sacrilegam esse sanguinis, aut seminis effusionem in Ecclesia; non autem alia scelera ibi commissa: quoniam ius Ecclesiasticum in capitibus allegatis, peculiariter voluit tribui Deo hunc cultum per immunitatem loci sacri ab huiusmodi

Glossa.

Circumstantia effusionis seminis.

huiusmodi rebus, non autem ab aliis peccatis. Nec obstat primò, quòd multò grauiora sint alia crimina, vt hæresis, desperatio, odium Dei, &c. quæ in Ecclesia admittuntur, & patrata; non sunt sacrilegia: quia, quæ pendunt ex iure positiuo, sæpè non attendunt ad grauitatem peccati, sed ad alias indecentias. Nec obstat etiam, quòd spectata decentia, & reuerentia loci sacri, magis illis aduersari videantur tactus, & verba inhonesta, quanuis sine effusione seminis contingant, inter solutos, quam copula coniugalis de se licita, & meritoria extra hanc prohibitionem: & tamen tactus & verba inhonesta sine seminis effusione inter solutos in loco sacro non habent malitiam sacrilegij, vt dicimus n. 29. quia, vt dixi, ius positiuum non tam attendit sæpè ad grauitatem peccati, quàm ad alias rationes extrinsecas considerabiles iudicio prudentum. Quamobrem non admittitur hodie Soarius 3. c. q. 83. art. 2. disput. 81. sect. 4. §. Tertiò violatur Ecclesia. opinione 2. asserens, idèd seminis, & sanguinis effusionem esse sacrilegium; & per illam pollui Ecclesiam, ac violari, quia huiusmodi actiones de se sunt turpes, & decentias, ac reuerentia loci sacri repugnantes, atque adèd rationem huius sacrilegij oriri ex peccato, & turpitudine actionis: non autem ex statuto Ecclesie. Sed hoc fundamentum Soarii satis conuellitur ex eo, quòd copula inter coniugatos de se sit licita, & meritoria; & tamè si in loco sacro habeatur, est sacrilegium; & est illam polluitur Ecclesia, si diuulgata fuerit: non ergo ex turpitudine actionis redditur sacrilegium; sed ex prohibitione Ecclesie, quæ statuit tribui Deo speciale cultum per immunitatem horum actuum in loco sacro.

Soar.

20.

Copula igitur voluntaria, vel inuoluntaria, & peccaminosa effusio seminis inter solutos, & coniugatos, in loco sacro habita, est sacrilegium, & circumstantia loci sacri: quia hoc peccatum, de intemperantia, ad speciem trahit sacrilegij, & idèd necessariò est consistenda. Ita docent communiter Doctores, Nauar. in Summa Latina, c. 17. n. 259. Sylu. verbo, Consecratio, 2. §. 5. Sà verbo, Debitum coniugale, num. 12. Rebell. 2. p. de obligat. iust. lib. 3. q. 19. sect. 1. n. 1. & 6. Nec solum per copulam inter solutos; sed etiam inter coniugatos extra casum necessitatis, ipsa Ecclesia violatur, & sacrilegium committitur, cuius circumstantia necessariò est explicanda. Ita Sancius lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 7. Nauar. Sà, Syluest. & Rebell. modò allegati. Abulensis cap. 5. Marth. quæst. 237. D. Thom. quem citat Sancius, D. Anton. 3. part. titulo 1. c. 20. §. 2. & titulo 12. c. 6. §. 4. casti 2. Caictant, in Summa, verb. Matrim. c. vltim. vers. Sextum caput. Victoria in Summa de Euchar. n. 99. & de matr. n. 279. Castro l. 1. de lege pœnali, c. 7. docum. 2. Ledesma 1. p. 4. q. 2. art. 3. dub. 7. casu 2. & 2. p. 4. q. 66. art. 1. §. vltimo. Angles in floribus, 1. p. de matrim. quæst. 6. de soluendo debito, sine. Capua 1. p. decil. lib. 2. c. 48. n. 16. Manuel Rodrig. 1. tom. Summæ, edit. 2. c. 154. n. 11. conclusionè 10. & cap. 243. num. 19. Viualdus in Candel. 1. part. vbi de debito coniugali, num. 262. & 2. part. de interdicto, num. 72. Vega 1. tomo Summæ, edit. 2. c. 78. casu 2. & casu 1. Lopez 1. p. instruct. cap. 82. §. At verò de redditione. Soar. 3. p. quæst. 85. art. 3. disp. 81. sect. 4. §. Tertiò violatur. Hi omnes docent, extra casum necessitatis culpam esse, & sacrilegium necessariò consistendum vti matrimonio in loco sacro, tam petendo, quàm reddendo: quia, cum ea copula impediat in eo diuinorum Officiorum celebrationem, donec reconcilietur, directè opponitur sanctitati loci, ac proinde sacrilega est. Dices: Si coniux vnus habeat votum castitatis, & petat debitum ab altero coniuge non habente, tenetur illud reddere petenti, quan-

Nauer. Syluest. Sà. Rebell.

Sanchez. Abul. D. Thom. D. Anton. Caict. Victor. Castro. Ledesma.

Angles. Capua. Rodrig. Viuald.

Vega. Lop. Soar.

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

uis alter sacrilegium committat in petendo, ergo etiam, quanuis, qui perit in loco sacro, sacrilegus sit, alter tamen qui reddit, immunis erit à tali sacrilegio. Respondeo, esse diuersam rationem: quia votum est circumstantia tenens se ex parte solius petentis, nec afficit ipsum actum, ac proinde solam ipsius petitionem illicitam reddit: at verò circumstantia loci sacri tenet se ex parte ipsius actus, & idèd comprehendit, ac illicitam reddit tam petitionem, quàm redditionem: vtraque enim violat locum sacrum. Sic respondet Sanc. lib. 9. de debito coniug. disp. 15. n. 8. & Rich. in 4. dist. 32. art. 3. q. 1. Rich. Francus in c. vnico, de consent. in 6. n. 10. & alij, Franc. quos ibi citat Sancius.

21.

Potissima difficultas est, vtrum copula in loco sacro intra coniugatos excusari possit aliqua causa à sacrilegio. Respondeo affirmatiuè: excusatur enim à sacrilegio huiusmodi copula, quando ipsi coniuges, vel saltem alter illorum, per multum tempus in eodem loco sacro obfessi sunt, ita vt ad alia loca diueri non possint; non excusatur verò, si ad breue tempus ibi inclusi fuerint, & datur periculum incontinentiæ, propriæque pollutionis in altero illorum: tunc enim altero illuc aduente, iustè, seu licitè, & absque sacrilegio, & indecentia loci sacri poterunt copulari: primò, quia non est credendum, in hoc euentu voluisse Ecclesiam obligare ad abstinentiam ob decentiam loci: deinde, quia ipsa copula intra coniuges de se est licita, & solum erat illicita ratione irreuerentiæ loci sacri, à qua excusas causa vrgens: sicut enim excusatur à sacrilegio homicidium in loco sacro cum debito moderamine ob iustam defensionem factum, ad tuendam vitam temporalem; sic excusabitur copula inter coniuges diu inclusos in loco sacro, ad vitandum periculum incontinentiæ, ad tuendam vitam spirituales: vnde, etiam si postea publicè constet de tali copula, si constet etiam de causa iusta, non egebit locus purificatione: nam, licet necessitas coeundi in loco sacro non sit tam precisa, & absoluta; est tamen, moraliter inuitabilis. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 12. Sà verbo, Debitum coniugale, num. 12. Rebell. 2. part. de obligat. iust. lib. 3. quæst. 19. sect. 1. à num. 6. Less. tom. 1. de iust. lib. 4. cap. 3. de speciebus luxur. dub. 16. num. 84. & 85. Tolerus lib. 5. Summæ, cap. 12. Alensis 2. part. quæst. 166. m. 2. ad primum. Richard. in 4. distinct. 32. artic. 3. quæst. 1. Rosella verbo, Consecratio, 1. num. 9. & Rosella verbo, Debitum, num. 7. Angel. ibi num. 25. Syluest. ibi quæst. 3. num. 5. & verbo, Consecratio, 2. quæst. Syluest. 5. Soar. 3. part. quæst. 83. artic. 3. disput. 81. sect. 4. §. Tertiò violatur.

Sanch. Sà. Rebell.

Lessius.

Alensis. Richard.

Rosella. Angel.

Syluest. Soar.

Ledesma.

Quòd verò tempus longum sit, an breue, arbitrio prudentis committitur: nam Soarius modò allegatus, & Perrus Ledesma Summa de Sacram. cap. 20. de Eucharist. fol. 264. versu, Digo lo segundo. existimant, breue tempus esse, si vna, vel altera die in loco sacro contineantur, vel vterque coniux, vel alter tantum. Et sic videntur existimare, longum tempus esse quatuor vel quinque dies. Sancius lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. n. 1. sine, existimant, attenda humana fragilitate, vnum mensè esse tempus longum: ego crederem, decem, aut quindecim dies esse longum tempus: quanuis opinio Sancij attenda fragilitate humana fauorabilior sit. Vix tamen hic casus vnquam eueniet, vt ibi optimè notat Sancius: quia semper in Ecclesiis sunt cubicula adhaerentia, aut sacristia, aut turris, quæ nomine loci sacri minimè veniunt, quoad hunc effectum, ad quæ ad exercendum actum coniugalem diueri possunt.

An autem præter hanc necessitatem moralem evitandi

22.

Telegus. Syluest. Ouandus. Marg. Co.

Rebollus.

Sorus. Caietas.

Ledesma. Barib. Le. Sanchez.

Lefsius.

Lefsius. Angelus.

evitandi periculum incontinentiæ, & voluntariæ pollutionis in altero coniuge, & diuturnæ inclusionis ex alia causa, licita sit copula inter coniuges, ita vt excusetur à sacrilegio, & peccato in loco sacro, v. g. causa habendæ prolis, vel fouendi amorem maritalem; est dubium. Negat Tolerus lib. 5. Summæ, c. 12. Syluest. verbo, *Debitum conjugale*, n. 5. & verbo, *Consecratio*, 2. n. 5. & Ouand. in 4. distinct. 32. q. vnica, post secundam propositionem. Margarita Confess. in 6. præcep. num. 86. dum dicunt, semper esse mortalem culpam in loco sacro copulam conjugalem, nisi ad vitandum periculum incontinentiæ, quando alter diu in illo inclusus est; quanuis tunc ad sit voluptas sensitua non principaliter intenta. Alij verò dicunt, in eo casu diuturnæ inclusionis in loco sacro, licitam esse copulam inter coniuges in omnibus casibus, in quibus extra Ecclesiam licitum esset illam habere, & sic dicent consequenter, non solum ad fouendum amorem maritalem, sed etiam causa procurandæ prolis, aut quærendæ sanitatis, licitam esse copulam inter coniuges: siquidem extra locum sacrum copula licita est inter illos ob has causas habita, vt docet Rebollus 2. part. de obligationibus iust. lib. 3. quæst. 19. sect. 1. num. 4. cum Sorus, & Caietano, quos citat; imò & consequenter dicent esse, solum peccatum veniale, habere tunc copulam in loco sacro ob delectationem tantum sensitiuam: quia extra locum sacrum ob hunc solummodo finem illam habere, veniale tantum est, vt etiam ibidem docet Rebollus num. 5. Qui verò docent, in casu diuturnæ inclusionis in loco sacro, & extra periculum incontinentiæ, vel in altero, vel in vtroque coniuge, licitum esse habere copulam in omnibus casibus, in quibus licitum est illam habere, extra locum sacrum, necessariò etiam dicent, circumstantiam loci sacri non esse confidendam, habita copula in iisdem casibus: & hi sunt, Ledesma 1. p. 4. q. 24. art. 3. dub. 7. casu 2. & Barthol. Ledesma dub. 12. de pœnit. vbi de interrog. circa 6. §. *Similiter interrogatur*, & Sancius lib. 9. de debito coniug. disp. 15. n. 13. vbi addit, posse statim coniuges habere copulam in loco sacro, quando constat fore, vt ea obfessio in loco sacro diu duratura sit; quia iam adest præfens causa; & quia iam tenere dicimus, quæ statim & sine dubio possidere incipimus; nec enim cogendi sunt coniuges expectare tempus elapsum; est enim id valdè durum. Opinio Sancij mihi placet. Lefsius tamen tom. 1. de iustit. lib. 4. cap. 3. de speciebus luxur. dub. 10. n. 85. asserit, esse solum sacrilegium mortale ex parte petentis, non reddentis: quia faciliùs reddens à peccato excusatur propter petitionem. Vtrà inquires, vtrum seclusa diuturna inclusione, & secluso periculo incontinentiæ, & pollutionis, licita sit copula secreta, & occultata inter coniuges in loco sacro, in omnibus casibus, in quibus licita est extra illum? Communiter Doctores negant, vt vidimus n. 17. Non videtur tamen id improbabile Lefsius allegato, & dicit etiam probabile Angelus verbo, *Debitum conjugale*, num. vltimo, vbi citat Richardum, & Alensium: sed non allegat locum. Et probari potest hæc opinio: quia alter coniug non potest scire, quando in petente periculum detur incontinentiæ; nec coniug petens teneret se manifestare cum tanta verecunda; & quia sunt nonnulli adeò incontinentes, vt expectare non possint hanc temporis diuturnitatem: & quia, moraliter loquendo, videtur impossibile hoc præceptum, vt sese conuineant coniuges, quando soli sunt, & idè supra fragilitatem humanam. *Dixi secreta, & occultata*: quia, quanturuis diuturna inclusio detur in loco sacro, & periculum incontinentiæ vigeat, si accessus fiat publicè, vel si publicè eandem torum com-

munem habeant coniuges, à sacrilegio non excusabuntur, vt optime docet Rebollus 2. part. de obligat. iust. lib. 3. quæst. 19. sect. 1. num. 9. & addit ille, *nec etiam in eo casu Ecclesia excusabitur à purificatione*. Sed de hoc dubitabit aliquis, nisi semen in terram decidat. Animaduerte tamen, quòd etiam copula peccaminosa, siue inter coniuges, siue inter solutos, in loco sacro habita, si occulta sit absque seminis effusione, est sacrilegium: non egebit tamen Ecclesia reconciliatione, quandiu occulta manet; egebit tamen, si inceperit publicari, vel publicè de illa constiterit. Ita docet Soar. tom. de Sacram. in 3. part. quæst. 83. disput. 81. sect. 4. §. *Secundo dubitari*. Rebollus 2. part. de oblig. iust. lib. 3. q. 19. sect. 1. n. 6. fol. 362. §. *Ex parte loci sacri*. Nauarr. c. 27. n. 256. fine, Capua lib. 2. de speciebus sacrilegij, cap. 48. n. 26. Publicum autem erit, quod fuerit notum maiori parti parochiæ, vel viciniæ, vel in iudicio constiterit: vnde potest contingere, quòd copula commissa sit abhinc octo diebus, & quòd effusio seminis, aut sanguinis abhinc aliquot diebus facta sit, & hodie incipiat impedire diuina Officia, & non antè: nam facta tunc videntibus duobus, vel tribus, & vsque nunc tacentibus; nunc autem incipientibus publicare, ita vt fama factum publicum fiat, ex nunc incipit impedire diuina Officia, & non ex tunc, iuxta Doctores allegatos. Hinc etiam, si extra copulam effundatur semen, vel propter pollutionem voluntariam propriis manibus habitam, vel ex impetu & magno ardore libidinis profectam ob visionem adolescentis, aut femine pulcherrimæ, si semen non effundatur in terram, sed per vestem, aut si occultè in terram decidat; quanuis peccatum spectet ad sacrilegium, & circumstantia loci sacri necessariò sit confitenda; tamen non impeditur diuina Officia, nec Ecclesia indiget purificatione, nisi cum huiusmodi effusio, & pollutio inceperit publicari, iuxta modum dictum. Ita expressè Capua dicto lib. 2. de speciebus sacrilegij, cap. 48. à num. 26. vbi citat Nauarrum loco allegato. Vide Syluestrum verbo, *Consecratio*, 2. §. & n. 5. Notant autem Syluest. & Capua locis allegatis, non per quancunque humectationem seminis humani, hominis, vel mulieris, fidelis, vel infidelis, decidentis in terram, pollui Ecclesiam, cum inceperit publicari; sed requiri effusionem magnam: & idipsum docet etiam Nauarr. cap. 26. n. 256. fine: credo tamen, non requiri tantam feminis effusionem in terram, quantum & quam magna requiritur sanguinis effusio, propter abundantiam & copiam sanguinis in corpore humano, & penuriam feminis: & idè Auctores requirunt enormem sanguinis effusionem, vt vidimus n. 15. Ex quibus patet, in eo casu, in quo inter coniuges copula est licita in loco sacro, non pollui Ecclesiam, nec purificatione egere, quantum postea de illa constiterit: cessat enim tunc irreuerentia loci sacri, & sacrilegium. Ita docet Sancius lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. num. 14. Couar. in 4. Decretal. 2. p. c. 7. §. 2. n. 3. Antonius Cucus lib. 5. Infit. mor. l. tit. 1. n. 121. Ludouic. Lopez 2. p. Instructorij conscientiæ, cap. 79. vbi de Euchar. §. *Preterea*, Gregor. Lopez l. finali, verbo, *Fornicatio*, titulo 10. part. 1. Perez lib. 5. ordin. titulo 1. lib. 1. §. *Queri potest, vtrum copula*, Solus Angelus verbo, *Debitum*, n. 35. dicit, per licitam copulam maritalem, si postea de illa constiterit, pollui Ecclesiam, & egere purificatione. Sed communiter relictur.

Inferitur etiam, concupiscerentem in Ecclesia feminam, quã videt, aut cuius meminit, nisi expressè appetat in Ecclesia, vel loco sacro, suam voluntatem exequi, sacrilegium minimè habere: quia licet id desiderium in loco sacro conceptum sit, non

24.

Soar. Reboll.

Nauarr. Capua.

Capua. Nauarr. Syluest.

25.

Sanch. Couar. Cucus.

Lud. Lop. Greg. Lop. Perez.

Angel.

26.

Sanch. Nauarr.

vult committere peccatum in loco sacro, nec illud ibi consummare, quod ad sacrilegium necessarium est: sic, qui in Ecclesia existens deliberat occidere alium extra illam, non habet etiam sacrilegium ratione loci sacri, vt docet Sancius lib. 9. de debito coniug. disput. 15. num. 19. & Nauarr. cap. Consi. deret. initio, num. 21. vers. *Quarto infero*. Nauarr. cap. 6. num. 12. Azor tom. 1. Summæ, edit. 2. cap. 207. num. 1.

S V M M A R I V M.

- Quid, si quis extra Ecclesiam existat, & in ea desideret deliberatè copiam habere illicitam. num. 27.
- Quid de aspectibus, nutibus, & inhonestis confabulationibus habitis in Ecclesia. num. 28.
- Quid de tactibus per partes non pudendas, veluti per pectora, manus, vultus, & c. sine pollutione. num. 29.
- Quid, si fiant per partes pudendas. num. 30.
- Referitur opinio affirmans, hanc circumstantiam necessariò esse confidendam. ibid.
- Astruitur sententia contraria. num. 31.
- Quis locus Ecclesie dicatur sacer. num. 32.
- An capella intra Ecclesiam edificata locus sacer sit ibid.
- Quid de loco supra recto Ecclesia existente. num. 33.
- Quid de loco subter illam. ibid.
- Quid de porca Ecclesia à parte externa. num. 34.
- Quid de cameris Ecclesia adhaerentibus. ibid.
- Quid de vtri cymbalorum. ibid. vers. Nec turrim.
- Quid de sacrificia. ibid. vers. Nec sacrificiam.
- Quid de propylæis. ibid. vers. Secus dicendum.
- Quid de locis concatis portarum Ecclesie. ibid. vers. Loca concata.
- Quid de confessionariis. num. 35.
- Quid, si panno cerato, vel tabulato fixo diuisa sint ab Ecclesia. ibid.
- Quid de oratorijs, quæ domi habentur. num. 36.
- Quid de oboro. ibid. vers. Chorus.
- Quid de tribunis Ecclesie. ibid. vers. Tribunal.
- Quid, si Ecclesia destructa sit. num. 37.
- Quid, si destruat, vt iterum in eodem loco adificetur. ibid.
- Quid de Hospitalium, & Xenodochiorum Ecclesijs, quæ nec consecratæ, nec benedictæ sunt; auctoritate tamen Episcopi sunt erectæ. num. 38.
- Quid, si de auctoritate Episcopi non constet. ibid.
- Quid de claustris Religiosorum, si benedicta sint, & mortuis sepeliendis destinata. num. 39.
- Quid de cæteris Religiosorum habitaculis, & officinis. ibid.
- Olim de iure civili quilibet locus efficiebatur sacer, si in eo de consensu domini, mortuis sepeliebantur. n. 40.
- Quid de iure canonico. ibid.
- Quid de cæmeterijs ab Episcopo benedictis. num. 41.
- Ecclesia comprehendit cæmeterium, cæmeterium non comprehendit Ecclesiam, & sic violata Ecclesia violatur cæmeterium, non è contra. num. 42.
- Latius patet locus sacer per ordinem ad immunitatem Ecclesie, quam per ordinem ad furtum, & feminis, aut sanguinis effusionem. num. 43.
- Locus sacer per ordinem ad immunitatem Ecclesie comprehendit palatium Episcopi, Monasteriorum officinas, & pergulas; non verò per ordinem ad furtum, & sanguinis, aut feminis effusionem. ibidem.

27.

Contrà verò, qui extra Ecclesiam, aut locum sacrum existens concupiscit deliberato animo, atque consensu, in eodem loco sacro copulam cum aliqua habere illicitam, aut inibi furari, vel aliquem occidere, vel in ipsa copula, vel in pollutione, & idè sunt de se grauissima peccata

explicare in confessione. Ita Soarius de pœnit. disput. 22. sect. 4. n. 20. Sorus in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 4. Nau. num. præcedenti citatus; Sanc. & omnes ibi allegati, & Viuald. in Cand. aur. vbi de confessione, num. 96.

Aspectus, nurus confabulationes inhonestæ in Ecclesia habitæ, si sine pollutione contingant, non est loci circumstantia in confessione aperienda; quanuis ipsa sint peccata mortalia intemperantiæ, contra sextum: quia non apparet ratio alicuius prohibitionis Ecclesiasticæ, per quam fiant sacrilegia: nec de se adeò indecentes sunt, vt notabilis irreuerentia fiat loco sacro, neque opponuntur loco sacro in eo, ad quod facer est; sunt enim dispositiones valdè remotæ ad copulam, & ad pollutionem; nec videntur aggrauare notabiliter. Hæc opinio & doctrina, est communior hodie, licet Sylu. verbo, *Confessio*, §. 1. contrarium teneat: ibi enim dicit, oculorum fisiones in Ecclesia habitas habere circumstantiam sacrilegij necessariò confidendam: eam tamen docent Sancius lib. 9. de matrim. disput. 15. n. 20. Ludouic. Lopez 1. p. Instru. cap. 33. §. secundo. Canus in relect. de pœnit. citatus ab eodem Lopez. Rodrig. tom. 1. Summæ, edit. 2. cap. 207. num. 1. Ledesma Summa sacræ, de pœnit. cap. 19. §. *Acerca desta conclusion*. Limitat tamen Ledesma ibi; nisi contentiori voce proferantur: tunc enim ait, esse sacrilegium necessariò confidendum; quia sanctitati loci repugnant: sed id negat Sancius allegatus, & optime.

Tactus leues impudici per partes non pudendas, veluti per manus, per pectora, & per alias non impudicas, si in Ecclesia habeantur sine pollutione, vel copula; opere, vel consensu consummata, etiam non est loci circumstantia necessariò confitenda. Ratio est: quia huiusmodi res sunt etiam dispositiones valdè remotæ ad copulam, & ad pollutionem; & alioqui non aduersantur directè sanctitati, ac immunitati loci, id est, illis, ad quæ locus sanctificatus est, v. c. diuinis Officijs, sepulturis mortuorum, Missarum celebrationi, & c. ita à fortiori docebit Sancius dicto lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 21. Caiet. tom. 1. opusc. tractatu 17. relp. 12. dub. 2. Nauarrus in cap. *Consideret*. in principio, num. 20. de pœnit. distinct. 5. Alceger in Summa, cap. 20. fol. 74. col. 2. §. *Los tocamientos*, quatenus docent, etiam huiusmodi tactus per partes pudendas non esse sacrilegia, si in Ecclesia, aut loco sacro contingant: verum, si de tactibus per huiusmodi partes loquamur, non ita benè docent, vt statim numero sequenti patebit.

An autem huiusmodi impudici tactus, per partes pudendas, & inhonestas, etiam leues, si contingant in loco sacro, siue inter coniuges, siue inter solutos, siue cum pollutione, siue absque illa, sacrilegia sint, & loci circumstantia necessariò sit explicanda in confessione, est dubium. Quidam affirmant. Ita Sylu. verbo, *Confessio*, 1. q. 10. num. 11. Corduba in Summa, quæst. de conscientia, q. 109. Medina C. de confessione, in speciali quæst. Lopez 1. parte Instru. cap. 33. §. *Sed quid d. eendum erit*. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 10. & inclinatur Caietant. in opusc. tom. 1. tract. 14. dub. 3. Fundamentum illorum est, primò, quia huiusmodi tactus habent eandem malitiam cum copula, & cum pollutione: quanuis in illis quis velitistere, & ad copulam, aut pollutionem non transire, aut consensum illius: sed illorum tantum delectationem sensitiuam captare sine copulæ, aut pollutionis consensu: sunt enim hæc de se illicita libidinis, prouocatiua ad malum, & coniunctissima cum periculo consentiendi, vel in ipsa copula, vel in pollutione, & idè sunt de se grauissima peccata

28.

Sanchos. Lup. Lop. Canus.

Rodrig. Ledesma.

99.

Sanchos. Caiet.

Nauarr. Alceger.

30.

Syluest. Corduba.

Medina.

Lud. Lop. Azor.

Caietant.

mortalia : nam, qui amat periculum, peribit in illo. Quamobrem negari non potest, fieri loco sacro maximam iniuriam. Nec obstat, quod copula sit licita inter coniugatos, ut inde inferamus, etiam tactus huiusmodi licitos inter illos esse : est enim copula inter illos licita extra locum sacrum, non intra, iuxta modum explicatum num. 18.

31. Sanc. Navar. Cuius. Alcozer.

Sancius tamen lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 21. Caietanus opuscul. tomo 1. tract. 17. resp. 12. dub. 2. Nauarrus cap. Consideret. in principio, num. 20. de pœnit. distinct. 5. Alcozer in Summa, cap. 20. fol. 74. col. 2. §. Los tocamientos. & alij negant, huiusmodi tactus turpes per pudendas partes in loco sacro habere circumstantiam sacrilegij necessarium confitentiam : ac proinde dicant, inter solutos esse peccata mortalia; non tamen ratione loci sacri esse sacrilegia : inter coniugatos verò non esse peccata : nam, cum aliunde sint inter coniugatos liciti, & ex loco sacro nullam habeant indecentiam, sequitur non esse peccata. Fundamentum illorum est: quia huiusmodi tactus turpes non aduertantur directè sanctitati, aut immunitati loci sacri : non enim impediunt, posse ibi diuina Officia celebrari, mortuos sepeliri; nec tollunt immunitatem ab illis, qui ad hæc loca sacra confugiunt, aut securitatem rerum ibi sub custodia depositarum : tunc autem circumstantia loci sacri sacrilegium constituit, & peccatum ad illud trahit, quando actus in loco sacro commissi directè aduertantur sanctitati, aut immunitati loci sacri in eo, ad quod sanctificatus est, modo explicato. Vnde, cum huiusmodi tactibus non voleretur Ecclesia, nec detur violatoris periculum, cum cesset pollutio, & eius periculum, & non impediatur Officia diuina, aut mortuorum sepultura; inde est, quod non sint hi actus sacrilegij, nec loci circumstantia necessarium confitentia. Vtraque opinio probabilis, ista secunda probabilior.

32.

Locus autem sacer per ordinem ad furtum, & copulam, & feminis, aut sanguinis effusionem, dicitur sola Ecclesia consecrata, aut benedicta, quia ante hanc consecrationem, aut benedictionem non est locus sacer: & ille etiam locus sacer dicitur, qui est deputatus ad fidelium sepulturam. Ita docent Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 24. Henricus lib. 9. de Missa, cap. 27. num. 5. & lib. 2. de pœnit. cap. 6. num. 5. ad marginem, lit. H. Sà verbo, Ecclesia. §. Polluitur Ecclesia. Capua 1. p. decif. aur. lib. 1. cap. 20. num. 28. & lib. 2. cap. 83. num. 1. C. Rodriguez. 1. toni. Summa, edit. 2. cap. 154. num. 13. sine, & cap. 243. num. 19. Nauarrus in Summa, cap. 16. n. 32. Sotus in 4. dist. 32. quæst. vnica, art. 3. col. 3. Vide numerum 33.

Sanc. Henric.

Sà. Capua. Rodrig.

Nauarr. Sotus.

Nec verò totus circuitus ipsius Ecclesiæ sacræ, aut benedictæ, quoad hunc effectum, dicitur locus sacer; sed illud tantum spatium, quod pertinet ad corpus Ecclesiæ internum, à recto interiori vsque ad pavementum; & à parte interna portæ Ecclesiæ, vsque ad vltimum parietem aræ maximæ. Quare capellæ adificatæ intra Ecclesiam comprehenduntur; quia vnum corpus cum ipsa Ecclesia constituunt, ut optime docet Vega tomo 2. Summa, cap. 94. casu 5. & Sancius citatus num. 25. Dixi, per ordinem ad furtum, in opinione eorum, qui docent, furari rem non sacram de loco sacro esse sacrilegium : nam nos contrarium iam secuti sumus n. 9. vbi ostendimus, locum sacrum non mutare speciem furti simplicis in materiam religionis, & sacrilegij, si furtum fiat de re non sacra, quæ non sit sub custodia Ecclesiæ: scilicet, si sit, ita vt Ecclesia de illa teneatur.

Vega. Sanchez.

33.

Hinc fit, non violari Ecclesiam, nec esse sacrilegium, si copula habeatur, furtum committatur, aut

homo occidatur, vel suspendatur, aut sanguis effundatur, vel semen, super rectum Ecclesiæ, aut subter Ecclesiam, vt si ibi habeatur spelunca aliqua, vel cellula subterranea. Ita docet Sanc. lib. 9. de matr. disput. 15. num. 26. & 27. Soar. 3. p. quæst. 83. artic. 3. disput. 81. sect. 4. initio. Nauarrus in Summa, cap. 27. num. 256. Vega tomo 2. Summa, cap. 94. casu 5. Lud. Lopez 2. p. Instruct. de Euchar. cap. 79. §. Præterea. Capua 1. p. decif. aur. lib. 2. cap. 48. n. 24. Sylu. verbo, Consecratio, 2. quæst. 5. casu 1. Tabiena verbo, Consecratio, 2. quæst. 5. §. 6. Fumus, quem citat Sancius num. 27. Rodriguez 1. tom. Summa, in 2. ed. cap. 153. num. 10. conclud. 9. Rodrig. Ancharranus, Dominicus, Francus, & alij, quos allegat Sancius num. 26. Et ratio est: quia hæc loca iam sunt extra Ecclesiam, & nec diuini Officii, nec mortuorum sepultura; sunt dicata: vnde, si in Ecclesiæ cauernis sit fornix dicatus mortuorum sepulturis, quem sepulturam concuam vocamus, & vulgato nomine, arietem, pars Ecclesiæ reputabitur, cum deputatus sit ad fidelium sepultura; vel ipsum Ecclesiæ solum, iuxta Sancium allegatum num. 27. & alios hic citatos.

34.

Nec violatur Ecclesia, si hæc fiant in porta Ecclesiæ à parte externa Ecclesiæ: tunc enim, si ea pars pertineat ad cœmeterium, solum cœmeterium violabitur, non autem Ecclesia, iuxta ea, quæ diximus num. 13. Ita Sancius lib. 9. disput. 15. num. 28. Rodrig. tom. 1. Summa, ed. 2. cap. 15. num. 13. Sylu. verbo, Cœmeterium, q. 3. Angel. verbo, Consecratio cœmeterij, num. 3. Tabiena verbo, Consecratio, q. 1. Armilla verbo, Cœmeterium, num. 4. Dominicus cap. vnico, de consecratione, num. 6. in 6. Si enim ea pars, quæ est extra limen Ecclesiæ, spectet ad cœmeterium, cœmeterium tantum polluitur, eritque sacrilegium de necessitate confessionis, vt patebit num. 35. Hinc deducitur, etiam non comprehendendi, quoad hunc effectum, cameras Ecclesiæ adherentes, quia illæ minimè constituunt vnum corpus cum Ecclesia, nec cultui diuino, aut mortuorum sepultura; deputantur. Ita docent Sotus in 4. distinct. 33. q. vnica, art. 3. conclud. 3. Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 29. Nau. in Summa Lat. cap. 16. num. 32. versu 4. Soares 3. p. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. §. Tertio violatur. Capua 1. p. decif. lib. 2. cap. 8. num. 10. Lud. Lopez 1. p. Instruct. c. 82. §. At verò de redditione. Vega lib. 1. Summa, cap. 78. casu 1. Nec turrim, vbi cymbala pulsantur, propter eandem rationem. Ita Sancius, Soarius, Sotus, Manuel Rod. Ludou. Capua, & alij modò citati. Nec sacrilitiam, quia non efficit vnum corpus cum Ecclesia, nec est destinata ad fidelium sepulturam, aut diuina officia peragenda; sed est tantum velut camera Ecclesiæ adherens, deputata ad custodiam sacrarum vestium. Ita Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 31. Secus dicendum de propylæis, seu cornigiis, quia hæc sunt intra ipsam Ecclesiam. Ita idem Sancius num. 32. Loca concava portarum Ecclesiæ, si sint à parte interna, iam pertinent ad ipsam Ecclesiam, vt diximus initio huius numeri: si verò sint à parte externa, vel pertinent ad cœmeterium, vel non pertinent: si pertinent ad cœmeterium, tunc solum cœmeterium polluitur, & circumstantia loci necessarium est confitentia, cum sit locus deputatus fidelium sepulturis; si verò non pertinent ad ipse cœmeterium, iam sunt loca profana, vt patet, cum nec ad cœmeterium, nec ad Ecclesiam pertineant.

Sanchez. Rodrig. Sylu. Angel. Armilla.

Sotus. Sanchez. Nauarr. Suarez. Capua. Lud. Lop. Vega.

Sanc.

35.

De confessorij aliqui ambigunt: sed non est dubium, venire nomine Ecclesiæ, si in ipsa Ecclesia sint, vel intra concuam parietis à parte interna ipsius Ecclesiæ, non externa: sunt enim tunc

Sanchez.

tunc partes ipsius Ecclesiæ, veluti capellæ: scilicet si pariete aliquo ab Ecclesia diuidantur tabulis, vel panno cerato, & solum per crates, aut foramina confessiones excipiuntur: tunc enim, si copula, aut pollutio habeatur, aut furtum fiat à parte Ecclesiæ, sacrilegium erit, & circumstantia loci necessarium est confitentia est; non tamen si habeatur ab alia parte exteriori. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 38. Ratio est: quia paries ille, tabulæ, aut pannus ceratus separat, atque ab Ecclesia diuidit huiusmodi loca confessionum, ita vt iam pro distincto domicilio habeantur, vt probat optime textus in cap. vnico, de consecratione, in 6. ibi: Non vnum, sed plura cœmeteria esse, noscuntur, quæ, quantum sibi coherentia, pariete tamen medio seunguntur. Ex quo textu constat, ob parietem illum, cerarum, aut tabulatum, ea loca sic esse diuisa, vt duo distincta loca dicantur; modò tamen, vt notat Sancius, lineus ille ceratus fixus sit atque stabilis, quoniam tunc instar parietis habetur: scilicet, si velo diuidatur, quod & complicari, & explicari possit, aut tabella ferreis nexa vnica complicabilibus: quia tunc, cum sint facile mobilia, fixo parietis æquari non possunt. Ita idem Sancius citatus.

36.

Oratoria, quæ domi habentur, quod hunc est factum furti, copulæ, aut pollutionis, nomine Ecclesiæ, aut loci sacri non comprehenduntur; quoniam de Episcopi licentia Missæ in illis celebrentur: ac proinde non est ea loci circumstantia confitentia: tum, quia ea oratoria adificuntur in domibus absque licentia Episcopi; tum, quia ad nutum fundatoris huiusmodi domus ad profanos vsus redire possunt: & idè hæc oratoria non gaudent immunitate, aut priuilegijs Ecclesiæ. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 39. tenet Innocent. cap. Inter dilectos, 2. de donat. Tabiena verbo, Immunitas, quæst. 14. num. 15. Greg. Lopez lib. 4. verbo, La Iglesia, tit. 1. part. 1. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, §. finali, n. 6. vers. Sed quid placendum, Sylu. verbo, Loca religiosa, quæst. 2. & verbo, Inter dictum, 6. quæst. 5. & verbo, Immunitas, 1. quæst. 1. sine, Angel. verbo, Immunitas, quæst. & n. 26. Chorus, vel est locus quidam intra Ecclesiam solum scabellis distinctus, & tunc non est dubium ad Ecclesiam pertinere; vel est locus eleuatus à terra, pariete, arcibus, aut columnis; & tunc videtur ea pars distincta ab Ecclesia: sed adhuc creditur, ac æstimatur (& optime) Sancius dicto lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 33. ad Ecclesiam pertinere, & nomine Ecclesiæ, & loci sacri venire; & quia intra ambitum eiusdem Ecclesiæ parietibus inclusus tenetur chorus; & quia ad Officia diuina destinatur. Et huius sententiæ videtur etiam esse D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 21. §. 1. circa medium, vbi indistinctè chorum nomine Ecclesiæ comprehendit docet. Et idem sentit Sancius de loco organorum, constituto in quadam chori parte, ob eandem rationem: sonus enim organorum, est cantus Ecclesiasticus, & quædam cultus diuini pars. Tribunæ non veniunt nomine Ecclesiæ, aut partis illius; quia à parte externa continentur; & quia, nec diuino cultui, hoc est, diuinis Officijs; nec mortuorum sepultura; dicata sunt. Ita docet Sancius n. 35.

Sanc. Tabiena. Greg. Lopez. Iulius Cl.

Syluest.

Angel.

Sanc.

D. Anton.

37.

Si Ecclesia destructa sit, non comprehenditur nomine Ecclesiæ, & idè nec copula in ea habita, aut sanguinis, aut feminis effusio, aut furtum in ea factum, est sacrilegium, nec loci circumstantia est confitentia. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disput. 15. num. 37. probat ex cap. Abbate, ad finem, de verborum significatione, & cap. 2. de noui operis nuntiatione, & ex cap. Hic diximus, 16. q. 7. per quos textus notat Glossa, dicto cap. Abbate,

Sanchez.

sine, & cap. 2. verbo, Principale, de noui operis nuntiatione, Ecclesiam destructam non gaudere priuilegijs Ecclesiæ, quam sequuntur omnes Doctores, quos Sancius allegat dicto num. 37. & hi sunt, Ancharan. dicto cap. 2. de noui operis nuntiatione, num. 9. initio, Abbas num. 5. Henricus num. 6. Alexander l. Inter stipulantes, §. Sacramentum, n. 13. ff. de verborum obligat. Felinus cap. Cum dilecti, num. 21. de re scriptis, Rosella verbo, Priuilegium, num. 4. Angel. verbo, Civitas, num. 1. Syluester ibi, quæst. 2. Armilla num. 3. Tabiena quæst. finali. Intellegendum tamen est hoc, si auctoritate Superioris destructa sit, & nulla spes subit reedificationis: nam, si diruatur, vt iterum eodem loco ædificetur, gaudet adhuc priuilegijs suis. Ita docent Sancius, Alexander, Felinus modò citati. Quoniam alij existiment contrarium, quatenus aiunt, qualicumque modo Ecclesia diruta sit, siue temporum iniurijs, siue Superioris iussu, si absque reedificationis spe sit destructa, non gaudere priuilegijs: quia iam nulla ratione dici potest Ecclesia, nisi vulgo tantum: & hi sunt, Iulius Clarus in pract. lib. 5. receptarum, §. finali, quæst. 30. num. 6. Remigius de immunitate Ecclesiæ, ampliat. 20. Farinacius in praxi, quæst. 28. num. 70. Paz pract. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 38. Baldus in proœmio ff. veteris, num. 5.

Anchar. Abbas. Henric. Alexander. Rosell. Angel. Sylu. Armilla. Tabiena.

38.

Difficultas tamen est de iis Ecclesijs Xenodochiorum, atque eremitorum, quæ consecratæ, aut benedictæ modum sunt: auctoritate tamen Episcopi sunt erectæ, & ad diuinum cultum destinatæ: resolendum tamen est cum Doctoribus statim allegandis, huiusmodi loca nomine Ecclesiæ comprehendi, & idè loci circumstantia necessarium erit aperienda, si in eis copula habeatur, aut sanguis, vel semen effundatur, aut quicquam etiam fuerit. Primò, quia iam dicuntur religiosa, nec ad vsus profanos redire possunt, vt habeatur cap. Ad hæc, de religiosis domibus. Secundò, quia huiusmodi Ecclesiæ ad cultum diuinum, & Missas celebrandas deputantur auctoritate Episcopi, ita vt perpetuò cultui diuino emancipentur, quæ emancipatio, atque deputatio auctoritate Episcopi facta locum benedictionis supplet, estque velut quædam consecratio. Tertio, quia huiusmodi loca gaudent immunitate Ecclesiæ, vt docent Nauarrus in Summa, cap. 25. num. 17. Couar. multos referens, 2. var. cap. 20. num. 4. Paz tom. 1. pract. part. 5. c. 3. §. 3. n. 27. Quarto, quia verior opinio habet, statutum puniens delictum in Ecclesia comprehendere etiam illum, qui delinquit in Basilica, auctoritate Episcopi erecta, nondum tamen consecrata: vnde, si is, cui Ecclesiæ ingressus interdictus est, in ea celebret, sit irregularis. vt docent Sancius lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 39. Calderinus de ecclesiastico interdicto, membr. 2. versu, Sed quid, si is. Dominicus cap. 15. §. finali, n. 6. de sentent. excomm. in 6. Sylu. verbo, Inter dictum, 6. q. 5. Nauar. super §. in Leuco, notabili 32. num. 3. Et hanc sententiam his fundamentis stabilitam, atque explicatam, tenet Glossa in cap. finali, de consecrat. Eccles. verbo, Consecrata, & Sancius citatus dicto num. 39. Quid autem, si de auctoritate Episcopi non constet, & sic etiam non constet, sint hæc loca sacra, an non? Respondeo, non sufficere ad præsumendum, auctoritatem Episcopi adfuisse, ibi esse oratorium, celebrarique de Episcopi licentia, & esse Hospitale nomine alicuius Sancti, cum campana: sed oportere ibi cymbalum esse super rectum erectum publicèque pulsari: id enim in oratorijs priuatis esse nequit, iuxta caput, Parentibus, de priuilegijs. Mascari. Et ita docet latè Mascardas de probat. concl. 869. Sylu. num. 3. & 4. Sylu. verbo, Loca religiosa, quæst. 3. Felinus. linus

Nauarr. Couar. Paz.

Sanchez. Calderin. Dominicus. Syluest. Nauar.



linus multos citans cap. De quarta, num. ex a. de praescript. Similiter idem praesumitur in dubio; si ibi publice celebraret omnibus indifferenter ad divina audienda admissis; ita Sancius lib. 8. de matrim. disp. 1. 5. num. 39. Archidiaconus cap. V. de no. ad med. de consecrat. distinctione 1. Maschard dicta cap. 869. num. 1. & 2. Idem ex deorsu temporis: vt si decennio ibi publice celebraret, vt cum multis probat Menochius de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 1. 32. n. 51. & Sancius allegatus.

49. Claustra Religiosorum, si benedicta sint, Religiosi que sepeliendis destinata, comprehenduntur nomine loci sacri: sic loci circumstantia est de necessitate confessionis, si in eis copula habeatur, vel semen, aut sanguis effundatur: quia & benedictionem; & deputationem habent ad diuina. Ita docet Sancius lib. 9. de matrim. disp. 1. 5. num. 41. & Corduba in Summa, q. 12. Cetera Religiosorum habitacula, & officina, quauis Ecclesiastica immunitate gaudeant; non tamen dicuntur sacra per ordinem ad feminis, aut sanguinis effusionem: quia nec Episcopi benedictionem, nec deputationem habent ad diuina Officia, aut mortuorum fidelium sepulturam. Ita docet Sancius citatus numero 42. Nauar. in Summa Lat. cap. 16. num. 3. verbi gratia rogatus autem Corduba in Summa, quest. 17. Henriquez lib. 5. de penit. cap. 6. alias 2. num. 5. littera H. ad marginem. Manuel Rod. r. tom. Summae, edit. 2. cap. 207. num. 3. Capua de cessionum aut. lib. 2. cap. 83. num. 10. Ad dunt etiam Sancius, Henriquez, & Corduba, id esse verum, licet Superior. Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat lustrali: & Corduba & Sancius bene addunt, etiam si ibi altare ad celebrandum; quia reputabitur tunc tanquam priuatum Oratorium.

40. Notabis tamen, quod, quauis, atque iure civili lib. 2. de relig. & sumpt. funer. olim quilibet locus efficiebatur religiosus, si in eo, consentiente domino, loci fideles sepeliebantur; sed ista tamen de iure canonico; quare locus ille, nec erit sacer, nec nomine Ecclesiae veniet, quia ad id auctoritas Episcopi desideratur, cap. Ad hoc, de religiosis domibus, nec laicis permittitur locum sacrum constituere. Ita docent Glossa in cap. Ecclesiasticus, verbo, Si terram. 1. 6. quest. 2. & ibi Archid. ad finem; Innoc. cap. penult. num. 12. de sepult. & ibi Abbas n. 4. Syl. verbo, Loca religiosa, quest. 2. Sancius lib. 9. de matrim. disp. 1. 5. n. 43. Padilla leg. Subditus, de transact. num. 6.

41. Non est dubium, cimiterium ab Episcopo benedictum locum esse sacrum: vnde copula in eo habita, & sanguinis, aut seminis peccaminosa effusio, sacrilegia sunt; & proinde loci circumstantia de necessitate confessionis est. Ratio est: quia haec dicitur aduersari sanctitati loci in eo, ad quod sacrificatus est, sepulture, scilicet, fidelium, cum in cimiterio semine; aut sanguine polluto, nullus fidelis sepeliri possit, nisi prius reconciliatus, vt constat ex cap. vnicuique, de consecratione Ecclesiarum, in 6. ergo sacrilegium est. Et ita docent Paludanus in 4. distinct. 3. 1. quest. 3. art. 2. num. 14. Nauar. in Summa Lat. cap. 16. num. 2. verbi gratia rogatus autem Corduba in Summa, quest. 17. Henriquez lib. 2. de penit. cap. 6. num. 5. ad marginem, littera H. Petrus de Redefina Summa sacram. tract. de Euchar. cap. 20. Manuel Rodriguez num. 1. Summae, 2. edit. cap. 207. fine. Sancius lib. 9. de debito, conjugali, disp. 1. 3. num. 46. & alij, qui docent, eodem modo polui Ecclesiam, atque cimiterium; & hi sunt, Glossa in cap. vnicuique, de consecrat. Archid. in 6. verbo, Pollutio, Archid. ibi. num. 6. Abbas in cap. Consulisti, num. 2. de consecrat. Eccles. Men-

ricus cap. finali, num. 2. Eodem titulo, Palud. in 4. distinct. 18. quest. 8. art. 1. num. 19. & 20. Angel. verbo, Consecratio cimiterij, num. 1. Syluest. verbo, Cimiterium, num. 1. & quare, 1. num. 2. & Armilla eodem verbo, num. 1. Tabiena ibi 4. num. 7. Et idem miror, quomodo Sorus in 4. distinct. 3. 2. quest. vnicuique, 3. conclusionem 3. Angles in floribus 1. part. de matrim. quest. 6. de soluendo debito, fine. Capua 1. p. decit. aut. lib. 2. cap. 83. num. 10. Manuel Rodriguez tom. Summae, 2. edit. cap. 243. num. 19. Vegetotomi. 1. Summae, cap. 78. casu 1. allerant nomine loci sacri non comprehendit cimiteria, nec in illis esse violationem, sicut in cimiterijs adhaerentibus Ecclesiae: nisi forte loquantur de cimiterio, quod pariete aliquo, aut diuisione separatum sit ab ipsa Ecclesia.

42. Ecclesia comprehendit cimiterium: sic violata Ecclesia violatur cimiterium, nisi ab ea distet, aut pariete aliquo diuisum sit: violato autem cimiterio non violatur Ecclesia, quia dignitas trahit ad se minus dignum, & accessorium sequitur principale, non e contra: dignior autem est Ecclesia cimiterio. Ita Sa verbo, Ecclesia, Sancius lib. 9. de debito conjug. disp. 1. 5. num. 123. 34. & 40. Rebelus 2. p. de obligat. iust. lib. 3. de imped. quest. 19. sect. 1. num. 6. ex parte loci sacri: textus in cap. vnicuique, de consecrat. ibi, Non vnum, sed plura cimiteria esse noscuntur, quae, quauis sibi coherentia pariete tamen medio seunguntur, & ibi Glossa verbo, Pariete, Ancharanus num. 2. notabili 5. Francus numer. 3. textum & verba illius afferit Sancius allegatus num. 34.

43. Notabis autem, lacius patere locum sacrum quoad immunitatem Ecclesiae, quam per ordinem ad furtum, & seminis, aut sanguinis effusionem, aut vulnerationem. Enimvero locus sacer in furto, & vulnerationibus, ac effusionibus seminis, & sanguinis dicitur solum Ecclesia consecrata, & benedicta, & cimiterium illius, vt haec tenent explicauimus a num. 32. quia haec sunt deputata diuinis Officijs, & fidelium sepulturis: Locus vero sacer per ordinem ad immunitatem Ecclesiae comprehendit etiam Palatium, & domum Episcopi, Monasterium officinas, Religiosorum, & Monialium; cymbalarum, tures, Ecclesiarum, & fores, non autem Oratoria, quae in domibus priuatis inueniuntur, cum haec sint loca profana, & ad profanos vsus ad nutum dominorum redire possint. Sic docet Henriquez lib. 2. de penit. cap. 6. num. 5. ad marginem, littera H. Nauar. cap. 16. num. 3. & cap. 25. num. 17. & 18. Corduba casu 12. Soarius tom. 1. de relig. lib. 3. de immunit. cap. 9. num. 6. & Couar. lib. 2. var. cap. 20. num. 18. & patebit infra num. 60. & 61.

44. Quae dicantur loca sacra per ordinem ad extractionem Ecclesiae, & loci sacri.

S V M M A R I V M.

In quibus casibus extractio ab Ecclesia sit sacrilegium mortale.

In quibus casibus gaudeant delinquentes immunitate Ecclesiae.

An illa gaudeant grassatores viarum, an piratae ibidem.

Quid de incendiariis nocturnis, ibidem, vers. Secandus.

Quid de illo, qui in vna Ecclesia occidit, & ad aliam fugit.

46. Quid de illis, qui delicta ex proposito committunt. num. 46.

47. Quid de raptoribus virginum. num. 47.

48. Quid de illis, qui leuia delicta committunt. num. 48.

49. An pagani Ecclesiae immunitate gaudeant. num. 49.

50. Quid de Hereticis. ibid. vers. Idem.

51. Quid de Schismaticis. ibid.

52. An excommunicati suspensi, & interdicti hac immunitate gaudeant. num. 50.

53. An Clerici, & Religiosi illa etiam gaudeant in ordine ad Indices seculares. num. 51.

54. Quid in ordine ad Ecclesiasticos. ibid.

55. An circumstantia loci sacri necessario sit in confessione explicanda, quando debitores violenter ac illo extrahuntur. num. 52.

56. Quid de mercatoribus, qui pecunias alienas expilarunt. ibid.

57. An sacrilegium sit, & circumstantia necessario in confessione explicanda, si aliquis ab Eucharistia in via extrahatur, ad quam confugit. num. 53.

58. Quid, quando Eucharistia ducitur ad victos, & vincti ad illam confugiunt. ibid.

59. An Index laicus possit absque sacrilegio auferre arma a fugientibus ad Ecclesiam, in casibus, in quibus gaudent hac immunitate. num. 54.

60. Quid, si eos ibi liget, ne fugiant. ibidem, vers. Non potest tamen.

61. Quid, si gaudent immunitate loci sacri, extra locum sacrum capiuntur. num. 55.

62. Quid, si aliquis comprehensus extra locum sacrum per illum ad carcerem trahatur. num. 56.

63. Quid de eo, qui ad restim ducitur per locum sacrum. ibid.

64. Quid, si Index cum iuramento promittat, se restimurum aliquem loco sacro, a quo illum extrahit. num. 57.

65. Vtrum liceat Clericis defendere armis aliquem confugientem ad Ecclesiam. num. 58.

66. An immunitas Ecclesiae sit de iure diuino, an humano. ibid.

67. Quisnam dicatur locus sacer per ordinem ad immunitatem Ecclesiae. num. 59.

68. Quid de cimiterio, siue sit contiguum Ecclesiae, siue ab eo separatum. num. 60.

69. Quid de Oratorijs domorum. num. 61.

70. Olim nomine loci sacri veniebant quadraginta passus distantes ab Ecclesia per ordinem ad immunitatem illius: hodie non ita est. num. 62.

71. An gaudeat immunitate Ecclesia interdicta, vel polluta. num. 63.

72. Quid de claustro illius. ibid.

73. An hac immunitate gaudeat. ibid.

74. Quid, si supra restim Ecclesiae aliqui, sit, & inde obstrahatur, an is gaudeat hac immunitate. num. 64.

75. An Oratoria, quae domi habentur, illa gaudeant. num. 64.

76. Extrahere aliquem ab Ecclesia, & loco sacro, in omnibus casibus, in quibus gaudet immunitate illius, mortale sacrilegium est; & ideo loci sacri circumstantia necessario est confitenda. Est doctrina communis. Ita Nauar. cap. 28. in addit. ad cap. 27. num. 259. Angelus verbo, Immunitas, a. n. 12. Syl. eodem verbo 1. & Sancius lib. 9. de debito conjugali, tota disp. 1. 5. num. 23. Probatur: quia violatur immunitas loci sacri, & irreuerentia, atque iniuria grauis committitur in illum.

77. Oportet autem scire, in quibus casibus gaudeant delinquentes immunitate loci sacri, & in quibus non, vt sciamus, quando hoc sacrilegium, & circumstantia necessario sit confitenda: sunt enim

aliqui casus graues, in quibus Ecclesia malefactorum non defendit, qui excipiuntur in cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiae. Primus est, si delinqueas fuerit publicus latro, aut grassator viarum, qui, scilicet, in publicis viis interfecit, percucit, vel furatur, & publicus pirata. Ita etiam habetur in nostris Ordinamentis, lib. 2. tit. 5. num. 3. Nauar. cap. 25. num. 20. & docet Soarius tom. 1. de Releg. lib. 3. cap. 11. num. 4. Couar. tamen lib. 2. var. c. 20. num. 13. & Soarius allegatus docent consuetudine receptum esse, vt etiam latroniculi, & fures simplices non gaudeant templorum immunitate; & hanc consuetudinem introductam fuisse videtur, & consentientibus Clericis, & Praelatis, & addunt, dici non posse huiusmodi consuetudinem introductam fuisse in fraudem Ecclesiae; vt notat specialiter Soar. quia ex beneplacito Ecclesiae censetur introducta in odium delicti, & non in diminutionem reuerentiae illius. Nostrae tamen Ordinationes loco allegato fures simplices, & simplices adulteros hac immunitate gaudere affirmant: appellant autem ibi fures simplices, & simplices adulteros, eos, qui committunt furtum, & adulterium, non vidente, nec renitente coniuge, & domino rei furatae: nam, si videant, ac renitentur, non gaudent hac immunitate, vt ibi declaratur. Secundus est, populator, seu vastator agrorum nocturnus, hoc est, qui de proposito ignem apponit segetibus, aut fructibus agrorum, vel arborum. Ita habetur in cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiae, & in nostris Ordinamentis Lusitaniae, lib. 2. tit. 5. num. 4. & docent Nauar. & Soarius praecitatis locis, & Angelus Soarius verbo, Immunitas, num. 17. Tertius est, qui occidit, mutilat, vel aliud delictum enorme committit in vna Ecclesia, vel cimiterio illius sub spe, vt defendatur ab alia: scilicet, si committat haec delicta extra Ecclesiam, & cimiterium illius, spe confugiendi ad illam, & cimiterium illius. Ita docet Remigius de immunitate Ecclesiae, fol. 129. Vivaldus Candelab. vbi de Confess. num. 4. Couar. lib. 2. var. cap. 20. num. 18. & Nauar. cap. 25. num. 22. & nostrae Ordinationes loco citato. Sed quid, si delinqueas committat delictum in vna Ecclesia, vel loco sacro, mero casu, & non spe confugiendi ad aliam? Certè in hoc casu putat Panormitanus in dicto cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiae, non gaudere huiusmodi delinquentem hac immunitate: sed fallitur, quia Angelus verbo, Immunitas, num. 17. Nauar. & Couar. & Vivaldus, & nostrae Ordinationes Lusitaniae, locis modo allegatis, expresse dicunt, solum illum non gaudere immunitate, qui committit delictum in vna Ecclesia spe immunitatis alterius. Alij tamen Doctores, quorum opinio, quia est fauorabilior Ecclesiae, mihi aridet, loquuntur indistincte, & asterum, omnem delinquentem in loco sacro, gaudere immunitate alterius, siue delinquat spe immunitatis illius, siue non: quia S. P. in cap. vltimo, de immunitate Ecclesiae, quando excipit aliquos delinquentes ab huiusmodi immunitate, non fundatur in spe, sed in qualitate delicti: vnde, siue committant illud in Ecclesia, sub spe defensionis illius, siue non; si tamen delictum fuerit ex conditione illosum, quorum patratores gaudent hac immunitate, ille gaudebunt: & ita in vsu, & consuetudine esse receptum. Et ita etiam docet Soarius tom. 1. de Releg. libro 3. cap. 11. num. 6. Nauar. cap. 25. a num. 22. & quauis ius Lusitanum in loco citato sequatur primam opinionem; tamen loquitur de iure, non de consuetudine; quamobrem, si vsus contrarium habet, seruandus erit: sicut enim vsus

Glossa. Archid.

Innocent. Abbas.

Syl.

Sanc.

Padilla.

Paludan.

Nauar.

Cord.

Henr.

Petr. Led.

Rodrig.

Sanchez.

Glossa. Archid.

Abbas.

Syl.

Sanc.

Paludan.

Nauar.

Cord.

Henr.

Petr. Led.

Rodrig.

Sanchez.

Henr. P. ind. Angl. Syluest. Armilla Tabiena. Soar. Angles. Capua. Rodrig. Vega.

42.

43.

44.

45.

Nauar. Soarius. Couar.

Nauar. Angel.

Remig. Vuald.

Nauar.

Angel. Nauar. Couar. Vuald.

Soarius. Nauar.

Nata.  
Dec.  
Brun.

& consuetudine abrogantur leges; sic eodem vsu, & consuetudine interpretantur, iuxta Natam consil. 340. num. 11. Decium consil. 334. n. 9. Bruno- num à Sole in suo Resolutorio, verbo, Statutum, S. Statutum vicentium moribus, fol. 188. col. 1.

46.

Natur.

Quartus casus, in quo quis non gaudet immuni- tate Ecclesie, est, quando aliquis à proposito com- mittit delictum: Ita Nauarrus cap. 2. §. num. 21. & nostræ Ordin. Lusitanie, tit. 5. n. 4. lib. 2. Nec gau- dent etiam illa, iuxta nostras Ordin. n. 5. qui occi- dunt vxores sub prætextu commissi adulterij; & inquisitione facta, reperiuntur illas occidisse ex pro- pposito, seu deliberato animo, ita vt illa mors magis dicatur à proposito facta, quam accidentaliter ex delicto. Nec etiam gaudent illa, illi, qui per insidias occidunt proximos, vt constat ex c. 1. de homicidio, ibi: Si quis per insidias occiderit proximum, & per insidias, ab altari meo euellat eum, vt moriatur. Et ratio est: quia est homicidium à proposito, siue illi Clerici, siue laici sint, siue Clericum, siue laicum occiderint. Ita docet etiam Soarius tom. 1. lib. 3. de Relig. c. 1. n. 10. Nauarrus c. 2. §. in Manuali Lat. n. 2. Couar. lib. 2. var. cap. 20. n. 7. Nec mandans alterum per insidias occidi, fruitur hoc priuilegio im- munitatis, secuto homicidio, vel mutilatione: quia, quæ per alios facimus, per nos ipsos facimus, iuxta Soarium allegatum num. 16. & habetur in regula iuris, in 6. 72. nec hoc est extensio legis pœnalis, sed interpretatio est ab ipso iure facta, & tale delictum dignum est tali pœna, & alia maiori, vt docet Soarius dicto num. 16.

Soarius.  
Nauarr.  
Couar.

Soar.  
47.

Nonnulli addunt quintum casum, & dicunt rap- tores virginum non gaudere priuilegio immuni- tatis. Probant ex Authentica, De mandatis Prin- cipum. §. Neque autem, veris. Delinquentes, & inter alios docet Ancharanus ad cap. Inter alia, de im- munitate Ecclesie: Sed minus bene hoc asserunt: quia in nostro iure Lusitano, lib. 2. titulo 5. num. 4. expressum est, illos hac immunitate gaudere. Et ita docet etiam Couar lib. 2. var. cap. 20. num. 13. An- gelus verbo, Immunitas, num. 17. Sylu. verbo, Im- munitas, 3. quæst. 2. vnde, quidquid alij dicant, de iure communi ciuili raptores virginum hac im- munitate non gaudere; tamen cum in nostro iure hoc expressum sit non est id negandum: & idem, vt specialiter notat Sylu. communius, & verius illa Authentica est per ius canonicum correctæ, & abrogata.

Couar.  
Angel.  
Syluest.

48.

Hi sunt casus, in quibus nullum committitur sa- crilegium per violentam abstractionem alicuius à loco sacro malefactoris, & in quibus circumstantia loci nullo pacto est explicanda: in reliquis verò omnibus gaudent: nec tamen simpliciter in om- nibus minimis delictis illa delinquentes gaudent; sed in omnibus, in quibus naturalem, vel ciuilem mortem, membri mutilationem, aut pœnam san- guinis merentur, vt statuit in Ordin. nouis Lusit. lib. 2. tit. 5. §. 1. & ibi affirmatur hoc etiam procedere de iure canonico, & tradit Nauarrus in Summa Lat. cap. 27. à n. 17. in minoribus enim de- lictis Ecclesia malefactores non vult defendere, vt patet ex toto titulo de immunitate Ecclesie. Imò addit Panorm. in cap. Inter alia, eodem titulo, de- linquentem non solum non posse ab Ecclesia ab- duci in casibus, in quibus illa gaudet: sed etiam, licet inde abstrahatur, imò licet inde sua sponte egrediatur, non posse amplius pro eo delicto ad mortem naturalem, vel ciuilem, aut ad pœnam sanguinis condemnari, vel ad pœnam corporis; sed posse tantum pecuniariter puniri, vel alia pœna extra pœnam corporalem multari. Et id docet etiam expressè Syl. verbo, Immunitas, 3. num. 4. & Glossa in cap. Reum. 17. q. 4. & Angel. verbo, Im-

Nauarr.

Panorm.

Syluest.  
Angel.

munis, quæst. 16. & fuit sententia Hugonis, & eam defendit Anchar. ad prædictum cap. Inter alia, & constat ex verbis ipsius capituli, ibi: Nec in- de damnari debet ad mortem, vel pœnam; sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitas; super hoc tamen, quod iniurè fecit, aliàs est legitime puniendus, & explicat ibi Glossa verbo, Puniendus, id est, pecuniariter duntaxat, vel alia satisfactione præter pœnam corporalem, iuxta cap. Reum. 17. q. 4. & cap. Id statutus, de immunitate. Hæc de iure communi de consuetudine seruetur mos vniuersusque regionis.

49.

Oportet etiam memoria affigere personas, quæ hoc immunitatis priuilegio fruuntur, & quæ non fruuntur, vt per illarum, & illarum abstractionem violentam à loco sacro sciamus, quando nobis nec- cessariò sit constituenda hæc circumstantia sacrilegij, vel non sit. In primis Mauri, Iudæi, Pagani, confu- gientes ad Ecclesiam, illa non gaudent, nisi statim Baptismum petant. Ita Ordia. nouæ Lusit. lib. 2. tit. 5. num. 1. Panorm. in cap. Inter alia, de immuni- tate Ecclesie, num. 6. Nauarrus in Summa Lat. cap. 2. §. à num. 20. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 3. de reuerentia loci sacri, cap. 10. num. 11. Brunonus à Sole in suo Resolutorio, verbo, Immunitas, S. Immu- nitas Ecclesie concessa, in l. 1. C. de his, qui ad Ec- clesiam confugiunt, in §. Publicorum. Auth. De man- datis Principum. Couar lib. 2. var. c. 20. num. 11. Sylu. non enim confugiunt ad illam zelo fidei propter reuerentiam loci, sed timore pœnæ: nec est iustum, vt Ecclesia defendat, eos qui gremio illius se com- mittere nolunt. Idem dicendum est de Hæreticis, & Schismaticis, vt docet Couar. citatus, cum mul- tis, quos ibi allegat: non enim æquum est, vt Eccle- sia protegat illos, qui eam intentis artibus destrue- re, ac scindere conantur. Et sic istos abstrahere per violentiam non est sacrilegium, nec circumstantia loci est constituenda. Sylu. tamen verbo, Immunitas, Remig. 3. num. 2. §. Tertio queritur, & D. Ant. in 3. p. titulo 12. cap. 13. §. 2. & Glossa cap. Inter alia, de immu- nitate Ecclesie, & ibi Innocent. Bernardus Verue- cina, Ioannes Andr. & Tyraquel tractatu de pri- mo, quæst. 66. num. 8. Felinus cap. Indei, de im- munitate. Hippol. in leg. vnica. C. de rapto virg. num. 114. & alij, quos citat Brunonus à Sole al- legatus, & Iulius Clarus leg. 5. receptatum, §. fi- nali, quæst. 30. & Remig. tractatu de immuni- tate Ecclesie, quæst. 21. & Paz in præct. crimi- nali, rom. 1. parte 5. §. 3. num. 106. docent omnes, infideles, Iudæos, Paganos, Mauros, Hæreticos, Schismaticos hac immunitate gaudere; & quia hoc priuilegium est gratiosum, & gratiosam con- stitutionem nos restringere non debemus, quando illa neminem excipit; & quia Ecclesia humanita- tem exercet erga omne genus personarum, cum instituta sit à Christo Domino, qui inimicos iubet diligere: Ego autem dico vobis, diligite inimicos ve- stros: benefacite iis, qui oderunt vos. Matth. 5. aliter enim, aliud iuberet, aliud exerceret. Deinde, quia videtur absurdum dicere, quoad hanc immuni- tatem Christianum esse melioris conditionis Iudæo, & Hæretico, cum æqualitas sit seruanda erga om- nes, vt ipsi agnoscant ingratitude suam; & pri- uilegium hoc concessum sit Ecclesie, non perso- nis. Est probabilis ista sententia: verum prima opi- nio præualet propter suas rationes. Et ad huius fundamenta facile respondemus, Ecclesiam non iubere aliud, & aliud exercere, quia voluit præ- mio immunitatis allicere infideles ad Baptismum, & veram conuersionem, & idem non aliter, nec alio modo eis concedit hoc priuilegium immu- nitatis, nisi conuertantur; quod priuilegium con- cedit Ecclesie in ordine ad personas omnes, tam

Panorm.

Nauarr.

Soarius.

Couar.

Immu-

nitas

con-

cessa

Eccle-

sie

fol. 108.

columna

4. Pro-

bat: quia

excom-

municatio

non

habet

alios

effectus,

quàm

quos

ius

declarauit

nullo

autem

iure

statutum

est, vt

excom-

municati

etiam

de-

clarati,

præ-

uenerunt

hac

im-

muni-

tate

50.

Couar.  
Nauarr.  
Soar.  
Syluest.  
Imol.  
Boër.  
Cynus.  
Hippol.  
Brunonus.

fideles, quàm infideles: sed fidelibus concedit illud absolutè; infidelibus, Hæreticis, & Schismaticis sub conditione, si conuertantur. Cætera facile per se dissoluuntur.

Excommunicati, suspensi, interdicti hac immu- nitate gaudent, ac proinde sacrilegium est, si à loco sacro violenter abstrahantur, & circumstantia loci necessariò est fatenda. Ita Couarruias lib. 2. var. cap. 20. num. 11. initio. Nauarrus in Manuali Latin. cap. 25. à num. 20. Soarius tomo 1. de Relig. libro 3. de reuerentia loci sacri, cap. 10. num. 3. Sylu. verbo, Immunitas, 3. num. 2. Imola in Clement. 1. de pœn. & remiss. Boër. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, quæst. 1. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Hippol. in lege, Ex Senat. consult. num. 10. de sacra- riis. Brunonus à Sole in suo Resolutorio, verbo, Immunitas, §. Immunitas concessa Ecclesie, fol. 108. columnæ 4. Probat: quia excommunicatio non habet alios effectus, quàm quos ius declarauit: nullo autem iure statutum est, vt excommunicati, etiam declarati, priuenter hac immunitate: & à fortiori hoc dicendum est de interdictis; quia nullibi inuenitur hic effectus inter effectus inter- dicti: item, quia Ecclesia interdicta gaudet immu- nitate: ergo Ecclesia non interdicta gaudebit illa, respectu personæ interdictæ, vt notat Soarius: & tandem, quia hoc priuilegium immunitatis con- cessum est Ecclesie generaliter pro omnibus Catho- licis; & cum excommunicati, suspensi, & interdicti, Catholici sint, non est, cur illos ex- cludamus.

51.

Seruus captiuus Christiani eadem immunitate gaudent, si propter delicta, quæ commiserunt ad Ecclesiam confugiant: si autem confugiant propter sceleritiam dominorum suorum, compellendi sunt redire ad dominos suos, postquam domini iuramentum Clericis præstiterint de illorum impu- nitate, & de non in postero scelerando. Ita Panor- mitanus ad cap. Inter alia, de immunit. Ecclesie. & Nauarrus in Sum. Lat. cap. 25. num. 19. & Soarius tomo 1. de Relig. lib. 3. cap. 10. num. 2. Itaque seruus non solum conceditur immunitas, si delictum commiserint respectu Iudicis; sed etiam respectu dominorum, si ita in eos priuati de- linquant, vt domini sciri potius, quàm iusti pu- nitores videantur. Addunt tamen Panormita- nus, & Cynus, illos ad tradendos esse dominis, præstato prædicto iuramento cautionis, nisi ad- huc non obstante iuramento graue nocumen- tum timeatur: quia, quando timeretur periculum grauis nocimenti, cogendus est dominus maio- rem cautionem præstare, quàm iuratorium, aut saltem seruum vendere. Ita Panormitanus, & Soarius etiam allegati. Additur verò in leg. Si seruus. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, si seruus armatus ad Ecclesiam confugiat, statim tradendum esse domino, vel concedendam do- mino liberam facultatem extrahendi illum: An- gelus tamen verbo, Immunitas, num. 12. id ad- hæc intelligit, præstata cautione iuratoria de non scelerando, iuxta cap. Inter alia, de immunitate Ec- clesie, quod verum est, quando seruus armatus fugit ad Ecclesiam propter metum domini, vt notat Soarius: sed, si ita irruat armatus in Ec- clesiam, vt in ipsa delinquat, quod aliis est com- mune.

Panorm.

Nauarr.  
Soar.

52.

Clerici, & Religiosi priuilegio immunitatis fruuntur in ordine ad Iudices sæculares: & sic Iudices sæculares sacrilegium committunt, si eos ab- strahant à loco sacro, sua propria auctoritate, abs- que Iudicis Ecclesiastici facultate: non gaudent verò illa respectu Iudicis Ecclesiastici, & sic pos- sunt à Iudicibus Ecclesiasticis à locis sacris abstrahi. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

inuiti, absque sacrilegio, & obligatione aperiendi hanc circumstantiam loci sacri in confessione. Et ita docet Cenedo in quæst. canonicis, quæst. 42. Cenedo. num. 3. Lopez in prima parte Instruct. cap. 285. Lopez. pag. 805. veris. At verò, Paz in praxi tomo 1. part. 5. Paz. cap. 3. §. 3. num. 141. fol. 148. Rodriguez tomo 2. Rodrig. quæst. regular. quæst. 9. Iulius Clarus libro 5. sen- tent. §. finali, quæst. 30. num. 16. Remigius de im- munitate Ecclesie, fallentia 21. pag. 339. Men- chaca libro 3. success. creatæ, §. 2. limit. 17. num. 54. Soarius tomo 1. de Relig. libro 3. cap. 10. num. 6. Soar. & 7. Panormitanus in cap. Inter alia, num. 15. Panorm. Syluester verbo, Immunitas, §. 3. num. 2. Couar. Syluest. ruias libro 2. var. cap. 20. num. 16. Nauarrus cap. Couar. 25. num. 22. Angel. verbo, Immunitas, num. 14. Nauar. & Glossa in cap. Nullus Clericorum, 17. quæst. 4. Angel. quæ air, Prælatum Ecclesiasticum non peccare extrahendo Clericum ab Ecclesia, modò id non faciat ex odio, sed zelo fidei; (tunc autem si faciat ex odio, erit peccatum odij, non sacrilegij.) Pro- batur: quia, cum hæc immunitas non sit de iure diuino, sed de iure canonico, & positio, idem non ligat Iudices Ecclesiasticos; quod est recepti- sum in praxi. Deinde, quia, vt nota Syluester, alioqui Religiosi nunquam possent in carcerem detrudi à suis Prælati, cum semper sint in Mona- sterio, quod gaudet hac immunitate. Tertio, quia maior est immunitas personalis Clerici, quæ illi conceditur ratione suæ consecrationis, quàm quæ oritur ex circumstantia loci: sed prior non impedit, quominus à suo Prælate Clerici corpo- raliter puniantur, & in carcerem detrudantur: ergo nec locus impedit. Deinde, quia Ecclesia- sticum iudicium censetur magis Ecclesiasticum, quàm vindictiuum, & spirituale potius, quàm temporale; & idem tale iudicium intra Ecclesiam fieri non prohibetur, ergo nec prohibetur fieri circa personam Clerici, extrahendo illum ab Ec- clesia. Fateor tamen cum Panormitano citato, me non inuenire textum expressum, qui dicat, Cle- ricos, & Religiosos non gaudere hac immunitate respectu Iudicis Ecclesiastici: & idem standum est consuetudini: consuetudo autem communissimè recepta habet, illa non gaudere. Nec obstat, quod iura de hoc immunitatis priuilegio loquen- tia, loquantur absolutè de omnibus personis, vt dicamus comprehendere etiam Clericos, & Re- ligiosos, respectu Ecclesiasticorum Iudicum: nam, licet Canones generaliter loquantur; tamen con- suetudo, quæ semper attendenda est, tanquam optima legis interpres, declarauit, non gaudere, vt animaduertit specialiter Soarius allegatus num. 8. & Cenedo, & Menchaca, & Remigius locis alle- gatis. Imò notat Panormitanus, ex ipso iure posse colligi, loqui sacros Canones de Iudicibus tantum sæcularibus: nam in dict. c. Inter alia, statim additur: Nec inde debet damnari ad mortem: sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vi- tam, vbi, cum Rectores Ecclesiarum distinguan- tur à Iudicibus sæcularibus, & his Rectoribus committatur defensio personæ, satis indicatur, im- munitatem concedi tantum respectu Iudicis sæ- cularis; non verò Ecclesiastici. Addit verò Couar- ruias citatus num. 16. posse licet Iudices Ecclesia- sticos extrahere Clericos, & Religiosos ab Eccl- esia, vt eos Iudici sæculari puniendos tradant, etiam si crimen perpetratum exigat degradationem: sed tunc prius esse degradationem faciendam in Ec- clesia; & post illam tradendos esse Curie sæculari, ac brachio. Prior tamen sententia Syluestri, Panormitani, Nauarri, & Soarij, & Cenedi vera est, & recepta, quæ docet, Clericos, & Religiosos non gaudere hac immunitate respectu suorum

Prælatorum, & idèd posse extrahi licitè ab Ecclesia per illos, causa disciplinæ, & correctionis Ecclesiasticæ: non autem vt eos tradant brachio, ac Iudici seculari: quia Ecclesiasticum iudicium (vt dixi) censetur magis medicinale, quàm vindicatum, & spirituale potius, quàm temporale. Notant autem Nauarrus, & Soarius citari (& benè) non posse Iudices faculares extrahere è loco sacro Clericos in minoribus non beneficiatos, qui tonsuram, & habitum non gestant, etiam si subditi illorum sint, & iurisdictionem in illos, iuxta Concilium Tridentinum, sess. 23. cap. 6. exercent: quia tunc reputantur vt laici, & non debent peioris conditionis esse, quàm illi.

53.

Dubium tamen est, an loci sacri circumstantia sit de necessitate confitenda, quando debitores æris alieni à loco sacro violenter, & iniuri abstrahantur? Sed hæc quæstio pendet ex alia, vtrum, scilicet, huiusmodi debitores gaudeant hac immunitate? Respondent aliqui, de iure communi gaudere. Ita docet Panormitanus in cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiæ, & Syluest. verbo, Immunitas, 3. num. 3. & Angelus verbo, Immunitas, num. 15. & Cynus in leg. Presenti. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, idque, siue huiusmodi debitores sint obnoxij regis tributis, siue aliis hominibus particularibus. Addunt tamen huiusmodi Doctores, & specialitèr Panormitanus, posse huiusmodi debitores in Ecclesia citari, vt cogantur ad soluendum, & illis dandam esse securitatem, & stadi, & exeundi per tringinta dies, intra quos citari respondebunt in iudicio competenti, & Iudex, si contra eos sententiam tulerit, eos condemnabit, quòd, videlicet, vel redeant ad Ecclesiam, vel sententiæ pareant. Couarruias tamen dicto libro 2. variat. cap. 20. num. 16. docet, in mercatoribus, & campforibus posse contrarium defendi, qui maximo reipublicæ dispendio ex pecuniis alienis negotiantur, strenuè, lateque vinentes; & postea ad Ecclesiam confugientes, miserè fallunt suos creditores: quod est quoddam genus latrocinij, & grauissimum crimen, & famolitas appellatur: & affirmat, se vidisse eos in Hispania violenter auelli è loco sacro: & tandem ait, in supremo Hispaniæ Senatu decretum fuisse, vt ab Ecclesia abstraherentur, præstita per Iudicem secularem cautione iuratoria, de non puniendis illis criminaliter. Leges Lusitanæ nihil hac de re statuunt; & idèd in Lusitania seruanda erit consuetudo: quòd si de illa non constet, standum erit communi opinioni Syluestri. Opinio tamen Couarruiæ, quoad hanc vltimam partem, de cautione iuratoria, mihi videtur probabilissima: quia est iuxta doctrinam, quam tradidimus num. 48. & iuxta cap. Inter alia, de immunitate Ecclesiæ, vt eo ipso numero explicauimus, ad quem te remitto. Ad quæstionem ergo respondeo, si debitores inde abstrahantur iniuri, non præstita securitate standi, & exeundi, sacrilegium esse, & loci circumstantiam necessariò esse confitendam, vel saltem præstita cautione iuratoria de non condemnandis illis criminaliter, sed tantum pecuniariter, iuxta opinionem Couarruiæ.

Panormit. Syluest. Angel. Cynus.

Couar.

54.

Aliud dubium grauius hinc insurgit, vtrum, scilicet, sacrilegium sit, & circumstantia necessariò confitenda, si aliquis abstrahatur ab Eucharistia, ad quam confugit, quando ad infirmos per plateam, & viam publicam defertur à Sacerdote. Hoc etiam dubium pendet à resolutione illius quæstionis, vtrum confugiens ad Eucharistiam extra Ecclesiam, quando ad infirmos, ægrotosque defertur, hac immunitate gaudeat?

Communiter asserunt Doctores illa gaudere.

Ita Syluest. verbo, Immunitas, 3. num. 1. Diuus Antoninus 3. parte, titul. 12. cap. 3. §. 1. Nauarrus cap. 25. à num. 17. Archidiaconus in capite, Quæstium, 13. quæst. 11. Abbas in cap. Sanè, de celebratione Missæ, & Soarius in hanc partem inclinat tomo 1. de Religione, lib. 3. cap. à numero 10. Cenedo in quæstionibus canonic. quæst. 42. numer. 13. Decianus lib. 6. cap. 30. num. 8. Placa de delictis, cap. 34. num. 16. Lopez 1. parte Instru. etor. cap. 285. pag. 800. vers. Sed an Sacramentum. Antonius Gomez tom. 3. var. cap. 10. numer. 1. Farinacius quæst. 28. num. 11. & num. 45. Julius Clarus lib. 5. sententiarum, §. finali, quæst. 30. num. 24. Remigijs de immunit. Ecclesiæ, pag. 179. Rodriguez in Summa, 1. part. cap. 155. num. 1. & multi alij, quos refert Cenedo allegatus. Ratio est: quia tota ratio, ob quam locus sacer gaudeat hac immunitate, est propter Corpus Christi inibi existentis: ratione enim præsentia Christi conceditur hæc immunitas locis sacris: unde, licèt hoc nullibi in iure sit expressum; tamen, vbi est maior ratio, ibi à fortiori debet dari maius ius: Ecclesia verò maiorem habet dignitatem propter ipsam præsentiam Christi. Er verò, si mulier illa, de qua Matth. 19. tangens fimbriam Christi Domini, salua facta est; cur non saluabitur ille, qui ad ipsum Christum confugit? Hinc infert D. Antonius citatus, quemlibet Doctorem Christianum debere fauere huic piissimæ opinioni. Couarruias verò dicto lib. var. cap. 20. num. 6. ita inquit: Ego sanè fateor, maiorem honorem exhibendum esse Eucharistia, quàm templis: tamen, cum immunitas hæc sacris Canonibus statuta sit, & nullibi Eucharistiae tribuatur; dubium sim, an vera sit Interpretum communissima sententia, qua docet, istos gaudere hac immunitate, cui aduersatur Glossa celebris in cap. Quæstium. Hæc Couarr. & idèd sequor communissimam sententiam Doctõrum, quæ id affirmat; & dico, eam circumstantiam esse de necessitate confessionis; quia mutat speciem peccati, ratione sacrilegij. Animaduertendum tamen, omnes Doctores citatos non defendere suam sententiam, quando Eucharistia ducitur ad vinctos, & ille, ad quem ducitur, ad eam confugit, vel alij victi: & rationem reddit Syluester: quia liberi ad eam non confugiunt; & eandem rationem tradit Cenedo item allegatus, & Ceuillos q. 136. n. 1.

Cenedo. Ceuill. 55.

Quantum tamen Iudex laicus non possit absque sacrilegio, & circumstantia necessariò confitenda, fruentes hoc priuilegio è loco sacro iniuri abstrahere; potest tamen ab eis absque prædicto sacrilegio, & circumstantia, intra Ecclesiam arma auferre, vt animaduertit Couar. lib. 2. var. cap. 20. num. 17. Non potest tamen absque prædicto sacrilegio, & circumstantia, eos ibi vinculis ligare, ne fugiant: est enim hoc directè contra immunitatem Ecclesiæ: possunt tamen Prælati Ecclesiastici in casu dubij, an gaudeant, vel non gaudeant immunitate, concedere Iudicibus secularibus facultatem, eos ligandi; modò tamen vincula ab vtroque simul Iudice Ecclesiastico, & seculari coniciantur. Ita Couar. dicto n. 17. & Guido Papæ decif. 121. & Belluga, quem citat Couar. in Specul. Princip. rub. 21. §. Sed quia, Belluga. num. 21. Sed hoc nunquam admitram, nisi in casu grauissimo, & vt euentur maiora scandala; neque enim Ecclesia Dei carcer esse potest: & id indignum est dictu: hoc enim directè contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ sit, quod euidenter deducitur ex c. Definitio, 17. q. 4. & ex l. Presenti, C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, & l. 2. tit. 11. p. 1. & certè Couar. refert sententiam Guidonis, & Bellugæ: sed suum iudicium non introuit, inò

Couar. Guid. Pap. Belluga.

imò absolutè probat ex iuribus allegatis, non posse ad Ecclesiam confugientes in ea neruis, aut catenis, aut compedibus vinciri, ne effugiant; cum hoc directè sit contra illius immunitatem. Hinc deducitur consequenter, in dubijs meliorem esse conditionem possidentis: Ecclesia autem possidet suam immunitatem. Item, in dubijs tutior pars eligenda est: hæc autem pars, & magis pia, & tutior est: semper enim in dubijs pietas obrinere debet. Similiter dicendum est in iis casibus, in quibus delinquentes gaudent hac immunitate, non posse ibi obideri locum sacrum, ne fugientibus victus, aut vestitus, aut alimenta deferantur, cum hoc sit immunitatem illius violare; posse tamen obideri Ecclesiam, ne fugiat delinquens, vt communis fert consuetudo. Sic docet Couar. loco allegato.

Couar. 56.

Quando autem in dubijs oritur controuersia, an quis gaudeat immunitate, de iure Lusitano Ord. nouæ lib. 5. titulo 5. dirimenda est ipsa controuersia, ab vtroque simul Iudice, ecclesiastico, & seculari: si autem non fuerint concordēs, mittetur in carcerem sub custodia quouisque res per Senatores regio decidatur: & quantum Ecclesia sit exempta, adhuc vocandus est Vicarius generalis; quia agitur de priuilegio spectante ad Ecclesiam in communi: in aliis locis seruanda erit consuetudo loci. Vide Couarruiam lib. 2. var. c. 20. n. vlt.

Soar. Nauar.

Syluest.

57.

Sed quid, si gaudens immunitate loci sacri extra locum sacrum capiatur; & quid, si subdolis verbis, vt inde exeat, decipiatur? Respondeo, non esse sacrilegium, nec circumstantiam loci sacri de necessitate confessionis: non enim extrahuntur violenter. Ita Soar. tom. 1. de Relig. lib. 3. de reuerentia debita loco sacro, cap. 13. num. 2. Nauarr. in Summa Latin. cap. 25. n. 22. & Remig. quem citat. Quamobrem videant delinquentes, ne le falli suant: vbi primum enim è loco sacro sponte egrediuntur, hanc immunitatem amittunt. Fallit tamen hoc, iuxta Syluest. verbo, Immunitas, 3. num. 4. nisi exeant ad requisita naturæ, cui libenter adhaere, indecens enim est, vt Ecclesia Dei, & locus sacer, qui omni odorum suffimento olere debet, his immunditijs sordescat.

Nauar. Boër.

Couar. Archid.

58.

Si aliquis comprehensus, ac captus fuerit extra locum sacrum, & per illum ad carcerem publicum ducatur; vel ad supplicium, & mortem trahatur post sententiam latam, per eundem locum sacrum, docet Nauar. in Manuali Latin. cap. 25. num. 19. & Boër. decif. 100. gaudere hac immunitate, esto se non eximar à satellitibus, & iustitiæ ministris: sufficit enim, si illos secum trahat ad locum sacrum. Fundamentum est: quia iam reuerè est intra locum sacrum receptus, & incuriæ ministrorum tribuatur, quòd per aliud iter non duxerint. Nec obstat, quòd non gaudeant hac immunitate vincti ad Eucharistiam fugientes, quando illa carcerem ingreditur; quia est diuersa ratio: nam non datur alius locus competens, nec alia via, ad quem, & per quam Eucharistia ingredi possit carcerem: at verò in præsentī casu datur; & idèd ministrorum incuriæ id tribuatur. Ceterum Couarruias lib. 2. var. c. 20. num. 13. Archidiaconus in cap. Sicut antiquitus, 17. quæst. 4. Lupus, Igneus, & alij, quos citat Couarruias, existimant, non gaudere immunitate Ecclesiæ, quia non fuit illam liber ingressus. Vtraque opinio est probabilis: ista secunda in rigore iuris verior: alia tamen magis pia; & idèd sequatur.

Tenetur Iudex, siue quæcumque alia persona facularis, qui præstita fide, & iuramento delinquentem in loco sacro existentem ab eo extraxit, fidem seruare; non tamen sacrilegium committit, nec loci circumstantia confitenda est, si non seruet; est imò absolutè probat ex iuribus allegatis, non posse ad Ecclesiam confugientes in ea neruis, aut catenis, aut compedibus vinciri, ne effugiant; cum hoc directè sit contra illius immunitatem. Hinc deducitur consequenter, in dubijs meliorem esse conditionem possidentis: Ecclesia autem possidet suam immunitatem. Item, in dubijs tutior pars eligenda est: hæc autem pars, & magis pia, & tutior est: semper enim in dubijs pietas obrinere debet. Similiter dicendum est in iis casibus, in quibus delinquentes gaudent hac immunitate, non posse ibi obideri locum sacrum, ne fugientibus victus, aut vestitus, aut alimenta deferantur, cum hoc sit immunitatem illius violare; posse tamen obideri Ecclesiam, ne fugiat delinquens, vt communis fert consuetudo. Sic docet Couar. loco allegato.

tamen tuæ de necessitate confessionis circumstantia iuramenti, ratione perijurij mutantis speciem peccati, vt consideranti patebit. Sed quid, si quis iam in carcere comprehensus erat, & præstito iuramento de redeundo, ad Ecclesiam confugit? Respondeo, si carcer iniustus erat, & iniustè detentus, gaudere immunitate Ecclesiæ: & idem dico, si carcer erat iustus, quia reuerè liber ingressus est Ecclesiam, & sibi tribuat carcerarius, suæque incuriæ id damnum; tenetur tamen ille ratione iuramenti redire ad carcerem: possunt verò in hoc casu Iudices ecclesiastici concedere facultatem Iudicibus secularibus extrahendi inde huiusmodi delinquentem: sed præstita cautione iuratoria, quòd corporis pœnam non patietur. Ita docet Syluester verbo, Immunitas, 3. n. 2. §. 5. & citat Bartolum in lege, Relegati, ff. de pœnis, & ita etiam Nauar. c. 25. n. 19. & Couar. lib. 2. var. c. 20. n. 13. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 3. c. 11. n. 20. & alij communiter: quòd si ea pœna, præstito adhuc iuramento probabiliter timeatur, non erit iniustus extrahendus; nec hanc facultatem Iudices ecclesiastici possunt concedere. Idem dicendum de eo, qui iuravit carcerario non exire è carcere, & tamen exiit, & ad Ecclesiam confugit. Ita Nauar. loco citato.

Syluest. Bartolus. Nauar. Couar. Soarius.

59.

Duo supersunt dubia. Primum est, vtrum liceat Clericis defendere armis fugientes ad Ecclesiam, ne à Iudice seculari violenter abstrahantur? Secundum est, vtrum immunitas Ecclesiæ sit de iure diuino, an humano? Ad primum respondeo, non esse id licitum, neque honestum: & ita docet Soar. t. 1. de Relig. lib. 3. c. 13. n. 5. & Remigijs de immunitate Ecclesiæ, q. 12. Fundamentum est primò, quia nunquam licet personis Ecclesiasticis arma sumere sine speciali dispensatione, quæ, vt ait Soar. in hoc casu non conceditur, nec necessaria est: quando autem in alio casu magna esset necessitas, & graue, vel commune damnum timeretur, id fieri poterit, præsertim interueniente Papæ auctoritate. Secundò, quia ex ea defensione multa possunt resultare inconuenientia, & scandala: possunt tamen Clerici fores claudere, claues negare, & similia facere, & armis spiritualibus, censuris, videlicet, in eo casu vt, vt immunitatem Ecclesiæ defendant.

Soar. Remig.

Cened.

Ad secundum respondeo, Cenedum de quæstionibus canonicis, quæst. 42. à num. 6. existimare, esse hanc Ecclesiarum immunitatem de iure diuino, & id præter Cenedum intendit etiam probare Pechius de iure sisten. c. 6. n. 1. vers. Quia hæc immunitas, & Ioannes Lupus in tractatu de libertate ecclesiastica, q. 11. col. 4. & docet etiam Anfredus ad Capellam Tolosanam, decisione 423. n. 5. Germon. lib. 3. c. 16. à n. 4. & alij. Probant: quia iure ipso diuino statim in ipso nascens mundi exordio sacra quædam loca hac immunitate donata fuerunt: quædam enim vrbes in veteri Testamento fuerunt constitutæ ad delinquentium effugium, vt latè probat Germ. lib. 1. c. 15. & patet ex lib. Num. c. 35. & Iosue 20. & Deuteron. 19. quibus Scripturæ testimonijs optimè probatur, temporum immunitatem esse de iure diuino. Sed hæc testimonia probant, olim quidem pro lege veteri fuisse quorundam locorum immunitatem de iure diuino positiuo, non naturali: cum tamen verula illa lex Christi Domini aduentu expirauerit, omnia etiã præcepta illius, quæ erant de iure diuino positiuo, eù illa expirant, veluti etiam expirant omnia præcepta legalia, quæ de eodem erant iure diuino positiuo data à Moyse pro illa tantum lege: & huius classis erant immunitates illorum locorum, vt docet Decianus lib. 6. c. 25. n. 2. nam solummodo præcepta de iure diuino naturali, cum sint præcepta naturalia, permanserunt; naturalia enim sunt eadem

Decian.





actum de se licitum, & honestum, qualis est, mutuum dare, & accipere: ipse vero petendo non est causa usurarum; sed est causa mutui, quod petit, & idem sibi imputet usurarius, cum nolit dare mutuum, nisi sub usuris; cum tamen ab eo petatur actus, quem ille licite facere poterit, si voluerit: at vero, qui petit furtum ab homine parato ad furtum committendum, & qui petit a lago parato, ut tollat maleficium alio maleficio, petit actum de se illicitum, & quem illi nunquam possunt facere licite, & idem non excusantur a peccato furti, vel maleficij, quanuis excusentur a peccato inductionis, & scandali, quando illi, a quibus id perunt, parari erant ad id faciendum. Vide Soarium tomo 1. de Relig. lib. 2. de superstitione, c. 1. num. 3. Couar. in cap. *Quantis pactum*, 1. part. §. 1. num. 10. & Nauarrum cap. 11. num. 29. Quid autem, si absque necessitate quis petat mutuum ab usurario parato ad dandum sub usuris? Respondent aliqui, adhuc sibi videri non peccare illum, qui sine causa ab eo peteret usuram: quia petit actum de se licitum, quem usurarius pro sua malitia facit illicitum; & idem non petit peccatum, neque inducit ad peccatum simpliciter: sed offert materiam per illam petitionem, qua usurarius bene, vel male vti potest; & sibi tribuat, si male utatur. Dices: Ex charitate tenemur vitare peccatum proximi, quando illud vitare possumus sine detrimento nostro: unde, cum ex defectu necessitatis nullum patiatur detrimentum ille, qui mutuum petit ab usurario, non excusabitur a peccato contra charitatem in proximum. Ad hoc respondent, id verum esse, quando actus, qui petitur, de se est illicitus, ut furtum, maleficij abolitio per aliud maleficium, fornicatio, adultorium, & alia similia: secus, quando est indifferens ad bonum, vel malum. Et certe hoc forte non erit improbabile, quanuis contrarium sequamur cum communi, iuxta doctrinam Soarii tom. 4. de poenit. disp. 22. sect. 4. n. 16. & 17. & iuxta doctrinam omnium, quos in sequenti citabimus.

Soar. Couar.

Nauar.

Soar.

6.

Sed difficultas est, verum liceat petere ab usurario parato mutuas pecunias formaliter, & expresse sub usuris, dicendo: Da mihi mutuum sub usuris, quando petens certus est, fore, ut ille aliter non sit daturus, nisi sub usuris, & ipse necessitate oppressus mutuum petit: Negant multi: quia obiectum illius petitionis est intrinsece malum; & quia, quod licet petere, licet desiderare: at nullatenus licet desiderare, ut alter det ad usuram: ergo non licet id ab eo petere. Item, quia non licet determinate petere ab infideli, ut iuret per falsos Deos, quanuis sit paratus ad iurandum per illos: quia determinate petitur res, quae est intrinsece mala, & ex obiecto, iam illa petitio similiter intrinsece mala est. Et hanc opinionem tenet expresse Maior in 4. dist. 15. q. 33. concl. 1. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. Nauar. in Summa Lat. c. 4. num. 35. Couar. in c. *Quantis pacti*. 1. p. §. 1. num. 10. Cordub. in Summa, q. 5. corol. 5. Arag. 2. 2. q. 78. a. 4. dub. 1. in solutione ad vltimum, vbi dicit, contrarium non esse securum. Castro lib. 1. de iusta Haeret. punit. cap. 15. Et hanc esse probabilem docet Petrus Ledesma t. 2. tract. 8. c. 3. n. 29. Est probabilis ista sententia. Probabilius tamen credunt alij, id licitum esse, modo detur causa iusta petendi, & modo sciamus, non aliter daturum usurarium eas pecunias, nisi sub usura. Et ratio est: quia obiectum huius petitionis: Da mihi mutuum sub usuris, non est ipsa actio usurarij dantis mutuum sub illis; sed est mutuum ipsum, quod efflagitatur: nam illa actio ita est intrinsece mala, ut in nullo euentu peti, aut desiderari possit: quod autem quis petat mutuum sub usuris, est permissiuum. Et est sensus: Da mihi mutuum: sed, quia certus sum, te illud non daturum nisi sub

Maior. Caiet. Nauar. Couar. Cord. Arag. Cast. Ledesma.

usuris, id tibi permitto; ut mihi consulam, in hac necessitate constituto. vel, Da mihi mutuum, etiam si usuram exigas. Et istud obiectum sub hac forma, & conditione licite peti, & desiderari potest: quia hoc non est desiderare alterius peccatum, quod teneor ex charitate impedire. Et confirmatur: quia licitum est mutuum petere ab usurario sub ratione mutui, & illo respondente se nolle dare, nisi sub usuris, fas est acceptare illam conditionem, & illas permittere ad redimendam vexationem necessitatis: quia cum tanto meo detrimento non teneor vitare peccatum alterius, quando ille id potest facere sine peccato: ergo licitum erit in principio eam conditionem offerre, quando certo scitur, eam petendam. Et hinc constat solutio ad primum argumentum sententiae contrariae. Et ita docet Sancius lib. 3. Decalogi, c. 8. n. 27. Durand. in 3. dist. 37. q. 4. Durand. n. 5. & ibi Palud. q. 2. a. 1. post 3. concl. & D. Anton. Palud. 2. p. titulo 1. c. 9. §. vltimo, sine. Salon. 2. 2. q. 78. a. 4. D. Anton. controuersia 2. & ibi Banhes statim in principio, Salon. dub. 2. Mol. tom. 2. de iust. disp. 335. col. 1. concl. 5. Banhes. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 2. puncto 4. Sa verb. *Usuras*, Molina. n. 5. & dicit id esse probabile Soar. tom. 2. de Relig. Valentia lib. 3. c. 13. n. 9. sine, & Ledesma supra allegatus pro Sa. prima opinione. Non tamen est licitum petere copulam a meretrice paratam, & paratissimam, ut docet idem Sanc. num. 8. quia nunquam huius petitionis obiectum, quod est fornicatio, potest esse aliud quod bonum. Nec refert, quod talis petitio copulae possit efficere hunc sensum: Vis consentire in copula, quam ego tibi permitto propter meam voluptatem: quia illa voluptas nunquam potest esse licita ex parte petentis; & quia meretrix nunquam potest facere illum actum licite: usurarius vero potest dare mutuum sine usuris, & pro sua malitia, actum de se licitum, facit illicitum.

Sanch.

Durand.

Palud.

D. Anton.

Salon.

Banhes.

Valentia.

Molina.

Sa.

Sanc.

Soar.

7.

Ad argumentum de iuramento per Deos falsos, est diuersa ratio: nam, cum infideles credant, suos Deos, veros esse Deos, illicitum est Christianis petere ab eis, ut determinate per illos iurent, quia est magis confirmare illos in suo errore: possunt tamen absolute ab eis petere iuramentum ad securitatem, atque firmitatem suorum contractuum, quod non procedit in usurario, cum optime sciat, peccatum esse, dare mutuum sub usuris, & non nisi sub illis vult dare; & sic in petitione iuramenti datur scandalum, non vero in petitione usurarum. Iuxta autem causa petendi usuram in viro nobili, est torquentum, vel festum aliquod, in quod omnes, vel aliqui illius qualitatis ingrediuntur, ut optime notat Sancius allegatus.

Cur.

Cur, id est, ob quem finem, vel rationem. Hic ergo quaeri potest, verum ille, qui ex confidentia Iubilaei committit peccatum referuatum, quod tunc circum non esset commissurus, nisi daretur Iubilaeum, possit absolui ab illo per ipsum Iubilaeum; & eadem confidentiae quaestio est de eo, qui ex confidentia Bullae Cruciatum, vel alterius priuilegij, facultatis committit casum referuatum, etiam cum censura, verum, scilicet, per eam Bullam, & priuilegium, nihilominus possit absolui. Et respondendum est affirmatiue: quia priuilegium tantum valet, quantum sonat; & Indulgentiae latissime sunt interpretandae: Idem enim Indulgentiae dicantur; quia omnibus indulgent omnia, praeter referuatos casus in ea Indulgentia. Quomobrem, cum huiusmodi casus in eo priuilegio, & Iubilaeo non excipiatur, idem necessarium dicendum est, Indulgentiae esse subiectum. Et ita docent Vual. in Cand. aureo, vbi de confessione, n. 42. vbi Nauar. citat Nauar. de Iubilaeo, in Miscel. §. In Leuitico, notat ubi

5.

Explica.

stantia co-

lubilaei.

5.

5.

5.

5.

5.

5.

5.

5.

Sylu.

Ledesma.

Corduba.

Rodrig.

Couar.

Nauar.

Remig.

Caiet.

Nauar.

Vuald.

Abbas.

Soarius.

Bellan.

Tolet.

Henr.

Nauar.

tabili 3. n. 7. Sylu. verbo, *Indulgentia*, q. 10. versiculo 5. quem etiam citat Vualdus, sed non inueni hunc casum in toto verbo, *Indulgentia*. Dicit tamen Sylu. ibi num. 3. §. nono, cum, qui in peccato mortali explet id, quod in huiusmodi indulto mandatur, v. c. elemosynam, vel peregrinationem; nihilominus Indulgentiam consequi posse, modo tamen tempore remissionis sit in gratia: & n. 7. dicit, Indulgentiam tantum valere, quantum sonat. Ex quibus locis satis colligitur haec sententia, quam docet etiam Martinus de Ledesma 2. p. 4. q. 29. a. 10. §. Sed est dubium non vulgare, vbi arguit pro, & contra: sed tandem hoc resoluit. & Corduba lib. 5. de Indulgentia, q. 84. sine, & q. 37. propositione 3. licet in Summa, q. 22. neget: docet etiam illam Rod. in exposit. Cruciatum, §. 9. dub. 6. Nec obstat, quod priuilegium mereatur amittere, qui peccat spe illius, ut est doctrina Couar. lib. 2. var. cap. 20. n. 18. & Nauar. cap. 25. n. 22. & Remigij de immunitate Ecclesiae, fallentia 3. fol. 129. asserentium, propter hoc suum lamentum, eum, qui in vna Ecclesia delinquit spe priuilegij immunitatis alterius, amittere ipsam immunitatem, & priuilegium illius, ut vidimus cap. 4. num. 45. §. Tertius est, qui occidit, quia id intelligendum est, quando ita exprimitur in Bulla, vel indulto, alias non. Vel intelligendum est de priuilegio respiciente forum externum, & iurisdictionem externam, ut explicat Emmanuel a Costa, & doctissimus Sandoual, quos citat Vualdus allegatus quale est priuilegium immunitatis Ecclesiae. Vide, quae diximus cap. 4. num. 45. dicto §. Tertius est. Nec ea circumstantia confidentiae est explicanda in confessione, & quia non mutat speciem peccati, & quia non multum variat iudicium Confessoris.

6.

Sic, quando quis peccat ex misericordiae Dei confidentia, confidendo, scilicet, quod remittetur sibi peccatum, quod committit; non tenetur explicare hanc circumstantiam confidentiae, quia non multum aggrauat. Ita Caiet. 2. 2. q. 121. a. 2. Nau. in Manuali Lat. cap. 6. n. 3. sine, & Vualdus de absolutione, num. 4. quicquid dicat Abbas in cap. *Transmissa*, de eo, qui cognouit consanguineam uxoris suae.

10.

Huiusmodi ergo circumstantia, *Cur*, seu propter quid, includit non solum intentionem finis, propter quem operamur, sed etiam electionem medij, & aliquando potest esse finis malus, & electio medij mala; ut, si quis furetur propter fornicationem: & tunc tenetur poenitens hanc circumstantiam finis explicare in confessione, quia sunt duo peccata diuersa specie, alterum furti in materia iustitiae, alterum fornicationis contra temperantiam, ut docet Soar. tom. 4. de poenit. disput. 22. sect. 4. in circumstantia, *Cur*. Bellanus disput. 7. de integ. confess. dub. 4. num. 24. tom. 2. de censur. & Sacrament. Toletus lib. 3. Summa, cap. 7. num. 3. & num. 4. & Henricus lib. 2. de poenit. cap. 6. num. 3. & Nauar. in Summa Lat. cap. 6. num. 3. verbi *Diximus*. Aliquando poterit esse electio medij bona, vel indifferens in se, & finis malus, ut si exeat in agrum, vel in plateam, ut hominem occidas: & tunc vnum tantum peccatum committis electionis, & non est opus explicare electionem medij, iuxta Soar. allegatum. Aliquando vero potest esse electio medij mala, & finis bonus, ut si quis omittat Sacrum propter studium, & tunc quidem circumstantia tantummodo mala electionis medij est necessarium in confessione explicanda, non autem finis. Ita Soar. citatus docet. Unde dicendum est, in hoc casu confitendum esse peccatum omissionis Sacri; non tamen esse necessarium confiten-

dam circumstantiam studij, propter quod omissionis fuit: quia ea circumstantia, nec notabiliter peccatum aggrauat, nec mutat speciem peccati, nec in se mala est: sicut enim ille, qui die non festo omittit Sacrum propter studium, non peccat: sic nec etiam, qui die festo illud omittit propter idem studium, ob eam circumstantiam amoris studij peccabit; quanuis aliunde peccet, ratione praecepti, quod absque legitima causa excusante violat. Ita docet Aegidius Bellanus disp. 7. de integ. confess. dub. 4. num. 24. Salas 1. 2. tractatu 13. disp. 2. sect. 7. & 8. Vasquez 1. 2. disp. 93. cap. 3. & Henricus lib. 2. de poenit. cap. 5. num. 7. medio & ad marginem, lit. C, citat Banhes 2. 2. quae. 19. art. 3. ad finem, & alios, & forte id ipsum voluit Soar. citatus, dum ait, in eo casu circumstantiam mala electionis medij, id est, ipsam omissionem Sacri, quae assumpta fuit, ut medium ad studendum, solum esse confitendum necessarium; non vero finem, id est, amorem studij: quod in substantia est dicere, solum peccatum omissionis Sacri tunc esse necessario confitendum. Si tamen quis omittet Sacrum die festo ob studium, quia vltimum suum finem ponit in studio, non est dubium, tunc utrunque esse confitendum, & omissionem Sacri in die festo, & rationem finis vltimi, quem ponit in studio: sed nemo ita regulariter operatur, quando, vel Sacrum, vel aliud opus omittit propter studium, aut propter ludum, vel propter confabulationem amicorum, vel ob aliud simile, ut ex se patet.

Bellanus. Salas. Vasquez. Henr. Banhes.

Quomodo.

Tria, vel quatuor comprehendere potest ista particula: primo, malitiam intentionis, & contemptus: secundo, consuetudinem, seu reincidentiam, & ignorantiam, ut videlicet, operetur quis ex conscientia erronea. De circumstantia reincidentiae, seu consuetudinis iam diximus satis in cap. 4. num. 7. & idem non est, cur iterum actum agamus, & quae ibi dicta sunt, huc transferenda erunt. De intentione peccati, & vehementia, sit breuiter dico: vel haec intensio, & vehementia producit in actum externum per signa aliqua, & effectus externos; vel mansit in corde, & seclusa duratione longi temporis; non potest certo cognosci, quantum sit hic conatus intentionis; & idem haec circumstantia intentionis, & conatus, non est necessarium confitenda; sed sufficit confiteri ipsum peccatum in se, quod voluntate quis mente, corde, & animo deliberate parauit; & satis est, quod tunc sic se explicet, dicendo, se ex vehementi odio multa mala desiderasse inimico, graua quidem, & de hoc sepe cogitasse; & illa procurasse ex magna intentione, explicando vices. Ita docet Soar. tom. 4. de poenit. disp. 22. sect. 4. a. n. 5. vsque ad 12. Henricus lib. 2. de poenit. cap. 6. num. 4. Et ratio est: quia illa intensio, quae manet in corde, vix cognosci potest humano modo, quanta sit, & quantos gradus habeat; & idem satis est confiteri, se magno conatu habere odio inimicum, & illi multa mala desiderasse, ut exinde intentionem colligamus. Dixi, seclusa duratione longi temporis, & explicando vices: quia, quando quis notabiliter excessit communem modum operandi, & peccandi, v. c. quia aliquod horis continuè adhæsit alicui dilectioni morose, vel alicui actui odij, tenetur hanc circumstantiam longi temporis explicare, quia notabiliter aggrauat peccatum cogitationis. Ita Henricus lib. 5. de Sacram. cap. 7. num. 5. Soar. citatus num. 5. Bellanus tom. 2. disp. 7. de integ. confessionis, dub. 3. n. 5. & si interruptit hunc actum, ac per poenitentiam retractat & iterum ad illum remeant, tenetur

11.

Soar. Henric.

Henric. Soar. Bellanus.

vices explicare propter noua peccata, quae committit.

12.

Si habet effectus externos, vt si quis non contentus homicidio, multiplicauit vulnera in caduere, mortuum in frustula concidit, iecur extraxit, comedit, confodit, tunc quidem non solum peccatum in se est confitendum, sed etiam huiusmodi circumstantiae odij: quia addunt nouam malitiam feritatis, nouamque iniuriam in caduere. Ita docet idem Soar. tom. 4. de poenit. disput. 22. sect. 4. num. 12. & Bellanus modò allegatus num. 14. & communiter omnes Doctores: & idem est dicendum iuxta hos Doctores, quando odium interius causauit voluntatem hanc exterius faciendi vt patet. Vide cap. 2. n. 16.

Soar. Bellan.

13.

Quomodo id est, etiam quo contemptu, vel ignorantia. Ad ignorantiam pertinet conscientia erronea: & haec circumstantia conscientiae erroneae, necessarium est explicanda, quia vel mutat speciem peccati, vel de non peccato facit peccatum, vel de veniali mortale. Quando verò malitia est tanta vt perueniatur ad contemptum, tunc circumstantia contemptus necessarium est explicanda, quia de veniali potest transferre actum in mortale. Ita Soar. tom. 4. de poenit. disput. 22. sect. 4. in circumstantia, Quando. Nau. cap. 9. S. 9. Caiet. 1. 2. q. 7. a. 1.

14.

Præmittendum ergo est, erroneam conscientiam esse, quae dicat, esse bonum, quod alioqui est malum; aut esse malum, quod alioqui est bonum: vnde conscientia erronea, vel est vincibilis, vel inuincibilis. Vincibilis est illa, quae sic imprudenter iudicat, vt si debita adhiberetur diligentia, minimè erraret: inuincibilis, seu inculpabilis est illa, quae ita errat, vt prudenter iudicet, se non errare. Operari igitur contra conscientiam erroneam, siue culpabilem, siue inculpabilem, id est, vincibilem, aut inuincibilem, (vtrunque enim vocabulum idem sonat,) aut dubitantem aliquid esse mortale, quantum reuera mortale non sit peccatum mortale est, necessarium confitendum. Ita docet Henricus lib. 2. de poenit. cap. 6. n. 4. Nau. cap. 6. n. 12. & praelud. 9. num. 9. D. Thomas 1. 2. q. 19. a. 5. ad 3. Medina ibi q. 19. a. 6. dub. 4. Vasquez ibi disput. 5. cap. 3. num. 11. Caietanus in Summa, verbo, Conscientia. Corduba in suo quaestionario, lib. 3. q. 4. post solutionem ad 2. contra primam propositionem, dub. 1. & 2. Valenti. 1. 2. disput. 2. q. 14. punct. 4. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 2. cap. 8. q. 4. Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 1. cap. 1. num. 5. Salas 1. 2. q. 21. tractatu 8. disput. vnica, sect. 3. num. 17. sine, & num. 32. Ratio est: quia, cum tota huius malitiae ratio in eo consistat, vt hoc fiat contra conscientiam errantis dictamen: tanta, & talis erit peccati malitia, quanta, & qualis conscientia dictauerit: vt si dicat esse veniale, veniale; si mortale, mortale; si adulterium, adulterium; & similia: conscientia enim ligat, & obligat, ne fiat contra illum, nisi rationabiliter deponatur: stante enim dictamine conscientiae, facit ille, qui contrarium operatur, contra rationem formalem praecepti; quod falsò concipit: sic enim opinio nostra nobis legem facit, vt ait D. Ambrosius lib. de Paradiso: feci furtum, dum rapui id, quod putabam esse alienum: violauit festum, non interfui Sacro, dum putarem me ad id teneri.

Henric. Nauarr. D. Thom. Medina. Vasq. Caietan. Corduba.

Azor. Sancius. Salas.

D. Auub.

15.

Si conscientia erronea procedat ex ignorantia vincibili, peccabitur quidem venialiter contra illam, si conscientia dicat, esse veniale, nisi id reuera aliunde sit mortale: nam, cum conscientia erronea, procedens ex ignorantia vincibili, at-

que culpabili, non minuat peccatum, peccabitur tunc mortaliter, si aliunde sit mortale: ignorantia enim culpabilis non excusat à peccato; & idèd cum non excuset, non efficit, vt id, quod ex se erat mortale, fiat ratione huius ignorantiae veniale: si tamen conscientia erronea procedat ex ignorantia inculpabili, & inuincibili, cum ignorantia inculpabilis, atque inuincibilis excuset à peccato mortali, solum erit veniale, quantum aliunde sit mortale, si conscientia dicat esse mortale. Ita docet Sancius lib. 1. De calogi, cap. 11. num. 5. & idipsum docet Nauar. in Summa Lat. praelud. 9. num. 9. & Sayrus in clau regia, lib. 1. cap. 4. num. 15. quatenus aiunt, peccari solum venialiter, si conscientia errans dicat esse solum veniale, nisi id sit aliunde mortale: intelligendi enim sunt de conscientia erronea procedente ex ignorantia culpabili, & vincibili. Et in rei veritate ita docet etiam Salas 1. 2. q. 5. sect. 3. num. 33. quatenus dicit, si conscientia dicat esse veniale, veniale tantum esse; quantum aliunde sit mortale: loquitur enim Salas de conscientia erronea, procedente ex ignorantia inculpabili, atque inuincibili: & sic eos concordat Sancius allegatus, & optimè.

Sanchez. Nauarr. Lopez. Rodrig. Valentia.

Salas.

16.

Si conscientia erronea dicat, aliquid esse peccatum in genere, non descendendo ad aliquam speciem particularem, v. c. ad furtum, aut homicidium; ad nullam speciem peccati pertinebit culpa, sed ad generalem, contra praeceptum generale sequendi bonum, & vitandi malum. Ita docet Sancius num. 5. Medina, & Azor q. 6. & Sayrus num. 20. omnes allegati n. praeced. & idèd in hoc casu satis erit confiteri violationem illius praecepti generalis vitandi malum, & sequendi bonum; quod praeceptum ratio naturalis dictabat non esse violandum: & non est necessè declarare in confessione, fuisse hoc factum contra conscientiam errantem, vt optimè docet Sancius lib. 1. Decalogi, cap. 11. num. 5. & Sayrus in clau regia, lib. 1. cap. 4. num. 22. & Salas ca. sect. 3. q. 7. num. 28. & 35. contra Adrianum in 4. q. 4. de confessione, afferentem, vtrunque esse de necessitate confessionis, & violationem praecepti generalis, & circumstantiam conscientiae erroneae. Sic enim quando quis non ex conscientia erronea, sed scienter, ac prudenter contra aliquod praeceptum particulare peccat, non necessè est, circumstantiam conscientiae confiteri; sed sufficit praecepti violationem explicare, vt optimè docet ibi Sancius contra Angelstum, qui c. 7. moral. circa 1. p. textus, cap. 3. ausus est affirmare, duplicem dari malitiam necessarium confitendam, quoties quis non ex conscientia errante peccat; alteram, contra praeceptum: quod violat; alteram, contra ipsam conscientiam aliud dictantem sic etiam quando quis ex conscientia errante peccat, non datur nisi vna tantum malitia contra praeceptum, quod violatur, necessarium confitendam; non duplex, altera praecepti violati, altera conscientiae erratae. Et fundamentum est: quia nullum praeceptum, & nulla virtus obligat, nisi praecunte conscientiae iudicio, quod est proxima operandi regula. Quare, quando quis peccat contra conscientiam, siue errantem, siue non errantem, non peccat contra duplicem regulam, aut contra duplicem virtutem: sed contra eandem sibi notam, ac propositam per iudicium conscientiae, vt bene aduertit Corduba sequens opinionem Sancij contra Angelstum in quaestionario, lib. 3. qua. 4. dub. 1. post 6. propositionem. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 2. cap. 8. quaest. 7. & Sayrus in clau regia, lib. 1. cap. 4. num. 21. & alij, quos citant.

Sanchez. Medina. Azor. Sayr.

Sanchez. Sayr. Sal.

Sanc.

Azor. Sayr.

Sed dubium hic oritur, qualis, scilicet, culpa sit, mortalisne, an venialis, peccare contra conscientiam, quando aliquid illicitum putat; nec tamen cogitatione distinguit, an mortale sit, an veniale? Respondeo, si conscientia dicat, id esse illicitum in aliqua specie particulari, ex ea specie particulari iudicandum erit, an sit mortale, an veniale: vt, si dicat hodie esse diem ieiunij, aut diem festiuium, quantitas culpae mortalis iudicabitur ex violatione horum praeceptorum: at vero, si conscientia dicat, aliquid esse peccatum in confuso, non determinata materia in particulari, multi existimant esse solum veniale. Ita existimant Nauar. in Summa Lat. praelud. 9. num. 9. Ludou. Lopez. 1. p. Instruct. cap. 3. verl. Praeterea, Manuel Rodrig. 1. tom. Summa, ed. 2. c. 71. sine. Valenti. 1. 2. disput. 2. q. 14. punct. 4. q. 3. sine. Fundatur: quia velle id, quod in genere tantum reputatur illicitum, non videtur grauis malitia, cum adhuc huiusmodi voluntas se contineat intra limites rei venialis, ac mortalis: nam in eo actu sola malitia conscientiae dictantis est volita: vnde, cum conscientia solum malitiam generalem dicat, & in ea malitia, venialis materia reperitur, erit sola culpa venialis. Alij verò existimant, esse peccatum mortale. Ita docet Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 1. cap. 11. num. 7. sine. Vasquez 1. 2. q. 19. a. 6. disput. 59. cap. 3. num. 10. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 2. cap. 8. q. 6. Sayrus in clau regia, lib. 1. cap. 4. num. 17. Fundatur: quia, cum absque sufficienti examine qualitatis culpae, voluntas eam in genere & in confuso amplectatur, exponit se manifesto periculo amplectendi mortalem culpam. Ego vtranque opinionem iudico probabilem, istam secundam probabiliorè, & idèd eam amplector.

Nauar. Lopez. Rodrig. Valentia.

Sanchez. Vasquez. Azor. Sayr.

18. Sanc.

Quomodo autem deponatur conscientia erronea, docet Sancius lib. 1. Decalogi, cap. 11. num. 9. vbi contra aliquos modernos resoluit, non posse deponi ad libitum, absque vlla ratione ipsius hominis; quia temere deponatur conscientia: ac proinde dicit, opus esse, vt quærat ratio iusta, vt deponatur: & id ita mihi videtur. Quia tamen haec materia conscientiae erroneae alibi tractatur, idèd hic solum dubia, quae ad hanc circumstantiam spectant, tractamus. Difficultas tamen est, quando ignorantia est inuincibilis, & putat errans, vtranque partem contradictionis esse peccatum, & nescit distinguere, quae pars maius sit peccatum, an peccet amplectendo aliquam partem illius: quod iustitiam non raro contingere solet: putant enim se, non audiendo Sacrum in festis, mortaliter peccare; & similiter putant mortaliter peccare deserendo gregem, quem custodiunt, & nesciunt, quod peccatum sit maius, vt minus eligant? Quidam moderni putant, hunc culpa liberari, siue hanc, siue illam partem eligat: quod etiam tenet Manuel Rodriguez 2. tom. Summa, cap. 5. 1. num. 6. Ducuntur: quia eis videtur huiusmodi homini non esse liberum culpam vitare, cum, quicquid faciat, culpam esse existimet, & agere contra conscientiam, deficiente libertate, peccatum non est. Deinde, quia alioqui daretur perplexitas, quod multi Doctores negant, & negare necesse est, ne admitamus statum, in quo necessarium sit alicui, peccare absque culpa sua. Alij existimant hunc, vtra parte electa, peccare, eò quod actus, quem eligit, absolute in sua existimatione in prohibito tendat, sitque plene, & perfecte liber, cum reuera possit ille gregem deserere, & audire Sacrum, aut Sacrum omittere, & gregem custodire; & idèd vtrauis pars libertate plena est: quam obrem, ne contra omnium, aut saltem plurimum mentem, hanc perplexitatem, &

Rodrig.

peccandi necessitatem simpliciter admitrant, negant similem casum posse dari, atque ad diuinam prouidentiam spectare aiunt, aut hunc hominem illustrare, aut hypothesim non permittere. Ita docet Medina 1. 2. q. 1. supra allegatus. Vtraque opinio est satis probabilis Sancius tamen lib. 1. Decalogi, cap. num. 14. priorem amplectitur: quia, licet actus ille, altera parte electa, sit in se, & absolute liber, dum in illud obiectum malum existimatum fertur, vt clare probat ratio in contrarium adducta; tamen non est liber in ordine ad culpam vitandam, cum vtrauis parte electa, culpa necessarium dicitur; & idèd posse dici actionem illam, esse liberam in genere entis, siue naturae, non autem in genere moris: vnde peccatum non est, quia peccatum vtranque libertatem requirit, mortalem, & naturalem; sicut actio frangendi ieiunij per obliuionem, libera est in genere entis, & in genere naturae: culpa tamen vacat in genere moris, vt patet.

Medina. Sanchez.

Quando.

Circumstantia, Quando, donat diem, & tempus; & quia in eodem die, & tempore possunt concurrere diuersa praecepta, diuersaque obligationes circa vnam, eandemque rem; denotat etiam consequenter multorum praeceptorum eiusdem, aut diuersae rationis occursum. Et de his duabus circumstantiis diei festi, & concursus multorum praeceptorum in eodem die, modò breuiter agemus.

19.

Circa circumstantiam diei festi, non defuerunt antiqui, qui affirmarunt, circumstantiam diei festi esse de necessitate confessionis, vt blasphemare, fornicari, iurare, furari, in die festo. Eos refert Syluester verbo, Confessio, 1. num. 11. & Couarr. in cap. Alma mater. 1. p. 5. num. 33. sed non sequuntur: inter quos numeratur Maior in 4. dist. 17. q. 4. Angelus verbo, Praeceptum, S. 5. Adrianus in 4. de confessione, q. 4. verl. Venio nunc. Nider praecepto 3. Catharinus lib. 5. contra Caiet. Gabriel in 3. dist. 17. Alenùs 3. p. q. 32. m. 5. a. 2. D. Antonius 3. p. tit. 17. cap. 17. S. 5. Lyra in Exodum, cap. 20. Eorum fundamentum erat: quia, cum huiusmodi dies sint simpliciter destinati in honorem, ac cultum Dei, ac Sanctorum, specialis iniuria videretur Deo inferri, eum per peccatum inhonorando, eo die, quo ex praecepto teneatur honorare: frangitur enim duplex praeceptum; alterum absolutum, & generale vitandi malum, & sequendi bonum, aut praeceptum speciale, contra quod peccatur, v. c. furti, homicidij, periurij, &c. alterum praeceptum honorandi Deum eo die. Hodie tamen iam ista sententia aboleuit; & idèd tenendum est cum communi, circumstantiam diei festi non esse explicandam: quia nec mutat speciem peccati, nec illud intra eandem speciem notabiliter aggravat: licet enim, qui peccat, fiat seruus peccati; in diebus tamen festis solum prohibetur opus seruale corporale; non autem opus seruale mentale, aut spirituale, quale est peccatum, per quod quis efficitur seruus Diaboli: peccatum enim non magis prohibetur die festo, quam non festo. Ita docet Nauarrus in Summa Lat. cap. 6. n. 10. D. Thom. 2. 2. q. 3. p. disput. 37. q. 2. a. 5. Syluester verbos, Circumstantia, num. 3. Sorus in 4. dist. 18. q. 2. a. 4. Vivaldus in Syluest. Candelab. aut. verbo, Confessio, num. 44. Coniack tom. 2. disput. 7. de integrit. confessionis, dub. 4. Vinald. num. 27. qui omnes absolute in docent de quo Coniack, cunque die festo: & idem sequitur Soarius tom. 4. de poenit. disput. 22. sect. 4. num. 21. in prima edit. vbi dicit, hoc sibi certum esse: & nos satis id iam probaui

20.

Sylu. Couarr. Maior. Angel. And. Nider. Cath. Gabriel. Alenf. D. Anton. Lyr.

Nauarr.

D. Thom.

Sor. Coniack.

Soar.



Medina.

probauimus lib. 1. primi præcepti, cap. 6. n. 2. vbi plurimos pro hac parte citauimus. Medina tamen lib. 1. Instruct. cap. 9. §. 1. in duobus tantum casibus docet, circumstantiam diei festi necessariò esse confitendam, vt pote notabiliter aggrauantem. Probat: quia negare non possumus esse circumstantiam notabiliter aggrauantem, si quis furatus, aut fornicatus fuerit in die Iouis sancti, aut eo ipso die, quo ad confessionem accedit. Cæterum, huiusmodi circumstantia non sunt considerabiles, & nullus tenetur eas explicare, quantum id laudabile sit. Ita de illis loquens expressè docet Soarius tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 18. num. 16. pag. 360. col. 2. iuncto num. 13. pag. 359. col. 2. & Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 6. n. 6. quod semper intelligendum est, in vtroque casu diei festi, & confessionis; nisi id fiat in contemptum: tunc enim circumstantia contemptus necessariò est explicanda; quia de veniali transferri potest in mortale. Sic Nauarrus cap. 9. §. 9. finali, & Caiet. 1. 2. q. 7. a. 1.

Soarius.

Henr.

Nauarr.

Caiet.

21.

Si eodem die concurrant duo præcepta, aut plura, v. c. si eodem die ex duplici festo ieiunandum sit, vel audiendum Sacrum, vt si festum incidat in diem Dominicam, aut præceptum ieiunium vigiliæ beati Matthiæ incidat in Quadragesimam, aut Franciscanus non ieiunet in die veneris Quadragesimæ, in quo vltra præceptum Quadragesimæ, coincidit aliud præceptum Regulæ; tunc quidem duo committi peccata docent multi: & hi sunt, Nauarrus in Manuali Lat. cap. 11. num. 4. Ludouicus Lopez Instruct. 1. p. cap. 29. §. 3. dico, Manuel Rodriguez como 1. Summa, edit. 2. cap. 23. num. 3. Coninck tom. 2. de Sacrament. disp. 7. de integritate confessionis, dub. 6. num. 47. Fundamentum illorum est: quia, quando aliquod festum incidit in Dominicum diem; qui non audit Sacrum, aut non ieiunat, quando peruigilium alicuius Sancti incidit, in quatuor Tempora, vel in Quadragesimam; violat duplex præceptum latum ob distincta motiua, & rationes: nam vnum præcipit auditionem Sacri in honorem Dominicæ diei, alteram in honorem festi: & sic de ieiunio: & vtraque ratio præcipiendi, est per se sufficiens ad inducendam obligationem sub peccato mortali.

Nauarr.  
Lop. Rod.  
Coninck.

Henriq.

Vasq.

Sa.

Soarius.

Ledesma.

Sanchez.

Dicendum tamen est, vnicum tantum esse peccatum: quia illa duo præcepta obligant sub eadem ratione formali eiusdem virtutis, & sunt eiusdem speciei, & idè non esse hanc circumstantiam multorum præceptorum necessariò confitendam. Ita docet Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 5. n. 6. Vasquez 1. 2. q. 72. a. 6. disput. 98. num. 8. Sà in Summa, verbo, Confessio, §. Quidam putant. Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 2. sect. 4. n. 22. in prima editione. Petrus Ledesma in Summa sacram. tract. de pœnit. cap. 19. fol. 632. §. A esta duda mi pareces. Sancius lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. num. 6. Sicut enim ille, qui de eadem re multas facit scripturas eiusdem exempli, & multoties promittit eandem rem, non obligatur pluribus titulis; sed vno tantum: ita, qui ex duobus, vel pluribus præceptis eiusdem rationis tenetur ieiunare, aut non laborare, non committit duo peccata; sed vnum tantum in transgressione illorum.

Vasq.

An autem illa circumstantia multorum præceptorum notabiliter peccatum aggrauet, est dubium. Vasquez citatus eadem disp. 98. num. 10. refert aliquos, qui exilliant, illam circumstantiam esse necessariò confitendam tanquam notabiliter aggrauantem. Contrarium tamen verius est: quia nec multum aggrauat, nec iudicium variat Confessarij. Ita omnes citati, & speciatim Soarius, Vasquez, Sà Sancius, & Petrus Ledesma, proximè citati. Sic restis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & arti-

culis, sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, vnum tantum peritium committit, vt ait Archidiaconus cap. Interest. 2. 2. q. 4. Sarmiento lib. 8. selectarum, in l. Quoties, n. 6. fol. 18. & non tenetur circumstantiam multorum articulorum explicare, nec tanquam mutantem speciem peccati, nec tanquam notabiliter aggrauantem. Similiter, qui furatur rem sacram de loco sacro, satisfacit dicendo, se furatum fuisse rem sacram; & non est opus dicere, de loco sacro: quia vtraque illa circumstantia ad eandem rationem formalem virtutis religionis spectat, & ille concursus rei sacrae, & loci sacri, nec multum variat iudicium Confessarij, nec notabiliter sacrilegium aggrauat, vt consideranti patebit.

22.

Oppones pro prima opinione: Si quis rem prohibitam sub voto, & iuramento faciat, duplex peccatum committit, & tenetur in confessione explicare illam circumstantiam duorum vinculorum, voti, scilicet, & iuramenti: & tamen vtrumque vinculum prohibet eandem rem sub intuitu eiusdem virtutis, religionis, videlicet: iuramentum enim, & votum ad virtutem religionis spectant: ergo etiam tenebitur explicare duplex vinculum ille, qui ieiunium frangit præceptum pluribus mandatis. Respondeo, esse diuersam rationem in voto, & iuramento, atque in pluribus præceptis ieiunij, vel diei festi: nam votum, & iuramentum inter se comparata, sunt vincula diuersæ speciei, & rationis: transgressio enim iuramenti efficit peritium: transgressio autem voti spectat ad sacrilegium: vnde, quantum sacrilegium voti violati, & peritium iuramenti fracti ad eandem virtutem religionis spectant; tamen non spectant ad illam, nec illam attingunt sub eadem ratione formali: quia voti obseruatio præcipitur, vt fides debita, Deo seruetur; obseruatio verò iuramenti præcipitur, ac Deus in falsum testem adducatur: & sic, votum pertinet ad fidelitatem; iuramentum ad veritatem: & idè, quantum huiusmodi duo vincula pertineant ad eandem virtutem religionis; non tamen pertinent sub eadem ratione formali, sed sub diuersis. Nec obstat exemplum Nauarri in Summa Latina, cap. 11. n. 4. duplex, scilicet, admittere peccatum Monachum Franciscanum non ieiunantem die veneris, in quo incidit ieiunium vigiliæ alicuius Sancti: nam, vt docet Vasquez 1. 2. disp. 98. n. 8 & 9. & Sancius lib. 9. de debito coniugali, disp. 15. num. 6. id quidem verum est: quia frangit duo præcepta duarum virtutum inter se specie diuersarum; alterum spectans ad virtutem temperantiæ, quale est ieiunium Ecclesiæ; alterum ad virtutem obedientiæ Regulæ, ad quam voto se obstrinxit: ac proinde duplex peccatum specie diuersum committit; quia duplici vinculo specie distincto ad idem ieiunium tenebatur. Fortasse etiam dici potest, huiusmodi Religiosum vnum tantum peccatum committere: quia, quando Regula, ad quam voto se obstrinxit in professione, præcipit ieiunium, constituit illud intra virtutem temperantiæ: sicut etiam præceptum Ecclesiæ præcipientis ieiunium, illud ipsum ieiunium intra eandem virtutem temperantiæ constituit: & sic illa duo vincula, Regulae, & Ecclesiæ, ad eandem virtutem temperantiæ spectant, & ad idem obiectum tendunt, & sub eadem ratione formali obedientiæ Regulæ, & obedientiæ Ecclesiæ: ambæ enim præcipiunt eundem actum temperantiæ, sub eadem ratione formali obedientiæ: quod enim etiam Religiosus ad obedientiam Regulæ obligetur per votum, id per accidens est, vt consideranti patebit.

Nauarr.

Vasq.

Sanc.

Addit verò Henriquez dicto lib. 5. de pœnit. cap. 5. num. 6. vnum tantum peccatum committere Sacerdotem, qui diuinum Officium emittit, ad quod,

Sa.

quod, & ratione Ordinis sacri, & ratione beneficij obligatur. Et verò Sà in Summa, verbo, Confessio, Quidam putant, etiam addit, vnum tantum peccatum adulterij illum coniugatum efficere, qui cum alia coniugata peccat; & satis esse affirmat, si alter dicat, se omisisse Officium diuinum, & alter fateatur se adulterium commisisse; & non opus esse dicere circumstantiam duplicis adulterij, & duplicis obligationis, Ordinis, & beneficij. Ratio illius est: quia obligatio Ordinis, & obligatio beneficij ad eandem virtutem orationis spectant; & obligatio temperantiæ in vtroque coniugato, ad eandem virtutem iustitiæ etiam pertinet: & idè, cum diuersæ obligationes ad eandem virtutem pertineant, vnicum tantum erit peccatum, non duplex. Sed dicendum est, huiusmodi obligationes, & vincula, ad eandem virtutem spectare; non tamen sub eadem ratione formali: & idè in vtroque casu fatendam esse necessariò circumstantiam duplicis obligationis; in primo, Ordinis, & beneficij; in secundo, adulterij vtriusque coniugis: quia in primo casu datur obligatio pertinetes ad diuersas specie virtutes; altera ratione Ordinis, spectans ad virtutem religionis; altera iustitiæ ratione beneficij; confert enim Ecclesiæ beneficia, & redditus illius, eo onere iustitiæ, vt beneficiarius reciet Horas canonicas, & aliter non faciat fructus suos: in posteriori autem casu, licet vtraque circumstantia, & malitia adulterij aduerferet vni virtuti iustitiæ; artamen est duplex numero iniustitia respectu vtriusque coniugis peccantis; & idè duplex numero peccatum: sicut, qui duos eodem ictu percutit, duo peccata committit necessariò confitenda, vt latè probauimus e. 3. n. 17. cum multis, quos ibi citauimus, ad quem locum te remittimus.

24.

Hinc, si vnus Superior mihi aliquam actionem prohibeat, sub præcepto obedientiæ, quia est nociua, aut scandalosa Paulo; & postea contingat, eandem actionem esse etiam nociuam, & scandalosam

Petro, ideòque alter Superior mihi etiam eam sub alio præcepto obedientiæ prohibeat; tenebor ex duplici obligatione, eam vitare: quia duplici præcepto obedientiæ validè, & iustè mihi prohibetur; & contra faciens peccabo dupliciter inobediens: & si sit ab vtroque Superiore prohibita sub excommunicatione latæ sententiæ, duplicem excommunicationem incurram, vt notauit Coninck, tom. 2. de Sacramentis, disp. 7. de integritate confessionis, dub. 6. n. 46. Non tamen hoc ex fundamento illius defendendum est; non ex eo, scilicet, (vt ille ait, quod vterque Superior habuerit iustam causam præcipiendi, prohibendique, & quod sint duo præcepta distincta: sed ex eo, quod ea præcepta nociua sunt, ac detrimentosa duobus & in ordine ad duos, duo peccata numero distincta efficiant: sicut, qui vno eodemque ictu occideret duos, duo peccata committeret numero distincta necessariò confitenda: nam, si vterque Superior actionem illam mihi suo præcepto prohibeat, quia est nociua eidem Paulo, & sic respectu eiusdem Pauli mihi esset illa actio prohibita per illa duo præcepta obedientiæ; quantum vnus Superior prohiberet, quia est illi nociua in castitate; alteri verò quia est illi nociua in obedientiâ; vnum tantum committerem peccatum contra faciens; quantum vterque Superior causam iustam habuerit prohibendi; & quantum ratio præcipiendi sit diuersa, quia adhuc illa præcepta tenderent ad vnum subiectum, & sub eadem ratione formali obedientiæ: quia ratio præcipiendi in vtroque Superiore est valdè extrinseca, à qua transgressio præcepti non sumit indiuiduationem suæ malitiæ; sed sumit indiuiduationem malitiæ ex virtute, & ratione formali obedientiæ sibi impositæ, cui aduerfatur, & ex identitate obiecti, ad quod tendit, vt euidenter colligitur ex Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 2. 2. sect. 4. n. 2. sine: & ex hoc solum manet fundamentum Coninck, & Soarius, aliorum Doctorum num. 20. positum.





# LIBER QUINTVS.

## De circumstantia complicitis.

**I**c liber est veluti appendix ad librum præcedentem de circumstantiis: est enim circumstantia complicitis, vna ex iis, de quibus specialis est dubitatio, an illam teneamur explicare in confessione, quando persona complicitis à Confessario agnoscitur: & quia varia est doctrina Auctorum in hoc negotio, probabiliorē proponemus, vt & conscientie pœnitentis, & famæ complicitis, quantum fieri possit, consulamus; idque ea claritate, & breuitate, quæ necessaria erit, ne obscuritas fastidium, & ne breuitas obscuritatem pariat.

### CAPVT I.

*An pœnitens teneatur personam complicitis in confessione explicare, quando Confessarius illam agnoscit.*

#### SUMMARIUM.

- Explicatur status questionis. num. 1.
- Debet pœnitens, priusquam confiteatur aliquam circumstantiam apud notum Confessarium, per quam venire possit in cognitionem complicitis sui delicti, querere remedia, vt apud ignotum confiteatur; & quæ remedia queri possint. num. 2.
- An pœnitens teneatur in conscientia apud ignotum confiteri, & querere ad id remedia. num. 3.
- Quid, si nulla remedia inueniri possint. num. 4.
- Referitur prima sententia affirmans, teneri tunc pœnitentem silere eam circumstantiam, vel peccatum, per quod Confessarius venire possit in complicitis notitiam. ibid.
- Explicatur in hac opinione Concilium Tridentinum de fide desinens, circumstantiam peccati, mutantem speciem peccati, necessariò esse confitendam. num. 5.
- An solum ea circumstantia sit tacenda, per quam Confessarius cognoscere potest complicitem; an totum peccatum cum intentione confitendi illud alteri. num. 6.
- An etiam in articulo mortis sileri possit ea circumstantia, & teneatur pœnitens eam silere. num. 7.
- Præfertur sententia contraria asserens, tenei pœnitentem confiteri prædictam circumstantiam, etiam si ob illam Confessarius veniat in notitiam sui complicitis. num. 8.
- In confessione nunquam datur vera ratio infamie ipsius complicitis. num. 9.
- Eodem sigillo tenetur Confessarius seruare peccatum complicitis, quo peccatum pœnitentis. num. 10.
- Quid, si Confessarius sit Superior, & complex Religiosus. num. 11.
- An possit ipse Superior in confessione inquirere ex pœnitente de complice suo subdito. num. 12.
- Quæ causa sit iusta ad reuelandam in confessione circumstantiam, quæ complex agnoscatur. num. 13.
- Fauet hac vltima sententia rñsticis, qui habent vnum Parochum omnes agnoscenrem. num. 14.
- Soluntur argumenta prima sententia. num. 15.

**D**iximus libro præcedenti de circumstantiis, consultoque non egimus de circumstantia complicitis nostri delicti, quia de illa est specialis dubitatio, an quando Confessarius personas agnoscit, & pœnitens habet certam circumstantiam necessariò explicandam, vel quia mutat speciem peccati, vel quia notabiliter illud aggravat in eadem speciem, possit tuta conscientia illam tacere, ne complicitem modo aliquo apud ipsum Confessarium infamet; an teneatur illam confiteri & explicare cum infamia ipsius complicitis: v. c. cum quis habet rem cum propria matre, cum vnica filia, vel sorore, cum nouerca, cum priuigna, cum nepte: vel si insignis vir, aut Prælati, cum matre, sorore, filia, aut priuigna commercium habuit, vel admisit aliud peius, & magis infame delictum; aut, vt occultaret stuprum, vel adulterium prægnantis matris, vel sororis, eis procurauit abortum; & quia mater, aut soror, filia, aut priuigna, vel nouerca, est nota Confessario, si pœnitens eam circumstantiam plenè, & planè explicet, necessariò incurrent huiusmodi personæ notam infamie apud Confessarium; queritur, an teneatur ipse pœnitens eam circumstantiam tunc confiteri, an possit illam tuta conscientia tacere; & quid illi agendum sit in hoc negotio.

Et in primis docent communiter Doctores, debere pœnitentes in ea circumstantia priùs querere omnia remedia possibilija, vt ignoto Confessario integrè confiteantur, ne complices sui delicti apud notum Confessarium modo aliquo infamiam patiantur; petendo, scilicet, facultatem à proprio Confessario, si Parochus est, vt alteri confiteatur; vel expectando tempus, quo possint commodè alterum Confessarium ignotum inuenire, dummodo temporis dilatio non sit magna, aut Iubileo aliquo, indulgentiæve non priuentur, & dummodo nõ amittant vtilitatem magnam, vel solatium ex præsentis confessione, vt speciatim notat Soarius tomo 4. de pœn. disp. 34. lect. 2. vel procurando Bullam aliquam, virtute cuius eligere valeant Confessarium, vt possint eligere ignotum: vel saltem, quando id consequi non possunt, dissimulato habitu, & voce apud notum Confessariũ crimen plenè cõfiteantur cum circumstantia complicitis; ea enim dissimulatione fiet, vt complicitem Confessarius non agnoscat. Ita docet Henriquez lib. 2. de pœn. c. 9. n. 2.

An autem teneatur tunc pœnitentes querere his modis ignotum Confessarium, apud quem confiteantur, est dubium. Corduba casu 1. affirmat teneri, si alium facile, & absque labore habere possint. D. Thomas in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. quæstionula 5. aliquantulum significare videtur, id quidem esse modo aliquo præceptum. Idem tenet Alexander 4. p. quæst. 77. membro 2. art. 2. & 4. cum Glossa in illud Esaiæ 43. *Dic tu peccata tua.* Vnde, si id in præcepto est, tenentur profectò alium querere. Alij tamen solum mōent, vt querant alium, si facile illum habere possint, & sine labore. Ita Caietan. Soarius vbi supra, Caietanus verbo, *Confessio*, Petr. Soto. conditione 3. Petrus Soto de pœnit. lectione 10. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. a. 5. D. Thom. in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. quæstionula 5. ad 5. Cano in relectione Cano. de

Sylu. Angel. Tabiena. Armilla. D. Anton. Vigner.

de pœnit. p. 5. Syluester verbo, *Confessio*, l. 5. 24. Angelus verbo, *Confessio*, l. 5. 3. Tabiena verbo, *Circumstantias*, §. 10. & n. 10. Armilla verbo, *Confessio*, §. 20. & verbo, *Circumstantias*, §. 11. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. conditione 9. Vignerius cap. 16. §. 4. vers. 17. In monitione autem consilium est, & profectò, non obligatio, non præceptum, vt patet; & sic sine dubio tenendum est, nullum dari hac de re præceptum: ac proinde, nec ex præcepto teneri pœnitentes, alium querere ignotum Confessarium, apud quem in ea circumstantia, & casu confiteri teneantur: si quod enim aliud præceptum daretur, esset præceptum diuino de conseruanda, ac tuenda fama complicitis, ac proximi; quæ tamen hic: & nunc, nullo modo periclitatur, vt statim patebit.

4. Quando ergo licentiam Parochus negauit, aut Confessarius notus murari commodè non potest, nec Bulla facile haberi ad alium Confessarium eligendum; nec complex aliam infamiam incurrit, præterquam quod à Confessario agnoscatur; est duplex opinio. Prima docet, non solum licitè posse, sed etiam teneri tunc pœnitentem silere eam circumstantiam, qua Confessarius notus venire potest in notitiam complicitis, quantumvis sit circumstantia incestus, & speciem peccati mutet, & non posse eam licitè explicare cum derimento famæ proximi, complicitisve, erga ipsum tantum Confessarium. Ita docet Victoria §. 174. Nauarrus cap. 7. n. 3. & 4. & in cap. *Sacerdos*, de pœnit. dist. 6. num. 99. Alexander 4. p. quæst. 77. m. 3. art. 1. aliàs quæst. 18. m. 4. art. 5. §. 1. Vignerius cap. 16. §. 4. vers. 17. Ludouicus Lopez 1. p. Instruct. cap. 36. Banhes 2. 2. q. 33. dubit. 8. in principio, p. 1. & part. 3. ratione 2. Ledesma 2. 4. quæst. §. art. 4. dub. 2. concl. 3. & quæst. 10. art. 1. dub. 7. Vivaldus in Candelabro aureo, vbi de confessione, num. 49. Caietanus verbo, *Confessio* conditione 3. Bartholomæus Fumus verbo, *Circumstantias*, num. 11. sine, & dicit probabilem Sæ verbo, *Confessio*, num. 20. & id docet etiam Angelus verbo, *Confessio*, l. n. 4. & eam tenet Canus in relectione de pœnit. p. 5. & Medina in Summa, lib. 2. cap. 4. §. 1. de complice, & Sotus in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. Probant primò: quia ex naturali & diuino, iure tenentur conseruare illam famam proximi: hic autem non conseruatur fama proximi, seu complicitis; sed potius infamatur apud ipsum Confessarium, quando Confessarius illum agnoscit: nam, licet id maneat sub sigillo confessionis; tamen negari non potest, id quidem intrinsecè pessimum generare conceptum, apud totum Confessarium, de ipso complice. Nec obstat, quòd si hoc considerabile esse, etiam seipsum pœnitens infamaret apud eundem Confessarium: nam hoc parum refert: quia ea leuis infamia, si qua est, erga pœnitentem, abundè recompensatur per fructum pœnitentiæ, per gratiam, scilicet, quam consequitur, & remissionem pœne temporalis: at huiusmodi complex nullum exinde consequitur fructum, vt patet; & alioqui est apud illum Confessarium notum, in iusta possessione suæ famæ, qua iniuste à pœnitente priuatur, si eam circumstantiam tunc confiteatur apud illum Confessarium, qui ob illam, in notitiam sui complicitis venire potest. Probant secundò: quia, quando duo præcepta concurrunt necessariò seruanda, si simul vtrunque seruari non potest, fortius seruandum est relicto minùs forti: præceptum de non infamando proximo, est fortius, quia est diuinum & naturale: præceptum autem de integranda confessione est minùs fortè, quia est diuinum tantum, & positium, non naturale: ergo hic, & nunc, in hoc casu, & occurrit horum duorum præcepto-

Vitt. Nauar. Alexand. Vigner. Lud. Lop. Banhes. Ledesma.

Vinald. Caiet. Fumus

Angel. Can. Medina. Sotus.

rum, relicto præcepto minùs forti de integranda confessionis, seruandum est aliud, de non infamando proximo. Probant tertio: quia iuxta communissimam opinionem, pœnitens debet tacere peccatum, quod sibi, vel alteri proximo probabile detrimentum, ac damnum animæ, vel corporis afferere potest, vel famæ: veluti si pœnitens Confessarij fratrem occidisset, vel commercium habuisset cum sorore illius, & si confiteretur se aliquem occidisse, vel rem habuisse cum aliqua, statim Sacerdos existimaret, suum fratrem ab eo fuisse occisum, aut sororem suam ab illo fuisse stupratam: in quibus planè casibus deberetur pœnitens facultatem à Parocho, vt alteri confiteatur, quam si impetrare non potest, tunc omnia alia peccata debet explicare, & hoc tacere, vel illius circumstantiam, cum proposito confitendi illam, quando cessauerit impedimentum, vel eam facultatem potuerit impetrare, vt docet D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 4. Maior in 4. dist. 17. quæst. 5. & Nauarrus cap. 7. num. 3. & est communis omnium sententia: ergo etiam in nostro casu, qui non potest confiteri aliquod peccatum, nisi cum damno famæ proximi sui complicitis, tenetur illud tacere, confitendo alia, cum proposito illud confitendi, cessante infamia. Probant quartò: quia, quando quis rem habet cum matre, filia, vel priuigna, si confiteatur apud Confessarium, qui illas agnoscit, frangit duo præcepta; alterum de non lædendo famam proximi: alterum de honorandis parentibus: ergo, ne tunc illos inhonoret: & famam illorum lædat, tenetur eam circumstantiam tacere, per quam ab ipso Confessario cognosci possunt.

Neque obstat Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 5. & can. 7. vbi de fide de finit, circumstantias peccati, quæ speciem mutant, necessariò esse confitendas, ibi can. 7. *Si quis dixerit, &c. circumstantiam peccati, quæ speciem mutat, non esse confitendam, anathema sit.* & cap. 5. *Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in confessione esse explicandas, quæ speciem peccati mutant: quòd sine illis peccata ipsa, neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec Indicibus (hoc est, Confessariis) innotescant; & fieri nequeat, vt de gravitate criminum rectè censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere.* Nam Concilium intelligendum est de illis circumstantiis, quæ sine infamia, & damno proximi, ac complicitis confiteri possunt; non verò de illis, quæ infamiam aliquam compliciti afferre possunt: quia infamatio complicitis in re graui, etiam apud vnum tantum Confessarium secretò, & in foro confessionis, non compensatur vllis bonis ipsius complicitis, quemadmodum compensatur detectio, & reuelatio proprii peccati ipsius pœnitentis: & idèd vnusquisque pœnitens tenetur sua propria peccata apud proprium, & notum Confessarium explicare, quantumvis aliquantulum subeat infamiam apud ipsum Confessarium, propter pessimum conceptum, quem ipse de peccatore concipit; non tamen tenetur circumstantiam detegere, qua ipse complex cognoscatur.

Et verò in hac opinione, quæ est valde probabilis, nonnulli ex Auctoribus illius asserunt non solum eam circumstantiam tunc esse tacendam, qua cognita Confessarius veniat in notitiam complicitis, sed etiam totum ipsum peccatum, ne fortè aliquid elabatur, per quod Confessarius subdoretur complicitem. Alij dicunt, solum circumstantiam esse tacendam, explicato, & confessò peccato in communi; & si Confessarius interroget circumstantiam, negandam esse constanter, cum proposito illam postea alteri confitendi, cessante periculo cognitionis complicitis. His adhæreo, modò id

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

LL ita

D. Thom. Maior. Nauarr.

S. Conc. Trid.

6.

ita cautè fiat, vt nullo modo Confessarius ex crimine venire possit in cognitionem complicitis.

Et satis probabilis opinio hæcenus explicata propter suas rationes, Auctores, & fundamenta: & quidam Auctores illius ita eam mordicè defendunt, vt dicant, nec etiam in articulo mortis posse licitè eam circumstantiam à prædictis pœnitentibus confiteri, quæ detrimentosa esset famæ, & opinioni sui complicitis, si ipse agnoscat à Confessario: & affirmant, teneri ipsos pœnitentes etiam in eo articulo illam tacere; quia nec etiam in articulo mortis licet aliquem modo aliquo infamare: & hi sunt, Medina in Summa, lib. 2. cap. 4. §. 1. de complice, & Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 5. ad 4. Banhes 2. 2. quæst. 33. dub. 8. 1. part. initio, & 3. part. Petrus Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 4. dub. 1. num. 270. Vivaldus in Candelabro aureo, vbi de confessione, à num. 49. Alij ex Auctoribus huius opinionis probabilius existimant, in articulo mortis necessariò esse aperendam prædictam circumstantiam. Probant primò: quia magis vrget præceptum diuinum integritatis confessionis in articulo mortis, quam extra illum, & quia in eo articulo oportet, vt cum tutiori remedio discedamus: tenetur enim quis in eo articulo salutem suam certiori, ac tutiori remedio: quo potest, certam reddere: huiusmodi autem explanationis, ac confessionis remedium certius est, vt patet; & idè in hoc articulo quædam alia conceduntur, quæ extra illum nequaquam conceduntur: vt, quòd liceat confiteri cum excommunicato denunciato, deficiente alio; & quòd per interpretem; & coram aliis in procella maris: succurrit enim pia mater Ecclesia suis fidelibus in eo articulo plenissima liberalitate, ne absque tutiori remedio discedant. Ita docet Ledesma 2. 4. quæst. 8. art. 4. dub. 2. & quæst. 10. art. 1. dub. 7. Vict. §. 174. Petr. Soto. de pœnit. lect. 1. 1. & Henrig. lib. 2. de pœnit. cap. 9. num. 4. & Cano in relect. de pœnit. part. 5. Nec refert fundamentum aliorum: quia in confessione nunquam datur vera ratio infamiæ: talis enim infamia non est formalis, quia non fit ex intentione infamandi, sed est tantum indirecta & materialis, & præter intentionem infamandi contingens: deinde, quia pœnitens in eo articulo vitatur iure suo, quòd habet ad salutem consequendam, & per accidens est, quòd exinde sequatur leuis & materialis infamia complicitis, ex eo, quòd Confessarius veniat in notitiam illius: nam huic periculo ipse complex ratione connexitatis peccati, dum peccauit sponte, velit, nolit, se quoque sponte exposuit, vt patet; ac proinde ei nulla fit iniuria considerabilis, vt patebit amplius ex opinione sequenti.

Opinio hæcenus in præcedentibus explicata cum suis corollariis, est satis probabilis: contraria tamen, quæ docet, non solum licere, sed etiam teneri pœnitentes ob solum, & præcisam integritatem confessionis absque alia causa, non solum in articulo mortis, sed etiam extra illum, circumstantiam complicitis declarare, ac explicare in omni confessione, tam ex deuotione, quam ex obligatione præcepti facta, & in quacunque alia, quando alius Confessarius ignotus commodè haberi non potest, etiam si notus Confessor cogniturus sit personam complicitis in particulari, siue ipse complex sit pater, siue mater, siue filius, aut filia, frater, aut soror, siue quicumque alius, est communior & probabilior hoc tempore. Eam docet Tolerus lib. 3. Summa, cap. 8. num. 4. sine, Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 34. lect. 2. à num. 7. & præsertim num. 11. in prima editione Henriquez lib. 2. de pœnitent. cap. 9. num. 3. & 5. Sa verbo, Confessio, num. 18. Panormitanus in cap. Omnis vtriusque sexus, num. 2. D. Thomas in 4. distinct. 16. quæst. 3. Bonauentura distinct. 2. 1.

Medina. Sorus. Banhes. Petr. Nauarra. Vith.

Ledesma. Vict. Petr. Soto. Henrig. Cano.

Toler. Soarius.

Her. Sa. Panorm. D. Thom. D. Bona.

part. 1. art. 1. quæst. 3. & in tractatu de modo confitendi. cap. 1. Medina C. de Confessione, quæst. de Med. circumstantia loci & temporis, Petrus Soto de pœnit. lect. 1. 2. Paludanus in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. Palud. 2. Angelus verbo. Confessio, 1. §. 3. Rosella verbo, Angel. Confessio, 1. num. 6. Corduba in Summa Hispanica. Resposta. quæst. 1. & alij multi. Diximus, quando alius Confessarius ignotus commodè haberi non potest, quia, vt notat Soarius allegatus, non tenetur pœnitens expectare longum tempus, vt ignoto Confessario confiteri possit; sed quoties interuenit obligatio præcepti, ait posse, & debere confiteri integrè; neque ob id excusari ab obligatione confitendi ex præcepto; imò addit, etiam si confessio non fit ex præcepto, non esse obligandum peccatorè, vt multum tempus expectet, quòd arbitrio Confessarij relinquatur. Addit eadem Soarius, & bene, si vno die, vel altero tantum Confessarius expectaretur, cui sine notitia complicitis possit confiteri, obligare charitatem ad expectandum illum diem, non amplius: quia charitas non obligat cum tanto dispendio, ad vitandum damnum proximi, si fortè datur, sed tantum cum facile vitari potest. Et Medina supra citatus solum dicit, satis esse illum Confessarium quærere, qui non agnoscat complicem, in quo est perfectio, & concilium, non obligatio, vlla nec etiam ex charitate. Et id docet etiam Gerson in sermone de pœnit. considerat. 4. quare si elaborat iubilæum, aut aliqua Indulgentia, nec etiam vno die expectandus erit Confessarius ignotus.

Probatur hæc vltima sententia, primò, quia in confessione, nūquam datur vera ratio infamiæ aliæ, enim etiam pœnitens seipsum infamaret, confitendo peccata sua: talis enim infamia non est formalis, quia non fit ex intentione infamandi complicem; sed est tantum materialis, & præter intentionem infamandi. Secundò, quia pœnitens habet ius confitendi integrè omnia peccata sua, & omnes circumstantias illorum ex multis titulis quæsitum; primò; ob confusionem propriam; secundò; ob maiorem, & meliorem dispositionem ad gratiam; tertio, vt ei magis remittatur pœna temporalis suorum peccatorum; quarto, vt pro suis peccatis accipiat congruam pœnitentiam, remedium, & consilium; quinto, propter reuerentiã diuini Sacramenti, quòd pœnitentem postulat bene ac perfectè dispositum: dum autem pœnitens sic vitatur iure suo, nemini facit iniuriam, cap. In Ecclesia, de electione nec ei imputari potest, si præter eius intentionem, & per accidens sequatur leuis famæ damnum suo compliciti; quia ipse complex ratione connexitatis criminis, eo ipso, quòd complex illius esse voluit, dum sponte peccauit, huic periculo ac damno se sponte exposuit. Probatur tertio, quia præceptum de integritate confessionis per se obligat, quoties nulla legitima excusatio interuenit: hic autem nulla interuenit: ergo obligat: nam, si aliqua interueniret, esse infamia complicitis apud Confessarium non in se hæc nulla est, quia non est formalis infamia, nec ea infamatio fit ex intentione infamandi complicem; ergo, &c. Quarto, quia reuelare extra confessionem crimè alterius vni, vel alteri cordato viro, qui possunt prodesse, & non obesse, & apud quos ita celabitur, ac si nulli diceretur, non est peccatum mortale, nec veniale, quia nullum patitur detrimentum proximi ex ea reuelatione: quanto ergo magis licitum erit reuelare Confessori propter sigillum confessionis? Quintò, quia hoc sacramentum institutum fuit à Christo Domino ad salutem iudicij: in iudicio autem humano, cum primò iudicij: in iudicio autem humano, cum primò iudicij: constat de delicto, & de persona illud committente, statim ius habet Iudex interrogandi de complice, & circumstantiis illius, quæ necessariae sunt ad plenam cognitionem

Gerson.

9.

cognitionem illius criminis: vnde, cum Confessarius verè sit Iudex in hoc foro diuino conscientie, iustè, & licitè poterit interrogare de complice, vt possit integrè cognoscere peccatum pœnitentis, & pœnitens tenetur respondere, quantum satis est, ad hanc plenam cognitionem; quia est verè subditus, etiam si simul, & in obliquo cognoscat ipse Confessarius personam complicitis: sic etiam in foro extero, qui habet ius accusandi aliquem, potest illum accusare, etiam si necesse sit, personam complicitis indicare: & testis etiam legitime interrogante, tenetur respondere; & reus ipse potest delictum suum fateri coram Iudice legitime interrogante; quantum tale sit, vt habeat pro complice aliquam personam. Et ratio est: quia hæc iurisdictio cadit super crimè, quale quale illud est: illud autem tale est, vt per se habeat coniunctas has personas, & circumstantias, sine quibus cognosci plenè non potest: & pari ratione, qui voluntariè se fecit socium talis criminis, voluntariè etiam, quantum in ipso est, ob societatem, & connexionem illius, se subditit cognitioni talis iudicij, ac proinde ex illo intrinsecè oritur causa iustissima manifestandi totum delictum, etiam si persona complicitis à Iudici cognoscenda sit.

Eodem tamen sigillo tenetur Confessarius reuelare peccatum complicitis, quo peccatum tegere pœnitentis, vt notant communiter Doctores, inter quos est Soarius dicto tomo 4. de pœnit. disp. 34. lect. 5. num. 2. Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 5. Syluester verbo, Confessio, 3. quæst. 6. & reliqui omnes vtriusque sententia: omnes enim supponunt, hanc obligationem in Confessario, vt pœnitens licitè possit peccatum complicitis in confessione reuelare, alioquin si timeat Confessarium reuelaturum: omnes constanter affirmant non teneri, nec posse licitè pœnitentem circumstantiam complicitis explicare: sicut etiam, si ipse pœnitens timeat probabiliter Confessarium reuelaturum aliquod peccatum suum, illud poterit licitè tacere cum proposito confitendi illud alteri, vel ipsi, cessante periculo.

Hæc secunda opinio, vt dixi, est probabilior, vt ex fundamentis, & rationibus illius patet; sed vnam tantum limitationem patitur: ea est, non teneri pœnitentem reuelare circumstantiam criminis, per quam Confessarius in notitiam complicitis sui delicti, veniat, quando ex reuelatione eius circumstantia periculum graue famæ, vel alterius rei grauis complicitis immineret: tunc enim cum concurrant duo præcepta; alterum naturale negatiuum de non infamando proximum; alterum diuinum positium de integritate confessionis, præferendum est præceptum negatiuum, vt pote fortius, & absolutius. Solum animaduertunt Doctores, interdum censeri notabilem infamiam ad detrimentum proximi, si complicitis crimen agnoscat ab vno Confessario, si sit Prælati, quia plus interdum dolet subditus ab vno Prælati Superiore suo, à quo pedit, crimen suum agnosci, etiam in hoc foro conscientie, quam à multis aliis in foro extero, à quibus non pendet, vt optimè notauit Sotus in Relectione de regendo secreto, m. 2. quæst. 2. & lib. 5. de iust. q. 10. art. 2. & Medina in Summa, lib. 1. cap. 14. §. 36. quomobrem ad arbitrium prudentis pertinet expendere, an in eo casu expediat reuelare circumstantiam criminis Superiori Confessori, quia in notitiam complicitis venire possit: si enim Superior morosus fuerit, & suspiciosus, non est negandum graue pati detrimentum subditis, in casu proposito, ob finitram opinionem, quam de suo subditio potest Superior imbiberere: & idèd tacita ea circumstantia crimen poterit reuelare, aut tacito eo crimine reuelare alia: quia tunc non læditur integritas

Sotus.

Med.

formalis confessionis, cum ex inrentione Christi, & pœnitentis, censetur formaliter integra. Et cum Soto, & Medina consentit etiam Henriquez in hac doctrina lib. 2. de pœnit. cap. 9. n. 8.

ipse verò Confessarius Prælati etiam regularis non debet multum inquirere, vrgerè, ac molestiam pœnitenti inferre, vt sibi declaret personam complicitis sui subditij; nec etiam eo fine, vt eum iuuet auxilio: vix enim, moraliter loquendo, contingere potest casus, in quo vel ipse pœnitens per se, vel per alium, non possit prouidere de remedio necessario ad emendationem sui ipsius complicitis; nec Prælati in eo occulto pœnitentiæ foro, maius habet ius inquirendi de subditis, quam vir priuatus; nec magis compellere potest tunc subditum præcepto aliquo excommunicationis, quam alius priuatus Confessarius; nec etiam ei licet prohibere pœnitentem subditum, ne prudentes, ac doctos viros consulat ad quærendum remedium; & iniurius profectò est, si tunc subditio debitam denegeret absolutionem, vel minis, & metu etiam reuerentia terreat Superiores, ne, dum nimis conscientias subditorum mederi volunt, suarum conscientiarum iacturam faciant. Ita docet Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 9. num. 10. & citat ad marginem, littera E, Tabienam verbo, Circumstantias, num. 10. Fratrem Medinam supra allegatum, Margaritam Confessorum verbo, Lacrymabilis, sine, Ioannem de Frisburgo, Dominicanum, in Summa Confessorum, lib. 3. tit. 34. quæst. 89. Rosellam verbo, Confessio, 1. §. 6. & colligitur euidenter ex Palud. in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. 3. ad 2. & clarius dist. 21. q. 3. art. 2. concl. 2. & ex Ionne Medina quæst. de integritate confessionis, & ex Banhes 2. 2. quæst. 33. art. 8. dub. 6. part. 1. concl. 4. vbi ita Caveat Superior, ne confessio ob id fiat exosa. Colligitur etiam ex Richardo dist. 21. q. 2. a. 5.

Animaduertit itaque Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 34. lect. 1. num. 2. & 3. in prima editione, cum multis, quos ibi allegat, reuelare peccatum complicitis in particulari cum aliqua infamia notabili illius, etiam in foro confessionis, absque vlla causa rationabili, esse ex suo genere peccatum mortale: ex causa verò rationabili non esse. Et ratio illius est optima: quia, quando nulla datur rationabili causa reuelandi peccatum proximi, remanet tantum nuda, & præcisè infamia illius: infamare autem aliquem ex genere suo, est peccatum mortale: potest tamen inaduerentia, vel leuitas materiat ab illo excusare; nam, quòd hoc fiat in Confessione, & maneat sub sigillo illius, non ita minuit peccatum, vt non sit mortale: quia hæc infamia non solum est mala propter effectus extrinsecos, quos causat, & secum affert, quando est nota; sed etiam propter effectus intrinsecos, id est, propter pessimum conceptum, quem format ipse Confessarius de illa persona: & tandem potest esse peccatum mortale propter iniuriam, & irreuerentiam Sacramento factam, vtendo illo, vt medio ad infamandum proximum. Causa autem rationabilis reuelandi peccatum complicitis, vel sumi potest ex parte pœnitentis, vel ex parte ipsius complicitis: ex parte pœnitentis causa rationabilis erit, quando ipse pœnitens in confessione suam tantum utilitatem procurat, & suo iure vitatur, non in commodum complicitis: ex parte complicitis causa rationabilis esse poterit, si Confessarius sola sua industria, sine aliqua manifestatione, tollere possit occasionem peccandi, vel impedire aliquod damnum graue proximi: nam propter has, & similes causas licitum est etiam extra confessionem sub naturali secreto occultum crimen manifestare, vt latè probauimus in octauo præcepto

Henrig.

12.

Henr.

Tab. Medina. Mar. Cof. Frisburg. Rosella.

Paludan.

Ioan. Med. Banhes.

Richard.

13.

Soarius.



Decalogi, disp. 2. sect. 7. quantò ergo magis in confessione.

14. Fauter hæc nostra secunda opinio vehementer conscientis rusticorum, qui nò satis noscunt, quid prudenter fateri, quid tacere debeant, nec habent alium Sacerdotem præter vnum Parochum, qui omnes agnoscit. Fauter etiam vehementer conscientis coniugarum, se inuicem abutentium: nam, si tenerentur tacere circumstantiam complicitis, quoties à Confessariis agnoscitur, semper manerent satis dubij, ac inquieti conscientis, & perpetuis scrupulis intricatis, an satis integrè confiterentur, vt doctè arguit Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 9. n. 9. ad medium, & Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 4. part. 2. dub. 1. & 10. n. 276. & 335.

Henr. Petr.

15. Et ex dictis responsum satis manet ad fundamenta contrariæ opinionis. Ad primum respondeo, pœnitentiam non infamare complicem directè, & formaliter, nec illum priuare iniuste bona opinione, quam possidet, erga ipsum Confessarium; sed vti iure suo, & per accidens esse, si aliqua materialis infamia detur præter intentionem pœnitentis. Ad secundum respondeo, verum esse, concurrentibus duobus præceptis, quæ simul seruari non possunt, seruandum esse maius, & fortius, relicto altero minus forti; & maius esse præceptum non infamandi proximum formaliter, quàm præceptum integrandi confessionem, cum illud sit negatiuum, hoc affirmatiuum: nego tamen dari hinc infamiam formaliter; sed tantum materialiter, & per accidens, modo explicato. Ad tertium dico, exempla in eo allata, de eo, qui fratrem Confessarij occidit, aut filiam, vel sororem illius cognouit, non veneri ad rem: quia tunc ea peccata tacentur ob alium finem, diuersum à periculo non integrandi confessionem formaliter, ne, scilicet, scandalizetur Confessarius, & occasione inde arripiat peccandi: in nostro autem casu cessat huiusmodi periculum. Ad quartum similiter responderetur, verum esse frangi ibi duo præcepta: sed dico non frangi formaliter, & ex intentione infamandi patrem, aut matrem, aut illos inhonorandi; sed tantummodo materialiter, & præter intentionem illos infamandi, & inhonorandi, quatenus pœnitens vtitur iure suo, quod habet integrandi confessionem ob propriam vtilitatem, & commodum: sic, qui è carcere fugit, non peccat, quannis inde malum aliquod patiatur carceris custos: vtitur enim iure suo: & qui vrbem iuste concurtit, non peccat: nec frangi quantum præceptum non occidendi; etiam si innocentem aliquem per accidens occidat, vtitur enim iure suo, vt patet, Cætera patent ex dictis.

CAPVT II.

Verum liceat Confessario vti notitia confessionis de licentia pœnitentis ad corrigendum complicem pœnitentis, vel in bonum aliorum.

SUMMARIUM.

Referitur, ac proponitur sententia negans, posse licitè Confessarios de licentia pœnitentis, vti notitia confessionis ipsius pœnitentis ad corrigendos complices illius.

Præfertur, & astruitur sententia verior affirmans.

Finis intrinsecus Sacramenti pœnitentis, emendationis pœnitentis, non excludit finem extrinsecum

emendationis complicitis. num. 3. Quæ circumstantia debeant seruari, vt Confessarius licitè possit complicem corrigere ob notitiam pœnitentis ex confessione habitam, de illius licentia. num. 4.

In quibus casibus id licitum sit. num. 5. Licentia pœnitentis oportet, vt aliquando detur inscriptis. num. 6.

Facilius licebit pœnitenti reuelare Confessario in confessione personam sui complicitis, ad postulandum auxilium, vel consilium. num. 7.

Soluuntur fundamenta prima opinionis. num. 8. Quare possit pœnitens dare licentiam Confessario, vt suum complicem corrigat. num. 9.

Correctio fraternalis iudicialis debet fieri ex notitia certâ, in foro externo; non ita correctio extraiudicialis. num. 10.

Aliud est, posse Confessarium licitè de licentia pœnitentis, emendare illum complicem, aliud ad hoc teneri. num. 11.

Quid, quando persona non est complex pœnitentis, sed est obiectum peccati illius, an tunc possit licitè complex reuelare in confessione, circumstantiam huius persone. num. 12.

Quid, si tunc interueniat circumstantia minuens proprium peccatum. num. 13.

Quæstio in præsentis titulo tacta, est grauissima, & hodie pro vtraque parte satis discussa, oppugnata, & impugnata: quidam enim recentiores acriter negant posse Confessarium licitè, nec etiam de licentia pœnitentis, vti notitia confessionis ipsius pœnitentis ad emendandum complicem vel complices illius propter iniuriam, quæ fit Sacramento. Ita docet Banhes 2. 2. quæst. 33. artic. 8. dub. 6. part. 1. concl. 4. Angelus verbo, Confessio, 1. Rosella. num. 3. Rosella verbo, Confessio, 1. num. 6. Maior in 4. distinct. 21. quæst. 2. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 5. ad 4. & alij. Probant primò: quia, si hoc licitum esset, esset quidem in duobus casibus: primò, ad vtilitatem complicitis, vt, scilicet, correctione, & consiliis ipsius Confessarij emenderetur, & definer molestiam afferre alteri complici pœnitenti: secundò, ob vtilitatem ipsius pœnitentis ad capiendum auxilium, vel consilium, quo se defendat ab ipso complice: at neque ob vtilitatem complicitis, neque ob commodum, & emendationem, aut consilium pœnitentis, licet vti prædicta notitia de licentia ipsius complicitis: ergo intentum: non ob emendationem complicitis, aut vt ab eo accipiat pœnitens aliquam satisfactionem; quia pœnitens non habet ius in famam sui complicitis, vt possit licentiam dare suo Confessario ad eum corrigendum: id enim esset eum infamare apud ipsum Confessarium, quod ex se intrinsecè malum est: non ob vtilitatem pœnitentis: quia, si hoc sciat complex, iustissimè scandalizabitur & apud eum confessio exosa fiet: ergo, &c. Secundò, quia vsus notitiæ confessionis ad effectus ad extrinsecos ipsi confessioni, ad emendationem, scilicet, complicitis, aut, vt ab eo aliqua satisfactio accipiat, non potest fieri sine iniuria ipsius Sacramenti, & sine magno sacrilegio: non est enim negandum, multum derogare sigillo confessionis vsus notitiæ illius ad huiusmodi effectus. Neque pœnitentis possunt licitè dare huiusmodi licentiam, ad loquendum extra confessionem de rebus in confessione auditis, quæ ad tertium aliquem pertineant, qualis est complex sui criminis: repugnat enim hoc sanctitati Sacramenti, & datur, causa vt odiosum, & onerosum fiat hoc Sacramentum hominibus, & vt ab illius frequentatione terreatur: præterea datur causa, & manifesta manifesta, vt Confessarij hac licentia abutantur, cum

Banhes. Angelus. Rosella. Maior. Sotus.

cum iniuria Sacramenti: quæ omnia illius dignitati aduersantur. Regulariter etiam existimabunt complices, Confessarios id facere sua propria auctoritate, absque licentia pœnitentis, vel certè eam ab illo extorsisse, quod in odium redundat confessionis. Probant tertio: quia correctio, vt sit vtilis, & necessaria, debet procedere ex notitia certa, aliàs non potest esse efficax, neque vtilis: notitia autem confessionis non potest esse certa in foro externo, vnde facile poterit complex rem negare, & Sacerdotem ludificare, vt patet. Quarto denique probant: quia peruersio ordinis est, vt mea confessio, quæ ex iure supernaturali & diuino ordinatur tantum in meum bonum supernaturale, & vt in gratiam cum Deo redeam, ordinetur in bonum alienum mei complicitis, & in correctionem fraternali sit inferioris ordinis, non videtur confessio mediâ proportionatum huic fini. Hæc sunt fundamenta istius opinionis, quæ illum satis efficiunt probabilem.

2. Nihilominus secunda opinio, quæ docet, hunc vsum, per se loquendo, & secluso scandalo, esse licitum, de licentia pœnitentis, in graui causa, & seruatis debitis circumstantiis, est communis Theologorum, & Summarum: (quæ autem circumstantiæ debeant seruari, statim dicemus.) Eam tenet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 34. sect. 4. num. 4. in prima edit. Henriquez lib. 2. de pœnitent. cap. 10. n. 2. & 1. Syluester verbo, Confessio, 1. §. 24. Capreolus in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 3. ad 8. contra tertiam conclusionem. D. Antonius 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 1. Armilla verbo, Circumstantia, num. 11. Tabiena ibi num. 10. & verbo, Confessio, 1. §. 4. Nauar. in Summa, c. 7. num. 7. Soncinus in 4. distinct. 21. quæst. 2. conclusio 2. ad 3. Henricus quodlibeto 3. q. 23. Gabriel dist. 17. quæst. 1. art. 2. concl. 5. & alij, cum quibus consentit Summa Astenfis lib. 5. tit. 12. Probant primò: quia vti notitia confessionis de licentia pœnitentis, ad corrigendum complicem illius pœnitentis, non est actio mala de se; quia ordinatur ad bonum finem emendationem, scilicet, ipsius complicitis: nec est huiusmodi medium de se prohibitum: nullum enim Dei, aut hominis præceptum inuenitur, quo prohibeatur: vnde, cum non sit actio de se mala, nec sit prohibita, cur non poterit exerceri? Deinde, non est contra sigillum confessionis: ac proinde, cum non sit contra sigillum, non est iniuriosa Sacramento. Et quod non sit contra sigillum, patet: quia non est contra prædictum sigillum loqui de rebus in confessione auditis, de licentia pœnitentis, quæ spectant ad bonum complicitis: quia Confessarius iam id sciebat ex confessione, & cum ipsomet complice tractandum est negotium sub eodem sigillo: & licet complex id molestè ferat, & ei onerosum videatur; tamen ratione connexitatis criminis, quod sponte commisit, vclit, nolit, se consequenter huic oneri subiecit. Tertio, quia nec propter hoc, absolute loquendo, confessionis Sacramentum fit onerosum, cum leuet onus pœnitentis, & profit proximo, seu complici infirmo; licet è fortè onerosum, & fastidiosum onus videatur: sed irrationabilis est in hoc fastidio, cum ad suum bonum ea actio ordinetur. Hæc sunt fundamenta huius opinionis, quæ eam probabiliorem reddunt.

Soarius. Henric. Syluest. Capreol. D. Anton. Armilla. Tabien. Nauarr. Sotus. Henr. iq. Gaeriel. Astenfis.

3. Dices: Finis intrinsecus huius Sacramenti pœnitentiæ, est iustificatio pœnitentis: emendatio autem complicitis, est finis extrinsecus: ergo irreuerentia fiet Sacramento, si ordinetur ad finem extrinsecum. Respondeo, nullam fieri irreuerentiam Sacramento, si simul ad vtrumque finem ordinetur; priuari quidem ad iustificationem pœnitentis; se-

P. Steph. Fagundes in quinq. præc. Eccl.

cundariò ad emendationem vitæ complicitis, ipsius pœnitentis, cum finis intrinsecus non excludat hunc extrinsecum, vt patebit infra.

Circumstantiæ autem, quæ debent concurrere in hoc negotio, vt debite, & prudenter fiat, hæc sunt Prima est, vt prius pœnitens præmittat correctionem fraternali complicitis, si commodè potest, cum spe fructus, & absque proprio periculo. Hanc conditionem requirit D. Thomas opusculo 12. cap. 6. & Nauarr. cap. 7. n. 7. ita enim ibi D. Thomas: Non licet emendare ex notitia confessionis personam complicitis, nisi saluo ordine correctionis, ergo eo saluo licet. Secunda est, si non possit pœnitens hanc correctionem per se præmittere, & per se illum emendare non deceat, & sit spes profutura admonitionem datam per Confessarium; tunc ea de licentia pœnitentis per Confessarium fieri poterit, quando creditur prodesse, & non obesse. Tertia est, vt pœnitens moneatur, horteturque à Confessario, vt id ipsum sibi extra confessionem dicat, quo possit liberius hac de re loqui: quod si ille nolit, & malit intra confessionem id dicere, tunc id poterit licitè fieri propter bonum complicitis, vt probant rationes secundæ opinionis: modò id fiat cum maxima prudentia, & cautela, & in re graui, & non leui.

Diximus supra num. 1. solum in duobus casibus licitum esse vti notitia confessionis de licentia pœnitentis, vel ad emendationem complicitis, vt scilicet, desistat ab importuna infectione pœnitentis, & tandem emendetur, & vt ab eo pœnitens aliquam satisfactionem accipiat: vel ob vtilitatem pœnitentis ad capiendum auxilium, vel consilium, occulta illa consultatione, & in foro sacramentali habita. In primo casu, quando agitur de emendatione complicitis, & vt Confessor defendat pœnitentem ab importuna illius infectione, vcl, vt ab illo aliquam satisfactionem ipse pœnitens accipiat, censent multi, omnino esse illicitum hac notitia vti ad hunc finem, nisi prius pœnitens reueler personam complicitis extra confessionem: quia iustissimè scandalizabitur complex, & apud eum reddetur odiosa confessio. Et id clamat Banhes 2. 2. quæst. 33. art. 8. dub. 8. Ludouicus Lopez 1. part. Instruct. cap. 36. conclus. 4. & Turrecremata in cap. Sacerdos, de pœnit. & omnes alij citati pro prima opinione num. 1. At reuera quicquid huiusmodi Auctores clament, hoc licitum est, & temeraria erit suspicio de reuelatione sigilli, & iniusta ratio scandali inde accepta: neque enim id complex poterit rectè ratione iudicare, sed tantum acerbitate mouitionis commorus: nam id etiam æquè iudicare poterit, si Confessarij extra confessionem eam notitiam habuerit: cum enim sine fundamento id iudicet, prohibito suo & acerbitate, quicquid voluerit, iudicabit: non est ergo propter hunc timorem scandali omittenda correctio de licentia pœnitentis.

Quam licentiam oportebit interdum, vt Confessarius in scriptis obtineat, ne forte mutatus pœnitens, neget se illam dedisse, & raro per seipsum ferat opem, nisi in defectu alterius, qui id commodè, & vt idocet, facere possit: quauis tamen sapissimè ob temporis angustias, grauitatem negotij, & personarum, non expediat, vt id per alium, quàm per seipsum efficiat: & tunc rem Deo commendat, & caute, & prudenter procedat: non tamen se multum torqueat, ac premar alieno onere, cum periculo honoris sui, & contra sui status decentem grauitatem: nec se statim inuicet ad eam monitionem faciendam; imò, si pœnitens id ab eo petat, iubeat, vt ipse potius complicem corripiat, aut querat virum probum, per quem id efficiat: nam, licet hoc licitè fieri possit

D. Thom. Nauarr. D. Thom.

Primus casus.

Banhes. Lud. Lop. Turrecr.

L. L. 3. pag.

Henriq.

per ipsum Confessarium, sapere non expedit, ut optime monet Henriquez libro 2. de poenitentia, cap. 10. num. 8. & cap. 23. §. 1. Quamobrem cauendum est, ne peratur, vel detur haec licentia sine causa vrgentissima, & grauissima, & in negotio etiam grauissimo.

7. Secundus casus.

In secundo casu, ob poenitentis vtilitatem, ad petendum auxilium, vel consilium facilius, licebit reuelare crimen, & personam complicitis Confessario prudenti, ac probato, qui potest prodesse, & non obesse: vt, dum quis eger consilio, vel auxilio, pro vitando malo, & fugienda occasione peccandi, vel pro exequendo bono, & amplexando statu Religionis, vel matrimonij, quem capit: nam, vt optime docet Henriquez libro 2. de poenitentia, cap. 10. num. 6. ex D. Thoma, & D. Bonauentura, confessionis Sacramentum non solum institutum fuit à Christo Domino, in remedium prateriti peccati; sed etiam in consilium, & cautionem futuri periculi peccandi. Et resolutio huius casus est contentanea, ac conformis doctrinae capitis praecedentis, in quo resoluimus, ob integritatem confessionis licitum esse reuelare circumstantiam personae complicitis; imò & teneri poenitentes eam reuelare, vt ibidem explicauimus. Differt tamen hic casus ab illo primo, de reuelanda circumstantia personae complicitis ob integritatem confessionis: quia hic, dum poenitens petit auxilium, aut consilium, directè, & ex intentione reuelat personam complicitis ad capiendum, circa eam, consilium ipsum, vel auxilium: in alio verò directè, & ex intentione, reuelat peccatum suum, & ex consequenti & obliquo circumstantiam complicitis, sine qua grauitas peccati intelligi non potest.

8.

Restat modò, vt fundamenta primae opinionis soluamus. Ad primum dico, ad emendationem complicitis licitum esse vti notitia confessionis de licentia poenitentis, & posse poenitentem huiusmodi licentiam dare: quia sigillum confessionis impositum est in fauorem poenitentis, cui potest cedere ex causa iusta in bonum proprium: nam sigillum directè est impositum in fauorem poenitentis; indirectè verò in fauorem complicitis: directè enim causa tantum poenitentis est, quae sub sigillo cadit: vnde potest poenitens ex legitima causa, propter suum bonum, narrare Confessario extra confessionem totum factum cum circumstantia complicitis, & dare licentiam loquendi de illo, quando oportuerit: maiori ergo ratione poterit hanc licentiam dare in confessione: quia, si attendamus ad complicitem, maior fauor illius est, vt haec licentia detur in confessione, quam extra illam: quia periculo infamiae illius magis obuiatur propter sigillum Sacramenti, si ad causam Sacramenti, ipsum Sacramentum, quantum est ex parte sigilli, solum postulat, vt secretum seruetur pro iusta voluntate poenitentis. Vnde ex parte iustitiae, & sanctitatis ipsius Sacramenti solum requiritur, vt huiusmodi licentia non detur, cum iniuria complicitis, ad illi nocendum; sed cum iustitia illius in illius fauorem & bonum. Nec inde fit onerosa confessio: cui enim fieri onerosa nisi poenitenti? huic autem onerosa non fit: siquidem ipse est, qui sua libera voluntate vult vt industria Confessoris, ad illum finem, & id ab eo postulat. Et parum refert, quòd id sit onerosum compliciti, qui corripitur: quia irrationabiliter est iniustus: alioqui enim nullus erit corrigendus, ne charitas fiat onerosa proximo. Nec etiam refert, quòd complices scandalizentur: quia hoc scandalum potius est passiuum, quam actiuum; & ideo propter illud non semper sunt opera charitatis dimittenda.

Dices: Licentia poenitentis sufficet in iis, quae ad illum tantum pertinent, ad tollendam obligationem sigilli; non verò in iis, quae pertinent ad personam complicitis: & ideo necessaria erit etiam licentia complicitis; quia etiam de sua re agit, & sigillum quoad hanc etiam partem in fauorem complicitis introductum est: & ideo absque illius expressa voluntate, imò contra illam, hoc fauore priuari non potest. Respondeo, complicitem nullum secretum commisisse Confessario in confessione, vel extra illam; sed solum poenitentem: & ideo licentiam solum à poenitente esse impetrandam; & iniuste quari ea de re complicitem: cum enim ipse complex voluntariè se fecerit socium criminis, velit, nolit, voluntariè etiam, quantum in ipso est, se subdidit cognitioni illius in vtroque foro, poli, & soli si quapropter, cum poenitens ius habeat manifestandi seipsum, habet etiam ius manifestandi circumstantiam delicti, & personam complicitis, vt pater: nam etiam in foro externo, qui habet ius accusandi aliquem de aliquo delicto, habet etiam ius accusandi illum cum manifestatione sui complicitis, quando sine tali manifestatione crimen plene agnosci non potest: iurisdictio enim Iudicis cadit super omne crimen, & extenditur integre ad crimen, & ad omnes circumstantias, & complices illius.

10.

Ad id, quod addebat de correctione fraterna, quae debet fieri ex notitia certa; respondeo, id quidem perexigui esse momenti; quia haec correctio non est iudicialis, sed extrajudicialis: ad quam sufficit notitia confessionis: debet tamen hoc fieri rarissime, vt saepe dixi, & cum maxima cautela. Et vt hoc debite fiat, cauendum est Confessario, ne ipse prior hanc licentiam petat ab ipso poenitente: & praeterea ne illum interroget de persona complicitis, praesens ob hunc finem emendandi ipsum complicitem extra confessionem: sed oportet, vt ipse poenitens sua sponte personam complicitis manifestet, & vt id ab ipso Confessario postulet: causa verò, ob quam Confessarius in hoc negotio non potest poenitentem directè interrogare de persona complicitis, quae, & qualis sit, est, quia exponit periculo poenitentem; infamandi suum complicitem sine causa: potest tamen Confessarius generaliter interrogare poenitentem, an complicitem habeat in delicto, & an indigeat monitione, vt emendetur: & iuxta responsum illius, moneat poenitentem, vt ipse per seipsum, complicitem suum admoneat: quòd si poenitens ostendat causas, & rationes, ob quas non deceat, vt ea admonitio fiat, nisi per ipsum Confessarium, tunc iudicabit Confessarius, an id conueniat decenter grauitati sui status; & personae. Ad id, quòd in quarto argumento addebat, esse peruersionem ordinis, quòd res superioris ordinis, & prorsus diuini, qualis est confessio, ordinetur ad res inferioris ordinis, ad restitutionem, scilicet, famae, & honoris poenitentis, & trahatur ad fines alios, ad quos non fuit instituta à Christo Domino: id quidem nullius est momenti: nam etiam incarnatio Verbi Diuini, quae est superioris ordinis, ordinata fuit ad salutem hominum, quae comparatione ipsius incarnationis diuinae, res est ordinis inferioris. Et verò charitas proximi propter Deum non est finis inferior ipsa confessione, quando vtrunque refertur in Dei gloriam, tanquam in vltimum finem. Praeterea, ipse actus confessionis res est superioris ordinis, & diuini: notitia verò, quae ex illo manet in intellectu Confessarij, quantum ex actu diuino generetur; tamen cum subiectetur in intellectu & subiecto humano, iam humana est, & non est peruersio ordinis

11.

de licentia poenitentis vt hac notitia humana, ad emendationem proximi, vt pater: & docent communiter Doctores. Vnum tamen animaduertendum est, aliud esse, posse licitè Confessarium vti notitia confessionis, de licentia poenitentis, ad emendandum complicitem; aliud ad hoc teneri Confessarium: primum enim saepissime ob graues causas occurrentes potest contingere: secundum rarissime: quia ad primum sufficit, si poenitens per seipsum non possit emendare complicitem, & speret illius emendationem post Confessarij admonitionem: ad secundum verò vltra hoc requiritur, quòd necessitas proximi poenitentis, & complicitis, sit tanta, & tam grauis, vt charitas obliget sub peccato mortali ad hanc opem ferendam, vel per se, vel per alium: posita verò hac necessitate, non tenetur poenitens hoc facere per seipsum, nec Confessarius hoc facere per seipsum; sed vterque id poterit praestare per alium virum probum, qui possit prodesse, & non obesse, data expressa ad id licentia poenitentis: quando autem necessitas tanta sit, vt charitas sub mortali obliget, vel non obliget ipsum Confessarium vti hac notitia ad hac monitionem faciendam, arbitrio prudentis committitur.

12.

Sed quid dicendum est, quando poenitens tale commisit peccatum, quòd non potest plene in confessione explicare, nisi explicando simul Confessario circumstantiam personae, circa quam illud commisit; non, quia illa fuerit socia, & complex sui delicti; sed, quia fuit obiectum illius, v. c. filius matri grauidae ex prauo concubitu, vel patri concubinario, haultum veneni preparauit, propina. uirque? quærimus, an tunc sit confessio, ad pacandam conscientiam, possit licitè filius personam obiectiuam patris, & matris explicare, cum causa, ob quam tale peccatum in eos commiserit. Et hac de re duplex est sententia. Prima affirmat, eam docet Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 5. ad 4. & quaest. 4. art. 5. vers. Occurrit. Gabriel quaest. 1. art. 3. dub. 1. & Mayronius distinct. 21. Imò hac occasione docent etiam huiusmodi Auctores ibidem, integritatem confessionis seruandam esse omnino; & ob id licitum esse Sacerdoti, vt integre confiteatur, si aliter se explicare non potest, reuelare circumstantiam peccati sibi confessi, etiam si Confessarius per eam circumstantiam cognoscat poenitentem, imò & reuelare ipsam personam poenitentis; maxime, si Sacerdos scrupulosus fuerit, vel in articulo mortis constitutus, & aliter conscientiam suam sedare non possit. Sed hoc de confessione improbabile omnino est, & forte erroneum, vt probabimus lib. 6. de sigillo, cap. 1. num. 3. non enim loqui possumus de rebus in confessione auditis, ita vt cognoscatur persona poenitentis etiam in confessione, nisi de expressa licentia ipsius poenitentis: maior enim sine dubio est obligatio sigilli, quam obligatio integritatis confessionis, vt notat Soar. tom. 4. de poenit. disp. 34. sect. 2. num. 14. In alio verò casu, quando persona aliqua non fuit socia ac complex delicti, sed fuit tantum obiectum peccati.

Soarius.

Soarius.

Negar secunda sententia, verior, & probabilior, posse licitè poenitentem alienum peccatum in confessione manifestare, cum circumstantia personae obiectivae, etiam si aliqua species criminis ob id non declaratur: & ideo Doctores antiquos semper locutos fuisse de complice, non de persona obiectivae. Eam tenet Soarius tomo 4. de poenitent. disp. 34. sect. 3. num. 14. Ratio est: quia in praesenti casu cessant causae illae, quae reddebant detractionem illam materialem: quia, quando persona non

est socia & complex criminis, cessat ratio iudicij, & sic non manet Confessarius Iudex talis criminis, & per consequens nec circumstantiae illius, aut personae illud committentis: non enim mater socia fuit, aut complex delicti filij, nec peccatum matris spectat ad peccatum filij in ratione culpae, sed in ratione obiecti: quamobrem, cum peccatum matris in ratione culpae nullam habeat connexionem cum peccato filij, nullum ius habet Sacerdos ad cognoscendum de illo peccato matris, nec de persona matris illud committentis; & consequenter etiam nec poenitens filius habet ius aliquod ad accusandum peccatum suum, explicando circumstantiam obiectiuam personae matris: & sic oportet, vt ipse poenitens suum peccatum explicet, sine reuelatione personae, circa quam illud commisit, quae non fuit socia ipsius, in tali crimine: vnde, si persona, quam filius offendit, & circa quam peccatum commisit, ei veneni haultum propinando, sit pater, aut mater ipsius poenitentis, sufficit, si in confessione dicat, se haultum veneni propinasse, vel tali, aut tali modo peccasse in personam sibi valde coniunctam, atque propinquam. Et hoc animaduertant Confessarij, an, scilicet, persona sit complex, an obiectum tantum sui poenitentis: nam, si fuerit obiectum tantum, non habent ius interrogandi circumstantiam praedictae personae: vnde videant, ne indiffereto zelo excedant, & occasio sint poenitentibus detrahendi in foro conscientiae, qui institutus fuit à Christo Domino ad tollenda peccata, non ad illa committenda: & sic, si personam ab ipso poenitente in confessione interrogauerint, profecto temerariae curiositatis notam incurrent, & eis dici poterit illud Pauli ad Romanos 11. *O homo, quis te constituit Iudicem?* Si tamen per ignorantiam, aut inaduertentiam id fecerint, vacabunt culpa.

13.

Nec refert, quòd aliquando ad minuendam culpam suam oporteat poenitentes explicare iustum dolorem, quem habuerunt, ortum ex peccato personae, quae fuit obiectum peccati illorum: grauius enim sine dubio esset ipsum peccatum, si occidisset filius matrem ex pura malitia, quam ex dolore iusto orto ex prauo concubitu illius; aut si falsò rotorem infamasset, quam si infamasset, manifestando crimen illius occultum: quia circumstantiae minuentes non ita sunt de necessitate confessionis, sicut aggrauentes, vt optime notauit Soar. tomo 4. disp. 34. sect. 2. sine.

Soarius.

CAPVT III.

Vtrum, quando crimen personae obiectivae, circa quam peccatum, fuit publicum in vno loco, possumus licitè in alio illud expresse in confessione declarare, manifestando personam: & soluantur alia dubia.

S V M M A R I V M.

- Proponitur status questionis. num. 1.
Quid sit crimen notorium iure, quid notorium facto. num. 2.
Quid sit crimen famosum, seu rumoribus, ac fama notorium. num. 3.
Reuelare, ac patefacere crimen, quod est publicum, ac notorium in vna parte, notorietate iuris, facti, vel fama; in alia, ubi non est publicum: non est peccatum. L. L. 4.

peccatum mortale contra iustitiam. num. 4.  
 Qui in uno loco est infamis, retinet in alio bonam famam de facto, non de iure. num. 5.  
 Quid, si per iniuriam criminosis sit eius crimen manifestum in una parte, & in alia publicetur. num. 6.  
 An sit peccatum mortale contra charitatem reuelare crimen publicum in una parte, in alia, ubi non est publicum. num. 7.  
 Pars negativa est verior. ibid.  
 Quid, si ex tali reuelatione notabile damnum proximo sequatur. num. 8.  
 Impedire legatum, officium, aut beneficium, quod particularis homo alteri volebat conferre, an sit peccatum mortale contra iustitiam. num. 9.  
 Quid, si per vim, & fraudem id fiat. num. 10.  
 An sit peccatum mortale referre peccatum publicum in una parte, in alia, ubi non est publicum, quando fama, vel illud non erat peruentura, vel sero admodum proponitur sententia affirmatiua. num. 11.  
 Refertur sententia Soti. num. 12.  
 Refertur sententia Adriani. num. 13.  
 Praefertur vera sententia, negans, esse peccatum mortale. num. 14.  
 Soluitur fundamentum Adriani. num. 15.  
 Quid, si aliquis iam sit emendatus. num. 16.  
 Quando crimen fuit publicum in una parte publicitate facti, fama, vel iuris, potest poenitens in confessione explicare licite personam obiectiuam, circa quam peccauit, vel eius crimen, licet inde veniat Confessarius in cognitionem illius. num. 17.  
 Confessarius, quando de licentia poenitentis mouet eius complicem, non debet dicere complici, sed id scire via confessionis. num. 18.  
 Debet cessare, si complex id noget. ibid.  
 Quando res denuncianda vergit in damnum commune religionis, & poenitens de praecepto Confessoris, denuntiationem facit, in quo casu illam possit facere sub sigillo, & in confessione. numero 19.  
 Anticeat in aliquo casu Confessario, monere complicem sui poenitentis in bonum poenitentis, absque expressa licentia ipsius poenitentis. num. 20.

**O**pus est, vt clarè procedamus, explicare statum quaestionis: v. c. crimen concubitus matris, aut fororis, &c. fuit ita publicum in hoc loco, vt omnibus, aut pluribus notum sit, & ob id fuit in iudicio publica auctoritate punitum: filius ei propinquit venenum, in eodem loco: postea in alium locum se confert, ibique domicilium figit, & confitetur: quæro, an in confessione possit licite dicere, se propinasse venenum matri suæ, propter tale, vel tale crimen, quod in alio loco fuit publicum. Et certè hæc quaestio pendet ex illa, vtrum possimus licite, & absque peccato manifestare crimen proximi in vno loco, quod in alio publicum est: & idèd quod in hac quaestione dixerimus, dictum maneat in præsentem.

Notandum ergo in primis est in præsentem quaestione, crimen tripliciter dici publicum: primò, si sit notorium iure: secundò, si sit notorium facto: quò constat per iuridicam sententiam, vel per confessionem ipsius rei in iudicio, vel per legitimam tertium depositionem. Ita Nauarrus in Manuali Latino, cap. 25. num. 73. & Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. Notorium facto dicitur, quod in præsentia multorum fit, vt in loco publico, v. c. in foro, in celebri platea, eo tempore, quo multis innotescere potuit, & nulla tergiversatione celari; vel, quod maiori parti vicinæ passim ob oculos versatur, vt si quis in platea pugnet, vel iurgia mi-

scet cum clamore, vel publicè concubinam domi habeat, & domi filios alar. cap. *Vestra*. de cohabitatione Clericorum, & mulierum. Nauarrus, & Lessius, citati. Notorium etiam dicitur, secundum eundem Nauarrum, & Lessium, citatos, & secundum eundem Nauarrum cap. 25. in Enchiridio, num. 73. quod euidenter notum est maiori parti alicuius congregationis, aut collegij, modò in eo saltem sint decem: itaque scientia pauciorum, quam sex, non facit rem notoriam in eo collegio, vbi sunt decem: neque sex sufficiunt, quando illi non sunt maior pars collegij, aut congregationis, cuius respectu res dicitur notoria, vt animaduertunt Lessius, & Nauarrus, citati. Quicquid autem notorium est respectu alicuius congregationis, aut collegij, non dicitur notorium absolute respectu totius vrbsis, aut parociae: vnde talia crimina non possunt dici absolute publica, sed solum publica respectu collegij, aut conuentus.

Famosum autem dicitur illud, cuius fama ex sufficientibus indiciis orta ad multos pertransit, ita vt maior pars ciuitatis, pagi, viciniae, aut parociae illud norit. Hæc est doctrina communis. Sed Syluester verbo, *Notorium* §. 4. quaest. 4. docet, quòd quanuis parochia (idem diceret de vrbe, aut pago) habeat mille parochianos, & ex illis solum decem sciant, id sufficere, vt res sit notoria. Fundamentum illius est: quia decem faciunt populum, aut collegium: & quia alioquin, si hoc non sufficit, non possit probari notorium in aliqua vrbe, aut in aliquo pago, nisi numeratis omnibus vicinijs, vt maior pars colligatur: quod videtur ridiculum, cum vrbes aliquando infinitos habeant habitatores, & alioqui nihil diceretur notorium in magna vrbe, cum nihil agatur, quod maior pars videat. Et Syluester citat pro se Glossam in cap. *Raynuius*. Sed non est, cur recedamus à communi opinione, quam docent Lessius, & Nauarrus citatis locis, & Panormitanus ad cap. *Vestra*, de cohabitatione Clericorum, & mulierum, num. 16. & Antoninus ibidem, num. 31. quia, vt aliquid dicatur notorium, non opus est, vt sumatur in ordine ad totam vrbe, & vt maiori parti illius notum sit: sed sufficit, vt maiori parti viciniae, aut plateae, aut vici notum sit: quod enim in vrbe fit, in vicinia, platea, aut vico fit. His notaris.

Dicendum est, reuelare crimen, quod notorium est, & publicum, notoritate iuris, facti, & fama eo loco, vbi ignoratur, non esse peccatum mortale contra iustitiam, (an sit contra charitatem statim dicemus.) Ita docent Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. num. 75. Caietanus tomo 2. opusc. 31. responsione 9. Nauarrus in Manuali, cap. 18. num. 26. Maior in 4. distinct. 21. quaest. 2. & D. Thomas in 4. distinct. 19. quaest. 2. artic. 3. ad 1. & 2. Sotus 1. de iustit. quaest. 10. art. 2. Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 286. & alij. Hæc intellige, si sine mala intentione fiat: nam, si ex odio, aut mala intentione id fiat, tunc quidem erit peccatum mortale contra charitatem, vt statim dicemus. Sic, qui dicit in Lusitania, illum, vel illum fuisse in Castella vigis casum à tergo, aut flagellis, etiam si ille in Lusitania sit, & ab illis quidem, quibus id dicitur, agnoscat, non peccat contra iustitiam. Ratio est: quia, quando crimina publica sunt, & notoria notoritate iuris, vel facti, vel famosa, auctores illorum amittunt ius ad bonam famam: nam in primis ipsa euidentia facti, & ratio iusti iudicij eis repugnat, ne possint iuste queri, sibi fieri iniuriam narratione factorum. Et quidem

quidem, si crimina per sententiam sint publica, iniuste queruntur: nam, quod intendunt Iudices, est, vt criminum punitiones ad notitiam aliorum veniant, vt caueant, sic multoties iudicia exercentur in locis ipsorum criminum, & capita eò deferuntur, vt res manifestior fiat, ac proinde non est contra iustitiam ea alibi diuulgare. Si sint publica euidentia facti, seu fama, seu indiciorum, iam sponte videtur cessasse iure suo, quod ad bonam habeat famam: nam eo ipso, quòd non est veritus crimen in publico committere, aut eius indicia dare manifesta, videtur parum curasse, vt sciatur, vel non sciatur alibi; & si postea nolit, parum refert, Secus de eo, qui in aliqua domo coram aliquibus peccat: non enim hic censetur spernere suam famam, nisi respectu videntium. Confirmatur tota hæc doctrina ex consuetudine vniuersi orbis: nullo enim homines iudicant se iniuriam facere, si publica crimina alibi referant, vel litteris ad amicos absentes scribant.

**5.** Oppones, qui in hac vrbe amisit famam, non idèd est alibi infamis: ergo, cum ibi retineat citra iniuriam alicuius bonum nomen, contra iustitiam erit, eo illum priuare. Respondeo, retinere in alijs locis bonam famam de facto, non de iure: postquam enim crimen publicum factum est, amisit ius fame; ita vt nemo ex iustitia teneatur amplius priorem existimationem de illo retinere.

**6.** Sed quid, si per iniuriam crimen occultum, factum sit publicum: v. c. quia per iniquos testes fuit condemnatus sine sufficienti probatione, aut quia ipse confessus fuit in iudicio crimina sua occulta per tormenta? Certè adhuc existimat Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. num. 77. non esse peccatum contra iustitiam: quia, quanuis per iniuriam nemo amittat ius ad suam famam; tamen tu non amisisti tunc ius præcisè per iniuriam formaliter, sed consecutiue, id est, per id, quod ex iniuria sequitur, quod est esse publicum, & manifestum: hoc enim ipso, quòd tuum crimen factum est publicum, ius amisisti, vt homines aliter de te sentiant, quam quod fama publicat: quæ sententia non est improbabilis.

Verùm contrarium dicendum est cum Soto lib. 5. de iustitia, quaest. 10. art. 2. sub quartam conclusionem, & cum Nauarro in Manuali Latino, cap. 18. num. 26. sine, & cum Petro Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 390. Fundamentum est: quia, sicut iniuriosè, & contra iustitiam prima infamia fuit facta; sic iniuriosè etiam, & contra iustitiam publicatur, & continuatur: non enim tractu temporis definit illa actio esse iniusta, quæ à principio iniusta fuit: vnde, cum ipse tali infamiae causam non dederis, si postea infameres, iniustitia tibi fiet. Et ex hac responsione enervatur fundamentum Lessij: nam, quanuis consecutiue crimen aliquoquin verum, sed secretum, fiat publicum, semper ista publicitas fit contra iustitiam, cum ipse causam illius non dederis, ac proinde eadem actio iniusta continuatur: si tamen aliquis post tormenta confessionem criminis ratificaret, sine metu aliorum tormentorum, & sic postea diuulgaretur; tunc quidem verum haberet sententia Lessij; quia tunc iam dedit causam iustæ diuulgationis: nam confessio extorta, ratificata post torturas, & tormenta, sine metu aliorum tormentorum, valet in iudicio: non valet autem, si postea non ratificetur, aut si metu aliorum, aut similibus tormentorum rata habeatur: & idèd non ei adhibetur fides in iure, vt patet ex cap. 1. 15. quaest. 6. & docet Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 8. num. 55. §. 7. *Terzio*.

**7.** Resoluimus, non esse peccatum contra iustitiam, reuelare crimen publicum in vna parte, in alia, vbi non est publicum. Quarimus, an sit contra charitatem: & resolutiue dico: Deregere crimen alienum, quod in vno loco est publicum, in alio, vbi ignoratur, & personis, quæ illud ignorant, sine mala intentione, & animo nocendi, non est peccatum mortale contra charitatem: est autem veniale, siue fama ad eum locum breui sit peruentura, siue post longum tempus. Ita Nauarrus citatus, & Maior in 4. distinct. 21. quaest. 2. & Caietanus tomo 2. opusc. 31. responsione 9. & alij, quos infra citabo. Quòd sit peccatum veniale, docet expressè Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 288. §. *An verò*, & id supponit Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. num. 78. Et ratio illorum est: quia contra rationem esse videtur, infamatum de nouo infamare, & eius vulnera renouare: contristando fratrem. Quòd sit peccatum mortale, si mala intentione, & animo nocendi fiat, non est dubium: quicquid enim ex mortali intentione procedit, mortale est: ex vitiatò enim fonte, vitiatæ aquæ prorumpant, necesse est. Similiter, si ex tali narratione damnum aliquod notabile ei proueniat, siue in eo loco, vbi est infamatus, siue in alio, vbi non est, & ex ea intentione narretur; v. c. si ob id cinentur honores, priuetur bonis, in vincula coniciatur; peccatum erit mortale contra charitatem; modò ea narratio, vt dixi, fiat ex mala intentione, aut si fiat absque bono fine, & causa: nam, si ex bono fine, & causa fiat, & ex illa ea mala proueniant, id erit per accidens, & absque vilo peccato contingeret. Ita docent Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. num. 81. & Petrus Nauarra citatus, & est res certissima: Et ratio est: quia vnusquisque teneatur vitare ex charitate damnum notabile proximi, quando sine vilo, aut paruo suo detrimento id potest facere: narrans autem, vitare istud poterat perfacile, & absque vilo suo detrimento non narrando: non peccaret tamen, si id faceret bono fine, & ex causa; v. c. si interrogaretur in informatione ad sacros Ordines, collegium, officium, aut matrimonium, vel beneficium, quia alter ius habet petendi hanc informationem, & iste teneatur fideliter informare: nemo enim decipere potest innocentem interrogantem, vt subueniat nocenti, licet illi malum inde obueniat: id enim per accidens est, quod informans non intendit: solum enim intendit implere officium debitæ fidelitatis, & charitatis, & sic sincerè debet aperire genealogiam, & infamiam, vel aliam notam publicam, nihil addendo, vel grauando. Ita Petrus Nauarra citatus.

**8.** Sed dubium est, an, cum ex tali narratione damnum notabile alteri sequitur, quod narrans facillè impedire poterat: sine incommodo suo, vel alterius petentis informationem, cessando, scilicet, ab informatione, & narratione; ex mera tamen leuitate & odio narrat; teneatur ad restitutionem ex iustitia, quia non impediuit? Respondeo, non teneari: quia talis infamatio, seu talis narratio infamiae non fit contra iustitiam; sed contra charitatem: ex obligatione autem charitatis non confurgit restitutio iustitiae: nam, cum ipsa actio de se non sit iniuriosa, siquidem eo ipso, quòd crimen est publicum, & notorium per famam, velit, nolit, iam sponte videtur cessasse iure suo; neque iniuriosa erit priuatio boni, quod ex illa sequitur, vt optimè notat Lessius num. 81.

**9.** Dices: Est contra voluntatem illius: ergo est iniuriosa. Respondeo, non valere consequentiam: quia multa sunt contra voluntatem notaria, quæ nobis iniuriosa non sunt, vt patet in eo, qui sine vi,

Nau.  
Maior.  
Caietan.

Petr. Nau.  
Lessius.

Lessius.  
Petr. Nau.

8.

9.

&c



& fraude impedit legatum, vel beneficium, quod tibi alius conferre volebat, & facit, ut sibi, vel alteri amico suo, aut extraneo conferatur, idque absque vlla ratione, solum, quia voluit: is enim nullo modo tenetur ad restitutionem, ut est communis opinio, quam docet Lessius tomo 1. lib. 2. cap. 12. de iniuriis fortunæ, dub. 18. num. 128. ubi sic: *Qui sine vi, & fraude, precibus, blanditiis, muneribus impedit dignum, vel digniorem ab officio, beneficio, & similibus, non tenetur illis ac vllam restitutionem, etiamsi malo animo & odio faciat.* Hæc ille. Et huius opinionis est etiam Nauarrus in Manuali Latino, cap. 17. à num. 69. & Sotus lib. 4. de iustitia, quæst. 6. art. 3. versus finem.

10. Si autem per vim, & fraudem impeditur, tunc tenetur ad restitutionem: quia, quanuis nullum haberent ius ad tale officium, beneficium, vel legatum; habebant tamen ius, ne per fraudem impedirentur: ista tamen restitutio tunc non est facienda ad æqualitatem, sed arbitrio boni viri; tum, quid officium illud, beneficium, aut legatum, nondum possessum erat, sed erat tantum in spe, & fructus in spe minus valent, quam fructus iam adulti, & possessi; tum, quia adhuc erat in id in voluntate alterius, quæ voluntas passim mutari potest: tantum ergo restituendum erit, quantum arbitrio boni viri illa voluntas æstimari poterat. Ita Sayrus in Clavi regia, cap. 3. de restitutione bonorum exterrorum, num. 18. Est hæc doctrina contra Caietanum 2.2. quæst. 62. art. 2. & contra Couarruiam regulam, Peccatum, pars 2. §. 7. num. 8. qui docent, eos, qui quouis modo impediunt dignorem, ut res detur digno, ad restitutionem teneri. Et contra Maiorem in 4. distinct. 15. quæst. 16. qui docet, teneri ad restitutionem, si faciant ex odio: scilicet, si non ex odio; sed, ut sibi, vel alteri consulant. Verum nostra sententia est bona, si loquamur de renuntiatione officij, aut beneficij, quas vnaquæque particularis persona in aliam volebat efficere, & de legato, quod ei volebat testamento relinquere: (nam, si sint officia, aut beneficia Reipublicæ, quæ concursum postulant, fortasse erit aliud dicendum:) primò, quia persona conferens, & legans, non tenebatur ex iustitia conferre, vel legare, ac proinde hæc impediens ex mera voluntate, vel odio, absque fictione, & falsitatis; sed tantum precibus, blanditiis, vel muneribus; non faciunt contra iustitiam: nam, si nullum ius stabile, neque in re, neque ad rem habebant huiusmodi homines ad huiusmodi beneficia, officia, vel legata 31. modo iniuriam pati possunt. Enim verò, si quod habent ius, est ius tantum deambulatorium fundatum in mera voluntate alterius: ex violatione autem iuris deambulatorij non surgit vera obligatio iustitiæ commutatiuæ. Secundò, quia iste dignior ius non habebat, nisi fundatum in mera voluntate collatoris: ergo, si relinquit collatorem in sua mera voluntate, & libertate, nec aliquid facias, quod illius libertati repugnet, non censerebis hoc ius violare; & cum preces, munera, & blanditiæ non repugnent libertati (non enim collator censerebitur iniustus, & inuoluntariè facere, quod ita inductus facit,) nullo modo inferis illi iniuriam, quanuis alioqui pecces contra charitatem, impediendo bonum proximo sine causa, vel ex odio, ut patet.

11. Tota ergo difficultas est, an sit peccatum mortale contra charitatem, detegere, ac manifestare crimen publicum alicuius eo loco, in quem fama communis breui erat peruentura. Lessius citatus n. 78. affirmat, non esse peccatum mortale, quando fama illius delicti breui illuc erat peruentura; esse verò, si fama post longum tempus ad eum locum

tandem tandem peruentura erat. Et eum Lessio consentit Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 295. & 297. qui addit, non solum esse peccatum mortale contra charitatem, sed etiam contra iustitiam: sed non bene. Fundamentum illorum est: quia, si fama illuc breui erat peruentura, non censerebis notabile detrimentum asserere: si autem illuc non erat peruentura, aut non nisi post longum tempus, dicunt esse peccatum mortale, quia iam magnum detrimentum assero. Nec, inquit, refert, quòd ius ad famam non habeat: nam, quanuis ius ad famam non habeat; adhuc sine cuiusque iniuria, & sine fraude illam possidet, in eo loco.

Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 10. art. 2. conclusione 4. fol. 451. distinguit inter crimen in iudicio per iustam sententiam diuulgatum; & inter crimen publicum ex fama, per viciniam, aut urbem: & de primo dicit, non esse peccatum mortale contra iustitiam, & supponit, neque etiam contra charitatem, ex leuitate quadam, sine mala voluntate, & animo nocendi, narrare crimen iuridicè publicum eo in loco personis, quibus ignoratur; quia id intendit Iudex: de secundo dicit, non solum esse peccatum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam; quia ille de iure non est spoliatus sua fama, sed tantum de facto per rumores manifestos, & propter rumores communes nemo perdit ius ad suum honorem, & famam, si domicilium mutet, quia reputatur ibi secretum delictum. Hæc est sententia Soti.

Adrianus verò quodlibeto 11. quæst. 1. absolute dicit, esse peccatum, infamare eum, qui in vno loco est infamatus, in alio, ubi bonum nomen, siue crimen sit publicum per sententiam Iudicis, siue per rumores, & siue breui, siue post longum tempus illuc fama sit peruasura. Primò, quia, licet alicubi quis infamia laboret; alibi tamen illam habet illæsam, & sine iniuria alicuius possidet. Secundò, quia, quanuis quis crimine alicui publico sit infectus, nemini licet illud ei in faciem expuere: ergo minus licebit illum alibi, ubi nescitur, publicato eo vitio infamare.

Vera tamen sententia docet, non esse peccatum mortale, neque contra charitatem, neque contra iustitiam, detegere notorium crimen facti, vel iuris, hoc est, vel per rumores, & famam publicam, vel per sententiam Iudicis, in alio loco, & regione, ubi ignorabatur, & personis, qui nihil de illo sciebant. Ita docet Caietanus tomo 2. opusculo 31. respons. 9. & Nauarrus in Summa Latina, cap. 18. num. 26. & Maior in 4. distinct. 21. quæst. 2. & nihil distinguunt de fama illuc breui, aut post longum tempus peruentura: ac proinde intelligendi sunt hi Auctores, siue fama illuc breui, siue post longum tempus, aut nunquam perueniat. Quæ planè sententia mihi vera viderur: primò, quia, qui in vno loco infamatus est, tam de facto, & per rumores publicos, quam de iure, per sententiam Iudicis, aut confessionem illius in iudicio, ipse causa fuit talis infamiæ, & publicitatis illius, ac proinde ipse sibi debet imputare infamiam, quam in alio loco, ubi crimen nescitur, ex publicatione illius incurrit: vnde non peccat mortaliter, qui illud dicit nescienti: nam, ubi primò ille dedit causam publicitatis criminis, videtur parum curasse propriam infamiam.

Dices: Quanuis ius amiserit ad bonam famam, & parum illam curauerit in isto loco, in quo crimen commisit; tamen non amisit illud in alio: imò, quanuis tam in isto, quam in alio ius amiserit ad bonam famam, adhuc non amisit possessionem illius: possidet enim bonam famam in alio loco sine

sine iniuria alicuius; ac proinde est iustus possessor, & sic saltem erit peccatum mortale illud alibi contra ius possessionem sua priuare: quod est fundamentum Lessij, Soti & Adrianij, quatenus sunt contra nos. Sed ad omnes respondemus, non esse iustum possessorem illius bonæ famæ in alio loco; quia possidet illam sine iure: si enim amisit ius per publicitatem rumoris, cui ipse causam dedit committendo crimen, quomodo cum iure possidebit? Deinde, quanuis possideat sine iniuria, & incommodo aliorum in alio loco; tamen illa potest priuari sine vilo peccato: fama enim est bona multorum opinio, absolute loquendo, non in isto, neque in alio loco, & abstrahit à loco: & sic amissa bona fama & opinio, vbiunque illa amissa sit, & recuperata opinio mala, iam absolute non habet famam, nec illam possidet iuste, ac proinde absolute publicari potest malis.

15. Ad illud, quod addebat Adrianus, minus licitum esse infamare alium in loco, ubi bonum nomen habet, quam ei in faciem obicere suum crimen, in loco, ubi publicum est, negatur: quia contumelia, de se est grauius peccatum, quam detractio; & maior iniuria mihi sine dubio sit, quando res in mea præsentia mihi dicitur, & exprobratur, quam in mea absentia.

16. Licet tamen aliquis fuerit infamis de aliquo crimine, si tamen iam emendatus est, & bonam famam honestè, rectèque viuendo recuperauit, peccatum mortale est contra charitatem, non contra iustitiam, idem crimen, vel apud eos, qui illud ignorabant in eodem loco, vel in alio, ubi nesciebatur, patefacere, & consequenter nulla resultat obligatio restitutionis. Ita Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 10. art. 2. conclus. 4. & Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. cap. 11. de detractioe, & contumelia, dub. 13. num. 82. Esse contra charitatem patet: quia iam acquisiuit bonam famam. Non esse contra iustitiam probatur: quia, etsi ius habeat ad bonam famam, quam ex eo tempore acquisiuit bene viuendo; nunquam tamen acquisiuit ius, ut dicatur fuisse probus, pro illo tempore, quo crimina sua publica fecit: ergo, qui narrat eum olim illa fecisse, non ei facit iniuriam, modò id ea circumspectione enarret, ut non indicet, eum esse malum: si autem aliqui inde accipiant occasionem dubitandi de præsentis probitate, tenetur saltem ex charitate istam suspensionem amouere.

17. Ex dictis in toto hoc capite patet resolutio ad questionem in titulo propositam: nam, si persona illa, quæ fuit obiectum tui peccati, commisit crimen aliquod graue, quod fuit publicum in vno loco, vel publicitate iuris, vel facti, vel quocunque alio modo notorium per rumorem, vel sententiam iuris, ut initio huius capituli explicauimus; & tu propter illud ipsum peccatum publicum, ei venenum propinasti, quia erat, v. c. mater, pater, auus, aut proauus tuus; rectè, & licitè poteris in alio loco, ubi illud crimen nesciebatur, apud Confessarium, qui illud ignorabat, ad maiorem tranquillitatem conscientie, & integritatem confessionis, illud crimen in confessione propalare, etiamsi Confessarius in notitiam illius veniat, qui illud commisit, ex notitia confessionis. Probatur: quia absolute iam est infamis, & idèò nullam ei iniuriam iuris; nec etiam contra charitatem peccas, quia habes ius ad pacificandam conscientiam tuam, & ad plenè integrandam confessionem ad hanc pacem querendam: & sic cum tanto tuo dispendio, & amissione tui iuris, non teneris ex charitate tegere peccatum publicum alterius: charitas enim non obligat cum tanto nostro dispendio, & perturbatione conscientie.

Sapè monui, maxima prudentia, & cautela debere uti Confessarium, quando complicem penitentis de licentia ipsius penitentis monet: ea autem cautela in hoc etiam cerni debet, ne dicat vnaquam complici, quando illum admonet, id sibi notum fuisse ex confessione: & si complex neget, cessare debet, & rem Deo commendare. Similiter etiam debet cessare, si non sit probabilis spes, quòd proderit absque proprio damno, & scandalo. Sic etiam de occultissimis, quæ nullo teste probari possunt, & quæ vnus tantum vidit, aut nouit, potest interdum ab ipso, qui solus vidit, fieri fraternam correctio: & si id reus negat, etiam coram alio monitus, non est res deferenda Prælato, cum probari in iudicio non possit. Ita docent communiter Doctores, D. Thomas 2.2. quæst. 33. art. 8. ad 1. ubi Banges dubitat. 6. Sotus lib. 5. de iustitia, quæst. 4. art. 3. ad 3. & quæst. 6. art. 2. conclus. 4. Abulensis in Math. 18. quæst. 97. Nauarrus cap. 18. num. 60. cap. 25. num. 46. & cap. inter verba, conclus. 6. num. 300. & 303. quos omnes citat, ac sequitur Henriquez lib. 2. de penitent. cap. 10. num. 8. ad finem, in margine, littera R.

19. Potest tamen res denuncianda vergere in detrimentum boni communis Religionis, & penitentis: tunc si parum fidit Prælato, cui ex iussu Confessarij tenetur id denunciare; si quid ei extra confessionem aperiat, vel timeat detrimentum ab eo patri in suffragiis, ubi per concursum, & voca, vel informationes secretas Prælatorum, distribuuntur honores, aut officia Religionis; potest tunc id ei in confessione reuelare, ut Prælatum prudenter se gerat, & ea notitia absque prodicione sigilli videat, si possit rem impedire, & dampnum. Sed hac de re iterum redibit sermo in sequenti libro, toto cap. 2. ubi explicauimus, & videbimus, an Prælati iuari possint notitia confessionis ad politicum regimen Religionis.

20. Ad finem huius capituli rogabis, an aliquando in aliquo casu possit Confessarius uti notitia confessionis, absque licentia expressa penitentis, ad emendandum complicem illius, vel ad impediendum aliquod damnum in bonum ipsius complicis. Et quidem in hac re solus Altiisiodorensis 4. part. tract. 6. cap. 2. quæst. 4. fol. 27. ausus est affirmare, posse Confessarium in bonum penitentis patefacere sigillum confessionis, quando hæc, & nunc, pensatis omnibus, rationabiliter iudicare potest, contentum fore penitentem: v. c. si penitens resti suspendendus sit, aut diuturno exilio plectendus, ob crimen, de quo tamen Confessarius scit ex confessione, penitentem esse falsè accusatum; & scit etiam, se posse eum liberare, si confessionem illius reuelet, manifestando illum esse innocentem. Fundamentum illius est: quia sigillum introductum fuit in bonum penitentis, & in fauorem illius, cui penitens rationabiliter videtur cedere in suum bonum; & idèò tacitè videtur illam licentiam concedere. Et cum Altiisiodorensi aliqua ex parte videtur consentire Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. Capua. num. 14. Et consequenter dicit etiam Altiisiodorensis, posse Confessarium uti notitia confessionis in bonum penitentis, absque licentia expressa ipsius penitentis, ad admonendum complicem, cum ea admonitio cedit in bonum penitentis. Verum, nullo modo hoc est dicendum, & fallitur Altiisiodorensis, ut probauimus lib. 6. sequenti de sigillo, cap. 1. num. 13. & 14. cum torrente Doctorum, nam, quanuis sigillum introductum sit in bonum penitentis, est etiam introductum in honorem Sacramenti: & idèò magis attendendus est honor Sacramenti, quam utilitas penitentis. Et in hoc casu particulari, quod non possit Confessarius

Soarim.  
Sotus.  
Syluest.  
Ledesm.

vti hac notitia confessionis, absque expressa licentia pœnitentis, ad admonendum complicem illius, nec etiam in bonum ipsius pœnitentis, docet expressè Soarius tomo 4. de pœnitentia, disput. 34. sect. 3. num. 2. & 5. & 7. & Soto in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 5. & Syluester verbo, *Confessio*, 3. num. 6. & Ledesma 2. 4. quæst. 10. art. 5. & alij. Et ratio est: quia Confessarius eodem sigillo tenetur circa personam complicis, atque circa personam pœnitentis: omnia enim illa peccata, quæ dicta sunt in confessione, cadunt sub sigillo illius: ergo tenetur Confessarius eodem sigillo tegere personam complicis, quo tenetur personam pœnitentis: peccatum enim complicis, quatenus peccatum est, saltem obliquè est materia confessionis propriè, & idè est materia sigilli: ex ea enim admo-

nitioe fecilè cognoscere poterit complex, Sacerdotem reuelare personam pœnitentis: solum ergo de licentia expressa pœnitentis ea monitio erit licita, nam, interueniente hac expressa licentia pœnitentis, iam non agitur de præiudicio sigilli, quia sigillum introductum fuit in fauorem pœnitentis, & aliunde nulla deordinatio, aut malitia est in tali actu: ergo, per se loquendo, supposita ea expressa licentia, & supposito bono fine, & prudenti modo, bona erit ea admonitio; alioqui verò mala, & illicita, nisi talis licentia detur, & bonus finis babeatur in actu admonitionis. Cætera, quæ hîc desiderari possunt, videantur in sequenti libro sexto, de sigillo, capite primo, numero 13. 14. & 15. & sequentibus, vbi latius explicabuntur.



LIBER



LIBER SEXTVS.

De obligatione sigilli sacramentalis.

**S**EQVITVR, vt de sigillo agamus, & de eius obligatione, & in primis dicemus, quid sit sigillum, quomodo à secreto naturali distingatur, quantum sit eius obligatio, quæ res sub illo cadant, quæ personæ ad illud teneantur; an liceat vti notitia confessionis ad actus externos, & ad neganda suffragia ad honores; quomodo Superiores, & Iudices debeant procedere cum subditis in iis rebus, quarum notitiam ex confessione habuerunt; quibus pœnis subiaceant effractores sigilli. Et quia res admodum est periculosa, & necessaria, & in qua sæpissimè peccari potest, ratio postulat, vt dilucidè, ac distinctè explicetur.

pœnitentis licitam est. reuelacionem sigilli. n. 16.  
Respondetur illorum argumentis. num. 17.  
Quam cautè debeat procedere Confessarius in vsu licentia sibi a pœnitente data, ad reuelandum sigillum. num. 18.  
An prosi testimonium Confessarij de licentia pœnitentis, vt probeatur pœnitentis emendatus in foro externo. num. 19.  
Licentia pœnitentis debet esse liberè data, non sufficit coacta. num. 20.  
Quid, si à pœnitente detur propter metum reuerentiarum Confessoris. num. 21.  
Quid, si ad metum reuerentialem rime accedant. ibid.  
An sufficiat licentia pœnitentis obtenta per preces impetratas, & quid illa sint. num. 22.  
Quomodo constabit de licentia data à pœnitente, an in scriptis requiratur. num. 23.  
Quid, si accusatur Confessarius de reuelacione sigilli, & probare non possit, se habuisse licentiam pœnitentis. num. 24.  
An Confessarius teneatur petere in aliquo casu hanc licentiam à pœnitente. num. 25.

CAPVT I.

Quid sit sigillum confessionis: quomodo à secreto distingatur: & an in aliquo casu infringi possit.

SVMMARIVM.

De fide est dari præceptum diuinum, & naturale sigilli. num. 1.  
An sigillum pertineat ad essentiam confessionis. n. 2.  
Peccant violatores sigilli contra iustitiam, & religionem. ibid.  
Resistantur, qui dicunt, peccare etiam contra obedientiam, ac fidelitatem. num. 3.  
Sigillum unde dictum. num. 4.  
Assignatur differentia inter illud, & secretum naturale. num. 5.  
Viri grauius peccent, effractores sigilli, an violatores secreti naturalis. ibid.  
Quotplex malitia inuepiatur in peccato violationis sigilli. num. 6.  
An ob aliquod, & in aliquo vitæ casu, ac discrimine reuelari possit sigillum. num. 7.  
An infringi possit ad probandum matrimonium. num. 8.  
Impugnatur, qui asserunt, ad probandum matrimonium posse Sacerdotes violare sigillum. n. 9.  
Respondetur ad argumenta contraria opinionis. num. 10.  
Si Confessarius non potest integrè confiteri, nisi manifestando confessionem sibi factam, & personam sibi confessam, an possit tunc eam circumstantiam tace-re. ibid.  
An Summus Pontifex possit dispensare in præcepto sigilli. num. 11.  
An in vinculo voti. num. 12.  
An sigillum violari possit precipiente Iudice, ad liberandum ipsum pœnitentem à suspendio. n. 13.  
Requiritur licentia expressa pœnitentis, non sufficit virtualis ad reuelandum sigillum. num. 14.  
An Confessarius in aliquo casu possit reuelare confessionem pœnitentis defuncti. num. 15.  
Refertur opinio asserentis, nec etiam de licentia expressa P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Soli Hæretici nostri temporis ausi sunt acephalè affirmare, nullam esse obligationem sigilli sacramentalis, nec etiam sacramentalem dari confessionem, & quam hæctenus Ecclesià obseruauit, inuentum esse humanum à pijs abolendum. Est tamen de fide, dari præceptum diuinum, & naturale sigilli confessionis, vt de fide definit Concilium Tridentinum sess. 14. de reformat. canone 6 & 8. cap. 5. sine: semper enim hoc tenuit. & firmiter docuit Ecclesià, & à tempore Apostolorum continua traditione hæc infallibilis veritas emanauit: & quauis ad essentiam confessionis sacramentalis auriculare sigillum non pertineat, quia potest nunc ex grauiissima causa fieri confessio publicè, vt fiebat olim iuxta Concilium Tridentinum dicto cap. 5. de reformat. sessione 14. Confessarius tamen, qui Deum in hoc Sacramento repræsentat, tenetur ex duplici obligatione illud inuolabiliter obseruare: primò, ex obligatione iustitiæ, & iure naturali: secundò, ex virtute religionis, vt docet Soarius tomo 4. de pœnitentia, disput. 33. sect. 1. num. 7 & in prima editione, Syluester verbo, *Confessio*, 3. num. 2. & Henriquez Henr. lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 1. & 2. & parabit statim.

Sigillum non est de essentia Sacramenti; est tamen præceptum quasi connaturale. An Sacramenti vt notat Henriquez citatus in commento littera F, & Syluester allegatus. Sumitur latè, & presè: presè quidem, & vt inferuit Sacramento pœnitentia, in hunc modum definiti potest: *Est inuolatus, & indispensabilis obligatio præcepta à Christo Domino, auctore Sacramentorum, occurrandi ea, quæ in confessione sacramentali dicuntur.* Ita definit Toletus lib. 3. Summae, cap. 16. num. 2. Latè, & in tota obligatione seruandi omne secretum sic potest definiti: *Est obligatio occultandi aliquid sub secreto commissum, vt Nauar. animaduertit Nauar. in Summa Lat. c. 13. n. 1.* fuit autem sigillum confessionis institutum à Christo MM. Domingo,

Concil. Tr.

Domino, & in commodum poenitentium, vt illorum fama consuleretur; & in honorem Sacramenti, vt homines securius, ac fidentius ad illud accederent, tanquam ad secundam, post Baptismum, naufragij peccati tabulam, & necessarium salutis fontem. Ex quo liquet patet, eum, qui sigillum frangit sacramentale, peccare ad minimum contra duas virtutes: primò, contra virtutem iustitiae, quatenus est contra famam proximi: dum enim quis occultus est peccator, iniuste in fama laeditur, quia iniuste & iniuriose priuatur bona fama, & opinione, quam possidet: secundò, contra virtutem religionis, & reuerentiam Sacramento debitam, cui irreuerentiam facit, & iniuriam maximam infert, reuelando illius sigillum, reddendòque hominibus onerosum, ac formidabile. Ita Tolertanus lib. 2. de rest. cap. 4. n. 464. §. Hoc loco. Angelus verb. Confessio. 8. n. 2. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 33. sect. 1. n. 1. & 7. in prima editione Conimbriensi. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 11. de detractone, & contumelia, dub. 9. n. 62. Henriquez lib. 3. de poenit. c. 19. num. 2. Nauar. in Summa Lat. cap. 8. num. 5. immò addit Soarius, duplicem obligationem iustitiae laedere sigilli sacramentalis effractorem, vltra sacrilegium, & irreuerentiam, quam committit: alteram, ratione iniustae spoliationis bonae famae, quam poenitens possidebat: alteram, ratione pacti implicitè celebrati inter poenitentem, & confessarium; quia secretum, quod poenitens illi committit in confessione, est veluti res quaedam magni valoris, & aestimationis, quam illi sub custodia sigilli tradit, & quam apud illam, veluti sub deposito, ponit, quamque ipse Confessarius de iustitia integram seruare tenetur, veluti depositarius rem sibi depositatam.

Tolertan.  
Angel.  
Soar.  
Lessius.  
Henriq.  
Nauar.

3. Alij Doctores addunt, peccare etiam reuelatores sigilli contra praeceptum obedientiae ab Ecclesia impostum in cap. Omnis vniuersae sexus fidelis, de poenit. & remiss. dist. 6. vbi praecipitur annualis confessio, sub sigilli sacramentalis secreto, ibi: *Caveat autem Sacerdos, ne verbis, aut signis, vel quouis alio modo prodatur peccatore n.* Alij asserunt, peccare etiam contra fidelitatem, & charitatem: & hi sunt, Henriquez, Angelus, & Nauarrus citari, & Vivaldus in Candelabro aereo, vbi de sigillo, 1. part. num. 7. ad finem. Verùm, non oportet has malitias multiplicare: quia praeceptum Ecclesiae constituit sigillum intra virtutem religionis; sicut praeceptum ieiunij constituit actum abstinendi à cibo intra virtutem temperantiae; & virtus fidelitatis, & charitatis hic non distinguitur à iustitia; quia charitas est fundamentum iustitiae, & observatio sigilli, in praesenti casu non oritur ex quacunque simplici promissione, sed ex iniusta reuelatione, ac spoliatione famae, vt dixi, & ex pacto implicito includente obligationem iustitiae, vt optime animaduertit Soarius de poenitent. tomo 4. disputatione 33. sect. 1. num. 7. & 13. & 1. in prima editione Conimbriensi.

Vivald.  
Soar.

4. Vox sigilli metaphorica est: dicitur enim sigillum, quasi sacrum quoddam arcanum, quod nemini liceat attingere, vel quasi quoddam signaculum, & operimentum, quo res in confessione dictae intra sacram confessionis arcam aeterna sera clauduntur, ne vnquam manifestentur, indeque extrahantur, nisi de licentia poenitentis: dicitur namque sigillum ea obligatio occultandi, & non manifestandi peccatum in confessione auditum: quia Deus ita regit, ac occultat peccata, quae per confessionem remittit, vt poenitens apud illum conspulta maneat, & aeterna obliuione claudantur, iuxta illud Psalmi 31. *Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reclusa sunt peccata.*

Ex dictis constat, duplex esse sigillum; alterum sacramentale, alterum naturale: non, quòd omne sigillum sacramentale, non sit etiam naturale; sed, quòd non omne naturale sit sacramentale: vnde sequitur, fortius esse sigillum sacramentale, quàm naturale, maioremque, ac fortiore esse illius obligationem, quàm huius; quoniam obligatio sigilli naturalis solum à Deo, quatenus auctor naturae, & idèd à lege naturali in proximorum bonum introducta fuit: obligatio autem sigilli sacramentalis introducta est à Christo, quatenus Deus est, & auctor gratiae, quae per Sacramentum confertur. Vnde patet distinctio inter secretum naturale, & sigillum sacramentale: nam secretum naturale, cum introductum sit in bonum proximi, in multis casibus non obligat, quoties, scilicet, in detrimentum proximi vergit, temporale, vel spirituale, in damnum publicum, & commune: dicitur enim lex naturalis, ne aliis noceamus, sicut nobis ab aliis noceri nolumus: sigillum verò sacramentale, ne iniuria fiat Sacramentis, ita obligat, vt in nullo vitae casu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto orbe ab iniusta conflagratione, infringi possit; imò nec etiam violari poterit, quanuis vniuersa Ecclesia, & fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi sacramentale sigillum reuelerur. Sic docent communiter Doctores, Soar. tom. 4. de poenitent. disp. 33. sect. 1. sub praelo Conimbriensi, D. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. D. Thom. art. 1. Sorus in 4. distinct. 18. q. 4. art. 5. Aletis 4. Sorus. part. quaest. 19. num. 2. alijs quaest. 78. per totam, Aletis. Tolertus lib. 3. Summae, cap. 16. Nauar. in Summa Lat. cap. 8. num. 2. Henriq. lib. 3. de poenitent. c. 19. Nauar. à num. 3. Fumus verb. Confessor, 9. & idem D. Thom. Henriq. in 4. q. 2. dist. 21. art. 12.

7.  
Soar.  
D. Thom.  
Sorus.  
Aletis.  
Tolertus.  
Nauar.  
Henriq.  
Fum.

6. Cum autem duplex, ac geminata malitia in delicto reuelationis sigilli sacramentalis inueniatur, sequitur etiam duplicem culpam mortalem specie diuersam committi à violatore sigilli: alteram, contra religionem, iniuriam Sacramento efficiendo, reddendòque illud odiosum poenitentibus; alteram contra iustitiam, infamando proximum, cuius delictum occultum proditur, & teneri in conscientia praedictum violatorem hanc duplicem, circumstantiam confiteri: sicuti duplicem quoque committit culpam lethalem, diuersam specie, qui frangit illicitè secretum naturale, quod sub iuramento seruare promissit: quia iuramentum trahit peccatum ad speciem peritij: vnde committit peccatum peritij, & peccatum iniustitiae, quae sunt circumstantiae diuersae. Ita & optime Nauar. in Summa Lat. c. 8. num. 5. & Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 19. num. 2. & D. Thom. quodlibeto 12. a. 17. & alij.

6.  
Nauar.  
Henriq.  
D. Thom.

His notatis, sit vera conclusio: Ob nullum vitae casum, qui mente fingi potest, nec etiam pro tuenda fide totius orbis, aut vira Papae, vel Regis, vel pro seruando toto orbe, licitum est reuelare sigillum: adeò, vt si Sacerdos suum peccatum confiteri non possit, nisi circumstantiam aliquam manifestando, per quam personam sui poenitentis, apud Confessarium illam agnoscentem reuelet, teneatur illam circumstantiam, aut peccatum tacere, & reliqua confiteri, cum proposito illam confitendi, cum inuenerit alium Confessarium, qui eam personam non agnoscat. Ita docet Soarius de poenit. tom. 4. disp. 33. sect. 1. num. 18. sub praelo Conimbriensi, Nauar. in Manuali Latin. cap. 8. num. 6. & in cap. Sacerdos, de poenit. num. 166. Syluester verbo, Confessio, 3. num. 2. §. 4. Gutierrez lib. 1. quaest. canon. cap. 11. num. 49. & 50. Tolertus lib. 3. Summae, cap. 16. n. 4. & 3. Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 19. num. 5. & cap. 20. num. 5. Palud. in 4. distinct. 21. quaest. 3. artic. 2. Ledesma. quaest. 10. artic. 1. dub. 7. & artic. 5. dub. 5. Lud. Lopez 1. part. Instruct. cap. 37. Armilla

Soar.  
Nauar.  
Syluest.  
Gutier.  
Tolert.  
Henriq.  
Palud. in.  
Ledesma.  
Lopez.

Armilla.  
Vega.

Armilla verbo, *Circumstantia*, num. 11. Vega lib. 4. casuum, fol. 195. casu 43. Fundamentum praeceptum huius rei est iuxta Soarium perpetuus vltus, & traditio Ecclesiae, quae semper confessionis sigillum inuolubiliter obseruauit. Et ratio huius tanrae obligationis est iniuria, quae fieret Sacramento, si aliquando reuelari possit illius sigillum: fieret enim odiosum hoc Sacramentum poenitentibus, & iuste homines ab eo detererentur, illudque formidarent. Secundò, quia obligatio seruandi sigillum, est praeceptum quoddam diuinum, connaturale fini huius Sacramenti: & idèd, sicut posito praecepto diuino percipiendi Sacramentum, connaturale praeceptum est habere dispositionem dignam, ad tale Sacramentum requisitam, ita vt in nullo vitae casu licitum cuique sit, indignè Sacramentum accipere: ita in nullo vitae casu licitum erit frangere praeceptum sigilli confessionis, absque licentia poenitentis, iustissima de causa data. Tertio, quia ad diuinam prouidentiam pertinet, prouidere via alia praehignatis incommodis, ne tantum, ac tam vile Sacramentum pereat: peribit autem sine dubio, si vel exiguum foramen, ac ostium huic Sacramentum aperiamus.

8.

Hinc patet, qualibet atrocissima tormenta subeunda potius esse Confessariis, quàm vel in minima re venialis, in particulari dictis, vel factis, hoc sigillum violari: & ad id teneri sub diuino praecepto, iuxta Doctores allegatos. Docuerunt verò olim nonnulli Auctores, posse licitè violari sigillum sacramentale in iudicio forensi, ad probandum coniugium, aut matrimonium fuisse contractum; aut impediendum, si inualidè contraheretur. Ita existimauit olim Ludou. Romanus in l. *Si non specialis*, C. de testament. col. penult. dicens esse ad hoc Glossam singularem in cap. *Tua nos*, de sponsalibus, verbo, *Confiteri*, & Iason in l. 1. §. *Huius studij*, ff. de iustitia, & iure, col. 2. & in l. *Patre furioso*, ff. de his, qui sunt sui iuris, & Cassan. in consil. 1. versu, Ad 2. num. 17. Verùm illorum opinio est falsa omnino, erronea, & reprobanda, vt optime ostendit Couar. 2. part. epitom. cap. 8. n. 9. & 10. per multos, quos ibi allegat: imò, etiam si Sacerdos apud Iudicem sigillum confessionis frangeret ad probandum matrimonium contractum, aut impediendum contrahendum, non est ei habenda fides, vt docet idem Couar. allegato loco, & Baldus in l. *Archigeronae*, C. de Episcopali audiens, quem ibi sequitur Paulus de Castro, & Felinus in cap. 1. de except. col. 1. & Ripa in tractatu de peste, §. *Vltima*, num. 104. constat enim notitiam illam, ac scientiam, quam Confessarius habet ex confessione, omnino occultam esse, ac diuinam, & nullum habere commercium cum iudicio forensi: nec Glossa in dict. cap. *Tua nos*, quicquam asserit de reuelando sigillo; sed tantum dicit, confitenti dissentium matrimonij in foro poenitentiae credendum esse; non autem in forensi iudicio: & idèd haec Glossa magis aduersatur Doctoribus eam allegantibus, quam patrocinator, vt animaduertunt Couar. citatus, & Fortunius in l. 1. §. *Huius studij*, ff. de iust. & iure, col. 5. & Ripa citatus num. 107. Si autem nec pro probando matrimonio licita est reuelatio sigilli, nec etiam erit pro illo impediendo, cum eadem sit ratio.

Roman.  
Iason.  
Cassan.  
Couar.  
Couar.  
Bald.  
Paulus.  
Felin.  
Ripa.

Couar.  
Fort.  
Ripa.

9.  
Mayron.  
Gabriel.  
Sorus.

Patet etiam, improbabilem esse opinionem Mayronis distinct. 21. & Gabriels quaest. 1. art. 3. dub. 1. & Soti in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. vers. *Occurrunt*, afferentium, licitum esse Sacerdoti, vt integrè confiteatur, si aliter se explicare non possit, reuelare circumstantiam peccati sibi confessi; licet ex ea deueniat in cognitionem poenitentis, maxime si Sacerdos sit admodum scrupulosus, in articulo mortis constitutus, & aliter conscientiam P. Steph. Fagundes. in quinque praec. Eccl.

suam sedare non possit, nisi omnia manifestando. Et in hoc casu articuli mortis, & scrupuli conscientiae, hanc opinionem defendit olim Sorus in publico actu Salmanticae; repugnantibus tamen, ac contradicentibus multis viris doctis, vt testatur Henr. lib. 3. de poenit. cap. 20. num. 5. in commento, littera O. Et fundamentum Soti erat primò, quia non est certum, maius esse praeceptum sigilli, quàm integritatis confessionis: secundò, quia non videtur violatio sigilli, si Confessarius, cum licentiam poenitentis absentis habere non potest, confessionem reuelat, seu potius errorem suum in confessione commissum reuelet, dicens, se quendam simoniacum, aut excommunicatum absoluisse à casu seruato, à quo eum absolueri non poterat, etiam si sciat huiusmodi excommunicatum agnosendum esse à Confessario, cui confitetur, praesertim in mortis articulo, in quo quis tenetur salutem suam certam reddere meliori modo, quo potest, maxime, quia id non reuelat homini, sed Dei ministro, qui tenetur ad idem sigillum: nec videtur grauis infamia proximi, cum debeat id habere gratum, ne ista pereat: nec datur periculum diuulgationis, quia solus primus Confessarius habet ius reuelandi propter periculum mortis, & instantem necessitatem integritatis confessionis, quae vrget.

Henriq.

Sed ad primum fundamentum Soti, & Gabriels respondeo, maius esse, ac fortius praeceptum sigilli, quàm praeceptum integritatis confessionis, cum in multis casibus confessio materialiter dimidiari possit, in nullo autem sigillum violari: & licet de sigillo esset minus praeceptum, est tamen magis necessarium in Republica Christiana, ne Sacramentum confessionis reddatur hominibus formidabile, atque odiosum. Ad secundum respondeo, illam exceptionem horae mortis non esse admittendam, cum sit contra torrentem Doctorum: & idèd, qui sic errauit, si non potest habere Confessarium, cui sine periculo reuelationis sigilli confiteatur, tute posse confiteri alia peccata, & tacere circumstantiam, ob quam poenitens agnosci possit à Confessario, cui confitetur, quoad usque reperiat alium, cui omnia sine periculo manifestationis personae sibi confessae, dicere possit. Et ita docet Nauar. uarrus in Manuali Latino, cap. 8. n. 6. Tolet. lib. 3. Tolet. Summae, cap. 16. Syluester verbo, *Confessio*, 3. §. 8. Syluest. Led. 2. part. q. 8. art. 2. dub. 13. Supplementum lib. 2. de poenit. cap. 12. Rodrig. tom. 1. Summae, cap. 55. Suppl. concl. 12. n. 15. editione 2. Banhes 2. 2. quaest. 33. art. 8. dub. 8. part. 3. vers. *Tertia ratio*, Capua lib. 1. dec. Banhes. aur. cap. 23. n. 3. vbi citat Scotum, Adrianum, Paludanum, & dicit esse communem omnium. Hi enim omnes affirmant absolute, si Sacerdos non possit peccatum suum confiteri, nisi manifestando peccatum poenitentis, aut circumstantiam illius, per quam Confessarius veniat in notitiam personae sibi confessae, teneri eam circumstantiam, vel peccatum in confessione silere, donec alium Confessarium inueniat, cui sine periculo id possit aperire: Henriq. verò lib. 3. de poenit. cap. 20. n. 5. expressè non admittit casum horae mortis, & Confessoris scrupulosi, cum sit ea doctrina contra torrentem Doctorum, & cum tacita tunc ea circumstantia possit Sacerdos alia peccata sua confiteri: sic enim fit tunc confessio formaliter, & per se integra: & in eo loco remittit se Henriquez ad cap. 19. eiusdem libri tertij, de poen. & ibi num. 5. ad marginem, in commento, littera X. ait. Sotum postea in alio publico actu negasse argumentis pressum, se serò oppositum huius nostrae doctrinae asseruisse: & hanc ille doctrinam tenuit in lib. de regendo secreto, memb. 3. q. 4. concl. 5. dub. 2. & tandem concludit Henriq. esse temerariam opinionem Soti num. 9. allegari, MM 2 quia

Nauar.  
Nauar.  
Ledesma.  
Rodrig.  
Banhes.  
Capua.

Henriq.



quia temerarium est contra torrentem Doctorum opinari.

11.

Ad eo vero iure diuino indispensabili obligat hoc praeceptum sigilli sacramentalis, vt nec etiam Papa circa venialia in confessione audita possit in illo dispensare, nec dum alius Superior, etiam ex quacunque re grauissima: itaque praeter poenitentem, qui licentiam dare potest magna ex causa, nullus Superior dispensare potest in obligatione sigilli: & ideo si Papa praecipiat sub excommunicationis sententia reuelationem alicuius rei cadentis sub sigillo, ei non est parendum, nec excommunicatio ligabit. Ita Syluester verbo, Confessio, 3. n. 2. Henriquez lib. 3. de poenit. c. 19. num. 6. & num. 2. & 3. Nauar. cap. 8. num. 2. Sotus de regendo secreto, m. 3. quaest. 4. conclus. 1. Panormitanus in cap. Dilectus, de excess. Praelatorum. Richardus in 4. distinct. 21. quaest. 1. artic. 5. Vivald. in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 11. & D. Thom. in 4. distinct. 21. Nec est inconueniens, posse aliquem hominem priuatum in praeceptis diuinis plus quam summum Pontificem; nam nihil repugnat, posse aliquem dare licentiam contra ius diuinum in iis, quae ius diuinum praecipit in fauorem dantis: sic possunt homines facere, vt sibi non restituantur res furto ablatae, quarum sunt veri domini, quod summus Pontifex facere non potest, cum de iure diuino sit, vt furtum restitatur. Ratio vero, ob quam Papa in praecepto diuino dispensare non potest, varia est. Panormitanus citatus in cap. Dilectus, eam assignat, quod Sacerdos in actu confessionis est Vicarius specialis Christi; Papa vero generalis: specialis autem Vicarius quoad illud speciale negotium sibi demandatum maior est, ac dignior generali, vt patet ex cap. Studisti, de officio delegati. A posteriori ratio esse potest: quia, si Papa dispensare potuisset, aut alius Praelatus, iam tot saeculis labentibus dispensassent, cum Principes optet maximè suam iurisdictionem in praxi ampliare. A priori vero ratio esse potest: quia non repugnat, Christum instituisse legem indispensablem: & de facto legem sigilli instituit, & ita decebat, vt Sacramentum confessionis, de se factis durum, ac difficile, facile ex hac parte redderetur: sic etiam legem mortis, & iudicij extremi indispensablem Deus condidit, iuxta illud Psalmi 134. Praeceptum posuit, quod non praeeribit, & iuxta illud Pauli ad Hebraeos 9. littera G. Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium.

Syluest. Henric. Nauar. Panorm. Aichard. Vivald. D. Thom.

12.

Dices: De iure diuino est obligatio voti, & iuramenti, & tamen Papa dispensat ex causa iusta in illis: ergo etiam dispensabit in sigillo confessionis. Respondeo, esse diuersam rationem: quia iuramentum, ac votum sunt quaedam vincula, quae cadunt sub rem promissam, vel iuramento, vel voto confirmatam: vnde ratione materiae potest summus Pontifex dispensare in voto, vel iuramento: at vero materia sigilli est indispensable, vt haecenus probauimus. Vnde ex parte materiae maiori vinculo obligat sigillum, quam votum, vel iuramentum, licet vtraque obligatio sit iuris diuini: quod patet euidenter; quia secreta naturalia, etiam iurata, & voto confirmata, in multis casibus tenemur reuelare, quoties, videlicet, in damnum vergunt proximi, spiritali, vel temporale; quia nullum iuramenti, aut voti vinculum obligare potest contra charitatem proximi: at vero sacramentale sigillum ob nullum casum etiam haereticus potest Confessarius reuelare. Ita docet Syluester verbo, Confessio, 3. n. 13. & verbo, Secretum, §. 1. Saÿrus in Clauis regia, de rest. bon. exter. lib. 1. c. 4. n. 4. Nauar. c. 18. num. 3. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. detract. & conumelias, cap. 11. dub. 9. n. 57. Henric. lib. 3. de poen. c. 19. n. 5. Si tamen constet, naturale secretum nulli esse

Syluest. Saÿr. Nauar. Lessius. Henric.

praedicio, nullus teneretur, etiam iubeat, & sub excommunicatione praecipiente Praelato, illud reuelare: in dubio autem, regulariter loquendo, obediendum est Praelato, vt docet Sylu. verb. Testis, §. 8. & adhuc discrimen est; quia sigillum sacramentale est naturale praecipuum finis, ac institutioni Sacramenti confessionis, & spori occultissimi illius: vnde iam hic foris omni modo non diceretur occultus, si in aliquo casu illi gesta reuelari possent, vt patet.

13.

Sed quid, si iudex externus, ad liberandum reum a suspendio, vel morte, rei veritatem scire cupiens, petat a Confessario, vt veritatem sibi aperiat. Respondeo, ad eo esse sacram, & inuolabilem obligationem sigilli, vt nec etiam in bonum poenitentis, & ad eum a morte liberandum possit Confessor illius confessionem reuelare. Ita docent communiter Doctores, Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 19. n. 6. in commento, littera B. Nauar. c. 8. Summae Latin. num. 2. Soarius tom. 4. de poen. disp. 33. sect. 1. n. 17. sub praelo Conimbricensi, Toletus lib. 3. Summae, cap. 16. num. 5. contra solum Altrifiodorensem 4. part. tract. 6. cap. 2. quaest. 4. fol. 27. qui solus ausus est affirmare, in bonum poenitentis posse Confessarium reuelare sigillum, quando hic, & nunc, consideratis omnibus, rationabiliter iudicari potest, contentum fore poenitentem. Fundamentum illius est: quia sigillum introductum fuit a Christo Domino in gratiam, ac bonum poenitentis; vnde de licentia illius reuelari potest: quisque enim cedere suo fauori potest: & ideo tacite videtur poenitens eam licentiam concedere in suum bonum. Et cum Altrifiodorensi aliqua ex parte videtur consentire Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. num. 1. 4. Sed, quantum sigillum introductum sit ob fauorem poenitentis immediate: attamen ex primaria Christi intentione institutum fuit in venerationem, & gratiam Sacramenti: & ideo non tam attendendum est commodum poenitentis, quam ipsius Sacramenti ratio, ac veneratio. Præterea, quantum in particulari casu gratia sit huic poenitenti reuelatio sigilli, id est per accidens; quia, absolute loquendo, semper odiosa omnibus fidelibus manet reuelatio illius: sic cessante in vno casu particulari sine legis, non ideo cessat absolute illius obligatio. Ita respondet Soarius dicta disp. 33. sect. 1. n. 17. de poenit. tom. 4. Medina fol. mihi 115. Ledesma art. 4. dub. 8. & art. 5. dub. 2. Henric. lib. 3. de poen. c. 23. §. 1. vbi dicit, non posse Confessarium vti licentia tacita, & praesumpta poenitentis, sed requiri formalem & expressam liberè, ac sponte datam.

Henric. Nauar. Soar. Toletus. Altrifiod.

Capua.

Medina.

Henric.

14.

Hinc colliges, non sufficere quacunque licentiam virtualem poenitentis ad reuelandum sigillum confessionis: sed requiri formalem, atque expressam. Ita Henric. citatus modo n. 3. sine Medina, & Ledesma, & Auctor annotationum in Toletum, lib. 3. Summae, cap. 16. num. 4. verbo, Ex licentia, & ita Perrus Soto lect. 11. de confessione. Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. n. 11. & 13. Soarius tom. 4. de poenit. sect. 5. n. 14. sub praelo Conimbricensi. Couarr. 2. p. epitomes, c. 8. n. 11. Sotus in relect. de regendo secreto, q. vlt. concl. 5. memb. 3. Nauar. in c. Sacerdos. n. 15. Ioannes Medina tract. de confess. fol. 124. disp. de licentia contentis. Et de hac licentia expressa intelligendi sunt omnes, qui dicunt, illam requiri, & non explicant expressam, vel tacitam. Quare, si Confessarius, etiam in bonum poenitentis, reuelet sigillum, poenitentis reuelantibus a iure canonico impositas incurret. Et ratio est iam supra tacta: quia, quantum in particulari rationabile sit putare, hic, & nunc, & in particulari casu sufficere tacitam licentiam poenitentis; tamen id cederet in manifestum contemptum huius Sacramenti: sepius enim contingeret, ob rationabiliter suspicatum licentiam tacitam, sigillum

Henric. Medina. Ledesma. Tolet.

Perr. Soto. Capua. Soar.

Couarr. Medina.

sigillum Sacramenti violari, & sic contemptui, ac despicatui eius religio incipiet haberi.

15.

Si tamen poenitens moribundus Confessario suo dixit in confessione, vt suis haeredibus post mortem suam dicat, vt talem, vel talem rem restituant suo domino; id poterit Confessarius licite efficere; non ex eo fundamento, quod in hoc casu sufficiat licentia facta defuncti poenitentis, vt male existimauit Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. n. 1. 4. sed ex eo, quod in eo casu expressa licentia iam detur, vt optime notauit Nauarrus in Manuali Lat. cap. 17. n. 23. prudens tamen Confessarius melius efficit, si ab eo poenitente moribundo, cum id sibi commendat, licentiam petat ad reuelandam confessionem illius; aut, si illi suadeat, vt eam rem, tanquam legatum, creditoris suo, testamentum relinquat.

Capua. Nauar.

16.

Est adeo vera doctrina haecenus tradita, vt sint multi Doctores, qui dicant, nec etiam de licentia poenitentis expressa posse Confessarios sigillum confessionis reuelare; & consequenter dicentes, nec posse poenitentes licite eam illis dare, nec Confessarios illam licite ab illis perere. Et subinde dicunt, si opus sit poenitentem alioqui extra confessionem de rebus in illa auditis, vel ad corrigendos errores, si quos commisit, vel quacunque alia de re, debere Confessarium rogare poenitentem, vt extra confessionem sibi omnia peccata confessa enarret; vel, vt iterum apud se eadem confiteatur; & sic in hac posteriori confessione errata prioris corrigat, ac emendet: & hi sunt, Alensis 4. p. q. 78. membr. 3. Scotus in 4. dist. 21. q. 2. ad 1. Almaynus ibid. q. 1. sine, Aureolus, & Durandus ibid. q. 4. Maior. ibi q. 3. arg. 3. Gabr. ibid. q. vnica, art. 3. dub. 4. & expressè Angel. verbo, Confessio, §. 5. & non duplicet hæc sententia omnino Couarr. 2. p. epitom. c. 8. num. 11. nam, quantum ille contrariam sequatur; concludit tamen ibi: Opinor Christianam religionem, & Sacramentum poenitentiae potius expedire, hoc confessionis secretum, nec ex consensu poenitentis reuelandum esse, nec summus P. in cap. Significasti, quod multum urget pro alia parte, approbat praedictam reuelationem de consensu expresso, nec ibi constat illud fuisse confessionis Sacramentum. Hæc ibi Couarruias. Et fundamentum horum Doctorum est, primo, quia praeceptum sigilli est de iure diuino: incommodum autem est, vt homo priuatus, qualis est poenitens, in praeceptis diuinis dispenderit. Secundo, quia Confessarius ea, quae via confessionis scit, scit vt Deus: ergo non potest poenitens ei dare licentiam, vt loquatur vt homo; quia iam foris internus poenitentiae mutabitur in externum, & foris poli in forum soli ad arbitrium poenitens. Tertio, quia, licet possit poenitens cedere iuri suo; non tamen potest cedere iuri Sacramenti, cum hoc sigillum sit introductum ex primaria Christi institutione in religionem Sacramenti; & secundario vero in fauorem poenitentis.

Alensis. Scot. Almayn. Aureol. Durand. Maior. Gabriel. Angel. Couarr.

17.

Sed ad hæc fundamenta ita respondeo. Ad primum dico, hanc non esse proprie dispensationem, cum dispensatio requiratur iurisdictionem in dispensante; sed esse mutationem materiae praecepti diuini: sensus enim praecepti sigilli est, vt hoc sigillum seruetur iuxta voluntatem poenitentis: sic vnusquisque homo potest mutare materiam praecepti diuini, & naturalis restitutionis sibi debita, in materiam gratiae, remittendo debitum liberaliter: & ideo per expressam licentiam poenitentis mutatur materia sigilli in materiam non sigilli, vt optime docet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 33. sect. 5. n. 8. sub praelo Conimbricensi. Ad secundum dico, Confessarium non ita scire vt Deum, quin de licentia poenitentis non possit loqui vt homo: subicitur enim notitia confessionis in intellectu humano, & ibi veluti intra arcam clauduntur, cuius P. Steph. Fagundes in quinque praec. Eccl.

ius clausus est apud poenitentem, in cuius libera potestate est hanc arcam aperire, vel non aperire. Ad tertium respondeo, praeceptum sigilli proxime, & immediate esse positum in fauorem poenitentis, ne illius fama propter reuelationem sigilli periclitetur; principaliter vero, & ex primaria intentione Christi esse positum propter honorem, ac religionem Sacramenti: quando vero Confessor loquitur de licentia poenitentis, nihil derogatur religioni Sacramenti; quia praeceptum sigilli illius sub ea conditione conditum fuit vt non nisi de licentia expressa poenitentis rumpetur: ex iustissima causa data: vnde, quando poenitens eam licentiam concedit, non tam cedit iuri suo, quam vnusquisque sibi concessit, & conseruat illum, vtendo illo licite ac honeste: nam, sicut est honor Sacramenti, vt Sacerdos nihil loquatur sine licentia poenitentis; ita est honor illius, vt de licentia poenitentis de illo loquatur, vt egregie notauit Soarius tom. 4. de poen. disp. 33. sect. 5. num. 8.

18.

Oportet autem, vt Confessarius in vsu huius licentiae sit admodum cautus, ne illam excedat, cum extendi non possit ultra verba concedentis: similiter oportet poenitentem esse cautum in ea danda, ne forte in damnum complicitis eam concedat; & interdum expediet illam restringere ad circumstantias tantum peccati, & id etiam sub conditione, vt Confessarius non dicat nisi vni, & sub eodem onere sigilli; quia res transit cum suo onere: & aliquando, si etiam opus fuerit, oportebit illam concedere de nudo facto, & peccato, tacitis circumstantiis, dando, videlicet, eam sub conditione, vt non manifestet, qui ei dixerit, nec tempus, nec locum, sed nudum factum, quantum satis est pro vitando damno, aut consilio petendo. Et hanc licentiam reuocare poenitens poterit, quoties voluerit, antequam Confessarius illam exequatur; quia semper pendet à libito concedentis: poterit, inquam, illam reuocare absque vlla causa; quia dominus est illius actus: sic, qui oeconomo pecunias dispensandas, ac distribuendas dedit pauperibus, poterit, quoties voluerit, illam reuocare; quia dominus illarum est. Ita docet Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 23. num. 2. Nauar. cap. Sacerdos, de poen. distinct. 6. à n. 154. Nauar. & 127. Soarius tom. 4. de poenit. disput. 33. fact. 5. Soar. num. 7. initio.

17.

Sed dubium hic est graue, vtrum, scilicet, testimonium Confessarii cum licentia expressa poenitentis datum valeat, vt in foro externo probetur poenitens emendatus de crimine commisso publice, aut publico scandalo. Affirmant communiter Doctores. Ita Nauarrus in Summa Lat. c. 27. n. 43. Nauar. & 272. Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 23. n. 2. sine, Henric. Vega lib. 5. casu 9. post medium, & in Summa lib. Vega. 2. c. 12. Soarius tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 5. à Soar. num. 20. & apertius num. 466. sub praelo Conimbricensi, & Angelus verbo, Excommunicatio, ad finem; quantum iura, quae profert, id non satis probat: Syluest. verbo, Excomm. §. n. 26. Medina lib. 2. c. 12. Syluest. ad finem, Lud. Lopez & Doctor. Micael à Costa, Medina, quos citat Henriquez allegatus, Gutierrez lib. qq. Gutier. canon c. 2. n. 9. Felinus in c. Testimonium, de testi. Felinus, n. 36. in Repertorio verbo, Emendatio, fol. 41. col. 2. ad finem.

18.

Eadem quaestio est, vtrum absolutio pro foro poli excommunicato data ei pro foro solibari facta parte. Affirmant Soarius, & Vega modo allegati: vbi asserunt, excommunicatum vitandum, quod certum quid non satisfecerit, posse absolui in foro poli ab ea censura tempore iubilaei, vel satisfacta parte; vel depositam intra dies, quibus durat, accipere; & iudicè non posse postea illum cauillare.

Card. Nau. Henrig. Cord.

si viderit eum rem diuinam audire, si habeat testimonium schedulæ Confessarij: quia credendum est. Confessario in hoc casu. Et ita docet etiam Cardinalis consilio 2. de testibus, ad finem. Nauarrus consilio 51. num. 4. tit. de sentent. excom. vbi probat: Iudices non teneri illum sic absolutum vitare in foro externo: & idem docet etiam Henriquez loquens de excom. lib. 1. de pœnit. cap. 10. num. 5. fol. 422. pag. 2. & Corduba in Summa, quæst. 20. puncto 3. & Henriquez item lib. de Indulgent. 7. cap. 13. num. 2. ad marginem, littera V. & id clauer ex Motu proprio Pij V. in Iubilæo anni 1568. cuius hæc sunt verba: Declarantes insuper, tam presentes, quam alias quascunque super concessione similibus, aut dissimilibus Indulgentiarum à nobis, & prædecessoribus nostris hæcæntis emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas, litteras, Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientia duntaxat, non autem in foro fori, nisi satisfecerint, vllatenus suffragari. Hæc ibi Summus Pontifex. Vbi vides, prodesse ex mente Pontificis absolutionem excommunicationis pro foro interno, in foro externo, si pari satisfactum fuerit, aliter non. At verò Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 2. num. 17. docet omnino contrarium, non esse, videlicet, credendum Confessario asserenti, aliquem ab excommunicatione absoluisse: quia obstat iuris regula, quæ clamat, excommunicatum remittendum esse ad suum Iudicem excommunicatorem, qui, causa cognita, eum absoluet; sicut, causa cognita, eum excommunicauit: obligatio enim, per quas causas oritur, per easdem tollitur. Cæterum hæc regula procedit de absolutione data ab alio Iudice aequali in foro externo, non autem in nostro casu fori interni. Couarr. verò in cap. Alma mater, 1. part. §. 11. num. 16. & lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 3. & 6. & Perez lib. 1. tit. 8. lib. 8. ordinamenti, col. 2. in additionibus, & Simancas de cathol. inst. titulo 8. num. 18. & Ledesma 2. part. 4. q. 26. art. 1. ad finem, affirmant, non prodesse absolutionem in foro interno datam pro foro externo: dicendum tamen existimo, apud Iudicem, rigorosum non prodesse; apud Iudicem verò benignum prodesse, & sic procedere sententiam ex Iudicis benignitate, non rigore.

Couarr. Perez. Simanc. Ledesma.

20

Necesse est etiam, vt licentia pœnitentis libere, & spontaneè detur, & obtineatur, non vi, non coactè, sed sine iniuria, sine dolo, & coactione: quia, si inuoluntaria fuerit, erit inualida; & quia per iniuriam extorta; & quia fiet iniuria Sacramento; & sic verè, ac propriè violaretur sigillum. Ita docet expressè Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 33. sect. 5. n. 14. Henrig. lib. 3. de pœnit. cap. 23. §. 1. Nauarr. c. Sacerdos, dist. 6. num. 158. Graphis lib. 1. decif. aur. cap. 23. n. 15. Viuald. in Candel. aur. vbi de sigillo, n. 13. D. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 4. art. 2. Bonau. & Richard. quos refert ac sequitur Angelus verbo, Confess. 8. n. 5. Nauarr. item cap. 8. n. 15. in Manuali Lar. & alij communiter.

Soar. Henrig. Nauarr. Graphis. Viuald. D. Thom. Bonauent. Richard. Angel.

21.

Similiter inualida erit licentia, & propriè effingetur sigillum, & incurrentur pœnæ à sacris Canonibus impostæ, si per metum reuerentialem Confessarij, vel alterius personæ obtineatur prædicta licentia ab ipso pœnitente, vel per preces importunas. Sic Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 23. §. 1. sine: & de metu reuerentialem idem docet etiam Graphis modò allegatus, quatenus ait, non debere hanc licentiam dari in ipsa confessione, quod intelligo, ne ob metum reuerentialem Confessoris coactè detur. Nauarrus etiam hoc de metu reuerentialem docet in cap. Sacerdos, distinct. 6. num. 151. & idem à fortiori docebat illi, qui dicunt, vota professionis in Religionibus metu leui & re-

Henrig. Graphis. Nauarr.

uerentiali emissa, ipso iure naturæ & diuino esse irrita: & hi sunt, Nauarrus in Manuali Latino, cap. 22. n. 51. & latius in commentario 2. de regularibus, num. 31. & 67. Rodriguez tomo 2. Summa, cap. 8. num. 10. & 9. Glossa in cap. Presens 10. quæst. 3. verbo, Parrem. Ludouicus Romanus leg. Si ob turpem, num. 12. ff. de condit. ob turpem causam. Menchaca lib. 1. illust. quæst. cap. 35. n. 17. iuncto n. 19. Couarr. 4. decretalium, 2. p. c. 3. §. 6. n. 7. & 8. & alij, quos citat Sanchez lib. 4. de matr. disp. 6. n. 17. Facit pro hac parte id, quod ait Menochius de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 136. num. 7. quatenus ait, solam præsentiam maioris, metum reuerentialem inducere, vt rescindantur contractus: & quanuis ad irritationem votorum, & contractuum non sufficiat solus metus reuerentialis, qui oritur ex præsentia parentum, aut Superiorum, quibus non audemus contradicere, nisi ad eum metum accedant minæ, negatio victus, aut vestitus, verba aspera, & huiusmodi signa externa, vt docet Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de contract. in genere, cap. 17. dub. 6. n. 35. sine & lib. 2. de voto, cap. 40. dub. 1. n. 8. & Azor lib. 1. c. 15. q. 6. & Couarr. 2. p. de spõsalibus, c. 3. §. 6. à n. 5. sibi contrarius, & Sanchez lib. 4. de matr. disp. 6. n. 18. & lib. 4. Decalogi, cap. 3. n. 14. & Lopez 1. p. Instruct. cap. 45. col. 3. vers. Non impedit. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 4. colum. vltima, & Saverbo, Merus, n. 3. hi enim omnes, & alij docent, non sufficere metum reuerentialem, qualis datur in filia, vel filio erga patrem, in vxore erga maritum, in famulo erga dominum, in vassallo ergo Regem, aut Dynastam, in pupillo ergo tutorem, in pœnitente erga Confessarium, vt voca sunt ipso iure naturæ irrita, nisi ad illum accedant alia signa externa, vt minæ, iniurias, negatio rei necessariæ, & alia huiusmodi: tamen hoc non procedit in nostro casu licentiæ pœnitentis ad reuelandum sigillum confessionis: in illo enim sola præsentia, & auctoritas Confessarij, sine minis, & vultum inuersionibus, sufficit ad inducendum metum reuerentialem, & vt non valeat licentia data cum eo metu ad reuelandam confessionem; tum propter reuerentiam, quam omnes solem habere erga Confessario, quæ sine dubio excedit reuerentiam filiorum in patres; tum propter reuerentiam Sacramenti, ne paulatim illius religio deperat. Tenebunt etiam à fortiori hoc, qui dicunt, metum reuerentialem irritare promissiones merè gratuitas, & liberales in foro conscientia: quia confessio illa reuelationis merè gratuita, & liberalis actio videtur: & hi sunt, Molina tomo 2. de iust. disp. 267. §. Item promissio, & Azor tom. 1. lib. 1. c. 7. §. Tertia, regula. Rebellus 2. p. lib. 18. de promiss. q. 1. art. 7. Syluester verbo, Restitutio, 2. §. 7. Lud. Lopez 2. p. Instruct. cap. 30. §. Donique, & cap. 49. §. Porro & hic & Sanchez modò allegatus, idque, siue huiusmodi metus leuis, & reuerentialis sit tota causa promissionis, vt docet Sanchez lib. 4. de matr. disp. 9. n. 4. siue si conditio, siue qua non fieret promissio, vt docet Molin. allegatus. Dixi, in foro conscientia; quia aliter dicendum est in foro soli: ius enim civile, vt lites præscindat, non concedit in casu metus reuerentialis actionem, nec contractus rescissionem, cum metus leuis facili negotio probetur in foro externo; non tamen per id ius civile intendit liberata promissorem ab obligatione restitutionis, vt optime probat Sanchez lib. 4. de matrimonio, disp. 9. num. 4. Sic in iactone intra dimidium iusti pretij, ius civile, ad evitandas lites, denegat actionem in foro externo; non tamen approbat eam læsionem, ac deceptionem, ac proinde tenetur decipiens in foro conscientia restituere, vt docent Sanchez, & Molina allegati.

Nauarr. Rodrig. Glossa. Roman. Mench. Couarr. Menoch. Lessius. Azor. Couarr. Sanchez. Top. Valent. Sa. Molina. Azor. Rebell. Syluest. Lop. Sanchez. Viuald. Syluest. Graphis. Soarius. Capua. Aldret. Decius. Lopus.

Idem

22. 23. 24. 25.

Idem quoque dicendum est de licentia obtenta per preces importunas: non enim sufficit ea licentia data per easdem preces; imò addo, si huiusmodi preces iterentur Confessario, repetanturve, iam incutere metum grauem cadentem in pœnitentem, virumque conitatem, vt offendit Sanchez lib. 4. de matr. disput. 6. num. 5. quia professio religionis, & matrimonium contractum per preces importunas, simul cum metu reuerentialem, inualida, ac irrita sunt, vt de voto professionis probat idem Sanchez lib. 4. Decalogi, cap. 3. num. 14. & lib. 4. de matr. disput. 9. num. 18. & num. 4. & Couarr. in 4. decretalium, 2. part. cap. 3. §. 6. sine, & Veracrux 1. part. Speculi, art. 8. post. 7. conclusionem, & constat ex cap. Petio, de inreueriando, vbi habetur, iuramentum, quod Antiochianus Princeps extorsit, non esse seruandum. Vbi Innocentius statim in principio, & Ioannes Ardr. ibidem, num. 2. ita dicunt, extorsit, scilicet, per preces importunas. Si verò sint huiusmodi preces importune adhibite, non à Confessario, sed ab alia persona, tunc dico sic: Vel huiusmodi persona est ex eorum numero, cui metus reuerentialis debeatur: vel non: si est, non sufficit licentia expressa per huiusmodi preces obtenta, quia iam non liberè, nec sponte, sed coactè datur, imò extorquetur. Sunt autem preces importunæ illæ, propter quas quis magis vult rem peritam concedere, quam ipsi precibus fatigari, vt docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 10. de iniuriis in corpus proximi, dub. 2. num. 14. Et hoc tenebunt etiam illi, qui docent, teneri dotare, vel ducere puellam illos qui illius copiam assecuti sunt precibus importunis: & hi sunt, Nauarr. in Manuali Latino, cap. 16. num. 16. Corduba lib. 1. quæst. q. 13. dicto 4. & 7. Syluest. verbo, Luxuria, quæst. 5. Caietanus 2. 2. quæst. 154. quia huiusmodi preces respectu lenium puellarum habent vim coactionis: quorum opinio est valdè probabilis, licet Lessius modò citatus num. 17. & Petrus Nauarra. lib. 2. de rest. c. 3. num. 445. & Ledesma 2. 4. q. 18. a. 2. contrarium existiment, nisi ad huiusmodi preces accedat saltem metus reuerentialis, qui tamen, vt iam diximus, non est necessarius in nostro casu sigilli sacramentalis, cum propter sanctitatem Sacramenti minor coactio requiratur ad extorquendam hanc licentiam: oportet enim hoc ostium sigilli, silentij pessulo obtrudere, ne despiciatur haberi tantum Sacramentum incipiat: & idè ad effugiendum hunc metum reuerentialem, consulunt Doctores, vt hæc licentia extra confessionem petatur, vt Viualdus in Candelab. aur. 1. p. vbi de sigillo, num. 14. Syluest. verbo, Confessio, 3. num. 2. §. 3. Graphis lib. 1. decif. aur. cap. 23. num. 15. Necesse est etiam, vt in vsu huius licentiæ verè eo modo, quo constare potest, fuisse illam verè concessam à pœnitente, vt tollatur omne scandalum: constabit autem ex dictis Confessarij: neque enim exigenda est à pœnitente in scriptis, quia, vt docet Soarius tom. 4. de pœnit. disput. 33. sect. 5. num. 14. id valdè periculosum est, ac onerosum pœnitentibus, & res est de se publica: & cum Soar. idem docet Capua lib. 1. decif. aur. cap. 23. num. 15. Aldret tamen lib. 2. de religiosa disciplina, cap. 19. §. 1. num. 6. existimat, hanc licentiam in scriptis petendam esse à pœnitente, ne, si Sacerdos accusatus fuerit de reuelatione sigilli, detrimentum patiat. Sed hanc opinionem Aldreti probare non possum: quia in dubio, an ea reuelatio fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum est testimonio Sacerdotis, non pœnitentis, vt docet egregiè Capua citatus num. 16. & Decius c. 1. de except. num. 27. & Lopus allegatione 94. &

Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 19. num. 10. & Henrig. Panormitanus in cap. Omnis vniusque, sexus fidelis. Panormis de pœnit. & remiss. distinct. 6. quia id cedit in religionem Sacramenti, quod offensum, ac violatum non creditur: & quia in dubio præsumendum est pro Iudice, est enim Sacerdos Iudex in actu confessionis. Si quis autem accuset Confessarium de reuelatione sigilli, ei incumbit probatio. Et verò si Sacerdos probet, se aliunde, quam ex confessione rem agnouisse, eius probationi standum est, vt communiter omnes Auctores docet, quia pro illo est præsumptio. Sic docet Aldretus lib. 2. de religiosa disciplina, §. 1. num. 7. Soarius statim citatus num. vltimo, Syluester verbo, Confessio, 3. num. 5. Viualdus in Candel. aur. 1. p. vbi de sigillo, num. 39. Felinus in cap. Testimonium, num. 35. de testibus. Anton. Gabr. tit. de testibus, concl. 28. n. 2. Mascardus de probat. concl. 1286. Capua, & Lopus numero præcedenti allegati. Si autem testes assererent, Confessarium reuulisse sigillum, & de licentia constare non possit pœnitentis, & Sacerdos electa via excusationis, quod id aliunde, quam ex notitia confessionis sciuerit, se defendat, & id in iudicio probare non possit, tunc quidem credunt Hostiensis, & Panormitanus, quos refert, ac sequitur Angelus verbo, Confessio, vlt. num. 21. & Syluester Angel. verbo, Confessio, 3. num. 5. & D. Thom. in 4. distinct. Sylu. 21. quæst. 3. art. 2. ad 1. & Tabiena verbo, D. Thom. Confessio, §. 16. & Nauarr. in cap. Sacerdos, num. 163. Tab. & Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 33. sect. 8. sine, Nauarr. sub prælo Conimbricensi, & Farmacius tom. 2. Soar. quæst. 51. à num. 95. & Menochius lib. 1. de præsumt. quæst. 89. n. 26. puniendum esse Sacerdotem, Farin. sed non pœna ordinaria Canonum, sed mitiori arbitrio Iudicis. Dubitabis tamen, an Confessarius teneatur petere licentiam ab ipso pœnitente, ad obuiandum malo, quod pœnitens alteri tercio vult patrare; & an pœnitens eam teneatur dare, & an absolendus sit, si eam negauerit. Respondeo in primis, teneri pœnitentem desistere à malo monitis Confessarij: & si non vult desistere, & Confessarius prudenter, ac rationabiliter ex confessione iudicat, pœnitentem ad finem perducendum id, quod machinatur animo, tenetur ex charitate licentiam ab eo petere ab obuiandum malo, tacito ipsius pœnitentis nomine; quam licentiam tenetur pœnitens ei concedere, & ex charitate in seipsum, & ex iustitia in proximos, cum iniuste velit alteri damnum inferre: semper autem iniuste infert, cum persona sit priuata, & ad eum non spectet delicta punire: quod si nec monitis acquiescere, nec à malo desistere, nec facultatem concedere ad obuiandum malo velit, non absoluat cum, & rem Deo commendet, certus, quod Deus, propter inuiolabilem sigilli obseruationem, de remedio providebit, vt infra latius dicemus.

Aldret. Soar. Sylu. Viuald. Felinus. Gabr. Mascard. Capua. Lap. Hostiens. Panorm. Angel. Sylu. D. Thom. Tab. Farin. Menoch.

CAPVT II.

An Episcopi, & Prælati Religionum inuari possint notitia confessionis ad externum regimen: & supposito, quod possint, an ad id teneantur, & in quibus casibus: proponitur sententia affirmans, cum omnibus suis corollariis, quam non sequimur.

S V M M A R I V M.

- Licet Confessarius, absque reuelatione sigilli, ea reuelare, qua extra confessionem sciunt.* num. 1.
- Propositur sententia affirmans.* num. 2.
- Ex illa sequitur, posse Praelatos, & Superiores ex noticia confessionis fieri prudentiores in regimine externo.* num. 3.
- Possunt Praedicatores vitia in communi reprehendere, qua ex noticia confessionis sciunt.* num. 4.
- Quas poenas incurran Praedicatores, qui in concionibus Praelatis detrahunt.* ibid.
- Potest Confessarius negare poenitentem, si ex confessione sciatur poenitentem, illum petere ad occidendum ipsummet Confessarium.* num. 5.
- Potest poenitens eidem Confessario amplius non confiteri, si sibi in confessione detegat, se non esse Sacerdotem.* ibid.
- Potest Sacrum non dicere, aut mutare vinum, si ex confessione sciatur, sibi venenum esse preparatum.* ibid.
- Potest Episcopus ex noticia confessionis negare dimissionis indignis, si tamen eas iam dedit, non potest impedire Ordines.* num. 6.
- Potest in hac opinione Praelatus ex eadem noticia negare suffragia ad honores.* num. 7.
- Item ad beneficia.* ibid.
- Fallit, quando vnus longè aliis dignior indicatur.* ibid.
- Possunt Superiores priuare subditos ob noticiam confessionis, officiis ad nutum amouibilibus.* num. 8.
- Potest Confessarius mutare sententiam, & non instituire haereditatem, & non resignare beneficium, quando ex confessione aliquem cognouit indignum.* num. 9.
- Possunt generales Ordinum mittere in Indiam, qua sito colore, Superiores locales, quos ex confessione sciunt, ex officio ansam peccandi assumere.* num. 10.
- Possunt Parochi in ista opinione negare Eucharistiam eis, quos ex confessione indignos agnouerint, si occurrere petant, non publice.* num. 11.
- Idem de quolibet alio Sacramento, & Sacerdote etiam non Parocho.* ibid.
- Contrarium sequimur in cap. sequenti.* num. 4.
- Possunt Confessarii monere Inquisitores, & Praetores urbis, ac Principes in generali, ut sibi, & reipublica prospiciant, si haereticos, aut proditiosos ex confessione futuris sciunt.* num. 12.
- Possunt in hac opinione Praelati Religionum ex eadem noticia confessionis negare licentiam subditis excedendi.* num. 13.
- Quid in ea dicendum est, quando contrahentes quarimonium stipati ad contrahendum adcedunt, si ex confessione sciatur Parochus, inuadit, aut indignè contrahere.* num. 14.
- Quid tenendum sit.* num. 16.
- Supposito, quòd hac opinio sit bonas an Parochi, & Superiores teneantur illi vri, & negare suffragia ad honores eis, quos ex confessione sciunt indignos, proponitur sententia affirmans.* num. 18.
- Affirmatur negans.* num. 19.
- Respondetur fundamentis contrariae opinionis.* ibid.

D. Thom. Soarius.

**A** Nte omnia notandum est, in omni opinione licitum esse Confessariis derogare peccata, qua in confessione audiunt, si aliunde extra confessionem illa sciunt, dummodo nihil certius affirmet, quam ex alia noticia agnoscat: quia alias sigilli violatores erunt, ita communiter Doctores, D. Thomas in 4. dist. 27. quaest. 3. artic. 3. vers. Respondet. Soarius tomo 3. de poenit. disput. 33.

sect. 3. num. 7. in praeo Conimbricensi. Maior in 4. distinct. 12. quaest. 3. Henriquez lib. de poenit. Henr. cap. 22. §. 1. Nauarrus in cap. Sacerdos, de poenit. Nauar. distinct. 6. à num. 124. Sanchez lib. 3. de matrim. Sanc. disput. 16. num. 2. vers. Confirmatur. Et ratio est: quia confessio non priuat Sacerdotem iure antiquo, quod habebat, loquendi absque offensione sigilli sacramentalis de rebus, quas extra confessionem sciebat, siue ante confessionem, siue post eam, illas aliunde sciat: sicut enim ipsa confessio non ei tribuit ius nouum ad loquendum; sic non aufert antiquum. Deinde quia aliis insignis via pareret latrocinii, fraudibus, & insidiis: possent enim fures, & praedones in Ecclesiis, praesentibus Confessariis, furta exercere, & statim ad illos accedere, & peccata confiteri, ut ipsi testes non sint: quo quid absurdus? Et verò est adeò vera, & communis haec sententia, ut procedat non solum de iis, quae Confessarius sciebat ante confessionem; sed etiam post confessionem, ut speciatim notantur Capua lib. 1. decif. aur. cap. 23. num. 28. Syluester verbo, Confessio, 3. §. 5. num. 2. prope finem, & D. Thomas in 4. dist. 2. quaest. 3. art. 3. & factae rationes idem conuincunt: nam, sicut confessio non priuat Confessarium priori noticiis, ita nec posteriori, cum vtraque ad forum soli pertinet: unde in testem vocatus Sacerdos, tenetur, quicquid extra confessionem scit, dicere, siue ante confessionem, siue post id sciat, dummodo nullam circumstantiam magis reuelet, si fortè illam ex confessione agnouit.

His notatis, est quaestio grauissima, vtrum possint Confessarii, & Praelati, vti, noticia confessionis ad regimen externum absque violatione sigilli sacramentalis: Qua de re bipartita est opinio. Prima affirmat, maximè in rebus gratuitis, & sic in gratuita electione ad superioratum, vel officia, & honores domesticos Religionis, posse Superiores tuta conscientia, vel quolibet alios eligentes, & suffragia ferentes, negare eis suffragia, quos nouerint ex confessione indignos, & illos amouere ad officia amouibilibus Religionis: secus verò, quando officium est perpetuum, vel ad tempus certum durabile; quia tunc, cum quis ad ea officia ius habeat, non potest ab illis amoueri, nisi ex ista causa in foro externo cognita. Ita docet Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 23. num. 3. Alensis 4. part. num. 78. art. 1. membr. 2. ad §. D. Thomas in 4. distinct. 21. quaest. 3. art. 1. quaestione. 1. ad 3. & quodlib. 6. art. 13. D. Bonauent. in 4. distinct. 21. in 2. part. vbi agit de sigillo confessionis, art. 2. quaest. 1. num. 62. Scotus ibid. quaest. 2. art. 3. & 4. Durand. in 4. distinct. 5. quaest. 5. Paludan. in 4. distinct. 21. quaest. 3. artic. 3. num. 60. Gabriel ibidem quaest. vnica, artic. 3. dub. 1. Alfidorensis lib. 4. tract. 6. cap. 3. quaest. 4. vers. Queritur. Capreolus in 4. distinct. 21. quaest. 2. art. 3. ad §. Gandauensis quodlib. 8. quaest. 29. licet communiter pro opposita sententia falsò allegetur. Adrianus in 4. de Confess. qu. 5. post. dubitationem nominam, & in paruis voluminibus fol. 61. col. 1. Summa Confess. titulo, de confess. quaest. 94. D. Antonius 3. part. titulo 14. cap. 12. §. 2. & titulo 17. cap. 22. §. 1. Medina tract. de confess. one, quaest. De his, Medina. que à Confessore cellanda sunt. §. Coralarie sequitur. ad finem. Victoria in Summa de Euchar. num. 80. fine. Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. artic. 5. ad finem, vers. De his autem subditorum officio, & de regendo secreto, membr. 2. quaest. 4. post quintam conclusionem, dub. 1. & ibi Corduba in addit. ad Sotum, Ledesma 2. 4. quaest. 10. art. 5. dub. 4. Soarius de Eucharist. quaest. 80. art. 6. dist. 67. sect. Soarius. 3. Bartholom. Ledesma de poenit. dub. 32. concl. Bart. Ledesma.

Lop. Cap. Vivald. Rodrig. Rebuff.

Syluest. Tabiena. Turrec. Nauarr.

Capua. Sylu. D. Thom.

Henriq. Alensis. D. Thom.

D. Bonau.

Scot.

Durand.

Palud.

Gabriel.

Alfidorensis.

Capreol.

Gandau.

Adrian.

Syluest.

Sotus.

Ledesma.

4.

Corduba.

Ledesma.

Soarius.

Bart. Ledesma.

7. ad

7. ad medium, Lopez 2. part. Instructorij, cap. 96. dub. 1. sine. Capua lib. 1. decif. aur. cap. 23. num. 6. & 7. Vivald. in Cand. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 29. Rodrig. tomo 1. Summae, in 2. edit. cap. 68. concl. 6. num. 6. Rebuffus in cap. Omnis, de poenit. §. Sufcipiens reuerenter. vers. Ut aut non debet. fol. 52. Rosella verbo, Confessionis celatio, num. 2. Syluester verbo, Euchar. 3. quaest. 5. §. 7. Tabiena verbo, Confessionis celatio, num. 5. Turrecremata in cap. Sacerdos, de poenit. distinct. 6. art. 1. num. 10. & ibi Nauarrus num. 146. Probatur primò, quia, sicut confessio non tribuit ius nouum Confessariis; ita non aufert antiquum: sed non audita confessione poterant Confessarii, ac Superiores liberè eligere, ferre, vel non ferre suffragia pro isto, amouere, vel non amouere ab officio amouibili; mutare de loco in locum, & non ministrare eis Sacramenta in eo casu, quo ad id non tenebantur: ergo non possunt hoc iure priuari per noticiam confessionis; alioqui confessio tolleretur Confessariis pristinam libertatem. Probatur secundò, quia, si Confessarius non audiuisset confessionem, irrationabiliter conueneret poenitens, si ei negasset suffragium omnino gratuitum, & liberum: ergo audita confessione irrationabilis erit querela, & suspicio, de negatione ob crimen confessum, & irrationabiliter etiam retraheretur quisque à confessione. Tertio, quia alioqui daretur occasio indignis vtendi cautelis iniuriis, vt eligantur, vel conferantur in officiis ad nutum amouibilibus, & plerumque non sine magna iniuria Sacramenti, faciendò, scilicet, confessionem suae indignitatis cum electoribus, vel Superioribus Quarto, quia Confessarius solum obligatur ex sigillo ad non manifestandam personam sibi confessam: ergo tacita perfona, & non manifestata, poterit vti noticia relicta ex ipsa confessione ad bonum commune, ad bonum proximi, & ad bonum ipsius poenitentis. Quintò, quia, quauis Confessarius, aut Superior sciat peccata sibi confessa, vt Deus; tamen illa scientia subiectatur in intellectu humano, & ex hac parte est humana: ergo poterit illa vti ad dirigendos actus externos, quando sine alterius iniuria, & sine iusto, ac rationabili scandalo vti potest: hoc autem in praesenti accidit; quia apud alios non potest esse suspicio peccati confessi, (vt supponimus) nec inde sequitur iniuria, aut poenitentis damnum, cum ille non habeat ius petendi rem gratuitam, aut perpetuandi sese in officio amouibili: ergo intantum.

Ex hac opinione, quae est probabilis, sequitur primò, non prohiberi Superiores prudentiores fieri ex noticia confessionis in suo regimine, & sic possessione promulgare leges in communi lub excommunicatione, ad vitanda peccata periculosa suis subditis. Idem dicendum est de Praelatis non regularibus, veluti de Episcopis in sua diocesi. Approbant hanc sequelam in particulari, Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 23. num. 3. D. Thomas quodlib. 5. art. 13. Syluester verbo, Confessio, 3. num. 9. Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. & in relect. detegendo secreto, membr. 3. q. 4. & Ledesma quaest. 10. art. 5. dub. 4.

Sequitur secundò, posse Praedicores publicos, & praedicores, obiurgare vitia in generali, quorum noticiam, ex confessione habuere, nulla detecta persona, aut circumstantia, per quam persona agnosci possit. Ita Henriq. citatus, & Syluester, verbo, Confessio, 3. q. 5. Non possunt tamen dicere, se ex vitia ex confessione sciuisse propter scandalum, vt docet Capua lib. 1. decif. aur. cap. 23. n. 40. & Syluester allegatus. Oportet tamen, vt Praelato-

rum, ac Principum Confessarij coram illis de rebus ad eos pertinentibus, ex confessione notis, non loquantur, aut concionentur: quia nullus vnquam exinde fructus colligitur, & scandalo fortasse aliis erit: & ideò Clemens V. Religiosis praecipit in virtute sanctae obedientiae, & sub interminatione maledictionis aeternae, ne in sermonibus suis Praelatis detrahant; & qui contrarium praesumpserint, poenis illis subiaceant, quae secundum eorum Regulas grauioribus criminibus decernuntur, à quibus absque manifesta necessitate cum eis non dispensetur. Ita habetur in Clementina 1. de priuileg. & docet Salzedus in praxi, cap. 68. de maledictis, num. 4. & Farinacius tom. 3. qu. 105. in specul. 1. o. n. 420. Quod ad detractionem attinet, intelligendum id est, vt quando Episcopus in concionibus expressè nominatur, vel ita declaratur res, vt dubium non sit de illo loqui Praedicores: licet enim vitia reprehendi debeant; non tamen cum scandalo, sed prudenter, vt notat Aldreus lib. 2. de relig. disciplina, cap. 20. num. 4. & Glossa in dicta Clementina, verbo, Detrahant.

Sequitur tertio, si Confessarius ex confessione poenitentis nouit, quare illum occasiones occidendi eum, & ex defectu gladij, aut instrumenti, quod ipsi Confessario accommodauit, id haecenus non fecisse; posse illud negare poenitenti, si ad eum finem poscat. Similiter, si ex confessione nouit aliquis Confessarium non esse Sacerdotem, aut non habere iurisdictionem ad confessiones audiendas, potest illi amplius non confiteri, ac proinde potest vti noticia confessionis ad actus externos dirigendos. Item, si Confessarius ex confessione vnus complices sciat illum, aut alios socios ingressos esse ad illum occidendum tali die, si ingrediatur talem domum, vel locum, ad quem per fraudem euocabitur; poterit licitè non exire domo, & ad locum vocatus non ire: & parum refert, quòd omnes intelligant, id oriri ex noticia confessionis: quia nec reuelat sigillum, nec rationabiliter alij, sed irrationabiliter à confessione ob eam causam retrahentur. Idem quoque dicendum est, si poenitens dicat in confessione Confessario, se eum occisurum tali hora: poterit enim ea hora Confessarius periculum deuitare, vel domi se continendo, vel ad alium locum diuertendo. Has sequelas speciatim approbat Syluester verbo, Confessio, 3. num. 12. Fumus verbo, Confessor, num. 7. & Sanchez Fum. lib. 3. de matrimonio, disp. 16. num. 4. & Maior in Sanc. 4. dist. 21. quaest. 3. ad 2. & Gabriel art. 3. dub. 1. & Sotus de regendo secreto, membr. 3. quaest. 3. Ex idem etiam est dicendum, si Sacerdos ex confessione sciatur mortiferum venenum in vino esse immixtum, & non possit, vel Sacrum omittere, vel aliud vinum petere, quin complices estantes sciant, illud omittere propter noticiam confessionis: parum enim id refert; quia irrationabiliter à confessione retrahentur, si ob id, id faciant, iuxta Doctores allegatos.

Contrarium tamen docet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 33. sect. 7. num. 6. Richardus in 4. dist. 21. art. 4. q. 2. & Nauarrus in c. Sacerdos, num. 135. & Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 5. sibi contrarius, & Ledesma quaest. 10. art. 1. dub. 6. qui omnes afferunt, teneri Sacerdotem mortiferam venenum sumere, intrare locum, & domo vocatum exire, & non posse Sacrum omittere, aut vinum aliud postulare. Ratio illorum est: quia reuelatio indirecta facta verbis, aut signis, est illicita: & negari non potest, quin illa sit reuelatio indirecta: nam, vel id Confessarius nouit ex sola confessione illius, qui venenum vino immisit, vel ex confessione ali-



cuius complicitas illius: si ex sola confessione illius, qui venenum vino immisit, absolute manifestatur confessio; per accidens enim est, quod solus ille id intelligat: si ex confessione alicuius complicitas, etiam absolute manifestatur confessio: nam hoc modo supposita aliorum complicitas notitia, sine dubio indirecte proditur poenitens, & honor Sacramenti periclitatur; nullo enim modo id uterque in confessione aperiret, si timeret suam proditionem indirectam, & mors potius est passiva, ut sic dicam, sustinenda, quam indirecte etiam reuelanda confessio. Et existimat Soarius num. 8. hanc suam opinionem procedere, non solum in periculo vitae temporalis Sacerdotis, sed etiam spiritualis: quoniam enim, inquit, huiusmodi casus potius sunt mere ficti, & nunquam desunt alia remedia, quibus possit Sacerdos uti ad vitandum periculum; tamen admissio videnti casu, semper prouideat animae suae per contritionem: nihilominus tandem resolutiue dicendum est, posse huiusmodi Sacerdotem vitare actionem celebrandi in eo vino, & petere aliud; vel fingere mentis deliquium, & relinquere Missam, etiam in die festo obligationis: quoniam enim complices sciant, atque suspicentur, illum id ex notitia confessionis efficere, ipse vitatur iure suo; & ille actus ex se, & ex natura sua, non est reuelatiuus ipsius confessionis in illis circumstantiis, ut Soarius existimat; sed alij ex sua praua conscientia id colligunt: actio enim illa ex se indifferens est ad plures alias causas, & rationes operandi, ut patet.

6. Henr. Capua. Sylva. D. Thom.

Sequitur primo, posse Episcopos, quae sit aliunde colore, ex notitia confessionis negare dimissionem indignis. Ita communiter Doctores, Henriquez n. 2. allegatus. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. n. 8. Syluester verbo, Confessio, 3. n. 9. §. 1. 4. D. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. quaestiuicula 1. concl. 4. quia sibi imputent, quoniam ob repulsum admodum cruciatur: nam ad ea, quae saluti non sunt necessaria, non debet quis accedere, qui cognoscit se iuste posse repelli. Si tamen Episcopus iam dedit reuelandas, non ei poterit denegare sacros Ordines, quem ex sola confessione cognouit indignum; quia iam habet ius acquisitum. Idem dicendum est, si iussit facere diligentias suo subdito, & post factas diligentias in foro soli bonas, agnoscat ex confessione esse indignum, ex eo quod iam ius habeat acquisitum, ut ait Henricus.

7. Henric. Syluest. Sotus. Ledesma. Alrifiodor.

Sequitur quinto, posse similiter Episcopos non praesentare, & non eligere ad officia, & beneficia publica, & negare suffragia ad huiusmodi officia eis, quos ex sola confessione indignos agnouerint: non posse tamen eis negare institutionem, & collationem, si iam electi sunt, ac praesentari a suis patronis, propterea quod iam ius habeant acquisitum. Ita Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. n. 8. & D. Thom. citatus num. praecedenti, & Nauarrus de Regular. consil. 75. lib. 3. n. 5. Secus vero dicendum est, quando vnus ab omnibus creditur longe dignior ceteris: quia tunc repulsio illius iustam suspensionem alijs praebet reuelationis ipsius sigilli sacramentalis. Ita expressit Henricus lib. 3. de poenit. cap. 23. num. 4. D. Thomas quodlib. 5. a. 23. Syluester verbo, Confessio, 3. n. 9. Sot. de regendo secreto, m. 2. quaest. 4. dub. 1. post. concl. 5. Ledesma 1. 4. q. 21. a. 6. dub. 3. Alrifiodorensis 4. p. Summae, tract. 6. cap. 3. q. 4. Rebuffus in cap. Omnis, de poenit. & remiss. fol. 572. Nauar. in c. Sacerdos, n. 146. omnes citati ab Henrico ad marginem. Addit vero Sotus: Nec curet Episcopus, aut elector, de quacunque suspitione, quam alij de repulsa, quam ipse passus est, habeant; cum iure suo utatur per Doctores explicato; & sua indignitati tri-

buat, cum ad rem saluti non necessariam accedere non debeat, qui agnoscat, se repelli posse. Ille tamen, qui indignum, aut excommunicatum sola confessione notum eligit, non incurrit poenas, quae in iure eligentibus indignos decernuntur: quia poenae pertinent ad forum externum. Ita communiter Doctores. Ita Henricus, Sotus, & Ledesma hic allegati, & Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 16. n. 6. sine, ubi multos allegat: licet contrarium teneat Nauarrus in cap. Sacerdos, de poenit. num. 146. sed minus probabiliter.

Sequitur sexto, posse absque periculo reuelationis sigilli Superiores Religionum ex sola, & praecisa notitia confessionis, priuare suos subditos officijs ad nutum amouibilibus; quoniam ipsi subditi intelligant, se ob id priuari, quae sita externa causa huius priuationis: sic omnes Doctores n. 2. allegati: in Religione enim facilius sunt huiusmodi priuationes; caute tamen & circumspecte, ne offendatur sigillum: & sic saepe dignus, si putetur modo aliquo nociturus, non admittitur ad superioratum, quanto aliunde colore. Et ratio est: quia Praelati Religionis sunt Patres spirituales Regularium, & Regulares in multis renuntiant iuri suo; nec faciunt iniuriam Sacramento, qui prudenter vitur iure suo: veram tamen resolutionem huius rei dabitur cap. seq. n. 4. & 5.

Sequitur sexto, eum, qui alterum volebat instituere haereticum, vel ei, testamento relinquere sua bona, aut beneficium resignare, posse ab sola notitia confessionis mutare sententiam: non tamen sibi recompensare occulte, de re sibi furto ablata: quia saltem pro foro externo, dum furum non probatur, & omnino occultum est, habet fur ius aliquod acquisitum in illo, & sic non potest licite Sacerdos uti compensatione occulta, nisi quatenus per exteriorem notitiam iuste potest procedere, Ita docet Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 23. n. 5. sine, significat Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 5. ad finem. Videtur tamen Henricus sibi contrarius: nam statim n. 6. ait posse Confessarium, famulum, quem ex confessione nouit sibi aliquid suffuratum, remouere ab officio, & clam posse rem a se furto oblatam, recuperare; & pro se citat Sotum relectione de regendo secreto, m. 3. q. 4. dub. 1. post quintam conclusionem: in primo tamen loco loquitur Henriquez de re furata alijs: in secundo, de re furata sibi. Verum, quid hoc prodest ad Sacramentum sigilli? Et verò in eodem l. 3. de poenit. c. 22. §. 1. ait Henricus, si Confessarius ex indicijs sciat, tali hora & tempore in Ecclesia sibi abscessam fuisse crumenam, posse probare in iudicio ea hora, & tempore nullum adfuisse tunc in templo, nisi ipsum poenitentem: & citat ibi in commento, littera D. pro sua opinione Ledesma, q. 1. o. a. 5. dub. 1. concl. 2. & Sotum in 4. dist. 18. q. 4. art. 6. Verum, tota haec doctrina est admodum periculosa, & nullo pacto admittenda, ut ostendemus infra in cap. sequenti.

Sequitur nono, posse Generalem alicuius Ordinis, Praelatum inferiorem, non ad nutum amouibilem, sed iurisdictione ad tempus certum & stabile vrentem, si ex sola, & praecisa notitia confessionis sciat, superioratum ei esse occasionem peccandi, in Indiam mittere, & in alium locum, imò & prouinciam mutare, sub causa, & praetextu maioris perfectionis: Generales enim, ut custodes, ac conservatores totius Religionis, habent plures causas, ut possint remouere, & mutare personas a suis officijs, dummodo non prodatur sigillum. Ita Henricus lib. 3. de poenit. c. 23. n. 6. ad finem: & de Prouinciali idem docet Sylu. verbo, Confessio, 3. n. 9. dummodo Prouincialis admoneat primo in confessione Superiorem, ut respiciat: quod si noluerit, addit post se tunc Prouinciale procedere cum eo vsque ad priuationem

8.

9.

10.

Capua.

Sotus.

11.

Soarius.

D. Thom. Victor. Nauar. Capua.

Ledesma.

Alensis.

12.

Capua. Richard. Sum. Ast. Henric. D. Thom. Palat.

13.

Henric.

priuationem officij, occasione aliunde sumpta, ne offendatur sigillum: & cum Syluestro idem teneri Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 8. Neque obstat, quod priuatus superioratum exinde prior fiat ad celandi peccata in confessione cum ingenti sacrilegio: quia Superior vitur iure suo; & melius est, ut peccata non committantur, maxime si in detrimentum Religionis vergant, quam quod cum sacrilegio celetur, si fiant: ut optime notauit Syluester allegatus, & D. Thom. in 4. d. 21. quem citat ipse Syluester: addit tamen D. Thom. ibi haec verba: Potest etiam Praelatus suae lesione conscientiae relinquere impunitum huiusmodi peccatum. Similiter Magister Nouitiorum potest suum suffragium negare illi Nouitio, quem ex confessione agnouit indignum, quando electio fit publice, & suffragia dantur publice, permittens alios male suspicari, ut docet Sotus in rel. de regendo secreto, memb. 3. q. 4. Negat tamen Henriquez, si iam per Capitulum, aut definitorem vota admissus est: quia in foro externa iam habet ius acquisitum: & id docebunt omnes num. 7. citati.

Sequitur decimo, posse Parochum ex scientia confessionis, vel quencunque alium Sacerdotem de licentia Parochi, Sacramenta ministrantem, Eucharistiam, & alia Sacramenta negare ei, quem immediate ex confessione agnouit indignum, non publice, sed occulte, v. c. si nemo adit in Ecclesia, aut si poenitens ad illum accedat in facillima, & nemine vidente Sacramenta requirat. Ita docet Soarius de Eucharistia, qu. 80. art. 6. disp. 67. sect. 3. & tomo 4. de poenit. disp. 33. sect. 6. num. 2. in praelo Conimbricensi, & D. Thomas in 4. dist. 9. quaest. vnica, art. 5. quaestiuicula 1. in corpore. Victoria in Summa de Euchar. num. 80. sine. Nauar. in cap. Sacerdos, & Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. num. 3. 8. & Ledesma 1. 4. qu. 21. art. 6. num. 63. & Barthol. Ledesma de Eucharistia, dub. 23. concl. 3. & Alensis 4. p. q. 94. memb. 1. Et ratio est primo, quia, si publice negetur, reuelatur confessio indirecte alijs: si occulte, nemini reuelatur. Secundo, quia quilibet Christianus habet ius ad petendam Eucharistiam, & alia Sacramenta quocunque tempore accomodato, quo iure non potest priuari publice, nisi illud amittat per publicum peccatum mortale: unde, dum publice de illo non constat, non debet ei publice Sacramentum negari.

Sequitur vndecimo, posse Confessarios, si ex confessione solum agnoscant, impendere magna mala reipublicae Christianae; v. c. prodiciones in Principes, in patriam, in ciuitatem, vel quod haereticis prauis erroribus doctrinae multorum animis insidiantur, & salutaribus monitis nolunt respicere, verbis generalibus admonere eos, quibus malum imminet, & Pastores, vel Inquisitores, ac Praetores vrbs, ut plus solito inuigilent, sic dicendo: Opus est diligentius solito vigilare: grassantur enim in vrbe proditores, & haeretici. Ita docet Capua lib. 1. decisionum aur. cap. 23. num. 7. Richardus in 4. dist. 21. quaest. 4. art. 2. & Summa Alensis de confessionis sigillo & Henricus lib. 3. de poenit. cap. 22. num. 2. & D. Thomas quodlibet 5. q. 13. & Palatius in 4. dist. 21. quaest. 2.

Sequitur duodecimo, posse Praelatos Religionis ob solam, & praecisam notitiam confessionis, negare suis subditis licentiam exeundi foras, & alloquendi domi externos: posse item claudere fenestras, ac fores Monasterij, parietes erigere, & alia huiusmodi, quae sita aliunde colore, ne alij intelligant, id ex notitia confessionis oriri; quoniam ipsi poenitentes id intelligant. Ita Henriquez lib. 3. de poenitentia, cap. 23. num. 7.

Sequitur decimotertio dubium hic necessarium expediendum, videlicet, quid faciendum Parochio, vel alteri Sacerdoti, qui de licentia Parochi matrimonium ministrat, illique assistit: quando contrahentes publice accedunt, amicis, & cognatis stipati, ad celebrandum matrimonium, si ex confessione, quam tunc petunt, agnoscat, illos habere aliquod impedimentum dirimens, vel impediens. Qua in re variè respondent Doctores: nam Henriquez in hac opinione lib. 3. de poenit. cap. 23. num. 3. sine, asserit, posse in priuatis Episcopos negare antea licentiam ad solitas monitiones, seu denuntiationes faciendas; non tamen posse vel Episcopum, vel Parochum negare matrimonium, si iam sunt monitiones factae, ac decursae: quia tunc iam in foro externo habent ius acquisitum, quo publice priuari non possunt, nisi cum magna iniuria ob notitiam occultissimam fori interni. Alij respondent, teneri Parochos ex officio monere contrahentes in confessione, ut desistant à matrimonio, quoadusque sibi de remedio necessario prouideant, si modò possit, absque offensione sigilli, id efficere, prauallegatis aliunde causis; vel consulendo eis, aut alteri eorum, ut votum castitatis emittant ad quinque, vel sex menses, quo tempore dispensationem impedimenti possint quarere. Quod si contrahentes nolint desistere, nec votum emittere, nec fingere repentinam aegritudinem, dicunt, debere eos matrimonio coniungere: quia iam habent ius quaesitum. Ita docet Syluester verbo, Confessio, 3. num. 7. quaest. 1. 2. sine. Alensis 4. part. quaest. 78. memb. 2. ad 5. Bonauent. in 4. dist. 21. in 2. part. 2. quaest. 1. num. 61. ad finem quaestiuiculae. Alrifiodorens. lib. 4. Summae, tract. 6. cap. 3. qu. 4. vers. Ad hoc est solutio. Driedo lib. 2. de libertate Christiana, cap. 7. initio §. Aliud est scire, Palatius in 4. dist. 21. disp. 2. fol. mihi 459. col. 1. vers. Nam testimonium Parochi. Rodrig. Palat. tomo 1. Summae, edit. 2. cap. 217. concl. 6. num. 7. Angel. verbo, Confessio, §. num. 13. Tabiena verbo, Confessionis elatio, qu. 4. num. 5. sine. Maioribus lib. 3. de irregularitate, cap. 25. num. 3. Affinitas, sine, & cum huiusmodi Doctores loquantur absolute, & nihil distinguant inter monitiones factas, vel non factas, intelligendi sunt, siue illa sint factae, siue non.

Alij respondent, si publice petant matrimonium, ut in casu proposito, teneri Parochos, & alios Sacerdotes, qui de licentia parochorum matrimonio assistunt, eos matrimonio coniungere, & non posse eis Sacramentum negare: secus, si secreto, & occulte petant. Ita docent omnes, quos num. 11. allegauimus, & Nauar. in cap. Sacerdos, de poenit. dist. 6. num. 144. Adrianus in 4. quaest. 5. de confess. post dua. 9. & in paruis voluminibus, fol. 297. col. 2. & Sotus in 4. dist. 18. qu. 4. a. 5. post primam conclusionem, vers. Hinc fit, limitans tamen, quando alius Sacerdos se excusare nequit, & Medina lib. 2. Summae, cap. 4. fol. 267. col. 1. & loquens de Sacramento Eucharistiae id docet Soarius quaest. 80. art. 6. disp. 67. lect. 3. citatus num. 11. & tomo 4. de poenit. disp. 33. sect. 6. num. 2. in praelo Conimbricensi in vtroque loco, & Syluester verbo, Eucharistia, 3. num. 7. loquens etiam de Sacramento Eucharistiae: sed eadem est ratio de illo, argue de matrimonio, & de quocunque alio Sacramento.

Alij distinguunt inter Parochum, & non Parochum: & de Parocho dicunt, non posse negare matrimonium suis parochianis publice petentibus, propter impedimentum dirimens, vel impediens ex sola confessione notum: quia forum internum nullum ius eis tribuit ad illud in foro externo negandum: de non Parochis vero dicunt, posse illud negare,

14.

Henric.

Syluest. Alensis. Bonau.

Alrifiod.

Driedo.

Palat. Rodrig. Ang. Tab. Maiol.

15.

Nauar. Adrian.

Sotus.

Medina.

Soarius.

Syluest.

16.

negare, si occulte petatur; non tamen si publice, sed reuera idem dicendum est de Parochis, & non Parochis, si de licentia Parochi matrimonio possint assistere: ut consideranti patebit. Ex his opinionibus, seu potius responsionibus, illam probo, quam numero praecedenti retulimus: est enim magis accommodata doctrinae huius opinionis, quam haecenus explicauimus, & cuius corollaria, ac sequelas haecenus exposuimus.

17.

Supposito vero, quod opinio haecenus explicata, & sequela, ac corollaria illius probabilitatem habeant; inquirimus adhuc, an Parochi, & Superiores teneantur in conscientia negare suffragia, non aligere ad honores, priuare subditos officiis amouibilibus, mitere Superiores locales in Indiam, & negare Sacramenta iis, quos per solam, & praecisam notitiam confessionis nouerint indignos: an solum possint licite id facere; ita tamen, ut non teneantur id efficere. Et quidem de hoc dubio bipartita opinio est.

18.

Palud.

Prima docet, teneri id efficere in conscientia. Ita docet Paludanus in 4. quaest. 5. de confess. post dubium nouum, vers. An 3. principale, & in paruis voluminibus fol. mihi 297. col. 1. Nauarrus in cap. Sacerdos, de poenit. & remiss. distinct. 6. num. 146. tenet etiam Soarius de Eucharistia, quaest. 80. artic. 6. dispnt. 67. sect. 3. sub praelo Conimbricensi, & alij. Et idem videntur tenere omnes illi, qui dicunt; non debere Superiores, hos eligere ad officia Religionis: debere negare Eucharistiam huiusmodi peccatoribus ex sola confessione notis occulte illam petentibus: & omnes, qui vruntur hoc verbo, debere: & hi sunt, D. Thomas in 4. distinct. 9. quaest. vnica, art. 5. quaest. iunc. 1. in corpore, & quodlibeto 5. artic. 13. Alensis 4. part. quaest. 49. m. 1. Bonaventura in 4. distinct. 21. in 2. part. artic. 2. quaest. 1. num. 60. & ibi Paludanus quaest. 3. art. 3. num. 60. Durandus distinct. 9. quaest. 5. Alti-fiodorensis 4. part. Summae, tract. 6. cap. 3. quaest. 4. D. Antoninus 3. part. titulo 17. cap. 22. §. 1. Victoria in Summa de Euchar. num. 80. sine, Sorus de regendo secreto, m. 3. quaest. 4. concl. 5. dub. 1. vers. Pro decisione, Ledesma 1. part. 4. qu. 21. art. 6. dub. 3. Rebuffus in cap. Omnis, de poenit. & remiss. super verbum, Suscipiens reuerenter, versu, Octauo non debet. fol. mihi 572. Syluester verbo, Euchar. 3. quaest. 5. dicto 1. Tabiena verbo, Communicare, quaest. 53. num. 59. Nauarrus in Summa, cap. 21. num. 56. sine. Et fundamentum est: quia, si est Parochus, obligatur ratione officij quare, ac procurare salutem, & obtinere periculis subditorum, (idem de Superioribus Religionum, & de Praelatis ecclesiasticis respectu suorum subditorum: si non est Parochus, tenetur ex praepo charitatis obuiare malo proximi, iuxta illud: Ex proximum, sicut teipsum, id est, non tantum quantum, sed in eodem ordine ad salutem: ergo, cum in his casibus, praecedentibus sequelis numeratis, licite possint huiusmodi personae id facere, tenentur facere.

Nauar.

Soarius.

D. Thom.

Alens.

D. Bonau.

Palud.

Durand.

Alti-fiodor.

D. Anton.

V. Et.

Ledesma.

Rebuff.

Sorus.

Syluest.

Tabiena.

Nauarr.

19.

Est probabilis ista sententia: contraria tamen probabilior, quae docet, non teneri; sed posse id facere licite, si velint: primo, quia est quidem hoc medium de se arduum, ac difficile, & grauissimis expositum periculis offendendi sacramentale sigillum: quia, quantum, speculatiue loquendo, vsus huius notitiae confessionis sit licitus; practica tamen vix potest ad praxim reduci absque graui offensione sigilli, & tot cautele, & circumstantiae in vsu, & practica huius opinionis requiruntur, ut de plano illius fatentur Auctores, ut vix fas sit, ea scientia vri: vnde, sicut ille, qui castitatem vovist, & post votum castitatis vxorem duxit, potest

absolue loquendo, implere votum, si Religionem ingrediatur ante consummationem matrimonij; non tamen ad id tenetur, ut docet Sanchez lib. 9. de matrimonio, disput. 29. num. 2. & disput. 34. num. 3. & disput. 6. num. 14. paulo ante finem: quia ingressus Religionis est medium de se arduum, & difficile. Ita in nostro casu, quantum vsus huius notitiae sit licitus; non tamen sub peccato lethali obligabit; quia de se est valde difficilis, & arduus, & valde expositus violationi sigilli sacramentalis. Secundo, quia Christus Dominus instituit Sacramentum poenitentiae ad medendum animis peccatorum pro foro tantum interno: vade erit transcendere limites institutionis Christi, velle obligare Confessarios sub peccato mortali, uti notitia confessionis pro dirigendis actibus fori externi. Et hanc opinionem tenet D. Thomas in 4. distinct. 21. quaest. 3. art. 1. quaest. iunc. 1. ad 3. Paludanus in 4. dist. 18. q. 8. art. 1. num. 20. Syluester verbo, Confessio, 3. qu. 14. Lud. Lopez 2. part. Instruct. cap. 96. quaest. 1. Sanchez lib. 3. de matr. disput. 16. num. 7.

D. Thom. Paludan. Syluest. Lud. Lop. Sauc.

Restat, ut respondeamus ad fundamentum contrariae opinionis: ad quod respondeo, praepceptum charitatis, & iustitiae erga proximos, non obligare cum medio tam difficili, & tam propinquo ad committenda peccata sacrilegij in detractione, ac in prauidicium sigilli sacramentalis: nam, si strictius rem pensare velimus, hic duo videntur praepcepta naturalia concurrere; alterum obuiandi damnum proximorum; alterum seruandi sacramentale sigillum: maius autem videtur praepceptum seruandi sigillum, quam iuuandi proximos: maxime, quia in obseruatione sigilli fama etiam proximi seruatur. Deinde, quia praepceptum charitatis in proximis debet obligare, quando potest exequi medio conuenienti: non est autem medium conueniens, notitia confessionis, ad gubernationem externam, cum sit altioris ordinis, ut patet: medium enim debet esse accommodatum fini, & in eodem ordine ad finem. Sic fama non est compensabilis pecunia, quantumuis numerosa: quia est altioris ordinis, ut diximus in octauo praepcepto Decalogi, & docet Nauarrus in Summa Lat. cap. 19. num. 90. & Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 11. de detract. & contumelia, dub. 16. num. 92. & Syluester verbo, Detractio, quaest. 4. casu 2. & Petrus Navarra lib. 2. de rest. cap. 4. num. 417. quae opinio est hodie communior iuxta illud Ecclesiastici 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis perueniet tibi, quam mille thesauri pretiosi, & iuxta illud Prouerb. 22. Alius est nomen bonum, quam diuitia multa.

CAPVT III.

Propositur vera sententia, quam sequimur, non esse licitum vsu notitiae confessionis ad dirigendos actus externos; cum suis corollariis: et soluentur argumenta prima sententiae.

SUMMARIUM.

Attribuitur & explicatur vera sententia. num. 1. S poenitens ex confessione sciat, Confessarium carere iurisdictione, aut non esse Sacerdotem, potest et amplius non confiteri. ibid. vers. Item, si sciam. Approbatur quoad hoc sequela posita numero 5. prima opinionis, vers. Similiter. Possunt Praedicatores vitia in communi reprehendere.

approbatur sequela prima opinionis. num. 4. posita.

Non licet, ob notitiam confessionis, priuare subditos officiis amouibilibus, nec dimittere famulum suum. ibid.

Propositur vera ratio inuolationis sigilli. num. 2. Obligat sigillum Confessarium, non solum respectu poenitentis, sed etiam respectu aliorum. num. 3.

Quid faciendum Confessario, si errorem committit in confessione. ibid. vers. Praterca.

Sigillum institutum fuit a Christo in suam poenitentiam, & religionem Sacramenti. num. 4.

Non potest Parochus, nec alius Sacerdos negare Eucharistiam cuiusque fidei peccati, sine publice sine secreto petat. num. 5.

Reprobatur sequela prima opinionis num. 11. capitis praecedentis posita. ibid.

Non potest Confessarius ex notitia confessionis monere poenitentem extra illam nec etiam occulte, ut desinat a petitione Sacramenti. num. 6.

Nec potest loqui cum poenitente statim post peractam confessionem, de rebus confessis. num. 7. & n. 3. vers. Praterca, & cap. sequenti, num. 34. late.

Nec potest dicere Inquisitoribus, aut vrbis praetoribus, ut diligentius inuigilent. num. 8.

Reprobatur sequela prima opinionis posita num. 12. capitis praecedentis.

Nec potest Praelatus ex notitia confessionis vniuersi complicitis diligentius inuigilare erga alium subditum. num. 9.

An teneatur Confessarius fugere excommunicatum vitandum ex sola confessione notum. num. 10.

Soluentur argumenta prima opinionis. num. 11. 12. 13. 14. 15.

Secunda sententia, meo iudicio, verior, & communior hoc tempore, & vtraque manu apprehendenda, docet, non licere omnino vni notitia confessionis in regimine externo, non solum in his casibus, in quibus periculum esset proditoris sigilli, ut fatentur Auctores contrariae sententiae; sed etiam in iis, in quibus in esset confusio, ac pudori poenitenti, fatro, reobsequio sigilli Sacramento: v. c. Cognouit ex sola confessione, Petrum mihi parare insidias ad mortem, aut ad percussione; possum non exire domo alias exiturus, & ei negare gladium, quem apud me depositum habet, ut in hoc bene asserbant Auctores prima opinionis, num. 5. capitis praecedentis allegati: possum mutare locum, occasione aliunde sumpta, & domum, si ex confessione sciam, hac nocte mihi malum graue in hoc loco intendi, possum non intrare sylvam ad euadendas insidias, ad quam ex confessione scio me vocandum fore insidiosum: possum non bibere vinum intellitum veneno. Et si ex eadem confessione sciam, conuenisse quosdam, ut hac nocte diripiant domum meam: vel proximi, vel amici possum inuitare illum, vel vel in illius domo, vel in mea tota nocte ludamus cum amicis, quos ad eum finem ludendi inuitare possumus; quantum sequatur inde, eos, qui malum intendebant, comprehendi in delicto: & quantum illi suspicentur id oriri ex notitia confessionis; quia in eo casu, iniuste, & irracionabiliter retrahatur ad illa; & quia huiusmodi actiones, nec ex consuetudine, nec ex natura sua sunt reuelatae sigilli, sed sunt indifferentes ad varios operandi modos, ut de se patet: & fatetur Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 24. num. 5. & Sorus in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. col. 6. & D. Thomas in 4. quaest. 3. art. 11. ad 3. & Syluester verbo, Confessio, 3. §. 14. & Famus verbo, Confessio, §. 12. Item, si sciam ex notitia confessionis, meum Confessarium non esse Sacerdotem, vel non esse approbatum; possum

Henriq. Sorus. D. Thom.

Sylu. Ennius.

amplius illi non confiteri. Et si Praelatus Religionis sciat, aliquem Religiosum sui Ordinis non habere sacros Ordines, poterit illum amouere ab officio Confessarij, & mutare in alium locum, si opus sit, conquisita externa causa, quae non deest. Ita Sanchez lib. 3. matrimonio, disput. 16. num. 4. ad 4. argumentum: & in hoc approbamus doctrinam primae opinionis, & Doctorem illius, quos n. 5. capitis praecedentis allegauimus. Poterunt etiam Praedicatores vitia in communi coarguere, dummodo non dicant, se id confessione scire. Poterunt Superiores Religionis, Praelati, & Episcopi ob notitiam confessionis referuare casu, si via confessionis sciant, vergere aliquos in detrimentum suae Religionis, ut bene etiam dicebam Auctores primae opinionis, n. 3. & 4. capitis praecedentis relati. Verum nullo modo possunt remouere aliquem ab officio ad nutum amouibili, vel negare Sacramentum, siue publice, siue occulte petatur, ut statim dicemus. Nec potest Confessarius dimittere famulum suum ex sola confessione notum: quia inde rationabiliter retrahentur a confessione: haec enim omnia sunt virtuales quaedam exprobrationes, ac proinde proditorum peccati confessi, & in hoc minus bene asserbant Auctores contrariae opinionis num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. capitis praecedentis allegati.

Sanchez.

Armill.

Sanchez. Banbes. Richard.

Soarius.

Delv. Valentia. Auctor. an. not. in Tole. rum.

Et hanc opinionem ita explicatam tenet expressè Armilla verbo, Confessor, num. 7. vbi non dixit absolute, nihil posse Confessarios agere ex notitia confessionis: sed nihil posse agere, ex quo p. conuenientes rationabiliter a confessione retrahantur. Eam tenet etiam expressè Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 16. num. 4. Banbes 2. 2. quaest. 33. art. 8. ad finem, §. Ad confirmationem respondetur. Richardus in 4. distinct. 21. num. 4. quaest. 2. ad 4. ibi: Praelatus remouendo ab officio subditum suum, etsi faciat vtilitatem illi, facit tamen contra vtilitatem communitatis: quia illi, qui remouentur ab officio, ex notitia confessionis poenitentes, redduntur, ut non, confiteantur se eundem veritatem. Hac ille. Tenet etiam Soarius tomo 4. de poenit. disput. 3. sect. 7. num. 4. sub praelo Conimbricensi, & Delvius lib. 6. disquisitionum magicarum, sect. 2. & Valentia tom. 4. disput. 7. quaest. 13. punct. 3. & Auctor annotationum in Doletum, in lib. 3. Summae, cap. 16. §. Confessario nunquam. Et haec opinio est iuxta praxim Societatis, quae praescripto Reuerendi admodum Patris generalis Claudij Aquauinae hanc opinionem obseruat: nam anno 1590. prohibuit Pater generalis contrariam doctrinam publice, aut priuatim doceri, illi utique vsu: & tandem sic concludit: Ita prorsus in omnibus casibus nostri se gerant Confessarij, ac si in confessione nihil audiuissent: sibi que persuadeant, ut humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longissime distat, ita debere nullatenus ab eo pendere. Et hanc fuisse mentem Clementis VIII. constat ex decreto illius de casibus referuatis, facto pro Regularibus. anno 1594. die 20. mensis Maij, ibi: Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarij, qui postea ad superioratus gradum fuerint promoti, caueant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorum gubernationem vranant. Hac ibi. Vbi aperte hanc nostram sententiam tenet, & prohibet contrariam. Et hanc sententiam necessario tenent etiam multi ex Doctores pro prima opinione allegati num. 2. capitis praecedentis, veluti, Angelus verbo, Confessio, vltimo, num. 14. & Syluester verbo, Euchar. 3. num. 7. & Sylu. Viualdus in Candel. vbi de sigillo, 1. part. num. 9. & Vinald. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. n. 38. nam illi, quantum sequuntur aliam opinionem; tamen cum veniunt ad rationes quibus illam probant, nostram potius probant: Syluester enim, & Capua expressè dicunt, debere

debere Confessarium ita se gerere, ac si nihil per confessionem sciat, cum nihil iuris sibi detur extra confessionem, plus quam si nesciret, quæ sunt verba Syluestri. Angelus vero, & Vinaldus asserunt, sub sigillum cadere non solum peccata; sed etiam quicquid per se, vel per accidens, directè vel indirectè verècundiam, vel sinistra suspensionem, vel aliquid aliud nocuum ingerere potest penitenti; quis autem nesciat, nocuum esse penitentis, si sciat, aut intelligat, se posse priuari officio, suffragiis, sacris Ordinibus, propter sua peccata confessæ, & quis dicit non reddi in de hoc diuinum Sacramentum hominibus formidabile?

Probatur hæc nostra sententia rationibus. Primum, quia potissima ratio, ob quam Sacramentale sigillum tam inuolabiliter obligat, vt nullo modo eius notitia ad notitiam fori externi, & externorum actuum deducatur, est, ne hoc diuinum Sacramentum, quod à Christo Domino in salutem animarum institutum est, reddatur hominibus formidabile: & idè fugiendum omninò est, quicquid illud onerosum, ac odiosum potest reddere, ac nihil magis odiosum illud potest reddere hominibus, quam si illi intelligant, posse priuari à suis Superioribus officiis, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores, & commoda, ob notitiam confessionis: nam, vt optimè notat Sanchez lib. 3. de matr. c. 16. num. 3. sine, vt homines auertantur à confessione, & sic iniuria fiat Sacramento, satis est, quòd antecederet sciant, posse Superiores iniuri notitiam confessionis, ad huiusmodi actus externo dirigendos: quare opus est, vt nec doceatur, nec in practicum adducatur doctrina primæ opinionis, vt potè periculosa, & nociua honoris, ac religioni Sacramenti.

Secundò, quia sigillum confessionis obligat, non solum respectu penitentis, sed etiam respectu aliorum. Vnde, si nec etiam ob bonum temporale, vel spirituale penitentis potest Confessarius loqui cum ipso penitente, apertè, vel occultè de rebus confessis peracta confessione, nisi de licentia expressa illius, vt supra satis probauimus, adè vt nec signis, nec rebus illi possit præteritam confessionem in memoriam ad confusionem, nec virtualem etiam adducere; profectò multò minus licebit negare penitenti licentiam ex eundè domo ob notitiam confessionis, negare Eucharistiam occultè, Ordines sacros, beneficium, suffragia ad honores, aut officia priuare, cum hoc ex natura sua sit virtualiter crimen confessum illi obicere, contra cap. *Omnis vniuersusque sexus fidelis*, de penitent. & remiss. in 6. ibi: *Caneat autem Sacerdos, ne dictis, vel factis, vel alio quouis modo prodat penitentem.* Præterea, si quando Confessarius errorem commisit in confessione, absoluendo, videlicet, penitentem ex obliuione à casu retinuerat, à quo eum absolueri non poterat; non potest huiusmodi errorem corrigere, aut ei hoc significare, nec signis, nec gestibus, sed opus est, vt licentiam expressè ab illo petat ad huiusmodi errorem emendandum, qua negata, libertas manet ab ea obligatione, vt videbimus cap. 4. num. 33. quo modo poterit Confessarius licitè negare Sacramenta penitenti ex confessione noto in occulto petenti, vt referunt Auctores contrariæ sententiæ.

Tertio, quia Sacramentum penitentiae institutum fuit à Christo Domino sub hoc occultissimo sigillo, & propter bonum, & religionem ac honorem Sacramenti, vt homines fidentius ad illud accedant, & propter bonum penitentium, vt illorum sanæ consularur: sed vt unquam læditur in alia opinione: ergo illa non est edocenda. Læditur honor, & religio Sacramenti: quia non tam fidenter, ac frequenter ad illud homines accedent, si sciant, inde

sibi malum aliquod euenire posse. Læditur fama penitentis: quia, si in generali defectus alieni in confessione auditi proparari possint, periculum est, vt cognoscantur penitentes auctores criminum. Tandem læditur religio Sacramenti: quia impeditur solatium, miserorum, quod Dominus posuit in hoc Sacramento. Et cum hæc omnia sint maxima inconuenientia, aliena à Christi institutione; idè alia opinio omninò reiicienda est.

Ex hac nostra opinione sequitur primò, Parochum, siue quencunque alium Sacerdotem, de licentia Parochi Sacramenta ministrantem, & matrimonio assistentem, non posse licitè negare huiusmodi Sacramenta petentibus, siue publicè, siue occultè petant. Ita docet Sanchez lib. 3. de matr. diup. 36. num. 14. Banhes 2. 2. quaest. 33. art. 8. ad finem, Armila verbo, *Confessor*, num. 7. Syluester verbo, *Eucharist.* 3. n. 7. & verbo, *Confessio*, 3. num. item 7. & Capua lib. 1. decil. avr. cap. 23. num. 38. Et quamuis Syluester, & Capua loquantur solum de Parocho; eadem tamen ratio est de Parocho: & non Parocho, cum omnes Christiani parochiani, & non parochiani habeant ius ad petenda Sacramenta à quocunque Sacerdote potente ea administrare, quocunque tempore, vt patet.

Sequitur secundò, non posse Confessarium extra confessionem, monere penitentem, vt desistat à petitione Eucharistia, vel matrimonij cum huiusmodi Sacramenta occultè ab eo extra confessionem petat, vt docet Sanchez allegatus num. 15. quia extra actum confessionis non potest Confessarius loqui cum ipso penitente de rebus in confessione auditis, nisi prius petita, & obtenta licentia ab ipso penitente; nec etiam ad corrigendos errores intolerabiles, si quos in ipsa confessione commisit, vt diximus num. 3. vers. *Præterea*.

Sequitur etiam tertio, finita confessione non posse ipsum Confessarium admōnere penitentem, vt desistat à scelere, quod vult parare nisi prius ab eo licentiam petat, & obtineat: qui a finito actu confessionis, finitus est forus penitentis; & finito eo foro, iam sequitur forus alius externus, quantumuis occultus & secretus, nullum commercium habens cum priori; imò docet Sanchez num. 16. non teneri Confessarium in hoc casu licentiam petere à penitente, vt cum eo ea de re loquatur, cum multi ægrè ferant, eam à se peti, & plerumque rubore confundantur. Quamobrem minus bene docet Henriquez lib. 3. de penit. cap. 2. num. 2. sine, asserens, posse Sacerdotem statim post confessionem finitam loqui cum penitente de rebus ad eam spectantibus, quin ab eo licentiam petat: qua in re visus est Henriquez sequi sententiam Paludani in 4. distinct. 21. quaest. 3. artic. 3. num. 60. & Diui Antonini 3. par. titulo 17. cap. 22. §. 1. qui asserunt, posse Confessarium ex notitia confessionis negare, statim post illam, Sacramenta indignis, eosque ob id reprehendere in occulto, si occultè petant. Quam quidem opinionem sepe reiicimus.

Sequitur quartò, non posse Confessarios licitè dicere regiis Prætoribus, si ex confessione sciant, tali die, & hora, proditores parari, vt eo die & hora solito diligentius inuigilent, neque fidei Inquisitoribus, multos esse Hæreticos in vrbe praua dogmata feminantes; cum notitia, & forus confessionis nullum commercium habeat cum his admonitionibus externis; & quia ipsi etiam statim conueniant, id ex confessione Confessarium scires, quod redum dat in detrimentum sigilli, vt diximus.

Sequitur quintò, non posse licitè Prælatos vti notitia confessionis complicitis alicuius delicti, vt fiant vigilantiores circa alios complices; nec posse licitè solito diligentius inuigilare, vt eos in delicto

Sanchez.

3.

archez.

Bent.

Arzalla.

Syluest.

Capua.

6.

7.

Henriq.

Paludan.

D. Anton.

8.

9.

Henriq.

10.

Nauiar.

Sosna.

11.

12.

13.

14.

15.

comprehendant: quia ex hac cautela necessarid red- ditur odiosa confessio, vt patet: est tamen hæc doctrina contra primam opinionem, & contra Hen. lib. 3. de penit. cap. 23. num. 8. vbi apertè id concedit: at necessarid sequitur ex dictis, & probatis ex hac secunda, quam tenemus.

Sequitur sextò, non teneri Confessarium vitare eum, quem ex sola confessione nouit excommunicatum esse vitandum: tum, quia notitia confessionis, & fori poli, nullum commercium habet cum foro solitum quia maius est ac fortius præceptum diuinum seruandi sigillum, quam præceptum humanum vitandi excommunicatum. Ita omnes Doctores citati pro hac opinione debent docere, si rectè, ac consequenter loquantur. Neque obstat Nauiar. in cap. *Sacerdos*, distinct. 6. n. 145. de penit. & remiss. qui docet, posse, & teneri Confessarios vitare huiusmodi excommunicatos ex sola confessione notos, in occulto saltem, quando nulli alij præsentibus sunt. Sed illius doctrina est omninò quoad hoc reprobanda, vt docet Soarius tomo 4. de penitent. disput. 33. lect. 6. num. 4. sub prælo Conimbricensi: neque obstat cap. *Chm non ab homine*, de sentent. excomm. quod videtur contrarium docere: intelligitur enim hoc cap. de illo, qui secretò extra confessionem sciebat illum esse excommunicatum vitandum, vt docet Syluester verbo, *Confess.* 3. num. 10. §. 17.

Sequitur, vt soluamus argumenta pro prima opinione facta. Ad primum dices, confessionem non tollere ius antiquum, quod Confessarius habebat ante illam: obligare tamen Confessarium, ne in actus externo, non licitos prodeat: & idè, si nouerat aliquid ante confessionem, & postea ex confessione illud iterum agnoscatur, non amittit ius, quod antea habebat ad loquendum de illo, dummodo nihil ob confessionem certius addat: aliquid est loqui de illare, quam antea sciebat; aliud negare suffragia ad honores propter solam indignitatem ex confessione cognitam duntaxat, vt patet.

Ad secundum dices, anteauditam confessionem iniuste queri posse penitentem de suffragiis sibi negatis ad honores publicos; iuste tamen audita confessione, si ob notitiam illius sibi denegentur: & quamuis ille non possit iuste queri, adhuc ea octio priuandi ad officia, & denegandi ea suffragia, iniuriosa est Sacramento confessionis: quia illud reddit hominibus exolum: & vt odiosum reddatur, satis est, quòd sciatur ius habere Superiores ortum ex notitia confessionis ad priuandos ipsos penitentes huiusmodi officia, & suffragia.

Ad tertium dices, nullam dari occasionem hominibus sceleratis, vtendi perniciofa cautela, vt censerentur in suis officiis, in quibus habent occasiones peccandi: quia, si Prælati alia via constituerit de tali occasione, iuste eos poterunt priuare: si autem non constituerit nisi per confessionem; confessio nullum ius eis tribuit ad id faciendum, vt patet.

Ad quartum, & sextum dices, Confessarios non teneri solum occultare personas sibi confessas, non reuelando illas; sed etiam teneri occultare omnia illa, quæ modo aliquo, directè, vel indirectè, offendunt sigillum, & sanctitatem Sacramenti, & omnes circumstantias, quæ licet in se peccata non sint, ducunt tamen in cognitionem personæ confessæ: hæc enim omnia iuste possunt reddere Sacramentum odiosum: quamuis, enim non prohibeantur Prælati, cautiore fieri ex notitia confessionis ad ferendas leges, & seruanda peccata; attamen id quidem est, quia inde nulla offensio, aut damnum resultat penitentibus, & quia iam antea habebant illud ius, quo per confessionem non priuantur.

Ad quintum respondeo, illam scientiam humanam

nam esse, quatenus subiectatur in intellectu huiusmodi; esse tamen simpliciter diuinam: quia solum in seruit fori diuino conscientia: & idè ad alium forum licitè extendi non posse, cum id sit alienum ab institutione Christi, & à religione huius Sacramenti, vt patet. Ad vltimum, & ad caput finale 6. q. 2. dico, illum textum non intelligi de confessione sacramentali, vt notat ibi Glossa verbo, *sibi solum*, & constat ex initio textus, quòd si de illa intelligeretur, esset aperta sigilli reuelatio, licet iniuste.

CAPVT IV.

*Quæ cadant sub sigillo, an hæresis, an defectus penitentis, si non sint peccata quid faciet Confessarius, si errorem committat intolerabilem in confessione: qualiter se debet habere cum Iudicibus: quæ confessio requirat sigillum: agitur de scheda confessionis.*

S V M M A R I V M.

- Sub sigillo confessionis cadunt peccata mortalia in genere, & venialia in specie n. 1. & etiam post errorem penitentis.* num. 8.
- Cadunt etiam circumstantia si directè, vel indirectè prodant penitentem.* num. 1. & 3.
- An prodat sigillum Confessarius, qui dicit: Quidam Religiosus ex tali Ordine, vel Monasterio mihi confessus est tale peccatum.* num. 2.
- An in sigillo dentur minima.* num. 5.
- Refutatur sententia affirmans, non esse contra sigillum reuelatio vnius venialis in specie.* num. 6.
- Et qui dicunt, non esse contra idem sigillum reuelare vnum mortale, si est publicum.* ibid.
- Refutatur Auctores asserentes, non esse contra sigillum, si Confessarius de viro profano, & mandato dicat, sibi fuisse confessum vnum mortale.* num. 7.
- Crimen hæresis cadit sub sigillo.* num. 9. & 8.
- Secus, si Hæreticus accedat ad Confessarium vnum pervertendi illum.* num. 10.
- Hæretici occultis fratrum denuntiandi, nulla præmissa fraternæ correctione.* num. 11.
- Blasphemia occulta non est denuntianda ante correctionem.* num. 12. & 13.
- Quid si conuicta sit cum hæresi.* ibid.
- Alia crimina, præter hæresim, non sunt denuntianda Iudicibus in visitationibus, si sint occultæ, etiam si sub excommunicatione denuntiari præcipiantur.* num. 14.
- Si peccatum iam sit emendatum, & fuit occultum, non est denuntiandum.* num. 15.
- An sit deferendū vni Prælati Religiosorum, si recidit non timeatur.* num. 16.
- Quid si crimen fuit publicum, & emendatio etiam est publica.* num. 17.
- Quid, si dubitetur de emendatione, & recidit illius.* ibid.

**P**rima conclusio: Sub obligatione sigilli cadunt non solum peccata mortalia in genere, sed etiam venialia in specie, non absolute loquendo, sed relatiuè ad personas confessas, & eorum circumstantia, siue voluntariè, siue necessarid confessæ, & quocunque aliud, quod licet in se peccatum non sit, ducit tamen in cognitionem penitentis, etiam demortui, directè, vel indirectè, cadunt etiam omnia, quæ per se, vel per accidens nocuum sunt aliquod.



D. Thom. Syluest. Angel. Soar. Follerus. Nauar. Bellanus. Sotus.

Ledesma. Vell. Caietan.

D. Anton. Henric. Nauar.

Tolet.

aliquod, vel sinistram opinionem asserere possunt penitentibus. Ita doce d. Thomas in 4. distinct. 21. q. 2. art. 1. quaestione. 2. Syluester verbo, *Confessio*, §. 5. sine. Angelus verbo, *Confessio*, §. 5. Soarius tomo 4. de poenit. disputat. 3. lect. 3. num. 8. in praelo Conimbricensi, Henric. lib. 3. de poenit. c. 21. num. 6. & cap. 19. à num. 3. Toletus lib. 3. Summae, cap. 16. num. 2. Nauar. cap. 8. num. 12. & num. 3. Agidius Bellanus tomo 2. de Sacram. & cens. disputat. 9. de sigillo confessionis dubitat. 1. num. 10. Sotus de regendo secreto, membr. 3. q. 4. ante secundam conclusionem. Ledesma q. 10. art. 5. conclus. 3. Victoria de confessoribus, §. 171. Caietan. verbo, *Confessio*, cap. ultimo. Patet ex cap. *Omnia verisusque sexus*, dist. 6. de poenit. & remiss. ibi: *Caveat autem sacerdos, ne verbis aut signo, aut alio quouis modo prodatur peccatorum.* Dixi in conclusione, non absolute, sed velati ad personas confessas: quia loqui absolute de peccatis in confessione auditis, non indicando personas, nec circumstantias, per quas illa cognoscantur actu, vel iudicio prudentis cognosci non possunt in posterum, non est contra sigillum. Moneant tamen communiter Doctores, & per viscera misericordiae Christi Domini, iterum, atque iterum commendant Confessariis, ne faciles sint ad loquendum de rebus in confessione auditis: & quia vix aberit periculum; & quia res est de se satis obuia scandalo, maxime si fiat coram multis, aut paucis, sed in eodem loco, & vrbis, vbi commissum fuit scelus, & post breue tempus à perfecta confessione: quamobrem opus est magna prudentia, & cautela. Sed hac de re dicemus num. 12. cap. 5.

Cauendum etiam est Confessariis, ne offendant communitatem, aut religiosam Familiam, nominando Religionem in particulari, aut Monasterium: quia prater peculiarem iniuriam, & periculum cognitionis poenitentis, mortaliter loquendo, nunquam in fieri potest, nisi cum magno dedecore, & iniuria communitatis: & ideo Ledesma quaest. 10. art. 2. & Soarius allegatus existimant, in rigore loquendo, hoc esse reuelationem sigilli: & in hanc sententiam inclinat etiam D. Anton. 2. part. tit. 17. cap. 19. §. 3. Contra verò Henric. lib. 3. de poenitent. cap. 21. num. 6. & Nauar. cap. 8. num. 16. existimant, in rigore non esse contra sigillum; posse tamen esse peccatum mortale, aliquando scandali, aliquando infamiae totius communitatis: licet enim nullius Religiosi in particulari suspicio esse possit; tamen apud simplices & rudes homines generatur maximum scandalum reuelatae confessionis: vnde ita ait Soarius allegatus ibi: *Est quidem peccatum mortale scandali, sed non in alia materia, quam in materia sigilli: ergo est peccatum mortale contra sigillum, & Sacramentum. Nec obstat, quod sit apud simplices, non apud prudentes, & sapientes: nam etiam apud simplices iniuria Sacramento fiet; & oportet, ut etiam simplices, & ignorantes homines non deterreantur à confessione, ut secuti, & sine timore reuelationis confiteri possint.* Haec Soarius tomo 4. de poenitent. disputat. 3. lect. 3. num. 5. medio, apud praeram Conimbricensem. Sed nihilominus existimo, opinionem Soar. esse admodum rigorosam, & opinionem Henrici, & Nauarri esse probabiliorē, ut consideranti patebit.

Diximus etiam in conclusione, cadere sub sigillo Sacramenti omnes circumstantias, & omnes defectus sanguinis, aut natalis poenitentis, & omnia alia, quae, licet in se peccata mortalia non sint, produnt tamen directe, vel indirecte poenitentem, & illi infamiam asserunt, vnde peccat contra sigillum confessionis, si quis dicat se audiuisset illegitimum, aut ignobilem in ea circumstantia, in qua cognoscitur potest ipse poenitens, ut docet Toletus lib. 3.

Summae, cap. 16. num. 2. Soarius, tomo 4. de poenit. disputat. 3. lect. 3. num. 5. sub praelo Conimbricensi, Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. Capua lib. 1. de cens. aur. cap. 23. num. 31. Nauar. in Summae, cap. 8. num. 3. Capua. Bellanus tomo de Sacram. & censuris, disputat. 9. de Nauar. sigillo, dubit. 1. num. 13. Sa verbo, *Confessor*, num. 12. Bellanus. Palacios in 4. dist. 21. quaest. 3. art. 2. & alij, nam licet Sa. non sit peccatum esse illegitimum, aut obicuro loquendum, esse natione Maurum, vel Iudaeum; tamen pariunt haec infamiam poenitentibus; & non est negandum, cadere sub sigillo, quidquid illis infamiam asserere potest, si id ex sola confessione sit notum. Ita prater Doctores allegatos docent etiam expresse D. Thom. in 4. dist. 21. quaest. 1. art. 5. Syluest. verbo, *Confessio*, §. num. 2. Angelus verbo, *Confessio*, Syluest. §. num. 14. Vinaldus in Candelabro aur. i. p. vbi de Angel. sigillo, num. 9.

Dixi tandem in conclusione, cadere sub sigillo huius Sacramenti, omnia peccata mortalia in genere, & in specie; venialia autem solum in specie, non in genere: quia mortalia, nec in genere, neque in specie sunt manifestanda; non enim potest dicere Confessor: Ille mihi confessus est multa mortalia, aut vnum mortale. Venialia verò in genere manifestare, non videtur esse contra sigillum: nam, qui confitetur, clare ostendit se habere saltem venialia: aliter enim non esset confessio. Ita Toletus lib. 3. Summae, cap. 16. num. 2. Henric. lib. 3. de poenitent. cap. 19. num. 3. sine. Victoria in Summa de confessione, §. 171. Nauar. in Summa, cap. 8. n. 3. & in cap. *Sacerdos*, de poenit. & remiss. num. 68. & Vinaldus modo allegatus. Sed hac de re necessarium redibit sermo num. 6.

Probatum igitur conclusio. Primum, quia sicut in iuramento assertorio non dantur minima, sic nec dantur in praepro sigilli: vnde sicut in eodem iuramento nunquam est licita violatio illius, semper est mortale periculum: ita in Sacramenti sigillo semper est peccatum mortale violatio illius in re etiam minima, & leui, qualis est culpa venialis in specie. Deinde, quia fornicatio nunquam potest esse medium licitum ad vitandum damnum proximi: ergo neque etiam violatio sigilli: non enim minus prohibetur vnum medium, quam aliud. Probatum tertio ex cap. *Omnia verisusque sexus*, de poenitent. & remiss. distinct. 6. ibi: *Caveat autem sacerdos, ne verbis, aut signis, aut alio quouis modo prodatur peccatorum.* peccata autem venialia in specie constituunt hominem peccatorem: vnde illa in eadem specie, & indiuiduo reuelare, contra sigillum est.

Haec cum ita se habeant, cauendum est maxime à doctrina Ledesmae de Confessione, quaest. 10. art. 1. & 5. & Victoriae, quos citat, sed non sequitur Henric. lib. 3. de poenitent. num. 3. sine. c. 19. qui auli sunt asserere, non esse peccatum mortale sacriligiū, reuelare vnum veniale, in specie, alicuius poenitentis in confessione auditum, in ea circumstantia, in qua alij nullo modo intelligant ex confessione fuisse notum. Similiter, & à doctrina Soti lib. de regendo secreto, memb. 3. quaest. 4. conclus. 2. & 3. & in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 5. conclus. 3. vbi, licet contrarium teneat, dicit tamen id esse probabile. Item & à doctrina Medinae Cod. de Confessione, quaest. 15. circa principium, affirmantis, quando peccatum notum est aliis, & publicum, non facere confessarium contra sigillum, si dicat, Petrum sibi fuisse confessum tale peccatum, (nominando illud) cum magno dolore; quia hoc, nec credit in infamiam poenitentis, nec in odium confessionis: est enim haec doctrina Soti falsa, & improbabilis, ut docet Soarius tomo 4. de poenit. disputat. 3. lect. 3. num. 6. tum, quia in hoc Sacramento attendendum est iis, quae sunt per se, & non

Sotus. Vega.

D. Thom. Nauar. Vega. Henric.

Nauar. Syluest. Henric.

Henric.

Capua. Tolet. Gutierrez. Simanc.

10.

& non per accidens; & per accidens est, quod peccatum veniale Petri in particulari ignoretur fuisse confessum; per accidens etiam est, quod peccata mortalia sint publica, & nota aliis; per se autem, quod directe reuelentur: tum, quia id generabit scandalum audientibus, etiam apud pios, & doctos homines; quod est signum euidentis, esse id contra sigillum, imò esse reuelationem sigilli manifestam. Præterea, si opinio Victoriae, & Ledesmae inuenerit, quod, scilicet, licitum sit Confessariis nominare vnum peccatum veniale in specie, & reuelare personam, ac poenitentem, qui illud commisit, in ea circumstantia, in qua alij non intelligant, Petrum fuisse confessum, paulatim vilescet sanctitas huius Sacramenti, & in detrimentum poenitentium id necessarium redundabit, & iam minima admittentur in materia sigilli, cuius contrarium probauimus num. precedenti. Vnde, si Sacerdos in Gallia audiat Petrum in confessione, & in Hispania coram illis, qui eum agnoscunt, dicat, Petrum sibi confessum fuisse quoddam veniale, frangit sigillum, ut docet idem Sotus in 3. quaest. 4. & Vega lib. 4. casu 322. fol. mihi 240. quia id quidem est reuelare veniale in specie. Vltimò, quia omnes Doctores dicunt, cadere sub sigillo peccata publica meretricum; & sic non potest Confessarius dicere, illam, vel illam sibi confessam fuisse tale, vel tale peccatum, vel sua publica peccata, ut docent communiter Doctores, D. Thomas in 4. dist. 21. q. 3. art. 3. vers. *Respondet*. Nauar. in Summa, c. 8. n. 10. Vega lib. 3. casu 307. Henric. lib. 3. de poen. cap. 20. n. 4. & alij.

Et fortassis Ioannes Medina ex aliorum sententia dixit, non ex sua, ut bene notat Henric. cap. 21. num. 1. ad finem, non reuelare sigillum illud Confessarium, qui de viro profano, & mundano dicit, sibi fuisse confessum peccatum mortale in genere.

Dixi vltimò in conclusione n. 1. posita, violari sigillum, peccata mortalia in genere, vel in specie; venialia verò in specie tantum reuelentur, etiam post mortem: quia diuinum praecipuum sigilli negatiuum est, & ideo pro semper obligat ante, & post mortem: nam etiam post mortem poenitentis iniuria fiet Sacramento, ut docet Nauar. cap. 8. n. 7. & Syluester verbo, *Confessio*, §. num. 2. sine. & Henric. lib. 3. de poen. c. 19. n. 3. & alij. Praecepta tamen de recipiendis Sacramentis Confessionis, Baptismi, Eucharistiae, &c. affirmatiua sunt, & ideo omitti possunt ob euidentis mortis comminationem, ut patet, & docet Henric. lib. 3. de poenit. c. 19. num. 3.

Crimen haereticum certum est sub sigillo cadere, quauis Haereticus non absoluitur, neque velit haereticum exuera nec reuelare complices etiam perniciosissimos; & quauis animum habeat nocendi multis, imò & toti reip. Christianae. Ita Capua lib. 1. de cens. aur. cap. 23. num. 6. & Toletus lib. 1. Summae, cap. 16. num. 5. & Gutierrez lib. 1. quaest. 10. num. 51. & Simancas de catholicis Instit. titulo 42. num. 14. debet tamen Confessarius Haereticum admonere, ut se prodatur Inquisitoribus, vel ut sibi concedat licentiam ad illum prodendum: quod si noluerit, abque absolute dimittat, & illum & Deo commendat, & inuolubiliter sigillum obseruet; Deus enim propter obseruationem illius, rem publicam seruabit incolumem.

Si tamen Haereticus accedat ad confessionem, non animo se accusandi, peruertendi Confessarium, & monitis nolit acquiescere ipsius Confessarii, tenetur Confessarius illum statim denunciare Inquisitoribus: talis enim confessio non est sacramentalis confessio, sed est sacrilegia inuentio, & modus dogmatizandi occultè, in quo tamen maxima prudentia Confessarii ad hoc venandum requiritur: quia ex modo loquendi, & proponendi ipsius Haereticus id subodorabitur. Ita Toletus lib. 3. Summae, cap. 16. §. *Sed quis detegat*. Capua lib. 1. de cens. aur. c. 23. n. 18. & alij.

Dixi statim: quia Haereticus occultus nulla praecedente correctione denunciandi sunt, etiam si ferè compertum sit, quod resipiscunt, & nulli nocebunt; quia illis non est fidendum, ut latè probat Simancas de chatol. Institut. tit. 19. num. 10. & num. 12. & Gutierrez lib. 1. quaest. 10. num. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 33. num. 47. vbi ait, speciale hoc esse in crimine haereticis, ut ob magnam eius periculum statim sint denunciandi Haereticis, nulla praemissa Christiana correctione, siue haereticus sit publica siue secreta: & id ipsum tenet Canus lib. 1. de locis Theolog. cap. 9. versus finem. Mercado cap. 1. versiculo, *Lò Primero*. Petrus Nauar. lib. 2. de poen. Nauar. restitut. cap. 4. num. 193. & 194. Auila 2. part. Auila. cap. 5. dist. 4. dub. 3. conclus. 1. Banhes 2. 2. Banbes. quaest. 33. art. 7. ad 4. Albericus lib. de secreto, Alber. num. 82. & Alfonso à Christo lib. 1. de iusta Haeret. punitione, cap. 25. & Sotus de reg. secreto, memb. 294. Aldretus lib. 1. de religiosa disciplina, cap. 5. §. 4. num. 28. vbi idem (& bene) dicit de produtione Regis, ac Principis. Azor statim citandus & alij: licet multi existiment, eo saltem casu fraternam correctionem praemittendam, esse, cum Haereticus corrigibilis iudicatur, ac bona indolis, & corrigens, vir doctus, & magnae auctoritatis; & ferè compertum sit, quod per solam correctionem resipiscet: & hi sunt, D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. Syluest. verbo, *Correctio*, q. 5. Gabriel in canon. lect. 74. sub littera S. Verum praallegati Doctores melius docent, non esse admodum fidendum huic admonitioni; sunt enim Haereticus admodum subdoli, & metu poena fingunt se esse emendatos; cum tamen ignem foueant sub cinere doloso: quo fit, ut etiam aliquis resipiscere videatur; rarissimè tamen alios complices, quos Haereticos esse nouit, reuelabit; & ideo quantumvis speretur emenda, denunciandi sunt abique vlla correctione, iuxta Doctores modo allegatos. Et ratio esse potest: quia hi non sunt fratres euangelici, licet sint fratres naturae, id est, proximi, & per consequens ordo euangelicus cum eis seruandus non est, ut optime notauit Archidiaconus in cap. *Si peccauerit*, 2. q. 1. & Panormitanus Panorm. in cap. *Nomi*, de Indicibus, & Corduba in additionibus ad Sotum, in loco allegato ipsius Soti, conclus. 2.

Azor autem lib. 9. Institutionum moralium, c. 28. §. 8. etiam existimat, blasphemiam secretam esse denunciandam abique praevia monitione, quauis blasphemiam speretur correctio. Fundatur Azor in decreto Concilij Lateranensis, §. *Ad abolendam*, c. 9. vbi ita dicitur, loquendo de auditoribus blasphemiae: *Blasphemiam verò de ferre, vel notificare apud Iudicem Ecclesiasticum, seu saecularem, in iudicium debeant.* Id tamen negat Sancius tom. 1. Decalogi, cap. 33. num. 47. cum hoc speciale sit in crimine haereticis: & verba Concilij intelligit praemissa correctione fraternae, si speretur emenda; aliam non: & cum Sancio idem sentit Medina lib. 1. Summae, cap. 14. §. 2. fol. 77. pag. 1. Manuel Rodrig. Rodrig. tomo 1. Summae, in 2. edit. cap. 34. n. 6. & Ludouic. Lopez 1. p. Institut. cap. 282. sine, qui omnes intellegendi sunt, modò blasphemiam non sit coniuncta haereticis: nam, si haereticum contineat, idem de illa, atque de haereticis necessarium dicendum est. Neque obstat illud Pauli ad Titum: *Haereticum hominem*

11. NN 3 post



animo confitendi sese, sed inducendi ad delictum: in quo casu etiam non tenetur Confessor ad sigillum; oportet tamen obseruare, vt coniecturæ sint tam certæ, & claræ, vt rem moraliter certam reddant: nam in dubio semper inclinandum est in fauorem Sacramenti, & pœnitentis: quia, quando quis non probatur omnino fictus, præsumitur bono animo accessisse ad confessionem, sicut quando non probatur nocens, præsumitur innocens. Ita docet expressè Soarius de pœnit. disput. 33. sect. 2. num. 6. Syluest. verbo, *Confessio*, 3. num. 2. quæst. 4. Abbas in cap. *Omnia*, de pœnit. & remiss. distinct. 6. quem sequitur Angelus verbo, *Confessio*, vlt. num. 7. Innocent. Monaldus, & Raynaut. quos refert, ac sequitur Syluester allegatus: tenet etiam Barth. Medina in Summa, lib. 2. cap. 4. Alensis 4. p. qu. 78. membr. 2. Lelius Zechius de priuilegijs Eccles. priuileg. 154. num. 72. Nauarrus cap. 18. num. 55. Capua lib. 1. decis. aut. cap. 23. num. 18. Viualdus in Cand. aureo, 1. p. de sigillo, num. 15. Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 5. Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 21. num. 3. & alij, quos ibi ad marginem refert, ac citat Henricus, littera N. Et in confirmationem huius doctrinæ asseuerat Viualdus, se olim legisse librum quandam de Sacramento pœnitentiæ, in cuius quæstione de sigillo, continebatur, olim fuisse certum, Cardinalem acerrimè punitum à Summo Pont. eò quòd sibi non procederet alium Cardinalem, qui apud illum peccata confessus fuerat animo pertrahendi illum in conspirationem aduersus ipsam Summum Pont. cuius historia meminit etiam Sorus allegatus: quod non faceret Summus Pont. si prædictus Cardinalis in eo casu ad sigillum reneretur.

19. An verò huiusmodi ficti pœnitentes sint statim denuntian di iudicibus competentibus ante vllam admonitionem fraternam, dubium est, quod vt expedit, aduerto sic: Vel peccatum, ad quod volunt pertrahere Confessarium, in illis est iam publicum, aut de illo sunt iam modo aliquo infamati, aut est secretum & occultum, & nulla præcessit infamia: si est publicum, aut de illo iam sunt infamati, statim sunt denuntiandi, prætermiffa omni correctione fraterna: nam, cum correctio fraterna prouisa sit à Christo Domino, vt consulatur famæ proximorum, sequitur inde euidenter, eum, qui famam amisit per publicitatem delicti, aut infamationem, non esse prius admonendum: & ideo, generaliter loquendo, si delictum est notorium, correctio fraterna non habet locum, iuxta Apostoli sententiam 1. ad Tim. cap. 5. *Pœccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.* Est doctrina communis. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. corpore. Sayrus in Clau reg. lib. 1. cap. 4. num. 4. Petrus Nau. de restit. lib. 2. c. 4. num. 64. Aldretus lib. 1. de disciplina relig. cap. 5. §. 4. num. 21. & communiter omnes.

20. Si verò delictum est secretum, & nulla illius præcessit infamia, tunc, aut est delictum vergens in damnum publicum, aut in damnum proximi alicuius momenti; aut solum peccanti nocet, & in peccantibus manet, & nulli alij noxium est. Si vergit in damnum proximi, aut in publicum, statim denuntiandi sunt, ante vllam admonitionem fraternam, nisi certò ac firmiter quis credat, quòd per huiusmodi correctionem emendabitur delinquens: nam, si certò ac firmiter hoc credat, necessariò est præmittenda Christiana monitio. Ita docet expressè D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. Sayrus num. præcedenti allegatus. Nauarr. in Manuali Lat. cap. 18. num. 31. Salon. 2. 2. quæst. 68. art. 1. controu. 2. concl. 2. Sorus de teg. secr. memb. 2. quæst. 4.

Soarius.  
Syluest.  
Abbas.  
Angel.  
Innocent.  
Monald.  
Raynaut.  
Sylu.  
Medina.  
Alensis.  
Zech.  
Nauarr.  
Capua.  
Vinald.  
Sorus.  
Henric.

D. Thom.  
Sayrus.  
Nauarr.  
Aldr.

D. Thom.  
Sayrus.  
Nauarr.  
Salon.  
Sorus.

Toletanus lib. 2. de restit. cap. 4. num. 186. Maior *Tolet.* in 4. dist. 21. q. 2. Sancius lib. 3. de matr. disput. 13. *Maior.* & communiter Doctores. Regulariter tamen loquendo, nunquam quis tam certus ac firmus esse potest de emendatione, vt non sit dubius contrarij euentus; & in dubio huius firmitatis ac certitudinis, & similiter in dubio futuræ emendationis, tutior pars est eligenda, quæ præcipit deaunciari, vt docet Aldretus lib. 1. de relig. disciplina, cap. 5. §. 4. num. 40. & Toletanus modò allegatus. Si autem crimen vergit in damnum solum auctoris, & in auctore sistit, & nulli alij noxium est, tunc semper præmittenda est correctio fraterna, dum emendatio speratur, bis, aut ter, quando iudicio prudentis, peccatoris speratur correctio. Ita docet Sayrus in Clau reg. lib. 1. cap. 4. num. 55. & Petrus Nauarr. lib. 2. de rest. cap. 4. num. 190. Sancius lib. 3. de matrim. tom. 1. disput. 13. num. 3. Gutierrez lib. 1. quæst. canonicarum, cap. 11. num. 27. & 28. Henricus lib. 1. de matr. cap. 14. num. 5. sine. Couar. 4. parte decretal. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 21. & communiter Doctores: dicit enim ratio charitatis, vt frater ac proximus emendetur quàm minimo damno fieri possit suæ famæ: & ideo, dum emendatio speratur, non est deferendus Ecclesiæ, id est iudicibus, iuxta dictum Christi Domini Matth. 18. *Corripe eum in traie, & ipsum solum: quòd si te non audierit, adhibe vnum, vel duo testes: & si te non audierit, dic Ecclesiæ.* Vbi vides prius admonendum esse, quàm adhibeantur testes: deinde prius adhibendum esse vnum testem, postea alium, vt quàm minimo damno famæ ipsius emendetur.

21. Restat modò solum demonstrare, quænam sine delicta vergentia in damnum publicum, & in damnum proximorum, temporale, vel spirituale: & quæ sint delicta, quæ tantum noxia sunt auctori, & in illo sistunt, & aliis nocina non sunt: in quo maximè desudant Auctores. Ceterum, nemo accuratius in particulari ea numerauit, quàm Sorus de teg. secreto. memb. 2. qu. 4. dub. 2. & quàm Toletanus lib. 2. de rest. cap. 4. à. num. 188. & numerant inter crimina vergentia in damnum publicum, ac commune, prodiones in patriam, in Reges, in Principes: hæreses, quia alios corumpunt; & his similia. Et verò Aldretus lib. 1. de relig. disciplina, cap. 5. §. 4. num. 28. peccatum contra castitatem inter Religiosos numerat inter peccata, quæ vergunt in damnum commune Religionis: & merito; quia impedit ministeria ipsius Religionis cum fructu exercenda in proximis. Inter peccata autem, quæ vergunt in damnum proximi, numerant conspirationem in certam familiam, insidias ad interficiendum aliquem, furta, adulteria, subornationes in cathedris, in suffragiis ad honores, falsificationes monetarum, (sed hæc melius numerantur in prima classe eorum, quæ vergunt in damnum publicum, & in damnum læsæ maiestatis,) latrocinia, prædationes viarum, seminationes falsæ doctrinæ, & alia huiusmodi. Inter peccata verò, quæ solum nocent auctori, & in eo sistunt, & aliis noxia non sunt, numerant gulam, auaritiam, superbiam, fornicationem cum corrupta iuter seculares, ebrietatem, & alia huiusmodi, & matrimoniua contrahendum cum aliquo impedimento dirimento, vel impediendo: in illo enim semper est præmittenda correctio fraterna, antequàm iudici deferatur, bis, aut ter, dum contrahentis speratur emendatio, vt docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 13. n. 3. non currit autem tempus excommunicationis impostæ ad denuntiandum impedimentum matrimonij, quando iudicio prudentis emendatio speratur, vt optimè aduertit Nauarrus *Nauarr.* de datis, & promissis n. 45. & Sancius allegatus. *Sanc.* Redeundo

Aldret.  
Toletan.

Sayr.  
Nauarr.  
Sanchez.  
Henric.  
Couar.

21.

Aldret.

26.

22. Redeundo ergo ad sigillum confessionis, dico doctrinam num. 18. propositam valde notandam esse pro superioribus Religionis contra eorum subditos, qui non animo cõfrendi sua crimina, sed animo incutienti metum, ad eos accedunt fictæ causa confessionis; & cum ante illos sunt, factò signo Crucis, querimonias, & iniurias iactant in Superiores, minanturque eis mortem, & percussiones, ac ita dicunt: Nisi à me persequendo abstinas, iuro te à me occidendam fore poterunt enim in hoc casu Superiores absque periculo sigilli hoc propalare, & ea vti notitia in foro externo ad eos puniendos, cum hæc non sit confessio, sed sacrilega inuentio, vt animaduertit Capua lib. 1. decis. aut. cap. 23. num. 18. sine. Et ita intelligendi sunt Panormitanus, & Butrius in cap. *Omnia vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. num. 46. qui dicunt, peccatum committendum non cadere sub sigillo confessionis: quia existimant, peccatum non esse materiam confessionis, nisi præsens, aut præteritum, quos statim refutabimus numero sequenti: non enim animaduertunt, esse præteritum in proposito: bene tamen autumant, si volunt dicere, peccatum committendum non cadere sub sigillo confessionis, id est, fictæ confessionis, seu potius malitiolæ & sacrilegæ inuentionis.

21. Cauendum tamen hæc est à doctrina Altifiodorensis 4. p. Summa, tractatu 6. cap. 3. §. 4. fol. 240. & à doctrina Alensis 4. part. quæst. 78. num. 2. art. 2. & Ioannis Andræ, & Ancharani, & Innocentij in cap. *Omnia vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. quos citat, & sequitur Sylu. verbo, *Confessio*, 3. num. 2. quæst. 3. & à doctrina Cardinalis Albani in lucubrationibus ad Bartolum in l. *Vt vim*, num. 22. ff. de iustitia, & iure, & Hieronymi Gig. in tractatu de crimine læsæ maiest. lib. 2. c. 18. & à doctrina Angelij verbo, *Confessio*, vlt. num. 57. & Decij, & Barbatij apud Nauarrum in cap. *Sacerdos*, de pœnit. dist. 6. n. 116. & aliorum, quos refert, sed non sequitur Couar. 2. p. epitom. cap. 8. §. 12. num. 9. qui dicunt, non infringi sigillum, si reueletur peccatum futurum committendum, quando est in perniciem Confessarij, proximorum, aut boni communis: quia tibi persuadent peccatum non esse materiam confessionis, nisi præsens, aut præteritum: est enim hæc illorum doctrina erronea, vt docet Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 15. n. 8. & D. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1. ad 1. & Capua lib. 1. decis. aut. cap. 23. num. 19. & Nau. in cap. *Sacerdos*, num. 120. & Caietan. opusc. 27. cap. 15. & Sorus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. concluf. 1. & de teg. secreto, m. 3. q. 4. concl. 2. & Ioan. Med. tract. 2. de confess. q. 45. & Innoc. in cap. *Omnia*, de pœnit. & Adrianus in 4. tractatu de confess. sigillo, Ioannes Maior in 4. distinct. 21. quæst. 3. Gabriel ibidem, quæst. 1. concluf. 3. Salzedo in practica crimina, cap. 109. falso enim allegatur pro contraria parte. Et ratio est: quia non considerant in reuelatione illius peccati futuri, simul deregi peccatum in voluntate ac proposito præteritum, & iam esse veram materiam confessionis, quanuis in voluntate fuit commissum.

24. Si tamen aliquis suam peccatum in confessione reuelat Sacerdoti, animo verè confrendi, quanuis in ista de causa non absoluitur, v. c. ex defectu contritionis, vel quia casus habet reseruos, vel quia in propinqua est occasione peccandi, vel alia de causa; verè ad sigillum obligatur Confessor: fuit enim inchoata confessio, & animo accusandi facta: simul enim ac confessio fit in forma sacramentali, ad eam habet obligationem sigilli, iuxta omnium Doctorum sententiam. Ita D. Thomas in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. & 2. Toletus lib. 3. Summa, cap. 16. num. 5. Capua lib. 1. decis. aut. cap. 23. num. 3.

D. Thom.  
Toletus.  
Capua.

Soarius de pœnit. disput. 33. sect. 2. num. 8. Sylu. verbo, *Confessio*, 3. num. 2. quæst. 4. ad finem. Henricus *Sylu.* lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 8. Salzedo ad practicum Bernardi Dias, cap. 109. Imò addit Sylu. si aliquis peccatum suum Sacerdoti reuelat animo se accusandi, etiam ab eo nolit absolui, sed tantum consilij causa ad bonum spirituale, vel temporale, adhuc cadere sub sigillo, quia est dictum in confessione, & auditum, animo se accusandi, & procurandi bonum proprium ad solatium animæ: est enim hæc vera confessio saltem dispositiue, reductiue & inchoatiue. Et idem docet etiam optimè Soarius de pœnit. disput. 33. sect. 2. num. 8. & 9. Addit quoque Henricus ibi, posse aliquando contingere, vt quis accedat ad confessionem absque proposito emendandi, animo tamen verè accusandi sese, & ante absolutionem posse ad Deum conuerti, & habere dignum, ac conueniens propositum emendationis cum vero dolore cordis: in quo casu Confessarius tenetur verè examinare, ac pensare, tanquam verus Iudex ipsius fori, propositum, & dolorem pœnitentis: & etiam si non absoluit propter periculum recidimæ, imò differat absolutionem; tenetur tamen ad sigillum, ac si verè absoluit: eò quòd iam illud peccatum subditum fuerit clauis scientiæ Confessarij: quæ doctrina Syluestri sana est, ac vera & eam docet etiam Soarius de pœnitent. disput. 33. sect. 2. n. 9. *Soarius.* & D. Thomas 2. 2. quæst. 11. art. 2. ad primum, & Sorus de teg. secreto, memb. 3. quæst. 4. & Ledesma *Sorus.* quæst. 10. art. 4. dub. 5. & alij duobus numeris sequentibus citandi. *Ledesma.*

25. Item, si meretrix accedat ad confessionem animo implendi præceptum annuæ confessionis; non tamen animo resipiscendi, sed perseverandi in eodem statu, non est absolueda: tenetur tamen Sacerdos ad sigillum confessionis; quia ad prædictum sigillum requiritur, vel animus accusandi sese, & verè resipiscendi, vel saltem animus implendi præceptum Ecclesiasticum, vt optimè animaduertit Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 21. num. 3. & docet *Henric.* Soarius de pœnit. disput. 33. sect. 2. num. 9. & Caietan. 2. 2. q. 70. art. 1. & tom. 1. opuscul. tract. 21. & expressè etiam Simancas tit. 4. 2. num. 15. vers. *Nam eist*, & Sorus in relect. de teg. secreto, m. 2. q. 7. & Syluester verbos, *Confessio*, 3. num. 2. Et ratio est: quia cap. *Quod quidam*, de pœnit. & remiss. iubet admitti confessionem impœnitentium, veluti publicatorum meretricum, eò quòd fortè monitis Confessarium resipiscant, ac corrigantur: quamobrem, si Ecclesia præcipit admitti huiusmodi confessionem, necessariò erit obseruandum sigillum.

26. Imò potest etiam contingere, vt quis accedat ad confessionem animo verè se accusandi, & confitendi crimen, quod vult patrare: v. c. prodicionis in Regem, ac Principem, & non animo peruertendi Confessarium, aut trahendi ad suas partes, & monitis Confessarij non vult desistere à suo cogitatu; & hic quidem non est absoluedus, cum sit in statu impœnitentiæ; & actualis peccati; an sigillum tamen obligatur Confessarius, vt docet optimè Soar. de pœnit. disput. 33. sect. 2. num. 8. Couarruias 2. *Couar.* p. epitomes, c. 8. num. 10. Gabriel in 4. distinct. 21. *Gabriel.* concl. 3. Maior ibid. q. 3. Adrianus in 4. tractatu de sigillo confess. Caiet. opusc. 27. q. 15. Sorus relect. *Adr.* de teg. secreto, m. 3. quæst. 4. concl. 2. Nau. in cap. *Caietan.* *Sacerdos*, num. 116. Med. de confess. fol. 122. Cardinalis col. finali, in cap. *Omnia vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. dist. 6. Et ratio est, quam num. præcedenti tetigimus, quia ad sigillum confessionis, ad inuiolabiliter seruandum non requiritur, vt confessio fiat cum omnibus conditionibus requisitis ad absolutionem: sed satis est, si accedat quisque animo accusandi sese, vel implendi præceptum Ecclesiæ.

Soarius.  
Henric.

Soarius.  
D. Thom.  
Sorus.

25.

Henric.  
Soarius.  
Caietan.  
Simanc.  
Sorus.  
Sylu.

26.

Soarius.  
Couar.  
Gabriel.  
Maior.  
Caietan.  
Sorus.  
Medina.  
Card.



clesia: aliis enim quoties Sacerdos ex iusta causa negaret absolutionem, maneret immunis a sigilli obligatione, & posset dicere: Ego non absolvi Petrum, quia imperatus accessit ad confessionem, vel quia non habebat propositum emendationis in futurum, quod est ingens absurdum, vt consideranti patebit, & manifesta reuelatio sigilli.

27. Solent aliquando Iudices Ecclesiastici mittere reos ad Confessores doctos, imposta obligatione, vt ab illis afferant schedulam, qua constet, fuisse confessos, ea intentione, vt monitis Confessorum fateantur postea in iudicio id, quod negabant, impediunt, videlicet, matrimonij, quando volunt; aut promissiones nuptiarum, quando renuntiant; contrahere: quod omnino illicitum est: nam id quidem non potest non esse iniuriosum Sacramento: siquidem illo, in hoc casu, tanquam torrura vtuntur Iudices ad extorquendam veritatem. Deinde, est indirecta obligatio imposta Confessariis prodendi sigilli: nam, si negent schedulam, inde colligent, huiusmodi reos sibi veritatem in iudicio denegasse: si afferant predictam schedulam, & postea veritatem, quam negabant, fateantur, inde colligent, fuisse sibi in iudicio mentitos: quomobrem indirecte, & inconsiderate obligant Confessarios ad prodendum Sacramentum sigilli. Præterea est etiam exponere reos manifesto periculo negandi veritatem in confessione, & sacrilegium committendi, vt animaduertit Vega libro 1. casu 49. Sorus lib. 5. de iustitia, quæst. 6. art. 3. quem citat, & Ledesma quæst. 10. artic. 3. dubitat. 2. & idem Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 6. colum. 3. & de regendo secreto, membr. 3. quæst. 4. conclus. 5. Quomobrem acriter debent Confessarij reprehendere huiusmodi Iudices, qui nimio zelo iustitiæ tam manifeste limites forentes transcendunt, & per summam iniuriam huius venerabilis Sacramenti volunt ex notitia fori interni, dirigi in foro externo. Si tamen prudenter hoc fiat, nihil fieri contra sigillum, tenet Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 22. num. 5. v. c. si eos mittant ad viros doctos, causa capiendi consilij; non tamen obligando eos ad afferendum predictum testimonium schedula, propter incommoda iam tacta.

28. Vnde, si Iudex, & Prælati, inquirens bona fide, procedensque in causa fori externi, animaduertit, eam notitiam, quam habet, habuisse ortum ex confessionis reuelatione, tenetur statim cessare ab inquisitione, iudicialique processu, & facta pro infectis habere; neque potest amplius reum ea de re interrogare: quia ad eam scientiam non processit humano modo, ac more, id est, via iuridica per infamiam in iudicio probatam, vel indicia sufficientia: v. c. si Confessor dixit Iudici: Vigila, quia hac nocte committendum est furtum. non potest Iudex punire furem deprehensum. Ita docet Henricus lib. 3. de pœnitent. cap. 20. num. 2. Richard. in 4. distinct. 21. quæst. 1. artic. 5. verbo, *Confessio* 3. §. 1. Nau. cap. *Sacerdos*, de pœnitent. dist. 6. num. 43. & in Summa Lat. cap. 8. num. 7. fin. nec Iudex potest hac de re loqui: tenetur enim etiam ad sigillum: quia, vt ille, qui reuelauit sigillum, per quam reuelationem Iudex eam notitiam acquisiuit, non habuit ius reuelandi; ita non transtulit in alios, sed res transit cum suo onere sigilli, cap. *Ex lit.* de pign. cap. *Pastoral.* de Decimis, lib. 2. & 3. C. *quisbus causis pign. vel hypoth.* Vnde, si Iudex inuenisset peccatum rei, sic dulcè commendatum, ad confessionem faciendam, tenetur Iudex cessare ab inquisitione criminis, & non iuari ea notitia imò etiam si iam reum condemnasset conuictum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, tenetur

27. Quomodo debeat habere Confessarius cum Iudicibus, vsque ad num. 23.

Vega, Sorus, Ledesma.

Henric.

Henric. Richard. Syluest. Nauarr.

damnarum absolueret, & dimittere. Ita docet expressè Delrio lib. 6. disquisit. mag. cap. 1. sect. 1. §. *Delrio.* Ex hac autem sententia. Anton. Gomez de criminib. *Gomez.* cap. 13. num. 9. Mascard. lib. 1. de probat. in præfat. *Mascard.* quæst. 5. num. 5. 1. & lib. 2. d. Operis, conclus. 377. & Menochius lib. 1. de præsumpt. quæst. 89. num. 26. *Menoch.* & 27. Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 5. Scholast. *Sorus.* in 4. distinct. 18. & 1. Patet ex cap. *Marthans*, de *Schol.* simonia, & ex cap. *Significasti*, de adulter. Dices, obligationem sigilli esse onus personæ Confessoris, non rei confessæ; ac proinde non transire res cum onere sigilli ad alios extra Confessorem. Respondeo cum Soario de pœnitent. disput. 33. sect. 5. *Soarius.* num. 10. hanc obligationem, & onus personæ, esse etiam onus ipsius rei, vt manifestat per talem personam Confessarij: vbi enim res sub sacramentali sigillo cadit; ita sigillum illam occultat, ab regit, vt semper ad alios transcat cum illo onere, ac occultatione sigilli, vt omnes concedunt.

Hinc, si duo, vel tres Sacerdotes nequam apud Iudicem crimen per solam confessionem notum deponant, omnino à iudicio cessare tenentur Iudex, vt præter Doctores allegatos numero præcedenti docet etiam Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 44. *Capua.* neque enim deposito, aut testimonio illorum aliquod incium, aut probationem facit in foro externo, vt ex eo Iudex procedat ad vincula, aut aliquos actus iudiciales: fuit enim illa confessio vnicuique illorum Sacerdotum facta in alio foro, quod longissimè distat à foro humanarum causarum, & nullum omnino cum illo commercium habet: tantum enim, imò, & plus, distat forus poli à foro soli, quantum distat cælum à terræ anima à corpore, spiritus à carne. Et idem dicendum est de his, qui à Sacerdotibus confessionem reuelantibus audierunt, & postea in foro iudiciali deposuerunt, vt docet Capua citatus, & Couar. in epit. 2. part. cap. 8. num. 10. & Baldus ex leg. *Archigermicus*, Cod. *De Episcop. aud.* & Felinus in capite 1. de except. colum. 1. & Tynda libro 1. in tractatu de testib. fol. 2. & Ripa de peste, §. ult. num. 104. & num. 23. & 44. Anton. Gomez tomo 3. var. resol. cap. 13. num. 9. & probatur ex cap. 2. de offic. ordinand. & ex cap. *Dilectus*, de excessibus Prælatorum. Et hoc est valdè æquum, ac iustum: nam, si tales reuelationes aliquid probarent, planè manifestum ostium ruinas, & contemptus huic Sacramento parerent.

Quomobrem, si Iudex iniquus, etiam supremus, & Papa, sub iuramento, aut excommunicatione Confessarium compellat, vt sibi rem in confessione auditam prodar, præceptum non tenet, excommunicatio non ligat, imò potest dicere, & iurare, se prorsus nescire tale peccatum fuisse à pœnitente commissum, neque illud vnuquam audiuisset in confessione, si per iniuriam compellatur, vt dicat, an in confessione audierit, licet antea iuraret se veritatem dicturum. Ita docet Soarius de pœnitent. disput. 33. sect. 6. num. 5. quia iuramentum semper intelligitur de scientia, ex qua homo loqui possit, & quæ est subiecta potestati humane: scientia autem confessionis nulli potestati humane subiecta est. Docet etiam Henricus libro 3. de pœnit. cap. 19. num. 7. & 6. Capua libro 1. decis. aur. cap. 23. num. 2. D. Thomas in 4. distinct. 21. quæst. 3. artic. 1. & Glossa in cap. *Sacerdos*, de pœnitent. distinct. 6. quam commendat Felinus in cap. *Inimicus*, de testibus, num. 6. Abbas, & Doctores in cap. *Dilectus*, de excess. Prælatorum, *Tolet.* Sorus libro 3. Summa, cap. 16. n. 5. Sayrus in clau. re. *Syluest.* glia, lib. 5. cap. 4. n. 24. Syluest. verb. *Confessio*, 3. num. *Ledesma.* 2. Ledesma quæst. 10. artic. 1. dubitat. 6. Nauarrus cap. 8. num. 2. Sorus de reg. secret. membr. 3. quæst. *Sorus.* 3. & 4. conclusione 1. Vitaldus in Candel. aur. 1. *Vitaldus.*

29.

Capua.

Capua. Couarr. Bald. Felinus. Tynda. Ripa. Gomez.

30.

Soarius.

Henric. Capua.

D. Thom.

Felin.

Tolet.

Sorus.

Vitaldus.

part. de sigillo, num. 11. & est communis opinio. Neque enim in hoc mendax est, aut peritius Confessor: quia, quæ scit ex confessione, scit vt Deus, & non vt homo via humana ac publica eo modo, quo alter auctoritate publica habet ius interrogandi. Et quidem si compellatur respondere, an audierit vt Deus, aut vt Dei minister, adhuc poterit respondere, se non audisse vt Deum, aut Dei ministrum, & id iurare, si opus fuerit: est enim adhuc responsio amphibologica, & intelligitur ad dicendum, vel eo modo, quo tenetur dicere. Sic docet Soarius allegatus num. 7. & Syluester verbo, *Confessio*, 3. n. 10. Nauarrus cap. 8. Summa Lat. num. 13. & num. ultimo. Victoria in Summa, num. 184. Medina C. *De confess.* quæst. de confess. celandi. Ledesma quæst. 10. artic. 1. dubitat. 6. Vnde minus benè Sorus citatus, & Adrianus quæst. vltima de confess. & quodlib. 9. ad 2. dicunt in hoc puncto, cum non possit negare, debere Sacerdotem tacere, vel interrogantem obviare: quod si ex taciturnitate, atque oburgatione in suspicionem Iudex venerit criminis confessi, ipse solus est in culpa reuelationis, quia Confessor nihil amplius potuit facere: est enim falsa hæc doctrina, vt constat ex dictis, cum iuste potuit dicere, & iurare, se nihil omnino scire, nec ex confessione, nec vt Dei ministrum, vt supra diximus. Sic Christus Dominus Marci 13. qui etiam vt homo omnia futura sciebat, verum dixit Apostolis suis interrogantibus de die iudicij: *De die illa nemo scit, nec Filius quidem hominis, neque Angeli in celo, nempe, vt aliis reuelat, aut vt iure compellatur ad reuelandum, vt explicat Sorus in 4. dist. 43. quæst. 2. art. 2. Soarius 3. par. quæst. 10. art. 2. D. Hieronymus in Matth. 24.*

Idem dicendum est etiam de pœnitente: nam, si Iudex, etiam Papa, præcipiat sub excommunicatione, vel quacunque alia pœna temporalis, vel spiritualis, etiam grauissima, an tale, vel tale peccatum confessus fuerit Sacerdoti, vel illud alicui dixerit, præceptum, & excommunicatio est nulla, & optimè dicere, ac iurare poterit, se nunquam illud confessum fuisse, & nunquam illud dixisse, imò & nunquam illud commisisse, si non dixit nisi in confessione; & quia intelligitur nemini hominum dixisse tanquam hominis; & quia si solus Confessor scit, & nullus alius, non procedit Iudex iuridicè, cum non procedat per sufficientia indicia, ac per probationes externas: cum autem Iudex iuridicè non procedat, non est Iudex, & sic rectè poterit reus illum amphibologia desudare, ac iurare, se non commisisse illud crimen, de quo interrogatur: quia semper subintelligitur: Vt teneat dicere, vel, Vt tibi dicam. Ita Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 30. & Sorus in 4. quæst. 18. artic. 5. quæst. 4. col. antepenultima: eadem enim etiam est ratio de Confessario, ac pœnitente, vt patet: quomobrem, si Confessarius extra confessionem pœnitenti dicat: Tu mihi dixisti hoc in confessione poterit etiam iurare, se ei nihil dixisse, iuxta Capua allegatum: & est doctrina omnino certa, & rationes factæ idem conuincunt.

32. Quando verò Confessor commisit aliquem intolerabilem errorem in confessione, v. c. quia absolutum non subditum, vel excommunicatum, vel à casu reuerato, vel non iniunxit obligationem retributionis aëris alieni in casu, quo tenebatur iniungere, non potest loqui cum ipso pœnitente de confessione sibi facta, nisi de expressa licentia illius, vt satis probauimus cap. 2. num. 22. cum multis Doctoribus, quos ibi citauimus, nam si absque ealicensia loquatur, id planè erit exprobrare pœnitenti peccata confessæ, & exotam reddere confessionem, & iniuriam facere Sacramento: opus est ergo,

Soarius. Sylu. Nauarr. Victorius. Medina. Ledesma. Sorus. Adrian.

Sorus. Soarius. D. Hieron.

Capua. Sorus.

32. Quid agendum sit Confessor, quando commisit errorem in confessione.

vt Confessarius à pœnitente hanc licentiam petat ad corrigendum errorem commissum, qua data, loquatur cum magna cautela, & ne excedat limites concessæ licentiæ, ne scandalum sequatur: in eo enim excessu violabit sigillum: imò, si scandalum sequatur, docet Tolerus lib. 3. Summa, c. 16. n. 4. ad finem propè, non teneri Confessarium hanc licentiam petere: & consequenter diceret, nec errorem corrigere: & benè docet, quia scandalum non potest huius sequi, quin homines propter scandalum à confessione retrahantur, & iniuria fiat in ea retractione Sacramento: & melius quidem est, quod non corrigatur error commissus, quam quod iniuria Sacramento fiat, cum ex duobus malis minus sit eligendum: poterit autem hoc scandalum iuste oriri, si Confessor publicè petat licentiam à pœnitente, & in hoc sensu procedit sententia Tolerti nam, si occultè petatur, & cum modestia, parum refert, quod dicitur scandalizetur: erit enim irrationabile illud scandalum, & Pharisaicum magis, quam Christianum, vt ex numero sequenti patebit.

Ea verò negata licentia; culpa quæ fuerat Confessarij, & quam commiserat in confessione præterita, eo ipso in pœnitentem transfertur, & liber ab omni obligatione manet Confessarius; quia satis purgauit suam negligentiam, culpam & inconsiderationem, ac errorem suum per huiusmodi petitionem. Ita docet expressè Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 23. & Henricus lib. 3. de pœnitent. c. 20. Soarius tamen de pœnitent. disput. 33. sect. 5. num. 5. ait, ad corrigendum errorem debere Confessarium accedere ad pœnitentem, & illi dicere, remotis arbitris, se velle cum illo loqui de re necessaria ad præteritam confessionem pertinente: & si ille consentiat, iam habere licentiam: si neget, aut renuat, nihilominus loqui posse, si id commodè fieri potest; quia tunc iam verè non loquitur extra confessionem; sed supplet, ac perficit confessionem, quæ inchoata, ac imperfecta manserat; & esse pœnitentem tunc irrationabiliter inuitum. Verum opinio Capuæ est certa & vera: quia satis purgauit Confessarius negligentiam, quam habuit in committendo errore, per eam petitionem: sic obligatus ad restituendam rem, tali die, si mouerit eum, cuius interest, rem accipere, vt eo die eam accipiat, & nolit accipere; ad nihil amplius tenetur in conscientia: & sic si res pereat, alteri perit, nō sibi; & in foro exteriori, si de monitione constet per testes, de obligabitur: vt est certum ex materia restitutionis. Præterea, opinio Soarij ex alio principio improbabili apparet: quia iam concedit castum, in quo absque licentia pœnitentis expressa loqui possit Confessarius cum ipso pœnitente, de rebus sibi confessis; quod tamen omnes negant, quos citauimus cap. 2. num. 22. §. *Præterea*, & ipse etiam negat dicta disput. 33. sect. 5. num. 2. Ait tamen Henricus dicto lib. 3. de pœnitent. cap. 2. num. 2. sine, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus, posse Confessarium loqui cum ipso pœnitente de confessione, & errore corrigendo, absque prædicta licentia: in quo profecto minus benè docet; tum, quia scandalum fortè erit pœnitentis, tum, quia est contra doctrinam, quæ tradidimus d. cap. 2. num. 22. & contra DD. ibi allegatos §. *Præterea*, qui omnes absolute dicunt possit finitam confessionem non licere Confessario loqui cum pœnitente de rebus confessis, nisi de licentia expressa pœnitentis, iuxta ea, quæ diximus cap. 2. num. 25. & 26. Sicut enim finita confessione, si statim peccatum aliud confitendum pœnitenti occurrat, tenetur Confessor illud audire, & nouam dare absolutionem, propterea quod est noua confessio, & nouum Sacramentum; quia

Tolet.

33.

Capua. Henric. Soarius.

Henric.

per primam absolutionem finitum fuit prius Sacramentum: sic etiam in nostro casu expiravit auctoritas Confessarii, quam solum habebat ad loquendum de rebus confessis intra ipsam confessionem: unde ea finita, requiritur licentia expressa ipsius penitentis, ut saepe diximus: nam, si post perfectam confessionem liceret Confessori loqui cum penitente de rebus in confessione auditis sine eius licentia; profecto id, per se loquendo, esset valde onerosum penitenti, & rubore suffunderetur vehementer, pudorque afficeretur: quod sine dubio redundaret in iniuriam Sacramenti, ut optime animaduertit Soarius de poenit. disp. 3. sect. 5. n. 2.

Soarius.

34.

Medina.

Dubitant verò Doctores, an sit proprie reuelare sigillum, si Confessarius loquatur cum penitente de rebus in confessione auditis post ipsam confessionem, non petita ab eo licentia, nec concessa. Medina de confessione, quaest. 51. ait, non esse proprie reuelationem sigilli. Fundatur: quia respectu eiusdem penitentis non est proprie secretum, ut per se constat: sigillum autem nihil aliud est, quam quoddam diuinum secretum. Soarius tamen de poenit. disp. 3. sect. 5. num. 2. & Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 6. & de reg. secreto, m. 3. quaest. 4. dub. 4. post 5. conclusionem, & Ledesma q. 10. art. 1. dub. 9. & Victoria in Summa, num. 185. & Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 23. & alij, quos citauimus cap. 2. n. 2. §. Præterea, existimant, esse reuelationem sigilli, proprie, & vere loquendo: quia sigillum non est solum secretum alteri commissum; sed est obligatio non loquendi de tali re, etiam cum illo, qui eam nouit: & idcirco obligat, atque stringit ad non loquendum etiam cum ipso penitente: nam, si solum esset parum secretum, rectè dicebat Medina, non reuelari proprie sigillum respectu penitentis, cum secretum non violetur, nec reuelatur, respectu illius, qui illud cognouit. Et ratio, ob quam sigillum sacramentale sit obligatio tacendi, & non loquendi de re confessa, etiam cum penitente, est, quia ad finem huius Sacramenti, & ut omnes ad illud fidentius accedant, non solum necesse est, ut Confessarii non loquantur de re confessa cum infamia penitentium; verum etiam cum rubore & pudore illorum: alioqui enim fieret confessio valde onerosa, per iniuriam ipsius Sacramenti. Et hæc secunda opinio est certa, & secuta, & eam semper secuti fuimus in tota hac materia sigilli: opinionem verò Medinae improbabilem iudicamus, & omnino fugiendam: & cum Medina videtur consentire Viualdus in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo. n. 38. quatenus ait, non teneri Sacerdotem ad sigillum respectu eorum, quos simul in tempestate audiuit in confessione. Sed illum refutabimus cap. 5. à num. 1.

Soarius. Sotus.

Ledesma. Victor. Capua.

Viuald.

35.

Nauar. D. Thom. Capua.

Cauendum tamen hic est à doctrina Nauarri, quam mentiens ac propè trepidans insinuat in Man. Lat. cap. 26. num. 14. & D. Antonini, quem ibi allegat, & aliorum, quos tacito nomine carpit Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. n. 23. qui dicunt, posse Confessarium, si non potest petere licentiam à penitente, aut timet id ei scandalum futurum, eum absentem absolueri, & inscientem, ab excommunicatione, v. c. & à peccato reseruato, obtemperare à Superiore facultate super prædictum casum reseruatam: est enim ea sententia damnata, & condemnata, tanquam erronea, & falsa, ad minimum per Clementem VIII. sanctissimæ memoriæ anno Domini 1602. Cauendum etiam est à doctrina Directorij lib. 1. tit. 15. §. 143. scilicet, ut obtemperet à Prælato facultate ad absolendum penitentem, vel à peccato reseruato, vel ab excommunicatione, iterum penitentem accersat, si ille licentiam dare nolit, ut loquatur de rebus confessis, & cautè ac diffimulauerit in-

serto sermone de vitis in communi, ut eum modo aliquo præparet, absoluat; est enim ea doctrina falsa etiam, & erronea. Nam, quantum ab excommunicatione possit quis absolui inuitus, ut est doctrina communis, id quidem est in foro iudiciali, & extra forum sacramentale: nunquam enim potest quis absolui à peccato in foro sacramentali inuitus: tum, quia nemo potest in hoc foro absolui ab vno peccato, nisi prius omnia integrè, verè, & non fictè coniteatur: neque enim vnum peccatum mortale remittitur sine aliis: tum, quia sacrilegium, est absolueri aliquem existentem in actuali peccato mortali, & confessio est casta & irrita, ut de se patet, & clarius est, quam vt probetur.

Sed dubium est, an, sicut non potest Confessarius absque violatione sigilli loqui cum penitente de rebus confessis, nisi de eius licentia expressa, ita non possit penitens loqui cum eodem Confessario, nisi de licentia Confessoris: videntur enim hæc correlatiua, & vtrunque obligare ad idem sigillum. Dicendum tamen est, non requiri hanc licentiam Confessarii, vt dicemus latius c. 5. num. 12. quantum enim sigillum sacramentale introductum sit à Christo Domino, & in fauorem penitentis, cui potest cedere, & de facto cedit, quando alloquitur Confessarium de confessione præterita; & in honorem, sanctitatemque Sacramenti, quò sanctius, & inuolabilis persistat; & ex hac parte, non possit penitens derogare sanctitati Sacramenti: tamen quando penitens verè contritus ad Sacerdotem accedit, & cum eo loquitur de rebus confessis, non detrahit, imò verè suspicit, ac veneratur Sacramentum, illiusque sanctitatem, qua media sperat gratiam, & salutem à Deo consequi, vt docet Henricus lib. 3. de poenit. c. 20. n. 7. & Nauar. c. 24. n. 13. qui dicunt, si penitens loqui incipiat de peccatis confessis, ceteri dare licentiam expressam. Similiter ait Henricus, si penitens in alia confessione iteret peccata in prima confessa, posse Confessorem cum eo loqui de peccatis in prima sibi confessis: quia tunc iam est expressa licentia, licet in confuso concessa. Verum, mihi videtur non posse Confessarium loqui cum penitente in secunda confessione, nisi de illis tantum peccatis confessis in prima, quæ ipse penitens tangit ac confitetur in secunda; non autem de omnibus, nisi de licentia expressa illius; quam poterit facile petere, si opus fuerit: quia aliàs erit virtualis exprobatio aliorum peccatorum; & fortè id agrè ferent penitentes, & molestiam reddent. exosamque confessionem: deinde oportet, vt penitentes sint certi de fidelitate Confessorum in sigillo: & denique, quia prima confessio iam fuit perfecta, & consummata, & in ea expiravit auctoritas Confessarii quoad peccata in illa confessæ oportet ergo habere nouam licentiam expressè concessam, non in confuso. Sed de hac re necessariò redibit sermo cap. 5. num. 8.

Si Confessarius ex confessione vnius complices scit peccata alterius complices, quæ tamen ille Confessario in sua confessione tacet; potest rogare eum cautè in communi, an aliquid amplius habeat, quod conscientiam illius grauet, ac torqueat: nunquam tamen ei potest dicere peccatum, quod tacet, & per confessionem complices sciuit: quòd si respondeat, se nihil habere, poterit cum absolueri, secum statuens fortasse fuisse iam alteri confessum, vel complicem sibi fuisse mentitum, aut ex causa excusante negare. Ita docet expressè Henricus lib. 3. de poenit. cap. 20. num. 6. Nauar. cap. 8. n. 17. vers. 21. Toletus lib. 3. Summa. c. 16. n. 4. sine, Barth. Fumus verbo, Confessio. §. 17. & 20. D. Anton. 3. part. tit. 14. c. 18. 6. 15. Syl. verbo, Confessio. 3. n. 8. Viuald. in Candel. libro aut. vbi de sigillo, 1. p. n. 35. Pala. in 4. dist. 21. quaest. 2.

36.

Viuald.

Henr.

38.

Henr.

Sotus.

37.

Henr. Nauar. Tolet. Fum. D. Anton. Syl. Viuald. Pala.

q. 2. pag. 456. Adit tamen Toletus citatus, non solum posse, sed etiam debere Confessarium, eum absolueri, si, postquam eum interrogauit in communi, respondit, se nihil habere: quia teneretur stare responsis eius. Solum Henricus asserit, posse ei in eo casu differre absolutionem per aliquot dies, & tandem teneri Confessarium eum absolueri: quia post audita peccata acquisiuit penitens ius absolutionis. Mihi tamen videtur, non posse Confessarium differre absolutionem in eo casu, propter rationes factas: & quia penitens pro se, & contra se credendum est; & non est maior ratio, cur alteri maior fides habeatur, quam isti.

Item dicendum est, si Confessarius vidit ipsum penitentem committere aliquod peccatum, quod statim accedens ad confessionem tacet: nam potest Confessarius iuste existimare, eum illud tacere propter aliquam rationem legitime excusantem; in eo tamen casu iuste poterit per aliquot dies, quæsito colore, absolutionem differre; sed tandem teneretur absolueri. Si autem vnus complex dicat Confessario: Dic meo socio, me tibi confessum fuisse hoc peccatum, quod ambo commissimus tali die, tali tempore, tali loco, & adhuc solus in confessione neget, absolvensque profecto est: quia Confessarius in eo foro vnoquodque secundum allegata, & probata iudicat; & cum penitens sit accusator, & testis, ei quidem pro se, & contra se credendum est, vt optime in hac circumstantia respondit Viualdus in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo. n. 36. & alioqui bend, ac prudenter se gerit Confessarius vtens, tanquam Iudex, scientia illius fori, in quo prædictus penitens est accusator, & testis, vt dixi. Si tamen posterior complex reutlet primum, & primum nihil fuit confessus de tali peccato; tunc quidem non potest Confessor ei dicere, primum complicem nihil talis peccati fuisse confessum, cum id sit reuelare, ac prodere sigillum confessionis alterius, vt optime notauit prædictus Henricus lib. 3. de poenit. c. 20. n. 6. ad finem. Et hoc oportet admodum animaduertant Confessarii: saepe enim in praxi hæc cauta monitio necessaria esse poterit.

Viuald.

Henr.

38.

Henr.

Sotus.

Quid autem dicendum est, quando Confessarius certò peccatum aliquod nouit extra confessionem, & rogatus penitens negat, respondens Confessario: Ne tibi sit, Patet, cura de hac respes mihi crede, & tamè Confessarius certus est de publico, aut secreto concubinato penitentis, non quidem ex relatione complices, neque ex vnico aspectu & intuitu proprio, vt numero præcedenti diximus; sed aliud de ex publica notitia, & continuato statu penitentis? In eo quidem casu docet Henricus lib. 3. de poenitent. dicto cap. 20. n. 6. ad finem, non esse absolendum indignum, sed propter circumstantias, ne intelligant sibi denegatam fuisse absolutionem, recitandam ei esse orationem aliquam deprecatoriam. Et citat pro hac opinione Petrum Sotum de confess. lect. 10. Et id quidem mihi ita videtur dicendum: nam in occulto foro penitentia iuste negatur absolutio propter certam notitiam de publico, aut secreto concubinato: imò diligenter examinandum est hac in re ipse penitens: sapit enim aliquo modo hæresim, velle accipere Sacramentum in eo statu impenitentia.

39.

Ad vltimum quæres, quid dicendum sit, si tempore præcepti Ecclesiae, aut Iubilæi, in quo sodales alicuius sodalitiij accepturi sunt Eucharistiam, & Confessarius negat absolutionem vni, qui ne in sinistram suspicionem alius veniat, postulat sibi dari à Confessario schedulam, & testimonium confessionis ad occultanda peccata: Tenenturne Confessarius, aut saltem dare licet poterit huiusmodi schedulam peccatori sic petenti non absoluto? Et eadè quaestio est, quando absolutio negatur filiae tempore P. Steph. Fagundes. in quinque præc. Eccl.

re præcepti Ecclesiae, v. c. Quadragesimæ, indiuidue comiti matris, quæ, ne in malam suspicionem matris veniat, schedulam postulat à Confessario confessionis factæ: Et certè huic quaestioni respondent multi, & graues Doctores, optionem esse penes Confessarium dandi, vel non dandi, prout maluerit: tum, quia non teneretur Confessarius cooperari occultationi peccati; sed, qui sponte peccat, sibi prouideat de remedio occultationis: Parochus enim, & quilibet alius Confessarius, qui negat schedulam, vitur iure suo negando illam indignis: ex alia verò parte, quia ex genere suo videtur peccatum mortale contra charitatem proximi, prodere eius crimen occultum, & non occultare, quando id facile fieri, & sine detrimento potest proprio, aut proximorum; & quia periclitatur sigillum confessionis in hoc casu, vt consideranti patebit: si enim in prædictis circumstantiis Confessarius negat schedulam, clarum manet, ex sola, & præcisa notitia confessionis, & ex negatione schedulæ posse huiusmodi penitentes venire in suspicionem apud alios, status actualis peccati mortalis, filiam apud matrem, sodales apud consodales suos: & idèd propter has rationes pro vtraque parte factas respondet Henricus lib. 3. de poenit. cap. 22. n. 4. opinionem esse penes Confessarium, vt partem eligat, quam maluerit; & ait ibi ad marginem, littera M, ita affirmasse Doctores omnes Salmanticæ hac de consultos.

Henr.

40.

Bellan.

Tabl.

Tabl.

Fumus.

Nauar.

Henr.

Richard.

Debr.

Soarius.

Sotus.

**Nauarr.** & alia huiusmodi, vt probat Nauarr. in Manuali Lat. cap. 8. num. 17. Et ratio illius est: quia id erit, saltem in genere, reuelare aliqua peccata mortalia sibi fuisse confessio, ac proinde reuelare sigillum. Neque obstat Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. de reformatione & cap. 1. de pœnit. & remiss. in 6. quæ præcipiunt, vt Confessarij imponant publicas pœnitentias iis, qui publicè peccarunt, & cum scandalo aliorum: vt, quos ad malum inuitarunt, eosdem ad bonum publico incitent exemplo: quia Concilium ibi loquitur de peccatoribus publicis, & scandalosis, non autem de secretis: & quia, vt explicat Nauarr. in Man. Lat. cap. 8. num. 10. & in cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. à num. 87. tam Concilium, quam caput primum de pœnit. & remiss. non intelliguntur de foro interno: sed de foro externo, aut de foro mixto, id est, interiori, & exteriori simul, quando, scilicet, peccator est publicè scandalosus, & in foro iudiciali ei præcipitur, vt toties, vel toties in anno confiteatur, & publicam schedulam, ac testimonium confessionis afferat, adiunctis alijs pœnitentijs.

Dices, pœnam, seu pœnitentiam dicere actum positium, & infligendum, quo Confessor præcipitur peccatori aliquod pœnale: hic autem nihil præcipere Confessarij pœnitentia: sed negare tantum schedulam: quæ negatio indicat, actum negatiuum, non positium. Respondeo, parum referre, an sit actus negatiuus, an positius, cum de se sit directè, vel indirectè manifestatiuus sigilli, vt patet, & idipsum intendimus, non posse Confessarium, siue sit Parochus, siue non Parochus, facere aliquid, per quod verbis, aut signis, directè, vel indirectè, & prodar, & manifestet confessionem, & statum peccatoris. Denique, quia infringunt sigillū confessionis illi Confessarij, qui de peccatis in confessione auditis consulunt virum doctum, quando surgunt à loco confessionis, & ad eum ipsum virum doctum, qui videbat vtrumque, Confessarium, scilicet, & pœnitentē, & statim reuertitur ad illum absoluentem, vt docent passim DD. Toler. in Summa, c. 16. n. 2. lib. 3. Nauarr. in Manual. Latino c. 8. num. 9. & in cap. Sacerdos, num. 57. & 59. Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. num. 20. Syluest. verbo, Confessio, 3. quæst. 5. Vivaldus in Cand. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 22. Vega lib. 3. casu 307. & communiter omnes: propterea quod huiusmodi Confessarij, saltem indirectè, reuelent confessionis sigillum: quantum ergo magis reuelabunt ij, qui negant, testimonium publicum confessionis: & ideo re bene considerata, dico huiusmodi Confessarios non posse in conscientia schedulam negare, & teneri illam dare, si petatur.

Toletan.  
Nauarr.  
Cap.  
Syluest.  
Viu.  
Vega.

CAPVT V.

In quibus casibus dicatur frangi, vel non infringi sigillum in particulari.

SUMMARIUM.

An teneatur omnes ad sigillum, quando vnus pluribus Sacerdotibus, vel plures vni coram multis confitentur. num. 1.  
Non offenditur sigillum, quando Confessarius vnus doctos consulti caute. Secus, si de loco surgat, & statim regred. atur, vt pœnitentem absoluat. num. 2.  
Non est contra sigillum confessionis, si secretum reuelatur de reuelatum sub signo Crucis, & præmissa confessione generali, etiam si dicatur, vt vulgo fit: Hoc tibi dico in confessione. num. 3.  
Impedimentum matrimonij detegendum est, si extra

confessionem sciatur, etiam occultum sit, & probari non possit. num. 4.  
Indirectè violat sigillum Confessarius, qui duobus pœnitentibus audiens, de vno dicit. Hic nullum peccatum mortale habet. num. 5.  
Idem, si vnus laudet, & alium illandari dimittat. ibid.  
Frangit indirectè sigillum, qui de vno dicit: Ille mihi confessus est grauia peccata. num. 6.  
Non frangit, si dicat: Petrus est mihi confessus, aut, Petrus solum habet materiam venialem. ibid.  
Violat sigillum directè, qui audiens meretricem, aut peccatores publicos, dicit de vno: Ille mihi confessus est sua peccata publica. num. 7.  
Violat etiam, qui parochiano publicè potenti Eucharistiam, dicit coram multis: Amice, non do tibi Eucharistiam, quia habes peccatum reservatum, à quo te non possum absolueri. num. 8.  
Violat etiam Sacerdos, qui dicit: Ille mihi confessus est, sed ego illum non absolui. num. 9.  
Idem, si rogatus, an Petrum absoluerit, respondeat, Non. ibid.  
Quid, si Confessor vocatus ad ministrandam Eucharistiam publico peccatori, ita dicit: Iste, vt apparet, fuit hactenus in publico peccato: constet publicè de emenda, & Eucharistiam illi dabo. num. 10.  
An faciat contra sigillum ille Confessarius, qui dicit: Ego in confessione audius hoc peccatum mortale, nominando illud, & tacendo peccatum in ea circumstantia, in qua peccator cognosci non possit. num. 11.  
Et cap. 3. n. 1. versus, Dixi etiam in conclusione, probabile est non facere, probabile facere. num. 12.  
Indirectè offendunt sigillum Confessarij, qui inter se confabulantes dicunt: Hodie venit ad me quidam miles, vel quaedam mulier, & hoc, vel illud mihi confessus est. num. 13.  
Confessarij imponentes graues pœnitentias, an reuelent sigillum. num. 14.  
Quid, si Prælati, vel quibus alijs inueniat papam, in qua sunt peccata scripta. num. 15. & 16.  
Quid de illo loquendi modo: Ego absolui Petrum, aut, Petrus confessus est mihi sua peccata, probabile est per illud non offendit sigillum, probabile offendit. num. 17. & 18.  
Respondetur ad fundamenta illorum, qui dicunt offendit. num. 19.  
Virum ille, cui Confessor de licentia pœnitentis dicit aliquid in confessione dictum, teneatur ad sigillum. num. 20.

**H**actenus egimus, veluti in communi, de obligatione sigilli: nunc agendum est in particulari. An, quando de nonnullis casibus, in quibus frangi, vel non infringi potest, vt ex illis alij colligantur. Primum est, vtrum teneatur Confessor ad sigillum, in casu, quo quis tempore necessitatis coram multis confitetur, vel v. c. tempore pestis, aut tempestatibus, in quo multi pœnitentes sunt, & vnus tantum Sacerdos: Et certè coram multis publicè & Med. de confess. q. 51. resoluunt, huiusmodi Confessarium non teneri ad sigillum respectu eorum, qui simul secum eiusmodi peccata audierunt: teneatur omnes verò quoad alios: & idem tenet etiam Henricus ad sigillum lib. 3. de pœnit. cap. 21. n. 1. vbi ita dicit: Quando ex causa publicè fit confessio, vt olim mos erat, non teneatur Confessarius ad sigillum. Existimant enim huiusmodi Auctores, sigillum nihil aliud esse, quam secretum quoddam diuinum: secretum autem ex sua natura non obligat respectu eorum, qui ipsum secretum sciunt; sed respectu aliorum. Sed iam diximus cap. 3. num. 34. sigillum latius patere, quam secretum: scilicet, famitur enim sigillum pro obligatione non loquendi de re confessio, etiam cum illo, qui illam cognouit, ac confessus est, qualis est ipse pœnitens:

Tolet.  
Aldret.  
Sanchez.

Soar.

Henric.

Richard.  
Paludan.  
Sor.  
Armit.  
Medin.

Trident.  
Adr.  
Nau.

D. Thom.  
Richard.  
Sotus.  
Angel.  
Sylu.  
Armit.

pœnitens: & ideo reuelatur sigillum confessionis, si Confessarius, absque expressa licentia pœnitentis, loquatur cum ipso pœnitente de re confessio; non tamen reuelat secretum ille, qui de eo loquitur cum alio, qui ipsum secretum tenet. Et miror certè viros ceteroqui doctissimos hoc dixisse: nam, cum vnus sit tantum casus, in quo Confessarius possit alijs manifestare peccata confessio, in quo possit loqui de re confessio, nempe, de licentia pœnitentis, vt latè probauimus cap. 2. num. 22. §. Præterea, & docet Toletus lib. 1. Summa, cap. 16. num. 4. Aldretus lib. 1. de relig. discip. §. 1. cap. 19. num. 5. Sancius lib. 3. de consensu clandest. disp. 6. n. 3. & alij, quos dicto n. 22. allegauimus, ad eum vt nec etiam cum ipso pœnitente loqui possit Confessarius de rebus confessis, nisi de licentia expressa illius; quomodo non tenebitur ad sigillum respectu illorum, qui simul cum illo audierunt: Præterea, illorū doctrina est contra Soarium, qui tom. de pœnit. disp. 33. sect. 5. n. 3. asserit, si plures Sacerdotes confessionem audierint, quacunq; occasione non posse postea inter se loqui de alienis peccatis in confessione auditis. Et ratio illius est: quia, si non licet loqui cum ipsomet pœnitente absque illius licentia, multò minus licebit loqui cum alijs, etiam si notitiam confessionis habeat. Deinde, quia ista locutio est facta extra confessionem: ergo prohibita. Denique, quia hoc ipsum est admodum onerosum pœnitenti: confirmat enim memoriam, & infamiam eius, & est aliquo modo contra eius honorem. Itaque, si duo, vel plures Sacerdotes confessionē vnus pœnitentis simul audierunt, vterque teneatur ad sigillum, neque possunt inter se colloqui de peccatis confessis, nisi de licentia pœnitentis: si enim cum ipsomet pœnitente non licet loqui, nisi de licentia illius expressa, multò minus cum alio licebit, etiā si notitiam confessionis habeat: vt præter Soarium allegatum docet & ipse Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 20. num. 1. littera B. ad marginem, & cap. 15. n. 5. littera F. ad marginem etiam, & Richard. in 4. dist. 17. a. 3. quæst. 8. Palud. ibi q. 2. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Armilla verbo, Confessio, §. 14. Medina de confess. fol. 64. & vterque Sacerdos simul potest absolutionem impendere, vt quando simul multi baptizant vnū; & quando simul multi Clerici eandem Hostiam consecrant, vt in ordinatione Clericorum: nam, quantum in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. dist. 6. præcipitur, vt foli Sacerdoti pœnitens confiteatur; tamē id in gratiam pœnitentis fit: quia in fauorem pœnitentis fit est confiteri vni non tamē veruit Christus Dominus, quin ex causa vrgenti confiteri quis possit publicè, vel coram multis, vt ait Trid. sess. 14. cap. 5. de reformatione, ad finem, & canone 10. sine: quod faceret Adrianus de confess. qu. 1. ad 3. principale, & Nauarrus cap. 2. num. 8. & cap. 21. n. 36. sic, qui per interpretem Sacerdotem Sacerdoti confitetur, auditur à duobus Sacerdotibus: vnde infertur argumentum: Si ergo multi Sacerdotes, qui vnum pœnitentem ex confessione audierunt simul, non possunt postea colloqui inter se de rebus confessis, nisi de licentia pœnitentis, & sigillum reuelant, si id faciunt: à fortiori etiam reuelabunt alij non Sacerdotes, qui in tempestate confessionem vnus audierunt, vt de se patet. Vltimò probatur: quia, vt docent omnes Doctores, vt infra videbimus cap. 5. directè teneatur ad sigillum Confessarius audiens confessiones; indirectè omnis, qui alterius peccata, dum confitetur, audit, siue licitè, siue illicitè, siue mediatè, siue immediate audiat, vt speciatim notauit D. Thomas in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1. Richardus, & Scotus, quos refert, & sequitur Angelus verbo, Confessio. vlt. n. 1. Syluest. verbo, Confessio, 3. n. 1. Armilla verbo, P. Sæph. Fagundes. in quinque præc. Eccl.

**C**onfessio. n. 8. Vigner. de pœnit. vers. 20. Victoria n. 7. §. 172. de confessione. Nauarrus cap. 8. n. 4. & num. 7. Vlt. & in cap. Sacerdos, n. 77. si ergo ij teneatur ad sigillum; sicut ipse Sacerdos cum iis non potest loqui, nisi de licentia expressa pœnitentis; ita neque illi inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licitè facere, nisi de eadem licentia. Accedit, quod, si Confessarius pœnitenti dicat extra confessionem: Tu hoc mihi dixisti in confessione, poterit pœnitens iurare, se ei nihil dixisse, vt est certa doctrina, quam docet Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. n. 3. & Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. col. antepenult. quia peracta confessione iam est alius focus, in quo Confessarius non habet ius interrogandi, nec pœnitentis obligationem respondendi; nec focus conscientie tribuit ius Confessario, qui licitè audiuit, aut alijs, qui licitè etiam, vt in casu præsentis, vel illicitè audierunt, vt in alio foro loquantur de rebus confessis: transit enim res cum suo onere sigilli, vt docet Nauarr. in Man. Lat. cap. 8. num. 7. Quamobrem ex dictis patet, opinionem Viualdi fallam esse omnino, & minime recipiendam.

Non offendit sigillum, qui de confessionibus à se auditis consulit viros doctos tacita persona, & circumstantia, per quam pœnitens potest agnosci: hinc, qui, dum confessiones audit, est loco surgit, vt consulat virum doctum; & statim regreditur, vt pœnitentem absoluat, vidente ipso viro docto, si fortè aderat, vel alijs spectantibus; sigillum factò violauit, vt passim doctores animaduertunt Ita Toletus lib. 3. Summa, cap. 16. num. 2. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 8. num. 9. & in cap. Sacerdos, de pœnit. & remiss. dist. 6. num. 57. & 59. Vivaldus in Candelabro aureo, 1. part. vbi de sigillo, num. 22. Vega lib. 3. casu 307. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 20. Syluester verbo, Confessio, 3. quæst. 5. Patet hoc ex cap. Officij, de pœnit. & remiss. dist. 6. vbi non reprehenditur Legatus consilium de peccato à se in confessione audito petens: reprehenderetur autem, si ex aliqua circumstantia in cognitionem, aut suspicionem pœnitentis veniret, aut scandalum aliquod oriretur: vnde facile est intelligere, quàm cautè, quàm prudenter, & circumspicè debeant Confessarij in negotio tam periculoso procedere.

Non frangit sigillum confessionis sacramentali, ille, qui se cretum reuelat sibi manifestatum sub sigillo confessionis, vt vulgo fit, sine sacramentali confessione, etiam si manifestetur Sacerdoti, & etiam si genu flexo, ac præuo signi Crucis sibi manifestatum sit; imò etiam si ei dicatur: Hoc tibi detego in confessione, & præmissa confessione generali, quæ incipit, Confiteor Deo, Ita docet communiter Doctores. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. n. 26. Innocent. in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. dist. 6. num. 7. Rebuffus in Repertorio super dictum cap. Omnis, verbo, Suscipiens reuerenter, vlt. Amplia in eo, fol. 572. Tabiena verbo, Confessionis Tabiena, celatio, quæst. 3. Salzedo in practica crim. cap. 109. §. Est autem perpetua. D. Antoninus 3. part. tit. 17. cap. 22. §. 2. sine. Vignerius lib. Inst. cap. 16. §. 4. vers. 20. ad finem. Victoria in Summa de confess. dist. 190. Palatius in 4. dist. 21. disp. 2. fol. 457. vers. Sciscitaris etiam. Angles in floribus, 1. p. quæst. 4. de confess. art. vlt. diff. 1. dub. 4. fol. 306. Aragonius 2. 2. q. 70. art. 1. circa solutionem ad 2. Vivaldus in Cand. aur. 1. p. vbi de sigillo, num. 37. Vega lib. 3. casu 307. Caietan. 2. 2. q. 70. art. 1. in resp. ad 3. Nauarrus in Manuali Lat. cap. 8. num. 18. & in c. Sacerdos, de pœnit. & remiss. dist. 6. num. 39. D. Thomas 2. 2. q. 70. a. 1. ad 2. Sotus de reg. secret. m. 2. quæst. 7. concl. 4. & in 4. dist. 18. q. 4. a. 5. concl. 2. & lib. 5. de iust. q. 7. art. 1. ad 2. Medina lib. 2. Summa, cap. 4. a. Medina, fol. 266.

Capua.  
Sotus.

Nauarr.

Tolet.  
Nauarr.

Vega.  
Cap.  
Sylu.

3.

Cap.  
Innoc.

Rebuff.  
Salzed.

De Anton.  
Vigner.

Palat.  
Angi.

Arag.  
Viva.

Vega.  
Caiet.  
Nauarr.

D. Thom.  
Sot.  
Medina.



Henr. Lud. Lop. Rodrig. Sanchez. Palud.

fol. 2.66. co. 1. Henricus lib. 3. de poenit. c. 21. n. 3. Ludouicus Lopez 1. p. Instr. cap. 37. §. penultimo. Manuel Rodriguez tomo. 2. Summa, cap. 53. n. 4. Saucius tom. 1. lib. 3. de consensu clandest. disp. 13. num. 6. Paludanus in 4. dist. 28. quaest. 2. art. 5. num. 31. Et ratio est: quia, quando res non detegitur animo verè se acculandi, adhuc non exceduntur limites secreti humani, si que non magis obligat, quam obligaret iuramentum tegendi secreti; & propterea non obligaret, quoties secretum damnosum, ac detrimentosum esset aliis: lex enim naturalis seruanda charitatis in proximos, vincit legem seruandae fidelitatis secreti: maius enim, ac fortius est praeceptum charitatis, quam fidelitatis ac religionis: quamobrem licet poteris, imò teneris, huiusmodi secretum, etiam iuratum, reuelare, si vergat in damnum proximi: aliàs, si non vergat, teneris inuolubiliter obseruare. Ita speciatim Saucius, & Capua, & plerique alij ex Auctoribus relatis. Item, similiter teneris ea secreta reuelare, quae tibi commissa sunt sub confessione, vt aiunt, genu flexo, facto signo Crucis, & confessione praecunte generali, si feratur excommunicatio de denuntiatione illorum, vt docet Capua allegatus, & Nauarr. cap. 8. n. 2. & Sotus loco de iustitia allegatus. Abbas in cap. Dilectus, de excess. Praelatorum. Et ratio est: quia, quando excommunicatio fertur, idè de reuelatione illius secreti fertur, quia in damnum alienius vergit: in dubio autem, an vergat, vel non vergat in aliorum damnum; inclinandum est potius ad seruandum secretum, quam ad reuelandum, quia ille, qui tibi commisit secretum, est in possessione bonae fama: & opinionis circa illud particulare negotium, quod secretum continebat: in dubio autem melior est conditio possidentis, vt patet. Neque obstat illud vulgare pronuntiatum: In dubio iustior pars est eligenda, vnde cum in dubio sit, an noceat, vel non noceat proximo, & aliunde praecipiat à legitimo Iudice sub excommunicatione, vt reueletur secretum, videtur omnino reuelandum in dubio: non obstat, inquam; quia excommunicatio non ferretur, si constaret Iudici de dubio; & iniusta, ac irrita esset; si in aequali dubio veller Iudex per illam obligare ad prodendum secretum; & aliunde laeditur, & non seruatur fidelitas erga illum, qui secretum commisit; laeditur fama illius, si secretum est graue; & denique tollitur commercium humanum, fundatum in fidelitate, & veracitate hominum. Iam verò, si secretum fuit iuratum, in dubio obtinet iuramentum.

Cap. Nauar. Sor. Abb.

Sanchez. Henrig.

Arag. Lopez.

Ex eo verò principio, quòd secretum non obliget, quando vergit in damnum proximi, inferit Thomas Saucius tomo 1. lib. 3. de consensu clandest. disp. 13. num. 6. & Henricus lib. 3. de poenit. cap. 21. num. 13. & Aragonius 2. 2. quaest. 70. art. 1. circa solutionem ad 2. Ludouicus Lopez 1. part. Instr. cap. 37. §. penultimo. Sotus, Victoria, & Medina numero praecedenti allegati, teneri eum, qui nouit impedimentum matrimonij occultum, illud manifestare, etiam si solus ipse nouerit. & etiam si sibi sub secreto & iuramento committeretur: quia, si est impedimentum dirimens, vergit in damnum alterius coniugis, bona fide contrahentis: si autem mala fide uterque contraxerit, vergit in damnum prolis, quae illegitima nascitur, cum matrimonium sit nullum: si est impediens, vergit in irreuerentiam Sacramenti, & in damnum ipsius contrahentis, vt de se patet.

Frangit autem sigillum confessionis indirectè ille Confessarius, qui datorum, vel trium confessionibus auditis, de vno comparatiuè, ac respectiue ad alios dicit: Hic nullum habet mortale, & si sunt fornicator, dicit: Haec haecenus, virginitatis flo-

rem seruauit. Et ratio est: quoniam indirectè significare videtur alias duas corruptas esse, & alios duos mortalia fuisse confessos. Ita docet Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 35. Nauarr. in Manuali. Lat. cap. 8. num. 9. & in cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. distinct. 6. num. 57. & 59. & 71. Vm. & Vivald in Cand. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 21. & Vega lib. 3. casu 307. Dixi, respectiue ad alios: qui, si Confessarius confessus est Bertham, & Liuiam, aut Strichum, & Pamphilum, & post aliquod temporis spatium, vel statim post ipsam confessionem, accedat aliquis ad confessarium, qui loquatur cum ipso Confessario de Bertha, aut de Pamphilo, absolute, non respectiue ad Strichum, aut Liuiam, non offenderet sigillum, si de Bertha diceret, haecenus seruasse virginitatem, & de Pamphilo esse virum probum, ac fidelem, nulliusque mortalis criminis reum. Idem dicendum est de illo, qui ex duobus sociis, quorum confessiones audiuit, vnum laudat, & alterum illaudatum dimittit cum suspitione audientium, vt docet Henricus lib. 3. cap. 20. num. ad finem. Nauarr. allegatus, Soar. de poenit. disp. 33. sect. 6. num. 1. & idem Soar. ibi sect. 3. num. 9. D. Anton. 2. part. tit. 8. cap. 45. Palud. in 4. dist. 11. quaest. 5. concl. 2. Petrus Sotus lect. 11. Ludou. Lopez. 2. part. Instr. cap. 11. quos omnes citat, ac sequitur Henricus citatus ad marginem, littera M. Et fundamentum est: quia ille, qui in occasione tacet, quando eo signo alij intelligunt infamiam, aut culpam proximi, censetur detractor, vt docet Nauarr. cap. 18. num. 37. ad finem, & Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 5. & Palud. distinct. 20. quaest. 2. pag. 455. Si ergo Confessarius in ea occasione tacet, detrahit, ac indirectè reuelat confessionem.

Henr. Nauar. Soar. D. Anton. Palud. Sotus. Lop.

Nauar. Sotus. Palud.

6.

Pariter sigillum frangit, directè quidem, & non indirectè, ille Confessarius, qui de aliquo in hunc modum loquitur: Ille mihi confessus est multa, & grauiora peccata; quia iam reuelat peccata mortalia in genere. Ita docet Nauarr. cap. 8. num. 9. & in c. Sacerdos, de poenit. & remiss. dist. 6. num. 54. vbi citat Paludanus, & D. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. Idem docet etiam Angelus verbo, Confessio, vlt. n. finali. Fumus verbo, Confessio, 7. num. 6. Vega lib. 3. 307. Henricus lib. 3. de poenit. cap. 20. n. 4. ad finem. Nullo modo tamen sigillum reuelat, qui diceret: Petrus est mihi confessus quia hoc commune est omnibus fidelibus; & est actus virtutis, & nulli sit iniuria. Imò nec etiam offendit sigillum, si dicat: Petrus est mihi confessus peccata tua, & quia hoc necessarium continetur in ipsa confessione, & quia non reuelat peccata mortalia in genere, nec venialia in specie. Ita docet Vega lib. 3. casu 307. & Soar. statim allegatus, nec etiam est contra sigillum, si dicat: Ego absolui Petrum, nam etiam tunc non reuelat mortalia in genere, nec venialia in specie. Ita Nau. c. 8. n. 11. & Vega citatus, Henr. lib. 3. de poenit. cap. 21. num. 2. & id clarè ac largè videbitur n. 17. huius capituli, & id docet etiam idem Nau. in c. Sacerdos, de poenit. & remiss. dist. 6. n. 68. Adde, quòd etiam si dicat: Petrus non habet, nisi materiam venialem, adhuc non offendit sigillum, quia nullum mortale in genere, nec veniale in specie, reuelatur. Ita docet Soar. de poenit. disp. 33. sect. 3. n. 9. & satis probaturum manet cap. 3. num. 1. vsque ad nonum: quod intelligendum est, modo non fiat comparatio ad alium, iuxta ea, quae diximus num. 5.

Henr. Nauar. Soar. D. Anton. Palud. Sotus. Lop.

Nauar. Sotus. Palud.

6.

Nau.

Paludan. D. Thom. Angel. Fumus. Veg. Henrig.

Veg. Soarius.

Nau. Henrig.

Soar.

Ille etiam confessionem reuelat directè, qui in confessione audiens publicas meretricias, aut cōubinarios, de illis ita dicit: Ille, vel illa, mihi grauiora peccata mortalia confessus est quantumvis ita sine publica, vt totus orbis ea agnoscat. Et ratio est: quia, quantumvis Confessarius de huiusmodi peccatis publicè

Nauar.

Veg. Henr. Led.

Med. Fumus. Sotus.

Caiet. Medina. Soarius.

Vit. Vivald. Cap. D. Thom.

Bellan.

8.

Vivald. Nauar. To et. Veg.

9.

Vin. Vega. Soarius. Bell.

Cap. Sotus.

Soar.

10.

publicis possit loqui, & testificare iuxta notitiam, quam extra confessionem habet; tamen nunquam potest dicere, se huiusmodi peccata ex confessione scire: id enim propriè est reuelare sigillum, & hoc ipsum odiosum reddit Sacramentum, & aliis formidabile. Ita docet Nauarr. cap. 8. num. 1. & in cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. dist. 6. num. 62. & Vega lib. 3. casu 307. & Henricus lib. 3. de poenit. cap. 20. num. 4. & Ledesma quaest. 10. art. 1. dub. 12. Medina de confess. celand. fol. 111. Fumus verbo, Confessor, sine. Sotus distinct. 18. quaest. 4. art. 6. Caiet. verbo, Confessori necessaria, sine. Frater Medina lib. 2. cap. 4. Soar. disput. 33. de poenit. sect. 3. num. 6. initio, Victoria num. 186. de confess. Vivald. in Cand. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 24. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 29. D. Thom. in 4. dist. 21. quaest. 3. art. 3. vers. Respondeo, Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disp. 9. de sigillo confessionis, dub. 1. n. 12.

Violat etiam sigillum directè, & manifestè Parochus, qui suo parochiano conquerenti publicè, quòd sibi Eucharistiam, aut absolutionem negaret, dixit: Amice, non concedo tibi Eucharistiam, quia habes casum reueruatum, à quo te non possum absoluerè. Perinde enim est, ac si dicit: Ille confessus est mihi casum reueruatum. Ita docent communiter omnes, Vivaldus in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 19. Nauarr. cap. 8. num. 8. Toléus in Summa, lib. 3. cap. 16. n. 2. Vega lib. 3. casu 307. Frangit quoque directè sacramentalis confessionis sigillum ille Confessor, qui coram aliquo dicit: Ille est mihi confessus: sed ego illum non absolui. Ita Nauarr. in Man. Lat. cap. 8. num. 10. & cap. Sacerdos, de poenit. & remiss. distinct. 6. num. 64. & 62. contra Caietanum, & Fumum, quos in dicto cap. Sacerdos, egregie conuincit. Et ita docet etiam Vivald. citatus num. 25. & Vega lib. 3. casu 307. & Soar. de poenit. disp. 33. sect. 6. num. 1. & Bellanus tomo 2. de Sacram. & cens. disp. 9. de sigillo confess. dub. 1. n. 14. Et fundamentum est: quia ille, qui huiusmodi verba audit, statim conuincit, poenitentem fuisse confessionem graue peccatum, ac detestabile, à quo non fuit absolutus: absolutio enim, moraliter loquendo, non negatur, nisi habenti graue, ac detestandum mortale: & idè qui dicit, se negasse alicui absolutionem, moraliter dicit, ac directè, poenitentem peccasse mortaliter, & esse indispositum. Idem dicendum est, quando poenitentem non absoluit, & interrogatus, an eum absoluerit, responder: Ego eum non absolui, reuelaret enim sigillum, iuxta Doctores allegatos. Ita speciatim Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 37. & Sotus in 4. distinct. 18. art. 5. quaest. 4. concl. 3. circa finem: quia facilè quis coniectabit, illum habere peccata grauiora, à quibus non fuit absolutus. Non esset tamen contra sigillum, iuxta Sotum, & Capuam, & iuxta Soarium dicto tomo de poenit. disp. 33. sect. 6. num. 1. si ita respondeat: Ego eum non absolui, quia nondum confessionem finiuit propter superueniens impedimentum, nec si dicat: Non absolui, quia non dedit materiam absolutionis, tunc enim nulla est reuelatio, vt notat idem Soarius citatus num. 1. sine. Dubitarem ego tamen vehementer de illo modo loquendi: Non absolui eum, quia nondum confessionem finiuit, propter superueniens impedimentum, nam id statim Christianas offendit aures, & malum opinionem de se ingenerat audientibus circa poenitentem, nisi alioqui probare, ac notare viri virtutis esset, ac conscientiae. Quamobrem non approbo, quoad hanc partem, opinionem Soarij.

Certius loquuntur illi, qui dicunt, non frangere P. Steph. Fagundes in quinque prec. Eccl.

sigillum confessionis illum Parochum, vel Confessarium, qui vocatus ad ministrandam Eucharistiam concubinis, & publicis peccatoribus, ad satisfactionem populi, ita dicit: Hi homines, vt apparet, haecenus fuerunt in peccato mortali, & sunt, & publico peccatori non est publicè ministranda Eucharistia: cum autem constiterit publicè de correctione illorum, ego illis publicè Eucharistiam dabo, idque quantum ipse eos in confessione audiisset: in his enim verbis, nec reuelatur confessio; nec quicquam falsum dicitur; nec pie aures offenduntur, nec iuste à confessione retrahentur poenitentes. Ita docet Nauarr. in Manuali. Lat. cap. 8. num. 12. post Paludanum, quam sequitur, & in cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. dist. 6. num. 65. & 91. & num. 92. & Vega lib. 3. casu 307. & Vivaldus in Cand. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 30. & Victoria de confess. num. 186. Frangeret tamen iuxta hos omnes Doctores, & iuxta allegatos num. praecedenti, vers. Item dicendum est, vt de se patet. si diceret: Nolo illis dare Eucharistiam; quia scio ex confessione esse in peccato mortali; aut, quia eos non absolui.

Dubitabit tamen aliquis, an offendar sigillum Sacerdos, qui dixerit: Ego in confessione audiui hoc peccatum mortale, nominando illud, in ea circumstantia, in qua nullo modo quis venire in notitiam peccatoris possit? Negant communiter Doctores, vt diximus in cap. 3. num. 1. vers. Dixi in concl. Nauarr. in Manual. Lat. cap. 8. num. 12. vbi citat Paludanum, & Adrianum. Et idem negat etiam Soar. de poenit. disp. 33. sect. 3. num. 8. Syluest. verbo, Confessio, 3. num. 2. quaest. 5. & Vega lib. 3. casu 307. & Vivald. in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 33. & Victoria num. 188. Patet ex verbis expressis in cap. Omnis viri usque sexus, de poenit. & remiss. dist. 6. ibi: Caneat Sacerdos, ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatum, ex quibus verbis manifestè constat, non esse contra sigillum prodere peccata nudè, & abstractè sumpta, & praecisa à circumstantiis ducentibus in cognitionem poenitentium: quia non prohibetur hic manifestatio peccatorum absolutè, sed manifestatio peccatorum, seu relatiuè ad peccatorem, vt egregie notauit Syluest. verbo, Confessio, 3. n. 2. quaest. 5. id est, in circumstantia, in qua facilè quis potest venire in notitiam eorum, qui peccata commiserunt. Quamobrem, si Confessor Mediolanensis, aut Olisiponenis dicat: Mediolani, & Olisipone committuntur grauiora peccata mortalia, aut talia, vel talia, v. c. sunt multi Sodomitae, multi vsurarij; multi Haeretici, non infringit sigillum: quia abstractè de peccatis loquitur. Ita Nauarrus in Manuali Latino, cap. 28. num. 16. & cap. Sacerdos, num. 54. & Vega lib. 3. casu 307. & Vivaldus citatus num. 26. & Henricus lib. 3. de poenit. cap. 21. num. 6. & Ledesma quaest. 10. artic. 1. dub. 2. Satis tamen est, iuxta hos Doctores omnino tacere in hac materia sigilli: est enim de se periculosissima; & saepè contingit, per huiusmodi manifestationes reuelari confessiones, & venire in notitiam ipsorum poenitentium, cum magno eorum dedecore & infamia, & cum magna iniuria Sacramenti: & nisi fiat ex maxima & necessaria causa, & cum magna cautela, & apud viros doctos, semper id genus, & modus loquendi scandalo erit circumstantibus, atque audientibus, vt notant Nauar. & Vivald. locis allegatis: atque adeò, quantum non sit contra sigillum; vix tamen excusabitur hic loquendi modus à peccato iusti, ac rationabilis scandali.

Fortasse tamen non erit improbabilis sententia illorum, qui dixerint, indirectè, & modo aliquo, offendere sigillum, illum Confessarium, qui

Nauar.

Veg. Vin. Vit.

11.

Nauar. Soarius. Syluest. Veg. Vivald. Vit.

Syluest.

Nauar. Veg. Vivald. Henrig. Ledesma.

12.

dixerit: In confessione mihi dictum fuit tale, vel tale peccatum mortale, quantum non deueniatur arbitrio prudentis in notitiam peccatoris. Et verò offendi sigillum modo aliquo per huiusmodi modum loquendi, docet Panorm. in cap. *Omnis viri/que sexus*, de penit. & remiss. dist. 6. non inueni alium, qui pro hac parte citari possit: sed rationibus ita fulcitur hæc opinio, & non vulgaribus fundamentis. Primò, quia, iuxta Soarium de penitent. disp. 33. sect. 3. n. 8. & iuxta Ledesinam quæst. 10. art. 2. vt vidimus cap. 3. num. 2. in rigore loquendo, offendit Confessarius sigillum, qui loquens de aliqua communitate, aut religiosa Familia, dicit: Quidam Religiosus ex tali Religione, vel Monasterio, commisit tale, vel tale flagitium, vel mihi confessus est tale, vel tale peccatum graue, quantum, moraliter loquendo, deuenire non possunt circumstantes in notitiam penitentis Religiosi: quia ad minimum, est peccatum scandali, & scandalizabuntur rudes ac simplices, offendeturque, & à confessione retrahentur; & si est peccatum scandalum, non in alia materia, quam in materia sigilli: ergo est contra sigillum, & oportet etiam, vt apud simplices iniuria Sacramento non fiat: fiet autem, si simplices ab eo iustè retrahantur: quod fundamentum Soarij etiam procedit respectu hominum secularium, quando de illorum peccatis loquimur, in ea circumstantia, in qua peccatores agnosci non possunt, vt patet: nam etiam ad minimum, vt Auctores contrarij fatentur, erit peccatum scandalum, & simplices ac rudes, moraliter ac rationabiliter loquendo, scandalum patientur, & cogitabunt, confessionem reuelari, & ab illa retrahentur: sed non in alia materia est peccatum scandalum, quam in materia sigilli: ergo sigillum offenderetur: non enim video maiorem rationem, ob quam in Religiosis offendatur, quam in secularibus. Quamobrem, si Soarius, & Ledesma id fatentur, in rigore loquendo, in Religionis; necesse est etiam, vt id ipsum in secularibus fateantur: non enim sigillum obligat magis circa has personas, quam circa illas; sed æqualiter circa omnes. Deinde, quia communiter Doctores dicunt, esse contra sigillum, quicquid odiosam, ac onerosam confessionem hominibus reddere potest, & illos ab illa deterrere: & sic docet Sancius lib. 3. de conf. clandest. disput. 16. num. 3. ad medium, Deltio lib. 6. disput. mag. sect. 2. & Armilla verbo, *Confessor*, num. 7. & Henricus lib. 3. de penit. cap. 20. num. 3. & Soarius de penitent. disput. 33. sect. 1. & Valentia tom. 4. disp. 7. q. 1. puncto 3. & alij communiter. Sed nihil magis odiosam illam ac onerosam facere potest, quam si Confessarij absque offensione sigilli manifestare possint absolute, & in genere peccata mortalia sibi confessa, & libere de illis loqui: ergo hoc est contra sigillum confessionis. Si enim liberè Confessarij de peccatis sibi confessis loqui possint absolute, & in genere, rationabiliter poterunt homines cogitare, posse se aliquando agnosci, & ideo rationabiliter à confessione frigerent, & cessarent vitantes sigilli, quas D. Thomas in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. quæstionem. 1. in corpore, numerat, nimirum, vt homines ad confessionem attrahantur magis, & libentius ac simplicius possint sua peccata fateri. Tertio, quia ipsi Auctores contrarij sententiæ ingenuè fatentur, esse hoc admodum periculosum & scandalosum, vt vidimus numero præcedenti: ergo, si est hoc genus loquendi absolute de peccatis confessis periculosum & scandalosum, iustè ac rationabiliter possunt conueniri peccatores, quòd periculo manifestationis sua peccata occultissima exponantur: si autem iustè conueniri hæc re possunt, iustè etiam ac ratio-

Panorm.

Soarius. Ledesma.

Sanches. Dely. Armill. Henric. Soarius. Valent.

D. Thom.

nabiliter fugere hoc periculum poterunt: si iustè fugere hoc periculum possunt, iustè ac rationabiliter confessionem fugient, & ab illa retrahentur: ac verò, quàm ingens absurdum hoc sit, per se patet, & manifestus est, quàm vt probari possit. Hæc sunt fundamenta, quæ hanc sententiam Panormitani cohonestant, & videntur facere probabilem; non tamen propterea recedo à communi opinione Doctorum num. 11. explicata.

Indirectè etiam infringunt sigillum Sacerdotes, qui inter se, aut cum aliis loquentes de confessionibus à se auditis, ita dicunt: Hodie venit ad me quædam mulier, vel quidam miles, & hoc mihi confessus est: quia, quantum nomina non exprimantur; tamen facile est per coniecturas eos cognoscere, vt docet Nauarr. cap. 8. num. 10. & Victoria. §. 172. & Sotus in relect. de teg. secreto, m. 3. quæst. 4. Directorium lib. 1. tit. 15. §. 166. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 21. num. 6. fine. & patet ex textu cap. *Omnis viri/que sexus*, de penitentia, distinct. 6. ibi: *Caneat autem Sacerdos, ne verbis, aut signis, aut alio quouis modo prodatur peccatorem, & idem dicendum de illo Sacerdote, qui ex duobus, vel tribus sibi confessis, de vno dicat: Istum absolui: & de aliis taceat, vt notat idem Henricus modo allegatus.*

Hinc facile est intelligere, non posse Confessarios prudentes, publicas, aut graues penitentias iniungere, quæ commodè, & secreto fieri non possunt: v. c. puellis, quæ domi parentum sunt in bona opinione: nam facile aliis suspicio erit, propter graua, & atrocia peccata eas fuisse impositas. Ita Nauarr. in Manuali Latin. cap. 8. num. 17. & cap. *Sacerdos*, de penit. & remiss. num. 103. alij tamen affirmant, propter graua peccata graues penitentias esse iniungendas; modò tamen ex eo nulla suspicio oriatur, eas fuisse impositas propter hoc, vel illud peccatum in particulari. Cæterum errant omnino: quia confessor nullo modo, nec in genere, nec in specie, potest reuelare peccata mortalia sibi confessa: & id quidem erit, saltem in genere, reuelare peccata mortalia penitentis. Idcirco hæc opinio est falsa omnino, nisi tamen consensus expressus penitentis iusta de causa datus accedat. Et id ipsum docet Soarius de penitent. disput. 33. sect. 6. num. 3. cum eodem Nauarro allegato: quia, quando consensus penitentis accedit, iam non est reuelatio Confessoris, sed penitentis, vt patet.

Quid autem, si Prælati, vel quouis alius inueniat peccata subditi scripta ad confessionem faciendam in subsidium memorie? Et quidem Soarius de penitent. disput. 33. sect. 4. num. 5. existimat eum, qui inuenit peccata alterius, scripta sub titulo confessionis, non teneri sub sigillo sacramentali illa tegere, sed tantum sub secreto naturali; & quia illa charta, est instrumentum valde remotum ad confessionem; & quia in illa nullo modo est inchoata confessio: & id ipsum docet etiam Henricus lib. 3. de penitent. cap. 20. num. 2. propter easdem rationes. Addit etiam Henricus, illam chartam, in qua scripta sunt peccata, non esse ipsam confessionem; sed esse in ordine ad confessionem: & ideo non cadere sub sigillo illius: & ad marginem, littera M, & littera L, citat pro se Ledesinam quæst. 10. art. 5. dub. 2. fine, Sotum de teg. secreto, m. 3. quæst. 4. dub. 3. fine, & quæst. 1. concl. 5. Palatium in 4. distinct. 21. quæst. 2. pag. 456. Banhes 2. 2. quæst. 33. artic. 8. dub. 9. concl. 2. Fratrem Medinam lib. 1. Instruct. cap. 14. §. 35. & lib. 2. cap. 4. Toletanum lib. 2. de reitut. cap. 4. num. 461. Nauarrum cap. 18. num. 34. & in cap. *Sacerdos*, de penitent. num. 8. & 9. omnes isti

13.

14.

15.

Led.

Sotus.

Palat.

Banhes.

Med.

Tolet.

Nau.

isti Doctores negant, esse obligationem sigilli, & asserunt esse tantum obligationem secreti naturalis; siue iam peccata scripta, sint confessa; siue scripta sint in subsidium memorie ad confessiones. Et ait Nauarr. in c. *Inter verba*, conclus. 6. corol. 31. n. 690. idem dicendum esse de eo, qui reperit chartam scriptam ad petendum consilium in ordine ad confessionem: quia hæc, vt dixi, nec ex confessione sciuntur, nec in confessione, nec sunt ipsa confessio, sed vel sunt iam confessa, & extra confessionem sciuntur.

Alij verò docent, teneri Prælatum, & quemlibet alium ad sigillum confessionis, qui peccata scripta reperit ad confessionem in subsidium memorie; quia scripta sunt in ordine ad confessionem; & quia adeò sacrum, atque diuinum est confessionis sigillum, vt illa etiam, quæ ad confessionem ordinantur, perpetuo silentio inuoluenda censeantur: nam sigillum introductum fuit à Christo Domino in fauorem penitentium, & honorem ac venerationem Sacramenti: fauores autem sunt ampliandi; ita vt non solum obligatio sigilli extendatur ad ipsam confessionem; sed etiam ad omnia illa, quæ immediate ordinantur ad illam. Ita docet expressè Deltio libro 6. disput. 6. magicarum, cap. 1. sect. 2. §. *Ex hac autem sententia*, ad finem, vbi citat multos pro se. Toletanus libro 2. de restitutione, cap. 4. num. 461. qui citatur pro alia opinione: melius tamen, & verius citaretur pro nostra: ille enim ibi inferendo incommoda circa illam opinionem ita dicit: *Alio qui sequeretur, quòd si quis peccata alicuius, vel confessa, vel confitenda nouit, siue quia intensa voce confitentem audiuit, siue quia incidit in papyrus, vbi scripta continebantur, non teneri sub sigillo secreti sacramentalis, quòd omnium rectè sententiam iudicio omnino aduersum est.* Hæc ille. Quibus verbis satis constat, nostram omnino sententiam secutum esse, & loqui non solum de peccatis scriptis confessis, sed etiam confitentis: docet etiam expressè Capua lib. 1. decision. aut. cap. 23. num. 43. docet etiam Viualdus 1. part. Candelabr. aut. vbi de sigillo, num. 10. vbi citat D. Thomam in 4. distinct. 21. & facit etiam Vega pro hac opinione lib. 3. casu, 307. vbi ait, eos, qui de rebus ad confessionem pertinentibus consuluntur, teneri ad idem sigillum confessionis; quia, quantum extra confessionem, & ante confessionem consuluntur, in ordine tamen ad illam consuluntur: facit etiam Martinus Furnarius in sua Institutione Confessar. lib. 1. tract. cap. 3. num. 13. quatenus id ipsum ait, quòd Vega docet. Ego vtranque opinionem iudico probabilem; istam tamen libentius amplector, quia fauorabilior est Sacramento: & quia, si charta scripta sit ad virum doctum, ad petendum consilium pro confessione assumitur ibi vir doctus, tanquam persona necessaria ad perfectionem Sacramenti, non necessaria secreto: si verò tantum scripta sit in subsidium memorie, iam potest dici confessio inchoata, vt patet: & quia saltem hæc rationes, & Doctores faciunt hæc rem dubiam; in dubio autem inclinandum est in fauorem sigilli, & Sacramenti. Iam verò, si peccata, quæ inueniuntur scripta, iam sint confessa, cum iam absolute maneant sigillo confessionis, firmius dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, & transire semper cum suo onere sigilli: licet enim illa, quæ mihi reuelantur aliquis, qui ea à Confessore audiuit, teneor seruare sub sigillo: sic etiam tenebor seruare hæc peccata scripta, quæ iam fuerunt confessa sub eodem sigillo: cum par sit vtrobique ratio: nam, propterea illa peccata, quæ audio ab alio, teneor seruare sub sigillo: quia scio fuisse

Nauarr.

16.

Delt.

Cap. Viuald. D. Thom. Vega.

Eternar.

confessa; & quia, vbi primum confessioni subiecta fuerunt, ita affecta obligatione ac onere sigilli manserunt, vt semper transeant cum suo onere, & illud exuere nunquam possint, nisi de consensu confitentium: de eorum enim consensu possunt, non solum Sacerdotes; sed etiam quicumque alij, loqui de huiusmodi rebus confessis: vt sæpè diximus. Ergo etiam propterea illa peccata, quæ fuerunt confessa, & scripta inueniuntur, affecta erunt prædicto onere & obligatione sigilli; quia iam confessa sunt, & semel sub sigillo ceciderunt: nam parum refert, quòd ego nesciam illa iam fuisse confessa; id enim per accidens est, & tunc incipient sub sigillo obligare, cum id scierim. Hæc sunt, quæ meo iudicio hanc opinionem satis probabilem reddunt, quantum aliâ, vt diximus, etiam probabilis sit.

De illo autem modo loquendi: Ego absolui Petrum, aut, Petrus confessus est mihi sua peccata, non addendo, graua, aut mortalia, adhuc dubitari potest, an sit modo aliquo contra sigillum: quantum enim Toletus lib. 3. Summa, cap. 16. num. 2. Tolet. ad finem, & Soarius de penit. disput. 33. lect. 3. Soar. num. 9. & Nauarr. cap. 8. in Manuali Latin. num. 11. Nauarr. & Vega lib. 3. casu 307. & idem Nauarr. in cap. *Vega. Sacerdos*, de penitent. & remiss. distinct. 6. num. 68. quos iam citauimus num. 6. (vbi resoluimus, nec directè, nec indirectè huiusmodi modo loquendi offendi sigillum,) & Henriquez lib. 3. de Henric. penit. cap. 21. num. 1. ad finem propè, & Viualdus in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 9. & expressius num. 31. & alij passim communiter resoluunt, per huiusmodi modum loquendi non offendi sigillum: Ego absolui Petrum à suis peccatis, & idem dicerent de isto modo loquendi; Ego audiui confessionem Petri, aut Petrum à suis peccatis, aut audiui peccata Petri, cum par sit vtrobique ratio, & in idem recidant huiusmodi formæ loquendi, ex multis fundamentis. Primò, quia per huiusmodi modos loquendi non reuelantur peccata mortalia in genere, nec venialia in specie. Secundo, quia, vt omnes concedunt, & speciatim Henricus dicto lib. 3. de penitent. cap. 21. num. 2. Henric. & Nauarr. cap. 8. num. 12. & Vega allegatus, & Nauarr. Viualdus item allegatus num. 32. non infringit sigillum, nec directè, nec indirectè, ille Confessor, qui ita dixerit: Ego ad confitendum Petrum, qui suis minutissimis peccatis molestus est mihi, aut, Petrus suis venialibus caput mihi obrudit, & idem est si dicat, Petrus confessus est mihi venialia, aut, Dedi Petro penitentiam lenem, quia per huiusmodi modos loquendi nullum mortiferum in genere, nec veniale in specie reuelat: ergo etiam per hos non offendit sigillum: Ego absolui Petrum à suis peccatis, aut, Petrus confessus est mihi sua peccata, aut, Ego audiui peccata Petri in confessione, cum etiam per illos nullum mortale in genere, nec veniale in specie declaratur. Tertio, quia Confessarij sæpissimè solent dare absolutionem penitentibus, videntibus, ac spectantibus alijs; vt plerumque fit in magna frequentia. Ex quo manifestè fit, reuelare illos venialia in genere, non in specie: alioqui enim nulla esset confessio, & nulla absolutio; imò frustra darent absolutionem, & committerent sacrilegium, si saltem supra aliqua venialia non caderet absolutio. Ex quo colligitur ad summum, per præfatos modos loquendi indirectè manifestari, ac reuelari peccata venialia in genere, non in specie; quòd non est contra sigillum alioqui enim non esset confessio, & peccarent lethaliiter Confessores, qui absoluerent penitentes, videntibus ac spectantibus alijs.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

fortasse tamen non erit improbabilis contraria, quæ docet, nec etiam posse Confessarios manifestare, aut reuelare peccata venialia in genere, directe, vel indirecte, ex iis, quæ sibi fuerunt confessæ: & consequenter illicitos esse prædictos modos loquendi numero præcedenti tactos, cum per illos saltem venialia in genere manifestentur, vt ipsi Auctores allegati in genere fatentur, & negare non possunt. Videtur enim primò id expressè contra cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. distinct. 6. ibi: *Caveat autem Sacerdos ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo prodatur peccatorum, quod idem est ac dicere, prodatur statum peccatoris; qui autem reuelat peccata in genere, dicendo: Ego absolui Petrum, vel, Petrus confessus est mihi sua peccata venialia, vel, Eo ad confitendum Petrum, qui suis minutissimis peccatis molestus est mihi, &c. reuelat profectò peccatorem, cum peccata venialia Petrum verè & propriè peccatorem constituunt: & sicut est contra sigillum, reuelare directe, vel indirectè peccata mortalia in genere, vel in specie, quia peccatorem constituunt hominem; cur etiam non erit contra sigillum reuelare peccata venialia in genere, cum etiam verè, ac propriè peccatorem hominem constituant: alioquin si non constituunt peccatorem, dicant, non esse contra sigillum reuelare peccata venialia in specie; quod tamen illi negant. Et facit pro hac opinione Capua lib. 1. decit. aur. cap. 23. num. 31. vbi absolute dicit, cadere sub sigillo confessionis omnia peccata mortalia, & venialia; & non distinguit de venialibus in genere, vel in specie. Deinde, quia cadit sub sigillo confessionis, quicquid verecundiam, molestiam, aut confusionem afferre potest pœnitenti, cum hæc odiosum ac molestum reddant Sacramentum pœnitentibus, vt docent communiter Doctores Sylu. verbo, *Confessio*, 3. num. 1. §. 2. Toleraus lib. 2. de restit. cap. 4. num. 464. Richardus in 4. dist. 21. num. 4. quæst. 2. Vivald. in Candel. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 9. Soar. de pœnit. disp. 33. sect. 3. num. 8. & alij passim, quos cap. 2. num. 20. citauimus, §. *Et ita docet expressè Armilla, & præcipue* num. 21. quis autem non videat, posse sæpissimè verecundia confundi pœnitentes, si de illis dicamus, habere defectus veniales in genere, quos corrigant, & à quibus illos absoluiimus: v. c. si de homine graui ac prudenti dicamus, dixisse, & fuisse confessum mendacia leuia, aut esse inconsideratum ac præcipitatum ad suspicandum sinistrè de aliis, vel quid simile, in genere, non in specie, hoc est, non dicendo esse mendacem in tali, vel tali re leui. Vltimò, quia tam facile est, hæc verba audienti: Ego absolui Petrum, vel, Petrus confessus est mihi sua peccata, ea intelligere de mortalibus, atque de venialibus, vt patet. Et denique, quia est contra omnes, qui dicunt debere Confessarium respondere roganti, an Petrum absoluerit: Feci meum officium. & hi sunt, Vega lib. 3. casu 307. Nauarr. cap. 8. num. 14. & Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 22. n. 5. medio. Victoria §. 169. de confessione, & alij. Hæc opinio est pia, & defendi potest.*

19. Neque obstant fundamenta contrariæ opinionis: nam ad primum, & secundum responderi potest, etiam esse contra sigillum, reuelare peccata venialia in genere: quia etiam in genere constituunt hominem peccatorem, & id ipsum, ne, scilicet, reueletur peccator, cauetur in cap. *Omnis vtriusque sexus*, vt vidimus: & quia in sigillo confessionis non dantur minima, sicut non dantur in iuramento assertorio. Vnde etiam dicendum est, offendi sigillum per illos modos loquendi: Petrus suis minutissimis peccatis mihi obtundit caput.

Cap.

Syluest. Tolera. Vivald. Soar.

Vega. Nau. Henric. Vill.

Ego eo ad confitendum Petrum, qui suis venialibus mihi satis molestus est, vel, Ego leuem pœnitentiam Petro hodie iniunxi. Ad tertium dicendum est, non peccare Confessarios, qui pœnitentes, vidente populo, absolunt: nam vel hoc faciunt inadvertenter; & sic à culpa excusantur: vel nullam culpam committunt, quanuis aduertenter faciant, eò quod non idèd rationabiliter circumstantes conticere possunt, illos esse in actuali statu peccati venialis; sed ad summum conuicere possunt, illos fuisse in statu peccati venialis, cum possint etiam pœnitentes iterum confiteri de venialibus iam confessis, ad augendam gratiam.

Difficultas tamen est, an, quando Confessarius dicit aliquid de licentia pœnitentis, maneat id sub sigillo apud illum, cui res narratur: videtur enim non manere sub sigillo confessionis, sed tantum sub secreto naturali: tum, quia ille non audit per confessionem, sed per simplicem narrationem extra confessionem, ex qua non oritur obligatio sigilli: nec satis est, quòd ista narratio ortum habeat ex confessione, quia non oritur ex illa, vt confessio est, sed solum vt est quædam noticia, qua vritur homo, vt instrumento ad narranda audita. Dicendum tamen est, manere sub sigillo confessionis: quia, quando pœnitens dat, ac concedit licentiam Confessori loquendi de re confessæ, non illi dat nouam noticiam extra confessionem; sed ei concedit facultatem extendendi noticiam confessionis ad alium sub eodem sigillo: sicut, qui prorogat solationem promissam ad certum diem sub iuramento; semper prorogat sub eadem obligatione iuramenti. Neque obstat, quòd obligatio sigilli sit onus personæ, non ipsius rei, id est, sit onus Confessoris, non rei confessæ: quia hoc onus personæ, meritò dicitur etiam onus rei confessæ, in quantum manifestata est per ipsam personam Confessoris: ipsa enim confessio ita occultat ipsam rem confessam, vt non solum Confessarius teneatur seruare sigillum, sed etiam quilibet alius, qui ex vi confessionis illam agnouit. Quamobrem, si Sacerdos absque licentia pœnitentis alteri reuelat sigillum, teneatur etiam illud seruare. Ita docet Soarius de pœnitent. disput. 33. sect. 5. num. 10. Syluester verbo, *Confessio*, 3. quæst. 1. Soar. lect. 11. de confessione. Tolera. lib. 3. Summar. cap. 16. Nauarr. cap. 8. in Manual. Latin. num. 4. & 7. Vivald. in Candelab. aur. 1. part. vbi de sigillo, num. 10. & communiter omnes; & id probabimus cap. 6. num. 26. Licet contrarium videatur tenere Medina de pœnitent. tract. 2. quæst. 46. vbi ait, nec cum teneri ad sigillum, cui Confessarius inuito pœnitente confessionem reuelauit: & aperte docet Henricus lib. 3. de pœnitent. cap. 2. num. 3. & Vaquez de pœnitentia, quæst. 93. artic. 4. dub. 2. num. 13. Bellanus tamen tomo 2. de Sacramento. & censuris disputat. 9. de sigillo confess. dub. 3. num. 42. & 43. distinguit: nam, vel ea reuelatio, quæ fit de licentia pœnitentis alteri, est necessaria ad obtinendam sacramentalem absolutionem, vel non: si est necessaria, teneatur ille, cui Confessarius reuelauit ad sigillum: si non est, non teneatur. Ratio illius est: quia Christus Dominus imponens eam obligationem, solum voluit prospicere ei narrationi peccatorum, quæ necessaria est ad absolutionem. Verum fundamenta Soarij sunt firma, & opinio illius sequenda: Christus enim Dominus ita voluit consulere sanctitati huius Sacramenti, & bono pœnitentium, vt non solum ea narratio maneat sub sigillo, quæ necessaria est ad absolutionem; sed etiam ea, quæ procedit ex confessionis sacramentalis noticia, vt aperte conuincit

20.

Soar.

Syluest.

Soar.

Tolera.

Nau.

Vivald.

Medina.

Henr.

Vesq.

Bellaz.

Soarius.

Cap.

Vivald.

Henr.

D. Thom.

Ledesma.

Vill.

Soi.

Alens.

Casot.

Adrian.

Medina.

Sylu.

Nauarr.

Tol.

uincit Soarius, cuius opinio est communior, & huic tam necessario ac vtili Sacramento fauorabilior.

CAPVT VI.

Quæ persona ad sigillum confessionis teneatur.

SUMMARIUM.

- Directè, & sub pœnis ordinariis sacrorum Canonum solum Confessarij obligantur ad sigillum confessionis.* num. 1.
- Obligantur etiam directè ad illud Superiores Religiosis, & Episcopi, quando ab eis petitur facilitas circa casum reseruatum, si modo aliquo in noticiam pœnitentis deuenerunt.* num. 2.
- Vtrum laicus, vel Sacerdos, carens potestate ad audiendas confessiones, concantur ad sigillum si eis aliquis confiteatur, est dubium: quidam aiunt non teneri.* num. 4.
- Probabilius alij affirmant teneri.* num. 5.
- Respondetur ad fundamentum eorum, qui dicunt non teneri.* num. 6. & 8.
- Si confessio fiat laico, vel Sacerdoti carenti potestate ad audiendas confessiones cum spe obtinendi Ordines, aut eam potestatem, cadit sub sigillo sacramentali.* num. 7.
- Votum seruati collatum in tempus libertatis valet.* ibid. num. 7.
- Confessio bona fide facta ex parte pœnitentis, & mala ex parte Confessarij, quia dolose se finxit Confessor, cadit etiam sub sigillo.* num. 9.
- Idem, si fiat bona fide ex parte pœnitentis, & ex parte Confessarij, quando Sacerdos putabat, se habere potestatem, cum tamen non haberet numero 10.*
- Non cadit sub sigillo illa confessio, in qua Confessor à principio dixit, se nolle audire peccata in confessione.* num. 11.
- Cætera inuenies in Summario sequenti.*

21.

Soarius. Cap. Vivald.

Henr. D. Thom. Ledesma. Vill.

Soi. Alens. Casot.

Adrian. Medina. Sylu. Nauarr. Tol.

huiusmodi confessiones audierunt licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediate, siue Clerici, siue laici, siue feminae sint; intelligendi tamen sunt diuerso modo: nam alij à Confessariis teneantur indirectè, & idèd pœnis arbitrariis subiiciuntur, non ordinariis sacrorum Canonum: Confessarij verò, cum ministri sint huius Sacramenti, teneantur directè ad obligationem ipsius sigilli, & idèd non arbitrariis Iudicium pœnis, sed ordinariis sacrorum Canonum subiiciuntur: & id ipsum declarauit Toleraus citatus, dum addidit, propriè teneri ad sigillum, & pœnas Canonum, Confessarium; remotè verò teneri ad illud, & pœnas arbitrarias omnes illos, qui licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediate confessionem audierunt, aut res ex confessione emanantes. Et fundamentum huius distinctionis inter Confessarios, & alios non Confessarios, est; quia hoc præceptum seruandi sacramentalis sigilli directè imponitur Sacerdotibus, ministris huius Sacramenti; & pœne illis etiam imponuntur, vt constat ex cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnit. & remiss. pœnæ autem sunt restringendæ ad illas tantum personas, de quibus lex pœnalis loquitur, & non ampliandæ ad alias, iuxta regulam iuris in 6. *Odia sunt restringenda, fauores ampliandi.*

Nomine autem Sacerdotis, & Confessarij intelligitur etiam Superior, quando ab eo, vel pœnitens licentiam petit circa casum reseruatum, vel Confessor nomine pœnitentis, si fortè per incuriam, dum eam licentiam à Superiore postulauit ad absoluendum pœnitentem, eum Superiori reuelauit. Et ratio, ob quam Superior, in eo casu ad idem sigillum, & ad eandem pœnas ordinarias sacrorum Canonum, & non arbitrarias Iudicium teneatur, est, quia tunc Superior est persona necessaria Sacramenti, siue qua non potest fieri hoc Sacramentum; & illa delatio ipsius casus reseruat ad Superiorem, dum ab eo licentiam petitur, ad absoluendum subditum pœnitentem, est quidam vsus clauium in hoc foro; sicut etiam est delatio & accusatio criminum, quæ pœnitentes deferunt ad ipsos Confessarios, alioqui confessio rederetur hominibus odiosa, & iniusta; & iuste retraherentur, ac retardarentur ab illa pœnitentes, si Superiores ad idem sacramentale sigillum, quo Confessarij teneantur, non teneantur, dum ab eis licentia circa casum reseruatum postulat. Ita docet Soarius tom. de pœnit. disput. 33. sect. 4. num. 3. Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 20. num. 3. Victoria de confessione, §. 190. & planè id sentit Sorus de reg. secreto, m. 3. quæst. 4. quanuis in modo loquendi differat, & est sententia certa, & omnium recentiorum iudicio comprobata: & cum Soario consentit Bellanus com. 2. de Sacramento, disputat. 9. de sigillo confess. dub. 3. num. 39. Dixi, si fortè per incuriam Confessor pœnitentem Superiori reuelauit, dum ab eo licentiam postulauit ad absoluendum pœnitentem à casu reseruat: quia nullo modo potest Confessor reuelare pœnitentem ipsi Superiori, nec obligare pœnitentem, vt Superiorem adeat pro ipsa licentia; monere autem potest, non tamen obligare. Sed de hoc commodius alibi diximus, & dicemus.

Sed, quid dicendum est, si aliquis confiteatur laico, vel Sacerdoti carenti iurisdictione ad confessiones audiendas: tenebiturne ipse laicus, aut Sacerdos ad idem sacramentale sigillum, & ad eandem pœnas ordinarias sacrorum Canonum; non arbitrarias Iudicium? Et certè hoc multis modis potest contingere. Primò enim potest contingere, vt aliquis scienter confiteatur laico, vel Sacerdoti carenti prædicta iurisdictione ad confessiones audiendas. Secundò, potest contingere, vt quis laico confiteatur, vel

Soarius.

Henr.

Vill.

Soar.

Bellaz.



vel Sacerdoti carenti huiusmodi iurisdictione inficienter, id est, ignorans illum esse laicum, & istum carere hac iurisdictione: quod potest contingere, si uterque se dolo se fingat Confessarium, ad illudendam, vel sollicitandam feminam, ita ut confessio fiat bona fide ex parte poenitentis, & mala fide ex parte audientis. Tertio potest contingere, ut confessio fiat bona fide poenitentis, & bona fide Sacerdotis, v. c. si Sacerdos existimet, se habere iurisdictionem ad audiendas confessiones; cum tamen reuera non habeat; & id ipsum cogiter ipse poenitens. Quarto potest contingere, ut fiat haec confessio laico, vel Sacerdoti carenti hac iurisdictione cum scientia certa utriusque partis, id est, cum scientia poenitentis, & Sacerdotis; non tamen pro tempore praesenti, sed collata ad tempus habile, id est, cum spe obtinendi sacras Ordines, & licentiam ad audiendas confessiones: & circa omnes hos modos discurremus.

Primo ergo est magnum dubium, verum laicus, vel Sacerdos carens iurisdictione ad confitendum, teneatur ad sigillum confessionis, & poenas sacrorum Canonum, quando aliquis scienter eis confiteretur in necessitate, id est, sciens, & non ignorans hunc esse laicum, & istum carere ea iurisdictione? Soarius de poenitentia, disput. 33. sect. 2. num. 2. & Sorus in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. & Aegidius Bellanus disput. 9. de sigillo confessionis, dub. 1. num. 4. concl. 1. & Henricus lib. 3. de poenitent. cap. 19. num. 8. & Tolerus lib. 3. Summae, cap. 16. num. 5. docent, hos, laicum, scilicet, & Sacerdotem, carentem iurisdictione, non teneri ad sigilli Sacramentum, sed tantum ad secretum naturale, & sic nec directe, nec indirecte, incurrere poenas ordinarias Canonum, nec arbitrarías iudicum, si illam reuelent: sed illis tantum dignos esse, quas merentur, qui in re graui, & cum proximi detrimento secretum naturale infringunt, ac violant. Fundamentum illorum est: quia illa confessio non est sacramentalis ex se, cum laico fiat, aut Sacerdoti non habenti iurisdictionem: unde, si reueletur, non committitur sacrilegium: ergo nec violatur sigillum: nam omnis violatio sigilli sacrilega est, & iniuriosa Sacramento. Quomobrem, si non est confessio sacramentalis de se, recte sequitur, non esse etiam iniuriosa Sacramento, nec per illam violari sigillum confessionis, nec sacrilegium aliquod committi. Patet ergo ex parte Confessoris hanc confessionem non esse sacramentalem, cum vnus sit laicus, alter omni iurisdictione careat. Non potest etiam esse sacramentalis ex parte poenitentis: nam, vel esset talis ex intentione, vel ex apprehensione poenitentis, vel quia ex parte illius ad modum sacramentalis fit: haec autem non sufficiunt: ergo nullo modo dici potest sacramentalis. Probat, haec non sufficere: primo, quia apprehensio, & intentio poenitentis non mutant naturam actus, nec mutant secretum in sigillum confessionis, nec virtutem iustitiae & fidelitatis, in virtutem religionis, ac proinde nec addunt, nec possunt addere vinculum religionis, & obligationem sacrilegij: cum sacrilegium directe opponatur virtuti religionis, non virtuti iustitiae, aut fidelitatis: adde, quod etiam dici non possit sacramentalis, quia id quidem perinde est, ac dicere esse sacramentalem ex intentione poenitentis, cuius contrarium iam probauimus. Haec sunt fundamenta Soarij, & Soti, quos citauimus.

Verum oportet haec distinguere, ut clarius intelligatur punctum ac terminus difficultatis: nam, si Soarius vult, non obligari sigillo confessionis illum, cui alter peccatum a se patratum sub secre-

4.  
Soar.  
Sot.  
Bellan.  
Henr.  
Toll.

to committit, & sub confessione, vt vulgo dicitur, facto etiam signo Crucis, & flexo genu, ac praemissa confessione generali, siue laicus, siue Sacerdos sit, eo modo, quo explicauimus cap. 4. num. 3. recte dicit: si autem vult asserere, non obligari virum doctum, siue laicum, siue Sacerdotem, ad sigillum confessionis, quando ad ipso poenitente vocaliter confutitur, in ordine ad confessionem faciendam, vel cum illo, vel cum alio, iam diximus cap. 4. num. 16. & dicemus infra ex instituto num. 23. probabiliorum esse opinionem, quae asserit, cadere tunc huiusmodi peccata sub sigillo confessionis, cum assumatur persona, quae confutitur tanquam necessaria Sacramento, & non secreto, & etiam tanquam necessaria ad perfectionem Sacramenti, non vero ad integritatem, & obseruationem secreti. Et praeter Doctores, ac rationes, quibus id probauimus locis allegatis, ita docet Nauarrus cap. 8. num. 7. & Panormitanus in 4. distinct. 21. quaest. 3. artic. 1. & 2. & D. Thomas, quem citat Nauarrus, sed non allegat locum. Si autem vult Soarius, non teneri ad sigillum; amicum, siue sit laicus, siue Sacerdos carens iurisdictione ad audiendas confessiones, quando in necessitate assumitur loco Confessorij, & ei fit confessio tanquam Sacerdoti; quantum illius opinio numero praecedenti explicata sit probabilis; tamen probabiliorum iudicamus contrariam, quam docet Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 24. §. Si vero talis. Innocentius, Butrius, & Panormitanus in cap. Omnis vtriusque sexus. de poenitent. & remiss. num. 48. quos omnes allegat Capua loco citato, vbi ait, eo casu teneri amicum celare confessionem, ac si esset Confessor, & si vt testis interrogetur, teneri tacere, & dicere etiam sub iuramento se nihil scire. Vivaldus in Candelabro aureo, 1. parte, vbi de sigillo, quaest. ac num. 10. Adrianus quaest. vltima de confessione, §. Secunda pars patet. Paludanus in 4. distinct. 21. num. 11. & id etiam docet Nauarrus modo allegatus dicto cap. 8. num. 7. & patet ex cap. Quem poenitet. de poenitent. distinct. 1. & ex cap. Sanctum. de consecratione, distinct. 4. Et ratio est: quia simul ac confessio fit in forma sacramentali, & ad modum sacramentalis confessionis, adnexam habet obligationem sigilli: nam sigillum introductum fuit, & in honorem, ac venerationem Sacramenti, & in fauorem poenitentium: & fauores sunt ampliandi, ita vt non solum intelligantur de sacramentali confessione; sed etiam de illa, quae ad modum confessionis sacramentalis fit cum dolore, & pro necessitate, siue fiat laico, siue non.

Ad rationem vero, & fundamentum Soarij dico, hanc confessionem non esse sacramentalem; fieri tamen ad modum sacramentalis confessionis, & id sufficere, vt adnexam habeat obligationem sigilli confessionis sacramentalis, cum hoc magis commendat sanctitatem Sacramenti, & venerationem illius: unde, cum sigillum hoc introductum sit ad honorem, & fauorem Sacramenti, & poenitentium; inde est, quod late interpretandum sit, non strictum, & in rigore, vt vult Soarius. Ad confirmationem illius dico, non fieri hanc confessionem sacramentalem ex intentione, ac apprehensione poenitentis, cum haec, & aliae similes intentiones non possint mutare actum, de non sacrilego in sacrilegum, nec esse proprie confessionem sacramentalem, sed improprie & inchoatiue, quatenus ad modum sacramentalis, & in ordine ad Sacramentum fit, & ad illud disponit, ac tendit: & hoc satis esse, vt sacramentalis sigilli obligationem habeat.

Quod magis aliunde claret: nam, si contingat, quod

Nauar.  
Panorm.  
D. Thom.  
Cap.  
Innoc.  
Butrius.  
Panorm.

Vin.  
Adrian.  
Palud.  
Nau.

6.

7.

Soarij.

Henric.

Sotus.

Lessus.

Azor.

Soar.

8.

quod confessio fiat quarto modo ex numeratis in numero tertio, id est, si contingat fieri, vel laico, vel Sacerdoti carenti iurisdictione, cum scientia certa veriusque partis, hoc est, cum scientia poenitentis, qua sciat a neutro posse absolui, & cum scientia laici, & Sacerdotis carentis tali iurisdictione, qua sciant, se non habere potestatem ad absoluendum, & confitendum: in eo casu existimat Soarius de poenit. disp. 33. sect. 2. num. 4. oriri obligationem sigilli ex ipsa confessione, si fiat in ordine ad Sacramentum cum spe obtinenda iurisdictionis. Et fundamentum illius est: primo, quia iam est inchoatio confessionis sacramentalis, & inchoatiua confessio dici potest, veluti, si quis confiteatur inferiori Sacerdoti peccatum reueruatum eo animo, vt facultatem petat, & iurisdictionem obtineat, non est dubium, quin obligatio sigilli ex ea confessione oriatur, vt ex praxi Ecclesiae constat. Secundo, quia reuera non possent homines alio modo inter se tractare negotia animae, & reuelare conscientias suas in ordine ad Sacramentum perficiendum. Quae doctrina Soarij vera omnino est, & eam docet Henricus lib. 3. de poenit. cap. 21. num. 4. ad marginem, littera V. & Sotus in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 5. ex iidem fundamentis, quae Soarius asserit. Et confirmari potest ex alio fundamento ex materia de voto sumptomam, si votum mancipiorum, v. c. peregrinandi, collatum in tempus habile, valet, & obligatorium est, cum referatur ad tempus libertatis, vt docet Lessus tom. 1. de iust. lib. 2. de voto, c. 40. dub. 10. num. 82. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 1. cap. 17. quaest. 9. & idem Soarius tom. 2. de Relig. lib. 6. de irratione votorum, cap. 3. num. 2. cur non obligabit etiam quoad sigillum illa confessio, quae fit laico, vel Sacerdoti omni iurisdictione carenti, cum spe obtinenda postea iurisdictionis, cum referatur ad tempus habile iurisdictionis. Haec sunt fundamenta Soarij pro ista opinione, quae est vera, vt dixi, & eam libenter amplectimur.

Sed inquit modò ex Soario, vnde oritur haec obligatio sigilli in ea confessione, quae fit laico, vel Sacerdoti carenti actu omni iurisdictione, cum spe illius obtinenda? Non ex intentione, & apprehensione poenitentium, vt ipse docet dicta disp. 33. sect. 2. num. 2. cum haec non possint mutare naturam actus, & facere illi, ac mutare de secreto in sacrilegium: non ex iurisdictione, cum vtrique illa careat: non, quia fit cum illa spe obtinenda iurisdictionis, cum re vera modò non fit confessio ex defectu ministri: ergo solum oritur ex eo, quod haec confessio fiat instar confessionis sacramentalis, & ad modum illius, vt nos dicebamus de illa, quae fit in necessitate eadem laico, seu Clerico carenti iurisdictione ad audiendas confessiones sine tali spe obtinenda postea iurisdictionis: non loquimur tamen de extrema necessitate: in extrema enim scimus quenslibet Sacerdotem habere iurisdictionem ad absoluendum. Dicit Soarius, oriri ex eo, quod conferatur in tempus habile iustar voti collati ad idem tempus, & quia aliter non possent homines tractare inter se negotia animae, & reuelare conscientias suas in ordine ad Sacramentum perficiendum. Sed huiusmodi rationes parum conuincunt: nam exemplum voti non est simile, cum votum non incipiat obligare, nisi pro illo tempore habili, in quod conferatur: confessio autem illa statim incipit obligare quoad sigillum. Alia vero ratio etiam non conuincit: nam etiam in nostro casu, quando confessio fit laico, aut Sacerdoti non habenti iurisdictionem ad confessiones audiendas, siue tali spe illius obtinenda, eadem ratio militat, cum etiam in eo casu dicere possimus, aliter non posse homines inter se tractare, & reuelare conscientias suas in ordine ad faciendam

confessionem cum alio, & ad perficiendum Sacramentum. Exemplum denique confessionis de peccato reueruato cum spe obtinenda licentiae, est diuersum, vt patet: quia confessio facta de peccato reueruato Sacerdoti habenti iurisdictionem ad confessiones audiendas, carenti tamen potestate ad absoluendum a reueruatis, supponit aliquam iurisdictionem in Sacerdote, vt patet: & sic est diuersa ratio de isto Sacerdote, & de laico, atque de illo, qui caret omnino omni iurisdictione: & deinde peccata reueruata consentur deuolunt cum aliis non reueruatis, & idem meritò sub eodem sigillo cadunt. Dicendum ergo est, in vtroque casu confessionis factae laico, vel Clerico carenti omni omnino iurisdictione, siue fiat cum spe obtinenda iurisdictionis, siue sine illa, ad solatium animae, vel in necessitate dari obligationem sigilli sacramentalis, non ex alio capite, nisi quia fit ad modum confessionis sacramentalis, vt haecenus probauimus.

Si confessio fiat secundo modo, bona, scilicet, fide ex parte poenitentis, & mala fide ex parte Confessorij, quia videlicet, laicus, aut Sacerdos carens iurisdictione, se fingit Confessarium dolo se ad sollicitandam feminam, vel loco ad illudendum alicui poenitenti; communiter omnes, quae Soarius asserit, ex hac confessione obligationem sigilli in ipso, qui se verum fingit Confessarium, & puniendum esse poenis non ordinariis sacrorum Canonum, cum non sit verus minister huius Sacramenti, sed arbitrarius iudicum. Ita docet Soar. de poenit. disp. 33. sect. 2. n. 3. Gabriel in 4. distinct. 21. quaest. 1. art. 2. Palud. ibid. quaest. 3. Adrianus quaest. vltima de confessione. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 23. num. 45. Vivaldus in Can. del. aur. 1. part. vbi de sigillo, n. 10. & Henric. lib. 3. de poenit. cap. 21. n. 4. & Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 5. & de reg. secrete, m. 3. quaest. 4. nam, quantum Sorus ibi dicit, non esse tam grauem obligationem in hoc casu; non negat tamen esse obligationem sigilli: sed voluit dicere, non posse puniri huiusmodi fictum Confessarium poenis ordinariis Canonum, sed arbitrariis Iudicum: docet etiam Tolet. lib. 3. Summae, cap. 16. num. 5. Sylu. verbo. Confessio, 3. num. 1. & Aegidius Bellanus tom. 2. de Sacram. & censuris, disp. 9. de poenit. dub. 1. num. 4. conclusione 1. & Nauar. in Manuali Lat. cap. num. 7. & 18. Et fundamentum est: quia fit hoc per summam iniuriam ipsius poenitentis, qui confitetur, & per iniuriam etiam Sacramenti, quod eo modo iuste ac rationabiliter iniuriam ac odium redditur hominibus: nam, licet ea confessio de facto non terminetur ad Sacerdotem ac Confessarium legitimum, & potestatem absolueri; tamen vt fit ab hoc poenitente, bona fide ex intentione Sacramenti procedit: & idem iustissime Sacramentum sigilli huiusmodi peccata confessi protegit & occultat. Denique, quia praecipuum sigilli impositum est in fauorem poenitentis, & Sacramenti: ac proinde extendendum est ad omnem confessionem bona fide factam sub ratione, & intentione suscipiendi Sacramenti: aliam enim possent Sacerdotes, & laici passim se fingere Confessarios, & decipere poenitentes, & non obligari ad sigillum: quod & contra iustitiam est, quia nemini debet patrocinari dolo ac fraus: & contra Religionem; cum maxima iniuria fiat Sacramento, vt patet.

Si autem confessio fiat tertio modo, id est, bona fide ex parte poenitentis, & bona fide ex parte Sacerdotis, putantis, scilicet, se habere iurisdictionem, & potestatem ad confessiones audiendas; cum tamen reuera non habeat; non est dubium oriri obligationem sigilli ex istiusmodi confessione, etiam si postea constet defuisse iurisdictionem ex parte Confessoris; & quia oppositum iuste ac rationabiliter red-

9.  
Soar.  
Gabriel.  
Paludan.  
Cap.  
Vivald.  
Henric.  
Sotus.  
Tolet.  
Bellan.  
Nauar.  
10.

deret hoc Sacramentum onerosum, inuisum, & odiosum, multumque derogaret illius auctoritati, ac sanctitati; & quia per accidens contigit defectus iurisdictionis, & alioqui ex intentione penitentis, & Confessarii sacramentalis fuit confessio, & ad modum confessionis sacramentalis facta: & ita egregie docet Soar. de penit. disp. 33. sect. 2. num. 4. & parer ex iis, quae diximus n. 5. & deinceps; & num. praecedenti, docet etiam Bellan. tom. 2. de Sacram. & cens. disp. 9. de sigillo confess. dub. 1. num. 8.

Si tamen quilibet Sacerdos, siue habeat iurisdictionem ad audiendas confessiones, siue non habeat, à principio dicat se nolle audire confessionem, seu peccata ad modum confessionis, (& idem de quolibet alio, qui instar Sacerdotis se habeat,) quicquid penitens intendat eum obligare, non contrahet obligationem sigilli sacramentalis: quia penitens non potest inuitum cogere Sacerdotem, vt se sacramentaliter audiat, & hoc modo voluntas audiendi confessionem necessaria est ex parte Sacerdotis ad obligationem sigilli contrahendam, vt optime notauit Henricus lib. 3. de penit. cap. 21. num. 4. sine, & Soar. de penit. disp. 33. sect. 2. num. 5. Dico, si à principio dicat se nolle audire confessionem: quia, nisi moneat se nolle sacramentaliter audire, quantumvis non habeat intentionem non absoluendi, non audiendi, & non faciendi Sacramentum; adhuc tamen tenetur sigillo, iuxta Doctores Soarium, & Henricum allegatos.

S V M M A R I V M.

- Penitens non tenetur ad sigillum sua confessionis. numero 12.
Nec tenetur ad sigillum, sed solum ad secretum circa illa, quae illi Confessarius sub secreto commendauit in confessione. num. 13.
Non tenetur etiam seruare sub sigillo penitentias sibi iniunctas. num. 14.
Respondetur ad fundamenta illorum, qui dicunt, penitentes teneri sub sigillo tacere penitentias sibi iniunctas. num. 15.
Referitur opinio docens, interpretem non teneri ad sigillum sacramentale, sed solum ad secretum naturale. num. 16.
Astruitur verior affirmans teneri. num. 17.
Tenentur penitentes in articulo mortis per interpretem confiteri. num. 18.
Ad idem sigillum sacramentale tenetur interuuentius. num. 19.
Inuentor papyri, in qua scripta sunt peccata confessi, vel confitenda, ad sigillum sacramentale tenetur. num. 20. & remissum ad cap. 5. num. 15.
Confessarius tenetur ad sigillum confessionis. num. 21.
Confessarius si consulitur in ordine ad confessionem faciendam cum alio, quidam existimant, non teneri ad sigillum sacramentale, sed solum ad secretum. num. 22.
Verior opinio absolute affirmat, teneri ad sigillum, siue consulatur in ordine ad faciendam confessionem cum alio, siue cum ipso confessorio. num. 23.
Similiter tenetur confessarius ad sigillum sacramentale, quantumvis non sit Sacerdos, si consulitur in ordine ad persiciendam confessionem, cum obtinuerit sacros Ordines. num. 24.
Quid, si sit Sacerdos, & careat potestate ad audiendas confessiones. num. 24.
Illi etiam, qui vel casu transeunt, vel dum expectant, confessionem audiunt, ad sigillum tenentur. num. 25.
Idem, si dolose audiant. ibid.
Item ad sigillum tenetur ille, cui Sacerdos, vel malitiose, vel inauertenter confessionem reuelauit, &

Soarius.

Bellan.

11.

Henric. Soar.

omnes, qui ab isto audierunt, & alij ab alijs. numero 26.
Caetera inuenies in Summario sequentis capitis.

Maius dubium est, an penitentes teneantur ad sigillum sacramentale: sunt enim multi, qui id affirmant: sed hos infra refutabimus. Vnde sic dico: Penitentes non tenentur ad sigillum, quicquid alij Doctores dicant, quos infra in lucem dabimus num. 14. & idem possunt dicere, ac reuelare, non solum peccata sua confessi citra scandalum; sed etiam monitiones sibi à Confessario in correctione factas, & penitentias sibi iniunctas, etiam si graues sint, & Confessarius, ne manifestet, praecipiat. Ita docent communiter Doctores, Henricus lib. 3. de penit. cap. 20. §. 1. Richardus in 4. distinct. 21. art. 5. quæst. 5. Sotus de reg. secreto, m. 3. quæst. 4. conclusio 4. & in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 6. Bellanus tom. 2. de Sacramentis. disp. 9. de sigillo confess. dub. 3. num. 37. sine. Ledesma quæst. 10. art. 5. dub. 2. sine. Angelus verbo, Confessio, ultimo, §. 18. & D. Thomas in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 2. Bonauentura 2. part. art. 2. quæst. 2. Paludanus quæst. 3. num. 42. Adrianus quæst. 4. de confessione. Soarius de penit. disp. 33. sect. 5. num. 6. Henricus de Gandauo quodlib. 7. quæst. 26. Syluester verbo, Confessio, 3. quæst. 3. & 5. Petrus Soto lect. 11. de confess. Medina quæst. de licent. penitentis ad reuelandam confess. D. Anton. 3. part. tit. 22. §. 1. Nauar. in Summa, cap. 8. num. 2. & cap. 18. num. 12. & cap. Sacerdos, num. 127. Covarruias in 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 12. Archidiaconus, & Alexander in cap. Ipsi Apostoli, 2. quæst. 7. Abbas in cap. Significasti, de adul. Cardinalis in cap. Omnis vtriusque sexus, de penit. distinct. 6. Felinus in cap. Testimonium, de testibus, qui omnes dicunt, de licentia penitentium posse Confessarios reuelare confessionem. Vnde inferitur ratio à priori: nam, si penitens potest dare licentiam Confessario ad reuelandam confessionem, monitiones sibi factas, & penitentias sibi iniunctas, quantum magis ipse reuelare poterit? Deinde probatur: quia in ipsa reuelatione, quam penitens facit de suis peccatis vel Confessarius de illius licentia expressa, nec datur iniuria Sacramenti, nec penitentis: non datur penitentis, quia volenti, & consentienti nulla fit iniuria: non datur iniuria Sacramenti; quia, licet sigillum principaliter, & ex primaria institutione Christi introductum sit in honorem Dei, & Sacramenti; attamen id quidem est, ne illius usus formidabilis sit, atque odiosus penitentibus: eis autem formidabilis esse non potest, si ipsi, vel loquantur de re confessi, vel licentiam ad id concedant. Præterea hæc iniuria in tantum fit Sacramento, in quantum illud hominibus redditur odiosum: non potest autem hominibus rationabiliter reddi odiosum id, quod ipsi & libenter, & scienter, & sponte faciunt.

Dubitant tamen Doctores, an saltem teneantur penitentes sub sigillo seruare ea, quae Confessarii illis in confessione sub secreto commendauerunt: v. c. si illis præcipiant, ne reuelent penitentiam, vel eis quamlibet aliam rem committant sub secreto seruandam: aliqui enim Doctores hanc obligationem sigilli sacramentalis imponunt penitentibus, vt Palud. in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 3. n. 61. col. 6. Adrianus quæst. ult. de confessione, dubit. ult. & Nau. cap. Sacerdos, de penit. dist. 6. n. 115. Contrarium tamen est dicendum cum Soatio de penit. disp. 33. sect. 4. num. 2. & Richardo in 4. distinct. 21. art. 5. quæst. 3. & cum Soto de reg. secreto, m. 3. quæst. 4. concl. 4. & Bellano n. præced. allegato, & cum Henrico de penit. lib. 3. cap. 20. §. 2. qui dicunt, hoc proprie non esse sigillum; posse tamen esse secretum naturale

12.

Henr. Richard. Sor.

Bellan. Ledesma.

D. Thom. Bonauent.

Palud. Adrian.

Soar. Medina.

Archid. Alexand.

Cardin. Felinus.

13.

Palud. Adrian.

Soar. Rich.

Sotus. Bell. Henr.

in te grati, & dum sub secreto eis committitur; aliis nulla erit specialis ratio secreti; & sic, ait Henricus loco allegato, exponendi sunt Doctores, qui dicunt, teneri penitentes serua re sub secreto, quæ Confessarii dicunt, non quod teneantur ea seruare sub sigillo sacramentali: sed quod tacere teneantur, quando animaduertent ex eo per accidens infamari Confessarium, aut detrimentum illi redidare.

Nonnulli tamè Doctores existimant, teneri penitentes ad sigillum sacramentale, non solum quoad res confessas, sed etiam quoad penitentias graues sibi à Confessariis impostas: & hi sunt omnes illi, qui dicunt, non posse penitentes dare licentiam Confessariis ad loquendum cum aliis de rebus confessis, vt Alensis 4. part. q. 78. num. 3. Scotus in 4. dist. 21. quæst. 2. ad 1. Almaynus ibid. quæst. 1. ad finem. Aureolus, & Durandus ibidem, quæst. 4. & expressè Angelus verbo, Confessio, §. 5. Maior in 4. q. 3. Gabriel in 4. q. vnica, art. 3. dub. 4. & omnes illi, quos citauimus c. 1. num. 16. Et fundam. entum illorum est: primo, quia Confessor ea, quæ per confessionem scit, vt Deus scit: ergo non potest illi penitens facultatem facere, vt loquatur extra confessionem vt homo. Secundò, quia præceptum sigilli est præceptum diuinum: ergo non potest in illo penitens dispensare. Tertio, quia, licet possit penitens cedere iuri suo, non potest cedere iuri Sacramenti: sigillum autem introductum est à Christo Domino, non solum in fauorem penitentis, sed etiam in fauorem, & honorem Sacramenti.

Caeterum hæc fundamenta infirma admodum sunt: etenim Confessor non ita scit vt Deus, vt non sciat etiam vt homo: nam ea scientia subiectatur in intellectu humano, ac proinde vt homo loqui potest de licentia penitentis. Præterea, cum de licentia penitentis loquitur, loquitur etiam in foro penitentis: & idem loquitur vt Deus, seu vt minister Dei. Ad Secundum respondeo, hanc non esse proprie dispensationem: dispensatio enim est actus iurisdictionis: in penitente autem nulla datur iurisdictionis: ad dispensandum in præceptis diuinis: sed esse tantum cessionem sui iuris, declaratam per expressam licentiam penitentis; seu potius esse proprie mutationem materiae: & idem non esse mirum, si improprie dispensare possit quilibet Christianus in materia sigilli; non possit autem Summus Pontifex. Sic potest quis dispensare improprie in pecunia sibi debita, seu potius mutare materiam, quando illam remittit creditori, quod nequaquam facere potest Summus Pontifex in debito alieno, Præterea, hoc, vt diximus, non est proprie dispensare: sed est mutare materiam, antea enim erat materia iustitiae respectu penitentis: modò autem talis non est, quia ille voluit, vt talis non esset: sic, quando aliquis remittit alteri debitum, mutat materiam iustitiae in materiam gratiae. Ad tertium dico, sigillum introductum esse à Christo Domino, proximè & immediatè in fauorem penitentis; principaliter verò, & ex primaria institutione Christi, in honore Sacramenti, vt conuenienti modo institueretur: vnde non derogatur honori Sacramenti, si Confessor loquatur de rebus in confessione auditis de licentia penitentis: sicut enim est fauor Sacramenti, vt Sacerdos nihil possit loqui sine licentia penitentis; ita est fauor illius, vt non nisi de licentia illius loqui possit: nam hoc sapere cadere potest in bonum ipsius penitentis per ipsum Sacramentum intentum, & aliunde nullum nocumentum infertur Sacramentum, si prudenti modo talis licentia detur.

De interprete, an teneatur ad sigillum sacramentale, duæ sunt opiniones. Caietanus enim verbo, Confessio, condit. 11. & Sotus distinct. 18. quæst. 4. art. 5. conclus. 4. & quæst. 2. art. 6. sine, & relect. de P. Steph. Faruandez in quinque præc. Eccl.

14.

Alensis. Scot. Almayn. Aureol. Durand. Angelus. Maior. Gabriel.

15.

16.

Interpres. Caietan. Sor.

reg. secreto, m. 3. quæst. 4. conclus. 4. Victoria §. 172. negant, teneri interpretem ad sigillum, & affirmant teneri tantum ad secretum naturale: ea tamen obligatione secreti teneri, quia nulla maior infra sigillum dari potest. Fundamentum illorum est: quia interpres non habet clauas, neque iurisdictionem super penitentem, neque est instrumentum Christi in illo actu, sed est tantum organum penitentis, & veluti verborum translator ac ductor, ac proinde non est, cur obligetur sigillo confessionis. Confirmatur magis ista sententia: quia iuxta meliorem opinionem non tenetur penitens, neque etiam in hora mortis, confiteri per interpretem: quantumvis enim id possit facere, si velit; non tamen ad id obligatur, vt docent Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. sine. Nau. in c. Frater, de pen. n. 85. & alij Ergo signum est, non obligari rigorosè interpretem ad sigillum; sed tantum ad secretum naturale: propterea enim nemo obligatur, etiam in hora mortis, confiteri per interpretem: quia ille modus confessionis de se est publicus, cum interpres non participet clauas illius Sacramenti.

Alia verò opinio vera, & communior docet, interpretem teneri ad sigillum confessionis, non esse tamen puniendum, si illud reuelet, pœnis ordinariis sacrorum Canonum, cum non sit proprius minister huius Sacramenti; sed arbitrariis Iudicum. Illam tenet Henricus lib. 3. de penit. cap. 9. num. 9. Sylu. verbo, Confessio, 3. n. 11. Viuald. 1. p. Can. del. aur. vbi. de sigillo, num. 10. Viguerius de penit. vers. 20. Bernardus Dias in præc. criminali, c. 109. n. 2. Victoria de confess. num. 172. Sotus de penit. disp. 33. sect. 4. num. 4. Toletus lib. 3. Summa, cap. 16. num. 5. Sotus in 4. dist. 17. quæst. 1. circa finem. Richardus in 4. distinct. 21. art. 4. quæst. 3. Medina Cod. De penit. quæst. 50. fol. 111. Ledesma 2. part. 4. quæst. 11. art. 3. dub. 10. D. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. artic. 1. quæst. iunc. 3. vbi ait, quod, sicut interpres se tenet ex parte Sacerdotis, & participat actum clauium, sic participat sigillum. Idem docet etiam Nauar. in Manuali, cap. 8. num. 7. & cap. Sacerdos, num. 42. & n. 111. Ledesma quæst. 10. art. 3. dubit. 1. & art. 5. dubit. 5. Et ratio est: quia in nullo vitæ casu, nec propter aliquem finem, nec ad vitandam mortem propriam, aut Regis, aut Papæ, licitum est interpreti violare, ac reuelare sigillum: ergo signum est, hanc obligationem, obligationem esse sigilli sacramentalis, non secreti naturali, cum secretum naturale non obliget cum detrimento, ac damno proprio, vel proximo. Deinde, quia reuelatio sigilli in interprete non solum est iniustitia, sed etiam est sacrilegium: nam interpres non solum est instrumentum penitentis, sed etiam Sacerdotis: quia, sicut penitens per illum loquitur; ita Sacerdos per illum audit, idèoque participat secretum eius.

Et quia interpres ad sigillum confessionis tenetur, idè docent multi & graues Doctores teneri penitentes in articulo mortis per interpretem confiteri: & hi sunt, Scotus in 4. dist. 17. significat D. Thom. Thom. 4. in dist. 17. quæst. 3. a. 4. quæst. iunc. 3. ad 2. Sylu. verbo, Confessio, 1. num. 16. cum supplemento: Canus relect. de penit. p. 5. & alij. Et quantumvis penitens non teneretur confiteri in articulo mortis per interpretem, non idè deobligaretur ipse interpres à sigillo confessionis: quia etiam non teneretur confiteri venialiter, & nihilominus directè cadunt sub sigillo confessionis, si constentur. Et fortasse id ipsum, quod tenet secunda opinio, docet Sotus pro prima n. 16. allegatus: nam, cum ille ibi dicat, in nullo casu posse interpretem violare sigillum, pronum est intelligere, loqui illum de sigillo confessionis; non autem de sigillo secreti naturalis; cum

Victoria.

Sotus. Nauar.

Henric. Syluest.

Viuald. Viguerius.

Dias. Victoria.

Soar. Toletus.

Sotus. Rich. Medina.

Ledesma. D. Thom.

18.

Scotus. D. Thom.

Thom. Syluest. Canus.

cum secretum in multis casibus non obliget, quoties, videlicet, vergit in damnum proprium, ac proximi: vnde solum, vt mihi videtur, voluit Sotus non obligare interpretem tam strictè ad sigillum confessionis, quam strictè obligatur Confessarius: quia Confessarius directè obligatur ad illud, & idèd pœnis ordinariis sacrorum Canonum subiicitur: interpretes verò indirectè obligatur ad ipsum sigillum, & idèd non pœnis ordinariis, sed arbitrariis iudicum, cum non sit proprius minister huius Sacramenti, puniuntur.

19. Internuntius, Soar. Vivald. Syluest. Henric.

20. Inuentor chartæ, in qua scripta sūt peccata cōfessæ, & cōfessenda.

21. Confessarius.

Soar. Palud. Adrianus Nauarr. Ledesma. Petrus Soto. Vigner. Vivald. Henric. Vega.

22. Quid, si aliquis consulatur ab aliquo in ordine ad confessionem cum alio faciendam.

Soarius. Henric. Aragon.

Idem, quod diximus de interprete, docent etiam de internuntio Soar. de pœnit. disput. 33. sect. 4. n. 5. Vivald. 1. p. Cand. aur. vbi. de sigillo, n. 10. Sylu. verbo, Confessio, 3. num. 1. & insinuat Nauar. in manuali Lat. c. 8. n. 4. & 7. & Henricus lib. 3. de pœnit. c. 20. §. 1. cum sit eadem omnino ratio de interprete, atque de internuntio. Verum hæc questio iam omnino aboleuit, cum non valeat confessio inter absentes, vt diximus.

De inuentore autem papyri, in qua scripta sunt peccata, vel confessæ, vel confitenda, in subsidium memoriæ, vel petitur consilium à viro docto in ordine ad confessionem; iam diximus in cap. 5. n. 15. obligari ad sigillum sacramentales, idque ibi multis rationibus, atque Doctoribus comprobauimus, & idèd aliis probationibus superfedimus.

Confessarius, certum est, quod ad sigillum obligatur, si à Confessario aliquo circa aliquod peccatum sibi confessum consulatur; non tamen pœnis ordinariis, sed arbitrariis subiicitur, cum non sit minister huius Sacramenti: nam pœnæ Canonum ordinariæ ad Confessores ministros huius Sacramenti spectant, vt diximus n. 1. huius capituli: tenetur, inquam, ipse confessarius ad sigillum confessionis, siue ipse præsens adit confessioni, siue postea consulatur. Ita docent communiter, Soarius tom. de pœnit. disput. 33. sect. 4. num. 6. & sect. 2. num. 4. sine. Palud. in 4. distinct. 21. quæst. 3. num. 61. Adrianus quæst. vltima, de confess. dub. vltimo, Nau. cap. Sacerdos, n. 115. & in Summa cap. 8. num. 4. Ledesma quæst. 10. art. 3. dub. 1. Petrus Sotus lect. 1. de confessione. Vigner. in Summa, c. 10. §. 4. vericulo 20. Vivaldus de sigillo, 1. par. in Candel. aur. num. 10. Henricus lib. 3. de pœnit. c. 20. num. 3. Vega, lib. 3. casu 307. Fundamentum est primò: quia confessarius participat actum clauium scientiæ, & supplet defectum ministrum; ita vt ex vtroque coalescat integer, ac sufficiens minister, omnia habens necessaria ad illum actum. Secundò, quia huiusmodi confessarius in hoc negotio consulitur ex confessione, & per confessionem; & idèd tota ea notia, quam habet, procedit ex confessione, & ex notitia confessionis ad eum emanauit, & cum eadem obligatione sigilli: res enim cum suo onere sigilli transit, vt sæpè diximus: aliàs enim valde onerosum erit pœnitenti, imò & iniustum hoc confessionis Sacramentum, vt sæpè diximus, & de se patet.

Maius dubium est, an teneatur confessarius ad obligationem sigilli, quando consulitur ab ipso pœnitente in ordine ad confessionem. Et verò vel confessarius cōsuli potest à pœnitente in ordine ad confessionem faciendam cum alio; vel cum ipso pœnitente in ordine ad faciendam confessionem cum alio, existimat Soar. tomo de pœnit. disputat. 33. sect. 4. n. 6. medio, & sect. 2. num. 4. ad finem; & n. 7. & Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 21. n. 4. & Aragon 2. 2. q. 3. art. 7. sine, & alij, non cadere sub sigillo sacramentali peccatum, quod ei, dum consulitur, reuelatur; sed solum sub secreto naturali. Ratio illorum est: quia illa reuelatio non ex confessione, nec per confessionem fit; neque in eo casu participat

consiliarius vsum clauium, cum non ex confessione, neque per confessionem, sed ante confessionem sciat, in quo est diuersissima ratio à casu numero præcedenti tacto: nam in casu numeri præcedentis, cum Confessor virum doctum consulat circa peccatum sibi confessum, notitia, quæ peruenit ad virum doctum, procedit ex confessione, & per confessionem; & non est ante confessionem habita, & idèd tenetur vir doctus ad sigillum, vt numero præcedenti diximus: at in præsentis casu ista notitia habetur ante confessionem, & idèd non pertinet ad sigillum. Ita se habet opinio Soarij, quæ est probabilis.

Sed verò Martinus Furnarius in sna Institutione Confessorum, lib. 1. tract. 1. c. 3. num. 13. docet, ad sigillum pertinere nõ solum peccata in confessione dicta, aur audita; sed etiam omnia, quæ dicuntur ex ratiõne, in ordine ad illam; & idèd docere videtur expressè Vega lib. 3. casu 307. vbi affert eos, qui consuluntur in rebus ad confessionem spectantibus, teneri ad idem sigillum confessionis: quia res cum suo onere transit. Verù Vega videtur loqui de viro docto, qui consulitur post confessionem auditam, & per confessionem. Clarius, & manifestius Medina lib. 1. cap. 14. §. 36. ad finem, vbi ait, si pœnitens virum doctum consulat, vt sciat, quomodo se preparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Prælato, etiam si sub excommunicatione præcipiat; quia est via ad confessionem: quod est dicere, teneri ad sigillum confessionis: nam, si obligatio tegendi, esset tantum secreta naturalis, & non sigilli sacramentalis, tenebatur confessarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam: secretum enim naturale non obligat cum damno alicuius; quando autem Prælati præcipit sub excommunicatione, vt sibi res reueletur, idèd præcipit, quia damnum affert sibi, vel aliis: tunc autem aliqua peccata dicuntur extra confessionem in ordine ad illam, quòd aliquis accedit ad virum doctum, & ab eo petit, vt se dirigat, ac doceat, quomodo in tali veltali negotio oporteat confiteri. Et cum Furnarij, & Medina ita docent etiam Nauarr. cap. 8. num. 7. Panormitanus in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. & 2. & Dicitur Thomas, quem citat Nauarrus, sed non allegat locum; & sic licet credere, non licet videre. Ego magis inclino in opinionem Furnarij, quàm Soarij: fauet enim magis Sacramento confessionis, & non retrahit homines ab illo, imò trahit. Deinde, quia Soarij opinio odiosum facit Sacramentum: nam, quauis huiusmodi confessarius, non ex confessione, nec per confessionem peccata sciat; scit tamen in ordine ad confessionem, & modo aliquo participat vsum clauis scientiæ, quatenus dirigit pœnitentem ad Sacramentum: quæ quidem directio, quauis pœnitenti fiat, suapte tamen natura tenet se ex parte Confessoris, & ad illum pertinet, quatenus directio facit id, quod facere debuerat ipse Confessor, si doctus ac prudens esset. Confirmatur hæc opinio, & probatur satis: quia Hæreticus mentalis, qui vel amico, vel inquisitoribus, consilij capiendi causa, in ordine ad emendationem, non animo asserendæ hæresis, hæresim suam manifestat, non est punibilis, neque denunciabilis, nec vllam excommunicationem incurrit, vt docet Simaneas tit. 4. num. 9. & Victoria in lectura 2. 2. quæst. 11. art. 3. & Perez l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin. pagina 84. sine, & Sancius lib. 2. Decalogi, cap. 8. num. 20. & Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 13. num. 9. & Sayrus in Clauis regia, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 29. & Aray, 2. 2. quæst. 11. art. 3. verfic. Sed dubium est, & Coaur. regula, Peccatum, de regul. iuris, lib. 6. pag. 2. regula 8. num. 7. & Emmanuel Sà verbo, Excommunicatio Sacerdotum.

23. Furnar.

Aega.

Medina.

Nauarr. Panormit. D. Thom.

Simanc. Victoria. Perez. Sanchez. Gutierrez. Sayr. Aragon. Syluest.

Lulla

Azeuedo. Azor.

Bulla Cœna num. 3. Azeuedo lib. 8. recopilat. tit. 3. l. 1. n. 156. & alij: quauis hoc limitet Azor lib. 9. Institut. moral. cap. 10. quæst. 5. quando consilij capiendi causa manifestauit hæresim, in qua olim fuit: secus si aperiat nunc quoque in ea esse. Displicet tamen Sancio, & aliis ea limitatio Azoris, sicut etiam displicet omnibus citatis, & speciatim Sancio, & Simancæ, illa opinio, qua assentit, Hæreticum mentale esse denuntiandum, & excommunicatione innodari, si in confessione dicat, animo se emendandi, se olim contra fidem mentalem aliquid credidisse, & nunc etiam credere. Sed meritò Azor in hoc à Sancio, & ab alijs exploditur: & ratio est: quia ille actus, quo Hæreticus, vel ab amico, vel ab Inquisitoribus extra confessionem petit consilium ad bonum animæ, & ad emendationem, est bonus de se, & sufficiens ad inducendam obligationem non reuelandi hæresim mentalem, quam vult corrigere: quòd ergo magis inducet obligationem sigilli actus, quo aliquis consulitur in ordine ad emendationem: imò & ad confessionem, & in re minoris momenti, cum ille actus non solum sit de se bonus; sed etiam pius, & extra forum humanum, cum sit in ordine ad forum diuini pœnitentiæ?

Si consiliarius consulitur à pœnitente in ordine ad faciendam, siue ad perficiendam postea confessionem cum ipso, cum obtinuerit Ordines sacros, licentiãque etiam ad audiendas confessiones obtinuerit, in hoc casu existimat Soar. de pœnit. disput. 33. sect. 4. num. 6. & sect. 2. num. 4. & 7. vt vidimus num. 7. hoc sufficere, vt contrahatur obligatio sigilli: & idipsum etiam cum Soario existimat Henricus lib. 3. de pœnit. c. 2. 1. num. 4. ad marginem, littera V: & Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. Et ratio illorum est: quia modò est confessio inchoatiua, collata in tempus habile, vt tempore habili perficiatur: quòd libenter concedimus, & concessimus iam num. 7. quia inde magis claret nostra opinio numero præcedenti posita: nam etiam hæc notitia peccatorum reuera habetur extra confessionem, non ex confessione, neque per confessionem; cum ea confessio fiat, vel laico cum spe obtinendi sacros Ordines, & licentiã ad confessiones audiendas, vel Sacerdoti carenti iurisdictione ad confitendum cum spe ipsius iurisdictionis obtinendæ: licet enim à Soario appelletur confessio inchoatiua, reuera talis non est, cum non fiat ministro competenti, vt patet: dici tamen potest manifestatio quædam in ordine ad confessionem. Vnde, si Soarius concedit, resultare inde obligationem sigilli, etiam eadem obligatio resultabit ex manifestatione, & consilio, quòd petitur à viro docto ac prudenti in ordine ad confessionem, vt diximus num. præcedenti, cum par sit vtrobiq; ratio.

Ille etiam, qui vel casu transiens, vel dum expectat vicem suæ confessionis, vel malitia & dolo, aut iniqua curiositate, peccata audit pœnitentis contenta voce loquentis inter confitendum, ad sigillum obligatur, ita vt in nullo vitæ casu, nec etiam propter salutem propriam, & vitam Papæ, Regis, aut Principis, possit licitè reuelare. Si autem reuelat, non pœnis ordinariis sacrorum Canonum, sed arbitrariis iustissimè, & grauissimè puniuntur. Est communis doctrina. Ita Soarius tomo de pœnit. disput. 33. sect. 4. n. 7. Toletus lib. 3. Summa, cap. 16. n. 5. Salzedo in sua practica criminali, c. 09. Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 20. §. 1. Capua lib. 1. decis. aur. c. 23. num. 45. Vivald. in Candel. aur. 1. par. de sigillo, num. 10. Richardus, ac Sotus, quos refert, ac sequitur Angelus verbo, Confessio, vltimo num. 16. Fumus verbo, Confessio, num. 8. Nauarr. in Manuali, cap. 8. num. 4. & 7. Sylu. verbo, Confessio, 3. num. 1. & Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

24. Quid, si consulatur quis in ordine ad faciendam confessionem cum ipso, cum obtinuerit Ordines sacros, licentiãque etiam ad audiendas confessiones obtinuerit, in hoc casu existimat Soar. de pœnit. disput. 33. sect. 4. num. 6. & sect. 2. num. 4. & 7. vt vidimus num. 7. hoc sufficere, vt contrahatur obligatio sigilli: & idipsum etiam cum Soario existimat Henricus lib. 3. de pœnit. c. 2. 1. num. 4. ad marginem, littera V: & Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. Et ratio illorum est: quia modò est confessio inchoatiua, collata in tempus habile, vt tempore habili perficiatur: quòd libenter concedimus, & concessimus iam num. 7. quia inde magis claret nostra opinio numero præcedenti posita: nam etiam hæc notitia peccatorum reuera habetur extra confessionem, non ex confessione, neque per confessionem; cum ea confessio fiat, vel laico cum spe obtinendi sacros Ordines, & licentiã ad confessiones audiendas, vel Sacerdoti carenti iurisdictione ad confitendum cum spe ipsius iurisdictionis obtinendæ: licet enim à Soario appelletur confessio inchoatiua, reuera talis non est, cum non fiat ministro competenti, vt patet: dici tamen potest manifestatio quædam in ordine ad confessionem. Vnde, si Soarius concedit, resultare inde obligationem sigilli, etiam eadem obligatio resultabit ex manifestatione, & consilio, quòd petitur à viro docto ac prudenti in ordine ad confessionem, vt diximus num. præcedenti, cum par sit vtrobiq; ratio.

25.

Soarius. Tolet. Salzed. Henric. Capua. Vivald. Richard. Sotus. Angl. Fumus. Nauarr. Syluest.

D. Thomas in 4. dist. 21. & quodlibet 11. artic. 17. D. Thom. Victoria n. 172. Scotus in 4. distinct. 21. quæst. 2. Victor. & alij. Et fundamentum est: quia omnes isti habent eam notitiam ex confessione, & per confessionem; & idèd iniuriam faciunt pœnitenti, & Sacramentò, si absque licentiã pœnitentis reuelent. Deinde: quia res transit cum suo onere sigilli, sicut pignus, hæc autè notitia ex vi confessionis habet hoc onus quasi adiunctum, vt à quacunque persona audiantur peccata confessæ, sub sigillo seruentur: est enim sigillum, onus personarum, quòd transit cum re confessæ, ita inseparabile, vt non nisi de licentiã expressa pœnitentis, maxima ex causa data, separari possit. Iam verò, quòd teneantur ad sigillum illi, qui furtiuè audiunt confessiones, non est dubium, quia illi tenentur refarcire iniuriam, quam faciunt Sacramento: non possunt autem refarcire, nisi seruent sub sigillo, quæ audierunt. Si quis autem sine culpa audit, vel propter inadvertentiam, vel casu, etiam tenetur eodem sigillo: licet enim excusetur per accidens à culpa, tamen, cum res pertineat ad confessionem, sub sigillo illius debet manere: quauis enim non teneatur ratione iniustæ acceptiõnis, cum casu audierit: tenetur tamen ratione rei acceptæ, hoc est, ratione notitiæ ex confessione acceptæ. Vnde, si quis confiteatur in casu necessitatis, audientibus alijs, omnes audientes tenentur ad sigillum, vt probauimus cap. 4. num. 1.

Similiter, si Sacerdos, vel per summum nefas, vel inadvertenter reuelat alteri confessionem, ille, cui reuelat, tenetur ad sigillum, vt docet Toletus lib. 3. Summa, c. 16. num. 5. Soar. de pœnit. disput. 33. sect. 4. n. 8. Sylu. verbo, Confessio, 3. num. 1. Vivald. in Cand. aur. 1. p. vbi de sigillo, num. 10. Nauar. cap. 8. num. 4. & 7. Salzedo in pract. Bernard. c. 109. num. 2. vt latè probauimus cap. 4. num. 20. Quamobrem doctè animaduertit Nauarr. in cap. Sacerdos, num. 43. hoc sigillum esse onus, veluti onus propriæ notitiæ confessionis; & idcirco semper eam notitiam transire cum suo onere: confessio enim, vbi pignus facta est, statim hoc onus sigilli secum deferret inseparabiliter. Vnde etiam omnes alij, qui ab isto, qui à Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab alijs, tenentur ad sigillum, iuxta allegatos Doctores. Quamobrem rectè colligunt hanc vniuersalem & certam regulam, omnem notitiam comparatam ex confessione vt sic, siue mediata, siue immediata, siue licitè, siue illicitè comparata sit, manere sub sigillo sacramentali: nam, sicut Confessarius non habebat ius reuelandi; nec illi qui confessionem audierunt ius audiendi: ita non possunt illud iustè ad alios transferre.

CAPVT VII. Quas pœnas incurrant violatores sigilli. S V M M A R I V M.

Jacobus primus Aragonia Rex cuiusdam Episcopo linguam extrahi iussit, quòd confessionem reuelauerit, num. 1. Pœna olim statuta Sacerdotibus violatoribus sigilli erat perpetua depositio, & peregrinatio: nunc est pœna depositio, & inclusio in Monasterio. num. 2. Sacerdotes violatores sigilli non sunt irregulares. n. 3. Irregulares sunt laici, qui serio confessiones audiant ad modum Sacerdotum. num. 4. Refutantur, qui dicunt, laicos confessiones serio audientes non fieri irregulares. num. 5. & 6. Irregulares sunt, qui Ordinibus sacris, & minoribus, P P 3 207



non tamen sacerdotio initiati, serio confessionis audiunt.  
 Laicum, qui serio confessiones audiuit, non sit irregularis propter reuelationem sigilli.  
 Reuelatoribus sigilli nulla fides in iudicio habetur.  
 n. 9. & remissio ad cap. 3. num. 29.  
 Qua probationes requirantur, ut constet in iudicio de reuelatione sigilli, & quomodo hoc crimen probetur.  
 num. 10.  
 An puniendus sit poenis ordinariis, vel solum arbitrariis iudicium ille Sacerdos, qui dicit: Ego audiui Petrum, & non absolui, vel, Petrus habet peccata, a quibus eum non potui absoluer.  
 num. 11.

1. Olim Iacobus primus Aragoniae Rex Gerundensi Episcopo linguam a tergo extrahi imperauit, quod confessionem Regis detexisset, ut refert Aldretus lib. 2. de relig. discipl. c. 19. n. 2. Digna profecto tanto crimine poena, si a legitimo Iudice fuisset inflicta. Nos tamen non inquirimus, quibus poenis digni sint effractores sigilli: sed, quae poenae illis statuae sint in iure canonico.

2. Quondam, ut patet ex cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. distinct. 6. inferebatur a Iudice post probationem criminis poena depositionis perpetuae, & cogebantur Sacerdotes effractores sigilli ex Constitutione pontificia perpetuo ignominiose peregrinari: postea in cap. Omnis uirumque sexus, eadem distinct. confirmata fuit poena perpetuae depositionis: poena autem perpetuae peregrinationis mutatur in poenam perpetuae inclusionis in Monasterio: & sic antiquum illud ius correctum fuit per istud posterius, optimo sane consilio, ne cum sacrorum Ordinum ignominia Sacerdotes euagarentur. Quapropter hanc solum hodie poenam de iure canonico incurrunnt Sacerdotes violatores sigilli, perpetuae depositionis, & perpetuae inclusionis in Monasterio. Ita docet Soarius de poenitent. disp. 3. sect. 8. num. 1. Nauar. in dicto cap. Sacerdos, n. ultimo. Aldret. lib. 2. de relig. disciplina, c. 19. n. 1. Decianus lib. 7. c. 17. a. n. 9. tomo 2. tractatum criminalium, Capua lib. 1. decis. aut. cap. 2. 3. num. 1. Sotus lib. 1. de iustit. quaest. 6. artic. 6. Salzedo ad practicum criminalem Bernardi, cap. 109. §. Detradatur, & alij nullus tamen his poenis subicitur, nisi prius probetur crimen per sententiam Iudicis.

3. Nonnulli Doctores ultra hanc poenam modò enarratam putant, Sacerdotem reuelantem fieri irregularem, ita ut post peractam poenitentiam ministrare non possit. Et ad hanc irregularitatem probandam nihil afferunt praeter praedicta cap. Omnis uirumque sexus, & cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. distinct. 6. & hi sunt Maiolus lib. 5. de irregul. cap. 19. num. 6. & Speculator, quem ipse Maiolus refert, ac sequitur: sed illos egregie refutat Franciscus Soarius de poenitent. disp. 3. sect. 8. n. 2. Bernardus Dias cap. 119. & Nauar. d. cap. Sacerdos, & Menoch. de arbitrariis, casu 414. & Aldret. lib. 2. de relig. discipl. c. 19. §. 1. n. 3. Et ratio est: quia in capitibus à Maiolo allegatis non refertur talis irregularitas, & solum agitur de poena suspensionis, & inclusionis à Iudice imponenda: irregularitas uero solum à iure imponi potest, non à Iudice: & si iure expressa non est, nulla est, ut habetur in c. 139. de sentent. excommunicationis, in 6. ut est communis sententia in materia irregularitatis.

4. Melius docet Maiolus citatus lib. 5. de irregularitate, cap. 19. a. num. 4. irregulares esse laicos, qui serio confessiones audirent, & absolutiones praebent ad modum Sacerdotum: & idem etiam docet Valentia disput. 17. qu. 3. punct. 1. & Aldret. dict. lib. 2. de religiof. discipl. c. 19. §. 2. n. 15. & Soarius tomo 5. de cens. disputat. 31. sect. 4. & Richard. in

Soarius.  
 Nauar.  
 Aldret.  
 Decianus.  
 Cap.  
 Sotus.  
 Salzedo.

Maiolus.  
 Specul.  
 Soarius.  
 Dias.  
 Nauar.  
 Menoch.  
 Aldret.

Valent.  
 Aldret.  
 Soarius.  
 Rich.

4. distinct. 18. art. 7. q. 5. in fine, & S. Antonin. tit. S. Ant. 28. c. 1. & Sylu. verbo, Irregular. num. 14. & Sotus Syluest. in 4. dist. 25. quaest. 1. art. 3. post 4. concl. & Nauar. Sotus. in Manual. Lat. c. 27. n. 242. & Maior in 4. dist. 15. Nauar. q. vnica, ad argumenta contra 2. & Ledesma 1. 4. Maior. q. 8. artic. 2. & uiderent sentire Cardinalis Toletus Ledesma. lib. 1. Summæ. c. 72. & Philarchus lib. 4. cap. 12. n. Toletus. 6. & Aldret. lib. 2. de discipl. relig. c. 21. n. 5. Quod Philarch. probatur ex Can. Hormildæ Papæ, in cap. 1. de Clerico non ord. ministr. ubi ita dicitur: Si quis baptizauerit, aut aliquid diuini Officium exerceuerit, non ordinatus, propter reuerentiam abiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur. ubi prima poena est, quod abiciatur de Ecclesia, quæ nihil aliud significat, quàm quod excommunicetur, ut docet Aldretus citatus, & Soarius, & ferè omnes allegati, locis item allegatis. Atque ita interpretatur dictum caput primum de Clerico non ordinato ministr. Ioannes Andreas, & Anton. Butrius, & alij: hoc enim modo excommunicatio significatur in iure, in cap. Si Episcopus, & in cap. Si quis Episcopus, & in cap. Absu, & in cap. Qui merito, 1. 1. q. 3. Excommunicati namque ab Ecclesia arcebantur olim, dum diuina mysteria fiebant. c. Si autem, cap. Iubente, 1. 1. q. 3. sicut & modò arcentur; sed postquam sunt denunciati, & declarati nominatim. Panormitanus tamen interpretatur illa uerba, Abiciatur de Ecclesia, significare depositionem: sed facile conuincitur, eum is, qui deponitur, non abiciatur de Ecclesia: neque illi prohibentur sacris interesse in templo; sed solum prohibentur excommunicati. Deinde, quia, qui deponuntur, dicuntur abici à Clero, uel à gradu clericali, ut uideri est cap. Clerici, de excessibus Prælatorum, & c. Si Episcopus, 6. 1. 1. quaest. 3. ut notat post Hostiensem, & Ioannem Andream, Aldretus citatus: nec Hormildas ait, quod amplius non debeat ordinari; sed dicit, & nunquam ordinetur: quæ uerba non indicant, illos fuisse ordinatos; sed prohibent nunquam ordinari in quibus uerbis ponit secundam irregularitatis poenam, iuxta omnes Doctores allegatos: unde secunda poena est, quod huiusmodi homines sint irregulares, ita ut sine dispensatione ordinari nullo modo possint, iuxta præallegatos Doctores: id enim significat illa uerba, nunquam ordinetur.

At uero Sayrus lib. 7. de censuris, cap. 10. n. 8. & Palud. in 4. dist. 18. q. 4. uerf. Quæritur effectus, & pauci alij, quos refert Soarius de censuris, disp. 3. 1. sect. 4. existimant, laicum confessiones serio instar Sacerdotis audientem, irregularem non esse Fundantur primò: quia, licet Canon capituli primi de Clerico non ordinato ministrante, generaliter loquatur: loquitur tamen de Clerico: ergo non de laico. Secundo, quia in eò Canone dicitur, Abiciatur de Ecclesia, quod uideretur pertinere ad eos, qui iam intrarunt Ecclesiam, & existunt in Ecclesia per sacros Ordines, ut in c. 2. eod. titulo. Tertio, quia responsio Francisci Soarij, quod titulus olim erat non ordinato ministrante, & quod ille Can. Hormildæ Papæ erat antiquior ipso titulo, de Clerico non ordinato, parum probat, cum hodie ex auctoritate Gregorij XIII. sub eodem titulo, de Clerico non ordinato ministrante, sit, & ita de folis Clericis agitur. Quomobrem existimat Sayrus, uel demptam fuisse eam irregularitatem per Gregorium XIII. à laicis; uel contractam tantum ad eos, qui aliquos Ordines habent, per quos in ordine Clericorum constituuntur, iuxta emendationem tituli, ac rubricæ.

Hæc sunt Sayri fundamenta potissima. Verum, quàm debilia sint, nemo non uidet: nam primum Sayri fundamentum euidenter conuellitur ex ipso textu c. primi, de Clerico non ordinato ministrante;

Alexand.  
 Insson.  
 Dec.

Aldret.  
 Soc.  
 Nauar.  
 Soar.  
 Sayr.

Rodrig.

5.  
 Sayrus.  
 Palud.  
 Soar.

8.  
 Maiolus.  
 Soar.

9.  
 Salzedo.

stante: ita enim textus habet: Si quis non ordinatus, quæ uerba proculdubio laicum comprehendunt, ut patet; & quando textus est clarus, non est cur recurramus ad titulum: ad titulum enim solum recurrimus, quando textus est dubius. Sapè enim titulus minus comprehendit, quàm Canones; sicut uidemus in Authentice, de incestis nuptiis, collatione 5. in qua non solum de incestis nuptiis agitur; sed etiam de aliis nuptiis; illicitis modis contractis; ut egregie notauit Alexander in l. 1. num. 2. lafon num. 1. Decius num. 4. ff. Si certum petatur, & Gloss. in rubr. C. Etiam ob chirographo pecun. quam commendat Abbas; in rubrica de Clericis peregrinantibus, id ipsum docens. Ad secundum fundamentum iam satis fecimus: non enim Clerici ab Ecclesia eiiciuntur per depositionem, sed à Clero; & gradu clericali, & ab Ecclesia per excommunicationem. Ad tertium etiam iam responsum manet ex dictis.

Eandem irregularitatem incurrunnt, qui Ordinibus sacris, & minoribus, non tamen sacerdotio initiati confessiones audirent instar Sacerdotum: hi enim ab Ordinibus susceptis deponuntur, & irregulares fiunt, ut constat ex eodem c. 1. de Clerico non ordinato ministrante, ut docet Aldretus lib. 2. de religiof. disciplina, c. 19. §. 2. n. 14. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 1. Nauar. Manuali Lat. c. 27. n. 242. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 3. 1. sect. 7. Sayrus lib. 7. de censuris, c. 10. a. n. 8. Diximus tanquam Sacerdotes: quia oportet, ut id faciant serio: nam, si quis per iocum faceret, graui esset poena dignus; non tamen irregularitatis, aut suspensionis: neque enim Sacerdotis uisupauit officium, cum non serio, sed iocose confessiones audiret: ij tamen, qui serio id facerent, siue laici, siue in sacris Ordinibus sint, in Hispania & Lusitania, tanquam in fide suspecti, in Inquisitores deferuntur, & criminis cognitio ad eos pertinet, ut tradit Aldretus allegatus, & Roderic. tom. 2. q. 27. art. 2. & Clemens VII. ita decernit in sua Constitutione edita die prima Decembris, anno Domini 1601. Incipit. Est, per hæc uerba: *Ut cratissima hæc scelera posthac debito supplicio puniantur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac natura deliberatione, deque Apostolice potestatis plenitudine, sanctæ Inquisitionis Iudicum conscientia consulere, & ne in futurum de poena hæc delinquentibus imponenda dubitari possit, prouidere uolentes, supradictorum prædecessorum uestigis inherentes hæc perpetuo ualitura Constitutione decernimus, acque statuimus, ut quicumque non promotus ad sacrum presbyteratus Ordinem repertus fuerit, ad missam celebrationem uisupasse, uel sacramentalem confessionem audiuisset, a Iudicibus sanctæ Inquisitionis, uel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesie misericordia indignis à foro Ecclesiastico abiciatur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus, statim Curie seculari tradatur per Iudices secularis, debitis poenis plectendus. Non obstantibus, &c. & id ipsum iam statuerat Paulus IV. & Xistus V. referentè Aldreto lib. 2. de religiof. disciplina, cap. 21. num. 14.*

An uero laicus, qui serio, & non per iocum confessionem audit, irregularis fiat, si postea eam reueler, dubium est. Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 19. a. num. 4. affirmat, irregularem esse, omnino improbabilius, & sine fundamento, ut notauit Soarius de poenitent. disput. 3. 1. sect. 8. num. 2. Nam talis poena nullo potest iure probari: arbitraria tamen poena, & quidem seuera dignus est, ut docet idem Soar. ibi; & Hostiensis in cap. Omnis uirumque sexus, de poenitent. & remiss. dist. 6.

Alij existimant, ultra poenas numeratas incurtere etiam Sacerdotes reuelatores sigilli hanc poenam, quod nulla eorum testimonij fides habenda sit in iudicio. Ita docet Salzedo ad practicum Bernardi P. Steph. Faqundæ in quinque præ. Eccl.

Dias, cap. 109. fol. 369. col. 1. §. Quod si Sacerdos, ex opinione Baldi in l. Archigeronensis, C. de episcopal. auctoritate, ubi Paul. de Castro, & Felin. in c. de excess. Prælatorum, & Tyndarus in tractatu de testibus, fol. 20. Verum hoc non est propriè poena (ut diximus c. 3. n. 29.) imposita Confessariis sacramentalis sigilli uolatoribus: neque enim absolute perdund fidem huiusmodi Sacerdotes: sed, si in iudicio confessiones reuelent, eis fides non adhibenda est, non ex eo, quod hanc poenam incurrannt propter istud peccatum; sed ex eo, quod scientia, quam Sacerdos ex sacramentali confessione habet, cum sit altioris ordinis, nullum commercium habeat cum iudiciali foro, ut constat ex cap. Dilectus, de excessibus Prælatorum, & ex cap. 2. de offic. ordi. & hac ratione si Confessarius in testem producat, intrepide iurare tenetur se nihil scire: quia uerè non scit (ut diximus, sed tanquam Deus. Ita tenet Salzedo allegatus, & Abbas cum communi in dicto cap. Omnis uirumque sexus, & in cap. Si Sacerdos, de offic. ordin. & in cap. Qualiter, de accusat. & in cap. Cum dilectus, de excess. Prælatorum, & Nauar. in dicto cap. Sacerdos, de poenitent. & remiss. num. 141. Vide, quæ diximus cap. 3. num. 27.

Pertinet uero ad Iurisperitos ostendere, quæ probationes sint necessariæ ad constandum de hoc secretissimo delicto reuelationis in iudicio, ut puniri possit reuelator: rarissime uero, aut nunquam Sacerdos poterit damnari poena ordinaria factioium Canonum: quia audire confessiones, est actus iuris dispositione secretus, de quo testes non possunt deponere: & quia, si accusetur ab alio diuerso à poenitente; & poenitens mortuus sit, potest dicere se de licentia poenitentis id fecisse, & sic in iudicio præsumitur legitima excusatio, nisi aliud euidenter probetur, ut notat Lapus allegatione 94. num. 3. & Bernardus Dias in practica criminali, num. 4. c. 109. Minor tamen probatio requiritur ad probandum hoc delictum de se, & ex natura sua occultissimum, quàm ad probanda alia delicta, iuxta Doctores citatos: nam iura, secundum diuersas negotiorum qualitates, diuersos probandi modos induxerunt, & noluerunt ad angustias reducere qualitates probationum; se potius ampliare & habilitare. Exempla patent. Difficile admodum est probare paternitatem, filiationem, copulâ carnalem: unde iura in iis, & similibus casibus, qui consuetas probationes non recipiunt, contenta sunt probatione, quæ haberi potest, nempe, quod filius natus sit in figura matrimonij; quod à parente aliquando fuerit cognitus, & alius tanquam filius, &c. Item, ea, quæ sunt domus, & in Capitulo non possunt per extraneos commode probari; & ideo ad ea probanda admittuntur testes domestici; & testes de eodem Capitulo; ut constat ex cap. Veniens, de testibus, & ex 2. de probationibus. Item, in l. Si quando, C. Unde vi, difficile est probare res fuisse ablatas vi: & ideo lex prouidet, quod sufficiat probatio leuis. Alia exempla uide apud Lapum dicta allegatione 94. a. num. 3. Si autem Sacerdos accusetur de reuelatione sigilli ab ipso meto poenitente, & ipse Sacerdos iurciurando affirmet, se de licentia poenitentis id fecisse, & Sacerdos sit bonæ ac laudabilis uitæ & honestæ famæ, licet non plene probet; stat tamen præsumptio pro parte Sacerdotis, & in tantum operatur hæc præsumptio: quod transferat onus probandi in agentem & accusantem: quia is debet probare, contra quem facit præsumptio, ut probat Lapus allegatus num. 3. littera R. quod facere poterit probando, Sacerdotem ipsum coram pluribus confessum fuisse, se reuelasse confessionem, & non adiecisse de licentia poenitentis: talis enim probatio sufficere in isto casu licet aliis in criminalibus ea probatio non sufficiat, notatè Lapus.

Salzedo.  
 Abbas.  
 Nauar.

10.  
 Lapus.  
 Dias.

pp. j. Itaque

Itaque in materia dubia, etiam pœnali, quæ natura sua secreta est, & pendet ex conscientia alterius, qualis est ista, in qua sumus, sigilli confessionis sacramentalis, statur iuramento rei accusati, vt est textus in cap. *Si verò aliquis*, de sententia excommunicationis, & ibi Glossa. Vnde, si percutiens Clericum accusatus, dicat, se nesciuisse Clericum, statur iuramento illius, & in cap. *In lectum*. 34. quæst. 1. & 2. per iuramentum probat vir, quodd fororem vxoris cognouit, credens eam propriam esse vxorem. Patet ergo in materia pœnali, ad euadendam pœnam, standum esse iuramento, ac Sacramento rei, ratione materiæ, & impossibilis probationis; nisi contrarium probetur: & idè, cum de prædicta licentia data, ad confessionem reuelandam testes haberi non possint, stari debet assertioni iuratæ Sacerdotis; nisi, vt præmissum est, contrarium probaretur per agentem. Admittuntur tamen testes singulares, & minùs idonei, ad probandam sigilli reuelationem, quando alij inueniri non possint, vt docet Henricus lib. 3. de penit. cap. 20. num. 10. Quomodo autem probent testes singulares, videndus est Antonius Gabriel tom. 2. tit. de testibus, conclus. 2. & Simancas tit. 64. de chatholicis Institutionibus, à num. 61. vbi probat dicto num. 61. quodd, licet admittantur testes singulares ad probandam hæresim; non posse tamen illos hæresim plenè probare, nisi saltem ad plurimos testes singulares, & discor-

Henric.  
Gabriel.  
Simancas.



dantes, accedant duo testes concordēs: & num. 68. & 69. appellat periculosam opinionem eorum, qui dicunt, ad probandum aliquem Hæreticum esse, sufficere testes singulares: vt, v. c. si vnus testis de quadam hæresi, alius de alia: & alij item de aliis hæresibus eiusdem hominis testimonium dixerint. Sed hæc ad Iurisperitos spectant.

Si tamen aliquis Sacerdos dicat: Ego audiui Petrum à confessione, & non absolui illum, aut, Petrus habet peccata, à quibus eum non possum absolue- licet talis Sacerdos reuelat confessionem, existimat Bernardus Dias in sua practica criminali, cap. 109. à num. 2. in his duobus casibus non esse prædictum Sacerdotem puniendum pœna ordinaria Canonum, sed arbitraria Iudicum. Fundamentum illius est: quia non potest verè dici, illum reuelasse peccata confitentis, licet verum sit reuelasse confessionem: & quia iura in prædicto cap. *Omnis vniufque* sexus, de penitent. & remiss. & in cap. *Sacerdos* eodem titulo, imponunt pœnam reuelantibus peccata, & non reuelantibus confessionem absolutè. Caterum, non mihi placet illius sententia, quia cap. *Omnis*, ita habet: *Caveat autem Sacerdos, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo reuelat peccatorum. Quod perinde est ac dicere, reuelat statum peccatoris. Qui autem reuelat confessionem absolutè, reuelat statum peccatoris in peccato mortali, ac proinde ordinariis pœnis iuris subiicietur.*

Dias



LIBER SEPTIMVS.

De ministro confessionis, & de approbatione & iurisdictione illius.

SUMMARIVM.

**S**OLUS docuerunt nonnulli Hæretici, Sacerdotes non esse necessarios ministros huius Sacramenti, inter quos fuit VVicleph, quem quidam ex nouioribus Hæreticis nostri temporis secuti sunt, vt attestatur VValdensis tomo 2. cap. 135. & colligitur doctrina illorum ex Concilio Tridentino sessione 14. cap. 6. & canone 10. quæ tamen ibi cum suis Auctoribus damnatur. Vnde, cum iam apud Inferos sepulta iaceat, non est, cur iterum ab Inferis suscitetur. Fundamentum illorum profus insipidum, & ineptum erat: illi etenim negabant, ministros huius Sacramenti posse aliter remittere peccata, quam excitando in Christianis fidem: quod æquè laici predicantes, ac Sacerdotes facere possunt. At de fide est, solos Sacerdotes posse remittere peccata, & habere potestatem ministerialem illa dimittendi. Patet ex Concilio Florentino in litteris Eugenij IV. & ex Tridentino sess. 14. ca. n. 3. & ex verbis Christi Domini Ioannis 20. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt eis.* Vnde Concilium Trid. anathema dicit iis, qui dicunt, hæc verba non esse intelligenda de potestate remittendi peccata in Sacramento penitentis; ibi: *Si quis dixerit, verba illa Christi Domini: Quorum remiseritis peccata, & c. non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento penitentis, sicut Ecclesia ab initio semper intellexit: deturgetur auctoritatem huius Sacramenti ad auctoritatem predicandi Euangelium; anathema sit.* Et quidem si in huiusmodi verbis solum daretur Apostolis potestas excitandi fidem in hominibus per prædicationem Euangelij, vt Hæretici volunt, atque ita remittendi peccata, profectò hoc modo sumerentur illa verba valdè improprie, & contra verum sensum ab Ecclesia semper intellectum. Deinde; quia Christus Dominus hæc dedit Apostolis peculiarem aliquam potestatem, peculiaremque iurisdictionem: *insufflans enim in eos ait: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, & c.* distinctam à gratia concionandi: nam gratiam concionandi non hæc, sed post Pentecosten dedit, vt patet ex Lucæ vltimo: *Euntes in vniuersam mundum, predicate Euangelium omni creature & c.* Quare facessant Hæretici, & funditus iaceant apud Inferos cum suo fundamento.

- Solus Sacerdos est minister Sacramenti confessionis, & nullus alius illas inferior, nec etiã in articulo mortis, aut dispensatione Papa minister esse potest.* num. 1.
- Non solum Sacerdotes probi, sed etiam mali possunt esse ministri.* num. 2.
- Minister ordinarius Confirmationis est Episcopus: et dispensatione Papa potest esse Sacerdos.* num. 3.
- Deficiente Sacerdote potest esse Diaconus, vel Subdiaconus: & his deficientibus, potest esse laicus minister Baptismi.* ibid.
- Quare minister confessionis non possit esse inferior Sacerdote ex dispensatione, cum tamen Sacerdos inferior Episcopo possit esse Confirmationis* num. 4.
- Sacramentum Baptismi est maioris necessitatis, quàm confessionis.* num. 5.
- Explicatur locus D. Iacobi: Confitemini alterutrum peccata vestra.* num. 6.
- An confessio facta laico in tempestate, aut periculo, sit licita.* num. 7. & 8.
- Explicatur Concilium constantense.* num. 9.
- Referitur opinio assertentium, in Sacerdotibus non requiri iurisdictionem, vt confessio sit valida, sed vt sit licita.* num. 10.
- Resutatur hæc sententia.* num. 11.
- Referitur, & resutatur sententia asserens, ad solas confessiones ex precepto, & obligatione requiri Confessarium approbatum, non ad voluntarias. n. 12. & 13.*
- Vltra sacerdotum, vt Sacerdotes sint veri, & sufficientes ministri huius Sacramenti, requiritur in eis iurisdictione.* num. 14.
- An Sacerdotes ex sola vi sua ordinationis possint iure diuino absoluerè a venialibus, & a mortalibus iam confessis.* num. 15.
- An in extrema necessitate possint Sacerdotes non approbati absoluerè a mortalibus nondum confessis, & quo iure.* num. 16.
- Et an Papa possit auferre.* ibid.
- Excommunicatio reservata Sedi Apostolicæ in articulo mortis, absolui potest à quolibet Sacerdote cum onere comparandi, recuperata valetudine.* num. 17.
- Quid, si miraculosè illam recuperemus.* ibid.
- An Papa possit Sacerdotibus potestatem absoluedi in articulo mortis adimere.* num. 18.
- Quid de Episcopo.* ibid.
- An Sacerdos non approbatus possit absoluerè a mortalibus in articulo mortis presente approbato, & non Parochus approbatus presente Parocho.* num. 19.
- Quid, si non sint presentes; sed sit facilis recursus ad illos.* ibid.
- An non approbatus presente approbato possit absoluerè a venialibus, & mortalibus iam rite confessis.* num. 20.
- Summus Pontifex iurisdictionem accipit immediatè à Christo.* num. 21. & 22.
- Apostoli à quo acceperint* num. 23.
- Quid de Episcopis.* num. 24. 25. 26.
- Episcoporum iurisdictione est de iure humano à Pontifice accepta.* ibid.

PP A Parochi

CAPVT I.

*Vtrum solus Sacerdos sit minister huius Sacramenti: an in eis requiratur iurisdictione aliqua: & quomodo illam accipiant, & à quo: & quid de articulo mortis.*

LIBER

Parochi à quo iurisdictionem accipiunt referuntur, & referuntur opinio afferentium illam accipere immediatè à Christo, & sic esse de iure diuino. num. 27. Afferuntur esse de iure humano accepta immediatè ab Episcopis. num. 28.

Solus Sacerdos est minister huius Sacramenti.

Soarius. Conink. Henric.

Misso errore Hæreticorum, quæ iam refutauimus initio huius libri, dicendum est, solum Sacerdotem ita esse ministrum simplicitè necessarium huius Sacramenti, vt in nulla necessitate, neque etiam ex dispensatione Papæ alius sufficere possit præter ipsum Sacerdotem. Est conclusio de fide, communique omnium Catholicorum. Ita docet expressè Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 24. sect. 1. num. 2. & 8. in secunda edit. Conink tomo 2. de Sacram. disput. 8. dub. 1. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. initio, & n. 2. Probatur ex Concilio Tridentino sessione 14. canone 10. vbi absolute de fide definit, solum Sacerdotem esse ministrum huius Sacramenti iure diuino: & cap. 6. vbi docet absolute, & simpliciter peccata à exercere, & institutione Christi, solos Sacerdotes esse ministros huius Sacramenti: quæ autem ex institutione Christi sunt, Ecclesia mutare non potest, nec per vllam dispensationem facere, vt alius, quàm Sacerdos, illud valde ministret. Rationibus probatur. Primò, quia sine potestate clauium nullus potest esse minister huius Sacramenti, nec verè proferre formam absolutionis: potestas autem clauium fundatur in charactere sacerdotali: ergo nullus, nisi Sacerdos, potest esse minister huius Sacramenti. Minor certa est. Maior probatur: quia solis Sacerdotibus dicta fuerunt illa verba Christi Domini Ioannis 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt eis. Fuerunt enim dicta solis Apostolis, & eorum in sacerdotio successoribus, vt exponit Concilium Tridentinum dicta sessione 14. can. 10. & cap. 6. ergo solos Sacerdotes instituit Christus ministros huius Sacramenti. Probatur secundò, quia hic fuit semper totius Ecclesie Catholice sensus, vt solis Sacerdotibus hæc verba dicta intelligantur, vt patet ex antiquissimis Ritualibus, in quibus ea verba in Sacerdotum tantum ordinatione dicuntur, non in ordinatione Diaconi, aut Subdiaconi, & ex communi sensu ac consensu Patrum, qui solis Sacerdotibus ea dicta fuisse intelligunt. Ambr. ser. 10. in Psalm. 118. aliquantulum à principio, Accipimus, inquit, Spiritum sanctum, qui non solum nostra peccata dimittit, sed etiam nos facit Sacerdotes ad aliorum dimittenda peccata. August. de vera & falsa pœnit. c. 10. & refertur c. quem pœnit. de pœnit. dist. 1. D. Chryso. lib. 3. de Sacerdotio, col. 4. D. Hieronymus in Mathæum, cap. 18. D. Cyprianus lib. de lapsis, circa finem, & alij passim: Confirmatur: quia nullus, nisi Sacerdos, potest nec etiam ex dispensatione, aut ob quamcunque urgentissimam necessitatem, consecrare verum Corpus Christi: ergo similiter nullus, nisi Sacerdos, poterit dimittere peccata in confessione, pender enim hoc (vt dixi) ex institutione Christi, & ex traditione Ecclesie, quæ docet ita fuisse à Christo institutum: nam in hoc Sacramento potestas omninò supernaturalis exercetur, qualis est potestas dimittendi peccata, & eius minister immediatè sustinet personam Dei, & loco Dei exercet hoc iudicium, in quo absoluit, & condemnat: nullo autem modo decebat, vt amplissimam hanc potestatem, & iudicium cuius ex plebe committeret aut vlli alteri, præter illos, qui ad hoc munus singulariter sunt electi, & consecrati, quales sunt soli Sacerdotes. Et quidem olim, in figuram, & typum huius rei, soli Sacerdotes poterant iuridicè discernere inter lepram, & lepram, & ad eos solum spe-

D. Chryso. D. Hieron. D. Cypri.

ctabat declarare, quinam leprosi essent, sani, vel non sani, vt docet D. Hieronymus in Matth. 16. & patet ex illis verbis Christi ibidem ad leprosum: Vade, ostende te Sacerdoti, ergo etiam hodie ad solos Sacerdotes spectat ministratio huius Sacramenti, in quod iudicium exerceatur inter peccatum, & peccatum; & quænam sint absoluenta, vel non absoluenta.

Nec solum Sacerdotes probi, & qui in gratia Dei sunt constituti, sed etiam mali, & iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis, vt Ecclesia semper docuit, ac tenuit, sunt ministri huius Sacramenti: quicquid Hæretici deblaterent. Est etiam hoc de fide definitum in Concilio Tridentino sess. 14. can. 10. ibi: Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & soluendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathematizabit. Et cap. 6. Docet quoque sancta Synodus, Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere, & que mali sentire, qui in malis Sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Et ita docent Doctores citari num. præcedenti. Ratio à priori est: quia hoc ministerium non fundatur in sanctitate ministri, sed in potestate illi in ordinatione concessa, quæ propter peccatum non amittitur. Vnde cautè legendus est D. Augustinus lib. 3. de Baptismo, cap. 18. & lib. 5. D. August. cap. 21. & lib. 6. cap. 3. & lib. 7. cap. 51. vbi dicit, potestatem dimittendi peccata datam esse Ecclesie, prout ex iustis, & sanctis constat. Quibus locis non videtur loqui D. Augustinus de potestate remittendi peccata sacramentaliter: sed de potestate imperandi aliis remissionem peccatorum: & si de potestate remittendi peccata loquitur, intelligendus est D. Augustinus, quasi dicat hanc potestatem esse in sola Ecclesia, in qua est vera sanctitas, vt optime explicat Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 24. sect. 1. n. Soarius 6. ad finem, edit. 2. Cautè etiam legendus est Autor imperfectus in Matth. homilia 53. & Origines tract. 2. in Mathæum, quos optime conatur exponere Xistus Senensis libro 6. Bibliothecæ, notabili 69. & 70. & 108.

Sed contra hæc tenentur doctrinam sic aliquis opponet: primò, quia ordinarius minister Confirmationis est Episcopus; & tamen deficiente Episcopo, in necessitate ex dispensatione Summi Pontificis, potest quilibet Sacerdos esse minister illius, vt patet ex materia confirmationis: ergo etiam licet Sacerdos sit ordinarius minister huius Sacramenti; ex dispensatione tamen Summi Pontificis sufficere Diaconus: maximè cum hoc Sacramentum sit maioris necessitatis, quàm Sacramentum Confirmationis. Secundò, quia minister Sacramenti Baptismi in necessitate, deficiente Sacerdote, Diacono, vel Subdiacono, potest esse quilibet laicus: ergo etiam eadem necessitas effecere poterit, vt laicus possit confessionem audire, maximè in articulo mortis: quando pœnitens non habet copiam Sacerdotis. Probatur, quia Iacobi 5. dicitur: Confitemini alterutrum peccata vestra, quæ verba etiam de sacramentali confessione facta laico possunt intelligi, saltem in articulo mortis, quando deficit Sacerdos. Tertio, quia in cap. Fures, de furtis, dicitur, si fures comprehensi, Præbytero, aut Diacono confessi fuerint, communionem iis dandam esse. Et D. Cyprianus lib. 3. epistola 17. absente Præbytero, committit absolutionem lapso rum cuidam Diacono: ergo aliquando sacramentaliter absoluerunt: & sic etiam hodie de eadem commisione, & in eadem necessitate absolueri poterunt.

Ad primum respondeo, esse diuersam rationem in hoc Sacramento, & in Sacramento Confirmationis,

tionis, quæ diuersa ratio desumenda est ex institutione vtriusque Sacramenti; nam hoc Sacramentum pœnitentiæ ita Christus instituit, vt in nulla necessitate possit ab alio, quàm à Sacerdote ministrari: verò Sacramentum Confirmationis ita instituit, vt ordinarius minister illius esset Episcopus; extraordinarius verò in necessitatibus, & ex dispensatione, deficiente Episcopo, quilibet Sacerdos: quæ institutio patet ex traditione, & vsu Ecclesie: nam Ecclesia hæcenus nunquam dispensauit, neque dispensabit in Sacramento pœnitentiæ: dispensauit verò in Sacramento Confirmationis, vt cernitur in Administratore Brasiliensi: nam is, Sacerdos tantum cum sit, deficiente Episcopo Sacramentum Confirmationis ex dispensatione Summi Pontificis administrat: causa verò, seu potius conuenientia, vt animaduerrit Soarius tomo 4. de pœnit. disputat. 24. sect. 1. num. 6. in secunda editione, ob quam Sacramentum Confirmationis solum Præbyteris committi potest, est, quia Præbyteri iam habent potestatem consecrandi, & conficiendi Corpus Christi; & adhuc lis est, & opinio, an Præbyteri in caractere differant ab Episcopo.

Soarius.

Ad secundum idem respondeo: est enim Sacramentum Baptismi maioris necessitatis, absolute loquendo, quàm hoc Sacramentum pœnitentiæ: quod inde patet: quia hoc Sacramentum pœnitentiæ suppleri potest per cõtributionem, deficiente copia Confessarij Sacramentum verò Baptismi, saltem in parulis, suppleri non potest, deficiente illo, qui baptizare possit: & ideo oportuit, vt Christus in institutione vtriusque Sacramenti Baptismi, & pœnitentiæ, aliter institueret ipsum Sacramentum Baptismi, aliter Sacramentum Pœnitentiæ: nam Sacramentum Baptismi ita in institutione sua commisit Sacerdotibus; vt etiam committeret cui libet homini, vel mulieri in necessitate, etiam Turcæ, & pagano, deficiente Sacerdote, vel fidei Christiano, qui illum ministrare possit: cuius signum est, quia, si extra necessitatem laicus baptizet; licet peccet; Baptismus tamen tenet: at verò hoc in Sacramento pœnitentiæ nullo modo dici potest, vt patet.

Ad id, quod addebat ex D. Iacobo cap. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, quæ verba indicant, saltem in articulo mortis, eum, qui non potest confiteri Sacerdoti, teneri confiteri laico. Respondeo, licet eam opinionem videatur tenere Magister in 4. distinct. 17. cap. 5. & ibi D. Thomas quæst. 3. art. 3. quæstiuncula 2. ad primum, & Glossa in cap. Fures, de furtis, & Panormitanus in eodem cap. vbi dicit in extrema necessitate, deficiente Sacerdote, confessionem posse, & debere fieri inferiori Sacerdote, etiam laico, & loquitur de confessione sacramentali: quem loquendi modum imitari sunt Magister, & alij Theologi: certum omninò esse, prædictam confessionem factam laico, vel alteri Sacerdote inferiori, nullam omninò esse, etiam in extrema necessitate fiat, & deficiente Sacerdote, vt satis probauimus num. 1. & docet Scotus distinct. 14. quæst. 4. vbi addit, neque esse consulendam talem confessionem: quia in illa homo se infamat sine causa. Idemque sentit Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 1. & Soarius tomo 4. de pœnitent. disputat. 24. sect. 1. num. 11. in secunda editione, & Conink tomo 2. de Sacram. disp. 8. dubio 1. num. 6. Imò Sotus: nam, cum ea confessio sit infructuosa & inualida, benè sequitur non esse consulendam. Locus verò D. Iacobi alium intellectum habet, vt satis ostendimus lib. 1. huius præcepti, cap. 1. num. 2. nam ibi non loquitur D. Iacobus de sacramentali confessione laico faciendâ; sed cum Sacerdotibus, vt patet ex antecedentibus: nam antè inserat Apostolus, Præbyteros, Sacerdotes, vt induci, vt orarent

Magister. D. Thom.

Panormit.

Scotus.

Sotus. Soarius. Conink.

pro infirmis, & eis Sacramentum factæ Vnctionis ministrarent; & subdit: Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis fuerit, remittentur ei: consuetum ergo alterutrum peccata vestra, id est, homines hominibus, & non quibusvis hominibus, sed Sacerdotibus, seu Præbyteris.

Mancat ergo firmum, ac stabile, confessionem sacramentalem factam laico, vel alteri Sacerdote inferiori, etiam in articulo mortis, & in quacunque necessitate, deficiente Sacerdote esse profus nullam, inutilem, & infructuosam. Videndum ergo est, an sit licita? Et certè Scotus in 4. distinct. 17. art. 3. & 2. dubitat, an sit licita: dubitat etiam Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 1. nam, cum sit nulla, & inutilis, videtur etiam esse illicita, cum non inferuiat, nisi ad infamandum contentem. Licet tamen sentiat Aletius 4. part. quæst. 78. m. 1. artic. 1. quem sequuntur Bonaucntura, & Paludanus in 4. distinct. 17. quia saltem inferuiet ad excitandam contritionem in homine, in extremo periculo contentente. Dicendum tamen est cum Soario tomo 4. de pœnitent. disputat. 24. sect. 1. num. 12. edit. 2. & cum Egidio Bellano, aliâs Conink, tomo 2. de Sacramentis, disput. 8. de ministro pœnitentiæ, dubio 1. num. 6. Imò Sotus, prædictam confessionem improprie dici sacramentalem, imò nullo modo dici posse sacramentalem; sed posse esse licitam, non quidem ad excitandam veram contritionem in homine, neque ad consequendam veniam peccatorum ex vi illius, cum venia, & remissio peccatorum possit tunc consequi per verum actum contritionis, & contritio possit haberi ex concitatione conscientie, metu periculi præsentis, ex fide pœnitentiæ, & misericordia Dei: sed vt homo in graui periculo constitutus possit iuari consilio alicuius laici, vel Diaconi, aut Subdiaconi prudentis, ac sapientis, & eius opera à peccato, aut obligatione conscientie eripi, qui planè laicus Diaconus, aut Subdiaconus, nullo modo manet tunc obligatus ad sacramentale sigillum, sed tantum ad secretum quoddam naturale; & ratione capiendi huiusmodi consilij poterit aliquando fieri, vt licitum omninò sit, quod alteri succedamus, vt viro laico prudenti, ac sapienti secretè aperiat peccata sua, quando id esset necessarium, vt peccator possit per eum in re magni momenti iuari, aut à periculo peccandi eripi: quod ex arbitrio prudentis, circumstantiis vndique consideratis, committitur. Neque obstat ratio infamie: nam illa infamia, qualiscunque est, satis compensatur maiori spiritali vtilitate, quam consequitur; & præterea homo potest cedere iuri suo.

7.

Scotus. Sotus.

Aletius. Bonaucen. Paludan.

Soarius.

Bellanus.

Ex dictis colliges ineptam profus esse confessionem illam, quam quidam nauæ in tempestatibus, & periculis extremis, deficiente Sacerdote, efficiunt alij aliis peccata sua contententes, cum neque valida sit, neque ad capiendum consilium necessaria: & ideo hic abusus omninò euellendus est, & eis consulendum, vt in eo periculo de salute curent per veram contritionem.

8.

Neque obstat Concilium Constantiense in Bulla Martini V. in qua condemnatur hæreses Ioannis Wicleph, & Ioannis Huls, & inter alias interrogationes, quæ ibi proponuntur, pro iis, qui sunt suspecti de illa hæresi, vnâ esse, Vtrum credant, quod Christianus, vltra contritionem cordis, habita copia Sacerdotis idonei, soli Sacerdoti de necessitate saluatis confiteri tenentur, & non alteri, nec laicis, quantumcumque bonis, & deuotis. Vbi, cum additur, habita copia Sacerdotis idonei, videtur indicari, in absentia illius esse necessarium confiteri laico: dicendum tamen est, argumentum à contrario sensu, licet alioqui sit magni ponderis; nihil tamen valere, quan-

do id,



do id, quod à contrario inferitur, est prohibitum & definitum: unde, cum in Concilio Tridentino sess. 14. can. 10. & cap. 6. definitum de fide sit, solos Sacerdotes, & non alios, esse ministros huius Sacramenti, ubi can. 10. Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathema sit, nullius momenti est argumentum, quod à contrario inferitur: maxime, quia in Concilij Constantiensis Bulla, solum proponitur interrogatio de eo, quod ad fidem pertinet, cetera ad quaestionem Theologicam dimittens.

10. An in Sacerdotibus requiratur iurisdictionis.

Explicauimus adhuc primam difficultatem in titulo tactam: An solus Sacerdos sit minister huius Sacramenti, explicanda est modò secunda. Ea est, utrum in huiusmodi Sacerdotibus praeter ipsum sacerdotium requiratur iurisdictionis aliqua, ad hoc ut sint ministri idonei, & sufficientes huius Sacramenti, & validè illum ministrent. Omissis ergo Hæreticis, inter Catholicos dissidium non vulgare est: quidam enim dixerunt, omnes Sacerdotes ex vi Ordinis sacerdotalis, & suæ ordinationis, esse diuino iure idoneos ministros & sufficientes huius Sacramenti, ita ut quantumvis Ecclesia illis prohibeat, ne hoc Sacramentum ministrent, semper tamen validè absoluant, licet non licitè; & si poenitentes scienter confiteantur Sacerdotibus ab Ecclesia prohibitis, grauitè & mortaliter peccare ex defectu dispositionis, & nullum efficere Sacramentum: si autem accedant bona fide, & cum bona dispositione, Sacramentum esse validum. Ita docet Armacanus lib. 11. de quaestionibus Armenorum, à principio: Almaynus in 4. distinct. 18. quaest. vnica, & non putat improbabilem Durandus distinct. 19. quaest. 2. Fundamentum praecipuum huius opinionis sumitur ex ipsa institutione Christi Ioannis 20. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, nam ex vi horum verborum constituti sunt Apostoli, & omnes Sacerdotes illorum in sacerdotio successores idonei, ac sufficientes ministri huius Sacramenti: ergo, licet Ecclesia possit illorum actus prohibere, non potest tamen irritare. Sicut enim non potest irritare actum consecrationis Corporis Christi, licet possit prohibere: ita non potest irritare actum absolutionis, licet illum prohibere possit. Deinde, quia in articulo mortis potest quilibet Sacerdos non approbatus validè absoluerè à mortalibus, & extra illum valet, & licita est absolutio venialium cuiuslibet Sacerdotis non approbati: ergo potestas conficiendi, & conferendi hoc Sacramentum, ita est communis omnibus Sacerdotibus iure diuino, & ex vi suæ institutionis, ut ab eis nullo modo possit per Ecclesiam auferri, licet illam ex causa possit prohibere.

Armacan.

Almayn. Durand.

11.

Sed hæc sententia iam hodie est erronea, post Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. asserens inuvalidam esse absolutionem à Sacerdote datam, qui neque delegatà, neque ordinariam iurisdictionem habet: & sess. 23. cap. 15. ubi dicit, nullum Sacerdotem esse idoneum, aut sufficientem ministrum huius Sacramenti, etiam regulare, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo praesente examine, aut quouis alio modo approbetur: nam potestas Ordinis sacerdotalis, licet sit fundamentum potestatis iurisdictionis, & tale fundamentum, ut sine ea nequeat consistere, est tamen distincta ab illa: unde, cum Confessarius sit verus Index in foro poli, opus est, ut illi hæc iurisdictionis committatur: committitur autem, vel per collationem beneficii curati, vel per approbationem Episcopi, ut infra dicitur. Quapropter, cum hæc iurisdictionis ab alio concedatur, ac detur, ab illo etiam potest auferri: aufer-

tur autem per prohibitionem, sicut datur per concessionem; & ided, ut optime notat Soarius tomo 4. de poenit. disp. 24. sect. 2. num. 7. in secunda editione, semper valor huius Sacramenti ex parte ministri pendet ab hac concessionem, vel ablatione. Quod singulare omnino est in hoc Sacramento confessionis, non in aliis: nam in aliis Sacramentis, licet Ecclesia prohibeat, & impediat, vel itque auferre potestatem conficiendi illa; nihilominus Sacramentum datum semper valebit, licet mortaliter peccent ministri illorum, illa contra talem prohibitionem illicitè ministrando: nam, supposito ordine sacerdotali, vnum ex essentialiter requisitis ad valorem huius Sacramenti ex Christi institutione, est, ut Sacerdos iurisdictionem, & subditos habeat, quod pendet ex concessionem & ablatione Ecclesiae, ut statim patebit.

Soarius.

Alij Auctores Catholici, quos tacito nomine arguit Medina C. de confess. quaest. de confessionem, non necessitate, sed voluntate facta, distinguunt inter confessionem voluntariam, & confessionem obligatoriam ex praecipito: & de confessionem voluntaria dicebant, quemlibet ordinarium Sacerdotem, etiam si approbatus non sit, posse esse ministrum illius: de confessionem verò necessaria, qua fit ex necessitate praecipiti, asseriebant, non quemlibet Sacerdotem ordinarium posse esse ministrum illius; sed illum tantum, qui approbatus est, & iurisdictionem habet: dicebantque hanc necessitatem oriri ex cap. Omnis viri usque sexus, de poenit. & remiss. praecipiente confessionem annuam fieri proprio Sacerdoti.

12.

Sed hæc sententia etiam erronea est, cum non sit minus falsa, quam praecedens: quia Concilium Tridentinum ad valorem huius Sacramenti, & cuiuscunque confessionis requirit iurisdictionem, & approbationem Episcopi: item, quia aliàs, quantumvis in confessionem ex praecipito esset necessaria iurisdictionis, ut licitè ministraretur Sacramentum; non esset tamen necessaria ad valorem illius, quia solum praecipit Ecclesiae ad hoc non sufficit.

13.

Dicendum ergo est, per se loquendo, non omnes Ecclesiae Sacerdotes ex vi suæ institutionis, & ordinis sacerdotalis, esse iure diuino sufficientes, & idoneos ministros ad absoluerendum validè à peccatis mortalibus nunquam confessis ob defectum iurisdictionis, & ided requiri, ut illis hæc iurisdictionis detur, ac conferatur. Est communis omnium Doctorum rectè sententiam. Capita illorum referam, & cetera apud illos vide. Ita docet Soarius tom. 4. de poenit. disp. 24. sect. 2. num. 5. Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 5. D. Thom. in 4. distinct. 17. quaest. 3. art. 3. quaest. 4. & dist. 19. quaest. 1. artic. 3. quaest. 1. Petrus Soro lect. 5. de poenit. Nauarrus in Summa, cap. 27. num. 259. & in cap. Placuit, de poenit. distinct. 6. num. 48. & 53. Soto in 4. distinct. 18. quaest. 4. artic. 2. & distinct. 20. quaest. 1. artic. 5. Ledesma 2. 4. quaest. 32. artic. 1. Bellanus 2. part. de Sacramentis, disp. 8. dubio 2. Paret ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7. Probatur ratione, quam Concilium Tridentinum expressè tangit. Primò, quia ratio iudicij ex sua natura intrinsecè, & essentialiter postulat, ut sententia non feratur nisi in subditos: Confessarius autem est verus Index in foro poli, & conscientiae: ergo necessariò debet habere subditos: ergo iurisdictionem in illos: ergo nullius validus est sententia absolutionis, quam Sacerdos in eum profert, in quem iurisdictionem non habet. Et confirmatur adhuc ex verbis Concilij, ubi: Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam iurisdictionem non habet.

14.

Quibus verbis vnum supponit Concilium, & aliud docet; & de his duobus dicit, verissima esse, & ita semper tenuisse Ecclesiam, à tempore, scilicet, Apostolorum, continua traditione. Supponit, posse aliquos Sacerdotes non habere iurisdictionem, & potestatem absoluerendi in hoc foro conscientiae: non ergo omnes illam habent ex iure diuino, & ex vi suæ ordinationis, ut dicebant Auctores contrariae opinionis: docet absolutionem datam ab illis, qui ea carent, non valere: non ergo iure diuino sunt sufficientes ministri, siquidem absolutio ab illis data, non valet. Probatur etiam ex cap. Omnis fidelis veriusque sexus, de poenit. & remiss. ubi dicitur, alienum Sacerdotem sine licentia proprii, ist est, Episcopi (ut omnes Auctores docent) non posse soluerè, vel ligare. Probatur denique ex cap. Episcopus, eodem titulo, ubi asseritur, nulla consuetudine posse effici, ut aliquis sine licentia sui Praelati possit eligere sibi Confessarium: non est ergo ipse Confessarius eligibilis ex vi sui sacerdotij: nam, si quilibet Sacerdos esset ex vi suæ ordinationis, & iure diuino eligibilis, profectò posset consuetudo efficere, ut absque licentia sui Praelati possit eligi, quantumvis à Praelatis talis electio prohiberetur: quia ea prohibitio esset humana, & solum faceret eam electionem illicitam, non inuvalidam: consuetudo autem potest praualere contra prohibitionem humanam, ut saepe diximus.

15.

Soarius. Henric. Sylu. Ledesma. Caietan. Paludan. Cano.

16.

Diximus etiam, per se loquendo, non habere hæc iurisdictionem Sacerdotes ex vi suæ ordinationis potestatem ad eligendo absoluerendum à mortalibus nondum confessis, nec esse sufficientes ministros huius Sacramenti, ad excludendum casum extremæ necessitatis, & mortis articuli, in quo omnis Sacerdos, etiam excommunicatus, si non toleratus, potest absoluerè ab omnibus peccatis mortalibus & censuris, etiam referuatis: non quidem ex vi iuris diuini, & ordinationis suæ, ut tenet Nauarrus cap. 27. num. 270. §. 7. Syluester verbo, Confessio, 2. §. 2. Paludanus in 4. distinct. 17. quaest. 2. artic. 2. conclusionem 2. ex eo fundamento, quod omnes Sacerdotes, ex vi suæ ordinationis, iure diuino accipiunt iurisdictionem in habitu, quæ eodem iure ex consuetudine Ecclesiae, in mortis ar-

ticulo possit exire in actum: quam iurisdictionem, cum iure diuino detur, putant non posse auferri à Papa pro eo articulo: quod fundamentum infra examinabimus: sed ex alio fundamento multò probabiliori, ex eo, scilicet, quod ea iurisdictionis datur omni Sacerdoti etiam non approbato in articulo mortis, iure tantum ecclesiastico, ut tenet expressè Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 11. num. 2. & Medina C. de confessio, quaest. 3. in quaestione, Cui debeat fieri confessio, sine, fol. mihi 79. Viguerius cap. 16. §. 6. Viguer. vers. 11. D. Anton. 3. part. titulo 17. cap. 4. casu 7. D. Anton. Turrec. lib. 1. Summae ecclesiasticae, cap. 98. Couar. Turrec. ruias cap. Alma mar. 1. part. §. 6. num. 8. Soto di. Conar. distinct. 18. quaest. 4. artic. 4. vers. At vero. Petrus Sotus Soto. de confessionem, lectio 5. & 6. Ledesma 2. part. 4. Petr. Sor. quaest. 7. art. 6. & quaest. 22. artic. 1. concl. 5. Victoria Ledesma. §. 143. & in nouioribus, §. 156. & de potestate clauis. Victor. uium, §. 17. & significat D. Thomas distinct. 19. An in quaest. 1. artic. 3. & clarius distinct. 20. quaest. 1. artic. mortis ar. 1. & alij, quos citant Couaruias, & Henriquez. articulo pos. Vnde, cum detur iure ecclesiastico, poterit Papa de se absoluerè: non da. potentia absoluta in articulo mortis eam auferre: tunc non da. quauis nunquam efficiet, propter antiquissimam consuetudinem; & quia non dabitur causa iusta, ob quam id efficiat: & de facto, modo aliquo eam iurisdictionem iam Summi Pontifices pro eo articulo mortis Sacerdotibus limitauerunt: & obseruant eam excommunicationes cum ea limitatione, ut in articulo mortis absoluantur à quocunque Sacerdote sub onere, & conditione presentandi se Papæ, si euadant, quando excommunicatio erat Papalis, ut patet ex cap. Eos, qui, de sent. excommunicat. & ex toto titulo de sent. excomm.

Henric.

Medina.

de confessio.

quaest. 3. in quaestione.

Cui debeat fieri

confessio, sine, fol. mihi 79.

Viguerius cap. 16. §. 6.

Viguer. vers. 11. D. Anton. 3. part. titulo 17. cap. 4. casu 7.

D. Anton. Turrec. lib. 1. Summae ecclesiasticae, cap. 98.

Couar. Turrec. ruias cap. Alma mar. 1. part. §. 6. num. 8.

Soto di. Conar. distinct. 18. quaest. 4. artic. 4. vers. At vero.

Petrus Sotus Soto. de confessionem, lectio 5. & 6.

Ledesma 2. part. 4. Petr. Sor. quaest. 7. art. 6. & quaest. 22. artic. 1. concl. 5.

Victoria Ledesma. §. 143. & in nouioribus, §. 156.

& de potestate clauis. Victor. uium, §. 17. & significat D. Thomas distinct. 19. An in quaest. 1. artic. 3. & clarius distinct. 20. quaest. 1. artic. mortis ar. 1. & alij, quos citant Couaruias, & Henriquez. articulo pos. Vnde, cum detur iure ecclesiastico, poterit Papa de se absoluerè: non da. potentia absoluta in articulo mortis eam auferre: tunc non da. quauis nunquam efficiet, propter antiquissimam consuetudinem; & quia non dabitur causa iusta, ob quam id efficiat: & de facto, modo aliquo eam iurisdictionem iam Summi Pontifices pro eo articulo mortis Sacerdotibus limitauerunt: & obseruant eam excommunicationes cum ea limitatione, ut in articulo mortis absoluantur à quocunque Sacerdote sub onere, & conditione presentandi se Papæ, si euadant, quando excommunicatio erat Papalis, ut patet ex cap. Eos, qui, de sent. excommunicat. & ex toto titulo de sent. excomm.

17.

Sed animaduertendum est, esse quosdam excommunicatos excommunicationibus Papalibus, id est, quorum absolutio ad Papam tantum, Sedemque Apostolicam spectat, qui habent morbos insanabiles, & impedimentum perpetuum ad aduendam Sedem Apostolicam: & hi quidem absolueri sunt in articulo mortis absolueri: & quauis postea miraculosè sanitatem recuperent, non tenentur Romanam Sedem adire, ut docet Syluester verbo, Absolutio, 4. num. 3. §. Sciendum tertio. Alios verò esse ita membris debiles, & ægrotos, ut pro tunc Sedem Apostolicam adire non possint: & hi quidem in periculo mortis, aut articulo (idem enim periculum est, atque articulum, iuxta meliores) absolueri sunt sub conditione, ut recuperata valetudine Sedem adire Apostolicam: si tamen enormiter debiles sunt, & incurabiliter, absolueri absolueri sunt à praedicta excommunicatione: unde, si postea miraculosè ab huiusmodi impedimentis, & ægritudinibus liberentur, non tenentur Sedem adire Apostolicam, ut docet Syluester verbo, Absolutio, 4. num. 3. §. Decimus sextus, & notat Panormitanus in cap. Ea noscitur, de sent. excomm. & patet ex eodem capite.

18.

Syluest.

18.

Solus autem Papa, cum sit supra omne ius commune, & supra omnem consuetudinem vniuersalem, commune ius introducentem, (quauis nunquam id efficiet,) pro articulo mortis, poterit demerere omnem iurisdictionem Sacerdotibus omnibus, ut non absoluant in articulo mortis à mortalibus, nisi sint apprehati secundum formam Concilij Tridentini sess. 23. c. 15. de reformat. quauis nunquam (ut dixi) id efficiet: non verò Episcopus, quia Episcopus subicitur iuri communi, & vniuersali consuetudini ius commune introduciti: habet enim consuetudini ius commune introduciti: habet enim non sit supra ius commune, sed illi subicitur, non poterit de iure Episcopus licet, & validè hoc efficere, quantumvis pro eo articulo id referret, ut doctè animaduertit Henriquez lib. 2. de poenit. cap.

Henric. cap.

Nan.

cap. 11. n. 2. sine: & in simili casu docet Nauarrus cap. 21. num. 5. argumento capitis 2. de consuetud. vbi Abbas: & c. Inferior. 21. distinct. & Henriquez citat Syluestrum, verbo, Missa, 2. §. 2. & verb. Excommunicatio, 2. n. 20. notabili 9. Tabienam verb. D. Anon. Missa, §. 10. & D. Antonin. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1.

Syluest. Tabiena. D. Anon. 19.

An autem in eo articulo possit absolueri à peccatis mortalibus nondum confessis quilibet Sacerdos non approbatus, praesente approbato, aut si facilis sit recursus ad approbatum; & an hic approbatus possit etiam, praesente Parocho, est dubium. Respondeo, posse eum, qui primus occurrit: vnde, si Sacerdos ordinarius non approbatus ius: si verò confessio nondum est incepta, & uterque est praesens, aut facilis sit recursus ad approbatum, non potest validè absolueri Sacerdos non approbatus: praesertim enim est ipse approbatus non approbato. Et idem dicendum est de Parocho, quando adest non Parochus, licet approbatus sit, nisi tunc efficiat de licentia Parochi. Ita docet Bellanus tomo 2. de Sacramentis, disput. 8. de ministro, dubio 2. num. 16. & Soarius etiam expressè tomo 4. de poenit. disp. 26. sect. 4. num. 4. Ratio illorum est: quia iurisdic-tio in articulo necessitatis datur ab Ecclesia cuiuslibet Sacerdoti simplici: vnde, si ad sit Parochus, vel alius, qui habet iurisdictionem, iam non potest simplex Sacerdos absolueri: quia iam non est articulus necessitatis, praesente alio, vt de se constat: & probatur à simili c. Presbiter. 26. quaest. 6. verbo, Nisi absente Episcopo extrema necessitas cogat. vbi dicitur, non posse, praesente Episcopo, absolueri proprium Parochum à casu referuato ipsi Episcopo: quia iam non censetur casus extremae necessitatis, & mortis articulus respectu ipsius Parochi. Et eadem ratio est, ait expressè Soarius, & nos hic diximus, de Sacerdote non approbato, respectu approbati: tunc enim Sacerdos non expositus non poterit absolueri validè praesente approbato, qui possit, & velit id facere. Sed de hac re iterum redibit sermo: vbi etiam agemus de Sacerdote excommunicato, & suspenso, & Haeretico, praesentibus aliis, nullum ex iis impediens habentibus.

Bellanus.

Soarius.

Maius dubium est, an Sacerdos non expositus possit absolueri à venialibus, aut à mortalibus iam ritè confessis, (eadem enim est ratio de istis, atque de venialibus), praesente Sacerdote exposito, approbatoque: nam, cum supra numero 15. dixerimus, etiam censeri datam licentiam ab Ecclesia Sacerdotibus non expositis ad absoluedum ab illis, fortasse videbitur alicui eam iurisdictionem illis ab Ecclesia non concedi, praesentibus aliis. Verum dicendum est, etiam praesentibus aliis posse ab huiusmodi peccatis venialibus, & mortalibus iam ritè confessis absolueri, modò de illis solum fiat confessio: quia ea licentia; & iurisdic-tio absolutè illis ab Ecclesia donatur. Vnde non est, cur restringatur ad extremam necessitatem alterius Confessarij. Et ratio postulat, vt ita liberaliter concederetur, cum illa non sint de necessitate confessionis, vt patet. Vide, quae diximus num. 15.

20.

Ex dictis patet, quomodo in Sacerdotibus simplicibus requiratur aliqua iurisdic-tio, vt sint ministri huius Sacramenti sufficientes, & à quo illa accipiant, an iure diuino, & ex vi suae ordinationis, & sacerdotij, an iure humano, & ecclesiastico: resolutum enim, praeter sacerdotij requiri etiam iurisdictionem, quae illis iure humano, & ecclesiastico datur: nunc videndum est, quomodo illis detur; & ad maiorem intelligentiam rem alius considerabimus. Summus Pontifex immediate accipit suam iurisdictionem in totum orbem terrarum à Christo Domino: Petro enim, & successoribus eius Summis Pontificibus conferuntur iurisdictione immediate à hac iurisdictione Christo iure diuino. Ita Doctores communiter, quos videre poteris apud Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 5. n. 5. & apud Bellarm. lib. 4. de Summo Pontifice, cap. 23. Patet, ex illis verbis Ioannis 21. Pasce oues meas, & Matthaei 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quocumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, quae dicta sunt Petro, ratione officij, & dignitatis, & consequenter omnibus in officio successoribus, quales sunt Papae. Colligitur etiam ex Trid. sess. 14. cap. 7. de reformatione: Christus enim secundum potestatem singularis excellentiae suae habuit clauas, & potuit sine Sacramento illis pro voluntate sua vt, & has clauas, & iurisdictionem immediate communicat Summis Pontificibus, sicut communicauit & Petro: vnde facta electione Summi Pontificis per Purpuratos, statim immediate, immediatione suppositi, solus Christus iurisdictionem spiritualem concedit Summis Pontificibus, supposita conditione legitimae electionis: illi enim eam habent in vniuersum orbem, & non à Purpuratis, quia illam non habent in se: ergo conferuntur illis immediate à Christo, vt probatur late in materia de fide.

21.

De Episcopis etiam bipartita est opinio. Quidam asserunt, Apostolos accepisse iurisdictionem à D. Petro, quorum opinio falsa est. Eam tenet Turrecremata lib. 2. Summae ecclesiasticae, cap. 54. & in cap. In nouo. dist. 21. & in cap. Porro, dist. 66. Paludanus de potestate Ecclesiae. Iacobatus lib. 10. de Concilijs, art. 7. Alij tamen in vera opinione docent, Apostolos accepisse suam iurisdictionem immediate à Christo Domino; diuerso tamen modo ab eo, quo fuit concessa D. Petro: nam illis concessa fuit, tanquam Legatis in totum orbem; Petro verò tanquam Christi Vicario, & Ordinario, cui alij Summi Pontifices succederent, vt colligitur ex Ioanne cap. 21. Pasce oues meas. Matth. 16. & Lucae 22. Quodcumque ligaueris, quodcumque solueris, &c. & per hanc potestatem ordinariam poterat D. Petrus obligare reliquos Apostolos, non ille tamen ab illis, vt constat ex materia de fide, vbi ostenditur regimen ecclesiasticum esse monarchicum, ac proinde in summo eius capite fuisse semper primariam, & supremam dignitatem omnibus imperantem, nemini subiectam; & quia haec potestas fuit concessa Apostolis immediate à Christo, tanquam Legatis Christi; & D. autem Petro tanquam Ordinario: idèd illa cum personis Apostolorum expirauit; hac verò non expirauit cum persona D. Petri. Ita docent communiter Doctores, Caietan. sum. rom. 1. tract. 1. cap. 3. tract. 3. de potestate Papae, cap. 5. ad 3. & cap. 9. & 10. ad 4. & 5. vbi probat, omnes Apostolos ex priuilegio, tanquam Legatos, habuisse immediate à Christo iurisdictionem vniuersalem in totum orbem iure diuino. Victoria de clauibus, §. 4. & relect. 2. de potest. Ecclesiae, q. 2. à n. 9. Ledesma q. 20. art. 4. fol. 310. Soto dist. 20. q. 1. art. 2. concl. 4. & dist. 24. q. 2. a. 2. Corduba lib. 4. q. 12. & q. vltima. Henriq. lib. 4. de poenit. cap. 5. n. 5. Probatur ex illo Ioannis 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, id est, in vniuersum orbem: & vt explicat D. Cyrillus ibi, eadem potestate missi sunt Apostoli, quia Christus: & D. Cyprianus lib. de vnitae Ecclesiae docet, tantam potestatem fuisse Apostolis concessam his verbis, quantam Petro in illis apud Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram, &c. & quantam in illis Ioann. 21. Pasce oues meas. Probatur etiam ex D. Paulo ad Galatas 2. Mihi, inquit, nihil contulerunt, qui videbantur aliquid esse, loquitur autem ibi Paulus de Petro, & Ioanne, qui inter reliquos Apostolos eminebant: nihil, id est, nullam dignitatem, nullam potestatem, nullam iurisdictionem.

22. Quomodo detur

hac iurisdictione Christo iure diuino. Ita Doctores communiter, quos videre poteris apud Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 5. n. 5. & apud Bellarm. lib. 4. de Summo Pontifice, cap. 23. Patet, ex illis verbis Ioannis 21. Pasce oues meas, & Matthaei 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quocumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, quae dicta sunt Petro, ratione officij, & dignitatis, & consequenter omnibus in officio successoribus, quales sunt Papae. Colligitur etiam ex Trid. sess. 14. cap. 7. de reformatione: Christus enim secundum potestatem singularis excellentiae suae habuit clauas, & potuit sine Sacramento illis pro voluntate sua vt, & has clauas, & iurisdictionem immediate communicat Summis Pontificibus, sicut communicauit & Petro: vnde facta electione Summi Pontificis per Purpuratos, statim immediate, immediatione suppositi, solus Christus iurisdictionem spiritualem concedit Summis Pontificibus, supposita conditione legitimae electionis: illi enim eam habent in vniuersum orbem, & non à Purpuratis, quia illam non habent in se: ergo conferuntur illis immediate à Christo, vt probatur late in materia de fide.

De Episcopis etiam bipartita est opinio. Quidam asserunt, Apostolos accepisse iurisdictionem à D. Petro, quorum opinio falsa est. Eam tenet Turrecremata lib. 2. Summae ecclesiasticae, cap. 54. & in cap. In nouo. dist. 21. & in cap. Porro, dist. 66. Paludanus de potestate Ecclesiae. Iacobatus lib. 10. de Concilijs, art. 7. Alij tamen in vera opinione docent, Apostolos accepisse suam iurisdictionem immediate à Christo Domino; diuerso tamen modo ab eo, quo fuit concessa D. Petro: nam illis concessa fuit, tanquam Legatis in totum orbem; Petro verò tanquam Christi Vicario, & Ordinario, cui alij Summi Pontifices succederent, vt colligitur ex Ioanne cap. 21. Pasce oues meas. Matth. 16. & Lucae 22. Quodcumque ligaueris, quodcumque solueris, &c. & per hanc potestatem ordinariam poterat D. Petrus obligare reliquos Apostolos, non ille tamen ab illis, vt constat ex materia de fide, vbi ostenditur regimen ecclesiasticum esse monarchicum, ac proinde in summo eius capite fuisse semper primariam, & supremam dignitatem omnibus imperantem, nemini subiectam; & quia haec potestas fuit concessa Apostolis immediate à Christo, tanquam Legatis Christi; & D. autem Petro tanquam Ordinario: idèd illa cum personis Apostolorum expirauit; hac verò non expirauit cum persona D. Petri. Ita docent communiter Doctores, Caietan. sum. rom. 1. tract. 1. cap. 3. tract. 3. de potestate Papae, cap. 5. ad 3. & cap. 9. & 10. ad 4. & 5. vbi probat, omnes Apostolos ex priuilegio, tanquam Legatos, habuisse immediate à Christo iurisdictionem vniuersalem in totum orbem iure diuino. Victoria de clauibus, §. 4. & relect. 2. de potest. Ecclesiae, q. 2. à n. 9. Ledesma q. 20. art. 4. fol. 310. Soto dist. 20. q. 1. art. 2. concl. 4. & dist. 24. q. 2. a. 2. Corduba lib. 4. q. 12. & q. vltima. Henriq. lib. 4. de poenit. cap. 5. n. 5. Probatur ex illo Ioannis 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, id est, in vniuersum orbem: & vt explicat D. Cyrillus ibi, eadem potestate missi sunt Apostoli, quia Christus: & D. Cyprianus lib. de vnitae Ecclesiae docet, tantam potestatem fuisse Apostolis concessam his verbis, quantam Petro in illis apud Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram, &c. & quantam in illis Ioann. 21. Pasce oues meas. Probatur etiam ex D. Paulo ad Galatas 2. Mihi, inquit, nihil contulerunt, qui videbantur aliquid esse, loquitur autem ibi Paulus de Petro, & Ioanne, qui inter reliquos Apostolos eminebant: nihil, id est, nullam dignitatem, nullam potestatem, nullam iurisdictionem.

hac iurisdictione Christo iure diuino. Ita Doctores communiter, quos videre poteris apud Henriq. lib. 3. de poenit. cap. 5. n. 5. & apud Bellarm. lib. 4. de Summo Pontifice, cap. 23. Patet, ex illis verbis Ioannis 21. Pasce oues meas, & Matthaei 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quocumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, quae dicta sunt Petro, ratione officij, & dignitatis, & consequenter omnibus in officio successoribus, quales sunt Papae. Colligitur etiam ex Trid. sess. 14. cap. 7. de reformatione: Christus enim secundum potestatem singularis excellentiae suae habuit clauas, & potuit sine Sacramento illis pro voluntate sua vt, & has clauas, & iurisdictionem immediate communicat Summis Pontificibus, sicut communicauit & Petro: vnde facta electione Summi Pontificis per Purpuratos, statim immediate, immediatione suppositi, solus Christus iurisdictionem spiritualem concedit Summis Pontificibus, supposita conditione legitimae electionis: illi enim eam habent in vniuersum orbem, & non à Purpuratis, quia illam non habent in se: ergo conferuntur illis immediate à Christo, vt probatur late in materia de fide.

Henriq. Bellarm.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

Castro. Victoria. Henr. D. Thom. Ledesma. Cord. Durand. Maior. Gratian. Bruch. Turrecr. Jordan. Auendan. Pagan. Banber. Bellarm.

nem. Probatur etiam ex Diuo Paulo ad Galatas 1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Vnde formatur ratio euidens: Dignitas Apostolica est immediate à Christo Domino, vt testatur D. Paulus: sed Apostoli habuerunt iurisdictionem ratione huius dignitatis: ergo immediate illam à Christo habuerunt: & conuenientia; ob quam decebat, vt omnes Apostoli immediate à Christo potestatem, & iurisdictionem acciperent in vniuersum orbem, est: quia, cum singuli Apostolorum diuersas Ecclesias, diuersoque Episcopos in diuersis orbis partibus erant creaturi, & erecturi, iuxta illud: Euntes in vniuersum mundum, predicate Euangelium omni creaturo, profectò id commodè praestare non possent, nisi vniuersam potestatem habuissent, & iurisdictionem. Ad quod respiciens D. Thomas c. 12. ad Corinth. primae, ait Apostolis, ratione sui Apostolatus, triplicem conuenire potestatem, regendi, docendi, miracula faciendi. Vnde, sicut à Christo in vniuersum orbem missi sunt, vt illum baptizarent, conuerterent, & docerent: ita etiam, vt illum regerent: non poterant autem illum regere, nisi in illum, & erga totum illum iurisdictionem haberent.

De Episcopis etiam bipartita est opinio. Quidam asserunt, eos iure diuino, & immediate à Christo habere suam iurisdictionem, illamque à Christo immediate accipere immediatione suppositi, non à Summo Pontifice. Ita docent Castro lib. 2. de iusta Haereticorum pui i. one, c. 24. & Victoria in relectione 2. de potestate Ecclesiae, cap. 2. & alij multi. Probant primò: quia Apostoli acceperunt suam iurisdictionem immediate à Christo; & idèd iurisdictionem in Apostolis fuit de iure diuino; quia illam à Christo immediate acceperunt, vt num. praecedenti probauimus: sed Episcopi sunt successores Apostolorum: ergo etiam Episcopi illam à Christo immediate accipiunt, & in Episcopis est de iure diuino: nam idèd concessimus, Papam eam immediate à Christo accipere, quia D. Petrus, cuius Papae successores sunt, illam immediate à Christo accepit. Secundo ex illo Actorum 20. Attendite vobis, & vniuerso graeci, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.

Secunda opinio verior, & communior, docet, iurisdictionem Episcoporum esse de iure humano, & Ecclesiastico, & illam accipere immediate à Papa. Ita docet Henriquez lib. 3. de poenit. c. 11. n. 2. & c. 5. n. 5. D. Thomas 2. 2. q. 184. art. 6. ad primum: & clarius in additionibus, q. 40. art. 4. & in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quaest. iunc. 3. & distinct. 20. quaest. 4. art. 3. quaest. iunc. 3. & 2. 2. q. 39. art. 3. sic ait: Iurisdic-tio Episcoporum pendet à Papa in fieri, & conseruari, qui potest eam restringere, & auferre, & semper ait à Papa derivari iurisdictionem in reliquos Episcopos. Et ita docent etiam communiter hodie scribentes, ex Theologis Ledesma 2. 4. q. 26. art. 3. & q. 42. art. 4. Corduba lib. 4. q. 14. ad finem. D. Bonauentura dist. 25. q. 2. art. 1. Durandus dist. 24. q. 5. Maior ibid. q. 3. cum tamen dist. 17. q. 7. dicat, Episcopos, & Parochos esse de iure diuino. Sed intelligendus est de Episcopis, & Parochis in communi. Tenent etiam ex iuris canonici peritis Gratianus cap. 1. dist. 22. cap. Dudum, 3. q. 6. cap. Antiqua, de priuilegijs. Bruchard. lib. 1. decret. cap. 168. Turrecr. mata cap. Qui resistit, 1. 2. q. 6. n. 2. & late n. 22. Jordanus de maioribus Episcopi causis ad Papam deferendis, c. 7. à n. 8. & 9. Auendan. de exequendis man. latis Princip. c. 1. n. 6. Antonius Pagan. de ordin. iuris, & iurisdic-t. Episcoporum, & rursus ex Theologis id probat ex multis Theologis, & Iurisperitis Banhez 2. 2. q. 1. art. 10. punct. 2. dub. 5. conclus. 5. pag. 344. & Bellarm. id etiam probat late ex sanctis Patribus l. b.

Ad fundamentum primae opinionis dicendum est, Episcopos esse successores Apostolorum in dignitate; non tamen inde sequi, habere iurisdictionem ex iure diuino, & immediate à Christo, quem admodum Apostoli habuerunt: quia illa iurisdictione Apostolis fuit data tanquam Legatis; & idèd cum illis expirauit: iurisdictione verò data D. Petro non fuit iurisdictione Legati sed Ordinarij totius orbis; & idèd cum D. Petro non expirauit, sed iure etiam diuino datur reliquis Summis Pontificibus eius successoribus in officio Ordinarij totius orbis: ordinaria enim iurisdictione nunquam expirat. Ad auctoritatem ex Actis Apostolorum respondeo dignitatem Episcopalem in communi esse de iure diuino, & ex iure diuino, & praeecepto eiusdem iuris diuini teneri PaPam Episcopos creare, vt sint Pastores ordinarij in suis diocesis, cum iurisdictione communicata à Summo Pontifice, quam ei statim communicat, cum eum confirmat in Episcopatu, & quando ei oues committit in particulari.

4. Romani Pontif. cap. 24. & argumenta in contrarium soluit num. 25. Patet ex Gelasio Epistola ad Episcopos Dardaniae, ex Nicolao Epistola ad Michaellem, & habetur c. finali & penultimo, 9. q. 3. ex Bonifacio VIII. Extrau. Cuncta per mundum. Patet etiam ex Concil. Trid. sess. 14. c. 7. vbi dicitur posse Summos Pontifices maiores causas totius orbis sibi referuare. Habent ergo Episcopi potestatem derivatam à Summo Pontifice: siquidem illi sibi possunt causas Episcoporum referuare. Probatur: quia iurisdictione Episcoporum in particulari non est necessario coniecta, vt necessaria proprietates, cu creatione, & dignitate Episcopalis, vt videre licet in Episcopis titularibus, qui dignitatem, & characterem Episcopalem habent, non iurisdictionem, & in Episcopis, qui cum licentia Papae renuntiarunt dignitati, aut ob crimen priuati sunt Episcopatu e contra etiam videmus Abbates, & Sacerdotes, qui Episcopi non sunt, Episcopalem in aliquibus iurisdictionem ex priuilegio exercere. Quod argumentum euidens est, iurisdictionem episcopalem non requirere consecrationem Episcopi, nec dignitatem episcopalem supponere ad eos actus, vt in Lusitania Praelatus Tomarenfis & Prior Cratenfis Ordinis D. Ioannis Militenfis: in Castella verò Abbas Pinicianus, Merinae, & Prior etiam Ordinis militaris sancti Ioannis: & hi quidem nomine Episcopi, & Ordinarij intelliguntur in Concilio Tridentino sess. 23. de reformatione, c. 15. vt docet Henriq. lib. 3. de poenit. c. 5. art. 5. ad marginem, littera F.

Ad fundamentum primae opinionis dicendum est, Episcopos esse successores Apostolorum in dignitate; non tamen inde sequi, habere iurisdictionem ex iure diuino, & immediate à Christo, quem admodum Apostoli habuerunt: quia illa iurisdictione Apostolis fuit data tanquam Legatis; & idèd cum illis expirauit: iurisdictione verò data D. Petro non fuit iurisdictione Legati sed Ordinarij totius orbis; & idèd cum D. Petro non expirauit, sed iure etiam diuino datur reliquis Summis Pontificibus eius successoribus in officio Ordinarij totius orbis: ordinaria enim iurisdictione nunquam expirat. Ad auctoritatem ex Actis Apostolorum respondeo dignitatem Episcopalem in communi esse de iure diuino, & ex iure diuino, & praeecepto eiusdem iuris diuini teneri PaPam Episcopos creare, vt sint Pastores ordinarij in suis diocesis, cum iurisdictione communicata à Summo Pontifice, quam ei statim communicat, cum eum confirmat in Episcopatu, & quando ei oues committit in particulari.

De Parochis curatis non defuerunt etiam, qui dicerent, eorum iurisdictionem iuris esse diuini, & illis immediate à Papa conferri, cum primùm ad beneficium parochiale, aut curam animarum electi sunt. Et de his Presbyteris, & Parochis intelligunt illud Actorum 20. Attendite vobis, & vniuerso graeci, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei. Episcopos, id est, speculatores, & curatos seu Parochos Presbyteros. Probatur: quia nomen Episcopi apud Scripturas, & sanctos Patres sumitur plerunque pro Parocho, vt apud D. Hieron. in D. Hier. Epist. ad Titum, c. 1. & in Epist. ad Euagrium 85. & apud Anselmum, Theophylactum, & Occumenium Anselmum in prima ad Timotheum 3. & apud D. Chryso-stomum ad Philippenses 1. Et saepe etiam nomen, & Occumen. vox Sacerdotis sumitur pro Episcopo, vt late pro D. Chrysb. bar Bellarminus lib. 1. de ordine, c. 5. quae causa fuit, Bellarm. vt Michael Medina ausus sit affirmare lib. 1. de la Medina, curam hominum continentia, c. 5. nimis audacter D. Hieronymum, & multos Patres errasse cum Aërio, putantes Episcopos esse aequales Parochis, & Parochos Episcopis, quae doctissime carpit Bellarminus allegatus: nam, vt ibi doctè explicat Bellarminus, ita

Henriq. Bellarm. Castro. Victoria. Henr. D. Thom. Ledesma. Cord. Durand. Maior. Gratian. Bruch. Turrecr. Jordan. Auendan. Pagan. Banber. Bellarm.

voce tantum, & officio pascendi oves aequabantur Parochi, & Episcopi; non in iurisdictione, & dignitate; hoc sensu locutus fuisse sanctos Patres; aut quia, ut animaduertit D. Epiphanius haeresi 75. olim in primitiua Ecclesia ob penuriam Sacerdotum, communiter Sacerdotes simul erant Episcopi: unde communiter in Viris antiquissimorum Pontificum in primitiua Ecclesia legitur, plures ab eis Episcopos per diuersa loca fuisse creatos, quam Diaconos, aut Subdiaconos; & nulla mentio in huiusmodi Viris fit de ordinatione Sacerdotum: erant ergo ipsi Sacerdotes simul Episcopi, seu Parochi. Vnde, cum Sotus lib. 10. de iustitia, q. 1. art. 4. & Maior distinct. 18. quaest. 17. docent, Parochos esse ex institutione diuina, intelligendi sunt de Episcopis, qui simul olim ipsi personaliter exercebant officium Parochorum, aut saltem intelligendi sunt de dignitate episcopali in communi, quam diximus n. 26. esse de iure diuino; non autem de officio, & iurisdictione Episcoporum in particulari: quia haec iam probauimus esse de iure ecclesiastico, num. 25. Nec mirum, quod Sotus nomine Parochorum intelligat Episcopos: nam etiam hodie nomine Parochi, & proprii Sacerdotis venit Episcopus; quia Episcopus est Parochus etiam verè, & propriè, respectu omnium ouium suae diocesis.

Dicendum ergo est, Parochos, & Curatos recipere suam iurisdictionem immediatè ab Episcopis, quando ad officium parochiale eliguntur; & idem dicendum est de reliquis Sacerdotibus, quando ad munus Confessariorum assumuntur. Probatur ex Concilio Tridento sess. 23. can. 7. vbi de fide definit, Episcopos esse Presbyteris superiores, & ferit anathemate eos, qui dixerint, potestatem, quam habent Episcopi, eisdem communem cum potestate Presbyterorum; & illam non esse superiore ista: docet etiam expressè Henric. lib. 3. de pœnit. c. 11. n. 2. & c. 5. n. 8. Probatur: quia ad Episcopos spectat ponere Rectores, Parochos perpetuos, & Vicarios ad tempus ad curandas oves in suis districtis, & parochiis: ergo ad illos etiam spectat, eis iurisdictionem necessariam ad eas curandas conferre: quare de hac re non est dubitandum: & ita docet etiam Gratius lib. 1. decis. aut. c. 13. n. 10. Nauarr. c. 4. n. 3. & Panormitan. in c. Omnis viri, & de pœnit. c. remiss. n. 7. Probatur denique: quia eiusdem potestatis est dare limitatè, & auferre: sed Episcopi propter delicta, & ob alias causas priuant Sacerdotes suae iurisdictionis potestatem ad absoluendum, & ad exercendas functiones suas spirituales: ergo eandem potestatem ab illis immediatè acceperunt.

CAPVT II.

An vltra iurisdictionem requiratur etiam ex Concilio Tridentino approbatio Episcopi, vt Sacerdos reputetur idoneus Confessarius, & validè absoluat, & quid de Religiosorum approbatione.

S V M M A R I V M.

Referuntur verba Concilij requirentis approbationem Episcopi in Confessario. num. 1. Parochus habens parochiale beneficium, ipso iure est approbatus. num. 2. Non requiritur approbatio Episcopi in Sacerdote, vt audiat confessiones regularium, vel Monialium, n. 3. Superior regularis potest exponere suis subditis Confessarium non regularem, quamuis non sit approbatus ab Episcopo. num. 4. & 11. Regularis habens Bullam, vel privilegium ad eligendum Confessarium, quem voluerit, potest eligere Confessarium, sacularem, etiam non approbatum, modo in predicto privilegio non expresse dicatur, vt sit ex approbatus. n. 5. & 12. Ad audiendas confessiones sacularium, etiam Sacerdotum, requiritur approbatio Episcopi in Confessario, siue ille sit regularis, siue sacularis. num. 6. Sine hac approbatione nullus Confessarius potest validè, aut licitè confessiones sacularium audire. num. 7. Privilegia concessa Religiosis, vt possint confessiones sacularium audire, intelliguntur, modo sint approbati iuxta formam Concilij. num. 8. Episcopus tenetur approbare suos subditos, quos dignos inuenit ad hoc munus. num. 9. Regulares non indigent approbatione Episcopi ad audiendas confessiones aliorum regularium, & Monialium. num. 10. Superior regularis potest committere suos Religiosos, & Religiosas Clerico saculari, etiam non approbato. n. 11. Religiosi, vel Religiosae habentes Bullam, vel privilegium, possunt eligere Clericum, sacularem, etiam non approbatum; modo in eo non exprimat, vt sit ex approbatus. num. 12. An Superiores regulares possint exponere suos regulares ad audiendas confessiones sacularium, absque approbatione Episcopi. num. 13. An teneantur Episcopi Sacerdotes regulares a suis Superioribus presentatos approbare, si dignos inuenierint. num. 14. Quid, si nolint illos admittere ad examen. ibid. Si ex odio, aut maleuolentia non admittant, aut iam admissos non approbent, cum tamen digni sint, eo ipso illos possunt exponere sui Superiores ad audiendas confessiones sacularium. num. 15. Quid, si ex eodem odio eos limitatè ad annum tantum, vel ad viros, non ad feminas approbauerint. n. 16. Quid, si non ex odio, sed ex causa eos limitatè approbent. num. 17. An regularis limitatè pro vno oppido, vel parochia approbatus sit virtute Iubilaei, Bulla, aut privilegij, ubique eligibilis. num. 18. Quid de Sacerdote saculari. ibid. Refertur prima sententia affirmans. ibid. Quid, si approbatur ad viros, non feminas. num. 19. Refertur secunda etiam absolutè affirmans; in aliquo tamen discrepans. num. 20. Solutur obiectio. num. 21. Refertur sententia negans. num. 22. Iudicium Auctoris, approbans secundam sententiam. n. 22. An subditus Conimbricensis possit virtute Bullae, vel Iubilaei eligere sibi in Confessarium Sacerdotem sacularem, vel regularem approbatum in diocesi Portuensi. num. 23. & relatiuè ad num. 36. & 91. Virum regularis semel approbatus, in maneat approbatus, vt Episcopus illum amplius probare non possit. num. 24. Refertur prima sententia affirmans. num. 25. Refertur secunda docens de iure posse: propter privilegium tamen, quod Religiosi habent a Pio V. non posse. num. 26. Non posse, inquam, absque causa: causa in particulari cognita, & probata, posse. ibid. Quae causa sufficiat. ibid. Si Religiosi approbati fuerint absque praeiudicio examine, possunt illos Episcopi ipsi, a quibus fuerint approbati, iterum examinare; quare. num. 27. Capitulum, Sede vacante, propter privilegium peculiare non potest renouare licentiam Religiosorum ad predicandum, & confessiones audiendas, quamuis velit. num. 28. Si mori

Episcop.

Sotus. Maior.

18.

Conc. Tr.

Henric.

Gratius. Nauarr. Panorm.

sarium non regularem, quamuis non sit approbatus ab Episcopo. num. 4. & 11. Regularis habens Bullam, vel privilegium ad eligendum Confessarium, quem voluerit, potest eligere Confessarium, sacularem, etiam non approbatum, modo in predicto privilegio non expresse dicatur, vt sit ex approbatus. n. 5. & 12. Ad audiendas confessiones sacularium, etiam Sacerdotum, requiritur approbatio Episcopi in Confessario, siue ille sit regularis, siue sacularis. num. 6. Sine hac approbatione nullus Confessarius potest validè, aut licitè confessiones sacularium audire. num. 7. Privilegia concessa Religiosis, vt possint confessiones sacularium audire, intelliguntur, modo sint approbati iuxta formam Concilij. num. 8. Episcopus tenetur approbare suos subditos, quos dignos inuenit ad hoc munus. num. 9. Regulares non indigent approbatione Episcopi ad audiendas confessiones aliorum regularium, & Monialium. num. 10. Superior regularis potest committere suos Religiosos, & Religiosas Clerico saculari, etiam non approbato. n. 11. Religiosi, vel Religiosae habentes Bullam, vel privilegium, possunt eligere Clericum, sacularem, etiam non approbatum; modo in eo non exprimat, vt sit ex approbatus. num. 12. An Superiores regulares possint exponere suos regulares ad audiendas confessiones sacularium, absque approbatione Episcopi. num. 13. An teneantur Episcopi Sacerdotes regulares a suis Superioribus presentatos approbare, si dignos inuenierint. num. 14. Quid, si nolint illos admittere ad examen. ibid. Si ex odio, aut maleuolentia non admittant, aut iam admissos non approbent, cum tamen digni sint, eo ipso illos possunt exponere sui Superiores ad audiendas confessiones sacularium. num. 15. Quid, si ex eodem odio eos limitatè ad annum tantum, vel ad viros, non ad feminas approbauerint. n. 16. Quid, si non ex odio, sed ex causa eos limitatè approbent. num. 17. An regularis limitatè pro vno oppido, vel parochia approbatus sit virtute Iubilaei, Bulla, aut privilegij, ubique eligibilis. num. 18. Quid de Sacerdote saculari. ibid. Refertur prima sententia affirmans. ibid. Quid, si approbatur ad viros, non feminas. num. 19. Refertur secunda etiam absolutè affirmans; in aliquo tamen discrepans. num. 20. Solutur obiectio. num. 21. Refertur sententia negans. num. 22. Iudicium Auctoris, approbans secundam sententiam. n. 22. An subditus Conimbricensis possit virtute Bullae, vel Iubilaei eligere sibi in Confessarium Sacerdotem sacularem, vel regularem approbatum in diocesi Portuensi. num. 23. & relatiuè ad num. 36. & 91. Virum regularis semel approbatus, in maneat approbatus, vt Episcopus illum amplius probare non possit. num. 24. Refertur prima sententia affirmans. num. 25. Refertur secunda docens de iure posse: propter privilegium tamen, quod Religiosi habent a Pio V. non posse. num. 26. Non posse, inquam, absque causa: causa in particulari cognita, & probata, posse. ibid. Quae causa sufficiat. ibid. Si Religiosi approbati fuerint absque praeiudicio examine, possunt illos Episcopi ipsi, a quibus fuerint approbati, iterum examinare; quare. num. 27. Capitulum, Sede vacante, propter privilegium peculiare non potest renouare licentiam Religiosorum ad predicandum, & confessiones audiendas, quamuis velit. num. 28. Si mori

Si mortuo Episcopo praecipiat generalis mandato, vt omnes Confessarii iterum ad examen veniant, in illo non intelliguntur Religiosi, nisi nec si mandatum de illis specialiter loquatur, valet. num. 29. Quid de nouo Episcopo. num. 30. Episcopus potest ex causa reprobare Religiosos semel a se approbato. num. 31. An Praetati regulares eosdem regulares ab Episcopo approbatos reprobare possint. num. 32. An Episcopi illos possint approbare repugnantibus suis Superioribus. num. 33. An licentia, & approbatio expiret mortuo Episcopo illam concessa ante. num. 34.

1. Conc. Tr.

Quaestio haec quaestio sit grauissima; breuissimè tamen nos ab illa expediemus, adiuuante Deo. Instituit enim Concil. Trident. praeter potestatem Ordinis sacerdotalis, nemini conferri potestatem iurisdictionis, nec esse idoneum Confessarium, qui possit validè & licitè absolvere sine approbatione sui Episcopi, aut nisi parochiale beneficium habeat. Huius ergo quaestiois explicatio praecipue pendet ex intelligentia verborum Concil. Trid. sess. 23. c. 15. de reformat. Ea sic habent: Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluenti potestatem accipiant, & decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones sacularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, qua gratis datur, obtineat; privilegium & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus. Haec sunt verba decreti Concilij.

2. Conink. Soar. Henric.

Vt rem totà ob oculos proponamus, primò, quaedam, quae ab omnibus concedantur, & in quibus nulla ferè est dubitatio, ex verbis Concilij eruemus. Ex verbis igitur ipsius Concilij patet primò, obtinentes parochiale beneficium, & cui adnexa est cura animarum, nulla egerè Episcopi approbatione: nam Concilium eos expressè excipit à necessitate obtinendi hanc approbationem, ibi: Nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur, &c. idoneus reputetur. Et ratio est: quia hoc ipso censentur approbati, quòd iudicantur idonei ad animarum curam, & quòd illis hoc beneficium confertur. Ita docet expressè Conink tom. 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 49. fol. mihi 473. col. 2. & Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 2. Henric. lib. 3. de pœnit. c. 6. num. 1. Notat autem Soarius ibi, & doctè, (vt idem omnia,) hunc modum approbationis non fuisse de nouo à Concilio introducendum; sed potius fuisse reuocatum: nam, quia Parochus committitur animarum cura, per hoc ipsum munus satis idoneus declaratur ad confessiones audiendas, qui modus approbandi etiam olim vigeat: solum ergo introducit de nouo, vt omnes Sacerdotes parochiale beneficium non habentes, Episcopi approbatione egeant, & aliqui non reputentur idonei, & inualidè absoluant.

Pater secundò, nullam requiri, nec esse necessariam approbationem; vt quis audiat confessiones Religiosorum: quia Concilium aperte limitat; ac restringit suum decretum ad confessiones tantum sacularium sibi: Nullum, etiam regularem, posse confessiones sacularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi, &c. voluit enim Concilium relinquere Religiosos, suis statutis cõfidens, per hæc satis illorum saluti prouisum esse; & noluit illos in hoc subicere Episcopis, quoad illas tantum confessiones, quas ipsi faciunt inter seiplos, & de suis peccatis, quia ipsi habent proprios Pastores; à quibus Confessarios accipiunt, & proprium, ac peculiarem P. Steph. Faugundes in quinque praec. Eccl.

modum, quo gubernantur; & quia etiam de regularium conscientia, ac prudentia, plus fortassis confidit, quàm de sacularium, vt optime notatur Soarius citatus num. 4. & Bellanus etiam allegatus.

Hinc duo corollaria certa, & indubitata inferuntur. Primum est, posse Superiorem regularium exponere suis subditis Confessarium sacularem, et non approbatus ab Episcopo: quia hoc poterat iure antiquo, & communi; Concilium autem in praesenti decreto nihil quoad hanc rem innouauit: solum enim loquitur de confessionibus sacularium, & ad has approbationem Episcoporum in Confessariis requirit, tam sacularibus, quàm regularibus. Ita expressè docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. Soar. n. 5. fol. mihi 630. edit. prima, col. 1.

Secundum est, si regularis summa, vel vir, habeat Bullam, vel privilegium, aut Iubilaeum ad eligendum Confessarium, posse sibi eligere in illum ex Clericis sacularibus, quem voluerit, & sibi idoneum inuenierit, quamuis ab Episcopo approbatus non sit. Ita docet expressè Nauarr. in Summa Latina, c. 4. n. 2. & Soarius modò citatus n. 2. & Henriquez lib. 3. de pœnit. c. 6. n. 4. ad marginem, lit. R. Et ratio est eadem iam supra tacta: quia Concilium in hoc, & quoad hoc, nihil innouauit, & hoc illi poterant efficere iure antiquo ante ipsum Concilium: inuenit enim Concilium expressè limitauit hoc suum decretum ad confessiones sacularium. Quidam tamen Doctores expressè asserunt, hoc intelligendum esse, quando in Bulla dicitur expressè, vt possit eligere sibi Confessarium, quem voluerit ex non approbatis: alioquin enim id negant: quia privilegia, cum sint odiosa iuri, semper strictè intelligenda sunt. Sed hoc nolunt Auctores citari admittere (& merito) in hoc casu: quia, scilicet, potius existimandum est, vel Superiorem privilegium concedentem, vt Religiosus vtatur iure suo, quàm vt non vtatur, quoties illud expressè in privilegio non derogat: solum ergo obseruandum est, vt Confessarius eligendus sit ab Ecclesia toleratus, id est, non suspensus, non excommunicatus vitandus: quia hoc in ipsa intrinseca ratione idonei Confessarij includitur, vt patet. Vnde, quando in Iubilaeis concedit Summus Pontifex Regularibus facultatem eligendi Confessarium pro reueruatis, nisi exprimat, ex approbatis, poterunt eligere ex sacularibus Sacerdotibus non approbatis, quem voluerint; quando vero exprimitur, eligendum esse Confessarium ex approbatis non licet Religiosis eligere non approbatum: quia non aliter, nec alio modo gratia Iubilaei conceditur, nisi sub conditione assignata: & si alium eligant, confessio est illicita, nulla, & inualida. Ita Henric. allegatus in commento, lit. R. Nauarrus etiam citatus, & Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 6. n. 1. & est certa, & indubitata sententia.

Pater tertio in omnibus aliis Confessariis, tam sacularibus, quàm regularibus, ad audiendas confessiones sacularium, etiam Sacerdotum, hanc approbationem requiri, quia nihil aliud est, quàm authenticum testimonium, quo Sacerdos approbatus, ab Episcopo declaratur idoneus ad hoc munus exercendum. Censetur autem Episcopus aliquem approbare hoc ipso, quòd sciens & volens ei nominatum praecipit, vt confessiones audiat, vt docet Bellanus tomo 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. n. 49. fol. mihi 473. col. 2. & nos docuimus c. 3. n. 15.

Pater quarto per hanc approbationem reputari Confessarios idoneos, quibus iurisdictione ad absoluendum conferatur, sine qua approbatione, nec licitè, nec validè eis hoc munus committeretur: nam Concilium expressè dicit, sine ea nullum posse confessiones sacularium audire, etiam regularem, nec ad id idoneum reputari, quibus verbis significatur

4.

50

Nauarr. Soar. Henric.

6.

Quid sit approbatio.

7.



Conink.  
Soar.  
Sanchez.

expressè, non approbatus inualidè confessiones se-  
cularium audire, vt docet expressè Conink modò  
allegatus, & Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect.  
4. n. 9. & id doctissimè & effusissimè probat Sanch.  
lib. 6. de matrimonio, disput. 38. n. 20. ex communi  
Iuristarum sententia: & idè si non fuerit approba-  
tus prædictus Confessarius, à nullo est eligibilis ad  
prædictas confessiones secularium audiendas. Vnde,  
quauis Papa committendo iurisdictionem suam  
alicui Sacerdoti, possit de absoluta potentia eam  
committere Sacerdoti non approbato; tamen quo-  
ties id non exprimit, sed simpliciter, & sine tali ex-  
pressionè illam committit, intelligitur illam com-  
mittere Sacerdoti, approbato iuxta formam Con-  
cilij, vt docet Soarius allegatus: quauis Corduba  
in Summa, q. 9. hanc quæstionem tractans, varias  
opiniones circa hoc punctum referat, & illarum  
Auctores; & in partem contrariam videatur ali-  
quantulum inclinare. Sed fundamentum Soarij est  
optimum: nam, cum hoc sit ius ordinarium à Con-  
cilio constitutum, & sit de re grauissima, ex qua  
pendet valor Sacramenti; quociens Pontifex absolu-  
tè loquitur, secundum illud loqui censendus est, &  
illud non derogare, nisi expressè id declarauerit, vel  
ex modo concessionis manifestè constiterit: & sic,  
quando absolute concedit licentiam ad eligendum  
Confessarium, si contrarium non exprimat, intelli-  
gendus est de Confessario approbato, iuxta for-  
mam Concilij.

Similiter priuilegia omnia concessa Religioni-  
bus, vt earum Religiosi possint confessiones secu-  
larium audire, sub prædicta conditione, seu appro-  
batione concessa intelliguntur, vt docent Soarius,  
& Corduba allegati. Si tamen Papa alicui Sacerdoti  
in particulari, nominando illum, vel proprio nomi-  
ne, vel per differentias particulares, licentiam face-  
ret ad confessiones audiendas, probabile est hoc  
ipso videri illum approbare, quauis approbatus  
non sit, vt docet idem Soarius dicto n. 9. ad finem,  
& Corduba dicta quæst. 9. quod extra dubium est,  
si talem licentiam pro suo Episcopatu Romano  
concedat. Et ratio est: quia, quando Summus Pon-  
tifex, vel proprio nomine, vel per differentias parti-  
culares nominat, censetur approbare personam, &  
eligere industriam personalem illius Sacerdotis ad  
illud munus audiendi confessiones. Industria verò  
personalis ex his censetur electa, primò, quando  
aliquid ratione confidentie alteri committitur, vt  
cum dicitur: Cum de tua prudentia multum confi-  
damus. Sic Batrius consil. 48. fine: & ita probat  
textus in cap. vltimo, & penult. de officio legati.  
Baldus consilio 128. & Capua lib. 1. decis. aurear. c.  
13. num. 17. Secundò, quando proprium nomen ex-  
primitur, & conscientia illius, qui exprimitur, o-  
neratur: si tamen tantummodò proprium nomen ex-  
primatur, id sufficit; non sufficit verò, si solum con-  
scientia oneretur absque expressione nominis, vt  
egregiè probat Capua allegatus n. 19. Vnde, cum à  
Papa Episcopo Lamecenfi, v. g. vel eius Officiali  
committitur examen alicuius, in quo onerat con-  
scientiam illius, potest illud examen Episcopus al-  
teri committere: nam verba illa clausula: *Oneramus  
conscientiam tuam*, solum videntur apposita loco ad-  
monitionis, & non vt per aliam, illud negotium  
expediti non possit, de commissione Episcopi, vt  
docet expressè Capua dicto lib. 1. decis. aur. cap. 13.  
n. 19. Felinus in c. finali, de officio delegati §. *Is au-  
tem*, & Nauarrus lib. 1. consil. consilio 2. tit. de officio  
delegati. Si tamen Papa exprimeret nomen Episco-  
pi, aut illius Officialis, & diceret: Antonio, Episco-  
po Lamecenfi, vel, Petro, Officiali Lamecenfi, ne-  
gotium, vel examen hoc committimus, in quo con-  
scientiam illius oneramus, non posset Episcopus,

Soar.  
Cord.

Batrius.

Bald.  
Capua.

Capua.  
Felin.  
Nauar.

aut Officialis illius illud alteri committere: quia  
per expressionem nominis censetur electa industria  
illius persona, & non alterius ad illud negotium  
in particulari.

Pater quindò, cum hoc testimonium, & appro-  
batio non sit gratuitum munus; sed potius actus ius-  
titie, quem Episcopus ex officio suis subditis de-  
bet teneri approbare illos, quos idoneos inuenit,  
quoties ratione morum, aut alterius circumstantie,  
non subest causa negandi talem approbationem, vt  
optimè docent Bellanus tom. 2. de Sacram. disp. 8.  
dub. 7. n. 49. §. *Pater*, & Soar. tom. 4. de pœnit. disp.  
28. sect. 5. n. 5. & Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 6. n. 3.

His positis, in primis, & ante omnia videmus,  
quomodo singula verba huius decreti Concilij  
Tridentini sint intelligenda, & dubitationes, quæ  
super singula illorum oriri possunt explicemus in  
particulari: & vt id meliùs faciamus, singula verba  
istius decreti singulatim proponamus & explicemus.

*Decernit sancta Synodus, nullum, etiam regularem,  
posse confessiones secularium audire, etiam Sacerdo-  
rum, &c.]*

Super hæc verba, hæc dubia oriuntur. Primum  
est, an regulares indigeant approbatione Episcopi  
loci, vbi commorantur, ad audiendas confessiones  
regularium, virorum, ac mulierum. Respondeo ne-  
gatiuè: sed posse Prælatos regulares, ad quos id ex  
istituto suo spectat, exponere Confessarios regula-  
res nõ approbatos ab Episcopis, ad audiendas con-  
fessiones suorum regularium, virorum, vel Monia-  
lium, vt ante Concilium Tridentinum faciebant  
vt diximus n. 4. Ratio est: quia Concilium solum  
loquitur de confessionibus secularium, & solum  
requirit in regularibus approbationem Episcopi  
ad audiendas confessiones secularium, etiam Sa-  
cerdotum, non regularium: vnde reliquit Religio-  
sos in suo iure antiquo, & nihil circa illos innoua-  
uit, confidens eorum saluti satis esse prouisum suis  
regulis, & statutis. Ita docet expressè Soarius tom. 4.  
de pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 5. edit. 1. fol. mihi 630.  
col. 1. Bellanus tom. 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. n.  
48. Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6. n. 4. & hac de re  
infra redibit sermo num. 57.

Ex hac resolutione inferes, posse etiam Præla-  
tos, ac Superiores regulares committere suos Reli-  
giosos Clericis secularibus, quauis illi non sint  
approbati à suis Episcopis; & posse prædictos Sa-  
cerdotes seculares non approbatos, confessiones ho-  
rum regularium audire licitè & validè, tam viro-  
rum, quam Monialium, de licentia tantum Præla-  
torum regularium. Patet ex verbis Concilij: quia  
ea approbatio solum requiritur, tã in Sacerdotibus  
secularibus, quam regularibus, ad audiendas tãtum  
confessiones secularium, non regularium. Ita Soar. tom.  
4. de pœn. disp. 28. sect. 4. n. 5. & patet ex dictis n. 4.

Secundò dubium est, vtrum Religiosus, vel Mo-  
nialis, quæ habet priuilegium eligendi Confessa-  
rium, vel per Iubileum ei id conceditur, aut ad id  
obtinere licentiam à suis Superioribus, possint eli-  
gere, quem voluerint Clericum secularem, quem-  
que inuenierint sibi idoneum, quauis ille non sit à  
suo Episcopo approbatus, iuxta formam Concilij  
Trident. Respondeo affirmatiuè, modò in Bulla, li-  
centia, aut priuilegio expressè nõ dicitur, vt eligat,  
quem voluerit ex approbatis, iuxta formam Con-  
cilij. Ita docet expressè Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 6.  
n. 4. ad marginem, littera R. Soarius modò allega-  
tus d. n. 5. & Nauarrus c. 4. n. 2. & nos iam id dixi-  
mus n. 5. quem vide. Et ratio est: quia Concilium Tri-  
dent. nihil innouat circa regulares: vnde, sicut ante  
Cõcilium id poterat efficere: sic etiam possunt hodie  
post

9.

Bellanus.  
Soarius.  
Henr.

10.

Soar.

Bellanus.  
Henr.

11.

Soar.

12.

Henriq.  
Soar.  
Nauar.

post illud: à iure enim antiquo non est recedendum,  
nisi expressè per aliud recens emendetur, corrigatur,  
limitetur, aut reuocetur. *Præcipimus, C. de ap-  
pellat. & c. 2. de translat. Prælator. in Concilio autè  
Tridentino nihil circa Religiosos emendatur, cor-  
rigitur, aut reuocatur. Et fundamentum est: quia ra-  
tio, quæ mouit Concilium ad irritandas confes-  
siones secularium, quæ ferent Confessariis nõ appro-  
batis à suis Episcopis, non militat in Religiosis, &  
Monialibus: seculares enim conscientias habent  
communiter grauioribus peccatis oneratas: & idè  
ratio postulabat, vt illis darentur, & assignarentur  
Medici, & Iudices, qui à suis Episcopis iudicentur:  
idonei: Religiosi autem communiter sunt cautiore  
in peccando, & conscientias habent magis timora-  
tas: vnde cessante in Religiosis causa, ob quam lata  
est lex, cessat etiam communiter legis obligatio in  
eo particulari. *Adigere, §. Quauis, ff. de iure patro-  
natus, c. Cùm cessante, de appell. Dixi, modò in tali  
licentia, aut priuilegio non dicitur, vt eligat, quem  
voluerit ex approbatis iuxta formam Concilij: quia,  
cùm ea licentia sit gratia, non censetur tunc alio  
modo concedi, nisi sub illa conditione, vt pater.**

Tertium dubium est, an possint licitè Superiores  
regularium exponere Confessarios regulares: ad au-  
diendas confessiones secularium, absque prædicta  
approbatione Episcopi; & si exponantur, an con-  
fessiones ab illis audite sint validæ, licet illicitæ.  
Respondeo, non posse licitè huiusmodi Superiores  
prædictos Confessarios regulares exponere; & con-  
fessiones non solum esse illicitas, sed etiam inuali-  
das, si absque prædicta approbatione exponantur,  
(nisi in casu num. 15. explicato.) Ratio est: quia illa  
verba Concilij Tridentini, quibus id canetur, *Nul-  
lum Sacerdos, etiam regularem, posse confessiones se-  
cularium, etiam Sacerdotum, audire, absque approba-  
tione Episcopi, neque ad id reputari idoneum, nisi, &c.*  
iuxta communem sententiam omnium Doctorum,  
hactenus scribentium, non solum sunt necessaria  
necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti. Qua-  
propter grauissimè peccabunt Superiores, si id effi-  
ciant, & confessiones erunt nullæ. Ita docent Soa-  
rius tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 3. & 9.  
Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 6. per totum. Nauarrus c.  
4. num. 2. & id docet, & fuse probat Sanchez lib. 6.  
de matrimonio, disp. 38. num. 20. ex communi om-  
nium Iuristarum, & Theologorum sententia. Et pa-  
tet expressè ex Concilio: non enim dicit, vt eligi  
non possit in Confessarium, qui non fuerit sic ap-  
probatus; sed simpliciter ait, non posse audire con-  
fessiones secularium, neque ad id idoneum reputari:  
quibus verbis satis ostendit fieri Sacramentum  
nullum, nisi seruetur forma Concilij.

Quartum dubium est, vtrum teneatur Episco-  
pus approbare Sacerdotes regulares à suis Superi-  
oribus sibi præsentatos ad confessiones secularium  
audiendas. Et fortasse videbitur alicui, teneri illos  
approbare; & peccare grauissimè, & mortaliter, nisi  
eos approbet: primò, quia priuant suas oues eo ad-  
iumento, & emolumento spiritali, quod ex talibus  
Confessariis accipere poterant: solent enim secula-  
res pro confessionibus, & Sacramento pœnitentie  
potius Religiosos, quam Sacerdotes seculares adire.  
Secundò, quia tenentur eam approbationem  
ex officio præstare, vt communiter docent Aucto-  
res, Bellanus tom. 2. de Sacramenti, disp. 8. dub. 7. n.  
5. & alij: ea enim approbatio non est actus gratuitus,  
sed est actus iustitie: vnde, quando iuste petitur,  
iniuste negatur.

Dixendum tamen est, posse illos non admittere  
ad examen approbationis; si tamen admittant, &  
dignos inueniant, nec constet aliunde moribus esse  
indignos talis muneris, teneri Episcopos, prædictos  
*P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.*

regulares approbare ex iustitia. Ratio est: quia, vbi  
primùm Episcopi eos ad examen admittunt, cum  
illa approbatio sit actus iustitie, iam prædicti Re-  
ligiosi habent ius in re acquisitum ad illam, quo si  
iniuste priuentur, peccabunt lethaliter Episcopi  
contra obligationem sui muneris: sicut enim ea ap-  
probatio semel data, non potest iuste reuocari sine  
causa pro eo tempore, quo data fuit: ita semel ad il-  
lam admittis non potest iuste negari, si digni inue-  
niantur, & aliunde ratione morum non constet esse  
indignos, qui ad tale munus admittantur. Ad ratio-  
nem in contrarium adductam respondeo, eam non  
procedere ex iustitia, sed ex charitate, qua tenentur  
Episcopi procurare omnia bona spiritalia suis  
subditis. Sed nec etiam ex charitate hodie tenentur  
Episcopi approbare, vel potius admittere prædi-  
ctos regulares alicuius Ordinis in particulari ad  
examen prædictæ approbationis, cum abundè per  
alios Religiosos, & Clericos seculares probatè vi-  
tæ, & exempli, suorum subditorum bona spiritalia  
procurant. Si tamen tanta sit penuria Confessario-  
rum, vt subditi detrimentum patiantur, necesse est  
eos peccati mortalis reos esse: quod iudicio pre-  
sentis committitur. Videant tamen Episcopi, ne eis  
illud possit aptari Ieremie Threnorum 4. n. 4. *Par-  
uuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis,*  
nam, quauis multos in suis Episcopatus habeant  
Confessarios; non tamen multos habent, qui aptè  
sciant panem Christi frangere, & Sacramenta Do-  
mini cum fructu, & vtilitate dispensare.

Quintum dubium est, an, quando Episcopi viros  
planè idoneos, & doctos regulares ex odia, & ma-  
leuolentia Ordinis mendicantis, sine causa ad exa-  
men nolunt admittere, cum eis à Prælato suo legiti-  
mè præsentantur, possint illorum Prælati eo ipso  
eos exponere prædictis confessionibus secularium  
audiendis, eoque ad tale munus approbare ex vi  
alicuius priuilegij in iure communi inserti, quod à  
Concilio Tridentino non reuocetur, & consequen-  
ter, an sufficiat tunc petita, non obtenta, si eo modo  
iniuste negetur. Respondeo affirmatiuè. Ita docet  
expressè Henriq. lib. 3. de pœn. cap. 6. n. 4. Glossa in  
Clementina, *Dudum, de sepulturis*. Vega lib. 1. ca.  
suum conscient. cal. §. 8. Rodrig. in explicat. Crucia-  
tæ, §. 9. dub. 1. n. 33. Angelus verbo, *Confessio*, 4. n.  
25 & verbo, *Confessor*, §. n. 15. Sorus in 4. dist. 18. q.  
4. art. 3. col. 7. Grassus lib. 1. decis. aur. cap. 13. n. 49.  
Petrus Cenedo de quæstionibus canon. q. 28. n. 20.  
& 21. & alij, quos in fine huius numeri citabimus.  
Patet ex Clementina, *Dudum, de sepulturis*, nam in  
prædicta Clementina, *Dudum, de sepulturis*, in fa-  
uorem Religionis ipso iure approbatur Mendican-  
tes à Clemente V. ad prædictas confessiones secu-  
larium audiendas, si Episcopi ex odio, & maleuo-  
lencia huiusmodi Religiosos à suis Superioribus  
præsentatos ad examen approbationis non admisse-  
runt, aut iam admissos, & dignos inuictos ex eodem  
odio non approbauerunt: quia in proposito casu li-  
centia petita, & iniuste negata, censetur ipso facto  
concessa, nec Concilium Tridentinum illis verbis,  
*Priuilegijs, & quacunque consuetudine, etiam immo-  
rabili, non obstantibus*, intendit derogare huius-  
modi antiquum priuilegium in corpore iuris inser-  
tum, iuxta huiusmodi Doctores: nam per illam clau-  
sulam intendit tantum Concilium Tridentinum  
dicta sect. 23. cap. 15. de Reform. cassare, & irritare  
quorundam priuilegia extra corpus iuris commu-  
nis vagantia, quæ merito restringi, debent tanquam  
odia, & mortis iuris. Probatur deinde ratione con-  
gruenti: quia leges moderniores, quando in com-  
muni tantum loquuntur, & expressè antiqua de-  
creta, legesque, de casu aliquo in particulari lo-  
quentes, non reuocant, trahuntur ad sensum legum  
anti.

15.

Henr.  
Glossa.  
Vega.  
Rodriguez.  
A. g. l.  
Sorus.  
Grassus.  
Cenedo.

antiquitatem, ut regere probat Nauarrus per multos, & multa iure in cap. *Placuit*, de pœnit. dist. 6. n. 147. Vnde, cum lex, & decretum Clementinae, *Dudum*, sit antiquius decreto Concilij Tridentini, & expressè loquatur de hoc casu, & Concilium loquatur tantum absolute, & in generali; & non reuocet in particulari praedictum decretum, ac privilegium Clementinae; *Dudum*, potius Concilium Tridentinum in hoc particulari explicandum est; & trahendum ad sensum praedictae Clementinae, quam praedicta Clementina explicanda, trahendūque sit ad dictam, & praedictum sensum Concilij Tridentini. Et praeter Auctores citatos id ipsum tenet expressè Nauarrus cap. 27. num. 262. ibi: *Episcopo sine iusta causa nolente admittere Religiosos presentatos ad examen possunt presentati facere confessiones, perinde ac si fuissent admitti, iuxta Clementinam, Dudum, de sepulchris, s. verò.* Hæc ille. Palatinus dist. 17. quæst. 7. Syluester verbo, *Confessor*, 2. §. 9. Frat. Alexand. lib. 1. tit. 3. cap. 16. Et quauis Soarius tomo 4. de pœnitent. disputat 28. sect. 5. num. 15. contrarium teneat, dicatque, solum peccare mortaliter, & contra iustitiam Episcopos nolentes praedictos Religiosos presentatos approbare; tamen non posse illos, nec validè sine tali approbatione, nec licitè confessiones saecularium audire: tamen cum contrarium exprimat dicta Clementina, illius opinionem sequi non possumus, praesertim cum nullum fundamentum afferat.

Nau.  
Palatinus.  
Syluest.  
Aldr.  
Soarius.

16. Idem dicendum est, si eodẽ odio, aut maleuolentia, limitatè tantum ad annum, ad homines solum, non ad feminas, ad hunc locum, & urbem, non ad illum, eodẽ viros Religiosos, probos, & doctos approbent; iuxta Sotum, Vegam, Rodriguez, Angelum, & Iacobum de Graphis num. praeced. allegatos. Et ratio est: quia eadem est ratio de toto ad totum, & de parte ad partem: non possunt enim Episcopi minuere, aut coarctare iurisdictionem Religiosorum, ex odio, & absque vera, & non praesentata causa; sicut non possunt illam in totum tollere, illos non approbando: vnde, cum in dicta Clementina à Clemente V. ipso factò approbentur; cum ab Episcopis ex odio, aut maleuolentia reprobandur, vel ad examen non admittuntur; profecto idem quoque dicendum erit, quando ex eodem odio limitatè tantum, & cum iniuria tantum approbantur. Constat autem de Episcoporum odio, si contra eandem Religionem iurgia, aut contumacia iaciant; si institutum Religionis vituperent; si de Religiosis publice, aut secreto detrahant; si Clericos saeculares, aut alios Religiosos illimitatè approbent; & ex aliis similibus indiciis, vt optime notat Rodriguez allegatus.

17. Secluso autem odio, & maleuolentia, ex causa iusta, & rationabili, poterunt Episcopi approbare Religiosos limitatè tantum ad hoc oppidum, non ad illud, ad viros, non ad feminas, ad annum, vel biennium, non simpliciter: causa autem sufficiens ad huiusmodi limitationem esse poterit, vel insufficiencia illorum, vel suspicio in moribus, vel vt maior experientia de illis tractu temporis habeatur: eadem enim est ratio de toto ad totum, & de parte ad partem: vnde, si absque odio simpliciter poterat approbare; ita & absque eodem odio hanc approbationem poterit limitare. Sic Auctores n. praeced. allegati. Et verò finito tempore approbationis, finitur etiam tota approbatio, vt habetur expressè in cap. *Si gratiosè*, de rescrip. in 6. & docet Vega lib. 3. casuum, casu 228. Petrus Cenedo de q. canonic. q. 38. num. 20. & 21. Graphis lib. 1. decis. aur. c. 13. num. 49. & Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. Et idem dicendum est de approbatione ad praedicandum, quod dictum manet de approbatione ad confessiones sa-

Veg.  
Cenedo.  
Graphis.

cularium audiendas; iuxta Rodriguez ad Cruciatam, §. 9. num. 32. & tomo 3. regularium, quæst. q. 32. art. 6. & Petrum Cenedo q. 26. n. 14. ob paritatem rationis: & patet ex Constitutione Pij V. & ex Bulla confirmat. privileg. omnium Mendicantium, incip. *Et si Mendicantium Ordines*. 18. Sextum dubium est, vtrum Sacerdos regularis limitatè approbatus pro vno oppido, aut absolute pro tota diocesi, quando durat approbatio, sit vbi que terrarum eligibilis per Bullam, Iubilaeum, aut simile privilegium; & eadem quaestio est de Sacerdote saeculari, & de Parocho, qui pro vno tantum loco est iure approbatus, an ij etiam consecratur ita idonei, vt vbi que eligi possint, per Bullam, aut per aliorum Parochi delegatorem in proprias oues. Et hæc de re est triplex sententia. Prima affirmat. Ita docet Henriquez lib. 3. de pœnit. c. 6. num. 8. sine, & num. 7. initio, & id probabile dicit Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 34. num. 16. & Ledesma in Summa de Sacrament. vbi de pœnit. c. 13. post conclusionem, dub. 8. Corduba in Summa Hispan. q. 10. Rodriguez in explicat. Bullae Cruciatæ, dub. 5. vbi appellat istam opinionem fati rursus, & securam, modo non sit limitatè approbatus ex defectu scientiae; nam, si ex defectu scientiae limitatè approbatus fuerit, ad aliquod oppidum, multorum, illam vocat scrupulosam: si verò non ex defectu scientiae, sed voluntariè, aut ob aliquam iustam causam ad aliquem locum populosum, in quo contractus sunt, mercatura exercetur, tuta & securam, iuxta illum, est: absolute verò, & sine hac limitatione praedictae approbationis ex defectu, vel non defectu scientiae, illam tenet Henriquez, & Sanchez allegati, & Medina 1. 2. q. 19. artic. 6. col. 1. 7. & affirmat Henriquez, hanc opinionem tenuisse omnes Theologos, & Iurisperitos Salmanticenses, Archiepiscopum Blanco Compostellensem, Guerrerio Archiepiscopum Granatensem, qui interfuerunt Concilio Tridentino, Magistrum Mantium, Gallo, Gueuaram, Branhez, & omnes Magistros, ex Familia Dominicana, Minoritarum, & Augustiniana. Et ratio est: quia Concilium Tridentinum dicta sessione 23. cap. 15. non expressit necessarium esse, quòd Sacerdos approbatus sit illimitatè, pro tota diocesi; sed tantum desiderat, ac perit, quòd si approbatus: sufficere ergo, quòd pro vno tantum loco approbatus sit. Nec etiam expressit, debere esse approbatum ab Episcopo loci, & diocesis, in qua Confessarius actualiter habitat; sed debere esse approbatum absolute. Quare sufficere, quòd iam fuerit approbatus in illa diocesi, in qua domicilium habuit, vt sit modò eligibilis, non solum in illa, sed in toto orbe terrarum absque alia noua approbatione Episcopi diocesis, in qua nunc habitat, si domicilium, aut quasi domicilium in illam transtulit: Sed hanc quaestionem iterum discutimus num. 88. vbi videbimus, à quo Episcopo approbatio petenda sit.

Henriq.  
Sanchez.  
Ledesma.  
Crd.  
Rodrig.

Medina.

Secunda opinio parum distat ab ista; docet enim, Sacerdotem approbatum à proprio Episcopo actuali, siue sit limitatè approbatus ad vnum oppidum tantum, siue pro tota diocesi, esse vbi que eligibilem: addit tamen non sufficere, quòd aliquando fuerit approbatus: sed requiri, & necesse esse, vt actu sit approbatus ab Episcopo loci, ad quem domicilium, vel quasi domicilium transtulit: is enim est proprius Episcopus: quia Concilium requirit, vt sit actu approbatus à proprio Episcopo; & non quòd fuerit approbatus ab eo, qui fuit proprius Episcopus, & per mutationem loci, & domicilij, aut quasi domicilij desit esse proprius, & factus est extraneus: ita enim ait Concilium: *Clarar sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse*

19.

confessiones saecularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur, necessarium, aut alias idoneis iudicetur. Vnde, sicut requiritur, quòd actualiter habeat beneficium; & non sufficit, illud habuisse, vt infra dicemus num. 37. ita requiritur, quòd actu sit examinatus à proprio Episcopo loci, in quo est; & non sufficit, quòd ab alio fuerit examinatus, cuius iam subditus non est: requiritur ergo, quòd iudicetur aptus, & approbetur à proprio Episcopo; & non quòd fuerit aliquando approbatus ab illo Episcopo, qui fuit proprius, & hodie iam non est proprius, ac proinde requiritur, quòd ea approbatio debeat ab Ordinario Sacerdotis approbati, & ab Ordinario loci, in quo Religiosus, qui approbatur, nunc habitat, vt quis sit eligibilis in toto orbe terrarum, quando durat approbatio illius. Et ita docet Soarius expressè tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 8. num. 3. iuncto num. 8. Bellanus tomo 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 9. s. *Alij tamen*, & Vivaldus in Candelab. aur. vbi de censell. num. 27. concl. 3. Probat hæc opinio efficaciter, ex vsu, & praxi, & ex ratione: ex vsu quidem, quia videmus Religiosos, qui à suo Ordinario approbantur, id est, ad Episcopum, in cuius diocesi habitant, si habitationem, & quasi domicilium mutant in Monasterium alterius diocesis, indigere, & petere nouam approbationem ab Episcopis illius diocesis, vt in ea confessiones saecularium audire possint, & consequenter vt in ea sint eligibiles per aliquod privilegium, aut Bullam, quia debent esse approbati à suo Ordinario: iste autem Ordinarius est modò suus, & non alius: ergo noua illius approbatione indigent. Videmus etiam Sacerdotes saeculares approbatos in vna diocesi, si mutant in aliam domicilium, noua similiter approbatione indigere à proprio Episcopo; quia iam iste factus est proprius per mutationem domicilij, & alius desit esse proprius, & manet extraneus. Et ita praxis: & consuetudo obtinet: consuetudo autem est optima legum interpretes. Probat deinde ratione: primo, quia, si non requireretur noua à proprio Episcopo proprii, (hoc est, noui domicilij, sequeretur, posse aliquem poenitentem eligere Confessarium, qui non sit actu approbatus ab Ordinario ipsius Sacerdotis saecularis, aut regularis; sed à quocunque alio extraneo, quod videtur incredibile: cui enim credibile erit, posse vnum Episcopum ita approbare Sacerdotem sibi non subditum, vt in vniuersa Ecclesia sit eligibilis: At respondent Doctores primae opinionis, huiusmodi Sacerdotem regularem, vel saecularem, non fuisse approbatum ad Episcopum extraneo; sed ab Episcopo, qui erat proprius tempore appellationis, qui postea factus est extraneus per mutationem loci; & id sufficere iuxta Concilium Tridentinum. Sed hoc ipsum videtur incredibile, & est contra vsum, & consuetudinem. Probat tertio, quia sequeretur, posse regulares ab vno Episcopo approbatos, vbi que terrarum audire confessiones saecularium virtute suorum privilegiorum, absque noua approbatione Episcopi diocesis, ad quam mutant quasi domicilium: quod etiam est contra vsum, & consuetudinem, & contra Morum Pij V. hac de re expeditum; obligantis Regulares ad petendam nouam approbationem Episcopi, in cuius diocesi habitant, si in ea nunquam fuerunt approbati, vt probat Soarius allegatus num. 3. & parebit statim.

Soarius.  
Bellan.  
Vival.

20.

ij a prior ipso facta per mutationem cessauit, quia, propter illam mutationem Episcopus prior desit esse proprius, & factus est extraneus. Respondet, negando sequelam: quia, licet prior approbatio ex parte ipsius Religiosi, quasi suspensa, vel mutata fuerit ipso facto; tamen ex parte Episcopi approbantis nunquam fuit mutata, vt supponimus; & ideo statim ac Religiosus regreditur ad eundem Episcopatum, & quasi subiectionem eiusdem Episcopi celsetur etiam prior approbatio moraliter regere ad eundem statum, quando reuocata non fuerit. Et hanc esse Episcoporum intentionem, vsus ipse, & consuetudo, confirmat, & ita expressè respondet, ac docet Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 28; sect. 7. n. 9. in prima edit. fol. mlii. 650. col. 1. Henriquez lib. 3. de pœnit. c. 6. num. 7. medio. Nauarrus cap. *Placuit*, de pœnit. num. 163. & editione anni 84. cap. 27. num. 266. & idem docet Henriquez ad marginem, lit. D. & idem Nau. in Manuali Lap. c. 27. num. 262. & Syluester verbo, *Confessor*, 2. §. 1. & Emmanuel Rodriguez in explicatione ad Bullam Cruciatæ, §. 9. num. 31. Et idem dicendum est de Sacerdotibus saecularibus: ij enim, etiam si ab vno Episcopo approbati sint, & in aliam diocesim domicilium mutant, & ad priorem reuertantur, non indigent noua illius approbatione, propter eandem rationem: reuertitur enim prior licentia ad suum statum; quia nunquam ex parte Episcopi, pro tempore, quo confessa fuit, mutata est, vt patet, licet ex parte Sacerdotum mutata fuerit. Ita Nauarr. in cap. *Placuit*, & Henriquez allegati, imò nec ea approbatio expirat morte concedentis, nisi expirauerit tempus, pro quo fuit concessa, si ad tempus data fuit: durat enim, donec expressè reuocetur, vt praeter Nauarrum in praedicto cap. *Placuit*, docet Rebuffus in praxi benef. titulo *de forma dimissor.* & Ant. Gabriel tomo 1. tit. *de prob.* cons. 1. §. 33. & alij, quos infra citabimus num. 34. vbi hac de re agemus.

Soarius.  
Henriq.  
Nauar.

Rodrig.

Tertia opinio opponitur directè priori, & negat omnino, Religiosum approbatum pro toto vno Episcopatu, aut diocesi, (idem de Clerico saeculari; par enim est ratio vtrique,) esse vbi que eligibilem virtute Iubilaei, vel privilegij Bullae Cruciatæ; & multò maiori ratione id negabit, si fuerit approbatus limitatè ad vnum tantum oppidum illius. Eam docet Rodriguez sibi contrarius tomo 1. Summae, in 2. edit. cap. 60. num. 4. concl. 4. & docent omnes, qui tenent facultatem & privilegium ad eligendum Confessarium, intelligendum esse de Confessario approbato ab Ordinario ipsius poenitentis privilegium habentis, non ab alio: sunt enim hæc quaestiones inter se connexae, & dependentes: & hi sunt, Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 27. num. 6. & idem Rodriguez explicat. Bullae Cruciatæ, §. Rodriguez 9. num. 5. Probat hæc opinio: quia alioquin sequeretur, sufficere approbationem Episcopi vnius diocesis pro vniuersa Ecclesia: si enim Religiosus approbatus in vno Episcopatu virtute Iubilaei, Bullae, aut alterius privilegij, esset vbi que eligibilis, sequitur euidenter approbationem vnius Episcopi sufficere pro omnibus Episcopatibus, & pro vniuersa Ecclesia. Probat secundò, quia intentio Episcopi approbantis Confessarios, aut conferentis beneficium parochiale, ea est, vt non proficiat ea approbatio in alio Episcopatu; sed tantum in suo proprio: dum igitur in Bulla conceditur facultas eligendi quencunque Confessarium approbatum, intelligenda est ea facultas de approbato ab Ordinario poenitentis, & habentis Bullam, non de actuali Ordinario ipsius Confessarij, vt vulgè quique Praelatus medeatur suis ouibus. Vltimò probat: quia extra territorium ius dicenti actus iudiciales sunt nulli,

21.

nulli, l. fin. ff. de iurisd. omnium Iudicum: approbatio igitur in vno loco non proderit ouibus alterius loci, itaque omnes rationes, quibus Rodriguez, & Gutierrez vtuntur; probant Concilium loqui de Ordinario pœnitentis, non Confessarij, qui auditurus est confessiones: hoc autem esse probandum.

22. Ex his tribus opinionibus secunda tenenda est quam vsus, & praxis confirmat: vnde vsus ipse, & praxis decretum Concilij interpretatur. Prima, quatenus docet, approbationem limitatè ad vnum oppidum, esse vbi que eligibilem, est valde probabilis, imò tuta & communior: quatenus verò docet, non requiri nouam approbationem, si Sacerdos domicilium mutet, non est tuta. Vltima non multam habet probabilitatem, & vix defendi potest. Fundamenta primæ pro ea parte, quæ nobis abuerfatur, iam sunt soluta. Ad fundamenta huius tertie: respondeo, approbationem in vna diœcesi, dum in ea habitat, eo ipso iuxta formam Concilij esse, & cœteri approbationem in alia, ad hoc tantum, vt virtute Bullæ, lubilari, aut alterius similis priuilegij sit in ea, & vbi que terrarum eligibilis; imò etiam, & ad hoc, vt ei Parochus alienæ diœcesis possit committere confessiones suarum ouium: & de hoc non est dubium, quod videmus passim fieri: quia Episcopus vnius diœcesis potest eligere sibi Confessarium alterius diœcesis approbatum à suo Ordinario, & non alias: sufficit ergo quòd quisque Sacerdos secularis, vel regularis approbatus sit ab vno Episcopo, vt ei possit delegari iurisdicção ab altero. Ad secundum, nego, intentionem Episcopi approbantis esse solam, & præcisè, eos approbare pro sua diœcesi: neque enim de tali intentione constat. Ad tertium dico, actus iurisdicçãois externæ, & forensis, qui fiunt cum strepitu iudicij, esse nullos, si fiant extra proprium territorium; secus de actibus pœnitentiæ, & fori interni.

23. Hinc sequitur, respondendum esse affirmatiuè ad illam quæstionem, vtrum subditus Conimbricensis possit eligere virtute Bullæ, vel lubilari, Sacerdotem Confessarium regularem, vel secularem approbatum in Episcopatu Portuensi, siue hoc fiat, dum talis pœnitens in hunc finem se illuc conferat, siue quia casu accidit, vt ipse Sacerdos Portuensis in Conimbricensi diœcesi inueniatur: nam, quauis Gutierrez, & Auctores tertie opinionis id negent, propterea quòd existimant, Sacerdotem debere esse approbatum ad Ordinario pœnitentis, & habentis priuilegium; tamen iam diximus sufficere, quòd Sacerdos sit approbatus ab Ordinario ipsius Sacerdotis, vt ei possit iurisdicção hæc committi per priuilegium, aut alium delegationis modum. Et ita affirmatiuè respondet Soarius ad hanc quæstionem tomo 4. disp. 28. sect. 7. num. 6. in prima edit. & ita etiam Medina 1. 2. quæst. 19. art. 6. Henriquez de Indulgentiis, lib. 7. c. 12. Viualdus in Candelabro, vbi de confess. n. 28. Conink tomo 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 50. Corduba in Summa, quæst. 10. in responsione ad 2. Sed de hoc dubio infra fortassis redibit sermo num. 35. & 36. & 91. An autem approbatus cum limitatione personarum ad audiendas solas virorum confessiones, sit eligibilis à feminis, dicemus infra num. 45.

24. Septimum dubium est, vtrum Confessarius regularis, semel ad Episcopo pro sua diœcesi approbatus, absolutè, & sine limitatione temporis, ita censetur approbatus, vt quauis moriatur Episcopus, aut alius succedat, qui reuocet omnes approbationes, & iubeat, vt omnes iterum examinentur, nihilominus maneat ipse approbatus, & ad id non teneatur; & quid si ipse etiam Episcopus, qui illum approbavit, illius approbationem reuocet. Est quæstio grauis: & ante illam præmittit, tanquam cer-

Soarius.  
Medina.  
Henriq.  
Viuald.  
Conink.  
Cordub.

tum, posse huiusmodi regulares suspendi per Episcopos, in cuius diœcesi commorantur, ab audiendis confessionibus seclularium, & à munere prædicandi, si ipsi regulares criminosi sint publici, aut scandalosi; aut errores, vel hæreses seminauerint: sunt enim Episcopi, quoad hoc, Legati Sedis Apostolicæ, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 5. cap. 2. vt inibi videre est. Possunt etiam Episcopi procedere contra regulares, errores prædicantes, reuelationes, aut miracula non authentica, eosque punire. Ita docent communiter Doctores, Petrus Cenedo de quæst. canon. quæst. 26. num. 13. sine, & Rodriguez tomo 3. quæst. regulariam, quæst. 32. artic. 8. Vega lib. 1. casuum conscientie, casu 58. & tom. 2. Vega. cap. 86. casu 40.

25. His præmissis, circa titulum quæstionis, dubique duplex est sententia. Prima docet, regularem semel absolutè approbatum sine limitatione temporis, aut cum limitatione temporis, durante tamen tempore approbationis, ita manere approbatum, vt quantuuis, aut Episcopus approbans, aut alius successor illius reuocet approbationem illius in particulari, aut omnes in generali, nihilominus maneat approbatus. Hanc sententiam expressè tenet Emmanuel Rodriguez tomo 3. quæst. regular. quæst. 32. artic. 6. & loquitur ibi de approbatione ad confessiones audiendas, & ad prædicandum: examinat enim ibi, vtrum Prædicatores semel approbati ab Episcopo, teneantur iterum coram eodem Episcopo, aut successoribus illius, se præsentare, reuocata prima licentia, vel suspensa; & resoluendo huiusmodi regulares Mendicantes semel approbatos in vna diœcesi, vel ad prædicandum, vel ad confessiones seclularium audiendas, non teneri amplius se præsentare suspensa, vel reuocata prima licentia, vel in particulari, vel in generali. Et huius opinionis videtur etiam esse Petrus Cenedo in quæst. canon. quæst. 26. num. 14. sine, vbi refert opinionem Rodriguez, & non impugnatur. Eam docet etiam Rodriguez in explicatione Cruciatæ, §. 9. num. 32. Vega lib. 1. casuum conscientie, casu 58. Bartholomæus Fumus verbo, Absolutio, num. 23. Syluester idem etiam videtur insinuare verbo, Confessor, 2. num. 5. Idem tenet Baptista Salis titulo 4. de confess. num. 5. in Summa. Fundamentum illorum est: primò, quia Episcopi solùm habent nudum, & simplex ministerium declarandi per approbationem huiusmodi Religiosos idoneos esse ad confessiones seclularium audiendas, & nullam eis iurisdictionem per tale testimonium, & approbationem conferunt: non enim sunt illorum Superiores, & omnis iurisdicção à Superioribus ad inferiores promanat. Solùm ergo sunt Episcopi, respectu Religiosorum, simplices ministri huius declarationis, & ad hoc peculiare negotium sunt delegati, vt constat ex Clementina, Dudum, de sepulturis, in 6. vbi Papa, quando Episcopi ex odio, & malevolentia reprobant post examen prædictos Religiosos, aut illos nolunt admittere ad huiusmodi examen, ipso facto eis statim concedit licentiam, & iurisdictionem ad hoc munus exercendum, inuitis Episcopis: vnde patet etiam, quòd quando ab illis approbantur, ab eodem Papa eandem licentiam, & iurisdictionem immediatè accipiunt, non ab Episcopis, cum non sint illorum Superiores; sed solùm nudi, & simplices ministri huiusmodi declarationis, ad hoc munus delegati: quare finita sua legatione iam amplius mihi possunt mutare, aut altare, nec ipsi, nec eorum successores: nam omnes Legati particulares circa negotia particularia, vbi semel expleuerint suam legationem, & commissionem, ita illorum finitur legatio, vt amplius nihil possint. Nec Concilium Tridentinum aliquid disponit contra hoc, in prædicta

Cenedo.  
Rodrig.

25.

Rodrig.

Cenedo.  
Rodrig.

Vega.  
Fumus.  
Syluest.

Conc. Tr.

prædictam sess. 23. cap. 15. solùm enim ibi præcipit, vt nullus Confessarius, etiam regularis, possit audire confessiones seclularium: nisi prius approbatus fuerit ab Ordinario: & per hæc verba intendit tantum Concilium, vt notant Rodrig. & Vega citari, reuocare amplissimam licentiam, quam Mendicantes habebant concessam à Benedicto XI. ad audiendas confessiones seclularium absque examine, & præsentatione Episcoporum.

26. Secunda opinio verior, & communior docet, durante Episcopo approbante, non posse eundem Episcopum amplius reuocare licentiam & approbationem illis Religiosis, quos approbavit, idque ex peculiari priuilegio concessò à Pio V. in motu proprio anni 71. qui est 828. & incipit, Romani Pontifices, secluso verò hoc priuilegio, de iure poterat: successor tamen illius, vel in dignitate & iurisdictione, vt succedens Episcopus; vel in iurisdictione tantum, vt Capitulum, Sede vacante; poterit prædictas licentias, & approbationes reuocare de iure, siue sint absolutè concessæ, siue ad tempus certum, durante eodem tempore; & iterum examinare præfatos Religiosos, dum tamen expressè non reuocatur auctoritas licentia poterit prædicti Confessarij, tam regulares, quam seclulares, vt prædicta approbatione. Ita docet expressè Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 8. n. 4. & 5. expressè etiam Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. n. 6. medio, & initio. Itaque non potest idem Episcopus regulares semel approbatos sine causa reprobare: & iterum examinare: cum causa tamen poterit: qualis autem debeat esse causa, diximus num. 24. & dicemus statim num. 31. & ita declarauit Congregatio Cardinalium super Concilium Tridentinum, quam asserunt Vega, & Rodriguez supra allegari in hæc verba: Congregatio Concilij consuit regulares ad audiendas in ciuitate, aut diœcesi seclularium confessiones, semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos: ceterum à successore posse vti que examinari iuxta Constitutionem Pij V. datam 8. Idus Augusti, Pontificatus sui anno 6. quæ à felicis recordationis Gregorio X. I. I. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. Probatur facile: quia hoc concessit S. P. Pius V. prædictis Religiosis ex speciali priuilegio in prædicto Motu proprio: ergo de iure poterant iidem Episcopi concedentes hanc approbationem, eam iterum reuocare ad libitum, nisi obstaret huiusmodi priuilegium: ergo de iure non habent tantum nudum, & simplex ministerium declarandi illos esse idoneos, quo finito nihil amplius possunt circa ipsos approbatos, vt dicebat prima opinio. Probatur deinde quoad successores: quia illi sunt noui Pastores, & cum nouo munere nouam induunt obligationem: vnde non est, cur cogantur raras habere, & confirmare omnes facultates à prædecessoribus suis concessas: possunt ergo, vt sunt conscientie satisfaciunt, ad examen vocare omnes approbatos, etiam regulares, & quos dignos non inuenierint, reprobare. Et id supponit Pius V. in præfato Motu proprio: loquens enim de Mendicantibus, asserit, posse successores Episcopos pro maiori conscientie suæ quiete eos iterum examinare: ergo si ex examine constiterit, illos non esse idoneos, eos poterit iterum reprobare.

27. Et quidem si approbatio concessa fuit ipsis Religiosis sine præuio examine, existimat Soarius ellegatus num. 5. posse Episcopos, etiam semel à se approbatos iterum in examen vocare: quia priuilegium concessum prædictis Religiosis in Motu proprio Pij V. solùm intelligitur de illis, qui præuio examine sunt approbati, & excurrit Soarius in hanc rem hæc verba Pij V. Volumus tamen, eos qui semel

Soarius.

ab Episcopo in ciuitate, aut diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari, nam non sine causa additum est verbum illud, præuio examine. Qui igitur sine præuio examine approbati fuerint, postea examinari poterunt, cum priuilegium non nisi sub illa veluti conditione præuio examine concedatur: & consequenter, si Episcopo constiterit, priorem approbationem non fuisse ritè factam, præcedente eodem examine: illam poterit reuocare: quæ opinio Soarij mihi valde probatur.

28. Dixi num. 26. posse Capitulum, Sede vacante, de iure reuocare approbationem Mendicantibus datam: quia spectatis priuilegijs Regularium aliter omnino dicendum est. Capitulum igitur, Sede vacante, non potest hanc approbationem à præcedente Episcopo Mendicantibus datam reuocare, nec licentiam ad prædicandum, aut ad alia quæ in pia opera commutanda propter speciale priuilegium concessum Dominicanis, vt in eorum priuilegijs continetur fol. 55. pag. 2. & Franciscanis, vt in monumento Ordinis, fol. 113. concessione 144. à Clemente IV. anno 1265. originale habetur in Conuentu C. Francisci Salamantice, vt docet Rodriguez tomo 1. Bull. fol. 36. & idipsum docet Syluest. verbo, Confessor, 2. num. 4. q. 3. ad finem.

29. Hinc est, quòd mortuis Episcopis solet Capitulum, Sede vacante, generali mandato reuocare omnes licentias, & approbationes ab Episcopo præcedente datas, compellens, vt omnes Confessarij compareant, iterum examinandi: quod mandatum, cum sit generale, non comprehendit omnes regulares, nec vllum eorum: & quauis de illis specialiter expressè loqueretur, adhuc esset nullius momenti, cum sit directè contra illorum priuilegium: nihil enim Capitulum, Sede vacante, innouare potest quoad regulares.

30. At nouus Episcopus habet ius examinandi regulares, vt supra diximus num. 26. solùm enim Religiosi semel approbati præuio examine ab vno Episcopo ab eodem examinari iterum non possunt, absque iusta & legitima causa, vt dicemus infra num. 31. propter speciale priuilegium Pij V. de quo supra egimus num. 26. nouus autem potest: vnde etiam noui Episcopi, generali quoque mandato solent reuocare omnes approbationes à præcedente datas, in quo similiter non comprehenduntur regulares, quandiu de illis specialiter mandatum non loquitur: opus est ergo, vt respectu illorum specialiter prædictæ licentiæ reprobentur, reuocenturque, vt optimè notat Henriq. lib. 3. de pœnitent. cap. 6. num. 6. quia in odiosis nominat Confessariorum seclularium non veniunt Religiosi, & hoc est discrimen inter nouum Episcopum, & Capitulum, Sede vacante, quòd Capitulum, Sede vacante, licet in iurisdictione succedat Episcopo, & licet specialiter velit reuocare licentias, atque approbationes Religiosorum, non potest, propter illorum priuilegium: de quo num. 28. Episcopus autem nouus potest, vt patet.

31. Quauis autem Episcopus non possit reprobare regulares semel à se approbatos præuio examine, absque causa tamen causa iusta & rationabili cognita, & probata, potest in particulari, si illum, aut illum iterum examinare, imò & suspendere & reprobare: quia ita præscribit Pius V. in suo priuilegio, de quo num. 26. & 27. Et ita docet expressè idem Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 6. num. 6. Viualdus in Candelabro aut. vbi de confessione, num. 27. §. Secunda conclusio. probaturque ex Concilio Tridentino sess. 5. de reformatione, cap. 2. ubi: Si vero, absit, Prædicator regularis (de regularibus enim expressè loquitur) errores, aut scandala

28.

Rodrig.  
Syluest.

29.

30.

Henriq.

31.

Henriq.  
Viuald.

fo. ni



*seminauerit in populum, etiam in Monasterio sui, vel alterius Ordinis predicet, Episcopus ei predicationem interdicit, Quod si haereses predicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiam si Praedicator ipse generali vel speciali privilegio exemptum se esse praeuat: quo casu Episcopus, auctoritate Apostolica, et tanquam Sedis Apostolicae delegatus procedat. Hæc ibi Concilium. Vnde infert Henriquez, idem quoque à paritate rationis dicendum esse de Confessariis regularibus, si scandalosè vixerint, haereses in confessionibus seminauerint, feminas in illis sollicitauerint, aut corruptis moribus populum imbuerint: quia eadem est planè intentio Summorum Pontificum, & mens Concilij. Et idem cum Henriquez docet expressè Syluester verbo, Confessor, 2. num. 11. vbi dicit approbationem, & licentiam ab Episcopo datam regulari ad excipiendas confessiones, præcedente examine, ab eodem posse regulari per eundem Episcopum auferri ex causa iusta cognita, & probata; vt si scandalosè viuat, errores seminauerit, surdus, vel mente captus efficiatur. Et Syluester citat pro se Paulum Zenel & Cardinalem, & alios, & Henriquez citat etiam Imolam, & Ioannem de Iignano, Emmanuelem Rodrig. §. 9. num. 31. in fine compendij, vers. Absolutio secularium, 2. & Sorum in 4. dist. 18. q. 4. a. 3. & alios.*

Syluest.

Henriq.

Rodrig.

32.

Vt autem Episcopus ex iusta, & probata causa reprobare potest regulares à semetipso, præeunte examine approbato; ita potiori iure proprius Prælati regularis idipsum facere potest ob causam etiam occultam; ita vt deinceps, nec idonei habeantur, nec valida sint confessiones ab illis exceptæ, quanuis sint semel, atque iterum approbati: quia iurisdicctio non deriuatur à Papa in eisdem Confessariis regulares, nisi mediante proprio Prælati Prouinciali, vel Generali, ne quid debita subiectioni in proprios Prælatos derogetur. Quare Generalis, vel Prouincialis potest Confessarios regulares suos subditos ab Episcopo approbato ex causa reprobare in totum, vel in partem, limitando eum circa certas personas seculares, vel casus: si tamen Prælati regularis expressè verbis ab eis licentiam, approbationemque non auferat, sed tantum prohibeat audire confessiones, aut prohibeat etiam, ne iuniores Sacerdotes feminas audiant propter periculum, & decentiam personarum, & Religionis; tunc quidem cum approbatio non auferatur, valet absolutio: peccant tamen contra Prælatorum suorum prohibitionem, & ob id possunt ab illis grauiter puniri. Ita docent communiter Doctores, Medina tract. 2. de confessione, fol. 94. vers. Si queris, Syluester verbo, Confessor, 2. §. 2. Ledesma 2. 4. quæst. 8. artic. 2. dubio 3. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 6. littera T. & littera V. Archidiaconus in cap. Placuit, 16. quæst. 1. & in cap. Perlestitis, dist. 15. Frat. Alex. in Summa, lib. 1. tit. 3. cap. 9. & 10. Angelus verbo, Confessor, 3. §. 4. & alij. Et ratio est: quia voluntas regularium magis pendet à voluntate Prælati, quam à sola voluntate Episcopi: sed Episcopus potest ex causa licentiam, & approbationem auferre regulari, vt diximus numero præcedenti: ergo idem poterit etiam efficere Prælati proprii regularis. Secundò, quia eiusdem potentia est, dare, & auferre: sed Prælati regularis, supposita approbatione Episcopi, committit iurisdictionem regulari subdito ad audiendas confessiones, seu potius Papa eam illi immediatè committit cum dependentia, & subordinatione à proprio Superiori: ergo ipse Superior ex causa, eam datam poterit, vel auferre in totum, vel limitare, prout sibi visum fuerit in Domino. Confirmatur: quia, gene-

Medina.  
Syluest.  
Ledesma.  
Henriq.  
Archid.  
Alexand.  
Angelus.

raliter loquendo, omnes Confessarij regulares, vbi sunt præsentati Episcopis, & ritè approbati, immediatè accipiunt iurisdictionem, non ab Episcopis; qui non sunt illorum Superiores, absolute loquendo; sed à Summo Pontifice, cum dependentia tamen à suis Prouincialibus. Et in hoc, sicut & in multis alijs, distinguuntur à Parochis, & Sacerdotibus secularibus: quia Sacerdotes seculares suam iurisdictionem immediatè accipiunt à suis Episcopis approbantibus: Religiosi verdè immediatè à Papa; dependentèr tamen à suis Superioribus, qui loco Episcopi illis sunt, veluti Prouinciales, & Generales, vt docet Vega. lib. 1. casuum conl. casu 58. Syluester verbo, Confessor, 2. num. 2. & 5. & Angelus verbo, Confess. 4. num. 25. & alij, quos citat idem Vega ibidem.

Vega, Syluest. Angel.

Episcopi autem non approbant regulares in Confessarios, nisi à Prælati suo, saltem interpretatiuè exponantur, præsententurque ipsis Episcopis, iuxta formam dictæ Clementinæ, Dudum, de sepulturis, §. Statuimus, quæ est planè intentio Papæ, ne aliàs Prælati proprio, & Religiosis ea approbatio detrimentosa sit. Quare, si inuitis Superioribus, ac repugnantibus Episcopi regulares approbarent, nullus esset momenti talis approbatio. Sic Henriq. lib. 5. de pœnit. cap. 6. num. 6.

33.

Henriq.

Sciendum etiam est, licentiam, & approbationem concessam ab Episcopis, tam Sacerdotibus secularibus suis subditis, quam regularibus non subditis, non expirare mortuo Episcopo, vel amoto ab Episcopatu, donec per successorem reuocetur: quare, dum non reuocatur, & durat tempus approbationis, si fortè ad tempus fuerit concessa, adhuc poterunt Confessarij exercere munus suum, donec respectu Religiosorum expressè reuocetur à nouo Episcopo; respectu verdè Sacerdotum secularium, saltem per mandatum generale, vt supra diximus num. 26. & 30. gratia enim non expirat morte concedentis, quando durat tempus concessionis: finitò autem tempore, si ad tempus limitatum concessa fuit, statim expirat. Patet expressè ex cap. Gratiorsè de rescriptis, in 6. & ibi Francus num. 1. & ex cap. Si super gratia, de officio delegati, & docet expressè Sorus in 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 3. col. 7. Capua lib. 1. decisionum aurearum, cap. 13. num. 49. Petrus Cenedo in quæst. canonicis, quæst. 38. num. 20. & 21. Vega lib. 3. casuum conl. casu 228. Rebuffus in praxi benef. tit. de forma dimissor. Anton. Gabriel tomo 2. tit. de rebend. concl. 1. §. 33. & alij. Quare, si quis Confessario habeat licentiam, & approbationem ad certum tempus limitatam, confessus fuit, & per obliuionem omisit aliquod peccatum mortale referuatum; si tempus limitationis expirauit, de illo non poterit amplius apud eundem Confessarium confiteri, nisi noua impetrata approbatione, cum careat iurisdictione ad absolendum, vt notauit Vega allegatus. Dubitant tamen aliqui, an Clerici seculares, semel à suis Episcopis approbati, possint ab iisdem Episcopis, à quibus sunt approbati, reprobari, & eis licentiam ad confessiones audiendas, ita auferre, vt validè illas audire non possint. Respondeo, posse ex causa cognita, & probata; non tamen sine causa: quia, licet licentia ab illis assignata pendeat, ita tamen pendet, vt sine causa ab illis auferri non possit. Ita respondet Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 6. initio, & loquitur etiam de Parochis. Sed de his reddidit fortè iterum sermo infra.

Francus Sorus Capua

Cenedo Vega Rebuff.

Henriq.

S V M M A R I V M.

An habens parochiale beneficium sit ubique intra eandem diocesim eligibilis, virtute Iubilæi. num. 35. Refertur

Refertur sententia affirmans. ibid.  
Quid si eligatur extra illam ubique terrarum. Refertur sententia negans. ibid.  
Astruitur sententia affirmans, ubique esse eligibilem. num. 36.  
Satisfa fundamentis primæ sententiæ, negantis, esse ubique terrarum eligibilem. num. 37.  
An necesse sit, vt sit eligibilis ubique, quod actu habeat beneficium parochiale. num. 38.  
An Prælati regularis alicuius Monasterij sit ubique terrarum eligibilis à secularibus, licet non sit approbatus ab Episcopo ad audiendas confessiones illorum. num. 39.  
Quid, quando Religiosi habent curam animarum alicuius adnexæ Monasterij, an tunc y Religiosi, qui eam adnexam curant, indigeant approbatione Episcopi. num. 40.  
Quid intelligatur nomine parochialis beneficij. num. 41.  
An parochi parochiale beneficium habentes, possint committere suas oues Clericis non approbatis. num. 42.  
P. opponitur pars affirmans. ibid.  
Astruitur negans. num. 43. & 94. fine.  
Respondetur rationibus in contrarium adductis. num. 44.  
An approbatus cum limitatione personarum, v. c. ad viros tantum, non ad mulieres, sit ubique eligibilis, & à viris, & à feminis. num. 45.

Nisi, aut parochiale beneficium habeat. ]

35.

Soarius Gutier.

Sper huiusmodi verba Concilij hæc dubia habet beneficium, ita sit approbatus, vt possit audire fidelium confessiones in vniuersa Ecclesia, virtute Iubilæi, Bullæ, aut alterius priuilegij, aut ex commissione aliorum Parochorum. Respondeo, intra eandem diocesim extra dubium omninò esse, huiusmodi parochiale beneficium ibi obtinentes idoneos esse iuxta formam Concilij Tridentini dictæ sess. 23. cap. 15. vt in tota illa eligatur per Bullam, & priuilegium, etiam ab alijs ouibus sine licentia propriorum Parochorum, imò & sine licentia Episcopi. Ita docent communiter Doctores, & ita Soarius tom. 4. de pœnit. disputat. 28. sect. 4. dub. 16. fine, & Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 27. n. 21. & alij communiter. Et ratio est in promptu: quia intentio, & mens Concilij Tridentini est, æquiparare ad minimum in hoc, beneficium parochiale, approbationi Episcopi: sed approbatus ab Episcopo in tota eius diocesi reputatur idoneus, & eligibilis: ergo & habens beneficium parochiale: vade quantumvis proprii Pastores habentium priuilegium resistant, ac reclamant; nihilominus illi ritè possunt vti suo priuilegio, & alienum Parochum eligere virtute illius.

An verdè etiam extra diocesim, & ubique censendus sit idoneus habens parochiale beneficium, est maius dubium, & de hoc est duplex opinio. Prima negat. Eam defendit acertimè Gutierrez modò citatus, affirmans, non posse parochianum Portuensè, virtute Iubilæi, Bullæ, aut priuilegij, eligere Confessarium approbatum ab Ordinario Conimbricensi: quia approbatio, quam requirit Concilium Tridentinum, desumenda est per ordinem ad Episcopum ipsius eligentis, & habentis priuilegium, non per ordinem ad Episcopum Confessarij: & consequenter idem diceret de eo, qui habet parochiale beneficium in eodem Episcopatu Conimbricensi, cum is æquiparetur ibidem approbato: & similiter etiam negabit posse Parochum Portuensè committere suas oues Parochi Conimbricensi,

si, ex eodem principio; scilicet, quod approbatio, quæ requiritur à Concilio, debet esse Episcopi penitentis, & non Episcopi Confessarij. Et refertur pro hac opinione responsio Congregationis Cardinalium in hæc verba: An obtinens parochiale beneficium, ubique censendus sit idoneus, absque alia Episcoporum approbatione, (intellige, penitentium:) ita quod audire possint confessiones eorum, qui habent consensum suorum Parochorum. Congregatio respondit, non posse. Probat: quia Concilium æquiparat beneficium approbationi: sed approbatus in vno Episcopatu, non est ubique eligibilis, quia non est ubique approbatus: ergo nec is, qui beneficium habet.

36.

Soar. Vinald. Toler. Henriq.

Secunda sententia docet, huiusmodi beneficium parochiale beneficium habentem, censendum esse ubique eligibilem, in vniuersa Ecclesia, ita vt virtute priuilegij, aut delegationis factæ ab altero Parochi cuiuscunque diocesis orbis terrarum, eligi possit, eique committi possint propria oues. Ita Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 18. in prima editione. Vualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, num. 27. concl. 1. Tolerus lib. 3. Summa, cap. 13. n. 6. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 8. fine, & num. 7. initio, & nos iam hac de re satis egimus num. 19. Probatur primò: quia huiusmodi beneficiatus ex Concilio Tridentino nullam aliam approbationem requirit, præterquam quod parochiale beneficium habeat, vt possit confessiones secularium audire: quo ergo fundamento addemus vltra beneficium parochiale requiri etiam approbationem sui Episcopi: Probatur secundò: quia, vt notat Soarius allegatus, Concilium, quoad hanc partem, non tam condit ius nouum, quam retinet antiquum: nam de iure antiquo quilibet Parochus poterat eligi in Confessarium per quancunque facultatem, & per delegationem, & commissionem propriarum ouium factam ab alijs Parochis: ergo & modò poterit, cum idem ius omninò perseueret: nunquam enim recedendum est à iure antiquo propter nouum, nisi quatenus id in eo exprimitur. Tertio probatur: quia, si extra diocesim non possit eligi, nec etiam extra suam parochiam, intra eandem possit, cum ex vi beneficij totum videatur approbatus pro sua parochia: & nihilominus ex vi Concilij reputatur illa approbatio sufficiens pro alijs parochis eiusdem diocesis: quia minister publicus debet simpliciter reputari sufficiens, vt ibi eligatur: ergo, &c.

57.

Ad fundamenta primæ opinionis respondeo primò, approbationem, quam Concilium requirit, esse approbationem Episcopi Confessarij, & non penitentis eligentis Confessarium, nec Episcopi Parochi committentis oues, vt iam num. 21. & 22. diximus. Ad declarationem Cardinalium respondeo, eam non esse authenticam, vt probat Soarius num. 19. Ad rationem dicimus, Sacerdotem approbatum ab Episcopo sui loci, diocesisque, esse ubique eligibilem, vt iam sæpè diximus, & in Lusitania vsu & praxi constat: nam consuetudo habet in Lusitania, vt Parochi absque alia licentia suorum Episcoporum sese mutuo iuuent, ex solo suo consensu: videmus enim in Quadragesima, Parochos diuersarum diocesium, & diuersi regni sese mutuo iuuant in regni consensu, necdum in propria diocesi, vt testatur Soarius dicto num. 19. Vnde, si ex mutuo consensu, & commissione hoc potest fieri, multò maiori cum ratione hoc fieri poterit ex priuilegio: & sic, ille, qui habet Bullam, aut priuilegium ad eligendum Confessarium approbatum ab Ordinario, poterit eligere, quencunque Confessarium voluerit, siue intra, siue extra regnum, aut diocesim; & qui est approbatus à suo Ordinario,

erit

erit ubique eligibilis, licet ad vnum tantum locum, aut urbem approbatus sit, vt dicemus num. 45.

38.

Secundum dubium, quod hic oritur, est, an opus sit, vt Parochus sit ubique eligibilis, vt actualiter parochiale beneficium habeat, an sufficiat, illud habuisse, si iam renuntiavit. Respondent communiter Doctores, requiri, quodd actu habeat: & non sufficere habuisse. Ita Vivaldus in Candelab. aur. vbi de confessione, num. 27. concl. 2. Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 20. & Henricus lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 3. sine: quia Concilium expressè requirit, vt actu illud habeat, illis verbis: *Nisi aut parochiale beneficium habeat, & non dicit, aut habuerit: & à iure expresso, & positivo, non est recedendum vilo modo.* Vnde ille, qui dum habebat beneficium per Bullam, aut Iubilæum, aut per delegationem, & commissionem propriarum ouium factam ab altero Parocho, ubique erat eligibilis, si illud renuntiavit, iam non manet ipso iure eligibilis. Et verò si solum, quia beneficium renuntiavit, non manet idoneus, vt ubique eligatur; maiori cum ratione amittet rationem idonei, qui ob crimina sua, & culpas priuatus est beneficio curato, dum illo priuatus est.

Vivald.  
Soarius.

39.

Tertium dubium hic emergens est, an Prælati Monasterij qui non est approbatus ab Episcopo loci, sit per Bullam, aut aliud privilegium eligibilis à secularibus, aut idoneus, vt Parochus secularis ei suas oues committat? Et ratio dubitandi est: quia actualis Prælati Monasterij æquatur in iure habenti parochiale beneficium: vnde, cum ille, qui actualiter beneficium parochiale habet, sit ubique eligibilis, videtur etiam ipse Prælati regularis iure quoque esse eligibilis sine alia approbatione Episcopi. Et huius opinionis fuerunt olim Magister Mantius, Gallo, Banhes & Medina, & alij Dominicani hac de re consulti Salmanticæ, vt refert Henricus lib. 3. de pœnit. c. 6. num. 2. ad marginem, litera E, sine, & litera F, initio. Contrarium tamen dicendum omnino est, primò, quia Concilium Tridentinum loquitur de secularibus, qui habent beneficium parochiale, & non de Religiosis. Secundò, quia loquens de omnibus Religiosis, expressè ait illos debere esse ab Episcopo approbatos, vt possint confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, idoneique Confessarij secularium reputari: vnde, cum huiusmodi Prælati Religiosi sit, & non sit ab Episcopo approbatus, sequitur euidenter, non esse eligibilem ad confessiones secularium licet, & validè audiendas, vt parum refert, quòd in aliis iure æquiparatur Parochis, cum confert de mente, & sensu Concilij. Et ita docet expressè Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 28. sect. 4. num. 21. & consentit Henricus allegatus.

Mantius.  
Gallo.  
Banhes.

Soar.  
Henricus.  
40.

Solent tamen aliquando Monasteria Religiosorum habere parochias secularium adnexas, quorum Parochi curati, sunt ipsi Religiosi presentati à suis Prælati per annum, biennium, aut triennium. Quare igitur aliquis, an Prælati regularis possit designare Vicarium regularem, qui abique alia approbatione Episcopi confessiones illorum secularium audiat, & parochianos illos curet; & refert Henriquez citatus numero præcedenti, eisdem Magistris idem etiam tenuisse: sed addit statim, & optimè: *Hæc tamen in praxi magis sunt consideranda.* Respondet, non posse id fieri à Prælati: quia Concilium dicta sessione 22 cap. 15. simpliciter requirit approbationem Episcopi, etiam in regularibus, ad audiendas confessiones secularium; & omnes, & singuli parochiani illarum parochiarum seculares sunt, vt patet: clamatur enim Concilium, *Nullo, etiam regulari, possit confessionem secularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut parochiale benefi-*

*cium habeat, aut ab Episcopo approbetur.* Et quibus huiusmodi Vicarij regulares parochiale beneficium habeant; tamen non habent illud ab Episcopo collatum, sed à suo Prælati; quando enim Prælati secularis aliqui Sacerdoti parochiale beneficium confert, ipso iure illum approbat: at Prælati regularis nullo modo, nec directè, nec indirectè potest approbare suos subditos regulares ad audiendas confessiones secularium, nisi in casu, quo ex odio, aut malevolentia ab Episcopis ad examen non admittantur, aut ex eodem odio, si sufficientes sint, reprobentur, vt diximus num. 45. Hoc tamen de iure diximus: nam de privilegio fortasse aliud erit.

41.

Quartum dubium est, quid nomine parochialis beneficii in Concilio intelligatur? Respondeo breuiter, intelligenda etiam esse superiora beneficia habentia curam animarum, vt sunt Episcopatus, & Archiepiscopatus, & vt sunt etiam aliqui Abbates, Archiepiscopi, & Archidiaconi, qui habent curam animarum adnexam, quia de his omnibus eadem, vel fortasse maior est ratio, vt optime notat Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 28. lect. 4. num. 21.

Soarius.

42.

Quintum dubium est, vtrum Parochi parochialia beneficia habentes possint committere suas oues, & delegare suam iurisdictionem alicui Sacerdoti non approbato: & eadem quæstio est, vtrum possint coadiutores sibi sumere non approbati ab Episcopo ad confessiones audiendas. Et ratio dubitandi est: quia ante Concilium Tridentinum hoc poterant efficere: Concilium autem in illis verbis; *Nisi aut parochiale beneficium habeat: aut approbetur ab Episcopo*, videtur relinquere Parochos iuri suo antiquo. Deinde, quia Parochi ante Concilium habebant ordinarium ius delegandi, & committendi suas oues cuiuscunque Sacerdoti: si autem nunc non possunt delegare, nisi Sacerdotibus ab Episcopis approbatis, iuxta formam Concilij, omnino priuantur iure suo per prædictum Concilium; quod non est dicendum: quia non est verisimile, priuare illos hoc iure ordinario per prædictum Concilium, nulla facta expressa mentione huius priuationis, præsertim quia Concilium in verbis derogatoris, & priuatiuis in dicta sessione 23, cap. 15. solum dicit: *Non obstantibus privilegiis, & quacunque consuetudine, etiam immemorabili.* Parochorum autem ius non est ortum ex privilegio, vel consuetudine; sed ex ordinario officio: ob quas rationes nonnulli olim ausi sunt hanc sententiam defendere; quæ tamen nec tuta, nec practicè probabilis videtur.

43.

Quapropter dicendum est, Parochos, nec licet, nec validè posse suas oues Sacerdotibus non approbatis committere; nec illos in suos coadiutores assumere: solum ergo possunt ex mente Concilij committere oues suas, & suam iurisdictionem delegare, vel alijs Parochis sine alia approbatione Episcopi, in quo ius eorum integrum seruauit Concilium; vel Sacerdotibus ab Episcopo approbatis, in quo tantum ius eorum Concilium reuocauit: ante Concilium enim, poterant Parochi suas oues committere Sacerdotibus non approbatis ab Episcopis ex communi consuetudine: hodie verò post hoc decretum Concilij non possunt; & ita habet consuetudo, quæ mentem Concilij est interpretata, & patet ex verbis Concilij, quæ generalia sunt, & quæ non auferunt potestatem Parochis delegandi, & committendi, cui voluerint; sed tantum requirunt certam conditionem ex parte Sacerdotis, cui committendæ sunt, videlicet, vt vel parochiale beneficium actu habeat, vel approbatus sit ab Episcopo: potest ergo etiam hodie Parochus dare iurisdictionem super oues proprias cuiuscunque Sacerdoti voluerit, dummodo idoneus sit: vt autem sit idoneus, opus est, vt ab Episcopo approbetur.

44.

Ad rationes dubitandi pro contraria parte respondet, nullum esse inconueniens per decretum vniuersale Concilij Parochos priuari iure suo introducto per consuetudinem, quod ante Concilium habebant, committendi suas oues cuiuscunque ordinario Sacerdoti non approbato: nam etiam ante Concilium, Episcopi sua non ordinaria potestate illis poterant præcipere, ne oues proprias committerent, aut coadiutores aliquos sibi assumerent, nisi à se approbati: vnde nihil mirum, si id officium Concilium. Deinde respondeo, ipsos Parochos directè, & formaliter non priuari iure suo per decretum Concilij: sed requirere Concilium ex parte Sacerdotum, quibus hæc iurisdictione, & commissio deleganda est, conditionem quandam necessariam, nempe, ipsam approbationem Episcoporum, ad hoc, vt fiant idonei, vt eis possit hæc iurisdictione delegari. Nec refert, quòd ipsi Sacerdotes approbati simul habeant iurisdictionem ab Episcopo, & à Parochis; quia hoc est per accidens: per se enim hæc duo distincta sunt, & possunt separari.

Her.  
Led.

45.

Sextum dubium est, an approbatus ab Episcopo cum limitatione personarum ex defectu ætatis, vt quòd iuuenis sit: quod contingit, cum aliquis Sacerdos approbatur ad solas virorum confessiones, non ad feminas; aut ad feminarum confessiones, non virorum; nihilominus sit per Bullam, aut Iubilæum eligibilis à feminis, & à viris, vt ipsi faciant. Et quidem variant Auctores in puncto. Quidam enim affirmant. Ita Henricus lib. 3. de pœnit. c. 6. n. 8. & dicit esse probabilem Ledesma in Summa de Sacram. pœnit. cap. 13. post primam conclusionem, dub. 8. Ratio illorum est: quia non potest Episcopus irritare factum, contra iurisdictionem à Papa per Bullam, aut privilegium delegatam, cum hic Sacerdos sit idoneus iuxta formam Concilij; tantum enim Concilium requirit, vt Sacerdos sit idoneus, & eligibilis: quòd sit ab Episcopo approbatus: & non distinguit inter approbatos ad has personas limitate, vel ad illas: vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Similiter, si Episcopus approbaret ita limitate ad certas personas, vel oppidum Sacerdotes regulares, & prohiberet audire feminas, vel Moniales; interpretandus est Episcopus rationabiliter, vt restrictio locum habeat, quantum ad iurisdictionem ad eodem Episcopo ei commissam & delegatam, non verò quantum ad delegatam, & commissam per Bullam, aut privilegium à Summo Pont. iisdem regularibus, si modò semel sint approbati ab Episcopo: quare ij etiam liberè poterunt ab omnibus personis eligi per eandem Bullam, tam feminis, quam viris, Monialibus, aut secularibus. Alij verò negant posse eligi, nisi ab illis solum personis, ad quas sunt approbati, non ab alijs prædicti Sacerdotes, tam seculares, quam regulares. Ita docet Rodriguez tomo 1. Summa, in 2. edit. cap. 60. n. 4. concl. 4. & dicit esse probabilem Petrus Ledesma citatus dicto dub. 8. & tenere videtur Soarez tomo 4. de pœnit. disp. 28. lect. 7. n. 3. vbi ait, approbatum limitate ab Episcopo, solum posse eligi ab illis, respectu quorundam approbatus est. Alij verò dicunt ad neutras personas hunc esse eligibilem eò quòd non sit absolute Ordinario approbatus, quod Bulla & privilegium petere videtur. Ita quidam, quos tacito nomine refert Ledesma allegatus dicto dub. 8. Ex his, hi vltimi deterius sentiant; alie duæ opinionis sunt probabiles: prima tamen probabilior: & pro illa faciunt ea, quæ diximus n. 18. dub. 8. fuit etiam Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 36. n. 16. quatenus dicit, approbatum P. Steph. Egundez, in quinque præc. Eccl.

Rodrig.  
Led.  
Soar.

Sanchez.

ab Episcopo Sacerdotem secularem, vel regularem ad feminas, non ad viros, posse eligi ad expediendas virotum dispensationes, & è contra: & expressè ibi in fine dicit, latè probabile esse ceteri quoque hunc approbatum, vt per Bullam possit à viris, vel à feminis eligi promiscuè ad confessiones.

SUMMARIUM.

- Proponuntur dubia super titulum tractanda.* n. 46.
- An hæc approbatio dari, & peti possit ab Episcopo electo, non confirmato.* num. 47.
- Quid, si iam sit confirmatus, non tamen consecratus, ibi.*
- An dari, & peti possit ab Episcopo excommunicata non tolerato, & an à suspensa. Refertur sententia negans.* num. 48.
- Affertur affirmans.* num. 49.
- An Parochus excommunicatus, non toleratus, vel suspensus ab officio, possit dare licentiam suo subdito, vt alteri Sacerdoti exposto fateatur.* num. 50.
- Respondetur fundamentis opiniois afferentis approbationem non posse dari ab Episcopo non tolerato.* num. 51.
- Quid de licentia ad vngendum, & assistendum matrimonio.* num. 52.
- An peccet Episcopus non toleratus, suspensus, hæc approbationem concedens.* num. 53.
- An possit hæc approbatio dari à Capitulo, Sede vacante.* num. 54.
- An à Prælati exemptis habentibus quasi episcopalem dignitatem.* num. 55.
- Soluitur obiectio.* num. 56.
- An dari possit à Generalibus & Provincialibus regularibus suis Religiosis, ad audiendas confessiones secularium.* num. 57.
- An sufficiat approbatio petita, & non obsecra, si Clericis secularibus à suis Episcopis iniuste negetur.* num. 58, 59.
- Non est necesse in scriptis dari.* num. 60.
- An semel Sacerdotibus secularibus data, possit reuocari, quandiu datur.* num. 61.
- Potest ex iusta causa, non sine illa.* num. 62.
- Soluitur obiectio.* num. 62.
- An illicitè tantum, an etiam inualidè reuocetur, si sine causa reuocetur.* num. 63, 64, 65.
- An hæc approbatio sit inualida, si obineatur pecunia.* num. 66.
- An Doctores, & Laureati in Theologia, & iure canonico, hæc approbatione indigeant.* n. 67, 68, & 69.
- An illam possint dare Episcopi nullo examine præcedente.* num. 70.
- An sufficiat approbatio tacita, quæ habeatur ex ratione de presenti.* num. 71.
- Non sufficiat ratione de futuro.* num. 72.
- An sufficiat, quòd communiter putetur Sacerdos approbatus, cum tamen non sit.* num. 73.
- Quid, si habeat titulum coloratum, licet sit falsus, ibi.*
- Explicatur sententia affirmans sufficere.* ibid.
- Soluitur dubium.* num. 74.
- Explicatur sententia negans, etiam si titulum habeat coloratum.* num. 75.
- Soluitur fundamenta huius sententia, & confirmatur prima affirmans sufficere.* num. 76.
- Quid requiratur, vt detur communis error.* num. 77.

*Nisi aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias, idoneus indicetur, & approbationem, qua gratis datur, obineat.*

Vbet Concilium, vt hæc approbatio ab Episcopo detur, & gratis detur. Videndum ergo est, quid nomine Episcopi intelligatur, & à quo Episcopo petenda sit; an sufficiat, quòd Episcopus sit tantum R. R.

46.

tum electus; an dari possit ab Episcopo excommunicato non tolerato licite, & valide; an sufficiat perita, & non obtrita, si iniuste negetur; an Doctores, & alij Prælatores, aut Licentiarum Theologia, & iuris canonici illa indigeant; & quid de famosis Prædicatoribus; deinde aliæ dubitationes exponuntur.

47.

Breuitate, & resolutè dico, consecratum Episcopum, si titularis tantum sit, & oues non habeat, nec licite, nec valide, posse hanc opprobationem dare, nec illam ab eo peti: cum enim illam dare sit actus iurisdictionis, & ille, dum caret ouibus, careat actuali iurisdictione, inde est, quod talis approbatio, nec licite, nec valide ab eo dari possit. Nec etiam illam dare potest Episcopus electus tantum, & non confirmatus: quia ante confirmationem non habet iurisdictionem: poterit tamen Episcopus electus, & confirmatus, licet non sit consecratus; quia, ubi confirmatur à Papa, iam habet iurisdictionem, & poterit illius actus exercere. Potest etiam peti, & dari à Vicario generali Episcopi: quia eandem iurisdictionem habet cum Episcopo, quod & usus confirmat, nam Concilium non dicit, ut Episcopum per seipsum approbet: unde potest sine dubio id facere per Vicarium generalem. Et communis doctrina. Eam docet Soarius tom. 4. de penitent. disp. 26. sect. 5. n. 1. fol. mihi. 636. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 6. initio, & alij.

Soarius. Henriq.

48.

An verò huiusmodi approbatio dari possit, & peti licite, & valide ab Episcopo excommunicato non tolerato, aut suspensio ab officio, & iurisdictione, maius est dubium: quia de re bipartita est opinio. Prima negat. Fundamentum illius est primò, quia approbare aliquem ad audiendas confessiones est actus iurisdictionis, & ita illicitè & inualidè conceditur ab Episcopo excommunicato non tolerato, aut suspensio ab officio & iurisdictione: excommunicati enim non tolerati, & suspensi ab officio, omni iurisdictione carent. Secundò, quia Parochus excommunicatus non toleratus, suspensusque ab officio Parochi, non potest licite assistere matrimonio; nec committere facultatem alteri Parocho, vel Sacerdoti, ad assistendum illi loco suo; nec dare licentiam Sacerdoti exposito, approbatoque ab Episcopo ad audiendas confessiones suorum parochianorum; nec etiam committere vocationem aliis Sacerdotibus: quia hi omnes actus, sunt actus iurisdictionis; sunt enim actus proprii Parochi, in quantum Parochus est, cum nullus alius eam licentiam concedere possit; & non sunt actus ordinis, ut constat: ergo sunt actus iurisdictionis. Iam verò de assistentia matrimonij facile probatur: quia aliàs frustra Concilium Tridentinum soli Parocho potius, quam alteri Sacerdoti non habenti iurisdictionem, auctoritatem assistendi, & substituendi alium Sacerdotem loco sui committeret. Unde deducitur argumentum, ad approbationem Episcopi, ad audiendas confessiones: quia approbatio est actus iurisdictionis; est enim actus Episcopi, quatenus Episcopus est; ergo, quatenus iurisdictionem habet: aliàs enim frustra Concilium Tridentinum dicta sess. 23. cap. 15. soli Episcopo eam committeret; ergo non potest talem actum iurisdictionis Episcopus non toleratus valide exercere. Et ita docent expressè Syluester verbo, *Abolutio*, 2. q. 6. & verbo, *Confessor*, 2. quæst. 4. effectus 5. Sorus in 4. dist. 18. q. 4. a. 3. verè. *Circa concessiones*. Victoria in Summa de confess. num. 152. & de excommunicatione, num. 345. Ledesma 2. 4. quæst. 7. art. 5. dub. 11. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 1. n. 89. & loquendo specialiter de matrimonio colligitur expressè ex Nauarro lib. 4. Conciliorum in 1. edit. tit. *Spouf. consil.* 47. num. 6. in solutione ad 3. in 2. tit. *de clau-*

Sylu. Sor. Vill.

Ledesma. Gutierrez.

Nau.

*deest. de sponsar. consilio* 14. num. 4. ad 3. ubi ait Parochum non posse assistere matrimonio extra parochiam; quia illa assistentia est actus iurisdictionis voluntariæ.

49.

Secunda opinio verior, & probabilior, & tenenda affirmat, posse Episcopum excommunicatum non toleratum concedere licite & valide facultatem extremè vngendi, posseque etiam eundem Episcopum non toleratum, & suspensum ab officio, & omni iurisdictione approbare Sacerdotes pro ministris idoneis ad huiusmodi confessiones audiendas, & ad exercendum munus prædicandi iuxta formam Concilij Tridentini: quia hæc approbatio, & facultas non est per se actus iurisdictionis; sed tantum testimonium approbationis sufficientiæ Sacerdotis, sine quo non potest sacerdos esse idoneus minister huius Sacramenti, nec, valide confessiones audire; non posse tamen huiusmodi Episcopos committere, & delegare alteri iurisdictionem suam ad absolvendum à peccatis referunt; quia hæc delegatio est actus proprius iurisdictionis, sicut actus proprius iurisdictionis est absolueri ab illis. Docet præterea hæc opinio, Parochum excommunicatum non toleratum, aut suspensionem ab officio & iurisdictione, posse concedere licentiam alteri Sacerdoti Parocho, vel non Parocho, ad assistendum matrimonio loco suo, & vngendi parochianos suos in extremis, si opus sit; quia hoc non est actus iurisdictionis, sed est sola iuris sibi competentis cessio. Ita docet expressè Henriquez lib. 3. de penit. cap. 6. num. 3. sine, & lib. 3. de confirmatione, c. 13. num. 3. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 21. num. 7. Paludan. in 4. dist. 23. q. 2. n. 17. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 5. Syluest. verbo, *Vnctio*, num. 1. §. 4. Tabiena ibi num. 6. Armilla ibi num. 5. Nauar. cap. *Placuit*, de penit. dist. 6. n. 51. Ledesma. 2. 4. quæst. 33. art. 5. Bartholomæus Ledesma de extrema Vnctione, dub. 6. Manuel Rodrig. tomo 2. Summa, c. 14. num. 5. sine; & de licentia celebrandi Ordines in sua diocesi data alteri Episcopo per Episcopum excommunicatum non toleratum, aut suspensionem, idem ex eodem fundamento docent Henriq. lib. 3. de excomm. c. 7. n. 7. & Emmanuel Rodriguez, & Paludanus citati: quia, scilicet, hoc non est actus iurisdictionis; sed est tantum iuris sibi competentis cessio.

Henriq.

Sanchez. Palud. D. Anton. Sylu. Tabiena. Armilla. Nau. Led. Rodrig.

Henr. Rodrig. Palud.

50.

An verò Parochus excommunicatus non toleratus, aut ab officio suspensus possit dare licentiam subdito suo, vel alieno Sacerdoti exposito fatcat; est graue dubium. Affirmat Nauarrus eodem cap. *Placuit*, n. 73. & Corduba lib. 5. quæstionum, quæst. 13. paulò post principium: Rodriguez in exposit. Bullæ Cruciatæ, §. 1. num. 5. & Henriq. lib. 11. de matrimonio, cap. 3. n. 5; in commento, littera Q; & lib. 13. de excommunicat. c. 7. num. 7. & Vega lib. 6. Summa, casu 119. referens; idem tenuisse Merinam. Et fundamentum est idem prorsus, quia hoc non est exercere actum proprium iurisdictionis, sed tantum cedere iuri suo. Negat tamen Sanchez dicto lib. 5. de matrimonio, disp. 21. n. 9. ex optimo fundamento: & quauis nullum Auctorem pro se citet; firmo tamen, ac solido fundamento nititur: quia dare licentiam alicui subdito, vt consecratur alteri Sacerdoti exposito, & committere eidem Sacerdoti subditos suos, vt illos absoluat, est actus proprius iurisdictionis, & est exercere iurisdictionem in subditos: sicut enim Parochus non toleratus, aut suspensus ab officio, priuatus est ipso facto iurisdictione, & potestate administrandi Sacramentum confessionis: ita etiam concedendi alteri licentiam illud administrandi: & cum Sancio idem tenet expressè Henriquez dicto lib. 3. Confirmat. cap. 13. n. 3. sine, ibi *Parochus licet sit ex-*

Nau. Cord. Rodrig. Henr.

Veg.

Sanz.

Henriq.

commun.

*communicatus nominatus, vel suspensus ab officio, & iurisdictione, potest dare alteri Sacerdoti, etiam non exposito, licentiam vngendi, vt Episcopus potest approbare tanquam idoneos ministros pro officio audiendi confessiones, aut predicandi; quia licentia hæc non est per se actus iurisdictionis, quauis non possit delegare iurisdictionem absolventi. Hæc ille.*

51.

Ad fundamenta, & argumenta proposita pro prima opinione num. 48. respondeo, assistere matrimonio, & dare licentiam assistendi matrimonio, & similiter approbare aliquem ad audiendas confessiones, non esse actum propriè Parochi, aut Episcopi, in quantum formaliter est Parochus, aut Episcopus; sed in quantum legitimus testis est matrimonij cum facultate substituendi alium pro se, & in quantum Episcopus persona est habilans ipsos Sacerdotes, vt sint idonei, & sufficientes ministri confessionis per authenticum testimonium, & approbationem sufficientiæ illorum. Adnexit autem Concilium soli Parocho, & non alteri Sacerdoti auctoritatem illam legitimi testis ad valorem matrimonij cum facultate substituendi alium Sacerdotem pro se; non quia hoc sit actus propriæ iurisdictionis Parochi; sed, quia parochi proprium erat administrare subditis Sacramenta, & decebat, vt propter hanc causam illi etiam hæc auctoritas tribueretur, adderetque Parochi officio. Similiter tribuit Concilium Episcopis auctoritatem hanc approbandi Sacerdotes pro idoneis ministris confessionis; non, quia hoc sit actus propriè officij Episcopi formaliter, aut personæ habentis formaliter iurisdictionem; sed quia decebat, vt Episcopis, qui oculi sunt Ecclesiæ, hoc munus adderetur, tanquam patribus illius, ad quos cura salutis filiorum spectat præcipue.

52.

Sed ratio data videtur probare, non posse Parochum excommunicatum non toleratum, nec Episcopum, concedere licentiam aliis Sacerdotibus vngendi suos subditos in extremis: quia vnctio est actus propriè Parochi, in quantum formaliter est Parochus; ac proinde est actus propriè iurisdictionis: est enim administratio Sacramenti intrinsecè anexa officio Parochi, & non illi addita extrinsecè vt auctoritas assistendi matrimonio extrinsecè anexa est Parocho, & auctoritas approbandi Confessarios in idoneos ministros anexa est Episcopis. Dicendum tamen est, solam confessionem, quia moraliter est iudicium quoddam, & ad modum & formam iudicij à Christo Domino institutum, in accusatione ex parte penitentis, & prolatione sententiæ ex parte Confessarij, non posse committi valide, & delegari alteri Confessario per Parochum, aut Episcopum non toleratum: quia actus illius formaliter est quoddam iudicium, & est quædam iurdictio propriè & formaliter iudicium enim non exercetur nisi inter Iudicem superiorem, & subditos; & essentialiter postulat subordinationem, & rationem obedientiæ, & subiectionis: ar verò cæterorum Sacramentorum collatio, & administratio, licet pertineat ad Parochum, & sit actus Parochi, quatenus Parochus, est; non tamen pertinet tanquam actus iudicij, vt patet: & ided si à Parocho excommunicato non tolerato, aut ab eodem Parocho suspensio ab officio fiat, valide tamen firmo sic verò res se habet in administratione, & collatione Sacramenti confessionis; quia exercetur per modum iudicij, & iudicium intrinsecè postulat iurisdictionem, vt valide fiat: excommunicatus autem non toleratus, & suspensus ab officio, omni prorsus iurisdictione caret.

53.

Rogabis tamen, an peccet Episcopus non toleratus, suspensus ab officio, Sacerdotes approbans in Confessarios iuxta formam Concilij; & an P. Steph. Fernandez, in quinque præc. Eccl.

Parocus si similiter non toleratus, vel suspensus ab officio Parochi, mortaliter peccet assistens matrimonio, vel vngens, aut aliis licentiam concedens assistendi, & vngendi: videtur enim peccare mortaliter, eò quod communicent cum aliis, quod est interdictum excommunicato. Respondeo cum Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputat. 2. n. num. 8. nullo modo, nec Episcopum, nec Parochum peccare mortaliter, quia communicant in re necessaria, & paræ necessarid spectat ad summunus: imò addo, nec etiam venialiter, cum hoc sit maximè necessarium; ex alia tamen parte, inquit Sanchez, videtur Parochus venialiter peccare, assistens matrimonio, si, videlicet, benedicat sponso iuxta formam Concilij sess. 24. de matrim. cap. 1. dicendo, *Ego vos coniungo*, &c. quia hæc benedictio videtur esse actus iurisdictionis; quæ tamen, cum in nullius præiudicium fiat, & sit res parui momenti, & non necessaria Sacramento, (quia si ommitterentur ea verba, tantum esset veniale,) ided benedicendo, venialiter solum peccaret; non peccabit autem, nec venialiter quidem, concedens alteri licentiam assistendi, & benedicendi: quia ibi nullam propriè exercet iurisdictionem; sed tantum cedit iuri suo, diximus supra.

Sanchez.

54.

Capitulum, Sede vacante, potest approbare, & exponere Confessores per Vicarium à se electum: quia Capitulum, Sede vacante, succedit in omni iurisdictione Episcopo, præter casus in iure expressos: & hic actus approbandi non est actus formaliter Ordinis, & dignitatis episcopalis; sed est actus iurisdictionis ordinariæ: & ided potest Capitulum hunc actum per Vicarium Generalem à se electum exercere; quia succedit Episcopo in omni iurisdictione ordinaria, non vt inferior, sed vt æqualis, vt docet Canonici Iurisperiti in cap. *Olum*, de maioritate, & obedientia vbi Felinus verè. 6. Et confirmatur ex vsu: ita enim Capitulum solet efficere per Vicarium suum, Sede vacante. Confirmatur etiam: quia hic actus est valde necessarius ad administrationem ouium diocesis episcopalis, quarum cura commendata est Episcopo, & eo defuncto, Capitulo: ac proinde non est verosimile, idem Capitulum, toto eo tempore vacantis Sedis, priuatum esse ea potestate, vt non possit approbare Confessarios in illo Episcopatu, & sic necessè sit, vel expectare succedentem Episcopum, vel ad Summum Pontificem pro ea approbatione recurrere. Ita communiter Doctores, Soarius tom. 4. de penitent. disputat. 28. sect. 5. num. 2. Henriquez lib. 3. de penitent. cap. 6. initio. Syluester verbo, *Capitulum*, §. 2. Angelus ibi §. 2. facit Simancas de cathol. Institut. cap. 25. num. 6. & cap. 34. num. 39. Sic, Sede Apostolica vacante, succedunt in iurisdictione gubernatiua Cardinales, per Vicarium ab ipsis electum, vt fieri videmus Romæ, & docet Iacobus de Concil. lib. 4. artic. 3. & Glossa in cap. 1. de schismate, in 6. Bertachinus de Episcopo, 4. part. quæst. 19. & Augustinus de Anthona de potestate ecclesiastica, quæst. 3. art. 8. & 9. & alij.

Felinus.

Soarius. Henriq.

Sylu. Angel. Simanc.

Iacob. Bertach. August. de Anthona.

55.

Comprehenduntur etiam nomine Episcopi in Concilio Tridentino dicta sessione 23. cap. 15. quoad hanc approbationem, quidam Abbates, & Priores magni exempti, qui in suas oues habent iurisdictionem quasi episcopalem, vt in Castella Abbas Compluri regij, & Merinæ Campestris: in Lusitania Prælati Tomarenfis, & Prior, seu Vicarius Generalis Prioris Cratenfis D. Ioannis Hospitalarij: hi enim, cum exercant, & habeant prædictam iurisdictionem, quasi episcopalem, & quoad actus illius fiat exempti ab ordinaria iurisdictione, possunt sine dubio RR 2 exponere,



exponere, & approbare Sacerdotes in Confessarios intra totum suum districtum, & de facto approbant, vt patet ex vsu; & certum omnino est, illos non vsuros hac potestate, nisi in hoc decreto nomine Episcopi comprehenderentur. Et ita docent Soarius, & Henriquez citati. Syluester verbo, Confessor. 2. §. 7. Paulus, Ioannes Imola, & Ioannes Monachus in cap. Abbas, de priuilegiis, in 6. Et probatur facile ratione: quia iste actus approbatiuus, est actus iurisdictionis, & hi Prælati habent iurisdictionem quasi episcopalem in suas oves, ita vt nullum alium Superiorem agnoscant, præter Summum Pontificem: ergo possunt hunc actum exercere. Et confirmatur: quia Vicarij Episcopi possunt hunc actum exercere, & de facto approbant huiusmodi Confessarios: quia Episcopi illos constituunt loco sui, & Capitulum, Sede vacante, hoc potest facere, quia succedit Episcopo: sed huiusmodi Abbates constituti sunt à Summo Pontifice loco Episcoporum, & cum tota iurisdictione episcopali: ergo possunt eundem actum exercere. Confirmatur etiam: quia, vt docet Nauarrus in Manuali, cap. 12. n. 75. hi Prælati possunt dispensare in votis referuatis Episcopis: & cap. 27. num. 35. possunt absolueri ab omnibus excommunicationibus Episcopis referuatis: ergo etiam poterunt approbare Confessarios, cum ea cura Episcopis de mandetur, & ea approbatio sit actus ordinariæ iurisdictionis: nam nomen Episcopi in hoc decreto iurisdictionem potius respicit, quam consecrationem: & idèd hinc nomine Episcopi veniunt, qui ex priuilegio iurisdictionem quasi episcopalem habent in Ecclesia.

Soar. Imol.

Nauarr.

56. Nec refert, quòd huiusmodi Abbates, & Priores, seu administratores, non sint Episcopi; & verba Concilij Tridentini de Episcopis loquantur. Nec similiter refert responsum quoddam Congregationis Cardinalium, quæ vulgò circumfertur, & ita habet: *Cum exponere Confessores, sit proprium munus Episcoporum, nullus alius potest in hoc se inuolueri.* quia hæc declaratio non est authentica, nec in originali selectissimarum responsionum illam reperit nec illa verum habet, cum Capitulum, Sede vacante, non sit Episcopus; & tamen huiusmodi Sacerdotes in Confessarios approbet, vt consuetudo monstrat: intelligendum ergo est prædicta responsio de illo, qui non sit Episcopus in iurisdictione, ita vt excludantur omnes Prælati inferiores immediatè Episcopis subiecti, & omnes etiam superiores, veluti Cardinales, qui non habent Episcopatum.

57. Nomine Episcopi, quoad hanc approbationem erga confessiones secularium, non comprehenduntur in hoc decreto Concilij Tridentini Generales Religionum, aut Prouinciales, respectu suorum subditorum: possunt enim hi Prælati suos subditos regulares exponere, & approbare ad confessiones suorum Religiosorum audiendas; non tamen ad confessiones secularium: non, quia hoc illis specialiter concedat Concilium in hoc decreto; sed, quia hoc poterant ante Concilium, & Concilium nihil loquitur de confessionibus regularium. Nec obstat, quòd huiusmodi Prælati sint exempti, & habeant iurisdictionem quasi episcopalem: non enim illam habent in seculari populo fidelium secularium; sed tantum in suos subditos regulares: vnde, cum non habeant iurisdictionem in seculares, non possunt consequenter actus iurisdictionis circa illos exercere: approbare autem regulares suos subditos in Confessarios secularium, est actus iurisdictionis respectu secularium: & ita visus habet, & docent communiter Doctores, Soarius tomo 4. de penitent.

Soar.

disput. 28. sect. 5. num. 4. in 1. edit. fol. mlihi 637. col. 1. & sect. 4. num. 5. fol. 630. col. 1. Bellanus de Bellan. Sacramentis, tomo 2. disp. 8. dub. 7. num. 48. Henriquez lib. 3. de penit. cap. 6. num. 4. & nos iam diximus num. 11.

58. Primum ergo dubium, quod hic oritur, est, an sufficiat approbatio petita, & non obtenta, si Clericis secularibus à suis Episcopis iniuste negetur? Et resolutiue dico: quando non est manifestum, & euidentis, approbationem iniuste negari, non sufficit petita; quia semper ius Superiori in suo vigore manet, iusteque fecisse præsumitur: quando liquidò, & manifestè non constat, iniuste fecisse. Quando tamen euidentissima res est, Sacerdotem petentem hanc approbationem, esse idoneum; in literis, & moribus, & sine causa, sed ex odio & malevolentia repellitur, hic vertitur rei cardo: & quidam putant, tunc sufficere petitam, non obtentam, quia hæc approbatio, vt probauimus num. 9. non est opus gratiæ, sed iustitiæ: est enim veluti testimonium, iudicium, seu sententia: & idèd iniuriam petenti facit Episcopus, quando sine causa negat, & contra merita personæ petentis: actio autem iniusta, & iniuriola nemini potest esse nocua: ergo ea negatione non obstante, expositus eo ipso, & approbatus manebit. Deinde, quia consensus debitus, & iniuste negatus pro dato censetur in iure. cap. Licet, de regularibus. vbi ob hanc causam Religioso petenti à suo Superiore licentiam transeundi ad perfectiorem Religionem, sufficit petita, & non obtenta.

58.

Quid sit approbatio.

Dicendum tamen omnino est, non sufficere approbationem petitam, quanuis iniuste negetur: sed requiri, & necessariam esse in re ipsa exhibitam. Ita communiter Doctores, & rectè ac doctè id probat Soarius tomo 4. de penit. disp. 28. sect. 5. num. 6. fol. mlihi 637. col. 2. edit. 1. Et fundamentum est primò, quia ex verbis Concilij dicta sect. 23. c. 15. de refor. initio Summarij appositis, constat, non cenferi quempiam approbatum, nisi in re approbationem obtineat, efficitur enim hunc sensum: *Nisi quis sit approbatus ab Episcopo, non potest esse idoneus ad confessiones secularium audiendas*, huiusmodi autem condicionalis eam vim habet, vt si in re non ponatur requisiti conditio, effectus sequi non possit, sicut enim propter hanc conditionalem: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. non potest introire in regnum Dei*, &c. etiam si ex iniustitia, & odio, & malicia alterius, paruulus non baptizetur, non saluetur: & nisi quis per sententiam Iudicis declaratus fuerit Hæreticus, non priuatur bonis suis; etiam si Iudex iniuste, & ex odio, & aduersa voluntate in religionem, illum non declaret ita etiam similiter, nisi quis in re ipsa non obtineat hanc approbationem, non sufficit petita, non obtenta, & iniuste negata. Secundò, quia, vt late probauimus num. 15. Religiosi ex speciali priuilegio inserto in corpore iuris, in Clementina, *Dudum*, de sepulturis; habent, vt eo ipso approbati censentur à suis Superioribus regularibus ad confessiones secularium audiendas, si iniuste, & ex odio & malevolentia, petita, & iniuste illis negata fuerit ab Episcopis huiusmodi approbatio: ergo nisi haberent hoc priuilegium, non sufficeret, si iniuste negaretur; sed opus erat, vt in re exhiberetur: ergo, cum Clerici seculares simile priuilegium non habeant, non sufficit petita, & non obtenta, si iniuste negetur; sed necesse est requiratur, vt in re habeatur. Ita docet expressè Soarius modò allegatus, & debent necesse est docere omnes, qui dicunt, hoc esse singulare priuilegium Religiosorum, quos citauimus num. 15.

Ad

59. Ad rationem in contrarium factam respondeo, actionem, seu potius omissionem iniuriolam sæpè posse esse nociuam alteri ad hoc, vt careat aliquo bono, vt in exemplis allatis patet. Ad confirmationem respondeo, consensum debitum non tantum operari, quantum in re exhibitum; vt constat id administratione cuiuslibet Sacramenti: aliquando verò non est necessarius consensus; seu licentia in re exhibita, præsertim vbi iura id declarant, vt in cap. *Licet*, de regularibus, allegato.

60. Non oportet tamen, hanc approbationem in scriptis dari ad modum authenticæ testimoniij, & sententiæ: quia Concilium illam in scriptis non requirit; & non est necessarium, vt id restringamus contra communem vsum, & consuetudinem solent enim Episcopi sæpè solo verbo illam concedere: satius tamen erit in scriptis habere, vt facilius de illa constet, si opus fuerit.

61. Secundum dubium est, an approbatio semel ab Episcopis Sacerdotibus secularibus impensa, possit reuocari, quoties Episcopi voluerint. Et hæc de re tripartita est sententia. Prima negat omnino reuocabilem esse. Fundamentum illius est, primò: quia hæc approbatio non est fauor, nec gratia assidue pendens ex voluntate Episcopi approbantis; sed est testimonium quoddam, & quasi sententia authentica, quæ transit in rem iudicatam: est enim actus iustitiæ, vt diximus num. 9.

Vid.

Secunda affirmat, esse ad nutum reuocabilem. Hanc tenet Viualdus in Candelabro atr. vbi de Confessione, num. 27. conclusionem 2. Fundamentum illius est: quia Concilium tribuit hoc ius Episcopis, quo possunt liberè vt: & quia hæc est distinctio inter approbationem semel datam regularibus, & secularibus Sacerdotibus; quia approbatio semel data regularibus, semper durat, & reuocari non potest, vt probauimus num. 26. quem vide omnino: approbatio verò Clerici secularis reuocari possit; quia iurisdictione secularium Sacerdotum semper, & assidue pendet ab arbitrio Episcopi; iurisdictione autem regularium non ita, quia datur à Papa, & idèd non potest ad libitum Episcoporum reuocari.

Soar. Henrij.

Tertia, & vera sententia docet, non posse Episcopum sine iusta causa approbationem Sacerdotibus secularibus suis subditis, etiam semel datam, reuocare: data autem, & probata iusta causa, potest. Ita docet Soarius tomo 4. de penitent. disp. 28. sect. 7. num. 7. fol. mlihi 655. col. 2. edit. 1. & Henriquez lib. 3. de penit. cap. 6. num. 6. ibi: *Nec potest Episcopus reprobare approbatus semel, nisi in particulari istum, aut illum, causa cognita, & probata.* Probatur est cap. *Accepimus*, de ætate, & qualitate, in quo habemus, eum, qui semel tanquam idoneus approbatus est, non esse tanquam indignum reprobandum, nisi constiterit denud factum esse indignum, ibi: *Nisi forte, postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos.* Dicitur enim ibi, illum, qui semel reputatus est idoneus ad sacros Ordines recipiendos, non esse reputandum indignum ad beneficium, nisi post Ordines susceptos reddiderit se indignum, & de hoc constiterit. Deinde probatur rationibus primò, quia hæc approbatio non est aliqua gratia, vt supra dicebamus, assidue pendens ex voluntate Episcopi approbantis: sed est testimonium quoddam, & iudicialis quædam declaratio ad modum iustæ sententiæ ex iustitia debita: ergo non potest iniuste reuocari sine causa. Secundò, quia per approbationem semel datam talis Sacerdos manet approbatus: nec potest iam non esse approbatus, nisi ipse mutetur, quia iam habet quicquid Concilium Tridentinum in illo requirit: nec vi-

Quid sit approbatio.

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

detur illa approbatio ita moraliter, & assidue pendere à voluntate approbantis, vt per solam illius reuocationem iniuste, & sine causa factam tollatur: data autem iusta causa, tolli potest: quia tunc non reuocatur ea approbatio propter solam voluntatem approbantis; sed propter nouam declarationem, quæ est veluti noua sententia, nouumque testimonium: efficit ad irritandam, cassandamque priorem declarationem.

Dices: A principio poterant Episcopi eos absque vlla iusta, & rationabili causa non approbare; sed ex sua mera voluntate: ergo post datam approbationem, eam poterunt reuocare. Respondeo, negando illationem: est enim diuersa ratio: quia, quando à principio negatur, homo nunquam fuit approbatus; & idèd nunquam fuit in eo completa conditio à Concilio Tridentino requisita, quæ tamen impleta fuit in eo, qui semel est approbatus.

Dubium ergo est, an approbatio semel data, & iniuste, & sine causa reuocata, sit ipso iure nulla, an solùm illicita? Certè Soarius dicto num. 7. allegatus asserit, probabile esse, talem reuocationem sine causa factam esse nullam; quævis res, inquit, sit dubia, & timenda, & sic cum formidine hoc concedit. Dicendum ergo est, si approbatio fuit concessa ab Episcopo vsque ad beneplacitum suum, validam, & licitam esse reuocationem illius sine vlla causa factam: quia ex modo concedendi illam, satis intelligitur, semper eam approbationem pendere ex mera voluntate concedentis: quanuis enim huiusmodi approbatio sit veluti quædam sententia, & testimonium, ex iustitia debitum; tamen non dandi illud non est ex iustitia debitum: quia nullum est ius, quod prohibeat hoc testimonium, hoc, vel illo modo dari; limitatè, vel non limitatè, ad feminas, non ad viros; ad beneplacitum, vel non beneplacitum, sed absolutè; in hoc loco, & vrbè, non in alio; ad annum, vel biennium, vel per totam vitam. Si verò non hoc modo fuit concessa, sed simpliciter, vel ad tempus, vel in perpetuum; dico, inuvalidam omnino esse reuocationem sine causa factam: quia talis reuocatio sine causa facta, est quædam ablatio iuris iam acquisiti, vel quasi reuocatio iustæ sententiæ sine causa reuocandi facta: ergo non tantum est iniusta, sed inuvalida: vnde, quando ex parte Sacerdotis approbati non datur aliqua mutatio, quæ iustam causam præbeat Episcopo reuocandi talem approbationem, non solum iniuste profectò, sed etiam inuvalidè talis approbatio reuocatur; data autem causa, & iudicè probata; & iuste, & validè reuocatur: quia nullum est ius, quod prohibeat hanc approbationem reuocari ex causa. Neque apparet, vnde illa ex se sit irreuocabilis: fundantur enim in scientia, & moribus, & aliis conditionibus necessariis ex parte Confessarij ad hoc Sacramentum ritè, & debitè ministrandum: potest autem Sacerdos passim mutari quoad hæc omnia, vt per se constat, & experientia patet: vnde potest idem Episcopus, quoties sibi visum fuerit, vocare iterum ad examen Clericos seculares, suos subditos à se approbatos, & quos indignos inuenerit, reprobare; quia iam causa insufficientiæ ex defectu scientiæ cognita, & probata manet per examen.

Argues, semper præsumendum esse hanc approbationem datam esse ab Episcopis, saltem circa Clericos seculares, qui eis subditi sunt vsque ad beneplacitum suum, & cum hac implicita conditione; & idèd semper pendere ab illorum voluntate, & posse licitè & validè reuocari ad libitum absque vlla causa. Respondeo, propter hanc rationem timidè admodum locutum fuisse Soarium

R. R. 3

in hoc negotio : dum tamen Episcopi, cum approbant, non declarant, se eam approbationem dare vique ad beneplacitum suum, praesumendum est illam absque ea conditione dare : cuius rei signum evidens est : quia, quando illam sub ea conditione praestant, statim id explicant.

65. Ex dictis manent rationes prima, & secunda sententiae solutae : licet enim haec approbatio non sit gratia, & favor assidue pendens a voluntate Episcopi concedentis, sed testimonium quoddam & sententia sufficientia Sacerdotis approbati, seu potius declaratio illius : est tamen tale testimonium, talis sententia, & declaratio, ut semper pendeat a vita, scientia, & moribus Sacerdotis approbati : unde quoties constiterit, mutationem in illo esse factam, iuste, & valide poterit talis approbatio, & declaratio reuocari. Ad distinctionem secundae opinionis inter saeculares Sacerdotes approbatos, & regulares, respondeo, Episcopos etiam posse, tanquam Sedis Apostolicae delegatos ad hoc particulare negotium, regulares reprobare ex iusta, & rationabili causa cognita, & probata, ut diximus numero 31. Unde evidens signum est, hanc veluti sententiam approbationis ex sua natura reuocabilem esse, cum fundamentum habeat in moribus eorum, qui approbantur, qui passim mutari possunt.

66. Tertium dubium est, an verbum illud Concilij, *que gratis detur* ; in quo prohibetur huiusmodi approbatio dari pro pretio, aut pecunia, ita sit substantiale, ut si forte pro pecunia obtineatur, nulla profus sit, velut collatio beneficij pecunia obtenta, nulla est. Respondeo, in hoc verbo solum contineri praecipuum, quo praecipitur Episcopis, ut huiusmodi approbationem gratis impendant : non contineri verò conditionem necessariam, qua non seruata, non valeat approbatio : hoc enim nec verba declarant, nec erat necessarium, nec forte expediens. Unde illud verbum, *gratis detur*, optime exponitur praecipiuè, ut dictum est : exit ergo ex suo genere peccatum mortale ; veniale tamen poterit esse, si aliqui pro illa ita exiguum detur, ut ad materiam peccati mortalis non perueniat. Ita docet Soarius tomo 4. de poenitentia, disputat. 28. sectione 5. num. 10. in fine, fol. mihi 638. col. 1. edit. prima.

Soar.

67. Quartum dubium est, vtrum Doctores, Lectores, Licentiatum in sacra Theologia, vel iure canonico, famosi quae Praedicatorum, de quorum scientia constat per publicam facti, & doctrinae evidentiam, teneantur hanc approbationem petere ab Episcopis, siue saeculares Sacerdotes sint, siue regulares, ut idonei Confessarii euadant, & an ij etiam in decreto Concilij comprehendantur. Et hac de re triplex est sententia. Prima illos excipit, docetque eos non intelligere Episcopi approbationem. Hanc tenuerunt olim Salmanticae, (ut refert Henriquez, sed non sequitur, lib. 3. de poenit. cap. 6. n. 2. in commento, littera O, ) Magister Mantius, Gallo, Frater Medina, Banhez, Sebastianus Perez, Episcopus Oxomensis, & alij quoque Complutenses. Et fundamentum illorum erat : primo, quia huiusmodi homines, & praesertim ij, qui Doctores, vel Licentiatum gradu Theologiae, vel iuris canonici insigniti sunt, iure reputantur idonei : iam enim Academia eos nomine Summi Pontificis examinavit, & dignos ea laurea inuenit. Secundò, quia Concilium ait, nullum Sacerdotem esse idoneum ad audiendas confessiones saecularium, nisi aut parochiale beneficium habeat : aut approbationem ab Episcopo obtineat, aut alias idoneus iudicetur, huiusmodi autem Doctores, & Licentiatum, & famosi, egregique Praedicatorum, satis idonei ab omnibus, aliis, id est, sine tali

Henriq.

approbatione, iudicantur : quorum enim scientia, & sufficientia notoria est ; nec examine, nec alia approbatione indigent. Tertio probant : quia Concilium non intendit derogare iuri communi : ij autem, qui laurea Theologiae, aut iuris canonici donati sunt, iure communi approbantur : quare, nulla alia approbatione ad exercendum munus Confessorum indigent. Ita se habet haec opinio, quae est omnino improbabilis, ut statim in secunda, & tertia dicemus.

68.

Secunda sententia docet, etiam huiusmodi Doctores, & Licentiatum in Theologia & iure canonico, aliisque Praelectores, tam regulares, quam saeculares, famosi quae, & egregios Praedicatorum indigere suorum Episcoporum approbatione, & comprehendi in decreto Concilij Tridentini dicta sess. 23. cap. 15. & aliter nec licite, nec valide posse confessiones saecularium audire. Est communis omnium, & certa sententia. Ita docet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 28. sect. 4. num. 3. fol. mihi 629. col. 2. edit. 1. Henriquez, lib. 3. de poenit. cap. 6. num. 2. Bellanus, seu Conick (viroque enim nomine illum soleo citare) tomo 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. n. 49. fol. mihi 473. col. 2. Probant primo : quia in Concilio Tridentino dicta sess. 23. cap. 15. decernitur expressè : *Ne ullus habeat auctoritatem audienti confessiones, etiam Sacerdotum, nec ad id idoneus reputetur, nisi aut habeat parochiale beneficium, aut fuerit per Episcopum approbatus, aut alias idoneus reputatus, & indicatus, non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili, & privilegio.* Itaque illa verba Concilij : *aut alias idoneus iudicetur*, in quibus Auctores primae opinionis magnum praesidium habebant, intelligenda ita sunt : *aut alias ab Episcopo idoneus iudicetur*, ut explicat Toletus lib. 3. Summae, c. 13. num. 5. ad finem ; & ita necessariò debent intelligi, ut cohaereant cum illis verbis antecedentibus Concilij : *Nisi aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur*, id est, ab ipso Episcopo. Quod confirmant verba etiam sequentia : *Et approbationem, quae gratis detur, obtineat, scilicet, ab Episcopo.* Unde, cum hoc ius positiuum sit expressum, necessariò illi standum est : nam Concilium praeter modum approbationis ex iudicio Episcopi prouenientem, omnem alium excludit, dum asserit, nec ad id idoneum reputari, nisi aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur, aut alias idoneus reputetur, intellige ab eodem Episcopo : voluit enim Concilium hanc approbationem aliquo modo esse iudicandam. hoc est, descendere à potestate iurisdictionis : & idè illam non concedit Academicis, nec publicae opinioni, existimationique erga famosi Praedicatorum, sed tantum Episcopis, qui soli sunt veri & competentes Iudices in hac re. Unde nec Cardinales, nec Episcopi consecrati, qui nullum habent Episcopatum, hanc approbationem dare possunt, cum Concilium expressè dicat, nullum reputari idoneum, nisi ab Episcopis talis iudicetur.

Soar.

Henriq. Bellan.

Conc. Tr.

Tolet.

Tertia sententia parum distat à secunda : ait enim huiusmodi Laureatos, & Doctores, ac Praelectores Theologiae, & iuris canonici, famosi quae, & egregios Praedicatorum, teneri se praestantare Episcopis, ut approbentur, licentiamque, & approbationem ab illis petere. aliis non reputari idoneos ministris confessionis ; non posse tamen examinari ab Episcopis. Hanc opinionem docet Corduba casu 16. Gutierrez lib. 1. quaest. canonic. cap. 6. num. 9. Rodriguez in explicat Bullae Cruciat. §. 9. num. 4. sine, Menochius lib. 2. centuria 5. casu 465. Palatius in 4. distinct. 17. quaest. 7. pag. 258. sine, & alij, quos ipsi allegant. Probant : quia Pius V. in Motu proprio pro Mendicantibus expedito anno 71. declarauit

69.

Corduba. Gutier. Rodrig. Menoch. Palat.

declarauit regulares Magistros, etiam Laureatos, & Praelectores, praesentandos esse Episcopis, ut approbentur ; vetat tamen eos examinare : & eadem est ratio, iuxta huiusmodi Auctores, de Doctore saeculari, aut Licentiatum in sacra Theologia, iurèque canonico : quorum enim notoria sufficientia est, periculum examinis subire non debent, ut ait Pius V. in suo motu proprio. Quamuis autem Episcopi eos non debeant examinare ; possunt tamen de illorum moribus, & prudentia inquirere, quia si ob hanc rem minus idonei videbantur, eos poterunt reicere : sic examen de vita, & moribus requiritur in concursu alicuius parochiae, iuxta Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 18. & pro Ordinibus suscipiendis sess. 23. cap. 5. & 7. & pro canonicatu assumendo sess. 24. cap. 12. ad finem : & pro Episcopi electione sess. 22. cap. 2. & sess. 7. cap. 1. & sess. 25. de reformat. cap. 1. quantum ergo magis requireretur pro officio audiendi confessiones, in quo maius est periculum perturbandi animas, ut patet propter occultissimum forum ? Haec opinio, ut dixi, parum distat à secunda : secunda enim solum intendit, neminem esse idoneum, nisi approbetur ab Episcopo ; & non dicit, *praesentandos esse huiusmodi Doctores Episcopis*, ut approbationem obtineant, & sic utraque optima est. Fundamenta primae ex dictis soluta sunt.

70. Palat.

Imò, ut optime notat Palatius in 4. distinct. 17. disput. 7. pag. 265. potest Episcopus approbare, quoscunque Sacerdotes voluerit saeculares, vel regulares, etiam non Laureatos Theologia, vel iure canonico, absque vilo examine : sufficit enim, quòd illi sibi videantur apti ad hoc munus exercendum ; ut verbo tenus eos approbet, cum Concilium expressè dicat dicta sessione 23. cap. 15. *Per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus ab Episcopis iudicetur.*

71.

Quintum dubium hic emergens est, vtrum sufficiat approbatio tacita, quae habeatur ab Episcopis ex ratihabitione de praesenti, ut si Episcopus videat aliquem Sacerdotem saecularem, vel regularem, piuum, & doctum, non approbatum, confessiones saecularium audire, sciatque, & animaduertat illum non esse approbatum, & non contradicat : haec est enim approbatio ex ratihabitione de praesenti, iuxta Doctores statim allegandos. Respondeo, approbationem de praesenti sufficere pro eo actu : & sic huiusmodi Sacerdos ex ratihabitione Episcopi de praesenti, sciente, scilicet, vidente, & consentiente Episcopo ; & non contradicente ; cum possit, confitebitur approbatus ad illum tantum actum, seu ad illas confessiones, quas Episcopus videt, & pro illo tempore, quo videt, non contradicit : non confitebitur verò approbatus simpliciter ad munus Confessarij exercendum. Ita docet expressè Toletus lib. 3. Summae, cap. 13. num. 3. initio, fol. mihi 214. pag. 2. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 35. num. 22. Henriquez lib. 6. de poenit. cap. 13. num. 13. nam, cum praesens est Episcopus ; & Sacerdotem doctum videt audientem confessiones, nec prohibet, cum possit ; eo silentio illum approbat, non quidem simpliciter, sed pro eo tempore, per regulam iuris 10. de regul. iuris, in 6. *Qui tacet in eis, quae ad ipsum pertinent, & in quibus tenetur contradicere, consentire videtur.* Et ratio, ob quam pro eo tantum tempore censetur approbatus, non simpliciter, est : quia, si peteret licentiam, & approbatio ad illum tantum actum ; & tempus ; & illa ab Episcopo daretur, non censetur ille Sacerdos simpliciter approbatus ad alios ; & perinde est tunc, ac si ad illum peteretur. Et pro hac

Tolet. Sanchez. Henr.

opinionem faciunt etiam omnes, qui dicunt, licentiam tacitam, quae habeatur ex ratihabitione de praesenti ; sufficere, ut alienus Sacerdos valide assistat matrimonio pro illo actu : ut quando vidente, sciente, & tacente Parocho proprio, vel Episcopo assistit ; & hi sunt, idem Sancius num. 20. Rosella Sanchez, verbo, *Confessio sacramentalis*, qui etiam de confess. Rosell. sione expressè loquitur, 3. num. 31. Angelus verbo, *Angel. bo, Confessio*, 3. num. 30. Syluester verbo, *Confessor, Syluest. 1. quaest. 6. sine, & quaest. 15. Caietanus verbo, Ab-Caiet. solutio ex parte absoluentis*, vers. *Licentia*. Tabiena Tabiena verbo, *Absolutio*, num. 42. Armilla ibi num. 17. Armilla. Victoria in Summa de Confess. num. 153. Medina Medina tract. 2. de Confess. quaest. de multiplici licentia alieno Sacerdoti fatendi, à vers. *Corollarie sequitur ex dictis*. Sorus in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 3. *Sot. vers. Circa confessiones*. Nauarrus in Summa Latin. *Nauarr. cap. 9. num. 6. Ledesma 2.4. quaest. 7. art. 5. dub. 3. Led. Margarita Confessor. fol. 10. col. 2. Palatius in 4. Ma. Conf. distinct. 17. disput. 7. fol. 261. col. 1. sine, vers. Palat. Quamobrem. Barthol. Ledesma de poenit. dub. 28. Bart. Led. Ludouicus Lopez 1. part. Instru. cap. 38. paulò Lud. Lopez post initium, Capua lib. 1. decis. dur. cap. 17. num. 3. Capua. & 4. Vega lib. 4. Summae, casu 129. hi omnes loquuntur expressè de confessionibus, quando ab vno Parocho fiunt, vidente, & consentiente alio. Unde infert Sancius, & optime, idem quoque dicendum esse de assistentia matrimonij vidente eodem Parocho, aut Episcopo, & non contradicente : quia non requiritur maior licentia ad valorem matrimonij, quam ad valorem confessionis ; & eadem pariter ratio est de approbatione Episcopi, ut expressè Sanchez, & Henriq. citati. Et fundamentum huius veritatis, & doctrinae est, quia illa sententia, & patientia habeat pro legitima licentia. Sic Procurator reuocatus, gerens negotia, sciente, videnteque, & non contradicente domino, cum possit contradicere, valide agit, & non potest postea Dominus illius actus reuocare, ut docet Glossa celebris l. *Qui murum*, verbo, *Instru. aruit*, ff. *Ma. aruit*, quia per illam scientiam, & patientiam tacite instraurat licentiam.*

72.

Non sufficit tamen approbatio ex ratihabitione de futuro, quia, scilicet, aliquis Sacerdos saecularis, vel regularis credit Episcopum postea ratihabiturum factum : quia nec haec sufficit, ut validum sit matrimonium : & eadem est ratio de valore matrimonij, atque confessionis. Et parum refert, quòd postea id ratum habeat Episcopus : fuit enim actus, & confessio inualida, & quòd tamen inualidum est postea nunquam tracta temporis conualescit ; nam, cum ea approbatio ad confessionis, & Sacramenti valorem requiratur ; debet adesse, dum confessio, & Sacramentum fit : at, cum expectatur, & danda creditur ; putaturque, quòd Episcopus id postea confirmabit, non adest approbatio de praesenti, ac proinde non sufficit approbatio ex ratihabitione de futuro. Ita docet expressè Sanchez allegatus dicto lib. 3. de matrimonio, disput. 25. num. 17. & Toletus lib. 3. Summae, cap. 10. num. 2. etiam expressè, & omnes, quos citauimus num. praecedenti. Et confirmatur : quia, quòd sub ea expectatione fit, ita pendens est à voluntate Episcopi, ut possit illud postea irritare, vel confirmare : at valor Sacramenti non potest esse in pendenti, sed statim, aut debet esse validum, aut irritum : unde, cum à principio inualidum sit, non potest postea validum fieri, quantumvis ratum id Episcopus habeat : quia illa ratihabitione non habet virtutem faciendi Sacramentum id, quòd non fuit Sacramentum. Et praeter Auctores citatos, ita docet etiam Caietanus in Summa, verbo, *Absolutio*, cap. 1. *S. Circa oppositionem*. Frater Alexander in Summa, 1. p. cap. 5. *Alexand.*

Soar. de potestate Confessor. num. 55. Soarez 3. part. quæst. 82. art. 3. disp. 72. sect. 2. S. Hinc sequitur. Palud. danus in 4. distinct. 17. quæst. 3. fine. D. Anton. 3. part. tit. 17. cap. 4. fine, & alij.

73. Sextum, & graue dubium hic emergens est, vtrum confessio facta illi Confessario seculari, vel regulari, qui communiter existimatur approbatus, aut Parochus, cum tamen non sit, valida sit, & consequenter an sufficiat approbatio in opinione, & errore communi existimata, vt Confessarius idoneus quoad valorem illius reputetur. Et hac de re bipartita est opinio. Prima docet, valere absolutionem, & confessionem, modò concurrat titulus approbationis, si non verus, saltem coloratus ex parte Sacerdotis; vt, quia habetur communiter pro parochio, licet titulum iam amiserit; quia renouauit beneficium parochiale; aut quia reuera priùs approbatus fuerat ab Episcopo, & ignoratur postea reuocatum esse ex causa approbationem; aut quia approbatus fuit ad tempus, v. c. ad biennium, aut triennium, & tempus iam sit elapsum: communiter tamen putatur adhuc durare, quantum Sacerdos sciat esse elapsum: extra verò hunc titulum, malum, aut bonum, seu potius coloratum, nullo modo valere talem confessionem. Eam in his terminis tenent Nauarrus in Manuali Latino, cap. 9. num. 8. Innocentius in cap. Dudum, de electio segundo, argumto 2. & in cap. Nomen, 8. quæst. 4. quem Panormitanus, & communis opinio ibi sequitur. Et ponderanda sunt verba Nauarri ibi: Idem dico de absolutione data ab eo, qui aliqua de causa bonum titulum, quo fruebatur, amisit; dummodo amissio illa non sit notoria: imò & qui bona fide confiteretur ei, qui nullum titulum, nec bonum, nec malum habuit; vel illi, qui notorie amisit illum, quandiu in bona fide perseverat, saluabitur: si tamen postea eam bonam fidem amiserit, confessio erit iteranda secundum Panormitanum in dicto cap. Nihil, & dicto cap. Dudum. Hac ille. Et hanc opinionem tenet etiam expressè Sancius loquens de confessione, lib. 3. de matrimonio, disp. 22. num. 13. ibi: Omnia gesta per Prælatum, vel Parochum, communi errore talem existimatum, habentem titulum putatum à legitimo Superiore, valent; etiamsi ad forum conscientie spectent: unde confessiones his factæ, iteranda non sunt, detecto impedimento. Et ex parte consentit cum Nauarro, ex parte dissentit: consentit, quatenus dicit, confessionem esse validam: dissentit, quatenus dicit, non esse iterandam, detecto impedimento: cum tamen Nauarrus dicat, iterandam esse. Sed in hoc minus benè ait Nauarrus. Tener etiam Rosella verbo, Confessio sacramentalis, 3. num. 41. Angelus verbo, Confessio, 4. num. 12. Syluester verbo, Confessio, 1. quæst. 19. Tabiena verbo, Absolutio, num. 30. & idem Nauarrus in cap. Placuit, de pœnit. distinct. 6. num. 177. Paludanus in 4. dist. 17. quæst. 6. art. 2. à num. 12. Caietanus in Summa, verbo, Confessionis iteratio, Medina C. de confessione Confessori excommunic. scienter facta, vers. Secundum dictum. Perrus Soto lect. 6. de Confess. paulò post initium, §. Quod verò dicimus, Palatius in 4. dist. 17. disp. 7. fol. 272. vers. Similiter quoque. Frater Medina lib. 1. Summa, cap. 11. §. Tertio, fol. 39. Angles in floribus, 1. part. quæst. 3. de confess. art. 7. difficult. 9. fol. mihi 287. Henricus lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 2. in contr. erro. littera E. & cap. 7. num. 2. & lib. 13. de excomm. cap. 7. num. 6. Arag. 2. 2. quæst. 60. art. 6. §. Est aliud dubium, fol. mihi 109. Ludouicus Lopez 1. part. Instructor. cap. 38. §. Iteranda confessio, Rodriguez tom. 1. Summa, edit. 2. c. 60. n. 3. Vega lib. 5. Summa, casu 233. & alij. Et ratio est, primò, quia Papa, vel Episcopi in fauorè fidelium tacite approbant Confessarium. Secundò, quia valet matrimo-

Nauar. Inanoc.

Panorm.

Sanchez.

Rosell.

Angel.

Syluest.

Tabiena.

Nau.

Palud.

Caiet.

Medina.

Petr. Soto.

Palat.

Medina.

Augl.

Henric.

Arag.

Lopez.

Rodrig.

Vega.

nium; in quo assistit Sacerdos habens titulum coloratum, qui communi errore putatur Parochus, quantum non sit ergo similiter valebit confessio bona fide facta à popularibus illi Confessario, qui communiter, & cum titulo, saltem colorato, putatur sufficiens, & approbatus, quantum reuera actu approbatus non sit; & consequenter, is erit eligibilis. Tertio, quia in foro externo valet actus in fauorem iudicij factus ab eo, qui communiter existimatur actualis Iudex cum titulo aliquo bono, vel malo: quantum reuera Iudex non sit, vt late probat Sanchez citatus disp. 22. num. 5. & patet ex l. Barbarius. §. De officio Prætoris, ibi: Si Seruus, quâdum latuit, dignitate prætoris sumptus sit, quid dicemus, an quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti, an forte propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt? Et verum puto, nihil eorum reprobari, cum populus Romanus etiam seruo potuisset discernere hanc potestatem. Hac lex. Ergo & in foro interno valebit etiam absolutio impensa ab eo, qui cum aliquo titulo, bono, vel malo, in fauorem fidelium, communi errore putatur approbatus, quantum non sit; par enim vtrouque est ratio: nam supposita potestate Ordinis, vterque forus quoad potestatem iurisdictionis, est æqualis: ergo, quod statuitur in foro externo quoad valorem actus, censetur etiam decretum, & statutum in foro interno.

74. Nec obstat, quòd populus Romanus poterit conferre eam iurisdictionem pro foro externo, seruo, vt tangit lex, Barbarius, assignata; & potestas secularis non possit approbare huiusmodi Confessarios: nam in fauorem fidelium consentium, & sacramenti, censentur Prælati Ecclesiastici eam approbationem in ipso actu, & ad ipsum actum confessionis dare, cum antea potuissent, & de facto moraliter censentur in re data, & obrenta, ac proinde confessiones ita sunt validæ, vt quantum postea constet, Confessarium non fuisse approbatum, non teneantur fideles eas iterare.

75. Secunda ait, non valere talem confessionem, & absolutionem impensam ab eo Sacerdote seculari, vel regulari, qui reuera non est approbatus, & expositus ab Episcopo ad confessiones secularium audiendas, licet supposito titulo colorato, communi errore putetur expositus. Ita docent, vel docere videntur Rosella verbo, Confessio sacramentalis, 3. n. Rosella. 41. Syluester verbo, Confessor, 1. quæst. 19. Tabiena Syluest. verbo, Absolutio, 1. num. vltimo. Fumus verbo, Absolutio, num. 30. Ludouicus Lopez 1. part. Instruct. cap. Præmissa. 58. §. Iteranda est confessio, hi enim omnes docent expressè, non esse validam absolutionem sacramentalem, collatâ à Parochio, qui occultè titulum amiserat; quantum communi errore putetur, illum habere: & eadem est ratio de testimonio, seu titulo approbationis: & pro hac etiam parte debet facere omnes, qui dicunt, in foro externo non valere gesta ab eo Iudice, qui verum titulum non habet, quia iam illum amisit, vel obdelictam, vel ob occultam Superioris reuocationem: & hi sunt, Specula. Spec. tor titulo, De iudice delegato, §. Restat videre, num. 5. & ibi Ioannes Andr. in addit. vert. Ut ibi, Barc. in l. Ioan. And. 1. more, ff. de iurisdictione omnium Iud. num. 18. & ibi Barr. Albericus num. 22. Bellapertica num. 21. Socinus Alber. num. 73. Abbas in cap. Gratiam, de officio delegati, Bellap. num. 10. Maranta de ordine iudicario, 4. par. d. 5. Socini titulo, An iudicij sit ordinarium, vel delegatum, Abb. num. 61. Couart. quæst. pract. cap. 11. num. 2. Probatur primò: quia ad valorem actus à iurisdictione dimanantis, necessaria est iurisdictione, vel ille titulus, & fundamentum, sine quo Iudex non habet iurisdictionem: sed ille Sacerdos, qui iam non est approbatus, & expositus ab Episcopo, vel cui expirauit tempus approbationis, reuera non habet testimonium, & fundamentum, quo legitimus Iudex constituitur in foro poli, licet communiter existimetur illud habere: ergo non potest esse idoneus, & legitimus Iudex: ergo inualidè absoluit. Confirmatur: quia communis error eam approbationem conferre non valet, vt patet ex l. Priuatum, C. de iurisdictione omnium Iudicum, ibi: Priuatum consensus Iudicem non facit eum, qui nulli præest iudicio, & quia alioqui nomine Episcopi, qui potest approbare Sacerdotes in Confessarios, intelligeretur etiam populus, quo quid absurdus. Probatur secundò: quia, licet forte leges ciuiles, & canonicæ, quoad forum externum, raras habeant omnes actus iudiciales spectantes ad eundem forum in eo casu, quo Iudex presumitur esse verus Iudex, & habere verum titulum, cum tamen non habeat; tamen eæ leges non explicant valere eam sententiam in foro interno, sicut explicant valere in foro externo, vt lex, Barbarius, citata, & l. 2. C. de sent. & interloc. & alia: ergo extendendæ non sunt ad forum internum, cum hi fori longè inter se distent. Probatur tertio efficaciter ex cap. Dudum, 2. de electione, ante verbum, Verum Procurator, ibi: In mulierum animarum dispensationum parochiales Ecclesias retinebat, cum earum cura, qua iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus perueniret; & sic per ipsum eadem anima damnabiliter sine decepta. Ex quo constat liquidd, concurrente communi errore, & titulo à Superiore collato, quia cessauit ille titulus, Prælatum illum absolutentem, inualidè absoluisse, & animas miserabiliter decessisse. Ex his opinionibus prima verior, & tenenda.

76.

Ad argumenta pro hac secunda opinione facta, ita respondemus. Ad primum dico, illum Parochum reuera habere actualem approbationem datam, & collatam in eo casu, concurrente, scilicet, errore communi, titulo colorato, vel à Papa, vel ab Episcopo in fauorem animarum; & sic reuera habere titulum approbationis, quo legitimus & verus Iudex constituitur in foro poli: in foro verò externo iurisdictionem etiam habet Iudex putatiuus, quam illi confert titulus presumpsus, dum adest communis error, & tituli inefficacia ignoratur. Ad secundum respondeo, supposita potestate Ordinis sacerdotalis, vtrunque forum, quoad iurisdictionem & valorem suorum actuum, esse æquale: quia, quantum ius non exprimat, gesta velere quoad forum conscientie; satis est, id esse statutum in actibus pertinentibus ad forum externum: quia eadem, & maiora inconuenientia & scandala sequerentur in foro interno, nisi actus in illo gesti essent validi, vt consideranti patebit: & quia, si Iudex ecclesiasticus in nostro casu potest validè absoluerè in foro exteriori, & validam profere sententiam, cur non poterit illam validè profere in foro interno? Ad tertium respondeo primò cum Abbate in eo cap. Dudum, 2. de electione, num. 20. & cum Sanchez lib. 1. de matrimonio, disp. 22. n. 14. fine, verè illas animas deceptas non esse ille enim Prælatum verè absoluebat, & validè; quantum ex parte ipsius Prælati, qui verus non erat, cum ingenti illius peccato decepta sint: vnde ille decipiebat; sed illæ non decipiebantur, dum deceptionem ignorabant, & bona fide verum Pastorem esse putabant: vnde textus dicit: Et sic per eum eadem anime damnabiliter sint decepta, id est, per eum, seu ab eo, & per peccatum, & cum peccato ingenti ex parte illius, non illarum. Respondeo secundò cum iisdem Auctoribus, impedimentum illius Prælati notorium fuisse, atque ita cum non concurreret communis error probabilis, & iustus, gesta per eum inualida fuisse.

Abb. Sanchez.

77.

Vt autem detur communis error, non sufficit ex-

ror vnus, aut alterius hominis putantis, Sacerdotem adhuc esse approbatum, cum tamen non sit, cæteris id non existimantibus; sed sufficit, si sit communis error in eo loco, vbi confessio facta est, vel actus iudicij externi: quia ibi communiter ignorabatur impedimentum defectus approbationis, & occultum erat, licet in alio loco notorium esset, vt optime probat Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 21. num. 9. & num. 6. & de actibus quoad forum externum spectantibus egregiè probat Glossa in Glos. cap. Quod nostram, 3. de iureiurando, verbo, Obseruandum: vbi cum textus dicat, in notorijs non esse seruandum ordinem iudicarium, explicat Glossa in eo loco, vbi delictum est notorium; sed in alio, vbi occultum est. Et ita docet Antonius in cap. Sci. sententia, de rescript. ad finem, vbi Abbas num. 13. Decius num. 38. & idem Anton. c. Ad probandum, Dec. num. 11. de sent. & re iud. vbi Abbas num. 11. Alexander de Neuo num. 20. Iason dicta l. Barbarius, Iason. num. 65. vers. 3. Nauarrus cap. Inter verba, in noua edit. corollario 68. num. 345. Antonius Gabriel 2. tom. Communium, lib. 1. titulo, de probat. concl. 8. Muscard. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 649. n. 63. Philarcus de officio Sacerdotis, 1. part. tom. 1. lib. 3. cap. 12. paulò post initium. Vgolinus de censuris tabula 1. cap. 13. §. 7. num. 3. A quo autem Episcopo petenda sit approbatio, dicimus infra num. 88. & 89. & deinceps.

S V M M A R I V M.

- An Episcopi ex suis subditis eligere sibi in Confessarium possint, aliquem Sacerdotem non approbatum, num. 78.
Quid, si sit sibi non subditus, & ex diuersa diocesi, num. 78.
Refertur sententia affirmans, ibid.
Astruitur negans, num. 79.
An possit Episcopus approbare Sacerdotem sibi non subditum, ad se consistendum, & ad ius omnes consistendas, num. 80.
Approbatio data ab Episcopo Sacerdoti sibi non subdito, tandem ex parte Sacerdotis approbati durat, quandiu durat aliqua subiectio illius ad ipsum Episcopum, num. 81.
Soluntur fundamenta opinionis posita num. 78. & num. 82.
An Episcopus possit dare suo subdito facultatem eligendi ex suis subditis Confessarium ex non approbato, num. 83.
Propositur sententia affirmans, ibid.
Astruitur negans, num. 84.
Et respondetur rationibus in contrarium, ibid.
An regulares, dum inter agunt, possint ex privilegio aliquo confessiones secularium audire, licet in iis diocesis, & locis approbati non sint, num. 85.
An ex vi sue approbationis in vna diocesi sine tali privilegio, dum iter agunt, id possint efficere, num. 86.
Soluitur dubium, num. 87.
Cuius Episcopi approbatio requiratur, Refertur prima sententia affirmans, sufficere approbationem cuiusque Episcopi absoluti, num. 88.
Refutatur, num. 89.
Refertur secunda opinio, asserens, necessariam esse approbationem Episcopi parentis, num. 90.
Reiicitur, num. 91.
Astruitur tertia asserens, necessariam esse, & sufficere Episcopi Confessarij, num. 92.
Soluntur argumenta in contrarium, num. 93.
An Sacerdotes possint confiteri alijs Sacerdotibus non approbatis, num. 94.
An Parochi possint committere facta omnes Sacerdotibus non approbati, ibid.
Privilegijs,



Privilegiis, & consuetudine quacunq[ue], etiam immemorabili, non obstantibus.]

78. S Vper hæc verba Concilij multa etiam dubia Emergunt, Primum est, utrum Episcopus, & alij Prælati magni, veluti Archiepiscopi, qui ex privilegio in corpore iuris inserto, atque adeo à iure habent potestatem, & facultatem eligendi Confessarium, quem voluerint, ut patet ex Gregorio I X. cap. Ne pro dilatione, de pœnit. & remissionibus. post hodie post huiusmodi decretum Concilij Tridentini dicta sessione 23. cap. 15. eligere Sacerdotem non approbatum ex diversâ diœcesi. Dixi, ex diversâ diœcesi: quia, si Episcopus eligat sibi subditum ex sua, per eam electionem, illum approbat ad se consistendum, ut patet. Et hac de re est duplex opinio, ut attingit Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 7. fol. mihi 630. col. 2. vbi dicit, Romæ fuisse hanc questionem excitatam, & ventilatam in quadam Congregatione, cui decem Cardinales interfuerunt, & divisos fuisse in diversas sententias: quinque enim illorum affirmabant; quinque omnino negabant. Prima ergo sententia affirmat, posse etiam hodie prædictos Episcopos, & Prælatos uti licitè, & validè suo privilegio, & eligere, quencunque Sacerdotem voluerint ex non approbatis, sicut ante Concilium poterant. Primò, quia Concilium Tridentinum per illam clausulam generalem: Non obstantibus privilegiis, & consuetudine etiam immemorabili, non derogat privilegia in corpore iuris inserta: neque enim per clausulam generalem privilegio in iure inserto derogatur, ut est communis regula Canonistarum, quam tradit Decius consilio 165. Privilegium Episcoporum ad eligendum Confessarium, quem voluerint, in corpore iuris insertum est, ut patet ex cap. Ne pro dilatione, de pœnit. & remissionibus. Confirmatur: quia, ut diximus num. 15. per hanc clausulam generalem Concilij Tridentini non reuocatur illud privilegium, in corpore iuris insertum, quod Mendicantes habent in Clementina, Dudum, de sepulturis, manendi eo ipso à Summo Pontifice approbato, ad confessiones sæcularium audiendas, si ex odio, aut malevolentia eos Episcopi non approbaverint post examen, cum digni percepti fuerint, vel ad illud non admiserint, ut satis probauimus dicto num. 15. & docent etiam Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 4. Vega lib. 1. calatum conscient. casu 58. Rodriguez in explicatione Cruciatæ, §. 9. dub. 1. num. 33. Graphis lib. 1. decif. aur. c. 13. num. 49. Petrus Cenedo de questionibus canonicis, quæst. 38. num. 20. ergo pari ratione nec etiam illud privilegium per eam clausulam generalem reuocabitur, quod Prælati habent in corpore iuris insertum, eligendi, quencunque Confessarium voluerint. Probarur secundo: quia, licet in prædicto decreto Concilij Tridentini adimatur potestas Sacerdotibus sæcularibus eligendi Confessarium ex non approbatis, ut patet ex illis verbis: Decernit sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopis per examen, &c. si illis videbitur, idoneus inducitur, & approbationem, que illi gratis datur, obtineat, &c. in quibus expressè Concilium derogat privilegium Sacerdotum, qui ante Concilium poterant confiteri cuicunque Sacerdoti: tamen nomine Sacerdotis simpliciter dicti non venit Episcopus, præsertim in materia odiosa, qualis hæc est, ut docet Panormitanus in cap. Non potest, de sententia, & re iudicata. Ita se habet ista opinio, quæ non est omnino improbabilis.

Soarius.

Dec.

Henriq. Vega. Rodriguez. Graphis. Cenedo.

Panorm.

Secunda sententia probabilior, & tenenda, docet, omnes Prælatos inferiores Episcopis, qui iurisdictionem non habent episcopalem, non posse eligere sibi in Confessarium, nisi aliquem Sacerdotem ex approbatis ab Episcopis, iuxta formam Concilij: Episcopos verò, & alios Prælatos habentes iurisdictionem quasi episcopalem, qui solent etiam approbare in Confessarios ipsos Sacerdotes, ut diximus num. 55. si velint eligere Sacerdotem sibi subditum, posse eligere sibi in Confessarium, quencunque voluerint, nisi quædam antea à se, vel ab alio Episcopo approbatum: quia per ipsam electionem, illum approbant in suum tantum Confessarium: si autem velint eligere aliquem sibi non subditum, necessariò debere eligere aliquem ex approbatis ab Episcopis, quorum subditi sunt, & alias confessionem esse nullam: atque adeo docet, simpliciter non esse Episcopis ademptum suum privilegium in corpore iuris insertum, eligendi quencunque voluerint; sed tantum appositam esse à Concilio ex parte Confessorum, & Sacerdotum eligendorum, conditionem quandam necessariam, qua non seruetur, meligibiles manent, & idonei esse non possunt, ut eligantur conditio autem est, ut sint approbati à suis Episcopis ad confessiones sæcularium audiendas, aliàs non valeant confessiones. Quæ planè conditio vniuersaliter est apposita respectu omnium sæcularium, ut patet ex verbis Concilij, inter quos etiam Episcopi hic continentur. Neque potest, propriè loquendo, hæc materia dici odiosa, sed favorabilis, quandoquidem est in fauorem Sacramenti, & conscientie, & propriè nullum ius Episcoporum auferit. Et ita docent communiter Doctores, & tenet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 38. sect. 4. n. 7. fol. mihi 630. col. 2. & addit, ita declaratum fuisse ab Illustrissimis Cardinalibus in quadam Congregatione in declaratione 1158. & 1160. quæ ita habet: Episcopi, si volum eligere sibi non subditum, debent eligere approbatum ab Episcopo, cuius est subditus, & Toletus lib. 3. Summæ, c. 13. n. 5. ad medium, iuncto fine: & patet ex responsione, & declaratione Cardinalium super Conc. Trident. quæ habetur in Codice Illustrissimi Domini Alfonso ab Albo Castro, quæ sunt accuratissimè exceptæ, & est 1159. & sic habet: S. D. N. audita relatione Congregationis, declarauit, Episcopum, vigore privilegij, de quo in cap. finali, Ne pro dilatione, citato n. 78. de pœnit. & remission. non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio ordinario non fuerit adhuc ad formam decreti Concilij Tridentini admissus seu approbatus. At mirum planè est hoc: cur enim non poterit Episcopus Sacerdotem sibi non subditum, ad se consistendum per hanc electionem approbare: sicut potest illum approbare pro ouibus suis, ut praxis, & communis consuetudo habet? videmus enim Episcopos externos Sacerdotes passim approbare ad audiendas confessiones suorum subditorum, maxime Olisipone, quò confluunt Sacerdotes totius regni, & postulant ab Ordinario approbationem, quam illis, præmissò examine, impertiri solet pro rota sua diœcesi, vel pro Olisipone tantum, ut sibi placet: & ego aliquando, cum essem in Collegio D. Antonij Olisiponenfis nostræ Societatis, & ibi Præfectum studiorum agerem ex commissione Illustrissimi Archiepiscopi Olisiponenfis, aliquos istorum Sacerdotum periculo tentauit, quos postea, præmissa mea informatione, sigillo nostræ Societatis munita, Illustrissimus Præsul approbavit. Sed ad hoc dubium dupliciter respondere possumus, nimirum, duplici modo posse intelligi, Episcopum posse approbare Sacerdotem sibi non subditum pro suis ouibus: primò, in sensu veluti composito, id est, manentem sibi non subditum: secundo, in sensu diuiso, id est,

79.

Soarius.

Alb. Cast.

80.

Tolet.

81.

Soar.

id est, illum qui nõ erat subditus, & subditus postea modo aliquo fit. Et in hoc posteriori sensu, certum est, posse Episcopum approbare in suo Episcopatu Clericum alterius diœcesis, qui ei subdatur, tum ratione examinis; tum ratione seruitij, aut ministerij alicuius Ecclesie; tum etiam ratione mutationis domicilij, & habitationis, vel quasi domicilij pro aliquo tempore: nam pro illo illum poterit approbare. Cur enim non poterit quilibet Episcopus ministros vndequaque sibi asciscere, ut oues suas in spiritualibus, & Sacramentorum administratione iuuent, si eos dignos inuenierint? aut, quo iure hoc prohibetur? Et hoc probat vltus, & consuetudo communis. Et in hoc sensu dicendum est etiam, posse Episcopum Sacerdotem sibi non subditum sic à se approbatum, in Confessarium sibi eligere. Neque id quidem est contra declarationem Illustrissimorum Cardinalium; quia iam ille Sacerdos non consideratur, ut alienus; sed ut subditus; & ut sic, iam approbatus à suo Ordinario: nam in iure antiquo ante Concilium Tridentinum poterant Episcopi Sacerdotes externos, sibi asciscere, ut se iuuarent: & hoc non prohibetur per Concilium Tridentinum, modò eis iam subdantur: quia tunc iam non considerantur ut externi, sed ut subditi: & de his non loquitur declaratio Illustrissimorum Cardinalium: loquitur ergo in priori sensu, hoc est, in sensu composito; quatenus non subditus. Et in hoc sensu, & modo explicandi absolute dici potest, Episcopum non posse approbare aliquem Sacerdotem, nec profè, nec pro suis ouibus, qui ei modo aliquo non subiciatur: & hoc persuadet responsio illa Gregorij XIV. data in responsione Illustrissimorum Cardinalium: Quòd Episcopus non potest eligere alienum Sacerdotem, ut ei confiteatur, nisi à suo Episcopo approbatus fuerit ad formam Concilij. Vnde non potest Episcopus Conimbricensis allumere sibi in Confessarium, Sacerdotem diœcesis Portuenfis, in ea habitantem, & commorantem, nisi ipse à suo Episcopo Portuenfis approbatus fuerit iuxta formam Concilij: nec etiam potest Archiepiscopus Bracharenfis eligere ex vi privilegij in corpore iuris inserti in dicto cap. finali. Ne pro dilatione, de pœnit. & remiss. Sacerdotem commorantem, & habitantem in eadem diœcesi Portuenfi, aut Conimbricensi, nisi sit approbatus à suo Ordinario: excepto vno tantum casu visitationis: quia, ut eruditè notat Toletus lib. 3. Summæ, cap. 13. num. 5. quando Archiepiscopus suos Episcopos suffraganeos visitat, in ipso actu visitationis est proprius Parochus omnium ouium illius diœcesis, quæ visitat; & consequenter est proprius Parochus omnium Sacerdotum illius diœcesis, & tunc pro illo actu visitationis, & dum visitatio durat, ipse Sacerdos est subditus ipsius Archiepiscopi: vnde poterit Archiepiscopus illum eligere in Confessarium, quauis approbatus non sit à suo Episcopo; quia per illam electionem, illum approbat; & approbat tanquam sibi subditum, ut patet, in sensu diuiso, non in sensu composito. Notabatur tamen approbationem Episcopi datam alieno Sacerdoti, ad tempus sibi subdito, solum durare, quando illa subiectio manet, ut optimè notat Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 6. n. 13. fol. mihi 644. col. 2. ad finem; sicut supra diximus n. 8. de approbatione per beneficium parochiale, quæ solum durat, quandiu durat parochiale beneficium: quia ablata subiectio iam non est approbatus à suo Ordinario: nec simpliciter, nec secundum quid. Non negamus tamen, posse Episcopum ita approbare Sacerdotem sibi simpliciter non subditum, ut licet à suo Episcopatu recedat, approbatio duret, quoties ad suum Episcopatum redierit, vel quo-

cunque modo subditum suum se gerat: hoc enim vsu seruari videmus, præsertim in regularibus: & eadem ratione fieri potest cum sæcularibus Clericis quia non repugnat, nec excedit Episcopi potestatem, ut notat Soarius allegatus. Fundamenta contrariæ opinionis iam sunt soluta: dicimus enim Concilium Tridentinum per illam clausulam generalem, Privilegiis & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, nullo modo derogare privilegium Episcoporum in corpore iuris insertum, eligendi quencunque Sacerdotem voluerint sibi in Confessarium subditum, vel non subditum; & sic liberum hodie illis esse, sicut ante Concilium erat, eligere quencunque voluerint, sed solum in aliis verbis apposuisse Concilium conditionem quandam ex parte ipsorum Sacerdotum eligendorum, ut eligi non possint ad confessiones sæcularium audiendas, nisi sint approbati à suis Episcopis, iuxta modum explicarum. Ad secundum respondeo, nomine Sacerdotis simpliciter dicti non venire Episcopos in iure in materia odiosa; hæc autem materiam non esse odiosam; sed admodum favorabilem Sacramento, & conscientie: oportet enim, ut Sacramentum hoc ministeret, ac dispensetur per ministros probatos & sufficientes, & Concilium solum statuisse, ut ij tantum idonei, & probati essent, quos Episcopi approbauerint. Deinde respondeo, Episcopos ex Sacerdotibus suis subditis, posse eligere, quencunque voluerint, licet nunquam antea à se, vel ab alio Episcopo fuerit approbatus: quia per ipsam electionem, illum approbat ad se audiendum. In quo ergo præiudicium assertit Concilium Episcopis? In nullo profecto. Secundum dubium ex solutione præcedentis, quasi corollarie hic resultans, est, utrum Episcopus possit dare facultatem suo subdito eligendi Confessarium ex Sacerdotibus suis subditis, quencunque voluerit, etiam ex non approbatis, neque à se, neque ab alio Episcopo, cuius antea subditus esset: videtur enim posse, primò, quia, sicut eligendo sibi illum Sacerdotem in Confessarium, illum censetur Episcopus approbare; ita etiam per eam facultatem censetur eo ipso approbare illum Sacerdotem, quem iste elegerit. Secundo, quia hoc non videtur esse contra Concilium, imò iuxta illud; quia Concilium concedit Episcopis facultatem approbandi Sacerdotes, tam sæculares, quam regulares, ad confessiones sæcularium audiendas, per examen, aut alias, si eis videbitur, ergo potest hoc modo, & per hanc facultatem illum approbare. Tertio, quia Episcopus potest committere facultatem approbandi cuicunque voluerit, ut committit Vicario suo generali; & sæpè etiam committit Superioribus Religionis, ut illi Religiosi, quos illi approbauerint, approbati censentur ab ipso Episcopo: ergo potest dicto modo concedere hanc licentiam, virtualiter committendo approbationem ipsi penitenti: magis enim approbationis, cum sit iurisdictionis ordinariæ, committitur arbitrio Episcopi. Dicendum tamen est, id nullo modo posse Episcopos efficere: primò, quia in re perinde illud esset, ac dare facultatem suis subditis eligendi Confessarium non approbatum: quod non est dicendum: nam, si Papa eo modo concederet facultatem eligendi Confessarium, absque dubio censentur dispensare in hoc communi iure Tridentini; quod non possunt facere Episcopi: quamobrem dicendum absolute est, talem facultatem non posse dari ab Episcopo. Et ita tenet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 28. sect. 7. n. 17. fol. mihi 652. col. 2. Et ad primam rationem factam pro alia parte respondeo, esse diuersam rationem in electione; quam ipse Episcopus facit eligendo sibi aliquem Sacerdotem

82.

83.

84.

Soar.

ex suis subditis, atque in facultate, & licentia, quam praestat subdito, ut illum eligat, & approbet: nam in primo casu non dispensat Episcopus in decreto Concilij, sed vitur iure suo, & privilegio, quod habet, ad eligendum ex suis subditis, quocumque Sacerdotem voluerit sibi in Confessarium, quae electio est ipsamet approbatio: at in secundo casu expressè dispensat in decreto Concilij prohibente, ne quis eligat Sacerdotem, nisi ex approbatis ab Episcopo ipsius Sacerdotis, modo explicato. Ad secundam respondeo, hoc directè esse contra Concilium, ut patet: & sic nec licet, nec validè fieri posse; non licet, quia gravissimè peccaret tribuendo hanc facultatem sine vilo defectu personae eligendae: sicut enim lethalius peccaret Episcopus approbando omnes Sacerdotes sui Episcopatus sine vilo defectu; ita gravissimè peccaret tribuendo facultatem alicui subdito approbati ex omnibus vnum, quem ipse subditus voluerit: non enim refert, quid talis Sacerdos non approbetur simpliciter; sed tantum ad hanc personam audiendam: quia perinde est: nam ita requiritur approbatio ad vnam personam audiendam, atque ad vnam provinciam. Ad tertiam respondeo, si talis poenitens verè sit homo doctus, posse Episcopum ei committere facultatem ad approbandum ipsos Confessarios: quia non sit peioris conditionis ex eo, quod sit poenitens; tamen haec facultas est diuersa ab illa, quam committit poenitenti eligendi sibi Confessarium ex non approbatis, quem veluerit; & necesse est, ut habeat prius suum actum, quam altera de eligendo sibi Confessario: & non omnis poenitens est capax illius, neque hoc fieri praesumitur: nam, vbi in personis non est proportio, atque capacitas; non potest esse in concedente, moraliter loquendo, intentio dandi illi hanc iurisdictionem.

87. Tertium dubium est, an, quando regularis non mutat permanentem habitationem vnius Monasterij certae diocesis, in qua approbatus est, & discurrit per alias dioceses, in quibus nunquam fuit approbatus, possit in illis confessiones saecularium audire ex vi alicuius privilegij, concessi ante Concilium Tridentinum. Respondeo negatiuè: quia haec verba Concilij: *Non obstantibus privilegijs, & consuetudine etiam immemorabili*, derogant omnia privilegia extra ius commune vagantia, ante Concilium concessa. Dixi, ante Concilium concessa: quia Gregorius XI I I. post illud, concessit privilegium nostris Religiosis Societatis I E S V, ut possit audire confessiones, & praedicare, dum iter agunt, etiam in diocesis, in quibus non sunt approbati, si alibi approbati sunt, non obstante Concilij decreto: modo in iisdem locis non sint praesentes Episcopi; quanuis per dies aliquot morantur in ipsis locis, ut videre est in Compendio privilegiorum Societatis nostrae, verbo, *Confessarius*, §. 2. de quo privilegio mentionem facit Emmanuel Rodriguez in Bulla Cruciatæ, §. 9. n. 144. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. c. 27. n. 21. Henriquez lib. 3. de poenit. c. 6. n. 8. in commentario, litera I. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 28. sect. 7. n. 13.

Rodrid. Gutierrez. Henr. Sour. 86.

Nauar.

Ex quo privilegio, & speciali concessione inferunt huiusmodi Doctores, & optimè, non potuisse Religiosos Medicantes, ex vi suae approbationis factae, & operantur in vno loco, & communium privilegiorum suorum, audire confessiones saecularium, in omnibus aliis diocesis, in quibus approbati non sunt. Si enim id possent, frustra obtentum esset tale privilegium. Praeterea, Nauar. in Manuali Latino, cap. 27. n. 266. refert Xistum I V. privilegium concessisse Medicantibus, ut possint audire confessiones omnium saecularium, qui ad sua loca, & Monasteria confessionis causa venerint, licet non sint ex

Episcopatu, & diocesi, in quibus fuerint praesentati, & approbati. Signi ergo est, ut infert Soar. citatus, ex vi suae approbationis in vno loco, & communium privilegiorum non potuisse illos in eodem loco confessiones omnium fidelium aliarum diocesium in quibus non fuerint approbati, illuc confluentium, audire; & consequenter, non posse etiam illas audire extra illam diocesium, in qua sunt approbati, nisi habeant aliud privilegium: quia hoc illis per commune privilegium non conceditur.

Dices: Quando Religiosus non mutat diocesium, nec permanentem habitationem, in qua approbatus fuit ab Ordinario, si per alias diocesis, in quibus non est approbatus, discurrat, ex vi illius approbationis tantum, per Bullam, vel privilegium Pontificis est eligibilis in iisdem locis, & potest ibi confessiones saecularium audire, habentium simile privilegium; quanuis ex diocesi sint, in qua ipse non est approbatus, ut diximus num. 23. & dicemus statim n. 87. Ergo, quanuis ibi virtute Bullae non eligatur, poterit praedictas confessiones audire. Nego illationem: quia non est approbatus ab Episcopo illius loci: est autem eligibilis virtute Bullae; quia Summus Pontifex potest concedere privilegium alicui, ut confiteatur cuicumque Sacerdoti voluerit totius orbis terrarum, ex approbatis à suo Ordinario, & de facto illud concedit per eam Bullam, & diploma, quod poenitentes habent: ipse tamen Religiosus, nisi eligatur, aut nisi etiam privilegium speciale habeat concessum post Concilium Tridentinum, & cum derogatione speciali illius, non potest saeculares illius diocesis, in qua non est approbatus, in ea ipsa diocesi audire. Et hoc privilegium solum habent Religiosi Societatis I E S V, dum iter agunt, ut vidimus n. 83. & ratione illorum alij Mendicantes. Instabis: Religiosus nunc approbatus, & existens in hac diocesi, potest in ea subditum alterius diocesis volentem sibi confiteri audire, quanuis non sit approbatus in diocesi ipsius poenitens, ut vsus docet, & quotidie fit: ergo etiam id poterit efficere in ea diocesi, in qua non est approbatus, secluso privilegio poenitens. Respondeo, negando sequens: quia Religiosi possunt in ea diocesi, in qua sunt approbati, omnium saecularium aliarum diocesium, in quibus approbati non sunt, confessiones audire, propter speciale privilegium Xisti I V. concessum Medicantibus, à quibus in ceteros regulares dimanavit: vnde, si aliqui eorum amplius possunt, quam à Concilio eis concedatur, id erit propter specialia privilegia, quae eis post Concilium Tridentinum concessa fuerunt ut optimè notavit Soarius tomo 4. de poenit. disp. 28. sect. 7. n. 13. sine, fol. m. 651. col. 2.

Tertium dubium est, cuius Episcopi approbatio necessaria sit, ut Sacerdos vere approbatus iuxta formam Concilij censetur. Et hac de re tres circumferuntur opiniones. Prima docet, sufficere cuicumque Episcopi approbationem, non huius, aut illius determinatè, sed cuiuslibet in confuso. Eam docet Henr. lib. 1. de Indulgentiis, §. 4. ibi: *Non oportet, ut ab Episcopo diocesis, in qua Sacerdos per Bullam, aut Iubilaeum audierit confessiones, sit approbatus: sed ille, qui à quouis Episcopo approbationem simpliciter habet, hic durante illa, nisi reproberur, est simpliciter ubique terrarum idoneus, & per Bullam, aut Iubilaeum eligibilis*, quia hic simpliciter est approbatus iuxta formam Concilij: nam Concilium requirit approbationem in Sacerdote saeculari, vel regulari, ut sit idoneus ad audiendas confessiones saecularium; & non expressit, à quo Episcopo petenda sit haec approbatio: & hanc opinionem tenet Emmanuel Rod. in explicat. Cruciatæ, §. 9. n. 5. Medina 1. 2. q. 19. art. 6. pag. 308. Palatius in Palat. 4. dist. 17. q. 7. pag. 265. Corduba casu 10. & idem Cord. Henriquez

87.

Soar. 88.

Henr.

Rodrid. Med. Palat. Cord. Henriquez

Henriq. Sanchez. Led.

Henriquez lib. 3. de poenit. c. 6. n. 8. sine, & n. 7. initio: & probabilem dicit Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 16. & Ledesina in Summa de Sacram. vbi de poenit. cap. 13. post primam conclusionem, ut diximus n. 18. Itaque docet ista opinio, sufficere approbationem cuiuscumque Episcopi, siue sit Episcopus loci, vbi audiuntur confessiones, siue Episcopus poenitens, siue Episcopus Confessarij: & pro hac opinione citat Henriquez omnes sui temporis Salmaticenses, & aliquot Complutenses, ut vidimus n. 18. vbi iam haec quaestionem discussimus. Sed hic maioris claritatis gratia, & quia ita postulat ordo doctrinae, eam iterum ad examen vocamus.

89.

Hac opinio est probabilis, sed valde amplam licentiam concedit Confessariis: & mirum planè est, quod Sacerdos Catholicus approbatus in Germania à suo Episcopo, possit audire virtute Iubilaei confessiones Lusitanorum in Lusitania (mutato domicilio, aut quasi domicilio) existens; cum tamen per mutationem domicilij Episcopus Germaniae non sit actus proprius Episcopus illius: & habet contra se declarationes Cardinalium, quas citabimus, pro secunda, & tertia opinione, in quibus manifestè asseritur, approbationem hanc debere esse actualis Ordinarij ipsius Sacerdotis, ut ille sit ubique eligibilis, & censetur approbatus iuxta formam Concilij. Deinde habet haec opinio contra se vsus, & communem consuetudinem totius Hispaniae, quae videtur interpretari legem Concilij: nam Sacerdotes approbati in vna diocesi, si in aliam domicilium, aut quasi domicilium mutent, statim petunt novam approbationem à nouo Episcopo, quem per novam mutationem acquirunt, ut sint eligibiles, quia vt tales sint iuxta formam Concilij, opus est, ut sint approbati à suo Ordinario: iste autem post mutationem domicilij est suus, & alius desit esse suus.

90.

Gutierrez. Rodrig.

Secunda opinio docet, necessariam esse approbationem Episcopi poenitens, & hanc requirere Concilium Tridentinum. Eam tenet Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 26. n. 6. & Rodriguez supra citatus in eam inclinat, & Ordinarium poenitens appellant Ordinarium loci, in quo fit confessio: quia putant, poenitentem non posse eligere virtute Iubilaei, aut per Bullam Confessarium alterius diocesis. Probant ex responsione quadam Illustrissimorum Cardinalium, quam asserit Rodriguez in expositione Bullae, §. 5. vbi refert Dominum Ioannem de Ribeira, Archiepiscopum Patriarcham Valentinum, hac de re consultasse Illustrissimos Cardinales, eosque ita respondisse: *Congregatio Concilij respondet, approbationem ab alio, quam à Valentino Episcopo in diocesi Valentiniensi, non censeri approbatam ab Ordinario iuxta formam Concilij, & asserit se hanc responsionem, & declarationem vidisse Valentiae in Codice Illustrissimi Archiepiscopi*. Probant etiam rationibus. Primò, quia approbatio Confessoris est actus iurisdictionis, quam Episcopus exercet in Confessarium sibi subditum, dum illum approbat: quia licet versetur proximè circa Sacerdotem, terminatur tamen ad poenitentem, propter quem Sacerdos approbatur: ergo non excedit terminos iurisdictionis, & territorij ipsius Episcopi approbantis: ergo non potest Sacerdos approbatus esse eligibilis extra diocesium, nec dum in toto orbe terrarum, virtute Iubilaei, aut Bullae, nec ab aliis, nisi à parochiano, & diocelaneis illius diocesis; in qua approbatus est. Secundò, quia extra territorium ius dicenti, actus iudicialis sunt nulli, l. finali, ff. de iurisdic. omnium iudic. sed actus absolutionis est actus iurisdictionis: ergo non potest vnus Episcopus approbare nisi pro loco, & personis, in quibus habet iurisdictionem. Confirmatur: quia intentio Episcopi limitatur per iurisdictionem suam; vnde intentio Episcopi ap-

P. Steph. Fagundes in quinque prec. Eccl.

probatis Confessarios, aut conferentis beneficium parochiale, non potest esse, ut profit in alio Episcopatu; sed tantum in suo, cum in illo tantum, & in personas illius habeat iurisdictionem. Tertio, quia Episcopo loci commissa est cura animarum in locis suae diocesis commemorantium, non aliis extraneis Episcopis: ergo nec ille potest approbare suos Sacerdotes pro aliis diocesis, nec alij pro suis: ergo, neque Sacerdotes ob Episcopis approbati possunt esse in alia diocesi, aut vbiq; eligibiles virtute Bullae, vel alterius privilegij.

Hac opinio Gutierrez non est probabilis, neque defendi potest: quia accidentarium est huic Sacramento, quod in hoc, aut illo loco, vel diocesi fiat, dummodo Confessarius iurisdictionem habeat in poenitentem, vel ordinariam, vel commissam, aut delegatam: Papa autem potest delegare hanc iurisdictionem cuiuscumque Sacerdoti super quencunque fidelem poenitentem totius orbis, & de facto delegat, ac committit illam per Bullam, aut privilegium Iubilaei, dummodo Sacerdos sit approbatus à suo Ordinario, quod tantum Concilium requirit: neque decisio legis finalis ff. de iurisdic. omnium iudicium, extra territorium ius dicenti non paretur impunè, bene applicatur: quia illa lex habet locum in iurisdictione forensi, & in actibus iurisdictionis, quae sunt cum illeptu iudicij: quia in his terminatur iurisdictione circa territorium locale ipsius Iudicis, & ultra illud non extenditur. Vnde patet, absolutio-nem excommunicationis datam ab Episcopo extra territorij proprium, & in alieno territorij existentem, valere. Idem ergo est de absolutione. Tandem, quia si subditus Episcopi Lamecensis Orlisponne existens, habens Bullam Cruciatæ, ibi inueniat Sacerdotem approbatum ab Episcopo Lamecensi, poterit ibi cum eligere, sicut potest etiam ibi confiteri suo Parocho, si inibi cum inueniar, ut docet Soar. tom. 4. de poenit. disp. 28. sect. 6. n. 4. fol. m. 641. col. 2. & nos iam diximus num. 23. 35. & 36. Confirmatur haec veritas: quia huiusmodi sententia docet sufficere approbationem Episcopi loci, ut quis dicatur verè approbatus à Concil. Trident. Cur ergo non poterit poenitens Conimbriensis, habens Bullam, Portum ire, & Sacerdotem ibi eligere? & cur etiam, si illemet Sacerdos approbatus ab Episcopo Portuensi, versetur in Episcopatu Conimbriensi, non poterit ibi eligi ab eodem poenitente? Certè nullam video rationem in contrarium, cum ad valorem huius Sacramenti existentia localis sit extrinseca, ut diximus num. praeced.

Tertia ergo opinio probabilior ceteris docet, approbationem necessariam petendam esse ab actuali Episcopo Confessarij: illum autem esse Episcopum actualem Confessarij, qui est Episcopus loci, aut diocesis, in qua Sacerdos habitat, domiciliumque, aut quasi domicilium habet. Hanc opinionem tenet expressè Soarius tom. 4. de poenit. disp. 28. sect. 6. n. 6. & sect. 7. n. 3. iuncto n. 8. Bellanus in illam inclinat tom. 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. n. 50. §. Alij rati-men, Viualdus in Candelabro aureo, vbi de confessione, n. 27. conclus. 3. Ita etiam Henriquez lib. 7. de Indulgentiis, cap. 12. Medina 1. 2. quæst. 19. art. 6. Madama. Corduba in Summa, quæst. 10. in responsione ad 2. Corduba. & eam hodie doctiores probant: & probatur primò ex responsione Patrum Purpuratorum, quae inter alias habetur in nostro Collegio Conimbriensis Societatis I E S V, & in Codice Illustrissimi Domini Alfonso ab Albacastro. eiusdem diocesis Episcopi, est 1159. in qua explicatur illa particula Concilij, *Nullum etiam v. gularum, & sic habet praedicta responsio: Sanctissimus Dominus non s. et declaravit, tempore Iubilaei, posse omnes regulares (& eadem est ratio de Clericis saecularibus) confiteri*

SS peccata

91.

92.

peccata sua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones, in Bulla enim non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audientur: sunt confessiones, non autem de Ordinario poenitentium. Haec illa. Et quantum haec responsio directe datur de verbis Bullae, aut Iubilaei, afferentis, Confessarium, cum quo faciendae sunt confessiones ad impetrandam illius indulgentiam, debere esse approbatum ab Ordinario; & Cardinales, ac Papa modò declarent illum Ordinarium debere esse Ordinarium ipsius Confessarii, & non detur de verbis Concilij; tamen, ut optimè animaduertit Soarius, consequenter datur haec declaratio pro verbis Concilij, quia intentio Pontificis in Bulla, & Iubilaeo, est, ut seruetur decretum Concilij praescribentis, ut Confessarius, ad hoc ut sit idoneus, sit approbatus ab Ordinario: habemus ergo ex hac declaratione, istum Ordinarium debere esse Ordinarium Confessarii, & non poenitentis: usus autem, & praxis communis declarat istum Ordinarium Confessarii debere esse Ordinarium actualem, id est, illum, qui est Ordinarius illius loci, in quo de praesenti Confessarius habitat, & domicilium, aut quasi domicilium habet, ut satis probauimus num. 19 ad quem locum te remittimus: neque enim hic lubet eadem iterum repetere. Confirmatur etiam ex alia declaratione Illustrissimorum Cardinalium, quae habetur inter nostras Combricensis & inter illas Illustrissimi Episcopi Alfonso, & ita habet: Sanctissimus Dominus noster declauit, audita relatione Congregationis, Episcopum vigore privilegij sui, de quo in cap. finali, de poenitent. & remissionibus, non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam decreti Concilij approbatus. Ecce in hac responsione aperte explicatur decretum Concilij, & dicitur, necessariam esse approbationem Ordinarii ipsius Confessarii, non autem poenitentis.

Solum contra has declarationes, aperte, & directe opponitur illa declaratio allata ab Emmanuele Rodriguez in secunda opinione, in qua dicitur, Cardinales declarasse, approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo, in diocesi Valentiana, non censeri approbatum iuxta formam Concilij, quod perinde est, ac dicere, pro ouibus diocesis Valentinae, solum illum esse, & censeri Sacerdotem approbatum iuxta formam Concilij, qui est approbatus tantum ab eodem Episcopo, & non ab alio: quare illae, nec virtute privilegij poterunt eligere nisi Sacerdotem approbatum à suo proprio Episcopo, & consequenter etiam approbatio Ordinarii requisita à Concilio debet esse approbatio ab Ordinario poenitentis, & Sacerdotis, vel saltem ab Ordinario poenitentis tantum; & nulla alia approbatio erit sufficiens, ut Sacerdos iuxta formam Concilij sit eligibilis. Sed responsio Emmanuelis non est authentica, aut ad minimum non videtur authentica, & certè nobis constat de his nostris responsionibus esse veras, & fideliter exceptas, & in eis expressè dicitur, datas esse à Summo Pontif. auditis Cardinalibus, quod non dicitur in illa, quae affert Emmanuel Rodrig. & ideo absolute dicimus, approbatione, de qua Concilium loquitur, debere esse Ordinarii Confessarii, quando non potuerit simul esse Confessarii, & poenitentis, & hanc solum Confessarii sufficere, ut ille sit in toto orbe terrarum eligibilis. Cetera fundamenta aliarum opinionum iam sunt soluta.

Vltimum dubium est, an per illa verba Concilij: Non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, tollatur consuetudo antiquissima Sacerdotum, qua alij alijs mutuo confitebantur ante Concilium, absque vlla alia approbatione: & respondendum est affirmatiuè: post Concilium enim iam haec consuetudo locum non habet: decernit enim Con-

cilium d. sess. 23. c. 15. ne vllus habeat auctoritatem audiendi confessiones, etiam Sacerdotum, neque ad id idoneus, aut sufficiens reputetur, nisi approbatus fuerit ab Ordinario, non obstante quacumque consuetudine, aut priuilegio. Et ita docet expressè Toletus lib. 3. Summæ, cap. 13. n. 5. ad finem. Similiter etiam olim solebant ante Concilium Parochi ex quadam consuetudine committere suas oues cui-cunque Sacerdoti volebant; hodie tamen post praedictum decretum Concilij Tridentini, eas non possunt committere, nisi iis Sacerdotibus, qui approbati sunt iuxta praedictam formam Concilij: vetatur enim ac prohibentur omnes Sacerdotes confessiones licite, & validè audire saecularium, aut etiam Sacerdotum, nisi iuxta formam Concilij fuerint à suis Episcopis approbati, ut diximus num. 43.

Tolet.

C A P V T III.

Agitur de iurisdictione Sacerdotum: inquiritur, an ipsa approbatio sit iurisdictionis collatio: quaritur, vtrum Sacerdos approbatus possit, repugnantibus Parochis, audire confessiones fidelium in Quadragesima.

S V M M A R I V M.

- Non idem est semper, aliquem approbare, atque ei conferre iurisdictionem. num. 1.
Iurisdictionem ordinariam habet Papa in toto orbe: Episcopus in sua diocesi: Parochus in sua parochia. ibid.
Delegatam iurisdictionem, & ab alio commissam habere Papa non potest. num. 2.
Episcopus potest delegatam habere à Summo Pontifice. ibid.
Parochus à Papa, & ab Episcopo. ibid.
Iurisditio iure concessa, vel potest esse delegata, vel ordinaria. num. 3.
An idem sit approbare aliquem Sacerdotem ab vno Episcopo ad oues sui Episcopatus, atque ei conferre, & dare iurisdictionem super illas. num. 4.
Olim solebant Episcopi approbare aliquos Sacerdotes, ad hoc tantum, ut possint eligi virtute Bullae, vel privilegij. num. 5.
Hodie talis modus approbandi non est in usu; sed simul atque aliquis approbatur, statim ei conceditur iurisditio. num. 5.
Idem est approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, atque illum approbare ad confessiones audiendas. num. 6.
Approbatus in vno loco, aut vrbe, non est approbatus in alio: est tamen virtute Bullae, aut Iubilaei vbiq. eligibilis. num. 7.
Quando Episcopus in sua approbatione hanc clausulam apponit: Saluo iure Parochorum, is non potest audire confessiones in Quadragesima, repugnantibus Parochis. num. 8.
Quando Sacerdos generaliter approbatur ab Episcopo, aut pro aliquo oppido, vel loco, non apponitur clausula: Saluo iure Parochorum, sic approbatus potest audire confessiones, inuitis, & repugnantibus Parochis de iure. num. 9.
De consuetudine poterit aliud esse. ibid.
Soluntur argumenta in contrarium. num. 10.
Non impedimur per hoc Parochi à regimine sui gregis, & quare. num. 11.
Sacerdos in hac diocesi approbatus, potest audire confessionem

ffessionem hominis illius in alia, si ibi sint ambo. num. 12.
An possit Parochus prohibere suis parochianis, ne Sacerdotibus approbatis ab Episcopo ex obligatione Quadragesimae confiteantur. num. 13.
Quando Parochus concedit suo subdito licentiam confitendi, cui voluerit, non intelligitur hoc de confessione Quadragesimae. num. 14.
Quando Episcopus, vel Papa, concedit facultatem alicui Sacerdoti, nominatim, ut confessiones audiat, tunc illum approbat. num. 15.

Notandum in primis est, formaliter non idem esse semper approbare aliquem Sacerdotem, iuxta formam Concilij, atque ei conferre iurisdictionem: sed supposito sacerdotio ipsa approbatio est veluti vltima conditio, & complementum reddens proximè capacem ipsum Sacerdotem ad ipsas confessiones audiendas, si aliunde ei conferatur iurisditio: vnde ipsa approbatio, seu testimonium Episcoporum, non est semper, formaliter loquendo, collatio iurisdictionis: nam aliquando praeter hanc approbationem necessaria est iurisditio, quae ab alio committatur. Triplex autem est iurisditio: prima ordinaria: secunda delegata, seu ex commissione: tertia iure concessa. Ordinariam habet Papa in toto orbe terrarum: Parochus in sua parochia: Episcopus in sua Diocesi: hi enim tres sunt proprii Parochi, & in iure, nomine propriorum Parochorum veniunt, quibus ex officio incumbit animarum cura, nisi quartum velis adiungere, Metropolitanum, scilicet, in actu visitationis, dum Dioceses suffraganeorum Episcoporum visitat. Papa est proprius Parochus totius orbis terrarum: Episcopus suae Diocesis: Parochus ouium suae parochiae, & ideo huiusmodi Parochi eo ipso, quod ad officium Parochi assumuntur, statim habent iurisdictionem ordinariam in proprias oues.

Delegatam iurisdictionem habere non potest Papa, quia non habet alium superiorem in terris, aut aequalem, à quo ei possit talis iurisditio committi, & delegari. Episcopus potest habere delegatam à Pontifice: potest enim ei Summus Pontifex committere per delegationem, absolutionem ouium, non solum sui Episcopatus Romanis, sed etiam aliorum Episcopatum. Parochus habere potest delegatam iurisdictionem, vel à Papa, vel à suo Episcopo, vel ab altero Parocho: sicut etiam Episcopus non solum à Papa, sed etiam ab altero Episcopo eam habere potest; omnes enim ij eis poterunt committere suas oues, ut patet. Alij verò Sacerdotes, dum approbantur à suis Episcopis, nullam habent iurisdictionem ordinariam, quia non habent oues proprias; sunt tamen per illam approbationem proximè capaces, & habiles, vt ei Parochi proprii, hoc est, Papa, Episcopus, vel alius Parochus, possint committere suas oues: vnde constat iam, ipsam approbationem, formaliter loquendo, non esse semper ipsam collationem iurisdictionis, siquidè supponitur ad illam, & de facto Papa his Sacerdotibus approbatis committit iurisdictionem, & delegat suas oues per Bullam, Iubilaeum, & simile priuilegium.

Iurisditio iure concessa, vel potest esse ordinaria, vel delegata; vtraque enim iure conceditur: nam, vbi Sacerdos in Parochum assumitur, statim ei iure conceditur iurisditio ordinaria: vbi verò fidelibus datur priuilegium per Bullam, aut Iubilaeum, eligendi Confessarium approbatum iuxta formam Concilij, statim etiam, facta electione, iure conceditur iurisditio ipsi Sacerdoti super poenitentem, se virtute Bullae eligentem.

Quando autem Episcopus approbat aliquem Sacerdotem ad audiendas confessiones in suo Episcopatu, P. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccl.

scopatu, vel in aliquo oppido, aut parochia illius, tunc quidem ipsa approbatio, respectu ouium, ad quas illum approbat, videtur esse formaliter ipsa collatio iurisdictionis in easdem oues: quia tunc idem est approbare, atque ei actualem iurisdictionem conferre, vt docet Henric. lib. 1. de matrimonio, cap. 3. n. 5. & colligitur ex Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 35. n. 7. Nisi velis dicere, tunc formaliter, proximè, & actualiter conferri huiusmodi iurisdictionem ab Episcopo ipsi Sacerdoti, non quando eum approbat; sed quando aliquis ex subditis Episcopi, ad quos illum approbavit, actu ei confitetur. Sed hoc est maioris speculationis, quam res morales requirant.

Notandum secundo, olim solitos fuisse Episcopos approbare aliquos Sacerdotes ad hoc tantum, vt possint eligi virtute Iubilaei, Bullae Cruciatæ, aut similis priuilegij: raro tamen hoc accidebat, vt notat Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 27. n. 23. sed simul etiam simpliciter approbantur: & in hoc modo approbationis, ipsa approbatio non erat formaliter iurisdictionis collatio, sed erat habitatio quaedam, vt eis possent conferri iurisditio per commissionem, & delegationem Bullae, Iubilaei, vel priuilegij: hodie verò iam talis modus approbationis ferè non est in usu: sed simul ac aliquis Sacerdos approbatur in Confessarium, statim ei conceditur ac delegatur iurisditio ab Episcopis, super proprias oues, ad quas illum approbant, vt patet, & docet Henriquez citatus, & Gutierrez; & colligitur ex Sanchez loco citato.

Notandum tertio, idem esse, approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, atque illum approbare ad confessiones audiendas: vnde, cum Episcopus ita dicit in approbatione: Approbamus N. ad administranda Sacramenta in hac nostra diocesi, vel in tali, vel tali loco, aut parochia, solummodo haec approbatio intelligitur de Sacramentis Poenitentiae, & Eucharistiae, quae sunt Sacramenta maxima necessitatis; non autem de alijs Sacramentis vnctionis, matrimonij, &c. vt optimè & eruditè notat Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 35. n. 8. & Henric. lib. 1. de matrim. cap. 3. num. 5.

Notandum quarto, aliud esse approbare aliquem Sacerdotem ad audiendas confessiones in aliquo tantum loco, vrbe, aut oppido: & aliud illum approbare generaliter pro tota aliqua Diocesi; nam potest quis esse idoneus pro vno loco, non pro alijs, in quibus maior est frequentia mercatorum, qui contractus exercent; & ideo approbatus in vna vrbe tantum, aut in vno loco tantum, non est approbatus in alijs; quia per eam approbationem noluit ei Episcopus committere, ac delegare iurisdictionem, nisi super illas oues illius oppidi, & vrbis, ad quam illum approbavit, vt docet egregiè Gutierrez lib. 1. quaest. canonicarum, cap. 27. num. 18. & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 4. num. 4. absolute verò, respectu Summi Pontificis, is censetur approbatus, vt virtute Iubilaei, Bullae, aut priuilegij possit eligi ad audiendas confessiones omnium ouium, non solum illius Episcopatus, in quo limitatè fuit approbatus; sed etiam totius orbis terrarum, vt probauimus capite praecedenti, num. 45. & num. 18. & idem est de approbato ad feminas, non ad viros; aut ad viros, non ad feminas.

His notatis, dico primum: Quando Episcopus in approbatione, qua Sacerdotem aliquem approbat ad audiendas confessiones in sua diocesi, vel in aliquo loco illius, aut parochia, hanc clausulam apponit: Saluo iure Parochorum, vel Sine Parochorum praesidio, is quidem Sacerdos sic approbatus, non potest audire confessiones ex obligatione Quadragesimae.

Henric. Sanchez.

Gutierrez.

Sanchez, Henric.

Gutierrez.

8.



gestima, repugnantibus, ac contradicentibus Parochis. Probatur, quia iam id fit in eorum præiudicium; & illa verba clausulæ appositæ in ipsa approbatione aliquid debent operari; & hoc solum videntur operari, vt tempore Quadragesimæ non fiant confessiones, nisi de licentia Parochorum.

Dico secundo: Quando Sacerdos generaliter pro tota Diocesi, vel limitatè, & particulariter pro aliquo oppido, vrbe, aut parochia approbatur à suo Ordinario, potest de iure audire confessiones, pro locis, vbi est approbatus, non solum ex deuotione, sed etiam ex obligatione Quadragesimæ factas, etiam repugnantibus, & contradicentibus Parochis, siue parochiani habeant priuilegium, & Bullam aliquam Cruciatæ, siue non habeant, dummodo tamen in tali approbatione, tempus Quadragesimæ non excipiatur, aut hæc clausula non apponatur: Sine præiudicio Parochorum. Saluo iure Parochorum. Ita docet expressè Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 26. sect. 1. n. 9. Capua lib. 1. dec. 1. aut. cap. 1. 3. n. 45. Nauarrus in c. Placuit, de pœnit. n. 57. Corduba in Summa Hispanica, q. 10. Vega lib. 2. cas. 2. 18. Rodriguez in explicatione Cruciatæ, §. 9. n. 5. Richard. in 4. sent. dist. 17. q. 2. vbi quærit, vtrum fideles, qui confitentur alicui habenti potestatem Episcopi, teneantur illo anno confiteri suo Presbytero ex obligatione Quadragesimæ; & respondet, non teneri, quia Episcopus poterat illos absoluerè per se, quin illi tenerentur proprio confiteri; ac consequenter poterat id committere aliis Sacerdotibus; & de facto committit, dum illos sine limitatione Quadragesimæ approbat: & id tenet etiam Syluester verbo, Confessor, 2. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. Petrus Soto lect. 5. de confessione. Durandus, Paludanus, Adrianus, Maior, D. Thomas, D. Antoninus, & alij, quos citat, ac sequitur Soarius allegatus d. n. 9. fol. mihi 581. col. 1. Colligitur ex Toledo lib. 6. Summæ c. 1. n. 2. §. Vocamus, & ex Gutierrez lib. 1. quæstionum canonicarum, c. 27. n. 2. 3. Et ratio est: quia, quando in prædictis approbationibus non apponitur conditio, & clausula exceptiua: Saluo iure Parochorum, aut, extra Quadragesimum, censetur de facto concessa licentia, & approbatio sine tali clausula & conditione: vbi enim nihil excluditur, necessarium omne tempus includitur: nam voluntas superioris Episcopi, quando ea limitatio non additur, sufficienter declaratur. Dixi, de iure: quia de consuetudine fortassis erit aliud contrarium; dum tamen de tali consuetudine in aliqua diocesi aliud nõ constat, conclusio tradita est vera. Probatur ratione, primò: quia in Episcopo approbante prædictos Sacerdotes est potestas ad confitendos omnes suos diocesaneos, quocumque tempore, etiam Quadragesimæ, inuitis & repugnantibus propriis Parochis, & hæc potestas in Episcopo est ordinaria, vt diximus num. 1. ergo potest illam concedere, committere, ac dare cuicumque Sacerdoti: concedit autem de facto per ipsam approbationem, vt docet Henric. lib. 1. de matrim. c. 3. n. 5. & Soarius allegatus. Et confirmatur: quia per illam sufficienter declarat Episcopus suam intentionem, & si sub illis verbis aliud intendit, tenetur illud declarare; dum autem non declarat, veram habet nostræ doctrina. Confirmatur: quia, sicut Episcopus habet hanc potestatem absoluedi ex obligatione Quadragesimæ independentè ab omnibus, & singulis suis parochis, ita dum aliquem Sacerdotem pro sua diocesi, vel aliquo oppido illius approbat, sine limitatione temporis Quadragesimæ, vel iuris Parochorum, eam confert independentè ab illis: nam, si præter hanc facultatem, necessaria esset etiam facultas inferiorum Parochorum, profectò parè prodesset licentia Ordinarij, vt patet. Probatur secundo: quia Sacer-

Soar. Capua. Nauarr. Cord. Vega. Rodrig. Richard.

Syluest. Sotus. Soto.

Soarim. Toler. Gutierrez.

Henric.

dos huiusmodi sic approbatus, vel generaliter, vel in aliquo oppido & vrbe, verè habet licentiam à proprio parochio: tres enim sunt cuiusque Christiani proprii parochi, vt docet Nauarrus in c. Placuit, de pœnit. & remiss. num. 57. & Toletus lib. 6. Toler. cap. 11. §. Vocamus, nempe, Papa, Episcopus, Parochus: ergo vniuscuiusque eorum licentia sufficit independentè ab alio: quia quando iurisdictio in solidum est penes multos, ita vt quilibet eorum sine alio procedere possit; tunc vnus sine altero potest facere omnia, perinde ac si alij in tali iurisdictione non concurrerent, vt patet ex l. 1. ff. de offic. Consul. & docet prædictus Nauarrus cum communi; & maximè, quia in iure nomine parochi non venit solum parochus huius, aut illius parochiæ; sed venit etiam in sensu proprio Episcopus: est enim totus Episcopus, & singulæ parochiæ illius vèra parochia respectu Episcopi; sicut totus orbis est vera & propria parochia respectu Papæ: ergo perinde est habere licentiam ab Episcopo, ac illam habere à proprio parochio, vt probat Gutierrez lib. 1. quæst. canonicarum, cap. 27. num. 2. 3. & Glossa in cap. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. verbo, Sui sub dicto, ibi enim Glossa communiter approbata, nomine proprii Sacerdotis, non solum intelligit Episcopum, sed etiam Papam, & Presbyterum parochialem, & Legatum in sua Prouincia; & Archiepiscopum in Ecclesiæ Cathedralis, qui in hoc censetur de iure Vicarius Episcopi ad absoluedum ab omnibus peccatis, non tamen à reseruatis, vt egrègiè notat Sà verbo, Archiepiscopus. Vnde sufficit ad quemlibet istorum recurrere, non perita licentia alterius, pro confessione annuali, vt docet etiam Gutierrez Gutierrez loco allegato, & Panormitanus in c. Omnis vtriusque Panorm. que sexus, & Ancharanus ibi. Probatur tertio: quia, sicut Papa est proprius parochus totius orbis terrarum, & omnes Christiani toto orbe dispersi sunt verè oues illius; ita Episcopus est proprius parochus totius sui Episcopatus, & omnes oues singulorum parochiarum suæ Diocesis, sunt propriæ oues illius: ergo, sicut Papa potest approbare aliquem Sacerdotem ad audiendas confessiones in toto orbe, etiam in Quadragesimæ, repugnantibus; & contradicentibus parochis: ita etiam Episcopus potest præstare hanc facultatem cuicumque Sacerdoti, quem dignum ad id munus iudicauerit: censetur autem illam de facto præstare per approbationem, quando sine conditione datur.

Nec obstat cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissionibus, ibi: Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit confiteri, (intelligit ex obligatione Quadragesimæ, de hac enim confessione ibi agitur,) licentiam prius postulet, & obtineat à proprio Sacerdote: & aliter, nullum illum possit absoluerè, vel ligare: Nam, vt diximus, nomine proprii parochi, intelligitur non solum Presbyter parochialis, sed etiam Ordinarius, qui potest approbare Confessores: & sic iste licentiam habet à proprio parochio. Nec etiam obstat cap. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6. in illis verbis: Nulla quoque consuetudine potest introduci, quod aliquis, præter sui Superioris licentiam, Confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit absoluerè, vel ligare, quia nomine Superioris non intelligitur solum Presbyter parochialis; sed verius, & proprius, Episcopus, cum ille sit absolute superior, & independens ab alijs parochis. Præterea huiusmodi caput loquitur de consuetudine: nos autem loquimur de licentia: quod est diuersum quid: nam, verum est, nulla consuetudine potuisse introduci, vt homines diocesis Bracharësis ex obligatione Quadragesimæ confiterentur Sacerdotibus approbatis in diocesi Tudenis, vel Lamecensis; nec etiam potuit consuetudine introduci, vt parochianus vnus parochia

10.

parochia huius diocesis, absque licentia proprii Parochi confiteatur Parochio alterius parochiæ, nisi etiam ille sit approbatus pro toto Episcopatu, vel pro ea parte illius, in qua pœnitens confitetur.

11. Nec per hoc impediuntur Parochi à gubernatione sui gregis: quia exterius citare possunt, vt bene viuant, & temper manent proprii Parochi; cum ad illos pertineat scire, & inquirere, an iam sit confessi ex obligatione, & eos referre in album, & ab illis decimas colligere, vt bene notat Soarius allegatus num. 11. Nec iuste possunt etiam queri huiusmodi Parochi de præiudicio sibi illato; imò debent maximè gaudere: quia ipsi non priuantur iurisdictione sua, & dantur sibi adiutores; & quia semper habuerunt suam iurisdictionem dependentem ab Episcopo, & Ordinario suo, qui potest illam moderari, & restringere; quoties id expediens ad salutem animarum iudicauerit: Pastores enim & Parochi, non sunt Pastores propter se; sed propter oues.

12. Ex dictis sequitur primò, posse Sacerdotem generaliter approbatum, vel particulariter pro aliquo oppido huius diocesis Bracharësis, audire confessiones hominis diocesis Bracharësis, aut illius oppidi, pro quo approbatus est, in diocesi Portuensi, si casu ibi inueniantur: nam, quantis hoc sit exercere actum iurisdictio in districto alieno; tamen non est forensis iurisdictio, sed tantum voluntaria, quæ exerceri potest in diocesi extranea: solum enim iurisdictio forensis, quæ cum strepitu iudicij exercetur, in aliena diocesi exerceri prohibetur, vt sæpè diximus.

13. Sequitur secundo, non posse Parochum prohibere parochianum suum, ne confiteatur Sacerdoti ab Episcopo exposito, & approbato, ex obligatione Quadragesimæ: quia hæc potestas ad audiendas confessiones est relaxata; & idèd, si datur Sacerdoti ad audiendas confessiones, consequenter datur ouibus, vt illi confiteantur, si velint: alia frustra est; ne dicam inanis & vana, talis approbatio, vt doctè animaduertit Soarius Tomo 4. de pœnit. disput. 26. sect. 1. num. 1. §. Ex his inferitur.

14. Dico tertio: Quando Parochus concedit alicui suo parochiano licentiã, ac facultatem generalem confitendi cui voluerit, non intelligitur hæc facultas de confessione annuali ex obligatione Quadragesimæ: quia in confessione generali non veniunt ea; quæ quis negaret, si in speciali peterentur; & quia interest proprii Sacerdotis, conscientiam negare parochianorum. Et ita docet expressè Panorm.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Panorm.

mitanus sæpè hac de re interrogatus in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Sic, quando Episcopus concedit alicui Sacerdoti facultatem generalem ab absoluedum aliquem; aut ei committit omnes vices suas; non propterea ei concedit facultatem ad absoluedum illum à reseruatis, nisi de hoc expressè mentio fiat; aut aliunde appareat, eam fuisse voluntatem Episcopi, ex eo, videlicet, principio, quòd in concessione generali non veniant ea, quæ quis non esset in particulari verosimiliter concessurus. c. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6.

Dico quarto: Quando Episcopus, vel Papa, concedunt facultatem alicui Sacerdoti, nominatim ex non approbato, iuxta formam Concilij, ad audiendas confessiones; veluti, si Episcopus, vel Papa dicat: Damus, & concedimus Petro Sacerdoti licentiam, & facultatem ad audiendas confessiones, per eandem licentiam eum censetur approbare, ac proinde nullà alia approbatione eget ad prædictas confessiones audiendas. Ita docet Corduba in Summa Hispanica, q. 10. & Scarius tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 10. & Bellanus tom. 2. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 49. fol. mihi 473. col. 2. Si tamen Papa per Bullam aliquam, vel priuilegium, concedat alicui fidei, facultatem eligendi sibi confessarium, aut Episcopus etiam eandem facultatem alicui concedat; non possunt illi eligere sibi in Confessarium Sacerdotem ex non approbato; sed necessarium intelligendum est hoc priuilegium, & facultas de Sacerdotibus approbatis iuxta formam Concilij Tridentini sess. 23. c. 15. quod procedit siue Episcopus concedat eam facultatem ad eligendum Sacerdotem sibi subditum, siue alterius diocesis. Docet Soarius tom. 4. de pœnit. d. disp. 28. sect. 4. n. 10. Corduba item allegatus, & Sylu. verb. Confess. 1. n. 5. & Angelus verbo, Confess. 3. §. 4. & Cano in relect. de confessione, quos omnes citat, ac sequitur prædictus Corduba. Et ratio est: quia mandata generalia, maximè in materia odiosa, quæ deuiat à iure communi, intelligenda sunt iuxta ius commune, vt optime docet Nauarrus in manuali Latino, c. 18. n. 40. ex l. Si procurator ff. de condit. indeb. Sic, quando Episcopus præcipit sub excommunicatione, vt quis reuelet furtum, intelligitur semper, faciendam esse eam reuelationem secundum ius, præcedendo, scilicet, admonitionem fraternam, vt restituat: neque enim præceptum iudicis, eam reuelationem sub excommunicatione præcipientis, tollit, aut tollere potest ius commune, vt sæpè alicui diximus.

15.

Soar.

Soar.

Bellarmin.

Soar.

Cord.

Sylu.

Angel.

Cano.

Nauarr.





# LIBER OCTAVVS.

## De peccatis reſeruatis in communi, & de peccatis reſeruandis in Religionibus.

**M** VITA inquirenda nobis ſunt in hac diſputatione, & materia huius libri. Primò enim inquirendum nobis eſt, qui poſſint reſeruare peccata. Secundò, an aliqua reſeruentur de facto à iure in Episcopatibus, & Religionibus, & quæ illa ſint. Tertio, quomodo reſeruentur, an cum excommunicatione, an ſine illa. Quarto, an venialia etiam, an mortalia ſolum reſeruari poſſint: & quid de peccatis merè internis. Quintò, an Superiores, qui illa reſeruant, quando ſunt grauiſſimis cauſis impediti, poſſint audire tantùm reſeruata, & pro non reſeruatis mittere ſubditos ad alios Confeſſarios. Sextò, an illi reſeruare poſſint peccata aliqua ſine iuſta, & legitima cauſa reſeruandi; & an ea reſeruatio ſic facta valeat. Seprimò loco inquiremus, quis poſſit à peccatis reſeruatis abſoluerè.

### CAPVT I.

*Qui poſſint reſeruare peccata, & quæ; mortalia, & an venialia; interna, an externa; & an reſeruato peccato cenſeatur reſeruata cenſura illius: & vtrum reſeruatio ſine cauſa valeat.*

### SVMMARIVM.

- Eſt de fide eſſe in Eccleſia poteſtatem ad reſeruanda peccata.* num. 1.
- Summus Pontifex in toto orbe ea poteſt reſeruare.* n. 2.
- Nunquam ſolent Summi Pontifices ea reſeruare ſine cenſuris; & data poteſtate ab abſoluendum à peccatis, cenſetur etiam dari adſoluendum à cenſuris peccato adnexis.* num. 3.
- Episcopi ſolum in ſua diœceſi peccata poſſunt reſeruare.* num. 4.
- De facto aliqua reſeruant Episcopi ſine cenſuris, aliqua cum cenſuris; & ſi cum cenſuris reſeruent, datæ facultate ab abſoluendum à cenſuris, iam peccatum non manet reſeruatum.* num. 5.
- Quid eſt contra.* ibid.
- Ob quas cauſas Episcopi poſſunt reſeruare peccata.* n. 6.
- Quid, ſi cum reſeruatione papali concurrat etiam reſeruatio Episcopalis.* num. 7.
- Episcopi, à quo accipiunt poteſtatem reſeruandi peccata, an à Papa, an immediatè à Deo.* num. 8.
- Parochi ordinarij de iure non poſſunt reſeruare peccata, de conſuetudine poſſunt.* num. 9.
- Qui poteſtatem habent reſeruandi peccata, vel de iure, vel de conſuetudine, non ſolum ſibi, ſed alijs illorum abſolutionem reſeruare poſſunt.* num. 10.
- Qui conſuetudine poteſt reſeruare peccatum ſuū, non poteſt validè reſeruare aliud peccatum præter illud.* num. 11.

- Quale tempus requiratur, ut hæc conſuetudo ſit legitima.* num. 12.
- Hæc conſuetudo, ut legitima ſit, an requirat ſcientiam, vel patientiam Papæ, vel Episcopi.* num. 13.
- De facto peccata mortalia externa reſeruantur.* num. 14.
- An omnia mortalia collectiue ſumpta reſeruari poſſint.* num. 15.
- An etiam peccata mortalia purè interna reſeruari poſſint.* num. 16.
- An de facto ſint iam aliqua peccata interna reſeruata.* num. 17.
- An venialia reſeruari validè poſſint.* num. 18.
- An reſeruatio facta ſine cauſa licita ſit, & valida.* num. 19.
- Inferioribus non poteſt cauſa reſeruatiōis ſaris eſſe nota.* num. 20.
- Nulla ſit iniuria Episcopi, ſi Summus Pontifex aliqua peccata abſque cauſa ſibi reſeruet, aut aliquam cauſam externam.* num. 21.
- Poteſt Papa abſque cauſa reſeruare peccata, aut illius Episcopi reſeruare validè cauſas externas, vel peccata interna; ſed non licitè: reſeruet vero omnia Episcoporum omnia reſeruare, nec licitè, nec validè.* num. 22.
- An Episcopi poſſint in ſuis diœceſibus validè reſeruare aliqua peccata, ſiſque vlla cauſa.* n. 23, 24, 25, 26.
- Curati; qui de conſuetudine peccata reſeruare poſſunt, an licitè, & validè, abſque vlla cauſa, ea reſeruare poſſint.* num. 27.
- Reſeruatio an ſit poena.* num. 28.
- Sacerdos, qui à reſeruatis abſoluit, ſacrilegium committit, & abſolutio eſt nulla.* num. 29.
- Reſeruatio facta per legem, & ſtatutum ſynodale, non expirat; expirat verò morte reſeruantis reſeruatio perſonalis.* num. 30.

**D** E fide eſt, eſſe in Eccleſia Dei poteſtatem reſeruandi peccata: reſidet hæc poteſtas in Principibus eccleſiaſticis in Papa, in Episcopis, Archiepiſcopis, & reliquis Superioribus. Pater ex Concilio Tridentino ſeſſione 14. cap. 7. ibi: *Magnopere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinet, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ut atrociora quædam, & grauiora crimina, non à quibuslibet, ſed à Summis duntaxat Sacerdotibus abſoluerentur: unde merito Pontifices Maximi, pro ſuprema poteſtate in Eccleſia vniuerſa ſibi tradita, cauſas aliquas criminum grauiorè, ſuo pauerunt peculiari iudicio reſeruare. Et infra: *Neque dubitandum eſt, quin hoc ipſum Episcopis omnibus in ſua cuiusque diœceſi, in edificationem tam enno in deſtructionem liceat.* Hæc ibi. In quibus verbis cõprehenſit Concilium non ſolum cauſas, quoad forum externum; ſed etiam crimina, quoad forum internum. Vnde conſtat, poſſe Episcopos, & Papam reſeruare cauſas eccleſiaſticas, & cauſas, non ſolum quoad forum fori, quantum ad pœnas; ſed etiam quoad forum poli, quantum ad culpam, ut doctiſſimè probat Soarius tomo 4. de pœnit. diſputat. 29. ſect. 2. num. 8. & tenet. D. Thomas in 4. diſtinct. 17. quæſt. 3. art. 4. quæſt. 2. ad 4. Paludan. artic.*

**N**auarr. artic. 1. Nauar. cap. 27. num. 271. Ledefma 2. part. 4. quæſt. 8. artic. 2. concl. 2. & idem Soarius dicta diſp. 29. ſect. 1. num. 2. vbi id probat ex varijs Concilijs. Pater ex cap. *Si quis ſuadente*. 17. quæſt. 4. cap. *Pro quorundam*. de iudicijs. cap. *Conqueſti*, de ſentent. excommunicat. cap. *Quicumque*. eodem titulo, in 6. & cap. 2. eodem in Clementinis, cap. *Eſt dominium*. de pœnit. in Extrauag. Probatur ex antiquiſſimo vſu totius orbis Chriſtiani, Religionum, & diœceſum; & ex ratione: nam, ſicut in omni iudicio, & foro, Superior poteſt ſibi reſeruare cauſas, præſertim grauiſſimas, vt in foro externo Principes ſeculares facere ſolent; ſic etiam Principes eccleſiaſtici poterunt reſeruare cauſas, & cauſas pro foro interno, non ſolum quoad pœnas, ſed etiam quoad culpam.

2. Primò igitur Summus Pontifex in toto orbe Chriſtiano poteſtatem habet reſeruandi ſibi peccata, & de facto multa ſibi reſeruat in Bulla Cœnæ Domini: quia, cum ſit ordinarius Episcopus totius orbis terrarum, in toto orbe poteſt ſuam poteſtatem exercere: poteſt autem illa reſeruare, vel cum excommunicatione, vel ſine illa, pro vt ſibi libitum fuerit: ordinariè tamen, & regulariter nunquam Summus Pontifex reſeruat cauſas in foro concientiæ ſine cenſura: vnde nullus eſt caſus Papæ reſeruatus, qui non habeat adnexam cenſuram. Ita docet Toletus lib. 3. Summa, cap. 14. num. 1. Soarius tomo 4. de pœnit. diſp. 29. ſect. 3. num. 5. edit. 1. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 14. num. 1. Graphis lib. 1. deſinitionum aur. cap. 13. num. 40. Vivaldus in Candelab. vbi de abſolut. num. 8. & 56. Nauar. cap. 27. num. 261.

3. Eſt tamen difficultas maxima, vtrum, quando Summus Pontifex, vel Episcopus, (eadem enim eſt ratio de Episcopis in ſuo territorio) reſeruant aliquod peccatum cum cenſura; reſeruent ſibi ſimul, non ſolum ipſam cenſuram, ſed etiam peccatum, propter quod imponitur. Miſſis opinionibus, dicendum eſt, vtrumque ſimul, & æqualiter ſibi reſeruare, peccatum, ſcilicet, & cenſuram: vnde data facultate per Iubilæum B. illam, aut priuilegium ad abſoluendum à cenſura, iam ex communi conſuetudine non manet peccatum reſeruatum; & e contra, data facultate ad abſoluendum à peccato, etiam conſequenter conſeditur ad abſoluendum à cenſura, & iam cenſura non manet reſeruata, & ſic ea ea poteſt quilibet ordinarius Confeſſor quemlibet abſolueret, ſicut etiam poteſt abſoluerè à peccato, impenſata facultate ad abſoluendum à cenſura. Et hæc eſt communis conſuetudo totius Chriſtiani orbis: & idè, quando Papa per priuilegium aliquod, per Bullam, aut Iubilæum facultatem concedit abſoluedi à cauſis ſibi reſeruatis, & Episcopi à ſuis, ſemper intelligitur dare etiam facultatem abſoluedi à cenſuris illorum, niſi contrarium expriment, quod nunquam exprimit: & quando dant facultatem abſoluedi à cenſuris, conſequenter intelligitur dare etiam illam abſoluedi à peccatis, quibus ſunt adnexa, niſi ſimiliter contrarium expriment: ſicut enim non ſolent vnum ſine alio reſeruare, ita non ſolent vnum ſine alio tollere: vt enim huiusmodi Superiores ſe habent ad ligandum; ita & ad ſoluendum. Eſt communis iſta doctrina, & indubitata; & eam docet Toletus lib. 3. Summa, cap. 14. n. 2. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 27. num. 261. Cæteranus in Summa, verbo, *Cauſas reſeruatas*, n. 2. Soarius tomo 4. de pœnit. diſputat. 28. ſect. 2. n. 11. Capua lib. 1. deſ. aur. cap. 13. num. 40. Sotus in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. artic. 5. Vivaldus in Candelab. aureo, vbi de abſolutione, num. 8. & 56. vbi primo loco citat Armillam verbo, *Cauſas* num. 2. & Victoria.

4. **S**ylueſtrum verbo, *Confefſor*, 1. §. 19. Episcopi in ſua tantùm diœceſi poſſunt reſeruare cauſas, aliquando ſine cenſura, aliquando cum illa: pro vt melius ad ſalutem animarum iudicauerint, cum enim reſeruatio ſit actus iuriſdictionis, & illi in ſua tantùm, & pro ſua diœceſi ordinariam iuriſdictionem habeant, in illa, & pro illa tantùm, reſeruare cauſas poterunt, cum iuriſdictione non extendatur ad non ſubditos. Pater hoc ex vſu quotidiano Eccleſiæ, & ex Concilio Tridentino ſeſſione 14. cap. 7. ibi: *Neque dubitandum eſt, quin hoc ipſum Episcopis omnibus in ſuis tantùm diœceſi in edificationem, non in deſtructionem liceat*, & erat ibi ſermo de cauſam reſeruatiōem. Itaque hæc doctrina eſt de fide, & eam docet Capua lib. 1. deſ. aur. cap. 13. n. 71. vbi dicit, oppoſitum eſſe hæreticum propter Concilium allegatum, ſt definitionem illius in caſ. 14. conone 11. ibi: *Si quis dixerit, Episcopos non habere ius reſeruandi ſibi cauſas, niſi quoad externam poli-tiam, atque idè cauſam reſeruatiōem non prohibere, quominus Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat; anathema ſit.* Soarius tomo 4. de pœnit. diſp. 29. ſect. 1. num. 6. Ledefma 2. 4. quæſt. 8. artic. 2. concl. 1. Sanchez lib. 1. de matr. diſputat. 16. n. 3. & omnes numero præcedenti citati, & debent tenere omnes, qui dicunt, poſſe Episcopos in ſua diœceſi, quicquid poteſt Papa in toto orbe, quos citatos inuenies apud Sanctium loco modò allegato, quando id ſibi iure non interdicitur: nulli autem hoc eis iure à Papa interdicitur.

5. De facto autem episcopi aliquos caſu reſeruant cum cenſuris, aliquos ſine illis, quod animaduertendum eſt diligenter: nam, ſi ita nar, tunc dicendum eſt, data licentia & facultate ad abſoluendum à peccatis, quibus adnexa eſt cenſura, conſequenter dari ad abſoluendum à cenſura; & data ad abſoluendum à cenſura, iam peccatum non manere reſeruatum, & conſequenter poſſe ab illo quemlibet Sacerdotem Confeſſarium abſoluerè: data tamen ab Episcopis abſoluta facultate ab abſoluendum ab omnibus cenſuris ſibi reſeruatis, non cenſetur abſolutè dari ad abſoluendum ab omnibus cauſis reſeruatis, cum multi ab illis reſeruentur, ſine cenſuris; ſed ſolum dari ad abſoluendum ab illis cauſis, qui cenſuras habent adnexas, non tamen ab illis; qui illis carent, vt conſiderantur patebit.

6. Cauſe autem, ob quas Episcopi reſeruare ſibi poſſunt aliqua peccata, hæc ſunt. Prima eſt, vt ait Concilium Tridentinum ſeſſione 14. cap. 7. de reformat. vt grauiora peccata, grauiori iudicio ſubdantur. Secunda, vt ſubditi melius corrigi poſſint. Tertia, vt ſi aliqua ſint Reipublicæ pernicioſa, faciliùs adhibeatur remedium. Quarta denique, vt acriori metu perterriti, ab huiusmodi ſceleribus patrandis homines coërceantur, vt optimè animaduertit Sotus in 4. diſtinctione 18. quæſt. 2. artic. 5.

7. Si cum reſeruatiōe cauſas, & cenſuræ papalis, concurrat etiam reſeruatio cauſas, & cenſuræ episcopalis, dubitat Nauarrus in Manuali Lat. cap. 27. num. 261. & 263. an tunc data facultate per Bullam, aut priuilegium à Summo Pontifice ad abſoluendum ab omnibus cauſis, aut cenſuris ſibi reſeruatis, poſſit etiam Confeſſarius abſoluerè à cenſuris, & cauſis reſeruatis Episcopis abſque alia licentia, & facultate conceſſa ab ipſo Episcopo: & tandem reſoluit, fortè de iure non poſſe quemlibet Sacerdotem abſoluerè à peccato, & cenſura reſeruata Episcopo per Bullam, aut priuilegium Papæ: quia ibi concedit tantùm Papa facultatem ad abſoluendum à peccatis, & cenſuris ſibi reſeruatis;

non autem à censuris, aut peccatis Episcopo referuatis. De consuetudine tamen iam hodie in vniuersa Ecclesia introducta, sublata reservatione Papae per Bullam, aut Iubilaeum, censeri tolli etiam reservationem episcopalem, si vtraque simul concurrat: & ita, spectata consuetudine, sine dubio dicendum est, vt docet Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 9. & Sà verbo, *Casus referuatus*, num. 3. ibi: *Si vtraque reservatio concurrat, Episcopi, & Papae, sublata reservatione Papae, intelligitur etiam Episcopi sublata, & Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. num. 2. Capua lib. 1. decis. aur. cap. 13. num. 58. & idem Nauarrus in cap. Ita quorundam, de iud. notabili 11. num. 71. vnde Nauarrus in prædicto Manuali, cap. 26. num. 263, eruditè docet Sodales sanctissimæ Trinitatis posse absolui à casibus, & censuris episcopalibus, in consensu Episcopis, virtute cuiusdam priuilegij, & Bullæ eis concessæ à Gregorio XIII. in qua eis concedit facultatem, certis anni temporibus eligendi idoneos Confessarios ab Episcopo approbatos, qui eos possint absoluerè ab omnibus, & quibuscunque casibus, etiam Bullæ Cœnæ Domini, Sedi Apostolicæ referuatis, si reservatio episcopalis concurrat cum reservatione papali. Et ratio est: quia, qui concedit maius, concedit etiam minus, quando illud minus eiusdem rationis est cum maiori, in illòque includitur, per regulam, *Cui conceditur*, de regulis iuris, in 6. reservatio autem episcopalis semper includitur in papali, cum iurisdictio episcopalis à Papa pendeat, & vtraque reservatio sit actus iurisdictionis. Hinc sequitur, si aliquando in Iubilæo concessa fuerit facultas omnibus Cōfessariis idoneis, seu approbatis, iuxta formam Concilij, absoluedi à casibus papalibus, posse illos tunc, & securè etiam absoluerè à casibus, & censuris Episcopi referuatis, si simul vtraque reservatio concurrat. Non sequitur verò, concessa facultate ab Episcopo ad absoluedum à suis casibus & censuris, posse illos consequenter absoluerè etiam à papalibus, cum minor non habeat iurisdictionem in superiore, nec iurisdictio Papæ subiecta & subordinata sit iurisdictio episcopali: sed è contrario hæc illi subiecta sit. Nec similiter, concessio priuilegio à Papa ad absoluedum à casibus, & censuris Episcopi referuatis, censetur etiam concedi ad absoluedum à censuris, & casibus referuatis Papæ, cum concessio minori non concedatur maius, sed vice versa.*

Vnde autem sit Episcopis hæc potestas referuandi casus, & censuras, non facile dicitur Meliores Auctores censent, Episcopos habere hanc potestatem immediatè à Papa. Ita docet Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 25. sect. 1. num. 6. & 7. Viualdus in Candelabro aureo, vbi de absolutione, num. 38. Nauarrus cap. 27. num. 263. nullibi enim probatur, iure diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, præter illam habituales, & fundamentalem, quæ eis datur per ordinationem, & consecrationem: vnde omnis alia conceditur eis immediatè à Papa, cap. *In nouo*, dist. 21. vnde dicitur, Episcopos habere hanc potestatem referuandi casus immediatè à Papa, non à Dō: licet enim Castro de iusta Hæretic. punitione, lib. 2. cap. 24. & Victoria in relect. 2. de potestate Ecclesiæ, cap. 2. existimant, Episcopos habere suam iurisdictionem immediatè à Christo, non à Papa; & fundamentum accipiant ex illo Actorum 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei*, attamen, vt iam alibi diximus, hæc verba longè habent diuersum intellectum: solum enim ex illis concluditur, dignitatem, & consecrationem Episcoporum esse de iure diuino, & teneri Summum Pontificem aliquos Episcopos

Henriq. Sa.

Tolet. Crpua.

Nauarr.

Soar. Viuald. Nauar.

Castro. Victoria.

consecrare; iurisdictionem tamen actualem; non concluditur ex illis, esse de iure diuino: videmus enim aliquos Episcopos titulares nullam habere iurisdictionem actualem, quia non habent oues: licet habeant fundamentum proximum ad illam; characterem, scilicet, episcopalem: tunc autem eis hæc iurisdictio actualis conceditur, cum eis assignantur oues à Summo Pontifice: vnde iurisdictio habitualis est de iure diuino; actualis verò de iure humano à Summo Pontifice promanans, vt alibi iam probauimus.

Patet hinc ordinari non possunt de iure casus referuare; de consuetudine tamen legitime introducta, & longo vltu probata possunt, vt docet Soarius tomo 4. de pœnitent. disput. 29. sect. 1. Henriquez lib. 6. de pœnitent. cap. 14. num. 4. Nec item illos de iure referuare possunt alij Prælati Episcopo inferiores, vt sunt quidam Decani, Archidiaconi, & alij huiusmodi, qui iurisdictio quasi episcopali, aut episcopali earent, nisi vel ab aliquo Superiore ad id habeant specialem commissionem, vel delegationem; vel legitima consuetudine, & prescriptione hanc potestatem referuandi acquisierint: quia non sunt Ordinarij; & idè ea sola poterunt, quæ illis specialiter concessa, ac conamilla fuerint, aut legitime præscripta: non conceditur autem illis ab Episcopis aliqua iurisdictio ad absoluedum ordinariè à casibus referuatis, imò demittitur: sic non possunt in votis de iure dispensare, nec de iure excommunicare; possunt tamen ex commissione, & ex legitima prescriptione: vt de votis specialiter docet Innocentius in cap. 1. de voto, initio; & ibi Innoc. Hostiensis, & Sanchez lib. 4. Decalogi, tomo 1. cap. 38. num. 20. Ancharranus eodem cap. 1. de voto, Sanchez. num. vltimo. Zabarella ibi num. 4. quæst. 1. Paludanus in 4. distinct. 38. quæst. 4. artic. 4. concl. 6. num. 44. Richardus ibi artic. 9. quæst. 2. D. Antoninus 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9. verò. *Hoc autem videtur*, Richard. fella verbo, *Votum*, §. num. 2. Angelus verbo, *Votum*, D. Ansoni, 4. num. 6. Syluest. verbo, *Votum*, 4. quæst. 3. dicto 7. *Rgsell.* Sotus lib. 7. de iustitia, quæst. 4. artic. 3. col. 5. Nauar. Angel. in Summa Lat. cap. 12. num. 75. Azor tomo 1. Inst. Syluest. moral. lib. 11. cap. 15. quæst. 2. Sayrus in clauis regia, Sot. lib. 6. cap. 11. num. 82. & 86. Soarez tomo 2. de Reg. lig. lib. 6. cap. 10. num. 12. Lessius lib. 2. de iust. cap. 40. dub. 13. num. 109. Hinc falsò Maior in 4. distinct. 7. quæst. 5. & Petrus Soto lect. 6. de pœnit. dist. Soar. xerunt, Parochos posse de iure referuare casus; sed Lessius, raro illos referuare: non sunt enim (vt dixi) Ordinarij, vt id de iure possint, & idè id solum poterunt ex speciali commissione.

Certum est tamen, posse omnes Episcopos, & omnes Prælatos, & qui habent potestatem de iure, vel consuetudine, referuandi casus, illorum absolutionem referuare, non solum sibi, sed etiam aliis: & Episcopus potest referuare aliquos sibi, & alios Decano, vel Archidiacono: sicut Papa potest etiam aliquos referuare sibi, & alios Episcopis, & de facto ita sæpè facit. Probatur facillè: quia Episcopus potest sibi peccatum aliquod referuare, & post reservationem committere potestatem suam alteri ad absoluedum illum, qui in simile peccatum incurrit: ergo & à principio poterit illud alteri referuare: nam tunc vnicò actu duplicem effectum facit. Et ita docet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 28. aliàs Soar. 29. sect. 1. num. 6. & idè non probat, sed recitat id, quod ait Sotus in 4. dist. 16. quæst. 2. art. 5. si Episcopus referet vnum casum Decano, alterum Archidiacono, reservationem esse nullam, & ridiculam: nam in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. nonnulli casus referuantur soli Episcopo, & alij Vicario per Episcopum designato: vnde satis recitatur, & infirmatur sententia Soti, & roboratur opinio Soarij.

9.

Soarius. Henriq.

Innoc.

Hostiens.

Sanchez.

Ancharr.

Zabarel.

Palud.

Richard.

D. Ansoni.

Angel.

Sot.

Syluest.

San.

Molina.

Azor.

Sayr.

Sot.

Lessius.

Maior.

Soto.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

Soar.

11.

Duo tamen animaduertenda sunt circa consuetudinem legitimam præscriptam à Parochis ad referuandos casus Primum est, eam consuetudinem non esse extendendam vltra casus in ea præscriptos: vnde, qui cōsuetudine præscripsit absoluerè à referuatis in vna materia, v. c. in furto, non idè poterit absoluerè à referuatis in alia, v. c. in castitate: sic, qui consuetudine præscripsit dispensare in votis peregrinationum, non poterit validè dispensare in aliis votis; & qui consuetudine præscripsit dispensare in benedictionibus, aut in votis. Et ratio est: quia huiusmodi consuetudo exorbitat à iure communi, illique odiosa, atque mortifera est: dicitur enim huiusmodi dispensationes in iure mortis iuris; & idè talis consuetudo tanquam mors iuris restringenda est ad solam materiam præscriptam, & non ampliata ad alias, ne toties ius commune vulneretur, atque occidatur. Ita docet Sanchez lib. 4. Decalogi, cap. 38. num. 21. Paludanus in 4. dist. 38. artic. 4. quæst. 4. num. 44. Sayrus citatus num. 86. Soarius tom. 2. de Religione, lib. 6. cap. 10. num. 2. sine. Et ratio adhuc est: quia nulla præscriptio extendi poterit de vno casu ad alium similem, vt multis rationibus, quæ omnes ad rationem hinc iam tractam reducuntur, probant Bartholus in Auth. *Cui rem de sacrosanctis Ecclesiis*, & in l. 1. §. 3. per rextum, ibi: *si de iurisdictione primato*, & Cynus in l. 1. C. *Quo sit longa consuetudo*, oppositione 4. & Innocentius in cap. *Pastoralis*, de decimis, & Altamiranus de visitationibus, verbo, *Debeant quidem*, n. 28. vbi larè, & doctè hanc materiam profequitur.

Sanchez. Palud. Sayrus. varius.

Barthol.

Cynus. Innocent. Altamir.

12.

Palud.

San. Molina.

13.

San. Rochus.

Palud.

Supplement. Conar.

Lud. Lopez 1. part. Instruct. vbi de matrimon. cap. 46. col. 6. verò. *Deinde dubitare*, qui omnes dicunt, posse præuakere consuetudine, circa benedictiones matrimonij siue id à Pontifice sciatur, siue non: & eadem est ratio, circa absolutionem casuum referuatorum, vt patet: Multi tamen Doctores docent, requiri scientiam, & patientiam Prælatorum, contra quos præscribitur: quos citat, sed non sequitur Sanchez allegatus: Intra autem tempus assignatum ad præscribendum, binus actus inducit consuetudinem, vt probat doctissime Sanch. lib. 4. de matr. disp. 1. num. 22. & docet Sà verbo, *Consuetudo*, num. 5. in hæc verba: *Quod bis factum est, consuetudo, seu solutum est.*

Lud. Lop.

San. Sà.

14.

Soar.

Henriq.

Conc. Tr.

Agamus de alia parte tituli, quæ, scilicet, peccata referuati possint absoluerè, & quæ actò soleant referuari. Et in primis supponendum est cum Soario tomo 4. de pœnitent. disp. 26. sect. 3. num. 1. & cum Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 6. & cum ceteri iuribus, sola peccata mortalia externa de facto referuari; siue à Summo Pontifice, siue ab Episcopis: quod est iuxta Concilium Trid. sess. 14. cap. 7. de reformat. ibi: *Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est; vt atrociora quadam, & grauiora crimina, non à quibusvis, sed à Summis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur: vnde merito Pontifices maximi pro summa potestate sibi in vniuersa Ecclesia tradita, causas aliquas criminum grauiores potuerunt suo peculiari iudicio referuare.* Et infra: *Nec dubitandum est, hoc ipsum potuisse Episcopos.* Et quanuis alicui fortasse videatur, Concilium loqui de potestate, quasi non possint Summi Pontifices pro toto orbe, & Episcopi pro suis dioccesibus, alia peccata referuare, nisi sola mortalia, & ea quidem grauiora; tamen Concilium non loquitur de potentia, sed de facto, quod satis monstrant illa verba; *Posuerunt suo peculiari iudicio referuare.* Et verò constat, etiam inter Auctores, nullum esse peccatum mortale externum, quod referuari non possit, quantum est ex se, vt statim patebit.

Quæri tamen potest, an, sicut possunt omnia peccata mortalia diuisim referuari, possint etiam omnia collectiue, & simul sumpra: & in primis non est dubitandum, posse Episcopos, & Papam non dare aliquibus Sacerdotibus, cum eos approbant, iurisdictionem absoluedi à mortalibus; hoc tamen potius est totalis negatio, quam reservatio: reservatio enim dicit de formali limitationem quandam, seu particularem priuationem iurisdictionis circa absolutionem aliquorum mortalium, non omnium; & sic absolute negandum est posse id licitè fieri Similiter non potest Papa auferre Episcopis iurisdictionem ad absoluedum ab omnibus mortalibus: quia id planè esse contra rationem sui muneris, & contra vtilitatem pœnitentium; vt docet optime Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. num. 4. & per se notum est.

15.

16.

Hactenus de peccatis mortalibus externis, & illorum reservatione egimus. Peccata mortalia putè interna, & quæ solum in pura cogitatione, & consensu consistunt, quæque nondum in opus externum prodierunt, referuari etiam possunt, maxime in Religionibus, strictioribus, & feruentioribus, & in re graui: vt v. c. in hæresi, aut in apostasia à religione catholica, si per notabile tempus durauerint, veluti per horam, aut semihoram; vt optime docet Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 6. Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. num. 3. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. Caietanus 2.2. quæst. 11. art. 5. Ledesma 2.2. q. 8. art. 2. dubit. 10. fol. mlii 62. col. 4. Et ratio est: quia omnis iurisdictio fori interni communicatur inferioribus per Superiores. Cur ergo

Henriq. Soarius.

Caietan. Ledesma.

ergo





25.

Tertia opinio verior, & probabilior docet, posse Episcopos absque vlla causa, pro mera sua voluntate, & libertate referuare peccata, quæ voluerint, validè quidem, sed illicitè; & idè talem referuationem validam esse, non tamen licitam. Ita docet Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 29. sect. 4. n. 8. Et licet ille dubitanter hoc asserat, tandem tamen resoluit, si hoc contingat, inclinandum esse in fauorem Episcoporum. Docet etiam expressè Syluester verbo, Confessor, 3. num. 5. sine, & Capua etiam expressè lib. 1. decisionum aurearum, cap. 13. num. 77. vnde, cum talis referuatio sine causa facta, sit valida, absolutio contra eam data necessariò erit inualida, vt consideranti patebit. Hæc probatur ex rationibus factis num. 19. vbi diximus, referuationem factam à Papa pro mera sua voluntate, & libertate absque vlla causa, esse quidem validam, sed illicitam, rationes enim quibus id ibi probauimus, hæc etiam militant. Et hæc tertia opinio procedit etiam in omni referuatione, tam respectu Confessoriorum Parochorum, quam respectu omnium aliorum beneficio parochiali carentium: deinde probatur ex solutione fundamentorum aliarum opinionum,

Soar.

Syluest. Capua.

26.

Ad fundamenta enim primæ opinionis respondendum est, ea solum probare requiri causam rationabilem in referuatione Episcoporum, vt licita sit; non tamen vt valida. Ad locum Concilij Tridentini respondendum est, Concilium ibi nihil loqui de referuatione: solum enim ibi loquitur Concilium de Vicariis constituendis ab Episcopo, cum opus fuerit, vbi videri potest.

27.

Curati, & animarum præfecti, seu Parochi, qui ob legitimam præscriptionem possunt casus referuare, nec licitè, nec validè, meo iudicio, eos possunt referuare absque causa iusta, & rationabili. Et ratio est: quia, si legitimè præscripserunt, præscripserunt quidem propter aliquam causam iustam, & rationabilem: vnde, cum huiusmodi præscriptio odiosa sit omnibus, quia illis reddidit difficultatem vsum Sacramenti, non est extendenda vltra modum, & terminos ex causa rationabili præscriptos; extendere autem vltra illos, si de præscriptione, & consuetudine acquisita ob causam, voluissent acquirere nouum modum referuandi absque causa. Sic, qui præscripsit in dispensatione votorum ex causa, non potest validè in votis dispensare absque causa non enim consuetudo est extendenda vltra modum, & casum præscriptum, vt iam probauimus. Deinde, quia valdè decebat, ac conuenient erat ad tollendas occasiones dissensionum, & scandala publica, quæ oriri poterant inter Parochos, & parochianos, vt ipsi Parochi non haberent iurisdictionem communicatam à suis Episcopis, nisi sub ea conditione, vt si fortè per consuetudinem legitimè introductam iurisdictionem acquirerent ad referuandos casus, non fieret ea referuatio validè, nisi ex causa rationabili.

28.

Notandum verò, referuationem, vel posse esse referuationem personalem, vel per scriptam per legem: vtraque est pœna: sed diuerso modo, nam referuatio præcepta per legem, propriè pœna est, directa quidem, ac decreta ad puniendum peccatum delinquentis, & in illius odium, vt notat Molina tomo 1. de iust. disp. 92. vers. Pœna, Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. num. 18. & Ledesma 2. 4. q. 8. art. 2. dub. 6 fol. mihi 61. col. 3. vbi referuationem absolutè appellat pœnam, & odiosam; non tamen distinguit de referuatione per legem, & de referuatione personali: & idem facit etiam Graph. lib. 1. decis. aurear. cap. 13. num. 60. Referuatio verò personalis, pœna est etiam, sed lato modo, & improprie: vnde, cum referuaciones synodales, seu le-

Molina. Sanc.

Ledesma.

Graph.

gales, pœnæ sint, & pœnæ vt incurrantur, necessariò sui notitiam requirant, vt patet in irregularitate ob homicidium contracta, & in excommunicatione, non ex eo inferendum est idoneum Sacerdotem ignorantem referuationem alicuius peccati, & ab ea bona fide absoluerem, validè absolueret: est enim diuersa ratio in referuatione peccati, & in aliis pœnis irregularitatis, & excommunicationis: quia, cum referuatio nihil aliud sit, quam priuatio iurisdictionis, inde est, quòd ex defectu iurisdictionis Sacerdos ignorans peccatum aliquod esse referuatum, inualidè absoluat, cum tamen à peccato excusetur propter ignorantiam: nam ex defectu iurisdictionis non manet pœnitens illius subditis, quoad prædictum peccatum referuatum: vnde, sicut in foro externo sententia lata in non subditum à non Iudice, nulla est; ita in foro interno absolutio sententia data à non habente iurisdictionem, quia procedit à non Iudice, nulla est: & ita docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 32. num. 18.

62.

Sanchez.

29.

Peccat tamen mortaliter, & grauissimum sacrilegium committit ille Sacerdos, & confessio est nulla, qui sciens, & prudens absoluit à referuatis non habens iurisdictionem in illa, & confessio, vt dixi, quoad referuata tantum, erit nulla, & inualida. Et insuper Xistus IV. in Extrauag. *Et si Dominici*, de pœnit. & remiss. excommunicat ipso facto absoluentes à casibus Sedi Apostolicæ referuatis: & id patet etiam ex Clementina 1. de priuilegiis, & ex cap. *Si Episcopus*, de pœnit. & remiss. in 6. & ita docet Henric. lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 1. littera D, ad marginem, in commento, & Sylu. verbo, Confessor, 1. num. 5.

Henric. Syluest.

30.

Et quidem in eo distinguitur referuatio facta per legem, & statutum synodale, à referuatione personali: quòd referuatio facta per legem non expirat morte referuantis: quia lex semper loquitur, & de se est perpetua, nisi abeat in distinetudinem: referuatio verò personalis expirat morte referuantis. Est autem referuatio personalis, cum Papa, vel Episcopus dicunt: *Referuamus nobis, vel, Referuamus mihi tale, vel tale peccatum*. Item, cum dicunt: *In tali, vel tali casu non absoluitur aliquis, nisi per nos*, per illam enim clausulam, *nisi per nos*, non intelligitur dignitas, quæ est perpetua, sed persona, quæ expirat. Idem dicendum est, cum dicunt: *A tali, vel tali peccato non absoluitur aliquis, nisi de mandato nostro, vel, ad mandatum nostrum*, idem de his verbis: *Quoad vsque nobis placuerit*: omnes enim hæc referuaciones factæ his verbis, & aliis æquipollentibus personales sunt, & morte referuantis expirant. Et ita docet Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 28. num. 63. Vnde Sanchez benè inferunt Tabiena verbo, *Gratia*, sine, & *Tabiena*, mus sine etiam, & Sanchez citatus, & Soarius tomo 4. de pœnit. disput. 27. sect. 4. num. 9. concessio-

Sanc. Tabiena.

Furnus.

Soarius.

nis, & gratiam factam his verbis: *Quoad vsque nobis placuerit, vel, Ad nostrum beneplacitum*, expirare morte concedentis, tanquam gratiam merè personalem: quapropter nullatenus est audiendus Sà verbo, *Gratia*, n. 7. vbi dicit, gratiam, in qua dicitur, *ad beneplacitum meum*, esse personalem, & expirare morte concedentis: scilicet, si dicitur, *ad beneplacitum nostrum*: tunc enim dicit non esse personalem, ac proinde non expirare morte concedentis: & idem repetit in verbo, *Delegatus*, n. 3. Similiter est etiam reiciendus idem Sà eodem verbo, *Gratia*, dicto n. 7. vbi dicit, gratiam sic concessam, *donec voluerit, donec aliter ordinauerit*, etiam non expirare morte concedentis: contrarium enim tenet Sanchez citatus; & dicit, se omninò ignorare, & nescire fundamentum, quo Sà id ausus sit affirmare, cum hæc pronomina, *meum, tuum, suum, nostrum*, in dubio semper indicent, & concernant personam, vt tradit

Dominic. Francm. 31.

tradit Dominicus cap. *Si gratiosè*, num. 1. de rescriptis, sine, in 6. & ibi Francus num. 7. Sed quid, si in mandatis visitationum, Episcopi referuent sibi aliqua peccata, siue cum excommunicatione, siue sine illa, expiratne tunc referuatio, mortuo Episcopo, vel amoto ab officio, & dignitate: Certè resolutio huius dubij pender ex resolutione illius, an mandata visitationum expirent morte condentis: & quidem Nauarrus cap. 27. num. 2. & Auila in compendio Nauarri, verbo, *Excommunicatio*, littera G, docent (& optime) excommunicationes latas in mandatis visitationum expirare, & non esse à iure, sed ab homine in generali: quia sunt mandata generalia, aut specialia hominum, & sic expirare mortuo latore, si amoto ab officio, vel dignitate: quod intelligendum est quoad illos, qui in vita condentis Episcopi prædictam excommunicationem non incurrerunt: nam, si adhuc viuente illo incurta sunt, aut non amoto ab officio, vel dignitate, tunc quidem non expirant: & idem dicendum est de visitationibus Prouincialium Religionum, vt de se patet: quia hæc non durant, nisi quandiu ipsi Prouinciales durant in officio, modò non sint approbate à suis Generalibus: quia tunc tandiu durabunt, quandiu Generales durauerint.

Nauar. Auil.

CAPVT II.

Qui casus de facto referuentur Episcopis de iure communi, & qui de consuetudine.

SVM MARI VM.

- Casus referuari Episcopis, aut sunt de iure communi referuari, aut de consuetudine, aut de iure particulari synodalis Constitutionis. num. 1. An dispensationes votorum sunt de iure referuata Episcopis. num. 2. Peccatum incendiariorum an sit Episcopis referuatum. num. 3. Quid de peccato publici concubinat, & publicæ blasphemie. num. 4. An excommunicatio maior imposta à Papa ipso iure sit referuata solis Episcopis, quando Papa eam nec sibi, nec alteri referuat. num. 5. An absolutio ab excommunicatione sit peccatum referuatum, & quo modo. num. 6. Seculsa consuetudine cuiusque Episcopatus, & seculsa referuatione Constitutionum synodalium, de iure communi nulla peccata sunt referuata Episcopis in meliori opinione. num. 7. Numerantur aliqua peccata, qua de consuetudine sunt referuata vbi que Episcopis iuxta aliquos Doctores. num. 8. De hac tamen consuetudine non constat. num. 9. Qui possint à casibus de consuetudine Episcopis referuatis, si alicubi aliqui dentur, absoluerè. num. 10. Responderetur obiectionibus. num. 11.

Tolet. Soar.

Casus referuari Episcopis in triplici sunt differentia, vt notat Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. S. Summæ, & Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. num. 5. sine: quidam enim de iure communi Episcopis referuantur: alij per Statuta, & Constitutiones synodales cuiusque diocesis, de quibus parum, aut nihil dicere possumus: quia in variis diocesis sunt varæ, ideò que in singulis diocesis consulendæ sunt Constitutiones synodales. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

dales, vt plenam notitiam illorum habeamus: alij de consuetudine communi, de quibus etiam nihil certum dicere possumus: quia huiusmodi quoque consuetudo pro varietate Episcopatum, est varia, & pertinet ad factum, vbi tamen de illa constiterit, seruanda omninò erit.

2.

De iure ergo communi solum esse tres species peccatorum, quæ sicut referuata Episcopis, docent, ac numerant Auctores, Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. Graphis lib. 1. decis. aurear. cap. 13. num. 65. Henric. quez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 43. Viualdus in Candelab. aure. vbi de confess. num. 53. & alij. In prima specie numerant dispensationes quorundamque votorum, exceptis quinque Papalibus, de castitate perpetua, de Religione, de peregrinatione Romana, Hierosolymitana, Compostellana; in quibus solus Papa dispensare potest, non Episcopus: numerant etiam iuramentorum relaxationes, dispensationes irregularitatum non Papalium, & abolitiones etiam illarum excommunicationum maiorum, quæ Episcopis sunt referuata. Sed hæc omnia improprissimè enumerant Summistæ inter casus referuatos, vt notat optime Soarius allegatus, & Nauarrus in Manuali Lat. cap. 27. num. 262. quem Soarius allegat: quia, propriè loquendo, dispensationes irregularitatum, iuramentorum, & votorum relaxationes, & maiorum excommunicationum abolitiones, non sunt casus, & pertinent ad actum iurisdictionis externæ, & ad forum externum, non internum: & nos hic non agimus de omni actu spectante ad iurisdictionem exteriorem Episcoporum; sed solum de absoluteione peccati, & culpæ in ordine ad absoluteionem sacramentalem pœnitentiæ, & confessionis.

Tolet. Graph. Henric. Viu.

In secunda specie enumerant peccatum incendiariorum domuum, frugum, aut aliarum rerum, dolosè, & ex proposito factum, animòque nocendi, & qui ad incendium consilium, vel auxilium præbent, modò sequatur effectus incendij. Sed nec hoc etiam peccatum referuatur de iure est: nam, vt docet Caietanus in Summa, verbo, *Incendium*, & Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. & Syluester verbo, *Caiet. sus*, num. 3. & Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. Sylu. n. 9. & Graphis lib. 1. decis. aurear. c. 13. à num. 65. & Soar. Viualdus in Candelabro, vbi de absoluteione, n. 53. Graphis. hi excommunicati sunt ab Episcopis; & postquam excommunicati fuerint, & declarati per Episcopos solum à Papa absolui possunt: ante excommunicationem tamen absolui possunt de iure communi ab Episcopis, iuxta aliquos Doctores citatos, & sic dicunt haberi in cap. *Pessimam*, 23. quæst. 8. Sed ad hoc respondebimus n. 11. vbi dicemus cum Soario allegato, ibi nullam inueniri referuationem peccati ante talem excommunicationem: sed solum præceptum quoddam, vt talis peccator non absoluetur, nisi post talem, vel talem impostam pœnitentiam, in qua Episcopus dispensare non potest.

Caiet. Tolet. Sylu. Soar. Graphis. Viu.

In tertia specie numerant quodlibet peccatum graue, & scādalo sum, vt concubinatum publicum, publicam blasphemiam, & alia huiusmodi peccata, ob quæ publica pœnitentia imponebatur: verum, cum iam publica pœnitentia non sit in vsu nec in vsu etiam erit referuatio horum peccatorum; & idè potest hodie quilibet Confessarius ab huiusmodi peccatis absoluerè, vt docet Toletus allegatus, & Soarius num. 10. vnde in Concilio Lateranensi sub Leone X. sessione 9. in tit. *de reformatione Curie*, præcipitur Confessoribus, vt ab huiusmodi peccato publicæ blasphemie non absoluant, nisi seuera imposta pœnitentia: supponitur ergo ibi, posse illos absoluerè ab hoc peccato, & aliis similiter publicis, & scādalo sis; ac proinde non esse illa de iure referuata: & præter Toletum, &

Nauarr. Henrig.

& Soarium allegatos ita docet Nauarr. in Manual. Lat. c. 27. n. 262. & Hentiquez lib. 6. de poenit. c. 14. n. 4. Adde, publicam blasphemiam olim non fuisse reſeruata nisi pro foro contentioſo, vt patet ex c. Statuimus, de maledicis, iuxta Auctores citatos. Vnde in dicto Concilio Lateranenſi, §. Ad abolendam, imponitur ſpecialis poena propter hanc culpam in ordine ad forum contentioſum.

5.

Sylueſter verò verbo, *Casus*, q. 3. ſuper hanc triplicem ſpeciem addit quartam, ſeu ſuper hæc tria peccata, quæ exiſtingbantur de iure communi eſſe reſeruata, addit quartum, nempe excommunicationem maiorem impoſitam à Papa, quando Papa eam, nec ſibi, nec alteri reſeruat: eo enim ipſo, ait, quòd nec ſibi, nec alteri illam reſeruat, cenſetur de iure Episcopis reſeruata. Sed contrarium docet Soarius tomo 4. de poenit. diſput. 29. ſect. 3. num. 7. vbi ait, quòd, quando excommunicatio ſimpliciter fertur in iure à Papa, & nec Episcopo, nec alteri reſeruatur, poſſe quemlibet Ordinarium Confeſſarium ab illa abſoluere, iuxta cap. *Nuper*, de ſententia excommunicationis, in 6. & idem tradit Sanchez tomo 2. de matrimonio, lib. 7. diſputat. 13. num. 1. vbi dicit, excommunicationem, quæ ipſo facto imponitur raptoribus in Concilio Tridentino ſeſſione 24. de reformat. cap. 6. non eſſe reſeruata: quia Pontifex eam ſibi, nec ſibi, nec alteri reſeruat. Et cum Soario, & Sancio idem ſentunt Imola in cap. *Grane*, de præbendis, & alij: quanuis Emmanuel Rodriguez tomo 1. Summæ, edit. 2. c. 213. num. 7. ſequens opinionem Sylueſtri aſſumet, prædictam excommunicationem impoſitam raptoribus eſſe Summo Pontifici reſeruata: ſed improbabiler id ſentit.

Sanchez.

Imola. Rodrig.

6.

Dicendum tamen eſt cum Doctoribus num. 2. allegatis, abſolutionem ab excommunicatione non eſſe propriè caſum reſeruatum, cum ea abſolutio ad forum pertineat externum: nos autè hîc ſolum agimus de pura reſeruacione culpæ pro foro interno. Præterea excommunicatio non eſt caſus, nec eſt culpa; ſed eſt mera poena culpæ: & nos non agimus de poena reſeruata, ſed de culpa reſeruata: vnde etiã excommunicatio lata à homine generaliter, vt cum dicitur: Quicumque futurum fecerit, ſit ipſo facto excommunicatus, non cenſetur reſeruata, & ab ea poſſeſt abſoluere quilibet Confeſſarius: quia prædicta excommunicatio generalis æquipollet ſententiæ excommunicationis iure impoſita: quare, cum illa non ſit reſeruata, quando nulli in ipſo iure reſeruatur, nec etiã hæc erit. Et ita docet expreſſè Imola allegatus, & Nauarrus in cap. *Ita quorundam*, in Gloſſa finali, num. 31. de iudicis, & Graphis lib. 1. deciſ. aurear. cap. 13. num. 60. vbi citat Nauarrum allegatum.

Imola. Nau. Graphis.

7.

Quamobrem, omnibus benè conſideratis: ſic ſtatuo: Secluſa conſuetudine cuiuſcunque Episcopatus, cui ſemper ſtandum eſt, ſi de illa conſtet; ſecluſa etiã reſeruacione aliquorum peccatorum contenta in Conſtitutionibus cuiuſque diœceſis, de iure communi loquendo, hodie nullum peccatum eſt reſeruatum Episcopis, præter diſpenſationes votorum, & irregularitatum, & præter abſolutiones aliquarum excommunicationum, quæ in iure ipſis Episcopis reſeruatae ſunt. Verùm hæc ſunt propriè peccata reſeruata. Primò, quia propriè loquendo, ſunt poena peccatorum, & pertinent ad iuriſdictionem fori externi; & nos hîc agimus de reſeruacione pro foro tantum interno, & ſacramentali. Et ita docent expreſſè Soarius tom. 4. de poenit. diſp. 29. ſect. 3. num. 6. Toletus lib. 3. Summæ. c. 14. §. *Tertium eſt*, & Nauarrus c. 27. n. 262. & Graphis lib. 1. deciſionum aurear. cap. 13. num. 65. Probatur concluſio: quia præter huiuſmodi abſolutiones, &

Soarius. Toletus. Nauarr. Graphis.

diſpenſationes, quæ non ſunt propriè peccata, nec pertinent præciſè ad forum internum, & ad abſolutionem ſacramentalem, omnia alia peccata, quæ olim in iure reſeruabantur Episcopis, erant illa, quibus imponebatur poenitentia publica, & ratione poenitentia publicæ reſeruata erant: quia hæc poenitentia publica imponi non poterat niſi à Prælatiſ publicis: ſed iam hodie huiuſmodi poenitentia publica non eſt in vſu: ergo nec reſeruatio talium peccatorum erit in vſu. Secundò, quia nullus Confeſſarius, etiã doctiſſimorum, iudicat eſſe alios caſu reſeruatos præter illos, qui continentur in Conſtitutionibus ſynodalibus ſuæ diœceſis, & qui de communi conſuetudine in illa ſeruantur. Tertio, quia in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſione 9. titulo, de reformat. Curia, §. *Ad abolendam*, præcipitur Confeſſoribus, vt non abſoluant à peccato publicæ blaſphemia, niſi ſeuera iniuncta poenitentia: ſupponitur ergo ibi iam non eſſe peccata reſeruata, ſiquidem poſſunt Confeſſores ab illa abſoluere, & per Conſtitutionem dicti Concilij ſublata fuit omnis reſeruatio. Et eadem ratio eſt de aliis peccatis, quibus publica poenitentia iniungebatur. Vltimò, quia Extrauagans, *Super Cathedralibus*, de ſepulturis, in qua quatuor, vel quinque caſus reſeruabantur, iam prout reuocata eſt per Clementinam, *Dudum*, de ſepulturis, vt docet Soarius citatus num. 7.

An autem de conſuetudine communi in omnibus Episcopatibus, & diœceſibus aliqui caſu ſint reſeruati ipſi Episcopis, eſt dubium. Sylueſter verbo, *Casus*, num. 4. aſſignat quinque, quos dicit de conſuetudine generali vbiq; ferè Episcopis eſſe reſeruatos. Primus eſt, homicidium voluntarium, & conſilium, vel auxilium dantis, ſecuto effectu homicidij: vbi dicit etiã in terris Eccleſiæ homicidium Papæ eſſe reſeruatum. Secundus eſt, peccatum falſarij: eſt autem falſarius, qui falſificat literas, vel ſcripturas, cum præiudicio tertij, vt illas præſentet in iudicio: non loquitur autem hîc Sylueſter de illo, qui falſificat literas Apoſtolicas; quia huiuſmodi crimen eſt reſeruatum Papæ in Bulla Cœnæ Domini; ſed de aliis falſantibus alias ſcripturas publicas. Tertius eſt, violatio eccleſiaſtica perſonæ, qua, ſcilicet, iniuſtè, vel perſonæ, vel res eccleſiaſticae grauantur, quod peccatum etiã eſt reſeruatum in Bulla Cœnæ Domini. Quartus eſt, violatio eccleſiaſticae immunitatis, & generaliter omnia ſacrilegia commiſſa contra hanc Eccleſiæ immunitatem. Quintus eſt, fortilegium; & diuinatio; quos etiã quinque caſus præter Sylueſtrum enumerat Nauarrus in Summa Latina, cap. 27. à num. 262. & Angelus verbo, *Casus*, & Armilla verbo item, *Casus*, & Vinaldus in Candelabro aureo, vbi de abſolutione, num. 54. & Graphis lib. 1. deciſ. aurear. cap. 13. num. 65. & dicunt de communi conſuetudine eſſe ferè vbiq; reſeruatos, & homicidium extendunt ad mutilationem: peccatum falſarij extendunt ad peccatum tacendi veritatem, aut dicendi falſitatem in iudicio coram Iudice, iuſtè, & legitimè interrogante, & ad peccatum Procuratoris, & Notarij oſtendentis parti aduerſæ ſcripturas alterius partis; & peccatum violationis immunitatis Eccleſiæ an pliant ad peccatum aliorum ſacrilegiorum. Quæ omnia, vt doctè animaduertit Soarius tomo 4. de poenit. diſput. 29. ſeſſione 3. num. 10. aut ſingunt, aut nullo iure probant, cum tamen materia de ſe ſit odioſa, & potiùs reſtrictionem, quam ampliacionem poſtulet. Neque in ea valet argumentum à ſimilib; aut à paritate ratione: ſed præciſè ſtandum eſt verbis legis, & iuri, aut conſuetudini tantummodo.

8.

Sylueſt.

Sylueſt. Nauarr. Angel. Armill. Vinald.

Sed

9.

Sed tamen, cum huiuſmodi Doctores non auſi ſint abſolutè aſſirmare, hæc iam eſſe de conſuetudine introducta in omnibus diœceſibus; ſed ferè, aut quaſi eſſe; conſulenda eſt ipſa conſuetudo cuiuſque diœceſis, vt feratur iudicium certum, tam de his quinque caſibus, quam de ampliacionibus eorum: forte enim non erit vniuerſalis, nec cuiuſdem modi in omnibus Episcopatibus. Quòd verò Nauarrus addit, peccatum vſurpandi, aut retinendi incerta bona, etiã eſſe de communi conſuetudine vbiq; Episcopis reſeruatum, nullum habet fundamentum: videndæ tamen erunt Conſtitutiones cuiuſque diœceſis, vt id iudicetur.

10.

Sunt autem iam tot priuilegia Mendicantium, vt pauca, aut nulla peccata, nec de iure, nec de conſuetudine Episcopis iam ſint reſeruata, vt optimè notat Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. §. *Tertium eſt peccatum graue*. De illis autem caſibus, qui ſunt de communi conſuetudine Episcopis reſeruati, & de iure etiã poſſunt abſoluere Romani Penitentiarij omnes ad ſe vindique venientes, ſiue habeant excommunicationem adnexam, ſiue non: poſſunt enim illi, quicquid Episcopi poſſunt, imò & plus poſſunt: quia poſſunt abſoluere ab aliquibus excommunicationibus, & diſpenſare in aliquibus votis, in quibus non poſſunt Episcopi, vt notat Toletus lib. 3. Summæ, cap. 14. fine.

11.

Ad cap. *Pessimam*, 23. qua eſt. 8. ex quo Doctores num. 3. allegati colligebant, peccatum incendij eſſe de iure communi reſeruatum Episcopis, antequàm incendiarius publicè excommunicetur; & poſt excommunicationem, manere reſeruatum Papæ; reſpondet Soarius tomo 4. de poenit. diſput. 29. ſect. 3. num. 9. verum eſſe, non poſſe abſolui, niſi à Papa, ipſum incendiarium ab ea excommunicatione, qua fuerit per Episcopum excommunicatus; ibi tamen nullam inueniri caſus reſeruacionem ante talem excommunicationem; ſed ſolum præceptum quoddam, quòd prædictus incendiarius non abſoluatur, niſi tali, vel tali impoſita poenitentia; non tamen ibi limitari abſolutionem ad ſolum Episcopum; ac proinde nec argumentum ſumi, vt proberetur peccatum incendiarij, quoad forum conſcientiæ, eſſe ſolis Episcopis reſeruatum: ſed ſolum vt illius excommunicatio reſeruata ſit Papæ, ſi feratur ab Episcopis in eum, qui huiuſmodi commiſit incendium. Hæc tamen, quæ de peccato incendiarij hîc diximus, de iure communi intelligenda ſunt nam de iure particulari cuiuſque Episcopatus, & diœceſis, poſſeſt peccatum incendij eſſe reſeruatum, vt de facto reſeruatur in Conſtitutionibus Bracharenſibus, conſtitutione 6. tit. 3. de Amienſibus, & ſæpè in aliis.

CAPVT III.

An Superior poſſit licitè, & validè audire tantum reſeruata, & de illis abſoluere; & mortalia non reſeruata alzeri Confeſſario committere.

SVM MARI V M.

Confeſſarius non habens iuriſdictionem ſuper peccatum reſeruatum, à nullo omnino peccato poſeſt abſoluere eum, qui peccatum reſeruatum habet, niſi priùs reſeruatio tollatur; & ſi habet adnexam excommunicationem, ſublata reſeruacione cenſura, tollitur reſeruatio peccati.

num. 1.

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Si peccator habens reſeruata adeat Superiorem, & ille omnia peccata audiat, velis, nolis, ab omnibus abſoluit; & ſi voluerit abſoluere à reſeruatis tantum, peccat mortaliter; & conſeſſio nihilominus quoad omnia valet.

num. 2.

Soluitur obiectio.

num. 3.

An ex graui causa poſſit Superior audire tantum reſeruata, & ab illis abſoluere, & pro aliis non reſeruatis mittere poenitentem ad alios Confeſſarios.

num. 5.

An poenitens ſic remiſſus teneatur tunc conſiteri etiã reſeruata.

num. 6.

Reſertur prima opinio aſſirmans.

num. 6.

Reſertur negatiua.

num. 7.

Vtraque eſt probabilis: prima probabilior. An liceat Religioſi habenti priuilegium ad abſolendum à reſeruatis, ex causa ab illis abſoluere, & pro non reſeruatis mittere ad alios Confeſſarios.

num. 8.

num. 9.

An Superior, ſi auditis reſeruatis tollat reſeruacionem, & ab illis non abſoluat, teneatur ad ſigillum. ibid.

An Parochus poſſit ex causa audire partem conſeſſionis, & pro alia parte mittere ad alium, & qua causa ſufficiat.

num. 10.

Quomodo ex vtraque conſeſſione una coaleſcat, & vtraque gratiam conferat.

num. 11.

Quid, ſi habens multa reſeruata, oblitus eſt vnus ex illis, an tunc per conſeſſionem aliorum maneat ſublata reſeruatio iſtius.

num. 12.

Et quid de excommunicatione.

ibid.

Quid, ſi poenitens habens reſeruata, priùs adeat inferiorem, an teneatur apud eum omnia conſiteri, tam reſeruata, quam non reſeruata.

num. 13.

Quid, ſi Superior abſque vlla causa nolit audire niſi reſeruata, & ab illis abſoluere: reſertur prima opinio aſſerens conſeſſionem eſſe validam.

num. 15.

Reſertur ſecunda aſſirmans eſſe inuvalidam.

num. 16.

Et hæc eſt probabilior.

ibid.

Satiſſe obiectionibus.

num. 17.

VT breuiter nos ab hoc capite expediamus, per conſuſiones procedamus. Sit prima concluſio: Quando quis habet aliquod peccatum reſeruatum cum aliqua excommunicatione, à nullo omnino peccato poſeſt abſolui per aliquem Confeſſarium ſuper illud peccatum reſeruatum iuriſdictionem non habentem, niſi priùs per Superiorem tollatur cenſura: ablata autem cenſura, conſequenter tollitur reſeruatio peccati, & tunc poſeſt à quolibet Confeſſario ordinario abſolui. Eſt communis. Ita docet Toletus lib. 3. Summæ, cap. 8. num. 3. Nauarrus in Summa Latina, cap. 26. num. 7. Rodriguez in explicat. Cruciatæ, §. 9. dubit. 3. & idem Nauarrus in cap. *Conſideret*. de poenit. num. 24. §. *Camus*, & alij, quos allegant. Ratio eſt primò, quia cenſura primò, & per ſe priuat hominem à ſuſceptione Sacramentorum, & illum reddit incapacem ad Sacramenta ſuſcipienda; ac proinde priùs tollendum eſt vinculum incapacitatis, quam Sacramentum conſeſſionis ſuſcipiat. Secundo, quia cenſura eſt ligamen ſpectans ad forum externum, & ided excedit iuriſdictionem fori interni Confeſſarij; & conſequenter ſi priùs hoc ligamen non tollatur, nihil efficiet Confeſſarius, quantum ſi intendat poenitentem abſoluere, & lethale ſacrilegium committet.

Tolet. Nau. Rodrig.

2.

Secunda concluſio: Si poenitens habens peccata reſeruata primò adeat Superiorem, & Superior audiat in conſeſſione omnia peccata, tam reſeruata, quam non reſeruata, ab omnibus ſimul tenetur abſoluere poenitentem: & ſi intendat abſoluere à reſeruatis tantum, & non ab aliis, peccabit quidem mortaliter; valebit tamen Sacramentum, & gratiam conferet, & velit, nolit, omnia ſimul peccata, tam reſeruata.

T T 2



Soar.  
Henr.  
Nauarr.  
Sorn.  
Caiet.  
Tolet.  
Ledesma.

referuata, quam non referuata, absoluet: ex graui tamen, & vrgenti causa licet pœterit Superior audire tantum referuata, & pro aliis non referuatis remittere pœnitentem ad alium Confessarium, dummodo prædictus Superior ipsa non referuata in confessione non audiat. Ita docet Soarius tom. 4. de pœnit. disput. 31. sect. 1. n. 3. Henriquez tom. 1. lib. 2. de pœnitent. cap. 12. num. 4. Nauarrus in c. Consideret. de pœnitent. c. 12. num. 12. 18. 19. Sornus in 4. distinct. 18. quæst. 2. artic. 5. ad 2. Caietanus in Summa verbo, Absolutio. Toletus lib. 3. Summa, c. 8. num. 3. Ledesma 2. part. 4. quæst. 8. artic. 2. fol. 58. dubit. 2. Probatur conclusio quoad primam partem: quia post factam integram confessionem omnium peccatorum, tam referuatorum, quam non referuatorum, nulla potest dari causa rationabilis ad dimidiandam abolutionem: igitur, si dimidiet, & nolit absolueri nisi tantum a referuatis, illicite faciet Superior, & nihilominus Sacramentum erit validum, & formatum gratia, & dimittet omnia peccata tam referuata, quam non referuata: vel enim Superior, quando audiuit omnia peccata, & a referuatis tantum voluit absolueri, habuit intentionem faciendi Sacramentum, vel non habuit: si non habuit, inualida fuit confessio, & nulla peccata fuerunt remissa: si habuit, vellet, nolit, omnia peccata (nisi aliud impedimentum ex parte pœnitentis detur) remittit: quia, quanuis valor Sacramenti pendeat ex intentione ministri, tamen, posito eo valore, effectus remissionis peccatorum iam non pendet ab intentione, & voluntate ministri: agit enim Sacramentum per modum causæ naturalis, v. c. per modum ignis iuxta dispositionem pœnitentis, & recipientis: hic autem recipiens, seu pœnitens dispositus est, vt per se, & directe omnia illa peccata remittantur.

3. Dices: Ex intentione ministri Baptismi pendet, si duæ sint aquæ, consecrare Sacramentum ex hac, & non ex illa: & ex intentione Sacerdotis, si duæ sint hostiæ, consecrare hanc, & non illam; aut hanc partem istius hostiæ, & non illam partem: ergo similiter etiam in sacramento confessionis ex intentione ministri illius pendebit absolueri hæc peccata, & non illa. Deinde, quia Confessarius est Iudex, & potest absolueri eum a quibusdam casibus, non ab aliis. Respondet esse diuersam rationem in omnibus aliis Sacramentis, & in Sacramento pœnitentiæ: quia in omnibus aliis Sacramentis ministri illorum applicant, & designant materiam ipsorum Sacramentorum, & ex intentione illorum pendet applicare hanc, & non illam, aut hanc partem istius hostiæ, & non illam: at verò in hoc Sacramento pœnitentiæ tota applicatio materiæ pendet a pœnitente, & non a Confessario ministro confessionis: & idè si materia est applicata per pœnitentem, & minister vult facere Sacramentum, vellet, nolit, absoluerit omnia peccata, si nihil obstat ex parte pœnitentis: quia illa abolutio cadit necessarid supra totam materiam applicatam ab ipso pœnitente. Nec obstat, quod abiicitur de Iudicibus: quia iudicium istud, cum sit diuinum, non debet per omnia assimilari iudiciis humanis: pendet enim ordo, & forma istius iudicij ex institutione diuina: quia Christus instituit hoc Sacramentum, iudicium autem humanum pendet ex forma iuris.

4. Medina.

Ex dictis sequitur, non esse sequendam opinionem Medinæ (de pœnitentia, q. 24. afferentis, posse Superiorem, auditis omnibus peccatis, absolueri a referuatis tantum, & pro aliis non referuatis remittere pœnitentem ad alios Confessarios.

5. Probatur etiam conclusio quoad illam secundam partem, quæ habet, ex graui causa, & necessitate posse Superiorem audire referuata tantum, &

ab illis absolueri, & pro aliis non referuatis remittere pœnitentem ad alium Confessarium, modò illa non audiat: probatur, inquam, necessarid: quia, necessitas, & grauiissima causa; non solum ex parte pœnitentis, sed etiam ex parte Confessarij, excusat ab integritate materiali confessionis. Ex parte pœnitentis, si inestet periculum mortis: tunc enim auditus aliquibus, non omnibus, absolui potest ab omnibus peccatis, & talis confessio formaliter est integra, valida, & habens fructum gratiæ. Ex parte Confessarij in casu vrgente pestis, vel mortis: tunc enim auditus tantum aliquibus peccatis, potest Confessarius, deficiente alio Confessario, pœnitentem constitutum in morali necessitate suscipiendi Sacramentum, & non differendi, quia, v. c. in terras Maurorum, vel Hereticorum abducitur, absolueri: vnde etiam, si ex parte Superioris datur grauis causa, poterit audire tantum referuata, & pro non referuatis remittere pœnitentem ad alium Confessarium. Hæc autem necessitas debet esse grauis, & non sufficere illa ordinaria, quam Episcopi habent in negotiis communibus, vt docet Soarius t. 4. de pœnit. disput. 31. sect. 1. n. 7. quia hæc confessiones de referuatis non sunt adeò frequentes: & hoc est vnum de grauioribus negotiis, quæ ad Episcopos spectant, & quia melius est delegare iurisdictionem suam, si dignè possint.

Soar.

6. Sed magnum hic dubium oritur, vtrum saltem quando Superior propter vrgentem causam, audit tantum referuata, & pro non referuatis mittit ad alium Confessarium, teneatur pœnitens apud illud Confessarium, ad quem mittitur, confiteri etiam illa referuata, quæ confessus est Superiori referuati, & a quibus ab illo fuit absolutus. Afferunt Henricus tomo 1. lib. 2. de pœnit. cap. 12. num. 4. fine, & Rosella verbo, Confessor, 9. dicto 5. §. 19. & Medina 2. p. 4. q. 8. a. 2. dub. 2. fol. 58. vbi dicit, hanc esse conclusionem, & vsum Ecclesie, quæ errare non potest, vt scilicet, peccator ille, qui habet referuata, confiteatur Superiori præcisè ipsa referuata, si Superior grauibus occupationibus vrgatur, & Parochus, vel alio Confessario ordinato iterum ipsa referuata, & omnia alia simul. Afferunt etiam Tabien. na verbo, Absolutio, 1. §. 9. & ibi Armilla §. 9. & D. Armilla. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. 4. & 2. ad 2. Angles, D. D. Thom. Anton. Maior, Sornus, & alij, quos citat Henricus in Anglos. commento, & Durandus in 4. dist. 17. q. 14. & 15. D. Anton. dicit oppositum esse plenum periculum: & hanc Maior. opinionem tenet etiam Toletus lib. 3. Summa, c. 8. Sor. n. 3. & Caiet. verbo, Absolutio. Ratio est: quia præceptum diuinum obligat, vt confessio integra omnium peccatorum fiat vni Confessario, & non pluribus: hæc autem confessio fieret profectò pluribus, & ex duabus abolutionibus constaret vna, quod non est dicendum: nam integra confessio est de iure diuino, & non potest dimidiari sine causa vrgente: vnde, cum ipse pœnitens non habeat causam vrgentem, cum excusantem ab ipsa confessionis integritate, tenetur integrè confiteri etiam referuata, a quibus iam fuit absolutus.

Henricus.  
Rosella.  
Medina.

7.

7. Negat Soarius tom. 4. de pœnit. sect. 1. num. 10. disput. 31. affirmans: in eo casu, in quo pœnitens ritè, & ritè sacramentaliter fuit absolutus de solis referuatis a Superiore, non teneri amplius illa confiteri: sed satis facere integritati confessionis, si alteri Confessario illa peccata tantum non referuata fateatur, quæ Superiori non fuit confessus. Probat, quia in omnibus aliis casibus, in quibus pœnitens materialiter dimidiat confessionem, vel propter obliuionem, qua, videlicet, oblitus fuit alicuius peccati mortalis, vel propter rationabilem causam ortam, siue ex parte pœnitentis, siue ex parte ministri, non tenetur amplius confiteri omnia peccata

Soarius.

peccata, sed solum, illa, quorum oblitus fuit, aut quæ ex graui causa reliquit. Et idem, addit Soarius, erit in præsentis casu: est enim eadem omninò ratio.

8.

Opinio Soarij non videtur improbabilis: prima ramen multò est probabilior, nec Soarius videtur in album collimare: nec illius ratio multum conuincit: quia in omnibus aliis casibus, in quibus pœnitens, vel ex obliuione, vel ex causa vrgente dimidiat confessionem, nemo dubitat fuisse pœnitentem absolutum sacramentaliter ab omnibus peccatis, etiam ab oblitis, & ex causa ommissis, directè quidem a confessis, indirectè verò ab ommissis, seu oblitis, & solum pœnitenti mansit obligatio confitendi postea ea, quæ scienter, & ex grauiissima causa omisit, vel quorum fuit oblitus, non reperèdo integram confessionem: at verò in casu præsentis valde probabilis est sententia, quæ docet, abolutionem Superioris, solum esse ablationem quandam ipsius referuationis; ac proinde non tollere ipsam culpam; sed tollere referuationem, vel excommunicationem, si fortè est adnexa: quem tenent multi Doctores, quos numerat Henricus citatus num. 3. in commento, & Nauarrus c. Consideret, de pœnit. §. Caput, n. 19. docens, quòd, quando quis primò absoluitur a referuatis per Episcopum, & deinde ab omnibus per inferiorem; ex vtraque abolutione completur vnum numero Sacramentum, sicut ex vtraque confessione integratur vnica confessio; nec confertur gratia, nisi in secunda abolutione, vt extrema Vnctio non confert gratiam, nisi in extrema Vnctione, & prolacione vltimæ formæ.

Henricus.  
Nauarr.

9.

Ex dictis inferitur primò, sicut licet Superiori, ex causa vrgenti, absolueri a referuatis tantum, remittendo alia alteri Confessario; ita id licitum esse Religioso, vel cuiunque alteri Sacerdoti habenti priuilegium ad absoluedum a referuatis ex eadem causa vrgenti, & graui. Ita Soarius dicta disp. 31. sect. 1. num. 8. Inferitur secundò, quanuis Superior non audiat casus referuatos, vt ab illis sacramentaliter absoluar, sed solum ad tollendam illorum referuationem, & ad remittendam illorum abolutionem inferiori; nihilominus teneri ad sigillum, quanuis oppositum sine causa teneat alij: nam ad obligationem sigilli sufficit, quòd dicantur peccata in ordine ad inchoandam, vel consummandam confessionem alicui, vt Iudici habenti priuilegium ad absoluedum a referuatis. Et ita docet Soarius allegatus contra Caietanum, quem ibi pro contraria parte allegat.

Soarius.

10.

Inferitur tertid, posse Parochum ordinarium licitè, & validè, ex grauiissima, & vrgentissima causa, orra, tam ex parte sua, quam ex parte parochiani, absolueri ipsum parochianum pœnitentem a quibusdam peccatis, & pro aliis alteri remittere: sine causa verò, nec licitè, nec validè id potest facere: ex parte pœnitentis, si dentur talia peccata, quæ moraliter alteri Confessario dici non possint, vel non expediatur, eò quòd nullus alius Confessarius detur, ad quem remittat pœnitentem, nisi vnus, cuius patrem pœnitens occidit, & moraliter loquendo, abolutio differri non possit, quia timetur mors pœnitentis, vel abductio captiuitatis in terras longinquas infidelium: dices, in hoc casu posse Parochum dare licentiam parochiano, vt confiteatur alteri, cuiunque voluerit: verum hoc dici non potest, quia supponimus, hic, & nunc dari talem necessitatem ex parte pœnitentis, vt non possit differri abolutio; & aliunde nullus alius Confessarius est, qui in tali circumstantia possit absolueri talem pœnitentem, nisi ille, cuius parentem pœnitens occidit: nemo enim negabit in istis circumstantiis posse proprium Parochum, si vrgentissimis occupationibus vrgatur, audire tantum peccatum homicidij, aut P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

si ipse Parochus repentino morbo corripitur, v. l. in longissimas terras in captiuitatem abducatur, vt patet.

11.

Inferitur quartò, quoties ex causa licitum est Superiori absolueri sacramentaliter de solis referuatis, ex tali confessione, & abolutione verum perfici Sacramentum, & formaliter integrum, verè confers gratiam, distinctum ab alio, quòd postea ab inferiori confertur, quando ipse inferior omnia alia simul cum referuatis audit: quia illa confessio facta Superiori, fuit integra formaliter, & ex intentione pœnitentis, & ipse pœnitens erat satis dispositus per verum dolorem, & requisitam contritionem, vel attritionem omnium peccatorum, & sic dantur duo Sacramenta perfecta. Ita Soarius tomo 4. de pœnitent. disputat. 31. sect. 1. num. 9. Et hoc verum est in opinione, quæ docet, abolutionem illam non resolui in simplicem ablationem referuationis.

Soarius.

12.

Sed dubitabis, an, quando subditus confitetur Superiori, & ab illo simpliciter absoluitur ab omnibus referuatis, & ab omnibus excommunicationibus; pœnitens tamen per obliuionem inculpabilem omisit vnum peccatum referuatum, vel vniam excommunicationem, maneat subditus liber ab ea referuatione, & excommunicatione; ita vt possit postea a peccato referuato, vel excommunicatione oblitis absolui a quocunque alio Confessario. Et eadem quæstio est, si confessio eodem modo fuit facta Religioso, vel Sacerdoti habenti priuilegium ad absoluedum a referuatis. Et quidem sententia est communissima, affirmans aufertur tunc referuationem quoad peccatum oblitum, & iam tale peccatum oblitum, vel excommunicationem, non manere referuatam. Et ita docet Nauarrus in cap. Nau. Consideret, de pœnitent. num. 32. & in Summa cap. 26. num. 13. & Rodriguez in explicat. Cruciatæ, §. Rodrig. 9. dub. 3. & Palatius in 4. distinct. 17. disput. vltima. Palatius. fol. mihi 305. Angelus referuatos, 1. num. 12. Angel. Syluester verbo, Confessio, 1. q. 4. Soarius tomo 4. de Syluest. pœnit. disp. 31. sect. 1. num. 15. Rosella verbo, Con-Soar. fessio, 72. num. 9. Couarr. in cap. Almamater, par. 1. Rosella. §. 11. num. 12. & est certa opinio. Fundamentum est: quia absoluens tollit omnia peccata referuata formaliter, & hoc ipsum intendit, vel formaliter, vel virtute: ergo tollit referuationem, eorum etiam, quæ oblitæ sunt ex obliuione inculpabili: secus, si dolosè fecit; quia tunc, quanuis Superior dolum ignorans intendat ab omnibus absolueri, tamen nunquam validè potest absolueri imparatum. Hæc de foro interno; nam, si quis in foro, & pro foro externo absoluarur ab aliqua excommunicatione, vel aliquibus; tunc quidem solum manet absolutus ab illis, quas manifestauit, & non ab aliis, quarum fuit oblitus: abolutio enim excommunicationum pro foro externo non excedit petitionem, vt expressè habetur in cap. Cum pro causa, de sententia excommunicat.

13.

Secunda conclusio: Si habens peccata referuata primò adeat inferiorem, quam Superiorem, tenetur dicere ipsi inferiori omnia peccata tam referuata, quam non referuata, & inferior auditis omnibus, solum eum potest absolueri a non referuatis, & pro aliis referuatis tenetur eum remittere ad Superiorem, illèque tenetur Superiorem adire, talis que abolutio est licita, & valida, & fructu gratiæ confert. Ita docet Syluester verbo, Confessio, 1. num. 20. Syluest. Toletus lib. 3. Summa, cap. 8. num. 3. Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 31. sect. 2. num. 1. & 4. & 6. Angles. Soarius. verbo, Confessio, 5. num. 9. Nauarrus cap. Consideret, Angelus. res, de pœnit. n. 10. Medina C. de pœnitent. q. 13. D. Medina. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. Probatur primò: quia Nau. illa confessio est integra formaliter, & ex intentione D. Thom.

penitentis, & absolutio est sacramentalis: non potest autem esse formaliter integra, nisi omnia peccata inferiori tam reservata, quam non reservata pateant, cum non detur causa legitima ex parte Confessarii, quominus omnia audiat, & nec absolutio potest esse sacramentalis, nisi conferat gratiam: secundò, quia, si non teneretur penitens omnia peccata inferiori dicere, quando illum primò convenit posset quis confiteri aliqua mortalia; alia verò, quorum pudorem habet, in confessione tacere, ut in alia confessione ea dicat: quod quis dicit?

14. Doctrina huius conclusionis est certa. Gandanensis tamen quodlibet 1. q. 29. & 30. & Aletensis 4. p. quæst. 77. m. 5. art. 2. aliàs q. 18. m. 4. §. 2. contra omnes audent affirmare, posse penitentes, si primò adeant inferiorem, et peccata reservata non confiteri, quod non censet omninò improbabile Sotus lect. 10. de confessione, quanvis ille nobiscum sentiat, sed omninò est improbabile: alioquin, quomodo erit illa confessio formaliter integra, si penitens pro libito suo, & absque causa, possit illam dimidiare: quando tamen auditis omnibus peccatis, tam reservatis, quam non reservatis, inferior absoluit, absoluit quidem ab omnibus, sed diverso modò: nam à non reservatis absoluit directè, & per se, quia cadunt sub suam iurisdictionem directam: à reservatis autem absoluit indirectè, & per accidens; & si directè à reservatis intendat absolvere, nihil faciet, sacrilegium committet, nec manebit penitens absolutus, quia sententia absolutionis fuit pronuntiata à non Iudice: carebat enim iurisdictione: & ita nulliter fuit data. Ita Sylvester, & D. Thomas citati, & Soarius allegatus dicta disp. 31. sect. 1. n. 5. medio.

15. Quid autem, si Superior absque legitima, & vrgenti causa, pro mera tantum voluntate, & libertate sua absolvat ipsum penitentem remissum ab inferiore, à reservatis tantum, & hæc audiat, & nolit audire non reservata? Certè Soarius modò citatus num. 6. sine, & sect. 2. num. item 6. docet, peccare illum mortaliter, & sacrilegium committere contra reverentiam Sacramenti; valere tamen Sacramentum, & conferre gratiam, si penitens bona fide absolutionem suscipiat, & ritè sit depositus, patiturque ad omnia, etiam non reservata, confitenda. Non valere tamen, nec conferre gratiam, si mala fide suscipiat: & citat Nauarrum in Manuali, cap. 9. num. 7. sed Nauarrus ibi solum dicit, posse Superiorem absolvere à reservatis tantum, & valere absolutionem; non tamen dicit, posse absque causa. Et ita intelligendus est Nauarrus cum causa. Citat etiam Caietanum verbo, Confessio, cap. vlt. sed Caietanus ibi ambigè satis loquitur. Probat Soarius suam sententiam: quia tunc ex parte confitentis datur confessio formaliter integra bona fide, & Superior habet iurisdictionem super peccata reservata, & in eo casu omnia substantialia concurrunt ad valorem Sacramenti: nam confessio iam est integra formaliter ex parte penitentis, & ex parte absolventis datur potestas absolventi ab ipsis reservatis: quòd autem absque causa legitima ipsum excusante, nolit audire alia non reservata, id in causa erit, ut illicitè faciat, non autem inualidè. Est probabilis ista sententia.

16. Verum mihi videtur talem absolutionem non solum esse illicitam, & sacrilegam, ut fatetur Soarius; sed etiam inualidam. Ratio est primò: quia, quanvis penitens sit dispositus, & bona fide suscipiat Sacramentum, & formaliter confiteatur integre, siquidem per illum non fiat, quominus omnia non confiteatur; tamen ex parte superioris deest legitima causa, ut Sacramentum sit validum: quanvis enim habeat iurisdictionem ad absolvendum à re-

servatis: tamen habet etiam iurisdictionem ad absolvendum à non reservatis, & de iure diuino utraque est coniuncta: non enim minus de iure diuino est integritas confessionis, quam integritas absolutionis. Vnde, sicut penitens, qui sine causa dimidiat confessionem, illam non facit validam: ita etiam Superior, si sine causa dimidiat absolutionem, non valebit talis absolutio: quia dimidiatio ista tunc non erit materialis, sed formalis. Secundò, quia sententia absolutionis per se, & ex institutione Christi postulat, ut sit de omnibus peccatis, ut constat ex Tridentino sess. 14. c. 5. ibi: Omnia mortalia crimina Sacerdoti deferantur: constat enim Sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non posse, intellige licitè, & validè. Tertiò, quia, si non præcessisset reservatio, non posse Superiori validè absque vlla causa quadam peccata grauiora audire, & absolvere ab illis, & alia ommittere: destrueret enim institutionem Christi in hoc Sacramento, quæ est, ut absolutio detur de omnibus peccatis: sed reservatio non conferit Superiori aliquod ius nouum: ergo nec modò post talem reservationem poterit licitè, & validè absque causa legitima audire tantum reservata, & alia ommittere: nam, si hoc ita esse posset, etiam hodie Parochus absque vlla legitima causa audiret validè grauiora peccata sui parochiani, & absolueret, & alia suo coaditori remitteret: & Religiosus, vel alius Sacerdos, habens iurisdictionem absolventi ab aliquibus reservatis, posset sine causa, licitè, & validè absolvere ab illis, & alia non reservata alius Confessariis dimittere: quod non est dicendum.

Dices: Si ex institutione Christi absolutio dimidiari non possit absque causa, validè nec etiam cum causa poterit: quia erit destruere institutionem Christi in substantia Sacramenti. Respondeo, Christum Dominum ita hoc Sacramentum confessionis à principio instituisse, ut causa legitima data, valdeque vrgente, dimidiari materialiter possit, & sic semper verum manere, & esse Sacramentum integrè formaliter. Et ratio postulat, ut sic à Christo institueretur, & non aliter, siquidè hoc Sacramentum est medium, & remedium de necessitate salutis, vel in re susceptum, vel in voto, seu desiderio, si in re suscipi non poterit; & alioquin, nisi ita institueretur, multorum salus periret. Fundamenta Soarij ex dictis manent soluta. Ad id, quod obieciatur de iure humano, in quo Iudex potest absolvere ab aliquibus culpis, non ab aliis, dicendum est, id verum esse in iudicio forèsi; aliter tamen rem se habere in iudicio diuino: siquidem vnù mortale non potest absolui sine alio, ut sæpè diximus. In hora autè mortis, articuloque illius, potest quilibet Confessarius absolvere à reservatis; & si penitens mortem euadat, non tenetur, se præsentare Superiori, ut iterum eum absoluat, modò peccata sine censura referentur: nam, si cum censura referentur, ratione censuræ tenetur se præsentare; quia censura in mortis articulo non absoluitur, nisi sub conditione, ut Superiorem adeat pro absolutione illius, si periculum euadat, ut suo loco patebit.

CAPVT IV.

De peccatis reservatis in Religionibus soluentur multa dubia.

SVMMARIVM.

Provinciales Religionum, à quo accipiant immediatè iurisdictionem: & quid de ceteris Superioribus localibus. num. 1. Clemens VIII. solum voluit, ut vndecim peccata sint

In Religionibus reservata, vel omnia, vel aliqua illorum. num. 2.

Quæ illa sint. num. 3. An præter hæc vndecim possint Provinciales pro aliquo Monasterio, vel Collegio in particulari, alia reservare. num. 4.

Et an cum consensu Capituli, vel sine illo. ibid. An Superiores locales possint aliqua peccata præter hæc vndecim sub excommunicatione sibi reservata prohibere. num. 5.

Primum peccatum, quod iuxta mentem Clementis VIII. reservari potest in Religionibus, est beneficium, & incantatio; & ut videamus, quomodo referretur, videnda sunt verba reservatoria. num. 6.

Si absolute referentur beneficia, tunc reservatum erit, siue vna vice tantum faciant beneficia, siue pluries; & siue ad tollendum, siue ad inferendum eorum. num. 7.

Illi etiam peccatum habent reservatum, qui, postquam sagas consulerunt, illorum beneficiis vivunt. num. 8.

Quid, si illorum beneficiis non vivunt. num. 9.

Quid, si consulant alios, ut illos consulant. ibid.

Quid nomine incantationis intelligatur. num. 10.

Incantatio est invocatio Damonis; & hæc, vel expressè, vel tacita est. num. 11.

An utraque sit peccatum reservatum. ibid.

Quando invocatio Damonis coniuncta est cum hæresi. num. 12.

An, qui tacita Damonum invocatione utitur, peccatum habeat reservatum. num. 13.

An observatio huius diei potius, quam alterius, ad navigandum, sit peccatum mortale. num. 14.

Quid dicendum sit de quibusdam orationibus piis, quæ vulgo circumferuntur, & de quibus dicitur inuentas esse in sepulcro Christi. num. 15.

Quid de ostensione manuum facta Aegyptiis. num. 16.

17. Provinciales, ubi ad munus canonicè eliguntur, statim accipiunt iurisdictionem quasi episcopalem à Summo Pont. immediatè; dependentè tamen à suis Generalibus, ut diximus suprà de Episcopis: Generales verò illam etiam accipiunt immediatè à Papa, & ideo eam illis Papa possunt restringere, & temperare ex causa, quoties ita ad maiorem utilitatem animarum iudicaverint: reliqui verò Superiores locales, veluti Guardiani, Rectores, Priores, Abbates, & quocunquè nomine vocentur, iurisdictionem etiam accipiunt immediatè à Papa; eum dependentià tamen à suis Provincialibus, & Generalibus: sicut ergo Episcopi in suis Episcopatibus, sic Provinciales in suis Religionibus possunt de iure, nisi id sibi à Summis Pontificibus restringatur, referre casus, & peccata, illa nempe, quæ ad maiorem suorum subditorum fructum expedire iudicaverint: ut de facto iam limitatum ea per Clementem VIII. ut videbimus num. sequenti: Superiores verò particulares; & locales, veluti Guardiani, Rectores, Priores, &c. de iure nulla possunt peccata referre in suis Domibus, Collegiis; & Monasteriis; sicut nec Parochi in suis parochiis: sunt enim illi verè Parochi respectu suorum Religiosorum. De consuetudine tamen possunt, sicut etiam ipsi Parochi possunt, iuxta eam, quæ diximus in cap. 1. num. 18.

18. Quia verò de facto multa iam erant peccata in Religionibus reservata, & inde mani sequebantur abusus, & laquei conscientiæ tendebantur; merito profectò Clemens VIII. volens illis occur-

tere, in vnaquaque Religione solum voluit vndecim peccata posse reservari, non plura; nec omnia ex obligatione, sed ex illis vndecim, vel omnia, si voluerint Superiores, vel aliqua, ut notavit Soarius tom. 4. de penit. disp. 29. sect. 3. num. 11. non enim statuit ibi Summus Pontifex, ut ipso facto illa vndecim maneat reservata; sed permittit tantum, ut Superiores possint reservare, aut omnia, aut aliqua, prout sibi visum fuerit conuenies subditorum utilitati; & Religionis augmento, ac disciplinæ: deinde seuerè prohibet Summus Pontifex, ne Superiores, præter hæc, alia peccata referant, sua propria auctoritate; si tamen præter ista aliqua alia pro Religionis conservatione, aut conscientiæ puritate; visa fuerint reservanda; id non aliter fiat, quam consensu Capituli Generalis in toto Ordine, aut Provincialis in tota provincia.

Primum est, veneficia, incantationes; & sortilegia: secundum est, apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenit, ut extra septum Monasterij fiat: tertium est, nocturna, ac furriua Monasterij egressio, etiam animo non apostatandi facta: quartum, proprietatis, quæ ad quantitatem peccati mortalis constituta votum pauperatis attingat: quintum est, iuramentum falsum in iudicio legitimo sextum est, procuratio, auxilium, seu consilium aborsus post animatum scutum, etiam effectu non secuto: septimum, falsificatio manus, seu sigilli Officialis Monasterij: octouum, furtum de rebus Monasterij; in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale: nonum, lapsus carnis voluntarius opere consummatus: decimum, occisio: aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ: vndecimum, malitiosum impedimentum, aut retardatio, vel apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores.

Hic tamen dubium esse potest, vtrum possint Provinciales pro aliquo Monasterio in particulari, Collegio, vel Conuentu, aut Domo, aliquod peccatum, præter hæc vndecim numerata; reservare, quando id pro meliori disciplina expedire iudicauerint. Pro parte negatiua hæc faciunt: primò, quia Summus Pontifex vetat in superioribus casibus; ne Superiores propria auctoritate aliqua alia peccata referant præter hæc vndecim: & in illis assignat materiam, quam possint reservare, & quam nequeant excerpere. Secundò, quia præcipit, quòd si aliud visum fuerit reservandum præter ista vndecim, id non fiat, nisi in Capitulis generalibus, aut provincialibus: quare videtur auserte potestatem Provincialibus ad id præstatum. Respondeo: non posse sua propria auctoritate referre alia præter ista vndecim; posse tamen cum consensu Capituli pro conservatione vnus Domus particularis, & non pro tota Provincia aliquod peccatum referre in illa Domo, quia Pontifex ibi non præcipit, ut peccatum, quòd reservatur, necessariò referretur pro tota Religione, aut Provincia; sed solum ait, si præter hæc aliud visum fuerit reservandum, id non fiat, nisi de consensu Capituli generalis, aut provincialis; pro puritate conscientiæ subditorum, & hæc puritas potest requirere, ut in vno loco hæc reservatio fiat, non in aliis. Ita docet Soarius tomo 4. de penit. disp. 29. sect. 3. num. 12. Requiritur autem tunc consensus Capituli provincialis, aut generalis, quia nec soli persona Provincialis, vel Generalis; nec soli Capitulo vnus Domus hæc reservatio committitur; sed iudicio Superioris, & iudicio totius Capituli generalis, vel provincialis.

Sed maius dubium est, an præter huiusmodi vndecim peccata possint Guardiani, & Superiores locales, quocunquè illi vocentur nomine, aliqua

14. Gandan. Aletens.

Sotus.

15.

Soar.

Nauarr.

Caiet.

16.

Soarius.

3.

37.

17.

18.

Soarius.

3.

alia peccata non referuare; sed sub excommunicatione prohibere ob grauem causam, referuando sibi absolutionem praedictae excommunicationis: v. c. ne aliquis Religiosus, cum e Monasterio egreditur, ingrediatur domum aliquam absque speciali licentia Superioris: nam, quod non possit sine consensu totius Capituli prouincialis, videtur id probare ex eo, quod omnis referuatio illis interdicta sit, & ratione censurae, excommunicationisque appositae, casus ille referuatus manet: siquidem non potest Religiosus absoluit, nisi ab ipso Superiore, quod est contra Pontificis mentem adde, quod ille modus referuandi per excommunicationem, videtur inuentus, atque excogitatus contra ipsam legem a Summo Pontifice latam: quae autem in fraudem legis excogitantur, vim in iure habere non possunt. Et ita visum est quibusdam viris doctissimis Academiae Conimbricensis hac de re consultis. Respondet tamen Soarius tomo 4. de penit. disp. 29. sect. 3. num. 13. hanc potestatem ferendi censuras, & illas sibi referuandi, non esse ablatam per Clementem VIII. a Superioribus localibus: quia Clemens VIII. expressè loquitur de referuatioe peccatorum, & aliud est peccatum, aliud censura, cum censura sit poena ipsius peccati; Pontifex autem loquitur de referuatioe peccati, non censurae. Nec obstat, quod per se non possit quisquam absolui a peccato, quin prius, aut simul absoluetur a censura; id enim per accidens est: iustitiae enim, quod non sit idem, vt ab vno ad aliud non sit prohibitio extendenda; praesertim quia omnis referuatio est in iure odiosa; & haec odiosa est tam respectu Superiorum, quia illis restringit suam iurisdictionem; quam respectu subditorum, quia illis reddit vsum Sacramenti difficiliorem: in odiosis autem, & poenis non datur extensio de vno casu ad alium, etiam si detur aequalitas rationis, iuxta illud: *Odia sunt restringenda, fauores sunt ampliandi.* Nam, quod Superiores locales possint de iure in rebus grauissimis excommunicationes suis subditis imponere, est res certissima, & vltu receptissima in Religionibus: quando autem Superiores locales foras egrediantur, & loco suo sua propria auctoritate aliam substituunt, hi, qui illorum loco manent, de iure nullam possunt imponere censuram, nullum casum referuare, nec vllum praecipuum imponere possunt obedientiae. Ita docet Vega lib. 1. casuum conscientiae, casu 8. & in Summa lib. 3. titulo 33. quaest. 50. & alij. Et ratio est: quia hi canonicè non sunt electi: ad hoc autem requiritur, vt canonicè eligantur, vt patet.

Soar.

Vega.

6.

Vt autem sciamus, quinam ex his vndecim casibus num. 3. recensitis, sint referuari, & quomodo referuentur, videnda sunt Constitutiones cuiusque Religionis, vt ex verbis referuatoris constet modus referuandi, & obligatio referuatiois: aliter enim nihil certi dicere possumus hac de re in particulari; si tamen absolute dicant Superiores, seu Prouinciales, spectato Capituli generalis, aut prouincialis consensu: Referuamus nobis veneficia, sortilegia, & incantationes dubium tunc oriri potest, an tunc soli illi Religiosi casum habeant referuatum, qui faciunt veneficia; an illi etiam comprehendantur in ea referuatioe, qui sagas consulunt, & vtuntur veneficiis ab illis factis, atque acceptis, illaque actu applicant; & deinde, an hoc intelligendum sit, tam ad tollendum, quam ad faciendum maleficium, hoc est, tam de illis, qui philtis, & maleficiis, vtuntur ad tollenda maleficia, an solum de illis, qui illis vtuntur ad maleficium alicui faciendum.

7.

Et in primis existimo, absque dubio tunc habere casum referuatum illos Religiosos, qui faciunt ve-

neficia, siue vna tantum vice faciant, siue artem magistraliter exercent; & siue faciant ad tollendum morbum, siue ad inferendum illum; siue ad ligandum, siue ad soluendum aliquem; siue ad bonum euentum, siue ad malum. Et ratio est: quia, vel veneficia faciunt, vel exercent, positiue inuocant auxilium Daemonis, opemque illius: enim verò tam bonus euentus, quam malus a Dæmone expectatur, per cultum, atque honorem, qui ei defertur virtute pacti antecedentis, cum eodem Dæmone sanciti. Pactum enim tale est: *Coles me, & consulos me, hac, vel illa veneficia faciendo, vel gestando: & ego fauebo tibi, vel ad tollendum, vel ad inferendum morbum, ad bonum, vel malum euentum.* Tribuere autem cultum Dæmoni, est grauissimum peccatum, contra primum praecipuum Decalogi, & contra virtutem religionis, & est peccatum proditiōis, vt notat Soarius tomo 1. de Relig. lib. 2. de superst. cap. 18. num. 3. D. Thomas in 4. distict. 34. artic. 3. ad 3. Nauar. in Summa Lat. c. 11. num. 11. & 29. Coar. cap. *Quantis pactum*, 1. part. §. 1. num. 10. quia honor Deo debitus aufertur, & Dæmoni Dei hosti tribuitur.

Soarius. D. Thom. Nauar. Coar.

8.

Deinde existimo, eos etiam peccatum referuatum incurere, qui, postquam sagas, veneficos, & veneficas consuluerunt, illorum veneficiis, ac remediis vtuntur, siue ad bonum euentum, siue ad malum, hoc est, siue ad tollendum morbum siue ad inferendum, v. c. afferendo secum nomina, aut ligaturas, vel faciendo aliqua ex illorum consilio; vt ponendo, videlicet, capiti pelues calidas, vt capitis dolor remittatur; orando toties nocturno tempore, vel diurno, tali, vel tali situ, vel ad angulum domus, vel ad hanc, non ad illam partem illius, cum his, aut illis candelis accensis, vel extinctis, aut tot accensis, & tot extinctis, aut quid simile. Et ratio est: quia afferendo ea signa, & vtendo talibus remediis, positiue cultus Dæmoni defertur, & seruum se Dæmonis profitetur quisquam, dum talibus signis, aut remediis vtitur, in cuius signum ea signa afferit, & illis vtitur remediis ab illo beneficium aliquod, aut iuuamen expectando; & denique, quia id quidem, vel proprie, & formaliter, vel tacite, & virtualiter est inuocare Dæmonem in suum auxilium, ei cultum Deo debitum tribuendo, quod quidem ingens sacrilegium est, cum a Deo debitum cultum asseramus, & Dæmoni tribuamus, & species quaedam proditiōis erga diuinam Maiestatem commissa, vt patet.

9.

Illos verò, qui consulunt sagas, aut consulunt, vt consulantur, vel illas adeunt, vel aliis suadent, vt adeant, si illarum remediis non vtantur, existimo, non habere casum referuatum, licet aliunde grauitissimè peccent: & idem dicendum est de illis, qui colligunt mortuorum ossa, dentes, aut alias res factas, vel non factas, ex consilio sagarum ad faciendam veneficia. Et ratio est: quia adhuc veneficia non sunt facta, nec illis vtuntur iam factis: & quia, qui consulunt sagas, aut necessaria post illorum consultationem ad veneficia faciendam praeparant, nondum positiue, & actualiter, formaliter, vel virtualiter inuocant Dæmones, vt illi pergunt, qui veneficia actu faciunt, aut de sagarum consilio factis vtuntur: & Superiores per illa tantum verba: *Prohibemus, & referuamus nobis peccatum veneficiorum*, videntur tantum illos Religiosos velle comprehendere qui Dæmones, Dei hostes, actu inuocant; & non illos, qui parati sunt ad inuocandum. Deinde, quia, vt notat Toletus lib. 1. cap. 8. num. 7. quoties ex om-

Tolet.

praestantes

Sanchez.

Sylu. Tab.

Armilla. Medina. Nauar. Henric.

praestantes, nisi id quoque verbis exprimat. Et id docet etiam expressè Sanchez lib. 4. de matrimonio, disp. 49. num. 1. & 2. ibi: *Quicquid sit de ea questione, an pena legis delinquentem officiat mandantes, de qua non modica est controuersia, & ad conuicturas voluntatis legislatoris recurrendum est: at in censuris multo verius est censuram latam in facientem aliquod delictum, non ligare mandantes, consulentes, aut auxilium praestantes nisi in Canone ferete censuram id quoque exprimat. Et id docet etiam Syluester verbo, Excomm. vltimo, num. 4. Tabiena verbo, Excommunicatio, 5. casu 4. Armilla verbo, Excomm. num. 2. Medina lib. 1. Summa, cap. 11. §. 2. fol. 36. col. 1. Nauarrus in Summa Lat. cap. 27. num. 51. Henriquez lib. 1. 2. de excomm. cap. 17. num. 1. Unde, si etiam in Canone referuante Superiori expressè non referuer peccata eorum, qui sagas consulunt, aut ossa mortuorum, vel alia facta, aut profana ad veneficia praestanda colligunt, ac praeparant; non cogito, illos habere peccatum referuatum, quia omnis referuatio, vt saepe diximus, odiosa est, quia reddit vium Sacramenti penitentiae difficilem, & odia non sunt amplianda, sed restringenda tantum ad verba referuatiua; vt illorum sensus, & intelligentia saluentur, & non extendantur. Nec obstat, quod ij, qui haec faciunt, parato sint animo ad inuocandos Dæmones per actuale veneficiorum gestationem, & executionem remediōum, quae ab ipsis veneficis accepterint; quia adhuc actualiter non inuocant; & aliud est, inuocare actualiter, aliud, esse paratum ad inuocandum: sicut aliud est furari, aliud esse paratum ad furandum.*

12.

Caietan.

Lessius. Tolet.

Circa incantationes, si prophibentur, ac referuentur, nihil certum etiam dicere possumus, quoad usque verba, quibus referuantur, videamus: si tamen absolute incantationes referuentur, tunc quidem per ea verba, expressè, vel tacite inuocatio Dæmonis referuatur: inuocatio enim Dæmonis, seu incantatio, vt illum appellat Caietanus in Summa, verbo, *Incantatio*, variis modis fit: omnes tamen nuntantur, vel in tacito, vel in expresso pacto Dæmonis: & sic ipsa incantatio, seu inuocatio Dæmonis, vel sit per pactum tacitum, & tacitam Dæmonis inuocationem, vel per pactum expressum, & expressam illius inuocationem. Itaque expressa inuocatio, & incantatio Dæmonis in expresso pacto cum illo sancito, in totum fundamentum habet tunc autem datur expressam pactum, & incantatio, cum sit hoc pactum cum ipso Dæmone: Do, vt des: faciam, vt facias. id est, Inuocabis me, & facies mihi cultum, ac reuerentiam; & ego auxiliabor tibi, vel reuelabo, aut indicabo tibi rem, quam desideras, vel intrinseci concupiscis. quod est grauissimum peccatum, & sine dubio referuatum sub nomine incantationis; tum, quia homo per haec se quasi cultui Dæmonis dedicat; tum, quia pactum, & societatem cum eodem Dæmone, perpetuo Dei hoste inuit; tum denique, quia peccatum proditiōis committit, deficit enim a Dei parte, & ad partes Dæmonis transit, & sic transfuga merito appellari potest.

Adinaduertit autem Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. de superst. cap. 43. num. 23. dub. 5. & Toletus lib. 4. Summa, cap. 16. num. 5. peccatum incantationis pacti, & inuocationis Dæmonis, saepe coniunctum esse cum peccato haereticis, & multa alia peccata grauissima inuolueri: quomobrem Confessarius ad quatuor debet attendere. Primum est, ad ipsum peccatum, in quo saepe promittunt homines se fidei negaturos, Sacramenta, & alias factas caeremonias abiecturos: & tunc inquirendus est incantator, an, cum huiusmodi pactum inuit cum Dæmone & promisit se fidei, aut Sacramenta, & factas caeremonias negaturum, existimauerit, fidem non esse veram, Sacramenta non sanctificare, Diabolum non esse miserum, & damnatum; sed habere aliquam diuinitatem, & honore esse dignum: si enim ista credidit, & existimauerit, iam erit Haereticus: si non credidit, sed ex malitia, & ob suum commodum id pactum fecit cum Dæmone; solum erit peccatum grauissimum contra virtutem religionis: aufert enim cultum, & honorem Deo, & Sanctis debitum, ac per factas caeremonias ab Ecclesia institutas exhibitum, & defert Dæmoni. Secundum, ad quod Confessarius debet attendere, est ipsa inuocatio Dæmonis: si enim ibi intercedat adoratio, examinandus est incantator, an firmiter credat, eam adorationem Dæmoni deberi, & Haereticus erit, vt dixi, si credat. Similiter, cum saepe petat ea, quae ex voluntate hominis pendunt, inquirendus est, an credat illum habere potestatem supra hominis voluntatem, & actus liberos illius, vel supra ipsas res absque diuina permissione. Si ista credat, & rusticus, barbarus, ac ignarus est, excusabitur forte à mortalij sed raro id eueniet, & in Religiosis nunquam erit admittendum: si tamen post admonitionem adhuc persistit credere, aut iam non credit, Dæmonem tamen adhuc inuocat, non est Haereticus, sed grauissimum peccatum habet contra religionem commissum propter pactum Diaboli, a quo non vult recedere. Ita docet Toletus lib. 4. cap. 16. §. *Inquirendus est*. Caietanus in Summa, verbo, *Incantatio*. Lessius citatus, & alij. Tertium, attendendum est ad res, ex quibus componitur ipsum maleficium, aut philtis, per quod Dæmonis auxilium inuocatur: solent enim ibi res sacrae immisceri, vt terra arae, aqua benedicta, sacra cera, oleum sanctum, corporalia, & his similia: similiter intermiscetur ibi verba sacrae Scripturae, aut consecrationis; saepe etiam fiunt, ac funduntur factae orationes Dæmoni, diabolico planè, ac exquisito modo, & inuitato: vt, cum feminae nonnullae media nocte diebus Veneris expatis crinibus in media domo, vel ad angulum illius Dæmonem inuocant; aut, cum homines ieiunij, & tali, vel tali situ accumbentes, oleum, vel aquam tenentes ore, & accensa face huius, non illius coloris, & in hac parte domus, non in illa, auxilium ipsius Dæmonis, aut reuelationis illius inuocant, & expectant: & tunc quidem examinandi sunt huiusmodi incantatores, & incantatrices, an crediderint, rebus factis, quas in materialibus, vt ita dicam, horum philtroꝝ admiscerent, inesse virtutem ad faciendos istos nefarios effectus: si hoc credunt, & sunt personae simplices, ignorantisque, à peccato haereticis excusantur; & si post admonitionem id perniciter crediderint, absque dubio crimen, & haereticos labem incurrent, & excommunicatione Bullae Conae Domini ipso facto innodantur. Ita toletus citatus, & D. Antoninus 2. part. titulo 12. cap. 5. §. 1. quod si ista non credant, sed propter vtilitatem tantum, & commodum suum, quod à Dæmone sperant, & ex malitia voluntatis ista efficiant, tunc quidem peccatum tantum mortale contra virtutem religionis committunt: non tamen peccatum est haereticis. Quartum, quod debet Confessarius attendere, est ipsum damnum, cuius causa sunt erga personas maleficiatas: aliquando enim occidunt, aliquando à iudicio, & statu rationis deturbant, aliquando in rebus tantum externis, & bonis fortunae nocent. Retentur ad restitutionem horum omnium damnorum temporalium, vt docent communiter Doctores. Nauarrus in Manuali Lat. cap. 15. num. 19. & Nauar. 20. Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. de iniurijs, & Lessius. Tolet. lib. 4. Summa, cap. 16. à num. 3. Soarius tomo 1. de Relib. lib. 2. de superst. cap. 14. num. 12. Gomezius

Tolet. Caiet. Lessius.

Tolet. D. Anton.

Nauar. Lessius. Tolet. Soarius. Gomez.

tomo



tomoz, cap. 6. num. 12. vbi docent, solum, & præci- se pro damno bonorum temporalium inde secuto generiad restitutionem; non verò pro ipsa priua- tione, & deturbatione iudicij, & vsus sensuum exter- norum: quia hæc damna iudicij, rationis, & sensuum, nullo pretio sunt æstimabilia: nec quicquam est in rerum natura, quod eis censeatur æquiualens; ac proinde pro iis nihil deberi, quantumuis restituro illorum petatur; & pro iis satis est pœnitentiam habere coram Deo. Et ita habetur etiam exprèsè l. finali, ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt, tenentur tamen restituere valorem lucri, quod quis ex sua arte comparabat, vel industria, vel corporis obsequio, ac seruitio, si post philtam, artem exercere non potest; quia hæc bona temporalia sunt, vt patet.

12. Dæmonis pactum, & incantatio, atque inuocatio tacita multis modis datur, & tunc etiam, quæ vitur, casum habet reseruatam. Primò enim deprehendi potest hoc pactum, & incantatio ex aliqua cõditiõne vana; appõsita tamen, vt necessaria in rebus sacris, vt si ponatur virtus in verbis Euangelij, si tamen scripta sint in pelle, non in papyro, aut tali die, hora; & tempore, & nõ in alio, & similia, quæ neque ad Dei cultum, neque ad rectã rationem spectant. Secundo, ex collectione, & colligatione certarum figurarum, aut signorum, & literarum exoticarum. Tertiò, ex motu clibani eum forcipe. Quarto, ex adiunctis nominibus incognitis, & ex pronuntiatione literarum incognitarum: hoc enim, inquit Caietanus verbo, incantatio, Dæmoniam est opus quasi manifestum. Quintò, ex excellentia effectus, qui promittitur, vt est nosse secreta cordium, & sanitas hominum repente facta. Sextò, ex admittione rerum falsarum, dicendo, scilicet, quòd Christus habuit febres, quòd Virgo sanctissima dolores in partu senserit, vt optimè notauit Nauarrus in manuali Lat. cap. 1. 2. num. 22. in noua edit num. 25. Septimò, ex promissione bonorum, & ex deuitatione infortuniorum & promissione vitæ, & felicitatis temporalis, recitata aliqua oratione, aut auditis certis verbis ab homine viam primò transeunte in die. D. Joannis Baptistæ, & ex collectione seminum eo die. Octauò, ex vanitate effectus, eò quòd moueatur annulus super filum dictis certis verbis. Denique, ex vsu aliarum rerum ad sciendum secreta naturalia, veluti ex chartulis lusorijs, sortibus, astrolabio, & alijs huiusmodi, ad subitò mendandum, vel ad sciendum futurum commissum, aut alias res secretas: est enim etiam hoc peccatum mortale contra virtutem religionis, ac proinde est Dæmonem incantare, atque inuocare tacitè, vt docent communiter Doctores. Nauarrus in Manuali Latino Modo, allegatus, Auila in compendio Nauarri, verbo, Inuocatio Dæmonum, num. 3. Caietanus verbo Incantatio, Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. de superstitione, cap. 43. dub. 5. à num. 23. Vnde, si incantatio, aut Dæmonis inuocatio referuer in Religionibus, peccatum erit reseruatam aliquo ex his modis hic relatis Dæmonem incantare, atque inuocare.

Nauar. Auila. Caiet. Lessius.

13. Obseruare verò hunc diem potius, quàm alium ad nauigandum, veluti naturæ communiter efficiunt, peccatum tantum veniale est, iuxta Nauarrum cap. 1. 1. num. 37. In his verò incantationibus, quæ pacto virtuali cum Dæmone inito, & tacito fœderi nituntur, excusari poterunt aliquando à peccato mortali aliqua personæ nimis credulæ, & ignorantæ, maxime ex sexu femineo: quia fortè nesciunt interuenire ibi Dæmonum inuocationem; & quia bona fide credunt, se dare operam rei licitæ; non illicitæ; admonendæ tamen erunt de hoc seridò à Confessarijs. Nec indicium rei licitæ esse potest,

quòd aliquando res fiant, effectusque mirabiles: nam id, si non sit à Dæmone actiua passiuus applicando, certè fieri poterit à Deo, quando media de se non sunt manifestè auxiliij Dæmonis inuocatiua, ratione bonæ fidei facientis, qua putat se auxilium à Deo, non à Dæmone postulare.

14. De orationibus, quæ vulgo circumferuntur, docet Caietanus in Summa, verbo, Incantatio, licitè posse quenquam illis vti; modò contineant verba pia, & deuota, non exotica, nec peregrina, & nihil significantia, protestando prius secum, se nolle concurrere cum pacto aliquo Dæmonis, si fortè latet inibi; sed solum velle vti pijs illis, ac sanctis verbis à Deo expactans propter illorum sanctitatem aliqua beneficia; non tamen illa certa, quæ inibi fectè, & vanè promittuntur; & modò sibi persuasum habeat illas orationes nec fuisse inuentas sepulcro Domini, nec à sanctissima Virgine, dum viueret, dictatas, aut è cælo fuisse delaplas: fortè enim eos titulos auctores illorum, si Dæmones sunt, illis affixerunt, vt faciliùs sub ea pietatis specie deciperent hi vani, ac miseri, & egeni hominiones, vt faciliùs panem lucrarentur.

15. Interrogare verò Egyptanas mulierculas de bona, vel mala fortuna, in duplici tantum casu potest esse mortale: primò, quando interrogantur animo firmiter credendi illarum dictis: secus, quando ob curiositatem, & animo irridedi, vt communiter fit: tunc enim est tantum vanitas venialis, non mortalis. Ita Nauarrus in Summa Latina, cap. 1. 1. n. 31. Ludouicus Lopez 1. p. Instructor. cap. 41. Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 38. num. 48. Secundo, mortale est, quando is, qui interrogat, talis esset, ac tantæ auctoritatis vir, vt graue scandalum generaret, id efficiens; nunquam tamen erit peccatum mortale reseruatam, nec sub titulo incantationis, aut veneficiorum intelligitur, nisi in indiuiduo referuer.

Nam. Lop. Sanc.

16. De ensalmis maior est dubitatio, vtum licitum sit illis vti in curationibus, & sit casus reseruatam sub nomine incantationis, verba ensalorum in curationibus adhibere. Non dubito esse donam curationis in nonnullis personis à Deo datum in vilitatem aliorum spectat enim id ad gratias gratis datas, de quibus agit D. Paulus 1. Corinth. 7. Unusquisque proprium donum habet, ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic, & 1. Corinth. 12. Quisquam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos; secundò Prophetas; tertio Doctores; deinde virtutes; exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c. & statim: Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationem? Dubito tamen, an huiusmodi donum alligatum sit certis, & statutis verbis, quibus prolatis, ac dictis, mirabiles curationes efficiantur; tacitis verò non efficiantur: non est enim manus Dei sumibus, nec omnipotentia illius alligata verbis: quare semper mihi admodum suspectus visus fuit modus iste curationis per ensalorum verba. Si tamen ea alicubi per Episcopos, aut Superiores ecclesiasticos fuerint approbata, licitum erit illis vti. Si verò approbata non fuerint, nunquam erit licitum illis vti, nisi fortè sub expressa intentione, & protestatione, firmiter, vel mente concepta, vel ore prolata, non concurrenti cum pacto aliquo, aut fallacia Dæmonis, si fortè adest inibi. Si autem huiusmodi verba non habeant mirabiles hocce curationis effectus, nisi ad certas complicationes linearum panniculorum, vt mihi dictum, ac significarum fuit à virò quodam perillustri, qui illa memoria tenebat; dico esse signum euidentissimum taciti pacti Dæmonis: neque enim creden

credendum est virtutem Dei istis vanis complicationibus, sic, vel sic, & in hunc, non in illum modum efformatis, virtutem diuinam illorum verborum esse alligatam; ac proinde tunc, nec cum illa protestatione, vt licitè illis possumus: quia id erit Dæmonem tacitè incantare, seu potius in auxilium vocare, quod est illicitum, vt patet: & id eò peccatum reseruatam habebit ille Religiosus, in cuius Religione incantationes fuerint reseruatæ, si huiusmodi verbis cum illis complicationibus, & non aliter, vsus fuerit. Ita mihi visum est. Dico, quod sentio: si alij meliùs senserint, ego illos libenter sequar: nihil enim aliud in re tam perua, & periculosa desidero, quàm in album veritatis collimare: & ita mecum exprèsè sentit Doctor Emmanuel à Valle, Lufitanus, in Opusculo, quod scripsit de ensalorum curatione, lect. 1. 1. cap. 10. num. 21. vbi refert, curationem ensalorum fuisse suo tempore aliquando approbatam ab Eborensi Ordinario: postea verò, re benè discussa & considerata, propter hanc rationem hîc à me tactam, & propter alias multas fuisse publice edito prohibitam, & iussam denunciari in visitationibus.

Em. à Val.

CAPVT V.

De apostasia, quæ reseruari potest in Religionibus, iuxta decretum Clementis VIII. & de crimine fugitiui egressus.

SVMMARIVM.

Secundus casus, qui de mente Papa reseruari potest in Religionibus, est apostasia à Religione, quando extra septum fit. Quid nomine septi intelligatur. num. 1. Hec apostasia intelligitur solum de Professis, non de Nouitijs. num. 2. Quid, si Religiosus Professus fugiat animo non deserendi, sed reuertendi ad Religionem. num. 3. An sit Apostasia, si tunc habitum dimittat. ibid. Quomodo intelligatur Concilium Tridentinum prohibens, ne Religiosus ad Religionem laxiorem transferatur. num. 4. Possunt Religiosi de iure ad strictiorem Religionem transire. num. 5. An nomine strictioris intelligatur Religio perfectior. num. 6. Omnes Religiosi, etiam Mendicantes, possunt ad Carthusianos iure transire. num. 7. Canonici regulares de iure possunt ad Religionem Monachorum transire. num. 8. Mendicantes, nec etiam de licentia sui Generalis, possunt transire ad non Mendicantes, exceptis Carthusianis; & si contra fecerint, tam recipientes, quàm recepti sunt ipso facto excommunicati. num. 9. Possunt alij regulares, si iusta causa detur, de licentia suorum Superiorum transire ad Religionem laxiorem. num. 10. Quæ sint iusta causæ. num. 10. Non sufficit perita, & non obtenta. num. 11. Quomodo Concilium Tridentinum intelligatur, cum dicit, non licere absque Superiorum localium licentia, Superiorem adire. num. 12. Quid, si ob sauitiam id fiat. ibid. sine. Quid, si ex fatuus sua Religionis usum appellandi ad Superiores habeant interdictionem. num. 14. Religiosus, qui recedat à Religione animo non reuertendi

di ad illam, Apostata est, etiamsi habitum non dimittat. num. 15. Nec omnis fugitiuus est Apostata: omnis tamen Apostata est fugitiuus. ibid. An omnis Apostata ipso facto sit excommunicatus, etiamsi habitum non dimittat. num. 16. Quidam affirmant. ibid. Alij melius negant. Responderetur illorum rationibus. num. 17. An Apostata sint ipso iure suspensi, si in apostasia sacris ordinentur. num. 18. & 19. Quid, si ab vna Religione fugiat Religiosus, & strictum habitum alterius induat. num. 20. Quid, si animo euigandi fugiat. num. 21. Quid de is, qui nocturna & fugitiua egressione viuunt. num. 22 & 23.

1. Secundus casus, qui ex mente Clementis VIII. reseruari potest in Religionibus, est apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento quando eò peruenit, vt extra septum Monasterij, vel Conuentus fiat. Nomine autem septi hîc, meo iudicio, non intelliguntur claustra, vel dormitoria; sed ipsum septum, in quo ortus est, & arbores seruntur: quare, quandiu Religiosus parietes huius septi non transiit, peccatum reseruatam non habet: pœnæ enim sunt restringendæ, & reseruatam pœnalis est, & odiosa, iuxta regulam iuris in 6. Oia sunt restringenda, &c. & iuxta Lessium lib. 2. de statu religio, c. 41. dub. 15. num. 109. §. Sed verius.

Lessius.

2. Et hoc intelligitur solum de Professis, non de Nouitijs: Nouitij enim, cum sint sui iuris, Religiosi non sunt: nam, licet illi in fauoribus & priuilegijs nomine Religiosorum veniant, non tamen in pœnis. Vnde Nouitij Apostatæ esse non possunt, ac proinde nec habere casum reseruatam per apostasiam à Religione, aut furtiuum Religionis egressum. Ita Syluester verbo, Apostasia, n. 9. & Tabiena ibi n. 14. & Sà verbo, Religio, sine, num. 17.

Syluest. Tabiena.

3. Dubitabis, an casum habeat reseruatam Religiosus Professus, qui ad tempus à Religione fugit; animo tamen non deserendi, sed ad Religionem reuertendi Respondeo, vt certò loquamur de casibus, qui in Religione reseruari possunt, de mente Clementis VIII. videnda sunt necessariò verba reseruationis: saliter enim nihil certum dicere possumus habere tamen huiusmodi Religiosum casum furtiuæ egressionis, si insciente Superiore egrediatur, & huiusmodi casus referuer, non dubito. Si autem de iure communi loquamur, existimat Syluester verbo, Apostasia, num. 9. & Tabiena ibidem, num. 14. non habere huiusmodi Religiosum casum reseruatam apostasie à Religione: quia ille iure communi dicitur, & est Apostata à Religione, qui illam egreditur animo non regrediendi, sed laicaliter, aut clericaliter viuendi in sæculo, dimisso habitu.

Syluest. Tabiena.

4. Fauent, qui dicunt, non habere casum, aut crimen apostasie de iure communi, illum Religiosum Professum, qui absque facultate Superioris dimittit habitum, & Monasterium egreditur, animo ingrediendi aliam Religionem, etiam laxiorem; neque incurrere excommunicationem in iure communi latam contra Apostatas: quia is non deserit absolurè Religionem, sed commutat: ille autem in iure dicitur Apostata, qui statum religiosum deserit. non commutat. Vnde, cum is nec deserat habitum Religionis animo laicaliter, aut clericaliter viuendi, neque faciat causa euigandi, non videtur esse Apostata in iure, neque excommunicationem in eodem iure latam incurrere: & hi sunt, Angelus verbo, Religiosus, num. 37. Dominicus, & Ioannes And. in cap. 2. Ne clerici, vel Monachi, in 6. Panoruitan. in cap. Sanè, de Regularibus, & colligitur ex cap. Ex

Angelus. Dominic. Ioan. And. Panoruitan.

Lessius.

Ex parte, de temp. ord. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 41. de statu relig. dub. 3. n. 102. §. Vtrum verò, si ne. Quauis alij existiment, Apostaram in iure communi esse, & censura in eodem iure lata innodari cum Religiosum Professum, qui absque facultate Superioris Monasterium egreditur, & habitum dimittit, etiam si id faciat animo Religionem aliam statim ingrediendi. Sic existimat Nauar. cap. 27. in Enchirid. n. 131. vbi citat Syluestrum, & Caietanum. Sed contrarium est verius, ob tactam rationem: quia is non tam dimittit habitum, quam commutat; & poena sunt strictè interpretandæ: & cum Doctoribus pro nobis allegatis consentit expressè Sà verbo, Religio, num. 71.

Nau.

Sà.

4.

Neque obstat Concil. Tridentinum sess. 25. c. 19. vbi prohibet, ne quisquam Religiosus, cuiusque facultatis prae-textu ac vigore, ad laxiorè Religionem transferatur: quia non ob id censendus est Apostata: si enim aliquid probaret Concilium, probaret etiam, nec de licentia Superiorum id fieri posse, & tamen Concilium per ea verba solum intendit excludere facultates, & licentias obtentas à Prouincialibus, absque causa iusta datas, vt optinè docet Nauarrus in c. Statuimus, 19. à notab. §. & Emman. Rodrig. tom. 2. Summa, cap. 6. n. 8. in vltima edit.

Nau.

Rodrig.

5.

Sciendum tamen, omnibus regularibus iure concessum esse, vt possint ad Religionem strictiorem transire, cap. Licet, de Regularibus, modò transitus matura deliberatione fiat, & studio melioris vitæ; & modò petatur licentia à Prælato, ne per contemptum obedientiæ id fieri videatur; qui tenetur eam dare: si tamen non detur, hoc ipso eam ius concedit dicto cap. Licet. Si autem quis non perita ea facultate ad strictiorem Religionem transeat, potest reduci à Superioribus, vt faciat, quod iure debet, vt docet Nauarrus de Regularibus, consil. 59. & Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 4. de statu religioso, dub. 13. n. 101. Si tamen non leuitate animi, sed matura deliberatione transiit, non est reducendus, vt alij tradunt: si autem repetatur, tenetur in conscientia redire, vt facultatem petat; quia ius non eam licentiam concedit, nisi sub ea conditione petendæ licentiæ, siue detur, siue non detur, non aliter, nec alio modo.

Nau.

Lessius.

6.

Dixi, arctiorem, non perfectiorem: quia ius in hoc transitu non requirit, vtra sit absolutè perfectior, sed strictior, vt tenent communiter iuris canonici Interpretes, & docet Lessius citatus n. 100. & colligitur ex cap. Licet, allegato; licet D. Thomas, Syluester, & alij, non improbabiler censeant, debere etiam esse perfectiorem: sed re vera id ius non requirit: solum enim atendit ius ad arctiorem disciplinæ obseruantiam, in qua quis securiorem possit reddere salutem suam.

7.

Permittitur autem in iure omnibus Religiosis, etiam Mendicantibus, transire ad Religionem Carthusianorum, vt habetur Extrauag. Martini I V. Viam ambrosia, quauis absolutè hæc Religio non sit omnium perfectissima: non est tamen necesse, vt Religio, ad quam fit transitus, in omnibus sit arctior, ac feuerior. Enim verò Religio Fratrum Minimorum, in victu, & vestitu arctior est, quam Carthusianorum: non enim vitur ouis, nec lacticiinis, quibus vitur Carthusianorum Religio: & tamen possunt Fratres Minimi, cum numerentur inter Mendicantes, ad Carthusianos iure transire. Idem de Capucinis: Religio enim Carthusianorum est arctior in silentio, in solitudine, & in Officij diuini longissima recitatione. Et sicut Mendicantes possunt transire ad Carthusianos: ita Carthusiani possunt vicissim ad Mendicantes transire, apud quos religiosa disciplina benè seruatur, modò sine lite, & alio graui incommodo id fieri possit, vt optinè

probat, ac docet Nauarrus titulo, de Regularibus, Naui consilio 68. & Syluester verbo, Religio, 4. quæst. 6. Sylu. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. c. 41. de statu religioso, dub. 13. num. 100.

Rursus etiam permittitur Canonicis regularibus, vt possint ad Religionem Monachorum transire, si religiosa ibi ac monastica disciplina in sua puritate seruetur, vt constat ex cap. Sanè, de regularibus, quia Monachorum Religio est strictior, vt habetur in cap. Quòd Dei timorem, de statu Monachorum, nec obstat cap. Mandamus, & cap. Nullus, 19. quæst. 3. in quibus id videtur prohiberi; quia solum ibi prohibetur, ne transiit iste fiat ex ira, vel ex odio, aut ex leuitate animi, aliavè passione, ac perturbatione, aut cum detrimento seruitij Ecclesiæ, vt ibidem notat Glossa.

Notandum verò est, non posse de iure communi Mendicantes, etiam cum facultate sui Superioris Generalis, transire ad non Mendicantes, (exceptis Carthusianis,) absque facultate Pontificis: & si contrà fecerint, tam recipientes, quam recepti, sunt ipso facto excommunicati, & professio est irrita. Paret ex Extrauaganti 1. de Regularibus, quæ incipit, Viam ambrosia. Hæc tamen Extrauagans non videtur recepta: nam Nauarrus consilio 56. de Regularibus, probat iure communi posse Generalem Ordinis D. Augustini dare facultatem transeundi ad Religionem laxiorem ex iusta causa; nec meminit huius Extrauagantis: vel certè, quod mihi videtur certius, huiusmodi Extrauagans solum agit de iis, qui iustam causam non habent transeundi, vt patet ex illis verbis illius, furatis coloribus, & vt liberius degant, & beneficia monastica consequi valeant. Quare, cum causa poterunt Generales hanc facultatem illis dare: absque causa verò solus Summus Pontifex, vt insinuat Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 4. de statu religioso, dub. 13. num. 104. Dixi, de iure communi: quia interdum Generales ex priuilegio eam licentiam dare poterunt.

Possunt etiam Regulares, si iusta causa detur, cum licentia sui Prælati transire ad Ordinem laxiorem. Cause autem iustæ esse possunt: primò, si collapsa sit disciplina in strictiore: secundò, si odia, & similitates in ea vigant: tertio, si ipse sit aliis exosus: quarto, si ob corporis debilitatem non possit ferre rigorem disciplinæ. Et, si Monasterium est subiectum Episcopo, hic hanc facultatem dare potest: si est exemptum, Prælati, qui iurisdictionem habet quasi episcopalem, vt Prouincialis, cum consensu tamen Capituli. Ita docent Panorm. in cap. Non est, & cap. Significatum, de Regularibus. Innocentius ibi. Syluester verbo, Religio, 4. quæst. 2. Syluest. Nauarrus commento 4. num. 111. & Glossa in cap. Non est dubium. Lessius citatus num. 102. Requiritur autem consensus Capituli: quia hæc res est vna de maioribus negotiis totius Monasterij, in quibus iuxta regulam, & canones requiritur Capituli consensus.

Hæc autem facultas Prælati debet esse in re obtentam: nam, quando transiit ad Religionem laxiorem, non sufficit petiisse; sed necesse est, vt obtineatur: nam ius non aliter, nec alio modo hoc concedit. Non tamen, si absque facultate, dimisso habitu, transeat, censetur Apostata, nec excommunicationem Apostatis in iure illatam incurrit, vt diximus num. 3. quia non deserit absolutè statum religiosum; sed commutat, vt ibidem diximus.

Sed oppones Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 4. de Regularibus: ibi enim docet non licere Regularibus egredi à Monasterijs, prae-textu etiam adeundi suos Superiores, nisi ab iisdem vel missi, vel vocati fuerint: & alioqui tanquam verè Apostata,

8.

9.

10.

11.

12.

Coc. Trid.

stare, & desertores puniri possint: ergo, si prae-textus adeundi Superioris non sufficit, vt euadant poenas desertorum, & Apostatarum; nec etiam sufficit prae-textus ingrediendi aliam Religionem arctiorem. Respondeo, Concilium Tridentinum non dicere, eos esse Apostatas: sed posse puniri tanquam Apostatas ob crimine fugitiui, & fugitiui cgressus, sub prae-textu adeundi suos Superiores. Vnde docet Concilium, posse illis, quoad forum externum, in poenam criminis applicari poenas in iure Apostatis impostas; non tamen illas iam in foro conscientiae incurrisse. Imò nec decretum Concilij Tridentini locum habet in eo Religioso, qui fugit animo adeundi suum Prouincialem vel sicutum sui Superioris localis, aut ob metum carceris asperioris solito, vt numero sequenti dicemus; nec in eo, qui credit, se non esse Professum, vt ait Sà verbo, Religio, n. 71. Quæ autem sint poenæ Apostatarum, vide apud Syluestrum verbo, Apostata, n. 11.

Sà.

13.

Ramirez.

Et verò, quauis Ioannes Ramirez de confirmatione Ordinis D. Iacobi, cap. 14. fine, vers. Quarta declaratio, innixus huic decreto Concilij Tridentini, ausus sit affirmare non esse licitum alicui Religioso, quantumuis malè, & asperè tractetur à suo Superiore locali, confugere ad maiorem Superiorem, absque licentia inferioris in scriptis; & posse huiusmodi confugientes poenis ab eodem Concilio insinuat puniri, & aliis seuioribus: tamen hæc illius sententia non placet; quia appellatio ad Superiorem in rebus grauibus est de iure naturali: appellatio autem vel verbis, vel facto fit, & hæc est appellatio facti: & ideo, vt optinè notat Nauarrus libro 2. consiliorum, titulo de appellat. consilio 4. num. 5: intelligendum est decretum Concilij de illo regulari, qui non ita grauarus, sine vlla causa fugit ad Superiorem, eò quòd prætextat sibi licitam esse illius aditionem absque sui Superioris localis facultate. Et cum Nauarro idem sentit Rodriguez tomo 1. quæstionum regularium, quæst. 29. artic. 2. Aragonius 2. 2. quæst. 69. artic. 3. Sotus lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 3. Et probatur ex textu in cap. De Priori, de appellat. vbi ex præscripto Pontificis iubetur puniri Prior, qui in rebus grauibus appellationem non admittit. Et id docet etiam Cenedo de quæstionibus canonicis, quæst. 26. num. 22. Vnde, licet Ordinarius iustè ex prædicto Concilij decreto possit capere, & comprehendere talem Religiosum per suum territorium transeuntem; non tamen illum potest iustè retinere, si fidem faciat, se ob iustum grauumen factò ad suum Superiorem appellasse: neque enim Concilium in eo loco prohibet, aut prohibere intendit, eam appellationem, quæ ob iustum grauumen, vel verbis, vel facto fit: vnde, si constet Episcopo, huiusmodi Religiosum ob iustum grauumen suum Superiorem adire; & ideo licentiam in scriptis non habere, quia illam concedere Superior noluisset; tenetur eum dimittere, vt optinè probat Cenedo.

Nau.

Rodrig.

Arag.

Sot.

Cenedo.

14.

Rodrig.

Conar.

Zerola.

Hæc tamen doctrina non procedit in illis Religionibus, quæ vsam appellandi habent interdictum, in rebus etiam grauibus, vt in Religione D. Dominici: licet enim appellatio sit de iure naturali; tamen vnusquisque potest cedere suo iuri, & illi renuntiare; & eo ipso, quòd aliquis in prædicta Religione professionem facit, huic iuri cedit, ac renuntiat; quemadmodum vouens castitatem renuntiat iuri, quod habet ad contrahendum; & vouens paupertatem, iuri, quod habet ad sibi acquirenda bona temporalia. Quam renuntiationem, vt iustissimam, defendunt Emmanuel Rodriguez tomo 1. quæst. regular. quæst. 29. articulo 3. & in Summa, titulo, De ordine iudicario, cap. 13. num. 5. & Couarruias in pract. cap. 23. num. 6. vers. 8. & Zerola 2. p. §. Re-P. Steph. Fagundes. in quinque præ. Eccl.

gularis. vers. 6. & Aragonius 2. 2. q. 69. art. 3. & Sotus lib. 5. de iust. q. 6. art. 3. & Cenedo de quæst. regul. seu canon. q. 26. n. 23.

Aragon.

Sotus.

Cened.

15.

Sed petes, An sit verè Apostata ille Religiosus Professus, qui à Religione fugit, non animo ingrediendi aliam Religionem, etiam laxiorem? Respondeo, vel fugit dimisso habitu, vel retento: & rursus, vel fugit animo deserendi Religionem, vel animo euagandi, & reuertendi iterum ad Religionem, aut Monasterium. Si fugit, receditque sponte sua, animo deserendi religiosum institutum, & non reuertendi ad Religionem, Apostata est; etiam si habitum non dimittat: quod per se euidens est: nam Apostata dicitur à desertione instituti religiosi; non autem ab habitu depositione, vt optinè notauit Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 109. §. Sed verius. & quauis Apostata, & fugitiui, si habitum dimittant, in poenis excommunicationis, & suspensionis, in iure sint æquales, vt statim patebit: tamen non omnis fugitiuus est Apostata; omnis tamen Apostata est fugitiuus; quia non omnis fugitiuus habet animum deserendi Religionem, etiam si habitum dimittat; at omnis Apostata est fugitiuus, quia à Religione fugit. Et ita docet optinè Syluester verbo, Apostasia, n. 9. fine.

Lessius.

Sylu.

An autem omnis Apostata ipso facto sit excommunicatus, etiam si habitum non dimittat, de iure communi loquendo, est dubium. Quidam affirmant, ipso iure excommunicatum esse, quauis habitum non dimittat. Ita videtur docere Glossa in c. Vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi, verbo, Horum. & hi quidem magnum præsidium videntur habere in prædicto cap. Vt periculosa, vbi Pontifex ita dicit: Vt periculosa Religiosis euagandi materia subrahatur, discretius inhihemus, ne de cetero aliquis in quacunque Religione tacite, vel expresse Professum, in scholis, vel alibi temerè habitum Religionis sue dimittat, nec accedat ad quauis studia litterarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa: si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurvat sententiã ipso facto. Vbi Glossa ibi verbo, Horum, ita habet: id est, vel quia apostatat dimittendo habitum, vel quia vadit ad studium sine licentia. & videtur intelligendum, non dimisso habitu. Alij meliùs negant, dicuntque, huiusmodi Apostatam non incurrire ipso facto excommunicationem, nisi habitum dimittat. Ita docet expresse Lessius citatus tomo 1. de iustitia, lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 109. §. Sed verius. Syluester verbo, Apostasia, num. 11. quæst. 8. & Caietanus verbo, Apostasia, in Summa, & Sà verbo, Religio, numer. 72. quia cap. Vt periculosa, solum loquitur de his, qui habitum dimittunt: quare, cum hæc sit poena, non est extendenda ultra verborum proprietatem. Ego hanc vltimam sententiam amplector.

Gloss.

Lessius.

Sylu.

Caiet.

Sà.

17.

Nec prima multam habet difficultatis: nam cap. Vt periculosa, in verbo, Horum, ita est intelligendum; id est, vel, quia apostatat, dimittendo habitum; vel, quia fugit, & diuertit ad studium sine licentia, dimisso habitu: & sic nec Apostata, nec fugitiuus (vt de fugitiuo statim dicemus) incurrit prædictam excommunicationem ipso facto iure impostam, nisi vterque habitum dimittat: quod patet euidentiùs ex verbis sequentibus prædicti cap. Vt periculosa. Doctores quoque, siue Magistri, qui Religiosos habitu dimisso Leges, vel Physicam scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili, ipso facto, censura sint innodati. Vbi vides, textum, siue de Apostatis, siue de fugitiuis loquatur, semper loqui supposita dimissione habitus; imò, vt benè ibi notat Glossa verbo, Ipso facto, Apostata nullibi in iure

Gloss. Ioan. And. Bernard.

18.

Sylu. Panorm.

Lessim.

19.

20.

iure est ipso facto excommunicatus, praeterquam in hoc c. Vt periculosa, alias enim de iure Apostata non erat ipso facto excommunicatus; sed excommunicandus: & cum Glossa id planè docet etiam Ioannes Andreas, & Bernard, in cap. Si quis ex Clericis. 32. distinct. de vita & honestate Clericorum, & cap. Si quis ex Clericis, de apostasia, c. 3.

Praeter excommunicationem ipso facto (de qua haec tenus) est etiam Apostata, ipso iure suspensus ab Ordine sacro, quem suscipit, si in apostasia illum suscipiat, vt docet Syluester verbo, Apostasia, num. 9. & Panormitanus in cap. finali, de Apostatis, & solus Papa, quantuncunque poeniteat, cum eo dispensare potest, vel Episcopus, si minorem tantum Ordinem suscepit, & exemptus non est; quia in exemptos nullam habet Episcopus iurisdictionem, vt de se pater. Hic tamen penè idem dubium oritur, An ille Apostata, qui à Religione fugit, animo deserendi illam, nec tamen habitum dimittit, hanc poenam suspensionis ipso facto incurrat? Respondeo, probabile esse, illam non incurrare, nisi habitum dimittat: quia tam haec poena, quam poena excommunicationis ipso facto, solum illis Apostatis imponuntur, qui dimittunt habitum. Dices: illi, qui à Religione recedunt, animo illam deserendi, licet habitum non abiciant, sunt verè Apostatae: Apostata enim dicitur à deseritione religiosi instituti, non ab habitus depositione. Respondeo esse verè Apostatam, & posse puniri excommunicatione, vel suspensione ab Ordinibus per Iudicis, aut Superioris sententiam; non tamen vllam poenam latae sententiae ipso iure communi admittere, nisi habitum dimittat, quod ordinariè solet fieri. Et sic respondet Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 109. quia ius non illam imponit, nisi habitum dimittat.

Dixi, iure communi: quia attentis priuilegiis, & peculiaribus statutis cuiuslibet Religionis, fieri poterit, vt Religiosus Professus, excommunicatione ipso facto innotetur, vbi ab illa recedit, animo illam deserendi, quanuis habitum non dimittat.

Sed quid, si ab vna Religione fugiat animo illam deserendi, habitum alterius statim induens, animo illam ingrediendi? Respondeo, si de licentia Superioris, & maioris partis conuentus hoc efficiat, nec fugitiuus, nec Apostata dici potest, etiam si laxiorem Religionem ingrediatur: si verò absque debita licentia faciat, fugitiuus dicitur, non Apostata: quia absolute non est desertor religiosi instituti, sed commutator: quanuis autem sit fugitiuus non erit excommunicatus ipso facto, quia absolute non dimittit habitum Religionis; sed commutat: excommunicatio enim ipso facto solum iis fugitiuius iure imponitur, qui habitum dimittunt, & à religiosa disciplina, & obedientia se subtrahunt per aliquod saltem tempus: potest tamen is excommunicari, & aliis poenis affici; non tamen talis est ipso facto. Et ita colligitur ex cap. Vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi, colligitur etiam ex Syluestro verbo, Apostasia, num. 9. & ex Sa verbo, Religio, numero 72.

Si autem Religiosus Professus animo euagandi, à Religione fugiat, & iterum reuertendi ad illam, non est ipso iure excommunicatus, nisi habitum dimittat, vt iam diximus, & patet expressè ex praedicto cap. Vt periculosa, ne Clerici vel Monachi, docet Syluest. citatus, & Lessius allegatus. Hoc verò interest inter Apostatam eiectum, & fugitiuum: quia Apostata est, qui à Religione discedit animo deserendi religiosum institutum; & si habitum exuat, est ipso iure excommunicatus: si non exuat, potest excommunicari; non tamen est ipso facto excommunicatus. Fugitiuus autem est, qui sponte à Reli-

gione fugit animo non deserendi institutum religiosum; sed tantum euagandi, & iterum ad Religionem reuertendi: & is similiter, si habitum dimittit, ipso iure est excommunicatus: si verò non dimittit, potest excommunicari; non tamen ipso facto, & iure est talis: vnde cum etiam Apostata à Religione fugiat, omnis Apostata est fugitiuus; non tamen omnis fugitiuus est in iure Apostata. Eiectus ille dicitur, qui non sponte recedit, ac fugit; sed iustus, vel compulsus dimittitur: & sic, qui eiectus, vel dimissus discedit, nec excommunicationem, nec alias iuris poenas, Apostatis, & fugitiuis impostas incurrit, vt pater.

Tertius igitur casus, qui ex mente Clementis VIII. referuari potest in Religionibus, est nocturna, ac furtiua egressio à Monasterio, etiam animo non apostatandi facta: quamobrem videnda sunt verba, quibus referuatur hic casus: nam, si vtrunque referuatur, non sufficit sola diurna, vt peccatum referuatum inducat, nec sufficit etiam sola nocturna: sed vtraque necesse est concurrat: illa autem particula, furtiua, apposta est ad distinctionem nocturnae, vel diurnae egressiois factae de licentia tacita, vel expressa Superioris.

Si tamen aliqua excommunicatio in aliqua Religione lata sit in eos, qui per diem, vel noctem furtiue à Monasterio egrediuntur, tunc quidem ratione excommunicationis referuata erit absolutio; sublata tamen referuatione absolutiois, seu excommunicationis, iam peccatum referuatum non manet: generaliter enim loquendo, quando referuatur aliquod peccatum cum aliqua censura, sublata referuatione censuræ non manet peccatum referuatum, & potest à quolibet ordinario Confessario absolui, vt docet Rodriguez tom. 1. Summæ, c. 55. num. 4. fol. 160. & Henriquez l. 6. de poenit. c. 14. n. 10. & Nauarr. cap. 27. n. 261. in Manuali, edit. vltima. Nomine autem Monasterij venit totum septem pariete circumdatum, vt diximus n. 1. Vnde, vt quis habeat crimen nocturnae, & furtiuae egressiois à Monasterio, opus est, vt hoc septem transfiliat: dum enim non transfiliat, si hoc crimen in Religione referuatur, peccatum referuatum non habet: quia poenæ, cum sint odiosae, strictè accipiendae sunt, ita vt comprehendant totum id, quod nomine Monasterij venire potest.

CAPVT VI.

De crimine furti, et proprietatis, quod in Religionibus iuxta decretum Clementis VIII. referuari potest.

SVMMARIVM.

- Quid nomine proprietatis intelligatur in Religiosis. num. 1
Quando Superiores declarant quantitatē mortale attingentem esse peccatum referuatum in Religione, non possumus intelligere tacitam voluntatem illorum esse, eam non esse referuatam. n. 2
Quid attendendum sit ad excusandos Religiosos à peccatis circa data, & accepta. n. 3
Quid possint Religiosi donare aliis Religiosos diuersae Religionis absque mortali. n. 4
Quid, si sint eiusdem Ordinis, & Religionis, & Monasterij. n. 5
Quid, si sint eiusdem Ordinis, sed diuersi Monasterij. num. 6
Quid possint Religiosi donare, vel accipere externis, & ab externis, absque peccato mortali, secus declaratio suorum Superiorum. n. 7
Quid,

22.

23.

Rodrig. Henric. Nau.

- Quid, si Religiosus ob animi leuitatem, & ventris ingluuiem accipiat vnam gallinam, vel cascum, ad faciendum tentaculum cum amico. n. 8
Quid, si capsulam dulciariam. ibid.
Quid possint Religiosi iter facientes dare ex praesumptiua voluntate Superioris. n. 9
Quid possint ex eadem voluntate praesumptiua tunc accipere. n. 10
Quid possint licitè Praelati locales dare externis, vel dare suis licentiam ad dandum, extra peccatum. num. 12
An Religiosi, vel Moniales possint habere redditus vitalitios, seu tenas, ad nutum Superiorum auferibiles. n. 13
Quid, si Religiosus extra pios vsus aliquid expendat. num. 14
Quid, si licentiam petat ad licita, & expendat in illicitis. n. 15
An, qui, vel qua aliquid à Religiosis accepit ob illicitos vsus, teneatur illud Monasterio restituere. n. 16
Quid, si non exeret. ibid.
Quid, si bona fide accepit, & consumpsit. ibid.
Quid, si res sint in religione ad communem vsum Religiosorum destinatae, & Religiosi petant ad illas facultates, & non obtineant. n. 17
An peccet contra votum paupertatis illi Religiosi, qui volentibus sibi aliquid dare suadent, vt dent propter se aliis externis. n. 18
Quid, si prius ipsi acceptent, & postea donent. ibid.
An peccet mortaliter contra charitatem illi Religiosi, qui absque causa seculares impediunt, ne suo intuitu aliquid Religioni donent. n. 19
Et qua causa excusetur. ibid.
Vtrum in Religione, quae habet pro instituto, ne eleemosyna pro Missis, vel concionibus accipiantur, possint Religiosi ita conuenire cum secularibus: Faciam tibi tot Sacra, si eleemosynam illorum dones tali pauperi. n. 20
Quid, si praedicti Religiosi non habeant Regulas obligantes ad mortale peccatum. n. 21
Quomodo explicatur votum obedientiae in Religionibus. ibid.
Et quando mortaliter contra hoc votum peccetur. ibid.

Quartum, & quintum peccatum, quod in Religionibus iuxta mentem Clementis VIII. referuari potest, est proprietatis, vel furtum, quod sit peccatum mortale contra votum paupertatis. Nomine autem proprietatis, non solum intelligitur illa proprietatis, qua quis accipit aliquid ab externis absque facultate sui Superioris, illudque sibi appropriat; sed etiam illa, qua quis Religiosus aliquid à Monasterio furtim accipit absque eadem facultate, illudque sibi etiam appropriat, vel alteri seculari dono dat, vel mittit: & vtrunque referuari potest, tam furtum, quam proprietatem, ait Clemens VIII. Videnda ergo sunt, & attentè consideranda verba referuationis: possunt enim solum referuari in Religione furta illa, quae tantum sunt, ac committuntur, quando Religiosus aliquid ex Religione furatur, vt externis donet, non vt Religiosus eiusdem Ordinis, & Monasterij; & tunc solum referuatum erit illud peccatum, si furtum committatur ex bonis Religionis, & donetur externis; non autem illud, quo aliquid accipitur ab externis, sibi que Religiosus illud appropriat, nisi postea iisdem donet externis absque facultate; neque illud, quod vnus Religiosus donat alteri eiusdem Ordinis, vel Monasterij. Deinde inspicendum est, quae sit quantitas peccati mortalis in qualibet vrbe, oppido, vel loco, vt inde colligatur peccati referuatio: potest enim certa quantitas esse peccatum mortale in vno loco, non in alio: assignanda enim hac quantitate attendendum est ad loca, terras, & vrbes magis, vel minus pecuniosas, & populosas, in quibus res carius, vel vilius emuntur: nam illa furti quantitas, quae est peccatum mortale Bracharæ, vel in alio loco minus pecunioso, non est Olysiopone: quare aestimatio huius quantitatē magis penderet ex arbitrio prudentis, quam ex certa aliqua regula, quae dari possit: quae enim respectu vnus loci magna quantitas videtur, & attingens ad peccatum mortale ob paupertatem loci, in aliis locis videbitur per exigua, & ad mortale non attingens, ob abundantiam pecuniae, & rerum vendibilium carentiam, ac inopiam.

Solent autem Superiores Religionis declarare suam intentionem esse, referuare sibi furtum, vel appropriationem, quae fiat ex bonis Religionis, & peccatum mortale contineat, & tunc quidem supposita ea declaratione iam non possumus praesumere eam quantitatem mortalem non esse referuatam: voluntas enim Superioris expressè declarata reiiicit voluntatem praesumptiuam circa declaratum obiectum, ac quantitatem. Si tamen aliquis Religiosus credat firmiter, hic, & nunc, Superiorem fore contentum, vt aliquid accipiat, vel donet ad quantitatem mortalem, ac referuatam accedens, tunc quidem non peccabit mortaliter, nec peccatum referuatum habebit, si ea donet, vel sibi appropriet: & licet postea Superior resciscens id malè accipiat, non idè mortale peccatum erit; quia Superior id agrè fert, ed quod non fuit à se petita facultas, & sic inuitum se praebet, quoad modum dandi, & non quoad substantiam dati: & si dicat, se inuitum fuisse, quoad substantiam dati, irrationabilis est: nam ex coniecturis, & propensa voluntate Superioris erga se, potest aliquis Religiosus iudicare, hic, & nunc, sibi dandam fore à Superiore libentissimè eam licentiam, si peteretur. Et ita docet Rebellus 1. part. lib. 3. q. 15. sect. 3. n. 14. Nauarrus cap. 17. num. 138. Caietanus verbo, Furtum, notabili 2. Fumus verbo item, Furtum, §. 2. quod intelligendum est, nisi quoque Superior declaret, non solum suam intentionem esse referuare sibi peccatum furti, vel appropriationis attingentis mortalem quantitatem; sed etiam suam esse intentionem, quod subditi nulla praesumptiua Superioris voluntate vtantur, vt ab hoc peccato furti, vel appropriationis excusentur.

Quare in furtis, & proprietatibus Religiosorum, ad excusandos Religiosos à culpa mortali, atque aded à peccato referuato, duo, vel tria adnotanda erunt. Primum est, in quibus rebus, & quouisque in vnaquaque Religione, & Monasterio censetur facultas, vel vsus communis, ac generalis ad aliquid dandum, vel accipiendum: hoc enim tantum sufficit, vt non peccent Religiosi in voto paupertatis. Secundum est, non esse, nec censeri culpam lethalem, quando subditus sciret, vel bona fide crederet, eum erga se esse Superioris affectum, eamque voluntatem, vt libenter sibi concederet, si sciret, illum tali re indigere, aut tale aliquid desiderare, dono dare: tunc enim censetur habere licentiam, saltem virtualem, in eo affectu Superioris erga seipsum latentem; peccat tamen venialiter: quia, etsi rem illam quodammodo, vel accipiat, vel donet externis ex voluntate Superioris interpretatiua, & virtuali; modus tamen dandi, & accipiendi est, absolute loquendo, contra voluntatem illius. Et ita praeter omnes numero praecedenti citatos, docet expressè Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. c. 41. de statu religioso, dubit. 9. n. 80. & Hieronymus Flammus 3. p. Methodi, cap. 9. §. 12. Tertium est epicheia: est autem epicheia, voluntas quaedam praesumptiua Superioris, qua rationabiliter possumus praesumere, Superiores hic, & nunc licentiam concessuros,

24.

Rebell. Nau. Caiet. Fumus.

3.

Lessim. Flammus.



cessuros, etiam si voluntas Superioris non ita sit propensa erga subditum. Ad Epichæam tamen duo requiruntur: primum est, quod res urgeat; secundum est, quod Superior non sit praesens, vel praesens. Sic poterit Religiosus iter faciens, si galeum amittat, alterum emere de pecuniis Religionis; poterit etiam donare eleemosynas aliquantulo maiores, si necessitas occurrat: adest enim tunc consensus Superioris interpretari, qui non adest, quando res facile differri potest. Sic Lessius citatus, & Nauarr. cap. Non dicatis. 12. q. 1. n. 40. & D. Thomas 2. 2. q. 32. a. 8. ad 1.

Lessius. Nauarr. D. Thom. 4. Flamma.

Hieronymus tamen Flamma in 3. part. Methodi, cap. 9. §. 12. circa danda, & accipienda inter Religiosos, & praesertim inter Monachos sic dicitur: discutitur tamen illius locum non haber, quando Superiores contrarium declarant. Vel Religiosus, qui dat, est eiusdem Ordinis cum recipiente, vel non est: & si est eiusdem Ordinis, vel est eiusdem Monasterij, vel diuersi. Si non est eiusdem Ordinis, idem erit de illo dicendum, ac si donaret aliquid alicuius momenti saeculari homini; esset enim id tunc furtum ex bonis Religionis commissum, seu alienatio quaedam: excipit tamen ille casum, quo duo concionatores diuersi Ordinis, vel honorabiles Fratres mutuo sibi darent libellos non magni pretij ad fouendam gratiam, & amicitiam, sermones scriptos, materias Theologicas, & picturas imaginum, non magni momenti: quia hoc fit ex licentia interpretatiua, & est mutua compensatio, & ciuilibus quaedam comitas, quam uelle auferre, nec iustum esset, nec decens; quia lex Dei, & Religionis est nimis diserta, ac prudens.

5. Si Religiosus dans, & accipiens sint eiusdem Ordinis, & Monasterij professi, asserit Flamma posse sibi mutuo dare libros, & res cuiuscunque pretij, quarum usus sibi concessus sit, absque uillo furri scrupulo: nulla enim fit iniuria; quia quicquid acquiritur, Monasterio acquiritur, ubi professionem emittunt: enim uero dans uoluntarie usum, quem habebat, praebet; dominium uero semper in Monasterio manet, cum semper dominium rei penes illud maneat, siue hic, siue ille Monachus usum habeat, & nulli fit iniuria, nisi tantum Praelato, si id sine eius licentia, ac facultate fiat: haec autem non erit iniuria, sed inobedientia, & semper uenialis, nisi ad sit contemptus, & hoc iuxta praedictum Flammam in omnibus Religionibus procedit, quae habent bona in communi, dempra tantum Religionis Familiae Franciscanae, quae non habet.

6. Si uero sint eiusdem Ordinis, sed diuersi Monasterij, possunt, inquit, sibi inuicem dare res minoris pretij sine licentia Praelati, quae, cum in indiuisibili pretio non consistant, opus est, ait, ut ponamus exemplum in duobus sudariolis, mappisue natiui, & in uino mantili linco ad extergendas manus, in una interula, seu subucula, & in similibus, dummodo non ita sit iterata datio. Et haec planior est doctrina, quando ambo sunt eiusdem Monasterij Conuentuales, etiam si sint in diuersis Monasterijs Professi: nam tunc, cum sint subditi eiusdem Praelati, maior communicatio eis concedenda est, ad uentisilia uentisilia, quae illis ad usum concessa sunt, & ideo poterunt donare sibi ad inuicem tunicas, caligas, cuculam, & his similia, absque offensione uoti pauperatis: perfectius tamen erit haec facere de licentia Praelati. Poterunt etiam donare inuicem uaginam cultellorum, & librum ualentem duobus argenteis. Haec Flamma. Illius tamen doctrina, quoad donationem extenorum, & aliorum Religiosorum diuersi Ordinis, non procedit in eo casu, quo Superior edicto aliquo declarat suam intentionem esse referuare furtum, aut alienationem,

qua quantitate attingat peccati mortalis.

7. Seclusa uero hac declaratione petes, quid possint Religiosi absque peccato mortali donare, vel accipere ab externis? Et quidem de Religiosis ad modum filiarum ratiocinandum est: Religiosi enim inter filios computantur, iuxta cap. Licet. de sepulturis. & 1. qui in potestate. ff. de testamentis, & Authenticam, Ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Et ita docet Nauarr. in capit. Non dicatis. 12. quaest. 1. numero 62. & Rebellus 1. part. libro 3. quaest. 15. section. 13. num. 22. & non computantur cum seruis, & mancipiis, ut male quidam Canonista dixerunt, eo fundamento ducti; quia serui, quicquid acquirunt, domino acquirunt; & Religiosi, quicquid acquirunt, Religionis acquirunt: sed est inutilis comparatio: nam etiam filii familiarum, quicquid acquirunt, non sibi, sed patri acquirunt; ac proinde cum filiis familiarum Religiosi sunt comparandi, non cum seruis: unde, cum filii familiarum hominum mediocriter pecuniosorum non peccent mortaliter, si eis inuitis, ad honestam recreationem, aut donationem, furentur quinque argenteos, siue regales, aut saltem quatuor, ut docent Petrus Nauarra lib. 3. de restit. capite 1. numero 66. & Rebellus 1. part. de obligar. iusticiae, lib. 3. quaest. 15. sect. 15. num. 16. ut licite, & honeste gaudeant cum seruis, & amicis; pariter dicendum est de Religiosis, eos mortaliter non peccare, si hanc quantitatem furentur inuitis suis Superioribus. Et certe Rebellus citatus quaest. 15. section. 13. num. 22. existimat, eos, propter praesumptiuam uoluntatem suorum Praelatorum, non peccare mortaliter, si simul furentur a Religione, vel ad donandum externis, vel ad sibi appropriandum, quatuor regales, plus, minusue; & si Praelati sunt inuiti, dicit irrationabiliter esse inuitos, & concordat cum doctrina Flammæ tradita numero 6. & 7. Et fundamentum Rebelli est optimum, primo, quia non minus credendi sunt Praelati inuiti, & Religio erga suos subditos quoad res furtiue acceptas, quam patres erga suos filios; nec strictiores esse debent de patrimonio Christi, quod ipsi nec sudore, nec labore acquisierunt, quam patres sunt de suo, quod vel iure haereditario a suis maioribus acceperunt, vel nimio sudore, ac labore comparauerunt. Secundo, quia, quamuis Praelati id grauius aliquantulum ferant, quam patres, id quidem est quoad modum, quia, scilicet, absque licentia dant, vel accipiunt, cum illam petere possent, non autem quoad substantiam: grauius tamen peccant uenialiter Religiosi propter uotum pauperatis, quam filij.

Nau. Rebell.

Petr. Nau. Rebell.

8. Obseruat etiam Hieron. Flamma praedicta 3. p. Methodi, capite 9. §. 11. uers. Ecclesiasticis, ad finem, non condemnandum esse Religiosum ad mortale, si ob solam animi leuitatem, aut uentris ingluuiem, de communitate accipiat gallinam, aut perdicem, aut petasomem, cum pane, & uino pro uino ientaculo, vel prandio peculiari, cum amico, vel etiam si furtim capiat de penu caseum, vel capsulam dulciariam, quia moraliter praesumitur uoluntas Superioris non esse illum ad peccatum condemnare: sicut nec patres filios uolunt mortaliter peccare, si haec efficiant aliquando. Imò addit, & in palatis Magnatum idem dicendum esse, si quis de culina comestibilia auferat: quia haec moraliter praesumuntur saltem tacite uolita a dominis, & economis: secus tamen dicendum ait, si in hoc tam isti, quam illi excedant, ut si plures gallinas, quae pro infirmis seruabantur, quis acciperet, vel earum partem, ita ut defectus sentiat. Haec tamen doctrina Flammæ magna indiget expensione, & regulanda est iuxta doctrinam traditam num. praeced.

Illud

9. Illud maiorem probabilitatem habet, posse Religiosos iter agentes, si illud de licentia suorum Praelatorum agant, dare ex iis pecuniis, quae sibi pro expensis itineris a Praelatis dantur, quicquid subtraxerint, vel parcius comedendo, vel quia a saecularibus inuitantur; ea tamen conditione, ut si eis pecunia defecerit, non teneatur Religio eam soluere, nec ipsi rationem de illa reddere; sed, quod ipsi suo commodo, vel incommodo id, quod sibi pro itinere donatur, expendant. Possunt quoque eleemosynas de uitiaco suo dare in ea quantitate, qua uiri saeculares dare solent suae qualitatis. Idem dicendum est de Religiosis, qui constituuntur a suis Superioribus ad seruienda, curandaque aliqua beneficia, assignata quota pro sustentatione: poterunt enim etiam ij ad libitum vel in eleemosynas, vel in alios pios usus de residuo quorae disponere. Ita docet Nauarrus in cap. Non dicatis. 12. quaest. 1. n. 40. & Hieronymus Flamma 3. part. Methodi, cap. 13. §. 16. Et ratio est: quia licentia iter faciendi assignato certo uitiaci stipendio ad hoc quoque se uideretur extendere. Et ex hoc principio docet etiam Nauarrus in Manuali Latino, cap. 20. num. 12. posse eum Religiosum, qui uersatur in studiis, & uisitatoribus, impensis Religionis, vel in aliis negotiis extra Monasterium, aliquam partem quorae destinatae ad suam sustentationem ludo honesto causa honestae recreationis infundere: quia ad alimenta pertinet etiam honesta recreatio aetatis, & statui conueniens.

Nau. Flamma.

10. Addit quoque praedictus Flamma loco modo allegato, posse quencunque Religiosum iter de licentia agentem, acceptare pecuniam, etiam amplam, pro expensis itineris sibi a saecularibus in itinere datam; & quod super fuerit, donare pauperibus, vel propinquis; & acceptare etiam uentisilia, imagines, ac tabellas a potentibus datas. Et ratio illius est: quia huiusmodi Religiosi acquirunt nomine Monasterij, & nullibi prohibentur acquirere, quoad usum, cuius sunt capaces, & in absentia Praelati habent interpretatiua licentiam illius ad acceptandum, & acquirendum: quia nulli prudenti, cordatoque Praelato id potest displicere: quod si displiceat, erit inordinata displicentia personae, non officij sui.

11. Extra hos casus peccant mortaliter Religiosi contra uotum pauperatis, qui notabilem quantitatem ad peccatum mortiferum accedentem, vel externis clam donant de bonis Monasterij, vel ab illis illam accipiunt: nec excusantur, si dicant, paratos se esse ad id iussu Superioris dimittendum, cum id eis iniunctum fuerit: non enim paratos esse potest, qui dat operam, ne Superior id sciat, ut optime docet Petrus Nauarra lib. 3. cap. 1. n. 171. & alij passim, quos modo recensere superfluum est.

12. Curiosius tamen inquires, quid possint Praelati locales, u. c. Priores, Rectores, Abbates, & Abbatissae earum Religionum, quae bona, ac redditus annuales habent absque furto, & peccato, donare, vel externis, vel domesticis de bonis Religionis, vel dare licentiam subditis ad donandum. Respondeo, in primis seruanda esse Statuta peculiaria uisumqueque Religionis, si aliquid in speciali de hac re disponant: seclusa uero Statutis, quae quis tenetur obseruare, si non dentur, dico excepta Religione Minorum, & Franciscanorum posse huiusmodi Superiores pro causa pia de facultatibus Monasterij donare usque ad decem aureos, & hanc licentiam possunt concedere suis subditis: ultra autem hanc summam, mihi uideretur non posse; id enim tunc debet spectare ad Prouinciales, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem: ad acceptandum uero aliquid, & ad praebendam licentiam ad acceptandum, prompiores esse debent, & ultra hanc quantitatem se P. Steph. Esguendez in quinque praec. Eccl.

poterunt extendere. Causa uero pia censetur pro pauperibus, pro reliquiariis, imaginibus, breuariis, & aliis similibus rebus spiritualibus, pro nuptiis feminarum, vel cognatarum, vel non cognatarum: & in his poterunt praeferre suos, vel sanguine, vel amicitia coniunctos, si pauperes sint. Et ita docet expressè Ludouicus Lopez 2. part. Instruct. cap. 5. §. Primo quod. & Coruba quaest. 54. in Summa Hispanica, §. Para maior. & Petrus Nauarra lib. 3. de rest. c. 1. n. 183. & Hieronymus Flamma 3. part. Methodi, c. 13. §. 15. ubi aliquantulum laxius loquitur: sed quantitatem hanc sufficienter uidentur alij taxare ad decem aureos; semper tamen haec intelligenda sunt, modò obligationes Monasterij prius impleantur, & modò Religiosis postea non deficiat. Haec de licentiis & donationibus ordinariis: nam in peste aliqua, vel communi necessitate famis liberaiores esse poterunt erga pauperes de bonis Monasterij. Sed hac de re latius agemus in 2. tomo Decalogi, ubi de furtis Religiosorum sermo nem infereamus: hic enim haec cursim dicta sunt.

Lud. Lop. Cord. Petr. Nau. Flamma.

13. An uero Religiosi, & Religiosae, Monachi, vel Moniales possint habere redditus vitales, & annuales, & an si sibi aliqua pecuniarum summa a parentibus, vel externis donetur, possint emere tenfam, vel redditus aliquos uitalitios iisdem pecuniis de licentia Superiorum, est dubium, quod pro parte affirmatiua resoluit Petrus Nauarra lib. 3. de rest. c. 1. num. 167. & Nauarrus in tractatu de redditibus ecclesiasticis, quaest. 1. fol. 6. 2. 3. 24. n. 8. Syluester uerbo, Abbas, quaest. 3. dicto 7. Ludouic. Lopez 2. part. Instruct. toto cap. 4. & idem Nauarr. c. Non dicatis. modò eos redditus habeant ad nutum Superioris auferibiles, id enim non aduersatur Concilio Tridentino sess. 25. c. 2. neque est contra cap. Cum ad Monasterium. de regularibus, quia solum prohibent proprietatem: non est autem proprietatis, quae ad nutum Superioris est auferibilis. Imò docet Nauarrus in cap. Non dicatis. 12. quaest. 1. num. 48. Regulares hodie post professionem posse manere in domo sua cum bonis suis de licentia Superiorum ad nutum reuocabili, & ita saepe usu sit.

Petr. Nau. Nau. Sylu. Lud. Lop.

14. Sed quid, si Religiosus extra pios usus, u. c. in usus illicitos, & inhonestos aliquid expendat, vel decipiat Superiorem petendo facultatem ad licita, postea uero expendat in aliis rebus licitis, vel illicitis. Respondeo primo: si Religiosus petat hanc facultatem ad uiam rem licitam, postea uero expendat in alia, etiam licita, non peccare mortaliter, quia tunc praesumitur Superior inuitus quoad modum tantum alienationis, non quoad substantiam illius; siquidem iam concessit licentiam ad illam licite absolute alienandam; erit tamen peccatum ueniale, non ita leue: nec obstat, quod forte Superior ad illam rem peculiarem eam licentiam non daret, quia, absolute loquendo, iam illam dedit, & res, & peccatum, est confiderandum ex eo quod factum est, non ex eo quod fieret, vel non fieret in hoc, vel illo euentu.

14.

15. Respondeo secundo, si petat ad licita, & postea expendat in illicitis, & inhonestis, crimen sacrilegij committere contra uotum pauperatis, graue, & mortiferum magis, vel minus, iuxta maiorem, vel minorem quantitatem pecuniae, vel rei datae: quia nec Superior dare eam licentiam poterat, nisi ad pios usus; & si ad illicitos daret, esset inualida, etiam de consensu totius Conuentus, vel Capituli daret: quia id prohibetur per Canones ecclesiasticos: quauis enim Conuentus habeat dominium illorum bonorum, tamen hoc dominium subest administrationi Papae, & dispositioni illius, & per Ecclesiae Canones, ac Decreta restrictum fuit ad solos pios usus. Et ita docet optime Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. cap. 18. de promissione, & donatione

15.

Lessius.

Petr. Nau. dub. 1. n. num. 83. & Petrus Nauarra lib. 3. de rest. cap. 1. num. 182. & Hieronymus Flamma 3. part. Methodi. cap. 13. §. 15.

16. An verò ille, vel illa, quæ à Religiosis aliquid ob illicitos actus, impudicòve accepit, ad restitutionem teneatur Monasterio faciendam, ambigit Nauarra modò citatus: & tandem resoluit teneri, (& benè: ) qui tamen per venditionem, vel commutationem aliquid à Religiosis, qui non habebant facultatem, accepere, cum rem, aut pretium æquale plus, minùsve dederint, ad nullam restitutionem tenentur, vt pater. Ita expressè docet idem Petrus Nauarra dicto lib. 3. de rest. cap. 1. num. 197. §. 1. itemò videtur. & Corduba in Summa Hispanica, q. 109. & Lessius citatus num. 85. & Syluester verbo, Relig. 6. quæst. 7. dicto 2. Et fundamentum eorum est optinuit: quia, cessante causa licentiæ, cessat effectus illius, & valor effectus: Superior enim nec licet, nec validè poterat dare talem licentiam ad illicitos vsus, vt probauimus num. 15. ergo, qui ob illos aliquid à Religioso accepit, tenetur illud Monasterio restituere, si res apud se extat, si non extat, & alteri iam donauit, tenetur illum monere, vt Monasterio restituat: si noluerit, tenetur valorem illius rei restituere Monasterio. Si bona fide id à Religioso accepit, putando licetè sibi à Religioso posse dari, solum tenetur rem integram restituere, si adhuc extat; si non extat, & eandem bona fide consumpsit, solum tenetur restituere id, in quo factus est ditor. Illud autem passim adnotant Doctores, Religiosum non teneri restituere, si res apud se non extat: quia restitutio faciendà est ex proprio, & illi proprio carent, nec tenentur perere eleemosynam, vt restituant, quia nemo tenetur id facere: si tamen habet redditus aliquos de licentia sui Superioris ad nutum illius auferibiles, ex his restitutionem faciet Monasterio: quia, licet proprietatem non habeat, habet tamen vsum, quem ab se abdicare potest. Ita docet Petrus Nauarra lib. 3. de rest. cap. 1. n. 198. Ex vno tamen principio excusare possumus eos à restitutione, qui bona fide aliquid à Religiosis ob illicitos vsus acceperunt, ex eo, scilicet, quòd bona fide acceperint, & melior sit conditio possidentis, quandiu bona fide possidet. Quamobrem opus est, vt Confessarij hoc animaduertant, ne iniuciant scrupulos poenitentibus, qui bona fide acceperunt, & possident; quandiu enim bona fide possident, poterant dissimulare, si inde infamia aliqua Monasterio, & Religioni sequatur, & res alienata non ita sit magna.

Nau. Cord. Lessius. Sylu.

Nau.

17. Sed quid, si res sint ad vsum communem destinata singulorum Religiosorum, vt cibaria, medicina, vestes, calcei, & similia, & Religiosus suam necessitatem proponeret, & Superior petitam licentiam neget. Respondeo, in eo casu posse illum sine peccato petita, & non obtenta facultate, rem clam sibi accipere, & illa vt; non tamen extemis donare, vel alijs domesticis. Et ratio est: quia Superior non est dominus, sed dispensator tantum: vnde tenetur rem dispensare exposita necessitate, & iuxta illam: ad hoc enim sunt donata à Fundatoribus bona illa communia, vt res necessariæ subditis ministrantur: vnde, cum Superior non sit dominus, sed dispensator, iniuste negat, & ille iuste accipit: neque subditus in hoc actum dominij exercet, sed vsum tantum rei sibi necessariæ ad vsum communem destinata, sibi assumit, quod voto non repugnat, quando ille vsus est communis pro omnibus Religiosis, & pro necessitate singulorum. Et ita docet Petrus Nauarra lib. 3. cap. 1. n. 196. & Lessius, si non consentit omninò, parum dissentit, tom. 1. lib. 2. de iust. c. 4. de statu religioso, dub. 5. n. 79. §. Septimo. dum enim assentit, non posse Religiosum ex rebus, quæ

Nau. Lessius.

domi sunt vsui communi deputatæ, siue sint esculenta, siue poculenta, siue libri, siue alia vtenilia, absque facultate Superioris sibi aliquid vsurpare; intelligendus est, quando prius non petiuit facultatem: nam, si illam petiuit, ostendens suam necessitatem, & non obtinuit, tunc sequitur nostra doctrina, vt pater.

Rogas adhuc, an peccent contra votum paupertatis illi Religiosi, qui absque sui Superioris facultate volenti sibi aliquid donare, dicunt, suadentque, vt consanguineo suo donet, illèque propter intuitum, & suasionem ipsorum id facit: videtur enim hoc esse contra votum: primò, quia Clemens VIII. in Motu proprio ita ait: Prohibemus Religiosis, ne largiantur munera, non solum per se; verum etiam per alios, tam directè, quam indirectè. At hi videntur indirectè donare: perinde enim id est, ac si acceptarent, & mitterent: quia quod mei causa fit, meum quodammodo fit. I. Prætor ait, ff. de edendo. Deinde quia l. 2. ff. de calumniatoribus, sic dicitur: Nec refert, an ipse pecuniam acceperit, an alteri iusserit dari. Respondendum tamen est, non esse contra votum paupertatis, si offerenti sibi rem aliquam Religiosus dicat: Eam rem non possum acceptare; sed gratum mihi facies, si tibi placuerit, si eam consanguineo, vel amico meo dones, esse tamen, si Religiosus prius tacitè, vel expressè eam acceptet, & postea donet consanguineo, vel amico suo: nam in priorij casu nihil acceptat, & ita nihil ipse donat; tantum enim abest, vt acceptet, vt potius protestetur, se non posse rem illam acceptare; sed tantum intercedit, vt alius donet: quod non est contra votum paupertatis. Et ad Motum proprium Clementis VIII. respondeo, illum tantum obligare, ne Religiosus sibi propria, & acquisita donet absque debita licentia: & in hoc casu nihil acquisitum donat: neque enim acquisitum dici potest illud, quod nunquam acceptauit. Ad leges citatas respondeo, eas similitè loqui de donatione illius rei, quam antea quis acceptauit tacitè, vel expressè, & post acceptationem alteri donauit, vel iussit alteri donari: in hoc enim casu nihil refert, an ipse personaliter dederit, an iusserit alteri donari: donatio enim indirecta tunc datur, quando datur tacita acceptatio, & post istam tacitam acceptationem iubetur alteri donari; hinc autem, vt diximus, nulla acceptatio datur, nec tacita, nec expressa. Et ita respondet Sanchez tom. 1. de matr. lib. 6. de donat. inter virum, & vxorem, disp. 4. n. 7. & Sofa, quem citat in libello, quo exposuit prædictum Motum proprium Clementis VIII. n. 73.

18.

Sanct. Sofa.

Fatetur tamen Sanchez, & optimè, peccare contra charitatem illum Religiosum, qui absque iusta causa non vult rem sibi donatam acceptare, & rogat, vt detur alteri; quia impedit bonum Monasterij, in cuius vtilitatem donatio illa cedebat: sicut peccaret ille, qui absque causa bonum proximi impediret. Causa autem iusta non acceptandi in hoc negotio esse poterit, ne Superior in suspicionem veniat illius Religiosi, quòd multam, & plus nimio familiaritatem habeat cum externis, & ob id aliquid pateretur incommodi in Religione: similiter, si sæcularis donator aliquid donet ea intentione, vt Religiosum postea in negotijs sæcularibus occupet; item, ne Religiosus adstrictus maneat eidem sæculari donatori ad remunerandam rem sibi donatam crebra facultatum petitione foras exeundi, & his similia, &c.

19.

20.

Rogas etiam, vtrum in Religione, quæ habet institutum, ne eleemosynæ pro Missis, aut concionibus accipiantur, peccent lethaliter Religiosi contra votum paupertatis, aliquid clam accipiendo pro istis rebus, & an possint ita conuenire occultè cum aliquo: Faciam tibi tot Sacra, si tot argenteos dones, tali

tali personæ pauperi. Et ratio dubitandi est: quia id aliàs est licitum, & Regulæ eiusdem Religionis non obligant ad peccatum mortale. Respondeo, peccare mortaliter contra votum paupertatis illum Religiosum, qui id facit: ex quo enim paupertatem vouit, non est capax dominij: at actus est dominij prædictam pecuniam accipere. Idem dicendum est, si ex pacto faceret, vt consanguineo, vel amico pauperi donaretur aliquid; quia est virtuale dominium, & pecuniarum dispositio: tantundem enim est, vt sæcularis propter meum pactum eas pecunias daret alteri, ac si mihi daret: licet enim id nomine tenus videatur eleemosyna: at reuera est contractus ex iustitia dati, & accepti. Sic docet Petrus Nauarra lib. 3. de rest. c. 1. n. 83, §. Secunda dubitatio. Si tamen ille centum argenteos mihi daret, seculo pacto; ergo verò centum Sacra gratificandi causa illi postea promitterem, sine dependentia vnus promissionis ab altera: licitum id planè esset, iuxta eundem Nauarram.

Petr. Nau.

21.

Nec refert, similes Religiosos non habere Regulas ad mortale obligantes: quauis enim eas non habeant; tamen habent votum paupertatis, & ratione voti in materia graui, & quæ ad peccatum mortale attingat, mortaliter peccant, & sacrilegium committunt contra votum. Dices etiam: Vouent obedientiam; & tamen, si omittant aliquam obedientiam, licet sit in materia graui, non peccant mortaliter, nisi faciant ex contemptu: ergo similiter in paupertate. Respondeo, vouere obedientiam, non simpliciter, sed iuxta declarationes eiusdem Ordinis, quarum vna est, vt nulla obedientia obliget ad mortale ex ordinarijs, nisi intinetur in virtute præcepti obedientiæ, vel alijs verbis, quibus intentio Superioris obligandi ad mortale sufficienter exponatur ac manifestetur: quare multum est attendendum ad materiam voti ob rationem assignatam. Ita respondet Nauarra citatus. Adde aliud esse peccatum omissionis, quale visitur in obedientia; aliud commissionis, quale datur in pacto, & acceptatione contra votum paupertatis: in omissione enim obedientiæ nunquam peccatur mortaliter nisi ex contemptu formali fiat.

CAPVT VII.

De alijs peccatis, quæ reseruari possunt in Religionibus iuxta decretum Clementis VIII. de abortu: de falsificatione manus, sigillique: de lapsu carnis: de vulneratione, & litterarum impedimento.

SVMMARIVM.

- Solum iuramentum falsum reseruari potest; in quo quis animaduertit, se falsum iurare. num. 1. Iuramentum falsum, si iudex non sit legitimus, non est peccatum reseruatum. num. 2. Instè, & iuridicè procedit Iudex post semiplenam probationem. num. 3. An in crimine proprio post semiplenam probationem teneatur quis restituisse aduersus seipsum. n. 3. & 4. & 5. & 6. Quid quando Superior Religiosum interrogat sub iuramento ex ignorantia veritatis, quam se sciret, non eum interrogaret, an tunc teneatur ille verum iurare. num. 7. Agitur de iuramento oppositorum Vniuersitatum in-

- Carbedris. ibid. An Clerici teneantur verum iurare, quando eos volumus obligare ad gabellas. num. 8. Quid, quando scimus, quòd iudex, vel Superior, iniuste aliquem condemnabunt ex nostro testimonio, si verum fateamur. num. 9. An sit peccatum reseruatum, si quis coram Iudice vel Superiore mentiatur in aliqua circumstantia, ex qua status cause non pendet. num. 10. An Iudex in aliquibus casibus possit præcipere sub iuramento, vt sibi reuelentur veritas nulla precedente infamia. num. 11. Et in quibus. ibid. Quid, si via alia veritas possit haberi, aut Auctoris criminis speretur emenda frateris admonitionibus. num. 12. Quid, quando via confessionis, aut sub secreto reseruat. num. 13. Si in aliqua Religione, vel diocesi solum reseruetur iuramentum falsum in actis, tunc iuramentum falsum coram Superiore extra acta, non erit reseruatum. num. 14. & 15. & de quibus id intelligatur. ibid. Procuratio, auxilium, vel consilium abortiuum potest reseruari in religione. num. 16. Quo tempore factus masculinus, vel femininus animetur. ibid. Quid, si non reseruetur nisi securo effectu. num. 17. An tunc peccatum habeat reseruatum ille, qui mortiferè percussit, & peccatum confessus est, ante effectum mortis secuti. Refertur prima opinio affirmans. ibi. Astringitur verior negans. num. 18. Soluitur obiectio. num. 19. Soluntur argumenta prima opinionis. num. 20. De falsificatione manus, vel sigilli Officialis, quæ reseruari potest in Religionibus. num. 21. & 22. Quid nomine sigilli, & manus intelligatur. ibid. De lapsu carnis. num. 23. De percussione, & vulneratione cuiusque personæ n. 24. De malitioso impedimento litterarum inferiorum ad Superiores, aut Superiorum ad inferiores. num. 25. De apertione earundem litterarum. num. 26. Quid per malitosum impedimentum, & apertionem, hic intelligatur. ibid.

Iuramentum falsum in iudicio legitimo.

Extum peccatum, quod iuxta mentem Clementis VIII. in Religionibus reseruari potest, est iuramentum, seu testimonium falsum in iudicio legitimo: intellige, formaliter, ita vt sciat Religiosus, & animaduertat, se falsum testificare: nam si bona fide putet, se iurare verum, cum tamen à parte rei sit falsum, is quidem nullo modo peccat, ac proinde nec casum reseruatum habet: è contra verò, si putat se iurare falsum, & à parte rei verum iuret, lethaliter peccat, & casum habet reseruatum. Ita Tollet. lib. 4. Summar. cap. 21. & res est certa. Et ratio est: quia mentiri est ire contra mentem, & contra id, quod sentimus, & intelligimus: & falsum formaliter loquendo, tunc datur, cum non conformamur intellectui, ac menti, vnde, cum quis aliud intelligit, & in corde sentit, & aliud iuramento affirmat, verè falsum affirmat, ac iurat; quatenus contrarium eius, quod habet in mente, ac sentit, iurat, quauis alioquin verum iuret. Non solum autem testimonium falsum dicit ille in iudicio, qui mendacium profert imponendo crimen falsum alicui, sed etiam negando verum, cum legitimè de illo interrogatur: & sic iam habet casum, ac peccatum, reseruatum, vt pater.

Tolet.

Non tamen omne iuramentum in iudicio abfolutè reseruari potest: sed omne iuramentum falsum

in iudicio legitimo. Videndum ergo est, an Iudex siue Religiosus sit, siue saecularis, iuste, ac iuridice procedat, cum testes interrogat: nam si iuste, ac legitime non procedit, iam legitimus Iudex non est, nec eius iudicium est iustum, ac proinde iuramentum falsum coram eo Iudice, & in eo iudicio illegitimum, non est peccatum reservatum, imò nec peccatum absolutè, nisi ex erronea conscientia: quia, absolutè loquendo, illud testimonium est inuaidum, & iudicium est nullum, ac proinde non est testimonium, nec iudicium.

3. Iuste ergo, ac legitime procedit Iudex, primò, quando semiplenam habet probationem facti, ac criminis, de quo inquit: & tunc iuxta omnes Doctores statim allegandos, tam in prima, quam in secunda opinione, tenetur testis, ac Religiosus sub iuramento interrogatus, verum dicere, si de crimine alieno interrogetur. An autem id, & perfecte tenetur dicere, si crimen est proprium, & aduersus seipsum tenetur testimonium verum dicere; an possit licite, & in conscientia absque peccato mortali amphibologia aliqua negare, & Iudici occultare, est duplex opinio. Prima negat id omnino, & hæc hæcenus fuit communior, atque teneri reos iuridice interrogatos post semiplenam probationem, veritatem dicere, & crimen manifestare, siue proprium, siue alienum, quanuis ob id vita priuentur, suspendanturque. Ita docet expressè D. Thom. 2. 2. q. 69. in corpore, Caiet. ibid. ad secundam rationem. Sorus de tegendo secreto, membr. 2. q. 7. & latius conclus. 1. quaest. 1. & lib. 5. de iustit. quaest. 6. art. 2. Nauarrus in summa Lat. cap. 25. n. 53. vbi se citat alibi, & Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de reo, & Aduocato, cap. 3. dub. 3. n. 12. & Couarruias in practica criminali, q. 23. vbi citat multos, & Antonius Gomezius tomo 3. var. resol. cap. 1. 2. n. 5. vbi etiam multos citat; & hæc est communissima. Et fundamentum est: quia subditus tenetur in conscientia parere præcepto iusto Superioris: iuste autem, & iuridice procedit Iudex, vt sibi reueletur veritas, quando crimen est semiplenè probatum: ergo tenetur reus, etiam aduersus seipsum, veritatem fateri absque amphibologia. Secundò, quia si reus non tenetur in hoc casu veritatem dicere, magnum esset in republica scandalum: nam cum hac conscientia omnes fierent malefactores, & breui respublica plena esset criminibus: ergo, si iuridice procedit Iudex, parere tenetur reus.

4. Secunda opinio affirmat, etiam post semiplenam probationem criminis procedente Iudice, iuste, ac iuridice posse reum suum crimen prudenti amphibologia celare, & non teneri in conscientia aduersus seipsum veritatem fateri, nec ratione obedientiae, nec ratione iustitiae: modò tamen ex confessione timeat grauem poenam temporalem, qualis esset poena mortis, perpetuus carcer, damnatio ad triremes, perpetuum exilium, publicatio bonorum temporalium, si non omnium, saltem magnæ partis, amissio officij, aut beneficij, ex quo viuunt; non verò, si solam poenam spirituales timeat, qualis est excommunicatio, irregularitas, suspensio, aut interdictum, quia poena spiritualis facile tollitur, & non tantum poena, quam medicina est. Ita docet expressè Panormitanus in cap. 2. de confessione, col. penult. Syluester verbo, Confessio delicti, q. 1. Angelus eodem verbo, num. 1. Armilla ibi q. 8. Alcozer in Summa, cap. 16. §. Et reo. & citatur pro hac parte Nauarrus cap. Inter verba. corollario 64. num. 733. & 746. qui omnes in vniuersum docent, quando poena temporalis timeatur, non teneri reos suum proprium crimen sub iuramento rogatos fateri; teneri verò, si de crimine alieno rogentur. Sed certè huiusmodi opinio, si loquatur tam vniuersaliter de quacunque

D. Thom. Caiet. Sorus. Nau. Lessius. Couar. Gomez.

Panorm. Sylu. Angell. Armilla. Alcozer. Nauar.

poena temporalis, non est tenenda: si verò loquatur de grauissimis poenis, quales assignauimus, est probabilis, & pie defendi potest; & sub ista limitatione eam tenet Petrus Nauarra lib. 2. de rest. cap. 4. n. 142. Sà verbo, Reus, num. 1. & 6. Vega in Summa casuum, lib. 5. cas. 603. quanuis contrarium doceat eodem libro, casu 422. Sed videtur modò se correxisse Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. de reo, & Aduocato, cap. 3. dub. 3. n. 16. vbi hanc opinionem probabilem appellat, quanuis ille contrariam, vt potè magis communem, sequatur. Fundamentum illius opinionis est, primò, quia nemo aduersus seipsum tenetur arma ministrare. Secundò, quia, quamdiu datur spes aliqua euadendi, durissimum videtur, ac valde difficile, & supra vires humanas hoc præceptum; præceptum autem humanum supra vires humanas esse non potest; manet autem spes euadendi, quandiu crimen nondum plenè, & perfecte probatum est. Tertio, quia in criminalibus nemo potest cogi ad testificandum contra consanguineos suos, vt patet ex l. 4. ff. De testibus, quando veritas aliter haberi potest, vt docet Lazarius Papiensis lib. de quaest. canonicis, sect. 3. quaest. 11. Nauarrus cap. 15. in Manuali, num. 16. Rodriguez tomo 1. Summæ, cap. 69. num. 4. nisi in causa fidei, aut ob commune bonum totius reipublicæ; imò nec in causa fidei tenetur, nisi crimen sit aliis perniciosum, Nec similiter, vt docet Lessius citatus lib. 2. de accusatore, & teste, cap. 30. dub. 6. & Couarruias, quem ibi allegat, tenetur testificare aduersus seipsum, cum magnum inde detrimentum timet in bonis, fama, vel in vita: nemo autem magis consanguineus est, quam quisque sibi. Nec obstant, qui dicunt, huiusmodi legem intelligendam esse de delictis occultis: si enim de illis tantum intelligeretur, nullum esset beneficium legis ergo consanguineos, cum etiam in extraneos nemo possit iure cogi ad testificandum de occultis. Et certè propter has rationes, quæ sunt valde probabiles, dixit Sà verbo, Reus, n. 6. non debere Confessores reos cogere in conscientia, vt sua crimina fateantur: quanuis rei iurassent veritatem dicere: intelligitur enim illud iuramentum, modò id non sit in suum graue præiudicium.

5. Ad primam, & secundam rationem pro prima opinione respondemus, fieri posse, vt Iudex iuste, ac iuridice procedens ius habeat interrogandi causa boni publici; & tamen reus non tenetur respondere ad mentem illius aduersus seipsum, vt famam suam, vitamve tueatur: vterque enim in hoc casu iure suo vititur; Iudex percontando ob commune bonum; reus autem amphibologicè celando ob bonum vitæ propriæ, aut famæ: nec in hoc datur bellum formaliter iustum, cum quis habeat iustam causam, qua se tueatur: sic licite præcipit Iudex condemnando per sententiam iustam ad mortem; carcerem, vel triremes, vt è carcere non fugiat, vt docet Toletus lib. 5. Summæ, c. 6. n. 7. §. Quintus est. Tol. Caiet. medium. & Caietanus 2. 2. q. 69. & tamen ille non tenetur parere, imò licite potest fugere, effracto etiam carcere, & ruptis vinculis, etiam si alij vinciti fugitari sint, & licet inde carcerario damnum obueniatur: quia iure suo vititur, & ille negligentia suæ impuiter damnum sibi inde resultans: debet tamen reus ex charitate considerare, an tanti sua interit fugam capeffere, vt damnum illud proximi secundum charitatis regulas non sit curandum, vt optime animaduertit Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. de reo, & Aduocato, c. 3. 1. Sà verbo, Reus, n. 9. Aragonius 2. 2. q. 69. art. 4. Sorus lib. 5. de iustitia, q. 6. art. 4. Præterea, licet etiam reo satellites se insequentes fugere; non tamen eis resistendo: non est autem resistere, sese à comprehendente excutere, cum illum vincitum

Petr. Nau. Sà. Vega.

Lessius.

Papiens. Nau. Rodrig.

Lessius.

5.

Tol. Caiet.

Lessius. Sà. Arragon. Sorus.

trahit; cum autem licitum est cuique fugere, licitum est etiam eum inuare in tali fuga, & ei cooperari, nisi lex prohibeat, aut publici officij ratio. Ita Angelus verbo, Carcer, num. 3. Tabiena ibid. num. 9. Sà citatus. Licite denique potest Iudex præcipere damnatis, & suspensis ad mortem in absentia, vt compareant; qui tamen non tenentur in conscientia comparere. Ita Nauarra lib. 2. de restitutione, c. 4. n. 144. & seruus seu mancipium propter seruitutem domini ab eo potest fugere; & tamen dominus iuste præcipit, vt non fugiat.

Angel. Tabiena.

Nauarra.

6.

Ad tertiam respondeo per accidens sequi, quòd inde aliqui occasione arripiant ad committenda, perpetrandaque crimina: sed nec hæc occasio tam facile potest accipi, cum semiplena probatio sufficiat ad torturam.

7.

Sed rogabis, an quando Superior Religiosum sub iuramento rogat, ex ignorantia veritatis, an allocutus fuerit talem, vel talem personam, putans, scilicet, Religiosum negotium aliquod illicitum cum ea habere, cum tamen habeat licitum, ac iustum, licite posse prædictum Religiosum iurare, se illum non fuisse allocutum? Affirmat Toletus lib. 4. Summæ, cap. 21. num. 5. vbi proponit regulam quandam generalem, quæ inferuire potest ad resolutionem multorum casuum: scilicet, posse reos tuta conscientia iurare æquiuocè, & amphibologicè, quoties iuramentum per Iudicem, & Superiorem petitur ex ignorantia veritatis, quæ si sciretur, non peteretur; v. c. cupit Iudex, vel Superior scire, an Petrus allocutus sit Paulum de rebus ad rebellionem spectantibus; & eum sub iuramento interrogat absolutè, an Paulum tali tempore, & hora allocutus fuerit: potest iurare licite se illum non fuisse allocutum, si illum fuit allocutus de aliis rebus. Et ex hoc principio inferes, etiam posse scholasticos tuta conscientia sub iuramento rogatos, an fuerint locuti cum aliquo ex candidatis, citra mendacium iurare, se non fuisse cum illo locutos; si illum fuerint allocuti de aliis rebus, quæ ad labornationem, & suffragium votorum minime pertinebant: nam alioquin veritatem faterentur, cum maxima sua ignominia inhables fierent ad suffragium ferendum; & alioquin sic iurantes nihil mentiuntur: mente enim intelligunt, se non fuisse illum allocutos, de iis rebus, quæ statuta prohibent; & quæ Iudici, ac Superiori ius tribuunt, ad hoc petendum iuramentum. Colligitur ex Tolero citato, & docet expressè Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 11. cap. 4. reg. 2.

Tol.

Azor.

8.

Inferes etiam, Clericos à custodibus rogatos, an aliquid portent, vt gabellam soluere compellantur, posse tute iurare, se nihil portare, quanuis portent, intelligendo, ex quo illam debeant. Et ratio est: quia Clerici iure sunt immunes à gabella; & sic contra ius interrogantur, & ad illam obligantur: modò tamen absit scandalum: nam cum scandalo id fieri non potest. Ita expressè docet Sanchez tom. 1. de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 47. Sylu. verbo, Mandacium, quaest. vltima, & alij.

Sanchez. Sylu.

9.

Inferes tandem, si Iudex, aut Superior sub iuramento inquirat de facto alieno, quod testis oprime scit patratum fuisse absque culpa mortali alicuius; & tamen si dicat illud commissum fuisse citra culpam à tali, vel tali persona, Iudex, vel Superior, illam condemnabit; non teneri, nec resem: nec ipsum reum ad mentem Iudicis respondere, etiam post semiplenam probationem; sed posse, vtendo amphibologia, negare: v. c. occidit Petrus hominem sui inuaforem cum iusto, & debito modamine, & absque mortali excessu; non teneris dicere, Petrum illum occidisse, etiam si de illo sparsa

sit in famia: ratio est; quia etiam istiusmodi rogatio iuridica sit, procedit tamen Iudex ex falsa præsumptione; quia putat Petrum, illum occidisse culpabiliter; & si per testem res fuerit patefacta, nec Petrus posset in iudicio probare suam innocentiam, condemnabitur ex falsa præsumptione. Ita docet Lessius tomo 1. de iustitia: libro 2. de reo, & Aduocato, cap. 31. dub. 3. num. 2. Toletus lib. 4. Summæ, cap. 21. num. 5.

Lessius. Tol.

10.

Non erit tamen peccatum reservatum, si quis coram Superiore mentiarur in iuramento in aliqua, & circa aliquam circumstantiam, ex qua status causæ non pendeat, iuxta eundem Lessium allegatum. quia materiæ paruitas in omnibus præceptis excusat, & iuramentum datur, vt constet de statu causæ, & non de leuissimis circumstantiis.

11.

Sed rogabis, an in aliquo casu habeat Iudex auctoritatem præcipiendi, sub iuramento, reuelationem veritatis, etiam si nulla præcedat infamia ex parte subditi inquisiti. Respondeo, in duobus. Primus est, cum graue damnum bono publico in futurum impendet, quod nulla alia via, nec ratione, nec admonitione ipsius rei potest impediri, nisi Iudici reueletur, & per Iudicem. Secundus est, si notabile damnum inde alicubi priuato proximo impendat, quod similiter nullo alio medio ac remedio vitari potest: in his enim duobus casibus tenetur testis veritatem fateri, etiam si reus nulla laboret infamia, & casum committet reservatum in ea diæcesi ac religione, in qua iuramentum falsum in iudicio legitimo reservatur, & excommunicationem ipso facto incurret, si sub excommunicatione reservatum fuerit, aut si ei præceptum fuerit sub censura latae sententiæ. Ita docet Lessius tomo 1. de iustit. libro 2. de accusatore, & teste, cap. 30. dub. 6. num. 43. & Nauarrus cap. 17. num. 34. & 35. & cap. 25. num. 46. & 47.

Lessius. Nau.

12.

Dixi, modò nulla alia via possit huic malo occurrere: quia, si auctor criminis speretur emendandus priuatis admonitionibus, non teneris illum reuelare, quanuis præcipiatis sub iuramento, & excommunicatione: & tunc quidem, quando Superior procedit via inquisitionis, etiam si tu cum daobus scias, non teneris denunciare, aut testificare contra proximum tuum, dum illius emendatio speratur. Ita docet Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 30. de accusatore, & teste, dub. 6. num. 74. Nauarrus in Manuali, cap. 25. num. 46. & est ferè omnium Doctorum. Et ratio est: quia Iudex, ac Superior non potest tunc inquirere: vel si potest, id non ex eo est, quod iurisdictionem habeat in auctorem criminis adhuc occultis; sed, vt satisfaciatur reipublicæ, quæ postulat, vt fiat diligens inquisitio, vt malefactores puniantur; non tamen postulat, vt in hoc casu crimen reueletur. Et ita docet Syluester verbo, Inquisitio, 1. num. 7. & verbo, Corruptio, num. 6. Fumus verbo, Inquisitio, num. 10. Petrus Nauarrus lib. 2. de restit. cap. 4. num. 168. & alij. Nec etiam teneris, quando proceditur via aculationis; si res probati non possit in iudicio, eò quòd ipse solus, & accusator scias, quia accusator non potest iure testimonium ferre, & tuum testimonium non sufficit, vt res in iudicio probetur. Ita Lessius citatus num. 49.

Lessius. Nau.

Sylu. Fumus. Pet. Nau.

13.

In multis etiam casibus non teneris in iudicio legitimo veritatem fateri sub iuramento rogatus. Primò, si nosti ex confessione. Secundò, si tibi sub secreto patefactum est, nisi ipsum secretum verget in damnum publicum, aut in grauissimum incommodum tertij. tunc enim promissio secreti non obligat, vt est communis opinio, quam tenet Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 30. de accusatore, & teste, dubio 6. num. 45. & Sayrus in clauis regia, lib. 12.

Lessius. Sayr.



lib. 12. cap. 20. de obligat. testium ad veritatem, n. 16. Tertio, si crimen tibi ad poscendum auxilium ad salutem animæ, vel corporis, reuelatum fuit. Vnde Medicus, Chirurgus, obitrix, & Aduocatus non possunt denuntiare, nec testimonium ferre, præcipiente Iudice, etiam si crimen semiplenè probatum sit, quando illis fuit sub secreto commissum ad quærendum auxilium, vel consilium, & tuta conscientia possunt iurare, se nihil scire, mente subintelligendo, *ut tibi dicam*. Ita communiter Doctores, Lessius citatus, Corduba lib. 1. quæstionum, quæst. 43. dub. 2. Nauarrus in Manuali Lat. cap. 25. n. 46. Petrus Navarra lib. 2. de restit. cap. 4. num. 222. Et ratio est, primò, quia non debet misero homini obesse, quòd consilij, vel auxiliij petendi causa bona fide se alteri patefecit; alioqui peccatores à remedio, & consilio perendo arcerentur, vnde multa mala nascerentur in republica. Secundo, quia non est obligatorium iuramentum, quod contra bonos mores petitur: istud autem contra bonos mores esset, si peteretur, quia occasio esset multorum incommodorum.

14. Notandum tamen, quod si in aliqua dicecesi, vel Religione referuntur iuramenta falsa in iudicio, in actis, & processibus, tunc quidem non esse referuata illa, quæ coram Iudice fiunt, extra acta, & processus; sed solum illa, quæ fiunt in actis & processibus. Acta ergo sic definiuntur in iure: Sunt processus, seu gesta Curie, quæ non valent, nisi testium adminiculo fulciantur, & per personam publicam scribantur, processenturque. Ita lex vltima, ff. de re iudicata. & lex, Actorum verba. & lex, Paulus. C. de fide instrumentorum, & cap. Cùm à nobis. de testibus. Vnde omne iuramentum, quod fertur in actis, fit in iudicio; non tamen omne, quod fit in iudicio, seu coram Iudice legitimo, fit in actis: vnde, si referretur iuramentum falsum coram legitimo Iudice, manebit etiam referuatum iuramentum falsum in actis: si verò referretur iuramentum falsum in actis, non manebit referuatum illud iuramentum falsum, quod coram legitimo Iudice fit, sed extra acta, vt patet. Imò & ex quacunque causa acta ipsa sint de iure nulla; nullum quoque erit tale iuramentum, ac proinde non erit referuatum; non quòd non sit peccatum tunc iurare falsum; sed quòd tunc perinde est ac si talia acta nunquam fierent, ac processarentur: quæ enim nulliter fiunt, reuera non fiunt; & testimonium nullum, non est testimonium: acta enim nulla, reddunt testimonia nulla; & perinde est, ac si nunquam tale testimonium daretur, vt docet Menochius lib. 2. de præsumpt. præsumpt. 48. num. 7. Vantius de nullitate sententiæ, num. 2. Robertus Maranta de ordine iudicario, dist. 16. fol. 218. n. 3. Vnde, cum testimonium sit nullum, non est testimonium: referuatio autem non cadit supra non testimonium: erit tamen veluti iuramentum falsum extra acta dictum; sed tunc peccatum erit, sed non referuatum, vt patet.

Menoch.  
Vant.  
Maranta.

15. Notandum etiam, tria esse genera actorum: nam quædam sunt ordinatiua iudicij, quæ valent ad ordinandum & processandum iudicium, vt est libelli oblatio post factam citationem: processantur enim tunc acta, & formantur ad continuandum iudicium. Alia sunt decisua, quæ inferunt ad decisionem causæ, vt cum editur instrumentum incepta iam lite, ad perpetuam rei memoriam, cum periculum est, ne testes ob multam aratem emorianantur, aut mutato loco longissimè transferantur, vt per dicta similia testimonij postea decidatur, & hæc coincidunt cum actis ordinatiuis iudicij, quæ sunt propriè acta. Alia sunt indagatiua, quæ fiunt ad indagandam veritatem, & absque citatione partis, & nemine contradicente: vt, cum editur in-

strumentum ad constandum de nobilitate, ac familia alicuius; & hæc sunt impropiè acta, & impropiè acta dicuntur. Vnde, cum referuatio sit odiosa Parochis, & parochianis; illis, quia eis restringit suam iurisdictionem; his, quia eis reddit vsum Sacramenti difficiliorè: sequitur, si iuramentum falsum in actis referretur, id intelligendum esse de actis propriis, non impropiis; quia pœnæ sunt restringendæ, non ampliandæ; ac proinde intelligendum id esse de veris & propriis actis, & non de impropiis: & sic non erit casus referuatus, si quis falsum iuret in actis indagatiuis: secus, si iuramentum falsum coram legitimo Iudice referretur; quia tunc iam peccatum erit referuatum, vt patet, cum coram Iudice legitimo proferatur.

*Procuratio, auxilium, seu consilium abortum post animatum factum, etiam effectu non securo.*

16. Septimus casus, qui in Religionibus, iuxta mentum Clementis VIII. referuari potest, est procuratio, auxilium, seu consilium abortum post animatum factum. Animatur autem foetus masculus, iuxta Couarruiam in Clementina, *Si furiosus*. 2. p. §. 3. num. 1. die quadragesimo à conceptu: foetus verò foemineus à die octogesimo. Et ibi dicit ita communiter sentire Doctores.

17. Si autem non referretur abortus, aut consilium, vel auxilium ad illum, nisi securo effectu, tunc quidem, quando effectus non sequitur, non est casus referuatus: dubium tamen hic graue oritur, an, cum referuatur homicidium, vel abortus effectu securo, casum habeat referuatum ille, qui percussit mortiferè animo occidendi, & abortum pro viribus procurauit, & statim confitetur, & postea peracta confessione, sequitur homicidium, vel abortus, siue sequatur post mensem, siue post vnum, aut alterum diem. Et hæc de re duplex est opinio. Prima affirmat peccatum iam habere referuatum. Ita docet expressè Sanchez lib. 9. de debito coniugali, disp. 45. num. 29. & Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 7. verò. *Hinc fit*. & citari etiam pro hac parte potest Ludou. Lopez 2. part. Instruct. cap. 76. §. Sequitur

Sanchez.  
Sotus.

*etiam secundo* & 1. p. cap. 31. §. Præterea, quia omnibus quatenus ait, non satis, esse fateri causam pollutionis, antequam pollutio contingat; sed tutius esse fateri postea ipsam pollutionem subsecutam, quia euidentius factò subsecuto apparet prior culpa. Fundamentum huius opinionis est: quia percussio ita influit in mortem, & procuratio efficax abortus in abortum, vt nunquam satis bene explicari possit tota malitia eius, nec à Confessario intelligi ante effectum secutum mortis, aut abortus: nam ante mortis, aut abortus effectum secutum non est casus referuatus, post illum iam est referuatus. Signum ergo euidentis est, ante mortis, & abortus effectum non posse satis bene explicari totam malitiam actus. Secundo, quia, si quis voluntariè causam ebrietatis, aut pollutionis der, lautius comedendo, vel bibendo, ea conditione, vt sibi ebrietas, vel pollutio contingat: si, antequam sequatur, confiteatur, plenè, & perfectè id explicando, verèque de facto penitendo, non satisfaciet; sed opus erit, iterum post pollutionem, & ebrietatem penitere, & confiteri ipsammet ebrietatem, & pollutionem, tanquam verè, & propriè peccatum, vt expressè docet Ledesma 2. 4. quæst. 21. art. 7. dub. 1. §. Et ad argumenta, ergo à fortiori idem dicendum erit in percussione, securo postea homicidio, & in abortu, securo postea illius effectu: nam, quannis Sanchez, & Sotus allegati concedant in pollutione, & ebrietate satis esse confiteri causam antecedentem

Led.

cedentem plenè, & perfectè, & non teneri quenquam ipsam effectum postea subsecutum confiteri; quia iam naturaliter ex causa data resultat, & non liberè: tamen semper id negant in percussione, & abortus procuratione. Et assignant diuersam rationem: quia potatio, quæ est causa ebrietatis; & comestio, quæ est causa pollutionis, non ita influunt in actus liberos, sicut influit percussio in mortem, & applicatio rei ad abortum in abortum, nec actus ebrietatis, aut pollutionis postea secutus tam enormis est, quam actus homicidij. Tertio, quia in foro externo post mortem grauiorès pœnæ decernuntur percipienti: punitur enim tanquam verus homicida, & ante mortem solum puniri poterat tanquam percussor: pœnæ autem homicidij sunt multò grauiorès: signum ergo est ex grauioribus pœnis grauius peccatum colligi: si autem grauius est peccatum securo effectu, quam in causa, tenetur percipientis illud postea confiteri, & consequenter, si ante non fuit referuatum, post mortem, securo effectu, erit. Ita se habet hæc opinio, quæ est valdè probabilis.

18. Secunda opinio verior, & probabilior docet non esse peccatum referuatum, securo postea homicidio, aut abortu; nec teneri percipientem, aut abortum procurantem in conscientia, postea iterum confiteri. Et ita docet expressè Azor tomo 1. Infit. moral. lib. 1. cap. 7. in fine, vbi dubium, & incertam appellat sententiam Sotij, & Sancij. Expressè docet etiam Henriquez lib. 5. de penitentia, cap. 5. num. 5. ad marginem, littera Z, ibi: *Si tamen causam homicidij interdicit per penitentiam, antequam sequatur homicidium, tunc effectus non est peccatum, quia iam non est illi voluntarius*. Et pro hac opinione citare etiam possumus Medina 1. 2. quæst. 71. art. 5. col. vltima, in solutione ad 1. Rodriguez tomo 1. Summæ, edit. 2. cap. 211. n. 2. Graphis 1. p. decisionum aurearum, lib. 2. cap. 87. n. 14. siue. Vega tomo 2. Summæ, cap. 67. casu 3. qui omnes dicunt (& est casus omnino similis) eum, qui dat causam antecedentem pollutioni lautè comedendo, vel bibendo, si, antequam ebrietas contingat, vel pollutio, legitime confiteatur, explicatis omnibus circumstantiis, citra vllum peccatum postea contingere ipsam pollutionem, atque ebrietatem, quia iam causa fuit recisa per penitentiam, & effectus postea subsecutus naturaliter sequitur ex causa data, non liberè, nec voluntariè, ac proinde nec peccaminosè: vnde, cum tota malitia, & moralitas actus sit plenè & perfectè in confessione explicata, caret obligatione iterum confitendi: nam restitutio postea extra confessionem fieri potest. Probatur ergo hæc opinio. Primo, quia nemo tenetur peccata semel ritè confessa, iterum confiteri: sed hic percussor mortiferus, & procurator abortus, ritè confessi sunt sua peccata, & rectè explicarunt suam occidendi intentionem, & ritè ac rectè sunt absoluti ab ipso Confessario, quia non habebant casum referuatum; ante effectum enim subsecutum, nec homicidium, nec abortus referuatus erat, vt supponimus: ergo non tenentur iterum de illo peccato confiteri; quia effectus postea subsecutus naturaliter sequitur ex causa data: non liberè, nec voluntariè: quia voluntas illius effectus iam satis fuit recisa per penitentiam, & peccatum dimissum per Sacramentum ipsius confessionis. Secundo, quia in cap. *Accipimus*. de purgatione canonica in foro externo faciendâ, fuit quidam Episcopus de tribus sceleribus infamatus, videlicet, de simonia, de vltura, & incontinentia, de quibus iam ritè confessus fuerat; & cum ille iurasset in iudicio, se illa peccata non habere; intelligens, quia iam de illis fuerat confessus; respondit Summus

Azor.

Henrig.

Med.  
Rodrig.  
Graphis.  
Vega.

Pontifex: Cogatur iurare, an illa ante confessionem commiserit; si se suo iuramento purgare velit in foro externo. Et hoc idè fecit Pontifex: quia, licet, quoad Deum, & in foro conscientie, ea peccata iam non haberet, cum per confessionem fuerint remissa, nec teneretur ea iterum confiteri; tamen vt purgaretur in foro externo, opus erat, vt nunquam illa committeret. Tertio, quia, vt notat D. Thomas 1. 2. quæst. 7. & Gutierrez lib. 2. quæstionum canon. c. 4. n. 95. in homicidio ab ebricio commisso tres actus considerari possunt; primus est potatio; secundus, ebrietas; tertius, occisio: in primum fertur voluntas directè; in secundum indirectè; in tertium, hoc est, in occisionem, nec directè, nec indirectè, sed merè naturaliter resultat occisio ex illa ebrietate, quando ebricius nullam habuit aduertentiam ad illam: & sic in rigore, si confessus fuit peccatum ebrietatis, nullo modo tenetur homicidium confiteri, cum nullo modo peccauerit in illo committendo: ergo similiter, quoties homicidium non est opus morale, sed naturale, nulla est obligatio confitendi illud: sed in nostro casu homicidium non est opus morale voluntatis; sed naturale ex causa applicata: ergo confessio peccato causæ, non manet obligatio confitendi peccatum effectus.

19. Obijcies: Ille, qui per obliuionem inculpabilem omisit aliquod peccatum, tenetur illud confiteri, cum in illius venerit memoriam, vt est certa doctrina: ergo similiter licet is confessus fuerit causam homicidij, securo postea homicidio tenebitur illud iterum confiteri. Respondeo, negando sequentiam: est enim diuersa omnino ratio; quia peccatum oblitam nunquam fuit directè, & per se confessum, nec directè absolutum, sed indirectè, ratione aliorum, ac proinde, vt directè absoluaatur, & committatur potestati clauium, tenetur penitens, quoties in memoriam venerit, illud confiteri: at verò in nostro casu tota malitia, & moralitas actus fuit per se confessa, & absoluta, & commissa, ac subiecta potestati clauium: vnde nulla manet obligatio illam iterum confitendi.

20. Ad primam rationem pro prima opinione factam nego, percussorem ita influere in actum homicidij, & procuratorem abortus in abortum, vt nunquam satis bene possit explicari tota malitia actus, nisi explicetur postea ipsum homicidium, & abortus, si secutus fuerit: tota enim malitia actus sufficienter fuit explicata in causa, & postea effectus naturaliter, & absque noua culpa, & malitia hominis sequitur, ac proinde nulla manet obligatio, hoc iterum confitendi. Idem dicendum est ad secundam rationem: tota enim malitia ebrietatis sufficienter fuit confessa in causa, ac proinde non tenetur postea iterum ebrietatem secutam confiteri: qui causam illius confessus fuit, cum naturaliter ex causa resultaerit, vt patet.

*Falsificatio manus, vel sigilli Officialis Monasterij.*

21. Octauus casus, qui in Religionibus referuari potest ex mente Clementis VIII. est falsificatio manus, seu sigilli Officialis Monasterij. *Falsificatio* intellige dolosam, vt fiat cum dolo, & serid, non iocose: deinde, vt fiat in præiudicium ordinarij regiminis Religionis: sic, qui dolo veritatem in litteris Apostolicis immutant, illasque falsificant excommunicationem ipso facto incurrunt Bullæ Cœnæ, vt patet ex eadem Bulla. Videnda ergo sunt verba referuatoria: nam, si dicant, qui falsificant manum, seu sigillum, tunc solum comprehendunt Auctores, non verò consulentes, auxiliantes, vel adiuuantes: quia pœnæ restringendæ sunt, & non ampliandæ vltra

vltra verborum proprietatem : neque etiam comprehendunt illum, qui iubet, rogat, & malitiose pecuniam dedit, vt falsificaretur; licet enim, quae per alios facimus, per nos ipsos faciamus; tamen poenae solum intelligenda sunt de ipsis falsificantibus; non autem de iubentibus falsificationem fieri: sic quoties excommunicatio, siue à iure, siue ab homine fertur contra aliquid facientes, non comprehenduntur in illa mandantes, consulentes cooperantes, fauorem, aut auxilium praestantes, vt docet Tolerus lib. 1. Summae, cap. 8. num. 7. Iulius Clarus in praxi criminali, quaest. 88. art. 2. & Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 49. num. 1. & 2.

Tol. Iul. Clar. Nau.

22.

Manus, vel sigilli. Si haec verba in reservatione apponantur, non sufficiunt falsificare litteram, nisi falsificetur sigillum, seu subscriptio: manus enim, seu sigillum, atque subscriptio, secundum aliquos idem videntur significare: sed reuera per manus intelligenda est ipsa subscriptio; & quia falsificatio litterae, nisi subscribatur, nihil valet; ideo existimo per manus solum intelligi posse subscriptionem: licet enim in rigore grammaticae per manus non solum subscriptio, sed etiam littera sine subscriptione intelligi possit; tamen, cum littera sine subscriptione nihil valeant, profecto, vt peccatum reseruatum sit, opus erit, vt subscribantur. Sigillum. Per sigillum intelligitur signaculum illud, quo litterae patentes muniuntur, vt fidem faciant: vnde, si in aliqua Religione duo sint sigilla; alterum commune, quo omnes Religiosi indiscriminatum: alterum peculiare, quo solum Superiores, & Officiales vrantur ad firmandas, vel infirmandas, ordinationes communes Religionis, de hoc intelligetur reseruatio, non de illo communi; quod videtur explicare limitatio illa, Officialis. Haec autem falsificatio, vel fieri potest furando illud, vt formetur aliud ad illius similitudinem; vel quomodocumque effingatur aliud, quod falsum sit, & falsum muniat, ac sigillet. Officialis, intellige Secretarium Generalis, vel Prouincialis, vel alterius Superioris, qui haec Superioris, vel Religionis nomine communes ordinationes subscribere, & sigillare, & ad alios Superiores, aut subditos transmittere, quae vel ad bonorum, vel ad Religiosorum dispositionem pertineant, vel ad regimen ipsius Religionis spectent. Nec solum hic Secretarij, & alij Officiales communes veniunt nomine Officialis; sed etiam ipsi Praelati maiores, vt Prouinciales, & Generales, & Superiores etiam locales: quia hi etiam Officiales sunt Religionis, & quia alioqui frustra reseruetur hic casus respectu aliorum Officialium, & non respectu illorum, vt patet: in rigore tamen, vt sciamus, quid in casibus occurrentibus dicendum sit, necessarium videnda erit forma verborum, quibus similes casus reseruantur: interim tamen dixi, quod sentio; & si alius melius sentiat, ego libenter illius opinionem sequar.

Lapsus carnis opere consummatus.

23.

Nonus casus est lapsus carnis opere completus: quae verba comprehendunt solum peccata externa, & omnia interna consensu, & cogitatione completa reiciunt: quamobrem, vt possit lapsus carnis reseruari, necesse est, vt lapsus sit externus, opere aliquo externo completus: per quod autem opus externum, hoc peccatum, & hic lapsus compleatur, nec huius loci, nec praesentis disputationis est.

Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personae.

24.

Decimus casus est occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personae, intellige la-

cularem, vel ecclesiasticam: vnde non sufficit leuis: Nauarrus in Summa Lat. c. 27. n. 91. citat quandam Extrauagantem, quae incipit, *Perfectus*. vbi leuis percussio dicitur percussio pugni, palmae, manus, digiti, pedis, baculi, lapidis, quae nullam niaculam, neque suggillationem carnis reliquit, neque abscidit membrum, sine extractione dentium, sine auulsione multorum capillorum: ad iudicandum autem quae laesio sit leuis, quae grauis, in foro externo id pertinet ad Episcopum, vel eius officiales, in foro interno ad prudentem Confessarium, vt docet Soarius tomo 5. de censuris, disp. 12. sect. 1. n. 90. & Nauarrus in Summa Lat. cap. 27. n. 91. vtrique autem id iudicabit ex circumstantiis, ex facto, ex personis: ex dignitate enim personarum crescit iniuria: vnde, si quis percusserit suum Superiorem, iam illa percussio, quae in se leuis erat, dicitur grauis; quia illa circumstantia Superioris est magni momenti, ratione reuerentiae debita Superiori.

Nau.

Soar.

Nau.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, aut ab inferioribus ad Superiores

25.

Vndecimus, & vltimus casus, qui ex mente Clementis VIII, in Religionibus reseruari potest, est malitiosa retardatio, aut impedimentum litterarum à Superioribus ad inferiores, aut e contra. Haec autem retardatio, aut impedimentum multis modis fieri potest: vel faciendo, ne tabellarij inueniantur, qui epistolas deferant, vel illos corrumpendo, ne epistolas tradant; aut, vt ferius tradant, quam aliquin tradenda erant: vel ipsas epistolas praeripiendo, comburendo, vel occultando, & apud se retinendo malitiose, vt interim tempus aliquod elabatur: haec enim omnia nomine impedimenti, aut retardationis veniunt, vt de se patet. Non erit tamen retardatio, nec impedimentum epistolatum, si quis curforem quareat velociorem, & cum maiori donet stipendio, vt epistolas alterius praerueniat: quia haec non est positia retardatio; sed negatiua: & vtrius iure suo, quod habet ad aduendum Superiorem, vel per se debito modo, vel per epistolas suas.

26.

Aut apertio litterarum: intellige etiam malitiosam: vnde non erit casus reseruatius, nec vllum peccatum, si inaduerter aperias, existimas eas ad te esse missas: imò nec mortale erit, ac proinde non reseruatius; sed tantum veniale, si ob curiositatem merè naturalem sine malitia, & sine animo, & periculo nocendi, v. c. vt ex barbaro, vel eleganti stylo voluptatem capias, vel mera curiositate, & sola causa sciendi noua nuntia, veniale tantum erit ex obiecto, vt docet Nauarrus in Manuali Latino, c. 18. n. 53. & cum non fiat ex malitia, non erit reseruatius. Quamobrem, iuxta mentem Clementis VIII, lethale erit, ac proinde reseruari poterit hoc peccatum, aperire has epistolas, & non legere, vel aperire simul & legere, si id fiat animo nocendi: id enim ex vi verborum indicat apertio; & insuper puniri poterit tanquam falsarius huiusmodi apertor, vt docet Syluester verbo, *Falsarius*, n. 2. Nauarrus c. 18. n. 53. Excipe tamen, nisi legitimam auctoritatem habeat aperienti, aut legendi, quales sunt Superiores Religiosorum, & Monialium, & Praefecti vrbium tempore pestis, & belli, iuxta Syluestrum, & Nauarrum citatos. Si tamen ex epistolis probabiliter times tibi iniustum aliquod malum, licite eas poteris legere, vel aperire, vel etiam retardare, aut comburere, quannus sint Superiores. Et ita docent Syluester, & Nauarrus allegati, & D. Antoninus 2. p. tit. 1. c. 22. §. 5. & Syluester citat etiam Archidiaconum, & Nauarrus citat cap. *Non inferenda*. 23. q. 3. quod procedit, etiam si promiseris, te fideliter illas

Nau.

Sylu.

Nauar.

D. Anton.

illas daturam, & iuramento firmaueris: eo enim ipso, quod iniusta sunt, & iniustitiam continent, promissio, & iuramentum fuit nullum: nam iuramentum non est vinculum iniustitiae, nec contra bonos mores factum obligat.

Haereticus complices habeat, à num. 30. vsque ad 42.

CAPVT VIII.

Quis possit absolvere per se, & directe à reseruatius: agitur de peccato haereticis, & de casibus Bullae Coena.

SVMMARIVM.

- Iurisdictio ad absoluendum, quibus modis haberi potest. num. 1.
Qui peccata reseruant, ab illis absolvere possunt. n. 2.
Idem de illis, in iurisdictione superioribus. ibid.
Quare dicatur de superioribus in iurisdictione. n. 3.
An Episcopus excommunicatus non toleratus, suscipiatur, vel interdictus possit valide absolvere, aut dare licentiam ad absoluendum à reseruatius. n. 4.
Melior opinio negat. ibid.
An Parochus non toleratus possit dare licentiam subdito, vt alteri Sacerdoti confiteatur. num. 5.
Quid de Episcopo, & Parocho interdicto, aut suspensio. num. 6.
Licentia ad absoluendum à reseruatius duobus modis dari potest, vel Sacerdoti, vt absoluat aliquem, vel penitenti, vt queras, qui cum absoluat. num. 7.
Quid, si Superior dicat: Concedo tibi omnem facultatem, vel facultates meas. ibid.
Quid, si prius concedat aliquem casum reseruatium, & deinde addat, & omnes facultates meas. num. 8.
Quid, si Episcopus concedat Sacerdoti generalem facultatem ad absoluendum. num. 9.
An concedente Episcopo suam potestatem ad absoluendum à casibus sibi reseruatius, censetur illam concedere ad absoluendum à censuris, & vice versa. num. 10.
Quid de Summo Pontifice. num. 11.
Quid, si Episcopus concedat subdito, vt sibi eligat Confessarium, an tunc possit absolui à reseruatius. num. 12.
An gratia, & licentia ad absoluendum à reseruatius, & eligendi Confessarium, & approbatio Confessoris, expiret morte concedentis, vel approbantis: & agitur de gratis, qua expirant, vel non expirant morte concedentis, à n. 13. vsque ad 17.
An Parochus huius dioecesis habens facultatem ad absoluendum à reseruatius in illa, possit absolueri à reseruatius penitentem alterius dioecesis. num. 18.
Quid, si non habeat potestatem super reseruatia n. 19. & 20.
Quid, si parochianus huius dioecesis versetur in alia, & peccata ibi reseruatia committat. num. 21.
Quid de Religioso, qui crimen commisit reseruatium in hoc Monasterio, si ad aliud transferatur. n. 22.
Episcopi possunt absolvere ab omnibus peccatis occultis Bullae Coena. num. 23.
Quae sint crimina occulta, quae publica, à num. 24. vsque ad 25.
An delictum deductum ad forum externum, & in eo non probatum, maneat adhuc occultum. num. 26.
Quid, si à duobus, vel tribus testibus sciatur. n. 27.
Quid, si hic sit publicum, & alibi occultum. num. 28.
Quid, si à quinque, vel sex sciatur. num. 29.
Agitur de haereticis, & de eo, qui ab ea possit absolvere, an Episcopi, an extra dioecesim, an Confessarius ordinarius virtute Iubilai: & quid, si P. Steph. Fagundez in quinque praec. Eccl.

Iurisdictio ad absoluendum à reseruatius, duobus modis potest haberi: primo, vt ordinaria: secundo, vt delegata. Et haec delegatio duobus etiam modis fieri potest: primo per licentiam directe datam Sacerdotibus ad absoluendum à reseruatius: secundo, per licentiam datam penitenti ad eligendum Confessarium, qui eum absolvere possit.

1.

Primo igitur illi, qui peccata reseruant, vel illis in iurisdictione superiores possunt per se, & directe absolvere à reseruatius: sic Papa potest absolvere à peccatis, quae sibi reseruant Episcopi, cum in iurisdictione sit superior, & haec iurisdictione episcopalis pendeat semper ab illa papali. Et Episcopi possunt per se absolvere à peccatis, quae sibi Curati, vel ex privilegio aliquo, vel ex consuetudine reseruar possunt; cum haec iurisdictione Curatorum pendeat ab illa Episcoporum. Est communis doctrina. Ita docet Soar. tom. 4. de poen. disp. 30. sect. 1. n. 1. Henricus lib. 6. de poen. c. 14. n. 9. Nauarrus c. 27. edit. vltima, n. 263. Probatur facile: quia, qui in iurisdictione superior est ipso reseruante, habet respectu illius superiorem, & vniuersalem iurisdictionem, quae se extendit ad omnia, ad quae se extendebat iurisdictione inferioris reseruantis: ergo ille etiam potest per se absolvere: nam ante reseruacionem poterat absolueri ab omnibus peccatis, à quibus poterat inferior: ergo & post illam idem poterit; quia praedicta reseruatio non adimit superiori hanc suam potestatem.

2.

Soarius. Henricus. Nauar.

Dixi, vel illis superiores in iurisdictione, intellige, fori interni, & conscientiae: quia non sufficit, vt in dignitate, & ordine hierarchico superiores sint, vt sunt omnes Archiepiscopi, & Patriarchae respectu Episcoporum: non enim Archiepiscopi possunt absolvere à casibus reseruatius Episcopo subditos Episcopi sui suffraganei, nisi dum iure sibi concedente dioecesi sui suffraganei visitant, aut in causa appellationis: nam, quando eam visitant, non solum per se poterunt suffraganeos Episcopi absolvere; sed etiam hanc potestatem absoluenti à reseruatius, aliis committere, in ipso acta visitationis, vt docent Soar. tom. 4. de poen. disp. 30. sect. 1. n. 2. & Henricus lib. 6. de poen. c. 14. n. 9. fine, & Sot. in 4. dist. 18. q. 4. a. 2. & patet ex c. 1. de censib. in 6. Dixi etiam, nisi dum iure sibi concedente suffraganeos visitant: quia Concilium Trident. sess. 24. de reform. c. 3. praecipit, ne Archiepiscopi Episcopos suffraganeos visitent, nisi de licentia data in Concilio prouinciali, & post plenè visitatam propriam dioecesim, vt inibi videre licet.

3.

Soar. Henricus. Sotus.

Sed dubium hic graue oritur, vtrum, scilicet, possit Episcopus nominatim excommunicatus non toleratus, suspensus, irregularis, aut interdictus, valide aliquem absolvere à reseruatius, aut dare licentiam alteri Sacerdoti, vt illum absoluat. Et de hoc est duplex opinio. Prima probabilior, & tenenda negat. Ratio illius est: quia haec absolutio, & delegatio est actus proprius iurisdictionis: sicut actus proprius illius est absolvere ab ipsis reseruatius; vnde, sicut ipse non potest absolvere per se, sic nec etiam delegare, aut committere alteri Sacerdoti hanc absolutionem. Ita docet expressè Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 21. n. 7. & Henricus lib. 3. Confirmationis, c. 13. n. 3. fine. Alij tamen in secunda opinione affirmant: quia hoc non tam est concedere iurisdictionem, aut illam alteri delegare, quam cedere iuri suo, & cessionem alteri facere. Ita docent Paludan. in 4. dist. 23. Tab. q. 2. n. 17. Sylu. verbo, *Vltimo*, n. 1. §. 4. Tabien ibi n. 6. Armilla. Armilla ibi n. 5. Nauarrus in c. *Placuit*. de poen. dist. 6. Nauarrus n. 51. Rodrig. tom. 2. Summae, c. 14. n. 5. fine, Probant: Rodrig. X X quia

4.

quia Parochus excommunicatus non toleratus, & suspensus item ab officio, potest validè concedere licentiam alteri Sacerdoti Parocho, vel non Parocho, ad assistendum matrimonio; & ad vngendum loco sui ex eodem fundamento: quia hoc non tam est concedere actum iurisdictionis, quam cedere iuri suo, & cessionem alteri facere illius.

5. Prima opinio est vera, & tenenda, & in ea dicendum est etiam, Parochum non tolerandum, aut suspensum ab officio, non posse, nec licitè, nec validè dare licentiam subdito suo, vt alieno Sacerdoti confiteatur: quia est etiam actus veræ iurisdictionis, qua omnino caret. Et est diuersa ratio in Matrimonio, & in Vnctione, & Confirmatione: quia assistentia Matrimonij, vngere, & confirmare, non sunt actus propriæ iurisdictionis; sed est ius competens alicui ratione officij, cuius cessionem alteri potest facere: at verò dare licentiam alteri ad absolendum, aut absoluerè, sunt actus propriæ iurisdictionis vt latè probauimus l.7.c.2.n.49.50. & 52. ad quæ locum te remittimus: solum enim confessionis Sacramentum, quia formaliter est quoddam iudicium, non potest exerceri validè, nec committi alteri, à Parocho excommunicato non tolerato: at verò cæterâ Sacramenta possunt, quia eorum collatio, & administratio, licet sint, propriè loquendo, actus Parochi, quatenus Parochus est: non tamen sunt actus Parochi, quatenus Iudex est: sola enim collatio Sacramenti confessionis, & absolutio, quia exercetur per modum iudicij, est actus, propriè loquendo, Parochi, quatenus Iudex est.

6. Idem dicendum est de Episcopo, & Parocho interdicto, vel priuato ab administratione Sacramentorum, si ante hoc interdictum, & priuationem præcessit declaratio alicuius excommunicationis, quam incurrisset, vt patet. Dubium tamen est, an peccet mortaliter Parochus non toleratus assistens matrimonio, vel alteri licentiam concedens assistendi. Et verò Sanch. lib.3. de matrim. disp.2. n.8. dicit, peccare tantum venialiter, secluso præiudicio alterius, cum ibi nullum actum veræ iurisdictionis exerceat. Sed hoc non est proprium huius loci.

7. Hactenus egimus de modo, quo superiores per se poterant absoluerè à peccatis referuatis: nunc verò agendum est de licentia, quam huiusmodi Superiores dare solent ad absolendum ab illis: & hanc duobus modis (vt initio diximus n.1.) dare consueverunt. Primò, dando illam alicui Confessario, vt hunc, vel illum pœnitentem, vel generaliter omnes à peccatis referuatis absoluant Secundo, dando licentiam pœnitenti, vt Confessarium eligat, qui se ab illis absoluat: & hæc licentia, vel datur verbaliter tantum, vel in scriptis, vel per Vllas, & privilegia. Si verbaliter datur, oportet, vt Superior benè explicet mentem suam: vnde non sufficit, si Superior dicat Confessario: Concedo tibi omnem potestatem, & auctoritatem meam in confessionibus audiendis, non enim in tali licentia comprehenduntur casus referuati, nisi aliunde euidenter appareat, eos voluisse comprehendere, vt docet Henriq. l.3. de pœn. c.13. n.2. & Nauar. in Manuali Lat. c.27. n.261. mih. in aliis num.255. & D. Anton. 3. p. tit. 17. c.13. & Armilla. verb. Abbas, §.3. & Sylu. verb. Casus, q.4. & Angel. verb. Confessor, §.28. & Fr. Medina lib.2. c.1. & Soar. tom.4. de pœn. disp.30. sect.1. n.3. & Graphis lib.1. dec. aur. c.13. n.65. quod procedit, etiam si Episcopus concederet hanc licentiam generalem, addita clausula generali, vt omnia Confessarius facere possit, quæ specialem commissionem requirerent, iuxta Iacobum de Graphis allegatum, argumento textus, Qui ad agendum, de Procuratoribus, in 6. Et ratio est: quia in generali concessione non intelliguntur illa, quæ specialiter referuantur, vt dicitur in

Henriq. Nauar. D. Anton. Armilla. Syluest. Angelus. Medina. Soar. Graphis.

cap. Si Episcopus, de pœnit. & remissionibus, in 6.

8. Si tamen Superior, Episcopus, scilicet, aut Prælatus Religionis concedat Confessario prius aliquem casum referuatum, & deinde addat, Et omnem meam potestatem, vel auctoritatem. tunc quidem omnia peccata referuata censetur concedere: quia illa specificatio antecedens casus referuati explicat verbum consequens, & declarat intentionem, & voluntatem Superioris fuisse etiam de omnibus casibus referuatis, argumento textus in c. Quid agendum, de Procuratoribus, §.1. & docet Gloss. in c.2. de officio Vicarij, in 6. Et ita docet Soar. de pœn. disp.30. sect.1. n.3. & Graphis lib.1. dec. aur. c.13. n.67. & Nauar. in c.27. n.261. mih. in aliis n.255. Similiter quando in delegatione, & licentia Episcopus, aut Prælati dicit: Concedo tibi omnes meos casus, intelliguntur concessi omnes referuati, quia per casus, peccata referuata referuntur, iuxta omnes. Ita Graphis lib.1. dec. aur. c.13. n.68. Nauar. c.27. n.261. D. Anton. 3. p. tit. 17. c.11.

Item, si Episcopus concedat alicui Parocho suæ diocesis generalem facultatem ad audiendas confessiones omnium suorum subditorum suæ diocesis, existimat Graphis dict. n.68. per hæc verba concedere etiam licentiam super omnes casus sibi referuatos, siue à iure, siue ab homine. Et idem docet Francus in c.2. de pœnit. & remiss. n.11. quia aliis per talem licentiam nihil concederetur, cum Parochus eo ipso, quòd sit Parochus, possit confiteri omnes sui Episcopi subditos: & idè, vt verba confessionis aliquid operentur, ita intelligenda sunt, alioquin essent frustratoria, quod esse non debet, vt statuitur in c. Si Papa, de priuileg. in 6. & l. Si quando, ff. de legatis 1. Idem dicendum est, quando Prælati Religionis in præcipuis solemnitatibus concedunt Confessariis expositis ad audiendas confessiones Religiosorum omnem suam facultatem: nam, vt talis licentia tunc aliquid operetur, necessariò extendenda est ad casus referuatos, cum ad non referuatos iure illam habeant, vt docet Graphis dict. lib.1. dec. aur. c.13. n.69. imò & ad censuras, si casus referuerentur cum censuris.

10. Solent Episcopi referuare cum censuris aliquando, aliquando sine illis: vnde, si concedat alicui Confessario omnes suos casus, solum intelliguntur casus sine censuris: oportet ergo, vt vtrunque concedat: à diuersis enim nulla fit illatio, & diuersum quid est peccatum, & censura: nec etiam concedendo omnes casus, & censuras, videtur concedere dispensationem votorum, vel irregularitatum, in quibus potest dispensare: quia, vt dixi, à diuersis non fit illatio. l. Papinianus, ff. de minorib. 25. ann. Et ita docet Nauar. c.27. num.261. Graphis lib.1. dec. aur. cap.13. n.63. & Soar. tom.4. de pœnit. disp.30. sect.1. num.3. fine, in prima edit. Excipit tamen Soar. (& benè), nisi quando ex circumstantiis, aut ex antecedentibus, & consequentibus aliud constiterit de intentione Episcopi: nam, licet in foro fori standum sit præcisè verbis; tamen in foro poli, quia est tribunal conscientie, & in quo tantum de veritate rei agitur, satis est, quòd constet aliunde de intentione concedentis, vt veritas rei habeatur.

11. Hoc tamen solum procedit in Episcopis: nam in Summo Pontifice, cum nunquam peccata de facto, & in actu referuntur absque censura, concessa facultate ad absolendum à casibus referuatis, etiam censetur concessa ad absolendum à censuris; & Tolet. de facto nunquam vnum tollitur sine alio, sicut Nauar. nunquam vnum sine alio ponitur. Ita docet Toler. Sanchez. lib.3. Summæ, cap.14. n.2. Nauar. c.27. n.261. Sanch. lib.2. Decalogi, cap.8. n.5. Sà verbo, Casus referuati, in n.2. Graphis lib.1. dec. aur. c.13. n.40. Viualdus

Soar. Graphis. Nauar. Graph. Nauar. D. Anton. 9.

Graphis. Francus.

Graphis.

Nauar. Graphis. Soarius.

11.

Tolet. Nauar. Sanchez. Sà. Viualdus.

Soarius. Victor. Armilla. Syluest. 21.

Soar. 13.

Henriq. Nauar. Sylu. Angelus. Cenedo.

Cenedo.

Syluest. Angelus. Soar. 14.

Cenedo. Henriq. Gigas. Guier. Nauar.

15.

Rois.

Valls. Cenedo. 16.

Salzed. Gutierrez.

Rodrig.

in Candelabro aur. vbi de absoluteione, n.8. & 56. Soar. tom.4. de pœnit. disp.29. sect.1. numer.11. & communiter omnes cum Victoria in Summ. n.149. & Syluester verbo, Confessor, i. §.19. & Armilla verbo, Casus, num.21.

Sed quid, si Episcopus, vel Prælati, concedat subdito, vt sibi eligat Confessarium, quem voluerit ex approbatis. Respondeo, huiusmodi Confessarium à se electum, nullam habere potestatem in casibus Episcopo referuatis, nisi id Episcopus exprimat: in generali enim illa concessione non veniunt ea, quæ quis non esset in particulari tam facile concessurus, vt haberetur expressè in c. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. & ita etiam docet Soar. tom.4. de pœnit. disp.30. sect.1. num.1.

An verò concessa alicui facultas, vt eligat Confessarium, quem voluerit, expirat facta vnica confessione, est dubium. Quidam enim docent, non expirare, dum durat Episcopus, vel non reuocatur: expirare verò eo mortuo, vel amoto ab officio, vel eo reuocato, dum viuit. Ita docet Ioannes Andr. in c. Non potest. de præbendis, in 6. Syluester verbo, Confessor, i. n.7. & Panorm. quem ibi citat Syluester. Dicendum tamen est, eam licentiam non expirare mortuo, vel amoto, vel censurato, nominatimque denunciato Episcopo, vel Prælati concedente: quia est gratia quædam, in fauorem animarum data: gratia autem non expirat morte concedentis, donec à successore reuocetur expressè. Ita docet Henriq. lib.3. de pœn. c.13. n.2. Nauar. c. Placuit. de pœnit. n.161. Syluest. verbo. Confessor, 2. §.4. ver.5. immemor sui Angelus verbo, Indulgentia, §.7. Cenedo in qq. canonicis, q.38. n.21. Sic licentia, & dispensatio beneficiati ab Episcopo concessa de non residendo studij causa, non expirat morte concedentis; nec facultas ad celebrandum domi, morte concedentis extinguitur, iuxta eosdem Auctores, & Cenedo speciatim: nec item facultas audiendi confessiones, nisi limitata sit; nec Indulgentiæ à Legato, vel Episcopo concessæ legatione finita, vel mortuo Episcopo finiuntur. Ita Cenedo allegatus, Syluest. verbo, Indulgentia, n.16. Angel. ibidem, n.7. Soar. tom.4. de pœn. disp.57. sect.2. pag.1200.

Similiter non expirat gratia condendi testamentum à Summo Pontifice Episcopo concessa, expirante Pontifice. Ita docet Cenedo allegatus, Henriq. lib.3. de excomm. c.19. fine. Gigas de Pensionibus, q.91. à n.2. Gutierrez in pract. q. lib.9. q.75. Sarmiento de red. Eccl. l.4. p. c.4. n.2. Nauar. de re ditib. q.3. monito 8. contra Socinum iuniorum, lib.1. consil.89. & 84. Nec item Bulla Cruciatæ expirat morte Papæ concedentis: quia est gratia. Sic Henriq. lib.6. de pœn. c.13. n.3. & lib.7. de Indul. c.21. n.4. & Cenedo num.22.

Nec etiam expirat officium Inquisitorum, morte concedentis, re adhuc integra, vt docet Cenedo allegatus, & notat Roias de priuilegijs Inquisitorum, num.436. nec precatium concessum cum clausula, Donec reuocetur. quia reuocatio exigit contrariam voluntatem, quæ in mortuo non datur: imò, quia in vita non reuocatur, cum possit, morte confirmare videtur. Ita Valls. de iur. emphyteutic. q.34. à n.3. Petrus Cenedo de quæst. canonicis, q.38. n.22.

Nec item expirat licentia data ab Episcopo, vt quis possit ordinari sacris morte concedentis Episcopi; nec gratia reuerendarum finitur per mortem concedentis, etiam si concessa sit à Capitulo, Sede vacante. Ita Salzedo in pract. criminali, c.26. pag.94. ver. Postquam verò. Gutierrez lib.2. quæst. canonicarum, cap.17. num.9. §. Et in terminis. & in practica lib.2. quæst.75. num.5. Rodriguez in Summa, 2. part. cap.14. n.5. & Graphis lib.3. dec. aur. cap.1. P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

16. Nec item expirat officium Inquisitorum, morte concedentis, re adhuc integra, vt docet Cenedo allegatus, & notat Roias de priuilegijs Inquisitorum, num.436. nec precatium concessum cum clausula, Donec reuocetur. quia reuocatio exigit contrariam voluntatem, quæ in mortuo non datur: imò, quia in vita non reuocatur, cum possit, morte confirmare videtur. Ita Valls. de iur. emphyteutic. q.34. à n.3. Petrus Cenedo de quæst. canonicis, q.38. n.22.

Nec item expirat licentia data ab Episcopo, vt quis possit ordinari sacris morte concedentis Episcopi; nec gratia reuerendarum finitur per mortem concedentis, etiam si concessa sit à Capitulo, Sede vacante. Ita Salzedo in pract. criminali, c.26. pag.94. ver. Postquam verò. Gutierrez lib.2. quæst. canonicarum, cap.17. num.9. §. Et in terminis. & in practica lib.2. quæst.75. num.5. Rodriguez in Summa, 2. part. cap.14. n.5. & Graphis lib.3. dec. aur. cap.1. P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

num.6. Syluest. verb. Gratia, num.3. & Nauar. de Graphis. tempor. ordinand. consil.48. pag.642. & in cap. Placuit. de pœnit. num.35. & num.163. & Zerola in Nauar. pract. 1. part. §. Dimissoria ad Ordines. ver. sic. Ad no. Zerolla. num. & Henriquez lib.10. de Sacramento Ordinis, Henriq. c.22. fine. Et eadem ratio est de dimissorijs à Capitulo, Sede vacante, concessis: non enim expirat veniente nouo Episcopo, vt expressè notauit Salzedo allegatus, Rodrigues, & Cenedo, & Gutierrez n.2. & n.9. & Ledesma in Summ. de Sacram. Ord. cap.8. ver. Quarta conclusio. nam, cum gratia iam sit facta ex parte concedentis, & non pendat à futuro euentu; & Episcopo, qui est ordinaturus, non committatur substantia causæ, sed tantum executio gratiæ factæ; idè executor datus, ne gratia concessa vana, & cassa sit, mortuo, vel amoto concedente poterit eam executioni mandare, vt optinè adnotauit Conarruuias in pract. cap.11. num.2. ver. Nam ea decisio. & Henriquez lib.7. de Indulgent. c.21. n.7. & Syluest. verbo, Gratia, n.3. & Abbas in cap. finali, de officio delegati.

Nec item expirat collatio beneficii facta à Papa, postquam dixit, fiat. Vnde, si Papa moriatur, antequam gratia bulletur, eadem gratia non expirat. Ita docent communiter DD. Archidiaconus, & Ioannes Andr. in proemio in 6. in verbo. Vniuersitati, & Io. Andr. cap. Apostolica, in fine, de præbend. Graphis lib.1. decisionum aurearum, c.13. n.53. Debent tamen literæ, vt valeant, bullari cum clausula de tempore prædecessoris Papæ, fiat, concedentis: alioqui non valebunt, vt probat Graphis allegatus. Neque item expirat gratia, quam aliqui Summi Pontifices solent concedere nonnullis Religiosis ad singulas animas eruedas ab igne purgatorio singulis suis Missis, morte Pontificis concedentis.

Sed dubium est, an Parochus, vel quilibet alius Confessarius approbatus, habens facultatem absolueri à peccatis referuatis Episcopo suo, possit absoluerè pœnitentem alterius diocesis à referuatis in sua diocesi, v. c. an Sacerdos Lamecensis habens potestatem ab Episcopo Lamecensi, vel à Papa, ad absolueri à peccatis referuatis Episcopo in diocesi Lamecensi, possit in eadem diocesi Lamecensi absoluerè hominem diocesis Bracharenfis à peccatis referuatis in eadem diocesi Bracharenfi, quæ in eadem Bracharenfi diocesi commisit? Et respondendum est affirmatiuè. Ita Nauar. in Manuali Lat. vltima edit. c.27. n.261. §. Decimo dico. Capua lib.1. decisionum aur. cap.13. numer.48. Viualdus in Candelab. aureo, vbi de absoluteione, num.58. Soar. tom.4. de pœnit. disp.30. sect.1. numer.4. vbi allegat pro hac parte Caietanum in Summ. verb. Absolutio, 2. & Paludan. in 4. dist.17. quæst.3. & D. Antoninum 3. part. tit.17. cap.4. Et ratio est, primò, quia, sicut Confessarius Lamecensis, approbatus iuxta formam Concilij, potest absoluerè quoscunque homines, cuiusque diocesis, à peccatis non referuatis, vbicumque commissis, de consensu tacito suorum Episcoporum: ita Episcopi videntur tacitè consentire, vt idem sit de casibus referuatis, quando confessio fit habenti potestatem absolueri à referuatis suo Episcopo. Secundo, quia ita videtur habere consuetudo: nunquam enim videmus vllum Confessarium legitimum, qui habeat facultatem absolueri à referuatis in hac diocesi, remittere aliquem alterius diocesis ad proprium Episcopum pro referuatis: & si aliquando remittuntur, id quidem est causa satisfactorum, vel scandali tollendi; & non ratione absoluteione; vt notat Syluester verbo, Confessor, i. num.6. Tertio, quia ille, qui sic constituitur in alieno

Ledesm. Couar. Henriq. Syluest. Abbas. 17. Archid. Io. Andr. Gloss. Graphis.

18. Sed dubium est, an Parochus, vel quilibet alius Confessarius approbatus, habens facultatem absolueri à peccatis referuatis Episcopo suo, possit absoluerè pœnitentem alterius diocesis à referuatis in sua diocesi, v. c. an Sacerdos Lamecensis habens potestatem ab Episcopo Lamecensi, vel à Papa, ad absolueri à peccatis referuatis Episcopo in diocesi Lamecensi, possit in eadem diocesi Lamecensi absoluerè hominem diocesis Bracharenfis à peccatis referuatis in eadem diocesi Bracharenfi, quæ in eadem Bracharenfi diocesi commisit? Et respondendum est affirmatiuè. Ita Nauar. in Manuali Lat. vltima edit. c.27. n.261. §. Decimo dico. Capua lib.1. decisionum aur. cap.13. numer.48. Viualdus in Candelab. aureo, vbi de absoluteione, num.58. Soar. tom.4. de pœnit. disp.30. sect.1. numer.4. vbi allegat pro hac parte Caietanum in Summ. verb. Absolutio, 2. & Paludan. in 4. dist.17. quæst.3. & D. Antoninum 3. part. tit.17. cap.4. Et ratio est, primò, quia, sicut Confessarius Lamecensis, approbatus iuxta formam Concilij, potest absoluerè quoscunque homines, cuiusque diocesis, à peccatis non referuatis, vbicumque commissis, de consensu tacito suorum Episcoporum: ita Episcopi videntur tacitè consentire, vt idem sit de casibus referuatis, quando confessio fit habenti potestatem absolueri à referuatis suo Episcopo. Secundo, quia ita videtur habere consuetudo: nunquam enim videmus vllum Confessarium legitimum, qui habeat facultatem absolueri à referuatis in hac diocesi, remittere aliquem alterius diocesis ad proprium Episcopum pro referuatis: & si aliquando remittuntur, id quidem est causa satisfactorum, vel scandali tollendi; & non ratione absoluteione; vt notat Syluester verbo, Confessor, i. num.6. Tertio, quia ille, qui sic constituitur in alieno

18. Sed dubium est, an Parochus, vel quilibet alius Confessarius approbatus, habens facultatem absolueri à peccatis referuatis Episcopo suo, possit absoluerè pœnitentem alterius diocesis à referuatis in sua diocesi, v. c. an Sacerdos Lamecensis habens potestatem ab Episcopo Lamecensi, vel à Papa, ad absolueri à peccatis referuatis Episcopo in diocesi Lamecensi, possit in eadem diocesi Lamecensi absoluerè hominem diocesis Bracharenfis à peccatis referuatis in eadem diocesi Bracharenfi, quæ in eadem Bracharenfi diocesi commisit? Et respondendum est affirmatiuè. Ita Nauar. in Manuali Lat. vltima edit. c.27. n.261. §. Decimo dico. Capua lib.1. decisionum aur. cap.13. numer.48. Viualdus in Candelab. aureo, vbi de absoluteione, num.58. Soar. tom.4. de pœnit. disp.30. sect.1. numer.4. vbi allegat pro hac parte Caietanum in Summ. verb. Absolutio, 2. & Paludan. in 4. dist.17. quæst.3. & D. Antoninum 3. part. tit.17. cap.4. Et ratio est, primò, quia, sicut Confessarius Lamecensis, approbatus iuxta formam Concilij, potest absoluerè quoscunque homines, cuiusque diocesis, à peccatis non referuatis, vbicumque commissis, de consensu tacito suorum Episcoporum: ita Episcopi videntur tacitè consentire, vt idem sit de casibus referuatis, quando confessio fit habenti potestatem absolueri à referuatis suo Episcopo. Secundo, quia ita videtur habere consuetudo: nunquam enim videmus vllum Confessarium legitimum, qui habeat facultatem absolueri à referuatis in hac diocesi, remittere aliquem alterius diocesis ad proprium Episcopum pro referuatis: & si aliquando remittuntur, id quidem est causa satisfactorum, vel scandali tollendi; & non ratione absoluteione; vt notat Syluester verbo, Confessor, i. num.6. Tertio, quia ille, qui sic constituitur in alieno

Ledesm.

Couar. Henriq. Syluest. Abbas.

17.

Archid. Io. Andr. Gloss. Graphis.

18.

Nauar.

Cap. Viuald.

Soar. Caietan.

Paludan. D. Anton.

Syluest.



Episcopatu, non vitur facultate aliqua eligendi sibi Confessarium, qui se possit absoluerè à referuat...

19.

Sed rogabis, an Confessarij Lamecenses nullam omninò habentes facultatem circa casus referuatos...

Soar.

Glossa. Abbas. Graphis. Soar.

20.

Graphis. Sotus. Vega.

Probabilior tamen censo contrariam opinionem, quam tenet Graphis citatus n.46. & Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. col. 9. fine. & Vega lib. 2. casu 326.

21.

Soar.

Sed quid, si parochianus Bracharensis versetur in aliena diocesi, & peccata ibi referuata committat? Respondeo, posse absolui à quocunque Sacerdote approbato...

22.

Hinc deducitur quæstio notabilis, an Religiosus, qui crimen commisit referuatum in vno Monasterio, quod in alio non est referuatum, si ad illud transferatur...

tem super casus referuatos. Et quidem cum distinctione respondendum arbitror: nam, vel cum in aliud Monasterium se confert, domicilium, vel quasi domicilium mutat...

Sylu.

Sotus. Graphis. Medina.

23.

Concil. Trident.

In Concilio Tridentino sess. 24. de reform. cap. 6. conceditur facultas generalis Episcopis ad absoluerendum à casibus referuatis Sedi Apostolicæ, si occulti sint...

Soar. Sanchez. Azor.

Nauar. Lessius.

Glossa.

24.

Illud etiam delictum occultum dicitur, & quantum tale est, ab Episcopo potest absolui, si referuatum fuerit Sedi Apostolicæ: quod in iudicio probari potest, iuxta Nauarr. dict. cap. 27. num. 255.

Nauar. Glossa.

ad minimum sex personæ: & scientia pauciorum, quam sex, nunquam facit rem publicam, aut notoriam, iuxta DD. citatos. Vnde, dum tale peccatum in iudicio non probatur, & à quinque scitur, adhuc est occultum...

Rodrig. Gutierrez.

25.

Nauar.

Vinald.

26.

Graphis. Vinald.

Anila. Sanchez.

27.

Imò aliquando, vt delictum dicatur publicum, non sufficit, quòd actus externus sit publicus; sed requiritur, quòd constet publicè causa delicti: sic Missa publicè, & coram populo dicta ab excommunicato occulto, actus publicus est...

fationem, & absolutionem, vt speciatim notat Sanchez allegatus, & Nauarr. lib. 2. consil. in 2. edit. tit. Nauar. de sentent. & re iudic. consil. 2.

28.

Rogabis tamen, quid dicendum sit, si delictum sit alicubi publicum, aut in iudicio probatum; in loco tamen, vbi absolutio, vel dispensatio irregularitatis illius peritur, sit occultum, an adhuc possit Episcopus per hanc facultatem Concilij Tridentini ab eo absoluerè, aut in irregularitate illius dispensare?

Soar.

Sanch.

Anila.

Durand.

Paludan.

29.

Ex dictis inferitur quoties delictum perpetratum est coram quinque, adhuc esse occultum; & si in vicinia, aut loco, vel collegio ad minimum sint decem, non sufficere quinque, vt publicum dicatur; sed oportet, vt notum sit sex; quia tunc iam est maiori parti notum.

30.

In Concilio Tridentino dicta sessione 24. de reformatione, cap. 6. datur potestas Episcopis absoluerendi ab hæresi externa occulta subditos proprios in propria diocesi, ibi: Idem quoque & in hæresi crimine in foro conscientie eis tantum, non eorum Vicariis, sit permissum.

Conc. Trid.

Sotus.

Et hac de re duæ sunt opiniones. Prima docet per hanc clausulam Bullæ Cœnæ ademptam esse Episcopis eam potestatem in Concilio Tridentino illis concessam; ac proinde affirmat, non posse eos suos subditos absoluerè à peccato hæresis occulta, nec ab aliis contentis in Bulla Cœnæ Domini. Ita docet Nauarr. in Summa Latina, c. 27. num. 275. vers. *Decimoquarto*, dicens ita declarasse Pium V. viuæ vocis oraculo, & Gregorium XIII. Et ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. c. 19. q. 3. & cap. 10. q. 10. vbi dicit, se audiuisse à Religioso quodam fide digno, ita declarasse Clementem VIII. Docet etiam Soarez tom. 5. de censuris, disput. 27. sect. 3. num. 5. & Molina tom. 4. de iust. disp. 64. n. 8. & Tolet. in Summa, in Bulla Cœnæ, excommunicatione 14. & Gutierr. lib. 1. questionum Canonicarum, cap. 13. fine, & multi, quos citat, ac sequitur Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 11. n. 26. vbi dicit, ita declarasse Congregationem Cardinalium. Fundamentum huius opinionis est: quia in clausula Bullæ Cœnæ dicitur, à casibus ibi contentis nullum posse absolui ab alio, præterquam à Summo Pontifice, etiam prætextu cuiuscunque facultatis, vel privilegiij, non obstante quocunque privilegio, vel decreto Concilij generalis: & hæc Bulla expedita fuit post Concilium Tridentinum, & singulis annis expeditur, vel innouatur post illud; & Pontifices non excipiunt Concilium Tridentinum, cum tamen privilegium Episcoporum in eo contentum eos latere non posset. Secundò, quia à tempore Xisti I V. vsque ad Clementem VIII. adduntur in Bulla Cœnæ hæc verba: *Nullus potest absoluerè à casibus hinc contentis, prætextu alicuius facultatis, nisi in ea expressè comprehendantur, & nominentur.*

Secunda sententia docet, eam facultatem non esse reuocatum, & ita posse hodie Episcopos existentes in sua diœcesi absoluerè suos subditos, non extra illam, ab hæresi externa occulta, & ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ. Ita docet Nauarr. in Summa. Lat. c. 27. num. 260. fine, & lib. 5. consiliorum, edit. 1. tit. de sentent. excomm. consil. 11. quæst. 1. Gutierrez lib. 1. de quæst. canonicis, cap. 13. editione vltima, ad finem. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7. Banhez 2. 2. quæst. 11. artic. 4. dub. 2. post secundam conclusionem, versic. *Et si quis*. Aragonius ibi artic. 3. col. 10. vers. *Sed dubium est*. Sà verbo, *Episcopus*, num. 37. Rodriguez in Cruciatâ, §. 9. num. 70. & in Summa, tom. 1. edit. 2. cap. 13. n. 3. Ceualhos, & alij multi, quos citat Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 11. num. 27. vbi dicit, hanc esse opinionem probabilissimam, & probabilem etiam appellat Soarius, vbi suprâ. Fundamentum huius opinionis est, primò, quia Bulla Cœnæ est posterior decreto Concilij Tridentini, & loquitur generaliter, & indistinctè: posterior autè lex generaliter, & indistinctè loquens limitanda est per legem & decretum antiquius Concilij, quando antiquior lex expressè illi contradicit, quamvis in lege posteriori, nouiorique sit clausula, *Non obstante lege contraria*, vt multis probant Iuristæ. Secundò, quia non constat authenticè de prædicta Pontificum declaratione, nec de oraculis viuæ vocis: & cum res aded grauis sit, & iam diu scientibus Pontificibus controuersa, id profectò deberent expressè declarare, ad tollendos laqueos animarum. Tertio, quia per Bullam Cœnæ non censetur reuocata facultas Bullæ Cruciatæ concedentis cuilibet Confessario, vt possit absoluerè semel in vita, & semel in articulo mortis ab omnibus casibus in Bulla Cœnæ contentis: ergo neque etiam reuocabitur facultas in Concilio Tridentino Episcopis tam materè, & tanta declaratione concessa.

Nau. Azor. Soarez. Molina. Tolet. Gutierr. Sanchez. Nauarr. Gutier. Henriq. Banhez. Aragon. Sà. Rodrig. Ceualhos. Sanchez. Soar.

Vtraque opinio est valde probabilis: ista tamen secunda videtur probabilior. Et fundamenta primæ iam satis explicata sunt in secunda, cum nõ cõstet de declaratione, & viuæ vocis oraculis Summorum Pontificum, in quibus præcipuè prima fundatur. Vnde in hac opinione secunda, si hæresis sit nota quinque, vel sex, & si Hæreticus quinque, vel sex complices habeat, adhuc dicitur occulta, & ab illa poterunt absoluerè Episcopi, iuxta ea, quæ diximus n. 23. imò in magna vrbe non dicitur publica, si nota fuerit septem, vel octo personis. Dixi in secunda sententia, *in sua diœcesi, non extra illam*: quia Concilium d. sess. 24. de reform. c. 26. ait: *In quibuscunque casibus Sedi Apostolicæ reseruatis posse Episcopos sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absoluerè.* Vnde, vt docet Soar. tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 10. non potest Episcopus absoluerè ab hæresi occulta suum subditum, existens in diœcesi aliena, propter verba Concilij: neque solùm Episcopus existens extra diœcesim non potest absoluerè suum subditum ab hæresi, aut cæteris peccatis in Bulla Cœnæ Papæ reseruatis: sed nec etiam iuxta eundem Soarium existens in propria diœcesi poterit absoluerè subditum extra suam diœcesim existentem: quia, qui in diœcesi aliena versatur, absens à suo Episcopo, pro tunc subditur, in foro conscientie, Pastori illius loci, in quo versatur; ac proinde ab illo absoluedus erit per hanc facultatem Concilij, non ab alio.

Dispensare tamen potest Episcopus cum suis subditis, in omnibus irregularitatibus contractis ex delicto occulto, (excepto casu, quæ est ex homicidio voluntario, & existentibus in aliena diœcesi: imò id etiam poterit, siue alter tantum, Episcopus, videlicet, vel subditus, extra propriam diœcesim versetur, siue ambo extra illam sint. Ita docet Soarius d. tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 10. & Sanchez tomo 1. Decalogi, lib. 2. cap. 11. num. 12. quia dispensatio dari potest absenti: & quia illa restrictio Concilij Tridentini, *In foro conscientie, & in diœcesi sua*, intelligenda est de illa posteriori parte tantum, in qua Tridentinum concedit Episcopis facultatem absoluedi à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ. Quare, vt optimè animaduertit Sanchez, non ita cautè locutus est Henriq. lib. 14. de irregularitate, c. 20. n. 5. & Auila de censuris, p. 7. disp. 10. dub. 6. & Rodrig. 2. tom. Summa, c. 69. num. 1. fine, qui dixerunt, non posse Episcopum dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus extra suam diœcesim, propter verba Concilij Tridentini.

Imò, quamvis Concilium addat: *Idem quoque Episcopi tantum, non eorum Vicariis, sit permissum in crimine hæresis occulta in foro conscientie*, tamen adhuc poterunt Episcopi pro singulis vicibus hanc absolutionem ab hæresi alteri Confessario committere: quia Concilium solùm vult non posse Episcopos deputare Vicarium generalem, cui id pro munere, & ex officio iniunctum sit, & qui tanquam delegatus generalem potestatem habeat absoluedi ab hæresi occulta. Et ita docent optimè Azor, tom. 1. Instit. moralium, lib. 8. cap. 10. quæst. 11. & Nauarr. tit. de sent. excomm. consil. 15. ad tertiam quæstionem, & Sanchez tomo 1. Decalogi, lib. 2. c. 11. num. 23. in fine. Quamvis Soarius tomo 5. de censuris, disput. 41. sect. 2. num. 8. & Gutierrez lib. 1. questionum canon. cap. 13. num. 29. dicant, nec per singulas vices posse Episcopos hanc potestatem alteri committere: quia ad hoc eligitur ministerium personale Episcoporum. Sed præualet sententia Sancij, & Nauarr: non enim in hoc legitur mini

33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

Concil. Trident. Soar. Henriq. Auila. Rodrig. Azor. Nauarr. Sanchez. Soar. Gutierr.

ministerium personale Episcopij, cum non nominetur Episcopus suo nomine; sed ratione dignitatis, quæ non est persona, quamvis personæ adnexa sit. Deinde, quia Concilium, dum dicit: *Idem quoque Episcopi tantum, non eorum Vicariis, in crimine hæresis occulta sit permissum*, satis indicat suam intentionem esse, quòd Episcopi non possint habere deputatum specialem Vicarium ad hoc munus. Vnde, cum hoc tantum excludat, non vult excludere delegationes pro singulis vicibus, vel vni, vel multis Confessariis factas.

Maius dubium est, an, quando in Iubilæis, vel in aliqua Bulla, aut priuilegio conceditur alicui facultas absoluedi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, intelligatur etiam posse absolui à crimine occulto hæresis. Quidam affirmant. Ita Soar. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. in primo casu, Vivaldus in Candelabro aureo, vbi de absolutione, num. 13. & 16. & in casibus Bullæ Cœnæ, casu 10. num. 14. & Corduba in Summa, quæst. 8. fine, & Farinacius de hæresi, q. 192. num. 63. & probabilem dicit Zerola in sua practica episcopali, 2. p. verbo, *Absolutio*, vers. *Dico quarto*, & Doctor Frechilla de excomm. art. 1. p. 4. num. 7. dub. 1. vt refert Garcias de beneficiis, c. 10. n. 10. & eandem opinionem tenuerunt Magistri Agazo, Ioannes de Penha, & Medina, Lectores Theologiæ Salmantica, & Morgouejo Lector Decreti, & multi alij consulti hac de re per Prouisorum Hispalensem, doctissimum Guetterium, vt refert Vivald. in Candelab. 1. part. tit. de absolutione, num. 16. idem tenet Quando in 4. dist. 13. propos. 28. dub. 3. op. 2. fol. mihi 34. & in casu magni momenti ita consuluit Decianus Neil. §. num. 13. fine, volum. 2. tenet etiam Graphis, Neapolitanus Inquisitor, in decis. aur. c. 15. n. 25. fine. Quamvis enim ibi dicat, contrariam opinionem esse meliorem; tamen docet in practica hanc esse sequendam. Idem tenet Antonius Albestanus in Summa Sacramentorum, p. 3. c. 11. n. 9. fine, deducitur ex Ledesma 2. p. q. 26. art. 1. post medium, §. *Sed est aliud graue dubium*, fol. 253. & idem tenet expressè Penha 2. p. commento 25. & Sà verbo, *Excommunicatio Bullæ Cœnæ*, num. 18. aliàs 20. Probabilem etiam dicit Soarius: quamvis contrariam sequatur tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 5. num. 12. in fine. Innuitur hæc opinio his fundamentis: primò, quia, qui totum dicit, nihil excludit: vnde, cum Summus Pontifex in Iubilæo, vel Bulla concedit facultatem absoluedi ab omnibus casibus sibi reseruatis, vel ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, profectò hæresim non excludit, cum omnes nominet. Secundò, quia interdum in Iubilæis solet concedi facultas absoluedi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ præter hæresim: ergo, quando non excluditur, signum est velle Summos Pontifices illam includere.

Alij negant: quia stylus Romanæ Curie habet, vt sub huiusmodi clausulis generalibus nunquam hæresis comprehendatur. Et ita docent Azor tom. 1. lib. 11. c. 10. q. 12. Sanchez tom. 1. Decal. 1. 2. c. 12. num. 10. & Henriq. lib. 8. de pœnit. c. 16. n. 12. & Couarr. cap. *Alma mater*. 1. p. §. 11. num. 15. Simancas de catholicis inst. tit. 2. cap. 3. num. 2. Gutierrez lib. 1. quæst. canonic. cap. 13. num. 26. Nau. in Manuali Lar. c. 27. num. 275. Graphis lib. 1. decisio-num aurearum, num. 33. Petrus Ledesma in Summa. 1. part. tract. de Sacram. pœnit. cap. 13. dub. 15. conclus. 2. Vgolinus de censuris, tabula 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Philarchus de officio Sacerdotis, 1. p. lib. 3. cap. 27. Vega in Summa, 1. p. c. 125. casu 12. Sorbo in compendio mend. verbo. *Absolutio ordinaria*, pag. 10. Aragon. 2. 2. q. 11. a. 3. Garcias de beneficiis, 2. p. cap. 10. num. 109. Rodriguez in explicatio-

Cruciatæ, c. 9. n. 70. Perez lib. 8. Ordinamenti, tit. 4. leg. 3. pag. 85. Andrad. in explicat. Cruciatæ, q. 59. Ceualhos in comment. opin. tom. 3. q. 802. num. 67. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 5. n. 12. Miranda de regulis, tom. 2. q. 6. art. 6. concl. 1. Ratio est, primò, quia ita habet stylus Curie Romanæ: secundò, quia ita fuit declaratum à Greg. XIII. anno 1576. Vtraque opinio est probabilis & secuta: ista tamen communior, & fundamenta eius parum firmitatis habent: nam stylus Curie Romanæ fundatur in probabilitate istius opinionis; non tamen tollit probabilitatem alterius: præterea, stylus Curie varius est pro varietate Pontificum; & de declaratione Gregorij XIII. non constat authenticè: quamobrem sequere, quam maus.

Animaduertit tamen illum, qui vi & metu vel dolo, & fraudulenter se inter infideles exterius infidelem fingit, Maurum, videlicet, Iudeum, idololatram, aut Hæreticum, & exterius fidem negauit, corde tamen illam retinens; peccare quidem grauissimè contra externam fidei professionem; non tamen esse Hæreticum comprehensum in Bulla Cœnæ, nec incurrere excommunicationem illius, & posse absolui à quocunque Confessario ordinariè approbato. Ita Nauarr. in Manuali Lat. cap. 10. num. 27. Sanchez lib. 2. tom. 1. Decalogi, cap. 7. n. 8. Toletus lib. 4. Summa, cap. 4. num. 6. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 4. sect. 2. num. 22. & disp. 21. sect. 2. num. 3. Syluester verbo, *Hæresis*, q. 9. Tabiena verbo, *Hæreticus*, num. 2. quicquid in contrarium dicit Caiet. 2. 2. quæst. 94. art. 1. Probatur primò, quia excommunicatio, quæ continetur in Bulla Cœnæ, solùm fertur contra Hæreticos credentes, contra fautores, & receptatores illorum; & peccatum, quod reseruatur in Bulla Cœnæ, est peccatum hæresis externæ: hæresis autem est error intellectus voluntarius, & voluntarius dissensus à fide: dissensus autem, actus est intellectus, sicut & assensus: vnde assentire fidei, vel à fide dissentire, ad intellectum spectat: iste autem nullum habet errorem in intellectu, nec ab ea dissentit internè. Nec refert, quòd ab Inquisitoribus huiusmodi homines puniri possint in foro externo tanquam Hæretici: nam præsumunt Domini Inquisitores, illos habuisse dissensum à fide in intellectu, siquidem hunc dissensum exterius finxerunt, & manifestarunt.

Dices: *Qui actu externo furatur, vel occidit, licet intentionem furandi, vel occidendi non habeat, verè fur, & homicida est: ergo ille, qui circumciditur tanquam Maurus, & se externè Maurum fingit, vel Hæreticum, verè Hæreticus est.* Respondeo, esse diuersam rationem: quia furtum, & homicidium solo externo actu consummantur: at verò hæresis peccatum, vtrunque actum requirit, & actum externum, & dissensum internum in intellectu. Si tamen exterius se Hæreticum quis fingat, animo fauendi Hæreticis in suo errore, vel secta; tunc quidem casum reseruatum habebit in Bulla Cœnæ, & incurret excommunicationem latam contra fautores Hæreticorum; non tamen contra Hæreticos, vt optimè docet Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 2. c. 7. & Nauarr. in Summa, cap. 11. num. 27.

Si quis tamen per ignorantiam crassam teneat in intellectu aliquid contra fidem, paratus alioquin errorem deponere, si Doctorem habuerit, & monitorem, profectò is non erit Hæreticus, contentus in Bulla Cœnæ, nec casum reseruatum habebit; & poterit similiter absolui à quocunque ordinariò Confessario. Ratio est: quia ad hæresim requiritur pertinacia, seu electio voluntatis, & assensus intellectus, cum certa scientia eius, quod Ecclesia tenet, credit, & docet: iste autem, qui crassam ignorantiam

39. 40. 41.

Nauarr. Sanchez. Toletus. Soar. Syluest. Tabien.

tiam habet, non habet certam scientiam, quod Ecclesia de fide definiat, teneat, credat, & doceat contrarium eius rei, quam ignoranter credebat; & sic erit error, & dissensus materialis, non formalis. Nec dici potest propriè pertinax formaliter, sed impropiè & materialiter: quia, quando errorem elegit, nesciebat Ecclesiam contrarium tenere; aut non ita plenè, & perfectè sciebat; & paratus erat errorem deponere, si doceretur. Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 8. cap. 9. quæst. 8. Nauarrus in Manuali Lat. cap. 11. n. 22. Arragon. 2. 2. q. 11. a. 1. Simancas de Catholicis inst. tit. 3. n. 10. Banhez 2. 2. q. 11. a. 1.

Notandum etiam, hæresim purè mentalem, quæ consistit in intellectu, & nondum manifestata est per verba, nutus, signa, aut actus externos, non esse peccatum referuatum in Bulla Cœnæ, & posse consequenter absolui à quolibet Confessario ordinario; & nullam excommunicationem incurrere huiusmodi Hæreticum purè mentalem. Ita Sanchez lib. 2. Decalogi, c. 8. num. 3. Sorus in 4. dist. 1. 8. q. 2. a. 5. vers. *Virum verò*. Rodriguez in Bulla Cruciatæ, §. 9. num. 71. Caiet. verbo, *Hæresis*, sine. Gutierrez lib. 1. quæstionum canonicarum, cap. 13. à num. 28. Soarius tom. 5. de censuris, disp. 21. sect. 2. num. 2. Simancas de catholicis inst. tit. 42. num. 17. Arragonius 2. 2. q. 11. a. 3. Ratio est: quia pœnæ externæ requirunt actum externum perfectum, & consummatum. Vnde non sufficiunt quæcunque verba, aut

signa externa: sed talia esse debent hæc signa externa, ut si quis adesset, certè & infallibiliter, & absque vlla dubitatione iudicaret, talem esse Hæreticum; & quando talia non sunt, peccatum referuatum non habent, nec excommunicationem, aut pœnas iuris incurrunt: quapropter non sufficiunt signa externa indifferentia, qualia sunt, si quis, dum interiùs hæresi assentitur, mensam percudit asserens: *Ita est, ita planè est*. Nec sufficit habere caput operum, tectumque coram venerabili Eucharistiæ Sacramento, aut dum Sacerdos hostiam eleuat: nam, licet huiusmodi actus sint externi, & mali malitia hæresis: tamen adhuc sunt indifferentes, & non illam de se significant certè, & infallibiliter, & clarè, & manifestè. Ita Sanchez citatus num. 8. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 8. cap. 9. quæst. ult. Sayr. tom. 1. lib. 3. cap. 26. in Thesaur. Valquez 1. 2. q. 96. a. 4. disp. 160. cap. 5. num. 20. & 21. Banhez 2. 2. q. 11. a. 4. dub. 2. Si quis tamen animo hæretico scribat per cifram suam hæresim, aut per signa à se imposita, ad sibi solum eam significandam, existimat Sanchez citatus, iam habere casum referuatum, & excommunicationem, & cæteras iuris pœnas incurrere: quia ea signa ex obiecto certè & infallibiliter hæresim externè significant, & per accidens est, quod ab aliis id non intelligatur. Sed adhuc dubito de hac resolutione Sancij allegati num. 26. & cum Sancio consentit Soar. tom. 5. de censuris, disp. 4. sect. 3. num. 7.

Azor.  
Nauar.  
Arragon.  
Simanc.  
Banhez.  
42.  
  
Sanchez.  
Sorus.  
Rodrig.  
Caiet.  
Gutier.  
Soar.  
Simanc.  
Arragon.



LIBER



LIBER NONVS

De satisfactione.

**E**XPLICAVIMVS hæcenus duas partes confessionis, pertinentes ad materiam proximam, & remotam illius. Reliquum est, ut de tertia, quæ est satisfactio, agamus. Et quamvis satisfactio aliquando accipiatur pro restitutione, aliquando verò pro defensione propria, & exultatione, qua alterum placamus erga nos commotum: propriè tamen, & rigorose satisfactio hic sumitur pro actione, quam exercemus, ut nobis Deus remittat pœnas temporales relictas ex peccatis mortalibus, vel venialibus iam per pœnitentiam condonatis. Satisfactio igitur primo modo, & pro restitutione sumpta versatur circa rem, & quam integram tenemur restituere, si extat: si non extat, circa æquivalentem valorem ipsius rei. Secundo modo versatur circa locutionem externam, & circa verba, quibus aliquem in nos commotum placamus. Tertio modo versatur circa actiones externas corporis afflictivas, per quas Deo pro peccatis, id est, pro pœnis temporalibus ex peccatis iam dimissis, relictis satisfacimus. Et sic, quatenus restitutio, significat actionem, per quam res aliena vero domino suo redditur: quatenus defensio, vel exultatio propria, significat actionem verbalem, qua nos erga alium purgamus, innocentèsque ostendimus: quatenus satisfactio pro pœnis ex peccatis dimissis, relictis, significat actionem corporis afflictivam, qua erga Deum pœnarum remissionem mereamur. Et hæc remissio harum pœnarum temporalium, vel potest esse ex opere operato; & tunc habetur per solam satisfactionem sacramentalem, id est, per implementationem pœnitentiæ à Confessario nobis iniunctæ, quæ est pars integralis Sacramenti, & per receptionem aliorum Sacramentorum, & oblationem sacrificij Missæ: vel ex opere operantis; & tunc haberi etiam potest per actionem corporis afflictivam extra Sacramentum factam: & de vtraque agemus in hoc libro.

Refertur opinio negans. num. 4.  
Astruitur vera affirmans. num. 5.  
An de condigno illam possimus mereri. ibid.  
An in Inferno per satisfactionem æqualium pœnarum possit nobis dimitti. num. 6.  
Refertur opinio affirmans. ibid.  
Astruitur negans. num. 7.  
Respondetur ad fundamenta prima opinionis. num. 8.  
An in purgatorio igne possimus pro hac pœna temporalis satisfacere, & an hæc satisfactio merium dici possit. num. 9.  
Pœna, quæ respondet peccatis venialibus non dimittitur, an sit temporalis, an æterna. num. 10.  
An peccata venialia maculam aliquam, aut reatum causent in anima; & quomodo deleatur, si homo in peccato veniali ex hac vita discedat. num. 11.  
An homo in gratia existens possit in hac vita satisfacere pro pœnis temporalibus vni peccato mortali, vel veniali debitæ, non satisfaciendo pro aliis pœnis temporalibus aliorum peccatorum. num. 12.  
An bona opera in peccato mortali facta pro remissione pœnæ temporalis, postea remittant, sublato peccato, quoad effectum satisfaciendi pro illis. num. 13.  
Quem fructum habeant bona opera in peccato mortali facta. num. 14.  
An illa bona opera in peccato mortali facta, quæ nobis effectum aliquem relinquunt, ut elemosina, quæ relinquit in nobis privationem rei datæ; & ieiunium, quod relinquit debilitationem corporis; postea adveniente gratia remittant. num. 15.  
Quare obiter de his bonis operibus agamus. num. 16.

**S**atisfactio est pœnæ temporalis relictæ ex peccato condonato, mortali, vel veniali, voluntaria solutio: vel, est actio afflictiva corporis, vel mentis, per quam Deo satisfacimus, voluntariè quidem, non inuitè, pro pœnis temporalibus relictis ex peccatis per pœnitentiam à Deo condonatis. Sicut enim voluntariè peccamus: voluntariè etiam debemus pro his pœnis satisfacere: & interdum non est necessarium, ut nos nobis ipsi imponamus hanc pœnam, per quam satisfaciamus; sufficit enim, ut illam à Deo datam acceptemus: satisfacimus enim interdum per liberam acceptationem flagelli à Deo immitti, & per morbum à Deo inflictum patienter toleratum, ut de fide definit Concilium Tridentinum sess. 14. canon. 13. ibi: *Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfacere pœnis ab eo inflatis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis; sed neque sponte susceptis, ut ieiuniis, orationibus, & elemosynis; anathema sit.* Hæc ibi Concilium. Et idem reperit cap. 9. eadem sessione. Sicut enim aliquando homo offensus acceptat minorem iustè satisfactionem, contentus, ut debitor præstet id, quod commodè potest: ita etiam Deus in satisfactionem acceptat nostra opera, quæ sibi multoties ex aliis titulis debentur. Ita communiter DD. Sor. Sorus. in 4. dist. 17. q. 2. & dist. 19. q. 2. a. 2. col. 4. Victoria *Vid.* §. 207. & alij communiter, quos videre poteris apud Henriq. lib. 5. de pœnit. c. 18. n. 5. ad marginem, in Henriq. commentariis, littera H.

Hæc

CAPVT I.

*Quid sit, & unde oriatur pœna temporalis: in quo satisfactio consistat: an possimus in hac vita remissionem huius pœnæ demereri: an ad hoc requiratur, quod simus in gratia: & an pro pœna temporalis cuius peccati possimus satisfacere, non pro aliis.*

SVMMARIVM.

*Quid sit satisfactio.* num. 1.  
*Vnde oriatur pœna temporalis, pro qua satisfacimus.* num. 2.  
*An possimus in hac vita pœna temporalis dimissionem mereri.* num. 3.



2. Hac pœna temporalis, pro qua satisfacimus, oritur ex peccato nobis à Deo per penitentiam condonato: nam in quolibet peccato mortali duo inveniuntur, culpa, scilicet, & pœna æterna, quæ pœna æterna ex lege ordinaria dimittitur, dimissa culpa, & peccato; mutatur tamen ex eadem lege ordinaria ea pœna æterna, cum dimittitur culpa mortalis, in pœnam temporalem, maiorem vel minorem, iuxta maiorem, vel minorem dolorem, & contritionem, quam habemus, & qua nobis fuit culpa per Sacramentum penitentiae dimissa: & tantus interdum potest esse dolor, ut omnem culpam tollat, & omnem pœnam temporalem, & æternam: solum ergo hic agimus de satisfactione pro pœna temporali, in quam pœna æterna fuit commutata ex diuino statuto, ac decreto. Et hæc satisfactio dupliciter potest fieri: vel extra Sacramentum ex opere operantis, ut per elemosynas, per orationes, per ieiunia, vel actiones alias studiosas: vel per Sacramentum penitentiae ex opere operato: & de vtraque aliquid agemus.

3. Dubium ergo in primis est, vtrum possimus in hac vita remissionem pœnæ temporalis, relictæ post peccati condonationem, per nostras actiones, & satisfactiones demereri. Et quidem dimisso Hæreticorum errore, qui ex prauo fundamento negant necessitatem & utilitatem nostræ satisfactionis, ex eo, scilicet, quod Christus abunde iam pro nobis satisfecit, & ex eo, quod dimissa culpa, nullus manet reatus pœnæ; cum culpa enim credunt, etiam omnem pœnam æternam, ac temporalem dimitti, quos satis confutat Bellarminus lib. 4. de pœnit. Ruardus art. 6. Vega lib. 13. in Tridentinum: nam satisfactio Christi non excludit nostram satisfactionem, nec merita Christi nostra opera; oportet enim, ut merita & satisfactionem Christi nobis per nostra opera applicemus: fuit enim satisfactio Christi tanquam vniuersalis causa, quam oportet, ut nobis applicemus per nostras studiosas actiones: applicat enim Christus nobis suam satisfactionem, & merita communicat, per nostras actus bonos, & per Sacramenta, quæ ritè, ac debite suscipimus, ut docent communiter Catholici DD. & Concilium Tridentinum de fide definiti sessione 14. cap. 8. fine. ibi: *Nemo unquam Catholicus sensit, ex huiusmodi nostris actionibus, & satisfactionibus vim meriti, & satisfactionis Domini nostri Iesu Christi, vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui.* Et canone 14. ibi: *Si quis dixerit, satisfactiones quibus penitentes per Christum Iesum peccata redimunt, beneficium mortis Christi obscurare, anathema sit.* Et sessione 6. cap. 15. & canone ultimo, id ipsum definit. Iam verò cum culpa mortali non dimittit etiam totam pœnam temporalem de lege ordinaria, nisi aliquando, videlicet, contritio, ac dolor tantus est, ut hanc dimissionem promereatur, doctrina est planè catholica eadem certitudine ab eodem Concilio definita, eadem sessione 14. canone 12. ibi: *Si quis dixerit, totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo; satisfactionemque penitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendant, Christum pro eis satisfecisse; anathema sit.* Quamobrem abeant Hæretici malis aibus, cum suis deliramentis: nobis enim plus valet auctoritas Concilij, quam illorum fiducia deliramenti: alibi enim iam probauimus, post dimissam culpam, & pœnam æternam, manere in homine iusto, & Dei amico reatum pœnæ temporalis, in quam reatus pœnæ æternæ fuit commutatus.

4. Solum inter Catholicos circa dubium propositum numero præcedenti bipartita est opinio. Primam docet quidem Michael Bayus lib. 1. de Indulgentiis, cap. ultimo, quem melius fortè Michaelem

Bardum appellabimus, propter eius prauum iudicium: is enim, Catholicus cum sit, ausus est affirmare, nos non posse in hac vita satisfacere Deo per nostra opera, & actiones pro pœna temporali; sed ad præsentiam nostrorum operum applicari nobis Christi satisfactionem, ita ut opera nostra studiose sint veluti conditiones, sine quibus merita Christi nobis non applicarentur ad consequendam remissionem pœnæ temporalis, non tamen sint proprie solutio pro pœna. Fundamenta illius sunt, quia aliàs, vel nos satisfaceremus sine Christi satisfactione; vel certè duplex pro eadem pœna fieret solutio, altera ex satisfactione Christi, altera ex nostra.

5. Secunda, & vera opinio docet, posse hominem iustum satisfacere de condigno ad æqualitatem iustitiæ pro pœnis temporalibus, quas Deo debet. Ita docent communiter DD. Bellarminus lib. 4. de pœnit. cap. 7. Henriquez lib. 5. de pœnit. cap. 18. num. 3. Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 36. de satisfact. sect. 1. num. 7. assertione 2. in editione Moguntina. Probatur primò rationibus: deinde auctoritatibus. Nam nos verè coram Deo per nostra opera meremur, & non solum ad præsentiam nostrorum operum applicantur nobis merita, & satisfactiones Christi: ergo, si meremur, similiter per nostra bona opera satisfacimus; quia non magis repugnat nostra satisfactio dignitati Christi satisfactio, quam repugnet nostrum meritum dignitati Christi meritis: ergo, si per nostra opera, quatenus inuitur meritis Christi, & propter merita Christi acceptantur à Deo, meremur; ita etiam per nostra bona opera, & satisfactiones, quatenus inuitur satisfactionibus Christi, & propter satisfactionem Christi acceptantur, satisfacimus: nam, sicut nostra merita, ut rationem iustitiæ participant, in meritis Christi fundantur; ita nostra satisfactio, ut eandem rationem iustitiæ participet, in satisfactione Christi fundari debet. Ex quo solutio manet fundamentum Michaëlis Baij. Probatur deinde auctoritatibus ex Concilio Tridentino, & Florentino: nam Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 8. & 9. quamuis apertè definiat, hanc nostram satisfactionem in Christo Iesu fundari; docet tamen nos verè esse, qui per actiones nostras bonas, vel per flagella à Deo immissa, & patienter tolerata, satisfacimus per virtutem, & sufficientiam ab illo acceptam: non enim possumus aliquid boni ex nobis, quasi ex nobis cogitare. Idem docet quoque Concilium Florentinum, & idem expressè ex Patribus Cyprianus lib. de lapsis, prope finem, ubi dicit, agendam nobis esse penitentiam, ne quod videtur minus esse in qualitate criminis, neglecta satisfactione cumuletur. Patet etiam ex Tobia 4. ibi: *Elemosyna à peccato liberat, & non parietur animam ire in tenebras.* Vbi apertè sermo est de pœna temporali vitæ futuræ, quæ per elemosynas compensari dicitur. Et in hunc sensum communiter explicant Patres illud Christi Domini Luca 11. *Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* quod intelligit de reatu pœnæ temporalis, relictæ ex peccato per penitentiam condonato, ut exponunt Basiliius in regulis breuioribus, regula 271. Basil. & D. Aug. in Enchirid. cap. 73. Et hanc secundam, & veram opinionem appellat Soarius allegatus ferè certam de fide.

6. Diximus in hac secunda opinione, posse hominem iustum satisfacere de condigno ad æqualitatem iustitiæ pro pœnis temporalibus, quas Deo debet, ut obiter tractarem illam questionem, vtrum, scilicet, ad satisfaciendum in hac vita pro pœna temporali relictæ ex peccato condonato, necessarium sit, hominem satisfaciendum in gratia

gratia existere. Et hac de re duplicem etiam opinionem inter Catholicos inuenio. Prima fuit quorundam veterum Theologorum, qui docuerunt, non solum in hac vita posse hominem peccatorem, & gratia Dei carentem satisfacere Deo pro pœna temporali peccatis remissis debita; sed etiam in Inferno posse pro illa satisfacere, illamque soluere satisfaciendo. Ita docuit olim Scotus in 4. dist. 15. quæst. 1. a. 4. Maior quæst. 1. Gabriel. dist. 16. q. 2. art. 3. dub. 3. Medina tract. 3. q. 5. dub. ultimo. Durandus dist. 21. q. 2. & Nauarrus etiam cap. 1. de pœnit. dist. 6. num. 47. Probant primò, quia pœna temporalis est finita: ergo compensari potest per æqualem pœnam absque gratia, & dignitate personæ satisfaciendis, vel patientis: deinde, quia illa pœna, cum sit temporalis, non est æterna, sed ad tempus durat; vnde finita est in intentione, & duratione: ergo, si quis illa vel in hoc saculo, vel in alio pariat: nihil amplius debebit.

Scot.  
Maior.  
Gabriel.  
Medin.  
Durandus.  
Nau.

7. Secunda tamen opinio vera, & tenenda docet, hodie nullum hominem in peccato mortali existentem, aut cum illo ex hac vita decedentem, posse Deo satisfacere, vel in hac vita, vel in alia pro pœnis temporalibus, ex peccatis mortalibus, condonatis relictis, imò nec pro vniuersalibus pœnis. Ita docet expressè Soarius tom. 4. de pœnit. disput. 36. sect. 2. num. 3. assertione 1. in editione Moguntina. Henriquez lib. 5. de pœnit. cap. 18. num. 3. D. Thomas in 4. q. 1. artic. 3. quæstiunc. 2. Caietanus tom. 1. tractat. 6. de satisfact. in opusc. quæst. 2. Victoria §. 201. sine. Soto dist. 19. quæst. 1. a. 4. Petrus Soto lect. vltima, de satisfact. Ledesma in 4. q. 13. art. 2. & 3. Bonauent. in 4. dist. 15. art. 1. q. 3. Richardus ibi art. 1. quæst. 5. Paludan. q. 3. Alensis 4. part. q. 85. m. 1. aliàs q. 24. m. 4. art. 1. Marfilii in 4. quæst. 1. a. 2. D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 20. §. 2. & alij: est res adeò clara, ut post Concilium Tridentinum contrarium defendi probabiliter non possit: nam Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 8. & canone 13. apertè definiit, satisfactionem hanc non esse opus non statum virium; sed esse opus gratiæ datæ per Christum Iesum: à quo omnis nostra sufficientia est. Sic enim ait cap. 8. *Nam, qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus, cooperante, qui nos confortat, omnia possumus, in quo sumus, viuimus, & satisfacimus, facientes fructus dignos penitentia, qui ex illo vim habent, & per illum offeruntur, & acceptantur à Patre.* Probatur rationibus. Primò, quia homo in peccato mortali existens in hac vita, & cum eo in Infernum descendens, est Dei inimicus, & hostis, & indignus omni gratia, & favore: non potest autem negari remissionem pœnæ esse maximam gratiam, & fauorem. Secundò, quia in hac vita nullo modo possumus in peccato mortali existentes satisfacere pro pœnis temporalibus alterius vitæ: nam pœnæ huius vitæ per quas pro illis possumus satisfacere, nec proportionem habent, nec comparabiles sunt cum pœnis vitæ futuræ: ergo illa per se, & sine Christi meritis non habent valorem ad remittendam pœnam alterius vitæ: ergo necessaria est gratia, à qua valorem accipiant: hæc autem gratia non potest esse solum auxilians, quia hæc non repugnat peccato mortali; in homine enim existente in peccato mortali inuenitur: sed debet esse sanctificans, & habitualis, quæ conferat dignitatem personæ, ut illius opera pœnalia & satisfactoria valorem habeant, & moralem proportionem ad soluendum, ac compensandum debitum. Tertio, quia vel peccator, quatenus peccator, & in mortali existens, potest satisfacere de condigno, vel de congruo: non de condigno; quia, quando in mortali est, dignus est ut omni gratia, & bono priuatur; & idèd incapax est, ut de condigno mereatur, vel satisfaciatur: non de congruo; quia ex

Soar.  
Henriq.  
D. Thom.  
Caietan.  
Vict.  
Soto.  
Petr. Soto.  
Led.  
Bonau.  
Richard.  
Paludan.  
Alens.  
Marfil.  
D. Anton.  
Conc. Trid.

Conc. Trid.

Cyprian.

6.

Basil.  
D. Aug.

nullo loco Scripturæ constat, Deum hac liberalitate vt cum inimicis suis, ut eis gratis remittat pœnas, pro quibus ipsi verè non satisfaciunt, cum lex generalis Dei sit, ut quò magis quisque in peccatis delictus est, eò maiorem tormentorum pœnam patiat. Quarto, quia apud Deum nulla pœna valet ad satisfaciendum pro pœnis temporalibus ex peccatis condonatis relictis, nisi voluntariè acceptata sit; quia Deus non punit peccata solum in aliorum exemplum: sed in inferno nulla pœna voluntariè acceptatur; inuiti enim ibi patiuntur, seu, ut contrarij loquuntur, satisfaciuntur damnati; neque pœna ibi passà, vllò modo in Dei gloriam, aut honorem, aut satisfactionem refertur: ergo per illam satisfaciendum satisfacere non possunt. Et confirmatur: quia aliàs pœnæ etiam huius vitæ, ut flagella, & suspendia, quæ latrones, & alij perditissimi homines summa impatientia, & Dei offensione sustinent inuiti, valerent quoque coram Deo ad satisfaciendum pro pœna temporali: quod quis diceret?

8. Ad fundamenta primæ opinionis respondeo, pœnam illam temporalem relictam ex peccato mortali, vel veniali, non posse compensari, ac tolli, nisi per voluntariam satisfactionem, quam non possunt habere damnati in Inferno, cum inuiti tormenta ibi patiantur. Deinde respondeo non posse etiam compensari per pœnas temporales in hac vita perpessas ab homine in peccato mortali existente, etiam si voluntariè illas accipiat: quia pœna æterna, quæ per penitentiam condonata fuit, & remissa homini peccatori, cum illi remissum fuit peccatum non simpliciter, & absolute fuit remissa; sed fuit commutata in pœnam temporalem, & non in quancunque pœnam temporalem; sed in pœnam temporalem voluntariam, & amicabilem, quæ solum ab homine amico Dei, & in gratia existente, vel in hac vita, vel in purgatorio igne in alia compensari potest patiendi; quod patet ex Concilio Tridentino sessione 14. cap. 8. dum ait, *Nos in ipso esse, & per ipsum moueri, & per ipsum etiam satisfacere.* Illi autem, qui in peccato mortali sunt, nec in ipso sunt, nec per illum satisfaciunt, ut diximus num. 7.

9. Nec mirum est, quòd in purgatorio igne satisfacere possimus pro hac pœna temporali; quia hoc non est proprie mereri: iam enim remissio peccati mortalis, vel venialis, in hac vita promerita fuit, & aliunde in Purgatorio existentes animæ in gratia Dei sunt; quia cum gratia decesserunt, & voluntariè pœnas satisfactorias ibi acceptant: & idèd ad hanc voluntariam satisfactionem ibi faciendam locus ille à Deo deputatus est.

10. Dices, fieri posse, ut homo ex hac vita discedat cum venialibus, quæ nunquam in eo, quoad culpam, fuerunt remissa; ac proinde non semper illorum pœnam commutatam fuisse in pœnam temporalem. Respondeo, peccata venialia non dissoluere amicitiam Dei, & idèd illorum pœnam non esse æternam, ut commutaretur in pœnam temporalem; sed esse pœnam temporalem ex sua natura, pro qua quis poterit satisfacere in igne purgatorio: solum enim peccata mortalia, cum priuènt peccatores Dei gratia, pœnam æternam merentur, quam Deus ex benignitate sua, infallibilique decreto mutat in temporalem, cum hominibus huiusmodi peccata dimittit.

11. Sed, quid dicendum est de his, qui cum macula, & reatu culpæ venialis ex hac vita discedunt? nam illi cum hac macula, & reatu culpæ cœlum ingredi non possunt, cum clamet Scriptura: *Nihil coinquinatum introibit in eam, aurum mundum, simile vitro mundo.* id est, nihil maculatum in Purgatorio autem hanc

Bellarm.  
Ruardus.  
Vega.

Conc. Trid.

Bayus.

hanc maculam cluere non possunt: quia culpa ipsa, seu macula culpae, non nisi per poenitentiam dimittitur, seu per alia opera, quibus à Deo hanc remissionem mereamur in hac vita: purgatorius autem ignis non est locus merendi, sed est locus satisfaciendi. Quid igitur dicendum est? Respondeo dupliciter: primò enim dico in opinione D. Thomae, peccata venialia non causare maculam in anima: solum enim peccata mortalia hanc maculam causant; sed causare quandam moralem imputationem cum poena temporali debita talibus peccatis: & hæc quidem imputatio per quandam negationem, & desitionem sui cessat in hora mortis, immanente tantum poena temporali illius, pro qua poena homo in igne purgatorio satisfacere potest: definit enim Deus hæc peccata venialia imputare in puncto mortis homini, qui in eo articulo cum peccato veniali discedit, siue discedat cum illo voluntariè, siue inuoluntariè: quia illius oblitus fuit. Respondeo secundò in opinione Soarii, & aliorum iuniorum, qui dicunt, peccata venialia, suo etiam modo, aliqualem maculam causare in animo, Deum in illo primo instanti, quod immediatè sequitur post mortem, causare in homine, seu in anima hominis, dolorem peccati venialis, vel oblitus, vel voluntariè relicti, per quem actum doloris, macula illa, & reatus culpae venialis remittatur: neque hoc est propriè mereri in alia vita; quia cum adhuc homo non sit iudicatus, nec ad Infernum, vel Purgatorium condemnatus; & cum ille actus habeatur in ultimo instante separationis animæ à corpore, adhuc pertinere dicitur ad vitam præsentem. Nec mirum, si ex diuina dispensatione, ac bonitate huiusmodi actum in eo puncto solum illi habeant, qui cum venialibus discedunt; non verò illi, qui cum mortalibus emortuntur: quia illi simpliciter in gratia discedunt; hi in peccato mortali: & quia illi simpliciter sunt amici; hi autem inimici: amici autem fauoribus digni sunt; inimici verò indigni.

12. Addubitant tamen hæc Doctores, an homo in gratia existens satisfacere possit pro poenis temporalibus vnius peccati mortalis, vel venialis, & non pro aliis. Et huic dubitationi breuiter respondeo, certum in primis esse, durante peccato, etiam veniali, non posse quemquam pro poena illi debita satisfacere. Et ratio est in promptu: nam, quandiu peccatum durat, & non est remissum, dignus est homo poena ipsius peccati. Vnde repugnat, posse satisfacere pro poena, quam iustissime meretur quicquid ratione culpae, ante remissionem illius. At verò, dimissis culpis mortalibus, vel venialibus, potest homo iustus satisfacere pro poena vnius mortalis, vel venialis remissi, non satisfaciendo pro aliis: imò, si vnum peccatum veniale remittatur, non remissis aliis, potest adhuc homo satisfacere, pro poena temporali debita huic peccato remisso, non satisfaciendo pro aliis poenis debitis non remissis: quia peccata venialia non tollunt gratiam, nec amicitiam Dei dissolunt: vnde, sicut homo potest consequi remissionem vnius venialis, non alterius; ita potest pro poena vni debita satisfacere, non alteri, si culpa illius iam sit remissa. Contra verò in mortalibus: quia in peccatis mortalibus nunquam potest remitti vnum sine aliis, vt sæpe alibi diximus: vnde nec potest homo satisfacere pro poena temporali vnius, non satisfaciendo pro aliis. Ita resoluit Soarius tom. 4. de poen. disp. 3. sect. 2. num. 6. in editione Moguntina.

13. Sed, cum hæc, & num. 7. dixerimus: nullum hominem in peccato mortali existentem posse pro poenis temporalibus, nec in hac vita, nec in alia ex peccatis mortalibus condonatis relictis, imò nec pro poenis vnius venialis, satisfacere; rogabis hæc, an

bona opera in mortali facta, intentione satisfaciendi pro huiusmodi poenis, adueniente postea gratia, reuiuiscant, quoad hunc effectum satisfaciendi ex opere operantis; & si non reuiuiscant, quem fructum habeant? Respondeo, non defuisse olim Theologos, qui ausi sint affirmare, huiusmodi bona opera reuiuiscere postea adueniente gratia quoad hunc effectum satisfaciendi, quorum opinio, nec vera, nec probabilis est: vnde non reuiuiscere quoad effectum satisfaciendi, docet D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. & Bonauentura ibi a. 1. q. 4. & Paludanus art. 3. q. 4. cui Soarius in 4. dist. 19. q. 1. a. 4. contrarium falsò imponit, & Soarius dicto tom. 4. de poen. disp. 3. sect. 2. n. 7. & alij communiter. Et ratio est: quia illa opera fuerunt quidem non mortifera; nullum enim afferebant peccatum facientis; sed fuerunt omninò mortua: quia, cum à principio caruerint vita gratiæ, valore quoque tum ad satisfaciendum, tum ad merendum caruerunt; & idè sicut postea non reuiuiscunt ad meritum; ita neque ad satisfactionem: gratia enim postea adueniens, illa non informat, & consequenter nec dignitatem, nec valorem confert.

14. Nec tamen idè suo fructu carent temporalia: quanuis enim opera bona in mortali peccato facta, non proficiant ad consequendam gratiam, vel remissionem poenae; proficiunt tamen ad consequenda bona temporalia: primò enim proficiunt ad huiusmodi opera bona faciliùs exercenda: secundò, ad impedienda peccata, & maiorem reatum poenae, quæ ex peccatis impeditis oriri poterant: tertio, ad impetrandum à Deo aliquod auxilium, quo excitemur, vt à peccatis emergamus, iuxta illud Danielis 4. Peccata tua elemosynis redime. quartò, ad impetrandum de congruo aliquod bonum temporale, quia peccator nullius meriti de condigno capax est. Et ita docet expressè Soarius tom. 4. de poenit. disp. 3. sect. 2. n. 9. in edit. Moguntina, & Nauarrus cap. 27. n. 267. & præludio 3. n. 7. & Soarius in 4. dist. 19. q. 1. Medina tit. 3. q. 2. vide D. Thomam 3. p. q. 89. artic. 6. ad 3. & hæc probabiliora sunt; quanuis Glossa in cap. Quod quidam. de poenit. & remissionibus, de fructu horum operum non bene sentire videatur.

15. Et quanuis D. Thomas dicat, esse quædam opera poenalia, studiosa, & honesta, quæ exercita ab homine in peccato mortali existente, aliquem effectum in illo causant, ac relinquunt: vt elemosyna, quæ causat, & relinquit in homine priuationem, ac carentiam boni temporalis per elemosynam dati: ieiunium, corporis debilitatem: & de iis solum dicat, asseratque, posse valere ad satisfaciendum adueniente postea gratia, & charitate, tamen mens Angelici Doctoris, vt illum explicat Soarius modò allegatus num. 8. non est, quòd prædicta bona opera in peccato mortali facta incipiant reuiuiscere, & valorem habere satisfactionis, adueniente postea gratia; sed quòd illè effectus ex his operibus relictus, & postea in statu gratiæ voluntariè acceptatus, Deoque in satisfactionem de nouo oblatum, ad prædictam satisfactionem conferat; per sequentem enim oblationem factam in statu gratiæ acceptantur huiusmodi opera à Deo secundum illos effectus, qui ex illis remanent: & ita, vt diximus, explicat Soarius Angelicum Doctorem, & ita etiam illum videtur explicare Syluester verbo, Satisfactio, num. 7.

16. Hæc dicta sint obiter: proprium enim locum habent in materia de gratia: hic tamen ad plenitudinem, & claritatem doctrinæ necessariò erant perstringenda. Et de his operibus bonis, ac studiosis extra gratiam factis, multa docet D. Augustinus epistola 105. & libro 50. homiliarum, homilia vltima,

D. Thom. Bonau. Palud. Soar.

14.

Soar. Nau. Soar. Med. Glossa.

15.

Soar.

16.

D. Aug.

tima, quem omninò vide, & videri etiam poterit hac de re D. Gregorius relatus in cap. Cauendum. de poenit. distin. 10.

CAPVT II.

Quas condiciones requirat satisfactio: & per qua opera satisfacere possimus: an per opera præcepta, & consilij; an per actus tantum internos; an per poenas, quas necessariò aliunde patimur; an requiratur diuina promissio ad hanc satisfactionem; & an de condigno possimus satisfacere; & an vnus pro alio, & quomodo.

SVMMARIVM.

- Satisfactio debet esse libera, & voluntaria, & quare num. 1
- Opus, per quod satisfacimus, debet fundari in aliquo actu voluntatis bono. num. 2
- Sufficit, quòd hoc opus ab homine in gratia existente fiat, & non est opus, vt ex imperio charitatis fiat. num. 3
- An necessarium sit, vt opus, per quod satisfacimus, fiat ex formali intentione satisfaciendi per illud. num. 4
- Per qua opera satisfacere possimus. num. 5
- An per opera præcepta, & aliunde debita satisfacere possimus. num. 6
- Referitur prima sententia negans. ibid.
- Referitur secunda sententia. num. 7
- Astruitur tertia vera, docens, omnia opera, tam ex præcepto diuino, quam humano debita, valere ad satisfactionem. num. 8
- Respondetur fundamentis primæ, & secundæ sententiæ. num. 9
- An non solum per opera externa, sed etiam per actus internos satisfacere possimus. num. 10
- Affirmatiue respondetur ibi. num. 11
- Satisfit iis, qui contrarium dicebant. n. 11. & 12
- An per flagella à Deo immissa, & per mortem suspendij à potestate publica inflictam satisfacere possimus. num. 13
- An, quando Deus punit in hac vita aliquem iustum pro poenis temporalibus ex peccato relicto, hoc ipso ille iustus liberetur à tota poena temporali. n. 14
- An ad satisfaciendum pro poenis temporalibus relictis ex peccatis dimissis, præter gratiam sanctificantem, ex parte satisfaciendi requiratur diuina promissio. num. 15
- Respondetur affirmatiue. ibid.
- Confirmatur hæc veritas ex Concilio Tridentino. n. 16
- Utrum concurrentibus omnibus circumstantiis nostra satisfactio sit de condigno, an de condigno in hac vita. num. 17
- Pro quibus poenis satisfacere possimus, & de quibus nostra satisfactio intelligatur. num. 18
- Utrum vnus iustus possit satisfacere in hac vita pro poenis alterius. num. 19
- Referuntur opinio negatiua. ibid.
- Astruitur affirmatiua. num. 20
- Soluntur argumenta primæ opinionis. num. 21
- An, quoties vnus iustus voluntariè pro alio iusto in hac vita, & pro poena temporali illius satisfactio satisfaciatur etiam pro suis propriis poenis. num. 22

1. Prima conditio satisfactionis est, vt sit modo aliquo libera, ac voluntaria. Patet ex his, quæ diximus n. 8. capitis præcedentis. Probat, quia satisfactio est effectus virtutis poenitentiae; & de intrinseca ratione virtutis poenitentiae est, vt sit voluntaria desectio peccati. Deinde, quia satisfactio est quidam actus moralis fundatus in valore operis: actus autem sine libertate facti, non sunt morales, & humani; sed sunt merè naturales, vnde satisfactorij esse non possunt. Tandem, quia, sicut homo voluntariè peccauit, voluntariè etiam debet satisfacere: vnde necesse est, vt ipsa satisfactio libera, & voluntaria sit.

2. Secunda conditio satisfactionis est, vt illud opus morale, ac poenale, per quod satisfacimus, in actu aliquo bono voluntatis fundetur; vel saltem, vt per actum voluntatis moraliter bonum acceptetur, & in satisfactionem offeratur, vt notat D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 4. quæstiunc. 1. Paludanus ibi q. 1. num. 10. Soarius tom. 4. de poenit. disp. 3. sect. 3. num. 2. in edit. Moguntina. Et ratio est: quia hæc satisfactio debet esse voluntaria: ergo ex voluntate bona debet procedere: nam, si voluntas sit mala, potius erit digna nouæ poenæ, quam veniæ. Enimverò satisfactio nostra pro poena temporalis relicta ex peccatis condonatis est effectus diuinæ gratiæ: Deus autem non acceptat ad vllum gratiæ effectum id, quod malum est; nec Christus intercedit, vt nostra mala voluntas acceptetur à Patre, in satisfactionem nostræ poenæ.

3. Peres tamen, an oporteat, vt hic actus voluntatis formaliter sit supernaturalis, & imperatus ab actu charitatis formaliter. Et relicto opinionibus, respondeo, non opus esse, vt hic actus sit in se formaliter supernaturalis, aut formaliter ex imperio charitatis procedens: sufficit enim, vt ab homine in charitate, & gratia existente proficiatur; sicut de merito dici solet: nulla est enim de satisfactione maior ratio, quam de merito; ac proinde sufficit, vt actus ipse aliquo modo supernaturalis sit, vel in se formaliter, vel saltem quòd procedat ab aliqua intentione supernaturali, vt de merito dici quoque solet: nam ipsa satisfactio nostra, est per modum cuiusdam meriti, quia non est per exactam poenæ inflectionem, sed per quandam recompensationem proportionatam modo aliquo nostris poenis temporalibus secundum moralem valorem, & existimationem. Obiicies, ad merendum, seu potius ad satisfaciendum pro his poenis temporalibus sufficere opus morale naturalis ordinis, & non opus esse, vt procedat à persona grata, & modo aliquo sit supernaturale: nam, licet ad meritum præmij supernaturalis necessarium sit opus supernaturale procedens à persona grata; tamen ad meritum temporale, opus morale, & naturalis ordinis sufficere videtur; hæc autem remissio, cum sit temporalis poenæ, meritum videtur præmij temporalis. Respondeo hæc æquiuocationem esse in nomine: nam illa poena, temporalis dicitur, vt distinguitur ab æterna, non quòd sit temporalis, hoc est, naturalis ordinis, quæ per actum naturalem, & opus merè naturale remitti possit, procedens à persona, & homine in peccato existente: vnde, licet sit temporalis, quatenus distinguitur ab æterna poena; tamen non est temporalis quatenus opponitur, & distinguitur ab spirituali: nam remissio, & diminutio temporalis poenæ Purgatorij, spirituale bonum est, & ad ordinem rerum spiritualium spectans, cum inde acceleretur Dei, visio; idèoque ad tale bonum promerendum, necessarium est opus aliquod modo aliquo supernaturale.

4. Tertia conditio nostræ satisfactionis est, non opus esse, vt actio nostra, vel opus satisfactorium pro-

cedat ex formali, & expresse intentione, & voluntate satisfaciendi; sed satis esse, ut procedat ex quacunque voluntate placendi Deo, aut consulendi nostræ salutis æternæ: quicquid dicat Henricus de Gandauo quodlibeto 4. quæst. 18. ubi tenet, non posse esse actum satisfactorium, nisi ex expressa, & formali intentione satisfaciendi pro suis peccatis temporalibus procedat ab homine. Sed quicquid ille dicat, doctrina hæc tradita est vera, nullibi enim Scriptura sacra requirit illam formalem intentionem. Deinde, quia, quod sufficit ad merendum, sufficit ad satisfaciendum: ad merendum autem non requiritur, ut quis ex formali intentione merendi operetur; sed satis est, ut faciat opus dignum meriti. Tandem, quia nullus est, qui vel formaliter, vel virtute non intendat consequi apud Deum omnem spiritualem effectum, suis operibus proportionatum: id ergo satis erit ad satisfaciendum pro nostris peccatis temporalibus relictis ex peccatis nostris per penitentiam condonatis. Et ita docet Soarius supra citatus n. 5.

5. Satisfacere ergo possumus per opera pœnalia de se, ut per ieiunium, per orationem, per elemosynas. Et licet in oratione suavitatem spiritus, & nullam pœnam sentiamus; & in ieiunio specialem voluptatem; in elemosynis verò facilitatem maximam & dulcedinem; adhuc opera sunt satisfactoria, quia secundum se pœnalia sunt, & carnis afflictiva, licet ex gratia, & consuetudine facillimè exercentur. Ad orationem reducuntur omnia opera misericordiæ spiritualia: ad ieiunium omnia afflictiva, ut vigilia, flagella, peregrinationes, iniuriarum tolerationes, & quicquid afflictio, aut molestia homini esse potest: ad elemosynam verò omnia opera misericordiæ corporalia, ut, vestire pauperes, eorum sitim sedare, mortuos sepelire, & alia similia. Sed harum trium rerum melior est elemosyna; quia elemosyna prodest nobis, & prodest aliis. Vnde D. Chryostomus homilia 34. ad populum Antiochenum: *Ieiunare quidem, & humi cubare, & exercere virginitatem, & temperanter agere, solis hæc obiectibus utilitatem afferunt: quæ verò proximis à nobis exhibentur, ut elemosyna, doctrina, & charitas, & nobis ipsis, & proximis, ad quos transeunt, profunt.* Deinde oratio: per orationem enim veluti omnipotentia Dei induimur ad impetrandum à Deo id, quod volumus, iuxta illud: *Quicquid oraveritis, credite, quia accipietis.* Vnde D. Augustinus in Psalmo 144. super illud: *Oculi omnium in te sperant, Domine, & c. Quando non dat, non ideo non dat, quod non possit, sed ideo non dat, ne obstit id, quod dat.* Vltimò, ieiunium. Vide Sylvestrum verbo, *Satisfactio*, num. 8.

D. Chrysf.  
D. Aug.  
Sylu.

6. Sed dubium est, an per opera præcepta, & aliunde debita ex alio titulo possimus satisfacere, an solum per opera ex nullo titulo Deo debita. Et hac de re triplex est sententia, Prima ad satisfactionem requirit opera, quæ non sint ex alio titulo, seu obligatione præcepti divini, vel humani debita. Ita Paludanus in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 2. Maior quæst. 2. dubio 1. Almaynus quæst. 1. Scotus quæst. 1. ubi dicit, satisfactionem debere esse ex indebitis: quod in quæst. 2. argumento 1. ad solutionem exponit de debito præcepti: cum Scoto consentiunt Gabriel distinct. 16. quæst. 2. notabili 1. Capreolus distinct. 15. quæst. 1. artic. 3. ad 4. contra quartam conclusionem. Videtur favere D. Thomas quæst. 1. art. 2. ad 3. ubi: *Quædam mensura est homini imposta; id est, impletio mandatorum: quæ ab eo requiritur, & super eam potest homo aliquid erogare, ut satisfaciatur.* Probatum primò: quia id, quod ex vno titulo debetur, est veluti hypotheccatum huic debito: ergo ad solutionem alterius debiti trahi non potest: sicut homo,

Palud.  
Maior.  
Almayn.  
Scotus.  
Gabriel.  
Capreol.

D. Thom.

qui debet Antonio mille, & Petro mille, non potest iisdem satisfacere eadem re, quia ex diverso titulo vni, & ex diverso saltem numero alteri debitor est. Deinde, quia si quis ex voto aliquid debet vni Ecclesie, v. c. vnum calicem, & ex contractu alterum calicem eidem ipsi Ecclesie, non potest vno eodemque calice vtrique debito satisfacere: sic, qui ex voto, & ex præcepto tenetur Sacrum audire, non satisfaciet vtrique obligationi eodem Sacro. Tertio, quia per penitentiam à Confessario iniunctam non potest quisquam implere præceptum de audiendo Sacro.

7. Secunda sententia docet, per opera iure naturæ debita, vel præcepta, satisfacere non posse homines pro peccatis temporalibus suis peccatis debitis; secus verò per opera solo iure humano debita. Ita Archidiaconus, ut refert Sylvester verbo, *Satisfactio*, n. 8. v. c. Vouisti, vel iurasti, te daturum Petro decem aureos: postea alios decem ab eo mutuo accepisti: non poteris vtrique debito satisfacere vnica solutione decem aureorum: quia vnica solutio debita erat ex iure diuino, altera ex iure humano: sic, si meus creditor sit in extrema necessitate, non potero ei satisfacere solutione rei debita; quia ex duplici titulo, & obligatione illam tunc debeo; ex iure, scilicet, naturali, quo tenor succurrere extremè laboranti; & ex iure humano, ex debito humano contracto.

8. Tertia sententia, & vera, docet, omnia opera, etiam ex præcepto, & iure diuino, vel humano debita valere ad satisfaciendum, non quidem ex rigore iustitiæ commutatiuæ; hoc enim modo nec per opera consilij satisfacere possumus; sed de conditione modo infra explicando num. 17. contentus est enim liberalis creditor Deus, ut opus sit sub nostro dominio, & nostrum, & quòd à nobis liberè fiat, & possit non fieri. Ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 4. de peenit. disp. 36. aliàs 37. sect. 4. num. 3. in editione Moguntina, Henriquez lib. 5. de peenit. c. 19. num. 5. Caietanus tomo 1. opusc. tract. 6. q. 1. Sotus in 4. dist. 19. q. 2. art. 1. circa finem. Ledesma q. 14. art. 1. dub. 5. Victoria §. 203. Nauarrus c. 26. num. 23. Albertus Phigijs controuersia 12. Medina tract. 3. q. 4. dub. 3. Adrianus q. 3. de satisfactione, & alij. Probatum primò exemplis: nam, qui martyrium sustinet, quando ex præcepto fidei tenetur, satisfacit pro tota pœna. Nec dici potest, hoc esse priuilegium martyrij; licet enim martyrium magnum habeat priuilegium; non tamen per solam mortem, sed etiam per alia tormenta fieri potest remissio pœnæ, etiam si ad mortem non perueniatur: ergo satisfactio non tollitur, propterea quòd ex præcedenti obligatione diuini præcepti fidei tormenta sustineamus: ergo per opera ex diuino præcepto debita satisfacimus. Probatum secundò, quia nemo dicit, non posse homines satisfacere per elemosynam factam extremè laboranti, & idè ex diuino præcepto debitam; quia illa tunc nec minùs pœnalis est, nec minùs bona, nec etiam minùs Deo accepta; imò, cæteris paribus, gratior est Deo. Idem est de ecclesiastico ieiunio, quòd quidem inter alias causas ab ipsa Ecclesia propter ipsam satisfactionem etiam imponitur. Et eadem etiam ratio est de quacunque corporis afflictione ex voto facta, ac denique de actu contritionis, & dilectionis Dei. Probatum tertio, quia implendo diuina præcepta, mereamur vitam æternam, ut patet ex Concilio Tridentino sessione 6. cap. 10. & 16. ergo, si mererem vitam æternam, etiam satisfacimus: non enim magis, aut minùs requiritur ad meritum, quàm ad satisfactionem. Probatum quarto, & vltimò, quia nostra opera pœnalia liberè facta, etiàs præcepta sint, possunt habere rationem liberæ vindictæ, si pro peccatis, & peccatis

Archid. Sylu.

Soar. Henric. Caiet. Sor. Ledesm. Vill. Nau. Phigijs. Med. Adrian.

& peccatis assumuntur, quia præceptum non tollit illorum libertatem, nec bonitatem, nec pœnam: ergo intentum.

Superest ergo, ut ad fundamenta primæ, & secundæ sententiæ respondeamus: nam ea solum probant, hanc satisfactionem non esse de rigore iustitiæ commutatiuæ; non tamen probant, non posse esse satisfactoria de rigore iustitiæ vindicatiuæ, eo modo, quòd satisfactio in puro homine dari potest: nam quando vtrunque debitum est propria iustitiæ commutatiuæ, non possumus vnica solutione explere duo debita: at verò debitum præcepti, vel voti, vel iuramenti, solum est debitum obedientiæ, temperantiæ, vel religionis; & satisfacere huic debito gratum est Deo, & meritorium, & cum pœnale sit, etiam est satisfactorium. Ad id, quòd additur de ieiunio imposito à Confessario, quò non potest penitens satisfacere ieiunio iniuncto ex præcepto Ecclesie, respondet, id quidem pendere ex intentione Confessarij imponentis penitentiam; quamquam si nihil aliud explicet, vel ex subiecta materia non constet, simpliciter intelligendum est imponere opera, quæ aliàs præcepta non sunt. Illud tamen aduertendum est, per se loquendo, diuersam quidem esse obligationem implendi præceptum à debito satisfaciendi, & posse interdum vnum ab alio separari: ut, v. c. in statu peccati mortalis potest quis implere obligationem præcepti, etiam si Deo non satisfaciat pro peccatis: peccatis debitis interdum verò posse per vnum actum homines in gratia existentes vtrunque facere, & implere præceptum, & satisfacere pro peccatis debitis peccatis iam condonatis; quia, cum sint debita diuersarum rationum, non se impediunt.

10. Et verò non solum per opera pœnalia externa satisfacere possumus; sed etiam per opera merè interna, ut per actus contritionis, & per orationem mentalem, ac meditationem, aliæque exercitia spiritualia; & de operibus externis, ut procedunt ab internis nulla est dubitatio apud Doctores. Ita Sylvester verbo, *Satisfactio*, num. 7. & 8. Soarius de peenitent. disputat. 36. aliàs 37. sect. 5. num. 3. in editione Moguntina. Sotus in 4. distinct. 19. quæst. 2. art. 1. Henriq. lib. 6. de peenitent. cap. 19. num. 8. & multi, quos citat in scholiis. De operibus verò merè internis addubitant nonnulli: sed res est certa, & communis, ut docet Soarius: & ratio est clara, quia actus interiores sunt honesti, & maximè studiosi ac liberi: sunt etiam de se, & ex natura sua valde difficiles, & hominibus mortalibus admodum laboriosi, & pœnales: quid ergo illis deest? Et quidem propter has rationes existimauit Ledesma 2. 4. quæst. 14. artic. 1. dubitatione 4. & Henricus de Gandauo quodlibeto 8. quæst. 18. totam vim satisfactionis positam esse in actu interiori; ita ut actus externus ex opere operantis nihil addat ad satisfactionem conducentis, sicut neque ad meritum: verum falluntur; quia quævis exterior actus non addat essentialem bonitatem, addit tamen accidentalem actui interno: & idè potest augere accidentaliter ipsam satisfactionem: nam, licet actus exterior reuerà non addat bonitatem actui interiori; addit tamen pœnam, quia est intensior, diuturnior, & cum maiori & magis sensibili pœna exerceri solet; & hoc satis est ad maiorem satisfactionem, & ut illam augeat. Nec inde inferri potest, nostram satisfactionem, in hac vita, consistere in pœnarum satisfactioe; siquidem, qui maiores pœnas patitur, magis satisfacit: neque enim id verum est: quia certum est, nos in hac vita satisfacere pro peccatis Purgatoriij per pœnas, quas voluntarie suscipimus, vel patimur: vnde, cum pœnæ huius vitæ non sint eiudem rationis, nec vllam proportionem habeant cum pœnis Purgatoriij alterius vitæ, nec habeant physicam & naturalem æqualitatem.

Sylu. Soar. Sotus. Henric.

Led. Gandau.

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

tem, sed moralem, & secundum moralem valorem aliquo modo proportionentur; idèd pœna huius vitæ non dicitur, nec dici potest satisfactio, sed satisfactio; quauis reuerà in se includat passionem pœnæ sufficientis ad compensandam pœnam ignis Purgatoriij.

11. Ex dictis reicitur opinio Scoti dist. 15. q. 1. §. De secundo principali. ubi è contrario totum valorem ad satisfaciendum per opera pœnalia in hac vita ponit in actu exteriori; ita ut si duo æqualem pœnam externam & dolorem patiantur, quauis in æquales internos actus habeant in intentione, æqualiter satisfaciant. Et cum Scoto consentit Almaynus ibi, quæst. 1. & Gabriel distinct. 16. quæst. 2. art. 1. notabili 1. in fine. Sed hæc opinio nullo probabili fundamento nititur: nam, si duo externum actum æqualem efficiant, & æqualem pœnam, & dolorem in eo efficiendo sentiant; vnus tamen maioris charitatis perfectione, & maiori amore, ac intentione placendi Deo ipsum actum faciat, quàm alter; non est dubium, plùs satisfacere, & plùs mereri istum, quàm meretur alter: imò tantus potest esse feruor mentis internus, ut maiorem satisfactionem conferat actui in pœna exteriori minori, sicut & maius meritum, ut patet in vidua. quæ teruncium tantulum, & duo minuta in gazophylacium coniecit, conuictibus tamen Phariseis magnas elemosynas; quam tamen Christus Dominus maioris meriti præ illis laudauit.

12. Per quencunque ergo actum bonum, siue internum, siue externum satisfacere possumus; licet in eo exercendo facilitatem maximam, & dulcedinem, & nullam omninò pœnam sentiamus ex diuina gratia, ut dixi num. 5. quia omne opus bonum secundum se laboriosum est homini, & aliquo modo in se spectatum, est pœnale, & corpori, ac sensui repugnans: nã omni actui vitioso respondet aliqua pœna sensus, quatenus ipse actus aliquo modo est delectabilis; & omnis actus virtutis est contrarius actui vitij: vnde, si ille secundum se est delectabilis, necessè est, ut iste secundum se sit pœnalis, quatenus contrarius est illi delectationi: si est secundum se pœnalis: ergo est satisfactorius. Nec refert, quòd nullam pœnam homo benè moratus in exercendo virtutis actu sentiat: quia ea diminutio, & carentia pœnæ in exercitio illius ex promptitudine oritur voluntatis, quæ satisfactionem non imminuit, imò auget, sicut auget & meritum. Ita docent communiter Doctores. Nauarrus in Summa Latina, c. 26. Caietanus lib. 1. opusc. tract. 6. q. 1. in solutione ad 3. Soarius tom. 4. de peenit. disp. 37. sect. 6. n. 8. Salmcron. tomo de infantia Christi, tract. 2. in illa verba, *Ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.* & alij communiter.

Scot.

Almayn. Gabriel.

Nau. Caiet. Soar. Salmcron.

13. Dubitabis tamen, an per passiones, & pœnas, quas aliunde necessariò patimur ab extrinseco, v. c. per flagella à Deo immissa, per infamem mortem auctoritate publica nobis ob nostra demerita inflictam, & per alias similes possimus Deo satisfacere pro peccatis ex peccatis condonatis relictis. Et quidem Concilium Tridentinum sessione 14. c. 9. & canone 13. de fide hanc veritatem pro parte affirmatiua definit: ita enim c. 9. *Docet præterea sancta Synodus, tantam esse diuine munificentiæ largitatem, ut non solum peccatis spontè à nobis pro vindicando peccato susceptis; sed etiam spiritualibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum satisfacere valeamus.* Canone verò 13. sic ait: *Si quis dixerit pro peccatis quoad pœnam temporalem minime Deo per Christi merita satisfieri, pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, & c. anathema sit.* Vnde simpliciter hoc de fide est: modus tamen sub opinione esse potest: quidam enim dicunt, posse nos per huiusmodi pœ-

12.

13.

Conc. Trid.



nas satisfacere, voluntarie illas acceptando; ita ut tota ipsa satisfactio consistat in ipso interiori actu voluntatis acceptantis: & hi sunt, Ledesma, & Gandauus, quos retulimus num. 10. medio. Alij dicunt, in huiusmodi poenis duo posse considerari, scilicet, internam actum voluntatis acceptantis, & externam patientiam, & tolerantiam: & dicunt per internum actum voluntatis posse nos satisfacere pro poenis ex peccato debitis, tanquam per satisfactionem propriam: per externam vero patientiam, & tolerantiam dicunt remitti nobis poenas ex peccato debitas, non per modum satisfactionis, sed satisfationis: & addunt, illam satisfationem posse appellari satisfationem; quia reuera has passiones toleramus. Dicendum tamen est, posse nos voluntarie suscipere poenam ab extrinseco illatam, siue à Deo, siue à Iudice propter nostra demerita inferatur, & illam voluntarie acceptare propter Deum, & voluntate illi placendi & per illam poenam sic acceptatam, & passam posse satisfacere pro peccatis nostris, hoc est, pro poenis relictis ex peccato condonato, non solum ratione actus interioris; sed etiam per se, & formaliter per ipsam exteriorem passionem, & poenam, quam patimur. Ita Henriquez libro 5. de poenitentia, cap. 19. numero 5. Sotus distinct. 19. quaest. 2. artic. 2. Syluester verbo, *Satisfactio*, num. 8. & 9. Victoria in Summa, num. 207. Nauarrus in Summa Latina, c. 3. n. 4. Soarius tomo 4. de poenit. disp. 37. sect. 6. num. 5. & 9. Probat, quia Concilium Tridentinum dicit, nos satisfacere per hac flagella patienter tolerata, sicut per ieiunia, & alia opera voluntarie sumpta: & alioquin, si tantum per actum internam voluntatis, quo voluntarie hac flagella à Deo, vel à Iudice immissa patienter toleramus, formaliter satisfaceremus, essent quidem ipsa flagella obiectum actus ipsius voluntatis, per quam satisfacimus: & sic male omnino, & non rectè diceret Concilium Tridentinum, nos satisfacere, per illa flagella patienter tolerata, cum illa rationem satisfationis tunc non ingrediantur.

Henriq.  
Sotus.  
Sylu.  
Vict.  
Nauar.

14. Sed hinc insurgit aliud dubium, an, scilicet, quando Deus specialiter punit in hac vita aliquem iustum pro poenis ex peccato relictis, an hoc ipso omnino ille iustus liberetur à tota poena, quae ipsi peccato in Purgatorio respondebat. Affirmat Victoria allegatus, & Ledesma 2. 4. quaest. 14. art. 2. Sotus vero negat, & contradicit distinct. 19. quaest. 2. artic. 2. & Soarius modò citatus num. 14. quia potest interdum non esse aequalis, ut si sit breuis, & remissa, & quia hoc est speciale priuilegium solius martyrij, ut perfectè omni poena hominem liberet: nec enim eo ipso, quòd Deus specialem hanc poenam, vel permittat, vel immittat, ad purgandum iustum, sequitur, ut statim, & omnino purgationem perficiat: satis enim est, si in hac vita purgatio inchoetur, & in purgatorio igne perficiatur: sicut è contrario interdum accidit reprobis, qui hic puniri incipiuntur, ut poenae in Inferno consummentur, iuxta illud Deut. 31. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima.*

Vict.  
Ledesm.  
Sot.  
Soar.

15. Aliud dubium est, vtrum ad nostram satisfationem requiratur diuina promissio. Et certum in primis est, nos ex opere operantis satisfacere pro poenis temporalibus ex peccatis condonatis relictis, huiusmodi operibus bonis, si à nobis in gratia existentibus efficiantur: vnde necesse est, ut excludatur diuina promissio: si enim hac opera ex diuina promissione satisfactoria essent, iam quidem ex opere operato, per illa satisfaceremus; siue fierent à nobis in gratia existentibus, siue in peccato, & extra gratiam; haberent enim tunc valorem ex diuina promissione, non ex gratia, ac proinde ne diuina promissio illuderetur, & frustratoria esset, necessariò deberent

huiusmodi opera suum sortiri effectum remissionis, à quocunque homine fierent, siue grato, siue peccatore: ac proinde dicendum est huiusmodi opera bona, per quae Deo satisfacimus, prout ab homine grato proficiuntur, proportionem, & valorem in se habere ad hanc satisfationem à Deo impetrandam, seclusa quacunque extrinseca promissione Dei: ut tamen infallibiliter sint satisfactoria, & remissiva poenarum alterius vitae, necessaria est lex & promissio Dei de condonanda, & concedenda, & remittenda hac poena sub conditione praedictorum operum. Ita expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 37. sect. 7. num. 3. & 4. & quos citat num. 2. Et quòd huiusmodi opera, prout ab homine grato proficiuntur, ex se moralem valorem habeant ad impetrandum à Deo hanc remissionem temporalium poenarum, patet: quia illa opera sunt meritoria coram Deo: ergo & satisfactoria: non enim magis requiritur ad merendum, quam ad satisfaciendum. Quòd verò, ut infallibiliter hanc remissionem impetrent, necessaria sit promissio aliqua, & lex diuina, qua Deus se obliget ad illa acceptanda in satisfationem, patet etiam: quia poena temporalis per se debita peccato est poena alterius vitae, seu Purgatorij: sed nulla poena huius vitae est cum ea compatibilis: ergo nec potest esse sufficiens ad satisfationem pro illa, nisi ex promissione & lege diuina, qua Deus promiserit, se acceptaturum eam poenam pro ea satisfatione: & quauis expressè non constet de tali promissione, constat satis ex tacita interpretatione Ecclesiae. Vnde optimè Medina tr. 5. de poenit. q. 3. ita inquit: *Si omnis poena Purgatorij sit alterius rationis à poena huius vitae, non potest satisfactio pro illa fieri, nisi ex sola diuina acceptatione. Si verò aliqua sit eiusdem rationis, ad satisfaciendum pro illa in hac vita, nulla est necessaria lex, aut promissio, qua Deus promiserit, se acceptaturum aliquam huius vitae poenam pro illa; sed ex natura rei fieri potest, per solam passionem talis poena.*

Soar.

Medin.

16.

Conc. Trid.

Et confirmatur hac veritas ex auctoritate Concilij Tridentini: nam Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 8. docet, esse necessariam diuinam acceptationem, per Christum, ut Deus acceptet hanc nostram satisfationem poenae huius vitae, pro poenis temporalibus alterius vitae, hac autem acceptatio fundari debet in aliqua promissione, & lege Dei, qua Deus se obligauerit ad illam acceptandam nam alioquin, cum poena huius vitae diuerse rationis sit à poena Purgatorij alterius vitae, posset Deus illam acceptare, vel non acceptare: & sic non infallibiliter possemus satisfacere nostris poenis pro poenis alterius vitae. Et id videtur Concilium dicere, dum inquit: *In quo satisfacimus facientes fructus dignos poenitentiae, qui ex illo vim habent.* id est, ex cuius promissione, & lege, qua Deus promiserit, se illos acceptaturum pro poenis alterius vitae, vim habent satisfaciendi. Ita explicat Soarius Concilium tomo 4. de poenit. disp. 27. sect. 8. num. 3. in editione Moguntina, & ita etiam explicat ibi illa verba eiusdem Concilij in eodem c. *Nostras satisfationes per Christum offerri Patri, & per illum acceptari.* id est, propter merita illius acceptaturum nostras satisfationes, & poenas huius vitae in compensationem, & satisfationem poenarum alterius vitae propter merita illius: quod est signum quidèntissimum maximi amoris, quo Christus nos dilexit. Et confirmatur rationibus hac promissio: quia, si à Iudice, vel à iure decreta esset aliqua certa poena huic, vel illi delicto, nõ teneretur Iudex aliã acceptare loco illius; maxime, si ea, quae loco illius offerretur, multò fit inferior; sed poena Purgatorij decreta est à Deo iustissima: lege, & iure, & poena temporalis huius vitae, multò est illa

Soar.

illa inferior: ergo, seclusa promissione Dei, qua se obligauit ad illam acceptandam pro poenis Purgatorij, non teneretur Deus ex fidelitate illam acceptare; ac proinde si Deus ex fidelitate non teneretur illam acceptare, nec nostra satisfactio infallibiliter remitteret poenam alterius vitae: licet enim aliqui Theologi, loquendo de satisfatione Christi, & de operibus Christi, propter eius excellentiam, & dignitatem infinitam diuinæ personae, non requirant promissionem Patris factam Christo, qua Pater illi promiserit, se illius opera, & satisfationem acceptaturum in redemptionem generis humani, quia propter eius dignitatem non poterant non acceptari; tamen de nostra satisfatione, cum non fundetur in tali dignitate infinitae personae, aut infinitae gratiae, nullus dubitare poterit propter rationem factam.

17.

Et ex hac resolutione huius dubij praecedentis pendet resolutio alterius dubij, vtrum, scilicet, concurrentibus omnibus circumstantiis, & conditionibus requisitis, nostra satisfactio sit de congruo, vel de iustitia, & de condigno: nam, supposito, quòd simus in gratia, & quòd ex illa à personis gratis fiat, & quòd voluntaria sit, & in bono actu voluntatis fundetur, & in promissione Dei, qua promisit Christo pro nobis satisfaciendi, se propter eius merita, nostras poenas, & satisfationes huius vitae acceptaturum in recompensationem, & satisfationem poenarum temporalium alterius vitae, si illae meritis Christi innitantur; profectò necessariò dicendum est, nostras poenas satisfactorias, & nostra opera poenalia de iustitia, & condigno esse compensatorias poenae temporalis alterius vitae, atque adeò nos per huiusmodi poenas de condigno, & iustitia satisfacere pro poenis alterius vitae: voluit enim Deus, ut seruatis debitis circumstantiis, tanquam liberalis creditor, iuxta leges diuinæ suae clementiae, & liberalitatis, nostra opera voluntaria, & satisfactoria valore haberent, quo ex iustitia compensaremus poenas alterius vitae, & pro illis satisfaceremus; & si non omnino ex rigore iustitiae commutatiuae, saltem ex iustitia vindicatiuae: postulabat enim iustitia puniriua, & vindicatiua Dei, ut aliquid aequiualens iuxta liberales illius clementiae leges pro illis poenis solueremus; & idèd voluit, ut nostrae satisfationes essent in valore aequales poenis alterius vitae. Et ratio est clara: quia, qui subit poenam lege statutam eo modo, quo ex legislatoris voluntate imposita est, condignè satisfacit tali legi: sed homines, subeundo poenas huius vitae, eas subeunt eo modo, quo à Deo lege diuina statuta sunt in satisfationem, & compensationem poenarum alterius vitae: ergo per illas condignè satisfaciunt. Et confirmatur: quia poena Purgatorij non est absolutè à Deo hominibus decretata, sed sub conditione, videlicet, si in hac vita pro illa non satisfaciamus: vnde satisfaciendo, condignè satisfacimus, & illam hic soluimus, & compensamus, si non ex rigore iustitiae commutatiuae, saltem ex iustitia vindicatiuae, iuxta leges diuinæ illius clementiae, ut dixi: vnde impleta hac satisfatione in hac vita, nec de potentia absoluta potest Deus, ut Iudex, homines iterum torquere poena Purgatorij in alia vita, si pro illa plenè in hac satisfecerunt, alioquin esset Deus iniustus Iudex, & infidelis; quia frangeret leges, & promissiones à se positas; quod non est dicendum: licet enim, ut superius Dominus illos iterum torquere, & punire posset illa poena; non tamen, tanquam Iudex iustus iudicans: quia iam iuxta leges, & ius à se statutum satisfecerunt: & idipsum indicat nomè satisfationis: nam satisfaciendum debito, cum soluimus aequale, si non in re, saltè in valore. Et ita docet expressè Soarius tom. 4. de poenit. disp. 37. sect. 9. n. 2. & Henriq. lib. 5. de poenit. c. 19. n. 5. *P. Stroph. Fagundes in quinque praec. Ecol.*

Soar.  
Henriq.

Hac intelligenda sunt de recompensatione poenarum temporalium alterius vitae; poenarum, inquam, Purgatorij: nam si loquamur de poenis extraordinariis huius vitae, quibus Deus extraordinariè vult efficaciter aliquem peccatorem in hac vita punire, propter ingentia illius demerita, tunc quidem non potest iustus de condigno pro illa satisfacere, imò neque aliquid facere, quo infallibiliter auersionem, seu remissionem illius poenae mereatur: & quamuis Deus aliquando has poenas comminetur; tamen fortè non sunt adhuc absoluta voluntate definitae, & idèd possunt per orationem impediti, & per nostra opera illorum remissio, seu potius condonatio impetrari. Ita docent communiter Doctores, Soarius citatus n. 3. in editione Moguntina. Medina tract. de confess. q. 46. & patet ex D. Gregorio Papa lib. 9. Moralium, c. 9. exponente illud Job c. 9. *Deus, cuius ira nemo resistere potest.* Et patet etiam ex illo Hieremiae 18. *Repente loquar aduersus gentes.* & supra: *Si poenitentiam egerit gens illa, agam & ego poenitentiam supra malum, quod cogitaueram.* Et quidem absolutè fuit decreta poena, qua Deus voluit punire Dauid in morte filij, quem ex adulterio susceperat Bethsabee; siquidem Dauid per poenitentiam, & lacrymas illius vitam obrinere non potuit, in quo pios Deus honori Davidis consuluit: noluit enim, ut viueret, ne monumentum peccati, & dedecoris extaret Davidis iam per poenitentiam ad Deum conuersi. Et quia diuina Scriptura passim his scater exemplis, illis superfedeo.

18.

Soar.  
Medin.  
D. Greg.

Vltimum dubium est, vtrum vnus possit satisfacere in hac vita, pro poenis alterius vitae. Et hac de re duas inuenio opiniones. Prima est nonnullorum recentium Theologorum, quos tacito nomine carpit Soarius statim allegandus: ea docet, non posse vnum iustum pro poenis temporalibus alterius vitae, in hac vita satisfacere de condigno pro altero, propriè, & immediatè, soluendo, scilicet, debitum aequalis valoris, offerendòque aequalem in valore ac merito poenam pro illo, quam Deus acceptet, & ob quam illi immediatè remittat suam propriam poenam temporalem relictam ex peccatis sibi à Deo condonatis: posse tamen satisfacere de congruo, impetrando, videlicet, à Deo suis orationibus, aut operibus poenalibus, quae pro altero offert, auxilium aliquod, quo alter benè operetur ad huiusmodi remissionem obtinendam; vel impetrando etiam à Deo, ut Deus illis gratis eam poenam temporalem condonet. Fundamentum illorum est primò, quia debitum poenae temporalis, est debitum personale, & idèd non potest per alium solui, quia in hoc differt debitum personale à reali, quòd debitum reale potest solui, vel ab ipso debitore, vel ab alio pro illo: at verò debitum personale non potest solui nisi per actionem, vel passionem propriae personae; fuit enim hoc debitum contractum in hac persona, & idèd per illam soluendum est, quia non potest vnus ita donare alteri actionem suam, vel passionem, ut illius propria efficiatur. Secundò, quia meritum gratiae, ac gloriae, ita est personale, ut nemo possit alteri suum meritum praestare; ita ut illi valeat ad gratiam, & gloriam obtinendam, quia est pretium, & merces propriae actionis: ergo eadem ratione non poterit vnus pro alio soluere reatum propriae poenae temporalis; quia illa poena est proprium supplicium, & veluti propria merces illius personae malè operantis, & propriae actionis malae. Tertiò, quia hac poena peccatis debita, est medicinalis, & pertinet ad quandam maiorem hominis sanctificationem; nemo autè curatur per medicinam alteri applicatam, & inhaerentè; nec fit immediatè sanctior per bonum opus alterius: ergo nec potest propriè soluere hoc debitum poenae per alterius

19.

fatisfactionem. Tandem : quia facta Scriptura videtur expresse loqui de hac pœna, vt necessariò sustinenda à proprio peccatore : Apostolus enim ad Galatas 6. ita ait : *Vnusquisque onus suum portabit. & 2. ad Corinth. 5. Vnusquisque recipiet, prout gessit in corpore. & 1. ad Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. & Psalmo 61. Tu reddes unicuique secundum opera sua.*

Verùm hæc sententia est omninò falsa, & improbabilis, vt docet Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 48. de suffragiis. sect. 2. num. 4. in editione Moguntina. Docet ergo secunda sententia vera, & tenenda, posse alterum alterius pœnarum onera portare, & vnum iustum pro alio satisfacere de condigno, & de condigno soluere, & compensare pœnam temporalem alterius vitæ pro peccatis sibi remissis debitam, æqualem pœnam in valore pro illo in hac vita offerendo : nam, licet in reddenda ratione pro propria culpa mortali, & pro æterna pœna illi respondente, vnusquisque onus suum portet, & ex propria dispositione, actionibusque, & operibus iudicetur, & frater non redimat fratrem, nec alter alterius possit onera portare : attamen dimissa hac culpa ex propriis meritis fundatis in meritis Christi, & commutata pœna æterna in temporalem propter hanc dimissionem culpæ, potest vnus pro pœna temporali alterius satisfacere, & frater fratrem redimere, ac iuuare, quasi propriæ actionis, & satisfactionis dominus, quam à se, tanquam quid reale, aufert, & in alium transfert. Est communis omnium antiquorum, & conformis doctrinæ Conciliorum, ac sanctorum Patrum, & intentioni Ecclesiæ, ita docet Soarius allegatus : Henriquez lib. 5. de pœnit. cap. 19. n. 6. D. Thomas in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 2. quæst. 1. n. 3. & dist. 45. q. 2. art. 1. & 3. contra gentes cap. 158. D. Bonau. dist. 20. art. 1. & 2. Durandus, & Paludanus, vterque q. 2. Richardus art. 1. q. 3. Sorus dist. 19. q. 2. art. 4. & lib. 3. de natura, & gratia, cap. 6. Gabriel dist. 16. q. 2. art. 3. Alensis 4. p. q. 24. membr. 24. art. 4. Adrianus quodlibeto 8. art. 2. concl. 3. Turrecremata cap. *Mensuram.* & in c. *Quis aliquando.* §. *In Leuitico.* n. 13. de pœnit. dist. 1. Nauar. tractatu de Indulgentiis, notabili 13. & 22. n. 8. & 19. Cafetanus tomo 1. opuscul. tract. 16. q. 1. & 5. Bellarm. lib. 2. de Indulgentiis, c. 2. propositione 2. Medina tract. de satisfact. q. 2. & 3. & tractatu 6. de oratione, q. 19. fin. Corduba lib. 5. de Indulgentiis, q. 5. ad 8. Couar. in c. *Alma mater.* 1. p. §. 4. n. 7. Catechismus Pij V. in fine, de Sacramento Pœnit. n. 81. ibi : *In hoc summa Dei bonitas, & clementia maximis laudibus prædicanda est, qui humane imbecillitati hoc condonauit, vt vnus possit pro alio satisfacere.* Et infra ita addit : *Qui diuina gratia præditi sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persolvere : quare fit, vt quodam pacto alter alterius onera portare videatur.* Declarauit ergo, hanc satisfactionem esse solutionem, quam vnus pro altero Deo reddit, & ipse acceptat. Et infra etiam ita concludit : *Nec verò de hoc cuiquam fidelium dubitandi locus r. lib. est, qui in Apostolorum Symbolo Sanctorum communionem profitentur.* Et ratio est primò, quia in huiusmodi satisfactionibus, & pœnis temporalibus taxandis nihil potest ex rei natura definiti : totum ergo negotium referendum est ad Dei institutionem, & legem, qui de facto eam legem instituit, vt quisque pro suo peccato talem pœnam in Purgatorio pateretur, nisi alius pro illo in hac vita æquivalentem in valore offerret, patereturque, iuxta institutionem, & legem diuinæ suæ liberalitatis, ac clementiæ. Et verò quòd de facto ita Christus hanc legem instituerit, est communis sensus Ecclesiæ, & perpetua traditio, quæ nobis sufficienter fidem facit huius institutionis : hoc enim modo videtur Ecclesiæ semper intellexisse il-

lud articuli Symboli Apostolorum quoad hanc partem : *Sanctorum communionem.* & hoc etiam videtur probare illud Apostoli ad Galatas 6. *Alter alterius onera portare.* cum tamen ibi de peccato, & pœna æterna illi debita statim subdat : *Vnusquisque onus suum portabit ; & quæ seminauerit homo, hæc & metet.* & ad Colossenses 1. *Gaudete in passionibus meis pro vobis.* id est, quia illis satisfacio, pro vestris pœnis temporalibus, vt explicat Diuus Thomas ibi lect. 6. & Origenes homil. 24. in Numeros. Item 2. Corinth. 2. *Cui aliquid donastis, & ego pro vobis, seu propter vos.* vbi loquitur Apostolus de remissione pœnæ, vt illum explicat Theodoretus, & Lindanus lib. 4. *Panopliæ,* cap. 73. *Panel.* in Tertullianum libro ad Martyres, & in Cyprianum epist. 11. Probat secundò, quia est commune apud omnes Doctores, vt vnus iustus satisfacere possit pro alio : satisfacere autem, in proprietate, & rigore verborum, non est impetrare de congruo immediatè à Deo gratuitam remissionem pœnæ temporalis alterius, nec est impetrare à Deo auxilium, quo alter faciat bona opera in gratia existens, vt Deus illi hanc pœnam condonet, vt docet prima opinio ; sed est offerre in satisfactionem illius pœnæ, rem, seu actionem, quæ in valore moralis illam iuxta leges à Deo impositas coæquet, & quam Deus acceptando, alteri pœnam remittat : & nisi hoc ita intelligeretur, profectò etiam Sancti in cælo pro nobis intercedendo, pro nobis possent satisfacere ; quia illi ibi pro nobis intercedendo, nobis à Deo possunt impetrare auxilium, quo opera efficiamus, ob quæ Deus nobis hanc nostram pœnam temporalem remittat. Quis autem dicat, Sanctos in cælo pro nobis satisfacere, cum nobis hoc auxilium impetrant, vel cum à Deo impetrant, vt nobis gratis hanc pœnam temporalem remittat : Probat tertio, quia duobus modis potest intelligi, vt vnus iustus impetret à Deo pro altero remissionem alicuius debiti. Primò, impetrando illi bonum motum, quo efficiat bonum opus, per quod possit remissionem talis debiti obtinere : & hoc modo nemo dubitat, posse vnum iustum, alterum iuuare ad obtinendam remissionem culpæ, non solum venialis, sed etiam mortalis ; nec dum pœnæ temporalis, quia potest illi impetrare auxilium ad se disponendum, vel ad satisfaciendum pro tali culpa, vel pœna, quomodo potest vnus alteri mereri de congruo primam gratiam : sed hic modus non potest habere locum in animis Purgatorij, quia illæ non possunt per sua propria opera satisfactoria soluere pœnam debitam, faciendo, scilicet bona de nouo opera, & bonos actus, quibus satisfaciant ; sed in virtute præteritorum actuum bonorum ibi patiendi, hanc pœnam temporalem luunt : certum est autem, hoc genus suffragij, & satisfactionis, de quo agimus, ad animas Purgatorij etiam extendi. Secundò, vt vnus impetret à Deo immediatè suis orationibus, vel elemosynis, vt gratis, & sine vlla satisfactione propria Deus alteri hanc pœnam temporalem remittat, ac condonet : sed hoc non est propriè satisfactio, seu solutio debiti pro alio ; sed est propriè impetratio remissionis prædicti debiti : diuersum enim quid est, satisfacere pro alio, offerendo creditori illius, rem æqualem in valore, & illi obtinere remissionem debiti gratiosam ; quæ reuera non potest dici satisfactio. Nos igitur, & Doctores communiter, quando agimus de satisfactione, inquirimus, vtrum vnus iustus possit pro altero satisfacere pro pœnis debitis in Purgatorio ; & hoc sine dubio affirmamus : quod est quiddam diuersum ab illa impetratione illius motus, vel gratiosæ remissionis : nã maius quiddam est, impetrare alteri remissionem debiti, & pœnæ, omninò gratam, & liberalem ;

D. Thom.  
Orig.

Theod.  
Lindan.  
Panel.

quàm offerre pro pœna, & debito, quod alius debet, rem aliam in valore æqualem : & de hoc agimus, non de aliis modis satisfaciendi ; quia hic modus est proprius modus satisfaciendi ; alius verò non est modus satisfaciendi, sed modus intercedendi, & merendi.

21. Sequitur, vt argumenta facta pro prima opinione soluiamus. Ad primum respondeo, reatum pœnæ temporalis, debitum esse personale, quia hominem constituit debitorem talis pœnæ, & idèd posse ab illo eam pœnam exigi iustissimè ; nego tamen ita esse personale, vt necessariò sit soluendum per actionem propriam propter legem, quam Deus instituit, vt vel per acceptationem propriam, vel per satisfactionem alterius, talis pœna solueretur, modo numero præcedenti explicato. Ad secundum concedo, meritum gratiæ, & gloriæ, ita esse proprium, vt non possit alteri accommodari : nego tamen, pœnam temporalem ita esse propriam, ac personalem hominis debitoris, vt non possit per satisfactionem alterius compensari : concedo etiam pœnam æternam respondentem culpæ non posse nisi per actionem propriam confessionis, vel contritionis remitti, ac commutari in pœnam temporalem : at nego post factam eam commutationem, non posse per actionem alterius pro illa alium satisfacere ; quia id pendet ex institutione diuina, quæ sic id instituit, vt satis probatum manet. Ad tertium dico, impropiè hanc pœnam dici medicinalem : quia pœnæ illius temporalis remissio non reddit hominem meliorem simpliciter, ac Deo gratiosorem, & idèd nec sanctiorem ; & idèd etiam impropiè dici pertinere ad plenam hominis sanctificationem : quia remissio culpæ sola est, quæ pertinet ad intrinsecam rectitudinem, & sanctificationem hominis, & idèd non fit sine actione personali, & personali dispositione hominis peccatoris : at verò remissio pœnæ temporalis, est quid veluti extrinsecum sanctificationi hominis, vnde potest per extrinsecam actionem, & solutionem alterius, si illi applicetur, compensari. Ad loca Scripturæ dico, ea loqui de remissione peccati mortalis, & pœnæ æternæ illi intrinsecæ, quæ non nisi propria actione & pœnitentia remitti potest, vt diximus, ac proinde nihil ex illis locis contra nos adducitur, quod conuincat.

22. Ex dictis inferes contrarium eius, quod aduersariorum opinio infererebat, nimirum, inferes, quoties vnus pro alio efficaciter satisfacit pro hac temporali pœna, seipsum priuare fructu illius satisfactionis, quantum ad ipsam remissionem pœnæ : quod expresse docet D. Thomas dist. 45. q. 2. art. 1. quæst. 1. n. 3. & dist. 20. q. 1. art. 2. q. 3. & Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 48. de suffrag. sect. 2. n. 17. & alij ex multis, quos retulimus n. 20. Et ratio est manifesta : quia hæc satisfactio est finiti valoris, & solum potest secundum suum valorem valere pro vno reatu pœnæ : ergo, si hic valor pro altero applicatur, non potest habere eundem valoris effectum in ipso applicante, quia hoc excedit valorem operis, vt patet.

D. Thom.  
Soarius.

### CAPVT III.

*Agitur de satisfactione sacramentali. Quæritur, in quo distinguatur à satisfactio-  
ne extra Sacramentum : an sit pars Sa-  
cramenti confessionis, & an habeat ef-  
fectum ex opere operato : & an Confes-  
sarius teneatur condignam satisfactio-  
nem imponere.*

### SVMMARIVM.

*An satisfactio sacramentalis per pœnitentiam à Confessario iniunctam sit pars integralis confessionis.* num. 1  
*In quo distinguatur hæc satisfactio sacramentalis ab alia non sacramentali.* num. 2  
*An satisfactio sacramentalis habeat effectum ex opere operato.* num. 3  
*Quem effectum habeat ex opere operato, & an sit distinctus à remissione pœnæ ex opere operantis concessa.* num. 4  
*Quo tempore conferatur effectus ex opere operato satisfactionis sacramentalis.* num. 5  
*Si quis impleat pœnitentiam ante absolutionem daram, non consequitur effectum ex opere operato remissionis pœnæ temporalis, nisi post absolutionem.* num. 6  
*Tam proportionata potest esse satisfactio à Confessario iniuncta, vt totam pœnam temporalem dimittat.* num. 7  
*An teneatur Confessarius semper imponere pœnitentiam sub mortali.* num. 8  
*Excipiuntur aliqui casus, in quibus non tenetur.* num. 9  
*Quid, si Confessarius iudicet pœnitentem nullam pœnitentiam accepturum.* num. 10  
*An expediat aliquando, quòd Confessarius non obliget pœnitentem ad pœnitentiam, & per modum tantum consilij illam imponat.* num. 11  
*An pœnitens teneatur pœnitentiam acceptare, & acceptatam implere.* num. 12  
*Si grauis pœnitentia est, tenetur sub mortali illam implere.* num. 13  
*Quid, si leuis sit ; sed ob graua peccata, imposta.* num. 14  
*Quid, si grauis ; sed ob leuia peccata iniuncta.* num. 15  
*Quid, si Confessarius imposta leui pœnitentia pro grauib. peccatis, intendat in eâ sub mortali obligare pœnitentem.* num. 16  
*An pœnitens teneatur pœnitentiam acceptare omninò, & an sit absoluendus, si illam non acceptet.* num. 16. & 17  
*Quid, si pœnitens nolit acceptare pœnitentiam, quia grauis, & alium velit Confessarium adire.* num. 18  
*An Confessarius possit obligare pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam, antequàm illum absoluat.* num. 19

**H**actenus egimus de actionibus, per quas possumus satisfacere absolūtè, & extra confessionem : nunc agendum est de satisfactione à Sacerdote imposta in ipsa confessione virtute clauium, atque ad eam de satisfactione sacramentali : de qua non est dubitandum, esse partem materialem huius Sacramenti, vt patet ex Concilio Florentino, & Tridentino sessione 14. can. 4. ibi : *Si quis negauerit, ad integram & perfectam peccatorum remissionem Trid. requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, Confessionem, & satisfactionem, quæ tres partes dicuntur, & c. anathema sit.* Difficultas tamen est, an sit pars essentialis, vel tantùm integralis. Et verò reiecta opinione Paludani dist. 16. q. 1. sine, si opinionis nomen meretur, dicendum omninò est, hanc partem esse integram, non essentialem. Patet primò, quia hæc pars non ordinatur ad priorem effectum huius Sacramenti ; sed ad secundarium : primarius enim effectus huius Sacramenti est remissio culpæ : secundarius verò remissio pœnæ temporalis : vnde, cum satisfactio sacramentalis ad hunc secundarium effectum

effectum ordinetur, non ad illum primum, primum est intelligere, illam non esse simpliciter de necessitate, & essentia huius Sacramenti; an verò sit de necessitate praecepti, tam ex parte Confessarii, quam ex parte penitentis, dicemus infra num. 8. Secundò, quia hoc Sacramentum verè perficitur, & absoluitur, & gratiam confert ante satisfactionem expletam: sed nulla res perficitur absolute quoad suam perfectionem essentialem, sine suis partibus essentialibus: ergo satisfactio non est de essentia huius Sacramenti. Dices: Ante satisfactionem expletam: & cum penitens accedit ad confessionem, iam habet hanc satisfactionem in voto, & hoc modo esse essentialem. At hoc dici non potest; & quia adhuc sub quaestione est, an hoc propositum, & votum necessarium sit. Secundò, quia interdum potest perfici hoc Sacramentum nulla satisfactione imposita, vt in eo, qui vel statim emoritur, vel tantum habet dolorem culpatum, vt prudenter iudicet Confessarius, illum sufficere ad totam poenam temporalem remittendam. Est communis tora hæc doctrina hæc explicata. Eam docet D. Thomam in 3. p. q. 90. art. 2. & 3. & D. Thomam sequuntur omnes illius discipuli. Docet etiam Soarius tomo 4. de poenit. disp. 38. section. 1. numer. 3. Capreolus q. 3. artic. 3. in fine. & Sotus dist. 17. q. 1. art. 3. Cano in relectione de poenit. p. 5. & alij communiter.

D. Thom.

Soarius. Capreolus. Sotus. Cano.

Distinguitur verò hæc satisfactio sacramentalis ab alia non sacramentali, de qua egimus duobus capitibus præcedentibus: quia ista est maioris virtutis, efficacique, quam alia: semper enim ista habet aliquem effectum ex opere operato certum, & determinatum, quem alia non habet: licet enim alia, supposita promissione Dei, qua promissit, se accepturum nostra opera bona, in satisfactionem nostrarum, vel alienarum poenarum temporalium, quæ ex peccatis, ac culpis remissis relinquuntur, infallibilem habeat effectum; arramen ille effectus pendet ex opere operantis: & licet sit infallibilis, positus omnibus conditionibus requisitis, de quibus egimus capite præcedenti, initio, & certus in assecutione; non est tamen certus quoad gradus, & entitatem illorum: effectum autem huius satisfactionis sacramentalis, cum sit ex opere operato, infallibilis est, & certus quoad gradum in omnibus poenitentibus: & quamvis illi, qui maiori dolore, vel amore suam expleverint poenitentiam sibi à Confessariis impositam, maiorem effectum remissionis poenæ temporalis assequantur, id quidem iam est ex opere operantis, non ex opere operato, vt patet.

3. Soarius.

Conc. Trid.

Et verò quòd satisfactio sacramentalis aliquem effectum habeat ex opere operato, docet Soarius expressè tomo 4. de poenit. disp. 28. sect. 1. num. 1. in editione Moguntina. Indicat Concil. Tridentinum citatum sess. 14. can. 4. & capit. 3. vbi definit, satisfactionem esse partem materialem huius Sacramenti: vnde, si est pars Sacramenti, necessè est, vt habeat aliquam significationem propriam ipsius Sacramenti, & sit signum sacramentale nouæ legis: signa autem sacramentalia efficiunt, quod significant: vnde, cum sint signa gratiæ, & gratiam significant, necessè est, vt illam ex opere operato producant. Producit ergo hæc pars effectum gratiæ ex opere operato, quem significat. Confirmatur: quia hæc sacramentalis satisfactio procedit à potestate clauium, quatenus imponitur à Confessariis: ergo à potestate soluendi, & remittendi peccata, & poenas temporales illorum, quæ omnia sunt subiecta Sacerdoti per confessionem: ergo ex Christi institutione illi à Sacerdote applicantur Christi merita, tanquam parti integrali ipsius Sacramenti: ergo ex

opere operato aliquem effectum debet habere, alioqui enim in nullo distingueretur hæc sacramentalis satisfactio à non sacramentali, quod non est dicendum.

Hic autem effectus, quem ex opere operato sacramentalis satisfactio habet, & in quo distinguitur à non sacramentali, ommissis opinionibus, est remissio aliqua certa quoad gradum poenæ temporalis relicta ex ipso peccato condonato, præter illam, quæ fit ex opere operantis, quæ est maior, vel minor in entitate, & gradu, iuxta maiorem feruorem, & dispositionem operantis. Et hæc est communis Theologorum sententia in 4. dist. 15. & 16. & eam docet Soarius allegatus dicta sect. 1. num. 2. vbi citat D. Thomam: docet etiam Caietanus tomo 1. opuscul. tract. 6. q. vltima. Cano supra allegatus, & Sotus dist. 20. q. 2. artic. 3. Et ratio est: quia hæc satisfactio sacramentalis, & pars Sacramenti integralis, ex peculiari intentione instituta fuit à Christo Domino ad remissionem poenæ temporalis, vt patet ex dictis: ergo ex peculiari institutione Christi in remittenda hac poena debuit habere suum effectum ex opere operato. Et confirmatur: quia totum hoc Sacramentum, quoad suas partes essentielles, & integrales, institutum fuit à Christo Domino ad remissionem culpæ mortalis, & poenæ temporalis ex remissione huius culpæ relicta: sed hæc pars non ordinatur ad remissionem culpæ: ergo ad remissionem poenæ: ergo circa remissionem huius poenæ debet habere suum effectum ex opere operato: nam hæc pars hunc maximè effectum significat: quia satisfactio nihil aliud est, quam quædam poenitio, seu comprehensio poenæ temporalis alterius vitæ, in satisfactionem, seu punitionem impositam à Confessario: ergo specialiter significat remissionem illius poenæ: ergo illam necessariò efficit ex opere operato, cum id efficiant Sacramenta nouæ legis, quod significant.

Soarius. D. Thom. Caiet. Cano. Sotus.

Sed hic insurgit dubium non vulgare, quo, scilicet, tempore conferatur hic effectus ex opere operato, an statim ac ipsa satisfactio imponitur à Confessario, acceptatur à poenitente, & ipse poenitens à Confessario absoluitur; an post illam expletam, atque perfectam. Et hæc de re duplex est sententia. Prima docet, ipsum effectum incipi ferri statim ac ipsa satisfactio à Confessario imponitur, & à poenitente acceptatur: perfici verò omnino, cum poenitens absoluitur; quia tunc totum Sacramentum perficitur. Ita docet Alensis 4. p. q. 8. memb. 2. artic. 3. & non est improbabilis hæc sententia; & in ea dicendum est, si quid adhuc poenæ temporalis restat eluendum, si homo moriatur post datam absolutionem, & ante satisfactionem expletam, mitius fore in Purgatorio puniendum.

Alensis.

Secunda sententia probabilior docet, hunc effectum non produci, nec conferri, nisi impleta tota satisfactione, imposita à Confessario. Fundamentum illius est: quia, sicut ipsum Sacramentum non habet suum effectum ex opere operato, donec totum perficiatur, absoluatque: ita neque pars eius, proportione seruata, qualis est ipsa satisfactio sacramentalis, suum effectum ex opere operato habebit, donec tota perficiatur ab ipso poenitente: quia eadem proportio seruari debet in toto Sacramento, atque in parte sacramentali illius. Et huius sententiæ videtur esse Soarius tomo 4. de poenit. disp. 38. sect. 2. numer. 4. in editione Moguntina; & in ea dicendum est, si poenitens, antequam expletum sit tempus assignatum à Confessario ad eam satisfactionem implendam, alia opera studiosa in gratia existens efficiat, per illa posse totam poenam temporalem ex opere operantis remitti, vel etiam ex opere operato, si in eo tempore alia Sacramenta recipiat:

Soarius.

Adrian.

recipiat: quia ipsa impositio poenitentiae Sacerdotis, non abtulit vim suam aliis operibus satisfactoriis: in quo malè omnino asseruit Adrianus quæst. de clauibus, dubio 2. circa finem, cum dixit, satisfactionem sacramentalem semel à Confessario impositam, & à poenitente acceptatam, ita esse necessariam ad tollendum reatum poenæ temporalis post confessionem relictum, vt in hac vita nullis aliis operibus satisfactoriis tolli possit.

6.

Sed quid, si quis poenitentiam, satisfactionemque à Confessario impositam impleat, antequam absoluat, quod olim fieri solebat, & nunc interdum fieri potest ad maiorem experientiam emendationis poenitentis; habebitne expleta satisfactio statim suum effectum ex opere operato, supposito, quòd poenitens per contritionem, & gratiam sit dispositus: Respondeo, non habere hunc effectum ante datam absolutionem: quia Sacramentum non habet suum effectum ex opere operato, antequam perficiatur: perficitur autem per formam, vt patet inductione facta in omnibus aliis Sacramentis. Deinde, quia hic effectus secundarius remissionis poenæ temporalis est coniunctus alteri principali, qui est remissio culpæ: sicut ergo non remittitur culpa ante absolutionem; ita non remittitur poena temporalis ex opere operato ante illam, seruata eadem proportione: nam, sicut homo per contritionem, quæ est potior pars in hoc Sacramento, non habet effectum gratiæ ante absolutionem ex opere operato; sed tantum ex opere operantis: sic etiam satisfactio ipsa ante absolutionem datam effectum solum habebit ex opere operantis alicuius remissionis poenæ temporalis: postea verò absoluto, & perfecto Sacramento per absolutionem dabitur totus effectus ex opere operato.

7.

Animaduertendum hic etiam est, posse aliquam satisfactionem ita esse proportionatam peccatis confessis, vt illa imposita & expleta, totus reatus poenæ temporalis remittatur: nam, cum hic reatus sit finitus, potest adæquari per satisfactionem finitam; imò fieri etiam potest, vt interdum tanta sit ea satisfactio, vt excedat ipsum reatum poenæ: interdum verò tam remissa, vt poenam adæquare non possit: & tunc non carebit effectu remissionis sibi proportionato.

8.

Inquiri etiam hic solet, an teneatur Confessarius semper imponere satisfactionem poenitenti, & an poenitens teneatur illam acceptare, & post acceptationem sub peccato mortali implere: Et breuiter respondeo, regulariter loquendo, teneti hanc poenitentiam, & satisfactionem imponere: exceptis nonnullis casibus, quos statim referemus. Patet ex

Conc. Trid. Soarius. Henriq.

Ledesma. Caiet.

Concilio Trident. sessio. 14. cap. 8. & ex cap. *Omnis viri quo*. de poenit. & remiss. & docet Soarius tomo 4. de poenit. disp. 38. section. 3. num. 1. in editione Moguntina, Henriq. lib. 5. poenit. cap. 20. num. 6. ad finem. Ledesma q. 20. art. 4. fol. 301. nihil: Caietanus verbo *Satisfactio*, cap. 1. ad medium: & verbo, *Confessori necessaria*, ad medium: & citant D. Thomam, Paludanum, Angelum, & Syluestrum. Et ratio est citata: quia satisfactio est pars integralis huius Sacramenti, & Confessarius tenetur integrum facere Sacramentum: quia est Medicus, & Index, & vt Medicus tenetur curare vulnera poenitentis, vt Index tenetur seruare equitatem arbitrio suo necessarium, imponendo maiorem, vel minorem poenitentiam, & satisfactionem, pro qualitate criminum, dispositione ac contritione, imò & pro qualitate personæ poenitentis: vnde leuior satisfactio debet imponi ei, qui ostendit magnam contritionis signa, & longioris vitæ bonam frugem, ac statum; & qui infirmior est animo, & corpore: feruentioribus tamen adolescentibus ne imponat eas, quibus

vires breui consumant, atque amittant: suauior debet etiam esse Confessarius erga eos, qui bono zelò obiurgationem suam accipiunt; & animo emendationis, & propriæ respicientiæ indice. Vnde colligitur, hanc obligationem ex parte Confessarii esse mortalem: quia impositio poenitentiae, & satisfactionis pertinet ad integritatem Sacramenti, & religionem illius.

Sunt tamen nonnulli casus, in quibus licitum est ei absolue absque iniuncta poenitentia, satisfactioneque. Primò in mortis articulo: satis enim est tunc contritio, & dolor morbi, loco poenitentiae: conueniens tamen erit, vt in eo articulo brevis saltem oratio, aut percussio pectoris à Confessario poenitenti imponatur, vel saltem, vt si conualuerit, impleat hanc, vel illam poenitentiam. Ita Doctores communiter, Henriquez lib. 5. de poenitent. cap. 20. numero 6. & citat ad marginem in scholiis, & commentariis Magistrum distinct. 20. & ibi Richardum, & Carthus. quæst. 1. Petrum Sotum de satisfactione, lect. 21. Ledesmam, Medinam, & alios. Secundò, quando scrupulosus homo sapius intra horam redit cum nouis culpis, vt sæpè absoluitur. Ita præcitari Doctores. Tertiò, si forte credit Confessarius poenitentem ob vehementissimam contritionem integrè Deo satisfecisse. Ita docet expressè Henriquez allegatus: indicat Nauarrus in *Manuali Lat.* cap. 26. numero 21. sed ille ibi solum dicit, magnitudinem contritionis posse esse in causa, vt Confessarius minuat poenitentiam; non tamen dicit, vt omitat: sed reuera tanta esse potest contritio, vt Confessarius iudicet, se non debere imponere vllam poenitentiam, vt docet etiam Soarius allegatus tomo 4. de poenitentia, disp. 38. sect. 3. num. 4. in editione Moguntina, approbans hunc casum, & primam, quia non est de integritate huius iudicij, & Sacramenti, vt imponatur poenitentia; sed tunc solum, quando intelligitur durare reatus poenæ.

9.

Henriq.

Magister. Richard. Petr. Soto. Ledesma. Medina.

Nauar.

Soar.

10.

Quidam addunt quartum casum, videlicet, si Confessarius probabiliter iudicet, poenitentem non esse admittendum vllam poenitentiam, ne scilicet, Sacramentum, quod institutum fuit à Christo Domino in fauorem poenitentis, in illius laqueum vertatur: & quia, sicut Confessarius imbecillibus corpore, ita & imbecillibus animo debet etiam morigerari, hic autem imbecillis animo est: & denique, quia hæc imperfectio Sacramenti toleranda est propter salutem poenitentis. Et pro hac opinione citat Henriquez Nauarrus in *Manuali Latino*, cap. 26. num. 21. & 18. Sed ibi Nauarrus solum dicit, posse Confessarium minuire poenitentiam imbecillibus, atque infirmis animo, & corpore: aliud autem est illam minuire; aliud nullam imponere, quando iudicat, nullam ab poenitente fore accipiendam. Citat etiam pro hac opinione Caietanus, Ledesmam, & Victoriam; sed loca non allegat, & sic credere licet, videre non licet. Citat denique cap. *Significatio*. de poenit. & remissionibus, & ibi Hostiensem, & Abbatem in cap. *Cum eo*. eodem titulo. Verum illi, aut obscure loquuntur, aut solum dicunt, mitius agendum esse Confessario cum infirmis animo, & corpore. Quamobrem hunc quartum casum non admitto; imò addo, debere Confessarium negare ei absolutionem quasi impoententi, si in re graui poenitentiam, & satisfactionem à se iniunctam acceptare detrectet: quia, cum tunc acceptare detrectat, iam improbabilis censi potest sententia opposita, vt ei possit licite Confessarius conformari. Et ita docet expressè Henriquez lib. 5. de poenitent. cap. 20. numero 2. medio: habet enim Confessarius clauium potestatem, & potest

Henriq.



test ligare, & obligare sua sententia, & praecepto, tanquam Index, ipsum poenitentem ad acceptandam condignam satisfactionem.

11.

Non tenetur tamen ipse Confessarius semper huiusmodi satisfactionem, & poenitentiam per modum praecepti obligantis ad mortale, nisi impleatur, imponere: & ided dixi numer. 8. regulariter loquendo, ad id teneri: non dixi verò semper ad id teneri; quia expediet interdum aliquam, vel aliquas per modum consilij iniungere, si poenitens velit illud acceptare, sine vlla obligatione peccati: vt, Si hoc feceris, tibi seruiat in satisfactionem. Et haec quidem satisfactio est verè sacramentalis; licet forte minoris sit efficaciae, quam qua imponitur sub praecepto. Et ratio est primò, quia Confessor est Iudex; & Praelati, ac Iudices solent interdum quaedam statuere absque praecepto, volentes obligare ad poenam tantum, non ad culpam: sic de consilio etiam, in communi absolutione ad maiorem satisfactionem addimus: Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c. Secundò, quia satis est satisfactio per modum consilij imposita, vt virtute clauium eleuetur ad operandam satisfactionem, seu remissionem poenae temporalis relictae ex culpa mortali condonata: & hoc modo solent aliquando concedi Indulgentiae, quarum applicatio ad clauis quoque suo modo pertinet: vnde colligitur, posse Confessarium hoc etiam modo imponere poenitentiam, vel totam poenitentiam, vel partem, prout iudicauerit expedire ad maiorem utilitatem poenitentis: oportebit tamen, vt Confessarius exponat poenitentiam, quid sub consilio, quid simpliciter & sub praecepto illi iniungat, ne postea ex conscientia erronea putet se peccare, vbi peccati materia non est. Ita docet expressè Soarius tomo 4. de poenit. disp. 38. sect. 3. num. 2. in editione Moguntina, & Henrici lib. 5. de poenit. cap. 21. num. 5. Ledesma, quem ibi citat Henricus 2. p. 4. q. 20. art. 4. post initium, cum Paludano dist. 20. q. 2. num. 4. & Nauarro cap. 26. num. 20. & Syluestro verbo, Confessio, 1. §. 26. & Victoria §. 193. & colligitur ex D. Thoma quodlibeto 3. articulo, 28. & idem Victoria in eadem Summa n. 210. significant tamen aliqui eorum, vt aliquod saltem imponat de praecepto, quamuis Soarius, & Henricus expressè dicant posse praedictum Confessarium imponere de consilio, non de praecepto, vel totam, vel partem poenitentiae arbitrarie: & hoc fortasse est, quod Auctores n. 10. allegati dicunt, posse Confessarium morigerari poenitentem, animo, & corpore infirmo.

Soarius.

Henricus. Ledesma. Paludanus. Nau. Syluester. D. Thom. Victor.

12.

Dubium ergo est, an poenitens teneatur satisfactionem impositam acceptare, & acceptatam implere? Respondeo, ad vtrumque teneri. Et ratio est: quia Confessarius est Iudex, & tanquam Iudex potest obligare subditum, vt satisfactionem impositam acceptet, & impleat, & ille tenetur obedire: & haec obligatio de se est grauis, & mortalis, nisi ex leuitate materiae constet esse venialem. Et haec opinio certa est, & vtraque manu, imò & toto peccatore tenenda, adeò vt sine temeritate negari non possit, & Victoria existimauerit, eam esse de fide. Aperit eam docet Concilium Tridentinum sessione 14. c. 8. ibi: Debet ergo Sacerdos Domini, quantum spiritus, & prudentia suggererit, pro qualitate criminum & poenitentiam salutem, & facultate, salutare satisfactioes iniungere, ne si forte peccatis conuincant, & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quadam opera pro grauissimis delictis iniungendo, aliorum peccatorum participet. Hanc quoque opinionem docet expressè Soarius tom. 4. de poenit. disp. 38. section. 7. num. 2. Victoria in Summa, num. 240. Sotus dist. 20. quaest. 2. art. 2. Petrus Soto lect. 2. de satisfactione. Cano relect. de poenit. part. 5. in fine,

Soarius. Victoria. Sotus. Petrus Soto. Cano.

Ledesma 2. part. 4. quaest. 20. artic. 3. olim eam docuit Magister dist. 16. & ibi D. Thom. quaest. 1. artic. 3. quaest. 3. Richardus artic. 2. quaest. 5. Paludanus distinct. 20. quaest. 2. in fine; & ibi Maior quaest. 5. & dist. 17. quaest. 2. & Durand. ibi quaest. 2. & 3. & Alensis 4. part. quaest. 24. membr. 4. artic. 5. alias q. 64. membr. 2. art. 3. & membr. 3. artic. 1. & alij passim.

Ledesma. Magister. D. Thom. Richardus. Paludanus. Maior. Durand. Alensis.

13.

Vnde sequitur, teneri poenitentem, poenitentiam acceptatam, si grauis sit, implere sub mortali, vt docent praedicti Auctores: & id verum esse ait Henricus lib. 5. de poenit. cap. 20. numer. 3. etiam si ea grauis poenitentia pro peccatis iam ritè confessis, & absolutis, imò & pro venialibus poneretur, vt plerumque fieri solet in longa ac diuturna confessione totius vitae, vel cum viro religioso pro peccatis venialibus periculosis, & saepe iteratis, grauis poenitentia iniungitur pro compensatione poenae temporalis, & in medicinam praeseruatiam futuri periculi, clauibus non errantibus: sicut enim Confessarius simpliciter absoluens à venialibus, & mortalibus iam ritè confessis, gratiam confert poenitentibus; ita simpliciter, & absolute ligat, posito quòd illi velint accipere gratiam ab hoc Iudice: abundè enim recompensatur hoc onus grauis poenitentiae ingenti fructu gratiae & bonorum, quem Iudex, cui se sponte subiiciunt, per absolutionem eis confert. Sic discit Henricus. Quae opinio mihi placet: quia hic forte non ex causa, sed ex quantitate poenitentiae sumitur grauitas materiae: & citat pro se Henricus Nauarrum in Manuali Latino, cap. 21. num. 44. sed Nauarrus ibi num. 43. (neque enim habet num. 44.) solum dicit in fine ipsius numeri, poenitentiam, quae imponitur ob veniale peccatum, non obligare ad mortale, communiter loquendo, nisi omittatur ob contemptum: sed forte loquitur ibi Nauarrus de poenitentia leuibus, & ordinariis, quae ordinariè imponuntur ob venialia, non de poenitentia grauibus, quae solent interdum imponi, vt docet Henricus, allegatus.

Nau.

14.

Contrà verò, si leuis poenitentia ob mortale, vel mortalia imponatur, vt poenitenti infirmo imponi solet, aut tempore Iubilaei maxime, in quo alia opera, & actiones satisfactoriae praecedere solent; aut si ab eis peccatis fuerat poenitens iam indirectè absolutus, & illorum oblitus fuit; & denique in quocunque casu, in quo leuis poenitentia pro grauibus culpis imponitur, existimat Henricus, allegatus non obligare sub mortali in num. 4. & cum Henricus, id ipsum docet Soarius tomo 4. de poenit. disput. 38. section. 7. num. 5. in editione Moguntina. Et fundamentum est: quia haec sententia, & obligatio Iudicis Confessarii non tam respicit causam, seu culpam, quam grauitatem poenitentiae: potuit enim Iudex habere causas sufficientes, & rationabiles iudicandi eam poenitentiam admodum leuem tunc sufficere, & causae esse possent, vel nimia patientia, & tolerantia poenitentis in perferenda obiurgatione Confessarii, vel magnus dolor illius, aut conscientiae timor: semper enim praesumendum est pro Iudice.

Soarius.

15.

Sed quid, si Confessarius pro mortalibus imponat leuem poenitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? Respondeo in primis, id nunquam esse de eo praesumendum, nisi forte id exprimat, ac intimet poenitenti: si tamen id intimet, existimo sub mortali obligare, quia iam huiusmodi praeceptum non habebit vim obligandi ex quantitate, & grauitate poenitentiae iniunctae; sed ex intentione Iudicis illud imponentis. Sic, qui vouit votum de re minima, aut iuramentum promissorium efficit de eadem re minima, non obligatur ad illius implentionem sub mortali: nisi se ex speciali intentione sub

sub mortali voluerit obligare: totum enim id negotium pendet ex intentione vouentis: & sicut actus humani intentionem agentium effugit non possunt; sic nec illam egredi. Et ita videtur edocere Henricus lib. 5. de poenit. cap. 20. n. 4. nam ad marginem, litera N, dicit, sic limitandus esse, qui dicunt poenitentiam impositam pro venialibus non obligare sub mortali, quasi velint Confessarios communiter id non intendere; secus verò, si id intendant, aut si ob eadem venialia magnam poenitentiae satisfactionem iniungant; & hi sunt, Paludanus in 4. dist. 20. q. 1. Palatius dist. 17. q. 7. pagina 264. litera F. Alexand. in Summa, lib. 1. tit. 4. c. 4. Arnilla verbo, Confessio, §. 10. Ledesma 2. p. 4. q. 11. art. 3. dub. 5. Nauarrus c. 21. num. 43. & alij.

Henricus.

Paludanus. Palatius. Alexand. Arnilla. Ledesma. Nau.

16.

Sed addubitant adhuc nonnulli, an poenitentes sub mortali, & praecepto teneantur acceptare poenitentiam à Confessario praescriptam. Et hac de re bipartita est opinio. Prima vera, & tenenda affirmat teneri. Eam docent omnes Doctores allegati n. 12. & colligitur ex Leone Papa epist. 89. alias 91. habetur ex cap. Multiplex. de poenitentia, & remissionibus, & ex Concilio Salegustadiensi cap. 18. in tomo 3. Conciliorum, ibi: Multi tanta falluntur stulticia, vt capitali crimine culpatae poenitentiam à suis Sacerdotibus acceptare nolint. Et probatur efficaciter ex Concilio Tridentino. sess. 14. cap. 8. cuius verba retulimus num. 12. Et rationibus satis euidenter probatur. Primò, quia Sacerdos est Iudex, & Medicus; & vt Iudex, tenetur aequitatem seruare, & subditus tenetur parere Iudici legitimo, ac vero, iusta praecipienti; vt Medicus, tenetur vulnera curare: ergo intentum. Secundò, quia satisfactio est pars integralis huius Sacramenti, vt de fide definit Concilium Tridentinum, dicta sess. 14. can. 4. sed tam poenitens, quam Confessarius concurrunt ad integrandum hoc Sacramentum & iudicium: ergo vterque tenetur illud integrare, Iudex imponendo iustam poenitentiam, subditus ac poenitens patendo, illam acceptando, & exequendo. Tertio, quia Concilium Tridentinum sessione 14. canone 10. de fide definit, sacramentalem absolutionem esse verum actum iudiciale: ergo tenetur poenitens sub mortali parere Iudici, recta praecipienti: est enim verè subditus Sacerdotis in hoc foro; & haec tam procedunt in confessione annuali ex obligatione. Quadragesima, quam in quacunque alia confessione voluntariè facta, si sit de materia necessaria; praesertim, quia etiam in hac concurrat ratio, & obligatio integrandi hoc iudicium, vt patet. Auctores pro hac parte iam citauimus num. 12. & 8.

Leon.

17.

Contraria sententia, quam Soarius tomo 4. de poenit. disput. 38. sect. 7. n. 2. reuerentiam, & sine fundamento appellat, docet, non teneri poenitentes acceptare poenitentiam in hoc saeculo; sed posse acceptare illam hic, vel relinquere ad Purgatorium. Eam docet expressè Nauarrus in Manuali Latino, cap. 26. n. 20. Scotus in 4. dist. 17. Gabriel dist. 16. q. 2. & Medina C. de confessione, fol. mihi 75. vbi aperte dicit, sufficere poenitenti propositum satisfaciendi Deo hic, vel in Purgatorio, & non teneri poenitentiam acceptare à Confessario in satisfactionem in hoc saeculo peragendam. Et haec opinioni existimat Nauarrus consentire Hostiensium in Summa de poenit. §. Et an sit. vers. Quid de operibus. & Panormitanum in cap. Significauit. n. 2. eodem titulo: quamuis illi ibi dicant, teneri poenitentes acceptare, aliquantulum, saltem minimam, veluti vnam orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam; quam tamen limitationem inutilem prolixius iudicat ipse Nauarrus. Certè non inuenio fundamentum huic sententiae Nauarrus, nisi forte dicat, peccatorem in hac vita non teneri satisfacere pro poena tempora-

Nau. Scotus. Gabriel. Medina.

Hostiensis. Panorm.

li, & ided posse eam remittere in Purgatorium, ac proinde non teneri quoad hoc obedire Iudici; ac Confessori id praecipienti, nec se potestati clauium subdere: & deinde, quia ex communi omnium consuetudine constat, nullum Confessarium negare absolutionem poenitenti, eo solum modo, quòd nolit illam acceptare. Et pro hac etiam opinione citari potest Caietanus tomo 1. opusc. tract. 6. q. 2. ad 2. vbi dicit, non solum non teneri illam acceptare, sed nec etiam implere post acceptatam, & vt notat Soarius citatus num. 1. in eo magis consequenter videtur loqui, quam Nauarrus: Nauarrus enim asserit, non teneri illam acceptare; teneri tamen sub mortali implere, si acceptet; loquitur, inquam, magis consequenter, quam Nauarrus, quia illa acceptatio non est votum, nec promissio, sed est tantum simplex propositum: propositum autem non inducit obligationem. Verum negamus assumptum Nauarrus, quo negato corrumpunt caetera illius fundamenta, & dicimus teneri in hac vita poenitentem satisfacere pro peccatis suis, & implere satisfactionem impositam: quia satisfactio est pars integralis ipsius confessionis, & Sacramenti: Sacramentum autem in hac vita debet integrari, & non in alia. Ad consuetudinem, quam asserit, nego, talem esse consuetudinem; imò Confessores docti contrarium efficiunt, nisi in casibus n. 9. explicatis.

Caiet.

18.

Sed quid, si poenitens, quando Confessarius vult imponere poenitentiam, nolit illam acceptare, nec absolutionem ab eo Confessario recipere; sed alium velit Confessarium adire, cui de nouo sua peccata aperiat, à quo absoluat. Respondet Soarius tomo 4. de poenit. disput. 38. sect. 7. num. 4. in editione Moguntina, si teneat Confessarius ei nullam vim intulit, non esse absolute liberum, nec licitum poenitenti Sacramentum inchoatum relinquere, & effugere istius Sacerdotis iudicium, cui se semel subdidit, & alium quaerere, quia iam est veluti iudicium praeventum ab hoc Iudice; & quia videtur irreuerentia, inchoatum Sacramentum non integrare cum illo Confessario apud quem fuit inceptum, ac proinde vt iuste & licitè fieri possit, debet dari causa licita, & honesta, quae non hic apparet. Ego vtraque manu hanc sententiam amplector: semper enim mihi visum fuit, id fieri non posse absque causa, propter irreuerentiam Sacramenti, quae reuerà ibi datur, vbi causa relinquendi inceptum Sacramentum non datur: quamobrem oportet, vt Confessarii non exagitent poenitentes plus nimio, ne illi inde occasionem arripiant non integrandi Sacramenti: tantum enim possunt excedere in his obiurgationibus, vt iustam causam ad id praebant poenitentibus.

Soarius.

19.

Obiter rogabis, an possit poenitens obligari à Confessario ad implendam poenitentiam, antequam absoluat. Respondeo breuiter: si loquamur de satisfactione tantum, vt est vindicta sceleris commiffi, & poenae relictae, non posse Sacerdotem hoc facere, per se loquendo: quia nullum ad hoc ius habet, nec habet per se iustam causam differendi absolutionem: at verò, si propter curationem, & medicinam iudicet Confessarius id expedire ad salutem animi poenitentis, poterit id efficere, & poenitens tenetur obedire: quia tunc potius agitur de condigna dispositione ad remissionem peccatorum, quam de satisfactione pro temporalis poenae: vnde illud praeceptum à Confessario impositum implendi poenitentiam, priusquam absoluat, non tam est noua impositio, quam declaratio alicuius obligationis. Et ita docet expressè Soarius citatus tomo 4. de poenit. disput. 38. sect. 7. num. 9.

Soarius.

CAPVT IV.

Verum necesse sit penitentiam implere in gratia: et an satisfactio penitentia sacramentalis per alium possit impleri: et an vnus Confessarius possit impostam penitentiam ab alio tollere, vel mutare.

SVMMARIVM.

- Proponuntur questiones explicande in prima parte tituli. num. 1. An nulle, qui penitentiam implet in peccato mortali, satisfaciatur integritati Sacramenti. n. 2. An impleat penitentiam ieiunij sibi imposti ille, qui tota die ieiunat, & nocte ieiunium frangit. n. 3. An teneatur penitens implere penitentiam, si sibi constet confessionem fuisse inualidam. num. 4. An, quando Confessarius imponit ieiunium in vigilia beate Virginis, vno ieiunio, duplici obligationi, diei, scilicet, & penitentia, satisfaciatur. n. 5. An penitentia impleta in mortali statim habeat effectum ex opere operato: refertur opinio affirmans. num. 6. Refertur & præfertur negans. num. 7. Respondetur fundamento prime opinionis. num. 8. Vtrum recedente fictione redeat effectus. num. 9. Quid, si penitens penitentiam impleat, non solum in peccato mortali, sed etiam per actum malum. n. 10. An, qui implet penitentiam in mortali, mortaliter peccet. num. 11. An iniunctam penitentiam per alium possimus implere. num. 12. An Confessarius post datam penitentiam possit declarare suam mentem fuisse, vt illa per alium possit impleri. num. 13. An equalis Confessarius possit mutare, vel minuere penitentiam ab equali impostam. n. 14. Refertur opinio negans. ibid. Astringitur opinio affirmans. n. 15. Soluuntur fundamenta prioris. n. 16. An extra confessionem. num. 17. An inferior Sacerdos possit mutare sententiam, seu penitentiam à Superiore pro reseruatis impostam. n. 18. vers. Solum hic. An Superior Papa, vel Episcopus, possint mutare penitentiam à Confessariis inferioribus impostam. num. 19. An vice versa inferior Sacerdos possit penitentiam pro peccatis non reseruatis iniunctam à Superiore mutare, vel minuere. n. 20. An saltem in aliquo casu ex episcopia possit inferior Sacerdos immutare penitentiam impostam à Superiore pro reseruatis. num. 21. An mutatio, vel moderatio penitentia, vt valide fiat, necesse sit, vt eadem peccata iterum in confessione alia repetantur. num. 22. Quid Indulgentia valeant ad remittendas penas debitas culpis dimissis. num. 23.

Prima pars tituli propositi multas inuoluit questiones, has, scilicet: vtrum satisfactio impleta in peccato mortali sufficiat ad integritatem Sacramenti, & ad implendam obligationem à Confessario impostam. Deinde, vtrum penitentia impleta in mortali aliquem effectum statim sortiatur ex opere operato. Tertio, vtrum recedente fictione, & sublato obice redeat statim effectus ex opere operato. Quar-

to, vtrum peccet mortaliter ille, qui penitentiam iniunctam à Confessario in peccato mortali implet. Has quatuor præcipue questiones, & hæc quatuor dubia, comprehendit prima pars tituli propositi, quæ omnia suo ordine enodabimus.

Primum dubium est, vtrum ille, qui in peccato mortali penitentiam iniunctam à Confessario implet, satisfaciatur integritati Sacramenti, & obligationi impostæ ab eodem Confessario: & ad vtrumque resolutiue, & affirmatiue respondeo. Est communis resolutio, & idem allegationibus Auctorum supersecedo. Video Soarium ita resoluentem tom. 4. de penitent. Soarium. di (put. 38. sect. 8. initio, in impressione Moguntina. Probatur primò, quia impositio illius penitentia est præceptum quoddam humanum, impositum à Confessario tanquam à iudice, & impletio illius pedit ab hoc præcepto humano: in præceptis autem humanis solum præcipitur opus faciendum, nõ modus faciendi: ergo, etiam si in peccato mortali illud opus exequamur, obligationi impostæ, & integritati Sacramenti satisfaciatur. Confirmatur: quia, tam in aliis præceptis, quam in aliis Sacramentis ad valorem, & obligationem illorum satis est efficere substantiam operis præcepti, etiam si extra charitatem fiat: sic, qui in peccato mortali Missam audit, satisfacit obligationi præcepti illius; & qui in peccato mortali matrimonium contrahit, validè contrahit: ergo, etiam si hæc satisfactio & penitentia in peccato mortali impleatur, per eam sic impletam Sacramentum integratur, & obligationi implendi illam planè satisfacit. Secundò, quia, quamuis obligatio satisfaciendi Deo pro penis temporalibus ex peccatis remissis relicta, absolute loquendo, sit fortassis de iure diuino, cum de iure diuino teneatur homo tollere, ac remouere impedimentum gloriae, tamen obligatio hæc in particulari, & hæc remotio à Confessario impostæ, quatenus à iudicio illius pendet, est præceptum quoddam humanum ordinatum ad hunc finem afflictionis ipsius gloriae: materia autem huius præcepti est impositio ipsius penitentia: vnde exhibitæ materia penitentia, tota obligatio impostæ penitentia cessat, & iam non amplius hoc præceptum obligat: nobis enim non imponitur obligatio implendi hoc præceptum in gratia, & tollendi hunc obicem gloriae statim cum effectu; sed faciendi id, per quod tolli possit iudicio humano: quare impleto præcepto, & exhibitæ materia illius, satisfacit obligationi ipsius præcepti, etiam si in peccato mortali impleatur.

Addit autem Soarius, hoc aded esse verum, vt si imponatur ieiunium à Confessario pro prædicta satisfactio, & penitens tota die ieiunet, & postea nocte in quantitate collationem excedat, ita vt ieiunium infringat, adhuc satisfacere præcepto imposito, & penitentiam implere: quod nullo modo approbo, nisi id Confessarius in impositione præcepti penitentia explicet: leges enim humanæ, & præcepta pendunt ex intentione imponentis: at, dum Confessarius suam intentionem sufficienter non explicat, credendum est, voluisse imponere eo modo, quo illud imponit Ecclesia, talèque, quale sufficiat ad impletionem præcepti ecclesiastici: per illud autem ieiunium non impletur præceptum ecclesiasticum, vt patet: quare nisi aliter Confessarius explicet, per ipsum ieiunium non impletur penitentia iniuncta.

Illud ego certius existimo: si penitenti constet, Sacramentum fuisse inualidum, non teneri illum penitentiam à Confessario in eo iniunctam implere, quia præceptum illius implendæ impositum illi fuit à Confessario sub compensatione fructus ipsius confessionis, & sub hac tacita conditione fuit

Henr.

5.

Henriq. Nauar.

Nau. Syluest.

6.

Marfil. Medina. Soarum.

7.

Caiet. Soar.

Vit. Nauarr. Petr. Soto. Soru. Led. Adrian.

fuit acceptata: quare non impleta conditione cessat obligatio penitentia implendæ, aliàs obligaretur penitens ad duplicem penitentiam pro eadem confessione exhibendam: cum teneatur eandem confessionem repetere, & aliam penitentiam acceptare. Et ita docet optimè Henriq. lib. 5. de penit. c. 22. n. 7. Adde, quia causa, ob quam fuit imposita penitentia, fuit illa confessio: confessio autem inualida, non est confessio, ac proinde cessante causa cessat effectus.

Si tamen in honorem festi alienius peculiaris imposita sit penitentia à Confessario: v. c. si in omnibus, vel in aliqua vigiliarum beatæ MARIE Virginis imponat ieiunium, tunc quidem vno, eodemque ieiunio vtrumque præceptum implet, tam Ecclesie quam Confessarij: vnde etiam, si per impotentiam à ieiunio illius diei excusatur, non tenetur penitens implere alio die ieiunium à Confessario impositum, sicut nec Ecclesie, quia censetur onus diei: sicut recitare Horas Canonicas, audire Missam tali die: scilicet, si ita tempus non præfigit, ac determinat. Ita docet expressè Henriq. lib. 5. de pen. c. 22. n. 7. sine, & pro se citat Nauarrum c. 12. n. 54. Sic, qui vouet ieiunare, aut orate certo die, non tenetur eo lapsus in alio ieiunare, vel orare: scilicet, si Confessarij præcipiant penitentibus ieiunium diebus Veneris, aut Sabbati vnus mensis, vel anni: tunc enim, qui aliquo dierum illius temporis non ieiunaret, teneatur in alio postea die ieiunare, iuxta eundem Nauarrum d. n. 54. & iuxta Syluestrum verbo, Volunt, 2. quæst. 4.

Secundum dubium est, vtrum penitentia impleta in peccato mortali, statim habeat effectum ex opere operato. In quo dubio duplicem opinionem inuenio. Prima minus probabilis docet, statim suum habere effectum ex opere operato. Eam tenet Marfilus in 4. q. 1. art. 3. Medina C de Confessione, q. de penitentia extra gratiam impleta: Scotus, & omnes qui de satisfactioe ex opere operantis ita opinantur. Fundamentum huius opinionis est: quia Confessor mutat penam Purgatorij in tale opus, & non præcipit, vt fiat in gratia: ergo per ipsum opus exhibitum satisfacit, tantum penarum hic patiendo, quantum illic patiendum est, plus, minusve. Secundò, quia Sacramentum non sortitur effectum ex opere operato, propter aliquem obicem: sed huic effectui remissionis penæ temporalis, non ponitur obex propter solum statum peccati mortalis, in quo penitens penitentiam implet: ergo, &c.

Secunda opinio verior, & probabilior docet, satisfactioem impletam in peccato mortali, non posse habere effectum ex opere operato, durante illo statu. Ita docent communiter Theologi: Caietanus tomo 1. opusc. tract. 6. quæst. vltima. Soarius tomo 4. de penit. disput. 38. sect. 8. num. 3. in editione præli Moguntini, Victorina in Summa, num. 200. & 201. Nauarr. cap. 1. de penit. dist. 6. num. 48. Petrus Soto lectione vltima de satisfactioe, Sotus dist. 19. q. 1. art. 5. Ledesma 2. p. 4. quæst. 13. art. 3. dub. 4. Adrianus quæst. 2. de satisfactioe in solutionibus argumentorum. Fundamentum illorum est, primò, quia status peccati mortalis penitentis est obex contrarij effectui ipsius penitentia: à Confessario iniunctæ, atque aded est obex remissionis penæ temporalis relictae ex peccato mortali, vel veniali remisso, ac condonato per ipsum confessionis Sacramentum: quod patet etiam in aliis Sacramentis Baptismi, Eucharistia, Vnctionis, Ordinis, &c. nam, si homo illa Sacramenta in peccato graui, ac mortali suscipiat, non consequitur remissionem alicuius penæ temporalis: ergo neque etiam illam consequetur implendo penitentiam iniunctam à Confessario in eodem peccato mortali, cum ipsa penitentia

tenia sit pars integralis huius Sacramenti; & id, quod obex est Sacramento, etiam debet esse obex effectui partis illius: Secundò, quia remissio penæ temporalis est effectus supernaturalis, præparans hominem ad gloriam, & visionem Dei, quatenus remouet impedimentum illius, quod est ipsa pena temporalis, vel in hac vita, vel in alia in Purgatorio patienda: ergo non potest conferri, nisi ei, qui est proportionatus ad gloriam, & amicus Dei. Tertio, quia sicut Christus instituit legem, vt pena æterna peccato mortali, culpæque respondens in penam temporalem amabilem commutetur per veram confessionem, & remissionem ipsius culpæ, & peccati; ita vt hæc pena temporalis nullo modo remittatur, nisi homo amicus Dei, & in gratia existens pro illa satisfaciatur, vt supra probauimus: ita constituit legem, vt hæc pena temporalis nullo modo habeat statim effectum, ex opere operato, nisi homo in gratia existens pro illa satisfaciatur implendo penitentiam à Confessario iniunctam.

Et sic constat ex dictis, quid respondendum sit ad fundamentum contrarij opinionis: non enim Confessor imponendo penitentiam ipsi penitenti, per quam satisfaciatur penæ temporalis, ita commutat penam Purgatorij, vt ex vi operis impositi remittatur ipsa pena temporalis: sed vt per illud opus penitentia iniunctæ applicetur virtus passionis Christi, quæ non applicatur, nisi subiecto disposito, & non ponenti obicem.

Tertium dubium est, vtrum recedente fictione, & sublato obice peccati, redeat statim effectus ex opere operato, in virtute penitentia in statu ipsius peccati impleta. Et hac de re triplex est sententia. Prima absolute negat, hanc satisfactioem habere effectum recedente fictione. Hanc docent Adrianus, Sotus, & Ledesma citati num. 7. quia reditio talis effectus maximum est beneficium, cuius indignus fuit ille, qui in peccato mortali penitentiam impleuit: & quia nullibi in Scriptura sacra inuenitur promissio talis reditio: inuoluitur ergo, & sine fundamento ea asseritur. Secunda sententia distinguit inter opera imposita in ipsa penitentia: quædam enim sunt opera, quæ Confessarius imponit in penitentia ipsi penitenti, quæ nullum effectum relinquunt post se, vt orare, audire Sacra, reuerentiam Cruci exhibere, & alia similia: alia, quæ effectum aliquem post se relinquunt, vt ieiunia, elemosynæ, flagella, & corporis macerationes: ieiunia enim, flagella, &c. relinquunt attenuacionem in corpore, & debilitatem quandam; elemosynæ priuationem rei per elemosynam datæ: vnde docet hæc opinio, si penitentia sit iniuncta, & impleta in operibus, quæ nullum effectum reddunt, ac relinquunt post se, non redire effectum ex opere operato, recedente fictione, & sublato obice peccati; si verò sit satisfactum, & iniuncta penitentia in operibus, quæ in ipso operante, & implente aliquem effectum post se relinquunt, aiunt Doctores istius opinionis, redire prædictum effectum remissionis penæ temporalis, recedente tali fictione, ratione effectus post se relicti.

Ita docent Paludanus in 4. distinct. 15. quæst. 1. art. 3. D. Antoninus 3. part. titulo 14. cap. 20. §. 2. Syluester verbo, Satisfactio, quæst. 3. quæ planè distinctio videtur omnino impertinens, & sine villo fundamento inducta. Prior verò sententia non est improbabili propter suas rationes, & quia, cum satisfactio pro penâ temporali iterari possit per confessionem aliam aliorum peccatorum, & cum multis modis illa pena temporalis remitti, ac tolli possit, nulla videtur ratio sufficiens, ob quam dicamus redire prædictum effectum remissionis penæ temporalis ex opere operato, postea recedente obice, & fictione.

8.

9.

Palud. D. Anton. Sylu.

P. Steph. Fagundez, in quinque præc. Eccl.

Soar. Caiet. Petr. Soto. V. Et. Nauarr.

Tertia tamen sententia verior, & probabilior docet, hanc satisfactionem habere postea suum effectum, recedente fictione. Eam tenet expressè Soarius tom. 4. de penit. disp. 3. §. 8. n. 5. sub prælo Moguntino Caietanus tom. 1. opusc. tract. 6. q. vlt. Petrus Soto lectione vltima de satisfactione. Victoria in Summa, num. 201. Nauarrus de penit. dist. 6. cap. 1. num. 48. quos omnes citat, ac sequitur Soarius allegatus. Probatur facile: quia, si contingat dari Sacramentum penitentiae validum, & informe, habet effectum, recedente fictione: vnde, cum satisfactio sit pars huius Sacramenti, debet necessarium naturam totius imitari. Et confirmatur: quia, sicut non tenetur quis iterare confessionem informem, ita non tenetur iterare satisfactionem exhibitam extra statum gratiae: ergo, sicut recedente fictione redit effectus Sacramenti confessionis ex opere operato debitus; ita etiam, recedente fictione, redibit effectus satisfactionis ex opere operato: nam, licet illa satisfactio à Confessario imposita, vt est opus operantis, sit opus mortuum, & idèd nunquam habeat effectum, tamen, vt est opus sacramentale, & vt illi à Confessario virtute Sacramenti applicentur merita Christi, non est negandum, semper esse opus ex se, & ex sua natura viuum, mortificatum tamen ratione subiecti; ita vt in illo, ratione status peccati, suum effectum ex opere operato habere non possit; recedente autem status obice, possit.

10. Sed quid, si ipsa satisfactio & penitentia à Confessario imposita impleatur, non solum in statu peccati mortalis; sed etiam per opus peccaminosum: v. c. si Confessarius iniungat, vt bis in anno, vel mense confiteatur, & ille confessiones sacrilegas efficiat, habebitne tunc effectum hoc opus peccaminosum, recedente fictione, quatenus satisfactorium est? Respondeo cum Soatio proximè allegato n. 6. dupliciter: primò, non habere: quia, vt illud opus sit satisfactorium de se, & vt habeat suum effectum ex opere operato, necesse est, vt non sit malum; neque enim, quatenus malum, satisfactorium esse potest; quia non potest esse, quatenus tale, instrumentum morale, aut moraliter proportionatum ad hunc effectum. Secundo respondeo, adhuc, recedente fictione, posse habere effectum: & ratio est: quia Baptismus, etiam si cum fictione, & peccato mortali suscipiatur; postea, recedente fictione, remittit totam poenam simul cum culpa, & suum habet effectum ex opere operato. Verùm ego primam responsionem magis approbo: quia in Baptismo est diuersa ratio propter characterem, & quia illa actio satisfactoria quoad substantiam fuit mala, & non fuit punitio delicti, ac proinde nec satisfactoria; vno enim peccato non possumus pro alio satisfacere; & vt sic, & quatenus mala, non potest esse instrumentum, per quod, vel cui applicentur Christi merita.

11. Quartum dubium est, an peccet mortaliter ille, qui implet penitentiam iniunctam à Confessario in peccato mortali; nam, quòd mortaliter peccet, videtur manifestum; quia ponit obicem effectui partis integralis Sacramenti, & suscipit partem Sacramenti indignè, sicut enim, qui ponit obicem toti Sacramento scienter, & animaduertenter, peccat mortaliter; ita & qui ponit obicem parti illius, mortaliter peccare debet: & reuera, speculatiuè loquendo, argumentum procedit, & hoc est valdè probabile; tamen, quia de fide est, Sacramenta omnia conferre gratiam ex opere operato; & non ita certum est, penitentiam, & satisfactionem à Confessario iniunctam in gratia impletam, remittere poenam temporalem ex eodem opere operato, & ea opinio, quæ ipsi penitentiae similem effectum

negat remissionis poenæ temporalis, probabilis etiam sit, idèd practicè, & moraliter loquendo, dicendum est, non esse peccatum mortale implere penitentiam iniunctam à Confessario in eodem peccato. Ita docet, & optimè, Soarius tom. 4. de penitent. disp. 3. §. 8. n. 7. sub prælo Moguntino.

12. Alia pars tituli propositi, an iniunctam penitentiam à Confessario per alium possit penitens implere, ita vt per alium facta, non solum sufficiat ad implendum præceptum Confessarii; sed etiam ad consequendum effectum ex opere operato remissionis poenæ temporalis pro illo, pro quo fit? Negat omninò Ledesma quaest. 14. artic. 4. quia, si penitentia impleatur per alium, ille actus implementationis prædictæ penitentiae, non est pars Sacramenti: nam partes Sacramenti sunt actus ipsiusmet penitentis: vnde, cum non sit actus penitentis, Sacramenti pars esse non potest, nec subiectus clauis Ecclesiae. Respondendum tamen est, ex licentia, & voluntate Confessarii posse penitentiam per alium impleri, & suum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri: secus verò, si sine voluntate Confessarii fiat. Et ratio est: quia impositio penitentiae est præceptum quoddam impositum à Confessario, qui est legitimus Iudex in hoc foro: præceptum autem Superioris nullus subditus potest mutare, tollere, aut alterare: vnde, quoties Confessor præcipit, vt penitens ieiunet, oret, &c. non implebit præceptum, etiam si alius ipsius nomine oret, aut ieiunet; & consequenter, quando Confessarius absolutè præcipit, vt penitens hoc, vel illud faciat, intelligitur illi imponere obligationem personalem per seipsum, & non per alium implendam, excepta elemosyna, quæ ille potest dare seruo, vt pauperibus distribuatur; quia adhuc dici potest suo modo illa elemosyna personalis, cum de suo, & ex bonis suæ propriae personæ fiat. Ita communiter Doctores in 4. dist. 29. D. Bonauentura art. 1. quaest. 1. & 2. Durandus quaest. 2. Richardus art. 1. q. 3. Gabriel distinct. 16. quaest. 2. art. 8. dubio vltimo. Alensis 4. p. quaest. 24. memb. 4. art. 4. Medina Cod. de confessi. quaest. de penitentia, tempore, quo celebratur, impleta. Caietanus in Summa, verbo, Satisfactio, cap. 2. D. Antonin. 3. part. titulo 14. 2. 10. §. 1. Altiiodorensis lib. 4. Summa, tract. 6. q. 2. c. 3. Angelus verbo, Satisfactio, num. 3. Armilla ibi §. 6. Soto distinct. 19. q. 2. art. 4. Ledesma q. 4. art. 4. Corduba lib. 5. de indulgent. quaest. 5. ad octauum, circa finem quaestionis, quos omnes citat, ac sequitur Soarius tom. 4. de penitent. disp. 3. §. 8. n. 1. Ex voluntate autem Confessarii id poterit fieri: quia potest Confessarius imponere penitentiam sub ea conditione, vt si eam penitens per se implere non possit, impleat per alium: quia etiam hoc modo impleta, semper intelligitur actus personalis penitentis, quatenus ad illius perititionem, & preces fit, & vt sic potest esse suo modo pars Sacramenti suscepti: ergo potest etiam, vt sic, habere effectum ex opere operato in illo, pro quo fit: neque enim necesse est: vt penitens per seipsum exerceat omnes actus, qui sunt partes huius Sacramenti: & hoc modò benè intelligitur posse penitentem implere satisfactorium per alium sibi à Confessario impositum, vt docet etiam D. Thom. dist. 20. quaest. 1. art. 2. quaest. iunc. 3. Paludanus quaest. 3. art. 1. Syluester verbo, Satisfactio, quaest. 3.

Dices, hoc posse fieri, quando à principio Confessarius impoluit penitentiam, explicando penitenti, vt illam possit per alium implere: at, si à principio id non declarauit, non poterit postea id declarare, & explicare, nisi in alia confessione; quia iam expleuit actum iudicij huius fori. Respondeo in primis,

Led.

D. Bonau.

Durand.

Richard.

Gabriel.

Alensis

Medina.

Caiet.

D. Anton.

Altiiod.

Angel.

Armilla.

Sotus.

Led.

Cord.

Soar.

D. Thom.

Palud.

Sylu.

primis, si Confessarius id à principio intellexit, benè posse postea suam mentem explicare, in eo casu, & circumstantia, quo penitens non ita intellexerit: sic enim Iudices in foro externo sapè mentem suam sententiae, quando non ita benè percipiunt, declarant: secus verò, si à principio non ita intellexit. Quamobrem, oportet, vt Confessarii in imponendis penitentis se benè explicent, ne laqueos iniiciant penitentibus.

14. Vltima pars tituli propositi erat, verùm vnus Confessarius possit tollere, mutare, vel moderari penitentiam ab alio impositam, & quaestio, vel esse potest de superiore respectu inferioris, vel de inferiore respectu superioris, vel de aequali respectu aequalis Confessarii, & de omnibus agemus. Circa aequalem Confessarium respectu aequalis, bipartita est opinio. Prima docet, non posse aequalem Confessarium tollere, minuire, mutare, aut moderari penitentiam ab alio sibi aequali impositam, non solum extra confessionem, sed nec etiam in illa. Eam tenet Soto distinctione 19. quaest. 2. art. 4. & Victoria in Summa, num. 323. & alij. Probant: quia par in parem non habet imperium: quare nec etiam iterata confessione eorundem peccatorum, poterit aequalis Sacerdos mutare, aut moderari: nec dum tollere penitentiam ab alio impositam, cum sit aequalis, & aequalis Iudex non habeat imperium in aequalem. Deinde, quia in ea mutatione maxima infertur iniuria priori Confessario; quia ille iustam tulit sententiam, & erat legitimus Iudex in eo foro, quæ sententia non potest reuocari ab alio aequali nec ex foro, nec ex parte: sic enim in foro externo sententia ab vno Iudice data, non reuocatur ab alio aequali. Tertio, quia iam causa & iudicium fuit à priore præuentum, & illi se reus sponte subdidit, ac commisit, & ab eo præceptum penitentiae acceptauit, & remissionem culpæ obtinuit: ergo illi debet omninò parere in executione poenæ. Non est improbabilis hæc sententia.

Sot. V. Et.

15. Secunda probabilior, & vtraque manu apprehendenda docet, posse aequalem Confessarium, audita confessione eorundem peccatorum, penitentiam ab alio aequali impositam, mutare, minuire, moderari, imò & tollere omninò, si opus sit, & tanta sit contritio penitentis, vt prudenter iudicet, omnem culpam, & poenam temporalem culpæ debitam ei fuisse remissam. Ita communiter Doctores: Syluester verbo, Confessio, 1. quaest. 27. num. 31. vbi citat Monaldum. Angelus verbo, Confessio, 6. n. 4. Henriquez lib. 5. de penit. cap. 22. num. 2. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 26. num. 22. Rosella verbo, Confessio sacramentalis, num. 11. & probabilem dicit Victoria num. 211. Soarius tom. 4. de penitent. disp. 3. §. 8. n. 5. in prælo Moguntino. Ledesma q. 20. art. 4. Medina tit. 2. q. 45. Probatur primò: quia idem Confessarius potest penitentiam à se impositam, in alia confessione mutare, minuire, & moderari, vt necessario debent concedere prioris opinionis Auctores: ergo & alius aequalis etiam poterit idipsum iterata confessione eorundem peccatorum efficere: nam eadem est ratio de aequali Confessario, & de eodem, quando iudicium, seu confessio iteratur. Secundo, quia, licet prior Confessarius, tanquam legitimus Iudex, iustam sententiam tulerit; nihilominus penitens eandem causam iam iuste iudicatam iterum in aliud iudicium aequale afferre potest, & nouam expectare sententiam, vt ordinariè fit in confessionibus generalibus: ergo alius Confessarius poterit suo arbitratu iustam penitentiam imponere iuxta præuentum statum penitentis, ac si prius non esset causa iudicata: ergo poterit priorem penitentiam mutare in aliam, non solum aequa-

Sylu. Angel. Henricq. Nauarr. Rosell. V. Et. Soar. Led. Med.

lem, sed etiam minorem; imò & interdum omninò tollere, & vel leuissimam, vel nullam imponere: vt si penitens accedat magis dispositus, magisque contritus, & Confessarius intelligat illum non egere alia medicina ad dimissionem poenæ, vt figurè animaduertit Soarius num. 6. Confirmatur: quia, si aliam penitentiam imponat, & penitens reneatur vtraque implere, & hanc de nouo impositam, & aliam priorem, iam cogendus erit penitens ad duplicem satisfactionem exhibendam pro iisdem culpis: at hoc erit contra rationem; non enim puniendus est peccator bis in idipsum. Tertio, quia iudicium, & potestas clauium, non est data propter Confessarios, sed propter penitentes: ergo, si expediat penitenti, poterit vnus Confessarius penitentiam ab alio impositam immutare, vel minuire; si enim potest etiam mutare in aequalem, potest etiam minuire, & tollere, si ita iudicauerit expedire bono penitentis, eadè enim est ratio partis ad partem, & totius ad totum. Confirmatur: quia ministri huius Sacramenti sunt veluti materialiter diuersi, & potestas in omnibus semper est eadem: vnde, si idem ipse Sacerdos potest in alia confessione penitentiam à se impositam mutare, idem poterit alius aequalis in iurisdictione. Quarto, quia nulla hinc fit iniuria priori Sacerdoti & quia (vt dixi) iudicium hoc ad bonum penitentis, ac rei ordinatur, non ad auctoritatem, aut vtilitatem Iudicis penitentiam imponentis: & quia ita Christus hoc iudicium, ac tribunal instituit, vt super eandem causam esset iterabile, & roties, quoties penitens voluerit illud iterare ad maiorem suam vtilitatem, & prouentum spiritualem, non per modum appellationis; sed per modum iudicij aequalis præcedentis: & idèd nec posterior Iudex facit iniuriam priori, nec prior posteriori; quia etiam prior non potest imponere præceptum penitentiae, vt alteri eadem peccata non confiteatur, regulariter loquendo. Quintò, quia parum refert, quòd iudicium sit præuentum à priori Confessario; quia per illam præuentionem, ac præoccupationem, non acquiritur specialis iurisdictione quia Christus ita instituit hoc iudicium in fauorem penitentis, vt quoties voluerit, possit aequalem iudicem adire; & sic, proprie loquendo, posterior non reuocat prioris sententiam; sed suam coram Domino profert, ad cuius prolationem cessat alia, si reus istam voluerit acceptare; semper enim illi liberum est, quam voluerit, eligere.

16.

Et sic obiter fundamenta prioris opinionis iam soluimus. Ad illud pronunciatum, *Par in parem non habet imperium*, respondeo, id verum esse in iudicio forensi, ac foro poli; non autem in foro poli, propter rationes factas: quauis enim hoc Sacramentum institutum sit à Christo Domino ad iudicij formam; tamen ea forma iudicij semper ordinata est in bonum rei, neque in omnibus sequi debet proportio nem iudicij forensis, vt patet.

17. Sed rogas, an etiam extra confessionem possit aequalis Confessarius mutare penitentiam ab alio aequali impositam, hoc est, non audita priore confessione eorundem peccatorum? Affirmat Nauarrus cum aliis consilio 26. de penitent. & remiss. & id ipsum docet etiam in Manuali Latino, c. 26. n. 22. ad finem, ibi: *Etiã non iterata confessione eorundem peccatorum, ob quæ prior penitentia imposita fuit*, quod perinde est, ac dicere, etiam extra confessionem. Sed opinio Nauarri falsa omninò censetur à Soario dicto tom. 4. de penit. disp. 3. §. 8. n. 5. ad finem, & ab omnibus ferè Doctoribus num. 15. allegatis. Et ratio est in promptu: quia eadem est potestas in hoc Sacramento ad ligandum, atque soluendum: vnde, sicut posterior Confessarius non potest ligare absque Sacramento; sic etiam neque soluet: quæ ratio etiam euidenter probat, nec priorem

17.

Nau.

Soar.



Confessarium posse post aliquod interuallum tem-  
poris suam propriam sententiam mutare, vel mo-  
derari, nisi in nouo Sacramento; sufficit tamen tunc  
dicere in generali: Confiteor omnia peccata, quæ  
iam confessus sum. si Sacerdos illorum recorderetur;  
cum attritione saltem: aliàs, si non recorderetur,  
omnia necessariò iterum repetenda erunt. Et confir-  
matur: quia uterque est actus iudicij, & iurisdic-  
tionis, qui actus non potest validè exerceri causa  
non audita: vnde, vt validè exercentur, & pœnitentia  
mutetur, necesse est, vt iterum causa in eodem,  
vel in alio iudicio æquali audiatur: sicut enim nul-  
lus Confessarius potest ligare, seu imponere pœni-  
tentiam sacramentalem extra Sacramentum con-  
fessionis; ita non potest ab illa soluere, seu illam  
mutare.

18. Circa superiorem, an possit mutare pœnitentiam  
impositam ab inferiore: notandum est in superiore  
triplicem posse inueniri potestatem; vna est ad re-  
seruanda peccata; alia ad administrandum hoc Sa-  
cramentum; tertia ad remittendas pœnas per In-  
dulgentias, quæ potestas non semper est coniuncta  
cum potestate reseruandi peccata, vt patet. Si lo-  
quamur de peccatis reseruatis, cessat quæstio, quia  
inferior Sacerdos non potest absoluerè à reserua-  
tis, vt dicamus, posse pœnitentiam ab illo pro re-  
seruatis iniunctam mutari, aut minui per ipsum su-  
perioiorem reseruantem. Solum hinc potest esse quæ-  
stio, an inferior Sacerdos, qualis est ille, qui non po-  
test absoluerè à reseruatis, quatenus inferior est, &  
neque per priuilegium, neque per se, potest absol-  
uerè à reseruatis, possit pœnitentiam pro illdem  
reseruatis à superiore impositam immutare, vel im-  
minuere. Et ratio dubitandi est: quia illa peccata  
post absolutionem iam non manent reseruata: er-  
go potest inferior Sacerdos, audita eorum con-  
fessione, illorum pœnitentiam immutare, quia iam  
manet in iurisdictione æqualis; & dum ita agit, re-  
uerè, formaliter loquedo, non est inferior, sed æqua-  
lis; neque exercet imperium in primum Confessa-  
rium superiorem, aut æqualem; sed in conscien-  
tiam pœnitentis sibi plenè subiecti circa ea pecca-  
ta, quæ iam non sunt reseruata.

An infe-  
rior possit  
pœnitentiam su-  
perioris in  
minorem  
mutare.

Soar.  
Angel.  
Tab.  
Sylu.  
Armilla.  
Cardin.  
Turrecr.  
19.

Contrarium tamen dicendum est cum com-  
muni sententia: primò, quia illa peccata post abso-  
lutionem, licet iam non maneant reseruata, qua-  
renus absoluta; manent tamen ita affecta erga ta-  
lem superiorem, & in eius iudicio, vt absque illius  
iniuria ab alio, illorum pœnitentia mutari non pos-  
sit, quia pœnitentia illa à superiore imposita, nihil  
aliud est, quam quoddam præceptum à superiore  
impositum, quod præceptum, adhuc manet post ab-  
solutionem datam, & reseruationem sublatam; &  
alius Sacerdos respectu illius præcepti est inferior;  
inferior autem non potest mutare præceptum su-  
perioris, quod quatenus superior fuit impositum.  
Et confirmatur ex cap. *Antecedens, vel accedens* dist.  
50. & ex cap. *Tempora*. 16. & cap. *Latorum*. 33. &  
Glossis ibi, vbi Pontifex specialem facultatem con-  
cessit Episcopo ad minuendam pœnitentiam à se  
impositam sub certis limitationibus, pro certis pec-  
catis sibi reseruatis: ergo signum est, vt specialiter  
notauit Glossa in dicto cap. *Latorum*. hoc non posse  
inferiorem absque licentia superioris. Et ita docent  
communiter Doctores, Soarius expressè tomo 4. de  
pœnit. disp. 38. sect. 10. n. 14. sub prælo Moguntino.  
Angelus verbo, *Confessio*, 6. num. 4. Tabiena verbo,  
*Confessio*, 2. n. 21. Syluester verbo, *Confessio*, 1. q. 27.  
Armilla ibi num. 30. Cardinalis in Clementina vlti-  
ma, de pœnit. & remis. Turrecr. in dicto cap.  
*Tempora*, num. 4.

Secunda potestas, quæ inueniri potest in supe-  
riore, est potestas ordinaria ad administrandum hoc

Sacramentum, non circa casus reseruatos, sed sicut  
alij ordinarij, ac communes Sacerdotes administra-  
re solent. Et tunc quidem quæstio etiam esse potest,  
vtrum superior, v. c. Papa, vel Episcopus, possit mu-  
rare, vel minuere pœnitentiam ab inferiore Confes-  
sario impositam, v. c. à Parocho respectu Episcopi;  
vel à Religioso respectu Papæ: & vtrum vice versa  
inferior Sacerdos, qualis est parochus, vel Religio-  
sus, possit etiam eandem pœnitentiam à superiore  
impositam immutare? Et verò, quod superior possit  
pœnitentiam impositam ab inferiore immutare, au-  
dita confessione eorundem peccatorum, non est du-  
bium. Ita docet expressè Soarius tom. 4. de pœn. *Soar.*  
disp. 38. sect. 10. num. 8. in prælo Moguntino, & *Henriq.*  
*Henriq.* lib. 5. de pœnit. c. 22. initio. Et ratio esse po-  
test: quia in hoc foro, cum non agitur de materia  
reseruata, nullus videtur esse superior formaliter;  
sed omnes videntur æquales, quia omnes videntur  
potestatem à Christo Domino accepta, & vt mini-  
stri eius absoluunt: vnde audita confessione, eorun-  
dem peccatorum pœnitentiam immutare poterit  
superior, non extra illam, quia eadem est potestas li-  
gandi, ac soluendi in hoc foro: sicut ergo superior  
non potest ligare, seu imponere pœnitentiam sacra-  
mentalem extra confessionem; ita non potest illam  
soluere, seu illam mutare; quia vtraque, tam solutio,  
quam ligatio, est actus clauium, & ad huius Sacra-  
menti ministerium pertinet; & quia nihil videtur  
huic immutationi obstare, cum nulla iniuria fiat  
inferiori.

Solum dubitari potest, vtrum vice versa inferior  
Sacerdos, qualis est Parochus, vel Religiosus, vel  
alius similis, possit eandem pœnitentiam à superio-  
re iniunctam immutare. Negant omnes, qui dicunt,  
neque etiam id posse efficere æqualem Sacerdo-  
tem, quos citauimus num. 14. & hi sunt, Sotus dist.  
20. quæst. 2. art. 3. & Victoria tit. *de Clauibus*, §. 13.  
Et probari potest hæc opinio in his superioribus.  
Primò, quia vt seruetur ordo iuris, & debita obe-  
dientia erga superiores, ita fieri debet; & quia hoc  
Sacramentum institutum est ad formam iudicij: in  
iudicio autem humano inauditus est, quod infe-  
rior Iudex possit sententiam superioris immutare:  
tandem, quia id omninò vetat cap. *Placuit*. de pœn.  
& remis. dist. 6. Nihilominus dicendum est posse,  
quia seclusa materia reseruata omnes Confessarij,  
& ministri huius Sacramenti, siue alioquin sint su-  
periores, siue non sint, in hac administratione sunt  
æquales, & omnes Iudices supremi: quia omnes vi-  
ce Christi absoluunt. Et hæc opinio est omnium  
Auctorum, qui dicunt, posse æqualem Confessarium  
mutare pœnitentiam impositam ab alio æquali:  
neque in hoc perturbatur ordo iuris, aut non ser-  
uatur debita reuerentia, & obedientia erga supe-  
riores: quia reuerè in hoc foro non sunt superiores,  
vbi non agitur de materia reseruata. Neque c. *Pla-  
cuit*. aliquid conuincit: loquitur enim de pœnitentia  
imposita in foro, & iudicio externo, vt docet Hen-  
riquez lib. 5. de pœnit. cap. 22. initio, qualis est illa,  
quam Papa, vel Censores fidei imponunt: quia per-  
turbaretur ordo iuris, & debita reuerentia, & obe-  
dientia erga superiores non seruaretur, si Confessa-  
rius, in foro occulto conscientie, absoluerè posset,  
quos Papa, vel Episcopi nominatim volunt ligare  
censuris, vel pœnitentiis, neque Sacramentum hoc  
in omnibus sequi debet formam iudicij forensis, in  
quo inferior non potest mutare sententiam supe-  
rioris, vt iam sæpe diximus.

Dubitabis tamen, an saltem ex epicheia, & in ali-  
quo casu necessitatis possit Iudex, seu Confessarius  
inferior minuere, aut immutare pœnitentiam à su-  
periore Confessario impositam pœnitenti pro re-  
seruatis, à quibus eum absoluit? Affirmat *Henriq.*  
lib. 5.

Soar.  
Henriq.

10.

Sot.  
Vid.

21.

Henriq.  
lib. 5.

lib. 5. de pœnit. cap. 22. initio, modò id fiat ex graui  
causa, quando, scilicet, non est facilis recursus ad  
superiorem, qui talem imposuit pœnitentiam, &  
difficile potest pœnitens eam implere, aut pericu-  
lum est malè implendi ex humana fragilitate: quia  
in hoc nullus perturbatur iuris ordo, sed prouide-  
tur conscientis in eo foro, in quo Christus voluit  
omnia occultè transigi. Et hoc ipsum tenet Victo-  
ria §. 211. Medina de satisfactione, fol. 100. & Soa-  
rius tom. 4. de pœnit. disp. 38. sect. 10. num. 15. Et  
ratio est: quia tunc præsumitur piè hanc esse inten-  
tionem superioris: quod tamen intelligendum est,  
modò Papa, vel Episcopus, sibi specialiter eam non  
reseruauerint pœnitentiam: nam, cum illam specia-  
liter sibi non reseruant, videntur tacitè licentiam,  
ad illam immutandam, vel minuendam, concede-  
re, quando ad illos non est facilis recursus, vel quia  
sunt longè distantes, vel quia sunt valde impediti:  
vnde, vt optimè animaduertit Soarius, notanda est  
differentia inter peccata reseruata, & non reseruata,  
à superioribus absoluta, quòd in non reseruatis po-  
test Confessarius facere hanc immutationem ex vi  
sue propriæ iurisdictionis; in reseruatis verò ex  
virtuali commissione, & interpretatiua licentia, ac  
voluntate superioris, priorisve Confessarij: vnde,  
licet fortè in non reseruatis requiratur aliqua ratio-  
nabilis causa ad hanc immutationem faciendam, vt  
ordinatè fiat, & ne detur occasio pœnitentibus  
procurandi facile has immutationes; tamen non est  
necesse, vt tanta sit ea causa, vt moralem necessi-  
tatem inducat: at verò in casibus reseruatis oportet,  
vt grauissima sit causa, & vt tanta necessitas in-  
terueniat, vt hanc moralem necessitatem inducat  
iudicandi hanc esse voluntatem superioris absol-  
uentis, quæ doctrina Soarij est optima, & iuxta  
principia iuris ordinaria.

Vid.  
Med.  
Soar.

21. Aliud dubium hic non vulgare insurgit, an ad  
faciendam commutationem, vel immutationem,  
moderationemve pœnitentiæ impositæ ab alio  
Confessario æquali, vel superiore, iuxta hæcenus  
dicta necessarium sit, quòd alius Confessarius ea-  
dem peccata iterum in confessione audiat: nam  
certum est, vt diximus, extra confessionem hoc fieri  
non posse; quia tam actus ligandi pœnitentia sa-  
cramentali imposita, quam soluendi ab illa, ad ean-  
dem potestatem clauium pertinet: vnde sicut vnus  
Confessarius non potest ligare pœnitentem extra  
confessionem ad ipsam pœnitentiam; ita neque  
alius illum soluere poterit extra illam: solum ergo  
dubitari potest, vtrum necesse sit, vt Confessarius  
iterum eadem peccata in confessione audiat, vt  
pœnitentiam illorum mutare possit, vel imminuere;  
an sufficiat, quòd in confessione eam immuter, iis  
tamen non auditis. Et hæc de re duplex potest esse  
opinio: nam Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 38. sect.  
10. num. 5. in prælo Moguntino, expressè dicit, posse  
æqualem Sacerdotem, audita confessione eorun-  
dem peccatorum, pœnitentiam ab aliquo alio im-  
positam mutare: vnde requirit ad hanc immutatio-  
nem faciendam, nouam repetitionem illorum con-  
fessionem: cum Soario expressè id etiam docet Syl-  
uester verbo, *Confessio*, 2. num. 31. quæst. 27. ibi: *Et  
hoc fieri non debet ab alio Confessario, nisi examina-  
ta causa, propter quam iniuncta fuit pœnitentia; &  
ideo requiri videtur confessio peccatorum, pro quibus  
iniuncta fuit talis pœnitentia.* Imò addit Syluester,  
neque eundem Confessarium posse pœnitentiam à  
se iniunctam moderari, vel mutare, nisi facta ite-  
rum confessione vel illorum; vel aliorum peccato-  
rum; dummodo tamen illorum meminerit, quia  
tam ligatio, quam solutio pœnitentis est actus cla-  
uium: & sicut non potuit pœnitentem pœnitentia  
sacramentali ligare extra confessionem; ita nec po-  
P. Steph. Eaganqez in quinque præc. Eccl.

Soar.

Sylu.

test illum soluere eadem pœnitentia, vel in totum,  
vel in partè. Et ratio est optima: quia inaudita causa,  
non potest iusta ferri sententia, neque in hoc foro,  
neque in alio; & quia illa pœnitentia fuit medici-  
nalis ad curanda vulnera, & remittendam pœnam  
temporalem peccatoris: Medicus autem, & medici-  
na non curant vulnera, quæ non vident: quomodo  
enim iudicare potest Confessarius, Medicus, & In-  
dex, medicinam pœnitentiæ imposita fuisse asper-  
ram, ac duram, nisi in confessione videat vulnera,  
peccatorum? *Henriq.* tamen in alia opinione dicit  
lib. 5. de pœnit. c. 22. n. 1. expressè asserit, posse alium  
Confessarium, audita confessione, quanuis non re-  
petita, eorundem peccatorum, pro quibus pœnitentia  
iniuncta fuit, impositam ab alio immutare, col-  
lere, vel moderari: & cum *Henriquez* id ipsum do-  
cere videtur *Nauarrus* c. 26. n. 22. quatenus dicit, id  
fieri posse, etiam non iterata confessione eorundem  
peccatorum. Sed *Nauarrus* ibi amplius docere vide-  
tur, nimirum, non solum id fieri posse in confessione  
sacramentali; sed etiam extra illam: quòd si hoc  
vult dicere, nullo modo est audiendus: quia tam so-  
lutio, quam ligatio pœnitentis, actus sunt clauium,  
qui necessariò requirunt Sacramentum, vt diximus.  
Ego primam opinionem amplector propter suas  
rationes: opinio tamen *Henriquez*, si moderatio-  
nem accipiat, bona esse potest, & certa: in eo, vide-  
licet, casu, quo Confessarius, ex confessione aliorum  
peccatorum, intelligat ex ipso pœnitente, plus, mi-  
nusve eadem fuisse præterita peccata, quorum pœ-  
nitentiam mutari, vel minui postulat: quia tunc iam  
habet sufficientem vulnere notitiam, & causam,  
vt congruentem sententiam ferre, & medicinam  
applicare possit.

6.

Henr.

Nau.

23.

Tertia potestas Superioris, est potestas ad remit-  
tendas pœnas temporales peccatis debitas per gra-  
tias, & Indulgentias, illas concedendo, & applican-  
do pro aliquo: tunc enim deriuat, applicatque Su-  
perior iis, qui in gratia existunt, per illas Indulgen-  
tias, merita Christi, ad remittendas illis pœnas tem-  
porales eorum peccatis debitas, vt fit per Bullam  
Cruciatæ, aut Iubilæum, aut per aliud simile priu-  
ilegium; ad quas Indulgentias concedendas sufficit,  
quòd Superior, vel Papa habeat aliquam causam  
communem, vel publicam, & non requiritur alia  
causa ex parte hominis priuati, cui illæ applican-  
tur, vt plerumque fit in Iubilæis. Consecuta autem  
Indulgentia etiam plenaria Iubilæi, non debet pœ-  
nitens reputare, se liberum esse à præcepto iniun-  
ctæ pœnitentiæ in ipsa confessione: quia pœnitentia,  
& satisfactio in illa iniuncta, præter satisfactio-  
nem pœnæ respicit alios fines, ob quos ligat, cum  
sit medicina præseruatiua in posterum, obedientia  
Iudicis, & pars integralis Sacramenti. Ita docet  
optimè *Henriquez* lib. 5. de pœnit. cap. 22. num. 6.  
*D. Thomas* in addit. q. 25. art. 1. ad 4. & art. 2. ad 2.  
Syluester verbo, *Indulgentia*, §. 9. *Rosella* ibi §. 15.  
fauet *Nauarr.* de Indulg. notabili §. 1. §. *In Leuitico*.  
num. 20. *Corduba* lib. 5. quæst. 10. col. 3. corollario  
4. & idem docet etiam *Astensis* lib. 5. tit. 40. art. 5.  
& *Adrianus* titulo, *de clauibus*, quæst. de Indulg.  
§. *Ad argumenta tertie vie*. Hanc autem remis-  
sionem pœnarum temporalium, possunt facere  
Superiores, qui Indulgentias concedere possunt,  
per viam Indulgentiæ, absque Sacramento con-  
fessionis, cum ipsas etiam Indulgentias extra Sa-  
cramentum concedere possint, vt patet: sed tunc  
non immutant propriè sententiam, & pœnitentiam  
Confessarij pœnitenti iniunctam, cum il-  
lum ab ea obligatione non soluant; sed tantum  
debito modo, & in Ecclesia ab antiquissimis tem-  
poribus vstratissimo ad hanc remissionem pœna-  
rum pœnitentem aliunde iuuant, non immutanda,  
Z z 3 nec

Henriq.  
D. Thom.  
Sylu.  
Rosella.  
Nau.  
Cord.  
Astensis.  
Adrian.

nec minuendo, aut moderando per se, ipsam Iudicis sententiam, & præceptum à Confessario impostum de iniuncta pœnitentia exhibenda, qui in suo vigore, vt dixi, persistit.

CAPVT. V.

Quæ opera possint Confessarij in Sacramento confessionis pro pœnitentia iniungere. Soluuntur alia dubia.

SYMMARIVM.

- Pœnitentia sunt arbitraria iudicio Confessorum. num. 1. Prudens pœnitentia potest totam pœnam temporalem dimittere. num. 2. Quæ opera possint imponi pro pœnitentia. num. 3. An Confessarius possit iniungere pœnitenti, vt Sacramenta suscipiat, & quæ, an matrimonium, an sacros Ordines. num. 4. An ingressum Religioni. ibid. An possit iniungere opera merè interna, vt adus doloris, & amoris Dei num. 5. An publicam pœnitentiam, in qua persona pœnitentis agnoscat, & in quo casu. num. 6. Refertur opinio Nauarri id negantis. num. 7. An possit imponere opera, vel ex præcepto, vel ex alio titulo debita. num. 8. Quid, quando Confessarius non explicat, se imponere pœnitenti ieiunia, vel opera ex præcepto debita. num. 9. An possint pœnitentes recitationem Rosarij iniunctam in auditione Missæ de præcepto audienda implere. num. 10. An requiratur, vt Confessarius semper iniungat ali- quod opus in particulari, an sufficiat, si dicat: Impono tibi pro pœnitentia, quicquid boni feceris, vel mali hodie sustinueris. num. 11.

1. Pœnitentia pro peccatis à Confessariis in confessione iniungenda non sunt determinata, sed relinquuntur arbitrio Confessarij moderandæ, attentis criminum, ac delictorum circumstantiis. Sic habetur in cap. Omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. & docet Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 8. & Concilium Florentinum. Ita enim Florentinum ait: Tertia pars est satisfactio secundum arbitrium Sacerdotis. Debet tamen Sacerdos semper curare, vt ipsa pœnitentia sit præseruatiua in futurum. Et idem docet etiam Concilium Salengustad. cap. 18. quod refert Iuo 15. p. decreti, cap. 184. & D. Thomas in addit. quæst. 18. art. 4. & Soto distinct. 20. quæst. 2. art. 3. & Nauarr. cap. 26. num. 18. Pœnitentia autem à prudente Confessario imposita non est necesse, vt talis sit, quæ satis faciat pro tota pœna temporali debita in purgatorio igne: quia hæc satisfactio non consistit in indiuisibili, neque in mathematico æquilibrio, sed habet suam latitudinem, & credibile est, prudentem pœnitentiam, licet sit parum leuior iusto, remittere totam pœnam, maxime si fiat ex magno motu pœnitentis: quia tunc ex opere operato, & operantis remittit. Ita docet Henriquez lib. 5. de pœnit. cap. 22. n. 10. vbi citat ad marginem in commento, littera X, Sotum dist. 20. q. 2. art. 3. & alios: in commutatione tamen votorum, quando sit pura commutatio, debet seruari Confessor, quantum fieri potest, iustam qualitatem, vt communiter Doctores affirmant.

Conc. Trid. Conc. Flor.

Conc. Sal. Iuo. D. Thom. Sot. Nau.

Henriq. ot.

Regulariter ergo dicendum est, omnia opera, bona moralia, vt ieiunium, elemosynas, orationes, cilicia, precationes, Missas, peregrinationes, & alia opera studiosa, & de se afflictiua corporis, licet pœnitens maximam voluptatem in illis exequendis sentiat, absolute loquendo, posse imponi à Confessario pro pœnitentia in satisfactionem temporalium pœnarum pœnitentis, quia ipsa satisfactio non solum datur, imponiturque ab ipso Confessario, vt pœnitens dolorem, ac pœnam corporalem sentiat, sed vt adquirat facilitatem in bene operando, bonisque operibus exercendo, quæ non idem minoris sunt meriti, quia cum voluptate, & facilitate exercentur, vt iam alibi diximus.

Multa ergo dubia hinc iam oriuntur. Primum est, vtrum possit Confessarius imponere pœnitentiam pœnitenti, vt alia Sacramenta suscipiat, v. c. vt bis confiteatur, ac communiceet in mense, & vt tot sacrificia efficiat, si Sacerdos est ipse pœnitens? Respondeo affirmatiuè: imò, vt docet Toletus lib. 5. Summæ, cap. 13. num. 6. datur aliqua species peccati, qualis est pollutio voluntaria propriis manibus habita, cui vix aliud remedium melius inuenias, quam si Sacerdos ei in confessione frequentissimas confessiones iniungat, v. c. vt fiat semel, aut bis in hebdomada, si opus fuerit: nam, cum Sacramenta omnia, & maxime Sacramentum confessionis, instituta à Christo sint, vt hominibus rectè dispositis Christi merita applicentur, per susceptio- nem eorundem Sacramentorum; inde est, quòd rectè faciat Confessarius, si merita passionis Christi Domini hac via applicet pœnitentibus, ad redimendas pœnas temporales illorum peccatis iam dimissis debitas: vnde ad comparandam remissionem harum pœnarum temporalium non sufficit sola fides, qua quis firmiter credat, huiusmodi pœnas sibi esse remissas, vt de peccatis Hæretici docent mendacissimè, qui vt opera nostra bona satisfactoria, & totam ipsam sacramentalem satisfactionem, imò & totum sacramentum pœnitentiæ excludant, atque euerant, mendacissimè affirmant, ex sola fide, qua homo credit firmiter, sua peccata sibi à Deo esse remissa, iustificari posse homines coram Deo; & non solum remissionem culpæ mortalis, sed etiam totius pœnæ temporalis statim comparare: quod nemo vnquam Catholicorum docuit: sed credimus, & confitemur, Christum in Cruce pro omnibus omnino peccatis satisfecisse, tam originalibus, quam actualibus, mortalibus, vel venialibus: quia tamen meritum passionis eius est causa vniuersalis, & non prodest, nisi certa aliqua ratione nobis ap pl cetur: si enim nulla requiritur applicatio, cur non omnes homines etiam Turcæ, & Ethnici saluantur, cum sanguis Christi fuerit propitiatio pro peccatis totius mundi, 1. Ioannis 2. neque verò sola fide applicare nobis possumus merita Christi, & infinitum pretium ipsius sanguinis, vt ipsi Hæretici fingunt, alioqui mentiretur, qui dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Ioannis 3. &. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, nam, si sola fides sufficit ad salutem, frustra addidit, & baptizatus fuerit, vt docet optimè Bellarm. in libello doctissimo, quem scripsit ad confutanda mendacia concordie Lutheranorum, mendacio 18. & propterea docet Ecclesia catholica, ad peccata expianda, siue ad meritum Christi passionis hominibus applicandum; instituta esse Sacramenta, & ipsum etiam corporis Domini sacrificium. Non igitur tamen posse Confessarios imponere pro pœnitentia, vt pœnitentes Sacramentum Ordinis accipiant propter votum castitatis perpetuum, quod Sacramentum hoc factorum Ordinum habet adnexum, &

Bell.

& quia susceptio huius Sacramenti est actus meræ libertatis, ad quod Deus neminem voluit obligare: sicut nec etiam possunt imponere ingressum Religionis, vt optimè docet, ac probat Beia 2. part. casu 3. & D. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 2. tum, quia nullum est tam graue peccatum, ob quod quis possit obligari sub præcepto ad Religionem ingrediendâ; tum, quia ingressus illius, est opus meræ libertatis. Et idem dici potest de Sacramento matrimonij, propter onus immensum illius, & propter maximam libertatem, quam requirit: possunt tamen hæc Confessarij, suadere, & consulere pœnitentibus; non tamen præcipere. Sacramentum Chrismatism credo posse in satisfactionem, & pœnitentiam iniungi: quia ad id tenentur Christiani ex decentia, si possunt: & idem de Sacramento vñctionis, si sint in extremis, vt pater.

Beia. D. Thom.

Secundum dubium est, an Confessarij possint iniungere pro pœnitentia opera merè interna, vt actus contritionis, orationem mentalem, meditationem aliorum, &c. Negat omnino Alensis 4. p. quæst. 84. memb. 2. art. 1. & Almaynus distinct. 15. quæst. 1. Et fundamentum illorum est: primò, quia pœnitentia iniuncta, seu satisfactio, est pars materialis huius Sacramenti: vnde, cum Sacramentum sit signum sensibile, seu visibile inuisibilis gratiæ, oportet, vt etiam pars illius sit sensibilis. Secundò, quia satisfactio & pœnitentia impositio iniungitur per modum præcepti humani: humana autem præcepta non solent cadere in actum internum. Nihilominus dicendum est, etiam posse actus internos imponi pro pœnitentia, licet magis conueniens, ac vtilitatem sit propter rationes factas, vt actus externi imponantur, vnde, si pœnitens ira ægrotet, vt nihil possit externum facere, iniungi ei potest, vt actum amoris, vel contritionis habeat, vel vt secum repetat dulcissimum I E S V nomen. Similiter, si Confessarius iudicet ad bonum conscientie pœnitentis expedire, vt ipse proponat sæpè in die, se non peccaturum, hoc ei poterit iniungere: nam, vt huiusmodi actus interni sint pars Sacramenti visibilis, satis est, vt sint per accidens sensibiles: sunt autem per accidens sensibiles, quando exterius imponuntur à Confessario, & accipiuntur à pœnitente. Nec mirum etiam est, cum hoc Sacramentum ad internum bonum animæ pertineat, & internam salutem hominis intendat, posse Confessarium actus internos pro pœnitentia imponere: sicut potest ab internis peccatis absoluerenam, sicut ipsa contritio, cum sit actus merè internus, eleuatur per virtutem clauium, cur non poterunt etiam eleuari alij actus satisfactorij interni?

5. Alensis. Almayn.

Tertium dubium est, an Confessarius possit imponere pœnitenti publicam pœnitentiam? Communis resolutio est: propter peccata occulta non debere imponi pœnitentias publicas propter periculum sigilli, & propterea quòd sint valde improporcionatæ peccatis occultis: propter peccata verò publica imponendas esse publicas pœnitentias, quia ita expedit ad Ecclesiæ satisfactionem, & publicum aliorum exemplum ad tollendum scandalum. Ita D. Thomas distinct. 14. quæst. 1. art. 5. quæst. iunc. 1. ad 1. & dist. 17. quæst. 3. art. 4. quæst. iunc. 4. ad 4. Alensis 4. part. quæst. 14. memb. 6. art. 1. alias quæst. 64. memb. 1. Paludanus dist. 14. quæst. 6. Durandus quæst. 4. Soto dist. 19. quæst. 2. art. 5. D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 17. §. 6. Medina tract. 2. q. 44. intelligunt autem per pœnitentiam publicam, non illam, quæ coram aliis fit occulta persona, vel causa pœnitentiæ: quia de hac non est dubium, quòd imponi possit, vt communiter Doctores resoluunt, & Soarius como 4. de pœnit. disp. 3. §. 6. num. 3. in

D. Thom. Alensis. Palud. Durand. Sot. D. Anton. Medina. Soar.

prælo Moguntino; sed illam, quæ ita fit coram aliis, vt ex illa colligi possit, Confessarium propter graue crimen sibi confessum illam imposuisse. Et si eis opponas hoc videri esse contra sigillum, & contra cap. Omnis vtriusque sexus fidelis. de pœnit. & remiss. ibi: Cauet autem Confessor, ne quous modo, vel signi, personam prodar peccatoris. Respondet Durandus citatus ibi, non reuelari peccatum: quia est publicum. Sed inepta responsio hæc est: quia, quantum non reueletur peccatum; reuelatur tamen confessio, & persona pœnitentis; quod specialiter prohibetur. Melius D. Thomas item allegatus respondet, hoc non esse contra sigillum, quia fit ex consensu pœnitentis. Hæc est communis opinio, quæ satis probabilis est.

Nauarrus tamen in cap. Sacerdos. de pœnit. dist. 6. num. 86. & in Summa cap. 8. numero 10. negat, omnino tales pœnitentias publicas posse imponi: quia reuera sigillo Sacramenti officunt, & personam produnt peccatoris; & quia ille consensus pœnitentis, est veluti coactus, & inuoluntarius, & contra illius famam: & Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 8. de reformat. & cap. 1. de pœnit. & remissionibus, & alia iura, quæ de his pœnitentibus publicis loquuntur, interpretatur Nauarrus de pœnitentia in foro externo, & iudiciario à potestate publica ecclesiastica impositis, veluti de publicis censuris ob publica peccata in foro externo impositis, nisi publici peccatores resipiscant. Sed hanc interpretationem doctissimi Nauarri appellat Soarius citatus admodum difficilem, ac duram: quia Concilium Tridentinum apertè videretur loqui de pœnitentia publicis in foro conscientie impositis: quia tamen rationes Nauarri ei placent, aliam opinionem introducit, asseritque, si pœnitens habeat rationabilem causam ad non acceptandam huiusmodi pœnitentiam publicam, & illa non sit necessaria ad tollendum aliquod scandalum, non posse obligari ad illam: posse tamen, quando ad tollendum scandalum, & ad satisfaciendum Ecclesiæ pro crimine publico, iudicatur necessaria abque graui incommodo pœnitentis, qui in eo casu non potest dici cogi; sed rationabiliter induci ad id, quod facere tenetur. Sed hæc opinio Soarij, si bene consideretur, in re consentit omnino cum prima.

Quartum dubium est, an Confessarij possint pro pœnitentia imponere opera, vel ex præcepto vel ex alio titulo debita. Sicut hoc iam supra terigimus. Respondeo tamen, regulariter loquendo, opera supererogationis, & ex nullo titulo, vel præcepto debita, esse imponenda, vt maior sit satisfactio, & vt pœnitentes in pluribus operibus, & actionibus bonis maiorem facilitatem bene operandi acquirant: ad hanc enim facilitatem acquirendam pœnitentiæ etiam imponuntur: nihilominus tamen non est dubium, quin Confessarij opera etiam ex præcepto, vel voto debita possint in satisfactionem pœnarum imponere, cum illa bona sint, & possint virtute clauium ad effectum remissionis pœnæ temporalis, quæ remanet, culpa dimissa, eleuari, & in idem opus possint cadere diuersæ oblationes: & sæpè hoc expedit propter hominum fragilitatem, vt bene notat Nauarr. in cap. 1. de pœnitent. dub. 6. num. 40. & sequentibus, & Soarius allegatus num. 5. v. c. si Confessarius pœnitenti imponat, vt diebus festis Missam audiat, & addat, vt illam audiat genu flexo: si ieiunium eodem die debitum, & addat, vt vinum non bibat, nisi semel, & modicissimum, vel quid simile.

Quando tamen Confessarius nihil explicat, semper intelligendus est imponere opus aliud non debitum: quia, regulariter loquendo, hæc est, intentio

7. Nauarr.

8.

Nauarr. Soar.

9.

Vit.

Sor.

tio Confessorum, vt iam diximus; ab hac autem regula excipit Victoria in Summa, num. 205. eleemosynam, de qua dicit, intentionem Confessorum esse, quando id non explicant, vt penitentes illa satisfaciant, quanuis aliàs illam ex alia obligatione dare teneantur. Hoc non placet Soto in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 1. sine: vnde in hunc modum distinguit: si obligatio faciendi eleemosynam superuenit post confessionem, sufficit illa eleemosyna ad implendam obligationem penitentiae, & obligationem superuenientem: secus, si antecessit. Sed hanc etiam distinctionem improbat Soarius citatus, & meritò. Quid enim, quæso, refert, quod obligatio antecedit, vel subsequatur? Totum ergo hoc negotium pendet ex intentione Confessarij, quæ ex circumstantiis, & ex materia venanda est: quando autem ex materia, & circumstantiis aperte conici non potest Confessarij intentio, semper intelligendus est imponere opus aliàs non debitum, vt diximus.

10.

Angel.  
Adrian.  
Medin.


Addunt etiam Doctores, si quis reciter Rosarium, aut Horas eo tempore, quo audit Sacrum ex præcepto, satisfacere penitentiae impositæ de recitando eodem Rosario. Ita Angelus verbo, Feria, §. 46. Adrianus q. 1. de satisfactione. Medina tract. 2. q.

48. Soarius tom. 4. de penit. disp. 38. sect. 6. n. 5. sine. Soar. Et ratio est: quia re vera facit opus impositum, ad quod aliàs non tenebatur, & quod incompatibile non est cum auditione Missæ.

Quintum, & vltimum dubium est, an oporteat, vt Confessarius iniungat aliquod opus in particulari, an sufficiat dicere in generali: Do tibi pro penitentia, quicquid hodie, vel hoc mense, vel hebdomada boni feceris, vel mali sustinueris? Affirmat D. Thomas quolibeto 3. art. 28. quem sequuntur Paludanus dist. 14. q. 6. & Petrus Soto lect. 2. de satisfactione, & Nauarrus in Summa, cap. 26. n. 24. & cap. 1. de penit. dist. 6. num. 26. & Soarius citatus num. 6. quibus in re pia, & probabili non dissentio: nam, si peccatum in communi potest esse materia huius Sacramenti, cur non etiam satisfactio in communi: intelligendum tamen hoc est quoad satisfactionem, & de satisfactione imposita pro peccatis tantum in illa confessione confessis: quia de illis tantum fertur iudicium: & ita, postquam poena fuerit remissa, ille effectus cessabit: animaduerto tamen hanc satisfactionem solum imponendam esse personis religiosis, vel aliis personis spiritualibus, quarum vita frugi est.



TRACTA



TRACTATUS  
IN TERTIVM  
ECCLESIAE PRÆCEPTVM,  
DE SVMENDA EVCHARISTIA.



E nobilissimo Eucharistiæ Sacramento, deque illius super reliqua Sacramenta admiranda excellentia, agit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. Et quidem commune est huic nobilissimo Sacramento cum reliquis Sacramentis, quod sit signum sensibile rei sacræ, seu inuisibilis gratiæ visibilis forma. Illud autem in eo singulare omnino est, quod verè, realiter, præsentialiter, & substantialiter in se contineat ipsum Christum Dominum, plenissimum gratiæ, & veritatis fontem: vnde maiorem præ cæteris Sacramentis excellentiam, ac dignitatem habet, & vberiore gratiam confert. Est præterea illud singulare huic Sacramento, comparatione reliquorum, quod reliqua tunc primùm sanctificandi vim habent, cum illis vrimur, & illa nobis applicantur: at Eucharistia sanctificandi vim habet, antequàm illa vramur, & nobis applicetur: nondum enim de manu Sacerdotis illam accipimus, cum iam ipsum Christum verum sanctificationis fontem continet: prius enim quàm Apostoli in cœna hoc Sacramentum de manu Domini acceperint, affirmavit ille: *Hoc est corpus meum.* Matth. 26. Vide Concilium Tridentinum loco allegato, vbi hoc plenissimè inuenies.

Conc. Trid.

Conc. Trid.

LIBER PRIMVS.

Ordo materiæ huius præcepti, ac mandati sanctæ Matris Ecclesiæ.



QUATVOR, vel quinque ad summum libellis totam substantiam huius præcepti sanctæ Matris Ecclesiæ, de Eucharistia semel in anno, tempore paschatis, suscipienda, absoluemus. In primo agemus de nominibus ac figuris illius; an sit Sacramentum; an sit vnum, vel plura; quid sit; in quo consistat; quo tempore à Christo Domino sit institutum; an in azymo, vel fermentato; an sit de necessitate salutis; quo tempore obliget; quas personas; in qua ætate. Secundus liber erit de duplici materia, & forma illius: in qua materia possit confici; quæ verba sint essentialia in forma; in qua forma Christus hoc Sacramentum instituit; an Papa possit dispensare, vt conficiatur in vna tantum specie, vel vt sumatur in vtraque; an de facto iam aliquando cum aliqua proiuncta dispensauerit. Tertius erit de ministro, & suscipiente, & de præparatione competenti ad talem susceptionem. Quartus erit de effectibus huius Sacramenti. Quintus denique erit de efficacia, & effectui formæ verborum, de præsentia Christi in hostia consecrata; quando incipiat ibi esse, quando desinere, qua adoratione dignum sit tantum Sacramentum.

CAPVT I.

De nominibus, ac figuris Eucharistiæ: an quatenus Viaticum bis in eadem infirmitate sumi possit: an renouari tempore interdicti, & quomodo.

SVMMARIVM.

Dicitur hoc Sacramentum, Eucharistia, & quare. n. 1.  
Dicitur Synaxis, & quid hoc nomen significet. n. 2.  
Appellatur etiam Viaticum. num. 3.  
Quare in sacrario asseruetur. num. 4. & 5.  
An in eadem infirmitate bis sumi possit per modum Viatici. num. 6.  
Quot dies intermitti debeam. ibid.  
An bis ungi possit infirmus in eadem egritudine. ibid.  
Dicitur etiam Eucharistia, vicia, metalepsis, & quare. num. 7.  
Quare mysterium fidei dicatur. num. 8.  
Quare appellatur sacrificium respectu Sacerdotis. n. 9.  
Quibus figuris fuerit præfiguratum hoc Sacramentum. num. 10.

An.



An sit prohibitum in sacris Canonibus depingi Christum in figura agni, & quare.

1. Q uemadmodum Deus ipse Opt. Max. ob suam immensam infinitatem, incomprehensibilemque, & nullis terminis circumscriptionem non potest vno solo nomine explicari, sed pluribus nominibus, utinque id fit: ita neque hoc diuinum, & admirabile Sacramentum, in quo Deus ipse continetur, vno nomine explicari potest: quamobrem plurimis nominibus ipsius excellentiam, dignitatemque, ac praestantiam super reliqua omnia Sacramenta, solent Patres, Canones, & Doctores Scholastici, ac sacrae paginae Interpretes explicare. Vocatur ergo Eucharistia primum Graece, quod perinde sonat, ac bona gratia: & quia hoc Sacramentum vberimè tanquam bonus gratiarum fons animas ritè ac debitè dispositas, & se suscipientes implet; & quia omnium caelestium donorum contentium est, quod quidem nomen Graecum retinet hodie, retinuitque semper sancta Mater Ecclesia Latina, & passim Patres, ac Doctores illo vtiuntur, vt animaduertit Turrianus tractatu 2. de Eucharistia, cap. 11. 12. 13. 14. 19. quia conuenientissimè per huiusmodi nomen multiplices huiusmodi Sacramenti effectus, virtutesque explicantur, quæ non ita congruenter per aliud vocabulum explicari possunt.

Turrian.

2. Dicitur etiam, appellaturque Graecè Synaxis, quod Latine vertitur *Communio*, seu *Collecta societas*: quia per huiusmodi Sacramentum, & inter nos tanquam membra vnus corporis mystici, & cum Christo Domino, velut cum nostro capite, & salutis auctore vnimur, & copulamur, vt notant passim Doctores: quam vnionem, & copulationem, collectam societatem à faciando, colligendoque appellant, quasi cum Christo vniti, & copulari veluti in ruro portu à mundi tempestatibus colligamur. Vide Henricum lib. 8. de Eucharistia, cap. 1. littera I. Bellarminum lib. 2. de Sacrament. cap. 3. & lib. 1. Eucharistiae, cap. 12. & Sanctos Patres explicantes illud Pauli 1. Cor. 10. *Panis quem frangimus, communicatio corporis Domini est: vnus corpus, & vnus panis sumus omnes.* & idè etiam ab vniedo vocatur à D. Thoma opusculo 57. cap. 15. prope finem, ex mente D. Augustini, vinculum pacis, mysterium vnitatis: *Qui accipit (inquit) mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non accipit mysterium* (id est, Eucharistiam) *pro se, sed contra se.* Et ad significandam hanc innatam vim vniedi, dixit Christus Dominus Ioannis 16. *Et qui manducat me, in me manet, & ego in illo.* & idè etiam in pane instituit Dominus conuenienter hoc Sacramentum: quia sicut ex multis granis vnus panis fit; ita ex multis fidelibus vnus cum Christo virtute & vnione huius Sacramenti sumus. Sic Henricus, & Bellarm. citati. Concilium Toletanum IV. cap. 17. & Agathense cap. 5. & certè plus vnit Eucharistia, quam Baptismus, & quam reliqua Sacramenta: omnium enim Sacramentorum finis est vnire nos cum Deo per gratiam; proprius autem, & peculiaris effectus huius Sacramenti est ipsa vnio, vt nomen Synaxis praefert. Hac ratione dabatur olim in vinculum pacis; & fecedus amicitiae: nam Episcopis ex diuersis orbis partibus Romam venientibus mittebat Summus Pontifex, velut in signum fecederis, & amicitiae, sacrosanctam Eucharistiam, vt testatur Eusebius lib. 5. Hist. c. 24. Nicephorus lib. 4. c. 39. & alij.

Henric. Bellarm.

D. Thom.

Coc. Tolet. & Agath.

Euseb. Niceph.

3. Dicitur Viaticum pro iis, qui moriuntur: quia viam munit & parat ad gloriam, & quam praefigurat ea admirabili vnione: quia totam Christi substantiam suscipimus, quando communicamus: & idè,

vt notant passim Doctores, D. Thomas 3. p. q. 76. a. 6. ad 2. & Concilium Trident. sess. 13. c. 6. & Nicænum cap. 12. & D. Augustinus lib. de visitandis infirmis, cap. 4. asseruatur in sacratio, vt infirmis facile ministraretur, quauis diei, vel noctis hora. Probat etiam Turrianus tract. 2. c. 10. de Eucharistia, vocari etiam viam, quasi viaticum: & cerè via vocatur in Missa, seu Liturgia D. Iacobi, & sic etiam interpretatur Turrianus illud Psal. 49. *Illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Illic id est, in Ecclesia: iter, via, seu viaticum ducens ad gloriam, in qua Deus Beatis ostenditur, & videtur ab illis. Inde D. Ambrosius oratione de obitu fratris sui Satyri, docet, nauigantes olim solitos fuisse in mari secum asserre Eucharistiam pro viatico infirmorum.

D. Thom. Conc. Trid. & Nicæn. D. Aug.

Turrian.

Turrian.

D. Ambr.

4.

Henric.

Henr. Scot. Richard. Sotus. Couar. Nauar. Hostiens.

Henric.

Henric.

Henric.

7.

Bellarmin.

D. Aug.

Nauar.

5.

Bernard. Dias. Fria.

Henric. Emm. de Valle.

D. Thom.

Bellarmin. Tertull. Conc. Col. Sotus.

Bellarmin.

6.

Soar. Tab. Armill. Henric.

Tab.

Tab.

Asseruatur etiam in sacratio, vt conseruetur Christus praesens vt homo inter fideles in Ecclesia, iuxta illius promissionem: *Ego ero vobiscum vsque ad consummationem saeculi.* vt egregiè notauit Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 1. & hac de causa iuxta Canones renouantur species in Ecclesia etiam tempore interdicti, ne per corruptionem illarum praesentia Christi apud nos esse desinat: & idè pro ea renouatione non solum tempore interdicti, sed etiam cessationis à diuinis vna Missa semel in hebdomada dici potest, vt docet Henricus lib. 8. de Euchar. c. 1. Scotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 2. Richard. ibid. a. 4. q. 1. Sotus q. 2. a. 3. & dist. 22. q. 3. a. 1. Couarr. cap. *Alma mat.* 5. 2. num. 4. & 5. & Nauar. cap. 27. num. 173. & 179. imò, & iuxta Nau. & Hostiensem possunt tunc celebrari plures Missae, si necessitas infirmorum id postulet, ad illos per modum viatici communicandos, velut tempore pestis, aut belli. Appellatur etiam *viaticum*, non solum quia infirmis ex hac vita discessuris per modum viatici praebetur; sed etiam, quia cibis est in hac vita, vitæque, qua ad vitam aeternam sustentamur: cumque sit praecipuum ecclesiasticum, vt omnes fideles ieiunii hoc Sacramentum accipiant; tamen infirmis, tanquam viaticum, potest exhiberi, quauis non sint ieiunii, vt in eo articulo mortis confortentur; & tamen ad communicandum infirmum nunquam licebit celebrare Clerico non ieiunio, vt docet Nauar. cap. 21. num. 33.

Asseruatur etiam in custodia, & sacratio, ne à brutis comedatur, cap. *Qui bene.* de consec. dist. 2. alius Parochus in hac negligens deponitur; nunc autem suspenditur tribus mensibus ab officio, c. 1. de custodienda Eucharistia. Bernard. Dias. tract. cap. 4. Fria de visitat. c. 3. Henric. lib. 8. de Euchar. c. 1. Custoditur denique in sacratio, vt docet Doctor Emmanuel de Valle opusc. 1. de ensalmis, sect. 2. c. 6. n. 14. causa maioris venerationis, & vt dicitur in cap. 1. de custodia Eucharistiae, ne possit ad illam temeraria manus aliqua horribilia extendi, vel nefaria exercenda, philtrea, videlicet, aut aliqua similia, quod vitium fuisse circumspectè seruatum in nostra Lusitania, & Portuensi vrbe, ne tam scandalosum furtum Eucharistiae contingeret anno Domini 1614. quod tamen tota Lusitania ingenti significatione tristitia, & lacrymarum vi expiauit.

Non est autem dubitandum, posse eundem infirmum non ieiunum per dies aliquot intermissos in eodem morbo communicare per modum Viatici, vt docet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 66. sect. 5. Sa verbo, *Eucharistia*, num. 5. Tabiena verbo, *Communicare*, §. 48. Armilla verbo, *Communio*, §. 18. Henric. lib. 8. Euchar. cap. 4. Sicut enim potest quis bis, aut ter in eadem infirmitate vngi, si longa sit; ita etiam potest communicare. Quot autem dierum spatium inter Viaticum, & Viaticum debeat intercedere, arbitrio prudentis relinquatur. Tabiena arbitratu sex, vel octo dies debere intercedere.

Henric. cedere. Henriquez citatus cap. 5. num. 3. requirit octo, & ibi ait, id intelligendum esse, etiam si quis post primam Viatici assumptionem mortaliter peccasset: tunc enim debet confiteri, ait; non tamen intra tunc paucos dies Viaticum iterum sumere. Credo tamen, posse illud sumere cum debita reuerentia, praemissa confessione. Vide librum 3. huius praecepti, cap. 5. num. 20. vbi hæc latius tractantur. Illud certum, ad iterum vngendum in eadem infirmitate, multo plures requiri dies, quam ad iterum communicandum. Illud etiam certum, idè posse iterari Vnctionem, & Communionem Eucharistiae in eadem infirmitate; quia non imprimunt characterem: solum enim hæc tria Sacramenta, Baptismus, Confirmatio, & Ordo Characterem imprimunt, iuxta Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 9. & sess. 23. cap. 4. & D. Thomas 3. p. quaest. 63. art. 6. & Henricum lib. 3. Confirmationis, & extremæ Vnctionis, cap. 9. num. 4. Et quauis Henric. ibi dicat, Sacramentum Vnctionis non esse iterandum in eodem morbo, nisi æger conualuerit per mensem, & postea in periculum reincident: tamen Concilium Tridentinum sessio 14. cap. 3. nullum terminum dierum requirit; sed solum dicit: *Quod si infirmi post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuari possunt, cum aliud simile vitæ periculum incidierint.* Quamobrem dies intermissionis, iuxta prudentis arbitrium, sunt definiendi, vt quis iterum in eadem infirmitate vngi possit. Henriquez, vbi supra, mensem requirit: pauciores tamen, meo iudicio, requiruntur, & quindecim, aut viginti sufficient, si iterum melius infirmus habeat, & iterum in vitæ periculum incidat.

Conc. Trid. D. Thom. Henric.

Conc. Trid.

Henric.

7.

Bellarmin.

D. Aug.

8.

D. Thom.

Bellarmin. Tertull. Conc. Col. Sotus.

Bellarmin.

6.

Henric.

Tab.

interdum à D. Chrysofomo tomo 3. homilia super illud Pauli 1. Cor. 11. *Frater, iam non est, &c.* vocatur.

D. Chrysof.

Tandem, respectu Sacerdotis dicitur sacrificium, hostia, Liturgia, & vulgato sermone, Missa, quod vocabulum Hebraicum est, & sacrificium, seu oblationem significat: verè enim sacrificium est: primò, quia est expressa repraesentatio illius cruenti sacrificij, quod Christus Patri obtulit in cruce pendens. Secundo, quia in eo viuum Christi corpus, tanquam res oblata increuerit. Patri iterum offertur, & mystica quadam occisione pro peccatis hominum immolatur. Vnde refutantur Haeretici, qui dicunt, Missam solum sacrificium, seu occisionem significare in Hebraeo, non oblationem: verè enim oblationem, etiam in Hebraeo, significat, vt docet & eleganter probat Maldonatus epistola de collatione, atque disputatione, quam habuit cum Sedenensibus Calvinistis, quæ habetur in fine tomi, quem de Prophetis maioribus scripsit. Et quod verè oblatio sit, in hunc modum probatur: quia, quidquid Deo per verum Sacerdotem offertur, quod vim habeat remittendi peccata, verum sacrificium propitiatorium est, veraque oblatio: sed corpus Christi, quod vim habet remittendi peccata in Missa per verum Sacerdotem Deo offertur, ergo est verum sacrificium, veraque oblatio: dicitur autem verum sacrificium, veraque oblatio; quia quidquid fructus, & quidquid boni per omnia vetera sacrificia figurabatur, continet eminenter, vt anima rationalis eminenter continet omnem animam, & omnium formarum perfectionem.

Maldon.

10.

Fuit autem hoc Sacramentum apud Hebraeos, non vna tantum, sed pluribus figuris significatum: *Omnia quippe in figuris continebant illis.* 1. Cor. 10. fuit enim significatum in sacrificio Abrahæ, Abelis, & Melchisedechi, qui panem, & vinum obtulit Domino, Genes. 14. & idè in Canone Missæ horum Patriarcharum sacrificiorum specialis mentio fit: & idè etiam in Liturgia beati Iacobi oratur, suscipi tali offerentium deuotione, quali obtulit Abel, Noè, Aaron, Samuel: quia eorum sacrificia fuerunt istius sacrificij figura. Maximè verò significatum fuit in panibus propositionis, quorum non licebat vsus, nisi solis Sacerdotibus, 1. Reg. cap. 21. & in manna iuxta dictum Christi Domini Ioan. 6. *Panes vestri manducaverunt manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuit in aeternum.* Sicut enim manna in exigua quantitate satiabat, & conseruabatur à feria sexta in Sabbathum, & in arca testamenti asseruabatur: ita etiam Eucharistia asseruatur in Ecclesia in exigua particulæ quantitate, & in sacratio asseruatur, iuxta D. Irenæum apud Eusebium lib. 5. Hist. cap. 23. Vide Xistum Senensem lib. 6. Biblioth. cap. 196. Ratio autem, ob quam multis figuris praesignificatum fuit, ea est: quia res, quæ vno nomine ob suam excellentiam significari non potest, oportet, vt multis nominibus, & signis, & figuris declaratur; talis est Eucharistia: habet enim plurimos effectus, & ineffabiles excellentias: ergo oportuit, vt multis figuris, & signis praefigureretur, & praesignificaretur, vt optime docet Henric. lib. 8. de Euchar. cap. 1. num. 1. Sed agnus Paschalis maximè adumbrabat hoc mysterium Eucharistiae: & quidem D. Thomas 3. p. q. 73. art. 6. faceretur, agnum Paschalem fuisse Sacramentum, non quidem rei sacrae signum. quia 1. 2. q. 101. art. 4. ad 2. negat, in lege veteri aliquid fuisse simul Sacramentum, & sacrificium; sed sacrae rei figuram.

D. Iren. Euseb. Xist. Senem.

Henr.

D. Thom.

Quidam putant olim prohibitum fuisse depingi Christum Dominum sub figura agni, ne Iudæi putarent, veteris agni figuram manere adhuc apud nos: & ob id bene Canus lib. 5. de locis sacris cap.

11.

Canus cap.

cap.6.ad 6.reiicit canones sextæ Synodi in Trullo, ex quibus id elicitur: nam integer canon 82. non prohibet pingi Christum sub figura agni: sed ait, hanc figuram & picturam agni repræsentare Christum in figura humana. Et illum canonem citat in hunc sensum Adrianus Papa cap. Sextam de consecrat. dist. 3. sic enim ibi Pontifex concludit: *Verum igitur agnum, Dominum nostrum, I E S V M Christi, secundum imaginem humanam amodò etiam in imaginibus pro veteri agno depingi iubemus.* Hæc ille. Præfert enim Ecclesia veritatem antiquis figuris: unde, si iubet Pontifex depingi Christum in figura agni, ut illius humanitas instar agni extra peccatum figuretur, ac repræsentetur; profectò non fuit prohibitum depingi Christum in figura agni. Et vero hodie cessante iâ ac deficiente periculo, si fortè fuit, non solum pingitur, sed effingitur ex cera candida dida agnus, qui cum Pontificis benedictione, & mixtione olei sancti habetur in veneratione, & è collo appendus gestatur apud fideles. Et vsus hic benedicensi hos sacros agnos à tempore D. Gregorij Papæ cœpit, anno Domini 491. vt docet Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 1. sine, ad marginem, littera S: & Rationale lib 6. cap. 69. & Leo Papa III. misit sacrum agnum ex cera benedictum Carolo Magno Imperatori. Urbanus V. misit tres Imperatori Constanti-nopolitano cum versibus: quod munus exceptum fuit à religiosissimo Imperatore magna pompa Clericorum.

Adrian. Papa.

Henr.

CAPVT. II.

*Quid sit Sacramentum Eucharistiæ: an sit vnum, vel plura: in quo consistat: quo tempore à Christo institutum: in cuius domo, & an in azymo: an Iudas communicauerit.*

S V M M A R I V M.

- Definitio Sacramenti Eucharistiæ. num. 1.
- In Eucharistiâ, sicut & in aliis Sacramentis, tria reperiuntur: Sacramentum ipsum: res Sacramenti tantum: Sacramentum, & res Sacramenti simul: & qua illa sint. num. 2.
- Eucharistiâ differt à reliquis Sacramentis, quòd reliqua causent gratiam in suscipientibus, & non illam contineant; Eucharistiâ vero contineat, & causet. n. 3.
- In aliis Sacramentis verba ipsa sunt pars Sacramenti, non ita in Eucharistiâ; & quare. num. 4.
- Eucharistiâ est verum Sacramentum. num. 5.
- Consistit formaliter in speciebus consecratis, non in corpore Christi, neque in consecratione, prolatione ve verborum, aut sumptione. num. 6.
- Proponitur, & soluitur obiectio in contrarium. n. 7.
- Quomodo interpretandi sint Patres, qui dicunt, corpus Christi esse Sacramentum Eucharistiæ. n. 8.
- Vtraque species consecrata panis, & vini, est vnum Sacramentum, non plura. num. 9.
- Populus sumens solam speciem panis, totum, & integrum Sacramentum sumit quoad effectum gratiæ, & causalitatis, non in ratione signi sensibilis. n. 10.
- An maiorem gratiam recipiat, qui sub vtraque specie communicat, quam qui sub vna. ibid.
- Quid si quis in triduo mortis Christi consecrasset. n. 10.
- Si maior gratia daretur communicanti sub vtraque specie; non tamen fieret iniuria communicanti sub vna tantum. num. 11.
- Quo tempore, & in qua cœna instituerit Christus hoc Sacramentum. num. 12.

- Initio cœna lauit pedes. ibid.
- In sinè consecrauit calicem; in medio consecrauit panem. num. 13.
- In qua domo Sacramentum instituerit. num. 14.
- An Iudas communicauerit. num. 15.
- An in azymo consecrauerit. num. 16. remissiuè.

Sacramentum Eucharistiæ ita communiter definiti solet à Doctores: *Est Sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri I E S V Christi, quo vita spiritalis nutritur.* Ita definit Soto in 4. dist. 8. q. vnica: in qua definitione Sacramentum obtinet locum generis: reliquæ particulæ locum differentie. Definitionem aliam longiorem tradunt Scotus, & Gabriel; sed propter eius obscuritatem, & longitudo relinquenda est. Alij ita definiunt: *Sacramentum Eucharistiæ est vera & realis presentia Christi sub speciebus panis & vini consecratis.* Sed hi videntur ponere Sacramentum in ipsa reali existentia corporis Christi sub prædictis speciebus contenti, & non in ipsis speciebus consecratis; & idè etiam sunt relinquendi: non consistit enim formaliter Sacramentum Eucharistiæ in ipso corpore Christi sub speciebus consecratis existente; sed in ipsis speciebus sensibilibus, vt infra videbimus n. 6. nam omne Sacramentum est signum sensibile, visibileque, seu inuisibilis gratiæ visibilis forma. Corpus autem Christi sub speciebus latens videri non potest, & idèd Sacramentum esse non potest: causa autem, ob quam videri non potest, est, quia est ibi per modum supernaturalem: res autem supernaturales sensum humanum, & oculorum aciem effugiunt.

Notandum ergo est primò, ex sententia Magistrj dist. 8. cap. vltimo, & Vvaldensis lib. de Sacramentis, tomo 2. cap. 22. quæ sententia est communis Theologorum, desumpta ex Hugone lib. 2. de Sacramentis, part. 8. cap. 7. quòd, sicut in omnibus aliis Sacramentis inueniuntur tria; primò, Sacramentum ipsum: secundò, res Sacramenti tantum: tertio, Sacramentum ipsum, & res Sacramenti simul: sic etiam hæc eadem tria reperiuntur in Sacramentò Eucharistiæ: nam species ipsæ panis, & vini consecratae sunt propriè ipsum Sacramentum: corpus verò Christi, & eius sanguis, quæ sub speciebus visibilibus continentur, sunt ipsum Sacramentum, & res Sacramenti simul; non quòd ipsum corpus Christi, ibi latens & existens, sit ipsum Sacramentum, & species, res Sacramenti; sed vice versa, quòd species sunt ipsum Sacramentum formaliter; corpus verò res Sacramenti in ordine ad vnitatem, quam causat, & qua mediante cum Christo tanquam cum capite vnimur: gratia autem, quæ confertur iis, qui hoc Sacramentum suscipiunt, est res Sacramenti tantum: res, inquam significata, & non significans: nam corpus Christi est res significans, & causans hanc gratiam, & vnitatem, per quam Christo vnimur. Sed hæc infra clariùs patebunt.

Notandum secundò, in hoc differre hoc Sacramentum à reliquis Sacramentis, quòd alia Sacramenta tunc perficiantur, cum nobis actu applicentur, & à nobis accipiuntur: accipiuntur autem à nobis, quando materia sub certa verborum forma nobis applicatur suscipientibus: vt patet in Baptismo, qui nunquam absoluitur in esse Sacramenti, nisi quatenus suscipiens abluatur; & sic de cæteris: at verò Eucharistiâ, cum sit Sacramentum permanentis, ac persistens transeuntibus verbis consecrationis, antequàm illam suscipiamus, & nobis applicetur, iam est perfecta, in esse Sacramenti: & tunc dicitur fieri, cum eius materia consecratur sub certa & solita verborum forma: non autem, quando ipsa Eucharistiâ nobis applicatur, illamque suscipimus: quando enim illam suscipimus, iam Sacramentum

1. Soto, Scot. Gabriel.

2. Magist. Vvald. Hugo.

3.

mentum Eucharistiæ perfectum est: unde sequitur formæ aliorum Sacramentorum, quorum, scilicet, Sacramentorum essentia consistit in vsu materiæ, significare vsum ipsius materiæ, formam, scilicet, Baptismi, abluitionem; formam verò Eucharistiæ non significare vsum materiæ; sed tantum rem contentam in materia consecrata, nimirum corpus, & sanguinem Christi.

Notandum tertio, quòd, quamuis alia Sacramenta supponant pro applicatione materiæ, Baptismum enim appellamus abluitionem; tamen ablutio ipsa, seu simplex vsus aquæ non est ipsum Sacramentum, sed ablutio sub illis verbis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Unde verba ipsa necessariò sunt pars Sacramenti: quia totum integratur ex illa actione abluendi, & ex verbis. Enimverò, cum Sacramentum sit signum sanctificans, & non ablutio solum, sed etiam ipsa verborum forma instrumentaliter significat, quia sanctificationem hominum significat, & ad hominem, qui sanctificatur, applicatur; inde fit, vt in aliis Sacramentis ipsa verba dicantur pars Sacramenti: at verò in Eucharistiâ, quia verba non applicantur suscipienti, neque significant sanctificationem ipsius, imò eis transactis ac præterlapsis, totum Sacramentum remanet, idèd non sunt pars huius Sacramenti.

Sed, quia Eucharistiâ appellamus Sacramentum, videndum planè est, an sit verè Sacramentum: & de hoc sit prima conclusio: Eucharistiâ est verum Sacramentum nouæ legis. Hæc conclusio est de fide; atque adèd ita certa, vt paucissimi Hæretici multarum veritatum huius Sacramenti impugnatores, illam impugnare audeant. De fide definitur in

Conc. Trid. Concilio Tridentino sess. 7. can. 1. & in Concilio Florentino, & in cap. Firmiter. de summa Trinitate, §. Vna verò. & in cap. Ad abolenda. de Hæreticis. & cap. Cum à te. de celebratione Missarum, & idèd sentiunt omnia Concilia, & Doctores, qui hæc de re scripserunt. D. Thom. 3. part. q. 73. in littera. Bellarm. lib. 2. Sacramentorum, cap. 24. & lib. 4. de Eucharist. à cap. 2. Henriquez lib. 8. de Euch. c. 6. adèd vt omnes illi Hæretici, qui hoc Sacramentum negauerunt, aut de illo indignè senserunt, habuerint infelicem exitum, vt refert Castro de iusta Hæreticorum punitione, verbo, Eucharistiâ, initio. Probatum hæc conclusio in hunc modum: Omne remedium ordinatum à Christo sub signo sensibili, principali-ter ad subsidium spirituale, & collationem gratiæ est Sacramentum, vt ex definitione Sacramentorum patet: sed Eucharistiâ talis est, vt patet Ioânis 6. *Qui manducat hunc panem, in æternum viuit: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* ergo Eucharistiâ Sacramentum est. Deinde probatur clariùs: quia est signum sensibile rei sacræ, seu est inuisibilis gratiæ visibilis forma: ergo est Sacramentum. Neque solum est Sacramentum, sed omnium Sacramentorum dignissimum atque nobilissimum, quod in hunc modum potest probari.

D. Thom. Bellarm. Henriq.

Castro.

Primò, quia dignitas Sacramenti consistit in hoc, quòd contineat sanctitatem: ergo illud Sacramentum erit omnium dignissimum, quod continet in se sanctitatem formaliter; continet enim Christum, fontem plenissimum totius sanctitatis, & verum sanctificatorem animarum: reliqua autem Sacramenta continent illam instrumentaliter, quia instrumentaliter gratiam, & sanctitatem causant ex infallibili promissione Dei, ac institutione, in homine, ritè, ac debite illa suscipiente: ergo Eucharistiâ est dignissimum ac nobilissimum omnium Sacramentorum. Secundò, quia finis est nobilior, quam media ad talem finem: sed propter dignitatem huius Sacramenti ordinatur ad illud suscipiendum, vel ministrandum, præcipua Sacramenta nouæ legis, Baptismus, scilicet P. Sæph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

et, Confirmatio, Ordo, & Pœnitentia, omniisque deuotio in Ecclesiâ propter illud instituitur: nam in ordine ad Missam, in qua hoc Sacramentum conficitur, Sacerdos perfoluit diuinum Officium, & fideles ad communicandum prius confitentur, & populus deuotius Missam audit, quam quocumque aliud Officium ecclesiasticum: ergo est nobilissimum omnium Sacramentorum.

Statuta hac veritate, quòd Eucharistiâ sit Sacramentum, & non solum Sacramentum, sed nobilissimum omnium Sacramentorum nouæ legis; videndum est, in quo hoc Sacramentum formaliter consistat, nam, cum in hoc Sacramentò quatuor reperiantur, nimirum species panis, & vini consecratae; corpus, & sanguis Christi, quod sub speciebus continetur; consecratio ipsa, seu actio consecrandi; prolatio ve verborum consecrationis; & vsus, seu sumptio specierum, quæ consecrantur; dubium esse solet apud Auctores, in quânam istarum quatuor rerum, formaliter consistat Sacramentum Eucharistiæ: & de hac re sit secunda conclusio: Sacramentum Eucharistiæ non consistit formaliter, & in facto esse in ipsa consecratione, actione ve consecrandi, seu prolatione verborum; neque in sumptione specierum, quæ consecrantur; neque in corpore, & sanguine Christi existente sub speciebus consecratis: sed in ipsis speciebus consecratis: atque adèd hoc Sacramentum formaliter sumptum, non est ipsa consecratio, neque sumptio, neque ipsum corpus Christi sub speciebus consecratis existens; sed ipsæ species consecratae, quæ desinente omnino omni substantia panis, & vini, manent existentes per se, non in alio, & sunt causæ refectionis spiritualis. Est communis apud Doctores huius temporis. Ita docet Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 6. num. 2. Ioseph Angles quæst. de essentialibus Eucharistiæ, concl. 1. Magister distinct. 8. D. Thom. & sequaces, 3. part. quæst. 73. art. 1. ad 2. & art. 3. & 6. Ledesma in Summa, titulo, de Eucharistiâ, difficult. 1. Altisiod. lib. 4. titulo, de Eucharist. à c. 7. Alens. 4. part. quæst. 31. m. 3. Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 4. & 5. Bellarm. lib. 4. de Euch. c. 6. Vvaldensis lib. 2. de Sacramentis, c. 22. Richard, distinct. 8. artic. 1. quæst. 1. & communiter Theologi in illa distinct. Probatum primò ex Prospero lib. sententiarum, & refertur in cap. Hoc est, quod dicitur. de consecr. distinct. 2. vbi sic dicitur: *Sacrificium Eucharistiæ duobus constat, visibili elementorum specie, & inuisibili carne, & sanguine Domini nostri.* Secundò, & clariùs, ex D. Anselmo lib. de Sacramentis: o altaris, cap. 10. vbi ita: *Sacramentum corporis Christi, quod de terra sumptum est, (intellige, de terrena carne Virginis,) est visibilis illa species panis, & vini consecrati.* Et id docet etiam D. Augustinus epistola 23. ad Bonifacium. Probatum etiam ex Concilio Tridentino sess. 13. c. 3. initio, vbi ait, commune esse Sacramentò Eucharistiæ cum aliis Sacramentis, esse symbolum rei sacræ; hoc est, esse signum sensibile, seu esse inuisibilis gratiæ visibilem formam: sed corpus Christi non videtur in Eucharistiâ; videntur autem species consecratae: ergo illæ sunt verum Sacramentum, non corpus Christi. Probatum adhuc efficacius ex eodem Concilio sess. 13. can. 1. 4. & 6. vbi definitur de fide, in Sacramentò Eucharistiæ contineri corpus Christi: & Patres hoc passim dicunt: sed nemo dicit, corpus Christi contineri in corpore Christi: ergo nemo etiam sanæ mentis dicit, corpus Christi esse Sacramentum. Probatum denique ratione: quia species consecratae sunt signa visibilia, ordinata ad nostram sanctificationem: ergo propriè sunt Sacramenta: & species sunt, quæ adorantur adoratione latriæ: quia sacramentaliter sunt coniuncta Christo, & illum occultantific humanitas, qua Verbum diuinum occultatur, & tegitur; adoratur

Henriq. Ioseph Angles. Magister distinct. 8. D. Thom. & sequaces. 3. part. quæst. 73. art. 1. ad 2. & art. 3. & 6. Ledesma in Summa, titulo, de Eucharistiâ, difficult. 1. Altisiod. lib. 4. titulo, de Eucharist. à c. 7. Alens. 4. part. quæst. 31. m. 3. Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 4. & 5. Bellarm. lib. 4. de Euch. c. 6. Vvaldensis lib. 2. de Sacramentis, c. 22. Richard, distinct. 8. artic. 1. quæst. 1. & communiter Theologi in illa distinct. Probatum primò ex Prospero lib. sententiarum, & refertur in cap. Hoc est, quod dicitur. de consecr. distinct. 2. vbi sic dicitur: *Sacrificium Eucharistiæ duobus constat, visibili elementorum specie, & inuisibili carne, & sanguine Domini nostri.* Secundò, & clariùs, ex D. Anselmo lib. de Sacramentis: o altaris, cap. 10. vbi ita: *Sacramentum corporis Christi, quod de terra sumptum est, (intellige, de terrena carne Virginis,) est visibilis illa species panis, & vini consecrati.* Et id docet etiam D. Augustinus epistola 23. ad Bonifacium. Probatum etiam ex Concilio Tridentino sess. 13. c. 3. initio, vbi ait, commune esse Sacramentò Eucharistiæ cum aliis Sacramentis, esse symbolum rei sacræ; hoc est, esse signum sensibile, seu esse inuisibilis gratiæ visibilem formam: sed corpus Christi non videtur in Eucharistiâ; videntur autem species consecratae: ergo illæ sunt verum Sacramentum, non corpus Christi. Probatum adhuc efficacius ex eodem Concilio sess. 13. can. 1. 4. & 6. vbi definitur de fide, in Sacramentò Eucharistiæ contineri corpus Christi: & Patres hoc passim dicunt: sed nemo dicit, corpus Christi contineri in corpore Christi: ergo nemo etiam sanæ mentis dicit, corpus Christi esse Sacramentum. Probatum denique ratione: quia species consecratae sunt signa visibilia, ordinata ad nostram sanctificationem: ergo propriè sunt Sacramenta: & species sunt, quæ adorantur adoratione latriæ: quia sacramentaliter sunt coniuncta Christo, & illum occultantific humanitas, qua Verbum diuinum occultatur, & tegitur; adoratur

D. Ansel. D. August. Conc. Trid.

A A à latria,

D. Thom. Henrig.

latria, & eadem adoracione adorantur vestes Christi illius corpus regentes, vt notat D. Thomas 3. part. quæst. 2. art. 6. ad primum, & Henrig. loco allegato ad marginem, littera H. itaque formaliter dicit Eucharistiæ Sacramentum, species consecratas, & connotat corpus Christi: quia Eucharistia est nomen connotatiuum, & tale nomen non supponit æqualiter pro vtroque significato, speciebus, scilicet, & corpore Christi: sed ex æquo supponit pro speciebus, & de connotato pro corpore Christi. Non negamus tamen, per hoc Christum Dominum adorari latria, in Sacramento Eucharistiæ: id enim in Concilio Tridentino sess. 13. canone 6. definitum est de fide: sed dicimus, non solum Christum, sed etiam species, eodem cultu adorari, in quantum Christum continent, & occultant. Et verò, quòd ipsa consecratio non sit Sacramentum, sic vltimò effiaciter probò: quia Concilium Tridentinum sess. 13. can. 4. de fide definit, post consecrationem manere & adesse corpus Christi in admirabili Eucharistiæ Sacramento: ergo ipsa consecratio non est Sacramentum in facto; esse imò neque etiam in fieri propriè: quia transacta consecratione, datur Eucharistiæ Sacramentum, & ante consecrationem non datur, vt definit Concilium: neque etiam datur in ipsa consecratione in fieri; quia, dum fit, non est Sacramentum, cum adhuc species non sint consecratæ: ergo intentum. Quòd verò etiam neque sumptio, Sacramentum sit, probatur vltimò, & facillè: quia sumptio nihil aliud est, quàm vsus istius Sacramenti, & applicatio illius ad nos, antequàm autem illo vtamur, & illud nobis applicetur, iam est Sacramentum, vt patet: applicatio enim, & vsus ignis non est ignis: & idèò neque ipsa aplicatio Eucharistiæ erit Eucharistia, vt optimè notat Ioseph. Angles quæst. de essentialibus Eucharistiæ, difficultate 1. conclusione 1.

Ioseph. Angles.

D. Thom.

Obiicies: Species panis, & vini appellantur à D. Thomæ 3. part. quæst. 73. art. 2. materia huius Sacramenti: ergo sequitur, ex sententia D. Thomæ, eas non esse Sacramentum, cum materia Sacramenti non sit Sacramentum. Respondeo, materiã propriã Sacramenti huius esse tantum panem & vinum, vt ait Concil. Florentinum, non autem species ipsas consecratas; possunt tamen hæ species panis, & vini considerari, vel vt iam consecratæ & continentes corpus, & sanguinem Christi, vel ante consecrationem, vt præxistentes in substantia panis, & vini: & sic primo modo consideratæ, sunt Sacramentum propriè: secundo verò modo non sunt Sacramentum; sed materia Sacramenti: & in hoc sensu locutus est D. Thomas loco allegato.

Conc. Flor.

8.

Ex dictis sequitur, Patres illos, & sacros Scriptores, qui sæpè ipsam consecrationem, & ipsum corpus Christi vocant Sacramentum, reducendos esse ad sanum sensum: loquuntur enim latius quàm oporteat. Et hi sunt, D. Gregorius Papa cap. Multi. 1. q. 1 vbi sic ait, Sacramenta sunt Baptismus, Chrisma, & corpus Christi. Et Vvaldensis tomo 2. de Sacramentis, cap. 21. & Ledesma quæst. 14. art. 1. sine: hi enim vocant analogicè corpus Christi Sacramentum in ordine, scilicet, ad ipsas species, sub quibus latet, consecratas, quæ Sacramentum sunt: quia corpus Christi per illas species consecratas aliquo modo fit sensibile signum, & per illas, veluti per instrumenta, gratiam causat: ac secluso ordine ad species, nullo modo dicitur, aut dici potest Sacramentum: Cum tamen sint duæ species consecratæ, panis, scilicet, & vini, rogabis, an hoc Sacramentum sit vnu, an plura, pro quo sit tertia conclusio: Vtraque species panis, & vini consecrati sunt vnum tantum Sacramentum vnitare perfectionis, integritatis, & aggregationis; non autem vnitare indiuisibilitatis;

D. Greg.

Vvaldens. Ledesma.

9.

atque aded hoc Sacramentum est vnum perfectione, quamuis non sit vnum indiuisibilitate, aut continuatione. Ita docent communiter Doctores, D. Thomas 3. part. quæst. 73. art. 2. & omnes illius asseclæ. Alexander 4. part. quæst. 3. memb. 3. Henrig. lib. 8. de Euch. c. 8. num. 1. Bonauentura, Richardus, & alij, quos citat, ac sequitur Angles quæst. de essentialibus Eucharistiæ, difficultate 3. Probatur facillè: quia Concilium Tridentinum sessione 13. c. 2. & Patres, ac Doctores omnes, dicunt, Christum instituisse huiusmodi Sacramentum per modum conuiuij spiritualis, sub speciebus panis, & vini: ergo integram, ac totale Sacramentum Eucharistiæ, est illud quod significat hanc integram, & perfectam spiritualem refectionem: eam autem non significant solum species panis, aut species vini, cum solum panis, aut solum vinum, non sit perfecta refectione conuiuij in temporalibus: ergo etiam perfecta refectione spiritualis huius Sacramenti ex vtraque simul specie, panis, & vini, constat. Quare cautè legendus est Gabriel in 4. distinct. 6. q. 2. affirmans, speciem vini continere aliud Sacramentum ab speciebus panis: id enim falsum est. Sed obiicies primò: Omne signum sensibile est verum Sacramentum gratiæ, quam confert: sed hostia consecrata gratiam confert Christianis ritè dispositis, independentè à consecratione, & sumptione sanguinis: ergo in vna tantum specie datur integrum & completum Sacramentum sine specie vini, & sine sanguine. Respondeo, argumentum hoc tantum probare, hostiam consecratam per se, esse verum, & proprium Sacramentum, quod nos non negamus: id enim expressè affirmat Concilij Tridentini sess. 21. cap. 3. non tamen probare esse integrum Sacramentum, quoad vsum & perfectam refectionem. Sed adhuc argues. In hostia consecrata, in qua est ex vi verborum corpus Christi, est etiam per concomitantiam sanguis Christi, qui enim dicit corpus, dicit sanguinem, carnem, & ossa: ergo hostia per se sola conficit perfectam refectionem; siquidem in ea sumitur corpus cum sanguine? Respondeo, vnitatem & perfectionem Eucharistiæ, in genere Sacramenti, non esse sumendam penes ea, quæ per concomitantiam in tali Sacramento continentur; siquidem, in triduo mortis Christi, si fieret consecratio Eucharistiæ, esset vnum & perfectum Sacramentum eiusdem speciei cum eo, quod habemus; & tamen sub speciebus panis non esset sanguis, & sub speciebus vini non esset corpus per concomitantiam; siquidem à parte rei tunc totus sanguis non erat simul cum corpore, sed erant separatæ ab inuicem, deinde, quia sumptionem solius hostiæ certum est non significare perfectam refectionem, cum perfecta refectione & conuiuium in corporalibus fiat ex cibo, & potu simul; non ex cibo tantum, aut potu tantum.

D. Thom. Alexand. Henrig. Bonauent. Richard. Angles. Conc. Trid.

Gabriel.

Conc. Trid.

10.

Vrgebis: Populus sumens solam hostiam dicitur sumere integrum & completum Sacramentum, alioqui sequeretur iniuriam fieri populo Christiano in eo, quòd detur ei tantum hostia sine speciebus sanguinis. Sequela probatur: quia non datur ei integrum Sacramentum; & cum vtraque pars conferat gratiam, iam communicans sub vna tantum specie, non reciperet tantam gratiam, quantum recipit Sacerdos communicans sub vtraque. Respondeo primò, solam hostiam esse integrum, & perfectum Sacramentum in ratione causalitatis, non in ratione signi sensibilis, & conuiuij: atque aded

Conc. Trid.

aded, qui solam hostiam sumit, integrum, & perfectum Sacramentum sumere, quoad causalitatem, non quoad signum expressum, & conuiuium quoad vtrumque vsui cibi & potus: tantam enim gratiam causat, & confert hoc Sacramentum, sub vna tantum specie sumptum, quantum sub vtraque; & idèò non minorem effectum gratiæ recipit ille, qui sub vna tantum specie communicat, quàm qui vtraque sumit. Et ratio est: quia tantumdem sub altera tantum specie, atque sub vtraque continetur: totus enim & integer Christus sub panis specie, & sub quauis eius speciei parte cum tota Diuinitate, & anima sua continetur: & totus item sub vini specie consecratus, & sub eius partibus existit, vt de fide definit Concilium Tridentinum sess. 13. can. 3. his verbis: Si quis negauerit in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit. & sess. 21. c. 3. ita ait: Insuper declarat sancta Synodus, quòd, quantum Redemptor noster hoc Sacramentum in duabus speciebus instituit; tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, vtrumque Sacramentum sumi; ac propterea, quòd ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solum accipiunt. Hæc Concilium. Sic baptizatus vnus guttæ asperione, non plus gratiæ recipit, quàm baptizatus in plena aqua: habet tamen clarius signum in se, non in causalitate: & matrimonium verbis contrahentium, & Parochi explicatum, expressius signum est, quàm si nutu celebretur; non tamen est perfectius signum ratione rei significatæ, nec confert maiorem gratiam; est tamen perfectius & clarius ratione signi sensibilis. Et idem tenet D. Bonauentura in 4. dist. 11. artic. 2. quæst. 2. dicens, laicum recipere totum Sacramentum in vna tantum specie, quoad efficaciam, & rem contentam; non tamen totum quoad significationem signi, quia altera speciei idem quod vtraque continet, & æqualem effectum causat adæquatè. Et ita docet etiam expressè Henriquez lib. 8. de Euch. c. 8. num. 2. Diuerso tamen modo continetur Christus sub specie panis, quàm sub specie vini, vt expressis verbis docet Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. Enimverò sub specie panis continetur corpus Christi, & eius sanguis, ossa, & anima, Diuinitas, & tota Trinitas: corpus quidem formaliter ex vi verborum, Hic est calix sanguinis mei, ossa, corpus, anima, Diuinitas, & Trinitas per concomitantiam: quia corpus modò est in cælo, cum anima, ossibus, & sanguine, & vnium Diuinitati, & in Diuinitate est tota Trinitas: sub specie verò vini similiter continetur sanguis, corpus, & ossa, anima, Diuinitas, & tota Trinitas: sanguis quidem formaliter, ex vi verborum, Hic est calix sanguinis mei, ossa, corpus, anima, Diuinitas, & Trinitas per concomitantiam: non tamen est Christus in istis speciebus modo passibili, sed impassibili, quia non est modo naturali, sed supernaturali. Hinc fit, vt iam tetigimus numer. 9. quòd si in triduo mortis Christi quis consecrasset, sub speciebus panis solum totum corpus, seu cadauer, absque anima & sanguine, fuisset vnium tamen Diuinitati: & sanguis absque corpore & cadauere, & absque anima, non tamen absque Diuinitate: quia tunc sanguis, & corpus ab inuicem erant separatæ; omnia tamen, corpus, scilicet, sanguis, & anima vnita semper fuerunt Diuinitati, quia nunquam Diuinitas diuisit, quòd semel adiuuisit. Ita D. Thomas 3. part. quæst. 2. art. 3. & Thomillæ omnes. Et ita docet etiam Toletus lib. 2. Summæ, cap. 27. num. 2. Henriquez lib. 8. de Euch. c. 6. num. 5. & alij.

D. Thom. Toletus. Henrig.

11.

Deinde respondeo secundò ad instantiam vrgentem, quòd, quantum maior gratia conferatur communi. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Ecclæs.

nicanti sub vtraque specie, quàm sub vna tantum; nullam tamen fieri iniuriam populo seculari, negando illi sanguinem, siquidem nihil iure debitum ab eo tollitur; sed illud fit pro reuerentia, & cultu debito tanto Sacramento, & vt vitetur periculum, ne sanguis Domini in terram defluat; sicut nulla iniuria fit Sacerdotibus, cum eis præcipitur, vt semel tantum in die celebrent; quamuis, si pluries facerent, maiorem gratiam acciperent, quia id fit ob reuerentiam tanto Sacramento debitam.

12.

De tempore, quo Sacramentum Eucharistiæ à Christo fuit institutum, nemo ambigit fuisse institutum feria quinta Pascheus in vltima cæna, iuxta Lucam 22. & D. Paulum 1. Corinth. 11. in qua nocte tradebatur. Sed, cum duæ cænae tunc celebrarentur ab Hebræis, & duæ festiuitates: altera, cæna, & festiuitas agni Paschalis instituta, & celebrata in memoriam illius singularis beneficij, quòd Deus populo Hebræorum in Ægypto captiuo contulit, cum iussit Angelo, vt notatas Hebræorum portas agnuculari sanguine præteriret, & domos ingrederetur Ægyptiorum rubricata illa nota carentes, eorumque primigenitos districto gladio occideret ad vnum: & ab eo Hebræorum portarum transitu dicebatur hoc festum, & cæna Paschalis, Pascheus, Pascha, seu transitus. Altera verò cæna, erat cæna communis, quæ sequebatur, & de more illius gentis fiebat statim post illam agni. Addubitant ergo Doctores, in quam illarum cæna fuerit hoc Sacramentum institutum. Quidam putant fuisse institutum in illa prima cæna, & esu agni Paschalis, & negant fuisse institutum in secunda cæna magna, & communi, quæ post illam sequebatur, & omnia, quæ in Euangelio de institutione huius Sacramenti dicuntur, ad illam primam intendunt accommodare; & dicunt in succo agni pinguis, & asfari intinxisse Christum ossam, quam dedit Iudæ. Et huius opinionis est Caietanus in Matth. 26. cum Origene, & alij. Verùm hæc sententia falsa est, & sine probatis fundamentis introducta: quia, vt colligitur Exod. 12. & docent Patres, agnum illum comedebant Hebræi stantes, & festinantes, & quasi iter facturi, tenentes baculos, & calceati, & vestibus præcincti, & ad fibulam alligatis, & erat cibus præparatorius, & breuis ritus ad cænam communem, quam celebrabant & more suo recumbentes, & lotis pedibus, ac extertis; & Sacramentum hoc fuit à Christo institutum, recumbentibus vnde decem discipulis cum Iesuy in cæna, vt ait Ioannes 13. Luc. 12. Marcus 14. & lotis prius ac extertis eorum pedibus; & linteis præcinxit se, & cepit lauare discipulorum pedes. Nec Christus intinxit ossam Iudæ in succum agnuculi pinguis asfati; sed in paropside, iuxta Mattheum cap. 26. & in catino, iuxta Marcum 14. seu scutella iuris elixatæ carnis. Nec refert, quòd quidam Euangelista dicat, intinctam fuisse ossam in disco, vt inde colligat Caietanus, fuisse intinctam in succum agni asfati, disco mensæ illati: potuit enim discus esse concavus, atque aded scutella iuris elixatæ: nam ex more Hebræorum constat, post illum præparatorium cibum agni Paschalis asfari subsecutam statim alteram cænam communem carniū elixatarum: in hac ergo cæna magna, & communi instituit Christus hoc diuinum Sacramentum, & non in illa prima. Et ita docent communiter Doctores, Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 2. num. 2. Toletus in Ioannem, cap. 13. D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum, cap. 1. Angles quæst. de essentialibus Euch. art. 2. concl. 2. & conitit ex Concilio Tridentino sessione 15. cap. 2. & in principio cænae, seu ante cænam lauit Christus discipulorum pedes; in fine cænae consecrauit calicem; panem verò durante cæna, seu in dimidio cænae. Nec obstat, quòd

Caiet. Origen.

Henrig. Toletus. D. August. Angles. Conc. Trid.



Ioannes dicit: Et cæna facta, surrexit à cæna, & cepit lauare pedes discipulorum, ut inde colligamus, Christum Dominum non ante cœnam, sed post initã ac iam ceptam cœnam pedes discipulorum suorum lauasse: nam cæna facta, id est, præparata, (cùm enim iam præparata sunt omnia ad cœnam, dicimus cœnam esse factam,) surrexit à cæna, id est, à loco cœnæ, vbi recumbebat Iesus cœnam expectans, cepit lauare, id est, pro more inuitantis ad insigne conuiuium, cepit lauare pedes conuiuantiã, solebant enim Hebræi prius pedes eorum lauare, quos magnis conuiujs excipiebant, more accepto ab Abrahamo, qui Angelorum pedes lauit, quos conuiuio excipiebat, vt refert ex Baronio Henriquez loco suprã allegato, & sic interpretandus est D. Ioannes Euangelista.

Baronius. Henric.

13.

Quodd autem Christus Dominus in fine cœnæ calicem consecrauerit, & panem in medio cœnæ, patet ex illo Lucæ cap. 22. num. 20. & ex illo Pauli 1. Corinth. 11. n. 24. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix, &c. & ex illo Marci 14. num. 22. Et manducantibus illis accepit Iesus panem, & ait: Hoc est corpus meum. & ex illo Matth. 26. num. 26. Cœnantibus autem eis, Iesus accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Et ita docet Henriquez lib. 8. de Euch. c. 2. num. 3. sine, & citat multos pro hac opinione, quæ est vera, ad marginem, littera D. Et certè D. Paulus 1. Corinth. 11. num. 24. fatetur, se accepisse à Domino, calicem fuisse consecratum post cœnam, ibi: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum. & infra: Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix, nouum testamētum est in meo sanguine. Prius autem consecrauit panem, quàm vinum, vt ait Bellarmin. lib. de Missã, c. 12. vt intelligamus, præsentiam corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia esse ad modum occisi: prius enim corpus occiditur, quàm sanguis effluat. Sed vera ratio, meo iudicio, est: quia hoc Sacramentum institutum fuit per modum conuiujs: & in conuiujs prius editur, quàm bibatur.

Henric.

Bellarmin.

14.

Cuius autem fuerit domus, & cœnaculum, in quò Christus hoc admirabile Sacramentum instituit, non constat apud Patres, & Doctores: nam D. Hieronymus in Matth. 26. & D. August. lib. 2. de consensu Euangelistarum, cap. vltimo, existimant, fuisse in domo Simonis leprosi, patris Lazari, & Mariæ Magdalene: & id docet etiã Theophylactus in Matth. 26. Alij dicunt, fuisse in domo patris Ioannis Euangelistæ. Ita Nicephorus lib. 1. Hist. cap. 28. & lib. 2. c. 3. & c. 2. 1. & Turrianus in Clementem lib. 7. Const. Apostolicarum, c. 36. Alij arbitrantur, fuisse in domo Prisci vnus ex Discipulis Domini. Ita Petrus de Natalibus lib. 8. Catalogi Sanctorum, c. 7. At verò Sandoual de officiis Ecclesiæ, 4. part. quæst. 12. D. Chrysostomus homilia 28. in Matth. & Barradas tomo 4. lib. 1. c. 14. existimant, institutum hoc Sacramentum fuisse in domo cuiusdam discipuli Christi, alijs discipulis ignoti; diuitis tamen, vt probant amplum cœnaculum, & aedes, & catinus ille, in quo agnus paschalis mensa illatus fuit: erat enim ex puro smaragdo, & propter gemmæ magnitudinem, atque pulchritudinem, asseruatur & ostenditur Geneuæ. Probant illi suam sententiam, quia Dominus dixit discipulis: Ite ad quendam, ergo erat ignotus alijs discipulis: ergo non erat domus Marci, neque domus Simonis leprosi, patris Lazari, & Mariæ Magdalene; neque Ioannis Euangelistæ: omnes enim isti erant discipuli noti alijs discipulis. Addunt etiã, Dominum misisse discipulos ad domum patrisfa-

D. Hier. D. August.

Theophyl.

Nicephor. Turrian.

Petrus de Natalib. Sandoual. Chrysost. Barradas.

miliæ: ergo non erat domus Mariæ matris Marci, quauis Christus Dominus ad eam sæpè conuenire solebat, vt patet ex Act. 5. neque domus matris Ioannis Euangelistæ. Gregorius tamen Nazianzenus in tragœdia Christi patientis, apertè dicit, fuisse domũ Mariæ matris Marci, vel domum matris Ioannis Euangelistæ. Et certè opinio communior tenet fuisse domum Ioannis Marci, seu Mariæ matris Marci de quo Actor. 5. & id probat etiam Canisius lib. 5. Marialis, c. 1. ex Alexandro in vita Barnabæ Apostoli. Et hanc opinionem sequitur Henric. lib. 8. de Euch. cap. 2. n. 5. ad marginem, littera B. & fortè iste Marcus vxoratus erat, & idèd Christus discipulos misit, vt sibi locum præpararent ad cœnam, ad patremfamilias, diuitem planè vt eius aedes, & magnum cœnaculum demonstrabant. Quare mirum sane est, dixisse D. Ambrosium Lucæ 22. pauperem hunc virum fuisse, & angustum, amplumque cœnaculum, angustum & exiguum hospitium; & idèd inquit, sine nomine designatur: Ite ad quendam. vt ignobilis existimetur: nisi hæc intelligat respectu Diuinitatis Christi, cuius comparatione omnis nobilitas mundi est ignobilitas; omnia palatia, tuguria; omnes diuitiæ, paupertas.

D. Greg.

Canisius.

Henric.

Ambros.

Maior dubitatio est, an Iudas in hac cœna communicauerit? Affirmat Henric. lib. 8. de Eucharistia, c. 2. n. 4. vbi ait, quodd postquam Christum Dominum dedit Ioanni signum futuræ proditiõis, accepit Iudas Eucharistiam, & deinde offam, & post buccellam offæ introiuit in eum Satanas, & exiuit Iudas de cœnaculo. Et quodd Christus Iudam communicauerit, tenet etiam D. Hieronymus contra Iouinianum, D. Chrysost. homil. 83. in Matth. D. August. traç. 62. in Ioannem, & sæpè alijs locis. D. Cyprianus ferm. 2. de ablatione pedum, vbi tenet communicasse quidem Iudam, sed Christum non lauasse pedes eius: putat enim lotionem pedum fuisse post institutionem Eucharistiæ, in fine cœnæ, post discensum Iudæ: sed in hoc minus bene: fuit enim initio cœnæ factæ more inuitantium ad conuiuium, vt diximus n. 12. præcedenti. Tenet etiam Iudam communicasse D. Bernardus in ferm. de cœna Domini, Eugenius Summus Pontifex cap. Si Sacerdos, de officio Iudic. ordin. Eurhymius in Matth. 26. D. Leo ferm. 7. de passione Domini, D. Thomas 3. p. q. 81. a. 2. At Theophylactus Matth. 26. ait, Iudam sanguinem quidem potasse: corpus tamen Domini non comedit; sed occultasse panem, vt ostenderet illum Iudæis ad Christum accusandum, quodd panem illũ vocaret corpus suum? sanguinem verò bibisse inuuit, quodd illum occultare non posset. Probant huiusmodi Doctores suam opinionè ex D. Luca 22. qui, postquam de Eucharistiæ institutione egit, statim adiungit, Christum hæc verba protulisse: Verumamen, ecce manus tradentis, mecum est in mensa. ergo aderat ibi Iudas post institutionè, illique data est Eucharistia. Deinde Math. 26. & Marc. 14. aiunt discubuisse Christum cum duodecim discipulis, & postea affirmant dedisse eis Sacramentum Eucharistiæ, idque confirmant verba Hymni Ecclesiæ: Cibum turba duodena se dat suis manibus. Præterea, quia peccatum Iudæ erat adhuc occultum discipulis: ergo non erat priuandus Iudas propter illud sumptione Eucharistiæ, alioqui proderet illud Christus. Confirmatur etiam hæc opinio ex illo Plal. 108. Episcopatu eius accipiet alter. Episcopus enim, & Sacerdos creatus est Iudas in cœna: ergo mysterio consecrationis Eucharistiæ interfuit: & ex illo Marci 14. Biberunt ex eo omnes. Ita se habet ista opinio. Contrariam tamen, videlicet, quodd Iudas non communicauerit, docet Barradas tomo 4. lib. 3. c. 3. initio. D. Clemens de Apostolicis Inst. lib. 5. c. 13. D. Hilarius can. 30. in Matth. Rupertus in Ioanem, c. 6. Innocentius lib. 4. de myst. Missæ,

15. Henric.

D. Hier. D. Chryst. D. Aug. D. Cypri.

Bernard. Eugenius. Euthym. D. Leo. D. Thom. Theoph.

Barradas D. Clem. D. Hilari. Rasper. Innoc.

Missa, c. 13. Turrianus lib. 5. Const. Apostol. c. 13. vbi hanc sententiam tribuit D. Dionysio Areopagita; & id docet Maximus, discipulus Dionysij. Probant: quia nullam iniuriã ei fecit Christus, negando illi Eucharistiam: nam tota ratio, ob quam creditur Iudas communicasse, est, quia erat peccator occultus, & proderetur delictum illius, ex negatione coram alijs facta: ar potuit Christus hoc peccatum reuelare, cùm iam esset publicum apud Phariseos emptores, & statim erat euulgandum per ipsum Iudæ factum; & quia id fecit Christus, quod quilibet Sacerdos potest facere: si enim Sacerdos videret aliquem peccatorem occultum in mensa communionis, cuius delictum alibi est notum, & hic statim dicit euulgandum, dicit Barradas, posse ei à Sacerdote negari Eucharistiam: quod durum est creditum. Id autem, quod ait Marcus, Biberunt ex eo omnes. dicunt subintelligendum esse, qui aderant: sed iam Iudam exiisse. Ex illis verò verbis Plal. 108. Episcopatum eius accipiet alter. dicunt non sequi, illum ordinatum fuisse Sacerdotem; sed esse debuisse, si in virtute perseverasset. Prima opinio est communior, & probabilior; potest tamen ita piè sustineri in Eucharistiæ reuerentiam.

Barradas.

26.

Sequebatur, vt tractaremus, an hoc Sacramentum institutum fuerit in azymo, an in fermentato: sed quia hoc cap. latius fortasse, quàm par erat excutrit, commodiùs hoc tractabitur in lib. 2. c. 1. vbi de materia Eucharistiæ agemus.

C A P V T III.

An hoc Sacramentum Eucharistia sit medium necessarium necessitate salutis pro omnibus fidelibus; & an detur diuinum præceptum posituum de illius sumptione.

S V M M A R I V M.

Vnio cum Christo, quæ est effectus Sacramenti Eucharistia, est simpliciter necessaria ad salutem. num. 1. An Sacramentum Eucharistia sit à Christo institutum, tanquam medium salutis, quemadmodum Baptismus, & penitentia. num. 2. Refertur prima opinio negans. num. 3. Paruuli nulla necessitate obligantur ad sacramentalem unionem. ibid. vers. Probatur primò. Quomodo intelligantur illa verba: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ibid. vers. Quinò, quia. Vera explicatio illorum, num. 5. vers. Ad quintum. & num. 4. paulò post inuuium. Defenditur secunda sententia affirmas, esse præceptũ, ac medium necessarium necessitate salutis. num. 4. Quando obliget, & cui imponatur, an paruulis, an solis adultis, an iustis. ibid. Iustificatio per fidem implicitam est impositum præceptum necessarium necessitate salutis habende fidei explicata. ibid. vers. Primò, quia. Soluuntur argumenta primæ opinionis. num. 5. Explicatur locus D. Pauli, iusto non est posita lex. ibid. Non saluabitur iustus, si præceptum hoc non impleat. ibid. vers. Ad secundum. Iudicium Auctoris super vtrunque opinionem. num. 6. Proponitur obiectio contra secundam opinionem, quæ est probabilior. num. 7. Quot dies intermitti debeant, vt quis decenter Eucharistiam sumat. ibid. P. Steph. Fagan dez in quinque præc. Eccl.

Refertur, qui dicant, eos satis impleuisse præceptum diuinum sumenda Eucharistia, qui in Paschate semel in anno communicarunt; & nō teneri amplius, etiam in articulo mortis communicare. num. 8.

Notandum in primis, Sacramentum Eucharistiæ, quoad suum effectum, qui est vnitas cum corpore Christi, seu vnio ad Christum, tanquam membrum illius, esse simpliciter necessarium necessitate salutis quoad omnes, tam paruulos, quã adultos; quod est de fide; & docet D. Thomas 3. p. q. 73. a. 3. & omnes Thomistæ ibi: quia nemo saluari potest, nisi vnitas sit cū Christo per fidẽ, & charitatem; & nemini contingit vnquã salus extra Ecclesiam, per arcam Noè figuratam, iuxta D. Petrum 1. cap. 3. extra quam inuenti perierunt omnes. & quauis multi extra arcam illam materialem tempore diluuij salui facti sint, iuxta communem Patrum sententiam; non nisi tamen in fide, & charitate Christi per actus contritionis, & doloris saluari suat: ac proinde non extra arcam, sed intra arcam spiritualiter figuratam salutẽ adepti sunt. Et in hoc sensu intelligendus est locus D. Petri allegatus. Concinit etiã Paulus 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud (scilicet, salutis) nemo potest ponere præter id, quod positum est; quod est Christus Iesus; in cuius fide, & vnitate omnes salutem adepti sunt, & extra hanc fidẽ, & vnitate charitatis nulli. Et ita definitur in c. Firmiter, de Summa Trinitate: & videtur articulus Symboli, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, & Sanctorum communionem. Ante sumptionem tamen Eucharistiæ potest aliquis habere prædictum effectum vnionis cum Christo, tanquam cum capite, per votum ipsius Eucharistiæ: sic etiam effectus Baptismi, per votum ipsius Baptismi habetur, quando in re suscipi non potest: apud Deum enim voluntas operis pro facto reputatur, vt sancti Patres, ac Doctores passim affirmant.

His notatis, in titulo quærimus, verum Sacramentum Eucharistiæ sit institutum à Christo Domino in remedium, ac medium necessarium ad salutem, quemadmodum instituit Sacramentum Baptismi, & Penitentia; & consequenter, an detur diuinum præceptum posituum sumendi hoc diuinum Sacramentum Eucharistiæ, tanquam medium necessarium necessitate salutis, sicut datur de Baptismo, & Penitentia.

Et hæc de re est duplex opinio. Prima negat, Sacramentum Eucharistiæ esse medium necessarium necessitate salutis pro omnibus, qui saluandi sunt; sed tantum medium vtile, ac moralitè necessitate necessarium ad conseruandam vitam spirituales gratiæ. Ita docet Victoria in Summa, vbi de Sacramento Eucharistiæ, §. 53. Caietanus debilitans rationes, & Caiet. sensum D. Thomæ, 3. p. q. 79. art. 1. ad 1. & Paludanus Paludan. in 4. q. 1. art. 6. & alij multi, quos allegat, sed non sequitur Henric. lib. 8. de Euch. c. 3. n. 2. sine, ad marginem, lit. L. Alex. in 4. p. q. 51. memb. 14. & q. 11. memb. D. Thom. 2. & olim D. Th. in 4. dist. 9. q. 5. Palatius q. 2. col. 4. Palatius. Coninck de Sacramento Euch. q. 73. a. 3. n. 36. concl. Coninck. 1. & n. 44. concl. 5. Sylu. verbo, Euchar. 3. n. 1. Ferras. Sylu. riensis 4. contra gentes, cap. 61. & videtur Tabiena Ferrar. verbo, Communicare, num. 2. & Angl. verbo, Euchar. Tabiena. 3. §. 1. & habet expressè D. Bonauentura in 4. dist. 12. Angles. a. 3. q. 1. & dist. 14. q. 4. a. 1. & Caietan. iterum in Summa, verbo, Communio, & Gabriel in Canone, lect. 81. Caiet. & D. Th. 3. p. q. 73. art. 3. in 3. concl. Probatur primò: Gabriel. quia Concil. Trident. sess. 21. c. & can. 4. expressè D. Thom. definit de fide, paruulos nulla necessitate obligari ad sacramentalem communionem, postèque sine ea consequi salutem: quia paruuli per lauacrum Baptismi regenerati, & incorporati Christo, iam habent adeptam gratiam filiorum Dei, quam gratiam amittere non possunt per culpam, quia illius sunt

incapaces: ergo, si moriantur in gratia, salutem consequentur: ergo Sacramentum Eucharistie non est medium necessarium necessitate salutis pro omnibus saluandis, quemadmodum est Baptismus. Secundò, quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum ad conseruandam vitam animæ; nutriendamque gratiam, vt patet ex illius definitione: definitur enim sic hoc Sacramentum, vt diximus c. 2. n. 1. *Eucharistia est Sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI, quo vita spiritalis nutritur.* ergo, si quis adultus in gratia moriatur sine susceptione Sacramenti, vel in re, vel in voto, saluabitur: ergo non est medium necessarium pro adultis ad salutem, quemadmodum est Sacramentum Pœnitentiæ. Neque etiam est medium necessarium necessitate salutis pro conseruanda & nutrienda gratia; sed tantum medium vile vtilitate quadam, & necessitate morali. Probat: quia gratia potest conseruari per alia media, & remedia salutis, veluti per actus liberos, per bona opera, per orationem, & merita, quibus impetrare à Deo possumus perseuerantiam in gratia, & augmentum illius, & per deuotam susceptionem aliorum Sacramentorum, quæ vim etiam habent conseruandi, augendiue gratiam ex se; & non solum quatenus sunt media ad sumendam Eucharistiam: ergo susceptio Eucharistie non est medium necessarium necessitate salutis ad huc effectum conseruandi vitam spirituales gratiæ in nobis. Tertio probatur: quia homini iusto nullum potest dari medium, ac præceptum, iure diuino necessarium necessitate salutis: si enim iustus est, & moriatur in gratia iustificante, saluabitur, quia iustus non est posita alia salutis lex: ergo sumptio huius Sacramenti non est medium necessarium, necessitate salutis, sine quo homo à Deo prædestinatus non possit saluari: ex vi enim prædestinationis diuinæ illi procurabit Deus alia media, & remedia, quibus saluetur. Quarto probatur: quia D. Paulus 1. Timoth. 1. ait: *Iusto non est posita lex.* ergo iustis non imponitur præceptum, seu lex necessaria necessitate salutis de sumenda Eucharistia in articulo mortis. Quintò, quia non obstant illa verba Christi Ioann. 6. *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* vt inde colligamus medium, ac præceptum necessarium necessitate salutis sumendæ Eucharistie, sicut illud colligimus de pœnitentiæ agenda, & confessione faciendæ ex illis verbis Christi eodem tenore prolatis: *Nisi pœnitentiã egeritis, non habebitis vitam in vobis.* & sicut etiam illud colligimus de Baptismo ex illis verbis Christi apud Ioannem cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* quia illa verba Christi, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* intelligenda sunt de communione, & mädicatione spiritali, qua quis membrum Christi efficitur, ac proinde, particeps corporis, ac sanguinis ipsius: nam, si intelligeretur de reali manducatione, cum sermo vniuersalis sit, & æqualiter loquatur de corpore, & sanguine, iam communicatio realis sub vtraque specie esset necessaria laicis ad salutem, quod nemo diceret: est enim hæresis Lutherana condemnata à Concil. Trid. sess. 13. can. 1. & quòd locus ille de manducatione, & sumptione spiritali intelligendus sit, docet D. August. in Ioannem tract. 26. & lib. 3. de doctrina Christiana, c. 16. & D. Thomas 3. p. q. 67. art. 4. ad 2. vbi expressè dicit, verba hæc intelligenda esse de spiritali manducatione, non de sola sacramentali. Et idipsum colligi videtur ex Conc. Trid. sess. 13. can. 8. vbi ita dicit: *Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum spiritaliter tantum mäducari, & non etiam sacramentaliter anathema sit,* vbi definit Conciliū, Christum non solum

Conc. Trid.

D. August. D. Thom.

Conc. Trid.

realiter, sed etiam spiritaliter sumi, ac manducari posse, ac proinde aliqua, loca, & verba Christi de spiritali manducatione posse intelligi: & certè Concilium Ephesinum ad Nestorium, hunc ipsum locum, de quo disserimus, de sumptione sacramentali corporis, & sanguinis Domini interpretatur.

Conc. Epl.

Secunda opinio affirmat, realem sumptionem Eucharistie esse remedium, ac remedium necessarium necessitate salutis, atque aded dari diuinum præceptum positum de reali mädicatione Eucharistie, quod est medium de necessitate salutis. positum solis adultis baptizatis, qui sunt præceptorum capaces, aded vt qui illam in re non sumserint, si dignè & decenter possint, aut si non possint, saltem in voto, mortaliter peccent, (quanuis in gratia sint,) & saluari non possint; & hoc præceptum obligare saltem in articulo mortis etiam iustos, quod singulare est huic Sacramento omnium nobilissimo, esse, scilicet, præceptum diuinum Christiano iusto impositum. Est communis hodie ista opinio, licet in nostra Lusitania multis ex iis, qui doctrinam Soarij sequuntur, non placeat; qui, si vim rationum, & fundamenta illius æquata lance expendierint, facile perspicient, & agnoscent veritatem. Eam docet Henric. lib. 8. de Euch. c. 3. num. 2. Nauarr. c. 21. n. 57. D. Thom. 3. p. q. 80. a. 1. & q. 79. a. 1. ad 1. S. verb. Euch. n. 1. Bellarm. lib. 1. de Euch. §. 3. Petrus Soto tit. de Euch. lect. 91. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. Hofius lib. 3. contra Brentium. Angel. verbo, *Euchar.* §. 3. Catechismus Pij V. Taper art. 1. §. & alij multi, quos citat & sequitur Henric. loco allegato ad marginem, littera G. Probat ex illis verbis Christi Ioannis 6. *Nisi manducaueritis, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis:* & ex illis Lucæ 13. *Nisi pœnitentiã egeritis, non intrabitis in regnum celorum.* vbi eodem tenore, & forma verborum proponit Christus diuinum præceptum, & medium necessarium necessitate salutis, Sacramentum, videlicet, pœnitentiæ iis, qui post Baptismum peccauerunt in re susceptum; & si in re suscipi non potest, saltem in voto. Sicut ergo ex his verbis colligimus, Sacramentum Pœnitentiæ esse medium, ac remedium ad salutem necessarium; ita & ex illis debemus dicere, Sacramentum Eucharistie esse etiam medium necessarium ad salutem, cum eadem forma verborum proponatur. Et idem dici potest de illis verbis Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ex quibus elicimus præceptum Baptismi, & eum in re susceptum esse medium necessarium, necessitate salutis, & si in re suscipi non potest, saltem in voto, cum eadem forma verborum proponatur. Deinde probatur: quia Christus instituit hoc Sacramentum per modum coniuuij & cibi animæ, ad conseruandam, & augendam vitam spirituales gratiæ: & sicut datur præceptum diuinum, & medium necessarium salutis de conseruanda vita temporalis, per cibum temporalem; sic oportuit dari diuinum præceptum de conseruanda vita spiritali per cibum spirituales Eucharistie: neque enim minus necessaria est comestio, & esus cibi temporalis ad conseruandam hanc vitam temporalem, quàm comestio, & esus cibi spiritalis Eucharistie ad conseruandam vitam spirituales gratiæ. Probat etiam: quia nullum est incõueniens imponi à Christo Domino præceptum aliquod iustis hominibus, & in gratia existentibus necessarium necessitate salutis: quod si non impleant, cum possint, gratiam amittant, & non saluentur; quia ex parte illorum id erat conueniens, vt maiorem gratiam, & gloriam acquirerent per obseruationem illius, & suam salutem redderent securiorem: & ex parte Dei erat conuenientissimum: quia

4.

Henric. Nauarr. D. Thom. Sa. Bellarm. Petr. Soto. Hofius. Angel. Cat. Pij V. Taper.

quia tot modis procurauit salutem hominis, quem creauit, & in hoc maximum beneficium misericordie diuinæ erga homines splendebat: ex parte verò Sacramenti id maxime expediebat, ad augendam reuerentiam illius in hominibus etiam iustis: sic Deus imposuit Adamo in statu innocentie; & gratiæ, ac iustitiæ originalis, diuinum præceptum sumendi aliquando, & ad tempus cibum ligni vitæ, vt docet D. Thomas 1. p. quæst. 97. art. 3. & 4. qui fuit expressus typus diuinæ Eucharistie, iuxta Innocentium III. relatum ab Henrico loco allegato, vt vitam immortalem in eo statu conseruaret, & sine cuius esu non perpetuaret, ac conseruaret illam, imò periret anima, & corpore; cum tamen haberet alios cibos, quibus vitam conseruare posset. Accedit, quia impositio præcepti pender ex libertate & institutione diuina, & voluit Deus hoc præceptum imponere; & de facto imposuit iustis baptizatis præceptorum capacibus, vt probant loca Scripturæ allegata, & rationes factæ. Nec obstat, quòd homo iustus possit gratiam conseruare vel alia remedia, v. c. per actus liberos, per ieiunia, per bona opera, per orationes, & eleemosynas, vt dicamus, sumptionem sacramentalem & realem Eucharistie, non esse medium, ac remedium necessarium necessitate finis ad salutem, cum hæc gratia possit augeri, & conseruari per alia remedia; & ided ad summum esse tantum medium vile, ac moraliter necessarium, non tamen medium necessarium necessitate finis. Primò, quia etiam Adamus in statu innocentie & iustitiæ originalis habuit alios cibos, quibus illam vitam immortalem conseruare poterat; & tamen Deus imposuit illi præceptum, tanquam medium necessarium necessitate finis, conseruandæ immortalitatis per illam comestionem arboris vitalis, vt diximus ex D. Thoma. Secundò, quia iuxta meliorem opinionem, quæ hodie est communis, iusto iustificato per fidem implicitam Saluatoris, & mysterij Trinitatis, imponitur præceptum, tanquam medium necessarium necessitate salutis, habendæ fidei explicitæ mysterij Trinitatis, & Incarnationis Christi, vt tractatur in materia de fide: & iustificato per contritionem, imponitur etiam præceptum habendæ confessionis, saltem in voto, quando deest copia Confessarij, & in re suscipi non potest; quod præceptum est medium & remedium necessarium necessitate finis ad salutem. Sic præceptum Eucharistie erit medium necessarium necessitate finis; quanuis sint alia media, & remedia, per quæ homo conseruari possit in gratia, & vita spiritali, & illam augere: nulla enim remedia sunt tam efficacia ad illam conseruandam, & augendam, quàm hoc remedium, quod peculiariter ad hunc effectum institutum est à Christo Domino. Vltimò probatur: quia iustissima esset lex, & necessaria necessitate finis conseruandæ gratiæ regiæ, & augendæ, quam Rex aliquis temporalis statueret, vt omnes sibi aliquando in vita iustum obsequium præstarent, & alioqui gratiam regiam amitterent, & crimen læsæ maiestatis incurrerent. De facto autem Deus hanc legem condidit circa sumptionem Eucharistie, vt latè probatum manet.

D. Thom. Innoc.

5.

gratia existentem, si sine hoc Sacramento, saltem in articulo mortis in re suscepto, vel saltem in voto, si in re suscipere non possit, moriatur: quia eo ipso, quòd hoc præceptum non implet, cum debite & decenter possit, mortaliter peccat, & gratiam amittit; ac proinde nunquam esse verum, huiusmodi iustum in gratia discedere, si potest implere, & non implet, vt ex dictis patet. Ad instantiam respondeo, quauis gratia possit conseruari per alia media & remedia, veluti per actus liberos, per ieiunia, per eleemosynas & orationes, quibus homo iustus possit à Deo impetrare perseuerantiam & augmentum illius; nunquam tamen tam efficaciter posse hoc fieri per alia media, atque per hoc medium à Deo præceptum, cum ex institutione, & promissione diuina ad hunc effectum ordinatum sit, & infalibiler illum semper causet & efficiat. Ad tertium respondeo, falsum esse homini iusto, & in gratia iustificante existentem nullum posse dari præceptum necessarium necessitate salutis, quia homini iusto ac iustificato, per fidem implicitam Christi, & mysterij Trinitatis, datum est præceptum necessarium necessitate salutis, habendæ fidei explicitæ horum mysteriorum, iuxta meliorem opinionem, in materia de fide, vt contigit Cornelio Act. 10. qui iam per fidem implicitam, & eleemosynas, ac bona opera iustificatus erat; quem tamen Christus, ne periret, iussit plenè & expressè, ex vi prædestinationis diuinæ, in fide & mysterio Trinitatis, & incarnationis instruere per D. Petrum, vt videri potest Act. 10. littera B. Ad quartum respondeo, D. Paulum in eo loco: *Iusto non est posita lex.* non negare imponi à Christo præceptum iustis necessarium necessitate salutis: neque etiam negare, de facto illud impositum esse: siquidem, vt modò dixi, iustificato per fidem implicitam impositum est præceptum habendæ fidei explicitæ; & iustis etiam existentibus in gratia est impositum præceptum audiendi Missam, non laborandi, & alia huiusmodi præcepta Ecclesie, ad quæ omnes fideles etiam iusti tenentur: sed voluit Paulus ibi dicere, iustos omnia facere magis ex amore, quàm propter timorem pœnæ præceptorum. Ad quintum, & vltimum respondeo, locum illum Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* intelligendum esse de reali manducatione, & non de spiritali; & ita ordinariè intellectisse Ecclesiam: quod facile probatur: nam Christus Dominus suum verum corpus, & realem carnem, & sanguinem nobis sacramentaliter manducandum, & bibendum promisit: *Panem, quem ego dabo, caro mea est.* & corpus & caro Christi verè, & realiter continetur in Sacramento Eucharistie, vt est de fide definitum in Concilio Trid. sess. 13. can. 1. & hoc corpus in Eucharistia realiter existens nobis præcepit Christus manducare sub pœna amittendæ vitæ æternæ: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* ergo de sacramentali, & reali manducatione intelligendus est locus ille, & non de spiritali: quanuis enim corpus Christi Domini in Sacramento Eucharistie existens possit aliquando spiritaliter sumi, vt est definitum de fide in Conc. Trident. sess. 13. can. 8. ibi: *Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum spiritaliter tantum mäducari, & non etiam sacramentaliter, anathema sit.* Tamen ordinatio modo de reali, & sacramentali manducatione id intelligit Ecclesia, & Patres, & ided iubetur Eucharistia in sacramento seruari in Ecclesia, iuxta Concil. Trident. sess. 13. can. 7. vt fideles Christi iam per pœnitentiã iustificati impleant hoc præceptum, verè & realiter Christum manducando. Præterea, quanuis Concilium de fide definiat, posse aliquando corpus Christi in

Conc. Trid.

Conc. Trid.

Conc. Trid.

in Eucharistia exhibitum spiritualiter manducari nusquam tamen dicit, aut definit, illum locum Ioannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. intelligendum esse de hac spirituali manducatione, & non de reali sumptione. Nec obstat dicere, intelligendum esse de spirituali manducatione: quia alioqui, cum sermo sit vniuersalis, & Christus Dominus æqualiter loquatur de corpore, & sanguine, iam communicatio realis, & sacramentalis sub vtraque specie esset necessaria laicis ad salutem. Primum, quia Christus, cum hæc dixit, direxit ea verba ad Sacerdotes præsenes, seu Apostolos, non ad omnes laicos vbiunque existentes: deinde, quia sumptio huius Sacramenti non obligat; nisi cum debite, & decenter, & dignè, & reuerenter sumi potest. Solum autem Sacramentum hoc sub vna tantum specie dignè & reuerenter à laicis sumi potest, propter periculum effusionis sanguinis; & quia multæ sunt regiones, in quibus vinum in tanta quantitate, quanta tunc esset necessaria, haberi commodè non possit; & quia reuerà, vt consideranti patebit, minus reuerenter, quam deceret, tantum mysterium sanguinis tractaretur, si per laicos, imò & per Sacerdotes hæc dispensatio fieret: quare Ecclesia maxima consideratione statuit, & diuino planè consilio, vt laici sub vna tantum specie communicarent, cum in hoc nulla fiat iniuria ipsis laicis, nec minorem gratiam accipiant communicando sub vna, quam si sub vtraque specie communicarent, vt latè probauimus c. 2. num. 10. & 11.

6. Ita se habent hæc duæ opinioniones, vtraque probabilis propter suos Auctores, rationes, & fundamenta; secunda tamen, meo iudicio, est probabilior; & idèò sequenda erit.

7. Sed contra illam adhuc obijcies, ex ea sequi, quòd si quis hodie communicet sanus, ac valens ex præcepto Ecclesiæ, & nocte in periculum mortis incidat, teneatur ex diuino præcepto, tanquam medio necessario salutis, saltem pro articulo mortis, iterum communicare, etiam non ieiunus per modum Viatici, quod videtur mirum. Respondeo, hoc non sequi: quia hoc præceptum, vt diximus num. 4. initio, non obligat, nisi quando hoc Sacramentum dignè, & reuerenter, & sine scandalo sumi potest; tunc autem nec tam reuerenter, nec sine scandalo sumi potest: & idèò necesse est, vt aliquot dies intercedant arbitrio prudentis. Et certè Henriq. lib. 8. Euch. c. 4. col. 2. littera N, existimat debere esse octo, Tabiena verbo, *Communicare*, §. 84. lex. Et quamuis hi Doctores solum loquantur de tempore, quo absque irreuerentia communicare fideles possunt, & nihil loquantur de impletione præcepti diuini, & ecclesiastici; tamen eorum doctrina ad hanc impletionem accommodari potest, vt consideranti patebit: & sanè in Religiosis, quia diuinis Sacramentis magis assuefiunt, pauciores dies sufficient, tres, scilicet, vel quatuor: rotum tamen hoc negotium arbitrio prudentis committitur.

8. Vnde falsò quidam putant, eos, qui in anno communicauerunt in Paschate, satis impleuisse præceptum diuinum de communicando in articulo mortis, & non teneri ex eodem præcepto diuino in eo anno amplius in morte communicare, quod est falsum, vt docet Sà verbo, *Euch.* numer. 1. & Henriquez lib. 8. de Euchat. c. 4. col. 2. littera N: quia reuerà iterum tenentur accipere in articulo mortis per modum Viatici: & id probat Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 6. & Nicænum can. 13. & cap. *De his verbis* 26. quæst. 6. & cap. *Infirmus*, de poenitentia, & remis. probat etiam consuetudo Ecclesiæ, quæ solet eos communicare in articulo mortis per modum Viatici, qui in eodem anno in Paschate communicauerunt, & fideles, nisi tunc infirmi communicent,

meritò quidem scandalizantur. Quod adhuc patet quia per communionem annualem satisfecerunt præcepto Ecclesiæ, non diuino; & per consequens debent isti negare, vt de facto negant, præceptum diuinum de sumenda Eucharistia, saltem pro articulo mortis, etiam iustos obligare. Et hi sunt, Paludanus in 4. dist. 9. q. 1. Sylu. verbo, *Euch.* 3. num. 1. & alij.

Paludan. Syluest.

CAPVT IV.

*Quas personas obliget hoc præceptum diuinum sumende Eucharistiæ, quando est medium necessarium ad salutem; & quo tempore etiam obliget: & an damnatos ad mortem publica auctoritate iustitiæ.*

SVMMARIVM.

- Caput præsens est appendix precedentis. num. 1.
- Præceptum diuinum Eucharistiæ sumenda obligat in articulo mortis fideles baptizatos præceptorum capaces, etiam si mors sit violenta, & auctoritate Iudicis inflitta. num. 2.
- Tenentur Iudices sub mortali reis ad mortem damnatis concedere tempus ad sumendam Eucharistiæ. num. 3.
- Eriam si reus euadat. ibid.
- Nisi tamen ex euasione damna publica, & scandala timeantur, & qualia. ibid. vers. Excipiunt tamen.
- Olim in Gallia, Hispania, & Lusitania consuetudo erat negandi illam reis. num. 4.
- In Lusitania extat lex Philippi I. qui hoc Iudicibus præcipit, & Motus proprius Pij V. ibid.
- An olim excusarentur Iudices à peccato, negando reis communionem. ibid.
- Refutantur illi, qui dicunt, obligare diuinum præceptum Eucharistiæ, non solum in articulo mortis, sed etiam aliquoties in anno. num. 5.
- Soli baptizati fideles, etiam iusti, diuino hoc præcepto ratione videntes obligantur, & quare. num. 6.
- Non est damnanda antiquitas, quando paruulos communicabat. Expliçatur D. Augustinus dicens, teneri paruulos in voto Eucharistiæ ex diuino præcepto suscipere. ibid.
- Quare olim in Africa pueri ratione carentes communicarent; & an etiam is mos fuerit in Hispania. num. 7.
- An maius iudicium requiratur ad communicandum, quam ad confessionem. num. 8.
- Quare non obligentur amentes, & ratione carentes ex diuino præcepto ad communicandum. num. 9.
- Gravius peccatum est, Eucharistiæ malè tractare, quam Papam occidere; non tamen ob id excommunicatio incurritur. ibid.
- An possit Parochus licitè celebrare excommunicatum, non ieiunus, aut sine vestibus sacris ad communicandum infirmum in articulo mortis. num. 10.
- An possit infirmus in articulo mortis Eucharistiæ accipere à Sacerdote heretico, excommunicato, &c. num. 11.

**H**OC caput est veluti appendix capitis præcedentis: statuta enim & posita hac veritate, quòd Sacramentum Eucharistiæ sit medium de necessitate salutis præceptum, vt cap. præcedenti vidimus, sequitur, vt videamus, quo tempore, & quas personas

personas obliget: & quoniam id iam in cap. præcedenti, num. 4. dicere cœperimus, nunc autem in hoc cap. maioris claritatis gratia, ex instituto dicere, & declarare conabimur, vt res ordinatè procedant, & suis distinctionibus fiant clariotes.

2. Sit ergo certa conclusio: Præceptum diuinum de reali sumptione Eucharistiæ, quod est medium necessarium necessitate finis ad salutem, obligat fideles baptizatos, qui sunt præceptorum capaces, in articulo mortis, etiam violentæ, & auctoritate iustitiæ inflitta, tanquam Viaticum illius, nisi in morte, publica auctoritate inflitta, grauis circumstantia, (qualis inflitta num. 3. explicabitur,) quæ contrarium suadeat, occurrat. Ita docet Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 4. initio. Et obligare in articulo mortis, planè significat Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 6. citans Concilium Nicænum can. 13. Tenet Sotus in 4. distinctione 12. art. 11. D. Thomas, Richardus, Durandus, & Gabriel, quos omnes citat Henriquez ad marginem litteræ C: tenet etiam Tabiena verbo, *Communicare*, §. 16. Sà verbo, *Eucharistia*, initio. Soarius 3. p. disput. 66. sect. 5. Nauarrus cap. 2. numer. 57. docet etiam Armilla verbo, *Comm.* §. 18. Probatur: quia in hoc articulo tenentur homines magis conseruare diuinam gratiam, quia ex illa penitentiam æternam: hoc autem Sacramentum ad conseruandam, & augendam gratiam peccatiariter institutum est à Christo Domino: idèò enim institutum est per modum cibi; quia, sicut cibum corporalis necessarius est ad conseruandam vitam temporalem; ita & iste cibus spiritualis ad conseruandam vitam spiritualem gratiæ. Probatur deinde ex consuetudine Ecclesiæ, quæ solet omnes in articulo mortis communicare per modum Viatici; & idèò, vna ex præcipuis causis, ob quas hoc venerabile Sacramentum in sacratio asseruatur, est, vt facilius hoc præceptum impleatur. Vide Concilium Tridentinum sess. 13. can. 7.

Conc. Trid.

3. Diximus, obligate hoc diuinum præceptum in articulo mortis, etiam violentæ, & publica auctoritate iustitiæ factæ: quia tenentur Iudices reis ad mortem damnatis sub mortali concedere tempus ad confessionem, & communionem diuinæ Eucharistiæ, vt constat ex cap. *Quæstum*, 13. quæst. 2. & Glossa in cap. *Si quis de corpore*, & Glossa etiam in Clementina 1. de poenit. & remis. docet Henriquez lib. 8. de Euchat. cap. 5. numer. 4. contra Sotum lib. 5. de iust. & iure, quæst. 1. art. 3. ad 2. Idque, quannus Iudices in isto tempore, quo se rei debent præparare ad communionem, per confessionem suorum peccatorum, certò sciant fore eripiendos violentia, vt signatè docet Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap. 2. numer. 23. in mea editione. Syluester verbo, *Iudex*, quæst. 13. dicto 6. ibi enim etiam expresse docet, teneri ad id Iudices sub mortali, etiam si sciant, reos in ipso tempore confessionis, qua se ad communicandum præparant, euafuros. Fundamentum illorum est: quia, bona animæ preferenda sunt temporali punitioni. Et id docet Toletus lib. 2. Summæ, cap. 28. & rursus Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. quæst. 5. & Sà verbo, *Euch.* n. 2. Turrecremata cap. *De his*, 26. quæst. 6. & Concilium Vvormariensè cap. 8. Triburienle cap. 31. Ancyranum cap. 6. Athagense cap. 15. Excipiunt tamen aliqui Doctores, nisi facinus tam ingens, & atrox sit, vt sine dilatione vergeat ad mortem facinorosi, v. c. si homo sit valdè facinorosus, & ex eo, quòd statim non suspendatur, magna scandala, & damna publica, vel proditio Principis, aut traditio vrbis, aut articis timeantur: tunc enim repentinus casus, vt suspensio & restè vnus in officio contineantur alij, excusant Iudices ad hac obligatione: nunquam tamen periculum euadendi ad excusandos Iudices sufficit,

Henriq. Sotus.

Nau. Sylu.

Tolet. Syluest. Sà. Turrecrem.

nisi hæc etiam damna timeantur; inter quæ etiam numerari potest mors Iudicis, si ex euasione timeatur: quia tunc Iudex iuste vim vi repellit, & iuste se defendit, vt consideranti patebit. Quod adèò verum est, vt illi etiam rei, qui post relapsum hæresis reconciliantur Ecclesiæ, per Patres Inquisitores ante suspendium, & mortem ignis iubeantur communicare, & se ad id confessione præparare, vt docet Simancas titulo, *de Catholicis infir.* cap. 56. num. 16. Alexander IV. in cap. *Super Cathedram*, de Hæret. in 6. Paludanus in 4. dist. 9. q. 4. art. 1. conclus. 9. Syluester verbo, *Euchar.* 3. §. 5. versic. 8. num. 7. sine. D. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 12. §. 3. & Henriquez prædicto loco allegato lib. 8. de Euchat. c. 5. num. 4. Putat autem ibi Henriquez, dandum esse eis Eucharistiæ vno die ante mortem. Sà verò verbo, *Eucharistia*, Sà. num. 2. affirmat, posse dari vna hora ante mortem, etiam non ieiunis, quia est Viaticum.

Simanc. Alexandr. Paludan. Syluest. D. Anton.

Henr.

Cum hæc tamen vera sint, certè olim in Gallia, & in Hispania, & etiam in Lusitania consuetudo erat negandi reis Eucharistiæ communionem, prætextu reuerentiæ tanti Sacramenti; & ne illorum quis de ignominiosa sententia monitus, infamem mortem publica auctoritate indictam, impia sui occasione vitaret, ac præueniret: qua planè consuetudine excusabantur Iudices à peccato mortali, vt docet Victoria §. 87. Nauarrus in Manuali Latino, c. 25. num. 23. Couarr. lib. 2. var. cap. 1. num. 11. Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 11. §. *Ex his primum*. Ledesma 2. 4. quæst. 39. art. 2. sine. Paludanus in 4. dist. 23. q. 3. Iulius Clarus practica criminali, §. 99. Hi verò Doctores, quannus Iudices, propter eam consuetudinem, excusent; nunquam tamen illam laudant, imò potius arguebant maximè, & reprehendebant. Credo tamen illa consuetudine nunquam in rei veritate Iudices fuisse à peccato mortali excusatos, nisi fortè aliam opinionem sequerentur, & dicerent, præceptum Eucharistiæ in articulo mortis non esse de necessitate salutis: nam in nostra opinione præceptum diuinum, & applicatio mediij, ac remedij necessarij ad salutem, vergebat in eo articulo, & ratè prædicta incommoda accidere poterant, & poterant etiam præueniri, si timerentur; & consuetudo, quæ contra diuinum ius præualet, non est legitima consuetudo, sed est corruptela: & eam improbauit Pius V. in proprio Motu expedito ad hanc corruptelam expellendam: & idèò etiam Philippus I. Hispaniarum Rex legem hac de re sanciuit anno 1569. qua sanctissimè, & catholicè iubet prædictis Iudicibus, vt rei mortis non nisi communicati suspendantur, aut capite plebantur, & vt eis tempus ad hanc præparationem accommodum donetur, iuxta mentem Motus propriij pij V. de quo in eadem lege mentionem facit: & post hanc legis promulgationem ita ad vnguem obseruatur in tota Lusitania, & in tota Hispania. De Hispania docet Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 5. num. 4. De Lusitania testantur Patres nostræ Societatis, qui in hoc proximorum ministerio exercentur. Quare habet sapientissimus Nauarrus id, quod tam instanter, ac vehementer suo tempore introducere desiderauit, vt ipse sæpè in suis Operibus testatur.

Henriq.

Nauarr.

Sunt etiam aliqui Doctores, qui ausi sint affirmare, non solum in articulo mortis obligare hoc diuinum præceptum, fideles baptizatos, etiam iustos, diuini præcepti capaces; sed etiam aliquoties in vita. Ita tenet Palud. in 4. dist. 9. q. 1. & q. 16. Ledesma 2. 1. quæst. 21. art. 11. & id colligunt ex D. Thoma 3. p. quæst. 80. art. 11. & probant: quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum per modum cibi: & quemadmodum tenentur homines cibum temporalem capere suis temporibus ad sustentandam, & conseruandam vitam temporalem: ita etiam

Paludan. Led. D. Thom.



eriam tenentur aliquoties in vita hunc cibum spiritualem capere ad consequendam vitam spiritualem gratia. Cæterum hoc argumentum, si quam vim habebat, erat, antequam Ecclesia determinaret certum tempus Paschæ ad communicationem annualem fidelium Christianorum: at, postquam per cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. hoc tempus determinauit, non tenentur iam extra articulum mortis hoc diuinum præceptum implere, vt optimè docet Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 5. num. 3.

Henriq.

6. Soli fideles baptizati, etiam iusti, qui sunt præceptorum capaces, hoc diuino præcepto obligantur in articulo mortis, vt de fidelibus baptizatis, & iustis probauimus cap. 3. num. 4. & de articulo mortis hîc num. 2. & 5. Dicimus ergo, præceptorum capaces, ad excludendos pueros, & amentes, etiam adultos ratione carentes: nam pueri ratione carentes, nec præcepto diuino, nec ecclesiastico tenentur communicare; & quia gratiam baptismalem in illa ætate amittere non possunt; & quia ratione carentiæ rationis, præcepti capaces non sunt; & quia dignè, & reuerenter, tantum, ac tam venerabile mysterium tractare non possunt. Vtrumque autem præceptum, tam diuinum, quam ecclesiasticum, non obligat, nisi cum hoc venerabile Sacramentum dignè ac reuerenter tractari, ac sumi potest, vt sæpè diximus. Nec idèd tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in aliquibus locis aliquando seruauerit, vt pueri iudicij expertes communicarent, vt optimè animaduertit, docetque Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 4. & quèd illi non teneantur communicare, adeò verum est, vt sit de fide definitum in eodem Concilio Trident. eadem sess. 21. canone item 4. ibi: Si quis dixerit, paruulis, antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit. Docet etiam D. Augustinus contra Pelagium libr. 1. cap. 22. ad Bonifacium, ibi: Neque illud cogitatis, paruulos vitam habere non posse, quia sunt corporis, & sanguinis expertes. Vnde patet, paruulis baptizatis communionem Eucharistiæ non esse medium necessarium salutis, nec in re, nec in proprio voto, cum vsu rationis careant: dicuntur tamen pueri in voto Ecclesiæ habere Eucharistiæ, quia ex professione legis Christianæ facta in Baptismo, tenentur, cum adulti fuerint, communicare: & sic interpretandus est D. Aug. loco citato, quatenus ait, pueros teneri, saltem in voto, suscipere Eucharistiæ: quod intelligendum est, saltem in voto Ecclesiæ. Et ita ille exponit tract. 26. in Ioannem, & lib. 21. c. 25. de Ciuitate Dei.

Conc. Trid.

August.

August.

D. Aug. D. Cypri.

D. Clem. D. Dion.

Conc. Trid. Taper.

Conc. Tol.

7. Olim verò in Africa, vt testatur idem D. Augustinus epist. 23. & D. Cyprian. ferm. 5. de lapsis, & lib. 3. ad Quirinum, cap. 25. mos fuit reliquiis Eucharistiæ communicare infantes vsu rationis carentes, qui mos percrebuit etiam apud Græcos, vt constat ex D. Clemente lib. 8. Const. Apostolicarum, cap. 20. & ex D. Dionysio lib. de ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. p. 3. qui tamen Patres, id ex aliqua causa rationabili faciebant, quæ eos tunc permouebat; non verò quasi putarent id esse necessarium necessitate salutis, vt benè exponit Concilium Tridentinum prædicta sess. 21. cap. 4. Taper art. 15. ait, in Hispania nunquam fuisse solitum paruulos communicare: sed contractum constat ex tomo magno Concil. Tolerani I X. cap. 11. vbi dicitur, aliquando sub vna specie, aliquando sub vtraque communicasse infantes in Hispania. Et forè causa, quæ permouebat Patres illos antiquos ad communicandos pueros Christianorum, vsu rationis carentes, erat, quia tunc sæuebat impietas Tyrannorum in fideles Christianos, etiam in pueros, & idèd eos communicabant, vt ex tanto

Sacramento virtutem elicerent, ad perferendum, subeundumque martyrium, pro Christi nomine, & gloria constantissime.

8.

Non obligat ergo hoc præceptum, de communione Sacramenti Eucharistiæ; neque quatenus diuinum est, & necessarium ad salutem; neque quatenus annuale & ecclesiasticum, nisi eos, qui vsu rationis habent: & in hoc vim præcepti diuini benè explicauit præceptum Ecclesiæ in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission. nam Ecclesia ibi solum obligat ad semel in anno in Paschate communicandos eos fideles, qui annos discretionis habuerint; & consuetudo laudabilis eiusdem Ecclesiæ habet, vt ferius aliquantulum pueri communiceant, etiam ratione vntes, quam consteantur; ex eadem obligatione ecclesiastici præcepti, ob reuerentiam tanti, ac tam venerabilis Sacramenti: & idèd etiam neque ipsi pueri vsu rationis vntes in articulo mortis tenentur communicare, nisi in ea ætate, & pleno iudicio, in quo sani, ac benè valentes tenerentur, quod totum iudicio & arbitrio prudentis Confessarij committitur, quanquam in articulo mortis, iuxta iudicium Nauarri in Manuali Latino, cap. 21. num. 57. & Toleti lib. 2. Summæ, cap. 28. num. 5. citiùs aliquando possint pueri communicare vsu rationis vntes, nisi essent valdè puercilis iudicij.

Nauar. Tolet.

9.

Non obligat etiam istud diuinum præceptum amentes; & quia quatenus amentes sunt, præcepti sunt incapaces; & quia datur maximum periculum irreuerentiæ. Ita Toletus lib. 2. Summæ, c. 28. num. 5. Sà verbo, Euch. num. 3. Alensis 4. p. m. 4. quæst. 49. Gabriel in 4. dist. 9. quæst. 2. dub. 4. Ratio est: quia obligat tantum, cum decenter, ac reuerenter suscipi potest, vt tantam decet maiestatem: non autem potest dignè, ac reuerenter sumi ab amente, & carente ratione; vnde contemptus Eucharistiæ, vel indigna tractatio, & sumptio quidem quam Papam occidente; non tamen ille incurrit excommunicationem cap. Si quis, qui hostiam consecratam percudit: quia corpus Christi ibi existens, non adest ibi modo passibili, sed impassibili; nec modo naturali, sed supernaturali: est autem grauius peccatum, & sacrilegium, quia contemnit Christum in propria specie, & est simile flagitio illorum, qui Christum crucifixerunt, quos Concilium Ephesinum vocat Deicides. Ita Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 4. col. 2. littera Q Alexander in 4. quæst. 46. memb. 4. Gabriel in canone, lect. 87. Caietanus 2. 2. quæst. 99. art. 3. dub. 3. docet D. Paulus 1. Corinth. 11. ibi, Rem erit corporis, & sanguinis Domini, &c.

Toletus. Sa. Alensis. Gabriel.

Conc. Eph. Henriq. Alexand. Gabriel. Caietan.

10.

Si tamen non habet Parochus in sacratio asseruatam Eucharistiæ, non potest celebrare, vt illam ministrat parochianis in articulo mortis existentibus, nisi saluis Ecclesiæ præceptis, nimirum, ieiunus, non excommunicatus, & cum vestibus factis, & in vtraque specie, & azymo. Ratio est: quia hæc omnia conducunt ad debitam reuerentiam, ac tractationem tam venerabilis Sacramenti. Ita Nauarrus in Manuali Lat. c. 21. Henriq. lib. 8. de Euch. c. 4. col. 1. lit. F. & G. Sotus in 4. dist. 9. q. 1. a. 4. Ledesma q. 15. art. 4. & recentiores omnes contra Maiorem in 4. dist. 9. q. 3. ad 5. affirmantem pro communicando infirmo in articulo mortis existente posse Parochum celebrare in fermentato: & sic etiam diceret non ieiunum, aut excommunicatum; quod est falsum: quia, vt dixi, præceptum diuinum Eucharistiæ in articulo mortis non obligat, nisi quando illa dignè, & reuerenter tractari potest.

Nauarr. Henriq. Sotus. Ledesma. Maior.

11.

Et idèd infirmus non debet recipere in articulo mortis Eucharistiæ à Sacerdote heretico; vt fecit laudabiliter Hermenegildus, Princeps Hispaniarum;

tum, nec à Schismaticis, nec ab excommunicato publice, vel nominatim declarato ac denunciato, nec à viro laico, nec cum periculo euomendi illam: excusatur enim in his circumstantiis ab hoc præcepto. Et ratio est: quia, moralitèr loquendo, aut irreuerentia, aut scandalum tunc dabitur: diuinum autem hoc præceptum & ecclesiasticum non obligat cum irreuerentia, aut cum scandalo, vt optimè notat Henriq. lib. 8. Euch. c. 4. col. 1. littera F. & G. D. Thomas 3. p. q. 82. a. 9. & Soar. tom. 4. in 3. partem; disp. 69. sect. 2. & 3. fine.

Henriq. D. Thom. Soarius.

Iudicium Auctoris. num. 16. An Religiosi possint licitè Christi fideles communicare in Paschate, ex obligatione præcepti, in alienis Ecclesiis. num. 17. An Parochi saculares possint id efficere in Ecclesiis Mendicantium suis parochianis. num. 18. In qua ætate teneantur pueri communicare & confiteri ex præcepto Ecclesiæ. num. 19. & 20. Laudabilis consuetudo habet, vt tardius pueri ex præcepto communicent, quam confiteantur. num. 21. Quanto tamen tardius, & in qua ætate, iudicio prudentis committitur. num. 21.

CAPVT V.

De præcepto Ecclesiæ huius Sacramenti, id est, de sacro Domini corpore in Paschate sumendo, ex mandato Ecclesiæ i quas personas obliget: & quomodo in qua ætate.

SUMMARIUM.

- Datur præceptum Ecclesiæ communicandi in Paschate, & in Ecclesia semper communicandi mos fuit. num. 1. Quot dubia circa hoc præceptum oriri possint. num. 2. Quid nomine Paschatis in iure communi intelligatur. num. 3. Quas penas incurrant de iure communi, qui illud non implent. ibid. Quid de consuetudine intelligatur in Lusitania, & Hispania, nomine Paschatis. ibid. In aliquibus diocesis extenditur Pascha, quoad impletionem huius præcepti, usque ad Dominicam Pastoris boni. num. 4. An hoc præceptum implendum sit in propria parochia. num. 5. An, si Parochus suis parochianis dicat, vt possint communicare, vbiunque maluerint in Paschate, possint illi hoc facere in Ecclesiis Mendicantium. num. 6. An ille, qui in Ecclesiis Mendicantium absque licentia Parochi in Paschate communicat, satisfaciatur præcepto, & excommunicationem synodalis Constitutionis deueniet. num. 7. Refertur sententia negans satisfacere, & affirmans excommunicationem incurrere. ibid. An ipso die Paschatis possint licitè Mendicantes in suis Ecclesiis Eucharistiæ secularibus ex deuotione communicantibus dare. ibid. Refertur sententia Nauarri negans. num. 8. Astruitur sententia affirmans. num. 9. Dummodo tamen non fiat ex obligatione præcepti. ibid. Aduenis, & peregrinis possunt Mendicantes in suis Ecclesiis Eucharistiæ in Paschate, vt satisfaciatur præcepto, præbere. num. 10. Possunt etiam alii secularibus dare ex licentia præsumpta Parochorum, & quando ista præsumptio detur. num. 11. Possunt etiam Religiosi Mendicantes Eucharistiæ secularibus in Paschate ex præcepto dare, si sint Parochi: item in extrema necessitate, & quando ita consuetudo habet. num. 12. Refertur sententia affirmans, posse Mendicantes ob priuilegium, quod de facto habent, Eucharistiæ secularibus dare in suis Ecclesiis, ita vt satisfaciatur præcepto. num. 13. Nec hoc derogat iurisdictioni Parochorum. num. 14. Nec dici potest, hoc priuilegium per non usum esse sublatum. num. 15.

QVod sit præceptum Ecclesiæ de sacro Domino corpore semel in anno in Paschate sumendo, patet ex cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissionibus, vbi præcipit Ecclesia, vt singuli fideles Christiani suscipiant in Paschate Eucharistiæ, nisi proprij Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerint abstinendum, alioqui viui ab aditu & ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortui ecclesiastica careant sepultura: semper autem, vt notat Azor, & optimè, tomo 1. Inst. mor. lib. 7. cap. 14. quæst. 1. ab initio nascentis Ecclesiæ præceptum in ea fuit de Eucharistiæ sumenda ab omnibus fidelibus Christianis: olim enim in primitiua Ecclesia singuli Christiani quotidie sacrum Christi corpus sumebant ex præcepto Apostolorum, vt refertur cap. Episcopus, de consecr. dist. 1. Postea Fabianus Papa præcepit, vt singuli saltem sacram Communionem reciperent ter in anno, videlicet, in Natalitio Domini, in Paschate, in Pentecoste, vt habetur in cap. Eschizon frequentius, de consecr. dist. 2. Deinde verò Soter in cap. In cena Domini, de consecr. dist. 2. videtur statuisse, vt singuli corpus Domini susciperent in cena Domini: quoad usque tandem Ecclesia statuerit, vt singuli, cum ad annos discretionis peruenerint, semel in anno à proprio Sacerdote, seu Parocho in Paschate Communionem, sacramque Synaxim accipiant, vt constat ex prædicto cap. Omnis, allegato.

Azor.

Soter.

Multa ergo dubia circa hoc præceptum occurrunt, quæ necessariam explicationem postulant. Primum est, quid intelligatur nomine Paschatis, & an qui initio Quadragesimæ Eucharistiæ suscipit, impleat hoc præceptum. Secundum, an necessariò sit implendum in propria parochia de iure communi. Tertium, an detur priuilegium ad illud extra propriam parochiam implendum. Quartum, an, qui in Paschate Eucharistiæ non suscipit ob aliquod impedimentum, teneatur statim post Pascha eam ex præcepto sumere. Quintum, an ille, qui absens est à propria parochia, & commoratur in aliena, iure in ea, vbi commoratur, præceptum impleat. Sextum, an aliqua personæ religiofa præter tempus Paschale de iure communi teneantur ex præcepto Eucharistiæ sæpius in anno accipere. Septimum, an, si quis præuideat impedimentum futurum, quo non possit tempore Paschali hoc præceptum implere, teneatur illud anticipare. Octauum, an, qui in Paschate Eucharistiæ indignè accipit, impleat hoc præceptum. Nonum, an, si Parochus licentiam præbeat parochianis, vt tempore Paschatis possint communicare, vbiunque voluerint, tunc possint Eucharistiæ accipere in Ecclesiis Mendicantium. Decimum, in qua ætate obliget hoc præceptum; quas personas; an meretrices excusentur; an excommunicati, & interdicti: & alia, quæ ex discursu materiæ patebunt.

Primò ergo inquiremus, quid nomine Paschatis in hoc capite, & præcepto intelligatur de iure, quid de consuetudine. Et in primis animaduertendum

Eugenius. Maior. Tabiena. Nauarr. Syluest. Caietan. Ledesm. Henriq. Azor.

Soar.

Nau. Beia. Rodrig.

Azor.

dum est, Panorimitanum ad prædictum cap. Omnis vtriusque sexus existimare, nomine Paschatis in eo capite intelligi tantum ipsum diem Dominicæ Resurrectionis, cum duobus proximè sequentibus, idque de iure prædicti capitis: quamuis, addit, qui in quinta feria præcedenti Dominicæ cœnæ, Eucharistiam acciperet, præcepto satisfaceret, ob consuetudinem receptam, quæ sic illud interpretatur. At, cum in his temporis angustiis non possit omnis populus Christianus; præsertim in magnis oppidis, communicare, declarauit Eugenius I V. vt referunt Maior in 4. dist. 17. quæst. 2. & Tabiena verbo, Communicare, num. 7. & Nauarrus in Mantali, cap. 21. num. 45. Syluester verbo, Euchar. 3. & Caietanus in Summa, verbo, Communio, & Ledesma in 4. quæst. 14. artic. 3. & Soarius tomo 4. 3. p. disp. 82. lect. 2. & Henriquez tomo 1. lib. 8. de Euch. cap. 55. & Azor tomo 1. Inst. mor. nomine Paschatis in hoc capite intelligi ipsum diem Paschatis cum octo proximè præcedentibus, & octo proximè subsequentibus: & sic de iure intelligendum est, diem Paschatis, quoad hunc effectum implendi huiusmodi præcepti, comprehendere totum hoc tempus ab Eugenio I V. assignatum: vnde ille, qui intra hoc tempus deficiente legitimo impedimento, culpa sua hoc præceptum non impleuerit, penas in prædicto cap. Omnis. impositas incurrit post latam Iudicis sententiam: vtraque enim poena tam electionis ab ingressu Ecclesiæ, quam priuationis ecclesiasticæ sepulturæ imposita in prædicto cap. sententiam à Iudice ferendam requirit, vt optimè notat Soarius tomo 4. de pœnit. in 3. p. disputat. 36. lect. 8. num. 2. & patet ex verbis capitis, Et incitatur ab ingressu Ecclesiæ, & priuetur ecclesiastica sepultura. Hæc de iure.

De consuetudine tamen, & priuilegio potest aliud esse; & sic legitima consuetudo iam obtinuit in tota Lusitania, vt in quolibet die Quadragesimæ, etiam in primo die illius, huic præcepto satisfiat: potest enim consuetudo præualere aduersus ius commune. Et ita de Lusitania docet Nauarrus in Manuali, cap. 21. numer. 45. & numero 52. & Beia in 4. p. casu 4. initio, & Emmanuel Rodriguez tomo 1. qq. regul. quæst. 16. art. 3. §. Ex his secundo inferitur. & vsus communis id ipsum testatur. Nec solum in Lusitania, sed etiam in tota Hispania legitima consuetudine receptum est, vt præcepto satisfaciatur, qui in quolibet die Quadragesimæ communicauerit, teste Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 41. quæst. 4. vbi asserit, testatum fuisse à Laurentio, Episcopo Prænestino, Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum, declarasse Clementem VII. quod in quolibet die Quadragesimæ possint fideles in tota Hispania huic præcepto satisfacere: quæ planè declaratio continetur in Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium, impresso Neapoli.

Cum autem de iure, nomine Paschatis, intelligatur ipse dies Paschatis cum octo proximè præcedentibus, & octo proximè subsequentibus, vt hæc tenus explicatum est, & diximus num. 3. verè, At cum. iuxta declarationem Eugenij I V. sequitur, quod in Lusitania, & omnibus locis, vbi similis consuetudo datur, non solum in tota Quadragesima, sed etiam in octo diebus subsequentibus, & vsque ad Dominicam in Albis, possit impleri hoc præceptum; nec solum vsque ad Dominicam in Albis, sed etiam in aliquibus diocæsiibus, vel in diocæsi Bracharensi, vsque ad Dominicam Pastoris boni, quæ sequitur immediatè post Dominicam in Albis, de consuetudi-

ne quadam legitime ibi introducta, quæ sic præceptum interpretatur: tunc enim solent Parochi recensere suos parochianos, computare alios, & declarare, illos incurrisse excommunicationis sententiam latam contra eos in Constitutionibus, qui ad illud vsque tempus, præceptum communicandi non impleuerint. Quamobrem videndæ erunt Constitutiones cuiusque diocæsis, & iuxta illas, intelligendum erit tempus, quo quis possit implere præceptum communicandi in Paschate; non quod ius illarum possit præualere iuri communi; cum Episcopi diocæsanæ non sint supra Papam, nec supra ius commune editum à Papa; sed quod illæ tunc declarent consuetudinem prædictæ diocæsis, & in ipsa consuetudine fundentur, quæ planè consuetudo potest præualere iuri communi, vt sæpè alibi diximus. Dicit etiam posse arbitror, & fortè conuenientiùs, Episcopos cuiusque diocæsis potuisse extendere tempus Paschatis ad implendum huiusmodi præceptum vsque ad Dominicam Pastoris boni, iuxta mentem prædicti cap. Omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remissionibus, ob aliquas rationabiles causas: nam in prædicto capite assignat Summus Pontifex ad impletionem præcepti annualis confessionis tempus Quadragesimæ; & ad impletionem præcepti Eucharistiæ, tempus Paschæ: & statim addit: Nisi de proprij Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, à perceptione huiusmodi duxerint abstinendum. Nomine autem Parochi, seu proprij Sacerdotis, venit propriissimè Episcopus in iure, vt docet Nauarrus in cap. Placuit. de pœnit. & remissionibus, numer. 57. & Toletus lib. 6. cap. 11. §. Vocamus. & venit etiam Papa: nam, sicut Papa est verus, ac proprius Parochus totius orbis, & omnes Christiani toto orbe dispersi, sunt verè oues respectu illius: ita Episcopus est proprius Parochus totius sui Episcopatus, & omnes parochiani singularum parochiarum suæ diocæsis sunt verè & propriè oues respectu illius. Vnde, si Sacerdos, ac Parochus particularis potest de mente iuris prædicti cap. Omnis. differre tempus obligans ad perceptionem annualem Eucharistiæ suis subditis ex causa rationabili: ita etiam à fortiori id poterunt Episcopi efficere in tota sua diocæsi, quando causa rationabilis occurrerit arbitrio illorum. Dices, posse Episcopos hoc efficere, per licentiam particularem, respectu huius, aut illius diocæsanæ, sicut potest Parochus id efficere respectu huius, aut illius sui parochiani: non autem respectu totius diocæsis, nec per legem: quia id erit iam disponere contra ius commune: Respondeo, posse etiam per legem: quia facultas, quæ ex cap. Omnis vtriusque sexus. elicitur, ampla est, & non est limitata; & fundatur in causa rationabili: quapropter, si causa rationabilis talis sit, vt omnes, aut magnam partem suorum diocæsanorum comprehendat, vt deuitent immensum laborem harum licentiarum, & benè consulant ouibus suis, per legem etiam id poterunt efficere: & id probat vsus & consuetudo: nunquam enim Prælati tales Constitutiones efficerent, nisi id sibi licitum putarent: præterea additur, quod huiusmodi Constitutiones ordinariè approbantur, & examinantur à Papa: quamobrem ex licentia Papæ id faciunt Episcopi. Immo Punetij, quod oppidum est diocæsis Agytanensis in Lusitania, (Punete, Lusitanæ,) nomen Paschatis extenditur, quoad piscatores, vsque ad Pentecosten: tunc enim solent ex obligatione communicare piscatores: quia vsque ad illud tempus extra propriam domum, parochiàmque versantur piscationibus intenti.

Quæstio

5. Nauarr. Card. Azor. Henriq. Sot.

Emm. Rod.

6. Azor.

Azor.

Glos.

7.

Nauarr. Henriq. Sotus.

Quæstio tamen est non vulgaris, an in propria parochia hoc præceptum, de quo loquimur, implere fideles tepeantur, secundum ius commune, ita vt à proprio Parocho, & in propria parochia, vel saltem in aliena, de licentia proprij Parochi Eucharistiam accipiant. Communis sententia affirmat, teneri eos, in propria parochia, vel in aliena, aut vbiunque alibi de licentia proprij Sacerdotis accipere. Ita docet Nauarrus in Manuali Lat. cap. 21. num. 52. & Cardinalis Clementina 1. de priuilegiis, quæst. 11. & Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 41. quæst. 6. & Henriquez tom. 2. lib. 8. de Euchar. cap. 55. n. 1. littera B: & Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. & sacra Congregatio Cardinalium in 4. p. fol. 151. id expressè affirmat: vbi decernit eadem sacra Congregatio, nec laicos in Regularium Monasterijs seruientes huic præcepto satisfacere, nisi in propria parochia communicent. Et id ipsum docet etiam Emm. Rodriguez tom. 1. quæst. regul. quæst. 56. art. 3. initio. Et ratio est: quia in prædicto c. Omnis vtriusque sexus. decretum est, vt quisquis à proprio Sacerdote corpus Domini in Paschate accipiat: cum igitur sit ad proprium Sacerdotem accedendum, eo ipso ad propriam parochiam accedere oportet, vel in aliena, aut vbiunque alibi de licentia proprij Parochi: quia sicut Parochi possunt dare licentiam suis parochianis, vt alia Sacramenta, v. c. Matrimonij, Confessionis, extremæ Vnctionis ab aliis accipiant: ita etiam possunt eam dare ad Sacramentum Eucharistiæ, cum par sit ratio in omnibus.

Vnde iam quæstio alia oritur, an, si proprius Sacerdos quibusdam suis parochianis liberum relinquat, vt à quibus maluerint Sacramentum Eucharistiæ accipiant in Paschate, possint illi à Mendicantibus illud accipere tura conscientia, ita vt satisfaciatur præcepto. Respondeo Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 41. posse: quia Parochus liberam eis potestatem facit, ita vt nullum eorum excludat: vnde, quannus Mendicantes per Clementinam 1. de sepulchris, speciali quodam iure prohibeantur sub poena excommunicationis ipso facto incurrerent, à qua solus Summus Pontifex possit absolueri, ne huiusmodi Sacramentum Eucharistiæ in Paschate conferant absque proprij Parochi licentia speciali; tamen, vt optimè notat Azor citatus, & Glossa in prædicta Clementina, verbo, Speciali, hoc non obstat: quia per hoc solum requiritur, vt exprimat Sacramentum, ad quod suscipiendum ipse Parochus licentiam dat: non autem requiritur specialis nominatio, vel parochianorum, quibus datur licentia; vel Religiosorum, quibus datur facultas, vt possint Eucharistiam conferre. Vnde satis est, si Parochi suis parochianis concedant, vt in Paschate Eucharistiam sumant, à quibuscumque maluerint: quæ doctrina est vera, & tenenda.

Hæc de iure. De priuilegio autem grauis quæstio est, verum ille, qui in Ecclesiis Mendicantium animo satisfaciendi præcepto absque licentia Parochi communicat in Paschate, ita præcepto satisfaciatur, vt poenam excommunicationis euadat latam in Constitutionibus synodalibus contra eos, qui in suis parochiis non communicant. Et hæc de re est bipartita sententia. Prima negat, satisfacere præcepto, & consequenter affirmat non euadere prædictam poenam. Eam tenet Nauarrus in Man. Lat. cap. 21. num. 52. & Henriquez tomo 2. lib. 8. de Euchar. cap. 55. num. 1. littera B. & Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. & sacra Congregatio Cardinalium 4. part. fol. 151. vbi ita ait: Decreuit sacra Congregatio, nec laicos in Regularium Monasterijs seruientes huic præcepto satisfacere, nisi in propria parochia communicent. Probat: quia Nicolaus P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

laus V. & Sixtus I V. concesserunt Generalibus, & Prouincialibus Ministris, & omnibus Confessoribus Ordinis Minorum deputatis à suis Superioribus ad audiendas confessiones secularium, vt omnibus, quaruncumque diocæsum, quorum confessiones audierint, sacratissimi corporis Domini communionem dare possint, quouis anni tempore, præterquam in die Resurrectionis Domini: quod priuilegium habetur in prima parte Supplementi monumentorum Ordinum, in prima editione, fol. 30. in secunda, fol. 144. concessione 249. & illud asserit Emmanuel Rodriguez tomo 1. quæstionum regularium, quæst. 56. art. 3. initio: quod confirmauit Leo X. quodam viuæ vocis oraculo authentico; de quo in Ordinis supplemento, fol. 58. concessione 159. Et quidem idè ab his Summis Pontificibus hoc priuilegium his Religiosis fuit indultum, vt notat Azor tomo 1. Inst. moralium, lib. 7. cap. 41. quæst. 7. quia, vt vidimus numero præcedente, per Clementinam 1. de priuilegiis, prohibitum fuit: ne Religiosi Clericis, aut laicis Sacramentum extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ ministrare possint absque parochialis Presbyteri licentia speciali: alioquin contrarium facientes in sententiam excommunicationis ipso facto incurrerent, à qua à Summo Pontifice duntaxat possint absolui.

Et quannus Summi Pontifices, præsertim Nicolai I V. excipiant semper, præterquam in die Paschatis, in quo videntur tacitè concedere, extra hunc diem posse fideles communicare, & satisfacere præcepto in Ecclesiis Mendicantium, quia exceptio firmat regulam: tamen non ita est: quia communis sententia est, intelligendum id esse, non materialiter, de die tantum Paschatis præcisè, sed formaliter de communicatione annuali ex præcepto faciendâ semel in anno in Paschate, hoc est, in tempore Paschatis, quod de iure comprehendit, quoad hunc effectum implendi hoc præceptum, non solum diem Paschatis; sed etiam octo dies proximè subsequentes, & octo proximè præcedentes: de consuetudine autem in tota Lusitania, & Hispania, comprehendit totum tempus à primo die Quadragesimæ, vsque ad Dominicam in Albis, & in aliquibus diocæsiibus vsque ad Dominicam Pastoris boni, vt probauimus num. 3. Vnde docet Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 52. peccare mortaliter Religiosos Mendicantes, & incurrere poenas prædictæ Clementinæ, qui in ipso die Paschatis Sacramentum in suis Ecclesiis ministrant Christi fidelibus, siue ex deuotione, siue ex intentione satisfaciendi præcepto: quia Summi Pontifices semper simpliciter excipiunt hunc diem Paschatis; & idè cum simpliciter hic dies excipitur, nec etiam ex deuotione in illo præstare posse Mendicantes Eucharistiam fidelibus in suis Ecclesiis: in reliquo autem tempore Paschatis assignato de iure, vel consuetudine, ad implendum hoc præceptum, posse quidem illos ex deuotione præstare Eucharistiam Christi fidelibus, non tamen ex obligatione & intentione satisfaciendi præcepto; adèd, inquit, vt nec Patres Societatis I s v, qui ad hoc habent amplissima priuilegia, in suis Ecclesiis possint absque peccato Eucharistiam ministrare in die Paschatis: & intelligendus est Nauarrus, tam ex deuotione, quam ex obligatione satisfaciendi præcepto. Hæc ex sententia Nauarr.

Verum ego hanc illius sententiam quoad reliqua approbo; quoad illud verò punctum, quo ait, in ipso die Paschatis non posse Mendicantes, nec etiam Patres Societatis I s v in suis Ecclesiis, ex deuotione fideliam, illis ministrare Sacramentum Eucharistiæ, BB b iustitæ,

ristiæ, non approbo: quia, quanvis hic dies semper à Summis Pontificibus simpliciter excipiatur: tamen exceptio illius diei simpliciter idèd à Summis Pontificibus fit, vt omnes fideles adeant suas parochias, ad satisfaciendum huic præcepto. Vnde poterunt quidem, cum de mente constet Pontificum, huiusmodi Religiosi, etiam in ipso die Paschatis, sicut & in reliquo tempore Paschatis, licitè, & sine scrupulo prædictam Eucharistiam ministrare Christi fidelibus in suis Ecclesiis ex deuotione; non tamen ex obligatione, & intentione satisfaciendi prædicto præcepto. Quare iis fidelibus, qui iam præceptum Ecclesiæ impleuerunt, & iis etiam, quibus nondum tempus implendi, siue de iure, siue de consuetudine, est elapsum, possunt ex deuotione Mendicantes sacram Eucharistiam ministrare, absque vilo scrupulo, & peccato, & illi ex eo pio deuotionis affectu liberè ibi ad mensam Eucharistiæ accedere possunt; non tamen animo satisfaciendi præcepto: quanuis contrarium teneat Nauarrus allegatus cap. 21. n. 52. quem sequi videtur Sarnensis de visitat. lib. 2. cap. 30. & Azor tomo 1. Inst. moral. cap. 41. quæst. 7. ad finem. Et ita mecum sentit Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thomæ, disp. 72. sect. 2. §. *Cenleo igitur*. col. 1. fol. 1025. Et fortè de hac re iterum sermonem feremus lib. 3. cap. 2. num. 18. vbi id latius probabimus.

10. Hoc tamen non est intelligendum de aduenis, & peregrinis, ac vagabundis, quibus nulla est propria parochia: quia ij possunt communicare in Ecclesiis Mendicantium, non solum tempore, sed etiam in ipso die Paschatis, tam ex deuotione, quam ex obligatione præcepti: quia, cum careant Parochis, & parochia, in illis cessat tota ratio prohibitionis, quæ erat, vt saltem tunc cognoscerent omnes, se debere obedientiam suo proprio Parocho. Et de huiusmodi aduenis, & peregrinis ita docent communiter Doctores, Henriquez tomo 2. lib. 8. de Euch. cap. 55. num. 1. & Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. & Rodriguez tom. 1. quæst. regul. quæst. 56. art. 3. & alij.

11. Nec etiam hoc est intelligendum de iis, qui Sacramentum hoc acciperent, & conferrent, quando eiusmodi essent personæ, tempus, & causæ, vt arbitrio prudentis viri credatur Parochus fore contentus, ob tacitam facultatem, quam tunc videntur concedere, vt docet idem Nauarr. allegatus num. 52. & Henriquez tomo 2. lib. 8. de Eucharistia, cap. 35. ad marginem, littera B. fine. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 1. art. 3. Ledesma 2. 4. quæst. 33. artic. 3. Syluester verbo, *Euch.* §. 4. & verbo, *Excommunicatio*, 7. casu 14. & Rodriguez proximè citatus §. *Et idem decernitur*. quia, quanuis peccatum mortale sit ministrare hoc Sacramentum sine iurisdictione; tamen non ministratur sine illa, quando tacita licentia Parochorum fit: quæ licentia, seu rati habitio, in Sacramento Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis sufficit, quod habeatur de futuro; in Sacramento verò Confessionis, & Matrimonij, semper opus est, vt antecedit, & habeatur de præsentia. Et ratio est: quia in istis Sacramentis substantia, & validitas actus pendet ex tali iurisdictione, & sine illa validè non fiunt, imò nulliter fiunt: at verò substantia, & validitas Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis non pendet ab huiusmodi iurisdictione: quia, quanuis sine illa cum peccato fiant, validè tamen fiunt: à peccato autem excusat tacita licentia, & voluntas Parochi, vt optimè animaduertit Emmanuel Rodriguez tomo 2. quæstionum regul. disput. 56. art. 3. §. *Et idem decernitur*. Sed de hac re iterum agemus lib. 3. cap. 2. num. 12. quem locum vide.

12. Excipiendum etiam est, modò Religiosi non sint Parochi, & modò non detur extrema necessitas, iuxta Beiam 4. part. casu 4. & Soarium statim citan-

Sarnens. Azor. Soar. D. Thom.

Henriq. Sotus. Rodrig.

Nauarr. Henriq. Sotus. Led. Syluest. Rodrig.

Rodr.

Beia. Soarium.

dum: quia in extrema necessitate poterunt ipsi Religiosi, quanuis non sint Parochi, Sacramentum Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis secularibus licitè ministrare: quia tunc debet adesse voluntas, & licentia Parochorum. Excipiendum est etiam, modò contrarium non sit consuetudine introductum; potest enim consuetudo huiusmodi actus licitos facere. Hæc tamen extrema necessitas nunquam locum habere potest in administratione Sacramenti Matrimonij, vt optimè docet Soarius tomo 5. de censuris, disput. 22. sect. 3. aliàs 4. num. 3. & 11.

13. Secunda sententia affirmat, Mendicantes habere priuilegium ad administrandum Sacramentum Eucharistiæ, non solum ex deuotione, sed etiam ex obligatione præcepti, etiam repugnantibus Parochis, tam in die Paschatis, quam in toto tempore Paschali assignato ad impletionem illius, vel à iure, vel à consuetudine; ac proinde satisfacere huic præcepto illos, qui in illorum Ecclesiis, animo implendi præceptum, tempore Paschali communicant, & nullas pœnas incurrere à iure, vel constitutionibus diœcesaneis impositas, si ostensa schedula probent, in Ecclesiis Mendicantium communicasse. Ita docet expressè Beia 4. part. casu 4. vbi id latè probat: docet etiam Emmanuel Rodriguez tomo 1. quæstionum regul. quæst. 56. art. 3. §. *Quantum ad 2.* Hieron. & doctissimus Hieronymus à Sorbo in Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, verbo, *Communicare*, & audiui à religiosissimis viris nuperimè ita iudicatum fuisse in causa, quam Fratres Minores ex Prouincia Pietatis cum quodam Parocho hac de re habuerunt. Probatur primò hæc sententia ex quodam priuilegio, quod Nicolaus V. concessit Monasterio beatæ MARIÆ de Guadalupe, Ordinis, ac Familiæ D. Hieronymi, anno Domini 1458. datum Romæ 4. Calendis Octobris, sui Pontificatus 4. quod afferunt prædicti Doctores, in quo concessit Pontifex prædictis Fratribus D. Hieronymi, vt in dicto Monasterio possint ministrare liberè, & licitè, etiam in die Paschatis, omnibus personis ad prædictum Monasterium confluentibus Sacramentum Eucharistiæ, Diœcesanorum, aut Parochorum licentia minime requisita: & Cardinalis Antonius, Summus Penitentiaris Pauli III. anno sui Pontificatus decimo, Calendis Februarij, de eiusdem Pontificis mandato, viuz vocis oraculo, quod authenticè habetur in Compendio D. Hieronymi, §. 2. & §. 6. & nomine ipsius concessit, vt hoc priuilegium extenderetur ad capellas, Grangeas, & loca alia eiusdem Monasterij, vt ibi Religiosi possint ministrare Sacramentum Eucharistiæ, etiam in die Paschatis, & ex obligatione præcepti subditis Monasterij, & ab eo dependentibus, & omnibus aliis externis illuc confluentibus vtriusque sexus, Diœcesanorum, locorum, Curatorum, & Reſtorum licentia minime requisita, ita vt præcepto Ecclesiæ satisficiant, non obstantibus aliis quibuscunque. Et quanuis hoc priuilegium specialiter fuerit concessum huic prædicto Monasterio de Guadalupe, propter maximum concursum fidelium ex diuersis orbis partibus illuc confluentium: tamen per concessionem Pij I V. & Pij V. hæc, & similes concessionem factæ particulariter huic Monasterio, factæ sunt communes omnibus Monasterijs eiusdem Ordinis, etiam si in illis non militent eadem causæ, ob quas Monasterio de Guadalupe fuerunt indultæ, vt latè probat Emmanuel Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 55. art. 9. Quo posito, cum huiusmodi priuilegium sit iam commune omnibus Monasterijs prædicti Ordinis D. Hieronymi in Hispania, sequitur euidenter, posse etiam per communicationem eo frui omnes alios Mendicantes, iuxta Compendium priuilegiorum ipsorum

Soar.

13.

Beia.

Emm. Rod. Hieron. & Sorb.

Emm. Rod.

ipsorum Ordinum Mendicantium, verbo, *Communicatio*; ac proinde sequitur, satisfacere fideles huic præcepto in Ecclesiis Mendicantium.

14. Nec obstat primò, si pro contraria parte dicatur, videri absurdum, & contra Papæ intentionem, velle derogare iurisdictioni, & obedientiæ omnimodo parochialis Ecclesiæ eximendo, nimirum, fideles, vt cogi nunquam possint ad communionem & confessiones annuales, ex vi præcepti, in sua parochia: quia per hoc non auferitur iurisdictione Parochis: sed dantur eis coadiutores cum eadem iurisdictione, & adhuc ad illos spectat ratio & officium Parochi, & scire, an sint confessi; an ex præcepto communicauerint: & ad eos etiam spectat perceptio decimarum, & cognitionum, & similes utilitates, emolumenta & beneficia, & quia semper habuerunt suam iurisdictionem dependentem à Papa, & ab Episcopis, qui possunt eam illis restringere, quoties ita iudicauerint conuenire utilitati spirituali parochianorum: non enim Parochi habent hanc iurisdictionem propter se, sed propter oues, vt optimè docet Syluester verbo, *Confessor*, r. n. 5. & Soar tom. 1. de pœnit. disp. 26. sect. 1. num. 11.

Syluest. Soar.

15.

Nec obstat secundò, si dicatur, tale priuilegium Mendicantium esse sublatum omnimò per non vnum, cum nullibi administraretur Eucharistia in Ecclesiis Religiosorum ex obligatione præcepti, nec fideles putent illi satisfacere, nisi in sua parochia communicent, & priuilegia Regularium eatenus confirmari à Summo Pontifice, quatenus sunt in vsu: nam, vt animaduertit Beia 4. part. casu 4. §. *Respondetur primò*. quanuis Papa confirmet tantum ea priuilegia, quæ sunt in vsu; non tamen proinde reuocat ea, quæ in vsu non sunt: est enim diuersum quid, confirmatio, & reuocatio. Deinde, quia, vt docet Panormitanus in cap. *Cum accessissent*. de const. vt aliquod priuilegium abeat in disuetudinem, & per non vnum abrogetur, requiritur primò, vt illo non vtentes habeant notitiam illius, & voluntatem non vtendi, vt constat ex cap. *Si de terra*. de priuilegijs, & Religiosi idèd illo non sunt vsi, quia illud ignorabant: nunc autem quia iam notitiam illius habent, possunt illo vti absque scrupulo, & de facto iam illo vtuntur Fratres Minores in prouincia Pietatis, vt à quodam Religioso illius audiui fide digno. Secundò requiritur, vt talis non vsus præscribatur per spatium quadraginta annorum, iuxta cap. *Accedentibus*. de priuilegijs. ar. cum à Pio V. vsque ad Clementem VII. inclusiue fuerint omnia priuilegia Mendicantium, à prædecessoribus quomodocunque concessa, de nouo confirmata, & reualidata, & cum per communicationem & nouam concessionem à tempore Pij V. factum fuerit huiusmodi priuilegium ita commune omnibus Mendicantibus, ac si specialiter illis fuerit concessum; sequitur, vt deficiat in præscriptione non vsus, debitum tempus à legibus & iure requisitum, vt notat Beia citatus §. *Dico secundò*. & Panormitanus post Ioannem de Lignano in cap. *Cum accessissent*. de const. Ita respondet Beia, At verò Emm. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 56. art. 3. §. *Nec prædictis obstat*. respondet, priuilegia Minorum, & per consequens aliorum Mendicantium fuisse confirmata à Xisto IV. & ab alijs Summis Pontificibus, cum clausula, *Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*, quæ clausulæ confirmant etiam priuilegia, quæ sunt per non vnum abrogata. Vide Emmanuel tom. 1. quæst. regul. quæst. 8.

Beia. Panor. Lignano. Emm. Rod.

16.

Ita se habent huiusmodi opiniones, & ex fundamentis illarum probabilitas vtriusque patere potest: fauendum est tamen semper Parochis, quantum fieri poterit: quia priuilegia, quæ sunt contra ius commune concessa, strictissimè sunt interpretanda; & saltem, dum hæc opinio secunda non fuerit magis introducta, pro prima standum, & in illam inclinandum erit; nec fundamenta secundæ, nec Auctores illius tantum roboris habent, vt illos possimus securè sequi.

Cum tamen solam in iure communi prohibitionem sit Mendicantibus ministrare Sacramentum Eucharistiæ ex intentione implendi præceptum annuale illius in suis proprijs Ecclesijs; adhuc restat inquirendum, an extra proprias Ecclesias possint Religiosi licitè in alienis, Christi fideles ex obligatione communicare. Respondeo, nullo modo posse: quia vnusquisque fidelium tenetur propriam parochiam adire, vt probauimus num. 5. & Nicolaus V. & Xistus IV. & Leo X. in suis declarationibus & priuilegijs, vt haberetur in compendio priuilegiorum, verbo, *Communicare*, semper exceperunt tempus Paschatis, quo impletur huiusmodi præceptum, vt omnes Christiani pro completionem illius suos proprios Parochos, & parochias adirent: quamobrem, qui extra propria Monasteria in alienis Ecclesijs suscipiant à Religiosis Eucharistiam, tempore, quo impletur præceptum, animo satisfaciendi illi, nequaquam illi satisfaciunt; & Religiosi ipsi, qui Eucharistiam illis ea intentione satisfaciendi præcepto ministrant, excommunicationem ipso facto Clementinæ 1. de priuilegijs, incurrunt, vt diximus num. 7. Et ita resoluit Beia hanc questionem tractans in 4. part. quæst. 4. & debent docere omnes, quos citauimus prædicto num. 7. ad quem locum remittimus; ex doctrina enim illius numeri pendet resolutio huius dubij. Dixi, ex intentione, & animo satisfaciendi præcepto: quia ex deuotione, & pio voluntatis affectu, non est dubium, posse Mendicantes secularibus Eucharistiam præbere, etiam in die Paschatis, & tempore Paschatis, tam in proprijs ipsorum Mendicantium Ecclesijs, quam extra illas in alienis, vt etiam probauimus num. 8. & 9. & docet Beia citatus, & Nauarr. in Manuali Latino, cap. 21. n. 52. quanuis Nauarrus semper ibi excipiat ipsum diem Paschatis, in quo dicit, nec ex deuotione, nec ex obligatione posse licitè Mendicantes Eucharistiam secularibus præbere. Sed iam contrarium resoluimus num. 9.

17.

E contrario etiam verti potest in questionem; an ipsi Parochi seculares possint in Ecclesijs Mendicantium Eucharistiam suis parochianis ministrare de licentia prædictorum Mendicantium, ita vt seculares satisficiant præcepto annualis perceptionis illius. Et ratio dubitandi est: quia idèd prohibentur Mendicantes, Eucharistiam tempore Paschatis secularibus ministrare, quando illi animo satisfaciendi præcepto, illam sumunt: vt omnes pro impletionem illius adeant suas proprias parochias; & hoc fit extra propriam parochiam. Respondeo affirmatiuè. Et ratio est: quia idèd asserunt communiter Doctores teneri parochianos in propria parochia Eucharistiam, vt satisficiant præcepto, accipere: quia tenentur proprium Parochum adire: & cap. *Omnis vtriusque sexus*. de pœnit. & remiss. decernitur, vt quisquis à proprio parocho corpus Domini accipiat: in eo autem casu & proprium Sacerdotem ad-eunt, & de manu illius Eucharistiam suscipiunt; quod sufficit, vt integram illi præstent obedientiam: per accidens enim est, quod id fiat in aliena Ecclesia, vel parochia. Præterea, parochiani in Ecclesijs Mendicantium satisficiant præcepto, si de licentia suorum Parochorum ibi ab ipsis Mendicantibus communicent, vt probauimus n. 6. Et id perinde est, ac si de licentia Parochorum fiat. Vltimò, quia ad id priuilegium habent Mendicantes, vt in eo casu huic præcepto satisficiant seculares, concessum à Iulio II. vt haberetur in compendio priuilegiorum Ordinum

18.

BB b 2 Mendicantium



Beia. Maior. Henric. Cord.

19.

Paludan.

Henric. Sotus.

Ancharr. Florent.

D.Thom.

Syluest. Tab.

Paludan. Caier.

Nauarr. Cord.

Mendicantium, verbo, Communicare. quod privilegium datum, & interpretatum fuit magis, ad tollendos scrupulos, quam ad alium effectum. Et huius nostræ opinionis est etiam Beia 4. part. casu 4. Medina in sua Instrukione pro Confessariis, lib. 1. c. 1. §. 3. Henriquez tom. 2. lib. 8. de Eucharistia, cap. 55. & Corduba in additionibus ad compendium, titulo, Communicatio privilegiorum.

Inquiramus tandem, in qua ætate quis ad præceptum annualis confessionis incipiat obligari: & hac de re variæ sunt sententiæ. Quidam enim asserunt, omnes obligari, cum ad annos discretionis pervenerint, & cum septennium expleverint. Ita Paludanus in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 5. concl. 1. Probat: quia lex, ac præceptum in cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. æqualiter de vtroque præcepto, confessionis, & communionis, loquitur; & dicit, omnes obligari, cum ad annos discretionis pervenerint: & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Vnde, cum omnes ad legem confessionis annualis communiter in septennio obligentur; ita etiam & in eadem ætate ad legem communionis tenebuntur: in ea enim ætate iam doli sunt capaces, sciunt peccare, & pleno iudicio rationis communiter utuntur. Alij verò affirmant, pueros incipere hoc præcepto obligari à decimo vsque ad duodecimum ætatis annum, & eo amplius. Ita Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 5. initio ad marginem, littera B: & Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 3. & 4. fol. 805. & distinct. 12. quæst. 1. art. 11. ad finem, & Ancharranus in prædicto cap. Omnis. & Florent. 2. part. Summæ, tit. 18. §. 2. Fundamentum illorum est: primò, quia Ecclesia, nec ad præceptum confessionis annuæ, nec ad alia præcepta aliquem obligat, ante duodecimum ætatis annum: neque enim Ecclesia potest aliquem obligare suis præceptis ante annos capacitatis; & ante hos annos non sunt pueri capaces præceptorum ecclesiasticorum, communiter loquendo. Secundò, quia in hac ætate incipiunt huiusmodi pueri obligari censuris ecclesiasticis, & alijs præceptis: ergo etiam & præcepto confessionis, & communionis. Sed certè Henriquez, quanvis hoc dicat de præcepto communionis; tamen de præcepto confessionis affirmat obligare in septennio, cum doli capaces sunt, & peccare sciunt. Verùm hæc sententia Soti, & Henrici est planè falsa: est enim in primis contra communem Doctorum: nam D. Thom. 3. part. quæst. 8. art. 9. ad ultimum, & in 4. dist. 9. quæst. 1. art. 5. ad 4. & omnes illius asseclæ, & Syluester verbo, Eucharistia, 3. quæst. 5. dicto 7. & Tabiena verbo, Communicare, num. 6. & Paludanus supra allegatus, & Caictanus in Summa, verbo, Communio, & Nauarrus in Manuali, cap. 22. num. 33. & Corduba in Summa Hispanica, quæst. 60. & alij communiter asserunt, pueros vtroque præcepto communionis, & confessionis obligari ante prædictum duodecimum annum. Deinde, quia falsum omninò est fundamentum, quod Sotus, & Ancharranus sibi assumunt, pueros, scilicet, solo duodecimo ætatis anno incipi obligari legibus ecclesiasticis, & ante hanc ætatem non incipi: nam lege annuæ confessionis obligantur in septennio, cum primùm doli sunt capaces; & ante etiam hanc ætatem, si iudicium ætatem antevertat, ut probauimus in præcepto confessionis: & ad præceptum auditionis Missæ, & ad abstinentiam carnum omnibus diebus prohibitis, veluti sextis feriis, sabbathisque certum est obligari ante ipsum duodecimum ætatis annum. Præterea, non tenentur ieiunare in ea ætate, sed post vigesimum primum annum. Adde etiam, quòd interdictò populo sacris, pueri etiam interdicuntur eodem præcepto ecclesiastico, quò populus

interdicuntur, ut notat Syluester verbo, Interdictum, 2. quæst. 17. Denique, quia iuxta eundem Syluestrum verbo, Homicidium, 3. quæst. 1. §. 2. & quæst. 2. §. 3. puer, qui est doli capax, si occidat aliquem, irregularitatem incurrit, Clementina, Si furiosus, de homicidio, impositam: & si sciens, & ex ira Clericum percutiat, incidit in excommunicationem cap. Si quis Suadente. 17. quæst. 4. quæ omnia sunt iuxta communem opinionem Doctorum. Pugnat igitur solus Sotus ex Theologis hac in re cum communi sententia, maxime quia, ut notat Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 41. quæst. 10. in cap. Puer, de sententia excommunicationis expressè habetur, pueros, siue ante, siue post pubertatem, in sententiam cap. Si quis incurrite, & ibi Glossa id intelligit de pueris doli capacibus.

Dixi, pugnare solum Sotum ex Theologis cum communi sententia in suo fundamento: quia, quanvis Henriquez citatus lib. 8. de Eucharistia cap. 5. initio, putet, pueros incipi obligari hoc præcepto à decimo ætatis anno vsque ad duodecimum; & quanvis etiam Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 41. quæst. 10. idipsum etiam existimet: tamen id faciunt ex diuerso fundamento à fundamento Soti; ex eo, nimirum, quòd maior reuerentia debeat huic Sacramento Eucharistia, quam reliquis Sacramentis, ut animaduertit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. & idèd maior ætas, & perfectior vsus rationis ad illius sumptionem requiratur, ea, scilicet, in qua pueri possint plenè & perfectè discernere hunc sacrum cibum à profano: ea autem ætas communiter est illa, quam ipsi assignant. Verùm, nec hoc fundamentum certum esse potest, atque pueri alij alijs sint præcocioris ingenij, cum iudicij; & illi, qui præcociore sunt iudicio, perfectius hoc discernere possunt, quam qui rudiore sunt ac tardiore.

Laudabilis tamen totius Ecclesiæ consuetudo habet, ut pueri aliquando tardius ex obligatione præcepti communicent, quam consueantur: quæ planè consuetudo optimè interpretatur obligationem vtriusque præcepti confessionis, & communionis: quamobrem totum hoc negotium pendet ex iudicio Confessarij, qui præmissis interrogationibus, huiusmodi pueros tentabit, & exinde iudicium illorum venabitur, ad præceptum Eucharistia implendum, Ita docet Soarius tom. 4. de pœnitent. disp. 36. sect. 2. Corduba in Summa Hispanica, quæst. 60. & expressè id tenet Nauarrus in Manuali, cap. 21. num. 57. & Paulus Comitulus lib. 1. respon. moral. quæst. 17. & Victoria in libello de Sacramentis, quæst. 139. & Angelus verbo, Confessio, 2. num. 3. & Rosella eodem verbo, num. 4. Et quamvis Victoria, Angelus, Rosella, & nonnulli alij, loquantur de præcepto confessionis; tamen eadem est ratio de vtroque præcepto: neque enim etiam in confessione certa ætas septennij assignari potest: quia puerorum alij ante septennium; alij verò multò seriùs iudicio rationis pollent; & idèd etiam neque certa ætas, in qua quis ad confessionem teneatur; sed totum id pendet ex arbitrio prudentis patrisfamilias, & Confessarij: quanvis communiter in septennio pueri iudicium discretionis habeant, & incipiant obligari ad præceptum confessionis.

\* \* \*

CAPVT

CAPVT. VI.

An, qui in Paschate non communicat, teneatur communicare post Pascha: agitur de eo, qui præuidet impedimentum futurum; & de illo qui indignè communicat, an satisfaciatur; de absente à propria parochia. Soluuntur alia dubia in vsu communia.

SVMMARIVM.

- An, qui in Paschate propter impedimentum huic præcepto non satisfecit, teneatur statim post Pascha, eo sublato, satisfacere. Refertur opinio negans. num. 1. Confirmatur secunda verior. num. 2. Soluuntur fundamenta prima. ibidem, versu, Ad exempla. Qui præuidet impedimentum futurum quo in Paschate præcepto Eucharistia satisfacere non potest, teneatur anticipare. num. 3. Qui indignè, & in culpa mortali sumit, præcepto satisfaciatur. num. 4. Qui excommunicatus, & interdictus sunt, an præcepto satisfaciatur in excommunicatione communicantes. num. 5. An aliquando à peccato excusentur. ibid. An, qui in aliena parochia in Paschate communicat, à sua procul absens, satisfaciatur præcepto. num. 6. An excommunicatus, & interdictus à præcepto Eucharistia ecclesiastico excusentur. num. 7. An aliqui fideles Christiani, aut Religiosi, teneantur sæpius, quam semel, in anno communicare ex Ecclesiæ præcepto. num. 8. An Summus Pontifex possit aliquem excimere à præcepto Eucharistia, & quomodo: an possit excimere regnum aliquod, an prouinciam. num. 9. An possit Summus Pontifex licitè hoc præceptum abrogare in solidum. num. 10. Quid, si illicitè abroget, an valeat abrogatio. ibid. An Summus Pontifex teneatur ad hoc præceptum ecclesiasticum Eucharistia. num. 11. Quid de alijs Sacerdotibus. num. 12. An mortaliter peccet, qui ad Eucharistiam contritus accedit; inconfessus tamen, habens copiam Confessoris. num. 13. Quid, si non habeat copiam Confessoris. ibid. An mortaliter peccet, qui intra diem naturalem post copulam, aut pollutionem illicitam contritus, & confessus communicat. num. 14. Quid de coniugatis. ibid.

PRIMUM dubium esse potest, an ille, qui in Paschate Eucharistiam non suscipit, nec præcepto satisfaciatur, ob aliquod impedimentum; teneatur statim post Pascha præcepto satisfacere, sublato eo impedimento. Qua de re bipartita est opinio. Prima docet, non teneri statim post Pascha communicare; sed posse tuta conscientia in sequentem annum prædictam communionem protendere. Ita docet D. Antoninus 2. part. tit. 9. c. 9. §. 53. Syluester verbo, Euch. 3. q. 15. dicto 3. Tabiena verbo, Communicare, n. 10. Armilla verbo, Communio, n. 6. Medina tract. de pœnit. quæst. de confessione semel in anno faciendâ. alter Medina in Instruct. Confess. lib. 1. cap. 14. n. 42. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. Victoria in Summa, n. 148. Ledesma 2. 4. q. 2. art. 5. dub. 2. Pro-P. Steph. Fagundez in quinque præc. Ecol.

D. Anton. Syluest. Tab. Armill. Medina. Sotus. Vict. Led.

bant primò, quia, ut se habet præceptum ieiunij respectu Quadragesimæ; ita se habet præceptum Eucharistia, respectu temporis Paschalis; & ut se habet præceptum audiendi Sacrum, & recitandi Horas canonicas; ita se habere videtur præceptum communionis: sed, qui in vna Quadragesima non ieiunat, & qui Sacrum non audit, nec Horas canonicas recitat, non tenetur implere præceptum alio tempore & diei ergo similiter, qui non communicat ob aliquod impedimentum tempore Paschæ, non tenebitur implere præceptum eo tempore elapso. Secundò, quia cap. Omnis vtriusque sexus, loquens de confessione, præcipit, ut fiat semel in anno; loquens vero de præcepto communionis, præcipit, ut fiat tempore Paschæ: ergo signum est, voluisse obligare in primo casu pro toto anno; in secundo verò tantum in tempore prædicto, & eo transacto noluisse. Tertio, quia obligatio ad certum tempus limitata, post tempus cessat. cap. Sicut, de sponsalibus, vers. Nisi forsitan. Si fideiussor, §. vltimo, ff. Mandati, cum similibus, de quibus Conarruias sponsal. 1. part. c. 5. n. 8.

Secunda opinio verior, & tenenda docet, sublato impedimento, teneri statim post Pascha præceptum Eucharistia implere illum, qui tempore Paschatis non impleuit. Eam tenet Nauarrus in Manuali Lat. c. 21. num. 45. & Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 3. num. 3. & Maior in 4. distinct. 17. q. 2. §. Contra reciduum, ad finem, & Paludanus in eodem 4. dist. 12. q. 1. art. 5. concl. 1. & Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 41. q. 5. Probat: quia eadem est ratio de præcepto confessionis, atque communionis semel in anno faciendæ: sed, qui tempore Quadragesimæ non est confessus propter impedimentum, ut docuimus in præcepto confessionis, teneatur statim sublato eo impedimento ex præcepto confiteri: ergo etiam tenebitur sublato impedimento communicare. Deinde, quia Ecclesia in præd. c. Omnis, duo in effectu præcipit, scilicet, communicare semel in anno, & communicare in Paschate: sicut etiam duo in effectu præcipit in confessione, nimirum, confiteri semel in anno, & confiteri in Quadragesima. Vnde, licet elapso tempore Paschatis, & Quadragesimæ, non possint iam fideles communicare, aut confiteri in illo; possunt tamen in anno, cum primùm tollitur impedimentum: sicut citatus ad comparandum certo die Romæ, si non potest comparere in illo die ob aliquod impedimentum, teneatur comparere, cum primùm potest. cap. Dilecti, de dolo, & contumacia. Enim verò temporis designatio, quæ apponitur in prædicto cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. non apponitur ad tollendam obligationem eo tempore elapso: sed apponitur ad non differendam vltra illud tempus, sine iusta causa. Denique, quia, licet vtrumque præceptum, tam confessionis, quam communionis in prædicto cap. Omnis, per modum affirmationis datum videatur; tacitam tamen continet negationem, ne, videlicet, vltra annum peccatorum confessionem, & ne vltra Pascha communionem Eucharistia, sine causa differamus. Et quidem huius generis præcepta multa olim data fuerunt: olim enim Iudæis mandatum fuit, ut primo mense anni Pascha colerent, hoc est, ne vltra differrent: quòd si primo mense impediti Pascha non celebrassent, id secundo mense fecissent, ut docet Palud. in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. in 2. casu, & dist. 12. q. 1. art. 5. col. 1. & olim etiam præcipiebatur Cathemicis, ut in Paschate, & Pentecoste Baptisimum susciperent: quòd si tunc, propter impedimentum ægritudinis, aut alterius rei, non possent, cum primùm possent. Pari ergo ratione, cum iubemur in Paschate corpus Domini suscipere, duo mandata accipimus: vnum, ut eo tempore faciamus; alterum, ut nisi eo tempore faciamus, id prætermisimus, ut nisi eo tempore faciamus, id prætermisimus.

Conarr.

2.

Nauarr. Soarius.

Maior. Palud.

Azor.

Palud.

ma opportunitate nobis oblata: quod patet etiam ex ipsa consuetudine, quæ est optima præcepti, legisque interpretis: solent enim Parochi ad id suos parochianos obligare, elapso eo tempore Paschæ, ut passim videmus. Exempla allata in contrarium in prima opinione de præcepto ieiunij, audiendi Sacrum, & recitandi Horas canonicas, parum conuincunt: nam ieiunium, recitatio Horarum, & auditio Sacri, sunt onus dici, & tanquam onera dici præcepta: quare eo die elapso cessat obligatio præcepti. Ad id, quod afferitur ex cap. *Omnis*, dicendum est, eodem modo loqui huiusmodi caput de præcepto confessionis, atque communionis: sicut enim præcipit, ut confessio fiat semel in anno, tempore Quadragesimæ, ita præcipit, ut fiat communio semel etiam in anno, tempore Paschæ. Ad vltimum respondeo, clausulam appositam ad certum diem, & tempus, ad tollendam obligationem, eo tempore elapso cessare, & talem esse eam, de qua loquitur cap. *Sicut*, de sponsalibus, allegatum: secus de ea, quæ certum tempus apponitur, non ad tollendam obligationem; sed ad differendam, qualis est ea, quæ apponitur in dicto cap. *Omnis*, ut vidimus.

3.

Secundum dubium est de eo, qui præuidet impedimentum futurum, ut intra tempus Paschæ Eucharistiam accipere non possit, an teneatur præuenire tempus, ut præceptum impleat. Negat Azor tom. 1. Inlt. moral. lib. 17. c. 41. q. 13. ordine quæstionum vltima. Fundamentum illius est: quia nec vsus Ecclesiæ id habet, nec is, qui ieiunare tenetur, audire Sacrum, aut sacras preces recitare; teneatur anticipare tempus, si præuideat futurum impedimentum, quo die proprio non possit. Cum Azorio consentire debent omnes illi, qui dicunt, eos, qui præuidet impedimentum futurum, quo in Quadragesima præceptum confessionis implere non possunt ob aliquam longam nauigationem, aut peregrinationem per terras infidelium, ubi copiam Confessarij habere non possint, non teneri ex vi præcepti anticipare tempus confessionis. Dicendum tamen est teneri illum, qui simile impedimentum præuidet, anticipare tempus communionis, sicut etiam tenetur ex vi præcepti anticipare tempus confessionis, quando simile impedimentum præuidet. Et ita, loquendo de confessione, docent Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 5. n. 2. Syluester verbo, *Confessio*, 1. q. 2. Nauarrus in Man. Lat. c. 21. n. 10. Maior in 4. quæst. 2. art. 5. Petrus Soto lect. 5. de confessione. Durandus, Bonauent. Adrianus, Gabriel, Medina, & alij, quos citat, ac sequitur idem Soarius loco allegato: & eadem ratio est de præcepto confessionis, atque communionis, ut diximus n. 2. Probatur: quia præceptum Eucharistiæ non limitatur ad tempus Paschæ ad tollendam obligationem, ut diximus: ergo, sicut obligat post Pascha; sic obligabit etiam ante illud, præuiso impedimento impediendo in illo. Deinde, quia, qui in die festo præuidet, se non posse audire Sacrum horanona, tenetur anticipare tempus, & audire hora tertia, si in ea potest, & in nona non potest. Exemplum de ieiunio, & Horis canonicis, iam solutum est: quare non est, cur iterum eius solutio repetatur.

4.

Maius dubium est de eo, qui indignè & in peccato mortali Eucharistiam suscipit in Paschate, an præceptum impleat Ecclesiæ? Et affirmatiuè respondendum est: & ita docet Azor tom. 1. Inlt. moral. lib. 7. cap. 41. q. 12. Ludouicus Lopez 1. part. Inlt. uct. cap. 11. §. *Renocari*, ubi citat Medinam in Summa Confess. 1. p. fol. 206. docet etiam Vega lib. 3. casu 273. & Sotus lib. 2. de iust. quæst. 3. art. 10. & hæc est communis sententia. Et ratio est: quia, licet recipiens Eucharistiam indignè, & in peccato, mortaliter peccet, & ius diuinum violat, contra illud præ-

Azor.

Soarius. Syluest. Nauarr. Maior. Sot. Durand. Bonau. Adrian. Gabriel. Medina.

Azor. Lud. Lop. Medina. Vega. Sot.

ceptum diuinum, ac naturale: *Sanctè sancta tractanda sum*: tamen is quoad substantiam implet præceptum Ecclesiæ, & legem ecclesiasticam seruati: nihil enim aliud Ecclesiæ præcipit, quam vt in Paschate corpus Domini sumatur, neque Ecclesiæ aliud curat: huiusmodi enim indignè sumentes, ut animaduertit Lopez allegatus, non inuenitur iterum Eucharistiam sumere, neque Confessarij id curant: & quanuis hoc Sacramentum Eucharistiæ ex sua natura præexigat vitam gratiæ in suscipientibus, cum sit nutrimentum illius; tamen ex hoc fundamento solum sequitur peccare mortaliter indignè suscipientes; & non sequitur, quod non impleant præceptum. Et huius opinionis videtur etiam esse

Couarr. Cord.

Couarr. in c. *Alma mater*, de sentent. excomm. in 6. p. 1. §. 5. & Cord. in Summa casuum, q. 15. quatenus docent, præcepta ecclesiastica impleri de facto posse cum peccato mortali: vt si quis in peccato mortali rem diuinam audiat, ieiunium seruet, Baptismum, vel Confirmationem suscipiat, votum, aut iuramentum obseruet. Nec obstat primò id, quod Durand. ait in 2. dist. 18. quæst. 4. & Capreol. ibid. dist. 41. q. 1. art. 3. quatenus dicunt, præcepta Sacramentorum seruari non posse sine gratia: quod intelligendum est, seruari non posse licitè, & honestè, quia sanctè sancta tractanda sunt: solum enim significare videntur, eos, qui peccati mortalis conscij suscipiunt Sacramenta, de nouo sacrilegia committere, quia indignè suscipiunt: eos verò, qui lethalis peccati rei, sed bona fide suscipiunt, putantes se legitimam peccati contritionem habere, cum tamen non habeant, implere quidem præceptum diuinum, de suscipiendo Sacramento; sed non sine gratia concomitante, quanuis sine gratia antecedente: nam per ipsum Sacramentum gratiam consequuntur: & sic eos explicat Azor supra allegatus. Non obstat secundò, non satisfacere præcepto confessionis annuæ illum, qui culpa sua indignè confitetur, vel quia non habet perfectum dolorem, vel quia occultat peccatum aliquod in ipsa confessione absque legitima causa occultandi, iuxta meliorem opinionem, quam secuti sumus in præcepto confessionis, & quam docent Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 7. n. 3. Vialdus in Candelabro aureo, ubi de confess. n. 51. Nauarr. c. 10. n. 4. Paulus Comitulus lib. 1. de respons. moral. q. 19. in fine, §. *Enunciatum igitur verissimum*. Medina C. de Confess. q. 20. & 24. & alij: est enim diuersa ratio in præcepto ecclesiastico annuæ confessionis; & in præcepto annuæ perceptionis Eucharistiæ: quia ille, qui culpa sua indignè, & cum peccato mortali confitetur, nullum efficit Sacramentum, at verò ille, qui indignè, & cum peccato mortali Eucharistiam suscipit, licet mortaliter peccet, & sacrilegium committat, tamen suscipit Sacramentum, quod non suscipit ille, qui indignè confitetur. Et ratio est: quia Ecclesiæ solum determinauit tempus Quadragesimæ, in quo quis teneatur confiteri: solum ergo assignauit tempus, in quo illa confessio facienda erat, quæ est de iure diuino: de iure autem diuino, & naturali, vt confessio sit valida, opus est, vt sit omnium peccatorum formaliter, & vt finis præcepti diuini illius, qui est remissio peccatorum, & constitutio in gratia ipsius peccatoris, obtineatur; aliàs non impletur actus præceptus in tali præcepto confessionis, vt optime notat Soarius tom. 4. de pœnit. disp. 25. sect. 4. n. 1. Henriq. lib. 4. cap. 5. §. 1. Sà verbo, *Confessio*, n. 1. Petrus Soto de confessione, lect. 8. fine: quare est diuersa ratio in vtroque præcepto, vt constat.

Durand. Capreol.

Soar. Viald. Nauarr. Paul. Medina.

Soar. Henriq. Sà. Soto.

5.

Inquires adhuc, an ille, qui ad Eucharistiam cum excommunicationis, aut interdicti vinculo accedit, præcepto ecclesiastico illius satisfaciatur. Respondet, satisfacere: quia, licet excommunicatio ipsos excommu-

excommunicatos à susceptione Sacramentorum arceat, ac prohibeat; at factum non semper irritum reddit: ac proinde licet huiusmodi excommunicati contra ius diuinum & naturale peccent; ius enim diuinum præcipit, vt sanctè sancta tractentur, & ne indignè quis accedat ad Sacramentorum susceptionem: & licet etiam contra ius ecclesiasticum faciant, cum ius canonicum specialiter excommunicatos, & interdictos à Sacramentorum perceptione excludat: attamen Sacramentum hoc ab eis susceptum est ratum & validum: quamobrem, licet sacrilegium committant; tamen præceptum impleant. Ita Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 41. quæst. 12. medio. & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 48. Excusantur tamen à peccato, & sacrilegio, si cenfuræ in se sint nullæ per ea, quæ late docet idem Nauarr. in cap. *Cum contingat*, de rescriptis pag. 160, excusantur etiam, si per eos absolutio non ster, & in terris, ubi ea excommunicatio ignoratur, Eucharistiam accipiant; iuxta ea, quæ tradit Nauarrus post Felinum, & alios cap. penultimo, de sent. excomm. & in Manuali Latino, dicto num. 48. cap. 21.

Azor.

Nauarr.

6.

Oriri hic etiam dubium potest, an, qui in aliena parochia, Paschatis tempore commoratur, à sua procul absens, iure in ea, ubi commoratur, Sacramentum Eucharistiæ, & Confessionis accipiat, & præcepto satisfaciatur? Et quidem dubitari non potest, quin id liceat facere peregrinis, viatoribus, & iis omnibus, qui extra propriam parochiam, ad certum tempus, vel domicilium habent, vel ibi esse causa commorantur: eos verò, qui tempore Paschatis, in quo huiusmodi præceptum, vel de iure, vel de consuetudine est implendum, in aliena parochia degunt, & ad propriam accedere commodè non possunt, posse iure, in parochia, in qua degunt, præcepto satisfacere, declarauit Eugenius 1 V. vt docet Caieranus in Summa, verbo *Absolutio*. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 2. Nauarrus in cap. *placuit*, de pœnit. & remiss. distinct. 6. num. 27. cum quibus consentit Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 41. quæst. 9. Quapropter tenetur Parochi fidem habere iis schedulis testimonialibus, quas parochiani aliunde afferunt de impletione præcepti; nisi rationabiliter iudicent, ac præsumant, eas debita carere fide.

Caier. Sotus. Nau. Azor.

7.

Circa excommunicatos, & interdictos dubium adhuc esse potest, an ij à præcepto Eucharistiæ excusentur. Cui dubitationi respondendum est, excusari quidem, modò per eos non ster absolutio à prædicta excommunicatione, & interdicto. Ita Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 46. & 48. & Azor proximè allegatus quæst. 3. Non est tamen eadem ratio de excommunicati, interdictisque, atque de suspensis: nam excommunicati, & interdicti generatim à susceptione Sacramentorum prohibentur; suspensi verò non prohibentur, nisi sit suspensio ab ipsa communione specialiter, aut generaliter à perceptione omnium Sacramentorum: tunc enim eadem ratio de illa erit, atque de excommunicatione, & interdicto, iuxta Doctores allegatos.

Nauarr. Azor.

8.

Age verò, videamus tandem, an aliqui fideles Christiani sapiùs ex præcepto ecclesiastico, quam semel in anno, teneantur Eucharistiam sumere. Et verò, si loquamur de fidelibus secularibus, certum est, nullum eorum teneri amplius ex præcepto Ecclesiæ, quam semel in anno, tempore Paschatis communicare: si verò loquamur de Religiosis, videnda erunt statuta cuiusque Ordinis, & iuxta ea id iudicandum erit: de iure tamen communi in Clementina, *Ne in agro*, de stato Monachorum, §. *Sanè*, constituitur, vt Monachi in prima Dominica

cuiusque mensis, in Monasteriis communicent, nisi iudicio Superiorum, aut Pœnitentiarum Ordinis, aliter sit differendum, vel crebriùs accedendum ibi tamen consilium ceruitur, non præceptum; sicut etiam consilium est hac de re in Concilio Tridentino sess. 25. de Regularibus, ac Monialibus, cap. 10. ubi ita habetur: *Attendant diligenter Episcopi, & ceteri superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admoventur Sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus, confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant, ut eo saltem presidio munitur, ad omnes oppugnationes fortiter superandas*. Quare, cum ibi consilium sit, non præceptum, non credo peccare mortaliter eos Religiosos, ac Sanctimoniales, qui singulis mensibus non communicant, licet contrarium teneat Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. vlt. & Tabiena verbo, *Communio*, numer. 14. & Armilla eodem verbo, num. 16. solum enim Concilium præcipit, vt admoventur Moniales, non vt præcipiantur; & eam curam eas admonendi imponit Episcopis, vt ex verbis illius patet; & præcepta non sunt multiplicanda, nisi quando de illis expressè constat.

Nauarr. Tab. Armill.

9.

Dubitant aliqui, an Summus Pontifex possit aliquem eximere à præcepto annuæ communionis: & hoc vel potest intelligi, an possit Summus Pontifex dispensare in obligatione huius præcepti cum aliqua persona particulari, veluti cum Eremita viuente extra humanum consortium; vel cum aliqua prouincia in particulari, vrbe, aut oppido: sed hoc dubium magna ex parte iam solutum est, in præcepto de annua confessione: ibi enim etiam quæsiuimus, vtrum Summus Pontifex possit cum aliquo dispensare in præcepto confessionis, & quod ibi diximus, hic similiter erit applicandum, ob parem rationem. Breuiter tamen dico, posse Summum Pontificem licitè, ex causa rationabili, cum aliqua persona particulari, imò & cum aliqua prouincia, oppido, aut vrbe, in præcepto humano, & ecclesiastico Eucharistiæ dispensare; non tamen in præcepto diuino illius, quatenus est medium, & remedium necessarium ad salutem: posse, inquam, ad tempus, v. c. per tres, aut quatuor annos; non tamen posse cum aliqua persona in particulari, oppido, aut prouincia per totam vitam licitè dispensare. Et ratio est: quia, licet in omnibus præceptis humanis, & ecclesiasticis, qualia sunt præcepta annuæ Eucharistiæ, & confessionis, ex iusta causa possit Papa dispensare, vt patet ex Glossa textus in cap. *Proposuit*, de confessione præbendæ; numquam tamen poterit licitè per totam vitam cum aliquo dispensare, vel cum aliqua prouincia. Enim verò dispensatio, & exemptio, vt legitima sit, & licita, requirit legitimam causam: at nulla causa legitima dari potest, vt Papa concedat talem, & tam absolutam dispensationem atque exemptionem per totius vitæ spatium. Ita docet Soarius tom. 4. de pœnit. sect. 1. numer. 6. & 7. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 1. artic. 5. Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 40. quæst. 10. & quæst. 9. D. Thomas in 4. distinct. 17. quæst. 3. D. Thom. artic. 1. quæst. iunc. 5. Richardus ibid. art. 2. quæst. 7. Paludanus ibidem, etiam quæst. 2. Diu. Antoninus 3. part. tit. 14. c. 19. §. 1. & alij. Et quanuis omnes loquantur de exemptione, & dispensatione præcepti ecclesiastici annuæ confessionis; tamen eadem est ratio de præcepto ecclesiastico annuæ communionis quoad hunc effectum, vt consideranti patebit.

10.

Sed dubitabit aliquis adhuc, vtrum Summus Pontifex possit hanc legem, & præceptum communionis annuæ abrogare, tollere, & antiquare: Et hoc tribus modis potest intelligi. Primò, faciendo,

do, vt non obliget pro singulis annis, sed pro tribus quibusque, aut pro quinque, aut sex, & quoad hunc modum fortassis non repugnabit, posse Ecclesiam petuenire ad eum statum, vel regnum aliquod, aut prouinciam, vt ex causa licita, & rationabili, id possit Summus Pontifex efficere. Secundò, tollendo omninò ecclesiasticum præceptum annuæ perceptionis Eucharistiæ: & quanuis Summus pontifex absolute hoc possit efficere, cum sit supra omne ius ecclesiasticum; tamen numquam id poterit licite efficere: quia nunquam potest dari iusta, & rationabilis causa, tollendi hoc modo in solidum, tam vtile ac necessarium præceptum; licet sit iuris humani, & ecclesiastici. Et ita docet Soarius allegatus num. 6. in fine, & Azor supra relatus, quæst. 9. cum cæteris num. præcedente allegatis. Vnde, si sine causa abrogaret, ex toto, & in solidum prædictum præceptum, peccaret quidem Summus Pontifex mortaliter; valeret tamen prædicta abrogatio; vt optime animaduertit Soarius citatus num. 8. sicut etiam valet dispensatio, & exemptio sine causa data, & licite ea vti potest dispensatus ac exemptus, licet dispensans, & eximens mortaliter peccet, iuxta eundem Soarium. Tertio, restringendo tempus perceptionis ipsius Eucharistiæ; ita vt pluries teneantur fideles ex præcepto in anno communicare, & in diuersis temporibus à Paschate, & non est negandum, id posse fieri ex causa iusta: & quanuis nulla alia subesset, quàm fidelium fructus, & utilitas: ea satis omnino esset: modò ea frequentia non cederet in contemptum tam sancti ac venerabilis Sacramenti: facilius enim poterit Summus Pontifex hoc efficere, quàm extendere obligationem huius præcepti ad plures annos: quia facilius causa dari potest ad hanc restrictionem faciendam, quàm ad maiorem ampliationem, extensionemque obligationis prædicti præcepti, vt consideranti parebit.

Soarius. Azor.

11.

An autem Summus Pontifex teneatur ad hoc præceptum annualis perceptionis Eucharistiæ, dubium est non vulgare. Quidam existimant, non teneri, ac proinde non peccare lethali, si illud non impleat, ex eo fundamento, quia supremus Princeps suis legibus non tenetur. *Princeps. ff. de legibus.* & quia lex Pontificia successores obligare non potest, ex regula, *Par in parem non habet imperium.* cap. *Innocti.* de elect. Atque ita docent, post Ioannem Andream, & Felinum, Nauarrus in cap. *Placuit.* de pœnit. distinct. 5. num. 32. vbi id ex eo fundamento probat, quòd Summus Pontifex, iuxta communem Theologorum sententiam, sit superior Concilio generali: vnde necesse est, quòd huic legi de annua perceptione Eucharistiæ, & confessione non sit subiectus, cum ea lata sit in generali Concilio Lateranensi, ex quo deductum fuit cap. *Omnis vrinque.* de pœnit. & remiss. in quo huiusmodi lex continetur, quæ postea pro tota Ecclesia Catholica fuit approbata. Dicendum tamen est, obligari Papam sub lethali culpa ad hoc præceptum, sicut obligatur etiam ad præceptum confessionis, quoad vim directiuam, non verò quoad pœnas, & vim coactiuam; & idèd peccare mortaliter, si illud non seruet; non tamen incurrere excommunicationem; nec posse declarari, aut Ecclesiastica sepultura priuari, nec contra eum sententiam ferri de incurfione delicti. Ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 36. sect. 2. num. 5. Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 40. quæst. 11. Et quanuis illi loquantur de præcepto annuæ confessionis; tamen eadem est ratio de præcepto annuæ communionis. Docet etiam Couarruias in cap. *Alma mater.* 1. p. §. 1. num. 5. & idèd Azor dicto tom. 1. lib. 5. cap. 11. per totum caput, vbi citat multos, & consequenter

Felin. Nau.

Soar. Azor.

Couarr.

docere debent omnes, qui in materia de legibus tenent, Principes obligari legibus à se conditis, quoad directionem, non quoad coactionem: & hi sunt, D. Thomas 1. 2. quæst. 96. artic. 5. ad 3. Victoria in relect. 3. num. 21. Sotus lib. 1. de iustitia. q. 6. art. 7. Menchaca illustrium quæstionum cap. 45. Et ratio est: quia naturalis ratio postulat, vt caput conformetur toti corpori suam, sicut reliqui Principes sæculares sub hac conditione à principio iurisdictionem à populo acceperunt, & potestatem condendi leges, vt ad illas quoad vim directiuam teneantur: sic Papa, veluti sub hac conditione immediatè à Christo accipit hanc eandem potestatem condendi leges ecclesiasticas, vt ad illas quoad directionem teneatur, non quoad coactionem. Deinde quia ista lex annuæ perceptionis Eucharistiæ, est lex quædam generalis; & quando principes legem ferunt generalem, totum populum comprehendentem, ad eandem legem obligantur; quanuis non obligentur ad pœnas illius: nam, quando materia legis est generalis, comprehendens totum populum, comprehendit etiam caput populi, seu Principem illius: quando verò, materia legis non est ita generalis, sed specialis, vt non totum populum, sed partem illius comprehendat, & obliget; tunc quidem ad eam non tenetur Princeps, neque quoad vim directiuam, neque quoad vim coercitiuam. Quamobrem, si lex esset de non ferendis armis nocturnis, de non vtendo serico, aut satellitio puerorum, non obligaretur Princeps: quia materia specialis illius, illum non comprehendit: indecens enim est, & minime conueniens statui, & conditioni Principis, inarmatum, in sociatum, & serico non vestitum incedere. Quamobrem, cum materia legis Eucharistiæ comprehendat omnem populum Christianum, ex iure quodam naturali videtur etiam comprehendere Summum Pontificem, qui est caput illius. Et per hæc patet non bene omninò dixisse Richardum in 4. distinct. 17. quæst. 4. artic. 2. ad 5. & Scotum ibid. quæst. 1. artic. 1. non teneri Papam sub lethali ad hanc legem, sed tantum sub congruitate quadam morali, & honestate, ac proinde sub veniali.

D. Thom. Sotus. Menchaca.

12.

Hinc patet, si Papa hac lege tenetur, teneri etiam Sacerdotes: sed sufficere, si in aliqua Missa earum, quas dicant pro intentione, & impletione huius præcepti, communicent, formali, vel virtuali, iuxta consuetudinem communem, quæ sic in Sacerdotibus obligationem huius præcepti interpretatur, vt passim videmus. Ad habendam autem virtuales applicationem sufficit, quòd non habeant contrariam non applicandi: vt diximus alibi, cum de sacrificio missæ egimus, & lib. 2. primi præcepti sanctæ Matris Ecclesiæ, cap. 7. num. 14.

13.

Ad calcem rogabis tandem, an peccet mortaliter ille, qui ad sacram communionem accedit habens copiam Confessoris, quin prius confessionem omnium peccatorum mortalium, quæ nunquam fuit confessus, præmittat quantumuis vetam habeat contritionem illorum? Respondeo affirmatiuè. Ita docet D. Thomas in 3. part. quæst. 80. artic. 4. & in 4. distinct. 17. quæst. 3. artic. 1. quæstiunc. 4. & Scotus, & alij in 4. distinct. 9. & Glossa ab omnibus recepta in cap. *De homine.* de celebrat. Missæ: & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 49. Et ratio est: quia, si vera est contritio, debet dicere ordinem ad confessionem. Vnde, si datur copia Confessorij, nullam causam legitimam habet, quæ eum excusare potest: est enim ipsa confessio, vnicum, ac salutare medium, & remedium salutis, institutum à Christo Domino, ad constituendum hominem in gratia post naufragium peccati. Quamobrem non est sequendus Caietanus: imò cautè legendus est, in Summa,

D. Thom. Scot. Gloss. Nauarr.

Caietan. Summa,

Armilla.

Summa, verbo, *Communio*: & 1. ad Corinth. 11. cautè, etiam legendus est Armilla, quem citat Nauarrus loco allegato; quatenus oppositum affirmant. Dixi tamen, habens copiam Confessorij: quia iuxta omnes Doctores citatos, secus dicendum esset, si eam non haberet; quam non habet ille, qui in altari recordatur, inchoata iam Missa, alicuius culpæ mortalis non confessæ; & qui in mensa communionis de eadem culpa similiter recordatur; cum sine scandalo confiteri tunc nequeant: quibus sufficere, tunc contritionem habere, cum proposito confitendi, cum primùm vel aliam Missam dixerit, vel in alio tempore communicauerit, etiam si non sit nisi ex obligatione Quadragesimæ in sequenti anno. Ita Syluester verbo, *Eucharistia*, 2. num. 10. & 9. Nauarrus allegatus, & Scotus in 4. distinct. 9. quem citat Nauarrus.

Syluest. Nauarr. Scor.

14.

Nauarr.

Sunt, qui dicant, peccare lethali, eum, qui intra vnum diem naturalem post habitam copulam carnalem illicitam, aut pollutionem similiter illicitam, etiam contritus & confessus Eucharistiam suscipit: & id ipsum tenuit olim Nauarrus in cap. 1. de pœnit. & remission. distinct. 6. sed postea mu-

tauit sententiam in Manuali Latino, cap. 21. num. 51. vbi dicit, id non procedere in rigore iuris, & affirmat, posse huiusmodi homines vera contritione, puræque confessione præeunte, nullo dato contemptu, nec distractione notabili, nec alio, quod obster, interueniente, Sacrum facere, & Eucharistiam deuotè, & humiliter suscipere: & id docet etiam Paludanus in 4. distinct. 9. cum quo consentit Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. §. 10. Coniugari verò intra diem, quo debito coniugali satisfecerunt, solum de honestate quadam non debent communicare; non tamen peccant communicando intra eum diem, iuxta communem opinionem, nisi fortè venialiter. Ita præter eundem Nauarrum docet etiam Caietanus in Summa, verbo, *Communio sacramentalis*, & Sà verbo, *Debitum*, n. 20. Quamobrem, Sà, si inter aliquis necessitas, aut solemnitas diei, aut deuotio postulet, vel Indulgentiæ aliquæ consequenda sint, non sunt deterrendi coniuges, ob eam causam, ab ipsa communionem, ex qua fructum vberem possent percipere. Sed hæc alibi fufius tractari solent: hic autem tantum, ne quid desit materiæ, obiter ea attingimus.







LIBER SECVNDVS.

De materia, & forma Eucharistia, ex quibus confici debet Sacramentum, ut præceptum Ecclesiæ impleatur.



BSOLVTO primo libro, secundum aggrediamur, in quo nobis erit sermo de duplici materia, ac forma Sacramenti Eucharistia, in qua materia possit confici ac sumi; in qua fuerit à Christo Domino institutum; & an in azymo, vel fermentato; quæ verba sint essentialia in forma consecrationis, quæ de præcepto tantum Ecclesiæ; an liceat communicare sub vtraque specie; an Papa possit dispensare, ut Sacramentum hoc in vna tantum specie conficiatur; an de facto iam cum aliqua prouincia dispensauerit; an materia debeat esse certa, & determinata; quid, quando plures hostiæ consecrantur, quæ præsentia materiæ moraliter necessaria sit ad consecrationem; an aqua sit de essentia sacrificij Missæ, quatenus in ea sit Sacramentum, & aliæ similes quæstiones, quæ & vsu trita, & scitu dignæ sunt, tractandæ sunt.

CAPVT I.

Verum liceat fidelibus in alia materia, quam in triticea, ex intentione satisfaciendi præcepto, communicare.

SVMMARIVM.

- Explicatur titulus, & declaratur, ex qua questione pendeat. num. 1.
In alio pane præter triticeum, neque licitè, neque validè Sacramentum fit; & qui in eo communicat, præceptum non implet. num. 2.
Quid nomine tritici intelligatur. num. 3.
In siligine, cum sit triticeum, & validè & licitè Sacramentum fit, & communicatur. ibid.
In alica, seu alicastro, aliàs, trimestri tritico, potest. num. 4.
Quid de amydo, & adore. num. 5.
Quid de farre, cum ex hordeo, aut tritico fit. num. 6.
Omnis panis confectus ex radicibus, aut ex grano, de quo constat non esse triticeum, non est materia, in qua aut licitè, aut validè conficiatur Sacramentum. num. 7.
Quid de cypha, seu centeno. num. 8.
Quid, si panis ex diuersis granis, aut farinis fiat. num. 9.
An in massa triticea, vel cruda pasta validè fiat Sacramentum, & præceptum Eucharistia impleatur. num. 10.
Massa cruda differt specie à pane cocto. num. 11.
Virum in pane recenti per compressionem digitorum ad panem redactò, conficiatur validum Sacramentum. num. 12.
Debet panis, ut sit materia sufficiens Sacramenti, esse subactus aqua naturali. num. 13.

Quid, si subigatur lacte, vino, aut aqua stillata, & quid, si ei admisceatur mel, saccarum, aut butyrum. ibid.
Quid, si subigatur aqua rosacea. num. 14.
Quid si aqua maris. ibid. vers. Cæterum hæ rationes.
Quid de eo pane in quo admixtio salis fit. num. 15.
Peccat lethaliter Latinus consecrans in fermentato in Ecclesia Latina; & Græcus consecrans in azymo in Græca. ibid.
Nec licitè, nec validè communicatur, aut consecratur in pane corrupto. num. 16.
Vnde probatur esse corruptum. ibid.
Si materia sit dubia, id satis est, ut in ea non fiat Sacramentum. num. 17.

RESOLVIO tactæ quæstionis ex illa pendet, in qua materia liceat consecrare: in ea enim licet communicare, in qua licet consecrare: quare, quod in vna dixerimus, in alia dictum esse intelligatur: & similiter, in ea materia, in qua valet consecratio, valet etiam communicatio, ut consideranti patebit. Est autem duplex materia necessaria ad consecrationem huius Sacramenti, panis, scilicet, & vini; & de vtraque agemus, & videbimus, quinam panis; & quod vinum materia illius sit. Sit ergo prima, & vera conclusio.

Solus panis triticeus est vera, propria, ac sufficiens materia Sacramenti Eucharistia; ita ut in alio quocunque pane, nec fiat Sacramentum, nec consecrari possit. Hæc conclusio est hodie tam certa & indubitata, ut absque temeritatis nota negari non possit. Eam docent communiter Theologi, D. Thomas in 2. part. disput. 74. art. 1. & artic. 4. & in 4. distinct. 11. quæst. 2. art. 2. & in 4. contra Gentes, cap. 69. Bonaventura in 4. distinct. 11. 2. part. art. 1. quæst. 4. Paludanus ibidem, quæst. 1. art. 4. Scotus ibid. quæst. 6. Richardus art. 1. quæst. 2. Durandus quæst. 4. Innocentius lib. 2. de mysterio Missæ, cap. 3. Soarius in 3. p. tom. 3. disp. 44. sect. 1. §. Dicendum fol. 583 col. 1. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 9. n. 1. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. & ceteri nouiores, & Catechismus Pij V. vbi dicitur, esse hanc traditionem Apostolorum. Et probatur primò virgintissimè ex Concilio Florentino in decreto Eugenij IV. vbi dicitur, materiam huius Sacramenti esse panem triticeum, & vinum de vite. Et quauis Caietanus dicat, his verbis Concilij Florentini solam significari panem triticeum esse de necessitate præcepti, non verò de necessitate Sacramenti, atque adeò peccatum esse mortiferum in alio pane non triticeo consecrare; fieri tamen Sacramentum, & consecrationem validam: quauis etiam Alanus lib. 1. de Eucharist. cap. 11. incertum esse dicat, an panis triticeus sit solùm de necessitate præcepti, an de necessitate Sacramenti: tamen Soarius allegatus, & alij, sine dubio intelligunt, & firmiter credunt, sermonem ibi esse de necessitate Sacramenti: alioqui enim nihil certi haberemus in materiis Sacramentorum, cum pari ratione dicere possemus,

possemus, aquam naturalem in Baptismo esse de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti, quod non est dicendum. Deinde, quia alia verba, scilicet, vinum de vite, explicant verum sensum illorum verborum, panem triticeum: sicut enim solùm vinum de vite est materia necessaria necessitate ipsius Sacramenti, non necessitate præcepti; ita etiam pari ratione solus panis triticeus est materia necessaria necessitate Sacramenti non præcepti. Adde etiam, ut notat Soarius allegatus, quòd Concilium Florentinum loquens de aquæ mixtione, quæ est solùm de necessitate præcepti, mutauit modum loquendi, asserens materiam esse vinum de vite, cui aqua miscenda est: vbi, ut ostenderet, aquam esse de necessitate præcepti tantum, & non Sacramenti, non dixit esse simpliciter necessariam, sed esse miscendam, & adhibendam. Probatur secundò, solùm panem triticeum esse materiam necessariam necessitate Sacramenti: quia Christus Dominus in pane triticeo consecrauit, ut omnes admittunt: debuit enim consecrare in pane simpliciter vsui humano accommodato, qualis est solus panis triticeus: vnde, sicut Christus tangendo in Baptismo suo naturalem aquam; illam solùm ad Sacramentum Baptismi, tanquam materiam necessariam, destinauit; ita accipiendò panem triticeum in manus suas, & in illo consecrando: ipsum solùmmodo in materiam huius Sacramenti instituit. Probatur tertio: quia solus panis triticeus est panis simpliciter vsui hominum accommodatus: nam ex hordeo, milio, typha, seu centeno, & aliis similibus spiciis, non tam humanus panis fit, quam beluis accommodatus; & si ad humanum vsum fit, est propter necessitatem: necessitate enim, & inopia coguntur homines illum edere: Christus autem Dominus solùm in pane politicorum hominum vsui accommodato Sacramentum hoc instituit: quod inde patet, quia omnes Euangelistæ testantur, Christum Dominum in pane consecrasse: nomine autem panis in sacra Scriptura solus panis triticeus intelligitur. Vnde, quando panis non est triticeus, ordinariè additur aliquid, per quod simpliciter à pane distinguatur, ut Ioannis 6. Est puer hic vnus habens quinque panes hordeaceos. & Num. 5. vers. 15. Offeret pro illa in oblationem decimam partem sati farine hordeacea. Probatur denique: quia omnes figuræ huius Sacramenti in pane triticeo præcesserunt, ut panes propositionis, qui fuerunt figura huius Sacramenti, & ex solo tritico conficiebantur, ut patet Exod. 29. & Leuit. 24. Sacrificium Melchisedechi etiam figura fuit huius diuini Sacramenti; Melchisedech autem panem, & vinum obtulit, Genes. 14. instituit enim Christus Dominus potius hoc Sacramentum in pane tritici, & vino, ut docet Dn. Damascenus lib. 4. cap. 14. què in materia alterius alimenti, eò quòd illud solet esse commune, & vsuale alimentum viatorum: Sacramentum autem omnibus fidelibus commune oportuit in materia etiam communi institui.

esse optimum triticeum, candidum, parui ponderis, & facilis digestionis, quod Hispanicè dicitur Can-dial. Quamobrem, si siligo pro tritico accipiatur, non est dubitandum in ea posse confici Sacramentum licitè, & validè; & satisfacere præcepto illos, qui in ea materia communicant. Quapropter caute legendus est Alensis q. 3. membr. 4. & Paludanus in 4. d. r. art. 4. dist. 11. quatenus dicunt, siliginem non esse materiam Eucharistia: sumunt enim siliginem, non pro tritico, sed pro auena, quæ ex genere tritico per corruptionem generatur, & interdum siligo à Latinis nominatur: & si sumatur pro auena, optimè sanè dicunt, in ea non posse confici Sacramentum, nec esse posse materiam illius. In alica, seu alicastro confici potest Sacramentum: est enim alica, seu alicastrum, aperrissima materia Eucharistia, cum nihil sit aliud quàm triticeum trimestre ad hostias conficiendas accommodatissimum, Lusitanicè tremes. Vide Columellam lib. 2. de re rustica, cap. 6. vbi appellat illud, semen trimestre, pondere, & bonitate præcipuum: si autem alica aliud significet, & pro re alia sumatur, clarum est, in ea non posse, nec licitè, nec validè confici Sacramentum, neque esse materiam illius, ut optimè animaduertit Soarius citatus dicto §. Secundò sequitur. sumitur enim aliquando pro farre, aliquando pro confectioe ex variis granis, & tunc, ut dixi, materia apta esse non potest. In adore, & ex adore Sacramentum fieri potest: est enim ador flos farinæ triticeæ, seu, ut ait Toletus lib. 2. Summæ, cap. 23. triticeum habens grandia grana, & alba; vnde, si pro tritico sumatur, materia est Sacramenti, iuxta hæc tenus dicta. Ex amydo Sacramentum non fit, ut docet Toletus citatus: asserit tamen Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 9. & Paludanus in 4. dist. 11. q. 1. art. 4. concl. 5. in propria specie non posse amydom esse materiam huius Sacramenti: posse tamen, si ex ipso tosto, & in fatinam redactò fiat nouus panis, ut fit ex massa. Opinionem Henrici, & Paludani, credunt aliqui esse probabilem: quia verum, & proprium amydom ex mero tritico fit. Syluester tamen verbo, Eucharistia, l. v. 2. & D. Thomas 3. p. q. 74. a. 4. ad 4. simpliciter asserunt, amydom non esse materiam huius Sacramenti, nec licitam, nec validam quantumuis in fatinam redigatur, quia ob corruptionem suam videtur amisisse speciem tritici, & in aliam transisse: & sic Toletus, D. Thomas, & Syluester benè asserunt, amydom, nec etiam coctum, & in fatinam redactum, esse posse materiam Sacramenti. Et cum illis consentit etiam Scotus in 4. dist. 11. q. 6. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 44. sect. 2. §. Vnum superest. fol. 589. Victoria num. 55. Alanus lib. 1. cap. 11. & alij multi. Far, aut potest esse, & fieri ex adore, aut ex semine hordeaceo: si ex adore fiat, inter species tritici ponitur, & tunc materia est Sacramenti, ut diximus num. præcedenti, si in panem redigatur. Ira docet Toletus dicto lib. 2. Summæ, cap. 25. & Soarius tom. 3. & in 3. part. disp. 44. sect. 1. §. Secundum exemplum. fol. 587. col. 1. Et quòd inter species tritici ponatur, si fit ex semine adoreo, constat ex Plinio lib. 18. cap. 8. vbi dicit, semen adoreum (quod aliquando far à Latinis dicitur) esse granum durissimum, & firmissimum, indicans, ait Soarius, perfectissimum esse triticeum, & magni ponderis. Hinc patet, omnem panem confectum ex grano, de quo constat non esse triticeum, veluti ex hordeo, milio, oriza, maizio, & ex leguminibus, veluti ex fabis, castaneis, amygdalis, ciceribus; & ex radicibus arborum, plantarumve, nullo modo esse materiam aptam, nec in ea fieri Sacramentum, si à Sacerdote aliquo per ignorantiam, aut scelus, in materiam illius assumatur. Et idem dicendum est, si panis conficiatur

Alensis. Paludan.
Colum.
Henriq. Paludan.
Syluest. D. Thom.
Scot. Soarius. Vitz. Alanus.
6.
Toletus. Soar.
Plin.
7.
Alanus.
D. Thom.
Henriq.
D. Thom.
Plin.

ficiatur ex quibuscunque aliis granis, ex spicis productis, de quibus constat, non esse triticum: constabit autem id primo ex communi modo loquendi, ex colore, & figura, & proprietatibus ex communi usu, & appellatione hominum: & parum refert, quod ex illis, veluti ex milio, hordeo, & maizio, apud aliquas regiones panis fiat vsualis; id enim fit in defectum tritici ob inopiam: & quantumvis apud illas regiones panis sit vsualis; tamen non est simpliciter, & absolute vsualis, sed in defectum tritici vsualis appellatur, vt optimè docet Soarius citatus §. Ex hoc ergo principio. fol. 586. col. 1.

8. D. Thom.

Vit. Henriq.

Syluest.

Angelus. Palat. Soar.

9.

Soar.

Nec ex typha, seu centeno fit Sacramentum: nam, quantumvis D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 3. pro certa regula statuat, solum ex granis tritici posse confici Sacramentum, aut ex his granis, quæ ex tritico generantur; & ex tritico aliquando ob degenerationem typha generetur; quod in causa est, vt aliqui, iuxta sententiam D. Thomæ, putent, typham posse esse materiam Sacramenti ob necessitatem, & in defectum tritici, vt Victoria in Summa, n. 55. & Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 9. in margine, in littera D, sine, vbi dicit, peccatum esse consecrare in pane typhaceo, nisi necessitas urgeat. Et videtur etiam id tenere Syluester verbo, Eucharistia, n. 2. quatenus dicit, posse confici hoc Sacramentum ex pane, in quo ex tritico sunt, aut sunt alterius generis granis: tamen ille statim addit, nisi tanta sit additio, (id est, mutatio,) quod soluat species tritici. Contrarium tamen dicendum est, videlicet, ex typha, seu centeno, quantumvis ex tritico per degenerationem generetur, verum Sacramentum fieri non posse. Et ratio est: quia semper degenerat in aliam speciem: vnde typha est panis diuersus specie à tritico, sicut est lolium, & auena, quæ etiam per corruptionem, & degenerationem feminis à tritico aliquando generatur. Et ita docet expressè Angelus verbo, Eucharistia, n. 1. & Palatinus in 4. dist. 11. quæst. 3. col. 10. & Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 44. sect. 1. col. 1. §. Tertium exemplum. fol. 587. Sic ex vino generatur acetum ob corruptionem, quod non est materia sanguinis, vt statim dicitur: vnde, licet negatiuè bene inferatur, illud granum, quod nunquam generatur ex tritico, non esse triticum; tamen non sequitur affirmatiuè, illud, quod generatur ex tritico, semper esse triticum vt patet in lolio, & auena, quæ ex tritico aliquando per corruptionem generantur.

Quid, si panis ex diuersis granis, aut ex diuersis farinis fiat? Respondeo, aut omnia grana, & farinæ sunt ex tritico diuerso, aut non sunt ex tritico: nam, si omnia ista sint triticea, licet sint diuersæ speciei, parum refert, cum tota illa materia, & omnes illius partes sufficiens sint: si autem mixtio fiat ex aliis frumentis, & maior pars cum notabili excessu sit triticea; ceteri potest sufficiens materia; & quia in usu hominum panis ille triticeus est; & quia illa maior pars adiuncta subactione, & confusione censeatur alias particulas trahere ad suam speciem, & ita confici mixtum eiusdem rationis cum tritico; & quia aliàs panis confectus ex tritico malè purgato & infecto lolio, & auena, non esset materia sufficiens, quod est planè falsum. Si verò pars tritici sit minor, vel etiam equalis, non erit tota illa materia sufficiens ad consecrationem, nec in ea verum Sacramentum fiet: quia, vel fieri potest mixtio, & sic maior pars trahet minorem ad suam partem; vel, si sit equalis, vtraque contumetur, & fiet vnum tertium distinctum specie; vel tunc illa pars, quæ fuerit triticea, erit materia, & non alia: & cum designari illa non possit propter mixtionem, confusionemque, tota illa materia non erit in usu consecrabilis. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 44. sect. 1. §. Quarto sequitur. col. 2. fol. 587. col. 2.

D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 4. ad 3. Bonauentura D. Thom. in 4. distinctione 21. art. 4. quæst. 4. ad 3. & Maior in 4. distinct. 21. quæst. 3. & alij.

Dubitatur tamen, vtum in massa triticea, vel pasta cruda possit confici hoc Sacramentum. Et ratio dubitandi est: quia massa, vel pasta cruda non videntur specie distingui à pane: solum enim differunt in hoc, quod vnum sit massa cruda, & aliud massa cocta, quod non videtur specificam distinctionem inferre: sicut non videtur specifica esse distinctio inter carnes crudas, & carnes coctas. Dicendum tamen est, neque in massa, aut pasta cruda, neque in pane elixato & frixo, posse validè confici hoc Sacramentum. Ratio est: quia Christus instituit hoc Sacramentum in materia, & pane, quo homines communiter vtuntur ad edendum: patet autem, quod massa non vtantur homines communiter in alimentum, cum potius occidat sepius ea vtentes, quam alat, ac sustentet: nec etiam pane elixato, aut frixo communiter vtuntur homines, quin potius tanquam obsonium illum comedunt cum pane. Neque ad id refert, massam non differre specie à pane: nam, sicut non est validus Baptismus, qui fit niue, aut grandine, eò quod istis non abluatur homo, siue differant specie ab aqua, siue non; ita non conficitur validè Eucharistia in illis, siue differant specie à pane, siue non: quia homines non vtuntur illis in alimentum tanquam pane. Ita docet Scotus in 4. distinct. 11. quæst. 6. Sotus ibid. distinct. 9. q. 1. art. 3. Gabriel lect. 35. super Canonem, littera B. Sylu. verbo, Eucharistia, n. 3. & 2. Soarius tom. 3. in 3. p. Syluest. disput. 44. sect. 2. §. Dico secundo. fol. 588. col. 2. D. Thomas 3. part. q. 65. art. 6. ad 1. & in 4. dist. 11. q. 1. art. 1. quæstiuic. 3. ad tertium, vbi fatinam à tritico specie distinguit, & panem à massa, & fatina.

Sed verò dubitant Theologi, an reuera massa specie differat, ac distingatur à pane cocto? Negant nonnulli: quia, sicut caro cruda non distinguitur specie à cocta; ita nec massa cruda à massa cocta. Deinde, quia massa cruda solum differt à pane cocto per artem: arte enim hominum decoquitur, & panis fit: ars autem nec dat, nec dare potest formam substantialem, sed accidentalem tantum, ac proinde non videtur differre specie, & essentialiter massa à pane. Ita docent Gabriel supra allegatus, & Scotus etiam citatus num. præcedente. Contraria tamen sententia vera est. Eam tenet D. Thomas in 2. distinct. 7. q. 3. art. 1. & 3. part. q. 75. art. 6. ad 1. & Caietan. ibidem, & Sotus in 4. distinct. 9. q. 1. art. 3. & Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 44. sect. 2. §. Dico secundo. fol. 588. col. 2. Probat hanc sententia optima ratione Caietani: quia, cum tota substantia panis conuertatur in substantiam corporis Christi in hoc Sacramento, nihilque remaneat substantiæ panis ipsius in illo; sequitur, panem, qua panis est, habere formam substantialem: nam, si haberet formam accidentalem, illa remaneret in Sacramento facta consecratione, cum sola accidentia ibi remaneant: & sic non bene assereretur, formam substantialem panis conuerti per se in corpus Christi. Deinde, quia, sicut farina distinguitur specie à tritico; sic etiam massa distinguitur specie à pane cocto. Enim verò, cum massa & farina sint materiæ facile transmutabiles, valde credibile est nimio calore ignis substantialem mutari; sicut, cum panis per actionem caloris naturalis in aliam speciem, chylum, videlicet, conuertitur: & id indicat diuersitas accidentium, quæ cernuntur in farina, & tritico, & in massa, & pane cocto. Ad rationes & fundamenta Gabrieli, & Scoti respondeo, carnes crudas differre specie à coctis, & massam crudam à pane cocto: licet enim ars, quæ adhibetur in coquendis carnibus, & panibus, simpliciter, &

per

D. Thom. Bonau. Maior. 10.

Scot. Sotus. Gabriel. Syluest. Soarius. D. Thom.

11. Gabriel. Scot. D. Thom. Caietan. Sotus. Soarius.

pter se, & virtute propria non possit producere formam substantialem; tamen quando vtitur instrumentis naturalibus, applicando actiua passiuus, eam potest producere: sicut enim Magi Pharaonis produxerunt ranas, & serpentes; ita ergo ignis applicatus massæ, & carnis per artem poterit in eas introducere formas substantiales specie diuersas: sicut introducit in alias materias facile transmutabiles, imò etiam duras: nam ex materia ligni, adione ignis generantur cineres, & alia huiusmodi.

12. Scot. Sotus.

Quæret autem hic aliquis, vtum ex pane recenti, redacto in massam per compressionem factam digitis, possit validè fieri Eucharistia? Certè Scotus, vbi supra, in 4. distinct. 9. quæst. 1. art. 3. & Sotus in 4. distinct. 11. quæst. 6. affirmant. Ratio illorum est: quia quantumvis remittatur in illo consueta durities; tamen ex quo semel coctus est, & panis fuit factus, nisi manifestè recedat à ratione panis vsualis, non recedit etiam à ratione panis consecrabilis. Verum tanta potest esse compressio, vt panis vsualis non sit, nec materia consecrabilis: imò & vt speciem panis mutet iterum in massam: facile enim hæc materiæ, cum sint transmutabiles, impressione, & calore digitorum in alias specie diuersas transmutantur: quod iudicio prudentum committitur.

13.

Soar. D. Thom. Palud. Richard. Sotus. Angel. Syluest. Alanus.

Debet etiam panis, vt materia sit consecrabilis, esse confectus, & subactus sola naturali aqua fontana, vel pluuiali, vel ex puteo, aut cisterna. Ita communiter Doctores: aliàs nec validè, nec licitè consecrabitur. Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 44. sect. 2. initio. D. Thom. 3. part. quæst. 74. art. 7. ad 3. Paludanus distinct. 12. quæst. 1. num. 53. Richardus art. 2. q. 2. Sotus distinct. 9. quæst. 1. art. 6. ad tertium. Angelus verbo, Eucharistia, n. 7. Syluest. verbo, Eucharistia, n. 1. quæst. 2. Alanus lib. 1. cap. 11. Itaque debet esse panis purus, & immixtus. Vnde, si panis subigeretur cum lacte, vino, aqua stillata, non naturali; aut ei misceretur multum mellis, olei, sacchari, butyri, piperis, aut casei, non esset materia, ex qua fieret Sacramentum: neque enim ex ea fieret panis communis & vsualis, sed placenta: nec dicitur illud mixtum, panis vsualis; sed obsonium, aut delicia panis, mutato omnino sapore, & odore panis. Si autem hæc in minima quantitate adiungatur, ita vt adhuc panis vsualis maneat, peccatum mortale erit in ea materia consecrare contra puritatem, & vsum communem consecrationis huius Sacramenti. Si in maiori, aut notabili quantitate miscetur, erit contra substantiam illius, & non fiet Sacramentum: quia non fieret panis vsualis, sed placenta quædam, & obsonia, quæ potius cum pane comeduntur, quam, ipse per modum panis in alimentum vsuale assumantur. Quamobrem in huiusmodi mixtionibus non solum quantitas, sed etiam qualitas attendenda est: nam, si fiat per modum condimenti, obsoniue, & mutet saporem, atque vsum communem panis, tolletur vera ratio materiæ huius Sacramenti. Ita Soarius & ceteri Doctores allegati, & Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 9. num. 2. & Toletus lib. 2. Summar. cap. 25. n. 2.

Soarius. Henriq. Tolet. 14.

Idem dicendum est, si farina triticea coagmentetur, & subigatur aqua rosacea: nam, si tota aqua, aut maior pars illius (& idem de qualibet aqua ex floribus, aut herbis stillata) sit rosacea, ex tali panis materia non fiet Sacramentum: si verò parua quantitas admisceatur naturali aquæ, non mutabit substantiam materiæ, quia probabilissimum est, conuerti ab alia parte maiori aquæ naturalis, præsertim adiuncta coctione, in qua odoriferæ aquæ vt plurimum exhalantur; & sic non impedit, quominus ex illo pane fiat Sacramentum, cum sit, & maneat vsualis: illicitè tamen fiet, & contra vsum communem consecrandi, aa consecrandi illud. Ita Soar. P. Steph. Esguendez. in quinque præc. Eccl.

& ceteri Doctores numero præcedenti cum Toletio initio allegati. Et ratio, ac fundamentum est: quia panis communis & vsualis, sicut non fit, nisi ex tritico; ita non fit etiam nisi ex aqua naturali & vsuali, & vtraque res est necessaria æqualiter, vt huiusmodi panis coalescat, ac proinde sicut panis ex alia farina non potest esse materia huius Sacramenti: ita nec etiam ex alia aqua nisi naturali. Oppositam tamen sententiam, scilicet, esse validum Sacramentum in pane confectum ex aqua rosacea, licet grauissimè peccaret, qui hoc tentaret efficere, tenet Caietanus in 3. part. quæst. 75. art. 7. & ante ipsum tenuit Alexander Aletius 4. part. quæst. 32. membro 5. art. 1. quibus consentit Sà verbo, Missa, n. 4. Probat: quia panis confectus ex aqua rosacea est essentialiter, & verè panis, solumque ab alio differt in odore; & melius reficit hominem, quam si esset ex aqua naturali confectus. Deinde, quia aqua non est pars essentialis panis, sed materia transiens, & concurrens ad panem, in fieri; non autem in facto esse: est enim panis tertium quid resultans ex admixtione aquæ, & farinæ, per decoctionem pastæ: & cum dicimus, panem, qua panis est, habere formam substantialem, non debemus concipere panem tanquam compositum quoddam ex duobus entibus naturalibus; sed ex materia aquæ, & ex materia farinæ, expulsi suis formis substantialibus, integrari vnam materiam totalem, in qua actione ignis introducit forma substantialis panis: & quantumvis ignis multum exhalet de materia aquæ; non videtur tamen negandum, semper aliquid de materia illa remanere in pane. Denique, quia, si aqua maris, & fluuij differrent specie, panis ex altera illarum confectus, esset aptus ad consecrationem: ergo, etsi aqua rosacea differat specie ab aqua naturali, poterit ea confici verus panis. Ceterum, hæc rationes non sunt adeò firmæ, vt hanc sententiam veram efficiant: licet enim panis confectus ex aqua rosacea, sit essentialiter, & verè panis; tamen non est panis vsualis, qui in alimentum communiter assumatur, vt patet, & ex hoc solo principio, & fundamento non est vera materia huius Sacramenti: sicut ob eandem causam non est etiam materia illius, panis aqua maris confectus ac subactus. Dicit etiam potest panem ex aqua rosacea confectum differre specie à pane naturali tantum ex aqua, odore, sapore, vt ex proprietatibus & qualitatibus illius patet: facile enim materia farinæ, cum sit transmeabilis, in aliam speciem transit. Ad tertium dico, si aqua maris differret specie ab aqua fluuij, ex aqua maris non posset effici verus panis vsualis, qui sit vera materia huius Sacramenti, vt patet.

Caiet. Alexan. 15.

Sed occasione huius solutionis rogabis, an panis, in quo admixtio salis sit, vera sit materia huius Sacramenti, ita vt ex eo validè fiat Sacramentum. Respondet Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 44. sect. 2. §. Dico primo. fol. 588. col. 1. fieri ex eo validum Sacramentum; non tamen licitè, sed esse peccatum mortale in eo pane consecrare, quia est contra morem Ecclesiæ Latinæ, quæ in azymo pane solet consecrare absque sale. Probat: quia Græci verè conficiunt Sacramentum in pane fermentato, qui nonnullam salis admixtionem habet: deinde, quia fermentatus panis, est panis verè communis, & vsualis: non excludit ergo vera materia huius Sacramenti aliquantulum salis admixtionem, cum omnis panis fermentatus eam habeat: erit tamen grauissimum peccatum lethale in Ecclesia Latina in fermentato, aut in azymo cum sale cocto consecrare. Hinc fit, vt peccet lethaliter Latinus, si in Ecclesia, vbi feruatur Latinus mos consecrandi, in fermentato consecraret, & Græcus in azymo: quia quisque consuetudinem suæ Ecclesiæ violaret: consecratio tamen valida

C C C

Tolet, Henriq. Bellarm.

valida esset. Ita Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. n. 6. Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 10. initio. Bellarminus lib. 4. de Euch. cap. 8. Armenij autem consecrant in azy-

16.

Tolet. Henriq. Soar. D. Thom.

mo, more Latino, ad imitationem Christi Domini, qui in azymo consecrauit feria quinta cœnæ, vt probat Henriq. loco allegato. Sed de hac re in capite sequenti agemus. Non debet etiam panis esse corruptus: si enim panis, vel farina corrupta sit, ita vt speciem mutet, iam non est panis, neq; materia Sacramenti: vnde nec licitè, nec validè in eo fieri Sacramentum. Ita Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. §. Sexto. Henriq. lib. 8. de Eucharistia, cap. 9. n. 2. fine. Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 44. sect. 2. fol. 589. col. 1. §. Dico quarto. D. Thom. 3. part. quæst. 74. art. 4. quia verò difficile est iudicare, an panis sit corruptus, necne, admonet D. Thomas ad 4. diligenter considerandam esse mutationem accidentium, coloris, saporis, & an facile fiat resolutio quasi in cineres: id enim est maximum corruptionis signum. In praxi verò seruandum est, vt quodcumque sunt signa corruptionis, non fiat in eo pane consecratio propter reuerentiam tanti Sacramenti, quod maximè verum est, vt notat Soarius allegatus, quando talia sunt signa, vt saltem materiam reddant dubiam.

17.

Soar. D. Thom. Alanus.

Et idèd quotiescunq; materia est dubia, satis est, vt pacticè & moraliter nunquam in illa Sacramentum conficiatur, quia est res grauissima, & huic Sacramento diuinissimo summa reuerentia, & summa omninò veneratio debetur. Vnde, cum aliàs quatenus est in præcepto humano, & ecclesiastico, non sit Sacramentum necessarium necessitate salutis simpliciter, nulla videtur posse occurrere causa moraliter sufficiens ad conficiendum illud in materia dubia, & incerta. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 44. sect. 1. §. Tertio sequitur. fol. 586. col. 2. & Alanus lib. 1. de Euch. cap. 11. & communiter omnes. Adde etiam, neque quatenus est in præcepto diuino, & quatenus medium necessarium ad salutem, posse vnquam in materia dubia, & incerta, aut validè, aut licitè confici in opinione, quæ docet, tale medium necessarium esse: non licitè propter periculum nullitatis, & irritationis, & propter irreuerentiam Sacramenti: non validè, quia et si hoc Sacramentum sit præceptum diuinum necessarium necessitate salutis iustis impositum; non obligat tamen, nisi quando reuerenter, ac decenter sumi potest, vt diximus c. 3. n. 4. lib. 1. non potest autem reuerenter, ac decenter sumi, quando in materia dubia consecratur. Vnde, perinde tunc est, ac si nunquam tale præceptum daretur: signum ergo est in ea materia dubia, & irreuerentia non fieri Sacramentum validè, siquidem cum ea irreuerentia, noluit Christus præceptum necessarium necessitate salutis imponere.

CAPVT. II.

Vtrum satisfiat præcepto Ecclesiæ ille, qui in pane fermentato Eucharistiam sumit, & an Christus Dominus in azymo, vel fermentato consecrauerit.

SVMMARIVM.

Hæresis Græcorum non in eo sita est, vt consecrent in fermentato; sed in eo, quod putent, in azymo non fieri verum Sacramentum.

- Quid Lutherani sentiant circa materiam azyymi, vel fermentati. num. 2. Vera Catholicorum sententia tenet, vtrunque panem, & azyzum, & fermentatum, esse materiam sufficientem ad valorem Sacramenti. num. 3. Panis fermentatus, & azyzum, non differunt specie. n. 4. Fermentatus non est corruptus. ibid. Græci, & Latini tenentur morem communicandi, & consecrandi sua Ecclesia seruare. num. 5. Hæreticum est dicere, & erroneum, solum azyzum, aut solum fermentatum esse materiam sufficientem huius Sacramenti, non vtrunque. num. 7. Non licet Latino in templo Græcorum, quod intra Latinos suum est, in fermentato celebrare, aut communicare; licet tamen illi inter Græcos commoranti hoc efficere. num. 8. & 9. Quæ sit convenientior materia consecrationis & communionis, panis sine azyzmo, an fermentatus. n. 10. Quo mense incipiat annus apud Hebræos, & quando apud illos incipiant dies, aut desinant, & quot dies durabat festum azyzorum, & an mensis per Lunas computarentur. num. 11. Refertur opinio Græcorum asserentium Christum consecrasse in fermentato. num. 12. Astringitur sententia Latinorum asserentium, id fecisse in azyzo. num. 13. Soluuntur fundamenta Græcorum. num. 14. Quid sit Parasceue apud Hebræos. num. 15. Reuocatur opinio Ruperri, & Burgensis. num. 16.

Tota hæc questio pendet ex illa: vtrum panis azyzum, an fermentatus sit de necessitate huius Sacramenti & præcepti? Et in primis Græcorum error est grauis, asserentium consecrationem non esse validam, si fiat in azyzo & consequenter fermentatum panem esse de necessitate huius Sacramenti, ita vt nec licitè, nec validè in azyzo possit consecrari, aut præceptum impleri, & communicari. Incepit hic error mille & viginti annos post aduentum Christi, vt colligitur ex Leone IX. epistola ad Michælem, Patriarcham Constantinopolitanum, cap. 5. & ex D. Anselmo lib. de fermentato, & azyzo: nam in principio nascentis Ecclesiæ communis consuetudo fuit, tam Græcorum, quam Latinorum, consecrasse solum in azyzo, sicut Christus consecrauit, vt statim probabimus: sed insurgente postea hæresi Hebrionitarum, asserentium simul cum Euangelio seruanda esse legalia, in odium huius hæresis tota Ecclesia tam Latina, quam Græca cepit consecrare in fermentato: postea verò extincta hac hæresi, rediit Ecclesia Latina ad pristinum morem, modumque suum consecrandi iuxta imitationem Christi in azyzo: Græci verò suorum rituum tenacissimi noluerunt iterum ad azyzum redire, & cum Ecclesia Latina consensire, & idèd vt suum modum tuerentur, excogitare ceperunt Christum Dominum in fermentato consecrasse, & in decimatercia Luna, quando in domibus Iudæorum non inneniebantur panes azyymi, quod tamen falsum est, vt infra patebit. Et quia Chryostomus, & Origenes, & alij Patres antiquiores Græci, Hebrionitas præcesserunt, idèd apud eos nullus sentitur odor huius quæstionis & opinionis: eam tamen tenent alij nouiores Græci, velut Euthymius Martiæ 26. Nicéphorus lib. 1. Hist. c. 28. & Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, iupperrimus Græcorum auctor, in lib. responsonum ad Lutheranos, cap. 10. vbi negat, in azyzo fieri posse validum Sacramentum. Fundamentum eorum est, primò, quia, vt dixi, putant, Christum Dominum in fermentato pane consecrasse. Secundò, quia panis azyzum non est panis simpliciter, sed secundùm quid, cum non sit vsualis apud homines.

Lutherani autem asserunt, neutrum panem, azyzum,

Leo IX. D. Ansel.

Euthym. Hierem.

2.

maum, vel fermentatum, esse Latinis, aut Græcis de necessitate Sacramenti; congruentiorem tamen materiam esse panem fermentatum, quam azyzum: primò, quia est magis vsualis, & accommodatus ad alendum hominem, & consequenter ad significationem spiritualem huius Sacramenti. Secundò, quia non licet nobis vti cæremonia Iudaica: panis autem azyzum Iudaica cæremonia est: vnde in sexta Synodo in Trullo canone 11. panum azyzorum vfus interdictus est fidelibus. Quamobrem hinc colligitur, non potuisse Ecclesiam Latinam præcipere consecrationem in azyzo, & interdiceri in fermentato: cur enim prohibeat id, quod magis decet? præsertim quia in celebrando in azyzo semper magis videmur imitari Iudæorum morem. Tertio, quia panis fermentatus est magis in vsu hominum, & perfectior panis: cur ergo prohibetur adhiberi in consecratione? Ita se habet hæc sententia Hæreticorum.

3.

Conc. Flor.

D. Ansel. Castro.

Conc. Trid.

Caietan. Soarius.

Philo. Ioseph.

4.

Dicendum tamen est, primò, in vera sententia Catholicorum, panem triticeum, siue azyzum, siue fermentatum sufficere in vtraque Ecclesia, Latina, & Græca, ad veritatem huius Sacramenti. Hæc sententia non potest negari, & est de fide, siquidem apertè eam definit Concilium Florentinum sub Eugenio IV. dum ait, veraciter confici corpus Christi in azyzo, vel fermentato, eamque affirmat D. Anselmus in tractatu de fermentato, & azyzo. Castro aduersus hæreses lib. 6. titulo, Eucharist. hæresi secunda. Patet etiam ex doctrina Concilij Tridentini sess. 13. docet D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 4. Caietanus ibi, & communiter Doctores, & Soarius 3. tom. in 3. partem D. Thom. disp. 44. sect. 3. §. Dico primò. fol. 590. col. 1. Patet etiam ex cap. Ad abolendam, de hæreticis, vbi damnantur, qui dicunt, Ecclesiam Romanam errare in ritu Sacramentorum. Probatur ratione vtraque pars huius sententiæ. Primò, quia vterque panis, tam azyzum, quam fermentatus, est simpliciter panis; & ita in sacra pagina vocatur; nam vterque panis conficitur ex farina triticea, naturali aqua subigitur, puro igne coquitur, vterque etiam habet proprium vsum panis: nam, licet fermentatus panis sit magis in vsu, quam panis azyzum, quia est delectabilior: tamen vterque panis habet verum vsum panis, cum vterque cum aliis cibis tanquam illorum comes adhibeatur. Probatur etiam secundò: quia in sacra pagina vterque panis verus, & simpliciter panis nominatur. De fermentato id nos libenter fatemur, cum sit in vsu hominum frequentior: de azyzo probatur facile ex 1. Regum cap. 12. vbi dicitur Dauid comedisse panes propositionis, quos constat azymos fuisse, vt attestatur Philo Iudeus in libro de vita contemplatiua, & Ioseph lib. 1. de Antiquitate, cap. 10. aliàs 9. & colligitur ex Leuitico 2. vbi sic dicitur: Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiat. Probatur etiam ex Luca 24. vbi dicitur, discipulos castillum Emauntium adeuntes agnouisse Christum in fractione panis, quem panem necessè est fuisse azyzum, quia illud accidit in secundo, vel tertio die Pascharis; & tamen in illis septem diebus post Pascha non poterat iuxta legem inueniri fermentum in domibus Iudæorum, Exodi 12. & 13. vbi acutè planè, & ingeniosè hoc notauit Caietan.

fermentato: nam verba Christi solum inducunt necessitatem præcepti ad consecrandum in azyzo; non verò necessitatem Sacramenti: & idèd peccabunt quidem illi mortaliter, qui in Latina Ecclesia, si Latini sint, in fermentato, aut consecrauerint, aut communicauerint; validè tamen id fieri. Vtgebis, panis fermentatus est corruptus, iuxta illud: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Respondeo, sensum esse, modicum fermentum totam massam fermentare, iuxta Græcam lectionem: non enim fermentum massam corrumpit substantialiter; sed alterat, ac disponit accidentaliter, vt ex ea panis fiat: vnde potius, si debito modo ista mixtio fiat, massa ad se trahit fermentum, (si forte substantialiter differunt,) quam fermentum ad se massam: & idèd ex illo toto composito fit verus panis, qui totus est aptus secundùm se ad consecrationem. Animaduertit tamen D. Thom. quæst. 74. in 3. part. art. 4. ne nimium sit fermentum: quia si massam sic corrumpere, vt ex ea non fieret panis accommodatus hominum vsui, posset id esse contra substantiam Sacramenti, & multò magis erit, si solum in ipso fermento cocto fieret consecratio: propterea quòd illud, neque est panis, neque homines illo vti possunt.

D. Thom.

5.

D. Thom. Caiet. Soarius. Castro.

Dicendum tamen est secundò, tam Græcis, quam Latinis, non solum licere Ecclesiæ suæ morem, ac consuetudinem consecrandi, & communicandi obseruare, sed etiam teneri vtroque ritum suæ Ecclesiæ obseruare sub peccato mortali. Vnde Græcus consecrando in azyzo, aut communicando, & Latinus in fermentato mortaliter peccant. Ita docet D. Thom. in 3. part. quæst. 74. art. 4. Caietanus ibi, & Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thom. disp. 44. sect. 3. §. Dico tertio. & §. Quarto dico. fol. 591. col. 1. & Castro n. 3. allegatus, & alij multi: nam in Concil. Florentino permillum est Græcis, vt hoc faciant, eorundemque schisma non consistit in eo, quòd peccent consecrantes, & communicantes in fermentato; sed tantùm in eo, quòd sic consecrantes, & communicantes putent in azyzo, nec licitè, nec validè posse fieri consecrationem, & communionem, contra Ecclesiam Latinam, & Christi institutionem; adeoque nostram consecrationem repudiant, vt Latinos omnes ob id azyzatos vocent, & anathematizent: & quamuis D. Thomas allegatus non dicat peccare mortaliter præuertentes in hoc suæ Ecclesiæ consuetudinem, ac ritum; sed tantùm peccare; tamen ex rei grauitate colligendum est peccatum esse mortale; & id etiam colligitur ex cap. vltimo, de celebrat. Missarum: nam ibi Honorius III. priuat officio, ac beneficio Sacerdotes Latinos consecrantes in fermentato, quæ pœna, cum grauis sit, mortalem culpam supponit, quod verum etiam est in ingenti necessitate, quando, scilicet, aliquis existens in periculo mortis Eucharistiam petit: tunc enim, sicut non est consecranda, & conficienda à Sacerdote non ieiuno; sic nec in fermentato contra vniuersalem consuetudinem Ecclesiæ Latine, vt optimè docet Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 44. sect. 4. §. Vnum Soar. verò superest. fol. 592. col. 2. nam, licet præceptum communicandi in articulo mortis sit de iure diuino, & præceptum conficiendi in azyzo sit de iure humano: tamen illud primum præceptum de iure diuino affirmatiuum est, & non obligat pro semper; sed, quando debitis circumstantiis, & commode fieri potest: debet autem confici hoc non potest in Ecclesia Latina absolute id prohibente.

6.

Ex dictis sequitur primò, teneri Sacerdotem Latinum in Ecclesia Latina sine dubio in azyzo consecrare, & Christianos omnes Latinos similiter in eadem Ecclesia Latina in azyzo communicare, non solum ex obligatione præcepti, sed etiam ex deuotione, & animi affectu; idque non solum propter scandalum,



scandalum, sed etiam, quia Ecclesiæ consuetudo obligationem inducit. Vnde in cap. *Litteras*, de celebrat. Missarum, deponitur quidam Sacerdos, quod in fermentato celebrasset. Sequitur secundò, teneri similiter Sacerdotes Græcos in Ecclesiis Græcis in fermentato celebrare, & fideles Græcos in eodem fermentato communicare, & peccare lethaliiter contrà facientes, vt docet Soarius tomo. 3. in 3. p. D. Thom. disp. 44. sect. 3. §. *Quartò dico*. fol. 591. col. 1. D. Thomas 3. part. q. 74. art. 4. Caietan. ibi. Tole- tus lib. 2. Summa, cap. 25. n. 6. Henric. lib. 8. de Euch. cap. 10. initio, Bellarm. lib. 4. de Euch. cap. 8. Et ratio est: quia Ecclesiæ Græca in hoc præcise factò non est schimatica, vt dixi: nam aliud est, asserere Ecclesiæ Latinam non posse, nec licitè, nec validè consecrare in azymo, & improbare illius ritum, & consuetudinem consecrandi hoc pane; aliud ser- uare suam consuetudinem, & modum consecrandi in pane fermentato, quod illis Ecclesiæ Latina, quæ est mater, & caput omnium Ecclesiarum, permit- tit, & concedit, & non reprehendit, vt patet ex Concilio Florentino, & ex Leone I X. epistola ad Michaëlem, Patriarcham Constantinopolitanum, cap. 5. & ex Innocentio lib. 4. cap. 33. de mysterio Missæ: illud prius pertinet ad schisma, & hæresim, & in eo sunt Græci schismatici, & id tenentur eui- tare: hoc verò posterius non pertinet ad hæresim, sed ad quandam consuetudinem honestam, quam pia mater Ecclesiæ Latina illis seruare permittit, imò vult & concedit: quapropter tenentur Græci suæ Ecclesiæ consuetudinem seruare.

7. Sequitur tertio, erroneum esse dicere, vnum tantum ex his panibus, azymum, vel fermentatum, esse de necessitate Sacramenti in hac, vel illa Ec- clesiæ, Græca, vel Latina, imò hæreticum, vt confi- deranti patebit: sic etiam erroneum, & hæreticum est dicere, Christum Dominum aliam materiam pro Ecclesiæ Græca, aliam pro Latina instituisse. Ita docet Soarius proximo loco allegatus, §. *Ex quo intelligitur*.

8. Possunt tamen in Ecclesiæ Latina reperiri aliqua Monasteria, vel Ecclesiæ Græcorum, in quibus Græcorum ritus in communicando, & consecrando seruari solent: & similiter possunt inter Græcos, in- ueniri aliqua Ecclesiæ Latine, in quibus Latini ri- tus similiter obseruentur: in his ergo templis, & Ecclesiis vnusquisque seruare tenetur suæ Ecclesiæ consuetudinem: quia tunc perinde se habet, ac si in propria Ecclesiæ Græca, vel Latina versaretur. Et hoc docet, Leo I X. dicta epistola ad Michaëlem, cap. 29. & Soarius proxime allegatus, §. *Illud verò*. fol. 591. col. 2. & ita habet etiam vsus. Addit tamen Soarius ibi, existimare se, non licere Sacerdoti La- tino in templo Græcorum, quod in Ecclesiæ Latina existat, in fermentato consecrare; neque etiam li- cere aliis fidelibus Latinis ibidem in eodem fer- mentato communicare, quauis Græci Sacerdo- tes, & fideles id ibidem possint efficere: quia illud est veluti speciale priuilegium Græcis concessum, quo vt non possunt Latini, neque illo gaudent: li- cere tamen Latino Sacerdoti, si versetur in terris Græcorum, & in templis eorum celebrer, conse- crare in fermentato, & consuetudini eorum con- formari, siue aliquis diu versetur apud Græcos, siue hospes sit & viator apud illos: & idem est de omni- bus consuetudinibus humanis ieiunandi, seruandi festa, & similibus: tenetur enim, vnusquisque peregrinus & aduena, iuxta meliorem opinionem, il- lius Ecclesiæ consuetudinem seruare, in qua actu versatur. Ita docet idem Soarius tomo 3. in 3. parte, disp. 44. sect. 3. §. *Illud verò*. fol. 591. col. 2. & D. Au- gustinus epist. 118. cap. 1. & epist. 119. cap. 18. & ha- betur in cap. *Ille* dist. 12.

Soarius.  
D. Thom.  
Caietan.  
Tolet.  
Henric.  
Bellar.

Soar.  
D. Aug.

Sentit verò Ledesma in 4. 1. part. quæst. 15. art. 4. dub. 2. non solum posse licitè, sed etiam teneri Sa- cerdotem Græcum transeuntem per Ecclesiæ Lati- nas, in azymo consecrare, & peccare mortaliter, si aliter faciat: quia priuilegium illis concessum ad consecrandum in fermentato, intelligendum est, quando celebrant in suis propriis Ecclesiis. Verum hæc opinio Ledesma, vt optimè notat Soarius al- legatus, est valde rigorosa pro peregrinis, & idè non est sequenda. Primò, quia Eugenius Papa in litteris vnionis Græcorum cum Latinis, post sessio- nem vltimam Concilij Florentini, simpliciter, & absque vlla limitatione dicit, vnunquenque Sacer- dotem debere consecrare Sacramentum in fermentato, vel azymo, iuxta morem suæ Ecclesiæ. Secun- dò, quia Leo I X. epistola ad Michaëlem, Patriar- cham Constantinopolitanum, c. 29. monet, vt vnus- quisque iuxta Ecclesiæ suæ morem celebrare sinatur, etiam si in alieno solo versetur: tum, quia licet non sit certa, est tamen probabilis satis opinio docens, eum, qui per locum aliquem transit, quauis benè faciat, illius loci consuetudinem seruando; non ta- men ad id teneri, per se loquendo, & secluso scan- dalo, vt notauit Glossa in cap. *Quæ contra*. dist. 8. non tenetur ergo Sacerdos Græcus mutare suam consuetudinem, & sequi contrariam propter solam consuetudinem loci: secluso autem hoc titulo nul- lus alius inuenitur, quo obligetur.

9. Quæres tamen, quænam sit conuenientior mate- ria consecrationis, panisne azymus, vel fermenta- tus. Respondeo, esse panem azymum. Ratio est: quia in azymo consecrauit Christus Dominus, vt statim dicemus, & docet D. Thomas q. 74. art. 4. ad 2. in 3. part. & communiter Doctores. Neque ex eo se- quitur, quòd Sacerdotes Latini consecrantes in azy- mo intendant seruare caeremonias Iudaicas: non enim intendunt caeremonias legis veteris seruare, sed conformare se institutioni Christi; & idè non iu- daizant; alioqui etiam celebrantes in pane fermentato iudaizarent, quia Iudæi panes primitiatum fer- mentatos offerrebant: & aliunde magis conuenit hic modus consecrandi sinceritati fidelium, quæ requi- ritur ad vsum huius Sacramenti, iuxta illud 1. Co- rinth. 5. *Pascha nostrum immolatus est Christus: ita- que epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis*.

10. Age verò, accedamus tandem ad præcipuum du- bium, vtrum, scilicet, Christus Dominus in azymo consecrauerit, an in fermentato. Quia de re duplex est opinio: altera Græcorum: Latinorum altera. Græci contendunt, Christum Dominum in fermentato consecrasse, Latini in azymo. Antequàm rationes, & fundamenta vtriusque opinionis proponamus, notandum est primò, mensẽ Martij, qui apud nos ordine tertius mensis est anni, fuisse primum He- bræorum mensẽ, iuxta illud Exodi 12. *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*. Notandum secundò, Hebræos solitos fuisse supputare dies mensium per Lunas, ita quòd prima Luna, seu nonilunium erat prima dies mensis: se- cunda Luna, seu secundus dies Lunæ, erat secun- dus dies mensis: tertia tertius, &c. Notandum ter- tiò, diem naturalem, qui apud nos incipit à media nocte, vsque ad mediam noctem sequentem, apud eos incipere ab occasu Solis, quando Luna incipie- bat apparere, vsque ad alium occasum; apud Syrios ab ortu Solis vsque ad alium ortum; apud Agy- ptios à meridie vsque ad meridiem. Quartò notan- dum est, Hebræos solitos fuisse celebrare sua festa, à vespera vnus diei vsque ad vesperam alterius diei subsequenti, nempe, ab initio sui diei naturalis: sic enim scriptum erat Leuit. 33. *Ad vesperam usque ad vesperam celebrabitis Sabbatha vestra*. Notan- dum est quintò ex Abulensi, initio sui Defensorij,

cap. 3.

cap. 3. apud Hebræos in diebus, quibus Pascha ce- lebrabant, duplex festum occurrisset; alterum, quod dicebatur festum Pasche, alterum azymorum: illud erat immolatio agni, quam faciebat decimaquarta Luna ad vesperam, seu ad occasum in memoriam il- lius singularis beneficii, quod Deus populo Hebræo- rum in Aegypto contulit, cum illorum primogenita liberauit, & primogenita Aegyptiorum manu An- geli occidit, eò quòd Aegyptij primogenitum suum populum Hebræorum malè in captiuitate Aegyptia- ca trauerint: festum autem azymorum durabat per septem integros dies, incipiens à vespera deci- maquarta Lunæ, vsque ad finem vigesimæ primæ, quibus diebus Iudæi azymos comedeant, & vacab- ant multis generibus sacrificiorum. Vnde, cum ex obligatione eiusdem legis Exodi 12. deberent Iudæi comedere agnum cum azymis per illos septem dies, à fine decimaquarta Lunæ vsque ad finem vigesi- mæ primæ non inueniebatur in domibus Iudæorum fermentatum. His positis.

11. Græci suam opinionem in hunc modum pro- bant. Primò, quia Christus Dominus consecrauit in fermentato: ergo & ceteri Sacerdotes exemplo Christi in fermentato etiam debent consecrare: dixit enim Christus inter consecrandum: *Hoc facite in meam commemorationem, quotiescunque feceritis*. id est, quemadmodum ego consero, consecrate: nam Iudæi iuxta suam legem, de qua Exodi 12. incipie- bant vt azymis in die Paschatis, quòd incipiebat decimaquarta die Lunæ: Christus autem instituit hoc Sacramentum pridie eius diei, id est, decima- tertia Luna: dicit enim Ioannes 13. *Ante diem fe- stum Pascha*, &c. quo tempore nondum dies azymo- rum inceperant: ergo consecrauit in fermentato: ergo in eodem fermentato debent modò Sacerdotes consecrare ad exemplum Christi. Secundò, quia cæ- remoniz legales non sunt obseruandæ tempore legis gratiæ, sed vsus azymorum fuit quædam cæremo- nia legalis legis veteris, vt patet Exodi 12. ergo in hoc Sacramento gratiæ non debemus azymis vti. Tertio, quia apud Ioannem 18. dicitur, Iudæos non fuisse aulos introire Prætorium Pilati, ne contami- narentur, & inhabilitarentur ad esum agni Pascha- lis: ergo nondum illum comederant: & cum Chris- tus illum comedisset, antequam comprehendere- tur, passionemque intraret, sequitur cœnasse deci- matertia Luna, & non decimaquarta, & proinde cœ- nasse, & consecrasse in pane fermentato, non azymo, cum festum azymorum decimaquarta Luna incipe- ret. Quartò, quia, vt Ioannes cap. 19. narrat, sexta illa feria, qua Dominus passus est, & crucifixus, erat Parasceue: *Erat autem Parasceue Pascha*. Parasceue autem idem est, ac vigilia, seu præparatio: ergo tunc Pascha contigit die Sabbathi: Christus autem cœ- nauit feria quinta sub occasum cum suis discipulis, ergo anticipauit diem Paschalis. Sed dies azymo- rum à Paschate incipiebant: cœnauit ergo, & con- secrauit in fermentato, non in azymo. Quintò, quia Matth. 26. & Marci 14. dixerunt Pontifices: *Non in die festo*, &c. cum ergo Dominus crucifixus fuerit sexta feria, nondum contigerat dies festus azymo- rum. Sextò, quia magis repugnat celebritati alicuius festi, occidere aliquem ordine iudiciario in ipso die festi, quam permittere, vt corpus occisi in ipso die maneat in patibulo in die Sabbati: ergo, si feria sex- ta erat dies Paschæ celeberrimus, eum tunc non oc- ciderent. Septimò, quia veritas debet respondere fi- guræ: cum ergo ex Paulo Pascha nostrum immo- latus sit Christus, debebat immolari, & crucifigi eo die, quo agnus immolabatur: immolabatur autem agnus ante diem festum Paschæ. Ita se habent fun- damenta Græcorum.

12. Contrà verò Latini in secunda, & vera opinione P. Steph. Fagundæ, in quinque præc. Eccl.

13. contendunt, Christum cœnasse decimaquarta Lu- na ad vesperam, sicut lex præcipiebat, & ex conse- quenti celebrasse in azymo: quia eo die non inue- niebatur fermentatus panis ex obligatione legis in domibus Iudæorum: & quauis Christus cœnasset decimatertia Luna, & anticipasset festum Paschæ, vt Græci volunt; tamen verosimilius esset in azy- mo consecrisse, & seruasse omnes caeremonias, quæ in eo festo seruabantur, vt optimè notauit D. Tho- mas in 4. distinct. 11. q. 2. art. 2. quæst. iunc. 3. & Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thom. disp. 44. sect. 3. §. *Dico pri- mò*. fol. 590. col. 1. fine. & Comestor. in Hist. euan- gelica, c. 149. Sicut ergo credendum est, Christum vsus fuisse lactucis agrestibus in illa cœna: ita est credendum, vsus fuisse pane azymo, sicut in lege erat præscriptum. Probant ergo Latini in hunc modum suam sententiam. Primò, quia Matth. 26. Marcus 14. & Luc. 22. concorditer affirmant, Chris- tum cœnasse prima die azymorum: ista autem dies erat in fine decimaquarta Lunæ: sed in diebus azy- morum non inueniebatur panis fermentatus in do- mibus Iudæorum; id enim illis lex vetabat: ergo in pane azymo, & non in fermentato consecrisse Chris- tus Dominus Sacramentum. Et quidem hoc Euan- gelistarum testimonio conuicti Græci confugiunt ad blasphemiam: dicunt enim, tres hos Euan gelistas errasse, & correctos fuisse à Ioanne, cum dixit c. 13. *Ante diem festum Pascha* quæ responsio veritatem totius Scripturæ euerit: si enim in aliquo eius loco falsitas admittatur, iam non à Spiritu sancto dicta- reretur. Probant secundò, quia obseruare quasdam le- ges, & caeremonias, & aliquas non obseruare, labor erat sine vtilitate, ac multum & grauiter offendens Iudæos, præsertim illo tempore, quò aliquid inue- nite volebant, de quo Christum accusarent: ergo Christus Dominus legem veterem seruans cum Pa- schalibus caeremoniis, tempus Paschæ non præue- nit, ne accusaretur, & ne Iudæis scandalo esset, quod significat optimè Ecclesiæ in quodam Hymno: *Ob- seruata lege plenè, cibus in legalibus*. Aliæ rationes pro ista parte videri poterunt apud Abulensem in- itio sui Defensorij, cap. 3. & apud Gabrielem super Canonem Missæ. lect. 34. & apud Castrum aduersus hæreses, lib. 6. titulo, *Eucharistia*, hæres. 2. & apud alios Doctores passim.

14. Fundamenta verò opinionis Græcorum sic sol- uuntur. Ad primum respondendum est, Christum Dominum cœnasse decimaquarta Luna ad vespe- ram, qui dies non dicebatur simpliciter dies festus in ordine ad cessationem operum seruilium, cum in eo opera exercerentur à Iudæis; solum enim dies decimaquinta Lunæ in ordine ad cessationem ho- rum operum seruilium festus dicebatur: & idè dixit D. Ioannem cap. 13. *ante diem festum Paschæ* Christum consecrasse; non quidem ante diem Paschæ absolute: quia immolatio agni, quæ fiebat die deci- maquarta Lunæ, iam erat celebratio Paschæ, & fe- stus dies dicebatur per ordinem ad celebrationem; non autem per ordinem ad cessationem prædicto- rum operum seruilium: vnde dixit Euangelista, *Ante diem festum Pascha*: id est, ante diem festum & solennem Paschæ, seu ante decimam quintam Lunam, quo die ab exercitio operum seruilium cessabatur. Ac proinde non anticipauit Christus Dominus celebrationem Paschæ, nec celebrauit die decimatertia Lunæ, vt Græci volunt. Ita respon- det D. Thomas 3. p. q. 46. art. 9. ad primum: & quan- uis anticiparet illud; fuit tamen cum omnibus cæ- remoniis panis azymi, ne calumniaretur à Iudæis, & ne scandalo discipulis esset. Ad secundum respondeo, caeremonias legales non esse exercendas tempore legis gratiæ, ex intentione seruandi illas, & accom- modandi se ad ritum Iudæorum: benè tamen posse obseruari.

D. Thom.  
Soar.

Cemest.

Abul.  
Gabriel.  
Castro.

D. Thom.

obseruari, ex intentione conformandi se institutioni Christi Domini, qui hoc Sacramentum instituit pro lege gratiæ cum omnibus suis cæremoniis, iuxta illud: *Hoc facite in meam commemorationem, quotiescunque feceritis.* Sic nos solumus decimas, quemadmodum olim soluebant Hebræi omnium fructuum, quos possidebant, non quidem ex intentione seruandi cæremonias legales, & præcepta legalia legis veteris, sed ex intentione seruandi præcepta Ecclesiæ, & accommodandi nos ad iussionem illius, quæ idipsum præcipit ob alias causas, vt se iudicio Domini accommodaret in taxatione debite sustentationis ministrorum Dei. Ad tertium dico, in Scriptura sacra hoc nomen Paschæ multa significare. Primò enim significat diem illum primum decimæ quartæ Lunæ, quo immolabatur agnus; ac proinde significat immolationem ipsius agni. Secundò, & veriùs, significat illum diem solennem & celeberrimum decimæ quintæ Lunæ, quo cessabant Hebræi ab onibus operibus seruilibus. Tertio, significat etiam comestionem agni Paschalis, iuxta illud Matthæi 26. *Vbi vis paremus tibi Pascha.* Quarto, significat totum tempus solennitatis Paschalis continens septem dies: & sic accipitur Actor. 12. vbi asseritur, quod erant dies azymorum, quando Herodes ligauit Petrum, & quod post Pascha volebat eum producere populo, id est, consummatis diebus festiuitatis Paschalis, quæ durabat septem dies. Quintò, significabat cibum Paschalem, quo Iudæi vesciebantur illis septem diebus: & ne ad istum cibum comedendum contaminarentur, inhabilitarentur Iudæi, non sunt ausi introire in Prætorium Pilati, & gentibus commisseri: cibi autem, qui eis interdicebantur propter immunditiam, & comestionem cum gentibus, iis diebus, non erant panes azymi, vt docet Abulensis in suo Defensorio, cap. 8. probatque latè: sed erant cibi Paschales de carnibus sacrificiorum, quæ per eos septem dies offerebantur, vt patet Deuter. 16. *Immolabis Domino Deo vestro Pascha,* id est, sacrificia Paschalia de ouibus, & bobus, &c.

Abul.

15.

Ad quartum dico, Parasceue vocabulum Græcè idem esse, quod præparatio, seu vigilia: quia autem in solo festo Sabbathi non licebat Iudæis parare cibos, eòsque parabant feria sexta, idèd omnis feria sexta totius anni apud illos appellabatur Parasceue, id est, præparatio Sabbathi. Ad quod respexit Marcus 15. *Erat autem Parasceue, quod est ante Sabbathum.* id est, quod nihil aliud est quàm dies ante Sabbathum. Concinit Lucas 13. *Dies erat Parasceues, & Sabbathum illucebat.* & Ioannes ibidem, dicens absolute, quod Parasceue erat, insinuauit apud Iudæos idem esse, ac feriam sextam ante Sabbathum: vocauit autem illud Parasceuem Paschæ, non quasi præparationem Paschæ incidentis in Sabbathum; sed præparationem sextæ feriæ incidentis illis diebus Paschæ: nam toto illo festo Paschali, cum durasset per septem dies, necessariò incidebat vnum Parasceues Paschæ, id est, vna vigilia ipsius diei Paschalis, quo ab operibus seruilibus cessabatur. Ad quintum respondeo, illos dixisse, non in die festo, non quòd existimarent, occidendo, Christum, se violare festum; aliam enim causam assignarunt, nempe, *Ne tumultus fieret in populo.* atque adèd quauis id aliqui dixerint; tamen altera pars eorum vicit, vel mutauerunt consilium, accæci furore, & inuidia, oblata occasione proditiõis Iudæ, Christum interfecerunt. Ad sextum dico, quòd, quauis plùs repugnet celebritati diei festi occidere hominem ordine iudiciario, quàm relinquere cadauer in patibulo; tamen, quia dies Sabbathi erat celebrior ac festiuior, quàm prima dies Sabbathi, seu vigilia illius, eò quòd in eo libe-

bar cibos præparare, & quia Iudæi putabant se obsequium præstare Deo occidendo Christum; idèd in die Paschæ, cum occiderunt, quia illa dies Sabbathi erat celeberrima, noluerunt, vt in cruce corpora manerent. Ad vltimum dicimus, sufficienter respondere veritatem figuræ in hoc, quòd, in ipsa solennitate agni Paschalis occisus est Christus: nam eius passio incepit illamet nocte in qua immolabatur agnus & in hoc etiam quòd in ipsa hora immolationis agni, Sacramentum corporis & sanguinis Christi institutum est.

16. Rupert. Burgen.

Sed propter rationes & fundamenta Græcorum, aliquam veritatis apparentiam habentes, Rupertus in Matthæum 23. & Paulus Burgensis ibidem, tertiam opinionem induxerunt: dicunt enim, Christum Dominum decimæ quarta Luna ad vespèram comedisse agnum, quando lex præcipiebat, & Pascha tunc contigisse feria sexta; sed Iudæos eam mutasse in diem Sabbathi, immolasseque agnum feria sexta ad vespèram; quia tunc erat decimæ quinta Luna. Quòd si eos inuermogemus, qua auctoritate id fecerint Iudæi contra legis præcepta: Respondent fuisse antiquam ipsorum traditionem, quòd quando Pascha incidebat feria sexta, transferrebat in diem Sabbathi sequentem, ne darentur duo dies festi continui, in quibus necesse erat vacare à sepultura mortuorum, & præparatione ciborum, quod videbatur inconueniens; asseruntque pro ista opinione non solum argumenta facta pro opinione Græcorum: sed etiam illud Matthæi 26. *Tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* quod Christus videbatur dicere ad differentiam temporis, quo Iudæi suum Pascha debebant celebrare: tamen hæc opinio non est sacris Litteris consentanea: quia apud Marcum 14. habetur: *Prima die azymorum, quando Pascha immolabant.* & apud Lucam 22. *Veni dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Non videtur etiam vera, quia Iudæi non habebant facultatem mutandi legem, nullumque erat incommodum, quòd ferierent duos dies: falsumque est, quod ait Burgensis, non licuisse eis in prima die solennitatis Paschalis præparare cibos: nam Exod. 12. de prima die, & septima habetur: *Nihil operis facietis in eis, exceptis iis, qua ad vescendum pertinent.* Item ex hac opinione videtur sequi error Græcorum, videlicet, Christum non consecrassè in azymis: nam ante immolationem agni non inueniebatur in domibus Iudæorum, nisi tantum fermentatum. Copiosior enim eius impugnationem vide apud Sotum in 4. distinct. 11. art. 4. quando autem Dominus dixit: *Tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* ad tempus suæ passionis, quam horam suam, & tempus suum appellabat, referendum est, vt patebit iis, qui Patres attentè perlegerint.

CAPVT III.

*De materia calicis, ex qua conficitur sanguis Christi: an vinum vitis, cuius expressum, sit materia huius Sacramenti.*

SVMMARIVM.

*Quòdnam vinum sit de essentia huius Sacramenti.* num. 1.  
*An vinum ex aqua miraculo factum de illius essentia sit, an oporteat esse album, vel rubrum.* num. 2.  
*Quid de agresta.* num. 3.  
 Et

*Et aceta.* ibid. vers. Similiter.  
*Quid etiam, si vinum parum sit acefcens.* ibid.  
*Quid de sacco vuarum non expresso, sed intra ipsas vnas incluso: & quid de vino in vase incluso, ita vt non videatur.* num. 4.  
*Quid de musto roscener expresso.* num. 5.  
*Quid de lora, Lusitanè, aguape.* num. 6.  
*Quid, si vna passa aqua lentescant ac madesiant, & postea exprimantur.* ibid.  
*Quid de sapa, vel atropè.* num. 7.  
*Quid de vino congelato: refertur opinio negans esse materiam sufficientem.* num. 8.  
*Refertur opinio affirmans.* num. 9.  
*Iudicium Auctoris.* num. 10.  
*Quid, si vinum cum melle, saccharo, vel butyro, vel floribus aromaticis condatur.* num. 11.  
*Quid, si aqua rosacea temperetur perfundaturve.* num. 12.

1.

Alter pars materiæ, ex qua hoc Sacramentum confici debet, est vinum: vinum autem debet esse ex vite, & vuis maturis compressum, de quo Christus Dominus Lucæ 22. ante consecrationem dixit: *Non bibam de genimine vitis, donec regnum Dei veniat.* Est de fide, & expressè definitur in Concilio Florentino, vbi expressè definitur, materiam esse vinum vitis. Colligitur ex fasto Christi, & ex traditione Apostolorum: quòd enim Christus in hoc vino vitis consecrauerit, communis sensus, & conspiratio est Doctorum, & traditio Apostolorum, & satis indicatur illis verbis: *Non bibam amodo ex hoc genimine vitis,* (quæ Christus dixit ante consecrationem; donec veniat regnum Dei, venit autem statim regnum Dei in eadem cœna post factam consecrationem, id est, venit noua Ecclesia, in qua Christus regnat, quando veri, & noui Sacerdotes instituti sunt Apostoli, noui Paschalis manducatores cum nouo sacrificio inuenuto veri & immaculati agni Christi IESV, & nouo Sacerdotio. Ex quibus verbis satis colligitur, vinum illius cœnæ, fuisse vinum vitis: addidit autem Christus: *Hoc facite in meam commemorationem.* Vnde & in Concilio Aureliano IV. cap. 4. dicitur, non esse in calice offerendum aliud, quàm quod in mandatis Christus tradidit. Quòd magis explicans dicit, esse illud vinum, quod ex fructu vineæ nascitur: vnde, nec licitè, nec validè conficitur Sacramentum in vino artificiali factò ex pomis, moris, critico, hordeo, palmis, aut radicibus arborum vt est communis Doctorum, conspiratio. Ita Diuus Thomas 3. part. quæst. 64. art. 8. Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thomæ disp. 65. sect. 1. §. *Omissis erroribus.* in fine, folio 596. col. 1. Toletus lib. 2. Summæ. c. 25. num. 4. Henricus lib. 8. de Eucharistia, c. 12. num. 1. cap. *Firmiter.* de Summa Trinitate, c. *Cum Martha.* de consecrat. & alij communiter. Et hinc patet, delusos fuisse Hæreticos Aquarios, qui in calice solam aquam sine vino consecrabant, de quibus agit Præteolus verbo, *Aquarij.* Diuus Cyprianus lib. 2. epist. 3. & c. *Sicut.* de consecratione, dist. 2.

D. Thom. Soar.

Tolet. Henric.

Præteolus. D. Cypri.

2.

Henric.

Soar. Richard. Sot.

dentali: sola enim differentia coloris non satis indicat substantialem diuersitatem, vt inter homines albos, & nigros videre licet: imò addit Soarius allegatus, & optimè, quòd etiam si substantialiter differant; tamen id parum refert ad rem Theologicam, & materiam præsentem: satis est enim, si absolute, & simpliciter vinum sit ex vuis maturis expressum, cum vitis generatio sit, iuxta ea, quæ diximus numero præcedenti: oportet enim, vt succus ille, liquorque vuarum sit expressus & maturus; vt vinum sit in substantia, genti politicæ, & vsui hominum accommodatus: alioqui enim ex vuis immaturis materia Sacramenti, nec decens, nec valida sit.

Vnde agresta materia Sacramenti esse non potest, nec licita, nec valida. Est autem agresta, succus ille, qui ex vuis immaturis exprimitur, quem *agresta* dicimus Lusitanè. Rãtio est: quia non est vinum, & videtur specie à vino differre, vt ex effectibus, & qualitatibus illius licet conicere: & quauis specie non differant, satis tamen est, quòd non sit materia potabilis per modum vini. Et verò quòd agresta non sit materia huius Sacramenti, nec licita, nec valida, conspirant omnes Doctores. Capitales referam, ceteros apud istos inuenies. Ita D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 5. 6. & 7. & allecla illius ibidem. Henricus lib. 8. de Eucharistia, cap. 12. num. 2. Syluester verbo, *Eucharistia*, t. num. 3. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. §. *Rursus.* Soarius numero præcedenti allegatus. §. *Vnde sit primò.* Similiter non est materia huius Sacramenti acetum: licet enim ex vuis sit expressum; tamen in alteram speciem degenerauit, quod patet ex qualitatibus illius, & effectibus, ex odore, ex sapore, & frigiditate. Ita Doctores allegati: & idèd Missale Pij V. iuber repeti materiam, si reperiat fuisse acetum: & Aristoteles lib. 8. Meteororum, cap. 6. ait, acetum ita se habere ad vinum, vt cadauer ad animal: constat autem inter physicos, cadauer specie distingui ab animali viuente in meliore opinione. Parua tamen & exigua corruptio acefcens vini non officit, nec destruit rationem materiæ huius Sacramenti: erit tamen minùs decens comparatione vini generosi, si commodè reperiat; aliàs tamen licitè & validè ex vino parum acefcens fiet Eucharistia. Ita Henricus lib. 8. de Eucharistia, cap. 12. num. 2. Syluester verbo, *Eucharistia*, t. num. 4. Tabiena ibidem, num. 15. Richardus distinct. 11. art. 2. quæst. 5. Paludanus quæst. 1. art. 5. conclus. 4. Victoria in Summa, quæst. 54. & Diuus Thomas allegatus, & alij. Vnde, quòd quidam aiunt, acetum esse materiam huius Sacramenti, vt Innocentius lib. 4. de sacrificio Missæ, cap. 30. Alensis 3. par. quæst. 32. memb. 8. Isidorus lib. 20. c. 3. Glossa cap. 2. de consecr. dist. 2. exponendi sunt de vino aliquantulum acido, attestante Henrico allegato: nam Missale Pij V. vt dixi, iuber repeti materiam, si reperiat fuisse acetum, & Gregorius XII. iuber deleri prædictam Glossam.

D. Thom.

Henric. Syluest. Tolet. Soarius.

Henric. Syluest. Tabiena. Richard. Palud. Vt.

D. Thom. Innocent. Alens. Isidor. Glos.

4.

Succus vuarum intra ipsas vnas etiam maturas materia esse non potest: vnde in vuis, antequàm exprimitur, nec licitè, nec validè consecrari potest: debet enim vinum esse vuis expressum, ita vt sit potabile. Ita Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 45. sect. 1. §. *Vnde sit secundò.* col. 2. fol. 596. Sotus dist. 9. quæst. 1. art. 5. Richardus distinct. 11. art. 2. quæst. 4. & 3. & sic exponit Caietanus D. Thomæ in 3. part. quæst. 74. artic. 5. Et adhuc ratio esse potest: quia, quandiu vinum est intra vnas contentum, non est per se ipsum præsens: vnde, si dicatur, *hic est calix:* aut, *hic est sanguis;* in rigore, promomine illo, *hic,* non significabitur vinum, aut liquor, sed vna. Nec refert, quòd si multum concludatur in vase vndique clauso, materia sit Sacramenti, iuxta Soarium rela-

Soar. Soto. Richard. Caietan. D. Thom.

tum : nam vinum , aut mustum eo modo clausum , & occultum , iam est per se sensibile , & designabile , & similiter iam esset totum separatum , & quod propriissimè per modum totius designari posset , licet per accidens sit occultum , & in alio contineatur : at verò liquor clausus in vasa semper est per modum partis , & per se latens , & quasi insensibilis , & indesignabilis : tandem , quia ille liquor , pro illo statu , non est in forma potabili : & idèd nec est vinum , nec materia potus , quod est necessarium in materia calicis , & sanguinis , iuxta illud : *Bibite ex hoc omnes*. quæ ratio traditur in cap. *Cum omne*. de consecrat. distinctio 2. ex Iulio Papa , & Concilio Bracharenfi , & habetur etiam in cap. *Didicimus*. eadem distinctio.

5. Mustum ex visis maturis recentè expressum in rigore est materia sufficiens ; non tamen conveniens , donec sit purum , & satis coctum. Vnde in cap. *Cum omne crimen*. de consecrat. dist. 2. dicitur , si necesse sit , posse borrum in calice exprimi , & aqua misceri , & ita confici Eucharistiam. Ita docent communiter Doctores , D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 6. & 7. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 45. sect. 1. §. *Tertio sequitur*. col. 1. fol. 597. Toletus lib. 2. Summæ , cap. 25. num. 4. Sà verbo , *Missæ* , num. 2. Henriquez lib. 8. Eucharistia , cap. 12. num. 1. ad finem. Syluester verbo , *Eucharistia* , 1. num. 4. Tabiena §. 17. & alij communiter. Sic mos est in aliquibus Cathedralibus , in die festi Transfigurationis , ad significandam innoationem Resurrectionis Christi Domini , admisceri vino calicis expressionem aliquam recentem vuarum , vt fit Bracharæ in templo maximo ex antiquissima consuetudine : non tamen fit tota consecratio in musto recentè ex visis expresso ; sed , vt dixi , aliqua grana exprimuntur in vino præiacenti in calice , ad significandum prædictum mysterium innoationis ex Resurrectione Christi. Vnde , vt optimè animaduertit Soarius , non constat , quòd tota consecratio vllibi fiat in musto : & si alibi talis consuetudo esset , profectò corrigenda esset , & tollenda propter indecentiam , & inconuenientiam : nam , vbi nulla necessitas adest , id cohonestari non potest. Possunt tamen , addit Soarius , per modum cæremonie , in calice habente iam perfectum vinum , aliqua vna exprimi , quia id minus habet indecentiam , & ita fit Bracharæ in templo maximo , vt dixi , in die Transfigurationis : extra verò illum diem id nullo modo licet efficere. Rationes autem , ob quas in musto in necessitate consecrari potest , & confici Sacramentum , hæc sunt : primò , quia mustum in substantia est vinum potabile , ex vite , & inebriare solet , & vinum appellatur mustum in sacris Litteris , Actor. 2. *Musto pleni sunt isti*. Isaias 49. *Quasi musto sanguine suo inebriabuntur*. In vsu etiam hominum aliquando est : quia reuera est materia potabilis , & interdum bibitur : ergo nihil illi deest , vt fit materia de substantia Sacramenti : nam illa imperfectio , quam habet ante decoctionem , sufficit quidem , vt peccatum sit in illo conficere absque necessitate ex suo genere mortale , & propter Ecclesie consuetudinem , & propter irreuerentiam Sacramenti : quia mustum solum differt à vino accidentaliter : vinum enim est , sed non omninò perfectum , nec purum : quia nondum separatus est aqueus humor , flos , & fex , quæ per decoctionem illius à vino discerni solent. Vnde Aristoteles lib. 4. Meteororum , cap. 10. mustum vocat vinum recens , & id ipsum vocat Isidorus lib. 20. Erymologiarum , cap. 3. vbi illud appellat vinum è lacu , seu torculari statim sublatum. Nec obstat , quòd mustum non sit communiter materia potabilis : sufficit enim , quòd interdum sit potabilis , & quòd simpliciter sit vinum ,

D. Thom.  
Soar.  
Tolet.  
Sà.  
Henriq.  
Syluest.  
Tab.

Arist.  
Isidor.

nam etiam panis azymus communiter non est in vsu hominum ; quia tamen simpliciter est panis , & interdum vsualis , simpliciter est materia necessaria : frequentius enim non bibitur mustum propter nimiam fortitudinem , & impuritatem ; per se tamen aptum est ad potum , & simpliciter est vinum , vt dictum manet.

6. Quid de rora , vappave Lusitanè , *aguape* ; Italicè , *aquarollo* ? Syluester verbo *Eucharistia* , 1. num. 4. dicit , simpliciter non esse materiam , nec licitam , nec validam huius Sacramenti : quia non est vinum , sed aqua superinfusa super acinos vuarum , habens aliquantulum acumen vini , & colorem. Cum Syluestro consentiunt communiter Doctores , Henriquez lib. 8. Eucharistia , cap. 12. num. 2. Paludanus distinctio 11. quæst. 1. Tabiena §. 18. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 65. sect. 1. §. *Hic verò dubitare*. fol. 597. col. 2. Adde Plinium lib. 14. cap. 10. vbi negat esse vinum. Secùs tamen esset , addit Henriquez ad marginem , littera L , si parum aquæ infunderetur visis malè compressis. Et id probat Soarius allegatus : dicit enim de lora iudicandum esse iuxta maiorem , vel minorem aquæ mixtionem , atque infusionem , & vuarum expressionem : semper tamen , concludit Soarius , erit grauius sacrilegium , in hac materia conficere propter dubium , & irreuerentiam. Non est tamen hac in re præcipitandum iudicium : sed id prudenter , & attentè considerandum est ex circumstantiis , & prædictis mixtionibus , vt diximus : scio enim , in Æthiopia , ex defectu vini , assumere Catholicos , & Patres nostræ Societatis vvas non ita passas , & eas aqua superinfundere , quoad vsque lentescant , & postea exprimunt , ex quibus fit vinum , in quo consecrant , satis generosum : & primas auctor huius rei fuit sanctissimus vir Andreas de Oniedo , Patriarcha eiusdem Æthiopiæ , insignis miraculorum parrator apud eas gentes : de illo enim tot , tantaque miracula non solum referuntur , sed etiam testibus probatissimis , grauissimisque testimoniis comprobantur , vt meritò alter Thaumaturgus appellari possit.

Henriq.  
Paludan.  
Tab.  
Soarius.  
Plin.

7. Sapa , vel *arropè* , simpliciter non est materia huius Sacramenti : negat enim Aristoteles lib. 4. Meteororum , cap. 9. & 10. simpliciter esse vinum , licet aliquando vinum passum , vel coctum vocet : per decoctionem enim illam , & applicationem ignis , speciem vini mutat : & tandem non est vinum vsuale ; non enim illo per modum potus vtuntur homines , sed per modum esculentis , vt patet. Et ita docet etiam Henriquez lib. 8. Eucharistia , cap. 12. num. 2. ad marginem , littera K. Et idem dicendum est de aqua vitæ , Lusitanè , *agua ardente* , quæ distillatur ex vino , & de balsamo , quod distillatur ex quodam genere vitium in Palestina , teste eodem Henrico , & Paludano , ac Tabiena , vbi saprà. Idem etiam est dicendum de aqua expressa de panno intincto vino rubeo , quia ibi non est vinum , sed aqua rubea , aut vinata , vinòque illita & intincta : vnde hoc damnatur cap. *Cum omne*. de consecrat. distinctio 2.

8. De vino congelato , an sufficiens materia sit , est duplex sententia. Prima negat. Eam tenet Fumus verbo , *Eucharistia* , num. 19. Ledesma quæst. 15. dub. 1. Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 11. Henriquez lib. 8. Eucharistia , cap. 12. num. 3. & communiter recentiores. Fundamentum illorum est , primò , quia , vt in aqua congelata non potest fieri validè Baptismus ; sic nec in vino congelato validè fieri poterit Eucharistia : vinum enim congelatum , quatenus congelatum est , non est potabile , sed comestibile. Secundo , quia per huiusmodi congelationem , vinum substantialiter corrumpitur , cuius indicium est , quia perdit colorem , saporem , & similes qualitates :

6. Syluest.

Henriq.  
Paludan.  
Tab.  
Soarius.  
Plin.

7. Aristot.

Henriq.

8. Fumus.  
Ledesm.  
Alanus.  
Henriq.

tates : & iuxta hoc fundamentum etiam dicendum est , si vinum consecratum congeletur , desinere ibi esse sanguinem Christi ; & si vinum congelatum iterum liquecat , non esse sufficientem materiam , quia iam corruptum fuit , & per solam liquefactionem non posse iterum ad formam vini amissam redire. Tertio , quia vinum congelatum non habet formam , & rationem potus : sed hoc coincidit cum primo fundamento , & idèd fortius non vrgetur , nec amplius explicatur.

9. Secunda affirmat , esse materiam sufficientem , non tamen conuenientem ; & idèd in vino congelato validè fieri posse Eucharistiam , non tamen licitè , neque absque sacrilegio , propter irreuerentiam illius. Ita docet Syluester verbo , *Eucharistia* , 20. q. 10. n. 15. Sà verbo , *Missæ* , num. 3. Angelus verbo etiam , *Missæ* , n. 23. Sotus distinctio 9. q. 1. art. 5. Soarius tomo 3. in 3. p. D. Thomæ , disp. 45. sect. 1. fol. 598. col. 1. §. *Secunda sententia*. Probatur primò , quia vinum consecratum , si congeletur retinet consecrationem , & sanguinem Christi , quod expressè supponitur in Missali Romano , in defectibus Missæ , vbi dicitur , si contingat in calice vinum consecratum congelari , debere liqueferi & consumi tantum verum Sacramentum. Et ratio est : quia reuera non est substantialiter corruptum : cuius signum est : quia , si postea liquegat , habet qualitates , & effectus vini : si autem fuisset corruptum , & per corruptionem amississet speciem , non posset iterum ad vini naturam per solam liquefactionem redire. Et confirmatur : quia oleum per concretionem non corrumpitur , & per colliquefactionem iterum ad qualitates antiquas redit : aqua etiam non corrumpitur per eandem concretionem ; quomodo ergo corrumpetur vinum ? Ex quo inferitur , concretum vinum , si liquefiat , posse esse materiam licitam , & validam huius Sacramenti : ergo sequitur etiam , vinum concretum , quia concretum est , esse materiam sufficientem huius Sacramenti : non tamen conuenientem ; & in eo validè non tamen licitè posse consecrari : nam vinum congelatum , quia congelatum est , reuera est vinum vitis , & consequenter est per se materia potabilis , accidentarium enim est ; quòd sub illa congelatione non sit potabile ; & satis est , quòd ex se , & ab intrinseco habeat formam potabilem , ad quam facile & ab intrinseco redire potest. Et ad fundamenta primæ sententia respondendum est , esse diuersam rationem inter confectionem huius Sacramenti , & Baptismi : nam hoc Sacramentum non consistit in actuali vsu , & actione : sed consistit in materia , & in speciebus consecratis : vnde peracta actione consecrandi manet Sacramentum ; & peracta actione baptizandi , & applicatione illa actuali aquæ , iam non manet Sacramentum : & idèd satis est , quòd materia Eucharistia sit vinum : nam , licet tunc non possit licitè propter congelationem consecrari , donec liquefiat ; poterit tamen validè. Baptismus verò nec licitè , nec validè fieri potest in aqua , & cum aqua congelata : quia materia proxima Baptismi est ablutio , & ipse Baptismus consistit in vsu , & actuali applicatione aquæ , quæ abluat : aqua autem congelata ante liquefactionem abluere non potest ; & idèd dum non redigitur ad eam formam , in qua possit abluere , & lauare , nec licitè , nec validè inferuire potest ad Baptismum.

Syluest.  
Sà.  
Angel.  
Sot.  
Soar.  
D. Thom.

10.

Sacramentum validè , licet non licitè : nam , propter eam retinet Sacramentum , quia adhuc congelatum manet vinum : ergo , si congelatum vinum manet , in eo etiam concreto , ac congelato consecrari poterit , cum per accidens sit , quòd sub illa incrustatione , ac congelatione non sit potabile. Verùm istud fundamentum ( vt dixi ) non est admodum firmum : quia minus sufficit , vt conseruetur corpus , ac sanguis Christi , in speciebus consecratis ; quàm vt de nouo consecratur materia , & in eam introducat corpus & sanguis Christi : nam , si congeletur species vini , manet in illis sanguis Christi , cum facile liquefactione fiant potabiles , vt manet , cum particula hostiæ miscetur sanguini Christi , licet videatur massa , & cum species panis consecrati digitis compressa massa sit , cum tamen in massa cruda non fiat consecratio : sic etiam in vino concreto non fiet consecratio ; retinebitur tamen , & conseruabitur , cum par sit vtrobique ratio. Er certè propter has rationes manet saltem vinum congelatum , materia dubia huius Sacramenti , & manet vtraque opinio probabilis , & in materia dubia & incerta nunquam practicè , & moraliter Sacramentum confici potest , vt diximus cap. 1. huius libri , n. 17. & idèd Soarius citatus dicto tomo 3. in 3. part. disput. 45. sect. 1. §. *Vnde tertio*. sine fol. 598. col. 1. ait , non licere in vino congelato consecrari propter dubium : quia sententia , quæ docet in eo non fieri consecrationem , est etiam probabilis , & ibidem etiam in §. *Et ex hoc inferitur secundò*. ad finem paragraphi , docet , si contingat , in Missa inueniri concretum , ac congelatum vinum ante consecrationem , etiam post oblationem , esse optimum consilium mutare , & iterum offerre ac postea consecrare : & ego credo , non solum esse optimum consilium , sed necessariò id faciendum esse : nam fortè etiam materia dubia non est sufficiens materia huius Sacramenti , nec in ea validè consecrari potest ; aut Sacramentum effici , si dubium sit practicum , & non speculatiuum , vt diximus cap. 1. huius libri , n. 17. ad quem locum te remittimus , quod enim ibi probatum est , hic erit accommodandum.

Soar.

11.

Si vinum cum melle , faccaro , butyro , vel aliis speciebus aromaticis , & floribus condidatur , ac decoquatur , nullo modo est materia huius Sacramenti , nec valida , nec licita : quia mutat speciem , vt diximus num. 7. est enim species sapa , vel arropis. Ita docet Henr. lib. 8. Eucharistia , c. 12. n. 13. sine. Concilium Carthaginense II. cap. 24. Arelatense IV. c. 4. & certè Cælius Rodiginus lib. 4. Antiquitatum , cap. 13. non vinum simpliciter , sed claream , claretum , aut nectar , appellat. Nec obstat lex , *Si quis vina*. la 2. & sequentes. ff. de optione legata. Cuiacius lib. 11. cap. 30. & Verrucius de verborum significatione , lib. 19. vers. *Vino legato*. vbi docent , vino vendito , aut legato , comprehendi etiam iure , vinum ita confectionem , quod claream , seu claretum vocant : sed id fit ex coniecturata potiùs mente testatoris , & venditoris , aut ex consuetudine loci prouenit potiùs , quàm ex proprietate vocis , & rei , vt optimè animaduertit Henriquez allegatus.

Henriq.  
Conc. Cart.  
Conc. Arel.  
Cæli. Rod.

Cuiac.  
Verruc.

12.

Dubium tamen hic restat explicandum , vtrum , scilicet , inferuiat ad consecrationem , & confectionem huius Sacramenti illud vinum , cui aliquis liquor , aut aqua , etiam rosacea , permiscetur ? Respondeo , si sit liquor eiusdem speciei cum vino , v. c. si vinum rubeum miscetur vino albo , aut è conuerso , remanere quidem idem vinum specie , licet non remaneat idem vinum numero , si in magna quantitate permiscetur ; & idèd semper manere materiam licitam , & validam Sacramenti. Si autem miscetur per exigua quantitas vnus vini alteri vino , manere quidem idem numero , & specie vinum , & consequenter esse aptissimam etiam materiam huius



huius Sacramenti. Quando verò liquor alterius speciei vino admiscetur, v. c. aqua rosacea, vel aqua pura, vel quid simile, aut miscetur in magna quantitate, aut in parua & perexigua; si in magna quantitate, cum illa magna quantitas diffundatur per totum vinum, illudque permeet, transiret in quoddam tertium mistum, distinctum specie à vino: nam, vt philosophicum effectum est, quod permiscum est ex duobus, neutrum mistibile est; sed vtrunque transit in quoddam tertium, ex his duobus compositum: & sic consequenter non remanebit vinum antea existens, nec sufficiens materia Sacramenti, sed tertium quid compositum specie distinctum à vino. Si in parua quantitate misceretur, adhuc idem manebit specie, & numero vinum, & consequenter aptissima materia Eucharistiæ: sicut enim, si farinae triticæ, aut tritico miscerentur aliqua grana hordeacea, non idèd tolleretur rationem tritici, nec rationem conuenientis materiæ: ita, si parua quantitas liquoris speciei alterius in vino commiscetur, non tollit veram rationem vini, vt patet. Et ita docet Syluester verbo, Eucharistia, 1. num. 5. Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 44. sect. 1. §. Quarto sequitur. fol. 87. col. 2. & omnes, quos citauimus cap. 1. libri huius secundi, num. 9.

CAPVT. IV.

Virum aqua, quæ miscetur vino, sit de necessitate Sacramenti, & sit materia illius, an solum sit de necessitate præcepti à Christo Domino impositi; vel solum de more, & consuetudine Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

- An mixtio aquæ cum vino sit de necessitate Sacramenti: refertur opinio affirmans. num. 1. Refertur hæresis Armenorum asserentium, aquam nullo modo immiscendam vino, & non efficere Sacramentum, qui illam miscunt. num. 2. Astruitur vera opinio Catholicorum affirmans, aquam esse materiam necessariam necessitate præcepti. num. 3. Respondetur ad fundamenta primæ opinionis. num. 4. An aqua vino immixta conuertatur immediatè in sanguinem Christi: refertur opinio negans; affirmans tamen conuerti immediatè in honorem phlegmaticum Christi. num. 5. Refertur opinio aliorum affirmans, aquam nullo modo conuerti; sed semper manere aquam in propria specie. ibid. vers. Alij dixerunt. Explicatur vera sententia affirmans, aquam conuerti prius in vinum, deinde in sanguinem. num. 6. Quid, si contingat, tempore consecrationis aquam nandam esse in vinum conuersam. num. 7. Refertur opinio docens, tunc in sanguinem immediatè conuerti; reicitur. ibid. Astruitur vera sententia docens, aquam, nisi sit in vinum conuersa, manere in propria specie. num. 8. Soluuntur argumenta facta pro prima opinione n. 5. explicata. num. 9. An præceptum immiscendi aquam vino, sit de iure diuino refertur sententia affirmans. num. 10. Astruitur sententia asserens, esse iuris humani. n. 11. A quo fuerit hoc præceptum impositum. num. 12. An Christus Dominus consecraverit in puro vino, an admiscerit aquam. num. 13.

In qua quantitate aqua miscenda sit. num. 14. & 15. Qui debeat aquam in calicem immittere. num. 16.

Multa dubia in titulo inuoluuntur. Primum est, vtrum necessarium sit, necessitate Sacramenti, aquam vino immiscere. Qua de re triplex est sententia. Prima docet, mixtionem aquæ esse de necessitate Sacramenti: ita vt si purum ac merum vinum quis intendat consecrare, nihil efficiat. Ita docet Arimachanus lib. 9. cap. 9. de quætionibus Armenorum. Videtur tenere D. Bernardus epist. 69. aliàs 96. & D. Cyprianus lib. 2. epistol. 3. inter medium, & finem; & refertur distinct. 2. de consecratione, cap. Sicut. vbi ita: Sicut in sacrificando calicem Domini, sola aqua minimè potest, quomodo nec solum vinum potest: nam, si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo, (aliàs, sine nobis: ) quando enim vtrumque miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulantur, tunc Sacramentum efficitur. Et infra: Quomodo nec corpus Domini potest esse in sola farina, (supple sine aqua) nisi vtrumque adunatum fuerit & copulatum, & panis vnius compage solidatum. Hæc ibi. & in cap. Non oportet. eadem distinctione 2. de consecratione, sic dicitur: Non oportet aliud quid Sacramento offerri præter vinum, & aquam, & panem, quæ in typo Christi benedicuntur, id est consecrantur: quia, dum in cruce Christus penderet, de corpore eius sanguis effluxit & aqua. Eadem ergo necessitate ibi aqua requiritur, qua requiritur vinum & panis, sed hæc sunt de necessitate Sacramenti: ergo & aqua erit de necessitate illius. Et eadem dist. & tit. cap. Cum omne crimen. ita dicitur: Si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Et Glossa ibi explicat, sine nobis, id est, nobis non profuisse ostenditur. Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Et infra: Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum: sicut ergo, qui consecraret aquam solam, non efficere Sacramentum: ita etiam illud non efficiet, qui solum vinum consecraverit. Et idem docet D. Cyprianus lib. 2. epist. 3. aliàs 63. vbi dicit. Contra diuinum mandatum, & institutionem fieri, si aqua vino non miscetur. Et statim subdit: Ita non posse consecrari vinum solum, sicut nec aquam solam, sed vtrumque mixtum. Et in canone 32. Trullano, & in Concilio Arelatensi IV. cap. 4. & in Concilio Africano cap. 4. & Carthaginensi III. c. 24. præcipitur, vt in Sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est, panis, & vinum, & aqua mistum. Et verò Bellarminus tomo 2. lib. 4. cap. 10. de Eucharistia, §. Porro. fol. 98. col. 1. dicit, non esse aded certum, quod possit consistere Sacramentum Eucharistiæ sine aqua: ita enim ille: Virum autem sine aqua Sacramentum hoc consistere possit, non est aded certum: communis tamen opinio in partem affirmatiuam propendet. Probatur ergo rationibus: primò, quia illa materia, quam Christus instituit, est de ratione Sacramenti: sed vinum aqua mixtum, est necessarium ex Christi institutione: ergo est de necessitate Sacramenti. Minor probatur: quia Christus Dominus confecit hoc Sacramentum ex vino aqua misto, vt habetur ex antiquissima traditione Patrum: vnde Iacobus in sua liturgia, hoc est, in officio Missæ: Similiter (inquit) postquam cœnauit accipiens calicem, & permiscens ex vino & aqua. Et idem habet D. Basilius in sua, & Clemens lib. 8. Const. Apost. cap. 12. aliàs 17. Irenæus lib. 4. cap. 57. vbi vocat temperamentum calicis, & Theodoretus in Dialogo 1. circa medium. Secundò, quia sacrificium incruentum Missæ est memoriale quoddam, & significatio expressiua sacrificij cruenti, quod Christus in cruce pendens Patri obtulit: sed

1.

Armach. D. Bern. D. Cypri.

Bellarm.

D. Iacob.

D. Basil. D. Clem. D. Iren.

ex

ex latere Christi in cruce pendens exiuit sanguis & aqua: ergo, sicut vinum, quod est Sacramentum sanguinis, est de necessitate Sacramenti; ita erit pariter & aqua. Tertio, quia, si aqua non esset de necessitate huius Sacramenti, non referret quancumque aquam huic Sacramento apponi, & ita posset apponi aqua rosacea, vel quæcunque alia aqua, quod tamen non habet vsus Ecclesiæ: signum ergo est, quod aqua naturalis sit de necessitate illius.

Secunda sententia è regione contraria docet, aquam nullo modo esse miscendam vino, peccareque mortaliter, qui hoc efficiunt, & Sacramentum non efficere. Est hic error hæresis grauissima Armenorum, vt refert Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thom. disput. 45. sectione 2. §. Secunda sententia fol. 99. col. 1. qui aquam vino non immiscet, ad significandum, Christum Dominum vniam tantum habuisse naturam diuinam; non autem habuisse humanam: quæ etiam hæresis est grauissima. Multi etiam Auctores Latini, & grauiissimi, hunc errorem Armenorum Græcis tribuunt, inter quos est Glossa ordinaria 1. Corinth. 11. Innocent. lib. 4. de sacrificio Missæ, cap. 22. Gabriel lect. 35. in Canonem Missæ. Durandus distinct. 11. quæst. 5. Soto distinct. 9. quæst. 1. artic. 6. Alanus lib. 1. Euch. cap. 13. Sed patet ex Concilio Florentino sub Eugenio I V. Græcos aquam vino solitos immiscere, ad significandam vnionem, duarum naturarum in Verbo diuino: corrigendi ergo sunt prædicti Auctores, quatenus errorem Armenorum Græcis tribuunt. Ad errorem verò & hæresim Armenorum accedit Caluinus, affirmans in sacrificio Missæ non esse aquam vino infundendam, & nullum Sacramentum efficere, qui hoc efficeret, nempe, homo hic osor erat aquæ, amicus vini. Lutherus autem, referente Sandetio lib. 7. visibilis Monarchiæ anno 1549. modestius aliquantulum loquitur: Nondum enim (inquit) mecum constitui, miscendam sit aqua vino; nisi postea sinistra, & pessima existimatione huius Sacramenti omnia cœdaret, harpiarum more. Fundamentum Armenorum, & Caluianorum esse potest: quia aqua non est de necessitate Sacramenti: cum materia autem Sacramenti nihil immiscendum est, quod materia non sit, præcipue in hoc Sacramento, in quo materia conuertitur in Christi sanguinem.

Tertia opinio vera & Catholica docet, aquam necessariò de necessitate præcepti esse vino immiscendam, non tamen de necessitate Sacramenti, & idèd peccare lethalter, & sacrilegium committere illum Sacerdotem, qui absque illa consecraret, verum tamen Sacramentum efficere: atque adeo dici posse materiam necessariam de necessitate præcepti, non Sacramenti. Est conclusio certa de fide, patet ex Concilio Tridentino sessione 22. cap. 7. & canone 9. vbi sic dicitur: Monet sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent; tum, quia à latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur; & cum aqua in Apocalysi beati Ioannis cap. 17. populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vino representatur. Et ex Concilio Florentino sub Eugenio I V. & ex Carthaginensi cap. 24. & ex Bacharensi I I I. cap. 1. & cap. Cum ante de celebratione Missarum, & ex Gratiano de consecrat. distinct. 2. per priora capita multa Sacerdotum dicta congerente atque citante. Patet etiam ex cap. In quadam. & cap. Cum Marthea, de celebratione Missarum, in Decretalibus & ex Iulio I. cap. Cum omne crimen. de consecrat. distinct. 2. & denique hoc ipsum ex vniuersa totius Ecclesiæ con-

Gloss. Innoc. Gabriel. Durand. Soto. Alanus.

Conc. Trid.

Conc. Flor. Conc. Carthag. Conc. Brac.

suetudine & traditione habetur, quæ traditio & consuetudo est potissimum huius veritatis fundamentum, quam traditionem, & consuetudinem tradunt in primis Iustinus Martyr Apologia 2. pro Christianis, circa finem. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. ad finem. Augustinus tract. 120. in Ioannem, & alij passim. Ex Scholasticis ita docet D. Thomas 3. part. quæst. 64. art. 7. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 45. sect. 2. §. Dico tertio. fol. 600. columna 2. initio. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 12. num. 4. Soto distinct. 9. quæst. 1. art. 6. post conclusionem 2. Hostius cap. 40. Alanus lib. 1. de Eucharistia, cap. 13. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. & alij passim, & idipsum docet etiam Catechismus Pij V. in materia de Eucharistia. Probatur ergo, quod aqua non sit materia necessaria necessitate Sacramenti, optima ratione Innocentij lib. 4. de sacrificio Missæ, cap. 22. primo, quia aqua, quæ vino admiscetur, est tandem in vinum conuertenda, & sic totum, quod consecratur, est vinum: non enim consecratur aqua per se ipsa, sed per fusa vino, etiam in vini substantiam conuersa, vt habetur expressè cap. Cum Marthea. de celebratione Missarum, vers. Quæstus etiam ibi: Per idem inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur, quæ asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari. & paulò ante dixerat: Cum in vinum transeat mixta & per fusa vino. Et addit: Licet Physici contrarium asserant, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Et hoc idèd dicit Summus Pontifex, quia opinio est nonnullorum Philosophorum, aquam infusam vino non ita in substantiam vini transire, & per minima commisceri, vt inseparabilis sit: quod probant exemplo: nam medulla iunci scirpi potest separari à vino. Sed hoc facile illudetur, si dicas, non separari quidem ipsam aquam puram, & deæcatam, quemadmodum in vinum fuit iniecta; sed separari humorem aqueum ipsius vini crassum quidem, quod difficile in vinum conuertitur: imò nunquam conuertitur. Sed hac de re postea num. 5. redibit sermo. Ergo, cum aqua prius in vinum conuertatur, quam consecratur, sequitur non magis pertinere ad necessitatem Sacramenti addere illam guttam aquæ, quam vini. Deinde, quia illa commissio fit ad representanda ea, quæ non sunt de essentia Sacramenti: fit enim ad representandam illam vnionem, quam populus Christianus cum Christo capite habet, vt constat ex loco Concilij Tridentini citato: ista autem vnio non est de necessitate Sacramenti, vt patet; & idèd aqua non offertur seorsum à vino in sacrificio Missæ, sicut vinum offertur seorsum à pane, sed aqua offertur vino permixta, vt ostendatur, quod vinum per se pertinet ad essentiam & necessitatem Sacramenti; aqua autem non item, sed ex præcepto tantum, ad significandam, vt dixi illam vnionem, quam Christus habet cum populo, & populus Christianus cum Christo tanquam cum capite. Quod verò ex præcepto tantum aqua sit vino immiscenda, probatur facile: quia Concilium Tridentinum allegatum, dicit, præceptum esse Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miscerent; & ex antiqua traditione ita habetur, & patet infra num. 5. & 6.

Ad fundamenta primæ opinionis respondeo, capita illa allegata esse deducta ex D. Cypriano ex lib. 2. epistola 3. & congesta atque ordinata à Gratiano, & D. Cyprianum in ea esse sententia, vt asserat aquam quidem non esse materiam de essentia Sacramenti, in eadem enim epistola ita ait: Si aliquis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non obseruauerit, vt scilicet, aquam nõ misceret vino in Sacramento, potest simplicitati eius venia concedi. Fit ergo Sacramentum verum sine aqua in opinione

D. Iust. D. Ambr. D. Aug.

D. Thom. Soar.

Sot. Hof. Alanus. Tol. Cath. Rom.

Innoc.

4. D. Cypri.

D.Thom.

opinione D. Cypriani, vt optimè refert D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 7. vers. *Sed contra*. Non enim dicit Cyprianus, non efficere Sacramentum; sed posse illis ignorantiam condonari, quòd aquam vino non infundant. Ad primum ergo cap. *Sicut*. de consecr. distinct. 2. respondemus cum Diu. Thoma allegato art. 7. ad primum, Cyprianum ibi dicere solum vinum offerri & consecrari non posse, quia id licitè fieri non potest: id enim, quod non potest fieri licitè, simpliciter fieri non posse dicimus: similitudo autem illa, quam affert de aqua, quæ est de essentia panis, non idè ab illo affertur, quasi puter, similiter etiam esse de essentia huius Sacramenti mixtionem aquæ cum vino. Et idè ea similitudo tantum attendenda est, quantum ad id, quod licitè debet fieri, non quoad necessitatem Sacramenti: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini. Ad cap. *Non oportet*. respondemus, ex eo non colligi, aquam esse materiam necessariam necessitate Sacramenti, per se, sed in vinum conuersam; atque adèd ipsum vinum tantum esse materiam necessariam illius: aquam verò ex præcepto vino immiscendam. Ad cap. *Cum omne crimen*. eadem distinctione 2. respondeo, optimè in eo cap. dici non posse in hoc Sacramento consecrari, & offerri aquam solum, aut vinum solum, quod intelligendum est licitè: id enim simpliciter dicimus fieri non posse, quod licitè fieri non potest: & id respondendum est ad verba D. Cypriani. Ad rationem primam respondeo, non omnia, quæ Christus apposuit, mansisse de necessitate Sacramenti: nam ipse consecrauit azymum, quod supra probatum est, non esse de necessitate Sacramenti: manserunt tamen, quæ Christus fecit: de necessitate præcepti. Ad rationem respondeo cum Diu. Thoma 3. part. q. 74. artic. 7. ad 2. verum esse, sacrificium Missæ esse expressiuum & memoriale sacrificij cruenti crucis, effusionemque aquæ ex latere Christi non fuisse de necessitate passionis, & mortis Christi, sicut fuit effusio sanguinis; sed ad significandum effectum passionis Christi, qui est ablutio peccatorum; & idèd aquam non offerri separatim à vino, sed permixtam vino, vt ostendatur, quòd vinum per se pertinet ad necessitatem huius Sacramenti; aqua autem secundum quod adiungitur vino. Ad tertiam rationem respondet idem D. Thomas allegatus, ad tertium, cum aqua non sit de necessitate huius Sacramenti, parum referre, quantum ad necessitatem illius, quòd quæcunque aqua vino infundatur, admisceaturve, quauis peccatum graue ac mortiferum sit aliam miscere, nisi naturalem: quia de latere Christi pendens in cruce vera & naturalis aqua effluxit, quia verò de intrinseca ratione, necessitate, & substantia panis est, quòd aqua admisceatur farinæ triticeæ, & illa subigatur, vt fiat panis, idèd si farinæ admisceatur aqua rosacea, vel quicunque alius liquor, non vera aqua, non posset ex eo fieri Sacramentum, quia non esset verus panis, iuxta ea, quæ diximus lib. 2. cap. 1. num. 14. & 13. sed obsonium.

5.

Secundum dubium est, vtrum aqua vino immiscetur conuertatur in sanguinem Christi. Quidam dixerunt, aquam, ex vi verborum consecrationis, non conuerti in sanguinem Christi, sed in phlegmaticum humorem, ad ostendendum Christum Dominum, verum hominem fuisse, compositum ex quatuor humoribus: & ad significandam eam aquam, quæ fluxit ex latere Christi pendens in cruce, quæ etiam non fuit vera, & naturalis aqua, sed phlegmaticus humor, quem Christus emisit, ad significandum se verum hominem fuisse. Verum hæc sententia tanquam absurda, & erronea damnatur ab Innocentio III. Papa cap. *Cum Martha*. & cap.

*In quadam*. de celebratione Missarum, & illa etiam damnat D. Thomas 3. part. quæst. 74. art. 7. ad tertium, quia non est negandum, veram, & naturalem aquam Baptismi profluxisse ex latere Christi ad abluentionem peccatorum: nam vt optimè notat Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 45. sect. 4. initio, fol. 602. col. 2. hæreticum est negare, aquam, quæ de latere Christi effluxit, fuisse veram, & naturalem aquam: est enim contra vim verborum Euangeliorum, contra communem sensum Patrum, & contra intelligentiam Ecclesiæ: id enim de fide definit Innocentius III. cap. *In quadam*. de celebratione Missarum, quia Ioannes 19. disertè dicit: *Exiuit sanguis, & aqua*. & id docet etiam Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 12. num. 4. vbi ad marginem multos Patres, ac Doctores in hanc sententiam allegat: nam aliunde satis probauit Christus Dominus, se esse verum hominem edendo, patièdo, ambulando, loquendo, sentièdo: quare non erat opus, vt hanc nobis veritatem ostenderet, plegmatici humoris emissionem: & idèd omnes Patres, ac Doctores in eo conspirant, vt dicant, illam aquam, veram aquam fuisse, non naturaliter, sed miraculosè à corpore Christi iam mortui emanantem, ad significandum in Sacramento Baptismi, vera aqua constante, omnia nobis peccata esse abluenda. Alij dixerunt, aquam vino immixtam non conuerti in vinum, nec in sanguinem; sed in propria manere specie, & natura post consecrationem admixtam speciebus vini. Ita refert de illis Innocentius dicto cap. *Cum Martha*. Et ex eo fundamentum accipiebant, quia solum vinum immediatè conuertitur in sanguinem, & solum species eius significant sanguinem: solum ergo illud est materia huius Sacramenti, non aqua. Nec obstat dicere, non conuerti aquam in Christi sanguinem immediatè, sed mediatè: prius enim conuertitur in vinum, & deinde vinum in sanguinem; quia illa conuersio aquæ in vinum, non est ponenda miraculosa; naturalis verò esse non potest, quia naturaliter non conuertitur aqua in vinum: quod experientia patet: nam, si infundas aquam vino, & postea, etiam post multum temporis, applices solum lineum, aut medullam iunci, vel quid simile, vino aqua permixta, profectò aquam separabis à vino, licet non statim, paulatim tamen: non ergo aqua vino infusa in substantiam vini conuertitur, nec vinum censetur habere tantam efficaciam, & virtutem, vt aquam tam citò in sui naturam conuertere & transmutare possit. Dicunt præterea, nullum esse inconueniens ad valorem Sacramenti immisceri aquam vino, si non est conuertenda in sanguinem: quia id sit solum cuiusdam ceremoniæ gratia, quæ si omittatur, mortaliter peccabitur: verum tamen Sacramentum efficietur: præcipitur enim hæc ceremonia ad significandam illam vnionem, quam populi, in aqua representati, iuxta illud Apocalypsis 17. *Aqua multa sunt populi multi*. habent cum Christo eorum capite, virtute eius sanguinis. Hanc sententiam, quam refert Innocentius III. in cap. *Innoc. Cum Martha*. de celebratione Missarum, relinquit ille, vt minus probabilem: & re vera, vt talis, ab omnibus Scholasticis reicitur, à D. Thoma in 3. part. quæst. 74. art. 6. & 7. à Magistro distinct. 11. ab Abulensi quæst. 32. membr. 5. à Gabriele lect. 32. in Canone, à Soto distinct. 6. quæst. 1. art. 6. ab Alano lib. 1. de Euch. cap. 13. qui omnes censent, aquam infundi calici, vt conuertatur in sanguinem.

Innoc.

D.Thom.

Abulensis.

Gabriel.

Soto.

Alanus.

6.

Vera ergo sententia docet, aquam prius conuerti in vinum: deinde in sanguinem: nam, si in debita proportione misceatur: infundaturque, frequentius accidit, quòd in vinum conuertatur. Hanc sequitur Innocentius III. in prædicto cap. *Cum Martha*. de celebrat. Missarum. §. *Quæsiisti etiam*. Auctores modò

Soarius.

modò citati, & Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 45. sectione 4. sequuntur etiam omnes Patres: dicunt enim, aquam vino infusam consecrari, sanctificari, & benedici. Vnde in Canonibus à Martino Episcopo Bracharenfì collectis, canone 55. & in cap. *Non oportet*. distinctione 2. asseritur, hæc tria, panem, vinum, & aquam, in typum Christi benedici. Et D. Cyprianus epistola 63. asserit, calicem Domini non esse vinum solum, neque aquam solum, sed vtrumque mixtum, & hoc esse quod sanctificatur. Et pendet hoc ex principiis Philosophiæ, & in hunc modum probari potest: primò, quia vinum propter calorem suum est maxime actiuum, & illa aqua per mixtionem in minutissimas partes distribuitur, & à vino contrario agente vndique circumdatur, & idèd facillimè in vinum conuertitur, facillimèque vinum ipsum sua actiuitate illum in suam naturam transmutat, vt sentit Aristoteles 1. de generatione, cap. vltimo. Quapropter Sacerdos tam modicam aquam debet vino infundere, vt possit facillè in vinum conuerti, & ea intentione, saltem virtuali, illam debet infundere, vt in vinum conuertatur: quod docet conuersio ipsa, & Concilium Florentinum, dum inquit, modicissimam aquam esse vino infundendam: nam, vt optimè animaduertit Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 45. sect. 4. §. *Difficultas verò*. sine, fol. 603. col. 2. intentio potissima illius modicissimæ quantitatis, quam Ecclesia præcipit, est, vt facillè aqua in vinum conuertatur.

7.

Sed quid, inquires curiosus, si interdum contingat tempore consecrationis aquam non esse in vinum conuersam; quod fieri potest, si tertia pars aquæ, vt Concilium Triburiense admittit, in calicem infundatur, vel si vinum sit natura sua valdè debile, vel nimis densum, ita vt non possit aqua illud facillè permeare; vel denique, si per obliuionem in calice non sit vinum appositum, & postea instante iam consecratione aqua & vinum apponantur, & statim consecratio fiat, quibus casibus ferè euidens est, aquam in vinum non fuisse conuersam: quæres ergo, an tunc maneat aqua sub speciebus vim consecrati in sua specie, & forma propria, admixta, an immediatè conuertatur in sanguinem. Qua de re est duplex sententia. Prima docet, tunc aquam perfusam vino conuerti in sanguinem immixtam: primò, quia moraliter totum illud dicitur vinum, & Christus Dominus eum potum, qui vinum moraliter dicitur, materiam huius Sacramenti instituit: solebant enim Hebræi more gentis suæ, antequam biberent vinum, aqua sobriè temperare, iuxta illud Prouerborum 9. *Sapientia adificauit sibi domum, miscuit vinum*. & huiusmodi vinum sic aqua temperatum, simpliciter, & moraliter modo vinum dicebantur: ergo, potum, & vinum, quod communiter tunc in vsu erat, Christus Dominus materiam Sacramenti instituit. Et profectò ex narratione Euangelistarum constat videtur, quòd Christus Dominus statim, & immediatè post infusionem aquæ in vinum, calicem consecrauerit, antequàm possit aqua in vinum conuerti: nam, vt ex Euangelistis colligitur, statim ac vinum in calicem infudit, consecrauit, deditque discipulis: non ergo expectauit tempus ac moram, quia aqua in vinum fieret conuersio. Secundò, quia, si tunc aqua illa perfusa vino non conuertetur immediatè in sanguinem, sequeretur non posse adorati adoratione lactæ totum illud, quod est in calice, quod non est dicendum. Tertio, quia illud pronomen, *hic*, designat totam materiam potabilem, quæ est in calice: ergo tota illa immediatè conuertitur in sanguinem: ergo, si aqua nondum in formam vini conuersa sit, cum tota sit perfusa vino, & totum illud poculum simpliciter & moraliter dicatur vinum, immediatè

Steph. Fagundæ in quinque præc. Eccles.

in sanguinem conuertetur: quòd verò illud, pronomen, *hic*, totam materiam, quæ est in calice, designat, & tota illa conuertatur in sanguinem Christi, patet: quia alioqui inefficacia, & falsa essent verba formæ consecrationis, quod est hæreticum dicere. Vltimò, quia ita videntur loqui expressè Patres, ac sancti, dum dicunt, totum illud consecrari, & non solum vinum, neque solum aquam, sed totum mixtum, vt vidimus numer. 6. & certè hæc opinio sic explicata valdè est probabilis, & ego eam sequerer, nisi esset auctoritas, & multitudo Doctorum, qui pro parte contraria citantur, vt statim videbimus: eamque expressè tenet Petrus Soto lect. 14. Eucharistiæ, vbi ita ait: *Neque opus est scrupulosè inquirere, vbi aqua apposta maneat: totum enim, quod in calice est, vinum est, & illud conuertitur in sanguinem Christi: hoc est, vinum moraliter est, quia vinum communiter, & in vsu hominum politico dicitur*. Eam etiam tenet Alanus lib. 1. de Eucharistia, cap. 13. vbi sic loquitur: *Probabilius est, quod omnium penè ecclesiasticorum Scriptorum iudicio defenditur, aquam modicè infusam in vini substantiam prorsus desinere; & tamen si id non fieret, sed existeret aqua in variis, & abditis vini partibus diffusa, faceret nihilominus vinum, non specie, sed permissione, & totum illud (modò vinum prædominantem partem obtineret) conuertetur in sanguinem Dominicum, idque certa fide tenendum est, vtrunque illud aliud, cum in natura obscuritate positum sit, ignoretur. Excessit tamen (inquit Soarius statim allegandus) hic Auctor, cum dicit, hoc certa fide tenendum esse: quia neque est certa fides, neque multorum Doctorum auctoritate tenetur ea opinio. Eam etiam videtur tenere Iansenius in Concordia, cap. 131. in illa verba, *Similiter & calicem*, & fauet etiam sexta Synodus canone 32.*

Petrus Soto.

Alanus.

Soar.

Iansenius.

8.

Secunda ergo opinio, ac sententia docet, aquam, nisi sit conuersa in vinum, non conuerti in sanguinem; sed manere in propria specie. Eam tenet expressè D. Thomas quæst. 74. artic. 8. 3. part. Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 45. sect. 4. §. *Nihilominus*. fol. 604. col. 2. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, c. 12. numero 4. Catechismus Pij V. vbi de Eucharistia, Rabanus lib. de corpore Domini, cap. 4. Alensis 4. part. quæst. 32. membr. 5. art. 2. & 3. Soto distinct. 11. in 4. quæst. 7. Richardus ibi. quæstione 5. art. 2. Maior quæst. 2. Paludanus quæstione 1. a. 7. Gabriel lectione 35. in Canonem Syluester verbo, *Eucharistia* 1. §. 3. Tabiena ibi. §. 22. Soto, Ledesma, & cæteri recentiores Theologi putant, rem esse certam. Primò, quia Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. & 4. & Florentinum sub Eugenio I V. asserunt, vinum conuerti in sanguinem: de qua autem, si ita maneat, & in vinum non conuertatur, nihil dicunt. Et idèd hanc sententiam probabiliorum sequitur, & amplectitur Innocentius III. in dicto cap. *Cum Martha*. de celebratione Missarum. Secundò, quia materia consecrationis, & Eucharistiæ solum est vinum, cui aqua immiscetur, non vt materia, sed per modum ceremoniæ, ad significandam vnionem, quam omnes Christiani, & populi significati in aqua cum Christo Domino virtute eius sanguinis habent: sola autem materia est, quæ conuertitur, vt per se constat: ergo, cum aqua non sit materia huius Sacramenti, quæ aqua est, nullo modo in sanguinem conuertetur, nisi prius conuersa fuerit in vinum. Antecedens aperte probatur, & elicitur ex Concilio Florentino: nam prius dixit simpliciter, vinum esse materiam Sacramenti, postea addidit, cui modicissima aqua est immiscenda, ad significandum solum vinum esse materiam necessariam huius Sacramenti: aquam verò ceremoniam, ex præcepto faciendam. Tertio, quia, si aqua æqualiter, ac vinum conuertetur in sanguinem Christi; æquè

D.Thom.

Soarius.

Henriq.

Pius V.

Rabanus.

Alensis.

Soto.

Richard.

Maior.

Paludan.

Gabriel.

Syluest.

Tabiena.

Soto.

Led.

Conc. Trid.

& Florent.

Innocent.

DDd

etiam,





Iennibus Subdiaconus, præfente Sacerdote, solet infundere aquam in calicem à Sacerdote benedictum, vt habetur in Missali Romano. Sed in hoc sunt diuersi modi, diuersæque consuetudines, præsertim in Missis solemnioribus, quæ in vnaquaque prouincia, & religione sequendæ erunt: in priuatis tamen Missis nisi Sacerdos ipse debet, eam aquam benedicere, & infundere, vt docet Ledesma quæst. 15. art. 7. dub. 3. & Durandus in Rationali offic. c. 30. & Soarius modò allegatus, §. Circa quartum.

Ledesm. Durand. Soar.

CAPVT V.

In qua quantitate debeat Sacerdos consecrare, & fidelis communicare: agitur de presentia, & quantitate materie, & de intentione consecrantis.

SVMARIVM.

- Quas dubitationes inuoluat titulus propositus. numero 1.
An materia consecranda, sit determinata quoad magnitudinem, vel paruitatem. num. 2.
Refertur prima opinio negans, posse Sacerdotem validè consecrare, quantancunque materiam voluerit, etiamsi debite sit præfens. ibid.
Astrimur sententia affirmans. num. 3.
In qua quantitate minima possit Sacerdos consecrare validè. num. 4.
An Sacerdos possit validè consecrare vnâ partem hostiæ, non consecratâ alia. num. 5.
Qua presentia requiratur ad consecrationem. num. 6.
An opus sit, vt sonus verborum materiam contingat, vt sit ipsa materia præfens. num. 7.
Quando dicatur verè præfens. ibid.
Ad quam distantiam possit Sacerdos consecrare. numero 8.
Præter presentiam requiritur intentio, ac designatio materie à Sacerdote facta. num. 9.
Quid, si Sacerdos habeat coram se decem hostias, & ex illis intendat consecrare solas quinque. num. 9.
Quid de gnetis, quæ extra calicem sunt. ibid. vers. Vnde fit.
Quid, si Sacerdos putet, se consecrare 20. tantum hostias, & consecret 25. ibid. vers. Quando.
Quid, si accipiat duas hostias, & ambas consecret, putans esse vnâ. num. 10.
Quid, si Sacerdos habeat in altari hostiam, & custodiam cum formulis, & oblitum custodia offerat, vel consecret tantum hostiam. num. 11.

1. Hoc etiam caput per aliquot dubia resoluendum est: inuoluit enim titulus illius multas, & graues quæstiones, spectantes ad quantitatem materie consecrandæ, ad presentiam illius, & ad certitudinem, atque etiam ad intentionem Sacerdotis: sit enim materia certa, & determinata ex intentione Sacerdotis consecrantis, vt patet: consecrat enim, quod intendit, cum actus humani non se extendant vltra intentionem agentis.

2. Primum ergo dubium est, vtrum materia consecranda in hoc Sacramento, sit determinata quoad magnitudinem, vel paruitatem: id est, vtrum Sacerdos non possit consecrare tantam materiam panis, vel vini, quin possit etiam maiorem versùs magnitudinem: & idem versùs paruitatem, vtrum non possit consecrare tam paruum materiam, quin possit etiam minorem. Quoad primum dubium, de magnitudine materie, bipartita est opinio. Prima docet, si materia

fit debite præfens (qualis autem sit debita presentia, statim dicemus) non posse Sacerdotè versùs magnitudinem consecrare, quantancunque materiam voluerit, non solum licite, sed nec etiam validè. Ita Alexander Alenfis 4. p. q. 34. memb. 1. art. 3. & quæst. 10. memb. 4. a. 2. §. 6. Summa Angelica cum Supplemento, verbo, Euch. 1. §. 25. Paludanus q. 1. a. 3. concl. 1. & olim D. Thomas opusc. 59. c. 4. hanc opinionem dixit probabilem, & eam securus fuit Petrus Tarrantia, Hugo, & alij, quos omnes citat, sed non sequitur Henricus lib. 8. de Euch. c. 14. n. 4. illam tamen irrationabilem, & periculosam satis appellat Syluester, statim in vera, & secunda opinione allegandus. Fundamenta illius hæc sunt. Primum, quia solum illa quantitas, quæ rationabiliter sumi potest à fidelibus, potest validè à Sacerdotibus consecrari: intentio enim Christi, & Ecclesiæ est, vt hoc Sacramentum sumatur: & idè Sacerdotes habent potestatem à Christo consecrandi: quia habent potestatem ministrandi, & distribuendi huiusmodi Sacramentum ipsis fidelibus: ergo nõ poterunt Sacerdotes ex defectu potestatis à Christo Domino acceptæ consecrare quantancunque materiam voluerint, sed illam tantum, quæ rationabiliter est necessaria ad vsum fidelium. Secundò, quia non est credendum, fuisse intentionè Christi, qui hoc Sacramentum instituit, aut Ecclesiæ, dare potestatem Sacerdotibus ad conficiendum validè Sacramentum ad ludibrium, vel stultitiam: stultitia autè summa esset, si Sacerdos extra necessitatem populi fidelis veller consecrare quantancunque materiam panis, aut vini, Tertio, quia alioqui valeret consecratio, & fieret Sacramentum, si Sacerdos consecraret ad irrisionem ipsius Sacramenti, ad veneficia faciendâ, & alia similia. Vnde inferunt huiusmodi Doctores, non efficere Sacramentum, illum Sacerdotè, qui totum panem, qui est in foro, & totum vinum, quod est in domo, intenderet consecrare, non ex defectu virtutis verborum, quæ senel prolata consecrare possent tot hostias, quor in mundo existunt, si necessitas Ecclesiæ, & fidelium id postularer; sed propter defectum intentionis Christi, qui hoc Sacramentum instituit, qui nunquam intendit, quòd in ludibrio, & stultitia fiat consecratio.

Secunda opinio verior, & tenenda, docet, posse Sacerdotem ritè, ac debite ordinatum, validè consecrare, semel, & vnica prolatione verborum, quantancunque materiam voluerit, versùs magnitudinem, si debite præfens sit, vt plurimum panum, & calicum ingentium: peccare tamen lethalter, qui absque causa vltra modum consecraret materiam ingentem; quia non ex sine hominum hoc Sacramento indigentium, limitatur potestas consecrandi, & conficiendi hoc Sacramentum in Sacerdotibus. Ita docet D. Thomas 3. p. q. 74. art. 2. & in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 1. quæst. 3. Sylu. verbo, Euchar. 2. n. 4. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 14. num. 4. Durandus in 4. dist. 11. quæst. 6. Tabiena verbo, Communio, §. 23. Soto in 4. dist. 9. art. 2. Ledesma quæst. 15. art. 2. Gabriel in 4. dist. 9. quæst. 2. art. 3. dub. 1. & lect. 35. in Canone Missæ, & recentiores communiter, cum quibus consentit etiam Toletus lib. 2. Summæ, c. 25. num. 5. quia potestas Sacerdotum, & ministrorum Ecclesiæ ordinatur primariò, & ex primaria intentione ad effectum proprium, qui est conficere Sacramentum; secundariò verò ad finem Sacramenti, seu ad vsum, & administrationem illius: vnde, cum Sacerdotes ordinantur, immediatè accipiunt à Christo Domino potestatem consecrandi, & conficiendi Sacramentum, absolutam, & independentem à potestate dandi, & ministrandi Sacramentum: quamobrem virtute eius potestatis validè poterunt consecrare, quantancunque materiam voluerint, si debitam presentiam habuerit: alioqui enim

Alenfis. Argelm. Palud. D. Thom.

D. Thom. Syluest. Henric. Durand. Tabiena. Sor. Ledesma. Gabriel. Toletum.

Sacerdos paucos habens parochianos, non possent tot hostias validè consecrare, quor is, qui multos parochianos habet, si potestas consecrandi determinaretur per vsum, & necessitatem donandi, ac distribuendi huiusmodi Sacramentum. Secundò, quia in omnibus rebus habentibus materiam, ratio determinationis materie est ipse finis: finis autem huius Sacramenti est vsum fidelium: cum ergo fideles non sint determinati, & certi quoad multitudinem, quia non possunt tot communicare, quin plures, nec materia consecrandæ determinata erit quoad magnitudinem: quod intelligitur, dummodo non tantum accrescat ipsa materia consecranda, vt propter ipsius augmentum maneat extra debitam presentiam humanam in ordine ad Sacerdotem: nam sic non erit consecrabilis, non quidem propter excessum quantitatis ipsius, sed propter defectum presentia. Quamobrem, sicut verum efficit Sacramentum, verèque baptizat ille, qui tantum propter lucrum baptizare intendit; graue tamen sacrilegium committit: sic, si quis intendat consecrare ad vsum tantum veneficiorum, aut magnam quantitatem panis, & vini, ad irrisionem Sacramenti, aut etiam minimam; valebit quidem consecratio, & Sacramentum conficiet; graue tamen esset sacrilegium. Ex hoc tamen non sequitur, posse quemlibet Sacerdotem consecrare totum panem ciuitatis, aut fori, si extra debitam presentiam sit; quia demonstratum illud pronomen, Hoc est corpus meum, ostendit materiam consecrandam debere esse presentem Sacerdoti, presentia quadam morali, & humana, vt statim dicemus: vnde existens in domo non possent consecrare panem in altari; nec totum panem ciuitatis, nec totum vinum, quod est in vinaria apotheca, ex defectu presentia materie: si tamen tota illa materia esset præfens Sacerdoti, sine dubio consecrari possent ab ipso, validè quidem; non tamen licitè, quantancunque illa magna sit, vt probauimus.

Idem dicendum est circa paruitatem materie: in quacunque enim minima quantitate panis, & vini, per se sumpta, & separata à toto, fieri potest consecratio validè, non tamen licitè: quia quæcunque particula, & paruitas panis, panis est verus, & consequenter vera materia Sacramenti, licet non conueniens. Idem dicendum de materia vini: est enim panis, & vinum, totum homogenium, & quælibet pars panis est panis, & quælibet pars vini est vinum, sicut quælibet pars aquæ etiam minima, est aqua: est etiam illa particula panis, vel vini, etiam minima, quanta, & demonstrabilis per pronomen, hoc, vel hic, & consequenter est sensibilis: si tamen illa particula prorsus sit insensibilis, ita vt effugiat oculorum aciem, non erit materia consecrabilis; quia nec est manducabilis: similiter, nec vapores, quos vinum exhalat, nec tota panis, aut vini substantia, si diuinitus ad punctum redigatur, esset aliquid consecrabile: quia hæc nequeunt esse signa per modum cibi, & potus, & consequenter nequeunt esse manducabilia. Ita docet Angles de essentialibus Euch. difficultate 7. concl. 2. Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 14. num. 4.

Vtrum autem Sacerdos possit consecrare vnâ partem hostiæ sine alia, est dubium, quod resoluendum est affirmatiuè, modò intendat consecrare vnâ partem determinatè, v. c. medietatem, aut illam particulam, quæ est à dextris: quia verba non operantur nisi circa materiam intentam, & determinatam. Quamobrem, si vnâ partem hostiæ indeterminatam, & non designatam intenderet consecrare, nulla pars hostiæ maneret Steph. Fagundes in quinque præc. Eccles.

Angl. Henric.

5.

consecrata: quia consecratio est actio singularis, & realis; & idè circa singularem, & designatam materiam versatur; non versatur autem circa singularem vagam. Ita docet Syluester verbo, Eucharistia, 2. numero 7. Richardus in 4. distinctione 10. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 14. numero 4. & antiquissimus Theologus Ioannes de Neapoli, & Paludanus, quos citat, ac sequitur Syluester loco allegato. Non requiritur autem iuxta Paludanum, & Syluestrum, quòd designatio ipsa, & determinatio partis consecrandæ fiat tactu, visu, aut sensu, vel imaginatione: sed sufficit, si fiat intellectu, quando, scilicet, apprehendit Sacerdos indiuisibilem lineam partes diuidentem: enim verò pronomen illud, hoc, cum sit demonstratiuum necesse est, vt ostendat, non quancunque materiam vagam, sed materiam certam & determinatam: & sic in eadem ipsa hostia poterit Sacerdos validè, licet non licitè, consecrare partem illam, quam mente designauerit, cæteris non consecratis, etiamsi illa pars designata non videatur oculis mortalibus: sufficit enim, quòd sit sensibilis oculis beatis, & quòd colorem, & quantitatem habeat: est etiam ratione totius panis, & hostiæ manducabilis. Vnde, licet in se separata, cum non sit sensibilis humanis oculis, nec manducabilis, non possit, nec validè, nec licitè consecrari; tamen ratione totius sensibilis est, & manducabilis; & idè in toto validè consecrari poterit, quantum non licitè. Sed de his redibit etiam statim sermo à num. 9.

Circa presentiam certum est, debere materiam consecrandam esse presentem Sacerdoti presentia morali, & humana. Ita communiter Doctores, Durandus in 4. distinctione 11. quæstione 6. Paludanus quæst. 1. artic. 3. concl. 3. Gabriel ibidem, quæst. 2. dub. 1. D. Thomas in eodem 4. dist. 11. quæst. 1. artic. 1. quæst. 3. ad 1. Caietanus in 3. part. q. 74. artic. 2. Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 14. numero 2. Et ratio est: quia, si materia non esset præfens, forma esset falsa, scilicet: Hoc est corpus meum. illud enim pronomen, hoc, materiam presentem demonstrat. Secundò, quia in aliis Sacramentis materie presentia requiritur: ergo & in Eucharistia: vnde Sacerdos existens in Hispania non potest panem Romæ distantem consecrare validè, nec etiam Sacerdos domi existens panem in foro venalem, si longè à foro distet. Quare falsò Martilius in 4. quæstione 11. artic. 2. putat, consecrari posse validè absentem panem, si per intellectum præfens designetur. Falsò etiam Maior in eodem 4. dist. 11. quæstione 2. artic. 2. idiplum ex eo fundamento existimat: quia matrimonium contrahi potest validè inter absentes; & quia Sacerdos profert consecrationis formam, & verba consecratoria materialiter tantum, & recitatiuè, nomine Christi, cuius oculis præfens est panis, quantumvis longissimè distans. Sic quidem olim etiam arbitrabantur valere absolutionem à peccatis datam absentibus: hæc tamen sententia Martilij, & Maioris videtur temeraria contra torrentem Doctorem; & rationes illorum sunt falsæ: nam verba consecrationis profertur etiam formaliter ab ipso Sacerdote, vt suo loco dicemus: & absolutio data absentibus non valet, vt de fide definiuit Clemens VIII. vt suo loco in præcepto, & materia confessionis diximus: matrimonium autem est etiam contractus realis, & idè vendicat sibi materiam aliorum contractuum in hoc, quòd possit inter absentes per procuratores fieri.

Vt autem materia debite sit præfens, non est opus, vt sonus verborum ipsam contingat physico situ: sed obiectum dicitur præfens, quando sensu aliquo externo percipitur: sensus enim externus non

Syluest. Richard. Henric.

6.

Durand. Paludan. Gabriel. D. Thom. Caiet. Henric.

Martil.

Maior.

7.

non nisi præsentia sentire potest; unde præsens dicitur panis, qui à tergo est, si manu tangi possit; & pœnitens est præsens, qui per crates, aut parietis cancellos peccata audienti Confessario fatetur. Ita docet Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 14. numer. 1. D. Thomas 1. part. quæst. 78. artic. 4. ad 6. & quæst. 81. artic. 3. ad 3. ibi enim dicit, præsentem esse illum, quem sensus aliquis externus sentit. Et idipsum docet Aristoteles lib. 2. de anima. Propriè verò loquendo, magis præsens dicitur illud obiectum, & materia, quæ præ oculis habetur, & videtur, quia visus sumitur pro omnifensu: satis tamen est, quod materia, & obiectum propinquè præ oculis proponatur, tanquam de se visibile Sacerdoti, licet per accidens à Sacerdote cæco non videatur: unde Sacerdos cæcus potest consecrare panem proximè præsentem, licet illum non videat, neque tangat, si ex dispensatione celebrat: quia per accidens est, quod illum non videat, cum de se sit in debita distantia visibilis. Ita docet Henriquez loco allegato, & Sotus in 4. distinct. 9. art. 2. Sic etiam verum est, quod Sacerdos formulas & particulas, quas non videt, in pyxide cooperta inclusas, aut sub aliis formulis occultatas, & vinum in calice cooperto consecret, ut optime notavit idem Henriquez dicto lib. 8. de Euch. cap. 14. numer. 2. fine: quanvis, iuxta Missale Romanum Pij V. calix vini, dum consecratur, eleuaturque, debeat esse non coopertus: solum enim Sacramentum, ut dixi, Matrimonij, quia est contractus, potest inter absentes celebrari per procuratorem; aut per epistolam: Baptismus autem, Confirmatio, & Vnctio requirunt contactum physicum; Ordo contactum quandam moralem vasorum: at absolutio à peccatis, & consecratio hostiæ non requirunt contactum physicum; requirunt verò materiam (ut dixi) sensui alicui externo præsentem; requiritur etiam, ut à principio prolationis verborum ad sit tota materia præsens, & coniuncta moraliter formæ, utpote, res, quæ ostenditur per pronomem, hoc.

8.

Non tamen potest nobis esse manifestum, ad quantam distantiam possit Sacerdos materiam consecrare. Certè Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 14. numer. 2. loquendo de Sacerdote cæco, qui ex dispensatione Papæ celebrat, licet panem nec videat, nec tangat, dicit posse consecrare eam materiam distantem, quæ per viginti passus distat. Sotus in 4. distinct. 9. quæstione 1. artic. 2. asserit, materiam, quæ per decem passus distat, præsentem iudicari ad valorem consecrationis: quæ autem per centum, non iudicari præsentem: de illa autem media distantia, quæ intercedit inter decem passus, & centum, dubitat Sotus, an materia maneat consecrabilis, ex defectu præsentia humanæ, & moralis, atque adeò, inquit, sub eo dubio necessariò esse iterum consecrandam: quamobrem hæc committenda sunt arbitrio prudentis: vnam tamen non improbabile dixerim, nimirum, quod si panis poneretur aliquantulum extra illos decem, aut viginti passus, & consecraretur, tanquam pars alicuius acerui panum positi intra illos decem, aut viginti passus, panis ille maneret verè consecratus: quia, cum totus ille aceruus panis, cuius est pars, ratione aliarum partium videatur præsens præsentia humana respectu Sacerdotis, etiam illa pars ratione huius totius non effugiet debitam præsentiam dicti Sacerdotis; sicut, si consecraretur per se tanquam materia totalis. Et hæc doctrina est etiam Soarii in tomo de Sacram. quæst. 74. art. 2. disput. 63. sect. 5. §. Sed quares primò, pag. 577. vbi tandem resoluit cum Durando, & Paludano, nullam certam regulam dari posse de hac præsentia; sed solum

Christum certam præsentiam potuisse designare: quamobrem totum hoc negotium arbitrio prudentis committere videtur.

Quod attinet ad intentionem consecrantis, requiritur, ut materia aliqua maneat verè consecrata, quod Sacerdos applicet, & determinet suam intentionem ad certam materiam; quod perinde est, ac dicere, requiritur, ut quantitas determinetur per intentionem. Ita communiter omnes Doctores, Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 14. numer. 5. Syluest. verbo, Eucharistia, 2. §. 7. & 8. Richardus in Syluest. 4. distinct. 10. quæstione 2. art. 7. Durandus ibi, Richard. quæstione 7. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 26. numero 6. Sa verbo, Missa, numer. 28. Hinc sequitur, Toletus, quod, si Sacerdos accipiat, vel habeat coram se Sa. decem formulas, & ex illis intendat, consecrare quinque tantum, non determinando, per intentionem saltem, illas quinque, quas consecrare vult, nullam ex illis decem manere consecratam. Ita docent Henriquez, Syluester, & Toletus citati. Et ratio est: quia, cum certum sit, quinque non esse consecratas; & ignoretur, quæ sint, nec appareat maior ratio de vna, quam de aliis, profectò nulla ex illis decem consecrata erit: deinde, quia actiones singulares versantur circa materiam determinatam & singularem, non circa materiam indeterminatam, vagamque, alioqui nihil operantur: consecratio autem est certa operatio, & actio, utpote à certo agente procedens: ergo debet circa materiam certam, & ad materiam certam ac designatam terminari, alioqui erit inualida. Unde fit, si extra calicem maneat guttæ vini in pede calicis, aut in altari micæ panis, quanvis præsentis sint, non maneat consecrata: quia intentio Sacerdotis non se extendit ad illas, fertur enim ad vinum contentum intra cuppam calicis. Ita Toletus, & Syluester locis allegatis. Quando verò Sacerdos accipit, vel habet coram se, vel iubet apponere decem hostias, vel viginti, & casu inuenit octo, aut viginti duas, putans esse decem tantum, aut viginti tantum, omnes consecrat: quia intentio eius virtualis erat consecrare totum id, quod præsens erat, & quod ad consecrandum proposuit: & parum refert, quod putet se consecrare viginti tantum, ut decem tantum; quia effectus consecrationis sequitur intentionem, non estimationem consecrantis, ut communiter Doctores animaduertunt, & ita docet expressè Henrig. lib. 8. de Euch. cap. 14. numer. 5. Toletus lib. 2. Summæ, c. 25. Tolet. numer. 6. Sa verbo, Missa, numer. 28. Syluester verbo, Sa. Euchar. 2. numer. 8. & omnes supra allegati: quod tamen intelligendum est, nisi oppositum explicet, vel mentaliter, vel verbaliter, dicens: Nolo, nisi octo, aut 20. consecrare, quia tunc, si designauit & determinauit quales, solæ illæ manebunt consecratae: si autem non illas designauit, tunc quidem nulla illarum consecrata erit, iuxta hos Doctores, & iuxta doctrinam præcedentem.

Similiter, si accipit duas hostias, putans esse vnam, quia fortè coniunctæ erant, ambas consecrat, nisi tamen oppositum explicet mente, vel verbis: quia, si oppositum explicet, & designauit quam velit consecrare, illa solum manebit consecrata: si non designauit, nulla profectò manebit: si autem oppositum non explicet, licet putet se vnum tantum consecrare, ambas consecrat, ut dixi: quia tunc error est in opinione, non in intentione, & effectus consecrationis sequitur intentionem, non opinionem.

Hinc sequitur, etiam si Sacerdos habeat in altari, & petra aræ hostiam, vel pyxidem cum formulis, vel eas secum deferat consecrandas, & postea tempore oblationis oblitus pyxidem, hostiam tantum offerat, etiam pyxidem manere oblatam: quia intentio

illius erat saltem virtualis, offerre omnem illam materiam, quam præsentem habebat: pari quoque ratione, si vtrunque obtulit, & hostiam, & pyxidem; & tempore consecrationis oblitus pyxidem, & formularum, sumat præ manibus hostiam, & illam consecret; manet etiam custodia ipsa cum omnibus formulis verè consecrata: quia intentio Sacerdotis ad omnem illam materiam se extendebat, & effectus consecrationis sequetur intentionem ipsius consecrantis. Ita expressè de custodia, & hostia docet Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 14. numer. 8. & Petrus Soto titulo, de Euchar. lect. 1. & colligitur, ex Missali Pij V. Nec obstat, quod custodia sit clausa, & cooperta: quia etiam, quando consecratur discooperta, non videntur omnes formulæ, omnes tamen sufficienter sunt præsentis; & calix etiam coopertus consecrari potest validè: & in aliquibus diocesis, fortè ita coopertus consecratur, aut saltem eleuatur, ut vidi in templo maximo Bracharæ sæpè fieri.

Henrig.  
Petr. Soto.

## CAPVT VI.

Utrum fideles Christiani satisfaciant præcepto Eucharistia, si illa consecratur alia forma, quam illa, qua modò ritur Ecclesia: & an Papa possit dispensare, ut in duplici specie communicetur, aut in vna tantum Sacramentum fiat.

## SUMMARIUM.

Explicatur titulus, & status quæstionis. num. 1.  
Qua sit forma essentialis Eucharistia, & an illud enim sit de essentia formæ. num. 2.  
An verba consecrationis dicenda sui forma Sacramenti. num. 3.  
In qua verborum forma Christus consecraverit: refertur prima opinio. num. 4.  
Refertur secunda. num. 5.  
Asseritur vera opinio affirmans, hæc forma verborum consecrasset: Hoc est corpus meum. num. 6.  
An eam tantum semel Christus dixerit. ibid.  
Soluuntur fundamenta aliarum opinionum. num. 7.  
Benedictio, & gratiarum actio non sunt consecrationis, sed fuerunt preparationes quedam ad illam. num. 8.  
Quare consecratio appellatur interdum à Patribus, & Conciliis, Benedictio. num. 9.  
An liceat aliquando Sacerdoti solis his verbis consecrare: Hoc est corpus meum, expuncto, enim; & an sine vestibus sacris; & extra sacrificium Missæ. num. 10.  
Qua variatio, & mutatio in forma consecrationis efficiat, ut consecratio sit valida, & licita. num. 11.  
An consecret, qui loco pronominis, hoc; ponit, illud. num. 12.  
An etiam consecret, qui dicit: Illud est corpus meum. num. 13.  
Quid, si quis loco pronominis, hoc; ponat, hic. num. 14.  
Quid de hac forma: Ecce corpus meum. num. 15.  
An verbum, est, sit de essentia formæ. num. 16.  
An loco illius possit aliud verbum poni. ibid.  
An illud, enim, sit de essentia formæ. num. 17.  
Quid, si loco corporis, dicatur corpus, vel corpus meus: & quid de hac forma: Hoc contentum sub his speciebus est corpus meum. num. 18.

Quid de hac: Hoc, quod est panis, est corpus meum. ibid.  
Quid de hac forma: Hæc est caro mea. num. 19.  
Quid, si loco corporis ponatur, cibus, vel substantia, & dicatur: Hic est cibus meus, vel, Hæc est substantia mea. num. 20.  
Quid, si dematur, meum; vel loco m, ponatur n, & dicatur: Hoc est corpus meum. num. 21.  
Quid de hac forma consecrandi: Hoc est corpus Christi. num. 22.  
Quomodo verba consecrationis debeant significare conuersionem. num. 23.  
An Summus Pontifex possit dispensare, ut in vna tantum specie Sacramentum fiat, & ut in vtraque specie communicent fideles. num. 23. remissiuè.

Postulat quæstio proposita in titulo, ut agamus de forma consecrationis panis, & vini: qua enim forma validè, & licitè hoc Sacramentum fuerit consecutum; validè etiam, & licitè Christianus populus communicabit, & præceptum annuale de Eucharistia in Paschate suscipienda implebit.

Forma huius Sacramenti est hæc: Hoc est enim corpus meum. illud enim non est de necessitate, & essentia formæ; est tamen de præcepto Ecclesiæ Romanæ, & de consuetudine illius à tempore Apostolorum, & D. Petri, ad nos continua & inuiolata obseruatione emanante: unde peccaret mortaliter, qui illud scienter omitteret; Sacramentum tamen validum efficiet. Ita docent communiter Doctores, D. Thom. 3. p. quæst. 78. art. 2. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 26. num. 1. Syluester verbo, Eucharistia, 1. numer. 7. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 16. numer. 4. & Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 59. sect. 1. fol. 847. col. 1. §. Ultimo, ex his, & alij communiter. Est igitur forma essentialis consecrationis panis hæc: Hoc est corpus meum. Hæc forma nunquam licitè mutari potest; aliqua tamen mutationes sunt, quæ accidentales sunt, & non destruant essentialiam illius: alia verò, quæ illius essentialiam destruant, & idè essentialis dicuntur, de quibus statim agemus. Græci formæ consuetæ Ecclesiæ, quæ est hæc, ut diximus: Hoc est enim corpus meum, aliqua verba, aut addunt, aut detrahunt, quæ non pertinent ad intrinsecam rationem formæ Sacramenti; & idè illius essentialiam non destruant; licitè tamen ex indulgentia sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ id faciendum erit, sanctissimos, & sapientissimos Patres Ecclesiæ Græcæ damnare: idè verò Ecclesia Romana eis hoc indulget; quia illorum verba essentialiter huius formam non mutant. Quæ autem mutationes sunt essentialis, quæ accidentales, statim dicemus.

Utrum verò essentialia illa verba: Hoc est corpus meum, dicenda sint forma Sacramenti, an forma consecrationis, est dubium. Solus Scotus in Scor. 4. distinct. 8. quæst. 1. in solutione ad 3. & Gabriel in Canone Missæ, lect. 38. littera G, & pauci sequaces acerrimè contendunt, prædicta verba non debere dici formam Sacramenti, sed formam consecrationis. Probant: quia Sacramentum Eucharistia est res permanens; verba autem illa sunt fluida, & successiuè transeunt; unde, cum consecratio successiuè sit, & successiuè dicatur, pronuntieturque, rectius dicentur forma consecrationis, quam forma Sacramenti Eucharistia: nam, si essent verba illa, forma Sacramenti, daretur Sacramentum existens sine sua forma, quod est inconueniens. Verùm hæc quæstio videtur de nomine: neque enim villo modo negandum est, illa verba esse formam Sacramenti, imò conuenientius dici formam Sacramenti, quam formam consecrationis, ut docet D.

D.Thom. Sotus. Led. Henriq.

Thomas 3, part. q. 78. a. 1. Sot. in 4. dist. 1. q. 1. a. 1. Ledesma q. 19. art. 1. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 16. num. 1. & ceteri nouiores. Et probatur facile: quia forma alicuius rei est, per quam res habet esse: sed per illa verba Eucharistia conficitur, & habet esse: ergo sunt forma illius: nam forma dicitur in Sacramentis, id, quod complet, & perficit Sacramentum, vt vnitas vltima in numero, quia secum affert formam; & charitas dicitur à Patribus forma virtutum, quia effectum, & vigorem præbet virtutibus: cum ergo Eucharistia non efficiatur, neque perficiatur, nisi per illa verba, profectò illa dicentur, & erunt forma illius. Secundò probatur etiam idem ex Concilio Florentino, vbi dicitur, omne Sacramentum debere constare materia & forma, & in Sacramento Eucharistia, nullam aliam possimus assignare, quàm verba illa: ergo illa erunt forma illius. Tertio, quia in eodem Concilio dicitur, materiam huius Sacramenti esse panem triticum: formam verò verba prolata à Sacerdote: ergo non sunt alia, nisi illa, Hoc est corpus meum. Ad argumenta Scoti facile respondemus: alia Sacramenta non perfici, nisi quando materia actu applicatur ad suscipientem sub certa forma verborum: quia in ipso actu, vsu, & applicatione materia sub illa certa verborum forma consistunt: at verò Eucharistia perficitur in consecratione materiae, & non in ipso actu & applicatione ad suscipientem, & idèd manet, & consistit hoc Sacramentum manente materia consecrata, quanuis iam non existat forma, quod singulare est huic diuino & admirabili Sacramento, vt docet Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. Cum autem Scotus addit, rem permanentem non posse actu existere, quin actu existat eius forma, id verum est in rebus naturalibus habentibus formam naturalem; non autem in Sacramentis & formis sacramentalibus: vt enim existat Sacramentum, satis est formam actualiter existere, vel extrinsece.

4. Sed videndum est amplius, in qua forma verborum Christus Dominus hoc Sacramentum consecravit, vt exinde liquidd patet, quæ sit forma essentialis illius: illa enim verba erunt sine dubio forma huius Sacramenti, sub quibus Christus Dominus illud instituit, & consecravit. Et quidem, omisso somnio Lutheri, (neque enim opinionis nomenclaturam meretur,) tanquam fidei contrario, in lib. de abroganda Missa priuata, astruentis formam consecrationis non esse à Christo Domino institutam, sed ab Ecclesia; quod somnium oprime impugnat Clichtonæus lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 19. & in tractatu de forma Missæ, cap. 34. inter Catholicos hac de re sunt tres potissima opinioniones. Prima est Innocentij III. Papæ, lib. 4. de sacrificio Missæ, cap. 6. circa finem, dicentis, Christum Dominum, vtendo excellentia suæ potestatis, non consecrasset aliquibus verbis sed solo tactu, vel alio signo externo: postea verò formam instituisse, & docuisse discipulos, qua Sacramentum erat conficiendum. Cum Innocentio consentire videtur D. Hieronymus 1. Corinth. 11. super illud, Hoc est corpus meum, ita enim ait: Vinam Paulus traderet nobis illa verba, quibus consecratus est panis à Christo: nam illa, Hoc est corpus meum, potius sunt porrigentis, quàm consecrantis. Addit tamen, sequendum esse vsum Ecclesiæ, & cum Innocentio, & D. Hieronymo consentiunt etiam Archidiaconus cap. Qui sceleratè, de consecrar. dist. 2. Durandus in Rationali, lib. 4. cap. 44. n. 15. Catherinus opusculo, de sacrificio Missæ, in Concil. Trid. edico: quam sententiam probabilem censet Gabriel in Can. lect. 36. & 46. Armachius lib. 9. de q. Armenorum, c. 5. Petr. Alanus lib. 4. q. 5. D. Thomas tamen 3. part. quæst. 78. art. 1. ad 1. ait,

Clycthou. Innoc.

Archid. Durand. Cather. Conc. Trid. Gabriel. Armach. Alanus.

Innocentium magis hoc dixisse opinando, quàm definiendo: quodd ex illius verbis colligitur: ita enim habent verba Innocentij: Sane dici potest, quodd Christus diuina virtute consecravit, & postea formam expressit, sub qua posteri consecrarent. Fundamentum huius opinionis esse videtur: quia, quando Christus protulit hæc verba, Hoc est corpus meum, iam consecrauerat, & benedixerat, vt patet ex contextu Euangelij Matthæi 26. Accepit IESVS panem, benedixit, (id est consecrauit,) fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum. ergo illa verba, Hoc est corpus meum, sunt porrigentis Sacramentum, non consecrantis: iam enim panis consecratus erat. Et confirmatur à D. Marco: prius enim dixit, discipulos bibisse sanguinem, quàm Christus dixerit: Hic est sanguis meus. prius ergo Christus consecrauit, quàm dederit vinum consecratum bibendum discipulis, ac proinde verba illa, Hic est Sanguis meus, sunt etiam porrigentis non consecrantis.

5. Secunda opinio affirmat, Christum Dominum bis protulisse illa verba, Hoc est corpus meum. primò, secretè ad consecrandum, antequam daret panem discipulis: postea publicè, docens formam consecrationis ipsos Apostolos, cum dixit, Hoc est corpus meum, accipite, & manducate. Fundamentum huius sententiæ esse potest: quia omnia alia verba sine vilo Scripturæ fundamento finguntur, & aliunde oportuit, vt ea forma Christus vteretur, quam erat Ecclesiæ traditurus. Vnde, quando dixit Apostolus, Hoc est corpus meum, & postea addidit: Hoc facite in meam commemorationem, eos docuit, vt qua forma ille vsus est, vterentur; & quod ipse fecerat, ipsi facerent.

6. Tertia opinio verior, & communior docet, Christum Dominum his verbis consecrasset: Hoc est corpus meum. & semel tantum ea protulisse: quia ea consecratio simul fuit instructio discipulorum. Hanc opinionem statuit D. Thomas 3. part. quæst. 78. artic. 1. ad 1. reiectis aliis duabus. Eam certam appellat Soarius tomo 3, in 3. part. disputat. 58. sectione 1. §. Dicendam est tamen, fol. 826. colum. 1. & ait, ita esse certam, vt contrarium non possit sine temeritate defendi: & est communis inter Doctores Theologos, & Sanctos Patres, cap. 4. & refertur de consecratione, distinct. 2. cap. Panis. Cyprianus sermone in cena Domini. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 4. ibi: Accepimus panem, corpus suum illud fecit, Hoc est corpus meum, dicendo. Et probatur ex vsu Ecclesiæ, quæ ab Spiritu sancto edocta, semper vsa est illis verbis, credens, Christum illis consecrasset: vnde Concilium Florentinum dicit, formam huius Sacramenti esse verba, quibus Christus illud consecravit, & cap. Cum Marra, de celebrat. Missarum, dicitur, Christum formam huius Sacramenti expressisse, cum panem, & vinum in suum corpus transsubstantiauit. Et denique Concilium Trident. sess. 13. cap. 1. ita ait: Christus Dominus in cena hoc Sacramentum instituit, cum post panem, viniq; benedictionem, se, suumque corpus illis præbens, ac suum sanguinè, disertis ac perspicuis verbis testatus est. Et quauis in cap. Cum Marra, & in his duobus Conciliis Tridentino, & Florentino, non tradantur verba expressa, quibus Christus Dominus consecrauit: tamen sufficit, quodd semper crediderit Ecclesia esse illa consueta, quibus modò vtitur: præterea Concilium Florentinum ait, Christum instituisse hoc Sacramentum in cena. Si ergo tunc instituit, tunc etiam consecrauit, & non aliter instituit, quam consecrando: & eadem institutio fuit consecratio: & dicendo: Hoc facite in meam commemorationem.

D. Thom. Soarius.

D. Cypri. Tertull.

Conc. Trid. Conc. Flor.

perinde fuit, ac dicerè. Hoc modo consecrate, & his verbis consecrate, quibus ego consecro. Re ergo vera Christus isdem verbis essentialibus consecrauit, quibus Ecclesia Latina modò vtitur; vt habetur in omni Missali Romano; & eo ritu, & verbis instituit hoc Sacramentum in vltima cena docens Apostolos, quos tunc Sacerdotes fecit, quibus verbis, ipsi, & eorum successores; consecrare deberent: & idèd nostra consecratio; quæ fit in persona Christi, non est aliud; quàm repositio illius, quæ à Christo facta est. Et præter Doctores citatos ita docet etiam expressè Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 16. num. 3. D. Chrysostomus homil. 83. in Matthæum, Caeteranus 3. part. quæst. 75. art. 1. & alij plurimi, quos citat, ac sequitur idem Henriquez loco allegato ad marginem, littera R. Et ratio est: quia voluntariè, & sine fundamento dicitur, Christum dixisse bis illa verba: semel secretè ad consecrandum; & semel publicè ad docendos Apostolos verba consecrationis; & formam Sacramenti; cum hoc non fuerit necessarium: nam semel dicta erant satis efficacia, & ad consecrationem, & ad nostram instructionem: sine fundamento etiam Scripturæ dicitur, Christum pro excellentia suæ potestatis consecrasset solo tactu, vel signo externo, vt probatum est.

Henriq. D. Chryf. Caiet.

7.

D. Thom. D. Aug.

D. Cypri. Tertull.

Conc. Trid. Conc. Flor.

Nec obstat fundamentum primæ opinionis: nam, quanuis D. Matthæus cap. 26. dicat, quodd Christus prius accepit panem, benedixit, fregit, ac dedit discipulis: deinde dixerit discipulis suis: Hoc est corpus meum: accipite, & comedite. quibus verbis ostendit, prius Christum Dominum benedixisse, seu consecrasset: deinde dixisse: Hoc est corpus meum, accipite, & comedite. quasi hæc verba porrigentis fuerint ipsum Sacramentum, non consecrantis. Et quanuis Lucas cap. 22. dicat: Accepro pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; hoc facite in meam commemorationem, quibus etiam verbis, & illis præcipue, gratias egit; significare videtur, prius consecrasset, deinde consecratum panem fregisse, ac dedisse discipulis: tamen, vt docet D. Thomas 3. p. quæst. 78. artic. 1. ad 1. & colligitur ex D. Augustino tomo 4. lib. 2. de consensu Euangelistarum, c. 30. & 31. & 44. Euangelistæ non semper eundem ordinem narrando seruant, quo res sunt gestæ: vnde ordinem rei gestæ sic declarat D. Thomas allegatus: Accipiens panem benedixit, dicens: Hoc est corpus meum, & deinde fregit, & dedit discipulis. Declarat etiam hoc modo verba D. Matthæi cap. 26. quæ sic habent: Accepit IESVS panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum. id est; accepit panem, & dum benediceret, frangeret, ac daret discipulis suis; hæc verba dixit: Hoc est corpus meum. Nam dicendum planè est, hunc ordinem seruasse Christum Dominum: accepit ille panem, & prius illud in duodecim, tredécimve particulas, buccellâque, quas posuit in paropside, fregit; & præbens paropsidem discipulis, dixit: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum, quibus verbis simul consecrauit, & simul porrexit: sunt enim hæc verba simul consecrantis, & simul porrigentis signum. Enim verò certius est, benedictionem, cuius meminit Euangelistæ, fuisse solam gratiarum actionem; qua Christus vtèbatur in miraculis faciendis: nam, quod Matthæus ait, benedixit; Lucas ait, gratias agens; & Ecclesia ait in Canone; Elenatis oculis in calum gratias agens benedixit, &c. Itaque; postquam Christus accepit, & benedixit panem; illum in partes sufficientes duodecim, aut tredécim distribuit; & in paropside accommodatè posuit, ac porrexit discipulis suis; dicens verba consecrationis: quibus finitis singulos

communicauit, & sic distincta actio fuit ipsa benedictio, & ipsa gratiarum actio, & ipsa etiam consecratio, & communicatio.

8. Et verò quodd benedictio sit aliquid distinctum à consecratione, & veluti præparatio ad illam, probat latè Franciscus Soares tomo 3, in 3. part. disp. 58. sect. 2. §. Sed vt explicem fol. 828. col. 2. & id videtur patere ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. ex illis verbis illius quibus ait: Redemptorem nostrum hoc Sacramentum in cena instituisse, cum post panem, & vini benedictionem, se, suum corpus illis præberet; ac suum sanguinem, disertis, ac perspicuis verbis, testatus est. Ergo, teste Concilio, protulit Christus verba consecrationis post benedictionem: ergo fuit illa benedictio aliquid diuersum ab illa: & oportebat, vt Christus Dominus ante ipsam consecrationem & operationem, tanti mysterij præparatè animos discipulorum, præmittendo benedictionem aliquam, & inuocationem, gratiarumque actionem: quæ quidem gratiarum actio etiam fuit quidd distinctum; & veluti præparatio antecedens ad mysterium consecrationis. Et id docet expressè Iustinus Martyr Apologia 2. in fine asserens, Christum Dominum actis gratias dixisse: Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum. Et D. Chrysostomus homilia 83. in Matthæum, & 28. in 1. ad Corinthios, signatè ait; illam gratiarum actionem fuisse actum gratitudinis ad Deum pro laboribus; & doloribus propter eius obedientiam susceptis: quod optima ratione probatur: nam illa gratiarum actio propriè refertur ad Deum; consecratio ad panem: fuerunt ergo actiones distinctæ. Et tandem, vt optime probat Soarius allegatus §. Dico verò, benedictio illa panis; & gratiarum actio, si inter se comparentur, etiam actiones distinctæ fuerunt, quanuis simul factæ fuerint: quia gratiarum actio secundum propriam rationem refertur ad Deum; benedictio autem; de qua Euangelistæ loquuntur, ad panem; & vna oratione gratiæ Deo agi possunt, & benedictio impertiri creaturis; vt consideranti patebit.

Soar.

D. Iustin.

D. Chryf.

9.

Nec refert, quodd consecratio interdum appelletur à Patribus, & Doctoribus benedictio; & quodd verbum benedicere pro consecrare vsurpent: id enim faciunt, vt optime animaduertit Soarius citatus fol. 829. col. 1. §. Ex his etiam, quia interdum actio sacramentalis à circumstantiis nomen accipit: sicut interdum confirmatio appellatur manus impositio. Deinde, quia tota illa præcedens inuocatio ad sanctificationem, & consecrationem panis ordinatur; quæ consecratio suo etiam modo, est quædam benedictio efficax & operatiua.

10. Si quæras, vtrum in aliquò casu licitum sit Sacerdoti, solis illis verbis consecrare, supposito, quodd validè consecraret, Hoc est corpus meum; & quodd illud, enim; quo Ecclesia in sua consueta forma vtitur, non sit de essentia consecrationis: Respondeo, quodd, etiam si Maior in 4. dist. 3. quæst. 3. art. 5. affirmet; si infirmus sit in periculo mortis, ne discedat sine Viatico, licitè posse sacerdotem post meridiem clanculò intrare Ecclesiam; & consecrare hostiam illis solis verbis; Hoc est corpus meum; & non veltitum veltibus sacris, & si hostiam non inuenerit; posse licitè consecrare frustulum panis communis; si prius deuiter populi scandalum; ei declarando; se in illo casu id posse licitè facere: tamen certum est; id nunquam esse licitum; quicquid dicat Maior, vt probat D. Thomas 3. p. quæst. 78. art. 1. ad 4. & in 4. dist. 8. quæst. 2. art. 4. quæstionè 5. ad 3. & Ledesma quæst. 19. art. 1. Et ratio est euidens: nam, cum præceptum Eucharistia non obliget, nisi cum deceter; & conuenienter suscipi, & ministrari

Maior.

D. Thom.

Ledesm.





pote Paschatis suscipienda satisfaciunt, vel in vna tantum Sacramento fiat: sed, quia hæc dubia manent resoluta in tractatu primi mandati, ac præcepti sanctæ Matris Ecclesiæ, libr. 3. cap. 5. num. 6. idem illis, ne actum agamus, super sedemus: ibi enim id affirmatiuè resoluimus cum grauissimis Doctoribus, cum Azorio tomo 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 19. q. 2. §. Tertium, an Pontificis auctoritate. ad finem, & Henrico lib. 8. de Euchar. cap. 13. initio, & cum multis aliis, quos citant.

Azor.

Henriq.

CAPVT VII.

Quæ sit essentialis, ac vera forma consecrationis sanguinis Christi.

SUMMARIUM.

- Quæ sit forma essentialis consecrationis Christi calicis: referuntur opinio prima asserens, esse omnia verba, quibus modò vititur Ecclesia. num. 1.
- Qui non audeant huic opinioni contradicere numero 2.
- Explicatur vera sententia affirmans, solum hæc verba esse de essentia forme: Hic est calix sanguinis mei, vel, Hic est sanguis meus. num. 3.
- Omnia verba, quibus vititur Ecclesia, sunt de necessitate præcepti, non Sacramenti. num. 4.
- Illæ verba, Noui, & æterni testamenti, vsque ad illa inclusiue, in remissionem peccatorum, sunt de præcepto Ecclesiæ. num. 5.
- Aduerbium, enim, est de præcepto Ecclesiæ, non de essentia. ibid.
- Quo sensu hic accipiatur, testamentum. num. 6.
- Quare dicatur, nouum. ibid.
- Quare, æternum: quare, mysterium fidei. ibid.
- An hæc forma sit sufficiens: Hic est calix, nouum testamentum in meo sanguine. num. 7.
- An sit peccatum in ea consecrare. ibid.
- Necessè est, ut in forma essentiali significetur passio Christi, & in quibus verbis id fiat. num. 8.
- An validè mutari, & transponi possint verba consecrationis. num. 9.
- Quid, si loco pronominis, hic, ponatur hoc, vel hæc, vel hunc, &c. num. 10.
- An verbum, est, sit de essentia forme. ibid.
- Quid de aduerbio, enim. ibid.
- Quid, si loco calicis ponatur, vas, poculum, aut potus. num. 11.
- Quid si loco sanguinis dicatur, sanguinem, vel sanguini, vel sanguino. num. 12.
- Quid, si loco, mei, dicatur, Christi. ibid.
- Quid, si dicatur, vinum. num. 13.
- Quid, si loco, mei, dicatur, meum, aut meo, aut Christi. num. 12.
- In quibus verbis Christus consecrauit. num. 14.
- Quare forma essentiali Ecclesia addiderit alia verba. num. 15. & 16.
- An forma essentialis, & collatio verborum illius pariat aliam transpositionem in verbis. numero 17.

1. **T**Ria nobis explicanda sunt in hoc capite. Primum est, quæ verba sint de essentia forme consecrationis sanguinis Christi: secundum, quæ sit eorum ratio, & quæ sit forma consueta Ecclesiæ: tertium, quare verbis essentialibus consecrationis sanguinis adiuncta sint alia non essentialia. Primum, igitur circa illud primum punctum, quæ sint verba de essentia forme consecrationis sanguinis, variant Doctores. Paludan in 4. distinct. 8. quæst. 3.

Paludan.

artic. 2. & Capreolus quæst. 1. artic. 5. concl. 6. existimant, omnia verba, quibus Ecclesia vititur in consecratione calicis, vsque ad illa, *Hæc quotiescunque fueritis*, exclusiue esse de essentia Sacramenti: quam opinionem sequitur Richardus in eodem 4. quæst. 8. artic. 3. conclusione 2. Argentinus ibidem. D. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 15. §. 4. Syluester verbo, *Euchar.* 1. quæst. 6. Arnauilla verbo, *Euchar.* numer. 14. Syluest. Viguerius in Instit. cap. 16. Petrus Soto lect. 2. de Euchar. Innocentius II. cap. *Cum Martha*, de celebratione. Missarum, videtur in hanc partem inclinare, & Heruæus in 4. distinctione 10. quæstione 2. Innoc. & contendunt esse de mente D. Thomæ, quæst. 78. artic. 3. in 3. part. in corpore, & in solutione ad secundum, & in 4. distinctione 8. quæstione 2. artic. 2. quæstionum. 1. nam in his duobus locis aperte docet D. Thomas, prædicta verba consueta Ecclesiæ esse de substantia consecrationis sanguinis: sed Scotus infra citandus, & quidam alij explicant D. Thomam, & bene, & aiunt, D. Thomam dixisse omnia illa verba esse de substantia forme consecrationis sanguinis, non tamen de essentia illius: quasi diceret, esse de substantia integrali, seu de integritate substantiali ipsius forme, non tamen de essentia illius; quia multa sunt de substantia integralitate alicuius rei, quæ non sunt de essentia illius: sicut in homine brachium, pes, oculus, & partes integritates sunt de substantia integralitate ipsius, non tamen sunt de essentia, ut patet. Probant præcitati Doctores suam sententiam ex vsu Ecclesiæ Latinæ, ex traditione Apostolorum emanante, & quia ea omnia verba notantur in omnibus Missalibus Romanis litteris maiusculis, aureis, vel rubris, quasi essentialia. Probant etiam ex ritu, & modo Ecclesiæ Romanæ: quia Sacerdos eodem modo tenendo calicem in manibus hæc omnia verba profert, ita dicendo: *Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ergo omnia illa sunt de essentia huius forme, & idem omnia, ut dixi, eisdem characteribus maiusculis adnotantur. Probant adhuc rationibus: quia omnia illa verba efficiunt vnam, & integram propositionem, & omnia sunt determinatio prædicati: & idem donec illa omnia pronuntiantur, non est absoluta propositio: ergo omnia illa pertinent ad essentiam propositionis, & consecrationis. Tandem probant: quia hoc Sacramentum est representatio passionis Christi: ergo debuit saltem in forma sanguinis exprimi prædicta passio: exprimitur autem satis in illis verbis, *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ergo illa sunt de essentia Sacramenti, & de essentia forme illius. Ita se habet hæc sententia.

Scotus in 4. distinctione 8. quæstione 2. artic. 2. & Marsilius ibidem quæstione 6. artic. 1. dubitant, & non audent contradicere huic opinioni; tamen magis inclinant in hoc, quod non sint omnia verba hæc de essentia forme consecrationis sanguinis. Gabriel in 4. distinct. 9. quæst. 2. & lectione 53. in Canone, rem sub dubio relinquit. Durandus in eodem 4. distinct. 8. quæst. 2. & Alensis 4. p. quæst. 33. memb. 3. artic. 2. & 3. affirmant, non esse hæc omnia verba de essentia forme.

Vera ergo sententia docet, primò, solum hæc verba præcisè esse de essentia Sacramenti: *Hic est calix sanguinis mei*, vel hæc: *Hic est sanguis meus*, & alia æquiualentia. Ita docent Alensis, & Durandus modò citati, D. Bonauent. in 4. distinct. 8. quæst. 2. artic. 1. Magister dicta distinct. 8. Albertus Magnus libr. de sacrificio Missæ, cap. vltimo. Caietanus 3. part. quæstione 78. artic. 1. Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 6. lect. 1. initio: vbi dicit, certam fidem esse, esse huiusmodi verba de essentia huius Sacramenti.

Toletus

Toletus. Henriq. D. Chrys. D. Cypr. Justin. Damasc. Emiff.

Toletus lib. 2. Summæ, cap. 26. Henriquez libr. 8. de Euchar. cap. 17. & alij multi, quos citat Soarius ex Patribus. Idem docet D. Chrysoftom. homilia de prodicione Iudæ. Cyprianus sermone de cœna Domini. Iulianus apologia 2. in fine. Damasçenus lib. 4. cap. 15. Emiffenus in cap. *Quia corpus*, de consecr. distinctione 2. & alij passim. Probatur primò: quia, cum formæ Sacramentorum efficiant id, quod significant, illa erit forma essentialis huius Sacramenti, per quam significatur id, quod in Sacramento efficitur: sed per illa verba sola significatur conuersio vini in sanguinem Christi, quæ efficitur in hoc Sacramento: ergo illa sola verba sunt essentialis forma. Nec contra hoc valet solutio Paludani pro prima sententia numer. 1. allegati, affirmantis, etiam his verbis solis, *Ego te baptizo*, significari effectum Baptismi, quia est alburio; & tamen illa sola non esse essentialè formam, sed necessariò addenda esse alia: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, non valet, inquam: quia, cum Baptismus sit professio fidei, & confirmatio corroborans fidem, inuocatio Trinitatis in eo est de essentia forme. Probatur secundò: quia verba, quibus vinum consecratur, non sunt minoris efficaciz, quam verba, quibus consecratur hostia, sed per illa tantum verba, *Hoc est corpus meum*, non addendo, *quod pro vobis tradetur*, verè consecratur hostia, ut patet ex vsu Ecclesiæ: ergo per illa tantum, *Hic est sanguis meus*, vel, *Hic est calix sanguinis mei*, verè consecratur vinum. Tertio probatur: quia Græci verè conficiunt Sacramentum Eucharistiæ, nunquam enim hæcenus ab Ecclesia Romana huius erroris fuerunt notati: sed in consecratione vini hæc quatuor verba omittunt, scilicet, *calix, æterni, mysterium fidei*, & solum his verbis consecrant: *Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ergo non omnia illa verba, quibus modò vititur Ecclesia, pertinent ad essentiam: & hoc est validissimum argumentum. Solutio verò Capreoli in 4. distinct. 8. quæstione 1. artic. 3. quod, scilicet, Græci habent à Sede Apostolica dispensationem ad ita consecrandum, omiffis aliquibus verbis essentialibus, illis, scilicet, quatuor supra dictis, est voluntariè dicta, effectaque: nam Ecclesia supra formas essentialia Sacramentorum non potest dispensare. Et solutio Paludani num. 1. allegati, dicentis, Græcos non consecrare, omnino, falsa est, quia profectò non tolerarentur ab Ecclesia Latina, nec vnquam adhuc de eo errore fuerunt notati.

Capreol.

4.

Docet etiam secundò hæc opinio, quæ est vera, & indubitata, omnia ista verba, quibus Ecclesia vititur: *Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, esse de necessitate præcepti Ecclesiæ, ita ut qui aliquod verbum illorum, vel per contemptum, vel scienter, vel voluntariè omiserit, mortaliter peccet; Sacramentum tamen efficiat, modò non omittat aliquod ex illis, quæ pertinent ad essentialè formam: quia tunc mortaliter peccabit; sed non efficiet Sacramentum. Et ratio, ob quam peccet mortaliter, multiplex est. Primò, quia faceret contra intentionem Ecclesiæ: intendit enim Ecclesia, per omnia illa verba integram consecrationem facere, licet non essentialè. Secundò, quia exponit se periculo non consecrandi, si fortè verbum aliquod omiserit ad essentialè formam spectans: exponere autem se huic periculo, peccatum mortale est: & quantum nullum verbum ad essentialè formam omittat, mortaliter peccat; quia frangit præceptum Ecclesiæ in re graui, per continuationem & inuolubilem traditionem, obseruationemque à tempore Apostolorum obseruatam, & ad posteros demandatam. Tertio, quia omnia ista

P. Steph. Fagundes in qui nque præc. Eccl.

verba, quibus modò vititur Ecclesia in forma consecrationis, dixit Christus Dominus in vltima cœna, tanquam pertinentia ad integritatem Sacramenti, ut probabimus num. 15. quare Ecclesia ante consecrationem calicis dicit, ea Christum dixisse, ut patet ex illis verbis: *Simili modo, postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas, idem tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Hic est enim, &c. vsque ad illa verba, Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ergo omittendo ea verba, quæ Christus in hac consecratione dixit, mortaliter peccabitur.

Ex dictis sequitur, illa verba, *Noui, & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur*, quæ sequuntur post formam essentialè, non esse de essentia Sacramenti, vsque ad illa inclusiue, *in remissionem peccatorum*; esse tamen de præcepto Ecclesiæ. Sequitur etiam illud: *enim, hic est enim*, similiter non esse de essentia Sacramenti, sed tantum de præcepto; & peccare mortaliter, qui illud scienter omiserit. Sequitur tertio, illa verba antecedentia, quæ in Canone Missæ, ante consecrationem dicuntur, & ita habent: *Simili modo, postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas, ac venerabiles manus suas, idem tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes*, non esse de essentia forme; sed partim esse de præcepto, partim de consuetudine & cæremonia Ecclesiæ: illa sunt de præcepto, quia sunt dicta à Christo Domino, *Accipite, & bibite ex eo omnes*, reliqua de more Ecclesiæ, & consuetudine: & similiter peccabit mortaliter, qui illa, vel partem illorum, scienter, & voluntariè omiserit, quia omittit consuetudinem, & cæremoniam Ecclesiæ in re graui.

Circa particulam illam, *noui Testamenti*, quæ in forma consueta Ecclesiæ apponitur, norandum est, Testamentum duobus modis sumi: vel pro ipsa Scriptura, in qua mandatum, ac voluntas testatoris continetur; & iuxta hunc sensum Scriptura facta dicitur Testamentum verus, & Testamentum nouum: vel pro ipsa promissione nouæ hæreditatis factæ à testatore, qua acceptio vititur D. Paulus ad Hebræos 9. dum ait: *Vi morte intercedente re promissionem accipiant, qui vocati sunt, æterna hæreditatis, &c.* Et hoc modo pro ista promissione accipitur testamentum in forma Sacramenti huius. Est igitur sanguis Christi, noui, & æterni Testamenti sanguis, id est, legitima confirmatio suæ promissionis cœlestis hæreditatis: nisi enim bonorum testatio, atque distributio per mortem testatoris confirmetur, stabilis non manet, siquidem à testatore, dum viuit, potest immutari. Vnde testamentum, ut vim habeat, & æternum, id est, immutabile sit, necesse est, ut mors testatoris intercedat, ut ait D. Paulus ad Hebræos 9. vbi enim testamentum est, mors necesse est testatoris intercedat: testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui non valet, dum viuit, qui testatus est. Et idem dicitur *Testamentum æternum*: quia immobile, & irruocabile post mortem Redemptoris factum est. Dicitur *nouum*, id est, vltimum, post vetus, quomodo dies vltima dicitur nouissima. Dicitur etiam *nouum, & æternum*, quia noua, & æterna promittit, ad differenciam veteris Testamenti, quod bona temporalia primariò promittebat. Dicitur *mysterium fidei*: quia fuit vnus ex præcipuis mysterijs fidei infuse Redemptoris nostri, id est, obiectum secretissimum, & res sub Sacramento latens, sola fide cognoscibilis. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur*, id est pro vobis Apostolis, & pro multis electis per vos conuertendis, quoad efficaciam effundetur; id est, effusus est: nam quoad sufficientiam pro

E. E. c

omnibus

omnibus fuit effusus. Lege Gabrielem in Canonem lect. 53.

7. Diximus in secunda opinione, quam secuti fuimus, num. 3. explicata, hanc esse formam essentiali huius Sacramenti, *Hic est calix sanguinis mei*. vel hec, *Hic est sanguis meus*. vel aliam aequivalentem formam, velut, *Hic est calix, nouum Testamentum in meo sanguine*. & hanc formam verborum ponit D. Lucas cap. 22. sui Euangelij, adiunctis alijs verbis, quae, vt dixi, non sunt de essentia formae; his, nempe, qui pro vobis effundetur. sed sunt de praecepto Ecclesiae, vt probaeram manet: nam ad consecrationem sanguinis satis sunt verba, quae ab vnoquoque Euangelista pro forma Sacramenti traduntur, cum omnia sint aequivalentia, vt optime docet Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 17. num. 3. & Scotus in 4. dist. 8. q. 2. Gabriel in 4. dist. 9. quaest. 3. art. 2. & lect. 15. & 53. in Can. & omnes approbant praedictam formam, qua vtuntur D. Lucas, & D. Paulus, cum quibus etiam consentit Soar. tomo 3. in 3. part. disput. 60. sect. 7. in fine, fol. 858. & hac forma verborum posita à D. Luca diu vsa est Hispania, testante Henriquez in Missali Mosarabico, (de quo miraculum ingens accidit, vt in incendio magno igne non combureretur, caeteris incendio absumptis, jedito à D. Isidoro, Hispalensi Archiepiscopo; & D. Paulus 1. ad Corinth. 11. hac etiam forma vtitur, qua D. Lucas vsus est: *Hic calix, nouum Testamentum est in meo sanguine*. nam quae sequuntur: *Hoc facite in meam commemorationem*. cum pertineant ad vsum Sacramenti, non sunt de essentia illius: & D. Paulus ibidem testatur, se tradere circa hoc mysterium, Sacramentum, & sacrificium, quae à Domino accepit: *Ego enim tradidi vobis, quae à Domino accepi: quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur accepit calicem, &c.* Et quia D. Lucas Pauli comes fuit, ideo, vt notant graues Doctores, illius verbis vtitur. Vnde Sotus in 4. dist. 11. quaest. 1. art. 1. Richardus art. 3. quaest. 2. ad 1. & Marsil. quaest. 6. a. 1. generatim dicunt, sufficere verba Pauli, dicentis, & attestantis, se tradere, quae accepit à Domino. Si tamen aliquis hodie verbis Pauli, & Lucae consecrare voluerit, peccabit quidem mortaliter, non quia non efficiet Sacramentum, cum ea verba sufficiant ad Sacramenti consecrationem; sed quia contra consuetudinem Romanae Ecclesiae nouum ritum consecrandi introducit.

Henriq. Scorw. Gabriel.

Soarius.

Sotus. Richard. Marsil.

8. Cum autem Patres, Theologi, & Doctores passim dicunt, praeter haec verba, in quibus forma essentialis Sacramenti continetur ex more Ecclesiae Romanae, Catholicae, & Apostolicae: *Hic est calix sanguinis mei*. ex necessitate apponenda, addendaque esse alia verba, quae significant expresse effectum passionis Christi, & huius Sacramenti, intelligendi sunt: de necessitate praecepti, non Sacramenti, nec sacrificij. Et certe in forma, qua vtitur Ecclesia Romana, satis hic effectus videtur explicari in voce, *noui Testamenti*, quod morti Christi noui testatoris confirmatum est, & quo nobis ius ad gloriam, & hereditatem caelestem, iuxta repromissionem suam, concessit: & in voce etiam, *qui pro vobis, & pro multis effundetur*. & propter hanc expressam significationem mortis, & passionis Christi, Graeci in consecratione panis his verbis vtuntur: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*. sed, cum illa significatio non sit de necessitate Sacramenti, sed tantum de necessitate praecepti: ideo illa verba, quae in consecratione panis addunt, *quod pro vobis tradetur*, ad essentialiam formam non pertinent: & in hoc error illorum consistit; quia putant esse de necessitate Sacramenti, cum tamen reuera non sint, vt probauimus num. 3.

9. Ex dictis sequitur, posse dari transmutationem in verbis essentialibus consecrationis sanguinis, quae non mutant essentialiam formam, & sub qua transmu-

tatione verborum maneat verum Sacramentum sanguinis, vt diximus etiam c. praeced. num. 11. dum enim manet idem formae sensus, nihil impedit, si multis, aut paucis verbis, aut etiam transmutatis, eadem ipsa forma explicatur; quauis semper peccatum committatur in transmutatione verborum, propter periculum, cui se exponit, non consecrandi, & nouum ritum, quem absque auctoritate in re graui introducit: excusabunt tamen ab eo peccato inaduertentia, & ignorantia, sicut & in caeteris praeceptis excusant. Videamus ergo singula verba.

10. *Hic*. Loco huius pronominis si ponatur, *hoc*, aut *haec*, & mutetur genus, non impeditur vera consecratio, quauis semper propter consuetudinem Ecclesiae, peccatum sacrilegij esset, talem mutationem facere. Ita docet expresse Franc. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 60. sect. 2. initio, fol. 857. & patet ex his, quae diximus cap. praeced. num. 4. licet enim haec mutatio sit contra regulas Grammaticae; non mutat tamen sensum formae, & ostendit materiam praesentem, quae consecratur: & quia, si in aliquo idiomate sanguis esset genus neutrum, aut femineum sortitus, valeret ea consecratio. Verbum, *est*, est de essentia formae, & loco illius nullum aliud verbum conuenientius apponi potest: vnde, si quodcumque aliud apponatur, qualecunque sit illud, non conficietur Sacramentum. Ita idem Soarius modò allegatus, & Henriquez libr. 8. de Euch. cap. 16. num. 2. Rationes vide cap. praeced. numer. 16. quae enim ibi dicta sunt, pro forma consecrationis panis in verbo, *est*, hic etiam pari ratione militat. *Enim*. Iam satis explicauimus num. 3. huius capitis, hoc aduerbium, *enim*, non esse de essentiali forma huius Sacramenti, sicut non est etiam de forma consecrationis panis, quauis sit de praecepto Ecclesiae; & id satis probatum manet numero citato, & in cap. praeced. num. 17. nam omnes Doctores, qui dicunt, hanc solam esse formam essentiali huius Sacramenti, *Hic est calix sanguinis mei*, quos n. 3. huius capitis videre poteris, consequenter dicunt, illud, *enim*, non esse de necessitate Sacramenti, esse tamen de necessitate praecepti Ecclesiae.

11. *Calix sanguinis*. Loco horum verborum poni potest in recto casu, *sanguis*, dicendo: *Hic est sanguis meus*. sicut D. Matthaeus cap. 26. & Marcus 14. dixerant: quia in his verbis sufficientissime significatur conuersio vini in sanguinem Christi. Quocirca non immeritò dubitabitur, cur Ecclesia Latina, praetermissa hac forma Marci, & Matthaei, quae clarior est, quam illa, qua modò vtitur: *Hic est enim calix sanguinis mei*. istam elegerit? Et breuiter respondeo, sufficientissimam esse Romanae Ecclesiae auctoritatem, vt credamus, conuenientissimum fuisse vti his verbis. Praeterea D. Paulus 1. Corinth. 11. & Lucas cap. 22. nomen, *calix*, & nomen, *sanguis*, apposuerunt: *sanguis*, quidem, non in recto, sed in sexto casu, dicendo: *Hic est calix nouum Testamentum in meo sanguine*. Et verosimile est, D. Petrum huiusmodi verba Romanae Ecclesiae tradidisse: quia illa vox, *calix sanguinis*, propriae sanguinem, vt potabilem significat, & ita in voce sanguinis nulla est metaphora. At verò vox, *calix*, quauis metaphoricè possit exponi, vt accipiatur metonymicè contentus pro contento, id est, calix pro re contenta in calice, vt idem sit calix sanguinis, quòd porus sanguinis; seu sanguis in calice contentus: tamen haec metaphora est adeò trita, nota, & vsitata, vt omninò clara sit, & propriae significationi aequipollent: vnde etiam valebit haec forma: *Hic est potus sanguinis mei*. Et haec est communis expositio huius loci, quam tradidit Soarius allegatus d. tomo 3. Soarium. 3. p. disp. 60. sect. 2. fol. 857. initio, & D. Thomas in 4. dist. 8. & 3. p. quaest. 78. artic. 4. & D. Bonau. eodem d. Bonau. 2. p.

10.

Soarius. Henriq.

11.

Richard. Paludan. Gabriel. D. Anton. 2. p. art. 1. q. 2. Richardus art. 3. q. 2. ad 5. Paludanus q. 1. Gabriel. lect. 52. in Can. D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 4. Valer etiam ista forma, in qua loco calicis poneretur, *vas* aut  *poculum*, asserendo, *Hoc est vas*, aut,  *poculum sanguinis mei*; id est, continens sanguinem meum: haec enim locutio eundem sensum reiner, atque illa, *Hic est calix sanguinis mei*. vtitur tamen Ecclesia nomine calicis, non vasis, aut poculi, quia locutio calicis, est magis vsitata & accommodata modo loquendi factae Scripturae: vnde Christus Dominus alibi: *Qui dederit calicem aquae frigidae, &c.*

12. *Sanguinis*. Parum refert ad valorem Sacramenti, vt dicatur, *sanguinis*, vel *sanguine*, vel *sanguinem*, aut *sanguini*, aut quid simile: peccabitur enim tunc contra regulas Grammaticas, & contra reuerentiam Sacramento debitam, si animaduertenter, & voluntariè dicatur; non tamen contra valorem Sacramenti, vt patet, cum maneat idem sensus, in quo à Christo Domino dictum fuit hoc nomen. Et idem dicendum est de hac voce *mei*: semper enim Sacramentum valebit & efficietur, siue dicatur *mei*, siue *meum*, aut *meo*, aut *mea*, cum idem sensus maneat; in quo à Christo Domino dicta fuit: sicut, si quis baptizet in nomine Patriae, & Filiae, & Spiritus sancti, vt supra diximus, de hac voce meum in consecratione corporis Domini, c. 6. praeced. n. 2. Non valebit tamen forma Sacramenti, neque Sacramentum conficietur, si quis loco pronominis *mei* ponat *Christi*, ita dicendo, *Hic est calix sanguinis Christi*, quia, cum Sacerdos proferat verba consecrationis nomine Christi, & in persona Christi, videtur tunc significare ex modo, & vi verborum, sanguinem non esse suum proprium, sed alicuius terciae personae, per ea, quae diximus cap. praecedenti num. 12. quae hic etiam accommodanda erunt.

13. Nunquam verò loco sanguinis poni potest, *vinum*: quia tunc non fiet Sacramentum, cum vinum non sit sanguis Christi, sed conuertatur in Christi sanguinem, ex vi verborum consecrationis, quae in persona Christi Sacerdos proferit Vnde haec propositio est falsa: *Vinum est sanguis Christi*. haec autem vera: *Vinum conuertitur in sanguinem Christi*, aut, *Ex vino fit sanguis Christi*. Quare, vt optime animaduertit Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 60. sect. 2. §. Solùm ergo fol. 857. col. 2. cauendum hic maxime est ab his, qui dicunt, calicem quidem eum metaphoricè, & metonymicè pro vino in suo contento, non pro sanguine, vt sensus sit: *Hoc est vinum sanguinis mei*, id est, quod conuertitur, vel conuersum est in meum sanguinem; cum in rigore falsa sit ea propositio in termino prolationis verborum: quia prolata, dictaque verborum forma, tunc iam non est vinum, quod conuertatur in sanguinem; sed tantum est sanguis, in quem conuersum fuit vinum: vel, vt sit vera ea propositio, necessariò fatendum est pronunciata, dictaque forma essentiali consecrationis, non fuisse factam conuersionem vini in sanguinem Christi: quod est omninò falsum, & haeticum, vt patet.

14. Sed restant adhuc dubia duo necessariò explicanda. Primum est in quibus verbis consecrauit Christus Dominus. Et ratio dubitandi est: quia Lucas 22. vtitur hac forma: *Hic est calix, nouum Testamentum in sanguine meo*. & D. Paulus 1. Corinth. 11. iisdem etiam verbis vtitur, & testatur ibi, se ita accepisse à Domino. Marcus verò c. 14 ista forma vtitur: *Hic est sanguis meus noui Testamenti*. Matthaeus 26. ista: *Hic est enim sanguis meum noui Testamenti*. Ioannes hanc rem praetermisit, quia iam erat satis explicata à tribus Euangelistis. In qua ergo forma istarum consecrauit Christus: Responder, & optime, Doct. Franc. Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 60. sect. 2. P. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccles.

Soarius.

§. Sed quares. fol. 858. col. 1. de Christi facto nihil constare, an ipse vsus fuerit vno, vel altero dicendi modo: quia in sacra Scriptura vterque habetur: quauis enim ipse altero tantum dicendi modo vsus fuerit, tamen cum idem sit sensus, salua historiae veritate, potuit illius factum vtroque modo referri. Verosimile tamen est, vsum fuisse verbo calicis, & ea forma verborum, qua modò vtitur Ecclesia: quia traditio Apostolica tot saeculis inuolubiliter continuata, & obseruata, hoc indicat, & persuadet.

Alterum est, ob quam causam addiderit Ecclesia formae essentiali consecrationis aliquas particulas, quae non sunt de essentia illius, & vtrum conuenienter eas addiderit: Respondeo, Ecclesiam eas addidisse: quia omnia illa verba, quibus illa modò vtitur in consecratione calicis, dicta fuerunt à Christo Domino, licet non omnia ad essentialiam consecrationis pertineant; sed illa tantum quae haecenus diximus: & haec est communis sententia Doctorum, quam tenet D. Thomas 3. p. q. 78. art. 3. Alensis 4. p. q. 3. art. 1. D. Bonau. Scotus, Paludanus, & reliqui Doctores in 4. dist. 18. Durandus lib. 4. Rational. c. 41. Soar. tomo 3. in 3. p. disp. 60. sect. 3. initio fol. 858. col. 2. Henriq. lib. 8. de Euchar. c. 17. n. 2. Innocentius III. c. Cum Martha. de celeb. Missar. id aperte significat, & solus Palatius in 4. dist. 8. qu. 1. immeritò hac de re dubitat: quod etiam confirmat Canon Missal. illis verbis, *Similiter & calicem, postquam cenanit, dicens: Hic calix, &c.* ubi omnia verba subsequenter referuntur, vt dicta à Christo Domino: & ideo planè certum est, dicta fuisse ea omnia verba à Christo Domino, quod Ecclesia testatur in eodem Canone; & credendum est, ita ex traditione accepisse, & ferè omnia referuntur ab Euangelistis: incertum tamen est, an eo ordine dicta fuerint, quo ab Ecclesia modò dicuntur: quia id neque scriptum est, neque traditum, neque oportebat tradi ea verba ab Euangelistis, ordine, quo dicta sunt à Christo, cum hoc ad veritatem, & substantiam mysterij non referret, vt diximus.

Conuenientissime tamen fuerunt ab Ecclesia addita formae essentiali consecrationis eo modo, & ordine, quo modò dicuntur: quia in formis aliquorum Sacramentorum interdum aliqua verba adduntur ab Ecclesia ad maiorem ornatum illarum, & ad excitandam maiorem deuotionem, & reuerentiam in nobis, atque etiam ad maiorem significationem, expressionemque mysterij: vnde in forma absolutionis adiungi solet inuocatio Trinitatis; & quia illa omnia sunt verba Christi, & magis explicant effectum, dignitatem, & excellentiam huius Sacramenti, & sacrificij, vt rectè explicat D. Thomas 3. p. q. 78. art. 3. & Alensis supra artic. 4. & ideo dicit Innocentius III. praedicto c. Cum Martha. de celebr. Missar. licet non omnia illa verba ab Euangelistis referantur, referri tamen ferè omnia, & caetera traditione constare fuisse dicta à Christo, & optime ordinata ab Ecclesia edocta à Spiritu sancto, intellige ad maiorem reuerentiam tanti mysterij.

Ad finem huius capitis animaduerto id, quod iam cap. praecedente, num. 11. animaduerti, ipsam etiam formam essentiali calicis, & sanguinis Domini posse in verbis variari, & illorum collocationem ita transmutari, vt maneat semper idem sensus, in quo à Christo Domino dicta fuerunt, & tunc quidem adhuc conficietur Sacramentum validè, non tamen licitè: si verò ipsa ita transmutentur, vt non maneat idem sensus, nec licitè, nec validè Sacramentum conficietur. Vide, quae diximus dicto num. 11. cap. praecedenti, & exinde omnia colliges.

15.

D. Thom. Alensis. Bonau. Scotus. Paludan. Durand. Soarius. Henriq. Palatius.

16.

D. Thom. Alensis.

17.





# LIBER TERTIVS.

De ministro, & suscipiente Eucharistiam, & de preparatione competenti ad impletionem huius precepti, & ad susceptionem huius Sacramenti.

**I**N hoc libro nobis explicandum erit, quisnam sit verus minister huius Sacramenti; an plures Sacerdotes possint simul eandem hostiam consecrare; an dispensatio, & distributio huius Sacramenti ad Sacerdotes solum spectet; an liceat Sacerdoti Missam celebranti non communicare; an Sacerdos peccator possit consecrare hoc Sacramentum; & quid de Sacerdotibus hereticis, schismaticis, & excommunicatis, ac degradatis: an peccent illi fideles, qui ab his communionem accipiunt; an liceat Sacerdotibus omnino à celebratione, abstinere. Hæc attingent ad ministrum proprium Eucharistiæ. Circa susceptionem explicabimus in hoc libro, quam dispositionem debeant habere suscipientes. Et hæc dispositio, quæ in suscipientibus requiritur, duplex est, altera spiritalis, altera corporalis; id est, altera, quæ ad animam; altera, quæ ad corpus pertinet. Ad animam quidem pertinet, ut suscipiens non accedat in peccato mortali: & in primis inquiremus, quàm graue peccatum sit indigna susceptio: an conscientiam peccati mortalis habens teneatur prius confessionem præmittere, si copiam habeat Confessarij. In quibus casibus licitum sit communicare sine prævia confessione peccati mortalis commissi: an, quando confessio præmitti non potest, necessarium sit habere contritionem: an, qui non præmissa confessione communicat, teneatur ex iure diuino statim confiteri, quamprimum possit; & quid de iure ecclesiastico: an ille, qui peccauit mortaliter, etiamsi contritus sit, & confessus, teneatur communionem differre: an Sacerdos debeat denegare Eucharistiam peccatori illam publicè, vel secretò petenti: an hoc Sacramentum dandum sit hominibus de crimine aliquo suspectis: ac nocturna pollutio impediat susceptionem illius, & qualis. Ad præparationem corporis pertinet, ut suscipiens sit ieiunus: an in aliquibus casibus liceat post cibum, & potum communicare; vtrum liceat post cibum, & potum communicare; vtrum liceat quotidie hoc Sacramentum suscipere; & alia similia dubia in hoc libro tractabimus, quæ passim in vfu veniunt, & apud Doctores inueniuntur: omnia quidem perstringemus, & si non ordinatim, ut hic sunt proposita, saltem nullum prætermittemus.

## CAPVT I.

Quisnam sit verus minister huius Sacramenti; & an à solis Sacerdotibus Eucharistiam possint fideles licitè accipere; & à quibus; an ab hereticis, schismaticis, excommunicatis, & degradatis, & an à laicis, & concubinariis atque peccatoribus.

## SUMMARIUM.

- Minister confessionis Sacramenti Eucharistiæ est solus Sacerdos.* num. 1.  
*Minister distributionis, seu collationis auctoritativa est solus Sacerdos; actus tamen auctoritativè distribuendi, & actus deferendi Eucharistiam, & applicandi ad os alicuius, possunt esse separati.* num. 2.  
*Soli Sacerdotes de iure diuino ex officio sunt ordinarij ministri huius Sacramenti.* num. 3.  
*Ex dispositione Ecclesie Diaconi ministrare etiam possunt Eucharistiam.* num. 4.  
*Sed ex commissione Sacerdotum, & in casu necessitatis.* num. 5.  
*An requiratur causa necessaria, ut Sacerdos, vel Episcopus committat Diacono Eucharistia dispensationem.* num. 6.  
*An id possit committi Diaconis, presentibus aliis Sacerdotibus, qui Eucharistiam possint, & velint ministrare.* num. 7.  
*Quid, quando datur necessitas dispensandi Eucharistiam infirmo, & non adest Sacerdos, aut Episcopus, qui id Diacono committant, adest tamen Diaconus, qui id possit efficere.* num. 8.  
*Quid, si nec Episcopus, nec Sacerdos, quando sunt presentes, ex malitia sua nec illam dare, nec licentiam Diacono velint committere.* num. 9.  
*An laicis, & Subdiaconis sit licitum Eucharistiam postis tempore ministrare.* num. 10.  
*Aliquis id affirmat, sed contrarium est verum.* num. 11.  
*Licitè tamen laicis Eucharistiam de terra eleuare, ne proteratur.* num. 12.  
*An liceat tempore pestis Eucharistiam in deceni loco ponere, ut inde propriis manibus, vel ore ab infirmis capiatur: idem de quacunque alia infirmitate contagiosa.* num. 13.  
*Angeli non sunt ministri Eucharistiæ, nisi ex privilegio.* num. 14.  
*Sacerdotes heretici, schismatici, & degradati, adhuc retinent charactèrem sacerdotalem.* num. 15.  
*Duplex est degradatio, realis, & verbalis, & que veraque sit.* num. 16.  
*An liceat Eucharistiam accipere à Sacerdotibus hereticis, & schismaticis: refertur communis opinio negans.* num. 17.  
*Refertur affirmans, & ponuntur circumstantie, in quibus id liceat.* num. 18.  
*An à concubinariis publicis.* num. 19.  
*An à Sacerdote, quem scimus esse in publico peccato, remissuè.* num. 20.

**V**T distinctè procedamus in hac materia, duo sunt in primis animaduertenda: alterum est, ipsa consecratio, & consecratio Sacramenti: alterum, vñs, & collatio illius: vnde duo sunt ministri; alter est consecrationis, & consecrationis Sacramenti; alter collationis. Minister consecrationis, & consecrationis Sacramenti, est solus Sacerdos,

Sacerdos, ita ut nullus alius, qui careat caractere sacerdotali, & Sacerdos non sit, possit validè consecrare, & consecrare corpus, & sanguinem Domini nostri IESU CHRISTI, ut de fide definit Concil. Trident. sess. 23, c. 1. docens, sacerdotium, ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi, corpus, & sanguinem eius. Et ibidem can. Si quis dixerit, non esse in nono Testamento sacerdotium visibile, & æternum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, anathema sit. Et quoniam Concilium non dicat expressis verbis, nullam alià posse verè & validè consecrare, & consecrare hoc Sacramentum præter Sacerdotem; tamen id satis expressit, dum dixit, sacerdotiū institutum esse à Christo, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam esse consecrandi & offerendi. In quibus verbis satis excluduntur omnes alij, qui Sacerdotes non sunt, & caractere sacerdotali carent, ut patet: & quia id satis probauimus toto libro 3. primi mandati, ac precepti sanctæ Matris Ecclesiæ, in quo de sacrificio Missæ egimus, idcirco amplioribus probationibus parcimus, eos, qui curiosius hanc rem discussam velint, ad eum locum remittentes; & ad Sacramentum Ordinis, vbi hæc latius pertractantur.

Minister collationis est etiam Sacerdos. Sed animaduertendum est, aliud esse conferre, distribuere, & dispensare hoc Sacramentum ex potestate: aliud verò illud tangere, deferre, aut ad os alicuius summentis applicare: quoniam enim hæc ordinariè in vna persona Sacerdotis, & actione coniungantur; tamen de se separabilia sunt, & interdum separata existunt, ut optime docet Soar, tomo 3. in 3. p. 418. p. 72. sect. 1. §. Veritatem, col. 1. fol. 1019. & colligitur ex Henriq. lib. 8. de Euch. c. 26. §. 4. Quod probatur facile: primò, ex prima collatione, & dispensatione huius Sacramenti, quæ in cæna Domini facta fuit, in qua solus Christus ex potestate, auctoritateque hoc Sacramentum contulit, ac distribuit, dicens: Accipite & comedite. Matthæi 26. at, ut est probabilior sententia, & ipsa verba indicant, non contulit ipse, nec applicauit propria manu hoc Sacramentum ori discipulorum: sed obtulit tantum catinum, & ipsi propriis manibus sumperunt consecratum panem ex illo. Quod in calice euidentius patet, ex illis verbis Marci 14. Et accipite calicem gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes vbi Marcus aperit declarat, Christum consecratum calicem dedisse discipulis, & illos inter se illum distribuissè. Et id liquidius adhuc patet ex illis verbis Lucæ 22. Accipite, & dividite inter vos. fuit ergo per proprias Apostolorum manus ab vno alteri datus calix. Secundo, id probatur ex antiqua consuetudine dandi hoc Sacramentum in manibus communicantium, ut ipsimet acciperent, quod interdum in præsentia Sacerdotis fiebat; interdum autem in proprias domos illud deferrebat, & ibique sumebant, ut notat Soarius allegans: & Diaconus ministrans solenniter Sacerdoti celebranti tangit facta vasa Eucharistiam continentia. Similiter, & Papa solenniter celebranti Diaconus Cardinalis ministrat potum sanguinis. Ex quibus patet, separatam esse actionem dispensatiuè, ac auctoritatiuè dandi, & conferendi hoc Sacramentum; ab actione applicandi illud ad os sumentis.

His notatis, dubium non vulgare est vtrum soli Sacerdotes possint licitè hoc Sacramentum conferre, ac de iure dispensare? Et breuiter ac resolutiuè respondeo, ex iure diuino solos Sacerdotes esse ordinarios ministros huius Sacramenti: proprium P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccles.

enim ius, & ordinaria potestas, & auctoritas conferendi hoc Sacramentum penes illos est de iure diuino. Et ita docet expressè D. Thomas in 4. dist. 13, q. 1. art. 3. & 3. p. q. 82. a. 3. licet enim in hoc ultimo loco non addat, hoc esse de iure diuino; tamen absolute docet, collationem huius Sacramenti ad Sacerdotes, vel ad ministros proprios pertinere. Docet etiam Rich. in eod. 4. dist. 13, q. 1. a. 3. & ibi. Sorus, Richard. & Ledesma q. 23. artic. 3. Durandus in eodem 4. dist. dist. 13, q. 4. Paludan. ibid. q. 1. art. 4. Soar. tomo 3. in 3. p. dist. 72. sect. 1. col. 1. §. Dico primò. fol. 1019. Durand. verbo, Eucharistia, 3. n. 5. Et probatur primò ex verbo, Eucharistia, 3. n. 5. Et probatur primò ex Conc. Trid. sess. 13. c. 8. vbi dicit, ex traditione Apostolica emanare, ut laici à Sacerdotibus communionem accipiant: quia semper hic mos fuit in Ecclesia obseruatus: & ex Concilio Rhemeni c. 1. in c. Peruenit. de consecr. dist. 2. vbi horrendum & detestandum sacrilegium dicitur, sed per laicos Eucharistia ad infirmos deferatur, mittaturque: & ex ea exaggeratione, & dicendi modo colligitur, id non esse nouam prohibitionem ecclesiasticam; sed reprehensionem quandam actionis iniquæ; & iuri diuino repugnantis: nam sic concludit textus, ut Presbyter per semetipsum infirmos communicet, quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacet. Deinde probatur his rationibus. Prima, quia solus Sacerdos sacrificat, & consecrat, & Deo offert: ergo ad illum solum etiam spectat, quæ Deo obtulit, populo ministrare, & eo iure, quo obtulit: obtulit autem iure diuino, ergo ad eum etiam spectat iure diuino Sacramentum hoc populo ministrare. Secunda, quia actus dispensandi, ac conferendi Sacramentum Eucharistiæ est actus Ordinis, non est actus iurisdictionis, ut patet ex Conc. Trid. sess. 13. c. 1. asserente, Sacerdotibus, ex vi sacerdotalis Ordinis, traditam fuisse à Christo Domino potestatem consecrandi, offerendi, ac ministrandi hoc Sacramentum ergo ratione Ordinis sacerdotalis solis Sacerdotibus conuenit, & ad eos solum spectat ex officio, & auctoritate iure diuino hoc Sacramentum populo ministrare, ac conferre: enim verò potestas Ordinis sacerdotalis ex iure diuino conuenit Sacerdotibus, & ex iure diuino etiam est sufficiens ad exercendos actus circa corpus Domini: hæc autem potestas auctoritatiuè conferendi, & dispensandi corpus Domini pronenit ex illa: ergo inuentum. Sicut enim nulli, præterquam Sacerdoti, data est potestas Ordinis, seu potestas conficiendi hoc Sacramentum iure diuino: ita etiam eodem iure diuino nulli, præterquam Sacerdoti, data est potestas auctoritatiuè, & dispensatiuè conferendi, ac distribuendi illud.

Licitè verò solis Sacerdotibus iure diuino data sit potestas conferendi hoc Sacramentum ex officio, auctoritatiuèque; non est tamen necessarium, ut semper per seiplos illam exequantur: imò ex dispositione Ecclesiæ per alios id facere possunt. Ita docet expressè Soarius n. præced. allegans, §. Dico secundò. Henriquez lib. 8. Euch. c. 54. Durandus in 4. dist. 13, q. 4. D. Thom. in eod. 4. q. 1. artic. 3. questiuè. 1. ad 1. ead. distinct. 13. Ledesma 1. q. 4. 8. a. 7. dub. 3. & idem D. Thomas 3. p. q. 80. a. 3. Clemens lib. 3. conf. Apost. c. 20. & alij. Et id facile probatur: quia olim ex dispositione Ecclesiæ, dum fideles sub vtraque specie communicabant, Diaconi iussu Sacerdotum ministrabant, ac conferebant laicis per fistulam argenteam sorbentibus potum sanguinis ex calice, ut testatur Henriquez dicto cap. 54. num. 1. ad finem. Imò & olim ex permissione, & dispensatione ipsius Ecclesiæ, ut refert Eusebius lib. 6. Histor. c. 33. & Nicephor. lib. 6. Serapioni mortuato, occupatus Sacerdos misit hostiam per vnum, absente Sacer-

Sacerdote, & Diacono; & communicantes olim, vt diximus numer. 2. ad finem, Eucharistiam prius, manibus accipiebant, & seipsos communicabant, & sæpè etiam in domum deferebant, & domi communicabant, ad quod utebantur feminæ linteolis mundissimis, quæ Dominicalia vocabantur: non enim nuda manu accipiebant, vt patet ex Concilio Antiocheno cap. 42. & 36. & Christus Dominus prius Sacramentum instituit, & communicauit Apostolos: deinde post eam communionem, eos Sacerdotes constituit: nam Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. dicit Christum instituisse Apostolos Sacerdotes, & eorum in officio sacerdotali successores in illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem. quæ verba dixit Christus Dominus post communionem Apostolorum: probauimus autem supra numer. 2. Apostolos suis propriis manibus excepisse ex carino Eucharistiam, & seipsos communicasse: communicauerunt ergo seipsos suis propriis manibus laici: cautè autem asserit Concilium Tridentinum: Instituit Apostolos Sacerdotes, & eorum in officio sacerdotali successores: quia simpliciter, & absolute Apostolorum successores non dicuntur, nisi Episcopi, in sacerdotio autem successores Apostolorum dicuntur omnes Sacerdotes. Et ratio est, quia confectio & collatio Sacramenti Eucharistiæ, vt numer. 2. diximus, sunt actiones distinctæ, & separabiles, & idè licèt in Sacerdote conficiente & consecrante separari iure diuino non possint: quia cui datur iure diuino potestas conficiendi Eucharistiam, iure etiam diuino, eidem datur potestas conferendi, & dispensandi illam auctoritatè, & ex officio; tamen non est necesse, vt cui non est data potestas consecrandi, conficiendique Sacramentum, sit semper, & iure diuino dempta, & prohibita dispensatio, collatioque illius: nam, cum vsus huius Sacramenti non sit de essentia illius, idè non repugnat, vt possit alicui hæc collatio committi, cui non possit confectio, & consecratio illius demandari: nam, salua substantia, & essentia Sacramentorum, commisit Christus Ecclesiæ potestatem mutandi, & addendi ritus circa vsum illorum, quos successu temporum iudicauerit necessarios, iuxta doctrinam Concilij Trid. quam tradit Soar. tomo 3. in 3. part. disputat. 72. sect. 1. §. Dico secundò. col. 2. fol. 1019. Enimverò quòd hoc Sacramentum, postquam confectum est, dispensetur, conferaturque à Sacerdote, vel Diacono, non spectat ad substantiam Sacramenti: nihil ergo præcisè statuit in hoc ius diuinum, sed totum commissum est dispositioni Ecclesiæ, quæ hoc etiam permittere, & committere potest laicis ad fidelium vtilitatem: inter dum enim contingere potest, vt per alium, quam per Presbyterum, aut Diaconum, hoc Sacramentum conferatur cum debita reuerentia. Neque obstat id, quod docet Concil. Trid. sess. 13. cap. 8. ex traditione Apostolica emanare, vt laici à Sacerdotibus communionem accipiant: quia semper fuit in Ecclesia obseruatus hic mos, consuetudoque: nam loquitur Concilium de collatione, ac dispensatione auctoritatè, ac dispensatiuè facta, & ratione ordinis: non loquitur verò de collatione, & commissione facta, permissioneque Ecclesiæ.

Conc. Trid.

Conc. Trid.

5.

Soarius. Alensis. Henr. Syluest. D. Thom. Sotus.

Hæc olim in primitiua Ecclesia: at nunc ex prohibitione Ecclesiæ, ex praxi communitillius, ad maiorem decentiam, ac reuerentiam Sacramenti soli Sacerdotes possunt conferre ac dispensare hoc Sacramentum; in casu verò necessitatis id possunt committere tantum Diaconis, non Subdiaconis, nec laicis. Ita docet Soarius dicto tomo 3. in 3. disputat. 72. sect. 1. §. Dico tertij. col. 2. fol. 1029. Alensis 4. p. quæstione 50. membr. 3. Henr. lib. 8. Euch. cap. 54. n. 2. Syluester verbo, Eucharistia, 3. numer. 5. D. Thomas 3. part. quæstione 82. artic. 3. ad 1. Soto in 4. dist. 13,

quæst. 1. art. 5. Ledesma quæst. 23. art. 3. Paludanus in 4. dist. 13. artic. 4. D. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 12. §. 4. Armilla verbo, Euch. §. 5. Tabiena verbo, Communicare, §. 52. Caietanus verbo, Communio, Summa Astensis lib. 4. tit. 13. Bellarm. libr. de ordine, cap. 6. & de Diaconis patet ex epist. 1. Gelasij Papæ, cap. 9. & 19. & patebit numer. 8. Ratio est: quia supposita consuetudine, quæ hodie viget in Ecclesia communicandi populum sub vna tantum specie panis, ad maiorem reuerentiam tanti Sacramenti spectat, vt à solis Presbyteris Eucharistia ordinariò dispensetur, & vt in necessitate dispensetur infirmis à Diacono tantum, ex licentia Episcopi, vel Parochi: nam dispensatio sanguinis, quæ olim in primitiua Ecclesia per Diaconos fiebat, iam cessauit: nullibi enim prohibuitur est iure, quòd in casu necessitatis hoc possit committi Diacono per Episcopum, vel Presbyterum.

Quæri verò solet, an, vt hæc facultas ab Episcopo, vel Sacerdote Diacono concedatur, & vt ea Diaconus licitè vtatur, necessariò sit iusta causa: videtur enim sufficere præceptum Episcopi, vel Presbyteri mandati, etiam si nulla subsit causa iusta, vt insinuat Sylu. verbo, Diaconus. Dicendum tamen est cū Soario, & Henr. n. præced. allegatis, necessariò requiri iustam causam ad concedendam hanc facultatem: nam omnes Doctores præcitati dicunt, hoc licere Diaconis ex licentia Episcopi, vel Presbyteri, in casu necessitatis: requirunt ergo iustam causam, vt licitè, & legitimè hæc collatio ab Episcopo, vel Sacerdote Diacono committatur, & vt illi licitè id faciant. Deinde, quia iura, quæ hæc facultatem concedunt, expressè requirunt iustam causam: illicitum ergo erit solū nudum mandatum, ac præceptum Episcopi, vel Presbyteri absque iusta causa, ac proinde non obligat, vt optimè notat Soarius allegatus: imò addit non posse eis licitè obediri, quando expressè constat, nullam intercedere iustam causam hoc præcipiendi: secus verò esse, quando hoc non constaret: quia tunc parendum esset Superiori, credèdumque Episcopo, vel Presbytero causanti impedimentum aliquod ipsi inferiori Diacono ignotum. Hanc autem causam non oportet esse extremam, sed moralem, vt quòd Sacerdos sit debilis, infirmus, impeditus, vel quid simile, vt optimè notat Soarius d. tomo 3. in 3. p. disputat. 72. Soar. sect. 1. §. Dico 3. col. 2. fol. 1022.

Hinc fit, vt, si, præter Diaconum, sint alij Presbyteri præsentés, qui possint, & velint Eucharistiam ministrare, non possit licitè Episcopus, aut Presbyterum, id committere Diacono, neque Diaconum id acceptare: quia iam cessat omnis causa iusta, & omnis necessitatis ratio. Et fortassis ob hanc causam ferè nuquam hoc munus per Diaconos exercetur: quia, moraliter loquendo, non deerunt Sacerdotes, qui id & velint, & possint facere. Ita docet Soarius allegatus.

Sed, quid faciendum est Diacono, quando datur necessitas communicandi infirmum, & nullus adest Sacerdos, qui Eucharistiam deferre possit, nec Episcopus, aut Presbyter, à quo possit hanc licentiam petere? Respondet Soarius modò allegatus, sufficere tunc ratihibitionem de futuro, & præsumptam voluntatem interpretatiuum Pastoris; modò tamen sit tanta necessitas, vt timeatur, infirmum siue Viatico discelsurum. Et sumitur hæc responsio ex Gelasio Papa epist. 1. cap. 9. & 10. vbi simpliciter hanc facultatem concedit Diacono in necessitate, Presbytero absente: quamobrem in tali casu censetur illi iure communi talis facultas concessa, & idem ferè habetur in Concilio Nicæno cap. 4. Sed Soarius solum id concedit in periculo mortis, extremæque necessitatis. Alij tamen Auctores miriùs loquuntur: nam Tolerus lib. 2. Summæ, cap. 28.

Ledesm. Armill. Tabien. Caiet. Astens. Bellarm. Paludan. D. Anton.

6.

Syluest.

Soar. Henr. Sot.

Soarius.

Henr. Sot.

Cather.

Sylu.

Dec. Ripa. Sot. Led.

cap. 28. absolute asserit, id licere Diacono, quando necessitas esset: veluti, inquit, cum quis infirmatur, vel Sacerdos non adest, vel non potest. Vbi (vt videtur) non requirit extremam necessitatem, & quòd timeatur proximi periculum, & quòd sine Viatico discelsurus sit, vt dicebat Soarius Henriquez etiam lib. 8. de Euch. cap. 54. num. 2. simpliciter ait posse Diaconum in necessitate infirmis Eucharistiam ministrare, & absente Parocho, vel Episcopo, sufficere interpretatiuum ratihibitionem. Quamobrem ex sententia horum duorum Doctorum ad hoc præstandum sufficere necessitas, seu infirmitas proximi, licèt non ita sit extrema; imò sufficere maximum solatium, quod ex communionem & susceptione Eucharistiæ accipiet infirmus.

Henr. Sot.

9.

In necessitate autem extrema; & in proximo periculo mortis, si improbus Parochus, aut Episcopus præsens nolint hanc licentiam Diacono concedere, nec velint id per se efficere, sed velint prorsus infirmum sine Viatico discedere, existimat Syluester verbo, Eucharistia, 3. num. 3. non posse Diaconum licitè ministrare Eucharistiam in eo casu infirmo, etiam si illi ex malitia negent: quia Diaconus non potest hoc facere, nisi vt instrumentum Presbyteri, aut Episcopi: in eo autem casu morale instrumentum esse non potest, cum principale agens illud non moueat. Et affirmant communiter Doctores, Soar. tom. 3. in 3. p. disputatione 72. sect. 1. §. Difficultas verò. col. 2. sine, fol. 1020. Henriquez lib. 8. Euch. cap. 54. num. 2. Soto in 4. dist. 13. quæst. 1. a. 4. & alij. Primò, quia præsentia Sacerdotis sua potestate abutentis pro absentia reputanda est. Secundò, quia tunc censendum est, velle Episcopum in eo casu eam concedere, aut Papam, si Episcopus neget: & fortè etiam in eo casu recurrendum est ad Christi voluntatem, qui tunc censetur id omnino velle, & approbare.

10.

Inferiori autem Clerico instat Diaconum, nec etiam in extrema necessitate, hodie licèt Eucharistiam ministrare, aut illam ab eo in eo casu accipere, aut ei hanc licentiam dare, & multò minùs laico. Ita docent communiter Auctores, Soarius tomo 3. in 3. p. disputat. 72. sect. 1. §. Primum dicendum. col. 1. fol. 1021. Henriquez lib. 8. Euch. cap. 54. num. 3. prohibente id Ecclesia, verantèque, quæ etiam punit Sacerdotis minùs reuerenter mysterium Eucharistiæ tractantes cap. Qui non bene. cap. Si per negligentiam. de consecrat. distinctione 2. cap. Sanè. de celebrat. Missarum. habenda est enim maior ratio reuerentiæ huius admirabilis Sacramenti, quam fructus infirmi, cum impedito satis est, si communicet spiritaliter. Et cum Henrico, & Soario id ipsum docet etiam Catherinus lib. 5. contra Caietanum, cap. 4. accerrimè more suo carpens ipsum Caietanum: quia in illud Matth. 26. Accipite, & comedite. concedit tempore pestis, & epidimiæ, (est autem epidimia morbus contagiosus, & qui facit instat pestis contrahitur,) licitum esse laicis Eucharistiam propriis manibus accipere, & aliis ministrare, in quo bene carpitur Caietanus à Catherino. Simile etiam dictum Henrici Boitij reprehendit acriter Syluester, verbo, Eucharistia, 3. numer. 5. assererat enim Henricus (sed immeritò) in cap. Decernimus. de iudiciis, posse in necessitate, tempore, videlicet, pestis, dari Eucharistiam per laicum, quem etiam reprehendit Decius, & Ripa in c. 2. de iudiciis. Nobiscum etiam consentit Sotus in 4. distinctione 13. quæst. 1. art. 3. Ledesma quæst. 73. & communiter recentiores. Et verò, quòd laici in extrema necessitate non possint Eucharistiam infirmis dare, probant communiter Doctores ex cap. Peruenit. de consecrat. distinctione 2. Sed hæc caput vel nihil probat, vel nimium probat: quia ibi tantum dicitur, solos Sacerdotes esse mini-

istros Eucharistiæ, & absolute hoc caput loquitur; & idè per huiusmodi modum loquendi ita absolutum, Diaconum etiam excludit: sed magis hoc videtur probari ex vsu, communi praxi, & consuetudine Ecclesiæ: nusquam enim legimus, hoc Sacramentum à multis temporibus ad nostram ætatem fuisse administratum per Subdiaconos; necdum per laicos, quibus etiam sacra vasa tangere prohibitum est: ergo maiori cum ratione ministrare Eucharistiam. Vide cap. 3. num. 8. vbi de hac re clariùs agemus.

At Soarius supra citatus, postquam dixit, difficile esse Doctoribus contraite communiter asserentibus, non licere, nec Subdiaconis Eucharistiam ministrare in extrema necessitate infirmis, deficientibus Sacerdotibus, & Diaconis; tandem inclinatur id esse licitum: quia id non est ex natura sua malum, nec est prohibitum: si enim esset ex natura sua malum, quòd Eucharistia in ea circumstantia à laicis ministraretur, vel id esset malum, quia intrinsecè malum est Eucharistiam tangere; & hoc dici non potest, primò, quia, vt supra diximus numer. 4. olim in primitiua Ecclesia, & in temporibus vicinioribus Apostolis laici Eucharistiam propriis manibus tangebant; accipiebantque. Secundò, quia, vt statim dicemus, licitum est laicis Eucharistiam è terra propriis manibus eleuare, si in eam cadat: non est ergo intrinsecè malum Eucharistiam tangere. Neque etiam est malum, quia prohibitum est propter reuerentiam Sacramenti: quia ea prohibitio, vel est de iure diuino, vel humano: non est de iure diuino, quia, vt diximus numer. 2. Apostoli adhuc laici suis propriis manibus communicauerunt, vt diximus etiam numer. 4. Serapioni morituro Eucharistiam ministrasse laicum. Non est etiam prohibitum iure ecclesiastico: quia nullum extat ius, quod de hoc casu specialiter loquaturnam cap. Qui non bene. cap. Sanè. & cap. Si per negligentiam. de celebratione Missarum, solum commendat Sacerdotibus reuerentiam in tractando hoc Sacramentum, & punit negligentiam, & irreuerentiam: cap. Peruenit. citatum, solum dicit, ministrum illius esse Sacerdotem. Gelasius Papa epist. 1. cap. 9. & 10. solum concedit Diaconis, vt in necessitate in defectu Sacerdotum possint Eucharistiam ministrare infirmis: non negat verò id etiam deficiente Diacono posse laicos efficere, neque id illis prohibet. Praxis verò & vsus Ecclesiæ ad summum habet vim legis, & iuris positui: ius autem positum semper recipit interpretationem, & non censetur comprehendere casus vltimæ necessitatis: & quia nec ea consuetudo est introducta, imò contraria, quia aliquando legitur Eucharistia dari fuisse à laico, vt in casu necessitatis. Ita discurret Soarius, & tandem concludit, id fortè esse licitum. At re vera non est licitum: quia ministratio Sacramenti, etiam in casu necessitatis, est actus auctoritatus Ordinis sacerdotalis, qui in necessitate solum conceditur Diaconis priuatè, & non aliis: indecens autem est, & ex sua natura in irreuerentiam tanti Sacramenti cedit, quòd laicus, etiam in casu necessitatis, hunc actum sibi usurpet. Præterea, quia in cap. Peruenit. de consecratione dist. 2. dicitur, horrendum, & detestandum sacrilegium esse, quòd per laicos Eucharistia ad infirmos deferatur.

Licet tamen laico reuerenter eleuare hostiam, si in terram cadat, nec adit Sacerdos, qui id faciat, aut facere velit: nec ad hanc consecrationem tenetur esse in gratia, quia non est actus, nec ministratio Sacramenti, sed tantum consecratio, & eleuatio quædam reuerenter facta, ne sanctum Domini concilietur. Vnde dispar est ratio in hoc casu, & in casu delationis, & administrationis infirmis. Et

Henriq. D.Thom. Sotus. Ledesma. Durandus. Nauarr. Sylu.

13.

ita docet expressè Henriquez libr.8. de Eucharistia, cap.54.num.3. D.Thomas 3.parr. quæst. 82. artic. 3. Sotus in 4.distingtione 13. quæst. 1. artic. 3. Ledesma quæst. 23. Durandus quæst. 4. Nauarrus cap. 25. num. 72. Syluester verbo, Eucharistia, 3. num. 5. ad finem, & alij communiter, vide cap.3. num. 1. vbi hac de re latius,

Henriq.

14.

Non licet tamen Sacerdoti, tempore epidimiæ, aut pestis, ponere Eucharistiam in loco decenti, dum contagium timer, vt inde infirmus eam proprio ore, vel manu capiat, licet id ipsum affirmet Caietanus à Catherino non immeritò reprehensus in illud Matth. 26. Accipite, & manducate. & Henricus Boitius c. 2. de iudiciis: id tamen esse illicitum omnino, & prohibitum, egregiè docet Henriq. lib. 8. de Euchar. c. 54. n. 3. sine. Vnde Concilium Cæsaraugust. can. 3. & Toletanum c. 14. & Rothomag. c. 2. prohibent, ne laico, aut feminæ ponat Sacerdos Eucharistiam in manibus, sed in os eorum intromittat: quia vtrunque, & positio in manu fumentium, & collocatio in loco decente, vt proprio ore sumant, est contra vsum, & praxim Ecclesiæ, quæ praxis, vsus, mos, & consuetudo Ecclesiæ vim legis habet, vt hætenus probatum est, & quia in maximam irreuerentiam cedit tanti Sacramenti: voluit enim Deus, & Ecclesia, vt hæc ministratio, & dispensatio fieret per proprios ministros huius Sacramenti, vt decenter fiat: ministri autem proprii, vt diximus, sunt Sacerdotes, & in defectu Sacerdotum, Diaconi tantum ex privilegio, & in necessitate. Quare à solis Sacerdotibus, & in defectu eorum in casu necessitatis à solis Diaconis possunt fideles Eucharistiam licitè accipere: sunt enim hæc correlatiua, datur, & accipere; & idèd quoties illa illicitè, datur, illicitè etiam accipitur in veriori opinione. Sed, quia alibi de hoc negotio iam diximus, supersedemus.

15.

Diximus, ordinarium ministrum Eucharistiæ esse Sacerdotem, & in defectu illius in casu necessitatis, posse esse Diaconum: vnde patet, ministrum illius, etiam quando ab alio est consecrata, non esse Angelum, nisi ex dispensatione, & privilegio Dei, & sic ex eadem dispensatione, & privilegio legitimus in Historiis viros aliquos pios, ac sanctos de manu Angelorum communicasse, inter quos fuit Beatus Stanislaus à Societate I E S V, vt in illis Annalibus refertur.

D.Thom.

Reliquum est, vt explicemus secundam huius capitis partem; vtrum, scilicet, liceat à Sacerdotibus hæreticis, schismaticis, excommunicatis, & degradatis communionem accipere, saltem cum datur necessitas implendi præcepti, vel diuini in articulo mortis, vel humani, & ecclesiastici tempore Paschali. Et in primis supponendum est, huiusmodi Sacerdotes hæreticos, schismaticos, excommunicatos, & degradatos, quantumuis per excommunicationem sint ab Ecclesia præcisi, & per caeremonias alias externas degradati, adhuc retinere characterem sacerdotalem: est enim character qualitas quadam spiritalis indelebilis, & animæ impressa, & ratione illius posse illos verè consecrare, & Sacramentum Eucharistiæ conficere, quanuis grauissimè peccent, & illicitè faciant, vt optimè docet D. Thomas in 3. part. quæstione 82. art. 7. & 8. pertinet enim potestas consecrandi Eucharistiam ad characterem sacerdotalem: quilibet autem character sacerdotalis, quia cum quadam consecratione datur, indelebilis est, vt dixi: sunt enim quaruncunq; rerum consecrationes, de se, & ex sua natura, perpetuæ, & idèd nec amitti, nec reiterari, aut reuocari possunt: vnde manifestum est, non amitti potestatem validè consecrandi per degradationem. Neque obstat id, quod dicitur in cap. Quod quidam. causa 1. quæstione 1. in

Decreto, degradatum non habere potestatem consecrandi, licet habeat baptizandi: intelligendum enim id est, non habere nec etiam in extrema necessitate proximi, potestatem rectè & licitè consecrandi, sicut habet in eadem extrema necessitate licitè baptizandi. Nec etiam obstat dicere plus amittere degradatum, quam excommunicatum, & excommunicatum amittere per excommunicationem, executionem Ordinis sacerdotalis, quandiu est excommunicatus, aut saltem talem executionem pro eo tempore ita impeditam manere, vt licitè ea vti non possit, quandiu durat excommunicatio; ac proinde degradatum, cum plus amittat, non solum videri amittere executionem potestatis, Ordinisque sacerdotalis; sed etiam ipsammet consecrandi potestatem, alioquin æquiparabitur excommunicato: quod dicendum non est: nam vterque, scilicet, excommunicatus, & degradatus amittunt executionem Ordinis: sed excommunicatus amittit eam ad tempus, quandiu durat excommunicatio, quæ pœna medicinalis est; & temporalis, quandiu non respicitur, & non est perpetua: at verò degradatio est pœna perpetua, & idèd degradati plus amittunt, quam excommunicati: quia in perpetuum amittunt prædictam Ordinis executionem.

16.

Sed occasione huius rei animaduertendum est, duplicem esse degradationem, alteram verbalem, alteram realem; & vtranque perpetuam. Degradatio verbalis, est perpetua depositio, seu suspensio Ordinum, & per huiusmodi degradationem non efficitur degradatus de foro seculari, nec amittit privilegium Canonis, Si quis suadente. sed manet adhuc penes Ecclesiam. Ita Gamma tractatu de Sacramentis præstandis, quæstione 5. numer. 21. Salzedo cap. 135. ad finem, & cap. 139. suæ practicæ criminalis, versu, Et cum Clericus. Degradatio realis tunc datur, quando cum certis caeremoniis sacris abraduntur olea sacrorum Ordinum; & per huiusmodi degradationem efficitur degradatus fori secularis, & puniri potest à Indice seculari: amittit enim privilegium fori, quod non amittit degradatus verbaliter: amittit etiam privilegium cap. Si quis. vt docet optimè Cenedo in suo lib. de quæst. pract. quæst. 15. num. 4. Farinac. quæst. 8. numer. 71. & 73. Maranta de ordine iudiciali, 4. part. dist. 11. num. 72. Bern. Dias in pract. c. 140. numer. 4. & cap. 150. lit. G. & alij: plus ergo amittit, simpliciter loquendo, degradatus verbaliter, quam excommunicatus; & plus degradatus realiter, quam verbaliter.

Gamma. Salzedo.

Cenedo. Farinac. Marant. Diaz.

17.

His notatis, in forma ad propositum dubium respondent communiter Doctores, illicitum esse Sacramentum suscipere Eucharistiæ à Sacerdotibus hæreticis, schismaticis, nominatim de excommunicatione denunciatis, & degradatis: (& eadem ratio est de quocunq; alio Sacramento:)& cum hoc absolute affirmant, & absolute etiam negent, hoc esse licitum, videntur etiam loqui de casu extremæ necessitatis. Et ita docet D. Thomas 3. p. q. 82. artic. 9. in corpore, Durandus, Paludanus, & alij, in 4. dist. 13. & expressè id docet Syl. verbo, Euchar. 3. numer. 5. affirmans, nec publicè, nec occultè, nec etiam in casu mortis suscipiendum esse Sacramentum Eucharistiæ ab huiusmodi præcisis hæreticis, & excommunicatis denunciatis. Et citatur pro hac parte D. Gregorius Papa lib. 3. Dialog. c. 31. & habetur in cap. Superueniente. 1. quæst. 1. & cap. vltimo 24. quæstion. 1. Laudat enim D. Gregorius Papa factum Hermenigildi, Principis Hispaniarum, ed quodd nec in extremo mortis articulo voluit ab hæretico Eucharistiam suscipere, & ob eam rem martyrio coronatus fuerit. Et ratio est: quia Sacramentum Eucharistiæ non est Sacramentum necessitatis; & quanuis sit Sacramentum

D.Thom. Durand. Paludan. Syluest.

D.Greg. Pap.

18. Soar. Henriq.

mentum magnæ utilitatis, nunquam tamen ab huiusmodi hæreticis, & nominatim de excommunicatione denunciatis decenter, & reuerenter suscipi potest: susceptio autem, & præceptum illius non obligat, nisi cum decenter, & reuerenter suscipi potest. Iam verò quod ad Sacramentum penitentiaæ spectat, videtur ea quoque ratio id satis probare: quia est Sacramentum requirens iurisdictionem: ij autem omnes propter excommunicationem, quam habent, ob hæresim, & schismata adnexam, priuantur omni iurisdictione, vt patet: ergo non licet ab eis Sacramentum penitentiaæ in eo articulo mortis accipere, cum illud ex defectu iurisdictionis nulliter ministrent.

Soarius tamen tomo 3. in 3. part. disputatione 72. sectione 4. §. vltimo ex dictis. col. 1. fol. 1029. & Henriquez lib. 8. de Euch. cap. 4. in medio, contrarium dicunt: affirmant enim, posse licitè Eucharistiam, & penitentiam in articulo mortis accipi in defectu aliorum Sacerdotum, ab huiusmodi Sacerdotibus hæreticis, schismaticis, & de excommunicatione nominatim denunciatis in his circumstantiis. Prima, modò non detur scandalum præsentium. Secunda, modò exinde non animetur hæreticus, excommunicatus, ac schismaticus ad permanendum in peccato, errore, aut excommunicatione sua. Tertia, modò non sequatur infamia Religionis. Verba Henrici hæc sunt: Nec infirmus debet accipere Eucharistiam ob scandalum à Sacerdote hæretico, schismatico, vel excommunicato nominatim denunciato. Et quanuis Henriquez solum exprimat scandalum, tamen nomine scandali videtur comprehendere omnes alias circumstantias prædictas. Et id probat Soarius in hunc modum: quia in cap. Quod in te. de penitentia, & remissionibus, permittitur recipi in extrema necessitate à quocunq; Sacerdote, quantumuis præciso, hæretico, schismatico, & excommunicato denunciato, Sacramentum penitentiaæ: ergo & Sacramentum Eucharistiæ. Primò, quia, licet non sit tantæ necessitatis, est tamen maximæ utilitatis, & grauissimæ, ac sufficientis necessitatis, vt verosimile non sit, voluisse Ecclesiam suos fideles priuare tanto beneficio in extremo mortis articulo, cessantibus prædictis circumstantiis, scandali, videlicet, infamiae, religionis, & animationis in delicto. Secundo, quia in ea extrema necessitate nullus fit fauor malis ministris; sed solum ipsi fidelibus: ergo licet ab eis hoc Sacramentum suscipere, & petere in eadem extrema necessitate, secluso omni scandalo, periculo infamiae Religionis, aut alterius mali, ad quod possint inducere huiusmodi ministri. Ita dicitur optimè Soarius. Neque obstat, inquit, factum Hermenigildi: quia, quantum ex historiis colligi potest, in facto illo Hermenigildi concurrebant omnes prædictæ circumstantiæ: dabatur enim scandalum, infamia veræ Religionis, & confirmatio, animatiòque ad perseuerandum in hæresis crimine. Quamobrem meritissimè laudatur Hermenigildus propter prudentem actionem, & recusatationem talis Sacramenti in iis circumstantiis. Neque opus est, vt omnes simul concurrant: sed sufficit, quodd quælibet illarum interfit, vt id nullo modo liceat. Ego vtranque opinionem iudico probabilem: Soarij tamen opinionem libenter amplector, quia est fauorabilior conscientibus.

Soar.

19.

Hic etiam inquiri solet, an liceat Sacramentum Eucharistiæ accipere à Sacerdote concubinario publico, vel alio publico peccatore. Negat Nauarrus in Man. Lat. cap. 25. numer. 80. ex cap. Nullus. & ex cap. Præter hoc. d. iustinctione 32. vbi etiam Missa prohibetur audiri ab huiusmodi Sacerdotibus. Et id ipsum tenet expressè D. Thomas 3. part. quæst. 82. art. 9. & citat idem cap. Nullus. vbi ita dicitur: Nullus

Nau.

D. Thom.

Missam audiat Sacerdotis, quem indubitanter concubinam nouit habere. Si autem hoc Sacramentum ab eis non licet accipere, multò minus licebit id ab eis petere. Et ratio D. Thomæ est, quia illi lethaler peccant ministrando: ergo, si hoc Sacramentum ab eis petamus, aut recipiamus, necessariò cum illorum peccato concurremus. Affirmat tamen Soar. tomo 3. in 3. part. disputatione 72. sectione 4. §. vltimo. col. 1. fol. 1029. & Sotus in 4. distinctione 22. quæst. 1. art. 4. primò, quia, si qua erat in iure similis prohibitio, iam cessauit, vel per contrariam consuetudinem; vel, quod verius est, ac solidius, reuocata fuit per Concilium Constantiense: nam regula ibi statuta, quæ in fauorem fidelium præscribit, vt non vitentur, nisi qui nominatim fuerint de censura denunciati, ac declarati, vel notorij Clerici percussores, generalis est, ad omnes censuras, & suspensiones; & illa sola est seruanda, vt optimè animaduertit Soarius, & Sotus, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Vnde, cum solum excipiantur in prædicto Concilio, & Extrauaganti Martini V. excommunicati, nominatim denunciati, & notorij Clerici percussores, cæteri non sunt vitandi, vt patet.

Sotus.

Soar.

Sotus.

Sequebatur, vt inquireremus, an à Sacerdote, quem certò, & moraliter scimus, esse in publico, vel occulto peccato, possimus licitè Sacramenta petere; & an à publico concubinario, à suspensio, irregulari, vel interdicto: sed quia hæc omnia iam satis, & abundè tractauimus in 1. tractatu 1. præcepti, lib. 2. cap. 5. ad eum locum remittimus curiosos: præstat enim alia disquirere de nouo, quam disquisitione discutere.

C A P V T II.

Utrum duo Sacerdotes, vel plures, possint simul eandem hostiam consecrare, & an aliquando licitum sit Sacerdoti Missam celebrare non communicando; & vtrum omnibus Sacerdotibus liberè liceat Eucharistiam ministrare.

S V M M A R I V M.

- Quot modis possint plures Sacerdotes eandem hostiam consecrare. num. 1.
Nec licitè, nec validè possunt plures Sacerdotes vnâ hostiam consecrare, si vnus dicat vnâ partem consecrationis, & alius aliam. num. 2.
Quando plures simul proferunt eandem formam, qui prius absoluit, consecrat; alij non. num. 3.
Quid, si omnes habeant intentionem non prius consecrandi, quam alij. ibid.
Quid, quando plures eandem formam proferunt, & simul absolunt. num. 4.
Quid, quando plures Sacerdotes de nouo ordinantur, & cū Episcopo ordinante eandem formam absolunt; & quid, si aliquis eorum prior Episcopo, aut Episcopus prior omnibus formam absoluit. num. 5.
Temerè, & sine fundamento damnari aliqui modum ordinandi Ecclesie Romanae nonos Sacerdotes, & proferendi simul omnes eandem formam. num. 6.
Non possunt plures simul vnum baptizare: possunt vero plures Sacerdotes simul vnâ hostiam consecrare, & quare. num. 7.
Quare possit vnus plures simul in necessitate extrema baptizare, & non possint plures simul vnum Baptismo ablueri. num. 8.



An aliquando liceat Sacerdoti celebrare, & non communicare. num. 9.  
 An teneatur Sacerdos consumere, si per miraculum in hostia caro, aut in calice sanguis appareat. num. 10.  
 An requiratur in Sacerdotibus aliqua iurisdictio ad ministrandam Eucharistiam fidelibus. num. 11.  
 Et an peccent mortaliter, qui sine illa illam administrant. ibid.  
 Ad valorem Sacramenti penitentia requiritur extra privilegium, ut antecedit licentia Parochi eius, que confiteatur. Ad licitam vero Sacramenti Eucharistia administrationem sufficit licentia presumpsiua ipsius Parochi. num. 12.  
 Assignatur ratio diuersitatis. ibid.  
 An Sacerdotibus secularibus, qui Eucharistiam sine licentia, saltem presumpsiua Parochorum administrant, statuantur aliqua pœna iure, & qualis. num. 13.  
 Quid de Religiosis. ibid.  
 Qua conditiones requirantur, ut pœnam excommunicationis late sententia incurrant Religiosi Eucharistiam secularibus ministrantes, absque licentia presumpsiua Parochorum. num. 14.  
 Quid, si illam administrant aliis Religiosis. ibid.  
 Quid, si illam administrant secularibus in mortis articulo. ibid. vers. Incurrunt autem.  
 Quid nomine Parochi intelligatur. ibid. vers. Nomine autem.  
 Potestas administrandi Eucharistiam cum iurisdictione, est duplex, ordinaria, & delegata. num. 15.

Cætera inuenies numeris, & Summario sequentibus.

1. PRIMA quæstio idè tractatur, quia de consuetudine ordinaria, quando Sacerdotes denuò inicianur, concelebrant Episcopo ordinanti, & omnes simul eandem formam proferant, & eandem hostiam consecrant. Disquirendum ergo est, an hic modus consecrandi sit licitus, & validus, & an simul possint plures Sacerdotes eandem hostiam consecrare: videtur enim id, nec licitè, nec validè fieri posse. Primò, quia, vt docet D. Thomas 3. part. quæstione 67. artic. 6. & quæstione 82. artic. 2. non possunt plures simul vnum baptizare, nec licitè, nec validè: ergo non etiam poterunt simul plures eandem hostiam consecrare, cum non minor sit vis, & potestas Sacerdotis consecrantis, quam hominis baptizantis: deinde, quia frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora: in Sacramentis autem nihil fieri potest, aut debet superfluum: cum ergo vnus sufficiat ad consecrandum, videtur, quòd plures, nec licitè, nec validè possint consecrare. Et verò multis modis possunt plures Sacerdotes eandem hostiam consecrare. Primò, si vnus dicat vnam partem consecrationis, non totam, & alius aliam, & sic de cæteris. Secundò, si duo, vel plures integrè proferant totam formam cum vera intentione consecrandi, & alter eorum, priùs tempore illam absoluat, quam alij. Tertio, si duæ, vel plures formæ simul, & in eodem instanti absoluantur. Et per hos modos discurremus, & in singulis veritatem disquiremus.

2. Primò ergo certum est, nec licitè, nec validè, posse plures Sacerdotes hostiam consecrare, si omnes simul concurrant ad consecrationem primo modo, ita vt vnus vnam partem consecrationis, & alius aliam, super eandem hostiam proferant. Ita docent communiter Doctores. Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 61. sectione 4. col. 2. fol. 868. Syluest. verbo, Euchar. 2. numer. 4. Ratio est clara: quia tunc nullus illorum proferret formam integram, vt pa-

D. Thom.

Soarius. Syluest.

ter, & alioquin, ex diuersorum Sacerdotum verbis vna forma componi non potest: quia in persona Sacerdotis consecrantis representari debet persona Christi, & idè vna esse debet, sicut Christus est vnus. Secundò, quia, licet Christus Dominus poterit formam consecrationis aliter instituire; tamen de facto ita instituit vt ab vno absolueretur forma: & vnus Ecclesiæ, qui est optimus legum interpres, ita declarat. Tertio, quia, licet ex parte materiæ fieri possit, vt vnus Sacerdos consecret vnam partem hostiæ à se per intentionem designatam, & alius aliam non consecratam; tamen fieri non potest, vt omnes validè consecrent partialiter eandem hostiam, vel eandem partem hostiæ, profertendo vnus vnam partem formæ, & alius aliam. Et id etiam patet in forma Baptismi: quia, si vnus diceret, *Ego te*; & alter diceret, *Baptizo*; & alter adderet, *in nomine*; & vltimus diceret, *Parris, & Filij, & Spiritus sanctij*; profectò non esset valida hæc forma baptizandi, & esset contra institutionem Christi, vt docet D. Th. 3. p. q. 67. art. 6. & Soarius dicto tom. 3. disp. 23. sect. 3. §. *Contra hanc verò*. & §. *Addo tamen*. col. 2. fol. 282. ergo similiter dicendum erit in consecratione, vt patet.

In secundo verò casu, si plures simul proferant eandem verba consecrationis, & alter eorum priùs tempore absoluat formam, quam alius; ille prior consecrat, & alij non consecrant. Ita docent communiter Doctores, Syluest. & Soar. allegati. Soto in 4. Syluest. distinctione 13. quæst. 1. art. 3. Durand. ibid. quæst. 3. & alij, quos citat Soar. Et ratio est quia, vbi primum proficitur, & absoluitur forma consecrationis, statim conficitur Sacramentum: nihil enim deest ibi, vt non conficiatur nam materia est præsens; datur intentio ex parte consecrantis; forma de propinquo & debitè profertur; & omnia concurrunt necessaria: nihil ergo impedit consecrationem Sacramenti. Deinde, quia aliæ formæ, quando accedunt, iam inueniunt factum, quod facturæ erant, ac proinde iam non cadunt supra debitam materiam; non enim iam conuertunt materiam in corpus, aut sanguinem Christi, cum reperiant conuersam: quare non cadunt supra materiam debitam, & aptam.

Dices, posse contingere, vt omnes habeant intentionem non consecrandi sine aliis, & in hoc casu non posse consecrare primum sine aliis. Sed hoc facillè refellitur: nam vel omnes tunc voluerunt partialiter concurrere, ita vt nullus illorum solus esset causa consecrationis, & hoc est contra substantiam Sacramenti: quia Christus hunc modum consecrandi non instituit de facto; sed ita instituit hoc Sacramentum, vt vnusquisque Sacerdotis verba essent integra causa efficiens huius Sacramenti; sicut & in Baptismo; ac proinde esset hic modus consecrandi contra Christi institutionem, & nihil consecraret: vel omnes tunc habuerunt intentionem conditionatam, ita vt vnusquisque illorum intenderit consecrare, si alius consecraret, non aliter, nec aliò modo, aut si alius verba absolueret, & non ante; & hoc esse non potest, quia tunc is, qui prior formam absoluit, non consecrauit, vt patet; quia sub conditione consecrauit, & conditio impleta non fuit; postea verò, quando alij suam formam absoluerunt, ipse consecrare non potest, quia iam illius forma & verba in cassum abierunt; ille verò, qui posterius absoluit, similiter non consecrauit, quia conditio illius impleta non fuit; habuit enim intentionem non consecrandi, nisi alij omnes consecrarent, & prior non consecrauit, vt patet; quare semper est fatendum in prædicto casu, nec licitè, nec validè posse huiusmodi Sacerdotes consecrare.

In tertio autem casu dicendum est, si duo, vel plures proferant eandem formam, & simul, & in eodem

D. Thom. Soar.

3.

Syluest. Soar. Durand.

4.

eodem instanti eadem forma absoluitur ab omnibus, omnes efficere eandem consecrationem. Probat: quia omnes illæ formæ profertur à debitis ministris, supra debitam materiam, & debita intentione: ergo vel omnes efficiunt eandem consecrationem, & Sacramentum, vel nullam, quia non est maior ratio de vna, quam de alia: at non est dicendum, nullam efficere, quia ibi concurrunt omnia necessaria ad consecrationem Sacramenti, & nihil contra eius essentiam reperitur: ergo singulæ efficiunt.

5. Et ad hunc modum explicanda est Missa, consecratio, & effectio Sacramenti, in noua ordinatione plurimorum Sacerdotum, quando multi simul cum Episcopo ordinant consecrant eandem hostiam: nam tunc, si omnes simul, & in eodem instanti verba consecrationis absoluant, omnes consecrant, & efficiunt simul Sacramentum. Ita Doctores communiter, Henriquez libro 8. de Eucharist. cap. 18. num. 2. Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 61. sect. 4. §. *Dico tertio*. col. 2. fol. 869. Si autem Episcopus priùs absoluit, vt communiter fit, ille solus consecrat, & non alij, quia iam inueniunt materiam consecratam, & Episcopi recta intentio non debet ab illorum intentione, & consecratione pendere. Si verò aliquis ex nouis Sacerdotibus fortè priùs formam absoluat, quam Episcopus; tunc dicunt multi Doctores, illum nouum Sacerdotem non consecrare, & similiter nullum illorum, si prior Episcopo absoluat, quia omnes se referunt ad Episcopi prolationem, & sub ea conditionata intentione formam proferunt, vt nolint perficere consecrationem, si priùs ipsi, quam Episcopus, verba finiant, & non opus esse, vt hanc intentionem conditionatam expressè habeant; sed sufficere virtualem, quam omnes habent, cum ad ordines accedunt. Ita docent D. Thom. 3. part. quæstione 67. artic. 6. & quæstione 82. artic. 2. Alexander 4. part. quæstione 33. membro 4. Innocentius libr. 4. de sacrificio Missæ, cap. 25. Paludanus distinctione 3. quæstione 4. Victoria in Summa, num. 88. Sylu. verbo, *Eucharistia*, 2. quæst. 3. Ledesma, & Soto, quos refert Henriquez citatus ad marginem, litera Liimdecens enim putant huiusmodi Auctores, vt Episcopus ordinans, qui est præcipuus minister, non consecrat: quod necessariò euenit, si aliquis eorum Sacerdotum, qui de nouo consecrantur, priùs consecret. Alij verò dicunt, solum Episcopum consecrare, & proferre verba formaliter, & cum intentione consecrandi; cæteros verò materialiter tantum sine intentione consecrandi, sed solum in signum potestatis sibi à Christo concessæ, & in memoriam illius cœnæ, in qua Christus Apostolos ordinauit, & cum eis cœnauit. Ita docet Richardus in 4. dist. 13. artic. 2. quæstione 1. Caietanus in 3. part. quæst. 82. artic. 2. Angelus verbo, *Eucharistia*, 2. §. 3. & id videtur colligi ex antiquo Pontificali Romano, vbi ita dicitur: *Ordinati omnia dicunt, ac si celebrant*. Probat: quia huiusmodi ordinati non communicant sub vtraque specie, atque ad eò non communicant, vt Sacerdotes sacrificantes, & Missam celebrantes, ac proinde non sacrificant, nec Sacramentum conficiunt; & hunc vltimum modum respondendi tandem approbat Soarius tomo 3. prædicta disp. 62. sect. 4. bene ad finem. Henriquez verò dicto libr. 8. cap. 18. de Eucharist. n. 2. sine, ita concludit: *Sed, quia res est dubia, an semper Episcopus consecret, licet posterius prolationem perficiat, curent iniurati, qui concelebrant, vt generali intentione velim facere, quod facit Ecclesia, & Christus faciendum instituit*. Ergo huic opinioni vltimè adhaereo: in illa enim facillè emittantur incommoda, quæ ex aliis inferuntur.

6. Ex dictis patet, temerariè, & sine causa velle nonnullos damnare consuetudinem Romanæ Ecclesiæ in ordinandis denuò Sacerdotibus, & modum consecrandi omnes simul cum Episcopo, ex eo fundamentò, quòd Romana Ecclesia, vt particularis Ecclesia hunc modum seruat: non enim obseruatur hic mos in vniuersa Ecclesia: nam in Moguntina aliter ordinantur, vt referunt aliqui Doctores, inter quos est Gabriel. Et hunc modum consecrandi, & ordinandi nouos Sacerdotes Ecclesiæ Romanæ, vt est particularis Ecclesia, damnauit audacter, & temerariè Durandus in 4. distinctione 13. quæst. 3. *Durand.* & Albertus in Summa Pisana, verbo, *Eucharistia*, 3. *Albertus.* & eum etiam non ita approbant Gabriel lectione 6. *Gabriel.* in Canonem, & Angelus verbo, *Eucharistia*, 2. §. 3. Sed, *Angelus.* vt optimè notat Soarius allegatus fol. 869. §. *Ex his Soarius.* definiendum, nullo modo dicendum, aut sentiendum est, hanc consuetudinem, & modum consecrandi, esse malum, per se loquendo; tum propter Ecclesiæ Romanæ auctoritatem à tot sæculis, & Pontificibus approbatam; tum, quia quàm plures aliæ Ecclesiæ illum obseruant.

7. Sequitur, vt soluamus rationes, & argumenta initio proposita. Ad primum respondeo, non posse, nec validè, nec licitè, plures simul vnum baptizare: posse verò plures Sacerdotes simul vnam hostiam modo explicato consecrare. Et ratio diuersitatis defumenda est ex institutione, & modo, quo Christus Dominus huiusmodi Sacramenta instituit: nunquam enim legimus, Christum simul cum Apostolis baptizasse, quando eis officium baptizandi iniunxit, mandauitque: legimus autem, simul communicasse cum Apostolis, quando eos Sacerdotes instituit, & eis officium consecrandi imperauit. Et ratio diuersitatis etiam ex vfu, & consuetudine Ecclesiæ petenda est: nam Ecclesia habet potestatem declarandi ea, quæ conueniunt ad modum administrandi Sacramenta, salua eorum substantia, vt docet Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. *Conc. Trid.* conseruato autem Ecclesiæ, quæ hunc modum declarauit, est, vt plures non possint vnum baptizare validè; possint verò plures Sacerdotes vnam hostiam consecrare, si simul in eodem instanti formam consecrationis absoluant. Ad secundum respondet D. Thom. 3. part. quæstione 82. artic. 2. ad 2. hic non frustra fieri per plures Sacerdotes, quod fieri potest per vnum: quia omnes non operantur, quando consecrant, virtute propria; sed virtute, & persona Christi, qui est vnus: & quia multi Sacerdotes sunt vnum in Christo, & eandem personam Christi efficiunt; idè parum refert, an per vnum vel per plures hoc Sacramentum efficiatur iuxta ritum Ecclesiæ.

8. Dices: In extrema necessitate, & mortis periculo potest vnus minister plures simul baptizare dicendo: *Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. vt docet D. Thomas 3. part. quæst. 67. *D. Thom.* artic. 6. & D. Thomæ asseclæ ibi: ergo etiam poterunt plures simul vnum baptizare, dicendo: *Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Sed neganda est illatio, & ratio diuersitatis est petenda ex Christi institutione, quam declarat vnus Ecclesiæ, vt optimè docet Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 23. sect. 3. §. *Addo etiam*. fol. 282. col. 2. & Ecclesiæ vfu, & consuetudo est, vt Baptismus non nisi ab vno ministreretur, siue fit erga vnum, siue erga plures. Enim verò, si spectemus vsum Ecclesiæ, qui est optimus legis, & institutionis præcepti Baptismi interpres, nunquam legimus, aut audiuimus, quòd in Ecclesia fuerit aliter Baptismus administratus, quam ab vno. Vnde posse vnum baptizare plures in necessitate, dicendo, *Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, &c. est iuxta institutionem Christi, qui formam Baptismi in plurali tradidit, *baptizantes eos*, &c. at posse

Henriq. Soarius.

D. Thom. Alexand. Innoc. Paludan. Vitt. Syluest. Ledesma. Sot.

Richar. Caiet. Angelus.

Soar. Henriq.

6.

posse plures vnum baptizare dicendo, *Nos te baptizamus*, &c. nusquam auditum est in Ecclesia, fuisse talem vsum: quare est diuersa ratio vtrouque. Quod ad eodè verum est, vt si aliquis paruulus esset in articulo mortis, & essent duo, quorum alter esset murus, & alter manibus, & brachijs carens, non valeret baptizari, si murus, ac captus manibus, & brachijs, verba proferret, & murus baptizaret, vt docet D. Thom. 3. part. dista. quæst. 57. art. 6. ad 3. ex eo fundamento quod plures eundem baptizarent: nam essentia Baptismi consistit in prolatione formæ, & in vsu materiæ: & idèd neque ille, qui solum verba profert, baptizat; neque ille, qui mergit tantum; & idèd, si vnus mergat, & alter verba proferat, non efficitur Baptismus, quia non verificantur verba formæ, *Ego te baptizo*, cum ipse non abluat, & per consequens non baptizat: si enim vnus scribat vnam partem libri, & alius aliam, non erit propria ista locutio, *Ego scripsi librum istum*; sed per synecdochem, quatenus totum ponitur pro parte.

D. Thom.

9.

Soar.

Henriq. Azor.

Ledesma Angles.

Dubium verò est, an aliquando liceat Sacerdoti Missam celebrare, non communicando. Respondet, nunquam esse licitum Sacerdoti celebrare absque communione; & consequenter teneri semper consumere, celebrando. Ita docet expressè D. Thomas 3. part. q. 82. artic. 4. Soarius ibi in commento: nam Eucharistia non solum est Sacramentum, sed etiam sacrificium: quicumque autem sacrificium offert, debet sacrificij esse particeps, iuxta illud Apostoli 1. Corinth. 10. *Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris*. Et idèd necesse est, quod Sacerdos, quotiescunque celebrat, ac consecrat, sumat integrè hoc Sacramentum. Probat ergo primò efficaciter: quia communio, respectu Sacerdotis, vel est de essentia sacrificij, vel de integritate illius; & quocumque modo se habeat, semper Sacerdos tenetur, quoties sacrificium offert, communicare, vt docet etiam Concilium Toletanum V. canone 5. & refertur in cap. *Relatum*, de consecrat. distinct. 2. ibi: *Modis omnibus tenendum est, vt quotiescunque sacrificans corpus Domini nostri Iesu Christi in altari immolat, toties perceptionis corporis, & sanguinis Christi participem se habeat*. Et verò, quod communicatio, consumptioque sit de essentia sacrificij, docet expressè Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 9. per totum, & præcipue num. 2. tenet etiam Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 19. quæst. 1. §. *Quare probabilior*. & nos id probauimus latè lib. 3. de obligatione audiendi Sacri, cap. 4. num. 25. docent etiam plurimi, qui affirmant, consumptionem non solum ad essentiam sacrificij pertinere, sed etiam esse totam essentiam illius: & hi sunt, Ledesma 1. 4. quæst. 23. artic. 4. ad finem, Angles in floribus titulo, *de Missa*, pag. 183. & alij, quos citauimus prædicto cap. 4. num. 22. Et in hac opinione facilè probatur teneri Sacerdotem sacrificantem, ex præcepto diuino communicare, cum ex eodem præcepto teneatur perficere essentialiter sacrificium qui verò docent consumptionem non esse de essentia sacrificij, sed tantum de integritate illius, etiam asserunt peccare mortaliter Sacerdotem, si non consumat, cum teneatur sacrificium sub lethali integrare: & id probatur efficacissima ratione: nam Sacerdos sacrificans debet exercere præcipuas actiones, quas Christus Dominus in illa vltima cœna exercuit: exercuit autem consecrationem, & consumptionem: ergo omnis Sacerdos sacrificans, ac Missam celebrans, tenetur consecrare, & communicare: nam, quod Christus Dominus consumpsit, & communicauerit cum discipulis in vltima cœna, probat egregè illud Luca 22. *Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum*; & illud: *Non bibam modo de genimine vitis, donec veniat regnum Dei*. Et

id docet etiam Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 75. *Soar. sect. 2. §. Sexta, & vltima actio*. folio 1113. col. 1. & D. Thom. quæst. 81. artic. 1. Alensis 4. part. quæst. 44. memb. 1. & 2. Bonauent. in 4. distinct. 9. art. 1. quæst. 4. & alij multi, quos citauimus dicto cap. 4. lib. 3. de obligatione audiendi Sacri, n. 25. ad quem locum te remissum facimus, vbi plura in hanc rem inuenies. Dices: Potest contingere aliquando, vt in sacrificio Missæ sub specie panis consecrati appareat caro miraculosè, & sub specie vini appareat sanguis Christi, quæ non sunt apta cibo, sed sunt horori sumentibus: ergo non semper Sacerdos celebrans, ac consecrans tenetur hoc Sacramentum sumere. Præterea, in alijs Sacramentis minister non præbet sibi ipsi Sacramentum: nullus enim potest seipsum baptizare, vel validè, vel licitè; nullus se potest confiteri, & absoluere; nullus se vngere, aut se ordinare: ergo neque seipsum poterit communicare. Adde vltimò, quia in consecrationibus, ille, qui consecrat materiam, non vitur ea consecrata erga seipsum, veluti Episcopus, qui consecrat Christum, non lenitur eodem, nec seipsum confirmat. Quomodo ergo Sacerdos celebrans; ac consecrans vti poterit materia panis, & vini consecrati, illam absumendo.

D. Thom. Alensis. Bonau.

Respondeo ea, quæ miraculo sunt carere lege, & idèd non teneri Sacerdotem sacrificantem, Sacramentum hoc consumere, si per miraculum in eo caro, & sanguis appareat: vnde, vt dicitur in cap. *De hac*, de consecrat. distinct. 2. desumpto ex D. Hieronymo in Leuiticum: *De hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò, quam Christus in cruce obtulit, nulli edere licet*. Ad secundum respondeo, essentiam aliorum Sacramentorum consistere in actuali vsu, & applicatione materiæ illorum; & idèd nullum seipsum posse baptizare, vngere, ordinare, confiteri, aut confirmare: quia in Sacramentis nemo potest esse agens, & patiens: vnde nec in hoc Sacramentum aliquis seipsum potest consecrare; sed panem, & vinum: in qua consecratione consistit essentia Sacramenti: & sic non est par ratio in hoc Sacramentum, & in alijs; quia essentia huius Sacramenti potest constare, & de facto constare absque vsu, & applicatione illius, dum in Sacrario obseruatur: est enim vsus huius Sacramenti, quid consequens ad illud: at verò essentia aliorum Sacramentorum non potest constare, nec perfici, nisi quando illis actu vitimur, & quando illa actu applicantur, vt sæpè diximus. Ad vltimum respondeo, consecrationem Christifatis, vel alerius cuiuscunque materiæ, non esse sacrificium, sicut Eucharistiæ consecratio, & idèd esse diuersam rationem, vt patet.

10.

D. Hier.

11.

Præter potestatem Ordinis sacerdotalis, per quam quilibet Sacerdos constituitur minister ordinarius huius Sacramenti Eucharistiæ, vt vidimus capite 1. requiritur etiam ad rectam, & licitam dispensationem illius, potestas iurisdictionis; & idèd non est liberum omnibus Sacerdotibus, eo quod Sacerdotes sint, hoc Sacramentum administrare; sed solum illi, qui habent iurisdictionem, respectu illorum: quibus illud dispensant, vel qui ab illis facultatem habent, illud possunt licitè administrare. Ita docent communiter Doctores. D. Thomas 3. part. quæst. 82. artic. 3. Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 72. sect. 2. initio, fol. 1021. col. 2. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 55. initio, Nauarr. cap. 11. n. 52. & cap. 27. n. 102. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 1. artic. 3. Tabiena verbo, *Commun.* §. 52. Bartholomæus Medina in Summa difficultate 31. Taper articulo. 17. Alanus de Sacramentis in genere, cap. 50. Casp. verbo, *Sacerdos*, hæresi 1. Vvaldensis tomo 2. de Sacram. cap. 7. num. 28. Cucchus lib. 5. titulo 2. de Eucharistia, n. 43. Bellar

D. Thom. Soarius. Henriq. Nauarr. Sot. Tabiena. Medina. Taper. Alanus. Casp. Vvaldens. Cucchus.

Bellar.

Tertull.

D. Dion. D. Iustin.

Soar. Henriq. Tolet.

12.

Nauarr. Soar. Radr.

13.

Bellarminus lib. 4. de Eucharist. cap. 16. colligitur ex Clementina, *Dudum*, de sepulturis. patet expressè ex Concilio Carthaginensi I. cap. 7. vbi sic legitur: *Statuat gratia vestra, vt vnusquisque Clericus, vel laicus non communit in aliena plebe sine iurisdictione sui*. Et omnes Episcopi responderunt, *In hoc, & Clero, & laicis conuenientissime prouideri*. Et idem decernitur in Concilio Mileuitano cap. 18. & probatur etiam ex c. *Omnis viriisque sexus*, de penit. & remiss. vbi statuitur, vt non nisi à proprio Sacerdote quilibet Christianus Eucharistiam, & poenitentiam accipiat, vel ab alio de licentia illius. Et quantum hæc prohibitio imposita sit laicis, & parochianis; tamen cum sic correlatiua, etiam illorum Parochis, & Pastoribus censetur ipso iure imponi. Et probatur facili ratione: quia pascere gregem Christi, non est munus cuiuscunque ordinarij Sacerdotis: sed est munus, & officium propriij Pastoris, propter quod actus quoque publicè concionandi licentiam etiam requirit Episcoporum: quia est actus pascendi oues, & suo modo iurisdictionem postulat: & idèd antiqua consuetudo semper in Ecclesia fuit, vt solum Curati, & Pastores, qui præsumunt, vel alij Sacerdotes de licentia illorum, Sacramentum hoc populo dispensent, vt colligitur aperte ex Tertulliano lib. de coronamilitis, cap. 3. ibi: *Non est sumenda Eucharistia, nisi de manu presidentis*. Et ex Dionysio cap. 3. de ecclesiast. Hierarchia, & ex Iustino Martyre apologia 2. pro Christianis. Hinc sequitur, peccare mortaliter illos Sacerdotes, qui hoc Sacramentum sine debita iurisdictione, vel licentia administrant, vt omnes citati Doctores affirmant: vsurpant enim alienum ius in re grauisima, contra voluntatem saltem præsumptiuam Parochorum; & pacem communem, & bonum regimen Ecclesiæ inturbant: sufficere tamen, si intercedat bona fides, qua putent, Parochos fore contentos, & quod saltem voluntas interpretatiua propriij Pastoris debeat, vt docet Soarius allegatus, & Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 54. num. 2. Toletus lib. 2. Summa, cap. 28.

In quo est notandum magnum discrimen inter Sacramentum hoc Eucharistiæ, & Sacramentum poenitentiae: nam ad administrandum Sacramentum poenitentiae non subditis, requiritur, vt antecedit licentia expressa propriij Parochi; & aliter, nec licitè, nec validè exercetur (extra casum extremæ necessitatis, & non sufficit voluntas interpretatiua, rati habitioque consensus postea præstandi: ad licitam verò administrationem Sacramenti Eucharistiæ sufficit hæc præsumptio voluntatis prædicti Pastoris. Et ratio diuersitatis est: quia in Sacramento poenitentiae ( & idem dicendum est de matrimonio ) requiritur licentia, & iurisdictione ad substantiam, & valorem actus: at verò in Sacramento Eucharistiæ non requiritur prædicta licentia, & iurisdictione ad valorem actus; sed tantum ad debitum modum, & ordinem administrandi huiusmodi Sacramentum, & ne inturbetur pax communis, vel contra voluntatem Pastorum hæc iurisdictione vsurpetur: & idèd in hac administratione sufficit probabilis spes, & præsumptio, quod Parochus approbabit postea id quod gestum fuerit. Ita docet Soarius supra allegatus, & Nauarr. cap. 21. num. 52. Soarius quidem §. *Hinc sequitur*, col. 1. fol. 1022. Rodriguez tomo 1. quæstionum regularium, disp. 56. art. 3. §. *Et idem decernitur*.

Sed rogabis, an iis Sacerdotibus, qui absque licentia, saltem interpretatiua propriorum Parochorum, Eucharistiam administrant, sit aliqua poena, vel censura iure statuta? Respondeo, Sacerdotibus secularibus nullam censuram esse iure impositam: Religiosis verò impositam esse excommunicationem. P. Stepp. Fagandez in quinque præc. Eccl.

nem ipso facto incurrendam, cuius absolutio Papæ referatur in Clementina, *Religiosi*, de privilegijs, vt optimè docent omnes Doctores supra allegati num. 11. & speciàtim Syluester verbo, *Excommunicatio*, 7. excommunicatione 14. Caietanus verbo, *Excommunicatio*, cap. 64. Nauarr. cap. 27. num. 102. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 55. Vnde, cum huiusmodi excommunicatio specialiter dirigatur contra Religiosos, vt ex eius verbis constat, non est extendenda ad alios Sacerdotes seculares; etiam si videatur esse eadem ratio in illis, atque in Sacerdotibus Religiosis: nam poena restringenda sunt, & in Religiosis potuit esse specialis causa. Enim verò, cum non possint tam facilè ab Episcopis coërceri liberius possunt prædictam iurisdictionem vsurpare, vt ibi Glossa notat, & optimè animaduertit Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 72. sect. 2. §. *Sed inquire*, col. 1. fol. 1022. & sic solis Religiosis exemptis à iurisdictione Episcoporum hæc excommunicatio videtur imponi, propter rationem tactam.

Syluest. Caiet. Nauarr. Henriq.

Gloss. Soar.

14.

Vt tamen hæc censura à Religiosis incurrat, necesse est primò, vt hæc administratio ex præsumptione fiat: nam illam non incurrit illi Religiosi, qui ex ignorantia id faciunt, existimantes id libiliter, & bona fide, aut ex rati habitatione probabiliter præsumpta, vt docet Soarius dicto tomo 3. disp. 72. sect. 2. §. *Sed inquire*, citato: Caietanus, & Henriquez, & Nauarr. locis proximè allegatis, & Ledesma 2. 4. quæst. 33. art. 3. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 1. art. 3. & Cardinalis dicta Clementina, *Religiosi*, hanc enim vim habent verba illa prædictæ Clementinæ, *Religiosi, &c. Qui præsumpsissent*. Secundò, hæc censura comprehendit solum Religiosos, qui ministrant Eucharistiam secularibus Clericis, aut laicis: non verò eos, qui eam ministrant alijs Religiosis sine suorum Prælatorum facultate, vt notat Soarius, Nauarrus, & Henriquez. Et id patet ex verbis prædictæ Clementinæ, ibi: *Religiosi, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Eucharistiæ ministrare præsumpsissent*, in quibus verbis, vt Doctores animaduertunt, satis distinguuntur Clerici seculares, & laici à Religiosis. Et ex fine prædictæ legis hoc licet colligere: quia illa lex prædictæ Clementinæ lata est in fauorem Parochorum, sub quibus in poenis non comprehenduntur Superiores Religiosorum, ac proinde neque etiam comprehenditur illa administratio, quæ Religiosis fit. Tertio, non comprehendit hæc censura illos Religiosos, qui & ceteros, aut Parochi sunt secularium, vt patet, & docet Caietan. verbo, *Excommun.* cap. 64. Sylu. verbo, *Eucharist.* 3. §. 4. & verbo, *Excommun.* 7. casu 14. n. 31. Tab. verbo, *Excommunic.* 5. casu 11. Corduba casu 24. sine. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 55. ad marginem, littera B: vbi omnes prædictos Auctores à nobis allegatos citat. Et id aperte docet etiam Nauarr. cap. 27. num. 102. iuxta mentem Felini, & omnium, quos ipse Felinus allegat in cap. *Cum quidam*, col. 2. de iureiurando. Incurrunt autem hanc censuram ipso facto Religiosi illi, qui Eucharistiam secularibus ministrant in ipso mortis articulo, vt docet Soar. tom. 3. in 3. part. disput. 72. §. *Sed inquire*, col. 1. fol. 1022. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 27. num. 107. Cardinalis in dicta Clementina, q. 11. Sylu. verbo, *Excommunicatio*, 7. excommunicatione 14. num. 30. & 32. dub. 3. vbi citat Lappum, Panormitanum, Archidiaconum, & alios. Et ratio ea fortasse esse poterit: quia poterat id efficere licitè, si sine præsumptione ministrarent, ex bona fide, & rati habitatione de futuro: at, cum per præsumptionem ministrarent animo vsurpandi ius alienum, meritò talis actus externus ea censura castigatur, puniturque: quia, cum licitè Religiosi illum tunc

Soar. Caietan. Henriq. Nauarr. Ledesma. Sotus. Card.

Caiet. Syluest. Tab. Cord. Henriq. Nauarr. Felin.

Soarius. Nauarr. Card. Syluest.

actum possint efficere, illicitè, sua culpa faciunt. Imò animaduertit Soarius, semper illam incurtere, etiam si publicè, vel secretò administrant, & etiam si Parochus sit absens, & infirmus in extremo periculo, si per præsumptionem, & animo prædictum ius alienum vsurpandi ministrent. Deinde, quia hoc Sacramentum non est necessitatis. Tertio, quia administratio Sacramenti Eucharistiæ simpliciter in iure prohibetur Religiosis in prædicta Clementina 1. Religiosi, de privilegiis, & solum in ea excipiuntur casus in iure expressi, in quibus Religiosi poterunt Eucharistiam licitè administrare: nullibi autem in iure expressum est, vt notat Syluester allegatus, quòd Religiosi possint Eucharistiam in mortis articulo secularibus administrare, etiam absente Parocho: nam, licet hoc expressum sit in iure de Sacramento penitentia, vt patet ex cap. Quod in te. de penitentia, & remissionib. nullibi tamen hoc expressum est de Eucharistia. Nec obstat, quòd sub nomine Sacramenti penitentia, intelligatur etiam Viaticum, & Eucharistia in hora, & articulo mortis: quia iam hoc non est expressè in iure contineri, sed deductiue: & quia verum est, vt cuiusque exhiberi potest in mortis articulo vnum Sacramentum, exhiberi possit & aliud, sed non à quocunque ministro. Sed hac de re necessariò redibit sermo num. 19. vbi contrariam opinionem sequemur. Quando autem dicimus, necessariò ad hanc administrationem requiri facultatem proprii Sacerdotis, seu Parochi, est modus loquendi ordinariis: nam, licet contingat, quòd Parochus non sit Presbyter, parum refert: adhuc enim potest hanc licentiam dare, cum hic sit actus iurisdictionis, non ordinis: vt optime notat Nauarr. cap. 27. num. 102. & Soar. tomo 3. disp. 72. sect. 2. §. Sed inquiris. ad finem, col. 1. fol. 1022. Nomine autem proprii Presbyteri, & Parochi, in iure venit Episcopus, & eius Vicarius generalis; venit Papa; veniunt etiam Rectores, & Curati, quique parochianos habent, quocunque nomine vocentur. Sic Nauarr. & Soarius allegati, & id satis probauimus lib. 1. huius præcepti, cap. 5. num. 4.

15. Notabis tamen, hanc potestatem administrandi hoc Sacramentum cum iurisdictione, esse duplicem, ordinariam, & delegatam. Ordinaria residet in Episcopis, in Papa, in Parochis: delegata residet in his, quibus hi per licentiam, facultatem, aut priuilegium illis concedunt: est enim Papa Parochus totius orbis, & Episcopus suæ diocesis: vnde hanc potestatem delegare poterit Papa in toto orbe, iis Sacerdotibus, quibus voluerit, siue sint Religiosi, siue non: Episcopi in sua tantum diocesi: & alij Parochi in sua tantummodo parochia de iure.

SUMMARIVM.

- Mendicantes habent priuilegium ministrandi Eucharistiam secularibus, quouis anni tempore, excepto die Paschatis. num. 16.
- An nomine diei Paschatis intelligatur solum ipse dies materialis. num. 17.
- Refertur prima opinio affirmans. ibid.
- Astruitur vera opinio asserens, intelligi tempus, & actum, quo impletur præceptum Ecclesiæ. num. 18.
- An in articulo mortis, deficiente Parocho, possint fideles Eucharistiam accipere à Religiosis, & Sacerdotibus secularibus, & an licitè illi eam tunc possint ministrare: refertur opinio negans. num. 19.
- Astruitur affirmans. num. 20.
- Quid de tempore, quo urget præceptum communicandi Ecclesiæ. num. 21.
- Quid, si adsit Parochus, & iniuste eam licentiam de-

Syluest.

Nauarr. Soar.

neget. *ibid.*  
 Peregrini possunt implere præceptum Ecclesiæ iure peregrinationis, communicando in Ecclesiis Religiosorum. num. 22.  
 Respondetur ad argumenta primæ opinionis. num. 23. & 24.  
 An data facultate, ad ministrandam confessionem à Parocho, censeatur data ad ministrandam Eucharistiam. num. 25.

16. **E**T idem per priuilegia quarundam Religionum, à Summo Pontifice concessa, possunt regulares per seipsos vbique terrarum, quouis anni die, ministrare Eucharistiam secularibus, excepto solo die Paschatis Resurrectionis, vt patet ex Compendio Mendicantium, verbo, *Communicare*, §. 5. imò addit Frater Medina lib. 1. cap. 11. §. 13. posse quilibet Sacerdotem secularem, dum celebrat in Monasterio Religiosorum Mendicantium, cum licentia Sacristæ ministrare secularibus Eucharistiam, etiam in tempore interdicti, per priuilegium à Iulio II. concessum. Et simile priuilegium habent etiam Religiosi Societatis I. E. S. V., concessum à Paulo IV. anno 1549.

Sed, cum in huiusmodi priuilegiis semper Pontifices excipiant diem Paschatis, seu diem Resurrectionis, in quo die specialiter exigunt Summi Pontifices Parochi, aut Episcopi licentiam, vt constat ex Supplemento Minorum, concessione 160. & ex Compendio prædictorum Minorum, verbo, *Communicare*, concessione 146. & 150. vbi Nicolaus V. & Xistus I. V. & Leo X. hanc exceptionem diei Paschatis apponunt; superest inquiramus, quomodo hæc priuilegia intelligenda sint: an, scilicet, hæc verba intelligenda sint materialiter, & præcisè de ipso tantum die Paschatis, & Resurrectionis, ita vt solum in eo die non possint licitè Religiosi Eucharistiam ministrare secularibus in suis Ecclesiis, ac templis, siue communicent ex deuotione, siue ex obligatione, & animo implendi Ecclesiæ præceptum annuale, & in reliquo tempore paschali possint, tam ex deuotione, quam ex prædicta obligatione; an intelligenda sint formaliter, ita vt non possint ministrare secularibus Eucharistiam in suis propriis Ecclesiis, quando ipsi seculares communicant animo implendi præceptum, & ex obligatione illius: ex deuotione verò posse etiam in ipso die Paschatis. Et de hoc negotio est duplex opinio. Prima docet, excipi tantum diem ipsum materialiter Paschatis, Ita tenet Nauarr. cap. 21. n. 52. quem aliqui recentiores sequuntur, veluti Azor tomo 1. Instit. moral. cap. 41. q. 7. ad finem, & Sarnensis de visitationibus, lib. 2. cap. 30. & asserunt præter ipsum vnicum Resurrectionis diem, posse Regulares dare communionem omnibus secularibus, non solum in propriis templis, sed etiam in aliena Ecclesia, dum ibi concionantur, quauis expediat in aliena non fieri sine licentia Parochi. Ita etiam cum Nauarro docet Claudius verbo, *Missa*, §. 1. Claud. & verbo, *Eucharistia*, §. secundo, sine. Quòd si eis opponas, primò, inde sequi, eum, qui in feria quinta cenæ Domini in propria parochia communicauit ad implendum præceptum annuale, non posse licitè communicare in die Paschatis, ex deuotione, in templis Mendicantium, nec illos posse licitè eo die laicis Eucharistiam ministrare in suis propriis templis, nisi de licentia suorum Parochorum, concedunt libentissimè, & admittunt hanc sequelam: quia ille dies est simpliciter exceptus. Et fortassis voluerunt Pontifices eum diem excipere, vt in eo omnes parochiani suas parochias adirent ad præstandam obedientiam Pastoribus. Si rursus eis obiicias, sequi è contratio posse,

Medina.

17.

Nauarr. Azor. Sarnensis.

extia

extra ipsum primum diem Paschatis fideles communicare in Ecclesiis Mendicantium ex præcepto, & posse licitè ipsos Mendicantes extra hunc diem, illis Eucharistiam administrare ad implendum præceptum Ecclesiæ, & de facto illud implere, non audebunt illi hanc sequelam concedere; & tamen in illorum opinione rectissimè colligitur hæc sequela.

18. Secunda tamen opinio, & verior docet, verba priuilegij intelligenda esse formaliter, non de ipso die Paschatis, sed quòd non possint Religiosi ministrare Sacramentum Eucharistiæ in suis templis, secularibus, quando illi communicant in eis ad implendum præceptum communionis annualis tempore Paschatis, siue illud Pascha comprehendat octo, vel quindecim dies, siue de more alicuius regni, aut prouincia, vt in Lusitania, comprehendat etiam totum illud tempus, quod intercedit à prima die Quadragesimæ vsque ad Dominicam in Albis, aut Pastoris boni. Et ita docet expressè Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 72. sect. 2. §. *Censio igitur*, fol. 1025. col. 1. atque adeò in illis verbis, *Excepto die Paschatis*, excipitur solum illa communicatio, quæ fit ex obligatione huius præcepti, quocunque die fiat, vt diximus lib. 1. huius præcepti, cap. 5. n. 9. Vnde, si ante diem Paschatis iam satisfactum fuit obligationi præcepti, docet hæc opinio, licitè posse seculares communicare ex deuotione in Ecclesiis Mendicantium in ipso die Paschatis. Neque obstat, quòd in prædictis priuilegiis dicatur: *Præterquam in die Paschatis, aut in festo Paschatis Resurrectionis*, quia non est attendendus materialis sonus verborum; sed sensus, & intentio Pontificum, qui communionem illam, qua impletur præceptum, vocant communionem diei Paschatis; seu, quod idem est, communionem in die Resurrectionis. Neque hæc interpretatio est absurda, aut violenta; sed vera, ac germana; supposito modo loquendi cap. *Omnis vtriusque sexus*, de penit. & remiss. vbi hoc præceptum communionis Paschalis traditur. Et ad hunc modum declaranda est similis exceptio, quæ habetur in Bulla Cruciatæ, in clausula, qua conceditur facultas accipiendi Eucharistiam in tempore interdicti in aliis Ecclesiis, non interdictis, vel priuatis Oratorijs, vbi etiam additur, *Præterquam in die Paschatis*; id est, præterquam in illa communionem, qua impletur præceptum in die Paschatis: quia nisi sic exponamus, sequitur illud absurdum, quòd possint implere hoc præceptum in priuato Oratorio, & postea in primo die Paschæ, neque ibi, neque alibi, aut in propria parochia communicare.

Soar.

19. Hic tamen quæres meritissimè, an in articulo mortis, aut necessitate urgente, absente, & deficiente Parocho, possint fideles accipere Eucharistiam à Religiosis, vel alijs Sacerdotibus secularibus; & an tam Religiosi, quam Clerici seculares, eam tunc possint illis licitè administrare? Et hac de re est bipartita sententia. Prima, loquendo specialiter de Sacerdotibus secularibus, ac de Religiosis, id expressè negat. Eam tenet Nauarr. in Manuali Latino, cap. 21. num. 52. citans Cardinalem in Clementina 1. de privilegijs, & Syluester verbo, *Excommunicatio*, 7. c. c. 14. n. 3. dub. 3. vbi allegat, vt dixi num. 14. Lappum, Panormitanum. Hanc opinionem tenet etiam expressè Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 72. sect. 2. §. *Sed inquiris*, col. 1. fol. 1022. Rationes, ac fundamenta, quibus hæc opinio innititur, sunt eadem quæ prædicto num. 14. retuli. Primò, quia hoc Sacramentum non est Sacramentum necessitatis. Secundò, quia hoc expressè prohibetur in Clementina, *Religiosi*, de privilegijs, vbi tantum excipiuntur casus iure expressi; nullibi tamen in

Nauarr. Card. Syluest.

Soar.

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

re expressum est, quòd possint Religiosi in articulo mortis Eucharistiam præstare secularibus, vt dixi dicto num. 14.

Secunda opinio affirmat, posse Religiosos rectè, & licitè, in articulo mortis, non solum ex priuilegio particulari, sed etiam de iure communi, seu potius de priuilegio iure communi inserto, secularibus Eucharistiam administrare, deficiente Parocho, & consequenter etiam affirmabit loquendo de Clericis secularibus. Eam docet expressè Directorium lib. 1. quod citat Syluester modò allegatus, sed non sequitur: Archidiaconus in cap. *Si Presbyter*, 26. quæst. 6. Innocentius, & Hostiensis in cap. *Omnis*, de penit. & remissionibus. & Soarius dicto tomo 3. in 3. p. disp. 72. sect. 2. §. *Sed quæres*, col. 2. fol. 1025. Tandem hoc dicit, quauis contrarium dicere videatur in §. *Sed inquiris*, fol. 1022. & Sotus in 4. distinct. 23. q. 2. art. 1. vers. *Primum* Bartholomæus Firmus verbo, *Excommunicatio*, §. 49. & Henricus lib. 8. de Eucharistia, cap. 5. n. 1. ad marginem, littera H. vbi ita ait: *In articulo mortis, si absit Parochus, potest regularis ministrare secularibus Eucharistiam, & Vnctionem, quia adest voluntas interpretatiua, saltem Papa, vt inuenit infirmus: & id concessit Prædicatoribus Sixtus IV. si Parochus se difficilem præbeat: & Leo X. in Concilio Lateranensi, si modo causa, aut denegatio proberur coram Notario.* Hæc Henriquez ibi. Sed tam vrgens potest esse casus, vt nullo modo possit id probari coram Notarijs: & Pius V. concessit etiam prædictum priuilegium Xisti I. V. Fratribus Minoribus, non obstante dispositione Concilij Tridentini, ad supplicationem, petitionemque sui Generalis Aloysij Putei, in præsentia Cardinalis de Ara cæli: vbi id priuilegium seruatur, teste Claudio, verbo, *Concil. Tridenti*, §. 3. Quare, siue loquamur de priuilegijs iure communi insertis, siue de alijs priuilegijs particularibus, non est dubitandum, posse Religiosos, & Clericos seculares, in articulo mortis Vnctionem, & Eucharistiam, absente Parocho, vel præsentè, & malitiosè præstare nolente, secularibus administrare, licitè, & rectè, & absque incursione alicuius pœnæ, aut censuræ. Probat primum de Eucharistia, quia, vt diximus lib. 1. huius præcepti, cap. 3. sumptio Eucharistiæ in articulo mortis, cum decenter, & reuerenter suscipi potest, est medium, ac remedium necessarium necessitate salutis: in hac autem circumstantia decenter, ac reuerenter suscipi potest, cum præstò adsit Religiosus, aut secularis Sacerdos, qui reuerenter, ac decenter administrare velit, ac possit, absente, & deficiente proprio Sacerdote, vel etiam præsentè, sed nolente, eam per se administrare, aut concedere facultatem: quia tunc iniusta voluntas illius, pro illius absentia reputanda est. Secundò, quia in iure communi, cui conceditur confessio in articulo mortis, censeatur etiam concessa communicatio: de iure autem communi potest quilibet Sacerdos, absente proprio Parocho, in articulo mortis, siue Religiosus sit, siue secularis, audire confessiones secularium, vt patet ex cap. *Quod in te*, de penit. & remiss. ergo etiam poterit de eodem iure communi iidem Eucharistiam, & sacram Vnctionem administrare: quia tunc de licentia, saltem præsumptiua, Papæ, aut Episcopi, administrat, quam in eo articulo rationabiliter censetur concedere, absente proprio Sacerdote, imò & præsentè, sed nolente id efficere, aut licentiam concedere: quia tunc perinde est, ac si absens sit: quia irrationabilis, & iniusta ac impia voluntas illius, pro absentia merito reputanda est. Tertio, quia, licet necessitas huius Sacramenti non sit extrema in opinione, quæ docet, illius sumptionem in articulo mortis non esse medium de præcepto diuino necessarium

Syluest. Archid. Innocent. Hostiensis. Soarius.

Sotus. Firmus. Henricus.

10.



necessitate salutis; tamen est valde grauis & sufficiens ad hunc actum absque præsumptione exercendum. Quartò, quia hoc est valde consentaneum iuri ipsi naturali, quo tenetur Ecclesia proximis subuenire in necessitatibus spiritualibus. Hæc opinio, omnibus satis pensatis, mihi videtur tenenda, & sine scrupulo sequenda; tum propter auctoritatem suorum Doctorum, quibus contradicere in re tam pia durum est; tum, quia est magis pia, & consentanea pietati Ecclesiæ Catholicæ.

21. Solùm aduerto, non posse licitè Religiosos Sacerdotes, aut sæculares Eucharistiam administrare sæcularibus, deficiente Parocho, aut iniuste eam licentiam negante in necessitate implendi ecclesiasticum præceptum communionis annualis: quia hæc necessitas non tantum urget, cum in eo casu excusentur prædicti sæculares ab impletione prædicti præcepti ecclesiastici, quandiu durat tale impedimentum.

22. Qui tamen extra propriam parochiam peregrinantur, hi quidem iure peregrinationis possunt implere præceptum Ecclesiæ de Eucharistia sumenda in templis Religiosorum, vel in Ecclesiis, vbi commodè possunt; dummodo in illis Eucharistiam accipiant ab his, qui potestatem habent illam administrandi: nam semper est notanda hæc differentia, inter articulum mortis, & alias necessitates, seu potius vtilitates, quòd in mortis articulo licitum est cuiilibet Sacerdoti ministrare hoc Sacramentum, etiam si non habeat ad hoc specialem facultatem, à Pastore concessam: in aliis verò hoc non licet, nisi supposita aliqua facultate, vel privilegio ministrandi hoc Sacramentum; quia rationes factæ non aliter procedunt, vt animaduertit Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 72. sect. 2. in vitimis verbis finis illius, fol. 1026.

23. Ad fundamenta primæ opinionis satis responsum est in secunda opinione. Ad id, quod additur in dicta Clementina 1. Religiosi, de privilegiis, interdicti administrationem Eucharistia omnibus Religiosis, etiam in articulo mortis, nisi in casibus à iure expressis, dicendum est, satis in iure exprimi casus articuli mortis: quia in iure, nomine confessionis in articulo mortis, venit etiam communicatio: vnde, cum in iure in cap. Quod in re. de penit. & remiss. expressum sit, quòd possunt Religiosi, & alius quilibet Sacerdos sæcularis in articulo mortis confessiones quoruncunque audire, in iure quoque expressum est, vt in eodem articulo eisdem possint Eucharistiam administrare.

24. Neque obstat, quòd Paulus III. in privilegiis concessis Partibus Societatis Iesv in Bulla anni 1549. ad ministrandam Eucharistiam quibuscunque fidelibus, excipiat articulum mortis, & diem Paschatis, & quòd inde colligunt nonnulli Doctores, si in aliquo privilegio non excipitur expressè mortis articulus, semper ipso iure & communi sensu censerentur exceptum: quia non sunt ea privilegia intelligenda de extremo Viatico; sed de illis solis casibus, in quibus Eucharistia non accipitur per modum Viatici, aut ex obligatione implendi præceptum Ecclesiæ, nam Paulus III. in eo privilegio securus fuit aliam opinionem Syluestri, quæ negat, in articulo mortis posse Religiosos, absentibus propriis Parochis, Eucharistiam ministrare sæcularibus; non tamen ob id nostram condemnat, vt patet.

25. Dices: Si in iure communi nomine confessionis in articulo mortis venit etiam ministratio, & susceptio Eucharistia; & cui in eo articulo conceditur confessio, concedi etiam Eucharistiam; sequitur, quòd extra eum articulum, concessa alicui facultate administrandi Sacramentum confessionis, cen-

seatur etiam concessa facultas ad administrandam Eucharistiam, & quòd concessa facultate ad eligendum Confessorem extra eundem articulum mortis, censeatur quoque habita, & concessa ad eligendum ministrum Eucharistia; & ad suscipiendum hoc Sacramentum, à quocunque Sacerdote voluerit eligere: vt enim docet Caietanus in Summa, verbo, Excommunicatio, cap. 64. non semper necesse est, vt in his licentiis Eucharistia in specie nominetur: sed satis est, vt ex verbis licentiæ communiter id intelligatur. Respondeo, esse diuersam rationem in articulo mortis, & extra illum: nam in articulo mortis communiter intelligunt Doctores, quòd concessa facultate ad administrandam, & audiendam confessionem, censeatur etiam concessa facultas ad administrandam Eucharistiam: at non ita id intelligunt extra casum illius articuli: quia vera hi actus sunt separabiles, & similiter potestas ad vtrunque requisita etiam separata est, & solùm in articulo mortis ex intentione Ecclesiæ vniuntur: vnde extra prædictum articulum, concessio alicui privilegio ad audiendas confessiones, non censeatur concessum ad administrandam Eucharistiam: similiter concessa alicui facultate ad eligendum Confessorem, non censeatur concessa ad eligendum ministrum Eucharistia: quod inde euidentius patet: quia in Bulla Cruciatæ conceditur facultas omnibus fidelibus eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, quoties voluerit; & tamen ibi non intelligitur posse eligi Sacerdotem, à quo recipiat Eucharistiam: nam alioqui, sicut ex vi illius privilegij potest quis satisfacere præcepto annuæ confessionis, eligendo quencunque Sacerdotem simplicem approbatum; possit etiam implere præceptum annuale Eucharistia ab eodem Sacerdote illam accipiendo: quod est omninò falsum, & contra consuetudinem Ecclesiæ, & contra verba contenta in alia priori clausula prædictæ Bullæ. Vnde hic habemus optimum exemplum, vbi sub facultate ad Sacramentum confessionis, non intelligitur expressa facultas ad communionem: idem ergo intelligendum est de facultate ad confessionem absolute concessa, quòd non intelligatur sub illa concessa facultas ad communionem: quod euidenter ex dictis patet.

CAPVT. III.

De obligatione Parochorum in administranda Eucharistia, tempore pestis: an aliquis in extrema necessitate possit seipsum communicare: & quibus modis peccare possint, qui indignè suscipiunt, & indignè ministrant.

SVMMARIVM.

- Teneantur Parochi ex iustitia, tempore pestis, parochianis Eucharistiam ministrare. num. 1.
Etiã cum vita periculo. ibid.
Quid nomine Parochi intelligatur in iure, an etiam Superiores Religionum. num. 2.
An homo sit dominus vite sue, & an de illa possit pacificum aliquo. num. 3.
An extra grauem necessitatem teneantur Parochi suis parochianis Sacramenta ministrare. num. 4.
An tunc ex rationabili causa excusentur. num. 5.
Et an illos possint remittere ad Religiosos. ibid.
Falsuntur, qui dicunt, solùm obligari Parochos ex iustitia

Caiet.

1.

Tolet. Nauarr. Sotus. Henric. Tab. D. Thom. Soar. Sa.

2. Tab.

3.

D. Thom. Valent.

- ria ad administranda Sacramenta parochianis, quando præcepta Ecclesiæ obligant. num. 6.
An Parochi possint tempore pestis Eucharistiam ponere in loco decenti, vt inde manu, vel ore sumatur. ibid.
Vtrum aliquis laicus in aliquo casu sibi possit Eucharistiam præbere. num. 7.
Et quid de Sacerdote non sacrificante. ibid.
Qui in extrema necessitate, quando non adest Sacerdos, nec Diaconus, qui Eucharistiam ministrant. num. 8.
Regina Scotia seipsam communicauit propriis manibus, cum martyrium subit sub Isabella, Regina Anglia. ibid.
Quibus modis possit minister huius Sacramenti peccare in administratione illius. num. 9.
An Sacerdos in mortali existens peccet mortaliter hoc Sacramentum ministrando. num. 10.
An peccatum mortale sit hoc Sacramentum tangere in mortali peccato. num. 11.
Quando, & quomodo petentes cooperentur cum peccato mortali, quod committunt ministri, in administratione huius Sacramenti. num. 12.
Peccant Sacerdotes, qui hoc Sacramentum absque privilegio sub vtraque specie administrant, grauius, & mortaliter. num. 13.
An liceat Sacerdotibus omninò à celebratione Missarum abstinere, & an teneantur singulis diebus sacrificare. ibid.
Remissio. num. 13. vers. An liceat.

DE obligatione iustitiæ tenentur Parochi tempore grauis necessitatis, etiam si non sit extrema, v. c. tempore pestis, aut alterius morbi infectiui sub lethali culpa suis parochianis subuenire ministrando eis Eucharistiam, & reliqua Sacramenta etiam cum periculo vite; nisi ad sint alij idonei ministri, qui sufficienter id præstent. Ita Doctores communiter, Toletus lib. 4. cap. 10. num. 5. Nauarrus cap. 2. num. 1. 31. & cap. 24. num. 1. 1. & 18. Sor. in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 6. Concilium Compostellano anno 1566. act. 3. cap. 37. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 55. num. 2. Tabiena verbo, Episcopi, n. 5. D. Thom. 3. part. quæst. 184. art. 7. Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 72. sect. 3. col. 1. fol. 1026. Sa verbo, Charitas, num. 3. propter pactum implicitum, quod supponitur tacite celebratum inter Parochos, & parochianos, vt, scilicet, oues pascant suos Pastores corporali alimento, illique vicissim parati sint ad illas pasceudas spirituali, quoties illo indigerint. Sic etiam eadem iustitia tenentur milites in bello iusto, & Iudices, ac Prætores à republica, vel à Rege ad curandum bonum publicum temporali stipendio conducti vitam obicere, quoties ad tuendam urbem, vel bonum publicum opus fuerit.

Notandè autem Parochi in iure secundum Tabienam verbo, Parochia, num. 4. non solùm Papa, Episcopi, & Archiepiscopi, Rectores Ecclesiarum, & ij omnes, ad quos cura animarum spectat, intelliguntur, vt diximus cap. præcedenti, n. 14. & lib. 1. cap. 5. n. 4. sed etiam Superiores Religionum respectu suorum subditorum, iuxta eundem Tabienam: nam etiam ij tempore pestis, vel epidimie, quando non inueniunt alium, qui velit sponte se periculo exponere, tenentur se exponere ad administranda Sacramenta subditis.

Dices: Homo non est dominus vite suæ, sed tantùm custos; & sub mortali tenetur illam tueri, ac conseruare, vt docet D. Thomas quæst. 73. art. 9. ad 2. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 1. puncto 1. & alij multi: ergo non potest vitam propriam exponere pro alterius salutè sine peccato, cum exponat alienum. Respondeo, quòd, licet homo non habeat dominium vite suæ; habet tamen vsum illius: ad ea omnia, quæ recta ratio dicitur: quamobrem, licet sub mortali teneatur illam conseruare; tamen, vbi recta ratio dicitur, tenetur eam exponere: recta autem ratio dicitur, quòd exponatur pro stipendio temporali, quo eadem vita alitur, pro bono publico, & pro salute, ac bono spirituali proximi, dicitur etiam recta ratio, vt Pastores periculis obiciantur pro ouibus, quæ se pascent: nam ratione huius vsus, quem habemus nostræ vite, possumus pacisci de illa cum aliis, veluti efficiant milites belli tempore.

Nec solùm tempore extremæ, aut quasi extremæ necessitatis, tenentur de iustitia proprij Pastores vitam exponere pro ouibus, eis Sacramenta ministrando, quando alij non inueniuntur; qui id sufficienter præstare velint; sed etiam tenentur hoc Sacramentum Eucharistia, & reliqua Sacramenta eis præstare, quoties oues rationabiliter, & opportunè petunt. Itaque, si non nimis frequenter petant, neque vltra id, quod illarum statum, & viuendi modum, & reuerentiam tanti Sacramenti decet, tenentur Parochi, per se loquendo, eis hoc Sacramentum concedere, vt docet Adrianus in 4. quæst. 5. de confess. dub. 8. & Sotus in 4. distinctione 12. art. 6. Nauarrus in cap. Placuit, de penitentia dub. 6. num. 15. Sed tunc non cum periculo vite. Et ratio est: quia Parochi non aluntur à suis parochianis solùm, vt sibi ministrant necessaria, ad implenda præcepta Ecclesiæ; sed etiam ad ea quæ sunt valde vtilia, & opportuna salutis animarum: alioqui non satis esset saluti illorum prouisum; & ideo non solùm in diebus festis; sed etiam in aliis tenentur Parochi ordinariè Missam celebrare in suis parochiis, & confessiones audire, quando subditi indigent, quanuis præceptum non urgeat Ecclesiæ: & idem dicendum est de Sacramento Eucharistia, quod est valde vtile salutis animarum, & ad hoc à Christo Domino institutum, vt frequenter accipiatur.

Dixi, per se loquendo: quia, vt optimè notat Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 72. sect. 3. col. 2. littera A, fol. 1026. ex accidenti poterit excusari Parochus; vel propter rationabilem causam occurrentem; vel, quia habet alios coadiutores, ad quos potest oues sine vilo dispendio remittere; etiam si coadiutores voluntarij sint, & ex privilegio Sacramenta ministrant, quales sunt Religiosi. Regulariter tamen cauere tenentur Parochi, ne se ostendant difficiles in hoc ministerio, ne animos suorum subditorum à pietate remittant: cum potius allicere debeant.

Quamobrem ex dictis constat, falsò aliquos dicere, solùm obligari Parochos ex iustitia ad administrandum parochianis Sacramentum Eucharistia, & alia Sacramenta præstanda, quando illos præcepta obligant, vt Richardus in 4. distinct. 18. quæst. 3. art. 2. Syluester verbo, Confessor, 1. quæst. 18. quia, iuxta hos Doctores, solùm tenebuntur semel in anno ministrare: quod sanè statim apparet per se improbabile, & absurdum, vt optimè animaduertit Soarius allegatus. Falsum etiam, & absurdum est, id, quod dicunt nonnulli, posse, scilicet, Parochos tempore pestis ponere Eucharistiam, tuto ac decenti loco, vt ipsi peste infecti suis manibus communicent: quod dictum, iam, vt absurdum, & parum decens ad reuerentiam tanti Sacramenti, reiecit cum grauissimis Doctoribus cap. 1. huius libri, num. 13. quem locum videre poteris.

Sed occasione huius dubij inquire, an aliquis seipsum possit in aliquo casu communicare. Et non loquimur de Sacerdote celebrante: iam enim satis probauimus in cap. 2. huius libri, 3. n. 9. nunquam esse licitum sacrificium Missæ offerre, quin in eadem

Adrian. Soto.

Nauarr.

Soar.

6.

Richard. Syluest.

7.

Missa Sacerdos seipsum communicet : sed loquimur de communione laica, id est, de illa communione, quæ sit extra sacrificium Missæ, idque, siue persona se communicans suis propriis manibus sit Sacerdos, siue non : quidam enim id affirmant, alij negant : nam Fumus verbo, *Communio*, num. 8. ait, Sacerdotem non sacrificantem non debere communicare seipsum regulariter : vnde videtur asserere, posse seipsum communicare in casu necessitatis, & in articulo mortis, deficiente alio Sacerdote, aut Diacono, qui id præstare velit, & possit. Et id ipsum ait Caietanus in Summa, verbo, *Communio*, vbi asserit, non licere Sacerdoti seipsum communicare, nisi in necessitate, & articulo mortis, in quo casu affirmat licere : & idem dicerent de laicis in eo articulo : quia nulli in iure inuenitur prohibitum, posse aliquem in articulo mortis seipsum communicare, deficiente debito ministro, siue ipse communicans laicus sit, siue Sacerdos : neque etiam in iure vllibi reperitur, debere in hoc Sacramento dantem, & accipientem esse personas distinctas, vt in Baptismo, Confessione, Vnctione, & Confirmatione. Deinde, quia hoc Sacramentum est institutum per modum cibi ; & vsus eius per modum comedente accipi potest : & idem dixit Durandus in 4. distinct. 13. quæst. 4. si contingat, Sacerdotem agrotare, & non adesse nisi Diaconum, qui Sacramentum deferat, debere Sacerdotem propriis manibus seipsum communicare : quia in die Parasceues Sacerdos communicat seipsum ; & tamen non sacrificat, nec celebrat, quia non consecrat. Vnde constat, nullam esse consuetudinem, ex qua colligi possit prohibitio aliqua, qua Sacerdos prohibeatur in casu necessitatis seipsum communicare. Soarius vero tomo 3. in 3. part. disp. 72. sect. 3. ad finem, fol. 1027. existimat, secluso scandalo non peccare Sacerdotem, qui seipsum communicat, non solum in necessitate, sed etiam deuotionis causa, in eo casu, vbi non esset, nisi ipse tantum Sacerdos, qui non possit celebrare : possit autem seipsum ex præconsecratis communicare. Et ratio est : quia ipse Sacerdos est proprius minister huius Sacramenti : & quantum ex administratione Sacramenti sit actus auctoritarius proueniens ex Ordinis sacerdotalis consecratione ; tamen talis actus, ratione sacerdotij ei comperit : & aliunde, quantum in aliis Sacramentis requiratur, vt minister sit persona distincta à suscipiente ; tamen in hoc Sacramento non ita est, vt satis probauimus cap. 2. huius libri, num. 9. & 10. Et de facto Sacerdos in die Parasceues seipsum communicat non consecrando : at, quia extra diem Parasceues non est res vsitata, seipsum Sacerdotes communicare, scandalo fortassis erit ; & idem affirmat Soarius, non posse id licite fieri, nisi sublato scandalo, & in eo casu, vbi vnus tantum Sacerdos esset, qui non posset sacrificare : possit autem ex præconsecratis seipsum communicare : prædictum vero scandalum facile ipse Sacerdos vitare poterit, si id faciat remotis arbitris, aut monendo populum, ne scandalum patiatur, cum id sibi in eo casu liceat. Existimo tamen, si adesset Diaconus, non posse tunc Sacerdotem seipsum communicare, cum iam ad sit minister ex privilegio competens : nam, licet cap. 1. huius libri, num. 6. & 7. dixerimus, non posse Diaconum, præsentem Sacerdote, qui id possit, & velit facere, licite Sacramentum hoc administrare ; tamen id intelligendum est, respectu aliorum fidelium, vel alicuius personæ tertie, non respectu eiusdem Sacerdotis, qui seipsum communicare vult.

An autem possit persona laica, saltem in extrema necessitate mortis, licite seipsam manibus pro-

priis communicare, quando non adest Sacerdos, nec Diaconus, qui id possint facere, est maius dubium. Affirmat expressè Soarius tomo 3. disp. 72. sect. 3. ad finem, fol. 1027. & Caietanus in Mathæum 26. & asserit Soarius, in nostra ætate Regnam Scotiæ, martyrium subitum sub Isabella, Regina Angliæ, prius Sacramentum, quod apud se habebat, propriis manibus sumpsisse, cum summa omnium laude ; & quantum addit Soarius, quod ex Summi Pontificis dispensatione, ac concessione habuerit ampullam, in qua Sacramentum Eucharistiæ apud se haberet ; tamen etiam sine tali concessione id potest, & sanctè efficere potuisset. Et cum Soario, & Caietano idem sentiunt Boitius in cap. *Decernimus*, de iudiciis, & alij. Contrarium tamen dicendum est cum communi Doctorum opinione, quam tradit Henricus lib. 8. de Euchar. cap. 54. num. 3. tener Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. num. 5. Catherin. lib. 5. contra Caietan. lib. 4. Sorus in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 3. Ledesma quæst. 23. Philippus Decius, & Ripa in cap. 2. de iudiciis. Armilla verbo, *Communio*, à num. 8. Tabiena, & alij, quos citat, ac sequitur Henriquez allegatus ad marginem, littera A. & potest deduci ex cap. *Pervenit*, de consecratione, distinct. 2. vbi dicitur, detestandum sacrilegium esse, quod per laicos Eucharistia ad infirmos in mortis articulo deferatur : ergo, & quod laici se ipsos communicent in eodem mortis articulo ; & Soarius, quantum loco modò allegato id expressè attestatur ; tamen in prædicto tomo 3. in 3. p. disp. 72. sect. 1. § *Vltimo dicendum*, fol. 1021. col. 1. dicit, difficile esse Doctoribus contraire communiter asserentibus, non licere laicis, nec etiam Subdiaconis, Eucharistiam ministrare infirmis in extrema necessitate : vnde, si non licet illam administrare aliis, nec etiam licebit in eadem necessitate eam sibi propriis manibus sumere, ac administrare, cum par sit vtrobique ratio. Et ratio esse potest : quia habenda est maior ratio reuerentiæ huius admirabilis Sacramenti, quam fructus infirmi, cui factus est, si deficiat minister, quod spiritualiter communicet in voto. Secundò, quia praxis Ecclesiæ, & vsus illius facit legem, & præceptum, contrarium actum verans, ac prohibens : praxis autem vsusque Ecclesiæ habet, vt Eucharistia ab alio ministraretur. Tertio, quia administratio Eucharistiæ est actus auctoritarius proueniens ex Ordine sacerdotij, & in defectu Sacerdotum, hic actus committitur Diacono tantum priuatè. Vnde indecens est ex natura sua, quod prædicta administratio à laico exerceatur : & id in irreuerentiam Sacramenti natura sua cedit, vt alibi diximus. Secus est de actu eleuandi hostiam consecratam à terra, si forte in eam ceciderit : quia hic actus, cum sit tantum eleuatio, ne sanctum Domini proteratur, & non sit administratio Sacramenti, idem potest fieri à laico in defectu Sacerdotis ; non ita vero ipsa administratio, etiam in prædicto mortis articulo. Ad exemplum vero Regine Scotiæ respondemus, id factum fuisse ex concessione Summi Pontificis, vt contrarij fatentur, & Annales referunt.

Multis modis potest minister huius Sacramenti mortaliter peccare in indigna administratione illius. Primò, si vel tempore ab Ecclesia interdicto ministraretur, vel in loco prohibito, vt in priuata domo, sine debita facultate, & Episcopi auctoritate, approbationeque, vel sine vestibus sacris, superpelliceo, videlicet, & stola, quibus vtitur Ecclesia in administratione huius Sacramenti communicet, vt animaduertit Capua lib. 2. decisionum aurearum, cap. 40. & Turrecremata cap. *Ecclesiastici*, distinct. 23. & Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 72. sect. 4. col. 1. fol.

fol. 1028. qui affirmant, hæc duo superpellicium, & stolam, esse necessaria in administratione huius Sacramenti sub præcisa obligatione. præter hæc autem duo existimat Soarius nihil amplius esse necessarium sub præcisa obligatione peccati mortalis : nam, licet soleat lumen accendi, præmitti confessio generalis, & absolutio venialium ; & licet etiam soleat dici communiter communis illa oratio, siue præparatio : *Domine, non sum dignus, vt intres sub lectum meum*, &c. tamen non videntur hæc tam graui & rigorosa præcepta, vt secluso scandalo, & contemptu, eorum omissione mortale peccatum sit, iuxta Soarium allegatum. Cauendum tamen est, ne id fiat : nam à graui culpa veniali excusari id non poterit : est enim id aliquis irreuerentiæ, præsertim, si voluntariè omittitur, & absque vlla causa rationabili.

Præterea ex parte ministri requiritur, vt minister huius Sacramenti non sit in peccato mortali, alioqui nouum peccatum mortale committeret, vt Doctores communiter sentiunt in 4. distinct. 13. Paludanus ibi. q. 1. Sor. art. 3. Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. num. 4. Soarius proximè allegatus ; & colligitur ex Nicolao Papa in cap. vltimo 15. quæst. 8. vbi dicit, *Adulterum Sacerdotem, ministrando hoc Sacramentum se tantum ledere : & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispensandum præbere*. Et euidenter patet hæc veritas ex illo principio iuris diuini, ac naturalis : *Sanctè sancta tractanda sunt*. Nam, licet administratio ipsa huius Sacramenti, non sit Sacramenti confessio, sed tantum dispensatio, & distributio ; tamen hæc dispensatio est sacrum, ac grauissimum ministerium, ad quod sanctè tractandum, ac consociendum Sacerdos est consecratus peculiariter, & specialem gratiam in consecratione ad illud tractandum accipit ; & idem grauius peccat suo munere abutendo.

Ergo, inferes, semper erit peccatum mortale hoc Sacramentum in mortali tangere : quia tactus illius est id, quod maximè facit, qui hoc Sacramentum ministrat : quod est contra id, quod diximus cap. 1. huius libri, num. 11. vbi asseruimus, posse laicum reuenter hostiam consecratam à terra eleuare ; deficiente Sacerdote, qui id faciat, aut facere velit, & non requiri ad hanc eleuationem, quod sit in gratia. Neganda tamen est illatio : quia eleuatio est terra huius Sacramenti, si ibidem reperitur, ne ab hominibus conculcetur, non est administratio illius, neque actus auctoritarius, ad quem aliquis sit consecratus ; & idem non requirit, quod eleuans sit in gratia constitutus : at verò administratio est actus proprius ministri sacri, ad quem speciali ordine sacerdotij, & ex officio sanctificatur, vnde est diuersa ratio in nudo, & simplici tactu huius Sacramenti, & in administratione illius.

Ex parte recipientis hoc diuinum Sacramentum potest committi peccatum mortale, si ipse recipientis, siue laicus, siue ecclesiasticus, cooperetur peccato ministri dispensantis, ac distribuentis : cooperabitur autem, si sine causa, vel vtilitate inducat ministrum non paratum ad tale ministerium, aut si facile evitare possit peccatum ministri, & irreuerentiam Sacramenti, accipiendo illud ab alio ministro digno, & nolit : quæ omnia latius patent ex Sacramenti in genere. Potest etiam committi peccatum ex parte recipientis, si ipse indignè, aut non ieiunus, aut in conscientia peccati mortalis, tantum, ac tam admirabile Sacramentum accipiat. Sed de his latius in capitibus sequentibus agemus.

Ex parte Sacramenti peccabit etiam minister, si illud ministrat sub vtraque specie, aut sub

sola specie vini, quod intelligo ; etiam si illud ministrat alteri Sacerdoti. Sed de communione sub vtraque specie egimus satis lib. 3. primi præcepti, cap. 15. vbi de sacrificio Missæ tractauimus, & agemus cap. sequenti. Itaque illud debet minister maximè admaduertere, vt non præbeat Sacramentum indignè fumentibus, vel irreuenter tractantibus. Voco autem indignam sumptionem, vel tractationem, non solum ratione peccati, sed etiam ratione infantie, amentie, phrenesie, vomitus : quia in his omnibus interuenit iniuria clara Sacramenti, quam vitare tenetur sub culpa lethali diligens ac impiger minister Sacramenti, quantum maximè potest, & nullo modo illi cooperari : & quantum in his omnibus interueniat peccatum mortale ex suo genere, excusari tamen potest interdum propter ignorantiam, vel inaduententiam, præsertim facti, vel futuri euentus. An autem liceat Sacerdotibus omnino à celebratione Missarum abstinere, & quibus diebus, & quoties in anno teneantur celebrare, siue Parochi sint, siue non Parochi, diximus latè lib. 3. tract. 1. in primum præceptum, ac mandatum sanctæ Mariæ Ecclesiæ, cap. 5. ad quem locum remittimus lectorem.

CAPVT IV.

An liceat laicis communicare sub vtraque specie ? & quid de privilegio, consuetudine, & dispensatione ?

SVMMARIVM.

- De iure naturali non est prohibita, aut illicita laicorum communicatio sub vtraque specie ; sed licita.* num. 1.
- Heretici contendunt non esse laicis licitam communionem vnius speciei tantum.* num. 2. & 11.
- Catholici id affirmant.* num. 3.
- Soluntur argumenta Hereticorum.* num. 4.
- An Sacerdos, cum more laici communicat, debeat habere stolam, & superpellicium indutum.* num. 5.
- Referuntur causa, ob quas Ecclesia præcipit laicis communionem sub vna, & prohibet sub vtraque specie.* num. 6.
- Quam ob causam Concilium Tridentinum noluit concedere Bohemis communionem sub vtraque specie.* num. 7.
- Potest Papa illam concedere.* num. 8.
- Rex Gallie ex privilegio, & consuetudine bis communicare potest sub vtraque.* num. 9.
- An aliquando in Ecclesia permissus fuerit vsus calicis tantum ; & an sicut præcipit vsus speciei panis, & prohibet calicis, poterit contrarium efficere.* num. 10.
- Proponuntur fundamenta Hereticorum opinantium, iure diuino esse prohibitam communionem vnius tantum speciei.* num. 11. & 12.
- Improbantur, qui dicunt, impostum fuisse à Christo Domino præceptum laicis communicandi sub vtraque ad tempus.* num. 13.
- Explicantur, & soluntur fundamenta Hereticorum.* num. 14.
- Quomodo intelligantur verba Christi Domini : Accipite, & comedite ex eo omnes.* num. 15.
- Consuetudo Ecclesiæ communicandi sub vna tantum speciei, non est noua.* num. 16.
- Nullum est diuinum præceptum, quod determinatè præcipiat vsus huius, vel illius speciei.* num. 17.

*Ecclesia determinavit usum speciei panis, prohibuit vini ob iustas causas.* num. 18.  
*An expediat cum aliquo regno, qui provincia dispensare in usu utriusque speciei.* num. 19.  
*An in aliquo casu licitum sit utriusque speciei, vel vini tantum, & quid si infirmus panem deglutire non possit, possit autem vinum.* num. 20.  
*An liceat laicis calicem sumere, ne veniat in manus hostium.* num. 21.  
*An sit improbanda consuetudo, si forte obtinuit, ut aliqua persona sub utraque communice.* num. 22.

1. **Q**uestio vel esse potest de iure humano, vel de iure naturali, & diuino. Et verò si loquamur de iure naturali, certum de fide est, non esse prohibitum laicis, nec per se malam, imò licitam communionem sub vtraque specie corporis, & sanguinis Christi. Ita docet expressè Soar, tom. 3, in 3. part. D. Thomæ, disput. 71. sect. 1. initio, fol. 100r. Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 44. initio. Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. Bellarm. lib. 4. de Euchar. à cap. 20. vsque ad 28. & alij multi, quos citat ad marginem Henriquez allegatus Htter. A. Probatur id primò: quia olim tempore Apostolorum fuit in quibusdam locis vsus, & consuetudo in Ecclesia communicandi laicos sub vtraque specie, vt referunt Doctores allegati, & Toletus in Ioannem 6. annotatione 27. & Sor. in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 12. Abulensis paradox. 25. Casalibus lib. 3. de cena, & calice Domini, cap. 11. Taper art. 15. Turrianus in Clementem lib. 8. Constit. Apost. cap. 31. Catherinus lib. 3. contra Caietan. titulo, de Eucharistia, notabili 1. Hofius Institutionum cap. 40. D. Iustinus apolog. 2. pro Christianis, & Hieronymus Sophonia 3. & refertur in cap. Sacerdotes. 1. quæst. 1. & Theodoretus lib. 5. Histor. cap. 18. refert, D. Ambrosium Imperatori Theodosio dixisse: *Qua audacia poculum sanguinis pretiosi ore tuo participabis?* Imò Leo Papa I. vt constat ex epistola illius ad Maioricum, & Ioannem Episcopos, ad tempus tamen, prohibuit communicare fideles sub altera tantum specie ad vitandum errorem quorundam Manichæorum affirmantium, Christum non habere sanguinem: & planè si hæc communicatio sub vtraque specie iure diuino, & naturali esset illicita, ac prohibita laicis, & ex se mala, nunquam profectò in Ecclesia vsus illius fuisset introductus atque approbatus. Probatur etiam ex institutione Christi: nam Christus Dominus instituit hoc Sacramentum sub speciebus panis, & vini. Supposita ergo hac institutione Christi, sumptio, & communicatio utriusque speciei est actio facta, licita, & sacramentalis, & potest fieri sine vlla irreuerentia: ergo neque ex obiecto, neque ex circumstantiis, est illicita: ergo secundum se & seclusa prohibitione humana est licita. Tandem, quia nullum diuinum ius ostendi potest traditum, aut scriptum, in quo aliqua ex his duabus speciebus sit laicis prohibita: ergo spectato eodem iure naturæ & diuino est licitus laicis utriusque speciei vsus.

2. Maius dubium est, an è contratio liceat laicis vini speciei sumptio: sunt enim multi hac nostra tempestate Hæretici, qui ausi sint affirmare, teneri fideles laicos iure diuino, & naturali sub vtraque specie panis, & vini communicare, & non posse licetè communicare sub vna tantum specie panis; atque adeò asserunt, eodem iure diuino, & naturali per se malam esse communionem vini speciei. Fundamentum illorum est: primò, quia vtraque species est de integritate Sacramenti Eucharistia: non enim potest confici in vna tantum specie: ergo neque sumi. Secundò, quia Gelasius Papa in cap. *Comperimus*. de consecratione, distinct. 2. ita ait:

*Quidam sumpta tantum corporis Christi portione, & calice sacri crumoris abstinent, qui procul dubio, aut integra Sacramenta suscipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio vini, eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio prouenire non potest. Tertiò, quia Christus Dominus consecrauit sub vtraque specie, & vtranque dedit discipulis suis, addens Hoc facite, quotiescunque sumitis ergo in his verbis in consecratione, & dispensatione præcipimur iure diuino seruare ritum, quem Christus seruauit in conferendo, & dispensando: Christus autem non solum consecrauit sub vtraque specie: sed etiam dispensauit hoc Sacramentum, deditque aliis, id est, discipulis, qui populum fidelem representabant: ergo sub vtraque specie tenetur populus fidelis hoc Sacramentum accipere, & Sacerdotes ita ministrare.*

3. Quicquid tamen illi dicant, veritas Catholica huius rei est, quòd, sicut stando in solo iure naturali, & diuino, communicatio sub vtraque specie non est laicis per se mala, illicita, aut prohibita, sed licita: ita stando in eodem iure diuino, & naturali, communicatio sub vna tantum specie panis, non est isdem illicita, nec per se mala, sed licita. Ita definitur expressè in Concilio Tridentino sess. 21. cap. 1. ibi: *Declarat sancta Synodus, nullo diuino præcepto obligari laicos, ac Clericos non conficientes, ad Eucharistia Sacramentum sub vtraque specie sumendum, neque vilo pacto, salua fide, dubitari posse, quin illis alterius tantum speciei communicatio ad salutem iustificat. Et infra: Nam, qui dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ioannis 6. dixit quoque ibidem: Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in æternum. & qui dixit: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. dixit etiam: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Definuit etiam in Concilio Constantiensis sess. 13. & in Basiliensi sess. 30. & in Ephesino anno 433. in quo præcipitur, ne quis etiam Sacerdos communicet nisi sub specie panis, & sermo ibi est de communione respectu Sacerdotum, extra celebrationem Missæ, & consecrationem Sacramenti. Patet etiam hac veritas ex vsu quotidiano Ecclesiæ: sub vna enim tantum specie fideles Eucharistiam sumunt, vt experientia docet, qui communis vsus facit præceptum: non est ergo communicatio vini speciei per se mala iure naturali, aut diuino, & Christus Dominus Lucæ 24. aliquando sub altera tantum specie panis consecrauit, & discipulis in castellum Emauntium euntibus communionem dedit: *Cognouerunt enim Dominum in fractione panis.* quem locum communiter explicant Doctores de communione Eucharistia, vt diximus lib. 3. in primum præceptum huius Operis, c. 5. num. 2. & docet Toletus in Ioannem cap. 6. & tempore Apostolorum recenti adhuc Ecclesia sub vna tantum specie panis communicabant fideles, vt constat Actorum 2. & 20. ibi: *Erant omnes communicantes in fractione panis.* Vbi Lyranus, & vtraque Glossa exponunt de communione; & notat etiam Henriq. lib. 8. Euchar. cap. 44. num. 2. ad marginem, littera G, nunquam fuisse generalem vsum in tota Ecclesia utriusque speciei: sed in quibusdam tantum locis, aut prouinciis, vt diximus numero 1. fuisse autem generalem vsum communicandi sub vna tantum specie tempore Apostolorum, iuxta illud: *Erant omnes communicantes in fractione panis.* Patet etiam ex Paulo 1. Corinth. 10. vbi dicitur: *Qui de vno pane participamus.* & cap. 11. sub distinctione carè loquitur D. Paulus: *Quicumque, ait, manducauerit, vel biberit calicem Domini, vbi manducatio ad vnam tantum speciem panis referenda est.* Habemus ergo de iure diuino, & naturali, non esse per se malam, & prohibitam;*

4. Ad argumenta, & rationes num. 2. propositas respondeo, vtranque speciem esse de integritate consecrationis Sacramenti Eucharistia, non autem communionis: & quantum vtraque species esset de integritate communionis, adhuc posset facere Ecclesia ob iustas causas, vt non nisi sub vna tantum specie populus Christianus communicaret: sicut potest facere, vt in aliquibus orbis partibus, ob eandem causas, sub vna tantum specie hoc Sacramentum conficiatur, celebreturque, vt late probauimus lib. 3. primi præcepti huius Operis, cap. 5. Ad Gelasium Papam, & cap. *Comperimus*. de consecrat. distinct. 2. respondeo, Gelasium loqui ibi de Sacerdotibus sacrificantibus; non verò de populo communicante. Ita responderet Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 71. aliàs 80. fol. 1003. col. 2. §. *Argumenta*. Et quòd de solis Sacerdotibus sacrificantibus textus, & Gelasius loquantur, expressè patet ex titulo textus, & docet Glossa ibi in expositione materiae capituli, & propositione casus: sic enim ait: *Erant quidam Sacerdotes, qui ordine debito consecrabant corpus, & sanguinem Christi: corpus autem sumebant; sed à sanguine abstinabant; quos Gelasius Papa reprehendit, & dicit, se nescire, qua superstitione id facerent, & præcipit, vt aut vtranque speciem sumant, aut à sacrificando cessent: quia in sacrificio vnam sine alia accipere, sacrilegium est.* Ad tertium patet solutio ex dictis num. 3. & patebit infra num. 15. verè. *Ille verba.*

Soarius.  
D. Thom.  
Henriq.

4.

Soar.

5.

Conc. Trid.

Nauarr.

Tolet.  
Henriq.

Tolet.  
Nauarr.

Angel.

sed licitam communionem sub vtraque specie: siquidem hic vsus viguit aliquando in aliquibus partibus Ecclesiæ, & Christus Dominus sub vtraque etiam discipulis communionem præbuit, vt diximus num. 1. Habemus etiam de eodem iure diuino, & naturali non esse per se ipsam malam communionem sub vna tantum specie: siquidem hic mos communicandi tempore Apostolorum viguit, & hodie viget in Ecclesia vniuersali. Quare de iure diuino, & naturali sicut licita est communicatio sub vtraque specie: ita etiam licita est communicatio sub vna tantum. Et ita docent communiter Doctores Catholici, Soarius tomo 3. in 3. p. D. Thomæ, disput. 71. aliàs 80. sect. 1. fol. 1002. Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 44. num. 1. & 2. & infiniti penè, quos allegat, quorum præcipuos citauimus num. 1.

Ad argumenta, & rationes num. 2. propositas respondeo, vtranque speciem esse de integritate consecrationis Sacramenti Eucharistia, non autem communionis: & quantum vtraque species esset de integritate communionis, adhuc posset facere Ecclesia ob iustas causas, vt non nisi sub vna tantum specie populus Christianus communicaret: sicut potest facere, vt in aliquibus orbis partibus, ob eandem causas, sub vna tantum specie hoc Sacramentum conficiatur, celebreturque, vt late probauimus lib. 3. primi præcepti huius Operis, cap. 5. Ad Gelasium Papam, & cap. *Comperimus*. de consecrat. distinct. 2. respondeo, Gelasium loqui ibi de Sacerdotibus sacrificantibus; non verò de populo communicante. Ita responderet Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 71. aliàs 80. fol. 1003. col. 2. §. *Argumenta*. Et quòd de solis Sacerdotibus sacrificantibus textus, & Gelasius loquantur, expressè patet ex titulo textus, & docet Glossa ibi in expositione materiae capituli, & propositione casus: sic enim ait: *Erant quidam Sacerdotes, qui ordine debito consecrabant corpus, & sanguinem Christi: corpus autem sumebant; sed à sanguine abstinabant; quos Gelasius Papa reprehendit, & dicit, se nescire, qua superstitione id facerent, & præcipit, vt aut vtranque speciem sumant, aut à sacrificando cessent: quia in sacrificio vnam sine alia accipere, sacrilegium est.* Ad tertium patet solutio ex dictis num. 3. & patebit infra num. 15. verè. *Ille verba.*

Sed animaduertendum est, duos esse suscipientes huius Sacramenti. Alter est suscipiens simul, & consecrans, & hic est Sacerdos, dum celebrat: & hic sub vtraque specie Sacramentum iure diuino tenetur accipere ad integrandum sacrificium: est enim completio, & integritas sacrificij de iure diuino: vt sæpè diximus lib. 3. huius Operis, cap. 5. primi præcepti, & alibi. Alter est suscipiens, non consecrans, sed tantum sumens, accipiensque ipsum Sacramentum, & hic, vel potest esse Sacerdos, vel laicus, cum, nimirum, Sacerdos non sacrificando recipit Eucharistiam, & talis Sacerdos tunc non debet suscipere Eucharistiam sub vtraque specie; sed sub vna tantum panis instat laici, vt docet Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 1. & eadem sessione post canonem 4. & tenet Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 54. & Glossa recepta in prædicto cap. *Comperimus*. de consecratione, distinct. 2. & Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. & Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 44. num. 3. & peccat mortaliter, si sub vtraque specie Eucharistiam suscipiat, vt expressè docet Henriquez, & supponit Toletus & Nauarrus, & grauitas materiae id demonstrat. Debet autem Sacerdos, cum de manu alterius communionem accipit, habere stola, & collo appensam, & superpelliceam indutum, vt significatur in cap. *Ecclesia* distinct. 23. & Angelus verbo, *Sacerdos*, §. 4. ausus est asserere, peccatum

mortale committere Sacerdotes, qui in infirmitate, vel aliàs, non celebrando, sine stola, & superpelliceo Eucharistiam suscipiunt. Non peccare tamen illos mortaliter, nec teneri prædicta stola, & superpelliceo vti, docet expressè Syluester verbo, *Sacerdos*, §. 4. Henriquez loco allegato ad marginem, littera N: & Nauarrus etiam allegatus: quia prædictum caput, *Ecclesia*. vnde Angelus hoc deducebat, loquitur tantum de Sacerdote celebrante, vel communicante publicè in Missa, solenni ritu, non de Sacerdote instat laici priuatim communicante. Et quantum olim in aliquibus locis fuerit in Ecclesia vsus communicandi sub vtraque specie: tamen iustissimis de causis hunc morem Ecclesia abstulit, cum non sit de iure diuino communicatio utriusque speciei, vt diximus.

Causa autem, ob quas Ecclesia laicis sumptionem calicis abstulit, prohibuitque, hæc sunt. Prima ob periculum irreuerentia huius Sacramenti: facile enim, & frequenter accidere poterat sanguinis effusio cum irreuerentia maxima ranti Sacramenti. Secunda, quia, si in sacrario calix specierum vini, vt portaretur infirmis, asseruaretur, vix ibi esset absque specierum corruptione; & in nonnullis orbis partibus, ac regionibus congelarentur hyeme prædictæ species. Tertia, quia multi non possunt sumere speciem vini absque prouocatione ad vomitum: sunt enim multæ feminae, & iuuenes ita abstemij, vt vinum eis nauseam prouocet. Quarta, quia sunt nonnullæ regiones, ad quas vix apportari possit tanta copia vini, vt sufficiat omnium sumptioni, sine magno, & ingenti sumptu. Quinta, ad extirpandam, euellendamque Nestorianorum hæresim, qui negabant, Christum totum in qualibet specie contineri; sed corpus tantum in specie panis esse dicebant, & sanguinem tantum in specie vini contineri. Sexta, quia, quantum, seclusa prohibitione Ecclesiæ, licitum sit laicis potare sanguinem, & sub vtraque specie communicare, in quo differunt ab vsu, & tempore legis veteris, in qualibetamina vini, & olei, & adeps, non laicis, sed solis Sacerdotibus licebant, vt patet Leuitici 46. & 16. & exponit Diuus Chryostomus homilia 18. in 2. ad Corinthios: decens tamen fuit, vt in lege noua excelleret Sacerdotes in sumptione utriusque speciei, maximè cum ob id non accipiant maiorem gratiam; sed tantum maius signum sensibile, vt diximus lib. 1. huius præcepti, cap. 2. num. 10. & 11. quia in Sacerdotibus, cum communiter sapientiores, ac peritiores præ reliquo laico populo sint, cessat periculum cogitandi, sub altera specie totum Christum non contineri, quæ erat hæresis Nestorianorum, vt diximus, propter quem errorem vitandum Ecclesia præcepit communionem sub vna tantum specie panis, vt docet Valdensis lib. de Sacramentis, cap. 87.

Alia etiam rationes doctè, & piè congeruntur ab Auctoribus Catholicis, qui contra nouiores Hæreticos scripserunt, propter quas, & propter istas, quas modò retuli, iudicauit Concilium Tridentinum sessione 21. post canonem 4. non fuisse expediens dispensare cum natione Bohemorum, communionem utriusque speciei in Concilio efflicim postulantium: at, ne illos Concilium offenderet, aut ex toto excluderet, negotium in aliud tempus commodius examinandum remisit, an sub certis conditionibus ea postulatio esset concedenda: ita enim ait Concilium ibidem: *Duos verò articulos aliàs propositos, nondum tamen expressos, videlicet, an rationis, quibus sancta Ecclesia ducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam Sacerdotes, non celebrantes, sub vna tantum specie, ita sint retinenda, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit*

Henriq.

Angel.

6.

D. Chryst.

7.

Conc. Trid.



fit permittendus : & an si honestis, & charitati Christiane consentaneis rationibus concedendus alicui nationi, vel regno calicis usus videatur sub aliquibus conditionibus, & quantum illa sint, eadem sancta Synodus in aliud tempus examinandas referuat. Hæc ibi.

8.

Nam licitum quidem est Papæ, & generalis Concilio, auctoritate Papæ congregato, ob iustas causas, & sub honestis conditionibus concedere alicui regno, vel nationi usum calicis, & communionem sub vtraque specie, vt Paulus III. concessit ad tempus ipsis Bohemis; sub ea tamen conditione, vt crederent, ac confiterentur, sub specie panis adesse sanguinem Christi, & sub specie sanguinis adesse corpus. Quia tamen Primates Bohemorum statim prædicarunt è suggestis, & pulpitis, vtranque speciem esse necessariam ex diuino instituto, & præcepto, ad implendum Ecclesiæ præceptum; idè cessauit dispensatio, & reuocata est concessio, vt refert Aneas Syluius de origine Bohemorum, cap. 37. Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia, & Taper art. 5. §. 4. & Clemens VI. concessit in Bulla quadam Regi Galliæ, vt, quotiescunque vellet, posset communicare sub vtraque specie ad augmentum gratiæ: & addit Vvaldensis lib. de Sacramentis, cap. 87. hinc morem fluxisse apud quosdam è Gallis, communicandi sub vtraque specie, non quidem publicè, sed secretè in priuatis sacellis ad imitationem sui Regis: loquitur autem ibi (vt notat Henriquez lib. 8. de Sacramento Eucharistiæ, cap. 44 num. 5. ad marginem, littera A.) Summus Pontifex, de augmento gratiæ ex opere operantis, non ex opere operato: ex opere enim operato non minorem gratiam accipit, qui sub vna tantum, quam qui sub vtraque specie communicat, vt diximus lib. 1. cap. 2. num. 10.

Syluius. Sanderus. Taper. Clem. VI.

Vvaldens.

Henriq.

9.

Quapropter Rex Galliæ ex privilegio, atque etiam ex consuetudine bis communicat sub vtraque specie; semel, dum vngitur; & semel, in articulo mortis: Imperator verò, dum tantum coronatur, vtranque accipit speciem, vt de vtroque refert Henriquez lib. 8. Eucharistiæ, c. 44. num. 7. de Imperatore in corpore, de Rege Galliæ ad marginem, littera M, & de Imperatore refert etiam Augustinus Parrivus de aduentu Frederici III. Imperatoris sub Paulo I. Papa, & Turrianus in Clementem lib. 8. Constitutionum Apostol. cap. 31.

Henriq.

August. Parriv. Turrian.

10.

Sed rogabis, an aliquando in Ecclesia fuerit permittus vsus calicis tantum; & an, sicut Ecclesia præcipit vsum vnius tantum speciei panis, & prohibet vsum calicis, vt patet ex communi consuetudine totius Ecclesiæ Romanæ & Catholiæ, quæ consuetudo præceptum facit, & ex Concilio Tridentino sess. 21. cap. 1. & canone item 1. & 2. & 3. potuerit etiam præcipere vsum tantum calicis, & prohibere vsum panis? Ad primum quæsitum respondeo, olim quidem in Græcia morem fuisse, iis infirmis, qui præ agritudine speciem panis deglutire non poterant, solam speciem vini argentea cochlea in os infundere, vt insinuat Toletus in Ioannem, cap. 6. notabili 27. & colligitur ex Concilio Toletano X I. cap. 11. & Carthaginensi IV. cap. 76. & refertur cap. De his. 26. quæst. 6. & habetur etiam ex D. Cypriano sermone in Cæna Domini, & docet etiam expressè Henriquez lib. 8. Eucharistiæ, cap. 44. n. 7. & apud Rurios, seu Moschovitæ, sub vtraque specie datur omni populo Eucharistia: datur enim corpus Christi sanguine intactum, perfusumque in cochleari, ne periculum effusionis, aut casus detur, vt refert idem Henriquez allegatus, & Petrus Comestor in Historia scholastica, cap. 151. qui mos etiam aliquando in Hispania viguit tempore Concilij Toletani I. vt

Tolet.

D. Cypri. Henriq.

Petr. Com.

colligitur ex eodem Concilio: & denique Romæ, dum Summus Pontifex solemniter sacrificium offert, sumpto Christi corpore in altari, postea sedet, & Diaconus Cardinalis ei calicem summa reuerentia bibendum defert. Deinde idem Cardinalis communionem sub vtraque specie aliis Purpuratis præbet: eis enim calicem Domini similiter ministrat, vt refert Henriquez proximè citatus, & patet infra: nunquam tamen in tota ac vniuersali Ecclesia Catholica mos fuit introductus circa vsum calicis tantum.

Henriq.

Ad secundum respondeo, potuisse quidem Ecclesiam præcipere vsum tantum calicis, & vetare vsum panis; sed non decessisse propter rationes num. 6. tactas: quia non minus continet vna species, quam alia; sub specie enim sanguinis adest corpus, & sub specie corporis adest sanguis, vt definit Concilium Tridentinum de fide, sess. 13. canone 3. ibi: *Si quis negauerit in venerabili Sacramento Eucharistiæ, sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit.* Et cap. 2. eiusdem sessionis ita ait expressè: *Quapropter verissimum est, tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri: totum enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, totum item sub vini specie, & sub eius partibus existit.* Ex obiecto ergo bene poterat Ecclesia præcipere vsum tantum calicis, sicut præcepit vsum corporis, & vetuit calicis; cum contineatur tantundem vna species, quam alia: non tamen decessit, nec conueniens erat reuertentia tanti Sacramenti, vt præciperet vsum calicis, & vetaret vsum panis, ob rationes supra factas num. 6. quæ aded fortes, & virgutes sanctissimis Patribus, & sapientissimis Viris, qui Concilio Tridentino interfuerant, visæ sunt, vt in eodem Concilio sess. 21. canone 2. Hæretici iudicentur, & anathemate feriuntur, qui huiusmodi causas non iustas, neque sufficiens iudicauerint, ad vsum panis præcipiendum tantummodo, & vetandam vsu calicis: ita enim ibi: *Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis de causis & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse, anathema sit.* Instituit enim Christus Dominus huiusmodi Sacramentum: sed nihil præcepit de modo, & ordine illius sumendi; imò totum id negotium commisit dispositioni Ecclesiæ, vt docet D. Augustinus epistol. 118. Quapropter Ecclesia pro data sibi facultate à Christo Domino de Sacerdotibus sacrificantibus, docet obligatos esse ad consecrationem, & sumptionem vtriusque speciei in sacrificio, & confessione Sacramenti. De aliis verò laicis, & Sacerdotibus non conficientibus, nec sacrificantibus, dicit, illos esse hoc Sacramentum sumpturos sub vna tantum specie panis, & illis prohibet, ac vetat calicis vsum; & illam coniunctionem Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et, *Nisi quis manducauerit meam carnem, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam æternam.* explicat Ecclesia eum D. Paulo I. Corinthiorum 11. per distinctionem, & pro vel: ita enim Paulus ibi: *Nisi quis manducauerit, vel biberit calicem, quasi dixerit Christus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, vel biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ita enim Christus Dominus hoc præceptum Eucharistiæ temperauit, vt si iubeat Ecclesia omnes sub vtraque specie communicare, ad id iure teneantur, post Ecclesiæ legem, vel consuetudinem, vsumque illius: si verò iubeat vsu vnius speciei contentos esse, ad id quoque teneantur; & quia sub specie panis sumant etiam sanguinem; & quia

Conc. Trid.

D. Aug.

quia per os etiam Sacerdotum celebrantium, dicuntur laici bibere calicem sanguinis, vt acutè docet D. Thom. 3. part. quæst. 80. artic. 1. ad 3. & Bellarminus lib. 4. Eucharistiæ, cap. 25. & alij, quos citat, ac sequitur Henriquez lib. 8. Eucharistiæ, cap. 44. num. 7. ad finem, in margine.

D. Thom. Bellarm. Henriq.

11.

Sed, quoniam permulti Hæretici adhuc hærent, & hæsitant in verbis Christi, rem aliud discernimus. Fatentur illi de iure naturali non esse illicitam, nec per se malam communionem sub vna tantum specie: de iure tamen diuino positio dicunt esse prohibitam, & illicitam vsum vnius speciei, & esse in præcepto vsum vtriusque; & consequenter docent teneri de iure diuino positio fideles Eucharistiam sub vtraque specie sumere: qui error fuit olim Ioannis Vvicleff, & Ioannis Hus, qui hunc errorem apud Bohemos suscitauerunt: nam omnium antiquissimi illum prædicauerunt Petrus Dresdensis apud eosdem Bohemos, & Iacobellus Misnensis, vt refert Aneas Syluius de origine Bohemorum, cap. 35. nouissimè verò Lutherus, & Nouatores omnes, illius sequaces, pertinacius huic errori, ac hæresi adhæserunt, aded vt reprehendant Ecclesiam Catholicam; & dicant errare in præcipiendo vsum vnius tantum speciei contra Christi præceptum. Fundamenta Hæreticorum hæc sunt. Primum, quia ex verbis Christi, Ioannis 6. patet, Christum præcepisse omnibus fidelibus, etiam merè laicis, vtriusque speciei vsum: ita enim Christus Dominus ait: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et idem postea replicat, & inculcat: *Et qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Et apud Matthæum 26. idem præceptum iterum iniungit, dicens: *Bibite ex eo omnes.* vbi ad Apostolos. in persona omnium fidelium sermonem dirigebat Christus Dominus, & de Eucharistiæ sumptione agebat, quæ communis est omnibus, non de confessione, quæ tantum est Sacerdotum. Vnde D. Paulus 1. Corinth. 10. in figuram huius Sacramenti, & vsum illius de antiquis fidelibus dixit: *Omnes eandem esum spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt.* Et idem D. Paulus ibidem: *Vnum corpus sumus, qui de vno pane, & calice participamus.* Et c. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Ergo omnes tempore D. Pauli tunc edebant, & bibebant, & sub vtraque specie communicabant. Secundò, quia tempore D. Laurentij Diaconi prædicta consuetudo communicandi sub vtraque specie vigeat, vt patet ex illius verbis ad Xistum Pontificem: *Experire, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisti Domini sanguinis dispensationem.* Et colligitur id ex D. Cypriano epist. 54. *Quomodo fideles ad effundendum pro Christo sanguinem prouocamus, si eis Christi sanguinem denegamus?* Et epist. 63. *Quidam (inquit) vel ignorantes, vel simpliciter in calice sanctificando, & populo ministrando, non hoc faciunt, quod Christus fecit, & docuit.* Et sermone in cæna Domini: *Lex esum sanguinis prohibebat: Euangelium præcipit, vt bibatur.* Tertio, quia Christus Dominus, postquam consecrauit, ac discipulos suos communicauit sub vtraque specie, ita eis iniunxit: *Hoc facite in meam commemorationem: id est, quemadmodum ego modo feci, & vobis sub vtraque specie Sacramentum dedi, ac distribui; ita & vos populo distribuite.* Quo quid clariùs dici poterat, vt præceptum iniungeret communicandi sub vtraque specie?

Syluius.

D. Cypri.

12.

Probant deinde rationibus: quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum ad vsum fidelium, & per modum conuiuij: conuiuium autem non fit nisi in esu, & potu: quapropter necesse est, vt hoc Sacramentum per modum conuiuij fiat, quòd sub

vtraque specie sumatur. Deinde, quia communio est in præcepto diuino, vt patet ex illis verbis Christi Domini: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* Sicut enim ex illis: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei.* colligitur præceptum diuinum Baptismi: ita ex illis colligitur præceptum diuinum communionis. Sicut ergo communio est in præcepto diuino; ita etiam modus communionis sub vtraque: nam, qui dixit: *Nisi quis manducauerit carnem.* statim addit, *& biberit eius sanguinem.* Tertio, quia non est maior ratio de vna specie, quam de alia: vtraque enim propter vsum fidelium instituta est: ergo de vtraque debuit dari præceptum.

13.

Quæ rationes, & fundamenta sacræ paginæ, aded fortes visæ sunt nonnullis Doctoribus Catholicis, vt non vereantur concedere, latum fuisse hoc præceptum communicandi sub vtraque specie à Christo Domino pro Ecclesia Catholica, & ad tempus etiam durasse in illa: differunt tamen huiusmodi Doctores ab Hæreticis, quia non condemnant consuetudinem Ecclesiæ communicandi sub vtraque specie; sed dicunt auctoritate à Christo accepta Ecclesiam iam in hoc præcepto dispensasse, vel declarasse, prædictum præceptum sub vtraque commune, audi cessasse, & tempus, pro quo datum fuit, esse elapsum: inter quos Auctores est Claudius Claud. in repetitione 10. cap. 4. Verum iste Claudius, ceteroqui doctissimus, hac vna in re claudicat, & eius sententia non minus pugnat cum veritate, & Concilio Tridentino, quam sententia Hæreticorum, vt statim videbimus.

14.

Dicendum ergo, in veritate Catholica, nulum vnquam fuisse, nec etiam ad tempus, præceptum diuinum in Ecclesia Catholica fidelibus laicis impositum, communicandi sub vtraque specie: neque etiam fuisse vnquam præceptum diuinum in eadem Ecclesia Catholica communicandi sub vna tantum specie determinatè, sed sub vna tantum confusè; ita vt quacunquè earum sumpta, siue fuisset species panis, siue vini, præceptum diuinum impletur; Ecclesiam tamen determinasse speciem panis, & non vini, propter grauissimas rationes n. 6. tactas. Prima pars huius conclusionis est de fide, definita in Concilio Tridentino sess. 21. can. 1. ibi: *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtranque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere, anathema sit.* Patet etiam ex Concilio Constantinensi sess. 13. Probatur primò hæc veritas ex refutatione rationum Hæreticorum: nam, si ex aliquo testimonio Scripturæ colligeretur hoc præceptum diuinum communicandi sub vtraque specie, esset profectò ex illo: *Nisi manducaueritis carnem, & biberitis sanguinem, &c.* Sed ex hoc non colligi, probat Concilium Tridentinum euidenter sess. 21. cap. 1. quia, qui dixit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* dixit etiam: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* dixit quoque: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et denique qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* dixit nihilominus: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* ergo ex hoc testimonio non colligitur vtriusque speciei communicatio: si enim Christus Dominus affirmat, panis, seu carnis suæ manducationem sufficere ad vitam æternam, vt in prædictis verbis videmus; profectò in aliis prioribus non affirmat, expressam sumptionem vtriusque speciei esse in præcepto, & necessariam ad salutem, & vitam æternam consequendam. Deinde, quia illa verba: *Nisi*

*Nisi quis manducauerit carnem, & biberit sanguinem.* non accipienda sunt per coniunctionem, sed per disunctionem, & pro, vel: tantum enim valent, ac si dicant: *Nisi quis manducauerit, vel biberit sanguinem.* sic enim explicat illa D. Paulus 1. Corinthiorum 11. ita enim ait: *Nisi quis manducauerit, vel biberit calicem.* Nec hoc est inusitatum in sacra pagina: sæpe enim, & pro, vel, ponitur. Sic Exod. 15. & 21. *Qui occiderit patrem, & matrem, morte moriatur,* sensus est, *Qui occiderit patrem, vel matrem.* & Apoc. 1. *Beatus, qui legit, & audit verba prophetia huius,* sensus est, *vel audit, & sæpe alibi.* Quare ex testimoniis D. Pauli, quæ Nouatores pro se afferunt, nihil colligitur pro illis, imò contra illos. Si quidem explicauit Paulus verum, ac germanum sensum disunctionem, quo Christus ea verba dixit. Vnde illa etiam verba Pauli ibidem: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat,* per disunctionem accipienda sunt, & pro, vel: ac si dicat, & sic de pane illo edat, vel de calice bibat. & idem falsè dicebant colligi ex verbis Pauli, omnes fideles sui temporis sub vtraque specie solitos fuisse communicare. Si enim Paulus dixit: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat,* etiam dixit: *Nisi quis manducauerit, vel biberit calicem.* Ad id verò, quod Paulus ait: *Omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt.* respondemus, ea verba nullam vim habere ad colligendum præceptum diuinum: nam ibi loquitur D. Paulus de Hebræis, qui manna in figura manducarunt, & biberunt aquam de petra, quæ instar fontis in deserto flumen dedit. Argumentum autem ex figuris infirmum est: legimus enim aquam de petra exisse, non vinum; quod necessarium erat, vt argumentum aliquid probaret. Deinde, quia manna multo antè tempore datum fuit, quàm aqua de petra flueret, vt patet Exod. 16. Numeror. 20. Ios. 5. quare non omnes, qui manducauerunt manna, biberunt aquam de petra effluentem: aliquid enim de vita iam decesserant, vt Christus dixit: *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt.* Nec rursus illa verba Pauli conuincunt: *Vnum corpus sumus, qui de vno pane, & calice participamus.* nam, qui corpus sumit, etiam sanguinem sumit sacramentaliter, & eminenter: qui enim corpus dicit, non dicit cadauer exanguis, sed corpus Christi viuens, in quo est sanguis; & idem, in corpore, eminenter (vt sic dicam) sanguis bibitur, vt optime explicat Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 71. sect. 2. §. *Quatuor igitur.* col. 1. fol. 1006. Patres, & ceteros Auctores vide apud illum; præcipit enim Christus Dominus sacramentalem sumptionem Eucharistiae; non tamen præcipit modum sumptionis, quòd sub vtraque specie manducando, & bibendo sumatur: sed totum id dispositioni Ecclesiae reliquit: quare, si Ecclesia præcipiat, vel præcepto, vel vsu, vel consuetudine, quòd sub vna tantum specie fideles Eucharistiam sumant, ad id tenebuntur: si verò præcipiat, vt sub vtraque sumant, ad id quoque ex præcepto adstringentur: nam quilibet horum modorum sufficit; quia necessitas tota constituta est in ordine ad Christum sumendum: totus autem sumitur sub qualibet specie, vt definit Concilium Tridentinum sess. 13. canon. 3.

15. Similiter illa verba Christi Matthæi 26. *Accipite, & bibite ex eo omnes.* parum conuincunt: nam illa verba non sunt præcipientis, sed inuitantis, seu dantis, vt solet fieri in quouis conuiuio: sic quando Christus Dominus dixit Ioannis 20. *Accipite spiritum sanctum,* nihil præcepit, sed dedit & explicuit, quid daret. Præterea illud, *omnes; bibite ex eo omnes;* non distribuit pro omnibus fidelibus, sed pro Apostolis tantum, qui erant Sacerdotes, ad quos Chri-

stus verba dirigebat: & idem Marcus dicit, *Biberunt ex eo omnes.* quod non potest intelligi de omnibus fidelibus; sed de Apostolis tantum, quos Christus Sacerdotes instituit: representabant enim Apostoli Sacerdotes omnes, & in illis verbis Christus Dominus eis indicauit, quid agere deberent, dum sacrificarent. Ad verba D. Laurentij respondeo, ex illis non colligi, tempore D. Laurentij in more fuisse vsu vtriusque speciei; sed nomine dispensationis sanguinis, intelligi etiam corporis dispensationem: quia in corpore continetur sanguis. Illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem.* diriguntur ad Apostolos, tanquam ad Sacerdotes, & in consecratione Sacramenti, eis Christus præcipit consumptionem vtriusque speciei inter celebrandum.

D. Cyprianus in sermone de cena Domini se explicat: *Panis (inquit) in carnem, & sanguinem mutatus vitam confert.* Dicit ergo Cyprianus, hunc panem manducari, & bibi: in pane corpus, & in corpore sanguis est, modo explicato. Tandem rationibus hoc probatur: quia Romana Ecclesia denegat laicis per totum vitæ tempus vsu calicis, & iudicat eos satisfacere præcepto Christi de sumenda Eucharistia solo esu corporis: iudicat ergo nullibi in sacra pagina impositum esse laicis præceptum communicandi sub vtraque specie: in quo iudicio errare non potest, quia esset intolerabilis error contra bonos mores. Dices, hanc consuetudinem Ecclesie communicandi sub vna tantum specie non esse valde antiquam: sed inepta obiectio: primò, quia in nullo tempore potest vniuersalis Ecclesia errare in iis, quæ pertinent ad bonos mores. Secundò, quia ex Concilio Constantensi constat, consuetudinem hanc ante quadringentos, vel quingentos annos incepisse: non constat autem aliquando fuisse in Ecclesia vsu communicandi in vtraque specie, vt docet Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disp. 71. sect. 2. §. *Altera verò.* fol. 1008. & Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 44. num. 7. ad finem in margine. Ceteros vide apud Henricum. Illud verò certissimum est, si aliquando in vniuersali Ecclesia fuit obseruata consuetudo communicandi sub vtraque specie, nunquam fuisse in ea obseruatam propter existimationem alicuius præcepti diuini, quod ad talem modum communionis obligaret: sed, quia tunc commode fieri poterat; quia erat numerus fidelium minor, & deuotionis affectus feruentior.

Certum etiam est, nullum esse diuinum præceptum, quod determinatè præcipiat sumptionem alterius ex his speciebus; sed solum confusè, seu disunctiue, ita vt quacunque earum accepta, præceptum diuinum impleatur; Ecclesia tamen determinauit speciem panis propter rationes num. 6. tactas. Ita docent Soarius, & Henriquez allegatus, Soar. & Bellarminus lib. 4. de Eucharist. c. 27. ad 8. Probatur primò: quia supra probauimus, illa verba: *Nisi quis manducauerit carnem Filij hominis, & biberit eius sanguinem.* esse intelligenda, & reducenda ad sensum disunctiuum: ergo dicendum consequenter est, præceptum in illis contentum in quacunque disunctionis parte simpliciter impleri. Item, quia, sicut in Scriptura nullum est præceptum de vtraque specie; ita nec de specie panis determinatè. Enim verò tam est totus Christus sub specie panis, quàm sub specie vini: quare ex vi præcepti diuini tam sufficiens est species vini, quàm panis: tam enim vna species, quàm alia efficit æqualem vniionem sacramentalem, & spirituale cum Christo, propter quam est specierum sumptio.

Rationes Hæreticorum iam manent solutæ ex dictis: illa enim verba: *Hoc facite in meam commemorationem.* referuntur ad sacrificium Missæ, non ad

ad vsu communionis, & præceptum in illis datur Sacerdotibus sumendi vtraque speciem ad integrandum sacrificium: non datur verò præceptum distribuendi fidelibus laicis vtraque speciem, vt pessimè, ac sinistra inferunt Hæretici nouatores. Ad aliam rationem dico, Christum Dominum instituisse hoc Sacramentum per modum conuiuij in vino, & pane, seu in esu, & potu, non vt daret laicis absolutum ius vtendi vtraque specie, quasi positiuè volendo, aut præcipiendo, vt quoties petèrent, eis daretur; sed vt daret illis ius non denegandi sibi hoc Sacramentum, nisi causa rationabilis daretur denegandi: dispensatum tamen iuxta determinationem Ecclesie: vnde voluit Christus, vt hoc ius esset subordinatum Ecclesie quoad modum, & circumstantias in ipso vsu seruandas. Fuit autem conuenientissimum, vt ipse vsus, & modus dispensandi hoc Sacramentum iudicio Ecclesie committeretur, non petentium, aut dispensantium. Nam, si hoc committeretur arbitrio Sacerdotum dispensantium, vel deuotioni sumentium, multa possent per imprudentiam contingere, quæ in irreuerentiam tanti Sacramenti cederent.

19. Sed rogabim forte, an expediat cum aliquo reyno, aut prouincia dispensare, vt sub vtraque specie communicent? Respondeo breuiter, nunquam licere, quandiu in eo errore persistit, vt arbitrentur, communionem sub vtraque specie esse necessariam ad salutem, & aliter non ritè; nec rectè Eucharistiam administrari; & quandiu etiam arbitrantur esse præceptum à Christo Domino datum laicis communicandi sub vtraque specie: tum, quia id quidem esset virtute confirmare errorem illorum: tum, quia esset sanctum dare canibus, & margaritas proicere ante porcos: talis enim gens, talis prouincia, & regnum esset: omnino indispotum ad susceptionem tanti, ac tam venerabilis Sacramenti. Et idem diximus numer. 8. Paulus III. dispensasse cum Bohemis sub conditione, vt à suo errore discederent, & firmiter crederent, alteram tantum speciem sufficere ad salutem, & sic à suo errore cessarent: ipsi autem in suo errore persistentibus dispensationem cessasse. Vnde fit, vt remoto errore possit Ecclesia hoc concedere, vt Paulus III. fecit Bohemis, vt refert Ruardus artic. 15. & Gaspar Casalius lib. 3. de cena, & calice Domini, cap. 2. & reliqui, quos citauimus numer. 8. Et de Clemente VI. refertur hoc concessisse Regi Gallie anno 1341. vt docet Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disput. 71. sect. 3. §. *Ex quibus.* col. 1. sine, fol. 1010. & Henric. lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. num. 5. & alij, quos citauimus num. 8. & 9.

Soar. Henric.

Ruardus. Casalius.

Soarius. Henric.

20.

Sotus.

Rogas tandem, an prohibito Ecclesie, qua prohibet laicis sub vtraque specie communicare, ita intelligenda sit, vt nullo casu, & nulla de causa eis liceat calicem bibere sine speciali dispensatione. Afirmat Sotus in 4. distinctione 13. questione 2. art. 6. aded, vt si contingat emori Sacerdotem post consecratum calicem, & nullus ad sit Sacerdos, qui possit sanguinem bibere, non liceat laico speciem illam sumere, etiam si illa credatur corrupenda, & in acetum mutanda: sic etiam addunt alij, si contingat sanguinem Domini in terram cadere, & non sit Sacerdos, qui illum velit lambere, non posse laicum illum lambere; sed solum ei permitti, vt diligenter caueat, ne conculcetur, donec exsiccet, & postea radatur, vt comburatur. Negant alij, inter quos est Soarius tom. 3. in 3. part. D. Thom. disputatione 71. sectione 3. ad finem, fol. 1010. col. 2. quia hoc præceptum est ecclesiasticum, & ob maiorem reuerentiam ipsius Sacramenti introductum; & idem non debet obligare cum tanto rigore, & cum periculo maioris irreuerentie: vnde solum propter vsu Sacramenti. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccles.

ti, & vtilitatem suscipientium, non licet laicis sumere sanguinem absque speciali dispensatione: quia illa vtilitate non obstantè, facta est illa prohibitio. Oppones, occurrere posse necessitatem, in qua non possit infirmus deglutire; possit autem sanguinem ori infusum cochlea argentea ebibere, vt olim in Græcia morem fuisse diximus numero 10. iis enim infirmis, qui præ ægitudine corpus Domini deglutire non poterant, sanguis cochlea argentea ori infundebatur, ne tanta vtilitate priuarentur, vt supra diximus prædicto numer. 10. & in eo statu licebit sumere sanguinem absque panis specie, quia ius diuinum præferendum est ecclesiastico. Respondeo, casum videri moraliter impossibilem: rarissimè enim poterit ebibi vini species absque periculo effusionis, eiectionisque, quin possit deglutiri species panis: & quannis admittatur casus; propter illum tamen non censere; dandum esse hanc licentiam, ne indiscreti ministri facile occasione arripiant ampliandi hanc licentiam absque necessitate: vnde minister nolens tunc dare Sacramentum, iure excusabitur, & consequenter etiam excusatur ægrotus; quia moraliter censetur impotens ad accipiendum hoc Sacramentum cum debita reuerentia: ius autem diuinum communicandi in extremo mortis articulo, cum sit affirmatiuum, non obligat cum periculo irreuerentie: nec tunc ius humanum præfertur diuino; sed occasione iuris humani tales concurrunt circumstantie morales, vt ius diuinum non obliget. Ita respondet Soarius, & bene, tom. 3. in 3. partem, disputatione 71. sect. 3. sine, fol. 1011.

Hoc tamen non obstat, quin, si ex parte ipsius Sacramenti occurrat necessitas vrgentissima, non possit sanguis Christi sumi à laicis, veluti si calix consecratus venturus sit in manus hostium fidei, & effundendus sit ab illis, aut pedibus proterendus: in his enim casibus, deficientibus Sacerdotibus, aut Diaconis, qui id possint, & velint facere, licebit laicis calicem sumere: tunc enim seruari verba legis in eo casu, esset agere contra finem legis, qui est, euitare periculum irreuerentie, & effusionis sanguinis: solum ergo tunc cauendum est scandalum, & procurandum, vt maxima reuerentia id fiat, vt optime notat Soarius allegatus. Et idem dicendum est de hostiis consecratis.

Non est tamen improbanda consuetudo, quæ in aliquo casu obtinuit, vt alicui personæ detur vtraque species, si talis consuetudo scita sit, & saltem tacitè approbata à Sede Apostolica: sic Romæ consuetudo est, vt Diaconus, qui ministrat Summo Pontifici in solenni Missa, sub vtraque specie communicet, & in eadem Missa solenni aliis Purpuratis communionem sub vtraque specie præbeat, etiam Diaconis, & Subdiaconis, vt refert Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 44. numer. 7. & nos diximus numer. 10. quàm tamen consuetudinem intermissam fuisse à Paulo I. Summo Pontifice in odium Bohemorum, & Hussitarum, refert Turrian. Turrian. lib. 8. Constit. Apostol. cap. 31. Addit etiam Claud. Claud. disputatione 71. sectione 3. fol. 1010. col. 2. Parisiis obseruari similem consuetudinem communicandi sub vtraque specie in Conuentu Cluniacensi, vt interim præteream alias consuetudines Græcorum, Æthiopum, & Moscouitarum, de quibus egimus numero 10. qui eundem vsu obseruant communicandi sub vtraque specie; quannis Græci in hoc non videantur esse schismatici: quia de licentia Ecclesie Romanæ id faciunt, & nec ob eam consuetudinem, de nostra malè sentiunt, vt olim malè sentiebant Bohemi.

21.

22.

Henr.

Turrian.

Claud.

Soar.

CAPVT V.

De ieiunio necessario ad sumendam Eucharistiam; & in quibus casibus possit hoc Sacramentum sumi post cibum, & potum.

SVMMARIVM.

- Qua dispositio requiratur ante communionem. num. 1.
Non datur præceptum diuinum postiuum communicandi ieiunè. num. 2.
Neque naturale. num. 3.
Datur ecclesiasticum. num. 4.
Quam strictè obliget. num. 5.
An, qui communicaturi sunt, debeant prius cibum in stomacho digerere. num. 6.
Requiritur ieiunium naturale ante communionem, & quale sit. num. 7.
Proponuntur obiectiones de guttula aqua præassumptæ, de cibo inter dentes manente, & de communionem, quare Christus dedit discipulis post cœnam. num. 8.
Soluuntur huiusmodi obiectiones. num. 9.
Olim apud Corinthios post communionem commune prandium fiebat. num. 10.
Qua sumptio aquæ, & cibi impediât communionem. num. 11. & 12.
Quid, si guttula aqua per modum saliuæ traiciatur, & quid de reliquiis cibi in ore manentis. num. 13.
Quid, si quid aqua, vel rei alterius per modum respirationis attrahatur, velut musca. num. 14.
Quid, si quis deglutiat sanguinem dentium, vel alium humorem è capite decidentem. num. 15.
Quid, si quis mittat in os aliquid sacchari paulatim atterendi. num. 16.
Quando incipiat naturalis dies ieiunij. num. 17.
An dubitans, an audierit mediam noctem, & cum co dubio bibens possit communicare. num. 18.
In articulo mortis potest homo non ieiunus communicare. num. 19.
Non solum semel, sed sæpè in eodem morbo. num. 20.
Quod procedit etiam in morte violenta ob delictum inferenda. num. 21.
Non potest tamen tunc vngi. ibid.
Non licet Sacerdoti celebrare non ieiuno ob communicandum infirmum. num. 22. & 23.
An semper mortale sit communicare non ieiunum, cum minima guttula aqua. num. 24.
In quibus casibus propter integrandum sacrificium possit Sacerdos non ieiunus communicare. num. 25. 26. & 27.
Quid, si Sacerdos post abluionem sumptam inueniat reliquias in patena, vel altari, vel calice. num. 28.
Cuius quantitatis esse debeant. num. 29.
Quid, si fuerit alterius sacrificij. ibid.
An solum quando est in altari, illas possit sumere. num. 30.
An possit dari communicantibus. num. 31.
An laicus possit Eucharistiam sumere in occurso hostium non ieiunus. num. 32.

in iunio, & in quibus casibus liceat non ieiunus communicare; deinde agemus de manditiâ absque pollutione, vt sciamus, quomodo dignè, ac reuerenter, & sine macula corporali ad tantum Sacramentum accedere debeamus.

Et primum dubium, quod in vestibulo tractandum offertur, est, an detur præceptum aliquod diuinum de sumenda Eucharistia ante omnem cibum, vel potum degustatum? Et respondendum est negatiuè. Et ratio est: quia hoc præceptum diuinum nullibi in sacra pagina inuenitur impostum, nullibi scriptum, nec traditum, neque etiam ex his, quæ in institutione huius Sacramenti gesta sunt, tale præceptum colligitur; imò potius ea nocte, qua institutum fuit hoc Sacramentum, post cœnam, & esum agni dispensatum fuit Apostolis. Neque tamen ex facto Christi colligi potest, præceptum diuinum esse sumendi Eucharistiam post cibum, & potum, vt optime animaduertit Soarius tomo 3, in 3, p. D. Thom. disp. 68. sect. 3. initio, fol. 971. col. 1. nam, licet Christus Dominus ita fecerit; tamen factum eius non inducit obligationem: alioqui etiam necessarium esset, noctu semper communicare, & feria quinta, & post esum agni, & lotis pedibus; & idè quod factum tunc est, ob speciales rationes, & circumstantias, quæ tunc occurrerunt, neque in præceptum, neque in exemplum adduci potest, vt dicemus statim num. sequenti.

Adde, non dari etiam præceptum naturale de hoc Sacramento suscipiendo ante omnem cibum, & potum. Enimverò, vt idem Soarius animaduertit, ex sola excellentia, & dignitate huius Sacramenti, non potest satis colligi hæc obligatio: quanquam Sotus in 4. dist. 8. q. 3. dicat, hanc esse institutionem diuinam, fundatam in reuerentia debita tanto Sacramento. Verum, si per institutionem diuinam intelligit diuinum, & naturale præceptum; nullo fundamento innititur: quia reuera, nec inuenitur prohibitum iure diuino, neque per se, & ex sua natura malum est intrinsecè communicare post cibum, & potum; alioquin neque etiam in articulo mortis, & per modum Viatici post cibum communicare possemus.

Datur tamen præceptum ecclesiasticum, vt hoc Sacramentum non nisi à ieiunus ieiunio naturali, extra Viaticum sumatur. Probat ex Concilio Carthaginensi II. cap. 29. & cap. 48. vbi dicitur, hanc consuetudinem sumendi Eucharistiam ante omnem cibum, fuisse in Concilio Nicæno confirmatam. Vbi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

Ubi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

Ubi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

Ubi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

Ubi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

Ubi animaduertendum est, non dici fuisse ibi institutam, sed confirmatam: quasi hoc præceptum à tempore Apostolorum, per quandam consuetudinem ecclesiasticam, ab ipsa Ecclesia latum, & approbatum sit. Probat etiam ex Conc. Matilconensi II. cap. 6. vbi adduntur poenæ in eos, qui hunc ritum communicandi ieiunè, non seruant. Colligitur etiam ex Concilio Bracharensi II. cap. 10. vbi dicitur, reliquias huius Sacramenti solitas fuisse dari innocentibus, indichò prius eis ieiunio. Habetur etiam ex Concilio Toletano VII. cap. 2. in quo notanda sunt illa verba: Post cibum, vel potum quantumuis minimum. Idem probatur ex Concilio Alifiodorensi cap. 19. Et denique idem traditum est in Concilio Constantiensi sess. 13. Itaque conclusio est de fide, & patet ex consuetudine à tempore Apostolorum tradita, quæ consuetudo Ecclesie, præceptum facit. Et ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, p. disput. 68. sect. 3. col. 1. fol. 971. Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 49. n. 2. Alexand. 4. p. q. 52. Gabriel. 9. 4. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 5. §. 4. D. Thomas 3. p. quæst. 80. artic. 8. Ex Patribus idem docet Augustinus epistol. 118. ad Ianuariam, relatus in cap. Liquidò. de consecrat. dist. 2.

1. Duplex dispositio requiritur in suscipientibus, vt indignè accedant ad sumendam Eucharistiam, altera corporalis, altera spiritualis. De corporali agemus in præfenti capite: de spirituali in sequentibus. Ad præparationem corporis spectat, vt suscipiens sit ieiunus, & mundo corpore, & absque voluntaria pollutione maculato: agemus prius de ieiunio, & in quibus casibus liceat non ieiunus communicare; deinde agemus de manditiâ absque pollutione, vt sciamus, quomodo dignè, ac reuerenter, & sine macula corporali ad tantum Sacramentum accedere debeamus.

Tertull.

dist. 2. Tertullianus lib. 2. ad vxorem. Cæteros vide apud Soarium, & Henricum locis allegatis. Probat facile rationibus: quia in Ecclesia est potestas ad ferendas leges in his rebus, quæ à Christo præceptæ non sunt; in hoc autem adu sumendi Eucharistiam ieiunè, est sufficiens honestas, vt propter reuerentiam tanti Sacramenti præcipiatur: ergo de facto præcipitur, vt constat ex decretis adductis, & ex vfu, & consuetudine Ecclesie à tempore Apostolorum tradita: & ita decebat propter reuerentiam huius Sacramenti, vt fideles assuecerent discernere inter hunc cibum, & alios communes; & vt confiterentur, Christum esse primum, ac principalem eorum cibum.

5.

Quod præceptum Ecclesie adèd strictè, & feruè obligat, vt ieiunus non cenetur ille, qui rem parum, etiam non nutritiuam, vt guttulam aquæ, papyrum, vel quid simile, per modum cibi, aut potus degluriret, etiam per ignorantiam, & inaduertentiam; quanuis totum statim eiiciat, euomatque; & quanuis in omnibus aliis præceptis ecclesiasticis de minimis curandum non sit. Ita docent communiter Doctores, Henriq. lib. 8. Euch. cap. 49. n. 2. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 8. & patet ex cap. Nihil. 1. quæst. 7. iuncta Glossa ibi. verbi Minimus, & ex cap. Vi illud. de consecrat. dist. 1. Quod adèd verum est, vt etiam Sacerdos, qui in Natalio Domini, post consumptionem rpitinæ, vel secundæ Missæ, abluionem accipit, vel digitos ablutos lambit, ieiunus non cenetur, nec ei liceat sequens Sacrum celebrare, vt decentur in cap. Ex parte. de celebratione Missarum, vbi omnes Doctores, & docet Nauarrus cap. 2. §. num. 88.

Henriq. D. Thom. Glossa.

Nauarr.

6.

Non oportet tamen, vt qui communicari sunt, cibum digesserint, vel post illum somnum ceperint. Ita D. Thomas dicta q. 80. art. 8. ad 5. Nauarrus cap. 2. num. 53. Henriq. lib. 8. Euch. cap. 40. num. 2. ad marginem, litera Y, contra Gloss. cap. Nihil. 7. q. 1. asserentem, oportere, vt prius cibum haustum digerant, qui Eucharistiam sint accepturi. Quamobrem vt optime ibi notat Henriq. ille Sacerdos, qui prope mediam noctem cenauit in Dominica, quæ est peruegilium Natalis Domini, potest licitè statim post mediam noctem Sacrum efficere, etiam ante somnum captum. Et id docet etiam Bernardus Diaz in sua practica criminali apud Salzedum cap. 29. & Speculum confientiarum lib. 3. tractat. 19. §. 4. Sotus in 4. dist. 12. q. 1. a. 8. col. 5.

Diaz. Salzedo. Specul. Sotus.

7.

Debet itaque ieiunium esse naturale: est autem ieiunium naturale, seu naturæ, illud, quod omnimodam abstinentiam à cibo, & potu importat: vnde oportet, vt extra articulum mortis, vbi Eucharistia accipitur per modum Viatici, quis ad illum sumendam accedat ieiunus naturaliter: is autem ieiunus naturaliter accedit, qui nihil protus bibit, vel edit, vt docet Gabriel. in 4. dist. 16. q. 3. Sotus in 4. distinct. 12. q. 1. art. 8. Ledesma 1. 4. q. 21. artic. 8. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 8. initio, §. Nec seorsum. quæ omnia patent ex cap. Ex parte. de celebrat. Miss.

Gabriel. Sot. Ledesm. Azor.

8.

Obiiciet: Videtur, quòd cibus, & potus præassumptus non impediât summptionem huius Sacramenti: primò, quia hoc Sacramentum fuit à Christo Domino institutum in cœna, & Dominus, postquam cenauit, hoc Sacramentum discipulis suis tradidit manducandum, vt patet Lucæ 22. & 1. Cor. 11. ergo videtur, quòd etiam post alios cibos assumptos, possit sumere hoc Sacramentum. Secundò, quia 1. Corinth. 11. dicitur: Cum conuenitis ad manducandum, videlicet corpus Domini, inuicem expectate: si quis autem esurit, domi manducet. & ita videtur, quòd postquam aliquis domi cibum sumpserit, possit in Ecclesia Eucharistiam suscipere: nam olim ad imitationem Christi mos fuit apud quosdam, P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccles.

communicandi post cœnam feria quinta in cœna Domini: quod seruabant Corinthij, & ad illorum exemplum Achaici, vt probat Henriq. lib. 8. de Euch. cap. 49. n. 3. & colligitur ex Concilio Carthaginensi III. c. 29. & ex cap. Sacramenta. de consecrat. dist. 2. & ibag. ex Concilio Matilconensi II. c. 2. ergo saltem in illa die poterit aliquis corpus Christi post cibos sumere. Tertio, quia præassumptio aquæ, vel medicinalis cibi, vel deglutitio reliquiarum cibi in ore manentis, neque ieiunium Ecclesie soluit, neque sobrietatem tollit, quæ requiritur ad decentem, & reuerentem summptionem huius Sacramenti: ergo illa non impediât summptionem illius. Quarto, quia non minor reuerentia debetur huic Sacramento iam assumpto, quam ante summptionem: sed assumpto Sacramento licet cibum, & potum assumere: ergo & ante summptionem.

Ad primum respondeo, in eo Christum imitandum non esse, vt post cœnam Sacerdotes celebrent, aut populus cibo assumpto communicet: nam, licet Christus Dominus post cœnam consecrauerit, & discipulos communicauerit, id quidem fecit, vt finem imponeret Sacramentis veteribus, non vt nobis exemplum præberet ad ita faciendum: sic etiam voluit octauo die circuncidi, vt finem circuncisioni imponeret; non est tamen imitandus in circuncisione, & peccator mortaliter, qui id vellet efficere: nec etiam imitandus est in obseruatione legalium: quare Christus multa fecit, in quibus imitandus non est. Enimverò Christus Dominus, quòd altius, & vehementius Apostolorum, hominumque memoriis recordatio huius mysterij affigeretur, voluit hoc mysterium inter cœnandum eis dare; & idèd non præcepit, vt in posterum tali ordine diuinum hoc mysterium sumeretur: quare non decebat vt illa indiuidua actio, qua Christus voluit finem imponere veteribus Sacramentis, in exemplum postea adduceretur. Ita respondet Soarius tomo 3. in 3. p. D. Tho. disp. 68. sect. 3. fol. 971. col. 2. §. Ad primam. D. Thom. & Henr. lib. 8. Euch. c. 9. n. 3. & D. Thomas 3. p. q. 80. art. 8. ad 1.

Ad secundum respondeo, fuisse consuetudinem apud Corinthios, vt post ecclesiastica officia, & post summptionem Eucharistie interdum fideles ad commune prandium conuenirent: multi verò esurientes in Ecclesia manducabant, quos reprehendit D. Paulus, & iubet, vt pessimum morem edendi, & bibendi in Ecclesia tollarent, dicens: Cum conuenitis ad manducandum inuicem, expectate: si quis esurit, domi manducet. Nunquid non habetis domos ad manducandum & bibendum? id est, qui alios expectare non potest, & impatiens est, redeat in domum, & manducet domi cibos suos; vel si ita est debilis, vt finem ecclesiasticorum officiorum expectare non possit, domi prius manducet, & postea Eucharistiam non sumat. Et sic, tantum abest, vt Paulus eis permittat, post cibos ad Eucharistiam accedere, vt potius reprehendat pessimum morem edendi in Ecclesia. Ita respondet D. Thomas citatus ad 2. & Soarius item allegatus, & colligitur hæc interpretatio ex Glossa interlineali ibi. Ad confirmationem respondeo, quòd, licet ex Concilio Carthaginensi III. cap. 39. & ex c. Sacramenta altaris. de consecratione, dist. 1. colligatur, consuetudinem aliquando fuisse apud Achaicos & Corinthios, vt ad imitationem, atque repræsentationem Dominicæ cœnæ, in feria quinta Cœnæ Domini à non ieiunis post cœnam corpus Christi sumeretur; tamen id iam abrogatum est: nam, vt D. Aug. ait epist. 118. c. 6. in tomo 2. medio, per vniversum orbem iam mos iste seruatur, vt corpus Christi à ieiunis sumatur. Hunc enim morem præcipue abstulit sexta Synodus Constantinopolitana in Tullo, canone 19. G G g 2 & id

Henriq. Conc. Carth. III. c. 29. & ex cap. Sacramenta. de consecrat. dist. 2. & ibag. Conc. Mat.

9.

Soar. D. Thom. Henriq.

10.

D. Aug.



*Conc. Lao.* & id renouauit Concilium Laodicense cap. 50. & patet ex cap. *Non licet.* 3. quæst. 4.

11. Ad tertium respondeo, licet præassumptio, & deglutitio reliquiarum cibi in ore manentis, non tollat ieiunium Ecclesiæ, nec sobrietatem; tollere tamen ieiunium naturæ, quod requiritur ad sumptionem Eucharistiæ. Nec refert, utrum aliquid huiusmodi nutriat, vel non nutriat, vel per se, vel cum aliis, dummodo fumatur per modum cibi, vel potus. De deglutitione tamen cibi in ore manentis, & vini, vel aquæ, quibus os abluatur, statim dicemus n. 13. & sequentibus.

12. Ad quartum respondeo, non minorem reuerentiam deberi huic Sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem; impediri tamen magis deuotionem & reuerentiam huius Sacramenti per antecedentia, quam per subsequentiã; & idem Ecclesiã magis requirit, quod homines ieiunent ante sumptionem illius, quam post sumptionem.

13. Sed, quoniam passim multi scrupulosi cruciantur, quando aliquid aquæ per modum saliuæ deglutunt, & quando etiam traiciunt reliquias cibi in ore manentis; rogabis meritò, an hæc impediunt sumptionem Eucharistiæ? Certe D. Thomas in 3. p. q. 80. a. 8. ad quartum, ita ait: *Reliquia cibi in ore remanentis, si casualiter transglutiantur, non impediunt sumptionem huius Sacramenti: quia non traiciuntur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Et eadem ratio est de reliquiis aquæ, vel vini, quibus os abluatur, dummodo non traiciantur in magna quantitate, sed permixte saliuæ, quod vitari non potest.* Hæc ille. Et idem docet etiam Soarius tom. 3. in 3. p. disp. 68. sect. 4. §. *Quæres rursum.* & §. *Tertio inferitur.* fol. 973. & Henricq. lib. 8. Eucharistiæ, c. 50. n. 4. Nauar. c. 21. num. 53. Tabiena verbo, *Communicare.* §. 43. Cæteros vide apud Henriquez, ubi dicunt, semper attendendum esse, an aliquid fumatur per modum cibi: quia tunc semper impedit sumptionem huius Sacramenti: scilicet si quid fumatur per modum saliuæ, aut per modum respirationis attractiuæ.

14. Atque adeo docet Soarius in prædicto §. *Quæres rursum.* sect. 4. fol. 972. col. 2. fine, Henricq. & Nauar. & ceteri allegati, si quid per modum respirationis attractiuæ, quod possit nutrire, vel alterare, ut muscam, v. c. vel quid simile, hoc non impedit sumptionem Sacramenti, nec violare ieiunium naturæ: quia illud non est comedere, vel bibere; nec est lumere per modum cibi: dicitur enim aliquid sumi per modum cibi, vel potus, quando aliquid huiusmodi ore accipitur, quod per se, & propria actione vitali in stomachum traicitur comedendo, vel bibendo: & addit: *Ita explicant hoc præceptum omnes Auctores, & ipsa consuetudo.* Hæc Soarius ibi. Itaque ex doctrina Soarij si quis aliquatulam aquam per nares attrahat, quæ in stomachum transmittatur, non manet impeditus ad sumptionem huius Sacramenti, quia non fuit per modum cibi transmissa, aut per modum potus. Et id docet etiam Henricq. dicto lib. 8. Euchar. cap. 50. n. 4. ubi sic: *Si ex ipso homine aliquid transficiatur per modum saliuæ, non tollit ieiunium naturæ: quia comestio significat sumptionem cibi omnino exterioris. Si aqua, vel vino abluat os, & effluit aliquid pæum, & imperceptibile ingitur siccum, non impedit communionem, quia non sumitur per modum potus, sed per modum saliuæ. Si cocus ore deglutiit ius, nec traicit, vel musca, aut quicquid minimum intravit in os apertum, hic non dicitur comedisse.* Hæc ille. Quamobrem, si aliquid per modum cibi, aut potus fumatur, etiam si fumatur per modum medicinæ, impeditus manet: quia hoc pertinet ad extrinsecam intentionem, non ad proprium actum, quem intrinsecè respicit præceptum, qui est comedere, aut bibere: illa enim medicina verè comeditur, & verè bibitur.

*D. Thom.*

*Soarius. Henricq. Nauar. Tabiena.*

*Soar. Henricq. Nauar.*

*Henricq.*

15. Ex dictis colligitur, si quis deglutiat sanguinem, vel alium humorem, aut ex dentibus, aut ex capite decidentem in os, aut casu ex ore manentem, non frangere ieiunium naturæ, nec impediri ad susceptionem huius Sacramenti: quia illud nec sumitur, nec traicitur per modum cibi. Ita Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 68. sect. 4. §. *Quæres rursum.* fol. 972. col. 2. fine. D. Thom. in 4. dist. 8. q. 1. art. 4. quæstion. 2. ubi generalem hanc regulam tradit: *Quicquid ab intrinseco provenit, & ore non sumitur ab extrinseco, non verè comedit, & idem nec tollere ieiunium naturæ, nec per se impedire susceptionem huius Sacramenti.*

16. Rogabis etiam, an, si quis mitat in os aliquid facti, v. c. paulatim arterendi, & deglutendi, quod duret vsque ad tempus post mediam noctem alterius diei, vel vsque ad mane diei sequentis, soluat ieiunium naturæ, & impeditus maneat ad sumptionem huius Sacramenti: videtur enim non manere impeditum: quia illud non sumitur illo die ab extrinseco, nec traicitur per modum cibi; sed per modum saliuæ. Dicendum tamen nihilominus est, frangi ieiunium naturæ, & manere impeditum: quia non sunt reliquæ cibi, sed verus cibus, & totum illud esse quandam successiuam manducationem, quæ ex parte fit eo ipso die. Et ita docet Soarius citatus fol. 973. §. *Dices ergo.* & Paludanus in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 1. num. 21

17. Incipit autem naturalis dies ieiunij à media nocte, ex quadam vniuersali Ecclesiæ consuetudine, fundata quidem aliquo modo in ipsa rerum natura: nam tunc incipit Sol ad nos venire. Nec obstat consuetudo provinciarum, quæ aliter horas diei computat: nam id quidem est pro negotiorum expeditione, non verò in ordine ad ieiunium naturæ, nec etiam ad ieiunium Ecclesiæ. Ita docet Soar. citatus §. *Dico tertio.* Henricq. lib. 8. de Euchar. c. 49. n. 2. Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 88. & c. 21. num. 12. Couar. lib. 4. variat. cap. 20. & patet ex cap. *Cum Martha.* de celebrat. Missarum.

18. Rogabis tandem, an dubitans, an audierit mediam noctem, & edens, vel bibens cum eo dubio, possit sequenti die ad Eucharistiam accedere. Respondeo negatiuè. Ratio est: quia nulla datur possessio, ex parte ipsius dubitantis: vt autem in dubio melior sit conditio possidentis, opus est, vt detur aliqua possessio ex parte dubitantis: cum autem hic nulla detur, cessat profectò ratio, quæ eam susceptionem Eucharistiæ coonestare possit: imò est possessio ex parte ipsius præcepti, non communicandi, nisi seruato ieiunio naturali: & in dubijs, ubi nulla possessio fauet possidenti, id, quod tutius est, amplecti debet. Ita responder Sancier lib. 2. de matrimonio, disp. 41. n. 40. & colligitur ex Henrico lib. 16. de pœnit. cap. 14. num. 7. litera P.

19. Hæc tamen non obstant, quominus propter summentis necessitatem; & propter integritatem sacrificij liceat in nonnullis casibus Eucharistiam post cibum lumere. Age ergo, videamus, quinam casus huiusmodi sint. Dico ergo primò: In solo mortis articulo licet homini non ieiuno hoc Sacramentum accipere per modum Viatici; quando, scilicet, oportet huiusmodi Viaticum accipere, & ægrotus non potest absque graui detrimento, & periculo tempus expectare, vt ieiunus accipiat: quod detrimentum iudicio Medici expendendum est. Ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 68. sect. 5. initio, fol. 978. Henricq. lib. 8. Euchar. c. 5. n. 1. & D. Thom. 3. p. q. 80. artic. 8. Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. artic. 8. Nauar. in Manuali, cap. 25. num. 83. & cap. 21. n. 53. Patet ex cap. *Presbyter.* de consecr. dist. 2. & ex cap. *De his verbis.* & ex cap. *Si quis de corpore.* 16. q. 6. & ex Concilio Constantiensis sess. 13. Et ratio esse potest: quia vel in eo articulo obligat præceptum

*Soar. Henricq. D. Thom. Sot. Nauar.*

præceptum diuinum communionis, vt diximus lib. 1. huius præcepti, cap. 3. vel quia cum eo tempore maximè indigeat homo auxilio, & virtute huius Sacramenti, noluit Ecclesiã id prohibere cum tanto dispendio moriturus. Quare in morbo de se periculoso, vt notant Doctores allegati, & specialiter Henriquez, non oportet scrupulosè differre Viaticum, eò quod infirmus non sit ieiunus: quia Ecclesiã simpliciter excipit hanc casum, & concedi iubet infirmis non ieiunis Viaticum. Imò addit Soarius, si intra vnã horam possit infirmus esse ieiunus post mediam noctem, non esse expectandam eam horam: quia simpliciter conceditur huiusmodi Sacramentum infirmis non ieiunis; & potest contingere, vt in ea morula fiant inhabiles ad susceptionem tanti Sacramenti, & sic eo auxilio priuentur.

20. Et verò in eadem ægitudine periculosa non solum semel, sed etiam sæpius potest idem infirmus non ieiunus Eucharistiam pro Viatico extremo accipere, modò detur conueniens temporis intercapedo inter communionem, & communionem, v. g. octo, aut decem dies. Ita Soarius, & Henriquez allegati num. præcedenti, & nos docuimus in cap. 1. huius præcepti, num. 6. lib. 1. & id fatentur Gofredius, & Ioannes Parisiensis apud Sylæstrum verbo, *Eucharistia.* §. 6. & tenet etiam Tabiena verbo, *Communicare.* §. 48. & Fumus verbo, *Communio.* §. 18. imò sentit Fumus ibi, posse iterari Eucharistiam in eadem infirmitate, & suscipi ab eodem infirmo non ieiuno, si transierint sex dies: & planè Maior in 4. dist. 9. quæst. 3. ad 5. q. 3. col. 6. huic sententiæ fauet: sed sententia Soarij, & Henrici requirens octo, aut decem dies, videtur magis commendare reuerentiam tanti Sacramenti. Henricum vide lib. 8. Eucharistiæ, cap. 5. num. 3. Ratio verò, ob quam sæpius in eadem infirmitate idem ægrotus per modum Viatici non ieiunus communicare possit, est primò: quia iura, Concilia, & Doctores semper excipiunt infirmum in mortis articulo à communi regula, & præcepto communioni ieiunè, & non limitant, vt semel tantum id fiat, sed potius concedunt, vt fiat ut tanto beneficio, quoties expediens fuerit. Secundò, quia potest status ægitudinis variari: nam potest infirmus esse in articulo mortis, & per modum Viatici communicare, & postea potest illud periculum euadere, & aliquantulum conualescere, & iterum intra paucos dies iterum periclitari; & idem non est dubium, quin possit toties communicare per modum Viatici non ieiunus, quoties talis varietas accesserit: quia illa censetur quasi noua ægrotudo, & quasi nouus articulus necessitatis. Tertio, quia potest ea ægrotudo perseverare: & tunc quidem, si perseveret, vel augeatur, periculum tamen duret aliquot diebus post primam communionem, octo, v. c. aut decem, non est etiam dubium, quin possit idem ægrotus iterum communicare non ieiunus, si commode non possit Sacramentum suscipere ieiunus: non est etiam verisimile voluisse Ecclesiã, hominem maximè indigentem auxilio tanti Sacramenti priuare; præsertim cum non sit in morali potestate ipsius ægroti ieiunus accedere; & alioqui possint eo tempore multa occurrere, quæ necessitatem augeant, vt tentationes, ad quas peruiendas necessarium sit præsidium huius Sacramenti. Non est tamen hoc extendendum extra tempus periculi mortis, vt docent omnes Doctores præcitati.

21. Neque hoc solum est intelligendum de morte naturali: sed etiam de morte violenta, ob delictum commissum: is enim, qui capite plectendus est, vel resti suspendendus, etiam non ieiunus post

*P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccles.*

cibum, & potum communicare potest per modum Viatici, quando nec anticipari potest communio, nec mors differri: tunc enim eadem est ratio necessitatis. Nec quicquam refert, quod ab intrinseco, vel extrinseco mors proveniat. Ita docet Soarius dicto tomo 3. disputatione 68. sectione 5. initio, folio 974. Henriquez libro 8. Eucharistiæ, capite 50. numero 1. ubi ad marginem, litera E, dicit ita in praxi fecisse seruare doctissimum Archiepiscopum Guerrerium Granatensem, cum iis, qui publicè iustitiæ auctoritate suspendendi erant, idque post longam consultationem, & maturam deliberationem virorum doctorum: nam hi verè dicuntur esse in articulo mortis, licet violentæ; & verè indigent hoc auxilio: in eo enim mortis genere, tentationes vehementiores sunt, & necessitas multò maior, vt patet; & in eo mortis articulo absolui possunt ab omnibus casibus seruatis: imò iisdem conceditur eadem communio, etiam in tempore interditi, non obstante communi prohibitione Ecclesiæ, & ad id poterunt Sacerdotes celebrare intra Ecclesiã specialiter interdictam, quando non esset alia, vt docet præcitatus Henriquez. Non possunt tamen hi suscipere Sacramentum extreme Vnctionis: nam iis sanis nihil prodesset tale Sacramentum, vt rectè animaduertit Henriquez allegatus.

22. Non licet tamen Sacerdoti celebrare post cibum, & potum, ad communicandum infirmum, qui est in probabili mortis periculo eo die futura, quando deficiunt hostiæ consecrate in sacratio asseruata. In quo casu amplissimam planè facultatem Sacerdotibus concedit Maior in 4. distinct. 9. q. 3. ad 5. asserit enim, propter similem necessitatem proximi; posse Sacerdotes sine vestibus sacris consecrare Sacramentum, sine azymo, & sine integritate sacrificij, secrete, inquit, accipiendo frustulum panis, consecrando illud, & dando ægrotò. At, non licet Parocho propter similem necessitatem vnquam celebrare, aut consecrare Sacramentum, nisi seruatis Ecclesiæ præceptis, v. c. si ieiunus sit, & habeat azymum, & vinum, & vestes omnes sacras, & alia, quæ pro maiori reuerentia solemnitatis Missæ ab Ecclesiã sunt instituta, vt alibi diximus. Ita docet Soarius tomo 3. disputat. 68. sectione 5. §. *Nihilominus.* folio 975. columna 1. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 50. numero 1. fine, & cap. 46. Paludanus in 4. distinct. 8. quæstio 2. numero 9. Gabriel quæst. 2. artic. 5. Sotus, & Ledesma hic, Victoria in Summa, num. 83. Nauar. in Manuali Latino, cap. 11. numero 51. Palatius in 4. distinctione 9. qui addit, ex dispensatione Episcopi posse hoc fieri: id tamen non approbat Soarius citatus, & bene: quia, si in hoc casu hoc præceptum de se non obligat, nulla est necessaria Episcopi dispensatio: si verò obligat, non potest Episcopus dispensare; quia est præceptum vniuersale totius Ecclesiæ, & nulla auctoritate, vel consuetudine constat, datam esse Episcopis facultatem dispensandi in tali præcepto communi. Et ratio, ac fundamentum est: quia maior ratio habenda est reuerentiæ huius Sacramenti, quam necessitatis proximi: quia licet susceptio Sacramenti Eucharistiæ sit remedium, ac medium necessarium necessitate finis ad salutem; non tamen tale præceptum, ac medium obligat, nisi cum decenter, ac reuerenter huiusmodi Sacramentum, & confici, & sumi debet: non potest autem decenter confici, nisi seruato ritu præscripto ab Ecclesiã, quæ propterea præiudicat, vt semper asseruetur Eucharistia in sacratio, ne propter euentus similes hoc auxilio priuentur fideles, vt patet

GGg 3 ex

ex Concilio Nicæno, cap. 14. & ex cap. Presbyter. de consecrat. dist. 2.

23. Oppones, hac ratione probari etiam, nec propter propriam necessitatem hominis ægrotantis ei licere dare communionem post cibum, & potum, quantumvis extremè ægrotet: quia etiam hoc Sacramentum ei non potest dari seruatò ritu ab Ecclesia præscripto: præscribit enim Ecclesia, vt non detur nisi ieiunis; & maior ratio habenda est reuerentiæ Sacramenti, quam propriæ necessitatis. Respondeo, oppositionem non procedere: primò, quia Ecclesiæ consuetudo, iura, Concilia, & Doctores declararunt, in casu extremæ necessitatis non obligare præceptum ieiunij naturalis. Deinde, quia hæc necessitas est quasi intrinseca naturæ hominis: frequenter enim accidere potest, & tunc non decuit, nec expediens fuit, vt impediretur homo à susceptione tantæ Sacramenti, propter humanum impedimentum comestitionis, quod vitare non potest: necessitas verò ex parte ministri est valde extrinseca & accidentaria, quæ, moraliter loquendo, rarissimè potuit accidere, supposita prouidentia, quam Ecclesia habet seruandi Eucharistiam in sacratio pro infirmis.

24. Sed iure hic quæres, an semper de se sit peccatum lethale communicare, quando minima quantitas cibi, vel guttula aquæ per modum cibi, vel potus præsumitur, siue sumatur aduertenter, siue inaduertenter, dummodo Eucharistia sumatur cum animaduersione præsumptæ aquæ, vel cibi: cum enim leuis sit materia, cur mortale erit? & cur in hoc præcepto ex leuitate materiæ non dabitur præceptum veniale, sicut in omnibus aliis præceptis. Respondeo, esse mortale, & contrarium non posse esse practicè probabile: quia ita hoc præceptum interpretatur consuetudo Ecclesiæ: & quia hic non prohibetur cibum, vel potus; sed prohibetur communicatio post cibum, vel potum; & sic non datur leuitas materiæ in proprio actu, in quem cadit prohibitio, sed in alio actu: vnde violatur præceptum simpliciter, & absolute, non in actu minimo, sed in actu principali: datur enim communicatio non ieiuno: etiam si in parua ac perexigua quantitate solum sit. Ita docet Soarius tomo 3, in 3. p. q. 78. sect. 8. fol. 972. columna 2. §. Sed quæres. D. Thom. 3. p. q. 80. a. 8. Durandus in 4. dist. 8. quaest. 4. Paludan. quaest. 2. & alij.

Soarius. D. Thom. Durand. Paludan.

25. Quamuis verò solum in vno casu articuli mortis possint homines Eucharistiam sumere post cibum, & potum, non ieiuni; tamen ipsi Sacerdotes, propter ministerium altaris, quo funguntur, & propter ipsam reuerentiam Sacramenti, in tribus maximè casibus, Sacramentum hoc non ieiuni, post cibum, & potum possunt sumere. Primus est, propter integritatem sacrificij, vt contingit, quando Sacerdos, loco vini, aquam calici infundit, nec id aduertit, nisi cum illam post consumptam hostiam assumit: tunc enim vel de nouo consecrare debet hostiam & calicem, vel saltem sanguinem ad integrandum sacrificium: quia præceptum diuinum integrandi, ac perficiendi sacrificium, est maius, ac fortius præcepto humano communicandi ieiunè. Ita D. Thomas quaest. 83, art. 6. in 3. p. ad 2. Soarius tomo 3, in 3. p. disputat. 68. sect. 6. initio, fol. 976. Henriq. lib. 8. Eucharistia, c. 50. num. 3. Sorus in 4. dist. 13. q. 2. art. 6. Tabiena verb. Communicare, §. 42. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 25. num. 91. Victoria §. 101. Et idem est, si post consecrationem alicuius speciei recorderetur Sacerdos, se aliquid comidisse, & bibisse; imò licet mala fide accessisset ad sacrificium post cibum, & potum, consecrata iam altera specie, tenetur non desistere ab inchoato sacrificio, & illud absoluere propter ean-

D. Thom. Soarius. Henriq. Sorus. Tabiena. Nauarr. Victor.

dem rationem, vt optimè animaduertit Soarius allegatus.

26. Dixi, post consecratam saltem alteram speciem: quia, si antè recorderetur Sacerdos, ieiunium se non esse, existimat D. Thomas allegatus, teneri illum Missam omittere, quod iuxta Soarium allegatum intelligendum est, quando sine infamia, & scandalo id fieri potest: rarè autem sine scandalo tunc id fieri poterit. Imò D. Thomas ibi solum dicit, tutius esse tunc relinquere sacrificium. Quare planè sentit D. Thomas non teneri, nisi ex quadam decentia.

27. Idem etiam dicendum est, quando Sacerdos sacrificans in altari, repentino morbo corripitur, & non potest ipsum sacrificium perficere, & ab alio Sacerdote perfici debet: quia iam, v. c. vel vtraque vel altera tantum species consecrata erat: tunc enim, si non adsit Sacerdos ieiunus, qui possit illud sacrificium absoluere, & consumere, potest, & debet illud perficere alius Sacerdos non ieiunus, propter eandem rationem; scilicet, quia magis interest perfectio sacrificij, & fortius est præceptum diuinum integrandi, ac perficiendi illud sacrificium Missæ, quam communicandi ieiunè. Nec refert, quod personæ sint distinctæ, vel eadem, vt Concilium Toleranum docet in cap. Nihil. 7. quaest. 1. Nauarrus dicto cap. 25, num. 86. §. 3. Fauet D. Thomas in simili, 3. p. quaest. 83, art. 6. ad quartum. Angelus verbo, Eucharistia, §. 1. Syluester §. 8. num. 12. & id tenet etiam Soarius tomo 3, disputat. 68. sect. 6. initio, col. 1. fol. 976. quia ex vtraque persona vnus minister Christi componitur. Sed de his alibi diximus satis.

Nauarr. D. Thom. Angelus. Syluest. Soar.

28. Secundus casus est, quando Sacerdos post fractum ieiunium, v. c. post sumptam calicis ablutio- nem inuenit reliquias in patena, vel altari: illa enim reliquiarum sumptio, quando necesse est, vt Sacerdos consumat, verè est huius Sacramenti communicatio: quia tam est totus Christus sub qualibet particula, quam sub toto Sacramento. Sed circa hoc diuiduntur Auctores: quidam enim negant licere tunc eas reliquias sumere post cibum, & potum, id est, post ablutio- nem. Ita Paludanus in 4. dist. 9. q. 1. in fine. D. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 6. §. 9. & Rosella verbo, Euchar. §. 13. quibus fauet Concil. Matriticonense II. cap. 6. quod præcipit, has reliquias dari hominibus ieiunis. Et fundamentum illorum est iam supra tactum: quia, scilicet, sumptio illarum reliquiarum est vera communicatio: ergo non possunt sumi ab homine: vel Sacerdote non ieiuno. Contrarium verò, scilicet, hoc licere Sacerdoti, tenent communiter Doctores, Caietanus in Summa verbo, Missa, & tomo 2. opusc. tract. 33. de celeb. Missæ, q. 1. Syluester verbo, Eucharistia, §. 8. Sorus in 4. distinct. 12. quaest. 1. art. 8. Victoria in Summa, n. 83. Nauarrus in Manuali Latino, c. 25. n. 8. Soarius supra citatus, §. Secundus casus. Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 50. num. 2. Armilla verbo, Missa, §. 26. & alij nouiores. Et fundamentum, quo inniuntur, est optimum. Primò, quia huiusmodi reliquiarum non sumuntur hic per modum integræ communionis, sed per modum circumstantiæ, & complementi vnus integri conuiuij, & sacrificij: & sic tota illa actio Sacerdotis est per modum vnus moralis actionis integræ, & ad totam illam accessit Sacerdos ieiunus, ac proinde impleuit præceptum Ecclesiæ: nec postea frangit præceptum, etiam si aliquid sumperit; quia totum illud ordinatur, & moraliter est necessarium ad perficiendum illud conuiuium, & ministerium. Secundò, quia non potest aliter ipse Sacerdos suum ministerium, & illam actionem perfecte implere modò conuenienti: sæpè enim non possunt reliquiarum conseruari in crastinum, neque ante

Paludan. D. Anton. Rosella.

Caietan. Syluest. Sorus. Vict. Nauarr. Soar. Henriq. Armill.

ante ablutio- nem sumi, quia inueniuntur post illam: non est ergo verisimile, esse intentionem Ecclesiæ præcipientis ieiunium ante communionem, ne Sacerdos possit reliquias sumere post ablutio- nem, quando moraliter oportuerit.

29. Rogabis tamen, cuius quantitatis debeant esse reliquiarum, vt tunc sumi possint: nam, si fuerint magna, videtur esse integra communicatio per se, & sic non licebit eas sumere, vt tenet Sorus vbi supra. Dicendum tamen est cum Soario supra allegato, & cum reliquis, non esse attendendam quantitatem, & magnitudinem reliquiarum; sed solum attendendum esse, an sint reliquiarum illius Sacramenti ab illo Sacerdote in ipso sacrificio consecrati: tunc enim consumi possunt, etiam si sint aliquantulum grandiusculæ: & de his reliquiis intelligendus est Clemens Papa in cap. Tribus gradibus, de consecrat. distinct. 2. vbi dicit, tot esse particulas consecrandas à Sacerdote, quot populo sufficiant; quæ autem super fuerint, esse consumendas ab ipso Sacerdote consecrante: & sensus est, esse consumendas illas reliquias, quæ inuenta fuerint. Sed quid, si reliquiarum fuerint, non ex illo sacrificio, sed ex alio præcedenti? Respondeo, regulariter loquendo, consumendas esse ante digitorum ablutio- nem, & consumptionem illius; si autem post sumptionem ablutio- nis repetere fuerint, & commode in sacratio recondi, & seruari non possint, quia celebratur forte in eremitorio, tunc consumi etiam possunt ab ipso Sacerdote, ne pereant; quia tunc datur necessitas ex parte ipsius Sacramenti, ne irreuerenter tractetur, conculetur, aut pereat. Ita Soarius supra allegatus, & Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 50. num. 2. fine.

30. Rogabis etiam, intra quod tempus possint consumi, an dum solum Sacerdos est in altari sacris vestibus indutus, vel etiam postea, præsertim si antea non vidit reliquias, quæ patenæ adhærebant: & eadem quæstio est, si Sacerdos post Sacramentum absolutum, per notabile temporis spatium Eucharistiam populo communicanti ministravit, v. c. per horam. Respondeo in primis, non esse dubium, posse Sacerdotem, qui post peractum sacrificium multo tempore fuit in altari, dispensando hoc Sacramentum populo, vasa purificare, & reliquias sumere, quæ ad præsens sacrificium pertineant; quia tota illa est vna actio moralis: si autem reliquiarum sint ex præcedentibus sacrificijs, consultus erit eas in sacratio referuare, vt antea seruabatur, si commode seruari possunt. Ita docet Soarius dicto tomo 3, disp. 68. sect. 6. §. Ad securandam. fol. 977. colum. 2. & idem Soarius ibidem ait, existimare se, non posse Sacerdotem, per se loquendo, prædictas reliquias sumere, postquam ab altari recessit: quia iam expleuit, perfecitque ministerium suum. Secus tamen esset ex accidenti, quando illæ non possunt conseruari sine maiori irreuerentia: in ea enim circumstantia non solum reliquiarum præsentis sacrificij, sed etiam præteritorum absumi possunt ab ipso Sacerdote non ieiuno, etiam postquam à multo tempore ab altari recessit.

31. Rursus rogabis, an possint huiusmodi reliquiarum inuentæ dari alicui ex his, qui communionem Eucharistia acceperunt, præsertim post sumptam aquam. Respondeo, huiusmodi reliquias dari, per se loquendo, non posse laicis post sumptam ablutio- nem: quia hoc non pertinet ad eorum ministerium: censetur enim eorum actio perfecte consummata in ipsa prima sumptione ipsius Sacramenti: quare nec illis etiam dandæ sunt post finitam communionem, etiam si ablutio- nem non sumperint, nisi simul dentur cum priori formula; quia tunc censetur vna moralis communicatio: post hanc verò primam communionem non possunt laici iterum communicare, per se loquendo: illa autem sumptio illarum reliquia-

Soar.

rum, est vera communicatio, si per se, ac separatim fiat. Ita Soarius citatus.

32. Tertius casus est, si occurrat extrinseca necessitas consumendi Sacramenti, v. c. hostium incursum infidelium, à quibus iniuriosè tractabitur tantum Sacramentum: tunc enim potest sumi non solum à Sacerdote non ieiuno post cibum, & potum; sed etiam à quolibet laico propriis manibus in defectu Sacerdotum; quod enim ob reuerentiam Sacramenti introductum est, non debet in maiorem illius irreuerentiam redundare: hic enim casus est veluti quædam extrema necessitas ex parte ipsius Sacramenti, vt patet; & idè in ea cessat obligatio cuiuscunque præcepti ecclesiastici.

CAPVT VI.

De munditia corporis necessaria ad susceptionem Eucharistia, absque pollutione; & an aliquis defectus corporalis sit impedimentum ad illam suscipiendam.

SVMMARIVM.

- In iure diuino, & ecclesiastico nihil præceptum est circa ornatum, aut gestum corporis, iis, qui Eucharistiam sunt accipiuri. num. 1.
- Decet tamen, vt ea modestia accedant, qua de se honestatem præferat. num. 2.
- Reprobatur mos nobilium feminarum Lusitania in communicando. ibid.
- Non arcentur à communione leprosi, neque deformes facie, aut corpore. num. 3.
- Sacerdotes tamen leprosi irregulares sunt ad celebrandum in publico. ibid.
- Hostia non est dentibus masticanda, nec digito Sacerdotis extrahenda, sed ablutio- ne deglutienda. num. 4.
- Decet, vt qui Eucharistiam accipiunt, non statim alios cibos comedant; non tamen est peccatum. num. 5.
- Pollutio inuoluntaria non impedit communionem. num. 6.
- Nec etiam sub veniali. ibid.
- Refertur opinio asserens, pollutionem lethaliter voluntariam habitam præcedente nocte, etiam post confessionem; sub mortali impedire communionem dici sequentis. num. 7.
- Soluuntur fundamenta illius. num. 15.
- Astruitur contraria opinio. num. 8.
- Duplex est pollutio voluntaria, & neutra impedit communionem sub mortali post confessionem. num. 9.
- An ille, qui nimis bibendo, aut comedendo, dedit causam pollutioni, & ante illam confessus est, teneatur, si postea euenierit, iterum confiteri, & an maneat impeditus ad communionem. num. 10.
- An pollutio incepta in somnis, reprimenda sit in vigilia sub mortali. num. 11.
- Qui deliberatè desiderat pollutionem ob delectamentum carnis, peccat mortaliter. num. 12.
- Quid, si desideret ob sanitatem, vel alium bonum, suum. ibid.
- Quid, si illa procreetur. ibid.
- An peccet mortaliter, qui non remouet causam, ex qua moraliter scit, aut timet sibi euenturam pollutionem. num. 13.
- Quid de Confessariis, quando audiunt surpia in confessionibus: quid de lectoribus, aut auditoribus. ibid.

*An peccet mortaliter, qui delectatur in præterita pollutione, ob sanitatem, vel delectationem. num. 14.*  
*Soluntur argumenta opinionis num. 7. vélata. n. 15.*  
*An copula coniugalis impediatur a communione. n. 16.*  
*Quid, si habeatur ob desiderium explendæ libidinis. num. 20. & 19.*  
*Quando sit peccatum mortale, vel non sit, negare debet. num. 17.*  
*An coniugi ebrio, amenti, aut furioso negari possit. num. 18.*  
*Copula coniugalis, mortaliter habita, si consecratur, an communionem sequentis diei impediatur. num. 19. & 20.*

1. **M**unditia corporis ad sumendam Eucharistiam, vel intelligi potest in vestitu, & gestu externo; vel in sanitate, & dispositione corporis absque deformitate. Et quidem de huiusmodi dispositione, & munditia corporali nihil est diuino iure statutum: quinimò, vt docet D. Augustinus episcopus in 18. cap. 6. & Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. in his, quæ spectant ad modum dispensandi hoc Sacramentum, & sunt extra substantiam illius, Christus Dominus nihil statuit: sed totum id Ecclesie dispositioni reliquit: Ecclesia verò adhuc nihil etiam hac de re statuit: nullibi enim in iure ecclesiastico inuenitur præcepta aliqua caremonia exterior communicantibus; neque quoad corporis gestum, habitum, & vestitum; neque quoad sanitatem, aut morbi qualitatem. Solùm tamen quoad Sacerdotes, quando extra sacrificium communicant more laicorum, reperitur præceptum sub pena excommunicationis inferendæ in Concilio Bracharensi III. cap. 2. vt stola & superpelliceo vtantur: & habetur in cap. Ecclesia, dist. 23. verùm prædictum Concilium Bracharense, & cap. Ecclesia loquuntur satis clarè de Sacerdote celebrante, vel communicante in Missa, solenni ritu: quare concludunt communiter Doctores contra Angelum, verbo, Sacerdotes, §. 4. non peccare mortaliter Sacerdotes in infirmitate instar laicorum sine stola, & superpelliceo communicantes. Et idem dicendum est, si communicent in aliquo sacculo occultè, & priuè. Ita Nauarrus in Summa, c. 21. n. 54. Syluester verbo, Sacerdos, §. 4. Graphis lib. 2. decif. aur. cap. 40. num. 4. Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 68. sect. 1. fol. 968. & nos latè diximus in cap. 4. huius libri, num. 5.

2. **Q**uanuis autem nihil sit præceptum in iure diuino, aut ecclesiastico circa vestitum corporis eorum, qui ad communicandum accedunt; decet tamen, vt eo vestitu, & modestia accedant; qui honestatem præferat: & idè in hac parte seruanda erit ecclesiastica consuetudo, si quæ alicubi detur: olim enim varia & multiplex erat, vt docet Claudius reper. 9. c. 7. hodie tamen nulla (quod sciam) viget in Hispania. Non probo tamen fucos, & fastus, quibus feminae dynasticæ in Lusitania communicare solent, præmittendo priùs ad Ecclesiam, in qua sunt communicaturæ, mundissima mantilia, & vrceolos deauratos plenos aqua ad sumendam ablutioem, quibus potius incumbendum erat, in curanda munditia cordis, quàm corporis, sub specie tanti fastus. De hoc tamen prouidebunt Pastores, & Prælati.

3. **C**ertè non horret Christus leprosos, & vlcibus plenos; neque eos, qui intus inuiti fluxum sanguinis, aut feminis patiuntur; neque menstruas, vt docet D. Thomas in 4. dist. 9. Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 49. numer. 1. & Tabiena verbo, Communicare, §. 29. neque horret deformes facie, aut corpore. Prohibetur tamen Sacerdos leprosus celebrare Missam publicè propter horrorem, quasi leprosus sit irregularis. Ita Nauarrus in Manuali Latino, cap.

D. August. Conc. Trid.

Conc. Br.

Angel.

Nau. Sylu. Graphis. Soarius.

Claudius.

D. Thom. Henric. Tabiena.

Nauarr.

27. numer. 202. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 49. num. 1. addit tamen Henriquez coram leprosis cessare rationem horrores, & posse illam celebrare.

4. **A**d procurandam corporis munditiam decens est, vt Sacerdos, ante celebrationem, lauet manus, & faciem; & qui sumunt, caueant, ne quid decidat, aut prolatur in terram. Caueant etiam, ne dentibus ardeant, aut masticent; sed reuerenter traiciant: non quòd peccatum sit dentibus artere, & masticare; sed ne quid dentibus adhæreat: si autem fortè quicquam palato, dentibus, aut etiam fundo calicis adhæserit illa particula, quæ ex tota hostia frangitur, & intra calicem immittitur; decenter est, vt per ablutioes iteratas, ac repetitas inde educatur, quàm tactu digiti Sacerdotis, vt passim Doctores animaduertunt, Henriquez allegatus, Henric. Tabiena verbo, Communicare, §. 24. Angelus verbo, Tabiena. Missa, 1. §. 47. Syluester verbo, Eucharistia, 3. §. 8. Gabriel lectione 10. in Canonem. Nauarrus capite 27. numer. 89. nullum tamen peccatum erit, nec etiam veniale, si digito Sacerdotis decenter inde extrahatur.

5. **D**ecet etiam, vt qui Eucharistiam accipiunt, non statim alios cibos, qui misceantur in stomacho cum speciebus Eucharistiae, ingerant: non tamen hoc est peccatum mortale, nec est præceptum, vt optimè attestantur Doctores, Henriquez citatus, Sotus in 4. distinctione 12. quæst. 1. art. 8. col. penultima. Ledesma. quæstione 21. art. 8. dub. 1. D. Thom. distinct. 8. quæstione 1. art. 4. quæst. 1. c. 3. Angelus verbo, Missa, §. 55. Armilla verbo, Communio, §. 10. Richard. in eodem 4. distinctione 8. art. 2. quæst. 4. nam apud Religiosos, qui vltimum Sacramentum faciunt, solent statim prandere: quod planè non efficerent, si peccatum mortale esset: nec etiam erit veniale, si cum aliquali causa fiat, vt patet.

6. **D**e munditia verò absque pollutione illud certum est, pollutionem nocturnam, vel diurnam, vel posse contingere sine culpa mortali, & inuoluntariè; vel voluntariè, & cum mortali culpa. Si contingat inuoluntariè, & sine culpa lethali, conueniunt omnes Doctores, non obligare sub mortali ad abstinendum à susceptione huius Sacramenti, etiam si contingat eodem die, quo Eucharistia est accipienda: quia neque ex natura rei hoc est intrinsecè malum, neque vllibi in iure positio est prohibitum. Aliqui verò censent, esse culpam venialem tantùm, communicare eodem die post pollutionem, etiam inculpabilem. Cuius sententiæ esse videtur D. Augustinus sermone 244. de tempore, vbi absolutè negat, licere: & postea ita inquit: Peccatum quidem est, sed tamen paruum est: neque enim dicimus esse capitale. Idem sentit D. Gregor. responsione 10. & 11. ad Augustinum. Alij dicunt, per se quidem non esse peccatum veniale; sed optimum consilium esse, eo die à communione abstinere: & hæc videtur esse mens D. Thomæ 3. part. quæstione 80. artic. 7. Dicendum tamen est, non esse consilium salutare, eo die abstinere à communione; & se priuare ea vtilitate, quam inde potest quisquam accipere; & satis esse, quòd homo tunc faciat id, quod in se est, vt dignè, deuotè, ac reuerenter accipiat: quæ enim causa tunc potest esse, vt abstinat? Distractio mentis non sufficit, cum inuoluntariè acciderit; & postea, per affectum, & deuotionem erga huiusmodi Sacramentum, deleri possit omninò. Macula relicta in animo etiam non potest sufficere: quia nulla relicta fuit, cum nullum peccatum in ea inuoluntaria pollutione detur. Quare nihil est, ob quod dicamus, optimum tunc esse consilium abstinere: imò potius dicendum est, optimum esse consilium tunc accedere dignè, deuotè, ac reuerenter. Ita docet

Henric.

Henric.

Henric.

Sot.

Ledesma.

D. Thom.

Angelus.

Armilla.

Richard.

D. Aug.

D. Gregor.

D. Thomæ.

D. Thom.

Henric.

Tabiena.

Nauarr.

q. 21. ad Gentes D. Iustinus Martyr, insignis, & Philosophus egregius, ibi: Non est æquum propter hæc inuoluntariam passionem abstinere à mysteriis. Et ita docet etiam Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 68. lectione 2. §. Ex hac enim. fol. 970. col. 1. Et ratio illius est: quia ipsa pollutio in se iam non potest impedire, nec de præcepto, nec de consilio, cum iam non exret; sed iam sit transacta. Videndum ergo erit, an maneat in effectibus; videlicet in distractione mentis, in cogitationibus importunis, & similibus: si non maneat in his effectibus, non est consilium abstinere: & quia hoc frequentius accidit in rudibus, & vulgaribus hominibus, hoc illis erit regulariter consulendum: at verò, si nihil huiusmodi pollutio reliquit, vel parum quidem, non est, cur communione priuentur: quod arbitrio prudentis Confessarij relinquatur, qui semper debet inclinare magis, vt homo communicet, quàm non communicet. Solùm animaduerto, posse nonnunquam Diabolum eam distractionem mentis post pollutionem transactam incitare, vt priuentur homo vtilitate, ac gratia tanti mysterij: quam obrem inclinet potius Confessarius, vt communicet, quàm vt non communicet.

7. **S**i pollutio, aut fornicatio voluntaria sit, duplex est opinio: quidam enim dicunt, peccatum esse mortale post pollutionem, aut fornicationem voluntariam, intra diem, naturale viginti quatuor horarum, ad communionem accedere, aut celebrationem sacrificij Missæ: quia toto isto temporis intervallo censetur inordinata natura, & corporis affectio atque complexio reordinari. Ita docet D. Thomas 3. part. quæstione 80. artic. 7. ad 3. & in 4. distinctione 9. quæstione 1. artic. 4. Alexander quæstione 47. memb. 1. artic. 1. Paludanus in 4. distinctione 13. quæstione 2. artic. 2. Adrianus quæst. 4. de Eucharist. fol. 25. inclinatur Gabriel lect. 10. in Canonem: docet, ac tenet Couarr. Clem. Si furiosus 3. part. in princ. cap. 7. & tenet olim Nauarr. in Manuali Latino, cap. 21. num. 50. & cap. 25. num. 93. sed in posteriori editione mutauit sententiam: & colligitur ex D. Gregorio in responsione ad Augustinum, Anglorum Episcopum, lib. 12. epistola 12. apud Gratianum, cap. 2. distinctione 16. & ibi Turcremata, & Iuo 2. part. cap. 52. Probatur primo: quia peccatum carnis, præter fecunditatem corporis, affert communiter magnam mentis distractionem; & idè D. Dionysius Areopagita cap. 3. ecclesiast. Hierarchia, à communione, & sacrificio Missæ magis carnales homines, quàm energumenos arceret: & D. Climacus gradu 15. citat canonem Apostolorum, afferentem, licere post peccatum hæresis, & penitentiam, expiationemque illius, statim Eucharistiam accipere: non ita tamen post penitentiam de peccato carnis. Secundo, quia magnum erit scandalum, si quis coram conficiis peccati mortalis communionem accipiat, vel sacrificet, si sit Sacerdos. Tertio, quia olim in lege veteri ex præcepto abstinere pollutus à panibus propositionis, 1. Regum, cap. 21. at quòd indecentius est, vt corpus Christi reponatur in corpore immundo, quàm vt panes propositionis, qui erant figura illius, ab immundis acciperentur hominibus? Quarto, quia iustissimè ob hæc causam potens prudens, ac seuerus Confessarius differte abolutionem huiusmodi voluntariè pollutis, & fornicariis: olim enim ob multò minores causas cum periculo reincidentiæ differebatur communicatio, & abolutio, vt propter facum, & ornatum ementiti capilli, & propter histionatum remouere iubet à communione Cyprianus lib. 1. epistola 10. ad Euarium, & lib. 3. epistola 14. & serm. de lapsis. Si ergo Patres ob hæc negabant abolutionem, quòd magis neganda erit communicatio ob voluntariam pol-

D. Iustin.

Soar.

7.

D. Thom.

Alexand.

Palud.

Adrian.

Gabriel.

Couarr.

Nauarr.

D. Dion.

Climac.

1. Regum.

Cyprianus.

Euarium.

Serm. de lapsis.

lutionem, quæ licet sit præterita; in effectu tamen, hoc est, in mentis distractione, & in importunis cogitationibus adhuc manet, animum perturbans ac commaculans.

8. **A**lij in secunda opinione probabiliori docent contrarium, & asserunt, præceptum Ecclesie, si quod olim hac de re fuit, consuetudine communi & vniuersali totius orbis esse abrogatum. Ita docet Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 51. num. 1. Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 68. lectione 3. §. Ex hac enim. fol. 970. col. 1. Sotus in 4. distinctione 12. quæstione 1. artic. 7. ad 4. Caietanus in Summa, verbo, Communio, in fine. Syluester verbo, Euchar. 3. §. 10. numero 12. sine, Gabriel lect. 10. in Canonem, & Nauarrus retractans se in vltima editione, in Manuali, cap. 21. numer. 51. & Syluester citatus asserit, D. Thomam locutum fuisse ex aliorum opinione, non ex sua. Speculum coniugale 3. part. artic. 17 & colligitur ex cap. Ad eum. distinctione 5. & ex cap. Testamentum. distinctione 6. de continentia docet etiam Bellarm. lib. 1. de Clericis, cap. 19. & passim omnes. Probatur primo: quia nocturna, vel diurna pollutio voluntaria, quæstionis graue peccatum, & mortale sit; tamen potest contingere, quòd homo mane, vel statim post pollutionem transactam verè doleat, & de illa peccet, & peccatum suum confiteatur: si ergo verè peccet, quæ causa erit, ob quam impediatur à susceptione Eucharistiae Sacramenti. Secundo, quia grauius peccatum est homicidium, & furtum, quàm pollutio voluntaria, & fornicatio: sed potest contingere, vt quis post furtum, & homicidium commissum statim verè peccet, & confiteatur; & huic non est neganda Eucharistia: cur ergo negabitur alteri Tertio, quia, cur post factam confessionem in fornicationis, aut pollutionis nocturnæ, vel diurnæ voluntariæ non licebit Sacerdoti celebrare, si causa subest, cum Missa cedat in bonum commune? Profectò non videri deo causam, ob quam non liceat.

9. **N**otandum autem bipartitam esse pollutionem voluntariam: alteram voluntariam in se, quando, scilicet, ipsa pollutio directè, & in se desideratur, procuratur, & intenditur: alteram voluntariam in causa, dum, scilicet, procedit ex incitante causa, v.g. ex calido alimento, ex gestu, ex accubitu corporis, vel ex alia occasione, in qua homo illam prouidet, & causam non reiecit: & tunc, licet ipsa pollutio in se, & directè non intendatur; intenditur tamen indirectè, & in causa, & vtraque est peccatum mortale, & non impedit sub præcepto, consuetudine ita interpretante, communionem; si de illa quisquam verè priùs peccet, & confiteatur: iam verò Sacerdos non impeditur à celebratione Missæ post veram contritionem, confessionemque, ob prædictam pollutionem, aut fornicationem externam, cum sæpè causa iusta celebrandi adsit ob bonum commune, in quod semper sacrificium Missæ redundat: rariùs tamen permitteatur priuata communicatio in laicis, cum peccatum veniale sit, præmissa confessione, & communicatio sine causa post prædictam pollutionem, aut fornicationem voluntariam, propter aliqualem irreuerentiam huius Sacramenti, ob corporis, & vasis immunditiam culpabilem, vt docet Henriquez allegatus, & Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. artic. 7. & Caietanus verbo, Communio, sine, & Nauarr. cap. 21. numer. 51. Si tamen causa rationalis communicandi subsit post factam confessionem talis pollutionis voluntariæ, aut fornicationis, v. c. si instet Iubileum, aut omnes sodales alicuius sodalitij sint ex instituto illius Eucharistiam accepturi, aut si quis timeret se in maiora peccata, & grauiores tentationes casurum, nisi sacrosanctam Eucharistiam suscipiat; profectò nullum erit peccatum, nec veniale quidem, tunc communicare. Et idem dicendum

Henric. Soarius.

Sot.

Caiet.

Sylu. Gabriel.

Nauarr.

9.

1. Regum.



dum est, quotiescumque datur causa rationabilis, quæ illud peccatum veniale destruat, ac tollat.

10. Sed petes, an, si quis post longum cibum, ac potum, quo præuidet certò pollutionem sibi euenturam, statim præcedenti nocte confiteatur, & dicat, se dedisse causam culpabilem pollutioni, quam inter esum, & potum futuram præuidebat; & absoluat à Confessario, imposita salutari penitentia, teneatur postea prædictam pollutionem confiteri, si illa postea sequatur? Affirmat Sotus allegatus: quia est peccatum operis. Negat melius Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 5. num. 2. littera H, ad marginem: quia declarauit in confessione totum peccatum, & omnes circumstantias illius, & per penitentiam, & confessionem fuit causa illius recisa, & idedò opus externum, & effectus pollutionis, qui postea fuit secutus, fuit effectus naturalis illius esus, & potus, & inuoluntarius & inculpabilis omninò, & idedò non imputabitur iustè ad culpam. Et hæc opinio Henrici videtur vera: ratio enim illius conuincit. Quamobrem, is quidem, si nihil aliud de nouo accedat, poterit ad Eucharistiam postea accedere: quauis optimum consilium sit, in eo casu confessionem præmittere, si commode possit.

11. Sæpè solet contingere, & incipere pollutio inuoluntaria in somnis, & effusio in vigilia. Si hoc modo incipiat, affirmat Emmanuel Sà verbo, *Luxuria*, numer. 11. non teneri vigilantem illam effusionem reprimere; sed sufficere, non placere: quia incepit sine peccato, & inuoluntariè; illa verò effusio est effectus naturalis illius causæ inculpabilis. Afferit tamen Toletus lib. 5. Summæ, cap. 13. num. 1. non teneri quidem reprimere, si potestatem non habet cohibendi, quia somno oppressus est; aut si habet, est tamen imperfecta, quia semisomnus est, & nondum perfecto iudicio vitur: at verò, si est iam facti sui compos, & in perfecto iudicio, teneri sub mortali cohibere propter morale periculum consentiendi: crederem tamen, opinionem Sà probabilè esse in eo casu, in quo quis certus est moraliter, quòd non consentiet.

12. Trifariam igitur potest pollutio in antecedentibus esse peccatum mortiferum. Primò, in desiderio. Secundo, in procuratione. Tertio, in non remouendo causam præuisam. In desiderio, vt si quis deliberatè desideret habere pollutionem ob carnis delectationem: & hoc modo est grauissimum peccatum mortale; quia desiderium delectationis carnalis, est eiusdem malitiæ cum copula fornicaria: unde, sicut ipsa copula ob delectationem carnalem concupita est peccatum lethale; ita & desiderium pollutionis ob similem delectationem peccatum lethale est. Dixi, ob delectationem carnalem: quia, si quis optet, ac desideret, vt sibi noctè pollutio contingat sine sua culpa ob bonum aliquem finem, v.g. ob sanitatem, & exonerationem corporis, ob mitigationem libidinis, & tentationum, quibus caro in nos rebelles excitat discordias, effrenatæque incensura immittit, vel ob alium bonum finem, non est illicitum, sed licitum, vt optimè adnotauit Nauarr. in Manuali, cap. 16. numer. 7. Angelus verbo, *Pollutio*, numer. 2. Syluester ibidem: Sà verbo, *Luxuria*, numer. 12. Toletus lib. 5. Summæ, cap. 13. numer. 2. D. Antoninus 2. part. titulo 6. cap. 5. quauis Sotus aduersam partem tueatur, & existimet, esse peccatum mortale in 4. distinctione 12. quæstione 1. art. 7. Sed opinio Nauarr. vera est, modò in tali desiderio habitò ob bonum finem, non detur procuratio prædictæ pollutionis: in procuratione enim illius semper datur peccatum mortale; quauis ob bonum finem procuret. Hinc, si accumbas tali, vel tali sinu, si vescais cibis calidis; si legas, vel audias turpia, eo animo, & intentione, vt noctu tibi pollutio contingat

Nauarr. Angelus. Sylu. Sà. Tolet. D. Anton.

ob prædictam sanitatem corporis, vel mitigationem libidinis incendij, vel ob alium bonum finem, peccatum lethale est: quia id nihil aliud est, quàm procuratio pollutionis: procurare autem pollutionem, etiam ob finem bonum, semper est peccatum mortale, vt optimè animaduertunt Toletus, & Syluester allegati, & Lessius lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuriae, dubio 14. numer. 93. Dices: Licetum est, desiderare pollutionem desiderio simplici ob bonum finem, vt supra diximus: ergo & procurare: quod enim licitum est desiderare, licitum est procurare, maximè quando honestatur intentione boni finis. Respondeo, non valere consequentiam: sicut non valet ista consequentia: Licitum est desiderare mortem huius hominis iniqui, qui mihi viam iniustam infert: ergo licitum est mortem illius procurare, & illum occidere. Et sic obiter egimus de desiderio, & procuratione pollutionis, vt proposuimus in secundo modo.

In non remouendo verò causam futuræ pollutionis primò potest quis peccare lethaliter, si non remoueat ea, ex quibus certò moraliter scit sibi pollutionem euenturam: v.g. experitis sæpè, si talem cibum comedas, vel potum bibas, vel si sic accumbas, tibi euenturam pollutionis labem, idque benè animaduertis, comedendo, bibendo, ac taliter accumbendo; mortaliter peccas, nisi eas causas remoueas: quia, qui vult causam positiuè, vult etiam effectum illius, vt diximus numer. 9. Si dubitas tamen de futuro euentu prædictæ pollutionis, non erit peccatum mortale, sed veniale, non remouere. Sic Toletus lib. 5. cap. 13. num. 3. & Syluester allegatus. Causa verò huius rei est: quia iam præuidebas illum effectum moraliter futurum, & liberum tibi planè erat illius causam auferre, & remouere: ergo, si non abstulisti, voluisti illum in causa: nam, vt effectus sit voluntarius in causa, satis est, quòd præuideatur ex illa futurus, & quòd illa possit liberè auferri, & non auferatur. Vnde non probò opinionem Sà verbo, *Luxuria*, numer. 12. asserentis, non esse mortale, comedere illa, ex quibus credatur secutura pollutio, modò illa in se non intendatur: nisi forte loquatur, quando dubiè id credebatur; aut, quando non ita facile possis eam causam auferre, ac remouere: nam, si aliter dormire non possis, quàm taliter accumbendo; si alios cibos non habeas nisi illos, unde pollutio tibi solet moraliter contingere; aut, si habeas, sunt tamen tales, ob quos dolorem capitis acerbum, aut ægritudinem contrahas; profectò in meliori opinione non teneris abstinere ab illis, aut à tali modo accumbendi, vt docent graues Auctores. Sotus in 4. distinct. 12. quæstione 1. artic. 7. Toletus lib. 5. cap. 13. Summæ, numer. 4. Lessius tom. 1. lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuriae, dub. 14. numer. 98. Et ratio est: quia, quando res est de se bona, aut non est, absolutè loquendo, mala; sed indifferens, & non sumitur ea intentione, vt similis effectus eueniat, & alioqui auferri non potest, sine graui detrimento nostro, illam non tenemur auferre sub mortali: talis autem est ille cibis, modòque accumbendi, vt patet: ergo, &c. Ex hoc principio tradunt Doctores, non teneri Confessarios suum officium relinquere, aut à confessionibus abstinere, nec scholasticos studium, nec Magistrum lectiones dimittere, etiamsi ob id pollutiones præter intentionem, & procurationem patiantur. Ita Lessius citatus numer. 98. Toletus item citatus num. 4. & Sà supra allegatus num. 8. De scholasticis tamen addit Toletus, & benè, teneri quidem illos studium remittere ad tempus, si ob curiositatem studeant; non tamen ob necessitatem. Idem dicendum est de Medico, Chirurgo, & veredariis, quando ex equitatione illis hoc frequenter euenit: non enim tenentur huiusmodi homines suum officium

Lessius.

13.

Toletus.

Syluester.

Sotus.

Toletus.

Lessius.

cium dimittere, si tale quidpiam patiantur: nam neque hæc ex natura sua sunt dispositiones necessariae ad talem effectum, neque talis effectus ab illis per se intenditur; sed ex miseria natura id prouenit, vt optimè docet Nauarrus in Manuali, cap. 16. num. 17. & Lessius allegatus.

14. Animaduertendum tamen est, in complacentia transactæ pollutionis posse esse peccatum mortiferum: nam, si complaceas ob delectationem carnalem, quam inde sentis, lethaliter delinquis, quauis pollutionem non procuraueris, neque desideraueris: si tamen in illa complaceas, non ob delectationem, sed ob sanitatem, & mitigationem libidinis incendij, nullo modo est peccatum, nec mortale, nec veniale. Sic Nauarrus, Toletus, & Syluester locis allegatis: nam, quod licitum est desiderare, licitum est etiam de illo complacere; non tamen è contra licitum est facere, & procurare, vt diximus numer. 12. & docet Lessius lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuriae, dub. 14. numer. 105. Sæpè autem contingit accidere pollutiones hominibus vigilantibus, illis non volentibus, nec complacentibus; sed tantum inuitè patientibus: hoc de se non est peccatum, nec impedit susceptionem communionis, vt supra dixi; sed est miseria corporis humani, eiectioneque natura, quam si patienter feras, & consensum cohibeas, erit tibi magni meriti: nam, vt inquit D. Hieronymus epistola 9. ad Saluimam: *Ene, iure, hominis est, non consentire, Christiani hominis est.* Hæc extra chorum aliquantulum adnotauimus, rogati, ac petiti, ad tollendos hominum serapulos.

Lessius.

15. Argumenta primæ opinionis numer. 7. exposita parum conuincunt. Ad primum dico, eam mentis distractionem satis cohiberi posse per dolorem, & penitentiam, & per auxilium eucharistici Sacramenti: quòd si non cohibeatur, tunc consilium erit abstinere à communionem: non tamen præceptum aliquod, quòd ad mortale obliget. Ad secundum dico, nos nihil loqui de scandalo; sed leclulo illo: vbi enim scandalum interuenit, tunc consilium erit scandali, non luxuriæ: nos autem de peccato pollutionis, & specie luxuriæ loquimur: non scandali. Ad tertium respondeo, olim vigiisse illud præceptum in lege veteri, & etiam aliquando simile præceptum vigiisse in lege noua gratiæ; abrogatum tamen fuisse propter rationes in secunda opinione tactas, quæ planè concludentes sunt. Ad quartum respondeo, adhuc etiam posse Confessarios, si ita iudicauerint expedire ad salutem penitentis, communionem differre; non ob peccatum, cum iam per veram confessionem remissum sit, ac condonatum; sed, quia forte timent periculum recidiuæ, vel ob alias extrinsecas circumstantias. Et ad Patres respondemus, eos ita fecisse olim; vel, quia existimabant, veram esse primam opinionem; vel, quia iudicabant dari periculum recidiuæ; & idedò prudenter communionem in eo casu differre: quod quidem periculum non tam crebrò datur iis, qui ab hæresi conuertuntur, & idedò illi statim ad communionem admittebantur, vt auxilio tanti Sacramenti magis in vera fide firmarentur, quàm crebrò datur in iis, qui in voluntariam pollutionem incidunt, maximè si de hoc vitio notati sint, contra quod vix aliud remedium inuenire poteris efficacius, quàm si eis frequentes confessiones iniungas.

16. Copula coniugalis habita ob prolis procreationem, aut ob debiti coniugalis redditionem non impedit communionem, sub peccato mortali. Ita Henricus lib. 8. Euchar. cap. 1. num. 3. Sà verbo, *Debitum*, numer. 20. Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 7. sine. Erit tamen peccatum veniale, tunc communicare, si ea nocte copula præcesserit, nisi subsit causa communicandi, vt, v.c. quia vget præceptum Paschæ; quia

Henricus. Sà. Sotus.

comparatur Iubilæum; quia ex statuto alicuius sodalitiij omnes sodales Eucharistiam sunt accepturi; aut alia causa similis, quæ destruat illam culpam, illamque cohonestet. Ratio est: quia non licet negare debitum, etiam pridie ante communionem, si conuix precibus diuertere coniugem non potest: est enim peccatum lethiferum negare debitum coniugale coniugi petenti, apertè, vel occultè, v.c. per nuntius, aut leuia signa, vt docent communiter Doctores, Sà verbo, *Debitum coniugale*, num. 10. Henriquez allegatus, D. Thomas 3. p. quæst. 80. art. 7. ad 2. quod intelligendum est, nisi detur causa rationabiliter excusans, vt periculum morbi, phthisis, vel lepræ, aut alterius morbi infectiui, & qui facile contrahi possit; imò licebit tunc torum separare, vt Doctores communiter affirmant, Sà verbo, *Debitum*, n. 15. Syluester ibidem, 2. numer. 10. Coniugi autem amenti potest alter reddere, si velit; sed non tenetur: quia non liberè petit, neque actu humano, vt docet Sà citatus num. 16. quauis Capua contrarium teneat lib. 2. de cisionum, cap. 84. n. 4. & Syluester verbo, *Debitum*, 2. versus finem. Sed forte intelligendi sunt, quando coniux sciebat, coniugem esse amentem, & nihilominus voluit illum in maritum habere; aliàs sententia Sà videtur bona.

Sà.

Capua.

Non est autem mortale, aliquando negare debitum: primò, si sapissimè, & molestissimè petatur: secundò, quando coniux in petitione moderata non intendit obligare ad mortale: tertio, quando plures iam sunt filij, quàm alij, ac sustentari possunt. Excipe tamen in omnibus his casibus, nisi sequatur periculum incontinentiæ, vel in coniuge petente, vel negante: si enim hoc periculum detur, profectò mortale erit non reddere, & negare. Ita docet Sà verbo, *Debitum coniugale*, num. 19. Sylu. ibid. num. 10. Graphis lib. 2. de cisionum, cap. 84. num. 4.

17.

Sà.

Sylu.

Graphis.

18.

Quod diximus de coniuge amente, dicendum est etiam de ebrio, & furioso: potest enim illi coniux debitum reddere, si vult, non tamen tenetur; modò periculum ab sit, quòd ebrius ante ebrietatem: aut furiosus extra furorem non effundat semen, & voluntariè polluat: nam, si periculum ad sit labendi in incontinentiam, tenetur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere, vt optimè animaduertit Sanchez lib. 9. de debito coniugali, disputatio 13. numer. 10. Vega 1. parte Summæ, cap. 18. casu 12. quauis id mihi durum admodum videatur, propter graueolentiam, & ingentem molestiam: nam ea obligatio in eo casu solùm videtur esse de charitate, ad vitandum peccatum in altero coniuge, quod non tenetur vitare cum tam graui detrimento suo: ratio enim petendi ex iustitia, & obligatio reddendi ex eadem iustitia impedita est per ebrietatem, & furorem correptitum: quia non est actus humanus, liber, & ratione formatus, ea petitio, quæ sit sine intellectu, & ratione: cum autem non sit actus humanus, nec liberè petat, ex iustitia non potest petens obligare: sic debitor non tenetur reddere debitum pecuniæ ebrio petenti, dum ebrius est; non, quòd tollatur obligatio soluendi ex iustitia absolutè; sed, quòd tunc sit impedita, dum alter ebrius est.

Sanchez.

Vega.

Non obstantibus tamen iis, quæ numer. 16. diximus, adhuc sunt nonnulli Doctores, qui existiment, copulam, & commercium coniugale præcedenti nocte habitum, impedire sub culpa mortali communionem sequentis diei. Probant ex cap. *Vir cum propria*, 33. quæstione 4. deducto ex responsionibus D. Gregorij Papæ ad Augustinum Anglorum Episcopus, & ex Paludano in 4. dist. 9. quæstione 3. & Palud. ex D. Thoma 3. part. quæst. 80. art. 7. ad 2. Verùm ibi D. Thomas satis apertè dicit, si copula coniugalis habeatur causa prolis generandæ, vel causa reddendi debiti,

19.

D. Greg.

Palud.

D. Thom.

debiti, non magis impediri communionem, quam pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato. Dixerat autem ibidem ad primum, pollutionem nocturnam, quæ sine peccato accidit, non reddere impeditum ad communionem sub mortali; sed tantum sub quadam congruitate, & veniali: si verò habeatur causa voluptatis, & ex libidine. tunc quidem, ait D. Th. prohiberi debent coniuges, ne accedant ad hoc Sacramentum. Hæc ille. Quibus verbis satis ostendit, esse peccatum mortiferum, in ea circumstantia libidinis, & voluptatis, Eucharistiam accipere, & arcehdos esse, ac prohibendos coniuges ab illius susceptione: non tamen, si illam copulam habeant causa reddendi debiti, & generandæ prolis. Probat deinde ex cap. Scius, 33. quæst. 4. deducto ex D. Hieronymo super Matthæum, ubi D. Hieronymus ait: Si panes propositionis ab his, qui uxores tetigerant, comedere non poterant: quanto magis ille panis, qui de cælo descendit, non potest ab his, qui conjugaliibus paulò ante habere complexibus? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes Agni immaculati manducaturi sumus, vucare à carnalibus operibus debeamus. Et huius opinionis videtur etiam Lyranus 2. Regum, cap. 6. ubi dicit, Ozam ideò percussum, & occisum fuisse à Deo ob tactum Arca; quia præcedenti nocte cognouerit uxorem: vnde infert, commercium conjugale reddere ineptos coniuges ad communionem, sicut reddebat olim ad tractanda sacra, & edendos panes propositionis. Citatur etiam pro hac opinione D. Hieronymus contra Iovinianum, & Apologia contra eundem: sed D. Hieronymus dicta Apologia ita ait: Scio Roma hanc esse consuetudinem, ut fideles communicent omnibus diebus, etiam post coitum coniugalem, quod nec laudo, nec reprehendo.

D. Hieron.

Liranti.

20.

At dicendum est, quod iam supra dictum manet n. 8. in secunda opinione; etiam si in copula conjugali, præcedenti nocte habita, fortè committatur culpa mortifera ob libidinis excessum, eò quod præcisè habeatur causa explendæ libidinis, non præciandæ prolis, aut reddendi coniugij debiti; tamen post confessionem non esse peccatum mortiferum altera die communionem accipere, nec esse arcehdos coniuges sub mortali culpa à susceptione Eucharistiæ; sed tantum sub veniali; propter rationes ibi tactas: si enim non est peccatum mortale post pollutionem voluntariam, præmissa confessione, altera die ad communionem accedere, ut ibidem diximus; nec etiam erit post copulam mortalem, præmissa prædictâ confessione, eandem accipere. Rationes, & Auctores ibi vide: non enim hic apponuntur, ne actum iterum agamus. Solum ergo erit peccatum veniale, si post congressum spontaneum, cum quadam distractione mentis Eucharistiam accipiant: quod peccatum veniale facile destruetur propter aliquam rationem convenientem: vt, v. c. si frequenti die comparatur Inubileum, si ex statuto alicuius sodalitiij communicari sint coniuges, si virgeat præceptum Paschæ, vt diximus num. 9. & docet Henricq. libr. 8. Eucharistiæ, cap. 5. num. 3. quem vide.

Henricq.

CAPVT VII.

Utrum licitum sit laicis quotidie communicare: es agitur de deuotione mentis ad communionem requisita.

SVMMARIVM.

Ex parte Sacramenti vtilium est, quotidie communi-

care, quam non communicare: & idem dicendum est ex parte suscipientis, si detur debita dispositio. num. 1.

Requiritur ad id iudicium prudentis Confessarij, & quare. num. 2.

Proponuntur dubia in contrarium. num. 3.

Soluntur eadem dubia. num. 4.

Ecclesia secundum diuersos status, & tempora, diuersa præcepta imposuit circa tempus, quo deberent fideles communicare. num. 5.

Patres absolute consulunt, communicandum esse semel in hebdomade, aut bis in mense: non tamen damnant illos, qui dignè, & reuerenter quotidie communicant. num. 6.

Que sit debita dispositio ad communicandū quotidie. ibid. vers. Prudens verò. num. 6.

Confessarius an possit prohibere laico vita probatissima, ne quotidie communicet. num. 7.

Reiicitur Caietanus ibidem, qui id affirmat. ibid.

Prelati iure prohibere possunt, ne laici quotidie communicent, & quare. num. 8.

Quid faciendum est suscipienti ante, & post communionem susceptam. num. 9.

Quando quis maiori gratia, deuotioneque accedit, maiorem etiam gratiam participat ex opere operato. num. 10.

Durante etiam Christi presentia sub speciebus in peccatore, eò magis augetur gratia ex opere operantis in illo, quò magis Deum adorauerit. ibid.

Nulli, etiam si Sacerdos sit, licet extra Missam bis in die communicare. num. 11.

Sacerdotes ex privilegio ter in die Nataliij Domini communicant, & celebrant. ibid.

D. Leo Papa septies, aut nouies in die celebrabat, & quare. num. 12.

Nulla diei hora, etiam post meridiem, prohibetur ille, qui ieiunus est, communicare. num. 13.

Secus de celebratione Missæ remissimè. ibid.

Questio solùm procedit de laicis: nam in Sacerdotibus locum habere non potest, cum quotidie sacrificium Deo offerant, & in eo communicent. Dicendum ergo est ex parte Sacramenti, cuius virtus hominibus est ad modum salutatis, vtile esse quotidie communicare; imò vtilius esse quotidie communicare, quam non communicare: ex parte verò sumentium requiritur magnus mentis affectus, conscientia pura, & magna reuerentia ad hoc, vt possint ad huiusmodi Sacramentum dignè, & reuerenter accedere, ita vt sciant homines, se maximam reuerentiam debere ei, quem proni adorant Angeli, venerantur Cherubini, cælorumque Potestates reuerentur humilissimè; ad cuius videlicet, corpus sumendum accedunt: & ideò si quis se quotidie paratum ad tantum Sacramentum, ea conscientia puritate, qua decet, excipiendum, inueniat, laudabile profectò esset quotidie communicare, de iudicio & consilio prudentis Confessarij. Ita docet D. Thomas 3. p. quæst. 80. art. 10. in corpore. Henricq. libr. 8. Eucharistiæ, cap. 53. Sotus in 4. dist. 12. artic. 10. Tab. verbo, Communicare, §. 5. fauet Concilium Tridentinum sess. 22. c. 6. Cæteros vide apud Henricum ad marginem, littera A, n. 1. docet etiam D. August. in serm. 28. de verbis Domini, paulò ante medium tomo 10. ibi: Accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit: panis enim quotidianus est. Sic tamen viuere, vt quotidie mercaris accipere. Et idem docet etiam D. Ambrosius libr. 4. de Sacramentis, cap. 6. tom. 4. ibi: Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur: deo semper accipere: qui semper pecco, deo semper habere medicinam. Probat facile: quia Christus Dominus sub specie panis, & vini hoc Sacramentum instituit, & per modum conuiuij, & docuit

D. Thom. Henricq. Sotus. Tabiona. Conc. Trid. D. Aug.

docuit in oratione Dominica, vt hunc panem quotidie à Deo peteremus: de illo enim interpretantur Patres, & præsertim D. Augustinus citatus illa verba, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ergo ideò illud in pane instituit, vt ostenderet, nos non minùs indigere hoc pane, & cibo spirituali, quam temporali: sed pane materiali, & corporali quotidie indigemus: ergo etiam hoc pane spirituali quotidie egebimus, & licebit edere.

Sed, quia in multis hominibus plurima dantur impedimenta deuotionis necessariae, & dispositionis ad hoc Sacramentum suscipiendum, ideò requiritur iudicium prudentis Confessarij, ne aliquis in re tam graui excedat, aut erret, aut à Dæmone facile illudatur: id tamen facere absque iudicio Confessarij, supposita legitima, ac necessaria dispositione ex se, & ex obiecto, nullum erit peccatum, nec veniale quidem; quanuis aliunde, propter periculum illusionis, peccatum sit graue, vel leue, iuxta maius, vel minus periculum.

Oppones contra hanc doctrinam: Videretur, quòd ex se, & ex obiecto, etiam supposita optima dispositione bonæ conscientia, non liceat quotidie communicare. Primò, quia, sicut Baptismus repræsentat passionem, & mortem Christi, sic etiam repræsentat hoc Sacramentum: sed non licet pluries vnum baptizare, sed semel tantum, quia Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt ait D. Petrus 1. cap. 3. ergo etiam non licet quotidie sumere. Secundò, quia veritas debet respondere figuræ: sed hoc Sacramentum est figura agni Paschalis, qui non nisi semel in anno manducabatur: ergo videtur, quòd non liceat quotidie hoc Sacramentum sumere, sed semel in anno. Tertio, quia ex statuto & præcepto Ecclesiæ tenentur fideles tantum semel in anno communicare, vt ex cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. constat: sed Ecclesia in suo præcepto declarauit id, quòd licitum erat, & laudabile: non ergo licitum esse, nec laudabile, quotidie hoc Sacramentum sumere. Quarto, quia huic Sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima præ cæteris reuerentia debetur: ad maiorem autem reuerentiam pertinet, quòd aliquando aliquis ab illo abstineat, quæ enim sapiùs tractantur, vilescunt, iuxta illud: Nimia familiaritas parit contemptum, & ideò laudatur Centurio, quòd dixerit Matthæi 8. Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, laudatur quoque D. Petr. Lucæ 5. quòd dixerit: Exi à me, Domine, quia homo peccator sum. Non ergo est laudabile, quòd homo quotidie hoc Sacramentum sumat.

Ad primū respondeo, licet vtrunque Sacramentum Baptismi, & Eucharistiæ repræsentet mortem Christi, qui semel tantum mortuus est; esse tamen diuersam rationem, quoad vsum, & susceptionem vtriusque, quæ diuersa ratio ex ipsa Christi institutione petenda est: nam ex institutione Christi Sacramentum Baptismi ita illius mortem, ac passionem repræsentat, vt conferat characterem; quòd non ita est in Eucharistia: & ideò Sacramentum Baptismi iterari non potest; potest autem, & debet quotidie suscipi Sacramentum Eucharistiæ, cum non conferat characterem, & cibus sit anime, ad quotidianum illius vsum institutus: cum enim quotidie homo peccet, quotidie eger auxilio huius Sacramenti, ne peccet. Ad secundum respondeo, agnum Paschalè fuisse figuram huius Sacramenti, quantum ad passionem Christi, quæ in hoc Sacramento repræsentatur, & ideò semel tantum in anno edebatur, quia Christus Dominus semel tantum mortuus est, & propter hoc etiam Ecclesia semel tantum in anno memoriam passionis Christi colit: in hoc autem Sacramento traditur nobis memoria passionis Christi P. Steph. Fagundes, in quinque vrac. Eccl. H H h prælan

per modum cibi quotidiani figurati in manna: quare supposita debita dispositione quotidie debet sumi, iuxta illud D. August. serm. 28. de verbis Domini, parum ante medium, tom. 10. Iste panis quotidianus est: accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit. Ad tertium dico, Ecclesiam statuere, vt fideles semel tantum in anno ex præcepto communicent, non quòd quotidianam damnet communionem; sed, quia paulatim ita refriguerat charitas in ipsis fidelibus, vt nisi illis hoc præceptum imponeretur, numquã profectò in tota vita tam salutare Sacramentum susciperent: vnde optat maximè Ecclesia renouari apud fideles antiquum morem primitiue Ecclesiæ, communicandi quotidie, vt patet ex Concil. Trid. sess. 22. cap. 6. & sess. 13. cap. 8. non cessat ad frequentem vsum communionis exhortari fideles: & ideò præcipuum Concionatoris munus est, exhortari fideles à frequentiam tanti Sacramenti, vt docent Patres, Ignatius ad Ephesios. Chrysostom. homil. 5. in 1. ad Timotheum. Cyprianus, & Bernardus in sermone in cœna Domini. Innocent. lib. 4. cap. 42. & alij. Ad quartum dico, res diuinas in eo differre ab humanis, quòd res diuinae, quòd magis tractantur, & noscuntur, eò magis in maiori aestimatione, pretio, & reuerentia sunt; res verò humanæ sapiùs atrectate vilescunt; laudantur verò Centurio, & Petrus, quia ex affecto, & seruore humilitatis hæc dixerint: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. & Exi à me, Domine, quia homo peccator sum. qui tamen hos laudant, profectò illos non vituperant, qui ex vehementi amore in Deum assurgunt in desiderium & exercitium quotidianum sumendi quotidie Christum in hoc Sacramento dignè & reuerenter.

Notandum verò est, secundum diuersos status Ecclesiæ, diuersa circa sumptionem, & vsum, ac frequentiam huius Sacramenti præcepta ab ipsa Ecclesia successiuis temporibus emanasse. Nam in primitiua illa Ecclesia, quando ob Christi sanguinem recenter effusum magna vigeat deuotio, præceptum fuit, & cõsuetudo, vt quotidie fideles communicarent, vt probat Anacletus Papa, qui fuit quartus à Petro epist. 1. ad medium, quæ est in tomo 1. Conciliorum, & habetur in cap. Peracta de consecrat. dist. 2. ubi Gratianus, & omnes Canonistæ, & idem præceptum significat D. Clemens Papa lib. 8. Const. cap. 18. aliàs 20. & D. Thom. 3. p. q. 80. art. 10. ad 5. & ex pœna statuta dicto cap. Peracta colligitur præceptum. Pœna autem statuta erat, vt excluderentur à limitibus Ecclesiæ illi fideles, qui peracta Missa non communicabant: postea verò, diminuto fidei seruore, & quia multi propter impedimentum se excusabant facile, cessauit obligatio præcepti, & id arbitrio cuiusque relinquebatur, & tandem mos inualuit, vt fideles quater in hebdomade communicarent, cuius n. oris testis est D. Basilius epistola ad Cæsariam Paticiam: Nos quater in hebdomade communicamus, nimirum, feria quarta, sexta, Sabbatho, & Dominica, ac in alijs diebus, si qua memoria fuerit Sancti. & in his diebus, quibus Eucharistiam accipere solebant, ieiunio operam nauabant, vsque ad nonam, id est, vsque ad horam tertiam post meridiem, vt colligitur ex Diuo Epiphanio lib. 3. contra Hæreticos, tom. 2. ad finem libri, ibi: Synaxes ordinate sunt ab Apostolis feria quarta, & sexta ad horam nonam, & Dominicam post matutinas, & tunc ieiunatur feria quarta, & sexta. Successu etiam temporis, refrigescente adhuc magis charitate: ter tantum in hebdomade fiebat Missæ sacrificium, alicubi etiam bis; nempe, in Dominica, & Sabbatho, vt apud Græcos, vt refert D. Augustinus tract. 26. in Ioannem, & Epist. 118. ad Ianuarium, cap. 2. in alijs vero diebus hebdomadis fiebat tantum sacrificium

D. Aug.

Conc. Trid.

D. Ignat. D. Chrys. D. Cyprian. D. Bern. Innoc.

5.

Anaclet.

Gratian.

D. Thom.

D. Basil.

D. Epiph.

D. August.

*Carranc.* præsanctificatorum, vt refert Carranca super 6. *Leo Tusc.* Synodum.c.52.& Leo Tuscus super Liturgiam D. *Chryf.* Chrysofomi, sine. Postea Fabianus Papa indulfit, vt si non sapiens, saltem ter in anno, fideles communicarent, scilicet, in Paschate, Pentecoste, & Natalio Domini, vt patet ex cap. *Et non frequenius.* de consecrat. dist. 1. & docet Diu. Thom. 3. part. quæst. 80. artic. 10. ad 5. Aliquando etiam in Dominicis tantum diebus communicatio fidelibus dabatur, vt patet ex D. Iuliano Martyre Apologia 2. pro Christianis ad Antoninum; & id consultit D. August. lib. de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 53. & Innocentius lib. 2. cap. 29. & Concilium Matiscōnense II. cap. 4. & D. Bonauentura lib. 2. de profectu religionis, cap. 78. quod nunc nostræ Societatis constitutio suis Religiosis præscribit; est enim dies Dominicus in memoriam Resurrectionis Christi ad communionem aptissimus; & præter dies Dominicos etiam omnibus diebus festiuis Apostolorum, & Deiparæ Virginis, & nonnullorum Martyrum insignium præcipit nostra Societas suis Religiosis in suo Statuto Eucharistiæ communionem. Tandem statuit Innocentius IV. in cap. *Omnis vrinusque sexus.* de pœnit. & remissionibus, deducto ex Concilio Lateranensi cap. 2. vt saltem semel in anno fideles in Paschate communicent; & idipsum statuit etiam Concilium Tridentinum sess. 13. canone 9. & sess. 21. cap. 4. Nec tamen Ecclesia per hoc vetat amplius communicare; sed obligat, & fastidiosos inuitat, vt saltem semel in anno, dum vrget præceptum, suscipiant Eucharistiæ; quam tamen moram satis carpit D. August. serm. 28. de verbis Domini, & Fabianus Papa cap. *Et non.* de consecrat. distinct. 1. & Concilium Turnonense c. 50. & Agathense cap. 1. & Elibertinum cap. *Omnis homo.* de consecrat. distinct. 2.

6. Absolutè verò consulunt Patres communicare semel in hebdomade, aut bis in mense, iuxta prudentis Confessarij arbitrium; non tamen, vt optimè animaduertit Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 53. num. 2. nimis censeri debet, si quis dignè & deuotè quotidie communicet, vt mos erat in primitiua illa Ecclesia: in ea tamen re requiritur sapientis, ac prudentis Confessarij arbitrium. Enimverò in re tanta non decet hominem esse arbitrum in propria causa: prudens verò Confessarius ad hoc non requirat in homine fragili, & luteum vas portante diuinam, aut angelicam puritatem; sed satis est ea conscientiæ dispositio, quæ de præteritis peccatis habeat iustam accusationem, & dolorem, de præsentibus non habeat delectationem, de futuris propositum non reincidenti, & amplius Deum non offendendi: sic enim humilis & deuotus accedet: deuotio enim non est dulcis delectatio appetitus; sed est promptitudo quædam ad exercenda opera diuini cultus, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 84. & Caietanus ibi, & Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 53. num. 2. fine. Cæteros vide apud Henriquez in margine, ad litteram D, & E.

7. Et idèd, vt patet ex dictis licet Confessarius debeat esse fidelis, & prudens dispensator, vt sciat cibum spiritualem in tempore egentibus dare, & negare; tamen rigidus admodum conscientiarum censor esset ille Confessarius, qui laico etiam vitæ probatissimæ non permitteret quotidianam communionem; quamuis præsumptionis damnare audeat Caietanus in summa, verbo, *Communio.* illum hominem laicum, qui communicat quotidie, at immeritò illum condemnat, vt optimè animaduertit Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 53. num. 5. & patet ex dictis, & ex D. Thoma 3. part. quæst. 80. art. 10. & ex D. August. sermone 28. de verbis Do-

mini, & ex D. Ambrosio lib. 3. de Sacrament. cap. 4. & ex D. Hieronymo apolog. contra Iouinianum, qui communicantes quotidie bona conscientia laudant, & id Ecclesia non prohibet, vt patet ex cap. *Non prohibet.* de consecrat. dist. 2. quia ex institutione Christi hoc Sacramentum est cibus animæ; & panis quotidianus, si adfit optima dispositio: in qua re consulendus est prudens Confessarius, ac doctus; & fortè idèd temerarium illum iudicauit Caietanus: qui auderet singulis diebus ad Eucharistiam accedere; quanuis bonam conscientiam habuerit, inconsulto Confessario.

8. Quapropter meritò quidem Prælati prohibere possunt, ne quis laicus absque eorum licentia quotidie communicet, & vt habeatur magna ratio reuerentiæ tanti Sacramenti, & vt obuietur, impediatũque periculum abusus, ne fortè detur in personis minus prouidis, præsertim feminis, quæ facilius illusioni Dæmonis seducuntur, velut Eua seducta est à serpente.

9. Oportet ergo ante communionem, vt homo cum timore magno, & reuerentia ad tantum mysterium accedat: ad quod maxime iuuat cognitio propriæ humilitatis, & supremæ maiestatis Dei: & oratione præparatoria efflicim à Deo postuler, vt illius ingrediatur mapale; & ingressus regiis aulais virtutum ornent: expandat sinus animæ, petat vasa vacua, quæ replentur oleo misericordiæ instar viduæ Sareptæ, de qua 4. Reg. 4. est enim Deus diues in misericordia, qui illum ingreditur plenus oleo, & misericordiarum donis. Post communionem reddat gratiarum actionem pro tanto beneficio accepto: nam etiam Christus Dominus, vt nos doceret, & suppleret nostram insufficientiam, dum hoc Sacramentum instituit, gratias egit Deo Patri, Lucæ 22. & 1. Corinth. 11. dignas tanto munere & beneficio.

10. Sciat etiam, quòd quanto cum maiori gratia, deuotione, & dispositione communicat, tantò amplio rem gratiæ gradum participat ex opere operato. Durante verò Christi præsentia in pectore sub speciebus expedit, vt feruenti oratione, & gratiarum actione colatur: sic enim augebitur gratia ex opere operantis, vt docet Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 52. n. 2. & Taper. art. 15. Et fortè id voluerunt Caietanus q. 79. art. 1. ad 2. & Maior in 4. dist. 9. quæst. 1. post conclusionem 3. ad 5. dum asserunt, Eucharistiam, dum sumitur in ore, & toto tempore, quo Christus manet sub speciebus consecratis in pectore fumens, gratiam deuotionis conferre in actu: loquuntur enim de gratia ex opere operantis, si sumens per gratiarum actionem, aut orationem se dignum illius præbeat: nam gratia ex opere operato statim ac deglutitur, & in viscera hic cibus diuinus immittitur, confertur.

11. Nulli verò etiam si Sacerdos sit, extra celebrationem licet in die bis communicare, vt docent communiter Doctores. Alexander 4. part. quæst. 11. membr. 2. art. 4. §. ... D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 10. ad 4. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 2. Tabiena verbo, *Communio.* §. 15. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 53. numer. 5. Cardinalis in cap. *Quotidie.* num. 3. de consecrat. distinct. 2. Speculum conscientiæ lib. 3. cap. 3. §. 6. Summa Confessor. lib. 3. tit. 24. quæst. 120. & alij. Et ratio est: quia id vetat Ecclesiæ consuetudo vniuersalis, quæ consuetudo obligat sub præcepto: deinde, quia, si secundò quis communicet, cum in prima communionem sumat abluitionem, iam secundò communicare non poterit ieiunè, vt patet; imò quanuis abluitionem non sumat, sed solam particulã hostiæ, iam ieiunus non communicabit secundò, ac proinde nec licitè. Enimverò Sacerdotes, si in die Natalitij Domini

*D. Thom. Caiet. Henriq.*

*Henriq. Cardin.*

8.

9.

10.

11.

*Alexandr. D. Thom. Sot. Tab. Henriq. Cardin.*

Domini conceditur ter celebrare post communionem ante abluitionem digitorum sumptam, id quidem ex priuilegio est, quod excedere non possunt absque gravi & lethali culpa.

12. De D. verò Leone Papa referunt graues Auctores, vt Rationale Officiorum lib. 4. cap. 1. num. 26. & Renatus super Tertullianum de corona militis, distinct. 6. septies, aut nouies in die aliquando celebrasse: ille tamen potuit secum dispensare, vt ex iterato & sæpè repetito Missarum sacrificio vberiores fructus participaret ad sustinendum pondus regiminis totius Ecclesiæ: ingruent enim tempore huius Pontificis atrocissimæ tempestates ab Inferis penè excitatæ contra ipsam Ecclesiã: sed ingruent, non præualuerunt; quia portæ Inferi non præualebunt, aduersus eam, iuxta dictum Christi Domini.

13. Solum animaduerto ad finem huius capituli, vt iam alibi dixi, nulla diei hora, etiam post meridiem, prohiberi ieiunum communicare, etiam si sanus, ac bene habens sit, vt docet Syluester verbo, *Eucharistia.* 3. §. 16. num. 5. Angelus verbo, *Eucharistia.* 3. §. 36. Tabiena verbo, *Missæ.* num. 6. Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 53. num. 5. fine, & alij. Secus est de celebratione Missarum, vt diximus in primo præcepto, 13. de obligatione audiendi Missam.

*Syluest. Angel. Tab. Henriq.*

CAPVT VIII.

De dispositione spirituali necessaria ad susceptionem Eucharistiæ; an, qui in mortali est, teneatur ex aliquo præcepto prius confiteri; & quàm graue peccatum sit, cum mortali accedere.

SVMMARIVM.

- 1. Quas condiciones debeant habere ij, qui sunt Eucharistiam sumpturi. num. 1.
- 2. Quàm graue sacrilegium sit, cum conscientia peccati mortalis accedere; & an detur præceptum diuinum de præmittenda confessione. num. 2.
- 3. Falluntur, qui dicunt, dari solum præceptum ecclesiasticum. num. 3.
- 4. Reiciuntur Heretici asserentes non requiri dispositionem gratiæ ad accipiendam Eucharistiam; sed solum fiduciam, quòd peccata non imputentur eis, qui Eucharistiam cum illis accipiunt. num. 4.
- 5. Solum hoc Sacramentum requiritur, vt præmittatur confessio. num. 5.
- 6. Recipere Eucharistiam cum peccato veniali, vel in ipso actu recipiendi commissio, veniale non excedit. num. 6.
- 7. An peccet venialiter, qui ad Eucharistiam accedit cum peccato veniali in habitu sine actuali dolore illius. num. 7.
- 8. Qui est in gratia habituali, habet sufficientem dispositionem ad accedendum ad Eucharistiam. num. 8.
- 9. An urgente necessitate propter vitandum scandalum liceat Eucharistiam accipere, vel celebrare, quin præmittatur confessio, contritione præhabita. num. 9.
- 10. Et an statim post communionem teneatur quis confiteri. ibid.
- 11. Quæ sit necessitas, & causa vrgens in hoc negotio. n. 10.
- 12. Quòdnam sit grauius peccatum, communicare in mortali, an peccata contra virtutes Theologicas commissa. num. 11.
- 13. An sit grauius peccatum furto, & homicidio, & peccato contra naturam commissio. num. 12.
- 14. Refertur sententia affirmatiua. ibid.

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

*Astruitur negatiua.* num. 13. *Quis grauius peccatum committat, fidelisne accedendo indigne & cum conscientia peccati mortalis ad hoc Sacramentum, an Hereticus, vel infidelis.* num. 14. *Patres, quando de pœnitentia, necessaria ad hoc Sacramentum sumendum loquuntur, intelligendi sumi de confessione.* num. 15.

Doctores, ac Patres, qui de hoc Sacramento loquuntur, maximam differentiam inter dispositionem ad illud, & ad reliqua Sacramenta constituunt: ad istud enim Sacramentum dignè, & reuerenter excipiendum requiritur ex præcepto diuino, vt præmittatur confessio, si conscientia peccati mortalis adfit, & nonnullas alias condiciones: & idèd operæpretium erit, si illas breuiter, ac perstrictim tangamus. Igitur condiciones, quæ requiruntur, vt quis dignè & competenter ad Eucharistiam accedat, hæc sunt. Prima, suscipiens debet esse adultus: nam, licet infantibus, absolute loquendo, possit dari Eucharistia, vt olim in primitiua fiebat Ecclesia; hodie tamen ex præcepto ipsius Ecclesiæ non licet dare nisi adultis, & iam pleniorum vsuum rationis habentibus: non enim statim post septennium suscipere illud dabent pueri, vt diximus lib. 1. huius præcepti, c. 5. n. 19. & 20. Secunda, non sat est esse adultos, sed oportet vsuum rationis actualiter habere: vnde nec amentes, nec phrenetici illud possunt recipere, nisi aliquando vsuum rationis habeant, vt iam diximus. Tertia, vt sint ipsi adulti ieiuni, & hac de conditione egimus satis cap. 5. hic. Quarta, vt sint baptizati: sine caractere enim baptismali nullus homo, quantumuis iustus & contritus, potest dignè suscipere hoc Sacramentum: est enim Baptismus ianua ad reliqua Sacramenta. Vnde, qui non est baptizatus, non solum est indispositus; sed etiam incapax omninò suscipiendi hoc Sacramentum: nam, sicut, qui non est genitus, nutriri non potest; ita qui non est regeneratus in Christo per Baptismum, non est capax huius spiritualis alimentis, quæ datur ad nutriendam gratiam, & ex hac parte fidei sumit hoc Sacramentum. Quinta est, vt suscipientes sint rectè dispositi, & sine peccati mortalis conscientia; & de hac conditione hic nobis agendum est.

Primò igitur, accedere ad hoc Sacramentum cum conscientia culpæ lethalis, est peccatum mortale, & grauissimum sacrilegium. Conclusio est absolute de fide. Ita docet Soarius tom. 3. in 3. part. dist. 66. sect. 1. Soar. initio, & sect. 3. §. *Dico primò.* fol. 93. col. 2. Henriquez lib. 8. de Eucharist. c. 45. num. 1. & 3. D. Thom. D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 4. reliqui infra ponuntur. Patet ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. & canone 11. Probatur primò: quia tenetur quis ex præcepto diuino postiuo explicato à D. Paulo 1. Corinth. 11. probare seipsum; non tantum, an sit in fide & in fiducia consequendi salutem per hoc Sacramentum, vt volunt Heretici; sed etiam an probabiliter sit in gratia constitutus: est enim hoc Sacramentum viuorum: vnde, qui mortuus accedit cum conscientia peccati mortalis, non præmissa confessione, modò copiam Confessoris habeat, etiam si patet se contritum accedere, & etiam si doleat de peccatis suis; peccat mortaliter; & eo grauius peccatum sacrilegij committit immediate contra Christum, quòd grauius est peccatum, quo accedit & suscipit. Probatur secundò: quia consuetudo, & Patres declarant, diuinum, & postiuum præceptum colligi ex prædictis verbis Pauli: *Prober autem seipsum homo.* (dixi, positiuum, non naturale: quia, licet ex generali illo principio: *Sanctè sancta tractanda sunt.* hoc præceptum sit etiam aliquo modo naturale; tamen præceptum speciale

H H h 2 de



de præmittenda confessione, ante communionem, non est naturale, vt latè probat Soarius ultimo loco allegatus, sed est diuinum & positium immediatè à Christo latum, & per Apostolos ad Ecclesiam deductum & declaratum. Ea autem probatio non est faciendâ solum per proprium iudicium cuiuscunque hominis particularis: sed est faciendâ per iudicium Ecclesiæ, & Confessarij præmittendo confessionem culpæ mortalis, vt definit Tridentinum sess. 13. c. 7. ibi: *Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum* (id est, Domini: ) *Probet autem seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi videatur contritus, absque præmissa confessione ad sacram Eucharistiam accedat, quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, modo non desit illis copia Confessoris: quod si necessitate urgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur, &c.* & clarius canone 11. id de fide statuit, ibi: *Declarat sancta Synodus, illos, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, vel asserere præsumpserit, eo ipso excommunicatus sit.* Et verò quod in ipsis verbis Pauli datur præceptum diuinum probandi seipsum ante accessum ad hoc Sacramentum, & ea probatio faciendâ sit iudicio Ecclesiæ, præmittendo confessionem, inuenta copia Confessarij, est certa sententia de fide, non solum definita in Concilio Tridentino, sed etiam in Concilio Cabilonensi, c. 46. tempore Caroli Magni coactò: & ita docent Patres, Theophylactus, Ambrosius, Hieronymus, Anselmus ad eum locum D. Pauli, Cyprianus lib. 3. epist. 14. & 15. 7. 6. & 18. & sermone de lapsis. Nicænus de perfecti Christiani forma. Chryostomus homil. 10. & 83. in Mattheum, homilia 45. in Ioannem homil. 60. ad populum; & sæpè alibi: Augustinus epistol. 118. vbi expressè ait, non proprio iudicio, sed Sacerdotis, accedendum esse ad Eucharistiam: & ex Scholasticis præter citatos Auctores id tenet etiam Bellarminus lib. 4. de Euchar. cap. 18. & lib. 1. c. 13. & cap. 14. argumento 10. Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 4. & distinct. 18. quæst. item 1. art. 4. Corduba lib. 1. quæst. 16. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 2. num. 7. cap. 21. num. 35. Taper art. 15. Canus relectione de poenit. part. 5. Catherinus lib. 5. contra Caietanum, & alij passim.

Conc. Trid.

Conc. Cab.

D. Ambr. D. Hieron. D. Ansel. Nicen. D. Chryf. D. Aug.

Bellarmin. Sotus. Cord. Nauarr. Taper. Can. Cather. Caietan.

3. Caier.

Richard. Palud. Adrian. Armill. Tab. Medina.

Ex dictis facile constat, falsò dixisse Caietanum verbo, *Communio*, & opusculo de Eucharistia, ad articulos Parisiensium, fol. 63. & 1. Corinth. 11. esse hoc præceptum, non diuinum positium, sed ecclesiasticum ex sola Ecclesiæ consuetudine inductum: quod etiam significat Richardus distinct. 17. art. 3. quæst. 6. & videtur tenere Paludanus quæst. 1. quem sequitur Adrian, q. 3. de Eucharistia. Armilla verbo, *Communio*, §. 1. & ultimo. Tabiena §. 30. & propendet Medina, C. de Confessione, tract. 2. vbi dicit, obligare consuetudinem, cum apud antiquos non reperitur præceptum diuinum vel humanum: nam imò potius ipsa consuetudo inuolubiliter tot sæculis obseruata declarat vim præcepti diuini: quod enim vniuersa tenet Ecclesia, colligitur traditum esse ab Apostolis, & Apostolos illud accepisse à Christo: quod satis explicauit Tridentinum dicta sess. 13. cap. 7. dum dicit, Christi præceptum esse declaratum per ecclesiasticam consuetudinem, ibi: *in memoriam reuocandum est Domini præceptum.* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem faciendam esse, vt nullus

absque præmissa confessione ad Eucharistiam sumendam accedat

Pater etiam ex dictis, delusos esse Hæreticos asserentes, non solum non requiri dispositionem gratiæ ad accedendum ad communionem Eucharistiæ; sed ed̄ quenquam meliùs esse dispositum ad hanc communionem, quò magis eius conscientia peccatorum ponderet grauat, dummodo sumiter & minimè hæsitanter credat, ea sibi peccata non esse imputanda propter merita Christi Domini. Et fundamentum illorum est: quia hoc Sacramentum, non solum est cibus animæ, sed etiam medicamentum, vt dicitur Matth. 9. *Non sani egent Medicis, sed qui male habent.* Sed hoc fundamentum fallum est: est enim hoc Sacramentum institutum à Christo Domino, non ad tollenda peccata per excitationem fidei; sed ad nutriendam & augendam gratiam, post remissionem peccatorum mortalium factam per veram poenitentiam, confessionemque, & ad præseruandum à futuris peccatis, & sic medicinalis est præseruatiua per maius augmentum gratiæ, quam confert. Vnde errant grauius Hæretici, primò in generali doctrina de iustificatione: putant enim, peccata non tolli, nec remitti per veram poenitentiam, quæ est secunda tabula post Baptismum naufragantibus in peccato; sed solum non imputari per solam fidem. Secundò, quia putant hoc Sacramentum ex institutione Christi esse institutum ad tollenda peccata, idque solum excitando fidem: cum tamen institutum sit à Christo ad augendam gratiam, & præseruandum à peccatis in futurum committendis.

Solum autem hoc Sacramentum necessariò, & ex præcepto diuino requirit hanc dispositionem confessionis: nam ad reliqua Sacramenta satis est contritum accedere, nisi etiam ratione illorum communio sit accipiendâ, vt in Sacramento Ordinis: dum enim quis inicitur sacris Ordinibus, communicaturus est, & idèd tenetur confessionem præmittere propter communionem. Ita docent communiter Doctores, Nauarrus in Manuali Latino, c. Nauarr. 2. num. 6. & cap. 23. n. 3. & Sotus in 4. distinct. 7. q. 1. Scot. art. 7. & distinct. 18. q. 1. art. 4. Ledesim. 2. 4. q. 2. n. 3. & Ledesim. q. 5. art. 5. dub. 3. Couarr. c. Alma mater. 1. p. §. 1. n. 7. Conarr. Medina C. de Confessione. q. 6. dub. vltimo. Syluester, verbo, *Confessio*, §. 2. Vnde immeritò tenent quidam Syluest. vt refert D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 3. inter quos est D. Anton. Angelus, Marfilius, & alij, teneri fideles confiteri ante quodlibet Sacramentum: vnde ante Sacramentum extremæ Vnctionis, aut Matrimonij, aut Confirmationis, non tenetur quis ex præcepto diuino confiteri, nec etiam ante Sacramentum Baptismi, cum sit ianua & principium omnium Sacramentorum: poterit ergo quis in extrema necessitate vngi, si confiteri non potest, nec Eucharistiam suscipere.

Recipere autem hoc Sacramentum Eucharistiæ absque conscientia peccati mortalis, sed solum cum conscientia peccati venialis ante confessionem, vel etiam peccando venialiter in ipsa sumptione, non est peccatum mortale: est tamen peccatum solummodò veniale. Ita docet Toletus lib. 2. Summæ, Tolet. cap. 25. §. Quintò debent. Soarius tom. 3. in 3. p. dispur. Soariu. 66. sect. 1. fol. 935. col. 2. §. Dicendum in primis. & D. Anselmus 1. Corinth. 11. vbi ita dicit: *Indignè accedit, qui vel aliquod graue peccatum, vel multa leuia commisit, & non est confessus* Quod distributiue est intelligendum, vt, qui mortale peccatum commisit, mortaliter; & qui veniale, venialiter peccet, si non accedat præmissa confessione, vel delectet de venialibus extra confessionem. Docetur etiam id in c. Quotidie. de consec. dist. 2. quod non solum intelligendum est, quando aliquis cum peccato veniali antecederet commissio accedit, vt dixi; sed etiam, quando

4.

5.

6.

quando ipsum peccatum veniale committitur in actu communicandi, & est aliquo modo circumstantia illius actus: vt, v. c. si quis propter ostentationem, seu vanam gloriâ communicet: ratio est; quia, si actus non habeat debitas circumstantias, est aliquo modo malus: ergo vt minimum est peccatum veniale. Deinde, si quis cum conscientia multorum peccatorum venialium accedat, & idèd ad res spirituales tractandas se frigidè, & tepidum inueniat, & quodammodo indispotum, non videtur posse excusari à veniali, si sine lacrymis, & proposito emendandi vitam communicet: quia ille est aliquo modo indignus, & ponit obicem aliquibus effectibus huius Sacramenti: nam, quantum non ponat obicem gratiæ, & remissioni mortalium; ponit tamen obicem remissioni peccatorum venialium, & feruori charitatis, qui sunt etiam effectus huius Sacramenti, veluti secundarij, sed non contemnendi. Tandem, quia non potest omninò excusari actio illa, ab aliquali irreuerentia contra hoc Sacramentum: ergo erit peccatum veniale. Vnde non benè omninò dixerant Maior in 4. dist. 9. quæst. 1. ad 1. & Richardus ibidem art. 2. q. 1. ad 2. & Adrianus quæst. 1. de confessione, non esse peccatum veniale cum veniali accedere ad hoc Sacramentum: & Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 4. quantum sit dubias, tandem inclinât, non esse peccatum veniale: non potest tamen id negari, cum reuera aliqualis irreuerentia sit cum peccato veniali accedere, vel illud in ipso actu communicandi committere, vt diximus.

Maior. Richard. Adrian.

Sotus.

7.

8.

Soariu.

9.

Henriq. Nauarr. Conc. Trid.

Si tamen quis habeat aliquod peccatum veniale in habitu; & tamen sine actuali dolore illius, vel proposito emendæ, aut non præmissa confessione accedit, vel quia oblitus fuit ipsius peccati venialis, vel quia ob humanam fragilitatem non potest voluntatem retrahere ab ipso actu leui; tunc existimat Soarius allegatus non peccare venialiter sic communicando illum, qui aliqui procurat cum timore, reuerentia, & deuotione accedere. Et ratio illius est: quia tunc illa culpa venialis non est commissâ in ipso actu communicandi; & quia non est exigenda ab homine fragili summa diligentia, & perfectissima dispositio, cum id sit nimis rigorosum.

Ex dictis colliges, eum, qui est in gratia habituali, habere dispositionem sufficientem ac necessariam ad accedendum, sumendumque hoc Sacramentum sine peccato mortali, & sine obice illius principalis effectus, qui est conferre augmentum gratiæ: nulla enim actualis gratia requiritur ex præcepto rigoroso ad dignam susceptionem huius Sacramenti, vt & omisso illius peccatum sit mortale, vt optimè notauit Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 66. sect. 1. fol. 936. col. 1. in fine sectionis.

Si tamen necessitas urgeat, nec adsit copia Confessarij, licitum est Sacerdotibus sacrificium Missæ celebrare, & laicis propter vitandum scandalum communicare, modò contritionem habeant, & contritos se reputent: de qua re redibit sermo capite sequenti, quo factò tenetur Sacerdos, cum primùm est sacrificium facturus, & laicus etiam, cum primùm est iterum communicaturus, peccatum confiteri. Ita docet Henriquez lib. 8. Euchar. c. 45. n. 4. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 2. num. 10. & de Sacerdote docet Concilium Tridentinum sess. 13. c. 7. quatenus dicit, quòd Sacerdotes, vrgente necessitate, quando non habent copiam Confessarij, Sacramentum faciant absque præuia confessione conscientiæ peccati mortalis; præmissa tamen contritione; ita vt quamprimum postea data copia Confessarij confiteantur. Et quantum nihil Concilium loquatur de laicis; tamen eadem est ratio. Videtur enim, ait

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Ecol.

Nauarrus, quòd si Concilium interrogatum fuisset de laicis, idem de illis respondisset. Ratio est; quia, licet sit præceptum diuinum de præmittenda confessione ante susceptionem Eucharistiæ, iis impossibile, qui conscientiam habent peccati mortalis; tamen præceptum diuinum, conseruandæ propriæ famæ, & vitandi scandali est magis absolutum: maximè quia tunc inuoluntarie omittitur, seu potius suspenditur illa confessio. Illud autem, *quamprimum*, moraliter intelligendum est, hoc est, *cum primùm iterum celebrauerit*: vnde, si immediatè post sacrificium Missæ sibi oblata fuerit copia Confessarij, non tenebitur Sacerdos statim confiteri; sed cum primùm sacrificauerit. Similiter & laicus non tenetur statim confiteri; sed cum primùm est iterum communicaturus, etiam si id fiat in confessione annuali sequentis anni, si citius non communi-cauerit, vt docet Toletus lib. 3. Summæ, cap. 8. n. 1. sine, & Syluester verbo, *Confessio*, 1. num. 3. sine, & Soarius tom. 3. disput. 66. sect. 6. Nec obstat, quòd possit postea obliuisci alicuius peccati commissi, vel illius tantum, quod ex iusta causa non est confessus: quia obliuisci peccati mortalis, non est peccatum mortale: vnde non exponit se peccato mortali, si statim primam naclus occasione confessionis non confiteatur; nec tenetur laborare, ne obliuiscatur; alioqui tenetur deferre semper secum instrumenta inscribendi, quod est inauditum: sed sufficit, quòd discussa conscientia, confiteatur ea, quæ memoriæ occurrunt, vt animaduertit Syluester allegatus. Et idèd optime Caietanus tom. 2. opusc. 27. quæstionum, quæst. 71. & Henriquez allegatus comparant præceptum poenitentiae cum præcepto restitutionis: sicut enim præceptum diuinum, & naturale restitutionis includit quandam intrinsecam conditionem, & obligationem restituendi alienum cessante legitima excusatione; ita etiam præceptum confessionis cessante causa excusante, & scandalo includit intrinsecè obligationem satisfaciendi Deo per confessionem.

Tolet. Syluest. Soar.

10.

11.

Causa autem vrgens in Sacerdotibus est, si conscientiam habeant peccati mortalis, & ex obligatione in die festo Missam sunt parochianis dicturi: si opus sit consecrare de nouo ad deferendam Eucharistiam infirmis, & alia similes. In laicis esse potest multiplex, & varia vt si mensa communionis adsistant, & priusquam communicent, recordantur alicuius mortalis culpæ nondum confessæ: non tenentur enim surgere, ne aliis scandalo, aut impedimento sint: & similes, quæ alibi tractata sunt, & capite sequenti tractabuntur.

Pater, autem, peccatum illud, quod quis committit communicando in peccato mortali, esse graue sacrilegium, contrarium virtuti religionis, vt docet Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 66. sect. 1. initio, Soar. fol. 936. Hinc sequitur primò, hoc peccatum ex genere suo non esse tam graue, quàm grauius sunt illa, quæ committuntur contra virtutes Theologales, contra fidem, spem, & charitatem in Deum: vnde non est tam graue, quàm odium Dei, vt hæresis, & desperatio: nam illæ virtutes sunt perfectiores religione: quia immediatius Deum attingunt: ergo eadem ratione vitia illis contraria erunt grauiora. Sequitur secundò, hoc peccatum ex suo genere grauius esse, quàm ea, quæ sunt contraria virtutibus moralibus, religione inferioribus: nam prius perfectiori honestate, & immediatius Deum attingit, vt pater. Sequitur tertio, hoc peccatum in sua specie non esse grauissimum omnium, quæ religioni opponuntur: grauius enim peccatum in virtutem religionis est blasphemia, periurium, & peccatum contra Spiritum sanctum: quia blasphemia auferit à Deo diuinitatem, periurium

HHh 3

peritium veritatem; peccatum verò sacrilegij, de quo agimus, auferat à Deo cultum religionis, quò sancte, & pure debet suscipi: excellentior autem res est diuinitas, & veritas in Deo, quàm religio & cultus illius & ideo peccata illis contraria in sua specie erunt grauiora.

12.

Sed dubitabis primò, an hoc peccatum accedendi ad sumptionem Eucharistiæ indigne, ex specie sua sit grauius peccato homicidij, quod est contra iustitiam; aut peccato adulterij, quod est contra castitatem & temperantiam; aut omnibus peccatis contra naturam, contrariis virtuti temperantiæ, & castitati: & eadem dubitatio esse potest de cæteris peccatis oppositis virtutibus moralibus. Quidam enim Theologi existimant, grauius esse hoc peccatum indignæ sumptionis, quàm prædicta peccata. Ita Gabriel lect. 77. in Canonem: Petrus Soto lect. 12. de Eucharistiâ, & Ledesma in 4. part. 5. quæst. 21. art. 5. Sotus in 4. distinct. 12. q. 1. art. 5. Et huic sententiæ fauent Patres, qui ita exaggerant hoc peccatum, vt illud cum peccato crucifigentium Christum, & cum peccato Iudæ, qui Christum vendidit comparent. Chrysof. homil. 49. in Ioannem, & 61. ad populum Antiochenum, & Remigius Matthæi 26. Beda Masci 14. Theodoretus 1. ad Corinth. 11. Probat primò: quia hoc peccatum est peccatum sacrilegij contra religionem commissum: virtus autem religionis immediatius Deum attingit, quàm reliquæ virtutes morales: nam, quò obiectum virtutis secundum se est nobilius, eò nobilior est virtus, quæ circa tale versatur obiectum: nobilius autem est obiectum religionis, quàm obiectum temperantiæ, & iustitiæ; quia religio attingit Deum mediante cultu externo; temperantia verò, & iustitia, aut proximum attingunt, aut creaturas Dei, & sic remotissimè attingunt Deum: quò autem obiectum virtutis de se est nobilius, eò peccatum contra talem virtutem est grauius: ergo grauius est peccatum irreligionis, & indignæ sumptionis Eucharistiæ, quàm peccatum homicidij, adulterij, & contra naturam. Deinde, quia, sicut Iudas osculo tradidit Christum Iudæis illius inimicis, & sicut Iudæi Christum verè & realiter interfecerunt: ita peccator communicando indignè, veluti quodam pacis osculo, Christum tradit, sibi ipsi Christi inimico: & ita Christum iterum, quantum est ex se, interficit, & sanguinem illius fundit in suum magnum detrimentum instar Iudæorum.

Gabriel. Petr. Soto. Ledesm. Sot.

D. Chryf. D Remig.

13. Durand. Paludan. Soar.

Contrarium tenet Durandus in 4. distinct. 9. quæst. 4. & Paludanus quæst. 2. art. 6. & huic opinioni fauet vehementer Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 66. lect. 2. fol. 337. col. 1. Primò, quia, licet obiectum virtutis contraria in se sit nobilius, tamen modus attingendi illud potest esse inferior, ac lenior, & in presenti ita se habet: nam homicidium infert magnum detrimentum proximo, & irreparabile omnino: indigna verò sumptio, quanuis sit Christo immediatius iniuriosa; re tamen ipsa, nullum ei infert detrimentum: ergo, licet Christus absolute sit nobilius obiectum, quam proximus; nihilominus hæc eius iniuria potest ex specie sua esse leuius peccatum, quàm homicidium: nam, practicè loquendo, ferè semper peccata homicidij de se sunt grauiora cæteris peccatis, quæ committuntur contra alias virtutes morales, vel propter maius nocumentum, vel propter maiorem deformitatem, & rectæ rationis euerfionem. Secundò, quia ex ratione sacrilegij, non potest concludi hæc maior grauitas specifica absolute: quia sub grauiori genere potest contineri species aliqua moralis leuior, seu minus grauis, quàm sit alia contenta sub inferiori genere: maius enim peccatum est peccatum contra naturam, quàm furtum, licet peccatum contra naturam sit sub genere intemperantiæ, & furtum sub gene-

re iniustitiæ, quod grauius est; & similiter grauius peccatum est furtum decem millium aureorum, quàm furtum rei sacræ decem ducatorum; & tamen furtum rei sacræ est sacrilegium; aliud autem non est: non ergo ex ratione sacrilegij absolute colligenda est grauitas peccati; sed ex circumstantiis, & ex maior damno, quod peccatum infert. Tertio, quia exaggeratio Patrum parum conuincit: nam Patres non possunt loqui secundum æqualitatem criminis. Iudas enim, & Iudæi occiderunt, & tradiderunt Christum personaliter: qui autem Christum indignè sumunt sacramentaliter, nullum damnum in re Christo inferunt, vnde analogicè loquuntur Patres: illa verò proportio, & analogia non potest inferre æquale peccatum cum peccato Iudæorum, vel maius, quàm peccata supra numerata: quare grauitas peccati indignè suscipientium in indiuiduo, desumenda est ex variis circumstantiis, quas vir prudens considerabit: ob illas enim fieri potest, vt peccatum sit interdum grauius, interdum leuius, quàm alia peccata opposita perfectioribus, vel minus perfectis virtutibus; absolute tamen, & non spectatis circumstantiis peccata, quæ committuntur contra perfectiores virtutes, maiora sunt.

14.

Dubitabis secundò, quisnam horum grauius peccatum committat, fidelisne accedendo indignè, & cum peccato mortali ad Eucharistiâ; an infidelis paganus, vel hæreticus; Paludanus in 4. quæst. 2. & Carthusianus, quos refert Soarius tom. 3. in 3. part. quæst. 66. lect. 2. fol. 337. col. 2. sine, §. Secunda dubitatio. censent, grauius peccare fidelem, quàm infideles: quia, licet infideles absolute sint indigniores ratione status; non tamen actu indignius accedunt: quia fidelis indignè accedendo operatur actu contra dignitatem, & veritatem Sacramenti sibi cognitam: infidelis verò operatur etiam contra illam; sed sibi non cognitam. Sed verior est sententia D. Thomæ 3. part. quæst. 80. art. 5. & Soarij citati, affirmantium, grauius peccare infideles, quàm fideles: quia infideles peccant contra ipsum Sacramentum, quod negant, & in quod non credunt, & contra vsum illius: fideles verò solum peccant contra vsum ipsius Sacramenti, seu contra modum suscipiendi illud indignè. Deinde, quia status infidelis simpliciter est peior, & indignior: quanuis autem infidelis ex aliqua ignorantia excusari possit, id quidem est per accidens, & interdum potest contingere, vt hæc ignorantia non detur, vt si sit hæreticus, circa alia mysteria fidei, non circa hoc. Hæc tamen dicta sunt moraliter, considerando ipsos status in suo genere: nam in indiuiduo, tam graues circumstantiæ occurrere poterunt in peccato hominis fidelis, vt simpliciter indignior sit iudicandus, quanuis hæreticus & infidelis, vt diximus numero precedenti.

Paludan. Carthuf. Soarius.

15.

Animaduertendum verò est sanctos Patres, quando pœnitentiam requirunt ad communionem Eucharistiæ, intelligendos esse de pœnitentia sacramentali propria Christianorum, vt Ecclesiæ consuetudo declarauit: nam in confessione sacramentali optimè homo seipsum probat, suamque conscientiam discutat, & expendit, & de hac probatione locutus fuit Diuus Paulus 1. Corinth. 11. cum dixit, Probat autem seipsum homo. Et quòd de hac pœnitentia intelligendi sint Patres, docet Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. & Soarius tom. 3. in 3. part. disput. 66. lect. 3. sine, fol. 941. col. 2. & vsus & consuetudo Ecclesiæ ita declarat, vt dixi.

Conc. Trid. Soar.

\* \* \*

CAPVT IX.

In quibus casibus liceat Eucharistiâ accipere cum conscientia peccati mortalis sine confessione, præhabita contritione.

SVMMARIVM.

Que conditiones requirantur, vt contritus possit quis communicare, cum conscientia peccati mortalis. num. 1.

An Sacerdos, hausto veneno, possit cum conscientia peccati mortalis contritus celebrare, vt se communicet. num. 2.

Et an non ieiunus. ibid.

An liceat Parocho non ieiunio celebrare, vt suos parochianos communicet in articulo mortis constitutos. num. 3.

An ad communicandum proximum in articulo mortis liceat cuiilibet Sacerdoti contrito celebrare in mortali, deficiente copia Confessarij. num. 4.

Quid, si sit dies festus, & Parochus sit in peccato, & non habeat copiam Confessarij. num. 5.

Quid, si non sit Parochus, & sit Sacerdos, qui teneatur in die festo Missam audire, vel dicere. ibid.

Propositus, & soluitur obiectio eorum, qui dicunt, esse nonnullos casus, in quibus datur optio pœnitenti ad celebrandum, vel non celebrandum, in peccato; contritus tamen. num. 6.

An facilius sit concedenda licentia Sacerdotibus ad celebrandum in peccato cum contritione, deficiente copia Confessarij, quàm laicis ad communicandum. num. 7.

Quid, si Sacerdos sit pauper, & viuat ex Missa, & non habeat copiam Confessarij. num. 8.

Quid, si Parochus debeat celebrare pro defuncto presententi. ibid. vers. Secundò.

Quid, si Sacerdos ex obligatione capellania teneatur Missam dicere. ibid. vers. Tertio.

Quid, si sequatur scandalum, vel nota, si Sacerdos non celebret, & desit copia Confessarij. num. 9.

Quid, si Sacerdos inceperit Missam recordetur, se esse in mortali, vel non ieiunum, vel excommunicatum. num. 10. 11. & 12.

Quid, si alij teneantur in die festo ex precepto Missam audire, & Sacerdos non Parochus sit in peccato mortali conscientia, & non habeat copiam Confessarij. num. 13.

Quid, si laicus iam mense communionis communicaturus assistens recordetur ibi alicuius peccati mortalis non confessi. num. 14.

An urgente precepto communionis Pasche, & deficiente copia Confessarij, possit laicus iam confessus, memor alicuius peccati mortalis, contritus communicare. num. 15.

An in prædicta circumstantia liceat laico communicare non ieiunus. num. 16.

An Religiosus possit contritus communicare, negante Superiore licentiam, vt absoluitur, pio ac docto Confessario illam petenti, nisi se manifestet. num. 17.

Et quis sit Confessor pius ac doctus. ibid.

An illum possit tunc ipse Confessarius absoluerè peccata, & non concessa. ibid.

An absente proprio Parocho, possit quis habens priuilegium ad eligendum Confessarium, communicare contritus, differendo confessionem, vt constituitur Parocho. num. 18.

Quid dicendum sit, quando pœnitens timet, Sacerdotem presentem reuelaturum signum suæ confessionis; & non sit alius Sacerdos presentis; & urget præ-

ceptum communicandi; aut sequatur nota, si non communicet. num. 19.  
Quid, si vnum tantum peccatum mortale habet, quod timet reuelandum fore. num. 20.  
Quid, si plura habet, & vnum tantum timet reuelandum. ibid.  
Quid, si quis habet peccatum reservatum, & non potest Superiorem adire, aut Superior negat licentiam, & sequatur nota, & urget præceptum, vel consuetudo communicandi. num. 21.  
Quod spatium requiratur, vt Superior sit absens. num. 22.

IN questione præsentis duo sunt certa: primum est, licitum esse interdum ei, qui mortale peccatum habet, accipere Eucharistiâ sine confessione; præhabita tamen contritione, in hoc enim puncto conueniunt omnes Theologi, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. ibi, necessitate urgente, modo desit copia Confessarij. Et ratio à priori est: quia præceptum diuinum de præmittenda confessione, declaratum à D. Paulo 1. Corinth. 11. Probat autem seipsum homo. est præceptum affirmatiuum, & positium: præcepta autem diuina positia, & affirmatiua obligant semper; non tamen pro semper, & in omni occasione. Vnde, cum non obligent pro semper, tales possunt occurrere circumstantiæ, vt illis occurrentibus non obligent. Secundum, certum est, duas requiri circumstantias, & conditiones, vt liceat cum conscientia peccati mortalis communicare, absque confessione, præmissa contritione: prima est, necessitas vrgens: secunda, defectus copia Confessarij. Quamobrem omnis impotentia confitendi, & omnis excusatio ab impletione diuini præcepti præmittendi confessionem, iis impositi, qui conscientiam habent peccati mortalis, ad has duas causas reuocanda est, seu potius ad has duas conditiones: vtraque enim conditio copulatiuè sumpta requirit Concilium citatum, & Doctores passim. Cano re-lectione de pœnitentia, part. 5. Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 46. num. 6. ad marginem, littera X. Soar. tom. 3. in 3. part. disput. 67. lect. 4. initio, fol. 941. Sorus, Ledesma, Paludanus, Tabiena, & alij, quos citat Henriquez ibi. Explicandum nobis ergo erit, quæ sit necessitas vrgens, & quando aliquis dicendus sit carere copia Confessarij, vt sciamus quando liceat, aut non liceat accedere ad communionem, sine confessione; & quando etiam liceat Sacerdotibus celebrare sacrificium Missæ cum conscientia peccati mortalis absque prædicta confessione, præmissa contritione. Et in primis ponemus casus, in quibus licitum sit Sacerdotibus celebrare: postea ponemus etiam casus, in quibus licitum sit laicis communicare, vt ex his exemplis, & casibus vtriusque classis, cæteri deducantur.

Conc. Trid.

Can. Henr. iq. Soar.

2.

In primis, si Sacerdos, hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare, poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare, absque confessione, vt seipsum communicare possit, in eo mortis periculo: imò nec solum ieiunus; sed etiam post cibum, & non ieiunus in eo casu, vt seipsum communicet, celebrare potest. Ita expressè docet Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 46. num. 1. Et ratio est: quia tunc communicat per modum Viaticij: quo casu permittitur communicatio non ieiunus; & quia tunc non datur copia Confessarij, & aliunde urget præceptum diuinum communicandi in articulo, & periculo mortis, atque adeò concurrunt prædictæ duæ circumstantiæ requisitæ, vrgens necessitas, & defectus copia Confessarij.

Nunquam tamen licet Sacerdoti non ieiunio celebrare,

D. Thom. Nauarr. Syluest. Sotus. Vict.

Card.

Dias.

Boërius.

4.

Soar.

5.

Henriq. Soarius. Tab. Rosella.

Henriq. Syluest. Adrian. Soarius. Tolet.

Soar. Card. D. Anton. Sotus.

6.

celebrare, ut suos parochianos communicet, etiam in articulo mortis constitutos, si desint particule in sacratio, vt docent communiter Doctores, D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 8. & quæst. 83. art. 6. ad 4. Nauarrus in Manuali Latino, cap. 2. i. num. 53. Syluest. verbo, Eucharistia, 3. § 6. Sotus in 4. distinct. 1. 2. quæst. 1. art. 8. col. penultima. Victoria in Summa, §. 82. Unde, qui celebrat non ieiunus, potest priuari officio, & beneficio, iuxta Cardinalem in cap. Nihil. 7. q. 1. & in cap. Ex parte. de celebrat. Missarum, & potest excommunicari, vt docet Bernard. Dias in sua practica criminali, per cap. Nihil. citatum, cap. 29. & Boërius decisione 4. Et ratio diuersitatis est: quia aliud est, dare Viaticum, & sumere Viaticum in articulo mortis; aliud celebrare, seu consecrare, vt ipsum Viaticum in eo articulo ægrotis detur. Illud permittunt iura non ieiunis: hoc autem non permittunt: tantum enim infirmo non ieiuno in eo mortis articulo concedunt iura communicare, vt sæpe diximus: & sic diuersa est ratio.

Deinde, si necessitas proximi in articulo mortis urgeat, ita vt necessarium sit Sacrum facere, & hostiam consecrare ad illum communicandum, & non detur copia Confessarij, rectè poterit Sacerdos habens conscientiam peccati mortalis, habita contritione, celebrare: quia illa necessitas proximi in eo casu, vt propria reputanda est, iuxta illud: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. id est, non tantum, quantum; sed in eodem ordine ad salutem: modò tamen sit ieiunus. Et ratio est: quia iam tunc dantur prædictæ duæ conditiones requisitæ ad celebrandum, & communicandum absque confessione; nempe, necessitas vrgens, & defectus copie Confessarij; & parum refert, quòd illa necessitas non sit propria, sed proximi, cum pro propria habenda sit. Ita docet Soar. dicto tom. 3. disp. 67. in 3. part. sect. 4. fol. 944. col. 1.

Tertio, si Parochus urgeatur necessitate celebrandi in die festo, vt subditi Missam audiant, & non habeat copiam Confessarij, similiter id poterit efficere. Ita Henriq. lib. 8. Eucharistia, cap. 46. n. 8. Soarius citatus fol. 945. col. 1. §. Vltima ratio. Tabiena verbo, Communicatio §. 30. Rosella verbo, Euchar. §. 26. quia copia Confessarij deest, & iam urget necessitas præcepti obligans ad audiendum Sacrum. Idem dicendum est, quando urget necessitas communicandi subditos morbo periclitantes, vel occasio recipiendi iubilæum, vt ait idem Henriq. habent enim Christiani, eò quòd Christiani sint, ius exigendi partem spiritualem a Pastoribus suis, & Parochis. Pariter alij etiam Sacerdotes non Parochi, deficiente copia Confessarij, celebrare poterunt contritum, dum iter faciunt, propter Missam præcepti, quam tenentur audire, vel dicere: quod intelligendum est, modò deficiat Missa, quam possint audire. Ita Henriq. allegatus, Sylu. verbo, Eucharistia, 2. §. 7. & Adrianus in 4. dist. 9. quæst. 4. concl. 10. & dicit probabiliter Soarius fol. 945. §. Maior difficultas. col. 2. Et hanc opinionem tenet etiam expressè Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. §. Quarta debet. quauis Soarius contrarium sequatur: asserit enim, necessitatem implendi præceptum ecclesiasticum non esse sufficientem, & hanc partem sine dubio esse consulendam: & cum Soario idem tenet Corduba in Summa Hispanica, quæst. 142. & D. Anton. 3. part. tit. 13. cap. 6. §. 7. & Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 6. & vtraque sententia est probabilis. Ex quibus casibus facile potest intelligi, diuinum præceptum de præmittenda confessione ante communionem, non tam strictè obligare: obligat enim semper, non tamen pro semper, & in omni casu occurrenti, vt diximus num. 1.

Dices: Præceptum de præmittenda confessione ante communionem, quando quis est conscius pec-

cati mortalis, est præceptum diuinum, vt diximus cap. præcedenti, num. 2. & 3. præceptum autem audiendi Missam in die festo est ecclesiasticum: fortius autem debet esse præceptum diuinum, quàm humanum: ergo necessitas implendi præceptum Missæ non debet excusare ab obligatione præcepti diuini. Ad hoc facile respondet Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 46. n. 5. ad finem; & D. Thom. quem citat in 4. distinct. 16. quæst. 6. art. 5. & Castro lib. 2. de lege pænali, cap. vltimo, & Sotus allegatus, & Penha, omnes allegati ab ipso Henrico, esse nonnullos casus, in quibus propter probabiles rationes vtrinque occurrentes, datur oprio Sacerdoti ad eligendam, quam partem maluerit; & hunc esse ex illorum numero: quia Concilium Tridentinum dicta sess. 13. cap. 7. & Doctores passim dicunt, si vrgeat necessitas, & copia Confessarij desit, id esse licitum: vnde rectè quisquam, & prudentialiter potest existimare, necessitatem implendi præcepti ecclesiastici audiendæ Missæ in die festo, esse sufficientem, ad excusandum à præcepto diuino præmittendi confessionem ante communionem, aut celebrationem; si altera conditio necessariò requisita accedat, defectus, scilicet, copie Confessarij; & rectè etiam potest existimare, eam necessitatem non esse sufficientem, & sic eligere, quam partem ipse maluerit. Verùm, quauis hæc responsio sit satis sufficiens, & propter tam graues Doctores sustineri possit; tamen dicendum est, ex interpretatione Ecclesiæ, & Doctorum, illud præceptum diuinum, præmittendæ confessionis, non tam strictè obligare, concurrentibus illis duabus circumstantiis, necessitatis, & inopiæ Confessarij; & ita decebat, huiusmodi præceptum non tam strictè obligare, cum semper communicans maneat adstrictus, & obligatus ad confitendum postea data copia Confessarij: quare sufficit necessitas præcepti Ecclesiæ vrgentis, vt non obliget.

Illud autem animaduertendum est, faciliùs concedendam esse licentiam Sacerdotibus, celebrandi in necessitate absque confessione, deficiente copia Confessarij, præmissa contritione, quàm laicis communicandi: quia Missæ sacrificium prodest pro defunctis ex opere operato, estque sacrificium commune, & valde vrile. Vnde necessitas ex parte Sacerdotis non tam rigorosè accipienda est quoad celebrationem, quàm ex parte laici, quoad communionem: & idèd sub nomine necessitatis, hic ex parte Sacerdotis intelligitur, iuxta Syluestrum verbo, Eucharistia, 2. num. 9. ad finem, omnis causa excusans ab irreuerentia Sacramenti Eucharistia: vt, si est obligatus ad celebrandum; vel, si non sacrificando ascisceret sibi infamiam; vel, si nuper decessit aliquis, cuius anima valde indigeret sacrificio probabiliter; aut, si tantus sit seruo in eo Sacerdote, qui peccauit, vt ex sacrificio speret sibi magnum iuuamen contra ipsum peccatum; & alia huiusmodi: in his enim casibus, deficiente copia Confessarij, datur necessitas sufficiens, vt contritus Sacerdos possit licitè absque confessione celebrare. Et ratio euidens est: quia tota ratio & fundamentum obligationis præcepti diuini, præmittendæ confessionis ante communionem, quando conscientia peccati mortalis grauat, ea est, vt reuerentia habeatur erga tantum Sacramentum, quæ naturali lumine illi debetur; concurrentibus autem his casibus, & circumstantiis, potest maior reuerentia in aliquo Sacerdote non confesso dari, quàm aliàs plerumque in multis confessis. Hæc Syluest. ibi.

Et idèd quidam extendunt licentiam celebrandi absque confessione, etiam ad hos tres casus necessitatis. Primò, quando pauper Sacerdos habet ius præter finem boni communis sacrificij, vt accepta

Henriq. D. Thom. Castro.

Penha.

Conc. Trid.

7.

Syluest.

8.

Henriq. Tabiena.

Henriq. Syluest.

Soar. Syluest. Henr.

9.

cepta stipe sustentetur ex Missa. Ita ex aliorum opinione docet Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 46. n. 6. & citat ad marginem, littera T, Tabienam verbo, Missa, §. 31. & dicit ibi, ita expressè tenere Syluestrum verbo, Eucharistia, 2. §. 7. Sed ego peratentè legi Syluestrum, & expressè non reperi, nec talem necessitatem probò: quia ius stipis ad sustentationem præcisè sumptum, non est causa sufficienter excusans; & aliqui nimia licentia daretur Sacerdotibus ad celebrandum sine confessione; idèd, meo iudicio, censeo, in eo casu nunquam esse excusandum Sacerdotem à graui irreuerentia, & sacrilegij peccato. Secundo, dum Parochus celebrat pro defuncto præsentè, in locis, vbi præsentibus illis celebrari solet. Ita docet etiam Henriquez lib. 8. Eucharist. c. 46. num. 6. & Syluester verbo, Eucharistia, 2. §. 7. n. 9. & hunc casum probò, ob rationes factas numero præcedente; maximè, quia inde sibi generare poterit infamiam Sacerdos, si non celebret. Tertio, si Sacerdos teneatur ex obligatione capellanæ, aut ex ea obligatione, quam quidam Sacerdotes habent dicendi triginta Missas continuas. Ita docent Syluester, & Henriquez citati. Verùm ex præcisa hac obligatione, nisi alia circumstantia excusans occurrant, hunc Sacerdotem non excusabo à graui peccato sacrilegij: quia, vt modò dixi, ius stipis ad sustentationem Sacerdotis non censi debet necessitas sufficienter excusans; alioqui daretur magna licentia Sacerdotibus sacrum hoc mysterium contemnendi, & minus reuerenter tractandi: tunc autem illum excusabo, quando etiam incideret in occasione generandæ, asciscendæque sibi infamiae, si non celebrauerit. Addunt aliqui, etiam pro benedictione nuptiali danda sponis, posse quoque Sacerdotem, si desit copia Confessoris, contritum Missam celebrare: quia obligatio accipiendæ benedictionis, & dandæ, dum petitur, videtur causa satis vrgens, ad excusandum obligationem præcepti diuini, præmittendi confessionem ante communionem. Ita Henriquez allegatus. Nam, quauis ille id referat ex aliorum opinione; tamen id non improbat, neque in textu, neque ad marginem: quate videtur hanc necessitatem approbare: quia illius mos est, statim, vel in textu, vel in margine, improbare, quæ non approbat: & sic consequenter dicendum est, illum omnes prænumeratos casus approbare, cum similiter eos non improbet. Verùm, ego etiam hanc necessitatem non probò: quia obligatio suscipiendi benedictionem nuptialem, iuxta meliorem opinionem, non obligat nisi sub veniali tantum, nisi fortè in eo casu conscisceret sibi infamiam non celebrando; maximè præsentibus multis, qui ipsos sponso sociarent.

Communis itaque causa, seu necessitas excusans ab omnibus Doctoribus sine controuersia recepta est, si sequatur scandalum, Missam, vel communionem omittendo, aut grauis infamia quæ moraliter vitari non possit. Ita Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. fol. 944. col. 1. §. Tertio, & §. 4. Syluester verbo, Eucharist. 2. §. 7. num. 9. Henriquez lib. 8. Eucharist. c. 49. num. 4. & nos iam satis id probauimus cap. præcedente, n. 9. Notat autem ibi Soarius §. 4. aliud esse scandalum, aliud quandam populi admirationem: hanc autem admirationem asserit non esse sufficientem causam ad communicandum, vel celebrandum sine confessione, etiam contritum, deficiente copia Confessarij: quia sapissimè vulgus ob leues causas admiratur. Verùm in hac via re non placet Soarij opinio: quia, licet vulgus sæpè ob leues causas admiretur; tamen hic, & nunc causa huius admirationis non est leuis, moraliter loquendo; & moraliter etiam loquendo simul cum hac admiratione, vel scandalum, vel infamia coniuncta est: ex

hac enim admiratione solet vulgus, & leues homines occasionem facile sumere temerè iudicandi, loquendi, & infamandi alios: & idèd ea sola admiratio cum hoc periculo, quod semper datur, est causa sufficiens, & iusta, vt optimè docet Corduba in Summa Hispanica, quæst. 142. qui. alios refert: & Syluester modò allegatus absolūtè ait, hanc admirationem sufficere propter hoc periculum, & tandem idem sequitur ipse Soarius allegatus.

Sed quid, si ipse Sacerdos, incepta iam Missa, recorderetur, se commississe peccatum mortale, & non esse confessum: vel etiam, si in ipsomet actu sacrificij, quod frequenter accidere potest, mortaliter peccet, vel odio, vel consensu in prauo actu, vel dubitatione in fide? Et reuerè si iam fuerit peracta consecratio, sine limitatione, & controuersia fatentur omnes Doctores procedendum esse ad communionem, & finem sacrificij absque confessione, cum sola interiori poenitentia & contritione, propter diuinum præceptum integrandi sacrificium, quæ necessitas grauius est, & res maximè necessaria: quinimò, licet facile, & sine vilo scandalo possit Sacerdotem ad altare tunc vocare, & confiteri, nec tenetur, nec debet id facere; quia non debet sacrificium iam substantialiter inchoatum modo aliquo interrumpere. Ita Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. fol. 944. col. 1. §. Quinta & grauis. Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 46. num. 3. Syluester verbo, Euchar. 2. §. 7. D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 2. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 6. ad 2. & distinct. 12. quæst. 1. artic. 8. Victoria in Summa, §. 83. Nauarrus cap. 25. num. 75. & 86. Ploueus de Sacramentis, titul. de Eucharist. c. de cautelis, §. 3. Maiolus de irregul. lib. 3. cap. 19. num. 17. & cap. 21. n. 16. Tabiena verbo, Communicatio, §. 30. Rosella verbo, Eucharist. cap. 26. Si verò consecratio non fuerit peracta, neque incepta, (tantundem enim est, esse peractam atque inceptam,) variant Auctores. Et in primis, si Sacerdos recorderetur in altari antequàm Missam inchoet, debere illum, & teneri, confessionem præmittere; etiam si oporteat ad id exui vestibus sacris, vt Confessarium adeat, teneri Soarius 4. distinct. 9. quæst. 1. & alij, quos refert; tenet etiam Soarius tom. 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. fol. 944. col. 2. §. Difficultas verò. Fundamentum illorum est: quia, cum sacra actio non sit inchoata, non est rationabilis causa communicandi, & celebrandi absque confessione, ex vi præcisè huius capituli: nam, si aliunde futurum sit scandalum, vel sequatur infamia, iam dabitur satis vrgens causa legitimæ excusationis, vt docent prædicti Auctores: tardè autem scandalum, vel infamia non sequetur, vt diximus num. præcedente, vel, Verum in hac vna. ac proinde ferè semper excusabitur: quia, moraliter loquendo, semper infamia, vel scandalum, vel admiratio sequetur, ex qua resulter infamia.

Si recorderetur peccati mortalis post cceptam, & inchoatam Missam, ante inceptam consecrationem, diuiduntur Auctores: quidam dicunt, non teneri illum vocare Confessarium, vt confiteatur: quauis commode, & sine scandalo possit. Ita Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 46. num. 3. quia iam actio facta ccepta est, quam non decet interrumpere. Cum Henrico consentire videntur omnes allegati num. 12. post verbum, Alij. & D. Thomas etiam ibi allegatus. Alij dicunt, si sine incommodo, & scandalo potest vocari Confessor ad altare teneri Sacerdotem præmittere confessionem. Ita D. Bonauent. in 4. distinct. 13. & in expositione litteræ circa principium, & Syluester verbo, Eucharist. 2. quæst. 7. Fundamentum illorum est: quia illa pars Missæ est extrinseca sacrificio, & idèd interrumpi potest sine indecentia ob causam rationabilem, sicut interrumpitur

Cord. Syluest.

10.

Soar.

Henriq. Syluest. D. Thom. Sotus. Vict. Nauarr. Ploueus. Maiolus. Tab. Rosella.

Soar.

Soar.

11.

Henriq.

E. Bonaun.

Syluest.



Sor. Viç. Nauarr. D.Thom. Soar.

rumptur ob concionem. Si autem non potest Sacerdos ad altare vocari, non teneri Sacerdotem sacrificantem inde discedere, & Missam interrumpere. Ita Bonavent. citatus, & Sorus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 6. Victoria in Summa, num. 79. Nauarr. cap. 25. num. 76. & expressè etiam D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 2. & Soar. tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. fol. 944. col. 2. §. Difficultas. Dicendum tamen est, opinionem Henrici esse veram, non præcisè ob illius fundamentum; quia iam actio sacra cœpta est, quam non decet interrumpere; nam ob aliam causam rationabilem interrumpi potest, & hæc satis rationabilis est: sed ad vitandum scandalum, aut infamiam, quam inde sibi ipse Sacerdos generare potest: quoniam enim hic non sequatur nisi quædam admiratio circumstantium; tamen ex ea admiratione sumitur occasio sinistra loquendi, suspicandi, & infamandi ipsum Sacerdotem: quod periculum moraliter semper datur, & est causa sufficiens, & iusta excusationis, vt diximus num. 9. quæ doctrina hic accommodari potest. Solum tamen verum haberi poterit doctrina Nauarri, Soti, D. Thomæ, & Soarij, quando nulli sint presentes, aut paucissimi; & qui non aduertant, nec sinistra suspicentur: vt, v. c. si duo Sacerdotes essent in Ecclesia, & vnus minister; & Sacerdos sacrificans recorderet in altari alicuius culpæ mortalis: tunc enim, cum ferè nemo præsens sit, poterit vocare ad altare alterum Sacerdotem Confessarium, vt breuiter confiteatur, & velut simulanter, ne etiam minister aliquid, si fas est, suspicionis habere possit: aliter verò, si alij sint presentes, contritionem habeat, & sacrificium absoluat, ne in sinistram suspicionem veniat.

12.

Quid autem, si Sacerdos sacrificans in altari ipso, Missa inchoata, ante consecrationem meminisset, se esse excommunicatum, aut non ieiunum (de hoc iam alibi diximus in Missæ sacrificio: ) breuiter tamen dico, existimare nonnullos, in his casibus teneri (nisi sequatur scandalum) ipsum Sacerdotem Missam interrumpere, vt confiteatur, aut iam cœptam dimittere, si confiteri non possit ob defectum Confessarij. Ita videtur docere Henriquez lib. 8. Eucharistiæ, cap. 46. num. 3. ibi: *At si se excommunicatum meminisset ante consecrationem, aut non ieiunum, dimittat cœptam Missam, nisi sequatur scandalum: post consecrationem tamen persiciat, propter integritatem sacrificij.* Hæc ille. Et citat pro hac opinione Sorum, Victoriam, & D. Thomam supra allegatos. Alij dicunt, cœptam Missam cum interiori penitentia esse proseguendam: quia alias communiter sequitur scandalum, infamia Sacerdotis sacrificantis, & admiratio populi. Ita D. Bonauentura citatus, Angelus verbo, *Missæ*, 1. §. 42. & §. 27. & dicit probabile Sorus allegatus: quos omnes citat Henriquez modò allegatus ad marginem, littera H. Et ista opinio mihi videtur probabilior, nec ab ea dissentit D. Thomas 3. part. quæst. 83. art. 6. ad 2. vbi ponit hos tres casus, quando Sacerdos ante consecrationem meminisset, se esse excommunicatum, vel non ieiunum, vel non confessum; & dicit, tutius esse Missam relinquere, si sine scandalo potest fieri, maxime in casu manducationis, & excommunicationis: vbi, cum dicit, *minime* aperrè sentit, hoc non esse præceptum, sed consilium, etiam cum secluso scandalo potest fieri, vt optime notauit Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. fol. 944. §. Difficultas. & re-  
tendè pensatis omnibus hæc opinio Soarij, & D. Thomæ sequenda est, & concordat cum opinione Henrici num. 11. allegati initio, & sic absque timore irregularitatis poterit excommunicatus Missam persicere: ratio autem non sequetur etiam scandalum: quoniam nunquam est consulendum, vt Missa

Henriq.

Angel.

D.Thom.

Soar.

relinquatur omnino. Et quoniam Henriquez, initio huius numeri duodecimi allegatus, videatur facere distinctionem inter casum excommunicationis, & manducationis, & inter casum recordationis alicuius peccati non confessi; & de hoc vltimo dicit, posse tuta conscientia Sacerdotem cœptam Missam persicere cum interiori penitentia, etiam si non confecerit; de alijs verò duobus videatur id negare: tamen reuerà non negat, neque obligat sub mortali ad dimittendam Missam, aut vocandum Confessarium ad altare; sed tantum dicit: *At si se excommunicatum meminisset, aut non ieiunum, dimittat Missam, nisi sequatur scandalum: post consecrationem tamen persiciat, propter integritatem sacrificij.* quibus verbis consilium continetur, non præceptum: perinde enim est, ac dicere: Tutius est Missam dimittere, nisi sequatur scandalum. Et sic non differt, meo iudicio, ab opinione D. Thomæ, & Soarij; sed concordat, ac consentit.

13.

Sed dubitabit aliquis, quando Sacerdos non tenetur ex officio Parochi Sacrum facere, vt alij Missam audiant ex præcepto; & tamen non est alius, à quo illam audire possint, an sit hæc causa sufficiens ad celebrandum sine confessione: præmissa tamen contritione, vt alij impleant præceptum in die festo? Negat Soarius expressè tom. 3. in 3. part. disp. 67. sect. 4. aliàs 5. fol. 945. §. Sed quæres. col. 2. Fundamentum illius est: quia, quantum ex vi huius causæ, ea sola non sufficit, secluso scandalo, aut infamia in Sacerdotem resultante; re enim verà id non est necessarium ad vitandum peccatum proximi, quia alij non peccabunt, si eo non sacrificante Missam non audiant. Mihi tamen dicendum videtur, eam causam esse sufficientem: primò, quia vrget præceptum, & necessitas proximi reputanda est propria, quando ea necessitas est in ordine ad salutem. Nec refert, quod alij non peccabunt, si in ea circumstantia Sacerdos non sacrificet: quia etiam, quando proximus est in articulo mortis, & vrget præceptum diuinum communicandi, si Sacerdos tunc habens peccatum mortale non sacrificet ad eum communicandum, ægrotus quidem non peccabit; & tamen tunc dicimus, posse prædictum Sacerdotem in eo casu contritum Missam celebrare, vt diximus num. 4. non ergo ratio necessitatis sumenda est ex peccato, vel non peccato proximi præcisè. Deinde, quia ipse Sacerdos, dum iter facit, potest contritus celebrare, si desit copia Confessarij, qui illum confiteri possit, cum obligat præceptum ecclesiasticum dicendi, vel audiendi Missam in die festo, vt diximus num. 5. & probauimus satis ex Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 46. num. 5. & ex Syluestro verbo, *Euchar.* 2. §. 7. & ex Adriano in 4. distinct. 9. quæst. 4. concl. 10. Tertio, quia, si esset Parochus, posset id licitè efficere, vt docet Soarius citatus fol. 945. col. 1. §. *Prima causa, seu ratio.* ergo & non Parochus: nam, si parochiani habent ius ad petendum pastum spirituales à suo parochio, etiam Christiani habent ius illum petendi à quocunque Sacerdote, quando liberè illum dare potest: & denique, quia, si Sacerdos in die festo, vrget præcepto audiendi, vel dicendi Sacrum, deficiente copia Confessarij id potest efficere, id etiam poterit licitè efficere, quando eadem necessitas vrget proximum, cum necessitas proximi pro necessitate propria reputanda sit, vt sæpè diximus.

Soarius.

Henriq. Syluest. Adrian.

14.

Hæc sunt difficultates, & casus, qui circa Sacerdotem occurrere possunt, & si qui fuerint alij, ex horum resolutione, illorum pendebit resolutio. Restat videamus, qui casus possint occurrere circa laicos. Primus ergo casus est, quid dicendum sit, quando aliquis laicus iam ad linteum mensæ diuinæ communicaturus assistit, & ibi recordatur alicuius

Henriq.

Viç.

D. Bonau.

Soarius. Ledesm. Sorus. Armill. Cord. Nauarr.

15.

Henriq. Paludan.

cuius peccati mortalis non confessi, an teneatur surgere à mensa, vt Confessarium adeat; an verò possit tuta conscientia habita anteriori contritione communicare: Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 46. n. 3. affirmat, hanc solam causam esse sufficientem, vt huiusmodi homo communicare possit, absque obligatione surgendi à mensa, & quaerendi Confessarij, propter reuerentiam Sacramenti: videtur enim aliqua indecentia ipsius Sacramenti, si teneatur tunc surgere, & quaerere Confessarium, vt eum directè absoluat à peccato obliuio, cum de omnibus sit absolutus; directè quidem ab illis, quorum meminit in confessione; indirectè verò ab omnibus etiam obliuio, illum excusat Henricus citatus, & Victoria in Summa, n. 79. propter solam indecentiam: quia iam quodammodo est inchoata actio sacra communicandi, & idèd non decet recedere à mensa, donec persiciatur, sicut non esset decens recedere à mensa Principis ante conuiuium peractum, postquam aliquis ad illam sederet: maxime cum iam accedat iustus, & probatus per confessionem, & expediat communiter, ne Sacerdos ad altare audiat reconcilia-  
tiones volentium communicare. Alij verò illum excusant: sed non simpliciter ob indecentiam: sed, quia communiter sequitur nota, aut scandalum, si adsint alij presentes: indicium enim præbet conscientia peccati mortalis surgendo, & eundo, & redeundo ad Confessarium. Vnde D. Bonauentura in 4. distinct. 13. *Antequàm* (inquit) *accedas, fiat diligens probatio: postea, ne cogites de probatione, sed de alitudine mysterij, quia id cedit in maiorem reuerentiam Eucharistiæ.* Quare præcisè ob indecentiam non hunc excusat Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 67. sect. 4. aliàs 5. fol. 944. §. *Sexta causa* col. 2. Ledesma 1. 4. qu. 20. art. 2. fine, & 2. 4. quæst. 5. art. 5. dubit. 3. Sorus in 4. dist. 12. art. 4. fine. Armilla verbo, *Communicatio*, num. 28. Cord. lib. 1. quæst. 16. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 2. 1. num. 49. Cum nota verò aliqua, vel scandalo, omnes Doctores illum excusant. Et, addit Nauarrus, *idem dicendum est de illo, qui iam venit cum alijs ad Eucharistiam suscipiendam, & peccati alicuius mortalis non confessi recordatur, & non potest illud decenter ante illam confiteri, nec à communicando absque sui nota abstinere: potest enim tunc communicare, cum proposito illud confitendi, secundum Scotum in 4. distinct. 9. & Syluestrum Eucharistia 2. q. 7.* Hæc ille. Quamobrem nimis scrupulosè monent aliqui, vt communiter recedant à mensa, & differant communionem: quia iam hodie propter frequentiam, nulla sequitur nota, si recedant à linteo: nam prior etiam opinio Henrici, & Victorie est valdè probabilis: & idèd concludit Soarius, moraliter & practicè loquendo, quando communicatio fit publice, & coram alijs, sine scrupulo fieri posse id, quod Victoria & Henriquez docent: quia, moraliter loquendo, nunquam deest aliqua nota, vel obmurmuratio: nunquam autem esse consulendum, vt confessio fiat Sacerdoti Eucharistiæ ministranti. Hæc docet Soarius. Quare videtur Soarius dicere, id posse tolerari; si communicatio fiat secretè, & nemine in Ecclesia presente.

Similiter, si laicus iam confessus est, & vrget præceptum Ecclesiæ de communione Paschatis, & meminit alicuius peccati obliuio, & caret de presenti Confessario, cui possit illud confiteri; potest contritus licitè communicare, quia adest necessitas præcepti ecclesiastici, & copia Confessarij deest; & præceptum diuinum communicandi absque confessione omnium peccatorum mortalium, de quibus recordatur, non obligat, nisi data copia Confessarij: hic autem deest. Ita Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 46. num. 4. Paludan. in 4. distinct. 9. quæst. 1. art. 2.

Richardus ibi, quæst. 2. art. 2. & alij, & Toletus lib. 2. Summæ, cap. 25. §. *Quarta debet.* vbi dicit, in necessitate implendi præceptum Ecclesiæ, defectu copiarum Confessarij, posse quoniam accedere ad mensam contritum cum voto confessionis faciendæ, habita occasione.

16.

Non licet tamen laico non ieiuno, dum sanus: ac benè valens est, communicare propter præceptum Paschæ, aut propter instans Iubilæum, vt docet idem Henriquez allegatus, & est certa sententia, quam tenet D. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 8. & nos id latè probauimus c. 5. huius libri, n. 4. quia tantum infirmis in extremis concedunt iura Eucharistiæ dari non ieiunis ob Viaticum; & de Iubilæo id clarius est, quia non obligat. Vide Nauarrum. §. *In Leviticum*, notabili 18. & Sorum in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 3. Cordubam lib. 5. quæstionum, q. 27. & 28. vbi de Iubilæo, id clarè, & apertè docent.

17.

Dubium quoque est, an quando aliquis habet præsentem aliquem Sacerdotem, cui possit integrè confiteri; alium tamen de proximo expectat, cui solet deuotius confiteri, possit communicare, aut celebrare contritus differendo confessionem quoad vsque alius veniat, & an sit etiam hic casus reprobatus pro carentia Confessarij. Affirmant Richardus in 4. distinct. 17. quæst. 6. art. 3. inclinatur Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. quæst. 14. & Fumus verbo, *Communio*, sine, & Rosella, quem allegat Syluester, in hanc partem etiam inclinatur. Negandum tamen omnino hoc est cum Soario tomo 3. in 3. part. de penitent. disputat. 67. sect. 4. fol. mihi 942. col. 1. §. *Circa primum*, in prælo Conimb. & cum Syluestro, qui prius hoc docuit, verbo, *Confessio*, 1. §. 2. & Henrico libro 8. de Eucharistia, cap. 47. initio, & Suarius citat Sorum, Nauarrum, Canum, Couarruuiam, & Cordubam; sed locum non allegat. Et ratio est primò: quia tunc non vrget vlla finis necessitas; sed tantum utilitas; & solatium particulare, quæ causa per se non videtur excusare à præcepto diuino præmittendæ confessionis. Secundo, quia non potest verè dici, in eo casu deesse copiam Confessoris, cum præstò sit alius sufficiens absque morali incommodo graui: nam, si fuerit Religiosus, nullam infamiam formaliter patitur illius Religio, eò quòd ille confiteatur Sacerdoti laico; Concilium verò Tridentinum sess. 13. cap. 7. requirit defectum copiarum Confessarij simpliciter. Accedit, quòd si huiusmodi peccator vult ad solatium confiteri alteri Sacerdoti, cui cum maiorj deuotione confiteri solet, poterit hoc postea facere, si velit, & præsentem confessionem non omittere. Quare doctrina Richardi, nec probabilis, nec practicè secura est.

Richard. Syluest. Fumus. Rosella.

Syluest. Henriq. Soar.

18.

Secundum dubium est, an, quando absens est proprius Parochus, & penitens habet licentiam, vel priuilegium Bullæ alicuius sodalitatij, vel Cruciatæ, vt possit confiteri cuicumque Sacerdoti voluerit, approbato tamen, possit Eucharistiam suscipere contritus, differendo confessionem vsque ad tempus, quo proprius sit præsens Parochus; & videbitur alicui hanc causam esse sufficientem, & non habere tunc legitimam copiam Confessarij, cum non teneatur vti suo priuilegio? Dicendum tamen est, hanc causam non esse sufficientem: quia simpliciter habet penitens copiam Confessarij, & sic absolute, & sine incommodo potest præceptum diuinum implere de præmittenda confessione ante communionem. Nec fundamentum priuilegij, quod assertur, aliquid probat: nam, licet quis non possit audire Missam in loco interdito; teneatur tamen illam audire si priuilegium habet in die festo; & Sacerdos, qui habet priuilegium consecrandi in fermentato, si caret azymo, &

& dies festus est, tenetur uti suo privilegio, & consecrare in fermentato: & hoc non est, propriè loquendo, grauumen, aut onus; sed commodum & utilitas magna, si recta ratione pensetur. Ita docet Soarius modò allegatus colum. 2. §. Secundus casus.

19.

Tertium dubium est, quid dicendum sit, quando peccator timet, eum Sacerdotem, qui solus est, sibi non seruaturum sigillum confessionis, aut grauem iniuriam illaturum, si apud eum confiteatur? Et in hoc casu dicendum est, esse sufficientem causam excusationis, & perinde se habere tunc penitentem, ac si non habeat copiam Confessarij; & posse in eo casu præmissa contritione communicare ante confessionem, si vergeat præceptum, aut obligatio communicandi. Ita docent communiter Doctores, Soarius tomo 3, in 3, part. D. Thomæ, disputat. 67, sect. 4, aliàs 6, fol. 943, colum. 2. Syluester verbo, Confessio, 1. §. 2. Henriquez libro 8. Eucharistia, cap. 47, num. 1. Et ratio est: quia iam tunc datur utraque causa requisita à Concilio Tridentino sess. 13, cap. 7. ad excusandum à præcepto diuino præmittendæ confessionis ante communionem, quando quis grauat conscientia peccati mortalis: datur enim præceptum vrgens ad communicandum, & datur etiam defectus copie Confessoris. Deinde, quia ea causa est sufficiens ad tacendum peccatum in confessione, salua eius integritate formali, vt probauimus satis in materia, & præcepto confessionis; cum tamen præceptum faciendi confessionem integram, sit diuinum: ergo etiam erit causa sufficiens ad excusandum à præcepto diuino præmittendi confessionem ante communionem.

Soar. D. Thom. Syluest. Henriq.

20.

Dupliciter tamen hoc accidere potest. Primò, si homo tantummodo habeat solum vnum peccatum mortale, ex cuius confessione timet illud graue detrimentum reuelationis, aut alicuius damni grauis; & tunc sine dubio potest confessionem omittit, quia non habet, moraliter loquendo, copiam Confessarij; & ita omnes Doctores præcitant, & specialiter Soarius. Secundò, si homo habeat alia peccata mortalia, & ex confessione vnus tantum timeat sibi euenturum illud detrimentum; non autem ex confessione aliorum: & tunc ante communionem tenetur præmittere confessionem omnium aliorum, excepto illo tantum, de quo moraliter timet, illud sibi incommodum euenturum, cum proposito illud confitendi, cum periculum damni cessauerit. Ita sentiunt communiter Doctores, Soarius citatus, & Henriquez, & Major in 4, distinct. 17, quæst. 5, & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 7, num. 6. Et ratio ac fundamentum est: quia ex vi præcepti diuini probandi se, & præmittendi confessionem mortalium ante communionem, tenetur quis confiteri omnia peccata mortalia, quæ habet, & ex quorum confessione nullum timet detrimentum: ex aliorum autem confessione nullum timet periculum; sed ex istius tantum; ergo ex vi huius præcepti diuini tenetur alia confiteri, & poterit illud tacere.

Soar. Henriq. Maior. Nauarr.

21.

Quartum dubium est, quando homo habet peccatum seruaturum Superiori, & non potest illud adire, nec facultatem petere, & vergeat præceptum communicandi, vel consuetudo aut statutum, ex quo sibi resultat infamia, si non communicet: & tunc quidem potest communicare præmissa confessione omnium aliorum peccatorum; excepto isto tantum seruato; cum proposito tamen confitendi illud, cum primùm potuerit: si verò nullum aliud peccatum mortale habet præter illud seruaturum, tunc quidem poterit, absque confessione contritus cum eodem proposito commu-

nicare: iuxta ea fundamenta, quæ numero præcedenti icimus. Et ita docet Soarius ibi allegatus, Armilla verbo, Communico, §. 28, citans Adrianum, & Paludanum. Soto in 4, distinct. 17, quæst. 2, art. 5. Victoria in Summa, num. 79. Henriquez etiam idem sentit num. superiori citatus.

Soarius. Armill. Adrian. Palud. Soto. Vict. Henriq. 21.

Ex his igitur casibus, & aliis, qui passim occurrere poterunt, colligitur generalis regula, quæ in hoc negotio assignari poterit, scilicet, tunc censendum esse aliquem non habere copiam Confessarij, quando non adest Sacerdos habens iurisdictionem super peccata mortalia; vel super aliquod ex illis, quæ habet is, qui communicaturus est; vel certe quando adest Sacerdos, sed tamen homo non potest apud illum confiteri sine graui damno, & incommodo suo. At, si quis roget, quantum debeat distare Confessarius, vt dicatur non esse præsens, & carere homo copia illius: Respondeo, non posse pro omnibus personis eandem regulam assignari: potest enim per leucam, & magis, vel minus distare: nam vnus facile poterit conficere iter vnus leucæ, alter magna difficultate; & vnus potest ire sine nota & scandalo, alter minimè: tandem vnus poterit ire semel, non iterum. Sunt igitur hæc omnia arbitrio prudentis relinquenda, qui speciatim circumstantiis id iudicabit.

CAPVT. X.

An peccatoribus Eucharistia deneganda sit, & quibus, an publicis, an occultis, & ex confessione notis; & quid, si publici occultis, & occultis publicè illam petant: quinam sint peccatores publici, & occultis.

SVMMARIVM.

- Quid sit peccatum publicum, quid notorium, & qua scientia requiratur in magna vrbe, vt publicum dicatur. num. 1.
Quid de minimo oppido, vicinia, aut pago. num. 2.
Qui sint propriè peccatores publici. num. 3.
An vsurarij, an histriones, an exercentes hastiludia, & choros cum feminis, an insignes taxillorum lutores. num. 4.
Publico peccatori, siue publicè, siue secretè, & occultè Eucharistiam petenti, deneganda est. num. 5.
Publicus vsurarius, nec etiam in articulo mortis absoluentus, aut communicandus est, nisi præstita cautione de restituendo. ibidem, vers. Et loquendo. num. 6.
Vnde oriatur præceptum, & obligatio non dandi Eucharistiam indignis. num. 7.
Si peccator publicus iam sit emendatus, & Eucharistiam in occulto petat, ei danda est, imposita satisfatione; & qualis debeat esse ista satisfactio. num. 8.
Quid, si peccator sit publicus in vno loco, & petat Sacramentum in alio, vbi ignoratur. num. 9.
An ad vitandum damnum iniustum, quod ex testimonio alicuius mihi est euenturum, possim illum infamare, illum crimen occultum detegendo. ibid. vers. Dices. num. 10.
An aliquando huiusmodi peccatori in vno loco publico, Eucharistiam petenti in alio loco, vbi ignoratur, sit

- tur, possim illum denegare. num. 11.
Quid, si constet certo illum esse alibi excommunicatum, & non esse absoluum. num. 9.
Quid, quando publicus vsurarius credit, suos contractus esse licitos, & Confessarium putat esse illicitos. num. 10.
An publicis histrionibus, & parasitis neganda sit Eucharistia. num. 11.
An Parochus possit negare Eucharistiam suo parochiano publico peccatori, quando eius confessionem audiuisset, si aliunde sciat. num. 12.
Confessarij ob publica peccata in confessione audita, non possunt imponere publicas penitentias. num. 13.
Explicatur Concilium Tridentinum. ibid.
In Gallia compelluntur publicæ meretrices post mutationem status communicare. num. 14.
Publico excommunicato non denuntiatio an danda sit Eucharistia. ibid.
Numerantur aliqui gradus, vel species peccati, & peccatoris occultis. num. 15.
Si peccator occultus sit, & ex sola confessione notus, aut vni, vel alteri extra confessionem, an ei deneganda sit Eucharistia, si publicè illam petat. num. 16.
Quid, si coram illis duobus illam petat, qui illicitius peccatum sciunt, remissivè ad numerum 27. Proponuntur obiectiones, & soluntur. numer. 17. & 20.
Proponitur doctrina nonnullorum circa peccatores occultum petentem Sacramenta à quocunque ministro, Parocho, vel non Parocho, parato, vel non parato. num. 18.
Quilibet Christianus ex eo, quod talis sit, habet ius petendi Sacramenta à quocunque ministro, Parocho, vel non Parocho, parato, vel non parato. numer. 19. vers. Verum.
Soluntur obiectiones proposte num. 17. num. 20.
Soluntur etiam alia obiectiones. num. 21.
Quid, si peccator occultus occultè Eucharistiam petat. num. 22.
Quid, si ex confessione tantum notus sit. ibid.
Refertur prima opinio affirmantium, negandam illi esse communionem, si occultè petat. ibid.
Proponitur, & astruitur vera sententia asserens, peccatorem ex sola confessione notum non posse repelli absque peccato mortali à communionem, siue publicè, siue secretè, & occultè petat. num. 23.
Quid, si peccator occultus extra confessionem notus occultè petat. num. 24.
Quid, si Sacerdos Eucharistiam ministrans certo scit, petentem Sacramentum Eucharistia occultè, esse in peccato, an teneatur tunc eam ei negare. num. 25.
Quid, si id sciat ex aliorum testimonio, qui tamen in publico nolunt esse testes. ibid.
Quid, quando crimen vni, vel alteri extra confessionem est notum, & peccator occultè petens erga alios laborat infamia. num. 26.
Quid, si peccator occultè petens duobus, vel tribus extra confessionem sit notus, & erga alios non laborat infamia, & coram illis petat, qui id sciunt. num. 27.
Quid, si tunc non coram illis, aut coram vno tantum illorum petat. num. 28.
An Sacramentum Eucharistia dari possit hominibus de crimine suspectis. num. 29.
Quid, quando suspicio est temeraria, probabilis, aut violenta, & quædam suspensiones hæc sint. ibid.
An cum suspicione violenta in articulo mortis dari possit Eucharistia. num. 30.
An vni possimus Eucharistia ad extorquendam purificationem delicti, de quo est suspicio. num. 31.

P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

Notandum est in primis, duobus modis posse aliquod peccatum dici publicum, seu notorium: vel ex euidencia facti, quando, scilicet, ita est euidens, vt nullo modo celari possit: vel notorietate iuris, seu ex euidencia iuris, quando, scilicet, peccator est de eo conuictus in iudicio per Iudicis sententiam, vel per confessionem ipsius peccatoris, siue peccator à multis sciatur, siue à paucis. Vt autem peccatum aliquod publicum dicatur ex facti euidencia, satis est, vt sit diuulgatum intra urbem, aut viciniam, idque vel in tota vrbe, aut vicinia, vel in maiori parte vrbis, viciniae, collegij, aut vniuersitatis, iuxta Sotum de tegendo secteto, q. 6, num. 1. & Lessium tomo 1. de iustitia, lib. 2, cap. 11. de detractio- ne, & contumelia, dub. 13, numer. 73, & iuxta Nauarrum cap. 25, in Enchiridio, numer. 73, satis est etiam, vt dicatur publicum, ex facti euidencia, quòd publicus rumor peccati versetur per urbem, viciniam, collegium, aut vniuersitatem, in ore multorum dispersus, iuxta Nauarrum in cap. Inter verba, in relectio- ne num. 90. & 84. atque idè vt peccatum hoc modo dicatur peccatum publicum in aliquo loco, èd- plurium hominum requiritur cognitio, quo plures degunt in illo. Vnde Eboræ, aut Bracharæ, non dicitur peccatum hoc modo publicum, quòd non sciant saltem 30. aut fortè plures. Vlyssipone duplo maior numerus requiritur: Neque sequendus est Adrianus in materia de Eucharistia, quæst. penult. §. Oritur questio. existimans, publicum esse illud peccatum in aliquo loco, quòd scierint decem tantum. Fundamentum illius est: quia parochia, aut pagus, vt parochia, & pagus dicatur, requirit saltem decem homines: vnde illud crimen dicitur publicum in aliqua parochia, quòd scierint decem, quæ fuit etiam sententia Archidiaconi in cap. Cum dilectus, de purgatione canonica, & Panormitani in cap. Vestra, de cohabit. Cler. & mulier. nam, vt optime animaduertit Sotus vbi supra art. 6. vt peccatum dicatur publicum in aliquo loco, non satis est, quòd per testes probati possit: tunc enim solum dicitur manifestabile, non publicum, non manifestum: & præterea, licet parochia, aut vicinia, aut pagus ad minimum constituatur ex decem hominibus, non proinde sequitur, illud peccatum esse publicum in magna vrbe, aut parochia, aut populo, quòd sciunt decem: sed opus est, vel quòd maiori parti illius sciatur, vel saltem, quòd in ore plurimorum dispersum versetur, iuxta Nauarrum cap. Inter verba, allegatum.

Sotus. Lessius. Nauarr.

Adrian.

Sotus.

2.

Nauarr. Lessius.

Sotus. Henriq. Sylu.

In minimo autem pagus, aut vicinia, vel parochia, cum illa ad minimum constituatur ex decem personis, vt aliquod peccatum dicatur publicum, opus est, vt sit notum saltem sex: quia hæc est maior pars illius minimæ viciniae, aut parochiae, & nunquam potest peccatum dici publicum, si notum fuerit minori numero infra sex: vt optime notat Nauarrus in Enchiridio cap. 25, numer. 73, & Lessius citatus. Hæc tamen non tollit, quòd pro quantitate maioris loci maior numerus requiratur, & quòd èd plurimum hominum requiratur cognitio, quòd plures degunt in illo loco, aut vrbe, vt optime dixit Syluester verbo, Notorium, quæstione 4, §. 4. quòd si parochia, aut pagus habeat mille vicinos, & ex illis solum decem peccatum sciatur, id sufficere, vt publicum dicatur, in hoc securus sententiam Archidiaconi, & Panormitani, Adrianique, quos reieciimus.

Notandum secundò, peccatores publicos esse illos, quorum publica actio, seu ratio, & modus viuendi, quo vtuntur, ex se, & ex obiecto suo exerceri non possit absque peccato; vel, si ex obiecto non

Soar.

fit talis, saltem ex modo, quo fit, publicum, ac manifestum sit, non fieri sine peccato mortali: tales sunt publici usurarii, ac meretrices, vt notauit Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 67. sect. 2. §. 2. col. 2. fol. 954. ex Gloſſa de consecratione, dist. 2. Inter publicos peccatores numerantur etiam histriones, nempe, illi, qui ex officio turpes comœdias exercent: scilicet, si non exerceant turpes, sed modestas ad populi recreationem. Numerantur etiam parasiti, qui cum aliorum præiudicio vtuntur intemperitiis, & dictis mordacibus. Patet ex cap. Tres sunt. de penitentiâ, distinct. 1. vbi Nauarrus num. 16. & cap. 123. num. 23. Docet Henriquez cum multis, lib. 8. de Euchar. cap. 56. num. 4. Numerantur etiam illi, qui exercent torneamenta in equis, seu hastiludia, quæ iure prohibentur ex eo quod vt plurimum ex illis nascantur mortes, & vulnera, nisi cum tali moderatiõne, & cautela fiant, vt cesset periculum; licet rarò tunc sequatur periculum, aut per accidens alicuius mors, aut vulnus, vt optimè docet Henriquez allegatus, Nauarrus capite 15. numero 9. Banhes 2. 2. quæst. 40. artic. 1. ad 4. Abulenſis in Matthæum 6. q. 25. Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 3. dub. 13. de duello. Rursus numerantur illi, qui communiter, & cum periculo notorio exercent choreas cum feminis, iuxta Nauarrum cap. 23. num. 123. excusandæ sunt tamen choreæ, si moderatè fiant, vt excusat ipse Nauarrus cap. 14. num. 31. illos, qui puellas humeris gestant, in Lusitania (pellas vocant,) & Angelus verbo, Ludus, §. 2. Denique numerantur, qui officium, & consuetudinem exercent ludendi notabilem, ac magnam quantitatem aleis, & taxillis. Ita Henriquez allegatus. At hæc & similia, dum absque periculo mortali, & intentione mali finis exercentur, non impediunt accedere ad Sacramentum confessionis, & communionis.

4.

His notaris, est certa sententia, in qua omnes Theologi, & vtriusque iuris Doctores conueniunt, publicum peccatorem, siue publicè siue secretò Eucharistiam petat, repellendum esse ab ipsius susceptione, dummodo tamen non sit emendatus; & teneri Sacerdotes & ministros Eucharistiæ sub peccato mortali eam illis negare. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 67. sect. 2. initio, fol. 954. col. 2. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 61. num. 6. Paludanus in 4. dist. 9. disput. 4. Richard. ibi. art. 3. q. 1. D. Bonauent. art. 2. Alenſis 4. p. quæst. 49. membro 1. Adrianus vbi supra, & quodlibero 3. quæst. 31. Syluester verbo, Eucharistia, 3. quæst. 5. patet ex D. Cypriano cap. Pro dilectione. de consecrat. distinct. 2. & ex Concilio Bracharenſi cap. Placuit. eadem dist. & habetur etiam ex D. Augustino lib. 50. homiliarum, in cap. Multi. 2. quæst. 1. nam, quanuis ibi solum sermo sit de iis peccatoribus publicis, qui conuicti sunt in iudicio; tamen eadem est ratio de omnibus illis, quorum peccatum ita est publicum, vt nulla possit tergiversatione celari, vt constat ex cap. Tua nos. & ex cap. Quæstrum. de cohabitatione Cleirc. & mulier. Et loquendo de publico usurario, prohibetur Parochus ministrare ei absolutionem, & communionem, etiam virgente articulo mortis, nisi præstita prius ea cautione iuris de restituendo, quam pro eo articulo dare potest, vt docent Henriquez allegatus, & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 27. num. 279. & cap. 26. num. 2. patet ex cap. Cum tu. de vſuris docet Syluester verbo, Vſura, §. 4. Armilla §. 3. Sorus lib. 6. de iustit. quæst. 1. artic. 1. Petrus Nauarra lib. 4. de restit. cap. 4. n. 74. & 82. Probatur primò ex Matthæi 7. Nolite sanctorum dare canibus, vbi per canes communiter intelligunt Doctores ac sancti Patres publicos peccatores. Se-

Henriq. Nauarr. Syluest. Armill. Petr. Soto. P. Nau.

cundò, quia sequitur scandalum in populo. Tertio, quia ex negatione prædicta non sequitur infamia illorum, cum publici sint; nec sequitur scandalum in populo: magis autem sequitur, si huiusmodi hominibus daretur: ergo illis non est dandum Eucharistiæ Sacramentum.

Hoc autem præceptum & obligatio non dandi Eucharistiam peccatoribus indignis, oritur præcisè ex iure naturali, ac diuino, supposita institutione illius; & supposita potestate dispensandi commissa Sacerdotibus: quia hoc ipso, quod facti sunt dispensatores illius, tenentur esse fideles, & prudenti ac conuenienti modo tantum Sacramentum dispensare. Deinde, quia obligatio dignè ac reuerenter tractandi hoc Sacramentum naturalis est, & intrinseca huic Sacramento ex ipsius dignitate orta: ad hanc verò pertinet obligatio non dandi hoc Sacramentum indignis. Denique, quia est nobis naturalis obligatio non cooperandi cum peccato alterius: qui autem dat Sacramentum indigno, cum possit iuste non dare, peccato illius cooperatur.

Si tamen peccator publicus in occulto petat, & Confessarius, siue Sacerdos ministrans Eucharistiam, scit eum esse emendatum, poterit ei conferre Eucharistiam, dummodo id populus non sciat, & ipse paratus sit ad dandam omnem culpæ satisfactionem, quam debet. Ita Paludanus, & Syluester, & Sorus vbi supra: & patet, quia non sequitur scandalum, & alioquin emendatus est. Sed statim inquiri potest, quæ penitentia illi imponenda est, & quæ sit illa satisfactio, quam debet dare: cui inquisitioni respondendum est, si occultè petat, satis est, quod occultè confessus fuerit; & quod Sacerdoti, vel aliis, si fortè præsentibus fuerint, id confiter. Et ratio est: quia coram Deo hic iam dispositus est: coram hominibus autem non indiget maiori satisfactioe, quam quæ sit necessaria ad tollendum scandalum: ad hoc autem satis est, quod non sit magis publica communicatio, quam ipsa confessio. Et verò hoc non physicè, sed moralitèr intelligendum est; & idèd parum refert, quod ipsa communicatio, & confessio, quando fit, sit occulta, si paulò post publicum futurum est, illum peccatorem fuisse ad communionem admissum; & idèd illam communionem simpliciter appellamus occultam, quæ & occultè fit, & non est postea publicè diuulganda. Si publicè petat, necesse est, vt publicam satisfactionem præbeat; vel saltem, vt eius dispositio & conuersio publica, & manifesta sit, vt colligitur ex cap. Si peccauerit. 2. quæst. 1. & cap. Scenici. de consecrat. distinct. 2. sufficit autem, si Sacerdos per aliquos dies distulit eius absolutionem, & postea eum absoluat, & circumstantibus, qui publicum illum peccatorem esse sciebant, in Ecclesia ante communionem dicat: Ne scandalum patiamini, si Eucharistiam huic homini ministrum: est enim iam dignè ad eam dispositus, & emendatus. Si verò peccator publicus sit in articulo mortis, satis est, si pro temporis opportunitate det signa contritionis. Ita Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 67. sect. 2. fine, fol. 955. columna 1. in eo enim articulo præsumendum est fecisse, quod potuit, vt se benè disponeret.

Si peccator sit publicus in vno loco, & petat Sacramentum Eucharistiæ in alio loco, vbi eius delictum est occultum, & ignoratur; tunc quidem, siue delictum alibi sit publicum per sententiam Iudicis, siue ex euidentiâ facti, & ratione infamiae contractæ, si Sacerdoti ministro Eucharistiæ, vel per confessionem, vel aliter, constet, illum esse emendatum, non potest ei negari Eucharistiam

5.

6.

Palud. Syluest. Sorus.

7.

Soar.

Soar.

Eucharistia; quia ibi res est occulta, & alioquin est emendatus: vnde nullum scandalum sequitur, quod ei detur: & præterea, cum sit Christianus & Catholicus, habet ius postulandi, ac requirendi Sacramenta. Si autem Sacerdos credit, eum non esse emendatum, Sotus de regendo secreto, membro 2. quæstione 6. hæret, & tandem dicit, probabile esse, posse ei denegari Eucharistiam. Alij dicunt, si publicè petat, non posse ei sine iniuria negari: quia tunc habet se, vt peccator occultus: peccatori autem occulto publicè petenti, Eucharistia negari non potest, vt communis est Theologorum sententia, vt infra dicemus, & docet Soarius tomo 3. in 3. part. disputatiõne 67. sectione 4. initio, fol. 957. & patet ex Concilio Valentino I. cap. 8. & ex Concilio Africano cap. 99. & 100. quæ habentur in cap. Si tantum. & in cap. Placuit 6. quæstione 2. vbi habetur, quod Episcopus, qui alienum peccatum nouit, quod probare non potest, non possit ob eam causam publicè à communionem peccatorem repellere: si autem petat secretò, tunc neganda est ei, cum simpliciter non infametur: nam intrinsecè est malum aliquem infamare; & idèd si publicè petat, negari ei non potest, quia id quidem erit illum infamare: & ita docet expressè Henriquez lib. 2. de Euchar. cap. 67. initio, cum multis, quos citat ad marginem, littera A: & Soarius citatus. Probatur facillè: quia in eo loco simpliciter possidet actu, & de facto bonam famam, quanuis alibi sit publicè infamatus: non potest autem sine iniuria priuari à ministro Eucharistiæ, possessione bonæ famæ. Nec obstat, quod Parochus, vel minister Eucharistiæ possit per testes probare, eum esse infamatum alibi: nec enim debet inquirere contra volentes communicare. Sic Iudex in causa possessoriæ non priuat, nec deturbar hominem à possessione sua, eò quod possit accusatus conuinci; sed eò quod conuictus est.

Dices: Ad vitandum periculum damni iniusti, quod scio à Petro mihi esse inferendum, possum iuste detegere crimen occultum illius, & eum infamare, vt ea deteccionè, & defensione iusta, possum illum calumniam repellere: ergo etiam Parochus, vel minister Eucharistiæ ad vitandam iniustam iniuriam Sacramento ab illo peccatore inferendam, qui alibi est publicus, & quem Parochus potest probare per testes esse alibi infamatum, & non esse emendatum, poterit eum repellere à communionem, si publicè petat, licet ob id publicè infametur; ad euitandam & repellendam eam iniuriam, quam infert Sacramento. Adde etiam, dari hęc casum perplexitatis: quia vel infamandus est proximus, si ei Eucharistia denegetur, vel Eucharistia est danda indigno; quod fieri non potest sine graui Christi iniuria: ex his autem duobus malis, minus malum esse eligendum, quod est infamare proximum, maxime cum ille sit alibi infamatus, & sic de facto possideat bonam famam in loco, vbi illius peccatum publicum ignoratur, non de iure, cum alibi iure illo sit priuatus. Tertio, quia illa infamatio tunc non est per se intenta, sed permilla, & sic non est formalis, sed materialis: nam Sacerdos tuerur ius Christi, quod per se tenetur tueri, & ex officio; & non est causa infamiae ipsius petentis, cum vtatur Sacerdos iure suo, & potius ipse petens se infamat, quam infametur à Sacerdote: quia cogit, Sacerdotem, vt inuitus vtatur iure suo, & sic ipsum per accidens manifestet.

8.

Planè ob has rationes existimat Henriquez allegatus dari optionem Sacerdoti ad negandum, vel non negandum in ea circumstantia Eucharistiæ Sacramentum huiusmodi petenti, perpenſis circumstantiis, cum pro vtraque parte probabiles sint rationes. Respondendum tamen est, esse diuersam rationem, imò maiorem ex parte petentis ad petendum, quam ex parte ipsius Sacramenti, & Sacerdotis, ad negandum huiusmodi Sacramentum: quia si negetur, est certum, & infallibile infamiae detrimentum: si autem detur Sacramentum, non est ita certum sacrilegium indignæ susceptionis; quia duodecim sunt horæ diei, & fieri potest, vt iam mutatus sit, & rectè dispositus; imò fieri potest, vt subito mutetur interius, & conuertatur, ac ita se disponat, vt dignè communitur: & sic est diuersa ratio, & maior pro parte petentis, quam negantis; & idèd, absolute loquendo, negandum est dari hęc casum perplexitatis: nam illa infamatio, quæ resultat ex tali negatione, licet non sit per se intenta à Sacerdote, est tamen ita intrinsecè mala, vt ex natura sua infamet, licet Sacerdos non intendat infamare. Nec Sacerdos ex officio suo tenetur negare Eucharistiam in eo casu, cum ex officio teneatur esse fidelis, & prudens dispensator, vt sciat dare, & negare cibum animæ, in tempore, & circumstantiis debitis: in hac autem circumstantia non negat prudenter ob rationem factam.

Instabis: Sæpè potest contingere, vt constet certò, & moralitèr, ipsum petentem esse alibi publicè excommunicatum, & non absolutum; vel peccasse mortalitèr, & non esse absolutum, nec confessum: at in eo casu non potest præsumi bona dispositio, quia ad illam non sufficit interior penitentia, nisi constet de exteriori confessione, & absolutione. Respondeo, Sacerdotem non teneri ex officio inquirere, an petens Sacramentum sit rectè dispositus, necne; & an publicè alibi excommunicatus, sit iam absolutus ab ea excommunicatione: nam, quanuis, absolute loquendo, in prædicta instantia non possit præsumi bona dispositio moralitèr, & ordinariè; tamen potest fieri, vt sit absolutus ab excommunicatione, aut excommunicationem non ligare; & ipsum esse innocentem, & hac de re habere virorum doctorum iudicia, quæ prauallere debent iudicio ipsius Sacerdotis, & Parochi Eucharistiam ministrantis. Deinde fieri etiam potest, vt quanuis non sit confessus de peccato, quod commisit, & id moralitèr sciat ipse Sacerdos, habeat impedimentum legitimum non conſtitendi illud pro tunc, & alioquin accedat contritus, & cum proposito confitendi illud, sublato eo impedimento; & contingere etiam potest, quod in ipsomet momento, in quo Sacerdos proxime accedit ad introducendam Eucharistiam in illius os, possit petens interiùs dolere, & conuerti, & excusari à confessione, eò quod iam non possit à mensa discedere sine scandalo & infamia. Tandem, quia actio ministrandi Eucharistiam indigno non est semper intrinsecè mala; sed, quando ministrans cooperatur indignæ susceptioni: in negotio autem præſenti non cooperatur indignæ susceptioni petentis; sed potius permittit illam; cum in negotio ac circumstantiis præſentibus, solum speculatiuè ei possit constare, huiusmodi petentem indignè petere, & non esse absolutum ab excommunicatione, aut confessum alibi, vel non habere legitimum impedimentum eum à confessione excusans: ad hoc autem, vt cooperetur peccato indignè summentis, non sufficit speculatiua scientia; sed requiritur practica, qua homo considerat, quid hic, & nunc, & in talibus circumstantiis faciendum sit; in prædictis autem circumstantiis benè potest formate iudicium practicum, & dictamen conscientiae, dandum potius esse hoc Sacramentum huic homini, quam negandum. Ita respondet Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 67. sect. 4. §. Ad primam difficultatem. col. 1. fol. 959. & iungendus est aque

9.

Soarius.



videndus, vt intelligatur illius responsio, §. *Propter hanc difficultatem*. in eadem sectione, fol. 957.

10.

Sed, quid faciendum est, quando factum est publicum, & ius faciendi ambiguum: v. c. est publicus vitarius, qui credit, suos contractus esse licitos; Confessarius verò existimat esse illicitos: quæro, an talis sit à communione repellendus. Respondeo, si ius ambiguum est apud viros doctos Theologos, vel Episcopos, ad quos pertinet decernere, quid sit licitum, vel illicitum, non licet repellere hominem à communione; quia in dubiis melior est conditio possidentis: & quanuis Confessarius oppositam habeat sententiam; satis est penitentem habere aliquos viros doctos pro se: si autem apud doctos nulla sit ambiguitas iuris, neganda est ei absolutio, & communicatio, quanuis ipse penitens dicat, se esse securum.

11.

Rogabis verò, an publicis histriopibus, & parasitis deneganda sit Eucharistia, siue publicè, siue secretè petant. Respondeo, quando vtuntur illa arte cum damno, & infamia proximi, neganda est eis Eucharistia; quia tunc sunt in malo statu: & ita intelligendus est D. Thomas 3. p. quæstione 80. artic. 6. & D. Cyprianus de considerat. dist. 2. in cap. *Pro dilectione*. concedenda verò, si sine damno proximi eo officio vtantur: ordinatur enim tunc ea actio, officium, & exercitium ad licitam recreationem, & solatium hominum. Ita docet D. Thomas 2. 2. q. 168. art. 3. ad 3. & est communis opinio, quam tenet Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. quæst. 5. numer. 7. & omnes, quos citauimus num. 3. vers. *Numerantur etiam histriones*.

D. Thom.  
D. Cypri.

Syluest.

12.

Rursum rogas, an debeat Parochus negare Eucharistiam parochiano publico peccatori, cuius confessionem audiuit: si enim neget, siue publicè, siue secretè petat, videbitur manifestare sigillum confessionis; quare videtur ei concedenda, ne homines à tanto, tamque necessario Sacramento deterreantur. Nihilominus respondendum est affirmatiuè: quia illud non est reuelare sigillum, nec directè, nec indirectè: non enim ei negat Eucharistiam ob notitiam confessionis; sed ob notitiam publicam publici status, in quo peccator perseuerat, vt late diximus in materia de sigillo confessionis. Et ita docent communiter Doctores cum Nauarro in cap. *Sacerdos*. num. 85. de pœnit. dist. 6.

13.  
Nauar.

Animaduertit tamen Nauarrus ibi, & optimè, & in Manuali Latino, cap. 28. §. 12. Confessarios non debere ob publica crimina in confessione audita, publicas imponere pœnitentias: quia, saltem indirectè, reuelant confessionem, significantes ea pœnitentia tales peccatores ea publica peccata illis fuisse confessos. Nec obstat textus in cap. 1. de pœnit. §. *Secreta*. distinctione 1. præscribens publicè peccantibus cum scandalo, pœnitentias publicas esse imponendas. Nec etiam obstat Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 8. de reformat. id ipsum præcipiens: nam, vt ait Nauarrus citatus, exponendi sunt de pœnitentis impositis in foro externo, & iudiciatio; non autem de foro interno conscientia: & ita intelligit etiam D. Thomas illum textum cap. 1. de pœnit. in 4. distinct. 14. q. 1. artic. 5. & Paludanus ibi, quæst. 6. & D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 17. §. 6. quod etiam lapsi probatur consuetudine omnium Confessariorum, qui pœnitentiis secretis solum sunt contenti. Vnde colliges, ad hoc, vt publicus peccator possit ad Eucharistiam admitti, non requiri, vt publicas pœnitentias faciat: satis enim est, quod publicè peccatum mutet, & statum, ac modum viuendi; & quod publicis iniuriis satis faciat, vt docent Auctores allegati.

D. Thom.  
Palud.  
D. Ant.

14.

Oppones tamen primò: In aliquibus regionibus, vt in Gallia, publicæ meretrices compelluntur

confiteri, & communicare in Pascha: ergo publicis peccatoribus exhibenda est communicatio. Secundò, publicè excommunicatus, si non est denunciatus, aut notorius Clerici percussor, non tenemur vitare post decretum Concilij Constantiensis, & Extrauagantem, *Ad euiranda*. Martini V. ergo publicus peccator non est à communione repellendus. Respondeo ad primam obiectionem, in Gallia compelli publicas meretrices communicare, prius dignè satisfaciendo populo, mutatione status: & idè, si spes est, vt timore pœnæ respiciant, optimum consilium est, vt compellantur: tamen Confessarius, quoadusque de mutatione status publicè non constet, non det Eucharistiam. Ad secundam responderet Adrianus quodlibeto 3. quæstione 3. ad 3. ius positium ibi concedere, vt possint Sacerdotes Sacrum facere coram excommunicatis, non denunciatis, & ad eorum petitionem; concedere etiam, vt non vitentur in familiaritate humana, & politica; & hoc potest ius permittere: non concedere tamen, vt publicus excommunicatus ad communionem possit admitti: hoc enim iure diuino prohibitum est, si excommunicatio ligat, & tenet; imò, & iure naturali, si præber scandalum quare, si constiterit Parocho, vel per confessionem ipsius excommunicati, vel via alia, illius excommunicationem non ligare, poterit eum admittere ad communionem secretè, ne alij patiantur scandalum, vel publicè; tollendo tamen prius ipsum scandalum meliori modo, quo potuerit. Aliiter responderet Henriquez lib. 8. Eucharistia, cap. 60. numer. 1. scilicet, huiusmodi excommunicatio non esse negandam Eucharistiam propter excommunicationem, sed propter publicum peccatum, in quo ratione moræ est.

Adrian.

Egimus adhuc de peccatore publico, publicè, vel occultè Eucharistiam petente: sequitur, vt agamus de peccatore occulto publicè, vel secretè postulante: & in primis videndum est, qui sint isti peccatores occulti: nam de peccatoribus publicis iam diximus qui sint num. 3. & 4. Et verò sicut sunt varij gradus peccatorum publicorum, ita quoque varij sunt etiam peccatorum occultorum. Primò igitur, occultus peccator dicitur, qui vel ex sola sacramentali confessione est notus, vel ab vno, aut altero homine cognoscitur extra confessionem; nulla tamen infamia laborat. Secundò, dici etiam potest peccator occultus, quando eius crimen vni, vel alteri est notum, erga alios verò est suspicio & rumor, & laborat infamia ex tali suspicione orta; & hoc dici solet delictum occultum, sed famosum. Tertio, fieri potest, vt delictum sit notum, ac manifestum duobus, vel tribus; & tunc quidem adhuc retinet gradum occultitatis: dicitur tamen manifestabile, seu probabile; quia in iudicio probari potest per testes. Hi sunt gradus, qui circa peccatorem occultum occurrere possunt, vt optimè notat Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 5. initio, fol. 960.

15.

Circa primum gradum: quando peccator est occultus, & solum ex confessione notus, aut vni, vel alteri extra confessionem; si publicè Eucharistiam petat, non potest ei absque graui peccato, illius susceptio denegari: quid autem dicendum sit, si coram illis duobus, aut alteri eorum, qui extra confessionem sciunt, petat, dicemus infra numer. 27. Ita docet expressè D. Thomas 3. part. quæst. 80. artic. 6. D. Thom. Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 67. sect. 4. Soar. initio, fol. 957. col. 1. Henriquez lib. 8. Euch. cap. 57. Henriq. numer. 4. Est communis apud Doctores. Probatum primò: quia quilibet Christianus, eo ipso quod baptizatus est, habet ius Eucharistia petendæ, à quo priuari, & repellere non potest, nisi per iniuriam absque causa manifesta. Vnde, cum causa peccati sit

16.

occulta,

occulta, non potest iuste repellere. Secundò, quia ex illa publica reprehensione sequitur infamia, imò illa publica repulsio de se, quanuis Sacerdos negans, siue sit Parochus, siue non Parochus, non intendat illum infamare, est vera infamatio: ergo non potest ei Eucharistiam publicè negare, & peccat mortaliter eum infamando. Tertio, quia Glossa D. Augustini, lib. de medicina pœnæ, cap. 3. in medio, tomo illius 2. super illud 1. Corinth. 5. *Si is, qui frater nominatur inter vos, &c.* ita asserit: *Nos à communione quenuam prohibere non possumus, nisi, aut tempore confessum, id est, nisi confessus fuerit crimen suum in publico iudicio, aut in aliquo iudicio Ecclesiastico, vel seculari conuictum.* Hæc ille. Potest tamen Confessarius, vel Sacerdos, qui est conscius criminis, eum occultè monere, vel in particulari, vel generaliter omnes peccatores occultos, ne publicè accedant ad mensam Domini in peccato, vt animaduertit D. Thomas allegatus.

Gloss.  
D. August.

17.

Sed contra hanc doctrinam, quæ vera est, obijciunt primò: Si peccator petat suum gladium, ad se, vel alium occidendum, non licet ei haberi eum, illi dare: ergo neque Eucharistiam; quia indignè sumpta suam animam occidit. Secundò, ex duobus malis minus est eligendum: sed minus malum videtur, si peccator infametur, quam si Christus offendatur: ergo, &c. Tertio, quia, si medicus certò cognosceret, medicinam, quam postulat infirmus, esse ei mortem allaturam; licet ei infamia sequatur, si neget, tenetur eam non dare, & negare: ergo neque Eucharistiam poterit Sacerdos, qui est medicus animæ, dare occulto peccatori. Quarto, quia, si scirem, quod peccator occultus vult sumere Sacramentum in malum finem, vt pedibus proterat, & iniuriam inferat, teneo non dare: ergo inrentum. Quintò, quia vel peccator occultus publicè petens non est repellendus, quia afficitur iniuria, vel quia patitur infamiam: non primum, quia cum ille sit in peccato constitutus, nullum habet ius ad petendum; & sic nulla ei inferatur iniuria, si ei denegetur: non secundum, quia illemet se infamat, non accedendo dignè, & sic sibi imputat, cum in arbitrio illius sit, dignè accedere. Sextò, quia corpus Christi interdum datur suspectis de crimine ad eorum manifestationem extorquendam, vt patet ex Decretali 2. quæst. 4. cap. 24.

18.

Antequam respondeam ad hæc argumenta, pro explicatione veritatis notandum est, duobus quidem modis posse cognosci peccatorem occultum, primò per confessionem, secundò extra confessionem. Sciendum etiam est, peccatorem occultum, vel posse petere Sacramentum publicè, vel secretè; & vel illud potest petere à Parocho, vel non Parocho, de licentia tamen Parochi tacita, vel expressa ministrante, & in tempore debito, hoc est, in Paschate, vel extra Pascha, & à Parocho, vel alio Sacerdote parato, vel non parato. His notatis: quidam distinguunt inter Sacerdotem Parochum, vel non Parochum, paratum, vel non paratum, & asserunt, quando peccator est occultus, aut ex confessione tantum notus, & publicè petit à proprio Parocho Sacramentum Eucharistia, (idem de quocunque alio Sacramento,) parato, vel non parato, teneri Parochum eam ei præstare, & peccare mortaliter negando: quia vel infamaret, vel proderet sigillum, vel iniuria afficeret, negando ei Sacramentum, ad quod petendum à proprio Sacerdote & in tempore debito ius habet. Ita Caietan. Adrian. Paludan. Alensis. D. Bonau. Nauarr. quæstione 4. Nauarrus in cap. *Sacerdos*. de pœnitentia. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

Caietan.  
Adrian.  
Paludan.  
Alensis.  
D. Bonau.  
Nauarr.

tia, distinct. 6. numer. 48. & alij. Similiter asserunt, si peccator occultus solum ex confessione sit notus, & petat publicè communionem, non posse ei negari absque peccato, à quocunque Sacerdote illa petatur, Parocho, vel non Parocho, in tempore debito, vel non debito: quia id esset reuelare confessionem indirectè.

19.

Addunt etiam, si peccatum occultum extra confessionem scitur, & peccator petit publicè, expelli non posse, quando à proprio Parocho Sacramentum petit: secus, si petat à non Parocho. Alij addunt requiri etiam, vt expelli non possit, quod Parochus sit paratus: nam, si non est paratus, asserunt posse expelli: alij verò insuper addunt, requiri adhuc, quod parochianus petat tempore debito, id est, tempore Paschali, quo ille tenetur iure reddere, & iste petere: aliter verò posse iuste repelli. Fundamentum illorum est: quia solus parochianus habet ius petendi à suo Parocho Sacramenta, & partum spirituales; & solus Parochus tenetur ex officio, & ex iustitia reddere, si non quocunque tempore, saltem tempore debito, quando præceptum Ecclesiæ vrget. Verum, cum quilibet Christianus ex eo, quod Christianus sit, & baptizatus, siue parochianus, siue non parochianus, habeat ius ad petenda Sacramenta Ecclesiæ, & partum spirituales, quocunque tempore, & à quocunque Sacerdote, Parocho, vel non Parocho, parato, vel non parato, qui de licentia Parochi illum ministrat, quo iure non potest priuari publicè, nisi illud amittat per publicum peccatum mortale, quo manifestè fiat indignus: profectò iuste petit, quandiu est occultus peccator, & iniuste hoc iure priuatur, si ei negetur, quod iuste petit, & ad quod ius petendi habet: quare alia distinctiones reiciendæ sunt.

His prælibatis, ad primum argumentum respondeo, diuersam esse rationem vtrobique: nam gladium suum petenti non licet dare, quando vel se, vel proximum vult occidere: Sacramenta autem licet, si peccator est occultus, & publicè petit, quanuis tunc animam occidat: quia damna proximi temporalia, maxime quando sunt irreparabilia, vt est vita, tenemur vitare, etiam illi inferendo vim, si opus fuerit; spiritualia verò solum per consilium, & exhortationem: nam liberari à damno spirituali, in manu hominis est, cum auxilio Dei: liberari autem à damnis temporalibus, non potest homo sæpè sine auxilio hominum. Ad secundum dico, quod, licet grauius peccatum sit, peccare mortaliter peccatorem occultum, sumendo Christi corpus indignè, quam infamari; tamen Sacerdoti ministranti corpus Christi peius est peccare mortaliter infamando iniuste peccatorem occultum, quam quod ille mortaliter peccet: nullus enim debet peccatum mortale committere, vt alium liberet à peccato: ex parte ergo sumentis minus est infamare, quam Christum indignè sumere; & sic tenetur ille ex duobus malis minus eligere; ac proinde tenetur potius infamiam pati, quam indignè accedere ad Eucharistiam: ac ex parte Sacerdotis peius est aliquem infamare, quam Eucharistiam peccatori occulto indignè sumentis ministrare; quia infamando mortaliter peccat, infamat autem Eucharistiam illi negando: dando autem non peccat, quia tenetur dare. Ita respondet D. Thomas 3. part. q. 80. art. 6. ad 2. vbi etiam animaduertit, hostiam non consecratam nullo modo esse dandam loco consecratæ ad vitandam eam infamiam, & peccatum indignè sumentis, vt quidam olim inscite dixerunt: quia Sacerdos hoc faciens, quantum in se est, ad idololatriam inducit illos, qui credunt, hostiam esse consecratam: illa enim actio de se est mala. Vnde in cap. *De homine*. in Decretal. ita dicitur: *Licet is, qui pro sui criminis*

20.

D. Thom.

conscientia reputat se indignum, graviter peccet, si se ingerat irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui fraudulenter illud presumpserit simulare; id est, corpus Domini.

21. Ad tertiam neganda est consequentia: quia, quod infirmus petit, est venenum: Eucharistia autem, quam peccator petit, est medicina, quantum est ex se; quod autem ipsi indignè petenti sit venenum, per accidens est, & id sibi imputetur. Ad quartum dicendum est, si Sacerdos sciat in confessione sacramentali, Hæreticum petere Sacramentum in malum finem, vt, scilicet, illud conculcet, & pedibus proterat, inuestiganda sunt omnia inedia absque reuelatione sigilli, ne ei confecturatur: si autem extra confessionem scit, negandum est Sacramentum; quia minus malum est infamia illius, quam iniuria Sacramento illata: peccator verò occultus, qui non sumit Sacramentum in malum finem, tantam Sacramento iniuriam non infert. Ad quintum respondeo, duplex esse ius petendi Sacramentum; alterum, in foro interiori coram Deo; alterum, in foro exteriori coram Ecclesia: primo modo non habet peccator occultus ius petendi Sacramentum; quia est in peccato mortali: secundo modo habet; quia peccata illius non sunt manifesta, sed occulta; occulta autem non possunt publicè puniri, sed sunt diuino iudicio reseruanda. Ad quintum, & vltimum respondeo, decreta illa antiqua esse abrogata per contraria documenta Romanorum Pontificum, vt patet ex cap. Ex tuarum Extratrag. de purgatione canonica, in Decretalibus, lib. 5. tit. 34. cap. 8.

22. Tota ergo difficultas est; quid dicendum sit, quando peccator occultus petit Eucharistiam non publicè, qua de re hætenus fuimus locuti; sed occultè. Et tunc quidem distinguendum est: nam vel scitur esse peccator occultus ex noticia confessionis, vel extra confessionem: si ex noticia confessionis, est duplex opinio: quidam dicunt, si Parochus ex noticia confessionis, vel quicumque alius Sacerdos, qui de licentia Parochi, vel ex priuilegio Sacramenta ministrat, scit aliquem esse peccatorem, quia, v. c. illum confessus est, & peccator occultè petat Eucharistiam, aut in Ecclesia, si nemo ibi sit, aut in sacristia, nemine audiente, posse quidem eam ei negare, & teneri sub mortali eam negare; negata tamen occultè, si nihilominus ipse peccator occultus ad mensam Communionis publicè accedat, iam ei licitè negari non posse. Et ratio illorum est: quia sic vtrique bene consulitur, & sigillo, & Sacramento: sigillo quidem, quia non reuelatur, cum occultè negetur; Sacramento verò, quia non datur indigno, & obuiatur sacrilegio. Ita docet expressè Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 67. sectione 3. & tomo 4. de poenitentia, disput. 33. sectione 6. num. 2. & D. Thomas in 4. distinct. 9. quæstione vnica, art. 5. quæstionc. 1. in corpore. & Alensis 4. part. quæst. 94. memb. 1. Victoria in Summa, numero 80. sine, Capua lib. 1. decis. aurear. cap. 23. num. 38. Angel. verbo, Euchar. 1. §. 20. Tabiena verbo, Communio, §. 3. Ledesma 1. 4. quæst. 21. art. 6. dubit. 3. Itaque asserunt omnes huiusmodi Doctores, si peccator occultus via confessionis notus publicè Eucharistiam petat, vel quodcumque aliud Sacramentum, ei negari non posse absque graui peccato sacrilegij: quia id quidem esset indirectè reuelare sigillum, quod cedit in maximam irreuerentiam Sacramenti: si verò petat occultè, ei posse negari, & teneri eam negare: quia tunc non periclitatur sigillum, & aliunde consulitur reuerentiæ ac dignitati Sacramenti, ne detur indigno. Solet pro hac opinione afferri cap. Placuit. 6. quæstione 2. vbi dicitur, posse Episcopum propter peccatum in confessione

Soar.

D. Thom. Alensis. Vit. Capua. Angelus. Tabiena. Ledesma.

notum negare Eucharistiam secretè; non tamen publicè: verum iste textus, vt bene animaduertit Soarius primo loco allegatus, non loquitur de confessione sacramentali; sed de confessione alia, quæ sit amicabiliter inter duos, quia ibi dicitur, Episcopum dixisse, reum sibi fuisse confessum tale crimen: non ergo loquitur de tali confessione sacramentali; quia alioquin Episcopus reuelaret sigillum: quod non est dicendum.

Vera tamen opinio docet, non posse Parochum (idem de quocunque alio Sacerdote) expellere à communione huiusmodi peccatorem occultum ex sola confessione notum, & peccare mortaliter, eum excludendo à petitione Sacramenti, siue publicè, siue occultè petat. Ita docet Sancius lib. 3. de matrim. vbi de consensu clandestino, disputatione 36. numer. 14. Banhes 22. cap. quæst. 33. art. 8. ad finem, Bartholomæus Fumus verbo, Confessor, numero 7. Syluester verbo, Eucharist. 3. numer. 7. & inclinatur Capua lib. 1. decis. aurear. cap. 23. numer. 38. Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 59. numer. 3. id expressè tenet: quauis verò Syluester, & Capua loquantur solummodo de proprio Parocho; tamen eadem est ratio de Parocho, & non Parocho, cum omnes Confessarij æqualiter ad sigillum teneantur. Fundamentum illorum est, primò, quia illa negatio, quæ sit occultè, per accidens est, quod sit occultà, cum de se sit publica: sit enim ex occulto foro poenitentia; & sit ad dirigendum actum humanum externæ administrationis ipsius Sacramenti: notitia autem confessionis vti non potest homo ad dirigendos actus externos aliorum. Secundò, quia finita confessione, finitur Sacramentum, cuius sigillum ita obligat, vt ea finita, neque cum ipso poenitente possimus amplius de illa loqui, nisi de speciali licentia illius; nec solum loqui, sed nec etiam vultu, aut factis exprobrare peccata illius possumus, quantumuis occultissimè id faciamus: nihil enim minus scimus, quam quod per confessionem scimus: ergo nec etiam negare Eucharistiam, quantumuis occultissimè petat, cum ea negatio sit quædam exprobratio. Tertio, quia noticia confessionis nullum commercium habet cum actionibus humanis publicis: quæ enim Confessarius via confessionis scit, scit vt Deus, & quando Eucharistiam negat, negat vt homo: quare vna notitia iuuare alteram non potest.

Si peccator occultus extra confessionem sit notus, communis, & vera sententia est, teneri Sacerdotem ei negare Eucharistiam, & quodcumque aliud Sacramentum, si occultè petat. Ita Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 67. sectione 3. initio, fol. 955. Victoria, & Alensis citatus membro 5. D. Thom. 3. part. quæstione 80. art. 6. Henriquez libro 8. Eucharist. cap. 59. Syluester verbo, Eucharistia, §. 5. Sotus in 4. distinctione 12. art. 6. Durandus distinctione 9. quæst. 5. & alij communiter. Probatur facile: quia tunc cessat ratio reuelationis sigilli, & aliunde nullam infamiam patitur ipse peccator occultus, occultè petens. Et id patet ex Concilio Valensino, & habetur cap. Si tamen. 6. quæstione 2. vbi dicitur, debere Episcopum, qui nouit peccatorem, si solus ipse mouit, secretè eum monere, corrigere & communione priuare. Denique, quia ille peccator reuera coram Deo nullum ius habet petendi, cum sit in peccato mortali; in foro autem exteriori etiam nullum habet ius petendi, cum occultè petat; vnde sit, vt sine incommodo, sine scandalo, & iniuria ei possit negari; siquidem totum negotium in secreto, & occulto manet, & ex negatione nullum sequitur incommodum poenitentis; ex confessione autem sequitur sacrilegium, & iniuria Sacramenti.

Hinc.

23.

Sanchez.

Banhes. Fumus. Sylu. Capua. Henric.

24.

Soarius.

Vit. Alensis. D. Thom. Henric. Soar. Durand.

25.

Soarius.

26.

27.

Hinc, si Sacerdos Eucharistiam ministrans, vidit crimen, & certè scit, peccatorem non esse confessum, quauis testes habere non possit, quorum testimonio illum conuincat; potest ei communionem negare, imò teneri; si occultè illam ab eo petat, etiam si ipse peccator delictum suum neget: quia hæc negatio non est propriè loquendo, criminis puniriò, quæ iudicarium ordinem requirit: sed est quædam prudens administratio, & quædam correctio secreta, & paterna, imò & conseruatio quædam diuini iuris, ad quam Sacerdos ex officio tenetur, & ad quam non est semper expectanda probatio delicti. Et idem dicendum est, si ministro Eucharistiæ aliorum testimonio fide dignis constet de prauo hominis statu, quauis nolint in publico esse testes ad eum conuincendum. Ita, & optimè Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 67. sect. 3. sine, fol. 957. col. 1. In confessione tamen aliud fortassis dicendum erit: nam tunc, quauis moraliter mihi constet, eum habere peccatum, quod tamen in confessione mihi taceat, non possum ei negare absolutionem, si post admonitionem conuenientem, ille negat: quia in confessione est ille accusator & testis; & deo ei credere, cum illud tribunal sit tribunal veritatis: at verò in administratione Eucharistiæ, est diuersa ratio, cum illè ibi, nec testis nec accusator sit, nec ei tenetur credere, cum extra confessionem loquatur, & aliunde nullam ex tali negatione infamiam patiatur, cum occultè petat, & occultè negetur.

Egimus adhuc de primo gradu peccati occulti, quem num. 16. posuimus: quid de secundo gradu, (posuimus enim ibi tres,) quando, scilicet, crimen vni, vel alteri extra confessionem est notum, & peccator erga alios propter rumorem laborat infamia, & suspicione; tenerit tunc minister Eucharistiæ eam huiusmodi peccatori petenti denegare? Respondeo affirmatiuè. Ratio est, quia vel hæc notitia & infamia dici potest publica, vel occulta: si publica ad quam reuera videtur accedere, tenetur minister Eucharistiæ, eum repellere: peccator enim publicus, siue publicè, siue secretè petat, ab Eucharistiæ susceptione repellendus est, dummodo non sit emendatus, vt latè probauimus num. 4. Si occulta, etiam tenemur peccatori occulto, occultè petenti, Eucharistiam negare, vt diximus num. 24. & ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 67. sect. 5. §. Dico primò. fol. 961. col. 1.

Quid denique de tertio gradu peccati occulti, videlicet, si delictum sit duobus, vel tribus hominibus notum, & nulla laboret infamia, & coram illis huiusmodi peccator Eucharistiam petat, tenerit tunc minister illius, eam illi denegare? Et quidem videbitur fortassis alicui non esse tunc illi denegandum: primò, quia crimen est occultum simpliciter: non enim est manifestum in iudicio, neque maiori parti viciniam notum: quare, quauis in iudicio sit manifestabile; tamen de facto manifestum non est. Et aliunde petitio coram illis videtur esse publica: peccatori autem occulto publicè petenti absque graui peccato Eucharistiam, vel quodlibet aliud Sacramentum, negari non potest, vt probauimus num. 16. Respondeo tamen tunc denegare teneri. Et ratio est: quia satis est, quod huiusmodi peccatum, sit publicum respectiue, id est, respectu eorum, qui adsunt & sunt præsentès petitioni; quauis, absolurè loquendo, respectu aliorum sit occultum: & ita respondet Soarius modò allegatus. Obiicit, esse euidens periculum, quod illi eum statim infament, referendo aliis, fuisse illi denegatum Sacramentum, propter peccatum occultum. Respondeo, parum id referre: quia eodem modo illi possunt notam inurere infamiam, referendo delictum, & dicendo, illum eum eo delicto

communicasse; & maior infamia est, maiusque periculum, si in publico referant, illum indignè communicasse, & Sacerdotem dedisse Eucharistiam homini indignè illum suscipienti, sibi, & aliis adstantibus cognito, quàm quod postea referant, Eucharistiam illi fuisse denegatam: ex duobus autem malis minus est eligendum.

Si tamen solis duobus, aut tribus peccatum sit notum, & nulla peccator laboret infamia erga alios; tunc quidem non potest ei negari Eucharistia, si illi absentes sunt, quibus illud peccatum est notum. Ratio est: quia tunc simpliciter delictum est occultum, & in se, & respectiue, id est, respectu illorum, qui præsentès sunt: omnes enim illi illud peccatum ignorant: quauis enim illud delictum probari possit; in iudicio tamen adhuc non est probatum: & non satis est, quod delictum sit probabile, id est, probari possit in iudicio, vt dicitur publicum. Ita docet Soarius supra citatus, §. Dico secundo. & Richardus in 4. distinct. 9. art. 3. quæst. 1. Gabriel ibidem, quæst. 2. & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 21. num. 55. & communiter omnes Doctores. Potest tamen contingere, vt ex his tribus, aut quatuor, qui delictum sciunt, vnus tantum sit præsens, cum peccator Eucharistiam petat; alij verò absentes, & id sciat minister Eucharistiæ; & tunc quidem existimo, teneri non dpre, quia frunquè periculum hic datur; & infamandi illum, si ei negetur Eucharistia coram se; & infamandi etiam, si ei detur, affirmando postea, se vidisse illum communicare, & esse in peccato: sicut Petrus & Paulus sciunt, referendo omnes alios, qui illius delictum agnoscunt; & minus inconueniens est, quod infametur solum, quia ei negata fuit Eucharistia, quàm quod illam susceperit indignè.

Ad finem huius capituli quæres, an Sacramentum Eucharistiæ dari possit hominibus de crimine aliquo suspectis. Et duobus modis hoc intelligi potest: primò, an dari possit ad vsum Sacramenti, & ad consequendum effectum illius secundò: an dari possit ad purgationem delicti. Et de primo modo notandum est ex Glossa in cap. Dicit Dominus. & ex Soario tomo 3. in 3. part. disput. 67. sect. 6. fol. 962. triplicem esse suspensionem, temerariam, probabilem, & violentam. Temeraria est illa, quæ nullo probabili fundamento nititur; & idè non est rationabilis, sed iniusta: & certum est, hanc non sufficere ad negandum Sacramentum. Secunda & probabilis, est illa, quæ satis est ad generandum dubium; non tamen ad affirmandum simpliciter, & indicandum de peccato alterius: & certum est etiam hanc non sufficere ad negandum Eucharistiæ Sacramentum quia in dubiis melior est conditio possidentis bonam famam. Tertia est violenta: & est illa, quæ eam vim infert intellectui, vt probabili ratione deponi non possit; & hæc iuxta omnes ferè Doctores sufficit ad negandum communionem. Ita D. Thomas in 4. distinct. 9. quæst. 1. art. 3. quæstionc. 2. Richardus ibi. art. 3. quæst. 7. Gabriel quæst. 2. art. 3. dubitatione 2. Alensis 4. part. quæst. 49. memb. 2. art. 1. D. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 12. §. 2. Soarius modò citatus, §. Circa posteriorem. Et fundamentum est: quia violenta suspicio nititur talibus signis, & indicis, quæ, licet non faciant rem euidentem; faciunt tamen moraliter probabilem, & sufficiunt ad ferendum probabile iudicium, quando nihil est in contrarium, quod excuset, aut prædictam extenuet suspensionem: modò tamen ipsa suspicio sit publica: nam, si publica non sit, sed occulta, sufficet ad negandum occultè, non publicè: si verò publica sit, sufficet ad negandum Sacramentum publicè, & occultè: si sit occulta, sufficet ad negandum occultè, non publicè.

28.

Soarius. Richard. Gabriel. Nauar.

29.

Soarius.

D. Thom. Richard. Gabriel. Alensis. D. Anton. Soarius.

30. Excipe tamen mortis articulum : nam si, in illo homo, de quo talis suspicio habetur, neget delictum, & alioqui præbeat signa bonæ dispositionis, non est illi negandum Sacramentum : quia affirmatio illius in ea circumstantia est certè maximi ponderis ad deponendam omnem suspensionem : & hæc limitatio non est propriè limitatio ; sed est declaratio communis sententiæ : in eo enim casu circumstantiæ concurrunt, quæ satis enervant, infirmant, & extenuant suspensionem violentam.

31. De secundo modo, an dari possit Eucharistia suspectis de crimine ad purgationem delicti, communis sententiæ affirmat non licere. Ita D. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 6. Soarius allegatus initio sectionis, dicto folio 962. Alensis 4. part. quæst. 49. membro 2. art. 2. Glossa, & Doctores in cap. *Sape contingit*, 1. quæst. 4. Ratio est : quia hoc sine dare, est tentare Deum : nam est petere à Deo, ut aliquo manifesto miraculo ostendat delinquentem ; quod est genus quoddam superstitionis : cur enim hoc facturus est Deus, cum hoc non promiserit nec necessarium sit ? aut, cur homo existimabitur innocens, & à delicto immunis, solum quia Deus nihil miraculosum operatur in eo ? Et ideò in iure canonico huiusmodi probationis modus meritissimè reprobatur est toto titulo de purgatione canonica, & in cap. *Consulisti*, & in cap. *Mina*, 2. quæst. 5. Neque obstat, quòd in lege veteri fiebant similes probationes in lege zelotypiæ Numerorum 5. nam illud factum est imperio Dei, qui promiserit, exhibiturum

se in eo euentu manifestum signum, quo veritas pateret : & ideò postulare tale signum, non erat tentare Deum ad purgandam suspensionem delicti, primo modo explicato : ut, si homo non sit innocens, Deus ostendat id aliquo miraculo, v. c. occidendo illum ; aut illa sum servando, si sit innocens : & hic modus est reprobatus, cum sit Deum tentare : & ideò, ut ait D. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 6. decreta antiqua, quæ hoc aliquando permittebant, fuerunt meritissimè abrogata per posteriora Concilia Romanorum Pontificum. Secundò, sumendo Eucharistiam per modum iuramenti, non executorij, sed assertorij, ad confirmandam veritatem : & hoc sensu, ex natura rei hoc non est intrinsecè malum, neque est tentare Deum ; sed solum est graue quoddam iuramentum, ut docet D. Th. in 4. dist. 9. q. 1. art. 4. quæst. 2. ad 2. Gabriel q. 2. art. 3. dub. 5. Maior quæst. 4. in argumentum contra quintam conclusionem. Adrianus quodlibeto 3. art. 3. Doctor Franciscus Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 67. sect. 6. fol. 962. Verùm, licet hic iurandi modus non sit ex natura rei illicitus, nec fortè etiam prohibitus iure positivo ; quia iura non loquuntur de hoc modo probationis ; sed de illo, in quo tentatur Deus ; quare non omninò dammandus est hic modus iuramenti tanquam de se malus : non est tamen consulendus, & quia non est consentaneus reuerentiæ tanti Sacramenti, & quia est expositus multis sacrilegiis ; & ideò vsu ipso, & consuetudine abrogatus est atque antiquatus talis iurandi mos.

D. Thom.  
Gabriel.  
Maior.  
Adrian.  
Soar.



LIBER



LIBER QVARTVS.

De effectibus Eucharistia.

**M**ODVS suscipiendi hoc Sacramentum triplex esse potest. Primus est, cum spiritualiter tantum sumitur, quomodo sumunt, aut sumere possunt omnes Catholici, qui fide credunt, sub illis speciebus consecratis verum Christi corpus esse, & desiderio ardent, efferunturque studio recipiendi illud ; quamuis re ipsa non fumant : qui modus est valdè utilis ad excitandam fidem, spem, & charitatem in Deum, & ad admirabiles effectus gratiæ consequendos. Secundus est sacramentaliter tantum, quando, scilicet, recipitur Christus in Sacramento ; ob indebitam tamen dispositionem recipientis, non consequitur effectus Sacramenti. Tertius sacramentaliter, & spiritualiter simul, cum corpus Christi sumitur, & effectus Sacramenti sequitur ac recipitur : multi enim ac mirabiles sunt huiusmodi Sacramenti effectus, quos statim recensebimus.

CAPVT I.

Utrum hoc Sacramentum conferat gratiam, absolute loquendo, & quando ; an dum manducatur ; an dum species, & Christi presentia durat in stomacho.

SVMMARIVM.

- Hoc Sacramentum, absolute loquendo, confert gratiam ex opere operato. num. 1.
- Quo tempore illam conferat est dubium : refertur prima opinio docens, illam ex opere operato conferre toto eo tempore, quo in pectore durat species. num. 2.
- Astruitur vera opinio affirmans, conferri in eo instanti, in quo verum esse dicere sumptum esse, ac deglutitum Sacramentum. num. 3.
- Sacramentum hoc gratiam ex opere operato causat per modum manducationis. num. 4.
- Effectus huius Sacramenti solum fuit promissus manducanti, vel bibenti. num. 5.
- Soluntur rationes prima opinionis. num. 6.
- Quo tempore martyrium conferat suum effectum gratia ex opere operato. num. 7.
- Nulli conferitur gratia ex opere operato ratione aliorum Sacramentorum, nisi in virtute huius Sacramenti. num. 8.
- An consequatur ille effectus gratia, qui, postquam hoc Sacramentum deglutit, statim illud exomuit. num. 9.
- Quid, si sumpta vna parte hostie, moriatur homo, non sumpta alia parte illius, an tunc consequatur effectus gratia. num. 10.
- In die Natalis per nouam communionem, & sumptionem hostie, nouum gradus gratia ex opere operato

conferitur, non tamen sic conferatur in eo, qui morose sumit plures formas, aut partem vnã eiusdem hostie, & postea aliam. num. 11.  
Hoc Sacramentum confert gratiam in instanti, si inueniat subiectum dispositum ; alias recedente fideione, instar aliorum Sacramentorum. num. 12.

**C**onferre hoc Sacramentum, absolute loquendo, gratiam ex opere operato, est de fide, constat ex definitione Concilij Florentini, & ex Concilio Ephesino I. vbi dicitur, quòd sumimus carnem viuificantem, id est, conferentem vitam gratia ; & ex Concilio Tridentino sess. 13. c. 3. vbi dicitur, hoc Sacramentum continere Christum verbum gratiæ fontem, & can. 5. vbi dicitur : *Si quis dixerit, vel præcipuum fructum huius Sacramenti esse remissionem peccatorum, vel ex eo non alios effectus provenire ; anathema sit.* Supponit ergo Concilium, Sacramentum hoc habere hunc effectum conferendi primam gratiam ; non tamen esse præcipuum, cum præcipuus eius effectus sit conferre augmentum gratiæ, ut statim dicemus, & alios insuper mirabiles gratiæ effectus. Et idem docet D. Cyrillus epistola ad Concilium Ephesinũ, & refertur cap. *Necessario*, de consecratione dist. 2. & probatur facile. Primò, quia in hoc Sacramento continetur verè, ac realiter Christus, qui est fons gratiæ ; & ideò gradus gratiæ respondens huic Sacramento maior debet esse omnibus aliis gradibus gratiæ respondentibus aliis Sacramentis, sigillatim sumptis. Secundò, quia omnia Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam ex opere operato : sed Eucharistia est Sacramentum nouæ legis ; ergo etiam ex opere operato gratiam confert. Tertio probatur ex illo Ioannis 6. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, id est, ad conferendam vitam gratiæ mundo.

Sed dubium est, quonam tempore conferatur gratia per hoc Sacramentum. Caietanus 3. p. q. 79. art. 1. notans in primis nomine gratiæ hic posse intelligi, vel primam gratiam, vel augmentum illius, vel actiualem deuotionem, & refectionem spiritualem ; existimat, in ipsa sumptione Sacramentum hoc suos gratiæ effectus operari in eo, qui dignè ad illud sumendum accedit ; tamen, sumptionem non esse, nec dici quando Sacramentum est in ore, nec quando deglutitur, & transit ; sed quandiu sacræ illæ species detinentur, & præsentis sunt in stomacho, & toto isto tempore operari effectus suos gratiæ. Quæ sententia etiam fuit Gabrielis, si attentè legatur lect. 85. in Canon. & Maioris in 4. dist. 9. q. 1. arg. 5. & Paludani in 4. dist. 17. q. 81. num. 3. & eam postea secutus fuit Ruardus artic. 15. Probant primò : quia tempore, quo sumitur hoc Sacramentum, tota mens sumentium occupatur circa considerationem maiestatis mysterij huius, & circa reuerentiam externam tanti Sacramenti ; occupantur enim & maximè eurant, ne hostia palato hæreat, ne inter dentes maneat, nec sanguis effundatur, si Sacerdotes sint ; sed mox post prædictam sumptionem, est tempus magis accoutum datum ad se colligendos, & contemplandum huiusmodi mysterium. Secundò, quia Ioan. 5. Christus dixit : *Quandiu in mundo sum, lux mundi sum*, ergo, quoad dicit

D. Cyril.

Caiet.

Gabriel.  
Maior.  
Paludan.  
Ruard.



quandiu est intra hominem per species, lux est animæ, & illi confert gratiam. Tertio, quia hoc Sacramentum institutum est per modum conuiuij in cibo, & potu: ergo eos effectus, quos operatur cibus materialis in corpore, operatur etiam hoc Sacramentum in anima: sed cibus materialis non solum operatur, dum sumitur; sed quandiu durat in stomacho, nutrit, alit, & confortat: ergo idem censendum est de hoc Sacramento. Cur enim dicemus, tunc ibi esse Christum quasi otiosum, cum habeat vim sanctificandi, & subiectum, seu passum satis proportionatum, & applicatum? Respondent nonnulli, excitare tunc hominem ad deuotionem: sed contra: quia vel confert hunc effectum ex opere operato, vel nõ: si confert ex opere operato tanquam rem sacramentalem, semper hic effectus supponit effectum communem gratiæ sanctificantis: ergo influet illam: si non confert illum ex opere operato, non est certus, neque infallibilis effectus; sed gratis asseritur. Ita se habet opinio Caietani, & non est improbabilis; & ex illa inferitur, malè omninò sibi consulere Sacerdotes, & alios sumentes, qui post sumptionem statim ad negotia secularia conuertuntur: magno enim bono priuantur, quod verissimum semper est.

3. Vera tamen opinio docet, hoc Sacramentum gratiam conferre in eo instanti, in quo verum est dicere: Nunc facta est sumptio, & immediatè antea non erat, licet hoc instans notum nobis non sit, sed Deo: quod quidem non est, quandiu hoc Sacramentum est in ore: nam, si quis illud sumeret in ore, & postea aliqua de causa non deglutiret, non acciperet gratiam sacramentalem: sumptio ergo perfecta est, quando deglutitur, & transit per guttur: tunc enim datur iam perfecta manducatio & comestio. Ita docent communiter Doctores. Henriq. libr. 8. Euchat. c. 43. num. 1. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. 3. Soto in 4. dist. 1. q. 2. art. 1. Ledesma q. 20. art. 1. Victoria in Summa, num. 76. D. Thomas in 3. p. q. 80. art. 8. ubi dicit, maximam deuotionem requirit in ipsa sumptione, quia tunc perficitur Sacramenti effectus. Probatum primò, quia Ioannis 6. sæpè dicitur: *Qui manducat me, vivit in æternum*. manducatio autem vitalis, non dicitur tactus oris, aut gustus, aut digestio, quæ fit in stomacho: sed dicitur illa deglutitio, seu traiectio, qua ex ore in stomachum Sacramentum transit; aliàs non esset ieiunus, qui aquam, vel vinum ore tenuit, & eiecit, ante communionem; nec ille, qui indigestum cibum materiale habet in stomacho, quod non est dicendum: ergo gratiam confert hoc Sacramentum, dum iustus illud deglutit, nempe, in unico instanti, in quo verum est dicere: Nunc deglutitum est hoc Sacramentum, & immediatè antea non erat. aut si prius species vini sumeret, in quo verè dicitur: Nunc potatum est hoc Sacramentum, & immediatè antea non erat, nam in quocunque alio Sacramento assignari debet aliquod instans, in quo effectus illius detur, & gratia conferatur, vel augeatur, cum in instanti id fiat: hoc autem non est aliud nisi instans, in quo benè possumus affirmare, Sacramentum iam esse sumptum, quod in hoc Sacramento fit post ipsam deglutitionem: ergo tunc confert gratiam, & alios effectus.

4. Secundò probatur: quia hoc Sacramentum confert gratiam per potum & manducationem, quatenus consistunt in vfu sumentis: postea enim sequitur digestio specierum, quæ non est actio humana, sed naturalis, & physica, quæ nihil refert ad effectum Sacramenti: actio enim naturalis nihil facit ad gratiam: nam fingamus, Eucharistiam poni intra corpus hominis absque manducatione, tunc profectò in opinione Caietani id sufficeret ad conferendam gratiam, quod non est dicendum. Tertio, quia sequeretur ex opinione Caietani, posse sumentem

Henriq.  
Soar.  
Sotus.  
Ledesma.  
Victor.  
D. Thom.

hoc Sacramentum indignè, & in peccato mortali, iustificari virtute illius: ita indignè sumpti: quod non est dicendum. Sequela probatur facilè: quia, si post sumptionem sacrilegam, eo tempore, quò durant species in homine, ille doleat de illo peccato, dolore, qui sit tantum attritio, cum tunc adhuc durante Sacramento, tempus sit, quo ex opere operato possit conferre gratiam, non ponenti obicem; profectò iste illam recipiet, virtute Sacramenti sumpti, modo prædicto, quod non videtur concedendum. Quarto probatur: quia sequeretur, maiorem gratiam, & vberiore effectum suscipere, qui maiorem hostiam sumit; quia diutius illam detinebit in stomacho. Imò sequeretur solum ob debiliorem vim digerendi species, fieri, vt consequatur homo maiorem gratiæ effectum.

5. Quintò probatur: quia effectus huius Sacramenti, seu promissio gratiæ, solum videtur facta manducanti, siue manducationi huius Sacramenti, iuxta illud Ioannis 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*. ergo non est facta retinenti hoc Sacramentum intra se, retentione, aut digestionem illius. Nec dicas, gratiam hic promitti manducanti, & bibenti, non ratione manducationis, sed ratione cibi manducati; ac proinde tandiu durare effectum illius, quandiu durat cibus intra pectus hominis: nam manducatio ipsa est veluti conditio, siue qua non produceret Sacramentum suum effectum: vnde, si fingamus poni intra pectus hominis, vt supra dicebamus, absque manducatione, nullam gratiam conferret: ergo, &c. Sextò, & vltimò, quia omne Sacramentum confert gratiæ effectum in instanti, quo perficitur: ergo vel hoc Sacramentum confert illam in primo instanti, quo incipit digestio specierum; vel in medio digestionis; vel in vltimo instanti, quo digestio illarum definit: non in primo; non in secundo, seu in medio digestionis, cum toto eo tempore, quo durat species, duret effectus: ergo in vltimo instanti, quo desinunt; atque aded incipiet effectus gratiæ per vltimum non esse Sacramenti, contra solitum medium inceptionis: nemo enim incipit per vltimum sui non esse, aut suæ causæ.

6. Ad rationes Caietani sic respondeo. Ad primam dico, occupationem circa reuerentiam exteriorem non impedire effectum Sacramenti, imò adiuuare, quia est actus meritorius. Secundo argumentum nihil probat: quia ibi tantum est sermo de doctrina Christi, quæ instar lucis omnium mentes lucidissimis radiis illustrat. Ad tertiam respondeo, esse diuersam rationem: quia cibus corporalis non profectò nisi digestus: cibus verò huius Sacramenti est spiritalis, & non indiget digestionem.

7. Obiicies: Martyrium in re susceptum confert gratiam ad modum Sacramenti; & tamen Deus non solet dare illam gratiam, quando martyrij susceptio completa est: siquidem in eo instanti, quo martyrium completur, separatur anima à corpore, & iam homo est extra viam: ergo pari ratione in vltimo instanti susceptionis completæ Sacramenti, non dabitur gratia: sed prius. Respondeo negando consequentiam: quia Martyr in illo instanti mortis, non est capax gratiæ viatoris: suscipiens autem Sacramentum in illo vltimo instanti, quo perficitur Sacramentum, est capax gratiæ, effectusque ipsius Sacramenti: præterea, falsum est dicere, Martyri conferri gratiam martyrij in vltimo instanti, in quo martyrium completur, & moritur: nam, cum Martyr non solum sit, qui realiter moritur pro Christo; sed etiam, qui vulnera lethalia pro Christo patitur, etiam si cum illis miraculosè mortem euadat, & ante vltimum instans mortis Martyr sit iam mortaliter vulneratus, ante illud instans vltimum

Henriq.  
D. Thom.  
Vict.  
Soarius.  
Sotus.

8. mum ei confert Deus gratiam martyrij. Animaduertit tamen Caietanus supra, & benè, nemini conferri gratiam in aliis Sacramentis, absque susceptione huius venerabilis Eucharistiæ Sacramenti, in quo Christus fons gratiæ continetur, vel in re, vel in voto suscepti: in voto, quidem, vel proprio, vt in adultis; vel Ecclesiæ, vt in paruulis, & infantibus. Et ratio est: quia res significata & contenta in hoc Sacramento est ipse Christus, cuius instrumenta sunt reliqua Sacramenta. Vnde habet se hoc Sacramentum ad reliqua, sicut fons gratiæ, ad riuulos gratiarum. Quare, sicut, qui desiderat bibere ex riuulis, consequenter desiderat bibere ex fonte, vnde emanant: ita desiderans cætera Sacramenta, desiderat etiam Sacramentum Eucharistiæ in quo est Christus, fons & principium aliorum. Gradus tamen gratiæ, qui ex opere operato responder huic Sacramento, nunquam recipitur, nisi per realem susceptionem illius, vt optime notat Sot. in 4. dist. 1. q. 12. art. 1. ad primum.

9. Ex dictis in nostra opinione sequitur primò, si quis post illud vltimum instans, in quo verum est dicere: Nunc deglutitum est Sacramentum, & transmissum ab ore in stomachum. statim illud euomat, iam susceperit effectum Sacramenti; illum, scilicet, gradum gratiæ, qui ex opere operato responder susceptioni Sacramenti: quia ille gradus communicatur in eo instanti, in quo facta est deglutitio: vnde, cum iam facta fuerit, iam manet in communicante prædictus effectus. Sic Baptismus causat effectum gratiæ, cum primum homo dicitur ablutus, finita illius forma: nec sonus verborum, aut locutio illa trina, postea perseverans, causat vllum effectum gratiæ: ita in eo motu deglutitionis datur instans, in quo cibus transit: & in quo communicatur gratiæ effectus, ac proinde etiam postea ob debilitatem stomachi eiciatur, iam gratia manet communicata. Ita Henriquez lib. 8. Euch. cap. 43. num. 1. medio.

10. Sequitur secundò, si accepta prima hostiæ parte, ac deglutita, moriatur homo, antequàm deglutiat reliquas partes coniunctas, recipere illum totam gratiam Sacramenti respondentem ex opere operato susceptioni illius. Et ratio est: quia in eo instanti verum est dicere, deglutitum fuisse totum Christum in hoc Sacramento, cum ille non solum sit in tota hostiæ; sed etiam in singulis particulis illius. Ita docet expressè Henriquez lib. 8. Eucharistiæ, cap. 43. num. 1. ad marginem, lit. B. fine.

11. Sequitur tertio, si morali interruptione facta, fiat noua communico, vt in die Natalis Domini, in quo tres Missæ dicuntur, conferri nonum effectum gratiæ: neque enim frustra, aut sine effectum Sacramenti, dicuntur tres Missæ eodem die, etiam intra eandem horam. At verò, si per modum vnus communionis sumatur paulatim vna hostia, etiam cum magna mora, aut plures formulæ, non conferret nouus effectus gratiæ ad deglutitionem singularum formularum, aut singularum partium hostiæ; sed tota gratia, totusque effectus conferretur in vnico deglutitionis instanti, in quo prima pars hostiæ, aut prima formula deglutita est, in qua totus Christus, totaque virtus Sacramenti adfuit: sicut in Baptismo in primo instanti, quo finita illius forma, homo dicitur ablutus, datur totus gratiæ effectus, ex opere operato; & nec verborum sonus, aut aliæ ablutiones vllum alium effectum gratiæ causant. Ita docet Henriquez allegans, & D. Thom. 3. p. quæst. 80. art. 8. ad 6. Victoria in Summa, vbi de Eucharistiâ, §. 76. Soarius, & alij, quos citabimus cap. 4. nume. 6. vers. *Instabis*. (quem locum vide, ibi enim in toto eo cap. latior redibit sermo hac de re.) & Sotus dist. 1. q. 1. art. 1. Potest tamen augeri gratia ex opere operantis in illa

motosa deglutitione ipsius hostiæ, aut in sumptione plurium formarum, quod nos non negamus: negamus tamen plus gratiæ dari ex opere operato, per vnus hostiæ, aut plurium formularum motosam deglutitionem, cum vnico instanti conferatur totus effectus ipsius Sacramenti: omnia enim Sacramenta (vt dixi) in quodam instanti, quo perficiuntur, conferunt suum effectum gratiæ, vt notant etiam D. Th. 3. p. q. 79. art. 7. ad 3. & quæst. 80. art. 8. ad 6. & Sotus dist. 1. q. 2. art. 1. & Ledesma q. 20. a. 1. Victoria §. 5. Tabiena verbo, *Eucharistiâ*, 3. fine. Astens. lib. 4. tit. 19. & communiter omnes.

12. Intellige tamen, conferre hoc Sacramentum, & quocunque aliud, suum effectum ex opere operato in instanti, si denariat subiectum, seu passum dispositum: potest enim fieri, vt aliquando inueniat obicem, absque culpa suscipientis, & tunc non conferret statim suum effectum, sed remoto obice: sicut enim Sacramentum Baptismi & penitentiae, quando informe est, non sortitur statim effectum gratiæ; sed remoto obice, quem in passum dispositum conferret: ita ei, qui inculpatè recipit Eucharistiam, reputans se habere sufficientem dispositionem, quam tamen non habet, si disponatur, & tollat obicem, etiam absumptis speciebus, videtur confert, & velut reuiuificatus effectus impeditus: quæ est doctrina communis in materia de Sacramentis, & magis pia, quam tradunt Caietanus tomo 1. tract. 5. de confessione, q. 5. & de satisfactione, q. 2. Petrus Soto de Baptismo, lect. 4. & titulo de satisfactione, lect. vltima, & Henricus de Sacramentis, cap. 25. §. 7. D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 4.

CAPVT II.

*Verum hoc Sacramentum conferat primam gratiam, & remittat peccatum mortale ex prima institutione Christi; an augmentum illius: & quisnam sit precipuus effectus illius.*

S V M M A R I V M.

<i>Proponitur ratio agendorum.</i>	num. 1.
<i>Remissio peccati mortalis, &amp; collatio primæ gratiæ de lege ordinaria coniuncta sunt.</i>	num. 2.
<i>Proprius, &amp; precipuus effectus Eucharistiæ, est conferre augmentum gratiæ.</i>	num. 3.
<i>Ex operato.</i>	ibid.
<i>Aliqua Sacramenta instituta sunt à Christo, ad conferendam primam gratiam peccatoribus.</i>	num. 4.
<i>Proponitur, &amp; soluitur obiectio.</i>	num. 5.
<i>An communico vnus laici applicata pro alio, ei, pro quo applicatur, conferat gratiam, ex opere operato.</i>	num. 6.
<i>Quid, si sacrificium Missæ pro alio offeratur.</i>	num. 7.
<i>An Sacramentum Eucharistiæ conferre possit aliquando ex opere operato primam gratiam.</i>	num. 8.
<i>Proponitur opinio negatiua.</i>	ibid.
<i>Astruitur affirmatiua.</i>	n. 10. & n. 9.
<i>Ostenditur, in quibus casibus.</i>	num. 9.
<i>Soluuntur argumenta primæ opinionis.</i>	num. 11.
<i>Quibus modis possit homo ignorare peccatum mortale commissum.</i>	num. 12.
<i>An cum ea dispositione possit quisquam ad hoc Sacramentum accedere, vt neque gratiam recipiat, neque nouum peccatum committat.</i>	num. 13.
<i>Referitur opinio negatiua.</i>	ibid.
<i>Approbatur affirmatiua.</i>	num. 14.

D. Thom.  
Sot.  
Ledesma.  
Vict.  
Tabiena.  
Astens.  
Sum.

12.

Et

Et dantur casus, in quibus possit. *ibid.*  
Soluuntur argumenta opinionis negativæ. *num. 15.*

1. Sequitur, ut agamus, & explicemus, quam gratiam hoc Sacramentum ex opere operato conferat, an primam gratiam, an secundam, seu augmentum illius, & quoniam sit præcipuus effectus istius Sacramenti: nam in capite præcedenti numero solum diximus, illud conferre gratiam ex opere operato absolutè; non tamen explicauimus, quam gratiam conferat.

2. Notandum est ergo, antequam rem explicemus, primam gratiam nunquam de lege ordinaria conferri, nisi simul remittatur peccatum mortale: ita enim collatio primæ gratiæ, & remissio peccati mortalis, simul coniunctæ sunt, ut vel semper constituant vnicum effectum gratiæ, vel per modum vnius, & ab iisdem causis procedant, ut ex materia de iustificatione suppono: neque enim hic locus conueniens est, ad id latius disputandum.

3. Dico ergo primò: Hoc Sacramentum per se, & ex prima sui institutione, institutum est à Christo Domino, ad conferendum augmentum gratiæ, ut magis, ac magis per eandem gratiam hominem cum Christo vniat: atque aded proprius, & præcipuus illius effectus est, gratiam augete, animam nutrire, præseruare à mortalibus, & remittere venialia. Ita docet D. Thomas 3. part. q. 79. art. 1. atque 8. Soar. tom. 3. in 3. p. disp. 63. §. Dico primò. fol. 887. col. 1. Henriq. lib. 8. Euchar. cap. 3. 4. Tolet. lib. 2. Summa, cap. 29. §. Primus est gratia. Magister in 4. dist. 9. & 12. Innocentius lib. 4. de sacrificio Missæ, cap. 44. Gabriel. lect. 85. in Canone D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 12. Petrus Soto lect. 11. de Euchar. Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 17. Definitur expressè in Concilio Tridentino sess. 13. cap. 2. ibi: *Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum; quo alantur, & confortentur viucentes, vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & quo à peccatis mortalibus præseruemur.* Et in Concilio Florentino in decreto Eugenij, & habetur in Concilio Viennensi sub Clemente V. & in Clement. vnica, de reliquijs & veneratione Sanctorum. Colligitur etiam ex Concilio Lateran. sub Innocentio III. quod habetur in cap. Firmiter. de Summa Trinitate, & ex cap. Cum Maribus. de celebrat. Missarum. Probatum primò: quia hoc Sacramentum institutum est à Christo Domino per modum cibi, & potus, iuxta illud Ioannis 6. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* ratio autem cibi est, ut detur & profit viuenti, illum nutriendo: nec per se datur, ad suscitandum mortuum: ergo etiam hic cibus spiritualis datur, ut profit viuentibus vita gratiæ: ad nutrimentum, & augmentum illius, non ad suscitandum eos, qui in morte peccatorum sunt: ergo effectus illius non est, primam gratiam conferre, qua mortui à peccatis suscitantur; sed est conferre augmentum gratiæ, ad nutrimentum, & augmentum spiritualis vitæ, ut homines magis, magisque Deo vniantur per eam gratiam. In quo tamen notandum est discrimen maximè inter hunc cibum spirituale, & temporalem: nam cibus hic spiritualis semper auget gratiam: at verò cibus temporalis non semper auget vitam temporalem, quando nutrit, ut in senibus, quia viuens non semper est in statu augmenti, etsi nutriti possit: non enim semper plus acquirit quam perdit: verò in hoc Sacramento id est nutriti atque augete: gratia enim nunquam remittitur, & ided ubique est nutritio, seu additio sine remissione, necesse est, ut detur augmentum.

4. Probatum secundò, quia, ut aliqua Sacramenta sunt instituta à Christo Domino tanquam medici-

na, ut sanent peccatores infirmos, causando primam gratiam, qua ab ægritudine peccati recreentur: sic Eucharistiæ Sacramentum institutum fuit à Christo, ad nutrimentum bene valentium, & minimè ægotantium, ut per se efficiat maiorem vnionem cum Deo per nouum augmentum gratiæ, quam conferat, & tanquam medicina præseruatiua, qua homines præseruentur à mortalibus, per maiorem illam vnionem, quam virtute huius Sacramenti acquirunt. Probatum tertid: quia hoc Sacramentum est frumentum electorum, & vinum germinans virginis, ut dicitur Zachar. 9. ergo institutum est, ut nutrimentum eorum, qui sunt in gratia primario, & per se, & non ad conferendam primam gratiam, & suscitandos mortuos.

5. Obiicies: Conferre augmentum gratiæ, est communis, & generalis effectus omnium Sacramentorum nouæ legis, & eorum præcipue, quæ instituta non sunt ad remittendum peccatum mortale: ergo in hoc nihil habet proprium Eucharistiæ: ergo proprius, ac præcipuus effectus huius Sacramenti non est causare augmentum gratiæ. Respondeo, licet Confirmatio ordinetur & instituta sit, ad augendam gratiam primariò, & per se; & licet etiam omnia alia Sacramenta, si in gratia sumantur, illam augeant; tamen non illam augete sub eodem titulo atque ratione, qua illam auget hoc Sacramentum: nam hoc Sacramentum gratiæ augmentum conferat in ordine ad maiorem vnionem cum Deo: reliqua verò Sacramenta in ordine ad alios effectus: Confirmatio ad causandam maiorem fortitudinem in milite Christiano, quod possit telis inimici fortius resistere: aliaque Sacramenta ad alios effectus. Et ratio est: quia non sunt instituta à Christo primò & directè propter nutrimentum charitatis, & propter solam maiorem perfectionem illius, maioremque vnionem cum Christo: Sacramentum verò Eucharistiæ ad hunc finem primò, & per se institutum est, iuxta illud 1. Corinth. 10. *Unum corpus sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus.* & ided institutum fuit à Christo in materia triticea, cuius multa grana in vnum coaceruam vniantur, ad significandam hanc mysticam vnionem, ut notauit D. Aug. tract. 26. in Ioannem, sub finem, ibi: *Dominus noster IESVS CHRISTVS in eis rebus corpus, & sanguinem suum commendauit, que ad vnum aliquid rediguntur: ex multis namque granis panis efficitur & ex multis racemis vnum vinum conluit. Denique iam exponit, quomodo id fiat quod loquitur: *Vi in me maneat, & ego in illo.* Unde hoc Sacramentum vocatur Sacramentum viuorum, & electorum, id est, eorum, qui iam sunt vniti per gratiam, quæ est vita spiritualis, cum Christo, ad nos magis vnientos.*

6. Sed rogabis, vtrum communio, quam vnus laicus offert pro alio, ita profit ei, pro quo offertur: ut ei conferat suum effectum ex opere operato. Respondeo negatiuè: sola enim communio absque ratione sacrificij, quam vnus offert pro alio, ei prodest, ut bonum opus operantis sed non conferat ei gratiam, aut alium effectum ex opere operato. Et ratio euidentis est quia effectus ex opere operato, ut sit certus, & infallibilis, debet fundari in aliqua promissione diuina, certa & infallibili: promissio autem ista solum facta est manducanti & bibenti realiter hoc Sacramentum, ut patet ex illo Ioan. 16. *Et qui manducat me, habet vitam æternam.* ille autem, pro quo offertur, non manducat, nec bibit. Ita docet D. Thom. in Ioan. 16. lect. 6. fin. & 3. p. q. 79. art. 7. ad 3. & q. 82. a. 1. ad 2. vbi dicit, Sacramenta omnia solum conferre personalem gratiam recipientibus, & oppositum damnat erroris in Ioan. 16. lect. 6. fin. & idipsum tenet etiam Henriq. lib. 8. de Euchar. c. 34. n. 7. & alij complures, quos ibi allegat.

Contra

D. Thom.  
Soar.  
Henriq.  
Toletus.  
Magister.  
Innoc.  
Gabriel.  
D. Anton.  
Petr. Soto.  
Bellarm.  
Conc. Trid.  
Conc. Flor.  
Conc. Vien.

D. Aug.

Quid pro-  
fit comu-  
nio vnus  
pro alio  
oblata.

D. Thom.  
Henriq.

7. Contra verò sacrificium Missæ, si pro alio applicetur, ei confert suum effectum, ex opere operato: quia sacrificare non est solum manducare; sed est simul Christi corpus offerre, tanquam publicus Ecclesiæ minister ad id consecratus. Unde sacrificium in eo differt à ratione Sacramenti, quod in actione consistat & offeratur pro aliis in remissionem peccatorum. Est enim sacrificium Missæ actio publicæ à Christo Domino, & ab Ecclesia instituta, ut offeratur pro aliis, rememoratiua crucentæ passionis, quam Christus Dominus in cruce pro nobis otulit: solus autem Sacerdos offert hoc sacrificium pro aliis, tanquam publicus Ecclesiæ minister ad id destinatus, & consecratus. Unde, si laicus Missam, quam audit, & in qua communicat, pro alio offerat; communicat ei suam satisfactionem proueniens ex tali sacrificio; sed non ex opere, operato, ut quidam falsò existimant: Sacerdotes verò sacrificium Missæ pro aliis offerendo, eis communicant fructum Missæ ex opere, si capaces illius sunt. Ita docent communiter Doctores. Henriq. lib. 8. Euchar. cap. 34. n. 7. & n. 4. sine. Soto in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. col. 7. & 11. & id nos latè probauimus in sacrificio Missæ.

Henriq.  
Soto.

8. Maior.

Gabriel.  
Bonau.

Tota ergo dubitatio est, vtrum Sacramentum Eucharistiæ conferre possit primam gratiam, & delere peccatum mortale. Negat Maior in 4. dist. 9. q. 1. vbi dicit, hoc Sacramentum nunquam posse conferre primam gratiam. Quam opinionem etiam tenet Gabriel in 4. dist. 9. q. 2. a. 1. D. Bonauerura ibi. a. 2. q. 3. & dist. 11. art. 4. q. 2. & alij. Primò, quia est Sacramentum viuorum vnus nutritis, & augmentans; & sicut cibus primam vitam mortuis conferre non potest, potest autem augmentum, & conseruationem vitæ: ita cum hoc Sacramentum detur per modum cibi, & potus, solum proderit viuus, ad eorum gratiam augmentandam: non autem mortuis, ad conferendam eis vitam. Secundò, quia ad Eucharistiam, vel accedit quis contritus verè, vel attritus: si verè contritus, iam per contritionem solum portat gratiam: si attritus, cum ante communionem debeat præmittere confessionem, sequitur, ut per confessionem ex attrito fiat contritus. Tertid, quia vel accedens ad Eucharistiam fecit sufficientem diligentiam, quæ sufficiens sit iudicio prudentium ad discutiendam conscienciam, vel non fecit: in hoc enim non est inuenire medium. Si fecit gratiam affert, quia facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam. Si non fecit, indignè accedit, & nouum peccatum committit facillè in huiusmodi susceptione.

9. Nihilominus dicendum est: quanuis hoc Sacramentum per se primò non sit institutum à Christo Domino ad conferendam primam gratiam, sed ad conferendum augmentum illius, ut diximus; tamen interdum & in aliquibus casibus illam conferre, & peccatum mortale remittere ac delere. Est communis ista opinio. Eam docet D. Thom. 3. p. q. 80. artic. 4. ad 5. & in 4. dist. 9. q. 1. a. 3. quæstionum. 2. & dist. 12. q. 1. art. 3. Paludanus, distinct. 9. quæst. 1. num. 14. Richardus art. 12. q. 1. Scotus dist. 9. q. vnica. Alensis 4. part. q. 46. m. 3. artic. 2. in fine, vbi dicit, aliquando gratiam collatam in hoc Sacramento vnire non vnium, id est, dare primam gratiam peccatori dissidenti à Deo, ut cum per illam iterum cum Deo vniat. Inclinat in hanc sententiam Gabriel lect. 85. in Canone. Tenet expressè Soarius tomo 3. in 3. p. D. Thomæ, disputat. 64. lect. 1. §. Dico tertid. fol. 888. Tolet. lib. 2. Summa, cap. 29. §. Primus est gratia. Henriquez lib. 8. Euchar. cap. 34. n. 3. Syluester verbo, Euchar. 4. n. 4. Victoria in Summa, n. 76. Vega lib. 9. in Trid. cap. 34. Bellarmus lib. 4. Eucharist. cap. 19. Petrus Soto lect. 12. de Eucharist. P. Steph. Lagundez in quinque præc. Eccles.

D. Thom.

Paludan.  
Richard.  
Scotus.  
Alensis.

Gabriel.  
Soar.  
Toletus.  
Henriq.  
Syluest.  
Victor.  
Vega.  
Bellarm.  
Petr. Soto.

Palatius in 4. dist. 9. disput. 4. D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 13. §. 6. & alij passim. Assignant autem Doctores præcitati (non omnes, saltem plures eorum) communiter duos casus, in quibus per hoc Sacramentum possit quis recipere primam gratiam: inter quos est Toletus citatus, & Soarius allegatus lect. 2. §. Dico primò. & §. Dico secundò. fol. 890. Henriq. n. 4. & 3. Scotus, Richardus, Paludanus, & alij. Primus est, cum quis diligenter discussit conscienciam suam, & nullius mortalis culpæ conscius fuit: tunc si cum aliquo dolore accedat ad communionem absque confessione; re tamen vera mortale peccatum habeat, cuius sit oblitus; iste quidem accedit in mortali, ut constat, ed quodd illud iudicium, quod fecit, dum discussit conscienciam: Ego non habeo peccatum mortale. non sufficit, ad illius iustificationem: dolor autem ille, quem habuit, cum non fuerit contritus, sed tantum attritus, non potuit illum iustum facere: ergo, si cum eo tunc dolore accedat ad hoc Sacramentum, sine dubio ex attrito fiet contritus, & recipiet primam gratiam, cum non ponat obiecem Sacramenti, & habeat dolorem sufficientem, ut virtute Sacramenti gratiam consequatur. Secundus casus est, cum quis memor est peccati mortalis, quod commisit, & de illo dolet non vera contritione, sed attritione, quam putat esse contritionem, & caret copia Confessarij, viget tamen necessitas comunicandi; tunc quidem iste virtute Sacramenti Eucharistiæ accedens ad illud, ex attrito fiet contritus, & nouam gratiam acquirat, ut diximus lib. 3. cap. 9. num. 4. & num. 5.

10. Probatum verò hæc veritas, quodd aliquando, & præcipue in his duobus casibus modò relatis, possit hoc Sacramentum primam gratiam conferre: (nam, quodd ex primæua, & propria institutione Christi ad hoc non sit institutum, sed ad conferendum vitæ spiritualis & gratiæ augmentum, satis probatum manet n. 3. & 8.) Primò, quia Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. & can. 5. non negat, sed supponit Sacramentum hoc, hunc etiam habere effectum conferendi primam gratiam, & remittendi peccata mortalia: solum enim de fide definit, non esse hunc effectum præcipuum, & proprium effectum illius, ad quem ex primæua Christi institutione fuit institutum: ita enim inquit canone 5. *Si quis dixerit, vel præcipuum fructum huius Sacramenti esse remissionem peccatorum, vel ex eo non alios effectus prouenire, anathema sit.* Vbi non negat Concilium, hunc etiam esse effectum illius sed expressè id supponit & solum definit, non esse præcipuum effectum illius. Deinde probari potest hæc sententia ex illo Ioannis 6. *Panis, quem ego dabo, caro mea est mundi vita, & ex Concilio Ephesino I. vbi dicitur nos sumere in eo Sacramento carnem viuificatricem, & ex eo, quodd hic panis, panis vitæ appelleretur: ergo potest dare vitam non habenti vitam: ergo, si potest dare vitam, non habenti vitam, potest etiam conferre primam gratiam, & delere peccatum mortale. Vltimò, quia corpus Christi adhuc deambulans in terra sanabat ægrotos, & poterat suscitare mortuos tactu suo, iuxta illud Matthæi 9. *Ego sensi virtutem ex me exisse, quod Christus ad tactum femine ægotantis dixit: quandò ergo magis sanabit infirmos, & mortuos à peccatis suscitabit, non externo tactu, sed hauitu?* Unde D. Cyprianus sermone de cæna Domini: *Panis hic per speciem & Sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, & veritate Christo conformat.**

Conc. Trid.

Conc. Eph.

D. Cypr.

11. Argumenta facta pro opinione Maioris, negantis Eucharistiam nunquam posse primam gratiam conferre, non conuincunt; nam, licet, sit hoc Sacramentum, Sacramentum viuorum, augmentans & nutriens gratiam; & licet hic effectus sit præcipuus

K K k

ciuius

*Conc. Trid.* cipuus effectus illius, vt definit Concilium Triden-  
tinum sess. 13. cap. 3. & can. 5. tamen hoc non tollit,  
quominus aliquando mortuos possit suscitare, vt  
probauimus, & quominus hunc effectum habeat,  
sed non præcipuum. Ad rationem respondeo,  
ad excusandum hominem à peccato sufficere,  
quod efficiat diligentiam circa discussionem suæ  
conscientiæ, qua sibi putet, se non habere proba-  
biliter peccatum mortale; & non requiri, quod ea  
diligentia sit talis iudicio prudentium; alioquin om-  
nes timebunt accedere ad hoc Sacramentum, quia  
dubitabunt de se ipsis, si an habuerint sufficientem  
diligentiam, & dispositionem, ad accedendum  
dignè ad Eucharistiam. Vnde, vt quis excusetur à  
peccato indignè sumendi hoc Sacramentum, suffi-  
cit, quod putet se habere dolorem necessarium,  
& quod posuerit diligentiam sufficientem ad re-  
cordandum de peccatis vitæ transactæ; accedens  
tamen cum attritione, iam non accedit iustificatus:  
nam, quauis ea attritio sit donum, Dei, & gra-  
tia dici possit; non tamen per se sola est sufficiens  
ad hominis iustificationem, nec dici potest, illum,  
qui eam habuit, fecisse in re, quod in se est, ad sa-  
lutem consequendam; sed in existimatione; & idèd  
excusari à nouo peccato, non tamen recipere effe-  
ctum Sacramenti, si ad illud sic accedat. Nec suffi-  
cit, quod putet, se non habere peccatum mortale,  
vel vt credat se esse iustificatum, iuxta illud Pauli 1.  
Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc ius-  
tificatus sum.* vel, vt accedens ad hoc Sacramentum  
effectum illius recipiat, seu primam gratiam, vt cla-  
rius patebit num. 15.

12. Notant tamen Doctores passim, duobus modis  
posse aliquem ignorare peccatum, quod habet, vel  
per ignorantiam crassam culpabilem, & vincibili-  
lem: vt si, v. c. in inquisitione, discussionéque pro-  
pria conscientiæ non fecit diligentiam sufficien-  
tem, iuxta illud 1. Corinth. 10. *Probet autem seipsum  
homo.* Vel per ignorantiam inculpabilem, & inuinci-  
bilem. Si primo modo accedat, non excusatur à  
nouo peccato: si secundo modo, excusatur; satis  
enim est, vt ipse existimet, se accedere contritum,  
quauis re vera dolor non sit contritio, sed tantum  
attritio, si non habet copiam Confessorij: ad hoc  
enim Sacramentum non sufficit attritio, putata  
attritio, sed putata contritio, vt docet D. Thomas 3.  
p. quæst. 80. artic. 4. ad 5. Durandus in 4. dist. 12. q. 4.  
& alij.

*D. Thom.  
Durand.*

13. Dubium tamen non minimum est, vtrum possit  
aliquis accedere ad hoc Sacramentum cum tali  
dispositione, vt neque gratiam accipiat, neque  
nouum peccatum committat: sunt enim aliqui  
Doctores, inter quos est Sotus dist. 12. q. 1. art. 4.  
qui existimant, omnem accedentem ad hoc Sacra-  
mentum, vel recipere gratiam, vel nouum sacrile-  
gium committere, & non posse dari medium sta-  
tum inter hæc duo extrema: ad quam sententiam  
videtur accedere Richardus in 4. dist. 9. q. 2. artic. 2.  
& Adrianus in materia de Euch. q. vnica. Ratio hu-  
ius opinionis est, quia vel accedens discutit dili-  
genter, & sufficienter conscientiam suam, vel  
non discutit: si discutit, cum nullum obicem ponat,  
gratiam recipiet: si non discutit, indignè ac-  
cedit, & per consequens nouum sacrilegium com-  
mittit. Item, quia accedit, vel cum attritione, quæ  
putetur contritio; & qui ita accedit, gratiam sine du-  
bio comparat: vel cum attritione, quæ sit cognita  
& putata attritio; & qui ita accedit, indignè ac-  
cedit, & peccatum committit: ergo intentum. Et hanc  
opinionem tenet etiam Maior in 4. dist. 9. quæst. 1.  
qui, si non tam expressè, certè id euidenter sup-  
ponit.

*Richard.  
Adrian.*

*Maior.*

14. Contraria tamen sententia est vera, & com-

minor. Eam tenet Caietanus 3. p. q. 79. art. 1. Alen-  
sis 4. p. q. 46. art. 2. ad 7. D. Bonauentura in 4. dist.  
9. quæst. 3. artic. 2. Gabriel ibidem, q. 2. & super Ca-  
nonem lect. 8. littera E. Gerson 3. part. tract. 9. super  
*Magnificat.* & ex nouioribus Soarez tomo 3. in 3.  
p. disp. 63. sect. 2. §. *Ex his infero.* fol. 892. Probatur  
primò, quia potest quis diligenter discutere conscien-  
tiam, & non recordari de peccato aliquo mortali;  
cum tamen reuera illud habeat: & potest accedere  
tunc ad communionem sine vilo prorsus dolore,  
merè negatiuè se habens, cum conscientiam pec-  
cati mortalis non habeat: is quidem non peccabit  
sic accedendo, eò quod arbitrio suo fecerit suffi-  
cientem diligentiam à culpa excusantem; non ta-  
men consequetur gratiam, quia habet obicem  
peccati obliti, & nullum Sacramentum habet vim  
delendi, remittendique peccata mortalia absque  
dolore illorum, vt insinuat D. Thomas 3. p. q. 79.  
artic. 3. dum inquit, eum, qui non habet affectum  
peccati, quod commisit, & eius non recordatur, con-  
sequi remissionem eius per Sacramentum: quia de-  
uorè, & reuerenter accedens, gratia charitatis, col-  
lata per Sacramentum, attritionem eius perficiet,  
& ex attrito faciet contritum. Dices primò, eò ipso,  
quod merè negatiuè se habuit, & non habuit do-  
lorem de peccatis oblitis, nouum admisit pecca-  
tum. At videtur nimis durum obligare accedentes  
ad Eucharistiam sub nouo peccato mortali, vt  
quauis nullius peccati mortalis recorderentur, ha-  
beant dolorem generalem suorum peccatorum. Di-  
ces secundò, eò ipso, quod non fuit recordatus ali-  
cuius peccati mortalis, virtute Sacramenti consecu-  
tum fuisse effectum gratiæ. At id etiam esse non  
potest: quia re vera habuit obicem peccati, & non  
habuit dolorem de illo: nullum autem Sacramen-  
tum potest dimittere peccatum sine dolore; & de-  
restitutione ipsius peccati, etiam ex his, quæ à Christo  
sunt instituta ad suscitandos peccatores. Vnde adul-  
tus accedens ad Baptismum debet prius moueri  
aliquo odio, & derestatione contra ipsa peccata  
mortalia, si forè illa commisit. Probatur secundò:  
quia, si aliquis ex ignorantia probabili putet, se  
non peccare accedendo ad hoc Sacramentum  
cum conscientia peccati mortalis sine affectu eius.  
vel etiam cum attritione illius, quam se habere  
probabiliter existimat; cum tamen in re nullam  
habeat; is quidem à culpa excusabitur propter igno-  
rantiam, & non consequetur effectum Sacramenti  
propter carentiam dispositionis necessariæ, quæ  
non extrahit. Tertio, quia, si argumentum Soti, &  
aliorum aliquid concluderet, sequeretur, propter  
paritatem rationis, neminem ad confessionem  
posse accedere, nisi vel gratiam consequatur, vel  
nouum peccatum committat. Consequens est fal-  
sum: nam ipsemet Sotus infra in 4. dist. 18. quæst. 3.  
art. 3. colum. 7. loquens de confessione informi, quæ  
gratiam non contulit, nec necessariè est reiteranda,  
docet contra Maiorem, quod si quis credat, se fecisse  
sufficientem diligentiam, propter eam existimationem  
posse excusari à peccato; & tamen gratiam non  
recipere.

*D. Thom.*

*Sotus.*

15.

Neque argumentum Soti aliquid concludit:  
quia, licet aliquis fecerit diligentiam sufficientem;  
si tamen nullum habuit dolorem de peccato, cuius  
non recordatur, nullam consequetur gratiam per  
Sacramentum; & illa existimatio, qua credit se fe-  
cisse sufficientem diligentiam, illum existimationem  
sine culpa. Si autem quæras, vtrum in eo veluti me-  
dio statu accedat tunc homo dignè, vel indignè ad  
hoc Sacramentum? Respondeo breuiter, in re acce-  
dere indignè; in existimatione verò accedere dig-  
nè; & in re ipsa non tollere obicem, non tamen  
ponere de nouo; & idèd, non consequitur effectum  
Sacra

Sacramenti. Similiter dicendum est, illum hominem  
in re non facere, quod in se est; facere tamen secun-  
dum probabilem suam existimationem: & idèd, licet  
excusetur à nouo peccato; non tamen iustificatur;  
quia ad iustificationem non satis est probabilis exi-  
stimatio medijs necessarijs, nisi re ipsa tale medium ap-  
plicetur, prout fieri potest, & necessarium est. Et  
iuxta hæc respondendum est ad omnia argumenta,  
quæ pro alia opinione adduci possunt.

CAPVT III.

*Utrum peccatum veniale, vel in ipso  
actu communionis commissum, vel an-  
tecedenter, impediat effectum huius Sa-  
cramenti.*

SUMMARIUM.

- Declaratur status questionis.* num. 1.
- Refertur prima opinio asserens, deuotionem actualem  
esse dispositionem necessariam ad recipiendum effe-  
ctum Eucharistiæ; ita vt qui illa caret, venialiter  
peccet, & illum non accipiant.* num. 2.
- Abstruitur contraria opinio.* num. 3.
- Peccatum veniale manens in reatu non impedit effe-  
ctum Eucharistiæ.* ibid.
- Veniale in complacentia, etiam non impedit effectum  
Eucharistiæ ex opere operato Sacramento respon-  
dentem.* num. 4.
- Nec quando ipsamet sumptio Sacramenti, est pecca-  
tum veniale, impeditur illius effectus ex opere ope-  
rato: quauis carens deuotione actuali illum effe-  
ctum gratiæ non comparat, qui ex opere operantis  
illi deuotioni respondere debebat.* num. 5.
- Defectus deuotionis actualis, postea sublatus non facit,  
vt redeat effectus Sacramenti, cum illum non impe-  
diat.* num. 6.
- Ad consequendum effectum Sacramenti ex opere ope-  
rato solum requirit Concilium Tridentinum dolo-  
rem, & confessionem sacramentalem peccati mor-  
talis.* num. 7.
- Quare Sacerdotes quotidie celebrantes, & recipientes  
augmentum gratiæ, & effectum Sacramenti ex ope-  
rato, non efficiant opera admirabilia charitatis.* num. 8.
- Satis est, vt effectum ex operato huius Sacramenti con-  
sequamur, quod vini, & in gratia illud recipiamus.* num. 9.
- Peccatum veniale disponit ad mortale, & ad amissio-  
nem gratiæ.* num. 10.
- In homine iusto Eucharistiam accipiente cum ve-  
niali, & absque mortali non datur status medius,  
in quo recedente obice, redeat effectus Sacramenti.* num. 11.

1. Circa quæstionem in titulo propositam, quæri in  
primis potest, an requiratur actualis deuotio ad  
recipiendum effectum Sacramenti; an verò sufficiat  
non habere peccatum mortale, licet suscipiens acce-  
dat mente distractus: quod est quærere, an peccatum  
veniale in ipso actu communionis commissum im-  
pediat effectum huius Sacramenti, & consequenter  
an accedens cum peccato veniali, de quo nullum  
dolorem habet, recipiat effectum Sacramenti.  
2. Certè Caietanus 3. part. disput. 79. artic. 8. & 1. 2.  
*D. Thom.* quæst. 13. artic. 3. & *D. Thom.* in 4. dist. 12. quæst. 2.  
*Alensis.* artic. 1. quæst. 1. §. 3. & 5. & *Alensis* 4. part. quæst. 41.  
*D. Anton.* m. 3. artic. 2. & *D. Anton.* 2. part. tit. 13. cap. 6. §. 8. &  
*P. Sæph. Fagundes* in quinque præc. Eccl.

D. Bonauentura distinctione 14. art. 2. quæstione 1. & *D. Bonan.*  
*Durand.* Durandus in 4. quæstione 4. ad 2. & Syluester verbo; *Durand.*  
*Euchar.* sine. & Petrus Soro de Euchar. lect. 12. exi-  
*Sylv.* stant, actualem deuotionem ita esse dispositionem  
*Petr. Soro.* necessariam ad recipiendum augmentum gratiæ, seu  
effectum huius Sacramenti, vt accedens sine illa, &  
cum mentis distractione, non solum non illum reci-  
piat, sed etiam venialiter peccet. Addit autem Cai-  
etanus, idèd suscipientes, vel in corporis imbecillita-  
tem, vel in mortem temporalem aliquando incide-  
re, iuxta illud D. Pauli 1. ad Corinth. 10. *Idèd inter  
vos multi infirmi, & imbecille, & dormiunt multi:*  
quia absque hac dispositione ad Eucharistiam acce-  
dunt, & cum exigua præparatione. Deinde existimat  
Caietanus, quod, quauis in prima sumptione cum  
peccato veniali, & mentis distractione facta, non  
augeatur gratia; tamen postea, sublato eo impedi-  
mento, & redeunte noua deuotione, redire effectum  
Sacramenti, & in casibus, in quibus prima gratia  
erat conferenda, eam comparate, atque recipere.  
Probat primò: quia, cum amor Dei, vbicumque est,  
non sit otiosus; sed operetur insignia; sequeretur, Sa-  
cerdotes quotidie sacrificantes & accipientes hoc  
Sacramentum, post multos annos, grande gratiæ  
augmentum comparare, & habere, & magna virtu-  
tum opera ob illud gratiæ augmentum edere: cuius  
tamen oppositum videmus. Secundò, quia hoc Sa-  
cramentum sumitur per modum cibi & potus: ergo  
debet nutrire spiritaliter ad modum nutrimenti  
corporalis; atque nutrimentum corporale non nutrit  
sine actu ipsius nutriti: ergo neque ipsum Sacramen-  
tum nutrit spiritaliter sine actuali deuotione ip-  
sius suscipientis. Tertio probat ex D. Augustino lib. *D. Aug.*  
de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 53. & refertur cap.  
*Quotidie* de consecratione, dist. 2. vbi sic ait: *Si mens  
in affectu peccandi sit, grauari magis dico Eucharistiæ  
perceptione, quam purificari: & hoc dico de illo, quem  
peccata mortalia non grauant.* Vltimò probat ex au-  
thoritate D. Thomæ citati, & ex ratione: quia hoc  
Sacramentum, cum sit infinitæ excellentiæ, & Chri-  
stum contineat, meritò ex speciali voluntate Chri-  
sti, & intentione illius requirit tanquam debitam  
dispositionem hanc actualem reuerentiam atque  
deuotionem.

3. Nullo tamen modo sequendus est Caietanus, ne-  
que alij Doctores, pro quorum explicatione noran-  
dum est, tribus modis posse aliquem sumere Eucha-  
ristiam, cum peccato veniali, videlicet, aut cum  
peccato veniali manente in reatu: vel complacendò  
actualiter in aliquo veniali; vel actu venialiter pec-  
cando in ipsa communionem, illam, videlicet, veniali  
aliquo ita maculando, vt ipsa sit veniale peccatum.  
Quod attinet ad primum, nec ipse Caietanus, nec  
cæteri Doctores affirmant, accedentem cum ven-  
iali in reatu manente, non recipere fructum ac ef-  
fectum huius Sacramenti: expressè enim D. Thom. *D. Thom.*  
3. part. quæst. 79. art. 8. habet oppositum: nam habens  
peccata venialia, potest ita reuerenter accedere, vt  
consequatur remissionem omnium venialium, cum  
quibus accedit. Sed dices: Accedens in mortali,  
quod cognoscit, peccat mortaliter: ergo accedens  
in veniali cognito peccabit venialiter: ergo per  
consequens non comparabit remissionem omnium  
venialium. Consequentiam hanc negat Maior in 4. *Maior.*  
dist. 9. quæst. 1. eò quod prohibeamur accedere ad  
Eucharistiam cum mortali; non autem cum venia-  
li in reatu: id enim nimis durum & rigorosum es-  
set, cum difficile possimus cauere venialia; septies  
enim in die cadit iustus. Præterea venialia in reatu  
non sunt obex gratiæ recipiendæ, nec etiam sunt  
obex actualis deuotionis, qua Sacramentum sus-  
cipi debet: ergo cum illis accedere nulla est culpa  
contra Sacramentum. Demum, quia, qui mortuus  
K K k 2 accedit



accedit ad Baptismum cum peccato mortali, de quo dolet, sed non contritione, sed attritione, nec mortaliter, nec venialiter peccat ita suscipiens Baptismum; quia Baptismus directè institutus est ad dandam illam primam gratiam, quia ille mortuus suscitatur à culpa mortali: ergo. accedens vivens, licet cum veniali in reatu accedat, quia Eucharistia instituta directè à Christo ad conferendum augmentum gratiæ, & ad tollenda venialia, non peccat venialiter.

4. Quòd etiam complacens in culpa veniali, aut distractionem mentis venialem habens, effectum gratiæ consequatur, & ab eo consequendo non impediatur, probatur facillè. Primò, quia commune est omnibus Sacramentis, vt augeant gratiam, si in recipiente nullus detur obex illius: sed peccatum veniale non est obex illius: ergo propter illud non impediatur suscipiens ab ea recipienda. Secundò, quia qui accedit ad hoc Sacramentum cum attritione, quæ sit existimata contritio, recipiet primam gratiam, vt diximus capite præcedente, numer. 9. ergo, qui accedit cum veniali, mente distractus, recipiet augmentum gratiæ: nam magis dispositus est iste ad augmentum gratiæ consequendum, cum sit in gratia, & amicus Dei, quam ille ad recipiendam primam gratiam, cum non sit in gratia. Tertio, quia hoc Sacramentum datur aliquando phreneticis, quando illud cum reuerentia possunt suscipere, & per illud consequuntur primam gratiam, aut augmentum illius iuxta illorum dispositionem: ergo deuotio actualis non est necessaria. Respondent Auctores contrariæ opinionis, illud esse per accidens; quia non possunt illam habere: tamen vtunque sit argumentum, probat eam non esse necessariam, absolute loquendo. Quartò, quia, si ille, qui ad Eucharistiam accedit sine actuali deuotione, sed mente distractus, non recipit gratiam: ergo peccat mortaliter: quod nemo concedit. Sequelam probò: quia ponens obicem principali effectui Sacramenti, iniuriosus mortaliter est in ipsum Sacramentum. Denique, quia, si illa gratia per Sacramenta conferenda daretur ante peccatum veniale, postea adueniens veniale non tolleretur illam gratiam: ergo peccatum veniale actualiter existens in ipso suscipiente non impedit illam, quando confertur. Demum, quia sequeretur, peccatum veniale causam esse, ob quam aliquis damnaretur, quod nemo diceret.

5. Quòd etiam nec quando ipsamet sumptio Eucharistiæ redditur venialis, facta, videlicet, ob vanum finem, impediatur effectus Sacramenti, iisdem ferè rationibus potest comprobati: quia Sacramentum semper ex vi sua gratiam confert, vbi gratiæ obstaculum non inuenit: sumptio autem venialis non est obstaculum, vt supra probauimus: igitur, &c. Quòd si dicas, sequi inde, Deum propter veniale conferre gratiam, quod videtur inauditum: Respondeo, non sequi: quia tunc illam accipiet portionem, & illum gradum gratiæ, qui respondet ex opere operato ipsi Sacramento; non autem illum, qui ex opere operantis respondere debebat actuali deuotioni suscipientis: sicut enim infantes recipientes Baptismum solum consequuntur illum gradum gratiæ, qui ex opere operato respondet susceptioni Baptismi; nullum autem gradum suscipiunt respondentem deuotæ sumptioni Baptismi, cum illius deuotionis actualis capaces non sint: ita recipiens Eucharistiam ea sumptione, quæ in se sit venialis, tantum reportabit gratiam Sacramento ex opere operato respondentem; non autem deuotæ sumptioni, quæ, quia mala est ex fine, nihil gratiæ meretur.

6. Secundum verò dictum Caietani, & aliorum

Doctorum num. 2. relatum, minus habet probabilitatis, ad cuius impugnationem, satis est vnum argumentum, desumptum aliunde ex ipsomet Caietano: si enim per actuale deuotionem postea subsequenter atque habitam, tollitur obex, & redit effectus ipsius Sacramenti, cum Sacerdotes quotidie celebrantes aliquando eam actuale deuotionem habeant, profectò recuperant magnum gratiæ augmentum, quod illos ad feruentissima opera charitatis moueat, & impellat: oppositum tamen patet, iuxta ipsum Caietanum.

7. Et denique, quòd peccatum veniale, aut defectus actualis deuotionis actu concomitans sumptionem huius Sacramenti nullo modo impediatur effectum illius gratiæ, videlicet, aut charitatis augmentum; & quòd nulla actualis deuotio, tanquam dispositio, necessariò requiratur, vt hoc Sacramentum conferat suum effectum augmenti gratiæ, & charitatis; præterquam quòd iam rationibus satis probatum sit, est communis opinio, quam sequitur, Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 63. sect. 3. §. Dico primò, fol. 893. & §. Dico secundò, fol. 894. col. item 2. Victoria in Summa, num. 66. Sotus in 4. dist. inct. 12. quaestione 2. art. 8. Corduba lib. 1. quaestionum Theolog. quaest. 8. & quam tenet etiam Gabriel lectione 85. in Canonem, Ledesma quaestione 20. art. 1. dubit. 4. & potest confirmari ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. vbi dicitur, ad effectum huius Sacramenti solum requiri poenitentiam & confessionem peccati mortalis: quam quidem opinionem, vltra rationes factas, his etiam validissimè probatur. Primò, quia illa actualis dispositio, seu deuotio, non est necessaria ex natura rei ad effectum huius Sacramenti, neque ex institutione Christi: ergo nullo modo est necessaria. Maior probatur: tum, quia tota efficacia huius Sacramenti non potest ex sola natura rei definiti, sed pendet ex institutione diuina: sicut enim essentia ipsius Sacramenti tota pendet ex institutione diuina; ita etiam & effectus illius, & modus operandi ab eadem institutione pendet: tum, quia augmentum gratiæ habitualis fieri potest sine vilo actu deuotionis: ergo fieri potest per hoc Sacramentum sine vlla dispositione, considerata ipsius rei natura. Iam verò, quòd non sit necessaria ex institutione diuina, euidentius patet: nam, vnde colligi hoc potest? Enim verò Christus Dominus solum dixit: *Qui manducat me, viuet propter me.* Ioan. 6. D. Paulus solum dixit, hoc esse intelligendum de manducante dignè; explicuitque, eum dignè manducare, qui se prius probat, & sic de illo pane edit: *Probat autem se ipsum homo, & sic de illo pane edat, & de calice bibat, &c.* 1. Corinth. 11. Concil. Trid. sess. 13. cap. 7. ex doctrina Patrum apertè declarat, illam probationem in hoc consistere, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam audeat accedere: in quibus omnibus nulla est mentio actualis deuotionis: aliunde ex nullo loco Scripturæ id colligitur, neque ab aliquo Concilio, aut Summo Pontifice id traditur: ergo ea non est necessaria.

8. Ad argumentum Caietani respondetur, in Sacerdotibus quotidie celebrantibus augeri gratiam, sicut augetur in iusto per multa bona opera meritoria; non prodire tamen eos in actus insignis charitatis; tum, quia propter multitudinem peccatorum venialium feruor charitatis impeditur; tum, quia non se offerunt opera insignia, in quibus eam exercent; tum etiam, quia aliquando per mortalia commissa tota gratia deperditur, & non recuperatur postea in eodem statu. Denique, quia illa experientia nullius est momenti: nam habitus gratiæ infusi, & eorum augmentum non possunt experientia cognosci,

Soarins. Victoria, Corduba, Gabriel, Ledesma, Conc. Trid.

Conc. Trid.

8.

vt

Soar.

vt optime notat Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 63. §. Ad fundamentum, medio, fol. 895. quia per se, & formaliter non mortificant passionem, nec excludunt vitiorum habitus, nec venialia peccata impediunt; & idè fieri potest, vt homo, qui per frequentiam Sacramenti magis ac magis creuit in gratia, in ratione viuendi, & exercendi virtutes, non admodum mutetur: quamuis, si homo diu in gratia perseueret, & omnia mortalia peccata deuiter, satis in hoc effectu manifestetur frequentis communionis efficacia.

9. Ad secundum dico, in adultis semper interuenire actum vitalem in bona voluntate suscipiendi hoc Sacramentum: & quauis bona voluntas actualis non interueniret, Sacramentum ipsum virtutem habet ad gratiam conferendam ei, in quo non inuenit obicem peccati mortalis. Dicit etiam potest, quòd sicut in corporalibus prius sumitur cibus, quàm circa illum vitaliter operemur; ita in spiritualibus, vt ante sumptionem Sacramenti huius, semper prius vitaliter circa ipsum operemur per actuale deuotionem: sed satis est, si viuus, hoc est, in gratia, vel saltem existimans se viuum esse, suscipiat Sacramentum.

10. Ad D. Augustinum facilis est responsio: potest enim exponi, vt sentiat, illum, qui accedit in peccato veniali, aggravare perceptionem Eucharistiæ, quatenus per veniale disponitur ad mortale, & ad corruptionem charitatis, & amissionem gratiæ; nõ autem quasi veniale gratiam impediatur.

11. Ex dictis sequitur, in homine iusto communicante, etiam si dispositionem actualis deuotionis non habeat, non dari statum medium, in quo recedente obice fictionis redeat effectus: cum enim illa indeuotio non sit obex gratiæ consequendæ, inde fit, vt statim effectum Sacramenti, gratiæ, videlicet, augmentum, & remissionem peccatorum venialium ille consequatur, qui alioqui dignè, cum veniali tamen distractione mentis, accedit ad hoc Sacramentum: quia, si iustus permanserit, dignè communicat, & obicem non ponit: ergo in gratia creuit: nam, hic effectus per se sequitur ex hoc Sacramento. Vnde, moraliter loquendo, semper ita fiet, quandiu iustus est, & illi non prohibetur communicare, vel tali tempore, vel tali loco, aut à tali persona, vel tali modo, vt optime animaduertit Soarius tomo 3. in 3. part. disputatione 63. sect. 3. §. Et confirmo, vltra medium, fol. 895. col. 1.

Soar.

CAPVT IV.

Si duo communicent, vnus in sola specie panis, alius in sola specie vini, vter eorum ceteris paribus maiorem gratiam accipiat.

S V M M A R I V M.

- Explicatur status quaestiois. num. 1. An maiorem effectum Sacramenti, & maius augmentum gratiæ ex operato, ceteris paribus, consequatur ille, qui sub vtraque, quàm qui sub vna specie communicat: refertur opinio affirmans. num. 2. Etiam si hæc opinio esset vera, nulla tamen fieret in iuria laicis, qui sub vna tantum specie communicant. num. 3. Astringitur opinio negans. num. 4. Non potest hæc opinio certa & infallibili Conciliorum auctoritate probari; probatur tamen rationibus. num. 5. P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

- Propositur obiectio, & soluitur. num. 6. Soluuntur argumenta prima opinionis. num. 7. Queritur, quando detur effectus Sacramenti, an quando sumitur hostia, an calix. num. 8. Si compararetur species panis cum vino in vtra illarum consecrata, sumptaque, maior gratia conferatur ex operato. num. 9. An maior hostia, & maior quantitas vini consecrati conferat maiorem gratiam ex operato. num. 10.

Hæc quaestio cum illa coincidit, an, ceteris paribus, plus gratiæ detur communicantibus sub duabus speciebus, quam sub vna; & cum illa etiam, an ille, qui maiorem quantitatem specierum, maiorem, scilicet, hostiam consecratam, & plus vini sumit, maiorem gratiam ex operato consequatur.

Et hac de re est duplex opinio. Prima docet, ceteris paribus, maiorem gratiam ex opere operato comparare illos, qui communicant sub vtraque, quàm qui sub vna tantum specie Eucharistiæ accipiunt, & consequenter maiorem etiam gratiam ex eodem operato conferri illis, qui maiorem hostiam, vel plus vini consecrati absumunt, quàm qui minimam particulam, aut modicum vini. Ita tenet expressè Alexander Aletius 4. part. q. 52. memb. 1. artic. 2. alias quaest. 11. art. vlt. §. 3. Calalius lib. 2. de coena, & calice Domini, & vt refert Soarius tomo 3. in 3. p. D. Thomæ, disputat. 63. sect. 6. §. Ex dictis in priori parte. fol. 904. col. 2. hanc opinionem tenuerunt multi Patres in Concilio Tridentino congregati, & idèd cautè dixisse Concilium Tridentinum sessione 21. cap. 3. nulla gratia, quæ sit ad salutem necessaria, defraudari, ac priuari fideles, eò quòd communicent sub vna tantum specie, quasi id dicat, eò quòd illud augmentum gratiæ, quòd comparatur ab illis, qui dignè ad Eucharistiam accedunt, & sub vtraque specie communicant, simpliciter & absolute non sit necessarium ad salutem, cum illam consequi possint, in minori tamen augmento, sub vna tantum specie communicando. Et in fauorem huius sententiæ afferri solet iudicium Clemens V. qui in Bulla quadam ad Regem Galliæ anno 1341. expedita, ei concedit, vt communicet sub vtraque specie ad gratiæ augmentum. Probant rationibus. Primò, quia gratia ex opere operato debet fundari in aliqua promissione diuina: illa autem promissio facta est vtrique speciei per se sumptæ, & separatim ab alia, vt de specie panis certa fides docet, Ioannis 6. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* De specie verò vini patet: quia Concilium Tridentinum c. 3. sess. 21. docet, laicos non conficientes Eucharistiam non teneri ad communicandum sub vtraque specie. Et rationem reddit: *Quia salua fide dubitari non potest, quin illis alterius speciei tantum communicatio ad salutem sufficiat.* ergo vtrique speciei separatim ab alia promissio conferendæ gratiæ facta est. Et patet: quia, si quis de Summi Pontificis licentia sub specie tantum calicis communicaret, sine dubio effectum gratiæ ex operato reportaret: ergo etiam speciei vini consecrati separatim à pane promissio diuina conferendæ gratiæ facta est: ergo, siue vna species separata ab altera sumatur, siue coniuncta cum alia, semper conferet propriam gratiam, sibi promissam: ergo per sumptionem vtriusque speciei, ceteris paribus, dabitur duplo maior gratia ex operato, quàm per sumptionem vnius. Secundò, quia effectus Sacramenti debet ei respondere secundum id, quòd ex vi propria in se continet, & non secundum id, quòd per concomitantiam, quia id est veluti per accidens: ergo ex vi verborum plus continent duæ species, quàm vna; nam ex vi verborum species panis continet corpus Christi, & per concomitantiam, & veluti per accidens continet sanguinem Christi: & species vini ex vi

Aletius, Calalius, Soarius, D. Thom.

Clem. V.

Conc. Trid.

KKK 3 verbo

verborum continet sanguinem Christi; per concomitantiam autem corpus Christi. Probatum consequentia: quia promissio est facta separatim vnicuique speciei ab alia: ergo effectus vnus non est effectus alterius: ergo maior erit effectus vtriusque, quam vnus. Tertio, quia in Sacramentis nouæ legis, efficacia Sacramenti adæquatur significationi illius: quia efficiunt id, quod significant: perfectior autem significationis Sacramenti est in vtraque specie, quam in vna: vnaquæque enim separata ab alia, est Sacramentum, & efficit id, quod significat: ergo vnaquæque operatur suum effectum, & consequenter duplo maiorem effectum vtraque, quam vna: alioqui enim immeritò priuabitur altera suo effectum. Quarto, quia, si eadem gratia, quæ datur, sumpta vna tantum specie, datur etiam sumptis ambabus, vel illa datur, dum manducatur panis, vel dum bibitur calix, vel partim per vnam, partim per aliam speciem: nihil horum est dicendum: nam, si eadem datur sumptis ambabus, quæ datur sumpta vna tantum, v. c. sumpta specie panis: ergo species vini non est Sacramentum; quia nihil gratiæ confert, cum iam totum id, quod ab illa conferendum erat, collatum sit per aliam: si datur dimidium gratiæ per vnam, & dimidium per aliam, sequitur non contineri totum Christum in vna specie, & totum in alia; sed dimidium Christi in vna, & dimidium in alia; quia efficacia conferendi gratiam conuenit his speciebus propter rem, quam continent: æquè autem continetur totus Christus sub vna specie, atque sub alia, vt definit Concilium Tridentinum, sess. 21. c. 3. ibi: *Quamuis autem Christus Dominus hoc Sacramentum in duabus speciebus instruerit, tamen faciendum est, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum atinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solum accipiunt.* Est probabilis ista opinio sic explicata, & nullum errorem continet

3. Et hæc sunt fundamenta illius, quam libenter amplectuntur illi hæretici, qui damnant Ecclesiæ consuetudinem communicandi laicos sub vna tantum specie, vt inde colligant, iniuriosè facere Ecclesiæ, priuando ipsos laicos illo maioris gratiæ augmento, quod sub vtraque specie percipere poterant. Verùm, vanè quidem, & sinistrè, hæc catholica sententia suum tuentur errorem: nam, etiam si hæc sententia vera esset, non malè, nec iniuriosè fecisset Ecclesia, nec priuasset fideles aliquo fructu, quem ipsi non possent facillima diligentia compensare, frequentius sub vna specie communicando: vnde, cum alioquin illa gratia, quæ danda esset per speciem vini, non sit simpliciter necessaria ad salutem, nulla eis profectò fit iniuria: nam etiam per duas communionis maior gratia recipitur, daturque, quam per vnam tantum; & nihilominus merito prohibuit Ecclesia, bis eodem die communicare, propter reuerentiam Sacramenti.

4. Secunda opinio communior, ac probabilior docet non dari, per se loquendo, & cæteris paribus, ex parte sumentis, maiorem gratiam, per summptionem vtriusque speciei, quam alterius tantum. Ita docet D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 12. ad 3. vbi dicit, laicos communicantes sub vna tantum specie non pati aliquod detrimentum: quia totus Christus sub quacunque specie continetur: & apertissime id docet opusculo 58. cap. 29. Docet etiam Bonauentura quamuis pro alia parte citetur in 4. distinct. 11. 2. part. art. 1. q. 2. vbi apertè dicit, sumpta vna specie, sumi totum Sacramentum quoad efficaciam. Idem docet Richardus ibi, artic. 4. q. 6. expressius Gabriel lectio 84. in Canon. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 63. sect. 6. fol. 907. §. *Nihilominus*. col. 1. la-

Conc. Trid.

3.

4.

D. Thom.

Bonau.

Richard. Gabriel. Soar.

tissime Caietanus 3. part. quæst. 80. art. 12. Sotus in 4. Caiet. distinct. 12. quæst. 1. art. 12. Ruardus art. 15. Roffensis art. 16. contra Lutherum. Petrus Soto lectione 10. Ruardus de Euchar. Castro verbo, *Eucharistia*, hæretici vltima. *Roffensis*. Canisius §. 4. de Eucharistia. Bellarm. lib. 4. de Euch. *Perr. Soto*. cap. 23. Alanus lib. 1. de Euchar. cap. 39. & alij communiter. Plerique horum Doctorum id probant ex Concilio Tridentino sess. 21. cap. 3. & ex Concilio Constantiensi sessione 13. sed huiusmodi Concilia solum definiunt totum Christum æquè contineri sub vtraque specie; & approbant sanctam Ecclesiæ consuetudinem communicandi laicos, & Sacerdotes, extra sacrificium, sub vna tantum panis specie: hæc autem veritas independens est à veritate huius opinionis: nam, quamuis prædicta Concilia dicant, contineri totum Christum æquè sub vna, ac sub vtraque specie; non tamen dicunt, æquè producere eundem effectum & augmentum gratiæ. Imo Concilium Tridentinum prædicta sessione 21. cap. 3. ad finem, vbi de gratiæ effectu loquitur, statim addidit, se loqui de gratia necessaria ad salutem, quod planè fecit, vt ab omnibus abtineret, ibi: *Declarat sancta Synodus faciendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum atinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solum accipiunt.*

5. Quamobrem opinio hæc non potest certa aliqua Conciliorum auctoritate probari, aut defini: quod tamen non tollit, quominus in se sit communior, & probabilior. Et probari potest primò: quia tota efficacia conferendi gratiam, & producendi effectum illius, conuenit his speciebus sacramentalibus ratione rei, quam continent: sed Christus Dominus æqualiter continetur in vna tantum specie atque in vtraque, vt definit Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 3. & canone 4. ergo nullus effectus gratiæ datur per duas species sacramentales, qui non detur per vnam: causa enim totius gratiæ est ipse Christus gratiarum fons: vnde, cum æquè contineatur sub vna atque sub vtraque specie, necesse est, vt ambæ non habeant maiorem effectum gratiæ, quam vna. Secundò, quia effectus gratiæ huius Sacramenti est quodammodo indiuisibilis: non enim datur per partes, sed totus simul, cum primum Sacramentum sumitur, & applicatur: ergo, quando Sacerdos sumit vtranque speciem, non recipit duas partes gratiæ, vnam, quæ respondeat calici, aliã hostiæ consecratæ; sed simul recipit totum effectum: ergo idem totus effectus recipitur, (cæteris paribus,) vbi primum totum Sacramentum recipitur, siue in vna, siue in duabus speciebus sumatur: nam effectus huius Sacramenti datur in ipso initio applicationis, & deglutitionis eius. Vbi primum ergo totus Christus manducatur, siue in vna specie, siue in vtraque, & siue in vna parte hostiæ, siue in tota hostia, totus effectus ipsius Sacramenti communicatur. Dices: ergo postea sumpto calice nulla gratia causabitur. Respondet, si antea fuit ipsius Sacramenti effectus per summptionem hostiæ causatus, verum esse: si verò non fuit causatus propter aliquem obicem, qui, antequam sumeretur calix, sublatus omnino fuit, tunc quidem causari per summptionem ipsius calicis. Inferes: ergo Sacerdos non peccabit sumendo hostiam tantum, & non calicem. Respondet, si sacrificet, peccare quidem; quia ex præcepto diuino tenetur integrare sacrificium, vt alibi diximus: si verò instat laici communicet non sacrificans, dico non peccare sumendo tantum speciem panis consecrati; imò teneri illam tantum sumere; & peccare grauissimè, si vtranque sumat.

6. Oppones: sub vna specie æquè continetur Christus, atque sub vtraque: ergo sub duabus speciebus

5.

6.

ciebus bis continebitur; in vna autem tantum semel: & idè per duas species bis conferetur gratia; per vnam autem semel: ergo per duas species conferetur duplo maior portio gratiæ, quam per vnam: nam, si quis bis communicet, maior gratia ex operato ei conferetur per duas communionis, quam per vnam: ergo & Sacerdos, dum sacrificat, & vtranque speciem sumit, in quarum qualibet totus Christus continetur, duplo maius augmentum gratiæ comparabit, quam ille laicus, qui sub vna tantum specie communicat, cum perinde sit, ac si bis communicaret. Respondet, non valere argumentum: nam etiam sub duabus, vel tribus hostiis consecratis bis, aut ter continetur Christus Dominus; & tamen si per modum vnus, vel successiue, eodem modo, quo vna hostia sumitur, omnes sumantur, non idè sumens maiorem gratiæ portionem comparabit, quam si vnam tantum hostiam sumat, vt supra diximus cap. 1. huius libri, numer. 11. quia illa materialis multiplicatio est per accidens, & moralitèr est vna communicatio: in præsentem etiam illæ duæ species sunt veluti duæ partes materiales, quarum consumptio est vna tantum communicatio, moralitèr loquendo. Et ita respondet Soarius tomo 3. in 3. part. disputatio 63. sectione 6. fol. 907. col. 2. §. *Conclusio ergo*. Instabis adhuc, multiplicationem hostiarum esse omnino per accidens, quia sunt partes eiusdem omnino rationis: quibus accidit, quòd continuo & vno haustu, vel discretè, & successiue, in vna communicatione sumantur: at verò duas species, cum sint diuersæ rationis, altera panis, altera vini, per se, & ex natura sua, postulare distinctionem, seu multiplicationem summptionis, & idè esse diuersam rationem. Respondet, totam hanc distinctionem & multiplicationem summptionis diuersarum specierum esse valde accidentariam, & impertinentem, ad multiplicandum effectus: quia illæ duæ prædictæ species vini, & panis solum materialitèr distinguuntur, non formalitèr, & in re contenta absolutè & simpliciter; ac proinde non distinguuntur etiam in effectu significato, neque in virtute agendi, quæ æqualis est in vnaquaque specie, & in toto Sacramento ex vtraque specie composito: ergo non est, vnde multiplicentur effectus & portiones gratiæ: sola enim multiplicatio materialium instrumentorum, seu specierum, ad hoc non sufficit, vt patet: quia, si contingat eundem hominem à pluribus baptizari, non accipiet nisi vnam tantum gratiam baptismalem; quia propter solam materiale multiplicationem instrumentorum, non crescit virtus agendi, ac proinde neque effectus. Deinde, quia, sicut in Baptismo, in eo primo instanti, quo finita est illius forma cum vna ablutione, homo dicitur ablutus, & baptizatus, & statim consequitur totum gratiæ effectum ex opere operato, non obstantibus aliis ablutionibus, aut verborum sonis, & per alias ablutiones nulla gratia de nouo datur: ita etiam sumpta vna specie, tota gratia huius Sacramenti ex opere operato acquiritur, & nulla accrescit de nouo sumpta alia. Ita respondet etiam Soarius allegatus, & Henriquez lib. 8. *Eucharist.* cap. 43. num. 1. ad marginem, littera B, cum aliis, quos ibi allegat.

7. Restat, vt soluamus argumenta pro prima opinione facta, ex quorum solutione magis patebit veritas secunde. Ad primum respondeo, eandem omnino esse promissionem, & eundem effectum gratiæ, quæ facta est huic Sacramento toti, & singulis illius speciebus, siue illis fiat coniunctim sumptis, siue separatim; & idè non plus gratiæ recipi, si sumatur sub vna, quam sub vtraque specie: quia, sicut totus Christus, & tota virtus agendi, atque perfectio Sacramenti, est in toto Sacramento, atque in singulis illius speciebus; ita promissio vna est, quæ cadit in

Soarius.

Henriq.

7.

totum atque in quamlibet illius speciem; & idè dicunt etiam Patres, ac Doctores, tantam virtutem esse in singulis partibus huius Sacramenti, quantam in toto, vt latè probat Soarius tomo 3. in 3. part. disputatio 51. sectione 1. & 2. Ad secundum respondeo, negando antecedens: nam nihil ad effectum Sacramenti refert, quòd aliquid Christi ex vi verborum, seu per concomitantiam sub hoc Sacramento & speciebus contineatur: sed satis est, quòd totus Christus ibi contineatur: nam, licèt respectu præcisæ significationis, & veritatis verborum, reliqua, quæ per concomitantiam ibi sunt, videantur esse per accidens: non tamen ibi sunt per accidens respectu intentionis instituentis, qui per se intendit, ac voluit totus esse sub singulis speciebus, & totus sub vtraque: & idè promissio gratiæ facta huic Sacramento tota cadit in totum id, quod continet Christum. Ad tertium dico, verum esse, efficaciam Sacramenti adæquari significationi illius; non tamen verum esse, perfectiorem significationem esse in vtraque specie, quam in vna tantum: nam nos, vel possumus loqui de ipsa significatione: si loquamur de significatione ex parte rei significandæ, non est perfectior significatio in duabus speciebus, quam in vna, cum totus Christus contineatur sub vtraque specie, & totus sub vna, vt supra diximus: si loquamur de significatione, & ex parte modi significandi, non est negandum, perfectiorem modum significandi contineri in duabus speciebus, quam in vna: sed gratia ex opere operato non respondet perfectioni modi ipsius significandi, sed perfectioni significationis: quare, cum hæc sit æqualis in duabus, atque in vna specie, æqualis etiam erit semper effectus.

8. Ad quartum argumentum respondeo, illud petere, quando datur effectus ex opere operato; an, quando sumitur hostia in ipso sacrificio; an verò, quando sumitur calix? Quidam enim existimant, tunc dari, cum sumitur calix: quia tunc perficitur, ac consummatur perfectio Sacramenti. Ita docet Claudius in repetitione 10. cap. 3. vbi dicit, Sacerdotem, dum sacrificat, non prius gratiam recipere, quam calicem bibat. Alij verò existimant, dari in summptione hostiæ, seu primæ speciei. Ita docet Sotus in 4. distinctione 13. quæstione 1. artic. 12. Palatius ibi quæstione 5. concl. 7. Ledesma 2. part. 4. quæst. 31. artic. 2. & Soarius tomo 3. in 3. part. disputatio 63. sectione 6. fol. 907. col. 2. Alij putant esse problema, vt idem Ledesma 1. 4. quæstione 2. artic. 12. dub. 3. & Bellarmus lib. 4. de Euchar. cap. 23. Secundus tamen modus dicendi est verus. Primò, quia, si Sacerdos accipiat speciem panis, seu hostiam consecratam, sine intentione sumendi calicem, vt in die Parasceues, statim accipiet totum effectum, non expectato calice: ergo idem erit dicendum, etiam si habeat intentionem sumendi aliam speciem: quia intentio, neque abstulit virtutem Sacramento, neque posuit obicem in communicante, neque eum fecit deteriotis conditionis, vt ei differatur effectus. Deinde, quia, si sumpta specie panis non statim communicaretur effectus ex opere operato, potest contingere, vt eo effectu priuaretur suscipiens, si ante summptionem calicis emoriatur, vel calix ipse effundatur, quod facile contingere potest: datur ergo effectus ex opere operato statim in summptione corporis, & per summptionem calicis nullus nouus effectus ex opere operato datur; dabitur tamen ex opere operantis, si post summptionem corporis noua deuotionis dispositio accessit. Dices: ergo Sacramentum corporis & sanguinis Christi contentum in specie calicis priuatur suo effectu ex operato. Nego illationem: quia illud non est Sacramentum distinctum à

Soar.

8.

Claud.

Sotus. Palatius. Ledesma. Soarius. Led. Bellarm.

priori, sed ex vtraque specie vnum componitur, cui tribuitur effectus: operatur enim illud totum Sacramentum per aliquid sui, cum primum potest. Vergebis: ergo saltem inutilis erit sumptio calicis. Nego etiam consequentiam, sequelamve: quia, etiam si non sit utilis sumentis ex operato, est tamen utilis ex opere operantis; & etiam si in ordine ad Sacramentum utilis non sit, est tamen utilis, & necessarius requisita in ordine ad sacrificium, ad integritatem illius. Adde denique, ex accidente posse etiam conferre ad aliquem fructum opere operato: nam, si contingat in sumptione hostiæ habere peccatum mortale non satis detestatum, & ante sumptionem calicis dolorem perfici, effectum ex operato consequetur, quem antea non obtinuerat, quia tunc iam dignè communicat, & bibit sanguinem Christi, vt patet.

9. Comparauimus hæc vnam speciem cum duabus, & diximus, æqualem effectum ex operato dari sumpta vna, atque vtraque; nec plus accrescere ex sumptione duarum specierum, quam vnus tantum. Comparemus modò vnam speciem cum alia, v. c. speciem panis cum specie vini, aut speciem vini cum specie panis: & tunc quæro, si sumatur altera tantum illarum, v. c. species vini, an detur plus gratiæ ex operato, quam si sumatur species panis, vel e contra: & quænam illarum plus gratiæ conferat? Respondeo, æqualem gratiam conferre vnam atque aliam, & neutram illarum plus gratiæ posse causare. Et ratio est: quia gratia non datur ratione speciei panis, vel vini, sed ratione rei contentæ sub vnaquaque specie, qui est Christus Dominus omnium gratiarum fons. Vnde, cum totus Christus æquè contineatur in vna, atque in alia, non plus gratiæ ex operato potest vna causare, atque alia siue Christus Dominus in hac, siue in illa sumatur. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 63. section. 6. §. Dico secundò. fol. 903. col. 1. & Henriquez libr. 8. Eucharistiæ. c. 43. num. 1. ad marginem; & id docere debent omnes, quos citauimus num. 4. pro secunda opinione.

Soarius.  
Henriq.

10. Similiter, si comparemus maiorem hostiam cum minori, aut maiorem quantitatem vini consecrati cum minori, non plus gratiæ recipiet ex operato, qui magnam hostiam, quam qui minimam particulam, formulamque; & qui maiorem quantitatem speciei vini sumit, quam qui minorem accipit: totus enim Christus æquè est in illa hostia magna, atque in minima formula, & totus æquè est in maiori, atque in minori quantitate speciei vini. Vnde, cum gratia ex opere operato non detur ob maiorem quantitatem specierum; sed propter rem, quam illæ species continent; æquè autem contineatur totus Christus in maiori atque minori quantitate specierum, æqua gratia ex operato dabitur per istam maiorem, atque per illam minorem. Ita sequitur manifestè ex dictis.

C A P V T V.

Que sit illa vnio, quæ sit ex Christo Domino cum iusto communicante, & de nonnullis aliis effectibus Eucharistiæ.

S V M M A R I V M.

Quidam Patres hanc vnionem comparant cum vnione hypostatica: in multis tamen differt. num. 1. Explicatur Patres, qui hanc vnionem vocant vnio-

num. 2. Et qui dicunt, Christum in nobis esse naturaliter. ibid. verſ. Additque. Explicatur etiam illi, qui dicunt, vnionem esse corporalem, & substantialem, & fieri ex nostra carne, & carne Christi. num. 3. Explicatur Tertullianus vocans hanc vnionem, vnionem indiuiduam. num. 4. Que sit ista vnio, & quomodo appellanda: explicatur ac proponitur vera sententia. num. 5. & num. 10. An ad istam vnionem, præter dignam dispositionem, ad susceptionem huius Sacramenti requirantur alia præuia qualitates. num. 6. An actus feruentis charitatis resultantes ex vera vnione Christi in hoc Sacramento suscepti, & hominis dignè illum suscipiens, dici possint præuia qualitates respectu actionis studiose appetitum sensitium. num. 7. Et an hoc vnio, præter actum feruentis charitatis, causet etiam castitatem in corpore, & hominis in officio virtutis contineat. ibid. Quomodo hoc Sacramentum ad immortalitatem præparet. num. 8. Vera vnio non fit nisi inter Christum in hoc Sacramento sumptum, & inter hominem dignè sumentem. num. 9. Explicatur sententia Soarij. num. 10.

EX sumptione, & propter sumptionem huius Sacramenti certum est fieri quandam admirabilem vnionem inter Christum Dominum, & iustum dignè communicantem: quæ autem illa sit, explicabimus. Quidam Patres, quos refert Bellarminus libro 1. Euchar. cap. 2. regula 5. & lib. 2. cap. 39. §. 2. eam comparant cum vnione substantiali, qua Verbum diuinum naturam humanam sibi hypostaticè vniuit: piè tamen interpretandi sunt hi Patres: nam, quauis Patres vnionem Eucharistiæ comparent cum vnione hypostatica; non intendunt tamen illi ex corpore & carne Christi in Eucharistiâ sumpta, & ex nostro corpore & carne, fieri vnam vnionem hypostaticam, sed fieri tantum vnum principium operationum: in multis enim differt vnio hypostatica ab hac vnione: nam vnio hypostatica ordinatur primò & per se ad vnum esse, seu ad efficiendum, constituendumque vnum compositum ineffabile: at verò illa vnio, quæ fit ex Christo; & homine iusto Eucharistiâ dignè suscipiente ac manducante; non ordinatur ad vnum esse, sed ad vnam operationem; neque constituit vnum compositum ineffabile, sed vnum principium operatum. Differt etiam hæc vnio ab vnione hypostatica: quia ad ipsam vnionem hypostaticam nulla supernaturalis dispositio ex parte naturæ humanæ fuit requisita; & sic nec dispositio vlla, nec dona gratiæ præcesserunt hanc vnionem, sed secuta fuerunt ad ornatum ipsius naturæ humanæ; vt docet D. Thomas 3. part. quæstione 7. artic. 13. ad 2. at verò vnionem, quæ fit ex Christo Domino sumpto in hoc Sacramento, cum homine iusto dignè sumente, præcedit digna dispositio in ipsis communicantibus, quæ dispositio iuuat & inclinât hominis potentias ad bene operandum cum Christo; qui simul cum homine dignè sumente, rectèque disposito constituit vnum principium vitale operatum vitalium actionum feruentis deuotionis, & amoris Dei: sicut enim Deus per lumen gloriæ vnitur per modum speciei intellectuui Beatorum, concurrat efficienter cum potentia ipsius Beati ad actum vitalem dilectionis, & visionis diuinæ, & constituit vnum principium vitale, operatum vitalium actionum; ita suo modo Christus Dominus per has species sacramentales, dum in corde hominis suscipiens durat, & postea per gratiam, quam

Bellarmin.

D. Thom.

mediante hoc Sacramentò communicat, concurrat cum ipsius hominis potentis ad actum vitalem feruentis deuotionis, & dilectionis Dei, & proximi, & ad alia virtutum opera, & constituit vnum principium vitale vitalium actionum ad bene operandum; vt optime docet Henriquez libr. 8. de Euch. cap. 36. num. 1.

Henriq.

2. Alij Patres existimant, per dignam susceptionem Eucharistiæ fieri cum homine suscipiente naturalem quandam vnionem nostri ad Christum, & ex carne nostra, & carne Christi iustis cibi manducati. Ita D. Hilarius lib. 8. de Trinitate; & refertur in cap. Christus panis de consecr. dist. 2. & D. Hilarius vocat ibi hanc vnionem, vnionem, sed vnionem naturalem, id est, vt nouiores explicant, inter quos est Turrianus tract. 1. de Euch. cap. 8. & tract. 2. c. 5. & 9. vnionem realem, seu contactum quendam, qui vnio vnio à Græcis vocatur, ex quo simul cum homine fit ac constituitur vnum principium operatum mirabilium actionum vitalium: non tangit tamen Christus immediatè ipsum hominem, sed median- tibus speciebus consecratis, vt statim dicitur, Ad dicitque D. Hilarius ibi, Christum in hoc Sacramento sumptum, in nobis esse naturaliter, quod explicandum est; ac si dicat, in nobis esse secundum veritatem naturæ humanæ assumptæ verè & realiter sicut Apostolus ait ad Colossenses c. 3. in Christo inhabitare plenitudinem diuinitatis corporaliter, id est, verè & realiter, vt meliores, & sapientiores nouiores explicant. Vide Henriq. lib. 8. Euch. cap. 37. n. 3. sine.

3. At verò D. Cyrillus lib. 10. in Ioannem, c. 13. & 15. vocat hanc vnionem, vnionem naturalem, corporalem, & substantialem ex nostra carne cum carne Christi, & videtur dicere dignè carnem & sanguinem Christi in Eucharistiâ sacramentaliter suscipientes, non per amorem tantum vniri cum Christo, sed reipsa commisceri carni & sanguini Christi, vt certa liquida miscetur alteri ceræ, & plumbum alteri plumbo. Sed reuera non intendit D. Cyrillus, ex corpore, & carne Christi in Eucharistiâ sumpti, & ex nostra carne, & corpore, median- teria nutritiua fieri vnum compositum per continuationem, vt fit per partes metalli, ceræque liquidæ, aut per partes aquæ, & vini, quæ continuantur inter se; non enim oportet, similitudinem veram esse in omnibus: neque enim substantia corporis Christi, & illius caro per seipsam tangit immediatè substantiam, & carnem manducantis, sicut partes ceræ, & aquæ, & metalli, partes alterius ceræ, liquidæ, aquæ, & metalli immediatè tangunt; sed per species sacramentales, tanquam per instrumentum, causat mirabiles & supernaturales effectus in anima & corpore, vt statim dicemus. Et ita docent Henriquez lib. 8. Eucharist. cap. 37. n. 2. sine.

Henriq.

4. Alij vocant hanc vnionem, naturalem coniunctionem, conglutinationemque, vt D. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 4. naturalem, id est, atctissimam, veram, & realem, qua mediantribus his speciebus cum Christo copulamur, & constituimur vnum principium operatum, vt dixi, mirabilium actionum. Tertullianus autem libro de oratione vocat hanc coniunctionem, indiuiduitatem quandam à corpore Christi: non quòd corpus Christi à nostro diuidi, & separari non possit; sed effectiue, quia actus vitales amoris & dilectionis Dei, & feruentis deuotionis procedentes ex hac coniunctione vnioce, toti sunt à Christo, & toti ab homine, & indiuidui atque indiuisibiles procedentes ab vno principio vitali & operatio illorum. At verò D. Augustin. lib. 7. Confessionum, c. 10. explicans illud Ioan. 6. Et qui manducat me, in me manet, & ego in-

Tertull.

August.

eo, inducit Christum dicentem: Non tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, vt ostendat, quòd homo non inclinât voluntatem Christi ad bene operandum: sed Christus per species huius Sacramenti, & per eius effectum, ac habitualem gratiam, quam homini comunicat ac confert, ipsum hominem inclinât, ac eius voluntatem; & intellectum excitet, & moueat ad feruentes actus dilectionis, deuotionis, & amoris, rectèque ac, salubres operationes.

5. Non est ergo, vt rectè omnibus expensis docet Henriq. lib. 8. Euchar. c. 36. num. 2. in hoc mysterio, & in prædictis sanctorum Patrum exemplis, concipienda alia vnio inter Deum, & hominem, Eucharistiâ dignè suscipientem, quam illa, quæ datur inter motiorem, & mobile; seu inter intelligentiam motricem, & corpus mobile, cui corpori immediatè assistit: quæ vnio philosophicè vocari potest, vnio assistentiæ suppositi in loco; moraliter verò, quia ad actus morales amoris, & dilectionis Dei & proximi propter hanc assistentiam Deus per hoc Sacramentum mouet, & inclinât, vnio moralis, & sacramentalis non incongruè dici potest: vnde, sicut intelligentia motrix dicitur immediatè, & intimè sine informatione ad modum formæ corpori mobili assistere, & ita cælo vniri, vt ei vim conferat producendi in terra viuentia quædam; ita Christus Dominus per species huius Sacramenti, homini illud dignè sumentis intimè assistendo, vim confert, potentiamque illius inclinât, & mouet ad efficiendas, producendasque mirabiles & supernaturales actiones amoris, & feruentis deuotionis.

Henriq.

6. Et præter habitus infusos, gratiamve habitua- lem, quam vocamus dignam dispositionem suscipiens, & dona Spiritus sancti, quæ semper gratiam habitualem comitantur, non requiruntur nouæ aliæ qualitates; quæ sint veluti præuia aliquæ dispositiones ad hanc vnionem: sed satis est, vt Christus per species inclinet voluntatem hominis ad feruentem actum deuotionis, & amoris liberè, & suauiter exercendum, qui actus etiam dicitur vnio, quia est actus charitatis, & charitas est vinculum perfectionis: quæ magis, magisque vnit cum Christo. Sic D. Thomas 1. 2. q. 18. art. 1. cum D. Dionysio Arcopagita lib. 4. ecclesiasticæ Hierarchiæ, in supremo gradu contemplationis viæ vnitivæ, ponunt vnionem quandam, qua illustratus intellectus cum suauis quodam experimento contemplatur Dei amici præsentiam in seipso, & qua contemplans excitatur in potentiis sensitivis corporis, & in vtroque appetitu ad actus studiosos: ad quos etiam actus studiosos Christus per species huius Sacramenti potentias sensitivas corporis inclinât, vt cogitativam, & appetitum, & alias vires, vt mitigato, sedatòque fomite viuancat dignè hoc Sacramentum sumentes tentationes, contineantur in virtutis officio, & promptius obediunt rationi, operaque alia virtutum exerceant.

D. Thom.  
D. Dion.

7. Qui planè actus feruentis deuotionis, & amoris, ad quos Christus Dominus in hoc Sacramento sumptus per species Sacramenti excitat, quandiu durat in pectore, & inclinât voluntatem dignè sumentis; virtute Eucharistiæ, & nostra voluntate simul effecti; respectu sensitivarum potentiarum, appetitus, scilicet, & cogitativæ, & aliarum virium corporalium dici possunt lato modo nouæ quædam qualitates præuiæ, per quas hæc potentia sensitivæ mouentur & excitantur ad suos actus studiosos operandos: & sic Eucharistiâ indirectè planè & casualiter per has qualitates, ex redundantia quadam animæ in corpus, dicitur puritatem, & castitatem corporis in hac vita causare, transformare carnem in spiritum, id est, spiritui obedientem facere, & ad futuram



futuram immortalitatem præparare, quatenus, scilicet, ratione huius dignæ communionis & coniunctionis cum Christo Domino, nobis speciali iure corporis resurrectio debetur, iuxta illud Ioannis 6. *Et qui manducat me, vivet in æternum, & ego resuscitabo eum in novissimo die.* nam, sicut cibus humidus humidam imprimit qualitatem in manducante, & ficcus siccam: ita hic divinus cibus ad nostram profectum spirituales datus, divinas quasdam proprietates, & qualitates quoad operationes, & incrementa virtutum imprimit, & communicat.

8. Nec mirum hoc videri debet: nam, sicut Deus immediatè hominem creavit, & redemit: ita planè pro sua liberalitate singulari, ac munificentia dignatus est per cibum hunc, qui Deum & hominem continet; totum hominem in corpore, & anima reficere & sustentare, & per actus animæ, & corporis ad quos potentias spirituales, & corporales hominis inclinatur, totum ipsum hominem ad utranque gloriam corporis & animæ præparare: hinc est, quòd Ecclesia canit: *Per duplicis substantia, totum cibaret hominem.* id est, ut hoc Sacramento, qui cibus est, Christum Deum, & hominem continens, totum ipsum hominem, qui ex anima, & corpore constat, dignè fumentem aleret, & sustentaret, sanaretque, in cuius typum totum hominem sanum fecit in Sabbatho, Ioan. 7.

9. Notabis tamen, hanc vnionem assistentiæ suppositi in loco, id est, Christi in homine dignè hoc Sacramento suscipiente, non tantum ostendere carnem Christi verè & realiter esse in fumento & manducante: sic enim etiam esse potest in mure, vel animalculo hostiam diuinam cortodente, & in peccatore indignè & cum peccato mortali fumente, sed efficere, & explicare supradictos mirabiles effectus, ad quos Christi corpus ex opere operato inclinatur illos, qui illud sacramentaliter & spiritualiter, atque dignè & fructuosè manducant. Et hæc sine dubio est intentio sanctorum Patrum, qui contra Hæreticos scribentes, probant, carnem Christi in hoc Sacramento, non in figura, sed verè & realiter manducari, & esse in homine iusto cum fructu. Et hæc, quæ hæcenus dicta sunt, satis sunt pro interpretandis Patribus, qui de vnitate, & effectibus huius admirabilis Sacramenti locuti sunt, ut consulti Doctores Academiae Salmanticensis, & Complutensis, Soto, & Soto maior, Mancius, Penha, Sancius, Guevara, & alij plerique responderunt, ut docet Henriq. lib. 8. Eucharistiæ, cap. 36. numer. 3. ad marginem littera L. *Nobis enim, ut ait D. Augustinus libr. 10. de civitate Dei, cap. 11. Non licet liberis verbis vi, & sine auctoritate, & rationibus, ut fecerunt Philosophi, & alij, qui auctoritate præstant.*

Henriq.  
D. August.

Neque à nostra sententia numer. 5. & 6. explicata alienus est Soarius tom. 3. in 3. part. disputatio-  
ne 64. sectione 3. fol. 920. col. 1. ante §. *Vnde non placet.* vbi dicit, hanc vnionem vocari à multis Patri-  
bus antiquis, vnionem corporalem, quia fit inter  
duo corpora, inter corpus Christi manducati, & in-  
ter corpus hominis manducantis, & quia est verè  
corporalis sumptio corporis ipsius Christi; & id  
confirmat §. *Tota hac controversia.* fol. 919. col. 1. vo-  
cari etiam naturalem; quia in hac manducatione,  
verè sumitur verum corpus Christi, & naturalis ca-  
ro illius: vocari ergo naturalem, proptèr distinguitur  
contra sumptionem vmbralem, aut per solum si-  
gnum, vel figuram corporis Christi, ut volunt non-  
nulli Hæretici: vocari denique realem, & substan-  
tialem; quia est inter substantias, & inter duas res,  
inter substantiam hominis manducantis, & inter  
substantiam Christi Dei, & hominis manducati. Ver-  
um omnes hi modi loquendi, quauis sint veri,  
fundamentum solum habent in illa propinquitate,  
& contactu, qui fit inter corpus nostrum, & corpus  
Christi, mediantibus speciebus sacramentalibus: cer-  
tum enim est, hunc contactum non fieri immediatè  
inter corpus Christi, & corpus nostrum, sed median-  
tibus speciebus, ut diximus numer. 3. sine. Vnde, cum  
hi modi loquendi fundentur solum in illa prædicta  
propinquitate, contactu, & reali corporali manduca-  
tione, qua manducatur corpus Christi, & rangitur  
per species, etiam conuenire poterunt muri, vel al-  
teri animalculo, corpus Christi manducanti, & per  
species deglutienti, corrodenti que; & tamen Patres  
aliquid ampliùs per hanc vnionem volunt & infi-  
nuant. Vnde tandem concludit Soarius fol. 920.  
column. 1. immediatè ante §. *Vnde non placet.* qui est  
finis §. *Nilominus.* fol. 919. proptèr vocari posse  
hanc vnionem, vnionem mysticam, & moralem,  
fundatam in aliquo corporali vinculo, seu coniun-  
ctione inter duo corpora, cuiusmodi est illa, quæ in-  
tercedit inter duos coniuges, de quibus dicitur,  
*Erunt duo in carne una.* per quam explicat prædicti  
Patres hanc vnionem: & indicat etiam D. Augusti-  
nus lib. 2. contra aduersarium legis, & Prophetarum,  
cap. 9. quam nos supra numer. 5. conuenientius dixi-  
mus vnionem moralem & sacramentalem, & vnio-  
nem assistentiæ in loco: quia per hanc assistentiæ,  
qua Christus manducatus per has species nobis inti-  
mè assistit, inclinatur, ac mouet voluntatem nostram,  
ad actus supernaturales feruentis deuotionis, &  
amoris. Vnde D. Cyprianus in sermone de cæna  
Domini, ita ait: *Nostra & ipsius coniunctio non mis-  
cet personas, neque vnit substantias, sed affectus conso-  
ciat, & confederat voluntates.*

D. August.  
D. Cyp.

## LIBER



## LIBER QUINTVS.

De efficacia, & effectu verborum, & de presentia CHRISTI  
in hostia consecrata.



V o nobis in hoc libro tractanda  
sunt; an Christus Dominus conti-  
neatur in hoc Sacramento, & quo-  
modo contineatur, & quoniam sit  
effectus, & efficacia verborum  
Christi, & consecrationis, Hoc est  
corpus meum. Hic est sanguis meus. Et de verborum  
effectu atque efficacia, tria definit Concilium Tri-  
dentinum sess. 13. cap. 1. Primum est, in almo hoc &  
mirabili Eucharistiæ Sacramento, post panis & vini  
consecrationem Christum Dominum verum Deum,  
& hominem verè, & realiter, & substantialiter, de  
novo adesse, & contineri sub specie panis, & vini. Se-  
cundum est, corpus Christi præter & ultra locum  
cæli adesse nobis præsens in multis aliis locis sa-  
cramentaliter in sua substantia, eo existendi modo,  
& ratione, quam verbis explicare vix possumus; per  
fidem tamen constanter credimus, Tertium est, ita  
maiores nostros, ac Patres antiquos, qui in vera  
Christi Ecclesia fuerunt, & de hoc Sacramento dis-  
seruerunt, apertissimè sensisse, licet Hæretici aliter  
sentiant: qui idè dicuntur Nouatores; quia illo-  
rum doctrina noua est, & inusitata, & aliena à san-  
ctis Patribus, & omnia vetera, vera, & antiqua  
dogmata, imò veterissima, & verissima confundens; &  
nonnulla vera immiscens, malitiosè quidem, & sub-  
dolè, ut ex consortio veritatis, multa mendacia inue-  
herent, ac inducerent, quibus dicendum est: *Tacete,  
& obmutescite Diaboli.* sicut olim Christus Domi-  
nus Diabolo dixit ac imperauit, qui illum verum  
Dei Filium malignè planè, & subdolè appellabat, ut  
pretextu illius veritatis multa mendacia in orbem  
inueheret.

## CAPVT I.

Utrum de fide certum sit, quòd verum  
CHRISTI corpus sit præsens in hoc  
Sacramento: & quæ sit causa efficiens  
huius presentie, & expellens substan-  
tiam panis: queritur, an Sacerdos re-  
citatuiè tantum proferat verba conse-  
crationis.

## SVMMARIVM.

Presentia corporis Christi in hoc Sacramento est de  
fide. num. 1.  
An hæc veritas expressè in Symbolo fidei contineatur.  
ibid.  
Soluuntur argumenta suadentium contineri hanc  
veritatem expressè in Symbolo Apostolo-  
rum, & ostenditur solum ibi contineri implicitè.  
num. 2.  
Referunt hæresis Nestorij circa presentiam Christi in

hoc Sacramento. num. 3.  
Referunt hæresis Berengarij Galli. num. 4. & Oeco-  
lampadij. ibid.  
Confirmatur veritas Catholica. num. 5.  
Soluuntur argumenta Hæreticorum. num. 6.  
Quæ sit causa efficiens presentie Christi, inquiruntur.  
num. 7.  
Nulla creatura potest efficere opera miraculosa, ut  
agens principale; potest tamen eleuari à Deo instru-  
mentaliter ad illa operanda. num. 8.  
Referunt sententia negans, verba consecrationis esse  
causam physicam presentie corporis Christi in hoc  
Sacramento. num. 9.  
Propositur & astruitur vera sententia affirmans.  
num. 10.  
Soluuntur argumenta primæ sententiæ. num. 11.  
Quomodo pronomen, hoc, demonstrat corpus Christi,  
in initio prolationis formæ, cum nondum verba sint  
absoluta. num. 12.  
An verba consecrationis physicè expellant substan-  
tiam panis, ac destruant per aliquam actionem rea-  
lem, & ad quid illa actio terminetur. num. 13.  
Ostenditur terminus illius actionis. num. 14.  
An verba consecrationis proferantur tantum à Sacer-  
dote materialiter, & recitatuiè, an etiam formaliter  
& significatiue. num. 15.  
Astruitur opinio asserens proferri simul recitatuiè, &  
significatiue seu effectiue. num. 15.  
Referunt, & refutatur opinio contraria affirmans pro-  
ferri tantum recitatuiè & materialiter. num. 16.  
Soluuntur illius fundamenta. num. 17.  
An à Sacerdote solum ritè consecrato hæc verba pro-  
lata efficiant Sacramentum. num. 18.  
Quid, si ab Angelo, aut à quolibet homine consecratio-  
nis verba proferantur. ibid.

DE fide tenendum est, Christi corpus, & sangui-  
nem verè, realiter, & substantialiter, non per  
signum, aut figuram, in hoc Sacramento esse. Ita defi-  
nitum est in Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. &  
can. 1. ibi: *Si quis negauerit in sanctissima Eucharistiæ  
Sacramento, contineri verè, realiter, & substantialiter  
corpus, & sanguinem, unà cum anima & diuinitate  
Domini nostri IESU CHRISTI, ac proinde to-  
tum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut  
in signo, aut figura; anathema sit.* Veritas hæc Ca-  
tholica est, confirmata communi consensu totius  
Ecclesiæ Catholicæ, & Patrum, & Doctorum. Ita  
docet D. Thomas 3. p. quæst. 5. art. 1. Soarius tom. 3.  
in 3. part. disputat. 46. sect. 1. fol. 609. §. *Veritas ergo.*  
Henriquez libr. 8. Eucharistiæ, cap. 20. per totum: cæte-  
ros vide apud istos. Patet ex Concilio Constantien-  
si sess. 18. & 15. & ex Concilio Florentino in decre-  
to Eugenij. Neque inter Patres ac Doctores  
Catholicos hæc de re vllum est dissidium. Solum  
querunt Doctores Catholici, an hæc veritas con-  
tineatur inter articulos Symboli fidei Apostolo-  
rum, quod Credo, communiter vocamus: qui-  
dam enim id expressè affirmant. Ita Clitonæus  
lib. 1.

Conc. Trid.

D. Thom.  
Soar.  
Henriq.  
Cæc. Const.  
Conc. Fl.

Durand.  
Gabriel.  
Sor.  
Ledesm.  
Sor.

lib. 1. aduersus Oecolampadium, artic. 3. Durandus in 4. distinctione 10. quæstione 1. num. 27. Gabriel in Canone, lectione 39. & 83. Sorus distinctione 10. quæstione 1. Ledesma 1. 4. quæstione 16. art. 1. dub. 2. Soto distinctione 9. quæstione 2. art. 2. Probant primò: quia illud, quod explicitè tenetur credere, est articulus fidei: sed Eucharistiam omnes tenentur credere explicitè, quia omnes iure diuino tenentur eam sumere: non possumus autem eam dignè sumere, nisi explicitè credamus, ibi adesse corpus Christi verè realiter, & substantialiter, & non in signo: ergo est articulus fidei. Secundò, quia id, quod proponitur omnibus credendum, & habet peculiarem difficultatem adnexam, dicitur articulus fidei: tale est mysterium Eucharistiæ, & veritas præsentia Christi in hostia consecrata: ergo, &c. Tertio, quia habetur id in Scriptura sacra, dicente Christo Domino: *Hoc est corpus meum*. Sed, ne quæstio sit de nomine, statuendum est in primis, omnes fideles teneri hanc veritatem explicitè de fide credere; tenentur enim seipfos probare, & corpus Domini diiudicare, vt 1. Corinth. 11. testatur D. Paulus, quod sine hac fide debite præstare non possunt, vt debitus honor, ac cultus huic Sacramento deferatur; statuendum etiam est hoc mysterium specialem difficultatem continere à reliquis mysteriis fidei distinctam: non tamen expressè esse positum hunc articulum in fidei Symbolo ab Apostolis; quia eius cognitio non exigitur, vt ita dicam, propter fidem & cognitionem, sed propter vsum & receptionem, & propter debitam ac reuerentem cultum tanto Sacramento conuenientem: solum enim illa, quæ per se sunt necessaria, propter fidei perfectionem, in Symbolo posita sunt: quauis autem hæc veritas non sit expressè posita in Symbolo Apostolorum, reducitur tamen ad articulos fidei in illo contentos, & inclusos: nam vel hoc Sacramentum potest sumi, vt sanctificans suscipientem, sicut & alia Sacramenta; & hac ratione reducitur ad illum articulum, *sanctam Ecclesiam*, id est, per Sacramenta sanctificantem, & sanctificatam: vel vt magnum miraculum; & sub hac ratione reducitur ad articulum *omnipotentia diuina*. Ita docet D. Thomas 2. 2. quæst. 1. articulo 8. ad 6. & Soarius tomo 3. in 3. parte, disputatione 46. lectione 1. §. Sed queri hic. fol. 610. col. 2. & alij communiter.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

9.

His notatis circa hoc punctum, quod inquirimus, an verba consecrationis sint causa physica præsentia corporis Christi in Eucharistia, est duplex sententia. Prima negat, prædicta verba esse causam physicam, & efficientem prædictæ præsentia, sed causam tantum moralem, seu conditionem sine qua, non esset talis præsentia in eo Sacramento: & hanc tenent omnes illi Theologi, qui docent, formas aliorum Sacramentorum non causare efficienter gratiam, nec physicè illius productionem attingere; sed moraliter tantum, & tanquam conditiones, sine quibus Deus non produceret ex operato gratiam Sacramenti: si enim negant cæteris hanc efficientiam gratiæ, maiori cum ratione debent negare his verbis hanc efficientiam efficiendi physicè, & attingendi præsentiam Christi in hoc Sacramento: quia vel est maior, vel certè æqualis ratio in illa, atque in gratia producenda. Hos Auctores non refero, cum in materia de Sacramentis in genere citentur. Ultra illos videtur hanc opinionem tenere D. Thomas in 4. distinct. unica articul. 4. quæstioncula 1. ad 6. ubi duo distinguit, videlicet, recessum termini à quo, & accessum termini ad quem; & addit, quavis verba consecrationis attingant physicè recessum à termino à quo, id est, panem; non tamen attingunt accessum termini ad quem, id est, præsentiam corporis Christi. & in 4. distinctione 8. quæstio. 2. articulo 3. ad 5. ubi dicit, totam actionem verborum versari circa substantiam panis; non tamen attingere terminum ad quem: quam sententiam sequitur expressè Capreolus distinct. 1. quæst. 1. articul. 1. ad primum. Aureolus contra tertiam conclusionem, & distinct. 8. articul. 3. ad 3. Scotus contra tertiam conclusionem; tenet etiam D. Bonaventura distinctione 10. articul. 1. quæst. 3. ubi negat, verba efficere corpus Christi hinc: & idem tenet etiam expressè Gabriel lectio. 47. in Canon. & Abulensis in Matth. 17. quæstio. 119. & Catherinus opusculo 1. de verbis consecrationis, in fine. Probant primò ex Patribus, & D. Ioanne Damasceno lib. 4. fidei orthodoxæ, cap. 14. circa medium, ubi dicit, sola virtute Spiritus sancti fieri conversionem panis in corpus Christi in Eucharistia; & eius præsentiam in hoc Sacramento comparat cum conceptione Verbi diuini ex Virgine: nam, sicut ibi ad præsentiam verborum, quibus Beata Virgo consensus suum expressit, Spiritus Sanctus corpus Christi condidit; ita hinc prolatis à Sacerdote verbis, Spiritus sanctus corpus Christi præfens facit in Eucharistia: & ex D. Chrysostomo homilia 2. de prodicione Iudæ, ubi: *Sacerdotis ore verba proferruntur; sed Dei virtute consecratur.* Probant deinde rationibus. Prima, quia opera miraculosa non fiunt aliqua virtute creata; sed sola virtute diuina: sed conuersio panis, & vini, & præsentia Christi in hoc Sacramento, est opus miraculosum, & non minus miraculosum, quam creatio rerum, vel formatio corporis Christi in vtero virginali: ergo intentum. Secunda, quia prædicta verba non sunt verba simplicia, sed ex multis composita; nec simul, sed successiue proferuntur: sed conuersio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, fit in instanti: ergo oportet, quòd fiat per simplicem virtutem: non ergo fit per virtutem horum verborum, Tertia, quia actio, qua hinc corpus Christi fit præfens, est sine subiecto, & similis creationi: non ergo potest per verba magis fieri, quam creatio. Quarta, quia, si verba concurrerent effectiue, & attingerent physicè præsentiam corporis Christi in Sacramento Eucharistia, etiam humanitas Christi haberet similem

D. Thom.

Capreol.  
Aureol.  
Scotus.  
Bonau.Gabriel.  
Abulens.  
Cather.

D. Damas.

D. Cris.

efficaciam & efficientiam: quia verba sunt veluti instrumentum ipsius humanitatis: ergo humanitas efficeret seipsam: quod videretur aperte repugnare. Ita se habet ista sententia, quæ non est improbabilis.

Vera tamen & secunda sententia docet, verba consecrationis physicè efficere corpus Christi in hoc Sacramento, & physicè illius præsentiam attingere. Ita docet expressè D. Thomas 3. part. q. 78. art. 4. ubi ex professo hanc rem tractauit, & cum eo id tenet omnis Schola Thomistarum, Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 61. sect. 1. fol. 864. §. Dico tertio. Alexander 4. p. q. 34. memb. 1. art. 2. Albert. distinct. 8. art. 6. Caietanus, Soto, & reliqui omnes Theologi, qui reliqua omnia Sacramenta constituunt causas physicas & efficientes gratiæ, quam significant. Probatur primò: quia verba consecrationis efficiunt id, quod significant, alioqui falsa essent: significant autem præsentiam corporis Christi: *Hoc est corpus meum.* ergo intentum. Secundo, quia, si non attingerent physicè præsentiam corporis Christi, & terminum ad quem, non efficerent conuersionem, & transubstantiationem: quia id, quod non attingit terminum ad quem alicuius actionis, non potest efficere reale actionem: quomodo enim verba conuertent panem in corpus Christi, si efficacitate sua non possunt illud attingere? Tertio, quia hæc verba in persona Christi à Sacerdote proferuntur: ergo ex eius potentia consequuntur virtutem instrumentalem à Christo Domino ad producendam efficiendumque præfens ipsius corpus in Eucharistia. Quarto, quia non repugnat assumere Deum creaturam aliquam vt instrumentum creationis; mediante qua rem aliquam creet, vt conuincit Sacramentorum efficientiam, quæ vt instrumenta à Deo sumuntur ad producendam gratiam; ergo, si in aliis Sacramentis verba sunt operatiua, & effectiua, seu creatiua gratiæ; cur in hoc non erunt physicè effectiua præsentia corporis Christi, non per qualitatem aliquam superadditam ipsis verbis, quæ sit distincta ab illis; sed per potentiam obedientialem ipsorum verborum, quæ eleuantur à Deo sufficienti concursu ad efficiendam hanc præsentiam corporis Christi?

Argumenta pro prima opinione facta facile solvuntur. Ad primum dico, D. Ioannem Damascenum, & alios Patres, & Doctores, qui dicunt, sola virtute Spiritus sancti panem in corpus Christi conuerti, non idè excludere efficientiam, & virtutem instrumentalem, quæ inest verbis formæ huius Sacramenti ad producendam, & attingendam Christi præsentiam in illo: & sic responder D. Thomas 3. part. q. 78. a. 4. ad primum. Ad secundum respondeo, opera miraculosa à nulla creatura effici posse, tanquam ab agente principali; posse tamen ab illa, effici instrumentaliter, & efficienter, & tanquam ab instrumento eleuato Dei virtute, vt immediatè illa efficiat, & ad hunc modum verba formæ nomine Christi prolata Dei virtute eleuantur, ad conuertendum panem in corpus Christi, & efficiendam præsentiam illius in Sacramento. Exemplum de conceptione corporis Christi in vtero virgineo, quæ sola virtute diuina facta est, parum conuincit: quia illa conceptio: & formatio corporis Christi, nec est vnium ex septem Sacramentis Ecclesiæ, quorum formæ efficienter gratiam efficiunt, nec mediantibus aliquibus verbis, veluti instrumentis, corpus Christi in vtero virgineo formatum fuit, vt patet. Ad secundam rationem respondeo, vim & efficaciam conuersionis panis in corpus Christi, verborum formæ huius Sacramenti, sequi significationem illorum, quæ quidem significatio terminatur, & absoluitur in prolatione vtrimque

10.

D. Thom.

Soar.

Alexand.  
Albert.  
Caietan.  
Sor.

D. Thom.

Soar.

11.

11.

D. Thom.

D. Thom.

Sor.

Soarius.

Victor.

Bellarm.

ditionis ipsius formæ; & idèd in vltimo instanti prolotionis verborum prædicta verba habent hanc virtutem attingendi, & efficiendi præfens corpus Christi; cum ordine tamen ad præcedentia: & hæc virtus est simplex ratione simplicis significati, licet in ipsis verbis exterius prolatis, sit quædam compositio. Ita respondet D. Thomas 3. part. quæstione 78. artic. 4. ad 3. Ad tertiam rationem respondeo, parum referre, quòd actio sit sine subiecto; actio, inquam, illa, qua corpus Christi physicè attingitur, & fit præfens in Eucharistia, & quòd sit similis creationi, seu actioni creatiue: non enim repugnat dari instrumentum creationis, & assumere Deum aliquam creaturam, vt instrumentum, ad rem aliquam creandam ex nihilo, propter potentiam obedientialem ipsius, non communicando illi præuiam aliquam qualitatem, qua ipsa creatura fiat, aptum instrumentum eleuationis; neque aliquem præuium impulsu illi imprimendo; sed eleuando simul, & creando: in instrumentis enim diuinis non est necessitas præuia illa actio, aut impulsus, vt creatura fiat aptum instrumentum eleuationis, cum illa propter potentiam obedientialem sit satis subiecta Deo, & satis aptum illius instrumentum, vt possit eleuari & extendi vsque ad creationem, vt optimè notat Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 61. sect. 1. fol. 864. col. 2. §. Dico tertio. ad finem. Ad quartam & vltimam rationem respondeo, verba consecrationis, non esse propriè, & formaliter instrumentum humanitatis Christi, sed diuinitatis, & idèd cessare argumentationem.

Oppones contra secundam sententiam: Pronomen, *hoc*, contentum in his verbis consecrationis, *Hoc est corpus meum*, est pronomen demonstratiuum: ergo in initio verborum formæ demonstrat iam corpus Christi esse præfens: ergo verba consecrationis non attingunt physicè præsentiam Christi, neque efficiunt illius corpus præfens in vltimo instanti prolotionis horum verborum, & si attingunt, falsa est hæc forma, *Hoc est corpus meum*, cum ante illud vltimum instans, & ante vltimam prolotionem vltimæ dictionis ipsius formæ, non sit corpus Christi, sed sit panis: vt enim diximus, transubstantiatio non fit, nisi in vltimo instanti prolotionis verborum, & consequenter, neque corpus Christi sit præfens in hoc Sacramento, nisi in illo: quomodo ergo pronomen, *hoc*, demonstrat iam corpus Christi ante illud ibi adesse, cum ante illud vltimum instans non sit nisi substantia panis; & sic dicendum erat, *hic panis est corpus meum*: sed hæc est falsa, *Panis est corpus meum*: ergo illa, *Hoc est corpus meum*. Sed ad hanc obiectionem post multa respondeo D. Thomas 3. part. quæst. 78. art. 5. ad 1. & in corpore, ad finem (quæ etiam est sententia Soti distinctione 11. quæstione 1. artic. 5. & Soarij 3. part. disputatione 88. sectione 7. fol. 842. col. 1. §. Quinta tamen sententia. Victorie in Summa, num. 75. & Bellarmini libr. 1. de Eucharistia, cap. 11. & aliorum, quos apud Soarium videre poteris,) pronomen, *hoc*, ante vltimum instans esse demonstratiuum substantia in communi sine forma determinata, & nullo nomine apposito à parte subiecti, hoc est, demonstrare substantiam in communi & generali, non hanc, vel illam, neque aliam substantiam, quæ sit communis corpori Christi, & substantia panis, cum hæc nullo modo dari possit, sed substantiam in communi denominatiue, & sic ante vltimum instans prolotionis verborum formæ demonstrare substantiam absque determinatione propriæ naturæ: quapropter, dum profertur hæc propositio, *Hoc est corpus meum*, suspensa est significatio illius termini, & indefinita, donec absoluat, & in vltimo instanti prolotionis illius determinatur ad corpus Christi:

& sic in vltimo eo instanti demonstrat pronomen, *hoc*, substantiam corporis Christi præfentem in Eucharistia, & contentam sub accidentibus, non informatam ab illis. Nec hoc mirum videri debet: interdum enim, vt optimè notat Sotus, & Soarius allegati, pronomen, *hoc*, non demonstrat rem singularem & indiuiduam numero, sed rem communem, & indeterminatam: vt, cum quis numerat multas herbas odoriferas, quæ nascuntur in suo horto, & postea addit, *Hæc herba nascitur in horto meo*; ubi illud pronomen, *hæc*, non significat hanc singularem, & numero herbam; sed herbam indefinitè, & veluti in communi. Sed hæc de re infra redibit fortè sermo.

Rogabis igitur, an, sicut verba consecrationis physicè attingunt præsentiam corporis Christi in hoc Sacramento, illudque effectiue præfens substantiam panis. Ratio dubitandi est, quia, cum illa substantia panis per illam actionem expulsiuam destruat ac definat esse, non potest esse terminus positius alicuius realis actionis, quæ cum suo termino identificatur. Dices, expellere illam effectiue, consequenter, id est, introducendo corpus Christi, ad cuius introductionem definat ibi esse substantia panis. Sed hoc dici non potest: quia causa effectiue attingens, & introducens rem aliquam, non potest expellere effectiue aliam; nisi quatenus illæ duæ res sunt formaliter inter se repugnantes & incompatibiles: substantia autem panis, & substantia corporis Christi, non sunt inter se formaliter repugnantes, vt alibi ostenditur.

Dicendum tamen nihilominus est, in veriori opinione, quæ docet, substantiam panis non annihilari, (qua de re statim agemus in capite sequenti,) verba consecrationis effectiue per propriam, ac physicam efficientiam, expellere substantiam panis per actionem realem, ex qua necessariò, & ex natura rei sequatur desitio ipsius substantia panis: quæ quidem actio non est alia, nisi illa, per quam talia accidentia per se constituuntur; & non illa, per quam corpus Christi attingitur, & fit præfens in Eucharistia. Ita docent Auctores citati numer. 10. præsertim D. Thomas & Albertus Magnus: docet etiam Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 61. sect. 1. §. Dicendum verò, col. 2. fol. 862. Probatur primò, quia verba consecrationis efficiunt transubstantiationem, & conuersionem panis in substantiam corporis Christi: istiusmodi autem conuersio includit vtriusque termini mutationem, ac transitum ab vno ad alium, id est, à termino à quo, ad terminum ad quem: ergo verba consecrationis effectiue attingunt præsentiam corporis Christi tanquam terminum ad quem, & effectiue expellunt substantiam panis, tanquam terminum à quo. Quod inde probatur: quia verba efficiunt id, quod significant: significant autem corpus Christi esse præfens, vt patet ex his verbis, *Hoc est corpus meum*, ergo effectiue præsentiam corporis Christi efficiunt, illiusque substantiam attingunt: sed non possunt etiam substantiam panis expellere effectiue, nisi per aliquam actionem realem, ex qua necessariò, & ex natura rei destruat substantia ipsius panis, & sequatur desitio illius: ergo per huiusmodi realem actionem, illam etiam physicè expellunt. Dupliciter enim potest aliqua causa efficiens rem aliquam destruere. Primò priuatiue, seu negatiue, suspendendo, videlicet, influxum, quo illa res conferuabatur in suo esse: & hic modus, quavis ad causam efficientem reducatur; tamen si consideretur in se, non tam est modus efficientiæ, quam negationis efficientiæ, qui hinc ad rem non pertinet: quia, cum substantia panis non pendeat effectiue à verbis, non potest destrui, ac

13.

14.

Soar.



definere esse per suspensionem influxus verborum, cum antea nullus esset. Secundò effectiue, & per actionem positivam; ( neque enim inter hos duos modos dari potest medium, cum contradictoriè distinguantur: ) ergo excluso priori modo, sequitur, vt verba consecrationis effectiue illam expellant posteriori modo, & per actionem physicam & realem, qua ex natura rei desinat ipsa substantia panis: hæc autem actio non potest habere pro termino ipsam substantiam panis: quia, cum illa desinat esse, & destruat, non potest terminare ipsam realem actionem: desitio enim & carentia substantiæ non potest esse terminus actionis positivæ, cum quo positiva actio idem est realiter, & ad quam primò per se tendit: vnde repugnat, ealem actionem directe terminari, & versari circa terminum, quem destruit. Non potest etiam terminari ad substantiam, vel præsentiam corporis Christi, quod introducit: quia introductio, & præsentia corporis Christi, & substantia panis non sunt res formaliter repugnantes, & inter se incompaibiles: sequitur ergo à sufficienti partium enumeratione, vt illa actio terminetur ad accidentia, quatenus per se, & extra substantiam constituntur; seu, vt clariùs ac distinctiùs loquamur, sequitur, vt terminetur ad modum essendi extra subiectum ipsorum accidentium, & esse identificatum cum illo, illumque constituit: qui planè modus est per se positivus, ex quo sequitur consecutiue physica destructio ipsius substantiæ panis: si enim modus positivus non est, & destructiuis substantiæ panis, vix planè intelligi potest, quomodo verba consecrationis separent accidentia à substantia.

15.

Ex dictis sequitur, verba consecrationis non proferri à Sacerdote recitando tantum; sed etiam formaliter significando: est autem recitatiue proferre, idem atque recitare ministrum ea verba, quæ Christus dixit, materialiter tantum, & non formaliter; seu, quod idem est, ea verba materialia dicere: est verò formaliter illa proferre, & significatiue, idem atque simul dicere & efficere hoc Sacramentum: verba enim ista sunt practica, & practice efficiunt id, quod significant: significant autem (vt sæpè dixi) præsentiam corporis Christi esse in hoc Sacramento: ergo illam efficiunt: si enim solum recitatiue à Sacerdote proferantur & materialiter, ex veritate illorum nullo modo poterit colligi hoc, quod nunc est in manibus Sacerdotum, esse verum corpus Christi: quia illa hoc non significant: sed ad summum solum colligi poterit id, quod fuit in manibus Christi, fuisse corpus eius: quia verba Christi formaliter sumpta solum illud significant. Ita docent communiter Doctores, D. Thom. 3. part. quæstione 78. artic. 5. in corpore initio. Aletis 4. part. quæst. 33. membr. 3. artic. 2. §. 1. Richardus distinct. 5. artic. 3. quæst. 1. & ibi Scotus q. 2. Paludanus, & Capreolus ibidem, & Soar. tomo 3. in 3. part. disput. 58. sect. 4. §. Dico secundo. col. 1. fol. 83. nam, si Sacerdos materialiter tantum recitaret. Christum dixisse hæc verba: *Hoc est corpus meum.* profectò verba hæc non applicarentur ad materiam præsentem panis, & ita efficerent Sacramentum contra D. Augustinum tractatu 80. in Ioannem, in medio tomo 9. ait enim ibi D. Aug. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

16.

Dices: Sacerdos non potest formaliter, & significatiue verè dicere, *Hoc est corpus meum*; quia illud nullo modo est corpus Sacerdotis: nec dici potest, ipsum Sacerdotem loqui in persona Christi, & illud, *meum*, referri ad Christum, in cuius persona Sacerdos loquitur: sicut, cum Angelus in persona Dei dicebat, *Ego sum Deus*; quia ex ipso modo, quo Sacerdos loquitur, ostendit, se non agere personam alte-

rius: sic enim inquit: *Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas, &c. fragis, deditque discipulis suis, dicens: Hoc est corpus meum.* ergo aperte refert, ac recitat id, quod alter dixit, nempe, Christus. Deinde, quia, vt rectè expendit Durandus statim citandus, Sacerdos in verbis consecrationis subiungit verba de futuro, *qui pro vobis effundetur, vel quod pro vobis tradetur.* quæ verba nunc formaliter prolata falsa essent: quia iam nunc non est effundendus sanguis Christi: ergo tota illa recitatio est materialis tantum, & non formalis. Tertio, quia potuit Christus instituere, vt verba materialiter tantum prolata haberent vim sacramentalem, & ita possint applicari ad materiam per intentionem ministri supposita ea institutione: & ita de facto institutum fuisse: nam ex facto Christi colligi potest, solum propter verba ab eo recitatiue prolata idem corpus Christi efficere Sacerdotem, & esse in illius manibus, quod fuit olim in Christi manibus, cum ea verba in cæna protulit: quia Christus dixit, *Hoc facite in meam commemorationem.* Et propter has rationes hanc sententiam tenet Innocentius libr. 4. de sacrificio Missæ, cap. 17. Durandus in 4. distinctione 8. q. 2. ad 1. Maior ibid. ad 2. Glossa in cap. *Timore.* de consecrat. distinct. 2. Ochamus quodlib. 2. quæst. 1. Catherinus opuscul. *Quibus verbis Christus consecraverit.* Picus Mirandula in Apolog. q. 10. & satis probabilem sententiam existimat Gabriel lect. 48. in Canon. & Ledesma q. 19. art. 5.

Sed hæc fundamenta parum conuincunt: nam, cum Sacerdos ea verba proferat in persona Christi, & Christi nomine, necessariò etiam illud pronomen, *meum*, ad Christum, in cuius persona loquitur, referendum est. Ad confirmationem dico, illam probare, Sacerdotem proferre etiam ea verba recitatiue, quod nos negamus: non probare verò, recitatiue tantum illa proferre, quod negamus: dicimus enim recitatiue simul & effectiue à Sacerdote proferri huiusmodi verba. Ad ponderationem Durandi dicimus, illa verba, *qui pro vobis effundetur*, non significare effusionem cruentam, quæ facta est in passione Christi; sed incrementam, quæ fit in Sacramento, vt sensus sit, *Qui pro vobis effundetur*, id est, ad bibendum dabitur, separatim à corpore ex vi verborum: vel certè vt referatur ad effectum; quia, cum sanguine Christi abluamur, quando illum suscipimus, meritò pro nobis effundi dici potest. Quam expositionem probat Soarius citatus tomo 3. in 3. part. disput. 58. sect. 4. fol. 436. col. 1. & indicatur cap. *Si quotiescunque.* de consecrat. dist. 2. & est D. Ambr. libr. 4. de Sacram. cap. vltimo, & est etiam Iansenij cap. 13. in sua Concordiæ, vbi dicit, sanguinem effundi in Sacramento, idem esse atque offerri illum, & libari Deo in sacrificium. Cui expositioni fauet textus Græcus, qui in præsentem legit, *qui pro vobis effunditur.* Vnde, sicut Sacerdos loquitur in persona Christi: ita suamet intentione ipse Sacerdos se facit præsentem illi tempori, in quo Christus illa protulit, atque ita illa verba de futuro referuntur ad tempus, pro quo illa dicta fuerunt. Sed faciliùs respondebimus, illa verba de futuro non esse de essentia formæ, & ideo non proferri formaliter & effectiue; sed tantum materialiter, & recitatiue à Sacerdote: sicut etiam illa, quæ proximè præcedunt, *Accipite, & comedite*, materialiter tantum proferuntur: postea tamen, cum Sacerdos dicit, *Hoc est corpus meum*, statim induit personam Christi, & tunc non iam recitatiue, sed formaliter, & significatiue loquitur. Ad tertium dico, potuisse Christum Dominum ita instituere Sacramentum, vt ad præsentiam, & recitationem illorum verborum, applicatam ad debitam materiam, Sacramentum fieret: non tamen ita de facto instituit: vnde, cum Concilium Tridentinum, sancti

Patres,

D. Chryf.  
D. Ambr.

Patres, & Doctores ex veritate, & efficientia horum verborum, atque significatione illorum colligunt præsentiam Christi in hoc Sacramento, non loquuntur tantum de materiali recitatione illorum, sed de formali significatione; & ideo propterea dicunt, Sacerdotem loqui in persona Christi; quia virtute verborum ipsi faciunt Sacramentum, & præsentiam Christi. Sic loquitur Chrysostrum, hom. 83. in Martheum, & homilia 2. in 2. ad Timotheum, & D. Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 4. vbi ita: *Quando peruenit Sacerdos ad conficiendum, iam non suus, sed vitur sermonibus Christi.* Atque ita licet de potentia Dei absoluta aliter posset Christus instituere hoc Sacramentum; tamen supposita ordinaria lege & institutione ita instituit de facto, vt Sacerdos etiam efficeret corpus Christi præsens in Eucharistia: quia verba illa sunt practica, & efficiunt id, quod significant.

18.

Colligens etiam ex dictis, vt hæc verba sint effectiua, opus esse, vt à Sacerdote ritè ordinato proferantur, siue bono, siue malo, modò illa proferat cum debita intentione faciendi Sacramentum, seu saltem faciendi id, quod Christus instituit, & Ecclesia facit: vnde nullus homo, qui ritè non sit ordinatus, nec etiam Angelus, potest hoc Sacramentum conficere, quantumvis ea verba proferat: Sacerdos verò, siue bonus, siue malus, Hæreticus, & Schismaticus, si ritè fuit consecratus, potest: quia characterem sacerdotalem habet, & reliquæ omnes conditiones accidentariæ sunt, & characterem sacerdotalem non delent: est enim character qualitas indelebilis spiritualis quidem animæ impressa. Ita docent communiter Doctores, Concilium Tridentinum sess. 7. & sessione 23. c. 4. D. Thomas 3. part. quæst. 82. art. 5. & 7. & 8. & Soarius citatus tomo 3. in 3. part. disput. 61. sect. 3. fol. 868. col. 1. §. *Primo addendum.* & res est certa & de fide, vt alibi diximus. Peccabunt tamen Sacerdotes mali grauissimè, indignè tractando, & conficiendo; verè tamen conficient. Vnde, quando in historiis legimus, Angelos Eucharistiam præbuisse viris nonnullis sanctis, non est credendum, illam consecrassè; sed iussu Dei de sacrario tulissè, & illis præbuisse: quod singulare beneficium Dei est, & specialis gratiæ, ac fauoris prærogatiua. Præterea impiam Hæreticorum nostri temporis hæresim, qui sacrilegè & impudenter dicunt, omnes Christianos esse Sacerdotes, & habere potestatem ad conficiendum hoc Sacramentum, quantumvis ea vti non debeant, nisi à republica, vel communitate ad hoc munus designati sint: quam hæresim doctissimè confutat Bellarminus libr. 4. de Euchar. cap. 16. & ad materiam de sacris Ordinibus id pertinet.

Bellarm.

## CAPVT II.

Utrum substantia panis, & vini, post consecrationem huius Sacramenti annihilatur.

## S V M M A R I V M.

Referitur prima sententia Scoti affirmans. num. 1.  
Referitur opinio eorum, qui dicunt, annihilationem esse desitionem rei secundum se totam, & secundum quodlibet sui. num. 2.  
Referatur hæc opinio, & exemplis contrarium ostenditur. num. 3.  
Quid sit vera annihilatio, num. 4. vers. Et ideo, & vers. Nam vera annihilatio. ibid.  
Quæ res propriè & verè possint annihilari. num. 5.  
Solum res per se subsistentes, quæ possunt creari, possunt P. Steph. Fagundeze in quinque præc. Eccl.

annihilari. ibid.  
Agens naturale non destruit vnâ rem, nisi aliam inducendo. num. 6.  
Substantia panis in hoc Sacramento non annihilatur secundum veriore sententiam. num. 7.  
Respondetur ad argumenta primæ opinionis. num. 8.  
Si conuersio in substantiam corporis Christi non comitaretur desitionem panis, desitio panis esset ritè annihilatio. ibid.  
Si Deus prius annihilaret substantiam panis, & inde sub speciebus poneret corpus Christi, an tunc verè verificaretur hæc forma consecrationis, Hoc est corpus meum. num. 9.  
Ex qua materia generentur vermes in Eucharistia. num. 19. & num. 1. vers. Quartò, id probat.

St bipartita sententia hac de re, Prima & minus communis est Scoti, & illius scholæ in 4. distinctione 11. quæstione 4. §. *Ad quæstionem.* affirmans, quòd, quantumvis ipsa conuersio panis non sit annihilatio; tamen destructionem, & illius desitionem, veram esse annihilationem: existimat enim Scotus triplicem esse conuersionem vnius rei in aliam. Prima est, quando tota vna substantia conuertitur in aliam iam præexistentem secundum esse antiquum, quod habebat: vt si, v. c. tota substantia hominis conuerteretur in substantiam Angeli præexistentem. Secunda est, quando tota substantia conuertitur in aliam, quæ non præexistebat, sed incipit habere esse, atque aded incipit esse per ipsam conuersionem: vt, v. g. quando ignis generatur ex ligno; tunc enim conuertitur lignum in ignem, & hanc vocat Scotus conuersionem productiuam; quia per eam producitur terminus ad quem, scilicet, ignis. Tertia est, quam ipse vocat adductiuam, quæ adducitur terminus ad quem, ad locum vbi erat terminus à quo. Confirmat hæc exemplo: si panis substantia destrueretur, & crearetur Angelus de nouo factus præsens speciebus panis; per istam conuersionem dicitur Angelus adduci ad locum, vbi antea erat panis: vnde, cum credat conuersionem panis in corpus Christi esse conuersionem adductiuam, in qua corpus Christi adducitur ad locum, vbi erat panis; ideo ait desitionem panis esse veram annihilationem: quia substantia panis totaliter esse desinit, & corpus Christi adducitur ad locum, vbi illa antea erat: quæ desitio est vera annihilatio. Addit etiam Scotus, contrarium esse dicendum de ipsa conuersione ipsius panis: nam, eadè conuersione panis in corpus Christi habeat pro termino realem præsentiam corporis Christi, & ad illam præsentiam terminetur sub speciebus panis, ideo dicendum esse, ipsam conuersionem in se sumptam non esse annihilationem, cum aliquid reale habeat, cum quo identificetur, ipsam, nempe, realem præsentiam corporis Christi, quæ est illius terminus realis, cum quo identificatur. Probat hanc suam sententiam in hunc modum. Primò, quia in hoc Sacramento inuenitur mutatio per se ab esse panis, ad non esse illius; inuenitur etiam alia mutatio à non præsentia corporis Christi ad præsentiam illius: tunc sic: si hæc secunda mutatio non comitaretur primam, desitio panis esset vera annihilatio: ergo, quantumvis modò illam comitetur, prima illa mutatio est vera annihilatio. Probatur consequentia: quia id, quod est per accidens, non variat naturam rei: per accidens autem sequitur præsentia corporis Christi ad desitionem panis: ergo non variabit naturam eius, quominus dicatur Dominum ita instituere Sacramentum, vt ad præsentiam, & recitationem illorum verborum, applicatam ad debitam materiam, Sacramentum fieret: non tamen ita de facto instituit: vnde, cum Concilium Tridentinum, sancti

L L I 3 per

per se, est substantia acquirens esse simpliciter. Secundò, quando aliquid transubstantiatur in id, quod iam existerat, v. c. substantia panis in substantiam Michaëlis: sicut modò fit in consecratione, in qua substantia panis transubstantiatur in substantiam corporis Christi, quod iam existerat: unde, cum per hanc mutationem, seu transubstantiationem terminus non acquirat esse simpliciter, sed solum esse præfens in speciebus, idè desitio panis est vera annihilatio. Tertio probat: quia, si substantia panis destrueretur, & postea loco eius poneretur corpus Christi præfens sub speciebus, eo modo se haberet tam ipsa substantia panis, quam corpus Christi, sicut modò se habent: sed illa desitio panis esset perfecta annihilatio: ergo & quæ modò fit. Quarto id probat: quia, sicut substantia panis desinit esse propter aliquam mutationem positivam, scilicet, conversionem ipsius in corpus Christi, quam non dicitur annihilari; ita etiam post consecrationem, quando accidentia panis, quæ ibi manent sine subiecto, contumpuntur, desinunt esse ob mutationem aliam, nimirum, quando generatur aliquid ex illis: sed talis desitio specierum est vera annihilatio: ergo est desitio panis. Probat minor: nam species desinunt esse secundum se totas, & secundum quodlibet sui, ita ut nec in se maneat, nec maneat aliquid subiectum earum. Ita se habet opinio Scoti, ad quam videtur accedere Gabriel distinct. 1. 1. quæst. 1. dubio ultimo, ubi dicit, quæstionem esse de nomine: nam, inquit, in quantum totaliter desinit panis substantia, desitio eius potest dici vera annihilatio; in quantum verò succedit substantia corporis Christi, non est annihilatio, sed transubstantiatio.

2. Sed, antequàm veram resolutionem huius dubij ponamus, animadvertendum est, nonnullos esse Auctores, qui existimant, substantiam panis in hoc mysterio non annihilari: quia annihilatio alicuius rei, est desitio illius, secundum se totam, & secundum quodlibet sui, id est, secundum suum accidens, vel subiectum: & quia in hoc mysterio remanent accidentia panis, quæ sunt aliquid accidentale ipsius panis, quantum substantia panis secundum se tota desinat esse: quia tamen non desinit esse secundum quodlibet suam esse, nimirum, secundum sua accidentia, idè non dicitur annihilari: quemadmodum quando agens naturale corrumpit frigiditatem aquæ, quantum frigiditas desinat esse secundum se totam, quia tamen non desinit esse secundum suum subiectum, quod est aliquid ipsius frigiditatis, inde fit, ut frigiditas aquæ non dicatur annihilari.

3. Verùm, ille modus respondendi non videtur satisfacere, quantum in specie facilis videatur: tum, quia, si Deus, sicut transmutat substantiam panis in suum corpus, remanentibus ac persistentibus accidentibus panis, transmutaret ipsam substantiam panis simul cum suis accidentibus in idem corpus suum, desitio illa panis non esset annihilatio, ut infra probabimus; & tamen panis desineret esse, non solum secundum se totum, sed etiam secundum quodlibet sui, id est, secundum omnia sua accidentia: ergo non bene inferebatur, illam esse veram & propriam annihilationem, in qua aliquid desinit esse secundum se, & secundum quodlibet sui, ita ut nihil omnino ex illo remaneat. Tum, quia, quantum anima rationalis per se possit existere separata à materia, vel in quantum existit in corpore, non est negandum materiam esse verum subiectum ipsius animæ ab ea informatum: & tamen si anima per divinam potentiam desinat esse, remanente materia, quam informabat; illa animæ desitio profectò esset vera annihilatio, & tamen non desineret esse secundum se totam, & secundum quodlibet sui accidens, scilicet, vel subiectum, ut prædicti Doctores explicabant: ergo ad ve-

ram annihilationem non requiretur, quòd res desinat esse secundum se totam, & secundum suum subiectum, vel accidens.

4. Quòd si respondeant, se intelligere tunc rem annihilari, quando desinit esse secundum se totam, & secundum suum subiectum, intelligendum per subiectum, subiectum concurrentis ad conservationem illius rei, quæ annihilatur, & quia materia non concurrat ad conservationem existentie animæ rationalis, inde fieri, ut quantum maneat materia, desinente anima rationali; tamen animam rationalem verè dici annihilari: non ita tamen, si desinat esse forma equi, secundum se totam, manente materia, quam informabat, & à qua pendebat secundum suum esse, & quoad suum esse existentie; dici posse illam desitionem formæ equi annihilationem propter ipsam dependentiam à materia: tamen id quidem nihil aliud est, quam dicere, animam rationalem annihilari: quia, cum sit res subsistens, desinit esse secundum se totam; non autem secundum suum subiectum tanquam aliquid eius. Et idè notandum est, quòd cum annihilatio non sit mutatio aliqua passiva, subiectata, in re annihilata; quia, quando annihilatio datur, iam non existit res in nulla alia re, quia non datur; sed fit tantum subtractio, seu negatio concursus divini conservantis ipsam rem: annihilari rem aliquam, non esse rem secundum se totam desinere, quia si Deus Angelum in lapidem converteret, Angelus secundum se totum; desineret esse, & tamen non annihilaretur. Item, si corrupta forma ligni ab agente naturali in instanti, quo deberet ignis generari in materia ligni, Deus annihilaret materiam ligni, lignum desineret esse, secundum se totum; & tamen falsum esset dicere de eo, quòd sit annihilatum, & de accidentibus illius, quòd sint etiam annihilata, cum aliis ipsius accidentibus corruptis ab agente naturali: ergo ad prædictam veram annihilationem non sufficit, quòd res secundum se tota, & secundum omnia sua accidentia esse desinat ac corrumpatur. Nam vera annihilatio tunc datur, & tunc res dicitur verè annihilari, quando secundum se totam desinit esse, non ex vi alicuius mutationis positivæ tendentis in aliquid novum terminum producendum; sed ex vi subtractionis, seu negationis concursus divini conservantis illam rem.

5. Notandum verò est, quòd cum propriè non possint annihilari nisi res, quæ possunt creari; non dicantur autem creari nisi res per se subsistentes, ut D. Thom. ait 1. part. quæst. 45. art. 4. & ibi Caietanus, inde fieri, quòd accidentia, & formæ substantiales non subsistentes, quantum secundum se totas desinant, non dicantur annihilari; imò si Deus formam equi cum accidentibus illius existentem in materia destrueret, solum per subtractionem sui concursus, quo illam conservabat, illa destructio formæ equi, in materia, non appellaretur annihilatio; quia forma equi non est res subsistens: sed appellaretur corruptio supernaturalis, prædictæ formæ equi: nam corruptio quæ corruptio, mutatio est de esse ad non esse connotando materiam remanentem, in quam fit agens naturale formam introducat, dicitur corruptio naturalis: si verò agens supernaturale, nimirum, Deus, aliam formam non introducat, vel relinquat materiam sine formæ introductione, dicitur corruptio supernaturalis.

6. Notandum denique, quòd cum agens naturale, rem unam non destruat, nisi introducendo aliam de novo, producendoque, tale enim intentum est naturæ in omnibus suis actionibus, ut suas veras, & reales operationes semper ad aliquid de novo terminet: unde, cum non possit ex nihilo aliquid producere,

producere, quia hoc arguit potentiam infinitam, idè oportet, ut operetur circa aliquod subiectum, materiamve communem, quæ scilicet, priùs fuerit sub forma corrupti, & postea sit sub forma producti generari: hinc fit, quòd sicut agens naturale virtutem non habet ad creandum aliquid, & solum id sit annihilabile, quòd est creabile, nullam etiam habeat virtutem ad annihilandum: Deus autem auctor totius naturæ, habens virtutem infinitam ad producendum, sicut ex nihilo potest rem totam producere, non indiget subiecto communi, in suis actionibus, circa quod operetur; ita etiam habet virtutem ad annihilandum totam rem productam, negando, scilicet, concursus, quo totam illam rem conservabat, & ex vi eius negationis res secundum se totam desinit, & in nihilum redigitur: at tamen, ut docet D. Thomas 3. part. quæst. 75. artic. 3. in argumentum, *Sed contra.* ex D. Augustino lib. 83. quæstionum, quia Deus non est causa tendendi in non esse, ut indicat facta pagina, nihil odisse Deum eorum, quæ fecit, nullam penitus rem ex illis, quas creavit, hactenus annihilavit. Cum ergo annihilatio sit desitio subsistentis secundum se totam ex vi subtractionis divini concursus conservantis, non autem ex vi alterius mutationis positivæ, ut supra diximus;

D. Thom.

Quid sit annihilatio.

7.

D. Thom. Capreol. Ferrar. Soru. Ledesm. Magister. Hngo. Innoc. Ovaldens. Alens. Albert. Bonau. Richard.

Ideo contra Scotum dicendum est, substantiam panis in hoc Sacramento non annihilari, & non solum conversionem eius in corpus Christi; verum etiam, nec eius desitionem esse appellandam annihilationem: quæ opinio non tantum est D. Thomæ 3. part. quæst. 75. artic. 3. & in 4. dist. 11. quæst. 2. Capreoli quæst. 2. Ferrariensis 4. contra Gentes, cap. 63. Soti distinct. 9. quæst. 2. artic. 4. Ledesmæ quæst. 16. artic. 3. & aliorum Thomistarum, sed etiam antiquorum: ita Magister distinctione 1. Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacramento, p. 8. cap. 9. Innocentius lib. 2. de sacrificio Missæ, cap. 7. Vvaldensi tomo 2. de Sacramento, cap. 66. Alens 4. part. quæst. 33. memb. 3. Albertus Magnus distinct. 1. artic. 7. D. Bonaventura distinct. 1. quæst. 3. Richard. eadem distinct. quæst. 1. artic. 3. & probatur facillè. Primò, quia annihilatio alicuius rei, est desitio illius rei, secundum se totam, orta non ex mutatione aliqua positiva, sed præcisè ex subtractione, negationeve concursus divini conservantis eam rem: substantia autem panis desinit hic esse ex vi conversionis ipsius substantie in substantiam corporis Christi: concedit enim ipse Scotus conversionem eius, esse causam desitionis illius: ergo desitio illius non est annihilatio. Secundò, quia tam Concilium Trid. quam Florentinum, & Lateranense, & Doctores supra citati affirmant, corpus Christi contineri verè, realiter, & substantialiter in hoc Sacramento, per hoc quòd substantia panis transubstantiatur in corpus, & substantia vini in sanguinem Christi: si autem substantia panis annihilatur, non transubstantiatur, neque transit in melius esse; sed desinit in purum nihil: ergo ponere annihilationem, est re ipsa negare transubstantiationem panis. Tertio, quia de intrinseca ratione annihilationis est, ut terminus illius mutationis, ex cuius vi res annihilata desinit, sit nihil: terminus autem conversionis, ex cuius vi substantia panis desinit, non est nihil, sed corpus Christi: ergo desitio panis non est annihilatio. Quarto & ultimo, quia, si virtute agentis naturalis tota substantia aëris quoad materiam & formam converteretur in substantiam ignis, illa desitio aëris non esset annihilatio aëris: ergo, si talis conversio fiat divina virtute, non sequetur annihilatio.

8.

Restat modò, ut ad argumenta Scoti respondeamus. Ad primum dico, si conversio non comitaretur desitionem panis, desitio ipsius panis profectò

esset tunc vera annihilatio, ed quòd tunc panis desineret esse secundum se totum, non ex vi alicuius actionis positivæ; sed ex vi subtractionis & negationis concursus divini conservantis substantiam ipsius panis: at verò, cum modò comiteretur eam conversio tali modo, ut ex vi ipsius conversionis sequatur desitio panis, & non ex vi subtractionis concursus, inde fit, ut modò desitio panis non dicatur annihilatio. Ad secundum dico, quòd, quantum corpus Christi, in quod substantia panis convertitur, non acquirat aliquid esse simpliciter, id est, esse existentie, quia iam illud antea habebat; tamen satis est ad hoc, quòd desitio panis non sit annihilatio, sequi talem desitionem, ex vi alterius mutationis positivæ, cuius terminus non est purum nihil; non autem ex vi subtractionis concursus divini conservantis: & præterea, quantum corpus Christi non acquirat esse existentie per istam conversionem panis, acquirat tamen aliquid reale novum, nimirum, realem continentiam ipsius corporis sub speciebus, quòd quidem fit sine aliqua variatione corporis Christi; & ut notat Ferrariensis ubi supra, ex hac reali continentia sequitur mediata præsentia ad locum, ubi panis erat: nam, quòd præfens est speciebus, præfens etiam est loco ambienti speciei.

9. Ad tertium dicendum est, si Deus priùs annihilaret panem, & deinde sub speciebus poneret corpus Christi, quantum quantum ad existentiam corporis Christi omnia eodem modo se haberent, in hoc sensu, quòd corpus Christi existeret tunc ibi sacramentaliter; non tamen quantum ad modum omnino eundem, ed quòd non æquè bene verificaretur tunc forma, *Hoc est corpus meum*, sicut modò posita conversione: tunc enim annihilato pane, & posito corpore Christi, loco eius, sufficeret dicere: *Hic est corpus meum.* & non oportebit dicere: *Hoc est corpus meum.* quo Dominus voluit insinuare conversionem panis: & Concilium Tridentinum supra citatum manifestè insinuat, cum inquit, ad verificanda verba Domini, Ecclesiam ponere transubstantiationem: & ita quantum tunc ibi existeret corpus Christi, verificando tamen æquè bene formam huius Sacramenti, diceretur tunc desitio panis, annihilatio; quia secuta est non ex vi alterius mutationis substantialis, sed ex vi subtractionis concursus: at verò cum modò posita conversione sequatur ex vi ipsius conversionis, inde fit, ut modò non sit annihilatio.

10. Ad quartum, qui dicunt accidentia aliqua corrupta non annihilari, quando manet eadem numero materia sub novis accidentibus productis, quæ erat sub corruptis, ed quòd non desinunt esse illa accidentia, secundum quodlibet sui, id est, secundum suum subiectum; possent respondere, quantitatem, qualitatem, & reliqua accidentia panis, corrupta ab agente naturali, non annihilari: quia supposito, quòd vermes generentur ex illis, ad quam generationem Deus necessario debet creare novam materiam, ut infra dicemus, reproducit Deus eandem numero materiam, quæ antea fuit sub istis accidentibus, quando adhuc manebat substantia panis, & in ista, eademque materia reproduca introducit forma substantialis vermis: & ita, quia manet eadem numero materia, quæ priùs fuit sub accidentibus panis, ante conversionem ipsius panis; accidentia panis corrupta non dicuntur annihilari. Nos verò, iuxta definitionem annihilationis, quam tradidimus, dicimus, quòd quemadmodum posita substantia panis cum vera materia & forma panis, accidentia panis, quando desinunt esse, non annihilantur, sed corrumpuntur, ed quòd desitio eorum sequitur ex vi alterius mutationis positivæ, scilicet, generationis, seu introductionis formæ substantia-

lis, cum qua illa accidentia non possunt compati, & non ex vi subtractionis concursus diuini conseruantis, ita etiam quia delictio istorum accidentium, quando manet sine subiecto, sequitur ex vi generationis cuiusdam substantialis, & introductionis formæ in materiam de nouo reproductam, cum qua forma non possunt se compati, idèd ista accidentia manentia extra subiectum, quando desinunt esse, non annihilantur, sed verè corrumuntur ab agente naturali, sicut corrumperetur, si ibi esset substantia panis.

CAPVT I.

Utrum post consecrationem maneat aliqua pars substantiæ panis, vel vini sub speciebus consecratis.

SVMMARIVM.

- De quibus partibus, physicis, an metaphysicis, quaestio procedat. num. 1.
Refertur prima hæresis Lutheri, & aliorum Nouatorum, asserentium post verba consecrationis manere in hoc Sacramento substantiam panis. num. 2.
Refertur secunda hæresis asserentium, in hoc Sacramento manere naturam panis sine eius supposito, unitam hypostatice Verbo diuino. num. 3.
Astruitur vera sententia, asserens nihil omninò substantiæ panis, nature, aut forme illius, subsistentiæque manere. num. 4.
Soluuntur obiectiones pro secunda opinione facta. numero 5.
Soluuntur argumenta Lutheri. num. 6.
An propter solam intimam præsentiam, & indistantiam corporis Christi cum substantia panis, verificari possit hæc forma: Hoc est corpus meum. num. 8.
Respondetur ad fundamentum secunde opinionis. n. 9.
Reicitur Picus Mirandula fauens secunde opinioni. num. 10.
Refutatur error nonnullorum, asserentium post verba consecrationis manere naturam panis, sine forma illius, que sit subiectum accidentium, & totius conuersionis. num. 11.
Ostenditur falsitas huius opinionis. num. 12.
Confutantur argumenta illius. num. 13.
Quomodo explicari possit hæc conuersio substantiæ panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi. num. 14.
Proponitur secundus modus explanationis huius conuersionis. num. 15.
Conferuntur inter se primus, & secundus modus explicandi hanc conuersionem, & declaratur, quis eorum aprior sit. num. 16.
Proponitur tertius, ac facilius modus explicandi illam. num. 17.

1. Sermo hic vel esse potest de partibus physicis ipsius panis, id est, de materia & forma illius; vel de partibus metaphysicis, id est, de natura, & substantia ipsius: & de omnibus partibus querimus, an post verba consecrationis maneat pars physica, vel metaphysica substantiæ panis, vel vini, sub speciebus consecratis in Sacramento Eucharistiæ.
2. In primis Lutherus, & alij Hæretici Nouatores affirmant, in hoc Sacramento remanere post verba consecrationis ipsam substantiam panis, & vini simul cum substantia corporis Christi; & irrident maxime doctrinam D. Thomæ in 3. part. quæ-

D. Thom.

sione 75. artic. 4. vbi dicit, conuerti substantiam panis, & vini in substantiam corporis, & sanguinis Christi; & vbi appellat hanc conuersionem transubstantiationem; quod vocabulum dicunt, esse recte inuentum ab ipso D. Thoma, ac non plustquam ter centenarium in Ecclesia Dei: & idèd quia nec multum est antiquum, nec in Euangelio reperitur, relinquendum omninò esse tanquam inutile, & extra rem proflus. Fundamentum, quod assument ad negandam hanc conuersionem est primò, quia si corpus Christi verè contineretur sub illis accidentibus, vt nos dicimus, cur etiam non contineretur intra substantiam panis, quæ est multò nobilior accidentibus, non per conuersionem ipsius panis in corpus Christi, sed per veram simultatem, & indistantiam localem ab eo, sicut in ferro ignito substantia ferri, & ignis sunt simul? Secundo, quia vna substantia via naturali non generatur, nisi ex alia substantia: ex hostia autem consecrata via naturali generatur vermis: ergo in hostia consecrata est substantia panis: nam opus est, vt in ea sit aliqua substantia, ex qua generetur vermis: non enim generatur ex substantia corporis Christi: ergo ex substantia panis. Tertio, quia illa verba, Hoc est corpus meum, non inferunt efficaciter huiusmodi conuersionem panis in corpus Christi: nam, si Dominus dixisset, accepto pane: Hoc est Christus, hæc verba non arguerent conuersionem panis in ipsum Christum: cum enim sit Dominus, nulla creatura in eum potest conuerti: ergo nec illa, Hoc est corpus meum, argunt efficaciter conuersionem panis in ipsum corpus Christi. Fuit etiam hæc opinio Bekengarij, natione Galli, qui, postquam realem Christi præsentiam confiteri coactus est, vt vidimus cap. 1. in alium incidit errorem, vt Christum simul cum substantia panis esse diceret: sed in Concilio Romano, sub Gregorio VII. coacto, etiam hanc hæresim abiurauit, & conuersionem panis in substantiam corporis Christi confiteri compulsus est, vt optimè notat Vvaldensis tomo 2. cap. 43. & Soarius tomo 3. Conciliorum, in fine Concilij Romani sub Nicolao I. & sic hæc opinio, & hæresim iam damnatam iterum Lutherus ab Inferis suscitauit: addebátque ipse Lutherus, & multi alij, qui illius hæresim sunt secuti, ad verificanda verba Christi Domini, Hoc est corpus meum. & Caro mea verè est cibus. & quæcunque alia, satis esse, Christum esse intimè præsentem ipsi substantiæ panis; quauis illa absit: vnde non esset, cur illa substantia ibi negaretur: nam miracula non sunt sine necessitate multiplicanda: hæc autem nulla est necessitas, cum vtraque substantia simul manere possit. Confirmabat etiam ipse Lutherus suum errorem ex omnibus locutionibus, quibus Christus huiusmodi mysterium, & corpus suum, ac carnem panem appellauit: in primis ex illo Ioannis 6. Panis quem ego dabo, caro mea est. & ex D. Damasceno libr. 4. de fide, cap. 14. qui hoc modo loquendi vitur; & ex sacra Scriptura Actorum 2. & 1. Cor. 10. Panis, quem frangimus. & cap. 11. Probat autem se ipsum homo, & sic de illo pane edat. & apud Matthæum cap. 6. dicitur, Panis quotidianus, &c.

Secunda hæresis circa hoc mysterium tribuitur Ruperto libr. 2. de diuinis off. cap. 9. nam, licet Auditor huius libri diu ignorans fuerit, tamen postea, vt constat ex Trithemio, & ex communi consensu, Rupertus inuentus est Author illius: tribuitur etiam Ioanni Patiensis, vt refert Vvaldensis tomo 2. cap. 45. qui existimabant, in hoc Sacramento manere naturam substantialem panis, non tamen eius suppositum; & sic Christum sibi hypostatice vnire ipsam panis naturam, quemadmodum vnuit sibi hypostatice naturam humanam, sine eius supposito;

Vvaldens. Soar.

D. Dam.

Rupert.

posito; & sic posse dici, Christus impanatus est. sicut verè dicitur, Christus incarnatus est. & posse etiam dici verè Christum factum esse panem, sicut verè dicitur, Christus homo factus est. Probabant hunc suum errorem, ex omnibus locis sacre Scripturæ, numero præcedenti citatis, quibus Christus, & corpus Christi, panis vocatur. Et certè ab hoc errore parum abest Picus Mirandula in Apolog. q. 6. vbi quauis absolute illum non defendat, existimat seclusis Concilijs, & Patribus, hanc opinionem, & modum loquendi esse conformem sacris Scripturis, & sufficientem ad omnia quæ sacra Scriptura dicit de hoc mysterio explicanda: quia veritas illorum verborum, Hoc est corpus meum, verissimè tunc saluatur, & propriissimè explicatur. Confirmatur hæc opinio ex D. Damasceno libr. 4. cap. 14. de fide orthodoxa, vbi sic ait: Quoniam ita refert hominum, vsus atque consuetudo, vt panem edant, vinumque, & aquam bibant, idcirco diuinitatem suam cum ipsis coniunxit, & que corpus, & sanguinem suum fecit. Et potest etiam aliquo modo citari pro illa Iustinus Martyr Apolog. 2. vbi sic: Sicut per Verbum Dei caro factum, Iesus Christus carnem, & sanguinem pro salute nostra habuit sic etiam per verbum precationis, sacramentum ab ipso alimoniam, illius incarnati Iesus carnem, & sanguinem esse didicimus. Verum, quauis huiusmodi verba horum duorum Parum ambigua esse videantur, infra explicanda erunt, num. 10.

Mirand.

D. Dam.

4.

Dicendum tamen est, in hoc Sacramento, post verba consecrationis, non solum nihil omninò substantiæ materiæ, aut formæ panis, aut vini remanere, sed nec etiam naturæ absque supposito; nec subsistentiam, aut suppositum panis, & vini absque natura, nec quicquam omninò eorum separatim, aut coniunctim in hoc mysterio remanere post verba consecrationis; sed solum remanere nuda & mera accidentia extra subiectum, diuina virtute sustentata, quæ accidentia species panis, & vini, communi vocabulo appellamus. Et in hanc veritatem conspirant omnia Concilia, & Patres omnes Doctores, ac Theologi: ita docet D. Thomas 3. p. tota q. 75. Paludanus distinct. 1. q. 2. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 49. sect. 2. & 3. Scotus in 4. distinct. 1. q. 3. Alanus lib. 2. de Sacramentis, capite 34. Bellarminus lib. 3. Euchar. cap. 18. & sequentibus. Ruardus artic. 14. & communiter omnes. Est de fide definita in Concilio Tridentino tota hæc veritas, sess. 13. cap. 4. vbi docet, totam substantiam panis conuerti in corpus, & totam substantiam vini in sanguinem Christi, ibi: Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc de nouo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi Domini nostri & totius substantiæ vini, in substantiam sanguinis eius, que conuersio conuenienter & proprie à sancta Catholica Ecclesia Transsubstantiatio est appellata. Vbi, vt signatè obseruat Soarius allegatus sect. 3. §. Principio, non sine mysterio addit Concilium, illam particulam, totam: vt nimirum, significaret, quicquid substantiæ est in pane, & vino, totum id conuerti, & transubstantiari in corpus, & sanguinem Christi: quod de fide definiens expressè, & magis explicans canone 2. dicit, mysterium hoc, & Sacramentum effici per conuersionem totius substantiæ panis, & vini, in corpus Christi, remanentibus duntaxat speciebus panis, & vini, hoc est, accidentibus, ibi: Si quis negauerit, mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia apertissimè Transsubstantiationem appellat; anathema

D. Thom. Paludan. Soar. Scotus. Alanus. Bellarm. Ruardus. Conc. Tri.

fit. Et, vt omnia magis concluderet, prius in eodem canone dixerat: Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini, vna cum corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi; anathema sit, &c. Vbi notandum est Concilium Tridentinum illis verbis, manentibus speciebus duntaxat panis, & vini, iuxta vtitatum morem Theologorum, accidentia ipsa sine subiecto remanentia species vocare. Sed hæc veritas prius fuerat definita in Concilio Colonienfi, part. 7. c. 15. ibi: Quid enim panis, vinique species post consecrationem sunt, nisi species sacramentales, & accidentia sine subiecto? Pater etiam hæc veritas ex cap. Omnia, de consecratione, distinct. 2. deducto ex D. Ambrosio, ibi: Post consecrationem nihil aliud manet, nisi accidentia panis, & corpus Domini.

Conc. Col.

Probant deinde nihil omninò substantiæ materiæ, aut formæ panis, aut vini, vel suppositi eius, & sic nec substantiam, nec suppositum, vel inter se coniuncta, vel ab inuicem separata, aut quicquam eorum, sed solis nudis ac meris accidentibus extra subiectum duntaxat remanentibus, in hoc Sacramento manere, ex Concilijs alijs Tridentino antiquioribus: primò, ex Concilio Romano sub Gregorio VII. ex Concilio Lateranenfi sub Innocentio III. & habetur in cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, & ex Concilio Constantiensis sess. 8. vbi damnantur errores Vvicleph, asserentis, manere in Eucharistia substantiam panis, & vini, & accidentia panis esse sine subiecto. Probat etiam ex Patribus, Chrysostomo homil. de Euchar. in encænii: Ambrosius lib. de Sacramentis, cap. 4. Augustinus in cap. Vtrum sub figura, de consecratione, dist. 2. Bernard, serm. de cæna Domini. Probat etiam rationibus: primò, quia, si panis substantia, vel subsistentia, aut aliquid illorum maneret in hoc Sacramento, finita consecratione non possit verè dici, Hoc est corpus meum; sed, Hæc est corpus meum, quali dicitur: In hoc pane, & in hoc loco est corpus meum nam pronomen, hoc, substantiale, & substantiue sumptum, non potest per aduerbium locale explicari, non enim designat locum, sed substantiam præsentem, & sub accidentibus contentam: ergo, si ibi maneret substantia panis, hoc pronomen, hoc, designaret illam: si autem illam designaret, redderetur tota suppositio falsa, quia tunc perinde esset ac dicere, Hoc, id est, hæc substantia panis est corpus meum. Fallum autem est dicere, panem esse corpus Christi: sola enim intima præsentia non satis est, vt vnus possit de alio prædicari: quando enim Christus exiit de sepulcro, vel de vtero Virginis, intimè præsens erat cum lapide, quando in illo erat penetratiue, & tamen non poterat tunc, signato lapide, verè dici, Hoc est corpus meum.

Coc. Rom. Conc. Lat.

D. Chryf. D. Ambr. August. D. Bern.

Dices, esse aliquam vnionem inter ipsas duas substantias, panis, scilicet, & corporis Christi, ratione cuius propter illam intimam præsentiam, quam corpus Christi habet in substantia panis, verè corpus Christi possit prædicari de pane: at hoc dici non potest: quia sola vnio hypostatice efficit, vt vnus possit prædicari de alio: hæc autem non datur vnio hypostatice, vt dicebat dari Rupertus, cuius opinio est hæretica, vt statim dicemus num. 9. alia verò vnio non sufficit, vt vnus possit prædicari de alio: nam anima vnitur corpori, & tamen nec corpus potest prædicari de anima, nec anima de corpore: sicut enim ista est falsa, Anima est corpus; ita etiam hæc, Corpus est anima; & tamen anima intimè præsens est corpori, & illi vnita: quam obrem frustra cõfugitur ad illam, & fictam, & falsam, & vanam vnionem.

Rupert.

Parco amplioribus probationibus: venio ad solutionem



lutionem argumentorum Lutheri, & aliorum No-  
uatorum, quia ex illorum solutione hæc veritas  
magis elucet. Ad primum dico, nihil substan-  
tiæ panis remanere in hoc Sacramento: non quod  
repugnet, corpus Christi intra substantiam panis  
contineri; sed, quia non potest saluari veritas hu-  
ius formæ, *Hoc est corpus meum*, remanente sub-  
stantia panis, sub speciebus consecratis: quia pro-  
nomen, *hoc*, significat omnem substantiam in pane  
reperiam conuersam esse, & transubstantiatam in  
corpus Christi. Quod autem attinet ad nouitatem  
vocabuli, *Transubstantiationis*, quod irridet Hæ-  
retici, legendus est Castro lib. 6. aduersus hæreses,  
titulo, *Eucharistia*, hæresi 5. vbi multas antiquis-  
simorum Doctorum auctoritates inuenies, quibus  
conatur ostendere, antiquissimum esse in Eccle-  
sia vsum huius vocabuli. Et sufficit, quod illa vtan-  
tur sacra, & œcumenica Concilia, & D. Thomas,  
vt ipsi etiam Hæretici fatentur, vt parum cutemus  
ipsorum irrisiones, & intemperies. Ad secundum  
respondeo, substantiam naturaliter non posse ge-  
nerari nisi ex alia substantia, id est, ex materia, quæ  
prius fuerit sub forma rei corruptæ, & postea sit  
sub forma rei genitæ: & ita quando vermes gene-  
rantur ex hostia consecrata, reproducitur à Deo  
eadem materia, quæ ante abscissionem fuerat  
sub forma, & accidentibus ipsius panis, & in eam  
introducitur forma vermum; & sic in hac generatio-  
ne substantia vermum generatur naturaliter ex sub-  
stantia nimirum, ex materia successiue existente  
sub vtraque forma. Quod si Philosophi velint di-  
cere, substantiam via naturali semper generari ex  
substantia, tanquam ex termino à quo scilicet, ex  
substantia corrupta; tunc debet id intelligi ex sub-  
stantia, vel ex accidentibus manentibus, & operan-  
tibus loco substantiæ: & ita ex accidentibus panis,  
manentibus loco panis, corruptis tamen, & repro-  
ducta eadem numero materia, generantur vermes:  
sicut enim non est necessarium, vt semper substan-  
tia attingat productionem alterius substantiæ; ita  
non est necessarium, vt semper substantia generetur  
ex alia substantia corrupta; sed satis est generari ex  
accidentibus alicuius substantiæ corruptis, quæ re-  
manerunt loco ipsius substantiæ. Ad tertium di-  
cimus, quod si Christus his verbis pro forma hu-  
ius Sacramenti, vteretur, *Hoc est Christus*, etiam illa  
significarent conuersionem panis in ipsum Chri-  
stum, saltem secundum humanitatem, eamque con-  
uersionem efficerent: quia formæ Sacramentorum,  
sunt formæ practicæ efficientes id, quod significant;  
tamen cum ea forma non fuerit vsum, sed alia, dicen-  
dum est, panem non conuerti in Christum, sed in  
ipsum corpus Christi.

8. Ad id, quod addebat Lutherus, & alij Hæretici,  
intimam illam præsentiam corporis Christi in sub-  
stantiam panis sufficere ad verificandam hanc for-  
mam consecrationis, *Hoc est corpus meum*; & ad  
verificanda alia loca sacre Scripturæ, veluti illa:  
*Caro mea verè est cibus*; & illa, *Panis, quæ ego dabo,*  
*caro mea est*: & alia similia, iam respondimus fal-  
sum id esse, non enim potest verificari illa for-  
ma; *Hoc est corpus meum*. Ad alia loca, quæ assert  
ex sacra pagina, quibus probat corpus Christi &  
carnem vocari panem, respondimus nihil inde colligi  
contra definitam & assertam veritatem; vocatur  
enim caro, ac corpus Christi passim panis, quia ipse  
panis verè conuertitur, & conuertendus erat in cor-  
pus Christi, vt ipse dixit, *Caro mea verè est cibus*, &  
*Sanguis meus verè est potus*. Vocantur etiam ipsa ac-  
cidentia panis, & vinum, quia reficiunt, ac sustentant  
ipsum hominem spiritualiter, quemadmodum hæc  
duæ substantiæ, panis, & vini illum naturaliter su-  
stantant.

Ad impanationem Rupertii respondeo, panis  
substantiam non manere in hoc Sacramento, ex-  
cluso eius supposito, vnitam hypostaticè Verbo di-  
uino: neque enim Verbum diuinum virtute ver-  
borum consecrationis, naturam ipsam, ac substan-  
tiam panis sibi vnit, & hypostaticè assumit: quod  
planè est de fide, vt optime docet Soarius tomo 3.  
in 3. part. disputatione 49. sectione 2. fol. 684. col. 1. *Soarius.*  
§. *Dicendum est primò*, & Durandus distinctione 10. *Durand.*  
quæstione 1. & Paludanus distinctione 11. quæstio-  
ne 2. Et probatur in primis ex Concilio Tridenti-  
no sess. 13. cap. 4. & canone 2. & ex Concilio Colo-  
niensi, & Constantiensi relatis numer. 4. vbi dicunt,  
totam substantiam panis conuerti in corpus Chri-  
sti, remanentibus duntaxat accidentibus extra sub-  
iectum: & appellant hoc mysterium conuersionem  
& transubstantiationem; non verò incarnationem,  
aut impanationem. Et breuiter rationi-  
bus hæc veritas probatur. Primò, quia vel illa vni-  
o facta esset immediatè inter ipsam substantiam &  
naturam panis, & Verbum; vel inter corpus Chri-  
sti, & naturam panis, neutrum dici potest: ergo in-  
teritum. Probatur prior pars: quia, si fieret imme-  
diatè inter substantialem naturam panis, & Verbum  
diuinum, ita esset Verbum diuinum impanatum,  
sicut fuit incarnatum: quod est absurdissimum; &  
inauditum in Scriptura, & Patribus: quis enim di-  
ceret, quod Verbum diuinum, quod semel tantum  
in natura humana fuit incarnatum, in natura pa-  
nis quotidie impanetur? Probatur secunda pars:  
quia, si natura panis vniretur Verbo diuino me-  
diante Christi corpore, daretur alia vni-  
o hypostatica præter illam, quæ data est inter ipsum Ver-  
bum diuinum, & naturam humanam; quod inau-  
ditum est. Deinde, quia vni-  
o hypostatica non fit in natura, sed in persona, seu subsistentia: in Chri-  
sto autem homine, præcisè subsistentia Verbi di-  
uini, sola manet natura humana absque vlla sub-  
sistentia, seu persona: ergo non potest fieri vni-  
o hypostatica immediatè in tali natura, seu in cor-  
pore, aut in partibus eius: sed, si aliqua sit, necesse  
est, vt fiat immediatè in subsistentia Verbi, tan-  
quam in termino vni-  
onis. Secundò, ratione probatur: quia alioqui tolleretur conuersio, & transub-  
stantiatio panis, & vini, in corpus, & sanguinem  
Christi: quo vocabulo sæpè vtuntur Patres & Con-  
cilia; & velle tollere hæc vocabula, & inducere vo-  
cabulum impanationis, est impium, & hæreticum:  
maximè, quia vocabulum impanationis suppo-  
nit, in hoc mysterio manere substantiam panis;  
quod hæreticum est dicere, vt probauimus numer. 4.  
cum Concilia ibi citata de fide definiant, post verba  
consecrationis manere duntaxat accidentia extra  
subiectum.

Vnde falsum asserit Picus Mirandula, citatus  
numer. 3. dum ait, seclusis Conciliis, & Patribus esse  
opinionem Rupertii conformem rationi, & modo  
loquendi sacre Scripturæ, & sufficientem ad omnia,  
quæ fides docet de hoc mysterio explicanda:  
nam cum illa impanatione non potest explicari  
veritas horum verborum, *Hoc est corpus meum*;  
vt probatum manet: neque testimonio Patrum, quæ  
allegat, aliquid conuincunt, cum Damascenus di-  
cat, Christum panem, & vinum; carnem, hoc est,  
corpus, & sanguinem suum, virtute horum ver-  
borum efficere; & Iustinus Martyr nihil contra  
hanc veritatem in verbis numer. 3. relatis habeat, vt  
consideranti, & attentè illius verba expendenti pa-  
tebit.

Tertius error, ac hæresis circa hoc mysterium  
tribuitur Durando, tanquam præcipuo illius de-  
fensori, in 4. dist. 11. quæst. 3. & Egidio theorema. *Durand.*  
te 1. & 2. qui asserbant, post verba consecrationis  
manere

manere materiam panis, quæ sit subiectum acci-  
dentium, & totius conuersionis, & transubstan-  
tiationis: sed motus est Durandus, vt hoc asse-  
reret, vt mysterium conuersionis panis in cor-  
pus Christi faceret intelligibile; tunc enim dar-  
tur propria conuersio, quando subiectum manet  
idem sub vtroque termino: & hæc conuersio est  
similis conuersionibus naturalibus, quibus ali-  
mentum solet conuerti in alitum: nam, sicut to-  
tum alimentum non solet conuerti in substan-  
tiam aliti; sed expulsa forma alimenti, materia,  
quæ remanet, vnitur alito, & informatur for-  
ma illius; & sic eadem materia manet sub vtroque  
termino; ita etiam totus panis in hoc mysterio non  
conuertitur in corpus Christi quasi materia in  
materiam, & forma in formam conuertatur; sed  
quia ipsa materia panis informatur ab anima Chri-  
sti, vniturque illi: & sic illa materia, quæ erat  
sub forma panis, manet sub forma Christi: nec  
reputatur inconueniens aliquam materiam de nouo  
aduenire corpori Christi; tum, quia existimar-  
i non esse contrarium determinationibus Ec-  
clesiæ; tum, quia Christus post suam resurrectio-  
nem verè manducauit, in vera autem manduca-  
tione semper alimentum conuertitur in corpus &  
substantiam manducantis, ac proinde neces-  
sariò tunc aliqua materia de nouo corpori Christi  
adueniebat: neque id impossibile est corpori glo-  
rioso, cum verum sit id, quod D. Augustinus ait li-  
bro 13. de ciuitate Dei: *Non potestas, sed egestas*  
*edendi corporibus resurgentiū auferri*. Probat  
etiam Durandus hanc suam opinionem ex D. Da-  
mascono libro 4. de fide orthodoxa, cap. 5. sic asse-  
rent; *Quemadmodum per comestione transu-  
ratur panis in corpus, & sanguinem comedentis:*  
*ita per inuocationem transit in corpus Domini*. Pro-  
bat etiam ex alijs Patribus, Ambrosio lib. de My-  
ster. cap. 9. Cyrillo Hierosolymitano catechesi 4.  
mylagogica, Gregorio Nicano in oratione Cate-  
chum, qui appellant, hanc conuersionem, trans-  
formationem, & comparant cum alijs conuersio-  
nibus formalibus, vt aquæ in vinum, & virgæ  
Moyfis in serpentem. Deinde rationibus. Pri-  
mò, quia, si hæc est danda conuersio totius panis  
in corpus Christi, sequeretur substantiam panis  
annihilari, quod ipse D. Thom. negat: nam id,  
quod prius fuit aliquid, & postea nihil est, verè  
annihilatum est: si autem panis non maneat, ne-  
que secundum materiam, nec secundum formam,  
nihil est factus: ergo verè est annihilatus. Secun-  
dò, quia, si tota substantia panis vnus hostiæ an-  
nihilaretur, manentibus accidentibus sine subie-  
cto, & tota substantia panis alterius hostiæ con-  
uerteretur in corpus Christi; sicut in priori nihil  
maneret substantiæ panis; ita & in posteriori: ergo  
sicut in prima datur vera annihilatio, ita & in se-  
cunda. Tertio, quia, si remanente corpore Chri-  
sti in Sacramento rediret eadem substantia panis,  
quæ prius ibi fuit, verè crearetur, quia ex nihi-  
lo esset producta: ergo, quanuis panis definit po-  
nendo ibi corpus Christi, si nihil remanet de sub-  
stantia panis, verè annihilatur. Probat con-  
secrati: quia, sicut existentia corporis Christi in  
Sacramento non impedit creationem, cuius termi-  
nus à quo nihil est; ita etiam non impedit anni-  
hilationem, cuius terminus ad quem est etiam nihil.  
Alia argumenta ponit, sed solutis his, soluuntur  
omnia.

12. Sed hæc opinio Durandi est falsa & hæreti-  
ca. Probat ex Concilio Tridentino sessione 13.  
cap. 4. & canone 2. vbi de fide definit, mirabilem  
conuersionem totius substantiæ panis & vini: sub-  
stantia autem panis componitur ex forma & ma-

teria; additque nihil omninò remanere panis,  
& vini, nisi solis accidentibus extra subiectum,  
vt vidimus numero 4. & anathematizat, qui hæc  
negauerint, & contrarium dixerint: Durandus  
autem ponit tantum conuersionem formæ panis,  
manente eadem materia illius instar conuersio-  
num naturalium, & hanc conuersionem formæ  
panis, vocat conuersionem substantiæ ipsius pa-  
nis. Probat etiam ex Concilio Florentino, La-  
teranensi, Colonienfi, & Constantiensi nume-  
ro 4. allegatis, quatenus definiunt, sola nuda &  
mera accidentia panis hic manere extra subie-  
ctum, & substantiam panis. Deinde rationibus  
conuincitur, hanc Durandi opinionem vel potius  
opinionem esse hæreticam, & plusquam falsam.  
Primò, quia ex illa sequeretur, quod corpus Chri-  
sti quotidie cresceret per additionem tot materia-  
rum, & quotidie decreceret per comestione illa-  
rum: quod est contra statum impassibilem cor-  
poris gloriosi. Item, sequeretur, aliquam partem  
habere in vno altari, quam non habet in alio,  
vel in cælo: quia, cum materia panis, infor-  
mata per animam rationalem, efficiat nouam par-  
ticulam carnis, necessariò concedendum est, ali-  
quid habere corpus Christi in vno altari, quod  
non habet in alio; imò aliquid habere in cæ-  
lo, quod non habet in terra; & etiam plus ha-  
bere in tota hostia, quam in dimidia parte illius.  
quod est contra Concilium Tridentinum sessio-  
ne 13. canone 3. vbi sic: *Si quis negauerit, in ve-  
nerabili Sacramento Eucharistia, sub vnaquaque  
specie, & sub singulis specie partibus, separatione  
facta, totum Christum contineri anathema sit*. Pro-  
batur, quia materia illa panis extensa esset per to-  
tam hostiam, & non tota in qualibet parte hostiæ,  
& illa materia est iam aliquid de corpore Chri-  
sti. Item, sequeretur, accidentia panis non esse  
extra subiectum contra Concilium Constantien-  
se sessione 8. & contra Concilium Tridentinum  
sessione 13. canone 2. oppositum asserens, ac deter-  
minans. Sequela probatur: quia materia prima,  
siue secundum se sumpta, siue prout est infor-  
mata forma substantiali, est subiectum acciden-  
tium, vt communis opinio tenet: cum ergo ibi  
sit materia panis informata forma substantiali, sci-  
licet, anima Christi, & sub illis accidentibus, ibi  
erit verum subiectum illorum accidentium. Vlti-  
mò, quia contra ipsam Durandum poterunt fieri  
omnia argumenta, quæ ipse facit contra illos, qui  
concedebant suppositum diuinum Christi assumere  
naturam panis.

Argumenta Durandi parum conuincunt, aut  
nihil. Ad id, quod assert de alimento & conuer-  
sione illius in substantiam aliti, non repugno:  
falsum tamen inde infert, totam substantiam pa-  
nis, materiam, scilicet, & formam, non conuerti  
in corpus Christi. Ad id etiam, quod addit de co-  
mestione Christi, qui post resurrectionem suam  
verè comedens, cibum in suam substantiam, &  
in corpus suum gloriosum conuertit; respondeo,  
Christum Dominum post resurrectionem suam  
verè comedisse, vt testatur Lucas vltimo: *Mandu-  
cavit coram eis*. & Actorum 1. *Conuescens præcepit  
eis, ab Hierosolymis ne discederem*, fuisseque illam  
veram, & naturalem comestione diffidentem à  
comestione Angelorum, qui apparuerunt Abra-  
hæ, & Tobiz: nam ad veram comestione natura-  
lem satis est eam exercere naturalibus, ac veris  
instrumentis, & veris organis ad hunc actum or-  
dinatis, quæ Christus habebat; non tamen Angeli  
assumentes corpora phantastica: tamen cum ad ve-  
ram comestione non requiratur, vt cibus con-  
uertatur in substantiam comedentis; hæc enim  
conuersio

conuersio est quid posterius ipsa comestione, ut patet in illo, qui comederet, & postea cibum euomeret; inde est, quod quantus ille cibus in substantiam, & corpus Christi gloriosi non conuerteretur, ob impassibilitatem illius corporis, sed tantum resoluatur in vaporem, non derogaret veræ comestioni. Ita docet D. Thom. 3. part. quæstione 5. artic. 6. ad 1. & quodlib. 3. artic. 6. & 5. & Ioannis ultimo: Syluester in rosa aurea, super vltimum caput Lucae, & alij. Ad primam rationem Durandi respondeo, id, quod desinit esse secundum se totum ex vi negationis concursus conseruantis terminatæ ad nihil omnino, verè annihilari: quod autem desinit esse secundum se totum ex vi mutationis positivæ terminatæ ad aliquid, non annihilari: nam, quantus post consecrationem hæc sit falsa: *Substantia panis est aliquid*. hæc tamen est vera: *Id, in quod est conuersa substantia panis, est aliquid, nimirum, corpus Christi*. Ad secundam respondeo, in prima mutatione panem annihilari, quia desinit esse per subtractionem concursus diuini terminatam ad omnino nihil: in secunda vero, quia desinit esse per conuersionem in corpus Christi, non annihilari, sed conuerti in melius. Ad tertiam dico, quod existente corpore Christi in hoc Sacramento, si ibi reproducere substantia panis, esset hæc reproductio, creatio, quia esset mutatio ex nihilo ad esse panis; non esset tamen in hac mutatione ipsum corpus Christi terminus à quo: at verò quando ibi panis desinit esse per conuersionem panis in corpus Christi, quia corpus Christi est terminus ad quem huius mutationis, per quam panis desinit esse, idè desinit panis per conuersionem, non est annihilatio, quia non fit per subtractionem, & negationem concursus terminatam ad omnino nihil.

D. Thom.

Sylu.

14.

Caiet.

D. Ambr.

15.

Led.

Victor.

Petes ergo ad vltimum, quomodo explicanda sit hæc conuersio, & transubstantiatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi? Caietanus in 3. part. quæstione 75. artic. 4. explicat, istam conuersionem non fieri per id solum, quod panis desinat esse, & loco eius succedat sub speciebus corpus Christi; sed per hoc, quod substantia panis in ipsum Christi corpus ita transmutetur, ut verum sit dicere: *Id, quod fuit panis ante consecrationem, post consecrationem est corpus Christi*. Et quantus post consecrationem hostiæ has tres propositiones concedat: Panis non est in hac hostia consecrata. Panis non est aliquid. Panis est nihil. tamen negat istam: *Id, quod fuit panis, non est aliquid*, nam (inquit) huius contradictoria est verissima, nimirum: *Id, quod fuit panis, est aliquid, scilicet, corpus Christi*. Probat hunc modum explicandi ex D. Ambrosio lib. 4. de Sacramento, cap. 4. & refertur cap. *Panis*, de consecr. distinctione 2. vbi dicit, id, quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem.

Ledesma tamen quæstione 16. artic. 4. & Victoria de Sacramento Euchar. hunc modum explicandi Caietani intelligibilem putant, & alia via incedunt: putant enim, panem conuerti in corpus Christi, nihil aliud esse, quam virtute consecrationis desinare esse substantiam panis, & loco eius succedere corpus Christi, sub iisdem accidentibus; neque solum desinationem panis dici conuersionem, sed desinationem in via, ad hoc, ut corpus Christi contineatur sub iisdem accidentibus panis desinentis: & multa congerunt argumenta contra Caietani. Vis tamen eorum ad hæc reducitur. Primum, quia, quando Caietanus dicit, hæc esse veram: *Hoc, quod fuit panis, est corpus Christi*, aut illud, *hoc, demonstrat corpus Christi*, aut substan-

tiam singularem, & indiuiduam panis ipsius, aut substantiam, propterea est gradus communis entitatis repertus in pane. Non potest demonstrare corpus Christi, quia falsum est dicere, quod corpus Christi erat panis ante consecrationem. Non substantiam singularem panis: quia, si hæc erat panis ante consecrationem, post consecrationem tamen, illa, eademque substantia singularis panis, non est corpus Christi. Primum, quia id, quod modò ante consecrationem & essentialiter est panis, includens materiam, & formam panis, nullo modo potest esse corpus Christi: quia hæc substantia singularis panis non solum ante consecrationem erat panis; sed post consecrationem est essentialiter panis: ergo hæc substantia singularis panis non est corpus Christi. Non etiam demonstrat substantiam gradus communis panis, quia pronomen, *hoc*, per ipsum Caietani non demonstrat substantiam singularem: item, quia substantiam gradus communis inclusam in pane, esse in corpore Christi, non est quid nouum, habitum per conuersionem panis: nam ante conuersionem ille gradus communis, non solum erat panis, sed etiam erat corpus Christi, & indirectè erat quæcunque alia res appellata substantia: ergo modus explicandi Caietani est inintelligibilis. Secundò, quia in opinione Caietani, hoc, quod erat panis, & est corpus Christi, est idem realiter cum pane. Probatur: quia corpus Christi est idem realiter cum illa re singulari, quæ fuit panis, & illa res singularis, quæ fuit panis, est idem realiter cum pane: ergo de primo ad vltimum, corpus Christi est idem realiter cum pane, quod nemo dicit.

Ex his duobus modis explicandi conuersionem panis in corpus Christi, negare non possumus, hunc vltimum Ledesmae, & Victorie esse clariorem, & faciliorem intellectu: & in primis illi fauent verba Concilij Tridentini sess. 13. cap. 3. vbi dicitur, idè ponendam esse conuersionem panis in corpus Christi, quia Dominus dixit, id, quod sub specie panis offerebat, esse verum suum corpus: vnde, cum Concilium non dicat, quod Dominus dixit, id, quod fuit panis, esse verum suum corpus; sed id, quod sub specie panis offerebat, esse verum suum corpus; videtur insinuare verba illa, *Hoc est corpus meum*, non esse explicanda ad modum Caietani, scilicet, *Hoc, quod erat panis, est corpus meum*, sed ad modum Soti, Ledesmae, & Victorie, *Hoc, quod sub specie panis offerretur, est corpus meum*, quasi conuersio panis consistat in hoc, quod offerretur sub specie panis corpus Christi post consecrationem, sub qua specie antè existebat ipsa substantia panis. Deinde, quia in opinione Caietani non potest verificari hæc eius propositio: *Substantia, quæ fuit panis, est corpus Christi*, nam, vel illum intelligit in sensu composito, ut sic sensum efficiat: *Substantia, quæ fuit panis, manens panis est corpus Christi*. & hæc est falsissima, ut patet: vel in sensu diuiso, id est: *Substantia, quæ fuit panis non manens panis, est corpus Christi*. & sic etiam non appareret vera: nam non datur idem subiectum, seu materia, quæ prius fuerit sub pane, & postea sub corpore Christi; cum panis, & quoad materiam, & formam, & quoad omnia in eo inclusa, desinat esse: in propositionibus autem, quæ in sensu diuiso, & composito accipiuntur, semper debet dari idem subiectum.

Ita se habent istiusmodi modi explicandi hanc conuersionem panis in substantiam corporis Christi: facilius ego responderem, vnam substantiam conuerti in aliam nihil aliud esse, quam producere Deum in rerum natura vnam substantiam loco alterius desinentis: vnde existere corpus Christi, & corpus

17.

corpus Christi esse præsens speciebus, est terminus per se ipsius transubstantiationis: nam in bona consequentia sequitur existentia & præsentia corporis Christi ad species ex ipsa transubstantiatione facta; & non est corpus Christi factum ex pane, aut panem esse factum corpus Christi: nam id, in quod de nouo & primariò tendit ista conuersio, est ipsum corpus Christi virtute verborum consecrationis factum præsens, seu est ipsa præsentia corporis Christi: hic est enim, meo iudicio, facilius præ cæteris respondendi modus in tanta difficultate, est enim materia obscura, & in rebus tantæ obscuritatis & difficultatis oportet hominem esse persuasibilem, ut ait Caietanus allegatus.

## CAPVT IV.

Quid sit hæc præsentia propriè, & in specie sua; & in quo prædicamento constituatur.

## SUMMARIVM.

*Præsentia corporis Christi in Eucharistia, est modus realis pertinens ad prædicamentum*, vbi. num. 1  
*In corpore existente in loco præter superficiem ambientem datur modus præsentie replentis talem locum*. num. 2.  
*An sit quid diuersum, esse in loco per modum substantiæ, & per substantialem modum*. num. 3  
*Inter species, & corpus Christi nulla datur formalis unio*. num. 4.  
*Nec accidentalis, nec substantialis*. ibid.  
*Datur tamen unio effectiua; & quid illa sit*. num. 5.  
*Corpus Christi hic existens, & species sacra adinuicem effectiua inter se dependent*. num. 6.  
*Arguitur contra istam dependentiam*. ibid.  
*An hæc dependentia, & efficiencia sit per aliquam actionem, vel per aliquam qualitatem, quam adinuicem inamittant & imprimant*. num. 8.  
*Causa efficiens est prior sua actione*. num. 7.  
*Propositur argumentum contra hanc conuersionem, & effectiuam dependentiam*. num. 9  
*Soluitur prædictum argumentum*. num. 10  
*An ista mutua dependentia, & efficiencia, quæ datur inter corpus Christi, & species sacras, sit de intrinseca ratione huius Sacramenti*. num. 11.  
 & 12.

1.

Hactenus egimus de actione conuersionis panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi, quam appellauimus cum Partibus, & Conciliis, Transubstantiationem, & inquisuimus, an post verba consecrationis maneat aliquid panis in hoc Sacramento, siue sit pars illius physica, ut materia & forma, siue metaphysica, ut natura panis, vel substantia illius: & resoluimus de fide esse, nihil omnino ibi manere panis, nullamque partem illius physicam, vel metaphysicam: sed manere duntaxat accidentia sacra, & species consecratas extra subiectum, quidquid dicant Hæretici nostri temporis, & nonnulli Catholici, qui in hac materia insigniter errarunt. Nunc videndum est, quid sit præsentia Christi in hoc Sacramento, & an species & corpus Christi inter se uniantur, & à se inuicem pendeant, & an hæc dependentia sit de intrinseca ratione huius Sacramenti, & quomodo

P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

effici possit, & à quo. Hæc igitur præsentia non est negatio, ut dicebat Scotus: sed est modus realis corporis Christi, qui ad prædicamentum, *Vbi*, reducitur: habet enim maximam proportionem cum illo modo, quo res alicubi est. Ita docet D. Thomas in 4. distinct. 10. quæst. 1. art. 3. quæstione. 1. ad 1. Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 48. sect. 3. §. *Dico quarto*, fol. 640. colum. 2. Ferratiensis 4. contra Gentes, cap. 63. Capreolus in eodem 4. distinct. 10. quæst. 1. art. 3. ad argumenta contra primam conclusionem; & idem supponunt omnes Doctores, qui ratione huiusmodi simpliciter dicunt, Christum esse in pluribus locis, ut D. Bonauentura distinct. 11. artic. 1. quæst. 1. 2. & 3. Maior quæst. 4. Gabriel quæst. 3. & lect. 43. & 46. in Canone, Alanus lib. 1. de Eucharist. cap. 8. fauet Concilium Tridentinum, sess. 13. cap. 1. ita asserens: *Neque hæc inter se repugnant, ut Christus in celo assideat, iuxta modum existendi naturalem, & ut multis aliis in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis sit*. Probatur ratione: quia, cum hic modus realis sit, oportet, ut ad prædicamentum aliquod reducatur: sed non potest reduci ad prædicamentum substantiæ; quia hæc præsentia non addit corpori Christi modum aliquem substantialem, qui ad prædicamentum substantiæ reducatur; omnes enim scholastici fatentur, quicquid est in hoc Sacramento, ( præter substantiam corporis Christi,) quod pertinet ad modum existendi hic, esse accidens in corpore Christi: nam modus substantialis esse non potest: quia modus substantialis intrinsecè pertinet ad constitutionem & complementum substantiæ: substantia autem corporis Christi, quando est præsens, iam est per se completa: nam hic modus præsentie non efficit substantiam corporis Christi, sed afficit in facto esse: quod autem modus sic efficiens substantiam non pertinet ad complementum illius, ut substantialis esse possit, inde facile probatur: quia corpus Christi, tam plene & perfectè constitutum, & integrum substantialiter est in celo sine hac præsentia sacramentali; quam plene & perfectè est in hoc Sacramento: ergo ista præsentia sacramentalis non est modus substantialis constitutus ipsius substantiæ corporis Christi existentis in esse substantiæ. Deinde, quia in nulla alia re creata, præsentia pertinet ad complementum substantiæ eius, ut patet in præsentia Angeli, & in præsentia, quam ipsum corpus Christi habet in celo: & ipsum nomen præsentie id denotat, quod non constituit rem existentem absolute in suo esse; sed rem, quæ iam existit, & habet esse, facit præsentem localiter, vel quasi localiter. Non potest etiam reduci ad prædicamentum relationis, quia hæc præsentia non est relatio prædicamentalis: Primum, quia non potest esse relatio rationis, quia ipsa præsentia in loco, est aliquid reale: non relatio realis, quia non habet terminum realem, à quo essentialiter pendeat; species enim terminus realis esse non possunt: nam, licet de facto, destructis speciebus, corpus Christi amittat, ac perdat hanc præsentiam; tamen species non sunt terminus essentialis, quia sine illis posset Deus, destructis speciebus, immutatum conseruare corpus Christi, vel sub aliis speciebus, vel sub nullis. Non potest reduci ad prædicamentum actionis, aut passionis: nam, licet conuersio & transubstantiatio sit ratio huius præsentie, & hæc conuersio ac transubstantiatio panis in corpus Christi, sit actio; tamen, si consideretur ista conuersio in facto esse, nihil aliud est, quam ipsa præsentia, vnde conuersio & transubstantiatio in fieri est veluti actio, quæ sit corpus Christi præsens: in facto autem esse, est

D. Thom.

Soar.

Ferrariens.

Capreol.

D. Bonau.

Maior.

Gabriel.

Alin.

Conc. Trid.

M M m

ipfa

ipsa præsentia corporis Christi, vel est ipsum corpus Christi, factum præsens, quia conuersio in instanti transit, præsentia autem permanet. Et hinc obiter deducitur, hanc præsentiam non pertinere ad prædicamentum passionis: quia hæc præsentia non est passio recepta in corpore Christi: sed est terminus actionis, qua corpus Christi fit præsens in hoc Sacramento, siue illi actioni propriè respondeat passio, siue non: præsentia enim non dicit aliquid in fieri, sed dicit id, quod permanet, & factum est. Non potest etiam reduci ad quantitatem: quia corpus Christi non est in hoc Sacramento quantitatiuè, ut patet: non ad qualitatem; quia inmediate, & in se non recipit qualitates. Ergo non reducit ad sex prima prædicamenta. Non reducit etiam ad *Simul*, aut *Quando*, aut *Habitum*, ut per se clarum est, quia *Simul* supponit *Vbi quantitatum*, & est modus eius; corpus autem Christi non est in hoc Sacramento quantitatiuè. Ad *Quando* reduci non potest, quia *Quando* vel est tempus extrinsecum; vel est intrinseca duratio, quæ supponit rem, quæ durat, & ita etiam hic duratio præsentia, supponit præsentiam. Ad *Habitum* etiam reduci non potest, quia *Habitum* est res extrinseca. Restat ergo solum, ut reducat ad prædicamentum *Vbi*, quia habet cum eo maximam proportionem.

2. Quod ita declaro. Quia in corpore existente in loco præter superficiem ambientem, est modus realis præsentia ipsius corporis, ut replentis hoc spatium, qui modus manet mutatis, seu fluentibus superficiebus ambientibus, si ipsum corpus non mutetur: amittitur verò, ac corrumpitur, mutato corpore, etiam si superficies ambiens eadem sit; & in vltima sphaera, quæ non circumscribitur corpore, optimè intelligitur hic præsentia modus: ita ergo in Christi corpore intelligimus intimè esse præsens speciebus, & spatio earum, quod ipse replent, & hic modus similitudinem habet cum modo locali, quanquam differat à modo proprio quantitatis, quod illa est tota in toto, & pars in parte spatij, Christus autem est totus in toto, & totus in singulis partibus spatij. Explicari etiam potest in hunc modum: quia in substantia panis duo considerari possunt. Primum est ipsa substantia panis. Secundum, modus præsentia localis, quem habet: nam, licet per quantitatem propriè dicatur esse in loco, ita ut repleat, & corporaliter occupet illum: tamen propriam præsentiam per seipsum habet, quam retinere potest per diuinam potentiam; destructa quantitate, ipsa substantia in cæteris omnibus immutata manente, & cum eadem propinquitate ad centrum, vel polos: sic etiam, ut docet Soarius, in substantia corporis Christi, quæ loco substantia panis succedit, præter ipsam substantiam, datur modus præsentia localis: quam retinere potest diuina potentia, destructis ipsis accidentibus, & sacris speciebus, & hæc præsentia explicari potest per proportionem ad præsentiam Angeli ad corpus, vel spatium, in quo existit. Et confirmatur: quia hic modus præsentia, est fundamentum relationis distantia & indistantia, seu propinquitatis: quod fundamentum in corporibus pertinet ad prædicamentum *Vbi*: deinde hic modus perdi, ac acquiri potest per mutationem, solua rei substantia, & omni qualitate, & quantitate, quod etiam accidit in corporibus in mutatione loci.

3. Nec refert, quod D. Thomas aliquando asserat, corpus Christi in hoc sacramento esse per modum substantia. & quod Concilium Tridentinum asserat, sess. 13. cap. & canon. 3. corpus Christi esse hic substantialiter, ut inde inferamus, hanc præsen-

tiam pertinere ad prædicamentum substantia: quia, ut notat Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 47. sect. 2. §. Dicendum est primò. fol. 639. colum. 1. sine, aliud est esse per modum substantia, aliud per substantialem modum. Hoc enim posterius falsum est omnino. Prius tamen est verum: tantum enim significat modum illum, quanuis accidentalis, & realis sit, esse proportionatum substantia secundum proportionem suam, seu efficere illam præsentiam modo accommodato substantia, sicut Angelus est præsens per modum substantia; non autem per substantialem modum: & idem dici potest de illo termino *substantialiter* Concilij Tridentini, quanuis vera & germana mens Concilij solum fuerit, dicere, totam substantiam Christi verè esse hic præsentem.

Quæri tamen hic potest primò, an hæc præsentia includat aliquam veram vnionem corporis Christi ad species sacramentales. Et verò certum est, inter corpus Christi, & species non dari formalem vnionem, seu compositionem physicam, ex qua resultat vnum compositum physicum, tanquam ex materia & forma, & tanquam ex duabus speciebus, seu extremis verè componentibus: nam talis vnio nec accidentalis esse potest, nec substantialis: ergo nulla. Non potest esse accidentalis tota hæc vnio; quia, cum aliud extremum sit substantia, non potest hæc tota vnio ordinari ad componendum vnum accidens: non substantialis; quia, cum aliud extremum sit accidens, non potest ordinari tota vnio ad componendam vnam substantiam: non potest esse mixta: id est, partim substantialis: partim accidentalis; accidentalis ex parte accidentis, substantialis ex parte substantia; quia, si ex parte vnus extremi, vnio est accidentalis, non potest in alio extremo, quanuis sit substantia, modus vnionis esse substantialis: nec potest tota coniunctio ad substantialem terminum referri: quia, ut vnio sit substantialis, aut accidentalis oportet, ut modus ipse vnionis sit substantialis, vel accidentalis: ut autem substantialis sit, oportet, ut vtrumque extremum sit substantia; ut verò sit accidentalis, oportet, ut vtrumque etiam extremum sit accidens: nam de intrinseca ratione modi vnionis substantialis est, ut ad constitutionem, seu complementum substantia pertineat; accidens autem non potest constituere, seu complere substantiam.

Vnde, cum multi Theologi asserunt, dari hic in hoc sacramento specialem vnionem inter corpus Christi, & species consecratas, & illa esse non possit vnio formalis, accidentalis, vel substantialis, necesse est, ut ponamus hic aliquam vnionem, coniunctionemve effectiuam, seu aliquod vinculum reale per efficientiam, & quasi attractionem vnus ad alterum. Probatur primò: quia species consecratæ effectiuè conseruantur à Deo, sine subiecto, singulari ac supernaturali actione Dei, qua supplet subiecti defectum: ergo potest Deus hunc effectum, seu actionem efficere per corpus Christi; tanquam per instrumentum: constat enim ex materia de Sacramentis, Deum posse vti creatura, vti instrumento, ad actionem supernaturalem, ut vtitur aqua Baptismi ad conferendam gratiam, eam eleuando: & eadem etiam ratio est de hac, quæ de cæteris. Deinde, quia ad verificanda omnia, quæ dicuntur de hoc Sacramento, hæc vnio efficiens, & effectiua est satis sufficiens, & necessaria. Primò enim in hoc Sacramento dicitur corpus Christi supplere vicem substantia panis, seclusa inhaerentia, quod verissimum erit, si corpus Christi effectiuè sustineat accidentia, quæ substantia panis sustinebat. Secundò rectè dicuntur species sustentatæ à corpore Christi

Christi, quia ab illo sustentantur & quasi omnipotentis manu sustentantur: vnde supernaturalem vim, seu concursus ad operandum accipiunt. Tertio, in cap. Firmiter de summa Trinitate, dicuntur species continere corpus Christi: quod intelligendum est, quia non solum respectu nostrorum oculorum illud circumdant & occultant; sed etiam quia efficacia sua intra se continent, ita ut ab illis, separari non possit. Quarto, quia corruptis accidentibus amittit corpus Christi sacramentalem præsentiam in hoc Sacramento, ut omnes fatentur: ergo signum est illam præsentiam corporis Christi ab efficacia & efficientia horum accidentium effectiuè pendere: & hic respondendi modus est magis accommodatus, quam recurrere ad pactum Dei, quo se Deus obligauit, sua voluntate, ibi non esse corpus suum, corruptis accidentibus: vnde enim de hoc pacto constare potest? Quintò, quia constat, motis accidentibus moueri corpus Christi, quod vel renouandum erit in solum pactum diuinum, & ita non tam mouebitur, vel trahetur corpus Christi, motis, vel tractis accidentibus, quam ipse seipsum mouebit, ut comiteretur species, vel certè necessaria est hæc vis effectiua in speciebus, qua ad se trahant corpus Christi, & in corpore Christi, qua effectiuè conseruet, ac sustineat ipsas species, extra subiectum, & qua à se inuicem quoad hos effectus intimè pendeat. Sicut enim, qui magnetem attraherit, ferrum etiam illi coniunctum secum trahit, propter intimam dependentiam, quam ferrum habet à magnete: ita etiam qui species sacras trahit ac mouet, corpus etiam Christi illis coniunctum trahit ac mouet, nihil resistendo ipsum corpus Christi: trahit, inquam, propter intimam illam dependentiam, quam corpus Christi habet ab ipsis speciebus. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thom. disput. 47. sect. 3. §. Dico secundò. fol. 645. colum. 2. vbi multos citat pro hac opinione, quos ibi videre poteris: quanuis tamen illi expressè hoc non dicant. Sed hæc opinio hæcenus explicata, est hodie valde communis.

6. Dices: Fieri non potest, ut ipsæ species factæ habeant aliquam efficientiam in corpus Christi, & quod corpus Christi ab illis pendeat: indignum enim videtur, pendere corpus Christi ab ipsis accidentibus: nam id, quod de motu afferitur, vnde colligitur intima dependentia, quam corpus Christi habet ab ipsis speciebus, seu accidentibus, parum debet conuincere: quia ad hunc motum satis est, quod corpus Christi habeat efficacia circa species effectiuè conseruando illas. Respondeo nisi ad inuicem deat, hanc efficientiam & dependentiam inter corpus Christi, & species sacras, non posse moueri corpus Christi motis speciebus: sicut enim, si aliquis moueat ferrum, non propterea mouebit ac secum trahet magnetem; ita etiam corpus Christi moueatur, non propterea mouentur species, nisi ipsum corpus Christi effectiuè ab illis in esse præsentia pendeat. Quod confirmari potest exemplo angelici corporis, quando illud Angeli assument: nam, licet illo corpore moto videatur per accidens nostro modo loquendi moueri Angelus; tamen reuerà non mouetur ex vi motus corporis, sed potius ipse Angelus se mouet, ut comiteretur corpus, quia corpus nullam habet efficientiam in Angelum, nec Angelus ab illo aliquid patitur, nec propriè Angelus ab illo corpore continetur, sed ipse potius corpus continet, ac mouet: ita ergo erit in præsentia, si accidentia in corpus Christi efficientiam non haberent: nam, si tunc moueretur corpus Christi, non propterea mouerentur species, sed potius ipsum corpus se mouebit.

7. Rogabis tamen primò, quomodo species, & P. Steph. Eayndez in quinque præc. Eccl.

corpus Christi possint inter se ad inuicem agere; & alterum ab alio in eodem genere cause efficiens mutuo pendere, Et ratio dubitationis est: quia causa efficiens est prior sua actione: prior, inquam, tam in existentia, quam secundum omnes conditiones requisitas ad agendum: ergo, ut corpus Christi agat in species, supponitur prius existens, & præsens ipsis speciebus; quia in hoc Sacramento Christus non agit, nisi vt existens hic. Et è conuerso, vt species agant in corpus Christi, priores debent esse ipso corpore Christi, & non quocumque modo, sed non inhaerentes, & per se subsistentes; tum, quia prius natura res existit & subsistit, quam operetur; tum, quia species nihil agunt, nisi vt consecratæ, & à substantia panis separatæ; loquendo de actione sacramentali, & supernaturali: at ipsæ species nunquam prius existunt separatæ à substantia panis, quin sub illis præsens sit corpus Christi: illa enim actio, qua Christus conseruat species absque substantia & subiecto, supponit ipsum Christum sub ipsis speciebus existentem, ut patet; ergo vt sic non potest pendere ab speciebus effectiuè. Responder Soarius (& optimè) tomo 3. in 3. part. D. Thom. disput. 47. sect. 3. §. Secunda difficultas. fol. 647. col. 1. non esse inconueniens in ordine ad diuersa dari mutuam efficientiam inter aliqua duo: nam & habitus efficit actum, & actus habitum intendit: ad hunc ergo modum declarari potest in præsentia loco, & negotio, hæc mutua efficientia: nam species non attingunt, nec conseruant effectiuè ipsam substantiam corporis Christi, sed conseruant & attingunt præsentiam illius, & ideo ordine naturæ supponunt corpus Christi subsistens independentem ab ipsis: sic igitur corpus Christi potest, per suam substantiam, & entitatem, quæ ab accidentibus panis non pender, habere efficientiam in eadem accidentia, & conseruare illa, tum in existentia, tum in modo existendi, tum etiam in præsentia: at verò species possunt efficere circa corpus Christi præsentiam, seu coniunctionem, aut attractionem ad se; quia non est necesse, quod illa actio corporis Christi circa species supponat hanc præsentiam, ut conditionem necessariam ad agendum: hæc enim conditio in diuinis instrumentis non supponitur necessariò, imò interdum fit actio sine tali præsentia: in præsentia verò, quanuis actio non fiat nisi à corpore Christi præsentia; illa tamen præsentia consequenter se habet, non antecedenter, & vt principium, seu conditio simpliciter necessaria, quæ ad actionem supponatur: sic, enim ille modus præsentia corporis Christi potest immediatè pendere à substantia eius: ergo & mediantibus speciebus, est enim eadem ratio quoad hoc, quoniam efficientia illius præsentia, supponit substantiam, non tamen præsentiam ipsam.

8. Rogabis secundò, quomodo possint ipsæ species ad se trahere corpus Christi; per aliquamne qualitatem, quam illi imprimant; an quomodo? Respondeo in primis, si ea qualitas sit veluti imperus, motioni accommodatus, non esse inconueniens illam admittere: quia non est qualitas corruptiua, nec maiorem imperfectionem habet, quam ipse motus, vel præsentia localis. Secundò respondeo, non esse hanc qualitatem necessariam: potest enim hæc effectio proximè ad ipsam præsentiam corporis Christi terminari: sicut Deus solus potest illam efficere sine impressione qualitatis, & sicut Angelus mouet cælum sine impressione alicuius impetus: hic enim necessarius est quando vis agentis non potest proximè attingere effectum: nam, si vis agentis sit satis propinqua, & proportionata, sicut potest impetus immediatè efficere motum; ita & vis agentis.



9. Sed contra illam coniunctionem effectiuam n. p. positam sic adhuc oppones: quia vel hæc coniunctio effectiua, est de intrinseca ratione, & unitate huius Sacramenti, vel non est: si est, sequitur primò, hoc Sacramentum non confici virtute, & per actionem verborum consecrationis; quia vnio effectiua non potest fieri per actionem, quasi extrinsecam alterius: sed per mutuam actionem extremorum, quæ inter se vniuntur, vt videlicet, in præfenti negotio, vniuntur enim corpus, & species per actionem corporis in species, & specierum in corpus: istiusmodi autem actiones non possunt fieri per actionem verborum; quia repugnat vniam actionem per aliam fieri, alioqui daretur processus in infinitum. Sequitur secundò, hoc Sacramentum non conficitur, nec constitui in primo illo instanti, in quo perficitur, & absoluitur prolatio verborum. Sequela patet: quia in eo instanti fit actio verborum, per quam efficitur tota consecratio, vt supra diximus: ergo tunc verba efficiunt præfentiam corporis Christi sub speciebus, separando illas à proprio subiecto, & per se constituendo: ergo in eo instanti non est vnio effectiua: ergo non est integrè Sacramentum constitutum. Si verò huiusmodi vnio & coniunctio effectiua non est de intrinseca ratione, & substantia Sacramenti superflua, & sine causa ponitur: quia sola illa vnio hic ponenda est, quæ ad essentiam Sacramenti, & illius constitutionem pertinet.

10. Ad hoc argumentum tripliciter respondet Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thom. quæst. 47. sect. 3. §. Sed supersunt. colum. 2. fol. 646. & §. Dicendum ergo videtur. Primò, concedendo hanc coniunctionem & mutuam efficientiam esse de intrinseca ratione huius Sacramenti, & nullum esse inconueniens in eodem instanti, in quo verba efficiunt consecrationem, & in quo consecratio conficit Sacramentum, conficere etiam corpus & species inter se: nam verba prius natura attingunt substantiam corporis Christi, quam præfentiam: illa verò substantia quasi producta vi verborum consecrationis in posteriori natura efficit separationem specierum à substantia panis: species verò statim efficiunt præfentiam corporis Christi. Hanc responsionem appellat Soarius probabilem: sed addit sibi omninò non placere. Primò, quia non est negandum, quin virtute verborum fiat præfentia corporis Christi sub his speciebus; quia actio verborum terminatur ad solam præfentiam corporis Christi, vt supra diximus. Secundò, quia non est negandum, quin verba effectiue expellant substantiam panis, & consequenter constituent accidentia illa, seu species extra subiectum subsistentes.

11. Quare addit ex proprio Marte, & capite, secundam solutionem accommodatorem, negando, scilicet, hanc mutuam actionem & efficientiam esse de intrinseca ratione, & constitutione huius Sacramenti: vnde ait, in eo primo instanti, in quo absoluntur verba consecrationis, non esse hanc mutuam effectiorem inter corpus, & species: quia, cum vnio ista effectiua consistat in actione, cuius terminus non est aliquis modus vnionis, sed est ipsa existentia corporis Christi sub speciebus, & præfentia mutua extremorum inter se; hinc fit, vt hæc vnio, quatenus est actio extremorum inter se, non possit esse terminus alterius actionis, vt argumentum factum probat; quia ergo in instanti, quo finiuntur verba, non est, nisi actio verborum, & terminus eiusmodi actionis, id est, modus realis existendi accidentia per se extra subiectum; idè non intercedit hic in eo instanti mutua illa actio effectiua inter corpus & species; sed solum id, quòd per illam fieri, seu conseruari potest, quod in eo instanti perfectum est virtute & actione verborum consecrationis; immediatè verò post illud

instans incipit conseruari per efficaciam extremorum, & per mutuam illam efficientiam; quòd quidem non pertinet ad rationem & constitutionem Sacramenti in fieri, sed in facto esse: pertinet tamen ad perfectionem eius, vt per intrinsecam efficaciam suam intercedat hic indissolubilis quædam coniunctio inter ea, ex quibus Sacramentum coalescit, ac constat; quam indissolubilitatem habet in primo instanti ex virtute formæ, sub qua pro illo instanti Sacramentum existit; post illud verò instans statim & immediatè perseverat illa coniunctio per mutuam actionem extremorum inter se, quam efficiunt, veluti per virtutem relictam à forma ex vi consecrationis.

12. Tertio responder Soarius, & quidem facilius, quamuis ferè eodem modo, concedendo, videlicet, hanc mutuam efficientiam esse de intrinseca ratione, & constitutione huius Sacramenti; & idè in primo instanti cõsecrationis immediatè fieri virtute formæ consecrationis; postea verò conseruari mutuo ab ipsis rebus, quæ Sacramentum componunt, à corpore, scilicet, Christi, & ab speciebus sacris, quasi ex virtute in eis relictâ ratione formæ consecrationis: nam, cum illa materia efficientia, non sit nisi quoddam vinculum reale factum veluti per actionem attractiuam corporis ad species, & specierum ad corpus, quòd vinculum mutuam efficientiam appellamus cum Soario allegato, seu mutuam actionem, nihil inconueniens, imò congruentissimum est, vt in illo primo instanti, quo absoluntur verba consecrationis, & Sacramentum constituitur, ac perficitur, immediatè fiat virtute formæ, & postea conseruetur mutuo ab ipsis speciebus sacris, & Christi corpore.

CAPVT. V.

De motu, quo mouetur corpus Christi in hoc Sacramento Eucharistie; & an corpus Christi hic possit habere, aut exercere contactum physicum.

SVMMARIVM.

- Sermo vel esse potest de motu, quo corpus Christi moueri potest naturaliter, & supposita institutione huius Sacramenti, vel supernaturaliter, & de potentia Dei. num. 1.
- Quid sit motus per accidens, & per se. num. 2.
- Refertur prima opinio docens, corpus Christi in hoc Sacramento existens nullo motu moueri, nec per se, nec per accidens. num. 3.
- Refertur opinio Scoti. num. 4.
- Proponitur vera sententia affirmans corpus Christi solo motu per accidens naturaliter moueri ad motum specierum. num. 5.
- De potentia Dei absoluta potest corpus Christi immediatè & per se moueri à Deo. num. 6.
- Potest etiam se moueri anima Christi, vt instrumento Dei. num. 7.
- Respondetur ad argumenta prima opinionis. num. 8.
- Corpus Christi hic existens non potest immediatè calefieri, aut condensari. num. 9.
- Proponitur, & soluitur obiectio. num. 10.
- Respondetur argumentis Scoti. num. 11.
- An corpus Christi possit hic existens naturaliter moueri ab agente intrinseco, id est, ab anima Christi. n. 12.
- An ab agente extrinseco. num. 13.
- An possit ipsum naturaliter pati. num. 14.
- An possit agere. num. 15.

Notandum

1. Notandum est primò, nos posse loqui, vel de motu, quem corpus Christi in hoc Sacramento habere potest, de potentia Dei absoluta, vel de motu; quem habet, & quo de facto mouetur, supposita lege, & modo institutionis ipsius Sacramenti. Vnde sermo hic esse non potest de motu physico: quia motus physicus requirit extensionem quantitatiuam subiecti in ordine ad spatium, quòd occupat, & terminatur ad vbi quantitatiuam, seu circumscriptionem; ita vt totum corpus mobile respondeat ratione quantitatis toti loco, & pars corporis parti loci: constat autem corpus Christi non posse moueri hoc modo, cum non sit hic quantitatiue; nec habeat illum extensionis modum: agimus ergo de motu proportionato sacramentali præfentia, supposito modo & lege institutionis huius Sacramenti, quem possumus appellare modum sacramentalem, & quasi immaterialem.

2. Notandum secundò, motum, aut esse per accidens, aut per se: tunc dicitur motus per se, quando est ab ipsa re, quæ mouetur, & ab ipsius potentia procedit: per accidens verò dicitur, quando non procedit ab ipsa re, quæ mouetur, nec ab eius potentia. Et hic duplex est: aut enim est motus per accidens effectiue, quando, scilicet, aliquid mouetur ad motum alterius, cum quo est coniunctum; ita vt ab illo causetur effectiue alius motus intrinsecus ipsi rei, quæ mouetur per accidens: aut est motus per accidens formaliter, quando, scilicet, aliquid dicitur mutatum; quia res, cum qua est coniunctum, mouetur, quin ipsum in se recipiat aliquem motum intrinsecum: sed denominetur tantum extrinsecè mutatum per motum rei, quæ per se mouetur. Primo modo per accidens effectiue mouetur anima nostra, quando est in corpore: non enim mouetur per se: quia tunc non potest moueri à sua potentia motiua; sed mouetur per accidens effectiue ad motum corporis, cum quo est coniuncta: & hic motus corporis procedit à potentia motiua corporis eleuata à Deo ad mouendam animam, causando in ea effectiue alium motum intrinsecum ipsi animæ. An autem corpus Christi existens in Eucharistia, secundo modo moueatur per accidens & formaliter, est triplex opinio.

3. Prima docet, nullum omninò motum habere corpus Christi in Eucharistia, nec per se, nec per accidens. Non per se, quia corpus Christi nou est per se localiter in hoc Sacramento, sed ratione specierum, & per species; quòd autem non est per se in loco, non potest per se localiter moueri. Non per accidens, primò, quia ad hoc, quòd ad motum vnus sequatur per accidens motus alterius, debet intercedere inter vtrunque aliqua colligatio vnus ad alterum; vel tanquam subiecti ad accidens, vel tanquam continentis ad contentum, vel saltem quòd sit aliquis contactus physicus inter vtrunque: atqui species sacramentales non habent hanc colligationem ad corpus Christi: ergo per accidens moueri non potest. Secundò, quia, si corpus Christi moueretur per accidens ad motum hostiæ, sequeretur; quòd moueretur simul motibus contrariis sursum ac deorsum. Probatur, quia, quando vnus Sacerdos eleuat sursum hostiam, alter deorsum ponit; ergo idem corpus Christi moueretur simul sursum ac deorsum contrariis motibus. Tertio, quia corpus Christi in cælo localiter existens incipit esse de nouo sacramentaliter in hoc Sacramento sine aliqua mutatione sui, nec per se, nec per accidens: ergo à fortiori existens in hoc Sacramento, quando defertur ab vno loco in alium, translatis speciebus, non mouetur. Quarto, quia, si motis speciebus localiter, corpus Christi per accidens localiter moueretur; etiam cale-

factis, rarefactis, condensatis per accidens moueretur his motibus alterationis: hoc autem non conceditur; ergo neque illud concedi debet. Huius opinionis videtur esse Durand. in 4. distinct. 10. quæst. 3. artic. 1.

4. Scotus autem eadem distinct. 10. quæst. 6. docet, corpus Christi nullo modo moueri per accidens à Sacerdote mouente hostiam localiter, sed moueri tunc ab ipso Christo propria voluntate se mouente ad motum specierum, ac si se Christus voluerit obligare ad non se mouendum, nisi ad motum hostiæ Sacerdotis: quòd probat in hunc modum: quia, sicut ex motu corporis resultat motus in anima, quo ipsa se voluntariè mouet ad ipsum motum corporis; ita ex motu specierum resultat motus, seu excitatio quædam in Christo, quo ipse voluntariè corpus suum mouet localiter, per accidens & effectiue: nam, quando aliqua coniunguntur præcisè per actum voluntatis contingenter se habentis ad illam coniunctionem, & vnus est mobile proportionatum; alterum verò impropor-tionatum ipsi mouenti, mouens, quando mouet per se vnus, non mouet per accidens alterum, sed alterum seipsum voluntariè mouet, in quantum voluntariè coniungitur per se moto. Exemplum ponit in Angelo, qui voluntariè præfentem se faceret lapidi: mouens enim lapidem, non diceretur mouere per accidens Angelum; sed ipse Angelus, in quantum voluntariè se lapidi coniungeret, moueret se ad motum lapidis: atqui idem accidit in corpore Christi in hoc Sacramento: ergo intentum. Et hanc sententiam ac opinionem Scoti sequitur Argent. in 4. dist. 10. quæst. 2. art. 4. concl. 3. & Gabriel lect. 47. super Causam: quamuis in 4. distinct. 10. quæst. vnica, sine seipsum corrigat, & ad veram sententiam D. Thom. accedat.

5. Tertia tamen sententia vera, & tenenda est D. Thomæ 3. part. quæst. 76. artic. 5. asserentis, corpus Christi moueri solum localiter per accidens à Sacerdote mouente species consecratas. Est communis omnium Theologorum, loquendo de lege ordinaria, & supposita institutione huius Sacramenti, & modo illius. Ita Alexander Alenfis 4. part. quæst. 4. art. 3. ad finem, membr. 3. Paludanus in 4. distinct. 10. quæst. 3. Soarius 3. part. tomo 3. disputat. 53. sect. 1. §. Dico vltimò. fol. 770. col. 1. Richardus artic. 4. quæst. 1. Capreolus quæst. 3. Maior quæst. 6. Marfilus quæst. 7. artic. 3. dub. 5. Sotus distinct. 10. quæst. 1. artic. 6. & Caietanus, ac omnes Thomistæ ad 3. part. dicta quæst. 76. artic. 5. Probatur primò, quia, quando Sacerdos Sacramentum hoc defert in domum infirmi, tunc incipit esse corpus Christi in illa domo, & non per conuersionem panis in ipsum corpus Christi, nec per nouam productionem ipsiusmet corporis Christi: ergo per motum localem. Secundò, quia, vt vera & Catholica fides docet, nos manducamus verum corpus Christi, & bibimus eius sanguinem: hoc autem fieri non potest, nisi ipsum corpus Christi in speciebus sacramentalibus prius sit in ore, & postea in stomacho: ergo mouetur localiter per accidens ab ore in stomachum ad motum specierum: & reuerà denominatione extrinseca dicitur moueri à motu subiectato in re, & speciebus, quibus est coniunctum, ad similitudinem animæ, quæ mouetur per accidens ad motum corporis; non tamen hic motus causat, ac efficit alium motum intrinsecum ipsi corpori Christi, quo Christus suum corpus moueat, sicut diximus n. 2. motum corporis eleuatum à Deo causare, & efficere in anima motum illi intrinsecum, qua ipsa in corpore existente, seipsum per se moueat. Nam corpus Christi solum dicitur moueri per accidens ad motum specierum, in quantum, scilicet denominatione dicitur

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

MMm 3 moueri

Durand.

4. Scotus.

Argent. Gabriel.

5. D. Thom.

Alenfis. Paludan. Soar. Richard. Capreol. Maior. Marfil. Sotus. Caietan.

moueri à motu subiectato in speciebus, quibus est coniunctum; non autem quia ipsum ad motum specierum se mouet, & subiectat motum: cum enim sit incompatibiliter in hoc Sacramento, non potest extrinsecum agens in ipsum imprimere impulsus, & vim, ob quam possit in se subiectare motum. Tertio, quia nihil potest subiectare motum localem, nisi id, quod existit in spatio intrinseco, modo locali & corporeo: vnde, cum corpus Christi non existat in spatio specierum, modo locali; non subiectat in se motum localem, sed ad motum localem specierum dicitur per accidens moueri localiter, & acquirere aliud atque aliud spatium extrinsecum, in quo est.

6.

Hæc de potentia & lege ordinaria, & supposita institutione huius Sacramenti: nam, si loquamur de potentia Dei absoluta, potest corpus Christi, prout est in hoc Sacramento, localiter moueri à Deo: licet enim iuxta legem ordinariam corpus Christi nunquam possit separari ab speciebus, quando in regre & incorruptæ manent, nec moueri nisi ad illarum motum; tamen, si Deus vellet in hac lege dispensare, posset de sua absoluta potentia transferre corpus Christi in alium locum, relinquendo ibi species, vel constituendo Christi corpus sub aliis speciebus, vel sub nullis; quia in his omnibus nulla est implicatio: posset etiam mouere simul rotum Sacramentum, imprimendo primò, ac per se motum in corpus Christi, & efficiendo, vt ipsum corpus concomitanter & per accidens secum traheret species: nam in hoc etiam nulla est difficultas, supposita vnione, quam diximus cap. 4. num. 4. dari inter corpus & species. Ita docet Soarius tomo 3. in 3. part. D. Thomæ, disputat. 53. sect. 1. §. *Dico secundo*. fol. 769. colum. 2.

Soarium.

7.

Nec solum à Deo immediatè potest corpus Christi sacramentaliter in Eucharistia existens de potentia Dei absoluta supernaturaliter moueri; sed etiam mediante anima Christi tanquam instrumento Diuinitatis: quia, si anima Christi consideretur, vt instrumentum Verbi diuini, & eleuetur à Deo, opereturque, per virtutem diuinam supernaturaliter miraculorum effectricem potest suum corpus in hoc Sacramento existens primariò mouere motu locali, vel relictis speciebus, vel secum illas deferendo: quia, sicut non repugnat hoc fieri à Deo, vt principali operante; ita neque à creatura, vt instrumento eius: quia non est in hoc maior repugnantia, quam in aliis supernaturalibus effectibus: & quanuis hæcenus nunquam Christus vltus fuerit hac potestate mouendi, sine speciebus sacris, mediante instrumento animæ suæ, ipsum corpus suum in hoc Sacramento existens; quia hoc non erat expediens, nec per se necessarium; magis enim necessarium erat seruare statutam legem de reali præsentia Christi, durantibus sacris speciebus: tamen deferendo secum species existimatur Soarius tomo 3. in 3. part. Diui Thomæ, disputat. 53. sect. 1. §. *Dico tertio*. fol. 769. colum. 2. sapè fuisse Christum vltum hac potestate: referunt enim grauissimi Auctores in reidam hostiam consecratam, nullo deferente, sua sponte fuisse motam, vel ad communicandum aliquem iustum, ac pium, & sanctum vitum, vt de sancta Catharina Senensi refertur; vel vt infidelium iniuriam euitaret, ac pertinaciam confunderet: quanquam enim dici possit, in his casibus moueri species consecratas ab Angelis; tamen etiam dici potest, potuisse Christum, ipsum suum corpus interno motu, mediante instrumento animæ suæ, mouere immediatè, & ad hunc moueri species, illas secum corpus ipsum deferendo. Et verò quòd corpus Christi in Eucharistia sacramentaliter existens moueri non possit localiter, naturali virtu-

Soar. D. Thom.

te animæ, statim dicemus num. 12.

Ad primum igitur argumentum Durandi respondeo ex doctrina prædicta cap. 4. num. 4. huius libri, inter species & corpus Christi esse sufficientem vnionem ac vinculum: quod sufficit, vt motus localiter speciebus, ipsum etiam corpus per accidens moueatur. Ad secundum respondeo, nullum esse inconueniens, idem per accidens moueri, moribus contrariis, vt patet de eo, qui existit in nauis per diuinam virtutem, & simul eodem tempore insidet in equo: hic enim in nauis per accidens potest moueri versus Orientem ad motum nauis, & simul etiam moueri potest ad Occidentem, vel circulariter ad motum equi eum deferentis. Ad tertium, quanuis Paludanus, vbi supra num. 17. sine fundamento dicat aliquo modo moueri corpus Christi, quando incipit esse in hoc Sacramento; quia habet nouum ordinem, nouumque respectum ad species sacramentales, quem antea non habebat: tamen communis opinio Theologorum contrarium docet, scilicet, hanc sacramentalem præsentiam acquirere, sine aliqua reali mutatione ipsiusmet corporis; sed solum per conuersionem, ac mutationem panis in ipsum; licet enim corpus Christi in se subiectet nouum respectum continentia passiuæ sacramentalis, id non est mutariam etiam nouas relationes acquirat sapenumero substantia, sine vlla sui mutatione: & quia licet in se subiectet transubstantiationem, quæ est mutatio substantialis; tamen propter illam non dicitur mutari, sed panis ipse propter transubstantiationem subiectatam in corpore Christi dicitur mutari, ac transubstantiari. Denique; quia, sicut corruptis speciebus, corpus Christi perdens esse sacramentale, quod in illis habebat, non desinit esse, nec dicitur mutari, sed permanet immotum in cælo, sicut antea, quemadmodum deciso membro anima desinens illud informare, non dicitur mutari, sed permanet immota in aliis membris, in quibus antea erat; etiam corpus Christi acquirens nouum illud esse sacramentale, quando primò incipit esse sub sacris speciebus, non dicitur mutari propter acquisitionem eius. Neque obstat id, quod ait Diuus Gregorius in cap. *Quòd si sanguis de consecrat. distinct. 2. in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem velos aperiri, & suprema, & ima sociari*. vbi videtur dicere, corpus Christi de cælo moueri ad hostiam: nam hæc apertio cælorum metaphoricè est intelligenda, in quantum, scilicet, per mysterium, quod Sacerdos operatur, præparatur fidelibus aditus ad cælestia, & ius ad illa acquirunt, vt docet Glossa illius capituli, & Gabriel lect. 47. super Canonem: ita enim ima sociantur summis. Sic etiam, cum in Symbolo fidei dicimus: *Descendit de cælis, & incarnatus est*. non intelligimus, Deum descendisse localiter de cælo in vterum Virginis; sed ibi nouum effectum incarnationis operatum fuisse.

8. Durand.

Paludan.

D. Greg.

Glos. Gabriel.

9. Ochamus.

Scotus. Soar.

Ad quartum argumentum, quod magis vrget, quanuis Ochamus in 4. quæst. 5. concedat, omnem actionem, & passionem conuenire Christo in hoc Sacramento existenti, ac si ibi esset circumscripuit, id est, totus in toto, & pars in parte hostiæ, sicut substantia panis: tamen communis opinio Theologorum est in contrarium, scilicet, corpus Christi hic existens sacramentaliter, nec calefieri, nec rarefieri, nec condensari, nec per se, nec per accidens, alterari speciebus, per huiusmodi mutationes. Ita docet Scotus in 4. distinct. 10. & Soar. quæst. 1. art. 6. Ratio autem diuersitatis, quare, scilicet, mouetur localiter per accidens, ad alterationem specierum, ea est; quia qualitates, quæ sunt termini alterationum, talis naturæ sunt, vt non possint nec

per accidens rem denominare, nisi illi intrinsecè adhareant: nihil enim nec per se, nec per accidens est calidum, nisi in se habeat calorem ab agente extrinseco: vnde fit, vt ad calefactionem specierum non possit corpus Christi calefieri in hoc Sacramento existens, idem de rarefactione, & condensatione: at verò, quia corpus Christi dicitur esse in loco specierum, non per hoc: quod in se habeat intrinsecè vbiuationem ipsarum specierum; sed per hoc, quòd loco extrinsecè per species coniungatur; inde fit, vt ad motum localem specierum, per accidens possit localiter moueri; sicut anima rationalis existens in corpore per accidens localiter mouetur, ad motum corporis; quia est capax loci extrinseco, in quo ponitur corpus: non tamen per accidens calefit, ad calefactionem corporis; quia non est capax caloris, in quem tendit calefactio.

10. Sed oppones; Corpus Christi non subiectat in se motum localem, nec vbiuationem specierum, sed à motu locali specierum denominatione extrinseca dicitur moueri localiter: ergo etiam non subiectans in se calefactionem specierum à calefactione earum extrinseca denominatione dicitur per accidens calefieri. Neganda est consequentia: quia, cum motus localis specierum non solum ponat species in alio, & alio loco, sed etiam ponat ipsummet corpus Christi in illis locis specierum, inde fit, vt propter illum motum dicatur corpus Christi per accidens moueri: at verò, quia calefactio specierum tantum ponit calorem in ipsis speciebus, & non in corpore Christi, inde fit, vt non dicatur per accidens calefieri.

11. Ad fundamentum Scoti dices, nullo modo esse admittendam illius doctrinam, nimirum, quando Sacramentum localiter mouetur, Christum sua voluntate seipsum mouere, non enim hoc genere locationis saluantur ea, quæ in Euangelio, & in cap. *Ego Berengarius. de consecrat. distinct. 2.* dicuntur de hoc Sacramento: si enim Christus ipse sua voluntate se moueret ad os, & stomachum, non diceretur comedere corpus Christi, sed solas species, talisque motus non esset actio comedentis, sed esset actio ipsius Christi: sicut non diceretur quis comedere Angelum coniunctum pani, si Angelus per seipsum se intrinsecè in os & stomachum, comesto pane. Ad ipsius argumentum respondeo, quòd, quando aliquid voluntariè coniungitur alteri, tunc quidem voluntariè causante aliquem nexum inter illa, motu vno per se, alterum per accidens mouebitur; quanuis mobile improportionatum sit mouenti propter nexum, quo coniunguntur: sicut patet de anima mota per accidens ad motum corporis propter colligationem, quam habet ad corpus, quanuis sit improportionata mouenti. Ad exemplum Angeli responderet Caieranus, si Angelus per tres horas statuat se coniungere lapidi, in eoque operari, propter nexum hunc agentis ad patientem, mouens lapidem etiam moueret per accidens ipsum Angelum lapidi coniunctum.

12. Sed rogabis primò, vtrum corpus Christi existens in hoc Sacramento possit naturaliter, localiter moueri ab intrinseco, id est, ab anima Christi? Est varius modus respondendi. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 53. sect. 1. §. *Dico primo*. fol. 769. col. 2. responderet negatiuè: quia nec motu progressiuo, nec motu simplici, & impulsiuo hoc fieri potest. Non motu progressiuo: quia non potest anima mouere corpus suum motu progressiuo nisi per membra organica: his autem membris organicis in hoc Sacramento vti non potest: ergo intentum: nam naturalis motus requirit extensionem horum membrorum in loco, ita vt in diuersis locis partia-

libus existant, & vnus impellat aliud: membra autem corporis Christi non existunt hoc modo in hoc Sacramento. Non motu simplici & impulsiuo: quia duobus modis potest à nobis hic motus impulsiuus intelligi, scilicet, aut per aliquem vehementem impulsus, & contactum physicum; & hoc modo non potest moueri corpus Christi virtute naturali ab anima Christi, prout prædictum corpus in hoc Sacramento existit; quia contactus physicus supponit existentiam quantitatiuam in loco corporis, quod mouetur: corpus autem Christi non existit in hoc Sacramento, quantitatiuè extensum: aut per imperium efficacius voluntatis habentis huiusmodi virtutem motiuam, sibi proportionatam, & hic modus mouendi est præter virtutem naturalem ipsius animæ informantis corpus: non enim potest anima solo imperio suæ voluntatis corpus de loco in locum mouere, mouendo, scilicet, vnã partem mediante alia: nec totum per se primò. Nam, licet corpora gloriosa propter dorem agilitatis solo imperio suæ voluntatis tota simul moueantur; tamen hoc excedit naturalem virtutem animæ. Vnde constat, non posse corpus Christi existens in hoc Sacramento moueri ab intrinseco ab ipsa anima Christi in opinione Soarij: nam, quanuis anima Christi in Eucharistia possit habere actiones spirituales voluntatis, & intellectus, quæ ad spatium extrinsecum non habeant respectum, vt docet Scotus in 4. distinct. 10. quæst. 7. tamen cum motus localis dicat intrinsecè hunc respectum ad spatium extrinsecum, idè non potest moueri corpus Christi hic existens, vt constat, ab ipsa anima Christi. Alij tamen docent, motum localem non dicere intrinsecè respectum ad spatium extrinsecum; nec etiam mutare ipsum spatium, esse moueri localiter; sed tantum acquirere aliam atque aliam relationem continentia in spatio, postèque corpus Christi moueri immediatè in hoc Sacramento existens ab anima Christi, non quidem organicè, id est, mouendo prius vnã partem, nimirum, cor, & per hanc aliam, & per aliam, aliam; sed non organicè, id est, mouendo simul totum ipsum corpus hic sacramentaliter existens: nam, cum in hoc Sacramento omnes partes corporis Christi sint simul, & vna non distet ab alia; non apparet, qua ratione per vnã partem mouere aliam organicè, non organicè verò mouendo simul totum corpus, cur non poterit naturaliter illud hic existens mouere: nam corpus Christi, eò quòd hic fit, non perdit potentiam executiuam motus, quam antea habebat; & anima Christi sit sufficiens imperare: vnde, cum anima Christi sit sufficiens motrix, & corpus eius aptissimum mobile, & dote agilitatis donatum, probabiliter dici potest, posse corpus Christi sacramentaliter in Eucharistia existens non organicè moueri. Ita docet Ochamus in 4. distinct. 10. & Gabriel lectione 47. in Canonis; & Scotus vbi supra, affirmantes, fortè hac potentia mouendi non organicè vltimè fuisse animam Christi in hac vita, quando è manibus Nazarenorum, volentium illum præcipitem agere de supercilio montis, elapsus est; Lucæ 4. non quidem per motum progressiuum, mouendo prius vnã partem, deinde aliam, sed mouendo primò totum ipsum corpus simul, vt diximus. Ceterum, quanuis opinio Scoti probabilis sit; tamen, cum anima non soleat mouere localiter corpus, nisi mouendo prius vnã partem, à qua incipit motus, magis intelligibile est, quòd moueat localiter ipsum corpus organicè, id est, prius cor, deinde mediante corde alias partes; satisque est, ipsas partes in ordine ad totum esse distantes, vt mediante vna, reliquas mouere possit: & sic opinio Soarij videtur aptior

Scot.

Ochamus. Gabriel.

& probabilior, propter illius fundamenta, atque adeo in ea dicendum est, corpus Christi in Eucharistia sacramentaliter existens non posse localiter, naturaliter immediate moveri, ab intrinseco, id est, ab ipsa anima Christi; sed tantum per accidens ad motum specierum sacramentalium, ut probatum habet.

13.

Sed rogabis etiam, an corpus Christi hinc sacramentaliter existens possit per se & immediate naturaliter moveri ab aliquo agente naturali extrinseco, id est, primario illi imprimendo motum, & non per species. Respondeo negatiue: quia agentia naturalia non possunt mouere alia corpora, nisi vel trahendo, quod faciunt, præuiam aliquam qualitatem, alterationem, vel impressionem in illa emitendo; vel impellendo, quod faciunt per contactum physicum: neutro autem ex his modis possunt mouere corpus Christi immediate, & per se: ergo, &c. nam neque illud possunt tangere, ut num. 1. huius capitis diximus, neque alterare, cum alteratio supponat corpus quantitatum: ergo neutro modo moueri potest. Solum quæstio esse potest de Angelo, an ille mouere possit ipsum corpus Christi immediate naturaliter, primario, illi imprimendo motum non speciebus: nam Angeli possunt mouere corpora sine contactu physico per virtutem suam solo voluntatis imperio, nec solum corpora, sed etiam spiritus mouere possunt; cur ergo etiam non poterunt mouere corpus Christi hinc existens, si supernaturali virtute non resistat? Responder tamen Soarius, Angelos non posse hinc immediate & per se corpus Christi mouere, sed solum mediate & per accidens motis speciebus. Ita ille tomo 3, disputatione 53, sectione 1. §. Dico quarto. fol. 770. colum. 1. Fundamentum illius est: quia dupliciter intelligi potest corpus Christi hinc posse moveri. Primum pure priuatiue, amittendo, scilicet, præsentiam, quam hinc habet; & nullam aliam acquirendo: & hoc non potest fieri ab Angelo: quia huiusmodi mutationis genus non potest fieri per actionem positiuam: necesse est enim, ut omnis actio positua tendat ad aliquem terminum: solum ergo hoc mutationis genus potest fieri per negationem & subtractionem concurrentis causæ conseruantis: Angelus autem nullum influxum habet in hanc præsentiam corporis Christi conseruantium illius, à quo ipsa præsentia pendeat. Secundò positiuè, efficiendo, scilicet, in corpore Christi aliam præsentiam incompatibilem huic, & sic mutando illud: sed neque ad hoc habet Angelus virtutem naturalem; quia illa præsentia est supernaturalis huic corpori, & ideo non potest fieri ab Angelo virtute naturali: nullo ergo modo potest Angelus virtute naturali immediate, & per se mouere corpus Christi hinc existens; poterit autem mediate, & per accidens, id est, motis speciebus.

14.

Certum ergo est, corpus Christi, ut sacramentali, & supernaturali modo in Eucharistia existit, nihil pati posse ab extrinsecis agentibus sola virtute naturali operantibus. Ita docent communiter Doctores, Diuus Thomas 3. part. quæst. 81. art. 4. Scotus in 4. distinct. 10. quæst. 9. & vtraque horum Doctorem schola. Richardus in 4. art. 5. quæst. 2. Paludanus ibi. quæst. 4. Capreolus quæst. 4. artic. 3. ad argumentum Scoti contra primam conclusionem Agidius theoremate 46. de Eucharistia. Carthusianus quæst. 4. Marsilius quæst. 8. artic. 3. Soarius tomo 3, in 3. part. disput. 53. sect. 2. §. Secunda sententia. & §. Dico ergo primo. col. 1. fol. 772. Primum, quia modus quantitatus & connaturalis existendi in loco, est conditio per necessaria

Soar.

D. Thom. Scot. Richard. Paludan. Capreol. Agidius. Carthus. Marsil. Soarius.

ad huiusmodi actiones & passiones: quia hæc naturalia agentia agunt per contactum partis ad partem. Vnde, cum corpus Christi hinc supernaturaliter existat, sine quantitate, non connaturali modo, inde est, quod nec quicquam agere, nec pati possit ab extrinsecis agentibus, aut in extrinseca agentia sola virtute naturali operantibus. Secundò, quia corpora non patiuntur naturaliter, nisi per quantitatem: sicut nec etiam agentia naturalia agunt immediate per substantiam, aut in substantias; sed per quantitatem, & in quantitatem. Vnde, cum corpus Christi, prout est in hoc Sacramento, sit per modum substantiæ, & vicem substantiæ panis suppleat, inde est, quod media tantum quantitate panis actionibus externorum agentium subiiciatur: ergo prædicta agentia externa solum possunt agere in hoc corpus Christi, existens in hoc Sacramento, ratione quantitatis panis; non verò in corpus Christi, & in quantitatem eius immediate, & secundum se. Tertio, quia actiones naturalium agentium, cum sint transeuntes recipiuntur in passo, sicut & termini eorum: omne autem, quod recipitur, ad modum recipientis accommodatur: ut ergo aliqua actio alicuius agentis externi possit recipi in corpore Christi, deberet recipi ad modum illius: ita ut sicut ipsum est indiuisibiliter præsens, & totum in qualibet parte; ita actio vel qualitas, quæ in eo fieret, acciperet similem indiuisibilitatem, & tota esset præsens in qualibet parte spatij, seu specierum sacramentalium: sed nullum agens naturale potest efficere actionem suam, vel terminum eius, cum tali modo existendi: ergo intentum. Sicut enim corpus naturaliter postulat modum existendi in loco extenso; ita etiam qualitates, & passiones illius: & sicut hic modus existendi, totus in tota hostia, & totus in qualibet parte illius, est supernaturalis corpori Christi; ita est etiam supernaturalis qualitatibus, & actionibus illius: agentia autem naturalia nihil supernaturale efficere possunt virtute naturali.

15.

Sed dices, hæc bene probare, non posse corpus Christi supernaturali & sacramentali modo in hoc Sacramento existens aliquid pati ab agente extrinseco: sed, cur non poterit ipsum corpus tali modo hinc existens, naturaliter habere actionem aliquam transeuntem in extrinsecum corpus: nam actio transiens, & passo recipitur in patiente: non verò in agente: vnde sit, ut necessariò recipiatur ad modum patientis, & consequenter, ut participet modum naturalem existendi eius: non enim est necessarium, ut inducat modum existendi agentis; quia non est in illo, sed ab illo: ab eo autem, qui existit modo supernaturali, cur non poterit manare actio corporali modo extensa & recepta in passo? Nihilominus respondeo, de facto constare, corpus Christi non alterare species sacras, sub quibus est, nec corpus recipientis ipsum, aut tangentis, quod non est tribuendum soli Christi voluntati: non enim sunt multiplicanda miracula sine causa: ergo est tribuendum impotentia corporis operandi hoc modo. Deinde, quia modus agendi naturaliter sequitur modum essendi: vnde, cum corpus Christi hinc sit supernaturali modo, agere naturaliter non poterit: vnde non potest naturalem actionem habere in corpus extrinsecum. Ita, & optime, responder Soarius citatus dicto tomo 3, in 3. p. D. Thom. disp. 53. sect. 2. §. Dico secundo. col. 1. fol. 773.

Soarius.

CAPVT VI.

Utrum corpus Christi, prout hinc sacramentali & supernaturali modo existit, videri possit ab oculo corporeo, saltem glorificato, aut ab Angelo cognosci.

SVMMARIVM.

Explicatur status questionis. num. 1. Modus existendi corporis Christi in Eucharistia, nec per diuinam potentiam in se videri potest, nec etiam ab oculo corporali Christi ibi existentis. num. 2. An Angelus, vel anima separata, cognitione aliqua naturali possit cognoscere supernaturalem modum existentia corporis Christi in Eucharistia. num. 3. Proponuntur, ac soluntur rationes Scoti contrarium afferentis. num. 4. Quid sit esse supernaturale accidentaliter, & essentialiter. num. 5. Vno hypostatice, lumen gloria, & visio beatifica, est quid supernaturale essentialiter. ibid. Per cognitionem supernaturalem duobus modis potest supernaturalis & sacramentalis modus existendi corporis Christi in hoc Sacramento cognosci, primò in visione beatifica, secundò per speciem à Deo de illo infusam intellectui beato. num. 6. An corpus Christi hinc existens naturaliter videri possit ab oculo corporali glorificato. num. 7. An supernaturaliter videri possit. ibid. Anima rationalis quare dicatur calefieri, & tritari calefacto & afflicto corpore. num. 8. Proponuntur & soluntur aliquæ obiectiones. num. 9. & 10. Probabile est, per potentiam diuinam posse videri corpus Christi in hoc Sacramento existens oculo corporali glorificato. num. 11. Refertur, & explicatur opinio contraria. num. 12.

1.

Quæstio hinc proposita, vel potest procedere de visione modi supernaturalis, quo existit corpus Christi in Eucharistia, vel de visione corporis Christi existentis in ipsa Eucharistia sub hoc modo supernaturali: & vel potest etiam intelligi de potentia Dei absoluta, vel de naturali & ordinata visione. His ad intelligentiam negotij positis.

D. Thom.

Soar.

Caiet.

Dico primò: Nullus oculus corporalis, nec etiam oculus corporalis Christi actu videt, aut videre potest, nec etiam per diuinam potentiam, modum existendi corporis Christi in hoc Sacramento. Est doctrina communis Doctorum. Ita docet D. Thomas 3. parte, quæst. 76. art. 7. ad secundum. Soarius tomo 3, in 3. part. disput. 53. §. Dico primò. sect. 4. fol. 775. col. 2. Caietanus ad locum D. Thomæ, & alij communiter. Probat manifestissima ratio: quia modus existendi corporis Christi in hoc Sacramento non cadit sub obiectum visionis potentia: solum enim obiectum visus, est lucidum, aut coloratum: modus autem iste, nec lucidus, nec coloratus est, cum sit supernaturalis: implicat autem contradictionem, posse eleuari potentiam, & ferri extra suum obiectum: vnde, cum hic modus, nec sit color, nec lux, nec lucidus, nec coloratus; & præter lucem, aut colorem nihil videri possit; inde fit, ut nec de potentia Dei absoluta fieri possit, ut visus per se primò in hunc modum feratur: quia omnino repugnat, ut huiusmodi vitales potentia, extra sua subiecta adæquata ferantur: hic autem mo-

duo continetur sub obiecto adæquato visus: quia neque est lux, nec color, nec per se lucidum, aut coloratum, sed est quidam modus supernaturalis conueniens substantiæ, ut sic, & concomitanter potens conuenire, tam quantitati, quam cuiilibet qualitati. Dices: Corpora gloriosa Sanctorum erunt configurata corpori claritatis Christi, ut ait Paulus ad Philipenses 3. sed oculus Christi videt hunc modum existendi corporis Christi in hoc Sacramento: ergo pari ratione quilibet alius oculus gloriosus potest hunc modum videre existendi corporis Christi in hoc Sacramento. Responder D. Thomas 3. part. quæst. 76. artic. 7. ad 2. oculum corporalem Christi videre ipsum Christum sub hoc Sacramento existentem; non tamen videre posse ipsum modum existendi, quo est sub hoc Sacramento; quia id pertinet ad solum intellectum: nec tamen simile esse de alio oculo glorioso; quia etiam ipse oculus Christi est sub hoc Sacramento, in quo non conformatur, aut configuratur ei oculus alius gloriosus, cum sub hoc Sacramento esse non possit. Sed, an corpus Christi sub hoc Sacramento existens videri possit oculis corporeis etiam glorificatis, infra videbimus num. 7.

D. Thom.

3.

Dico secundò: Nec intellectus angelicus, nec anima separata per cognitionem aliquam naturalem, potest cognoscere modum supernaturalem existendi Christi sub hoc Sacramento. Conclusio est D. Thomæ, & Caietani in 3. parte, quæst. 76. artic. 7. est etiam Alensis 4. part. quæst. 40. membr. 3. artic. 8. §. 1. Durandi in 4. distinct. 10. quæst. 4. Paludani artic. 2. concl. 2. Capreoli dicta distinct. 10. quæst. 4. artic. 3. Soarij tomo 3, in 3. part. disput. 53. sect. 5. aliàs 4. §. Nihilominus. fol. 780. col. 2. Soti ibidem, quæst. 1. art. 7. concl. 4. Probat facile: quia cognitio naturalis tantum se extendit ad ea, quæ splendent, ac relucent in speciebus intelligibilibus Angeli, vel animæ separata: sed in illis non relucent modus omnino supernaturalis, & excedens capacitatem ipsius intellectus: ergo non potest ab huiusmodi intellectibus naturaliter cognosci, sicut nec etiam mysterium incarnationis.

D. Thom.

Caietan.

Alens.

Durand.

Paludan.

Capreol.

Soar.

4.

Hæc, quantum vera sint; nihilominus oppositum sentit Scotus cum sequentibus in 4. distinct. 10. q. 8. & Maior. ibid. q. 5. & Gabriel lect. 45. in Canone, his rationibus fundatus. Primum, quia modus hic est accidentaliter corpori Christi, quod est obiectum per se intellectus: modus autem accidentaliter, obiecti per se alicuius intellectus, non impedit cognitionem ipsius obiecti: ergo hic modus non impedit, quominus cognoscatur corpus Christi, prout hinc existit sub isto modo, vel ab ipso intellectu angelico, vel ab intellectu animæ separata. Sed ad hoc argumentum respondetur, si aliquid probat, etiam probare intellectum hominis viatoris posse intelligere naturaliter modum existendi corporis Christi in hoc Sacramento; quod tamen ipse Scotus negat: neganda tamen simpliciter est minor, si modus sit supernaturalis: tunc enim naturaliter non erit cognoscibilis; non quia in se habet excellentiorem cognoscibilitatem, ut ait Caietanus: sed, quia est altioris ordinis. Secundò, quia ens creatum est obiectum adæquatum intellectus: sed tam substantia corporis Christi, quam hic modus existendi est ens creatum: ergo percipi potest ab intellectu creato naturaliter. Respondeo, negando antecedens, si sit sermo de obiecto adæquato cognoscibili naturaliter: neque enim hic modus continetur sub obiecto naturaliter cognoscibili alicuius intellectus etiam angelici; quantum absolute continetur sub obiecto cognoscibili supernaturali cognitione. Tertio, quia intellectus creatus potest

Scot.

Maior.

Gabriel.



potest cognoscere naturaliter præsentiam substantiæ panis: ergo & eius absentiam in hoc Sacramento: ergo existentiam corporis Christi loco eius ibidem. Neganda est hæc vltima consequentia: non enim, si ibi non est substantia panis, necessariò sequitur, vt loco illius sit ibi corpus Christi: posset enim Deus conseruare illa accidentia sine subiecto, non ponendo ibi suum corpus: sicut conseruat modò abscque eodem subiecto ponendo illud. Quartò, quia anima, vbicunq; est, cognoscit se naturaliter: ergo anima Christi cognoscet se esse in Eucharistia: & per consequens, cum existentia corporis Christi ibidem sit ratio existentie animæ Christi, naturaliter anima Christi cognoscet corpus suum ibi existere: ergo etiam & quæcunq; anima id cognosceret separata à corpore. Respondeo, animam Christi, vbicunq; est, naturaliter seipsam cognoscere, & suum corpus; non tamen modum existendi sui corporis in hoc Sacramento cognoscere, sicut vnita hypostaticè Verbo seipsam cognoscit; non tamen naturaliter cognoscit modum hypostaticæ vnionis. Quintò, & vltimò, quia naturale, & supernaturale solum dicunt intrinsecum respectum, & habitudinem ad agens; quia primum fit per causas naturales; secundum verò à Deo: at verò produci à Deo, vel à causa naturali, non variat rationem cognoscibilitatis: nam homo productus immediatè à Deo, sicut Adam, & homo genitus per causas naturales, eiusdem sunt cognoscibilitatis: ergo existentia corporis Christi in hoc Sacramento, etsi sit supernaturalis, tamen naturaliter erit cognoscibilis.

Pro solutione huius vltimi argumenti notandum est, duobus modis aliquid dici supernaturale: vel accidentaliter, & quoad modum faciendi, quando, scilicet, aliquid factum est à Deo supernaturaliter; sed talis est natura, vt fieri etiam possit à causis naturalibus, vt Adamus, & visus restitutus cæco, & pes claudus: vel essentialiter, quando, scilicet, talis est essentia, vt ex suo genere requirit ad sui productionem, virtutem supernaturalem; sicut vnio hypostatica, lumen gloriæ, & modus existendi sacramentalis: supernaturale ergo accidentariè, & primo modo non variat rationem cognoscendi: supernaturale verò secundo modo & essentialiter variat rationem cognoscendi: nam, si essentia talis est, vt nullo modo, nisi supernaturaliter, possit produci; lumine etiam supernaturali cognosci debet, non naturali.

Dico tertio: Per cognitionem supernaturalem duobus modis potest intellectus creatus videre, seu cognoscere modum existendi supernaturalem corporis Christi in hoc Sacramento, & ipsum corpus Christi ibi existens: primo, per visionem beatificam in essentia diuina: secundo, per speciem supernaturalem creatam & infusam à Deo intellectui beato. Est probabilis ista sententia. Ita docet D. Thomas, & Caietanus 3. part. quæst. 76. art. 7. Scotus in 4. distinct. 1. quæst. 1. art. 7. §. Contra secundam conclusionem. Soarius tomo 3. in 3. part. disputat. 53. sect. 5. §. Secundò supponendum. fol. 778. col. 2. Gabriel lect. 45. super Canonem, in fine, & alij passim. Probat primò: quia probabile est, Beatos in patria habere claram visionem huius mysterij, quod in via tanquam quid maxime difficile per fidem crediderunt cognitione quadam consueta, vt possint dicere cum propheta Psalmo 45. *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum.* Nec solum illi Beati, qui in hac via expressam fidem huius mysterij habuerunt, illud expressè in verbo & essentia diuina visione beatifica videbunt, vt vult Gabriel allegatus; sed etiam omnes Beati habebunt hanc claram visionem, vt optimè

D. Thom.  
Caiet.  
Scotus.  
Soarius.  
Gabriel.

animaduertit Soarius item allegatus quia hic effectus ex diuinae providentiæ statuto pertinet ad generalem perfectionem illius status beatifici: magis enim videtur hoc pertinere ad perfectionem huius status, quam videre genera, & species rerum omnium naturalium, quod passim omnibus Beatis conceditur: neque enim verosimile est videre solum hoc mysterium omnes, qui in lege gratiæ saluantur: Angelos verò, & sanctissimos illos Patres antiquos non videre illud, solum quia in via expressam fidem, & reuelationem huius mysterij non habuerunt. Probat secundò: quia potest Deus creare propriam speciem supernaturalem, representantem Christum Dominum, & modum existendi illius in hoc Sacramento, & modum, quo accidentia existunt sine substantia panis, & eam alicui intellectui creato infundere, & dare insuper lumen, & auxilium vsui talis speciei accommodatum; & in hoc genere scientiæ & cognitionis supernaturalis nulla est repugnantia: nam probabilissimum est hoc genus scientiæ supernaturalis, & hanc speciem supernaturalem, habuisse animam Christi, & habere Beatam Virginem in statu gloriæ, vt docet Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 53. sect. 5. loco citato, & §. allegato.

Hactenus vidimus, quatenus naturaliter, vel supernaturaliter videri possit, aut cognosci ab intellectu beato modus supernaturalis & sacramentalis existendi corporis Christi in hoc Sacramento: nunc videndum est, an ipsum corpus Christi ibidem sub hoc modo existens naturaliter videri possit oculo corporeo, saltem glorificato, aut ab intellectu beato cognosci. Et in primis dico primò, naturaliter non potest videri corpus Christi in hoc Sacramento existens ab oculo corporali, præscindendo ab hoc modo præsentie supernaturalis, quantumvis ipse oculus corporalis sit glorificatus. Ita docet Diuus Thomas 3. part. quæst. 76. artic. 7. & in 4. distinct. 1. quæst. vnica, art. 4. quæst. vnica. 1. Soarius tomo 3. in 3. part. disput. 53. sect. 4. §. Dico secundò col. 2. fol. 776. Alensis 4. part. quæst. 40. membr. 2. artic. 8. §. 2. Gabriel lect. 47. in Canonem: Scotus distinct. 10. quæst. 5. & 9. Paludanus ibidem quæst. 10. vltima, conclus. 5. Richardus art. 4. quæst. 1. & alij. Et probabile est etiam iuxta Soarium allegatum, de potentia Dei absoluta id ipsum repugnare. Probat, quia, vt supra diximus cap. 5. num. 15. corpus Christi hic existens nullam potest habere naturalem actionem transeuntem: ergo non potest aliquam speciem visibilem in medio, vel oculo etiam glorificato imprimere: ergo non est naturaliter visibile; quia visio corporalis, naturaliter fit per hoc, quòd ab obiecto emittantur species in potentiam, & vsque ad potentiam visiuam: hæc autem emissio naturaliter fieri non potest, nisi obiectum visibile sit naturaliter & quantitatiuè extensum in ordine ad medium: cum autem corpus Christi in hoc Sacramento existens sit modo supernaturali indiuisibile, & totum in toto, & totum in qualibet parte hostiæ consecratæ, & non sit quantitatiuè extensum in ordine ad medium extrinsecum, non potest naturaliter hic videri, nec ab oculo glorificato. Deinde, quia videri obiectum non viso modo eius præsentie est omninò impossibile naturaliter loquendo: sed modus præsentie, & existentie corporis Christi, in hoc Sacramento naturaliter videri non potest, imò nec etiam per diuinam potentiam, vt probauimus in prima conclusione: ergo neque etiam videri ibi poterit corpus Christi. Tertio, quia, si oculus à Deo eleuatus per diuinam potentiam posset videre corpus Christi naturaliter, vel illud videbit sub speciebus consecratas, vel abstrahendo ab illis, & ab omni loco & præsentia: non primum,

Soar.

7.

D. Thom.

Alensis.  
Gabriel.  
Scotus.  
Paludanus.  
Richard.

primum, quia si videtur corpus Christi sub speciebus: ergo formaliter, & per se videtur, vt sub eis præsens: ergo videtur præsentia, quam sub illis habet, quia ipsa præsentia est formalis ratio existendi ibi. Deinde, quia Christus sub speciebus non videtur vt extensus: ergo non videtur pars eius sub parte specierum, & totus in totis: ergo videtur totus sub singulis partibus: ergo necesse est, vt modus præsentie videatur. Non secundum, quia corpus Christi, nec de potentia Dei absoluta potest videri ab oculo corporeo abstrahendo ab speciebus, seu à loco & præsentia specierum: repugnat enim hoc materiali sensui, alioqui posset etiam eleuati oculus ad videndum colorem in communi, abstrahendo ab hoc & illo indiuiduo coloris: item, quia actus videndi est visio intuitiua, aut per modum intuitionis: de ratione autem intrinseca visionis, & cognitionis intuitiua est, vt tendat in rem, vt actualiter existentem, & sub conditionibus existentia.

8. Sed oppones primò: Anima rationalis indiuisibiliter existit in corpore, tota, scilicet, in toto, & tota in qualibet parte illius; & tamen calefacto, ac læso corpore tristatur, & affligitur, ita vt agens extrinsecum lædens corpus, per redundantiam etiam lædat animam, & causet tristitiam in voluntate illius: ergo, quantum corpus Christi indiuisibiliter existit in hostia totum, scilicet, in tota, & totum in qualibet parte ipsius hostiæ, agens extrinsecum, dum agit in hostiam, per redundantiam quandam agere poterit in ipsum corpus Christi. Respondeo, negando consequentiam. Et ratio diuersitatis est: quia anima rationalis est forma corporis, & actu illud informat, & idèd per redundantiam tristatur & affligitur, lætatur & gaudet, affecto corpore, vel ad tristitiam, vel ad gaudium: corpus autem Christi non est forma specierum sacramentalium, neque actu illas informat; sed sub illis lætatur, vnde ad læsionem & alterationem specierum, lædi, aut alterari non potest.

9. Oppones secundò: Angelus indiuisibiliter in spatio aliquo potest illud illuminare, & aërem illius spatij condensare; hoc enim modo assumit corpus phantasticum, ex aëre, scilicet, condensato; nam Angelus motor cæli indiuisibiliter assistens cælo mouet illud, & imprimi virtutem motiuam in cælum: ergo corpus Christi existens in hostia consecrata poterit illud spatium extrinsecum illuminare, quòd habet, quatenus est corpus glorificatum, & poterit speciem sui transmittere in aërem sibi vicinum, aliaque in eo transmutationes causare. Respondeo, Angelum in aëre non producere lucem virtute sua immediatè, non enim habet virtutem immutandi corpora secundum formales transmutationes: sed secundum illas, quæ sequuntur ex virtute motiua locali. Quòd si indiuisibiliter existens in cælo imprimi virtutem motiuam cælo, causa est, quia cum sit spiritualis, & indiuisibilis, ille modus existendi est naturalis, consequenter secundum illum modum existendi potest imprimere virtutem motiuam localem: at verò corpus, quia extensum est, & diuisibile, non habet modum existendi indiuisibiliter tanquam modum sibi naturalem, & idèd secundum eum modum existendi non potest qualitates corporales in aliud corpus producere.

10. Oppones tertio: Corpus Christi in hoc Sacramento existens habet omnes qualitates visibiles, quas habet in cælo: existere autem illas in puncto indiuisibili in hoc Sacramento, non videtur collere, quominus possint aërem proximum immutare, quia virtus vnita fortius agit, & fortior est se ipsa dispersa: ergo, provt est in hoc Sacramento,

non potest videri. Respondeo, ad hanc visionem, vltra virtutem actiuam ad emittendas species, requiri in obiecto visibili debitam approximationem, seu applicationem agentis ad patiens, secundum modum proportionatum naturæ corporis, & hunc modum esse per extensionem, & contractum quantitatum ad passum extrinsecum, qui contactus in corpore Christi, provt hic indiuisibiliter existit, nec datur, nec dari potest.

Dico quintò: Probabile etiam est, per potentiam diuinam supernaturalem fieri posse, vt oculus corporalis videat corpus Christi in hoc Sacramento. Ita videtur docere D. Thomas in 3. part. disput. 76. art. 7. ad secundum: vbi dicit, oculum corporalem Christi videre ipsum Christum in hoc Sacramento: ergo & alius oculus corporalis, saltem glorificatus: & id docet in 4. distinct. 10. quæst. vnica, art. 4. quæst. vnica. 1. Scotus ibi, quæst. 1. art. 6. & Scotus ibi, quæst. 2. art. 4. & alij. Probat, quia, vbi datur obiectum alicuius potentie ab ea percipibile, quantum detur impedimentum aliquod, ob quòd illa potentia non possit illud naturaliter percipere; tamen potest Deus supernaturaliter eleuare illud obiectum, vt diffundat species in medium, & in organum ipsius potentie: neque enim implicat fieri huiusmodi visionem, vel producente Deo immediatè speciem quandam representantem ipsum suum corpus hic existens in oculo hominis, quam debebat producere ipsum obiectum; vel eleuando ipsummet obiectum, vt supernaturaliter producat speciem in aërem; quantumvis ipsum obiectum non sit quantitatiuè extensum, sed sit indiuisibiliter totum in toto, & totum in qualibet parte hostiæ consecratæ: si enim probabile est posse Deum eleuare ignem Inferni, vt nullo producto calore in corpore animam cruciet, & affligat, sicut cruciaret, si calorem in corpore produceret; cur non ita poterit eleuare obiectum, vt producat speciem in aërem, ad quem nullum habet contactum quantitatum: & quantumvis Scotus citatus non admittat hunc vltimum modum immisionis specierum ab obiecto; tamen non videtur repugnare.

Scio tamen, hanc conclusionem non admittere Paludanus in 4. distinct. 10. q. vlt. concl. 1. nec Richardus eadem distinct. 10. art. 5. q. 1. nec Capreolus ibi, q. 4. art. 3. in solutione ad 6. contra primam conclusionem, eò quòd corpus Christi existat in hoc Sacramento modo spirituali, & supernaturali: si enim per nullam potentiam est factibile, vt oculus corporalis videat Angelum ibi existentem; à fortiori etiam non videbit corpus Christi. Verum ratio hæc, vt iam dixi, parum concludit: quia Angelus non est obiectum potentie visuæ, vt est corpus Christi, modus autem supernaturalis, quo corpus Christi in hoc Sacramento existit, solum impedit ac facit, vt naturaliter non videatur, vt patet.

11.

D. Thom.

Scotus.

12.

Paludanus.  
Richard.  
Capreol.

## CAPVT. VII.

De apparentibus mutationibus, quæ in Eucharistia contingunt; an quando ibi miraculosè apparet caro, vel Puer IESVS, aut CHRISTVS, sit ibi verè corpus Christi.

## SUMMARIUM.

Certum est, in Eucharistia aliquando dari varias apparitiones.

num. 1.  
Ob

- Ob quam causam à Deo fiant. num. 2.
- Quid faciendum, ut cognoscatur, an à Deo, an à Dæmone procedant. ibid.
- Quando fiant à Deo. num. 3.
- An quando species sacramentalis, & corpus Christi ibi esse desinit, conservanda sit ea caro, & sanguis, quæ miraculosè apparet. num. 4.
- Ha apparitiones duobus modis fieri possunt, vel per miraculosam immutationem specierum in visiva potentia, vel per mutationem obiecti. num. 5.
- Quid faciendum, ut cognoscatur, quomodo fiant. ibid.
- Miraculum Scalabitanum fit per mutationem specierum in visiva potentia. ibid.
- Vnde cognoscendum has miraculosas apparitiones per immutationem obiecti fieri. num. 6.
- Quando huiusmodi apparitiones miraculosæ sunt, id credendum fieri, quod facilius est. num. 7.
- Quando hæc apparitiones fiunt per mutationem specierum in visiva potentia, manet corpus Christi, & sanguis illius sacramentaliter sub speciebus sacris. num. 8.
- Quæ adoratione est adoranda caro, quæ ibi apparet. num. 9.
- Refertur opinio Caietani asserentis, non manere in speciebus sacramentalibus corpus, aut sanguinem Christi, quando maior portio carnis, aut copia sanguinis ibi apparet, quam fuerit hostia, aut vinum. num. 10.
- An in his apparitionibus vera Christi caro, & sanguis in propria specie ibi sit, & in illis appareat. num. 11.
- Refertur prima opinio affirmans. ibid.
- Refertur secunda negans. num. 12.
- An saltem vera caro humana, aut verus sanguis ibi appareat. ibid.
- Solvuntur argumenta primæ opinionis. num. 13.
- An consumi debeant species sacramentalis, quando in illis caro, aut sanguis apparent. num. 14.
- An aliud sacrificium de novo inchoandum sit, si in Missa appareant. num. 15.

1.  
Pascha.  
Guimund.  
Soarius.  
Alens.

**I**N primis negari non potest, sæpe huiusmodi mutationes & apparitiones contingere, ut experientia testatur, & Doctores assuunt. Paschalius lib. de Euchar. cap. 14. Guimundus lib. 3. de hoc Sacramento: Soarius tomo 3. in 3. parte, disput. 55. sect. 1. fol. 789. col. 2. sine: nam, ut refert Alensius 4. parte, quæst. 40. membr. 3. artic. 4. ad dubitanti Religioso cuidam de veritate huius admirabilis Sacramenti apparuit Puer Iesus vs, corporis quantitate magnus, sub speciebus sacris: & in Vita beati Gregorii legitur, eum in Sacramento vidisse carneum digitum: & Darocæ in regno Aragoniæ sunt hodie corporalia, in quibus adhuc apparet hostia carnea sanguineis maculis interpuncta. Et in hoc regno Lusitaniæ Scalabitanum miraculum fama est celeberrimum, in quo multi ex toto regno hinc inde illuc confluentes multa vident, in speciebus sacramentalibus in ampulla reſervatis, imò potius confervatis, Angelorum manu fabricata, vitreæne, an crystallina, nescio; vtrumque enim refert, & vitrum, & crystallum.

2.  
Soar.  
Pascha.  
Gabriel.

Hæc autem miracula, ut notat Soarius allegatus, atque Paschalius, & Gabriel lect. 45. in Canonem, multis de causis contingere possunt. Vel enim contingere possunt ad augendam deuotionem & charitatem ardentem amantium Christum; vel ad consummandos, solidandisque eos in fide, qui de fide huius mysterij, ac Sacramenti, aut dubitant, aut vacillant; vel ad confundendos infideles huius veritatis impugnat ores; vel ob alias causas soli diuinæ prouidentia notas. Vnde, quando huiusmodi mutationes, apparitionesque in hostia consecrata, &

speciebus sacris visuntur, atque manifestantur, si à Deo fiant, semper in bonum finem ordinantur: si illusione Dæmonis, non ad confirmationem fidei, & in bonum finem, sed ad destructionem illius, deceptionem fidelium, ac malum finem diriguntur: talia enim semper opera Dæmonum sunt. Ad discernendum autem, an huiusmodi visiones à Deo fiant, vel à Dæmone, vel etiam an ex propria imaginatione, & debilitate cerebri procedant, (ex hac enim causa sæpe etiam procedere possunt,) prudenter considerandus est fructus visionis, dispositio videntis, effectus, & affectus visionis, & videntis, & alia circumstantiæ occurrentes: si enim relinquunt videntem tepidum, ac frigidum ad credendum, & ad amandum Christum Dominum, signum est à Dæmone procedere: si verò amorem, fidem, & affectum erga hoc mysterium, & Christum inibi existentem augeant, signum est, non à Dæmone, sed à Deo fieri.

Notandum etiam, huiusmodi apparitiones, & visibilia signa inuisibilis præsentia Christi, vel posse fieri cum visibili præsentia imaginis Christi, aut carnis, vel sanguinis illius: ut, quando circa species sacramentalis apparet splendor eximius, vel odor yndequaque effusus, maximus; vel audiuntur Angelici citharis, ac violis suauè modulantes, cantantesque; vel visuntur etiam adorantes Dominum, ut legitur apud Cyprianum libro de relapsis, & apud Chrysoſtomum lib. 6. de Sacerdotio: & in hoc casu raro interuenire potest illusio Dæmonis, si prænumeratæ circumstantiæ omnes concurrant: si verò vna, vel altera, facilius ibi reperiri poterit talis illusio, ad quod diiudicandum, ad affectum, quem relinquunt tales visiones, & ad effectum, ad quem inducant, & voluntatem mouent, & alliciunt, prudenter est attendendum, ut dixi. An autem ibi tunc permaneat corpus Christi, dicemus infra in numero 9. & 10. Fieri etiam potest, ut ipsæ species sacramentalis aliquando videantur suo impetu moueri, ut vel quando ab infidelibus proficiuntur in ignem, vel conculcantur; vel quando fortuito concepto igne comburantur templa, in quibus sacra Eucharistia asseruabatur, & ipsæ absque vlla læsione mouentur sursum. Similiter contingere etiam potest, ut huiusmodi sacra species lapidibus contendantur, pedibus conculcentur, in ignem coniciantur, & illæ intactæ, infractæque persistant. Item, contingere potest, ut propter indignitatem suscipientis, ita patenæ adhæreant, ut nec frangi, nec vi diuelli inde possint. Et in his omnibus casibus & similibus, ut optimè animaduerti Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 55. sect. 1. §. Est igitur. fol. 790. col. 1. certum est, hæc signa, & miracula fieri à Deo, & nulla tunc esse potest dubitandi ratio, manere ibi sub speciebus sacris corpus Christi Domini: quia nulla in eis tunc fit alteratio, mutatio nulla: quæ ad corruptionem accidentium panis, & sacrarum specierum sufficit.

Potest tamen contingere, ut successione temporis tractuque corruptantur prædictæ species, ita ut iam ibi nou maneat corpus Christi: & tamen nihilominus est conseruandum cum reuerentia maxima, id, quod exterius permanet, & in eorum loco succedit: tanquam monumentum, & testimonium prioris miraculi, ut optimè animaduerti Soarius citatus.

His notatis, docet optimè D. Thom. 3. parte, quæst. 76. art. 8. Caietanus ibi, & Soarius allegatus §. Quinto, obseruanda est distinctio, huiusmodi apparitiones duobus modis posse fieri; vel per solam immutationem oculorum videntium, potentia visua, aut organi corporei, aut medij manentibus immutatis speciebus sacramentalibus; vel per mutationem

3.  
D. Cyp.  
D. Chrys.

Soar.

4.

5.  
D. Thom.  
Caietan.

mutationem ipsius obiecti, seu sacrarum specierum. Et ad hoc cognoscendum duplex signum affert D. Thomas. Si ad breue tempus aliquid videtur, & non permanenter idem. Item, si non omnes circumstantes videant eandem rem; sed vnus vnâ, alius aliam, ut in miraculo Scalabitano huius regni Lusitaniæ contingit, in quo vnus Christum cruci affixum, alius ad columnam plagatum cernit, alius instar æterni Patris mirratum, digitisque sursum conspicit eleuatis, alij aliter aspiciunt; ita vt ex circumfusa hominum multitudine, pauci eandem figuram aspiciant, vt audio: quauis ergo attentè, & non cursim, (vt ferè omnes vident;) sed per aliquod spatium illud viderim, & semper hisce planè oculis vidi frustum carnis, instar orbicularis, rotundæque particulae, quadam illius parte instar coloris violacei, alia non ita violacei coloris, sed quæ magis ad album accedebat, suis maculis distinctum. Tunc quidem asserit D. Thomas, fieri has immutationes, & apparitiones miraculosas, non per mutationem obiecti, & specierum sacramentalium, sed per immutationem oculorum videntium. Et idem dicendum est de illa apparitione, immutationeque, quam Amphiloſchius in vita D. Basilij refert de quodam Iudæo, qui solitus erat aspiceret quendam infanulum, ad comedendum dari, quoties fideles communicabant: nam hæc etiam miraculosa apparitio, immutatioque, iuxta regulam, signumque D. Thomæ per immutationem oculorum fiebat, non per mutationem obiecti: si enim per mutationem obiecti fieret, profectò ab omnibus circumstantibus idem puer videretur: nisi dicas per nouum miraculum impedire Deum, ac efficere, ne immutato obiecto species illius ab aliis videantur; sed hoc est multiplicare tot miracula sine causa, quot sunt circumstantes, qui illius immutationem non vident. Quando autem dicimus mutationem fieri in potentia visua, eodem obiecto immutato manente, intelligendum est, quod id fiat, vel creando Deum nouum speciem illius rei, quæ videtur, oculisque imprimendo; vel modificando eas, quæ vel in ipsis oculis, vel in aëre iam existunt, ita vt per miraculosam illam creationem, modificationemque fiant ipsæ apparitiones.

Amphil.

6. Si autem omnibus aspicientibus idem semper appareat, vel saltem per longum tempus, tunc quidem, iuxta doctrinam D. Thomæ, signum est, visionem illam fieri per mutationem obiecti. Et ita docet etiam Soarius allegatus prædicto §. Quinto, obseruanda est distinctio. & hoc posterius signum certum est.

7. Primum tamen signum non ita certum videtur ab aliquibus Auctoribus: potest enim contingere, vt re vera mutetur obiectum miraculosè in hanc, & in illam formam, quæ oculis repræsentatur atque videtur, & statim redeat ad propriam formam, vt contigisse refertur Gabriel lectione 41. in Canonem, & Palatius in 4. distinctione 10. disputatione vltima, circa finem. Sed nihilominus signum à D. Thoma datum est moraliter certum, quia facilius est, visionem illam tunc fieri per mutationem, vel modificationem specierum in potentia visua, quam per mutationem obiecti: & quando ex circumstantiis aliud non constat, ita existimandum est fieri: nam in omnibus his rebus, quæ miraculosè apparent, id semper iudicandum est fieri, quod facilius est: & magis consentaneum apparentibus signis, & quod ad finem ipsius apparitionis est sufficiens, vt optimè animaduerti Soarius allegatus.

Gabriel.  
Palat.

8. Ex dictis colligunt primò Soarius citatus dicto §. Quinto, obseruanda. & Gabriel modò allegatus P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccles.

tus, & optimè, quando visiones & apparitiones fiunt, non per mutationem obiecti, seu specierum sacramentalium; sed per modificationem factam in visiva potentia, vel in speciebus in aëre existentibus, certum esse, Christum Dominum eodem modo manere præsentem sub ipsis speciebus sacramentalibus, atque antea erat: quia, vt supponimus, nulla fuit in eis facta mutatio. Colligunt secundo, non videri ibi veram carnem, aut sanguinem Christi, cum id, quod apparet, non sit in obiecto, sed solum appareat propter mutationem factam in sensu, & potentia visiva; licet contrarium sentiat Alensius 4. parte, quæstione 40. membr. 3. artic. 4. vbi dicit, esse veram carnem Christi in propria specie, qualem ostendit discipulis suis post resurrectionem: neque obſtare, quod non semper videatur totus Christus, sed aliqua pars eius, v. c. brachium, digitus, caput, aut cor: non obſtare etiam, quod nunquam Christus videatur in huiusmodi apparitionibus in ætate virili, sed infantili; quia in potestate corporis gloriosi est, se totum, vel partem, & in hac, vel illa specie, pueri, aut senis, & in magna, vel parua quantitate ostentare. Probat autem Alensius istam suam sententiam: quia, si caro non esset vera Christi caro, sed alicuius animalis, nullum profectò exinde veritatis argumentum educeretur ad probandam fidem huius Sacramenti: non enim tunc ostenderetur veritas, sed falsitas, nimirum, ostenderetur caro, vel sanguis, quæ videtur Christi, & re vera non sunt Christi, sed animalis: vnde necesse est, veram esse Christi carnem, & verum sanguinem, vt inde verum argumentum educatur ad hoc Sacramentum confirmandum. Dicendum tamen est, ex illa vera apparitione, & miraculo, quod tunc fit, verum argumentum deduci ad confirmandam veritatem huius Sacramenti, cum miraculosè ibi similitudo carnis, & sanguinis appareat, quæ apparitio vera est, & nullum in ea mendacium miscetur: nam in huiusmodi apparitionibus nullum mendacium reperitur: quia, licet in obiecto non sit id, quod sensui apparet; tamen ea apparitio, quæ in sensu fit, ad aliquam veritatem significandam ordinatur, nam, quando simulatio, inquit D. Augustinus lib. contra mendacium, cap. 9. ad aliquid verum significandum refertur, non est mendacium, sed veritas. Deinde, quia, si vera caro, aut sanguis Christi gloriosi & immortalis in his visionibus appareret, & non similitudo carnis, profectò iam ibi non existeret sacramentaliter corpus Christi, sed existeret in propria figura: quod non est dicendum; tum, quia adhuc manet ibi sacramentaliter corpus Christi sub illis apparitionibus; tum, quia, si diurnitate temporis species sacramentalis corruptantur, id, quod apparet & videtur caro, iudicio Episcoporum tanquam quid miraculosum in pyxide includitur, & asseruatur, venerationis causa: quod de vera Christi carne gloriosa, & in propria specie cogitare nefas est.

Alens.

D. August.

9.

Neque obſtat, si dicas, illam carnem pyxide includam adorari vera adoratione latriæ, quemadmodum adoratur Christus, vt inde inferas, veram esse Christi carnem: indignum est enim, carnem, aut sanguinem animalis, ea adoratione venerari. Respondet enim, adorationem, quæ ibi fit, non sistere in eo, quod ibi apparet; sed per illud tendere in veram Christi carnem, & sanguinem, & in verum Christi corpus in eo Sacramento larens, vel in propria specie existens: neque etiam concedendum est, ibi esse carnem animalis, si non est caro Christi, vt volebat Alensius; sed esse aliquid miraculosum, & verum, & diuinitus factum, quauis non sit vera caro, aut sanguis,

NN n sanguis,

sanguis, quod sufficit, ut adoratione lactiæ adoretur, vel quia adhuc ibi corpus Christi sacramentaliter existit, vel quia, si non existit, tamen existit opus miraculosè factum: quod, ut iam dixi, iudicio Episcoporum in pyxide asseruatur causa reuerentia: & non est deceptio, aut illusio sensus, quia fit à Deo in figuram cuiusdam veritatis, ad ostendendum, scilicet, per hoc miraculum in Sacramento Eucharistiæ verum esse Christi corpus. Ita respondet D. Thom. 3. part. quæst. 76. art. 8. in corpore. §. *Secundò, quia.* & Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 55. sect. 2. §. *Ad fundamentum.* fol. 292. col. 1.

D. Thom.

Soar.

10.

Caictan.

Caictanus verò ad prædictum articulum D. Thomæ alia via incedit: ait enim, si res apparens sit magnæ quantitatis, excedensque in magna parte dimensiones substantiæ panis, aut vini illarum specierum, si ibi sub ipsis sacris speciebus prædicta substantia adesset, ut si consecrato modico vino in fundo calicis appareat totus calix plenus sanguinis, aut si consecrata modica hostia appareat ingens portio carnis; tunc quidè ait non remanere ibi corpus, aut sanguinem Christi sub ipsis speciebus, quia in tanta quantitate, tamque excessiua carnis & sanguinis, impossibile esset verum corpus, & sanguis Christi: quia quantitas sanguinis Christi responderet quantitati vini, quòd in sanguinem conuertitur: & idèd, ait, necessariò tunc corrumpitur, ac desinunt ibi esse species sacramentales, & ad illarum definitionem definit etiam ibi esse corpus, & sanguis Christi, & producit noua substantia vini à Deo, quæ adoratur ea adoratione lactiæ, qua vestes Christi adorantur, quæ corpus Christi attigerunt. Sed hoc dici non potest: quia, si aliquando precibus ac meritis alicuius viri sancti non Sacerdotis iterum appareat figura hostiæ, vel quantitas sanguinis Christi, peterem ego à Caictano, quid actum esset de illa substantia de nouo à Deo miraculosè producta: non esset enim annihilata, ut patet, nec per illas preces, & orationes fieret conuersio illius substantiæ in corpus Christi, & quia hæc conuersio solum fieri potest à Sacerdote proficiente verba consecrationis, & quia corpus Christi iam antea ibi erat existens; nec esset transfata in alium locum, id enim nusquam apparet: ergo non produceretur ibi noua substantia. Dicendum ergo est, tunc rarefieri illas species sacras, & sub illis manere verum corpus, & sanguinem Christi, & miraculosè fieri illam apparitionem in oculis, ut supra diximus, & explicauimus num. 8. & 9.

11.

Restat ergo videre, an, quando huiusmodi apparitiones fiunt per mutationem obiecti, id, quod apparet, sit vera caro Christi, & verus sanguis illius; & an, quando Christus Dominus ibi videtur, videatur in se, & in vera, & propria forma, veræ ac propriæ carnis. Et hæc de re est duplex opinio. Prima docet, quoties per realem mutationem obiecti, seu specierum, apparet in hoc Sacramento caro, aut sanguis Christi, aut ipse Christus in figura pueri, aut hominis, reuerà ibi adesse verum Christum, & veram carnem; & sanguinem illius secundum propriam speciem. Ita docet Aletius 4. part. quæst. 53. membro 4. art. 3. Gabriel lect. 51. in Canon. Palatios dicta dist. 10. in 4. disputatione vltima, circa finem. Probat: quia hoc non implicat: quia potest idem corpus per diuinam potentiam simul esse in duobus locis, & in iisdem videri; & quia corpus gloriosum potest se se, prout voluerit, hoc, vel illò modo ostendere, in maiori, vel minori quantitate, in parte, vel in toto; & secundum hanc, non secundum illam partem: quod maximè verum habet in corpore Christi. Deinde, quia, si hic modus est possibilis, videtur esse conuenientior: quia hæc ostensio, vel fit in testimonium, & signum comprobatiuum existentie corporis Christi ibidem; quod tamen ibi non

Aletius.  
Gabriel.  
Palat.

existeret, & sic falsum esset tale testimonium, vel ad solatium & fauorem alicuius iusti, qui profectò verum solatium non haberet ex apparentibus signis & iudiciis, & non ex vera Christi carne. Tertio, quia illa caro, & sanguis, quæ miraculosè in his speciebus sacris apparet, adoratur, coliturque ab omnibus fidelibus adoratione lactiæ: ergo ibi est vera Christi caro quæ in propria specie apparet, alioqui non tam illustri cultu coleretur.

Secunda tamen & vera opinio docet, in apparitionibus huiusmodi non solum non videri Christum Dominum, aut carnem illius in se, & in propria specie: sed nec etiam ibi videri veram carnem, aut verum sanguinem, sed similitudinem quandam, quæ colore tantum & figura carnem, aut sanguinem referat. Quoad primam partem scilicet, quòd ibi non appareat, nec videatur verus Christus, aut vera caro illius in propria specie; id docet expressè D. Thom. 3. p. q. 76. art. 8. Richard. in 4. dist. 10. art. 5. q. 2. Durandus, Paludanus ibid. q. 4. Marfilus q. 7. a. 3. dub. 5. D. Antonin. 2. part. tit. 13. c. 6. §. 14. Egidius theoremate 23. & omnes Thomistæ, & Soar. tomo 3. in 3. p. q. 55. sect. 2. §. *Dicendum est.* col. 1. fol. 791. Quoad secundam verò partem, scilicet, quòd nec vera caro absolute, aut verus sanguis ibi appareat, sed similitudo illius, quæ colore, aut figura illum referat, docet idem Soarius citatus expressè §. *Secundò dicendum.* col. 2. Probatur primò quoad primam partem, ex ratione D. Thomæ: quia, vel hæc immutatio obiecti, & hæc apparitio, in qua videtur Christus, aut caro illius, diu permanet, ita ut sanguis, aut caro Christi semper ibi videatur, & in pyxide conseruetur, aut citò transit, & sacramentales species, eodem modo atque antea apparent. Si diu permanet, nefas est credere, id quod apparet, & in pyxide seruetur, esse carnem, aut sanguinem Christi in propria specie existentem, & reuerà non est verisimile: quia indecens est, & non est necessarium; tangi enim facillè potest, & contrèctari ab hominibus, quod valdè indecens est; & experientia docet diuturnitate temporis, mutari, & tabescere id, quod caro, aut sanguis esse videbatur. Vnde Gabriel, & Aletius concedunt, non esse carnem Christi, quando in eo talis mutatio fit: neque etiam est necessarium; quia neque ad excitandam fidem, commouendos animos, confirmandos, solidandòsque iustos in fide huius Sacramenti, neque ad confundendos Hæreticos id necessarium est: nam, si id tantum, quod in sensibus fit, consideretur, id sufficit ad totum hoc efficiendum, siue obiectum sensibile tale in se sit, siue non. Si citò transit, etiam rationes modò factæ in ea apparitione locum habent, & præterea probabilissimum est, non fieri tunc aliquam mutationem in obiecto, ut diximus num. 5. Deinde, quia difficillimè quis crederet, quando videt sanguinem ab hostia disfluere, illam esse verum & proprium sanguinem Christi extra venas Christi effulum, qui & bibi & tangi possit; & difficillimè etiam quis crederet, quando in hoc Sacramento videt frustulum carnis, illam esse veram carnem Christi: nam statim per se apparet indecentiæ, siue multum, siue breui tempore durent tales apparitiones. Probatur quoad secundam partem, quòd, scilicet, non solum non sit caro, aut sanguis Christi; sed etiam, quòd nec vera caro, nec sanguis sit; sed tantum id, quod caro & sanguis apparet: primò, quia hoc satis est ad confirmandos, solidandòsque infirmos in fide huius mysterij, ad confirmandos Hæreticos, & consolandos fideles, & ad probandam fidem huius Sacramenti. Deinde, quia nec credi potest illam carnem esse humanam, aut animalis, propter indecentiam; & quia, si apparitio citò transit, non fit mutatio in obiecto,

12.

D. Thom.

Richard.

Durand.

Palud.

Marfil.

D. Anton.

Egidius.

Soarius.

13.

ut sæpè dictum, ac repetitum manet; si diu durat, non est ad hoc apta vera caro, quæ citò corrumpitur, nisi speciali miraculo conseruetur: miracula autem non sunt multiplicanda absque causa: satis ergo est, ut ibi obiciatur aliquid affectum colore & figura carnis; quia color & figura adhæret ipsismet speciebus sacramentalibus, ut docet D. Thom. 3. p. q. 76. a. 8. quod est facillimum intelligere, quando id, quod apparet, est eiusdem magnitudinis, cuius erant sacramentales species; aut quando id, quod caro, aut sanguis apparet, est maioris quantitatis, quam sint species, factæ; sed non tantæ, ut multum illas excedat: quia tunc per rarefactionem sacratum specierum fieri id poterit: quando verò multò maius est augmentum carnis, aut sanguinis apparentium, necessariò tunc dicendum est, eam immutationem, siue illum colorem, & figuram, subiectari simul & in speciebus sacris, & in corpore circumstante, eò quòd ea abundantia & carnis & sanguinis apparentis ex corpore tunc circumstante, v. c. ex aère factas illas species ambiente fiet, corruptis fortè speciebus sacris.

13.

Fundamenta prioris opinionis ex dictis penè soluta manent: non negamus enim, corpus gloriosum posse se, prout maluerit, hominibus ostendere, aut in magna, aut in parua quantitate, aut secundum totum, aut secundum partem: dicimus tamen indecentissimum esse, corpus Christi, aut carnem Christi, aut sanguinem Christi in propria specie apparere, ita ut tractari, videri, & bibi possit ab hominibus. Ad secundum dicimus, quamuis possibilis sit hic modus apparitionis propriæ & veræ carnis, ac sanguinis Christi, in propria specie; non esse tamen decentem, aut conuenientem propter rationes assignatas. Nec id, quod adducitur de testimonio fidei, aliquid probat. Primò, quia, quantum mutatio fiat in obiecto; adhuc manent ibi sacramentales species, atque adèd verè sub illis existit corpus Christi sacramentaliter, in cuius existentia confirmacionem, illum miraculum adducitur; ad quam confirmacionem parum refert, quòd vera caro, aut sanguis Christi ibi appareat: sufficit enim, quòd appareat miraculum. Secundò, quia, si ibi corrumpuntur species sacramentales, & ad illarum corruptionem definit ibi esse corpus Christi, tunc quidem illud miraculum comprobatiuum est existentie Christi præterite, non presentis, ut patet. Ad vltimum respondeo, satis esse, quòd ibi appareat similitudo illa carnis, quæ tetigit species sacramentales, & loco illarum succedit, ut adoretur adoratione, cultuque lactiæ, quemadmodum adorantur vestes Christi, quæ illius corpus attigerunt: quia adoratio ibi non sistit in eo, quòd sensibiliter apparet; sed per illud transit ad verum corpus Christi, aut in Sacramento latens, aut in propria specie existens, ut optimè notat Soarius allegatus, §. *Ad fundamenta.*

14.

Sed quæres ad finem huius præcepti, quid agendum sit, quando apparent huiusmodi mutationes in Eucharistia. Respondeo in primis, esse illud frustulum carnis, aut illam quantitatem sanguinis in vase, aut pyxide includendam, & summa veneratione obseruandam in sacro ac decenti loco, ut coli, reuereri, ac adorari possit à fidelibus cultu lactiæ, ut dixi. Respondeo deinde, illas species sacramentales sub illa forma sanguinis, & carnis, non esse consumendas, quandiu sub tali forma sunt; & quia vsus Ecclesiæ illas in testimonium miraculi seruat; & quia sumi non possunt in ea forma, nisi cum magno horrore, & ingenti auersione naturæ; & quia tunc non ptopo-

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

nuntur sub specie cibi humani, panis, scilicet, aut vini, sub quibus tantum Christus Dominus sumi voluit. Ita docet D. Th. 3. p. q. 76. art. 8. & patet ex c. *De hac re.* de consecr. dist. 2. Non est tamen vllibi ab Ecclesiâ præceptum, ac prohibitum, ut non fumentur, ut optimè animaduertit Soarius tomo 3. in 3. p. disp. 55. sect. 4. fol. 793. col. 1. sine, fortè, quia posset esse minister, qui nullum haberet horrorem: seruanda tamen est Ecclesiæ consuetudo includendi illas, à qua non licet facillè recedere; præsertim cum hoc conducere possit ad maiorem fructum, & estimationem tanti miraculi, & ad maiorem huius Sacramenti reuerentiam, & ad vitandum omne periculum horrores, & vomitus. Hæc tamen intelligenda sunt, quandiu manent sub tali forma: quia, si ad priorem formam redeant, tunc non est dubium sumi posse; quia cessat horror, & periculum vomitus, & probabile est, non esse factam mutationem in speciebus, sed in oculis. Qua ratione colligit D. Thomas citatus, si mutatio appareret vni, & non aliis, posse species sumi ab illis, quibus non ita aparet: quia tunc ea mutatio non est facta in illis. Et id, ut refert Paschasius libr. de Euch. c. 14. contigit cuidam Sacerdoti pio ac sancto, qui, cum similem visionem conspexisset, rogauit Deum, ut ad formam Sacramenti rediret, quod posset sumere, atque ita factum est. Et similia legi possunt apud Petrum Diaconum in vita D. Gregorij Magni.


Paschas.

15.

Rogabis tandem, quid agendum sit Sacerdoti, si post perfectam consecrationem vtriusque speciei, talis videatur immutatio, & apparitio. Respondeo Soarius citatus, & optimè fol. 794. col. 1. si in aliqua parte nihil est immutatum, eam partem consumi posse, & hoc esse satis ad perfectionem sacrificij, & reliquam partem esse in pyxide asseruandam, venerationis causa, & in miraculi testimonium. Si autem nihil sacratum specierum panis, ac vini, sumi potest; tunc varia est sententia Doctorum: quidam enim aiunt, necessarium esse tunc ex præcepto diuino iterum de nouo consecrare, ut factæ species consumantur. Ita D. Anton. ex Alberto Magno in 3. part. tit. 16. cap. 6. §. 14. quia est præceptum diuinum de integrando, & perficiendo sacrificio: non potest autem perfici, nisi consumantur species factæ; quia consumptio est de essentia illius: & huic opinioni videtur fauere D. Thomas allegatus. Alij melius censent, in eo casu non necesse esse de nouo consecrare, quia tunc non potest impleri præceptum diuinum de integrando sacrificio, in ipso sacrificio de nouo facto: de nouo autem consecrare alias species non est prius sacrificium consummare, & integrare; sed est aliud inchoare, quod ex vi prioris consecrationis præceptum non est, prout nunc loquimur: nam aliunde, & per accidens, posset fortè oriri aliud præceptum, in quo necesse sit, aliud sacrificium inchoare: ut, v. c. præceptum audiendi Sacrum, aut communicandi infirmum extreme indigentem, qua de re hic non agimus; & fortasse verum est tunc ex præcepto audiendi Sacrum non oriri talem obligationem maximè in probabili illa opinione, quæ docet, consumptionem specierum non esse de essentia sacrificij. Ita communiter docent petiores, ut Soarius tomo 3. in 3. part. disp. 55. sect. 4. fol. 794. col. 1. qui contendit, ita esse explicandum D. Thomam: docent etiam Paludanus, Caictanus & Soar. in 4. dist. 13. q. 1. art. 4. Syluester verbo, *Eucharistia*, 3. in fine. Victoria in Summa, num. 70. Sed de his alibi egimus satis.

D. Anton.





TRACTATUS IN IV. ECCLESIAE PRAECEPTVM, DE IEIUNIO.

Maior.



EST late sumptum vocabulum, Ieiunium, extendatur etiam ad abstinentiam a peccatis, ut docet Maior in 4. distinct. 15. quæst. 3. & constat ex Isaia c. 58. Dicit Dominus: Nonne hoc est ieiunium quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe, &c. Et ex D. Hieronymo super Mathæum 17. vbi sic: Ieiunium (inquit) est non solum ab escis, sed à cunctis illecebris abstinere. Verùm hæc acceptio impropria quidem est, & spiritalis, ut notat Syluest. verbo Ieiunium, in principio, & D. Thomas 2.2. quæst. 147. art. 1. ad 1. & Turrecremata in cap. Sint tibi. de Consecrat. distinct. 5. ad 2. Si verò ieiunium strictius, & cogitatus sumatur, dimissis aliis diuisionibus, de quibus passim Doctores, & præsertim D. Anton. 2. part. art. 6. cap. 1. distribui potest in ieiunium naturæ, & ieiunium ecclesiasticum, & ieiunium virtutis, ut bene notat Richard. in 4. distinct. 15. art. 3. quæst. 1. Maior vbi supra, & Gabriel in eodem 4. distinct. 16. quæst. 3. ad principium.

D. Hier. Sylu. D. Thom. Turrecr.

D. Anton. Richard.

Maior. Gabriel.

LIBER PRIMVS.

De ieiunio.

CAPVT I.

De ieiunio in communi.

SVMMARIVM.

- Ieiunium unde dicatur. num. 1. Triplex est, natura, virtutis, præcepti Ecclesie. Natura quid importet. num. 2. Quid virtutis. num. 3. Quid sit ieiunium de præcepto Ecclesie, & eius definitio. num. 4. An ieiunium de præcepto Ecclesie sit actus virtutis, & qualis. num. 5. An deur aliquis cibus, quem ius natura prohibeat: quid de esu carnis humana in extremis. num. 6. Soluuntur argumenta suadentium, esum carnis humane non esse vetitum iure naturali in extrema necessitate. num. 7. & 8. An præter esum carnis humana sit etiam aliquis cibus, quem ius nature prohibeat. num. 9. An ebrietas sit peccatum mortale: refertur opinio negans. num. 10. Proponitur, ac sequitur affirmans. num. 11. Quid sit ebrietas. num. 1. vers. Probatur primò. Peccant lethaliter, qui alios malitiosè inebriant. n. 12. Quid sit ebrietas, & in quo consistat. num. 13. & n. 12. An ebrietas procurata de Medici consilio sit peccatum. num. 14.

- An ebrius peccet mortaliter, dum in ipsa ebrietate peccat. num. 15. An fiat irregularis, si tunc hominem occidat, vel miltet. num. 16. Quid, si malitiosè ab alio fuit inebriatus, & tunc hominem occidat. num. 17. Quid, si se ipse inebriat ea intentione, ut alium occidat. ibid. Quid, si in ebrietate arma solcat capere. ibid. Quid, si arma capere non consueverit in ebrietate, & nihilominus hominem occidat. num. 18. & 19. An ebrius delicta in ebrietate committens sit immunis à penis delictorum iure statutis. num. 20.

SI credendum est Innocentio, & Panormitano in rubrica de obseruatione ieiuniorum, cum quibus consentiunt Cardinalis, & Præpositus in cap. Denique. distinctio 4. Ieiunium dictum est à quodam intestino, quod vocatur ieiunium, quod semper est vacuum, & inane: nam ad instar illius dicitur ieiunium, quòd viscera vacua, subtilia, & exinanita relinquat: quod approbat etiam Syluest. verbo, Ieiunium, initio; spectat autem ieiunium ad parasimoniam, & temperantiam, quæ vna est virtus ex moralibus, ut infra patebit.

Dimissa ergo ea significatione, in qua ieiunium sumitur pro abstinentia à peccatis, iuxta illud Esaiæ 58, à nobis iam relatum: Nonne magis hoc est ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, visitatus, & proprius sumitur ieiunium circa cibum & potum: & hoc est triplex, videlicet, ieiunium.

Richard. Maior. Gabriel.

Gabriel. D. Thom. Soru. Led. Azor.

Couarr. Medina.

Gabriel. Richard.

Gabriel.

Definitio ieiunij ex D. Isidor. Palud. Abulen.

Card. Nauarr.

Gabriel.

Gabriel.

Couarr.

5.

ieiunium naturæ, ieiunium virtutis, ieiunium ex præcepto ecclesiastico. Ieiunium naturæ importat omnimodam abstinentiam à cibo, & potu: & hoc modo, cum dicat puram priuationem, nec in finem bonum referatur, nec virtus est, nec actus virtutis, ut sic, ut rectè affirmat Richardus in 4. dist. 15. artic. 3. quæst. 1. Maior ibidem quæst. 3. & Gabriel in eodem 4. distinctio 16. quæstione 3. ad initium. Et huiusmodi ieiunium naturæ, seu hæc abstinentia ab omni cibo, & potu, omnique gustabili, requiritur etiam ex præcepto ad Eucharistiæ sumptionem: oportet enim extra articulum mortis, vbi Eucharistia sumitur per modum Viatici, ut quis ad illam sumendam accedat ieiunus naturaliter: & quo sensu non est pura priuatio, sed est actus religionis præceptus ab Ecclesia, ad maiorem venerationem tanti, ac tam admirabilis Sacramentis: autem ieiunus est naturaliter, & dicitur, qui nihil profus bibit, vel edit; quæ omnia docent Gabriel dicta q. 7. D. Thomas 3. p. q. 80. artic. 8. Soru. in 4. dist. 12. q. 1. art. 8. Ledes. 1. 4. q. 2. 1. artic. 8. Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 8. initio, §. Ne seorsum. probaturque ex cap. Ex parte. de celebr. Missarum.

Ieiunium virtutis denotat abstinentiam à cibo, & potu, iuxta regulas temperantiæ; ita scilicet, ut homo id sumat, quod ad vitam, debitamque corporis valentiam sit opus: & cum varia sint hominum genera, variæ complexionones, variæque locorum diuersitates, medium circa quod versatur temperantia, habet quandam latitudinem, nec consistit in indiuisibili: cibus enim, qui in vno erit excessus, in alio non erit, ut optime notatur Couarr. libr. 4. var. resolut. cap. 20. numer. 1. vers. 2. Medina de ieiunio, in principio, & alij: & huiusmodi ieiunium virtutis, ut rectè etiam adnotarunt Gabriel, & Richardus vbi supra, non curat, an semel, seu pluries in die cibus, potusque sumatur: siquidem per hoc non soluitur, si excessus non addatur; sed solum curat, ne fines temperantiæ transgiantur: & hoc pacto, omnibus semper, ut ait Gabriel, ieiunandum est: nunquam enim in cibo, & potu licet excedere rationis temperantiæque regulam.

Ieiunium denique Ecclesie, de quo nobis sermo futurus est, prout à D. Isidoro definitur, est parasimonia virtus, abstinentiaque ciborum. Quam definitionem sequitur Paludanus in 4. dist. 15. in principio: abstinentia, inquam, secundum ritum ab Ecclesia introductum, ut explicat Abulensis Matth. 6. quæstione 124. ad 4. in quo sensu eadem definitio satis est de mente Cardinalis in rubrica de obseruatione ieiuniorum, & de mente Nauarr. in Manuali, cap. 21. numer. 11. & cum ea concordat alia, quam ponit Gabriel in 4. distinctio 16. quæstione 3. ad principium, quæ sic habet: Ieiunium Ecclesia est abstinentia à cibo, potusque, secundum regulam ab Ecclesia institutam. quanquam taxandus sit vehementer Gabriel, dum illam particulam adiungit, & potu, nec enim ieiunium Ecclesie, potus etiam vini abstinentiam includit, ut inferius constabit cap. 2. numer. 19. qua ratione taxandus est etiam Couarruias lib. 4. resolutione cap. 20. numer. 1. vers. 6. dum inquit, ieiunium ecclesiasticum non solum in hoc versari, ut à superfluis cibus, & potibus abstinereamus; sed etiam ab aliis, quæ salua virtute temperantiæ nobis licerent. Sic ergo definiti potest ieiunium proprie: Est abstinentia à cibus, secundum regulam, & statutum Ecclesie. Abstinentia à cibus ponitur loco generis, reliqua loco differentie. Approbatio huius definitionis, seu potius descriptionis, & illius intelligentia patebit in toto discursu materie.

Est autem ieiunium, etiam in hac acceptione, P. Steph. Fagundez in quinque præc. Eccl.

actus virtutis temperantiæ, ut ait D. Thom. 2. 2. D. Thom. quæst. 147. artic. 1. Abul. vbi supra quæst. 125. & est Abul. communis, ex Medina de ieiunio, quæst. de qualitate Medina. ieiunij, vbi satisfacit plerisque in contrarium adductis: est, inquam, actus virtutis temperantiæ, ut rectè deducit D. Thom. modò allegatus, & Turrecrem. D. Thom. cap. Sint tibi. de consecrat. dist. 5. artic. 1. Ex quibus patet, satis vile esse ecclesiasticum ieiunium. Enimverò, etsi nihil aliud ei conueniat, quàm quoddam sit virtus; magnam laudem, magnamque vtilitatis prærogatiuam id secum affert, ut rectè ait Medina Medina. citatus; cum tamen pleròque etiam spirituales effectus atque vtilitates operetur, quales sunt, vitia comprimere, mentem in Deum eleuare, virtutesque alias elargiri, ut Ecclesia canit in præfat. Quadragesimæ, & deducit D. Thomas 2. 2. quæst. 147. artic. 1. Couarruias vbi supra, vers. 7. & omnium, quos viderim latissimè, Abulensis Matth. 6. quæstione 174. Abul. qui vndecim vtilitates commemorat ex ieiunio pronenientes. Sed de his effectibus, & vtilitatibus ieiunij fortè aliquid dicemus infra in cap. ultimo huius præcepti.

Circa ieiunium naturæ, & ieiunium virtutis, aliqua dubia mihi veniant in mentem, quæ necessariam expeditionem conuenienter requirunt. Primum est, an sit aliquis cibus, quem ius naturæ vefci prohibeat: Et videtur quidem, nullum esse: quod probatur primò ex Luca 10. vbi Christus Dominus: Quacumque (inquit) apponuntur vobis, comedite. Et Matthæi 15. idem Christus ait: Non quod intrat per os, coquinat hominem; sed quod procedit ex ore. Et infra: Que procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, &c. hæc sunt que coquinant hominem. Et D. Paulus item 2. Timoth. 4. In nouissimis (inquit) temporibus discedent quidam à fide, loquentes mendacium, prohibentes nubere, & abstinere à cibus, quos Deus creauit. Ex quibus testimoniis videtur concludi, nullum cibum esse, quem ius naturæ vefci prohibeat. Secundò, quia omnia creauit Deus ad esum, & obsequium hominis: quare ergo omnibus non licebit vefci, maximè in tempore necessitatis extremæ, aut quasi extremæ? necessitas enim, ut vulgo fertur, nullam habet legem.

Dicendum tamen est, aliqua nobis esse iure naturali prohibita, quæ in cibum absque peccato mortali sumi non possunt, etiam in extrema necessitate, veluti esus carnis humane. Ita docet expressè Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 33. quæstione 4. Azor. licet enim omnis creatura Dei sit bona, ut inquit D. Paulus vbi supra ad Timotheum 4. non tamen omnis est apta ad cibum, & esum: sunt enim quædam, quæ vel solo ductu naturæ bene institutæ, & non profus deprauatæ homines vefci auersantur, & respuunt, qualis est esus carnis humane. Vnde apud omnes etiam Gentiles pessimè audierunt semper illi, qui omnem humanitatem faciemque naturæ exeutes, tanquam bestiar, humanis carnibus vescerantur: hinc est, quòd apud M. Tullium inter præcipua Lucij Catilinæ facinora, numeratur illud, quod humani corporis sanguinem vino permixtum coniuratis suis non eruberit propinare. Secundò, quia ius sepulturæ, quod humanis eadaueribus debetur, est de iure naturali. Enimverò contra omnem intitam à natura pietatem, & humanitatem est, mortuos sepultura priuare: ita autem sepultura violat, qui mortuos non sepe lit, sed deuorat: ergo violat ius naturale. Dicit De iure naturali est, ut homo in extrema necessitate vitam tueatur: ergo, si nihil aliud cibi a manum tunc habeat, quàm hominis cadauer, NN n 3 prof

perfectò ius naturale non violabit, qui eo cibo ad seruandum ius naturæ, vitæ propriæ tuendæ vsus fuerit. Secundò, quia licitum est cuiquam sui occisorem, inuasoremque occidere: quia vim vi repellere iure naturæ licet: ergo, si licet illum occidere, vt vitam tueamur, cur etiam non licebit, occisi, ac demortui hominis carnes vesci, vt illam tueamur, maximè cum aliud remedium vitæ tuendæ non suppetit, nec peccatum occisionis tunc committatur? Tertio, quia ille contra ius naturale se perimit, qui oblato cibo, extrema fame urgente, non vescitur, & lethaliter peccat, si illo non vescatur: ergo lethaliter etiam peccabit, si eo cibo carnis humanæ oblato vescens non fuerit. Verùm, huiusmodi rationes patum videntur concludere: nam Carthusianus Monachus propter votum non potest licite, in extrema necessitate constitutus, vitam tueri esu carniarum; vt multi, ac grauissimi Doctores tenent, & non ob aliam causam, nisi quia de iure naturali est obseruatio voti sui: & quannis de iure naturali sit etiam conseruatio vitæ propriæ; tamen fortius præceptum naturale est obseruatio voti, quam conseruatio vitæ: ita etiam in nostro casu duo præcepta naturalia concurrunt, alterum est conseruatio vitæ, alterum abstinentia ab esu carniarum humanarum: & quidem fortius est præceptum naturali abstinentiæ ab hoc esu, cum contrarius actus edendi sapiat impietatem, quam præceptum naturale conseruandæ, ac tuendæ vitæ: & quando duo præcepta humana, aut naturalia concurrunt, si vtrunque simul seruari non potest, fortius tunc seruandum est, relicto minis forti, vt omnes fatentur Auctores.

7. Ad primum argumentum dico, fas esse eo casu vti cibo carnis humanæ, nisi alioquin iure naturali prohiberetur: vnde, cum ex præcepto iuris naturæ talis esus prohibeatur, & hoc præceptum sit fortius præcepto iuris naturalis tuendæ vitæ, idèd hoc seruandum, illud omittendum. Ad secundum respondeo, vim illam, quæ nobis ab extrinseco & per iniuriam ab iniusto inuasore inferitur, posse nos licite repellere occidendo prius illum: quia in ea circumstantia, ea occisio non est peccatum; sed est naturalis repulsio iniuriæ inferendæ: arefus carniarum occisi hominis ac mortui est prohibitus iure naturali; & alioqui in extrema necessitate non est repulsio iniuriæ extrinsecis inferendæ ab homine, sed est extrema quædam necessitas, ad quam expellendam non est licitum peccare. Ad tertium respondeo, nisi esus carniarum humanarum peccatum esset mortale, & prohibitum iure naturæ, licitum quidem esse, in ea circumstantia, quemadmodum licitus est etiam quicunque alius cibis iure naturæ non prohibitus: at, quia prohibitus est, idèd non licet.

8. Virgebis adhuc: Exemplum allatum de Monacho Carthusiano non conuincere: quia Monachus ille, dum vouit non edere carnes licitas, etiam in articulo mortis, præuidit quidem futurum onus, cui sponte se submisit: & ille, qui in extrema necessitate tuendæ vitæ est constitutus, nullam præuisionem habuit circa esum carnis humanæ, nec etiam præuidit, an tunc obligaret, vel non obligaret præceptum naturale prohibens esum illum: vnde videtur esse diuersa ratio vtrobique. Respondeo, obligationem hanc non esse constitutam in prædicta præuisione, vel non præuisione; sed in prohibitione iuris naturæ, quæ prohibitio in omni circumstantia etiam extrema necessitatis obligat. Vnde, si certum, & indubitatum esset, obligationem tuendæ propriæ vitæ per esum carniarum non prohibitum præualere contra obligationem naturalem seruandi votum

emissum in professione; & Monachus hoc præuidisset, & nihilominus votum emisisset, perfectò peccaret mortaliter, & votum non valeret, quia se voluisset voto ad peccatum obligare: ergo signum euidentis est, non provenire huiusmodi obligationem ex ipsa præuisione; sed ex ipsa materia præceptorum, & ex obligatione naturali illorum, vt consideranti patebit.

Hic etiam rogari potest, an præter hunc esum carnis humanæ, & extra grauem, aut extremam necessitatem tuendæ vitæ corporalis, sit etiam aliquis alius cibis prohibitus iure naturæ, ita vt lethaliter peccet ille, qui illo vsus fuerit, cum possit alius vii. Azor tomo 1. Instit. moralium, libr. 7. cap. 33. quæstione 4. initio, asserit, negari non posse esse aliquos cibos, licet aliqui communes, quos tali, vel tali modo acceptos, & præparatos citra peccatum ipso naturæ lumine ducente vesci non possumus. Exemplum ponit in homine, qui absque vlla necessitatis causa crudas, & adhuc sanguine imbutas carnes edit, & luporum, aut coruorum more deuorat, & addit: *Quis enim liberum à vitio, & culpa hunc hominem putet?* Non tamen expresse declarat, an peccatum mortale committat, sed satis indicat, in prædictis verbis lethale esse. Ego tamen credo, hoc ex se, & ex obiecto peccatum lethale non esse; quannis possit esse mortale ex circumstantiis; quando, scilicet, eo esu grauius læderetur valetudo, aliàs non: quæ enim causa esse potest, ob quam dicamus esse peccatum lethale? Nulla profecto. Imò addo, nec veniale esse, si vsitatum sit apud aliquam prouinciam carnes crudas, aut semicrudas edere, vt Parthorum mos est, qui in bello à dorso equi, cui insident, carnes crudas deferre solent, quas Solis æstu semicostas edunt, vt referunt graues Auctores. Itali etiam nonnulli vescuntur piciculis & sardinis solo sale, fumoque duratis: & Germani nonnulli eosdem pisces siccos, & pernas pingues frustulatum cæfas in cibos sumunt: nemo autem dicit, hos omnes peccare mortaliter: neque enim omnes nationes eodem modo vesci omnia debent. Præterea, nonnulli Æthiopes, vt refert Auctor navigationis Hollandorum, intestinis gallinarum crudis vescuntur, quod provenit ex calidissima hominum complexione, & ex naturali sympathia, quam habent cum crudis cibis. Vnde, etsi apud aliquas nationes id vitio vertatur propter non vsuum, non credo tamen, secluso scandalo, & damno valetudinis esse peccatum lethale, sed tantum veniale: apud alias vero, nec veniale quidem.

10. Contra ieiunium virtutis temperantiæ insurgunt etiam aliqua dubia. Primum est, an ebrietas sit per se peccatum, si nullum ex ea periculum imminet: quia, v. c. talis est ebrius, vt nihil vnquam mali perpetret, aut quia præcauet, ne quid mali ex ea contingat, se intra domum abscondendo, & clandestinum ostiis abdendo: sunt enim nonnulli, qui tunc existiment, non esse peccatum mortale, maximè ex partibus Aquilonis. Probant primò: quia seclusis extrinsecis periculis, quæ satis præcaueri possunt, non est per se malum ad tempus se priuare vsu rationis, vt patet in eo, qui absque vlla necessitate, solùm ex mera voluptate, quam ex somno capit, vult dormire, & se ad tempus vsu rationis eo somno priuare. Secundò, quia odoratu alicuius liquoris potest quis vsu rationis priuari, & quis tunc dicit peccasse mortaliter? Tertio, quia D. Augustin. serm. 4. asserit, ebrietatem esse peccatum mortale, si assidua est: ergo, si non sit assidua, non erit peccatum mortale, ex D. Augustino.

11. Dicendum tamen, ebrietatem, quannis assidua non sit, esse peccatum mortale ex se, & præcisè, ac seclusa omni ratione periculi futuri. Ita docent commu

Lessius. Valent. communiter Doctores. Lessius tomo 1. de iust. lib. 4. cap. 3. de ebrietate, dub. 3. n. 13. Valentia 2. 2. disput. 9. q. 3. de peccatis temperantiæ oppositis, punct. 2. littera B. D. Thom. 2. 2. q. 150. a. 1. Caietanus ibidem, artic. 2. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 33. q. 4. §. *Dubia quæstio est.* Sylu. verbo, *Ebrietas*, num. 2. & idèd ebrietatem, tanquam graue, imò grauissimum peccatum, condemnant sancti Patres. Basilius homilia 14. vbi dicit, ebrium indignum esse misericordiae: quia spontaneo seruit Dæmoni, id est, peccato: & hom. 1. de ieiunio, *Ebr etas*, inquit, *Spiritus sanctum propellit.* Et D. Chrylost. homil. 37. ad populum Antiochenum, vbi ebrietatem Diabolum, & ebrium, amiũ Diaboli appellat D. Ambros. in lib. de Helia, & ieiunio, cap. 14. vbi ita ait: *Certe (inquit) veneno caro vulneratur, vino mens: ebrietas ad corporis sanitatem, menti etiam crimen adiungit.* Et D. Aug. sermone. 231. de tempore, vbi ita ait: *Quicumque (inquit) penitentiam de ebrietate non egerit, in æternum profecto peribit.* Et D. Hieronym. cap. 5. epistola ad Galatas: *Ebriosis (inquit) regnum Dei non possidebunt.* Probatur primò: quia ebrietas est voluntaria & violenta priuatio vsu rationis, ex immoderato potu causa voluptatis assumpto, & in hoc distinguitur à somno: quia, licet somnus sit voluntaria priuatio vsu rationis; nunquam tamen est violenta, sed naturalis: datus est enim somnus à natura homini ad resciciens vires corporis, ad confortandum, roborandumque cerebrum: vnde, etiam si quis se voluntarie pro somnum vsu rationis priuet, est longe diuersa ratio in priuatione rationis per ebrietatem: quia per ebrietatem, etiam si vel assidue, vel semel tantum voluntarie exerceatur, semper quis violenter priuatur vsu rationis, propter excessiuam operationem delectabilem in potu: id, quod intrinsecè est malum, & valdè disconueniens naturæ. Secundò, quia ebrietas est opposita illi speciei temperantiæ, quæ vocatur sobrietas; ac proinde, sicut sobrietas versatur circa operationes delectabiles moderatas tactus & gustus, qui inuenitur in potu; ita etiam ebrietas eius oppositum versatur circa eadem operationes immoderatas: in hoc enim consistit ebrietas, & illius culpa, iuxta D. Thomam citatum, quòd scienter ex potu plus capitur, quam necesse est, siue quòd immodico, ac immoderato potu ad voluptatem ebrii vtuntur. Dices: Somnus etiam potest esse immoderatus, & contra sobrietatem, ac proinde in illo etiam, cum plus sumitur quàm necesse est ad vires corporis reparandas, peccatum mortale erit. Respondeo, somnum non esse propriè, & formaliter contra temperantiam, neque aduersari sobrietati: sobrietas enim, & temperantia propriè versatur circa operationes, & actiones comedendi, & bibendi; ac proinde nunquam in immoderato somno dari propriè peccatũ contra temperantiam. Deinde, illum somnum ita immoderatum dico provenire naturaliter ex nimia humiditate hominis. Vnde, etiam si ille somnus absolutè sumptus, & secundum se sit nimius, & immodicus; nõ tamen est immodicus respectu talis hominis affecti tanta humiditate: ebrietas autem propriè, & formaliter consistit in potu nimio, & immoderato, non quomodoocunque, sed habita consideratione ipsius personæ bibentis. Probatur tertio: quia, quannis quis præcaueat mala extrinseca, quæ ex ebrietate solent provenire, abdendo, & claudendo se intra domũ & cubiculum; nunquam tamen potest præcauere prauas cogitationes, & incontinua libidinis, quæ ex ipsa ebrietate ebullire penè semper, & pullulare solent tanquam à fonte nativo.

12. Atque ex his patet peccare etiã mortaliter eos, qui vino, aut potatione conantur alios ad ebrietatem adducere, quòd violenter illos vsu rationis ad tempus

13. Quando autem dicimus, ebrietatem consistere in potu immoderato, per quem violenter priuatur quis vsu rationis, intelligimus id non solum de potu vini, sed etiam de quocunque alio gustabili liquore: intelligimus etiam per ebrietatem non qualencunque ebrietatem; sed talem, quæ ita priuet hominem vsu rationis, & cum ea violentia, vt non sit in hominis potestate, aut arbitrio, vilo medio, & remedio adhibito redire ad vsum rationis, cum voluerit; sicut est in arbitrio hominis, cum se somno tradit & quieti, ad vsum illius redire, aliquo adhibito, qui se ab illo excitet, cum opus fuerit. Præterea dicimus, etiam ebrietatem consistere in potu eò vsuque immoderato, vt quis per illũ vsu rationis violenter priuatur: nam, si ad hanc priuationem non peruenitur, non est propriè, ac formaliter ebrietas, atque adèd nec peccatum mortale ex se, etiam si quis fiat aliquantò hilarior, & aliquantò perturbetur ipsius phantasia; & vt loquitur Caietanus in Summa, verbo, *Ebrietas*, etiam si ex perturbatione phantasia ei videatur, quòd domus gyretur in orbem: sed est tunc quædam crapula, siue intemperantia venialis, vt ibidem docet Caietanus, & colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 150. artic. 2. ad 2. & expresse etiam id docet Valentia dicta disputat. 9. quæst. 3. de peccatis temperantiæ oppositis, punct. 2. vers. *Irem diximus.* pag. 1799. Si tamen huiusmodi crapula exerceatur ex intentione directa, valdè parum abest à mortali sicut ibi cenfet Caietan. & Sylu. verbo, *Ebrietas*, q. 1. Sed tamen nec tunc quidem est mortale, iuxta Valentiam, vbi supra; quandoquidem neque est completa ebrietas, neque perfectè lædit rationem.

14. Est tamen dabilem, an ebrietas procurata ex consilio Medicorum propter sanitatem corporis, ad excitandum vomitum, ad tuendam, vel conseruandam valetudinem, sit peccatum mortale? Angelus, & Rosella verbo, *Ebrietas*, num. 2. aiunt esse peccatum mortale. Idem docet D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 3. §. 1. Tabiena verbo, *Ebrietas*, num. 4. Probant, quia non sunt facienda mala, vt enentiant bona. Deinde, quia ebrietas, cum sit per se mala, non videtur esse remedium aptum, & institutum ad sanitatem recuperandam: nam ad prouocandum vomitum, aliud remedium aquæ tepidæ conuenientius medicina inuenit. Caietanus tamen 2. 2. q. 150. art. 2. & 3. & in Summa verbo, *Ebrietas*, Syluest. verbo item, *Ebrietas*, q. 3. Armilla ibidem. n. 3. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 33. q. 4. vers. *Dubia igitur.* ad medium. Nauar. in Manuali Lat. cap. 23. n. 119. & D. Thoma 2. 2. dicta q. 150. a. 2. ad 3. Syluester rursus verbo, *Ieiunium*, q. 3. & Valentia vbi supra, sentiunt, huiusmodi ebrietatem propter sanitatem corporis ex consilio Medicorum procuratam, non esse peccatum mortale: nam, quannis simpliciter immoderatus potus non sit necessarius ad vomitum prouocandum, cum is possit prouocari per aquam tepidam, aut aliud remedium; tamen reuera, si aliquo alio modo, & respectu, de consilio Medicorum is nimius potus sit ad sanitatem necessarius, potest à mortali excusari. Primò, quia, cum id sit ex præscripto, & iudicio Medicorum, iam aliquis non formaliter, & ex intentione se inebriandi, inebriat; sed materialiter: sic

15. Angelus. Rosell. D. Anton. Tabiena. Caiet. Sylu. Armilla. Azor. Nauar. D. Thom. Sylu. Valent.

16. Atque ex his patet peccare etiã mortaliter eos, qui vino, aut potatione conantur alios ad ebrietatem adducere, quòd violenter illos vsu rationis ad tempus

17. Atque ex his patet peccare etiã mortaliter eos, qui vino, aut potatione conantur alios ad ebrietatem adducere, quòd violenter illos vsu rationis ad tempus

priuent: si enim peccatum mortale est ipsa inebriatio, vt hæcenus probauimus, etiam erit peccatum mortale ad illam alios incitare. Ita docent expresse Sylu. verbo, *Ebrietas*, n. 3. & Azor cum omnibus ferè aliis supra citatis num præcedenti. Imò de huiusmodi homine procurante ebrietatem alterius addit Syluest. semper lethaliter peccare, si sciens, & volens illam operatur, siue sequatur, siue non sequatur ebrietas in alio: quia consentit in malum & periculum notabile proximi.

18. Quando autem dicimus, ebrietatem consistere in potu immoderato, per quem violenter priuatur quis vsu rationis, intelligimus id non solum de potu vini, sed etiam de quocunque alio gustabili liquore: intelligimus etiam per ebrietatem non qualencunque ebrietatem; sed talem, quæ ita priuet hominem vsu rationis, & cum ea violentia, vt non sit in hominis potestate, aut arbitrio, vilo medio, & remedio adhibito redire ad vsum rationis, cum voluerit; sicut est in arbitrio hominis, cum se somno tradit & quieti, ad vsum illius redire, aliquo adhibito, qui se ab illo excitet, cum opus fuerit. Præterea dicimus, etiam ebrietatem consistere in potu eò vsuque immoderato, vt quis per illũ vsu rationis violenter priuatur: nam, si ad hanc priuationem non peruenitur, non est propriè, ac formaliter ebrietas, atque adèd nec peccatum mortale ex se, etiam si quis fiat aliquantò hilarior, & aliquantò perturbetur ipsius phantasia; & vt loquitur Caietanus in Summa, verbo, *Ebrietas*, etiam si ex perturbatione phantasia ei videatur, quòd domus gyretur in orbem: sed est tunc quædam crapula, siue intemperantia venialis, vt ibidem docet Caietanus, & colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 150. artic. 2. ad 2. & expresse etiam id docet Valentia dicta disputat. 9. quæst. 3. de peccatis temperantiæ oppositis, punct. 2. vers. *Irem diximus.* pag. 1799. Si tamen huiusmodi crapula exerceatur ex intentione directa, valdè parum abest à mortali sicut ibi cenfet Caietan. & Sylu. verbo, *Ebrietas*, q. 1. Sed tamen nec tunc quidem est mortale, iuxta Valentiam, vbi supra; quandoquidem neque est completa ebrietas, neque perfectè lædit rationem.

19. Angelus. Rosell. D. Anton. Tabiena. Caiet. Sylu. Armilla. Azor. Nauar. D. Thom. Sylu. Valent.

20. Est tamen dabilem, an ebrietas procurata ex consilio Medicorum propter sanitatem corporis, ad excitandum vomitum, ad tuendam, vel conseruandam valetudinem, sit peccatum mortale? Angelus, & Rosella verbo, *Ebrietas*, num. 2. aiunt esse peccatum mortale. Idem docet D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 3. §. 1. Tabiena verbo, *Ebrietas*, num. 4. Probant, quia non sunt facienda mala, vt enentiant bona. Deinde, quia ebrietas, cum sit per se mala, non videtur esse remedium aptum, & institutum ad sanitatem recuperandam: nam ad prouocandum vomitum, aliud remedium aquæ tepidæ conuenientius medicina inuenit. Caietanus tamen 2. 2. q. 150. art. 2. & 3. & in Summa verbo, *Ebrietas*, Syluest. verbo item, *Ebrietas*, q. 3. Armilla ibidem. n. 3. Azor tom. 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 33. q. 4. vers. *Dubia igitur.* ad medium. Nauar. in Manuali Lat. cap. 23. n. 119. & D. Thoma 2. 2. dicta q. 150. a. 2. ad 3. Syluester rursus verbo, *Ieiunium*, q. 3. & Valentia vbi supra, sentiunt, huiusmodi ebrietatem propter sanitatem corporis ex consilio Medicorum procuratam, non esse peccatum mortale: nam, quannis simpliciter immoderatus potus non sit necessarius ad vomitum prouocandum, cum is possit prouocari per aquam tepidam, aut aliud remedium; tamen reuera, si aliquo alio modo, & respectu, de consilio Medicorum is nimius potus sit ad sanitatem necessarius, potest à mortali excusari. Primò, quia, cum id sit ex præscripto, & iudicio Medicorum, iam aliquis non formaliter, & ex intentione se inebriandi, inebriat; sed materialiter: sic

etiam ille, qui reuelat in iudicio, dum testificatur, peccatum alterius; non formaliter detrahit, sed materialiter. Secundò, quia re vera ille potus in eo casu infirmitatis dici non potest immoderatus, cum respectu illius hominis ea necessitate affecti, sit necessarius; ac proinde, quauis absolute immodicus sit, non tamen respectu illius. Et hæc secunda sententia sic explicata videtur probabilior, & ex fundamentis illius soluantur fundamenta alterius: non enim in ea circumstantia ebrietas est mala intrinsecè, nec est potus immoderatus, vt dixi.

15. Quid verò dicendum est ad illam quæstionem, quam vtriusque Iuris Interpretes tractant, an scilicet ebrius rationis expertus peccet mortaliter, si in ipsa ebrietate peccata committat? Respondeo breuiter: si huiusmodi homo ante ebrietatem peccata præuidit, & animo proposuit, ea in ebrietate committere, sine dubio mortaliter peccat, dum animo ita proponit; non tamen postea peccat, dum actu illa committit; quia in ipso actu voluntariè non committit. Nec satis est, quòd ex priori voluntate proueniant huiusmodi actus peccaminosi: proueniunt enim ex illa naturaliter, & non liberè; & sic totum peccatum consummatum fuit in ipsa præuisione, & intentione, & voluntate peccandi per ebrietatem, non autem postea in ipso actu: quia actus ipsi non sunt tunc in ea circumstantia liberi, sed naturales; & sic nullam culpam habent, præter eam, quæ in voluntate, & causa præcessit. Ita docet optimè Azor tom. 1. Inst. moralium, lib. 7. c. 33. q. 6. & deducitur ex Ioanne Gutierrez lib. 7. q. canon. c. 4. à n. 95. & ex Nauarro c. 27. n. 230. ex Petr. Nau. lib. 2. in 2. edit. de rest. c. 1. n. 74. & 75. & ex alijs.

16. Huic quæstioni affinis est illa, an si ebrius in ebrietate hominem occidat, vel mutilet, irregularitatem incurrat: qua de re duas inuenio sententias. Prima asserit, si quis voluntariè inebrietur, quauis non intendat hominem occidere, nec in ipsa ebrietate soleat arma capere, vult tamen inebriari, & in ipsa ebrietate postea hominem occidat, quauis id antea non præuiderit peccare mortaliter committendo peccatum homicidij casualis, & de facto secuta occisione, illam irregularitatem incurrare, ac contrahere, quæ contrahitur ac incurritur propter homicidium, & ex homicidio casuali. Ita docet D. Thom. in 4. dist. 15. Villadiego de irregularitate, cap. de percussore, col. 11. Sylu. verbo, Homicidium, 3. n. 6. Ioannes Imola in Clementina, Si furiosus, Zenzini, Cardinalis ibi, Richard. in 4. distinct. 15. art. 3. q. 7. §. Ad primum ad partem aliam. Rosella verbo, Homicidium, 4. num. 5. Tabiena verbo, Ebrietas, q. 8. vbi citat Glossam. Armilla verbo, Irregularitas, n. 8. quauis in verbo, Ebrietas, n. 8. oppositum dicat. Calderinus, quem citat, sed non sequitur, Nauarr. in Manuali, c. 27. n. 230. Maiolus de irregularitate, lib. 3. c. 48. Probat primò, quia peccauit, se inebriando, & saltem ex ebrietate, & propter ipsam ebrietatem culpam contraxit homicidij casualis. Secundò, quia, qui ita voluntariè inebriatur, dat operam rei illicitæ, & periculosæ per ordinem ad homicidium: ergo saltè in radice, & voluntate voluit illud, quauis directè illud non intenderit. Tertio, quia in Clementina, Si furiosus, solus amens, & furiosus excipitur, & non excipitur ebrius, cum culpa sua fiat ebrius: ergo ille irregularis erit, si aliquem in ipsa ebrietate occidat.

17. Vt statuamus oppositam opinionem directè primæ hætenus explicatæ repugnantem, & separemus certa ab incertis, notandum est in primis, in consensu esse apud omnes Doctores, eum, qui absque vlla culpa sua in ebrietatem incidit, & per alium tertium malitiosè ac subdole inebriatur, nullo modo fieri irregularem, quauis aliquem occidat. Ita ait Couarruias in Clementina, Si furiosus,

de homicidio, 3. p. n. 3. Plaça de delictis lib. 1. c. 30. n. 5. Socinus in cap. Ad audientiam n. 15. Azor. tom. 1. Inst. mor. lib. 7. c. 33. q. 7. §. In hac controuersia. Gutierrez lib. 2. quæst. canon. c. 4. à n. 106. Secundò animaduertendum est, etiam apud omnes Doctores extra controuersiam esse, fieri illum irregularem ex homicidio voluntario, qui se facit ebrium, & ebrietatem procurat eo animo & intentione, vt aliquem occidat in ipsa ebrietate, & re vera in illa occidit: perinde enim est tunc, ac si sobrius occidisset. Ita expressè Couarr. dicta Clementina, Si furiosus 3. p. n. 3. & 4. & Guttier. lib. 2. q. canon. c. 4. n. 104. & dicit Gutierrez ibi id esse verissimum, & sine dubio. Glossa in cap. De catero. de homicidio. Angelus verbo, Ebrietas, n. 1. Petrus Plaça de delictis, lib. 1. c. 30. Angel. n. 5. Castro de potestate legis pœnalis, lib. 2. c. 14. Plaça. verif. Prima principalis concl. Azor proximè allegatus. Tertiò animaduertendum est, si ebrius consueuerit in ebrietate arma capere, & homines occidere, aut cadere, & culpa sua factus sit ebrius, & aliquem occidit, vel mutilat, eum esse irregularem, vt omnes etiam fatentur. Ita docet expressè Nau. c. 27. n. 230. Plaça. Gutierrez modò allegatus n. 105. Couarr. Plaça. Azor item allegati, Socinus in cap. Ad audientiam. Socin. n. 15. Petrus Nauarra editione vltima; lib. 2. de rest. c. 1. n. 74. & 75.

18. Tota ergo controuersia in eo est posita, an ille, qui sponte sua factus est ebrius, irregularis fiat, si aliquem occidat, vel mutilet, nihil præuidens de occisione, & arma sumere, aliòque cadere non consuefens & circa hoc præuidens: sunt opinioniones Prima affirmat, hunc ebrium irregularem fieri secuto homicidio, aut mutilatione. Hanc iam explicauimus num. 16. & ibi illius Auctores retulimus. Secunda negat, & constantè defendit, huiusmodi hominem, qui culpa sua factus est ebrius nihil præuidens de homicidio, nec consuefens arma capere in ipsa ebrietate, hominèse cadere; nullo modo fieri irregularem, si postea hominem occidat, vel mutilet; nec etiam ex homicidio casuali culpabili. Ita docet expressè Couarr. Clement. Si furiosus, 3. part. n. 3. & 4. Gutier. lib. 2. q. can. c. 4. à n. 95. & latissimè hoc defendit, & probat Castro de lege pœnali, c. 14. verif. Prima principalis concl. Annil. v. Ebrietas, n. 8. Nauarr. in Man. Lat. c. 27. n. 130. Petrus Nau. in 2. editione, lib. 2. de rest. c. 1. num. 74. & 75. Plaça lib. 1. de delictis, c. 30. n. 5. Azor tom. 1. Inst. mor. 1. 7. c. 33. q. 7. §. In hac controuersia. vbi dicit, in foro conscientie hanc opinionem esse probabiliorē; quauis fortè in foro externo Iudices aliam sequantur. Ratio ac fundamentum istius opinionis est. Primò, quia ebrius furiosus est similis, sed furiosus, si in furore aliquem occidat, non est irregularis; vt dicitur in Clementina, Si furiosus. de homicidio: ergo neque ebrius. Neque obstat, quòd ebrius sua culpa furiosus fiat: furiosus autem absque culpa vsu rationis caret: nam potest etiam contingere, quòd quis sua culpa furiosus fiat; & tamen adhuc non erit irregularis, vt docent præfati Doctores, & patet ex generali locutione Clementinæ prædictæ, Si furiosus. Secundò, quia opus est, vt actiones illæ propter quas contrahitur irregularitas, sint actiones humane, hoc est, factæ ab homine vsu rationis habente: quia alias infans, furiosus, & dormiens possent in huiusmodi irregularitatem incurrare, cuius contrarium definitur in prædicta Clementina, Si furiosus. Nec replices, ebrium, mediante ipsa ebrietate, voluisse remorè, & in causa occidere, dum voluit inebriari: nam potest etiam contingere, vt quis vigilas irascatur contra aliquem, & illum velit occidere, & hac necis voluntate dormiat, & postea altè & plenè soporatus furgat, & capiat ensem, & illum occidat in lecto, quo dormit, & in hoc casu illa mors media-

Azor. Gutierrez. Nauarr. P. Nau.

D. Thom. Villad. Sylu. Imol. Zenzini. Card. Richar. Rosella. Tabiena. Armilla. Calderin. Nauarr. Maiol.

Couarr.

CAPVT II.

De his, qua sunt de necessitate ieiunij in communi: agitur de genere, & qualitate ciborum: quaritur, an dispensatus iudicio Medicorum ad edendas carnes, sit quoque in ieiunio dispensatus. Agitur de ouis, & lacticiis.

SVMMARIVM.

Que sint de essentia ieiunij, & an Ecclesia possit illud precipere, & aliquos cibos prohibere. num. 1. Abstinentia carnum est de essentia ieiunij. num. 2. An dispensatus in carnibus de iudicio vtriusque Medici, vel ex privilegio, eo ipso sit dispensatus in ieiunio. num. 3. 4. & 5. An teneatur ieiunare, quoties à carnibus tenetur abstinere. num. 6. Inseruiens Dynastis potest licitè in diebus ieiunij carnes illis preparatas degustare. Idem de infirmariis Religionum. num. 7. & 8. Et an, qui in diebus Quadragesimæ vescitur carnibus; nullo alio habens cibos, mortaliter peccet. ibid. num. 8. Quomodo discernantur cibi piscium, & carnum. num. 9. An ex vi iuris communis, & illius dispositione sola inspecta, præcisè quacunque consuetudine Regni, loci, aut Prouincia, peccatum mortali sit oia edere, & lacticia in diebus ieiunij Quadragesimæ. num. 10. Referuntur opinio affirmatiua. ibid. Referuntur sequela huius opinionis, à num. 11. vsque ad 14. Referuntur opinio negatiua asserens, inspecto iure communi, & seclusa quacunque consuetudine Regni, loci, aut Prouincia, peccatum mortali sit oia edere, & lacticia in ieiunij Quadragesimæ, & illis non infringi præceptum ieiunij. à num. 15. vsque ad 28. Explicatur canon 56. sextæ Synodi Trullanæ, & reuocatur. num. 22. Soluuntur argumenta pro prima opinione facta, à num. 29. vsque ad 32. Potest consuetudo esum ouorum, & lacticiorum, tamen in Quadragesimæ, quam extra illam facere mortaliter illicitum. num. 33. & 45. Potest etiam illum facere licitum. ibid. num. 45. Referuntur sequela postrema, seu secundæ opinionis, à num. 34. An illi, qui non tenentur ieiunare, teneantur à carnibus, ouis, & lacticiis abstinere, sine adulti, sine non adulti sim. num. 37. An, cui conceditur privilegium ad edendas carnes, sit edere lac, butyrum & omnia lacticia. num. 38. An, cui ex privilegio, vel consuetudine licitum est oia edere, ac lacticia, possit hac simul edere cum piscibus. num. 39. An iure communi inspecto oia, & lacticia sint prohibita in ieiunio extra Quadragesimam, & in diebus veneris, & sabbathis totius anni. num. 40. ibid. n. 40. Referuntur opinio negans. num. 41. Referuntur affirmans. num. 42. Iudicium Auctoris. num. 43. & 44. An in diebus Dominicis Quadragesimæ oia, & lacticia sint prohibita. num. 46. & 47. An vinum ieiunium infringat. An

Guttier. Palud. Plaça. Cas.

19. Richard. D. Thom. Alexand. Bon. Azor.

20. D. Thom. Azor.

D. Ambr.

D. Aug.

Origen.

D. Hier.

tè procedit à libera voluntate, quam iste vigilans concepit: immediatè verò ab ipso somno: & nihilominus huiusmodi dormiens occisus non fiet irregularis ex generali modo loquendi prædictæ Clementinæ, vt docet Gutier. citatus num. 96. contra Palud. in 4. dist. 32. quæst. 1. art. 3. Sed cum Gutier. consentiunt Plaça lib. 1. de delictis, cap. 31. num. 6. & Alfonso à Castro vbi supra: nam homicidium illud tunc procedens à dormiente, non procedit immediatè à voluntate, & causa libera; sed immediatè procedit à causa naturali, hoc est, ab ipso somno: quemadmodum etiam procedit homicidium in ebrio immediatè ab ebrietate, & non à voluntate: vnde, cum nec somnus, nec ebrietas, sint volita, vt causa occisionis; sed ebrietas, vt causa delectationis, & gustus in potando: somnus autem, vt causa quietis in dormiendo, inde est, quòd irregularitas in his casibus non contrahatur.

Ex fundamentis huius secundæ opinionis, quam probabiliorē iudico, dissoluuntur fundamenta prioris, n. 16. posita. Solum animaduerto Richard. S. Thomam, Alexandrum, Bonauer, scripsisse ante Clementinam, Si furiosus, vt animaduertit etiam Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 33. q. 7. §. In hac controuersia. quamobrem immeritò citati solent pro prima opinione: nam, si Clementinam vidissent, profectò contrarium docuissent.

Concludamus igitur primum hoc caput dilucidatione illius quæstionis, an ebrius delicta committens in ebrietate, sit immunis à pœnis iure statutis in eos, qui huiusmodi delicta perperrant. Certè in hac quæst. D. Thom. 2. 2. quæst. 150. art. 4. Azor vbi supra quæst. 8. docent eum, qui factus est absque vlla sua culpa ebrius, vel quia nondum vim vini habebat experiant, velut alter Lot; vel, quia nihil sciens ab alijs subdole est deceptus, si deinde peccata committat, liberum & immunem esse à pœna in iure statuta delictis: quia, qui caret culpa, caret & pœna: si verò culpa sua factus est ebrius, afferunt, dignum esse venia, non ex toto, sed ex parte, arbitrio Iudicis: quia lenius est delictum per ebrietatem patratum, cum non in se, sed in causa sit volitum, quam si in pleno iudicio fieret, & hoc ipsum docet. D. Ambros. libro 1. de Abraham, cap. 6. & referunt in cap. Sanè 15. quæstione 1. Ideòque (inquit) si qui per vinum deliquerunt, apud sapientes Iudices venia quidem facta donantur, sed leuicatis damnantur Auctores. Et ideò D. August. libr. 22. contra Faustum, ait, Lot culpandum in capite 44. non quantum in ceptis, sed quantum ebrietas meretur: quomodo autem culpandum sit, declarat Origen. homil. 5. in Genesim, vbi dicit, culpandum quidem illum esse, non prima vice, qua subdole inebriatus est à filiabus suis; quia nondum efficaciam vini expertus fuerat, sed in alijs vicibus: ita enim ibi Origenes: Vnde videtur mihi Lot in parte excusabilis, in parte culpabilis inueniri. Excusari namque potest, quòd à concupiscentia & libidinis crimine liber est; quia nec ipse voluisse arguitur, neque volentibus consensisse. Culpabilis, quòd decipi potuit, quòd vino nimis indulgisset: & hoc non semel, sed iterum fecit. Hæc Origenes. Et idipsum confirmat D. Hieronymus epistola ad Eustochium, de custodia virginitatis, vbi sic ait: Lot amicus Dei in monte saluatur, & de tot millibus populi solus iustus inuenitur inebriatur à filiabus suis, & licet illa putarent genus humanum defecisse, & hoc facerent liberorum magis desiderio quam libidinis, tamen sciebant virum iustum, hoc non nisi ebrium facturum: deinde, quid fecerit, ignorauit; & quanquam voluntas non sit in crimine, tamen fuit error in culpa. id est, in culpa secundæ vice commissa, non in prima, quia in prima, vt credo, nullam culpam admisit, cum nondum vini efficaciam fuerit expertus.



An in diebus ieiunij sumi possit parum cibi, ne porus noceat. num. 48. An illis diebus in quibus licitum est ova edere, & lacticia, liceat lardum, & sanguinem vesco. n. 49.

1. Tria sunt iuxta omnes Auctores, quae ad ieiunium ecclesiasticum pertinent: qualitas ciborum: hora competens: vnica comestio: quae sane resolutio ab omnibus, qui hac de re scripserunt recepta est: vt ergo hoc clarius pateat, singulae particulae explicandae sunt. Recolendum igitur est, ieiunium nihil aliud esse, quam abstinentia a cibis, secundum regulam, & statutum Ecclesiae, vt diximus cap. 1. num. 4. in fine. In illis verbis, Abstinentia a cibis, omnes cibos carniū, & omnes qualitates illarum prohibet Ecclesia in diebus ieiunio dicatis. Et quoad prohibitionem carniū statim insurgit dubium: vtrum potuerit Ecclesia per ieiunij praeceptum carnes, & cibos aliquos prohibere: videri enim id esse contra dictum Christi Domini Lucae 10. Quaecumque apponuntur vobis, comedite. Et contra illud Matthaei 15. vbi idem Seruator omnium idipsum reperit. Et contra locum D. Pauli 1. ad Timotheum 4. quem retulimus, cap. 1. num. 6. vbi Paulus ita inquit: In nouissimis temporibus discedent quidam a fide, loquentes mendacium, & prohibentes nubere, & abstinere a cibis, quos Deus creauit. Vnde videtur non potuisse Ecclesiam praecipiendo ieiunium cibos aliquos prohibere.

2. Resolutio tamen fit. Etiam si demus, nullum alimenti genus, neque in animalibus, neque in arboribus, neque in plantis esse, quo vesci non liceat, inspecto iure naturali, vel diuino, qua de re Victoria in relect. de temperantia, num. 1. dicendum tamen est, potuisse Ecclesiam iuste, & sancte, ac religiose per ieiunij praeceptum aliqua alimentorum genera vetare. Probatur in primis ex illo loco Actor. 10. vbi Apostoli post inductam legem Euangelij statuerunt, homines a sanguine, & suffocato abstinere; & ex generalitate potestatis, quam Christus Dominus Matthaei 16. Petro, & successoribus illius ad condendas leges in Ecclesia sua reliquit: Quaecumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis; & quaecumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Et huc pertinet sententia D. Augustini lib. de definit. fidei orthodoxae: Aquare, inquit, nuptias virginitati, & nihil meriti putare esse in abstinentia, a carnibus; & vino, non Christiani hominis est; sed Iouinianii. Multa sunt alia, quibus haec catholica veritas probari potest, de quibus videndus est Medina de ieiunio, quaest. de descript. ciborum in ieiunio, & Ledesma 2. 4. quaest. 17. artic. 6. Et Couarruias lib. 4. variarum resolutionum, cap. 20. num. 15. initio. Nec Lucae, ac Matthaei auctoritates citatae refragantur: solum enim tendunt admittendas aliquas legis veteris caeremonias, Iudaeorumque, qui nimis erant superstitiosi in multis ciborum generibus deuitandis, respiciendisque: Diuus autem Paulus solum arguerunt contra Haereticos, quorum errores damnati fuerunt in Concilio Gangrensi, vt refertur 20. distinctione in principio, qui putabant, post euangelicam libertatem immundos esse aliquos cibos, sicut immundi erant in lege vetere; quare iure diuino, & naturali illicitum esse illis vti: & idem, cum Christus Dominus illorum errorem & nimiam superstitiosam Iudaeorum prauidisset, Matthaei 15. dixit: Non, quod intrat per os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore: quae enim procedunt ex ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, furta, adulteria, &c. Et haec coinquinant hominem.

3. In primis igitur Ecclesia in omnibus diebus ieiunij omnem esum carniū verat. Et quod attinet ad ieiunium Quadragesimae, id constat ex cap. Statuimus. distinct. 4. & ex Concilio Toletano VIII. cap. 9. qua de re D. Thomas 2. 2. quaestio. 147. artic. 8. & omnes vtriusque Iuris Interpretes. Quod vero attinet ad omnia alia ieiunia extra Quadragesimam, id deducitur ex cap. de esu carniū, de consecratione distinct. 3. & ex Concilio Gerundeni cap. 3. & idem merito hanc sententiam tenet D. Thomas 2. 2. quaestio. 147. artic. 8. ad 3. Medina de ieiunio, quaestio. 2. Couarruias lib. 4. resolutionum, cap. 20. num. 15. & communis opinio ex Syluestro verbo, Ieiunium, quaest. 5. versu 1. Richardo in 4. distinctione 15. quaestio 1. quaestio. cula 5. & 7. Durando ibidem, quaest. 9. Angelo verbo, Ieiunium, numero 5. Azorio tomo 1. institutionum moralium, cap. 10. quaest. 3. & 6. vbi multos ex sanctis Patribus allegat. Et vero, vt ait Paludanus in 4. distinct. 15. quaest. 4. artic. 4. conclusio 2. grauius soluit ieiunium comestio carniū, quam alias bina comestio, quod tamen per exaggerationem dictum accipiendum videtur, cum aequalis mortalis inobedientiae malitia vtrouique cernatur; nisi forte velit grauiorem malitiam peccati mortalis dari in vnico carniū esu, quam in bino alterius cibi. Nec refert, quod per esum piscium non violetur ieiunium; cum tamen aliqui sint pisces, qui delectabilius, quam carnes edantur, & propter quos aliquando carnes reiciantur, & quod ieiunium ad concupiscentiam cohibendam institutum sit ab Ecclesia: nam lex Ecclesiae hac in re respexit ad id, quod communius ac frequentius accidit: communius autem accidit, delectabiliorem esse esum carniū, quam piscium: quamobrem Ecclesia carnes potius, quam pisces in ieiuniis interdicit. Alias rationes, quae adduci poterant in contrarium; vide apud D. Thomam vbi supra, & apud Turrecrematam in cap. Non oportet. de consecrat. distinct. 3. col. 2. qui abunde illis satisfaciunt locis citatis.

non quasi veller adimere potestatem Ecclesiae prohibendi aliquos cibos: sicut enim Medicus potest prohibere aegroti vinum, carnes, &c. quando illi imminet ex tali cibo aliquod periculum vitae, quod aegrotus tenetur sub mortali culpa deuitare, & ipse tenetur tunc obedire: sic a fortiori Ecclesia propter salutem animae, ad vitandum illius periculum poterit hoc fidelibus vetare, & illi tenentur obedientiam praestare.

4. Sed cum abstinentia carniū sit de essentia ieiunij, tam Quadragesimae, quam extra Quadragesimam, hinc iam oritur quaestio non vulgaris, vtrum dispensatus ab vtroque Medico, corporali, & spiritali, ad comedendas carnes in ieiunio Quadragesimae, & extra Quadragesimam, censetur solutus ab obseruatione ieiunij, ita vt possit cenare, & non teneatur ieiunare. Et hac de re est tripartita opinio. Prima docet, eum, qui obtinet licentiam ab vtroque Medico ad edendas carnes in diebus ieiunij, obrinere etiam licentiam, vt non ieiunet, & censi etiam dispensatum in praecipio ieiunij, & ita dispensatum, vt ieiunare, non teneatur. Ita docet Medina in Summa, capite 14. §. 10. folio 71. versu, Per loqual. & folio 74. versu, Quoniam tenet. Corduba in Summa, quaest. 167. vbi Cordubacitat Caietanum 2. 2. quaestio 177. artic. 7. & 8. & Caiet. Nauarrum in Summa, capite 21. & 25. Anton. Bernardes in Summa, capite 22. numero 18. Henricus de Indulgentiis, cap. 13. numero 12. versu, De Henrici dispensato. Flamma 3. parte Methodi, cap. 5. §. 26. Flamma ad finem. Azor tomo 1. Institutionum moralium, Azor. lib. 7. capite 10. quaest. 3. Caietanus 2. 2. quaest. 147. artic.

4. Secunda opinio asserit, dispensatum in esu carniū, vel de consilio vtriusque Medici, vel virtute alicuius Bullae, aut privilegij, non censi solutum a ieiunij praecipio. Hanc tenet Ioannes Medina in Cod. De ieiunio. quaestio de his, qui ad Ecclesiae ieiunium tenentur. Tenere videtur Nauarrum in Summa Lat. cap. 21. numer. 22. licet pro prima opinione allegari soleat. Pedraga in tertio praecipio Decalogi, fol. 35. Graphis libr. 2. de citionum aurearum, cap. 37. numer. 8. Fundamentum illorum est. Primum, quia necessitas, & iusta causa, quae excusant a ieiunio, non videntur excusare ab omni parte illius: nam praecipia Ecclesiae, cum non possunt seruari in totum, seruanda sunt quoad illam partem, quae seruari potest, vt probat textus in capite, Cum dilecti, de dol. & contumac. & ibi Glossa, & Doctores. Sic si alicui mandatur, vt ad certum terminum diem coram Iudice appareat, si apparere non potest ad diem assignatum, tenetur die antecedenti, vel subsequenti apparere, si tunc potest. Secundum, quia debitor, qui non potest soluere totum suo creditori, tenetur soluere partem, quam potest. Tertium, quia ille, cui conceditur facultas edendi oua, & lacticia in diebus ieiunij, non censetur dispensatus in lege ieiunij: ergo neque etiam ille censetur dispensatus in ea lege, cui conceditur esus carniū in iisdem diebus: quare is comedendo carnes semel tantum, tenebitur ieiunare: & si secundum eas comederit, praecipium ieiunij infringit. Addunt denique Auctores huius opinionis, de essentia ieiunij ecclesiastici haec tria esse: Vnica comestio, hora competens, abstinentia a carnibus. Et de abstinentia a carnibus dicunt, non esse necessariam respectu infirmorum. Non enim credendum est, velle piam Matrem Ecclesiam obligare infirmos ad abstinendum a carnibus, & ad edendum pisces, cum illis possint esse nocui: nec tamen etiam credendum est, velle illam priuare suos subditos merito ieiunij, cum possint illud habere per vnica comestionem carniū in hora competente: & quauis illi non abstinendo a carnibus, proprie loquendo, non seruent ieiunium; seruant tamen praecipium abstinentiae, non comedendo illas pluries in eodem die ieiunij, & diuersis horis; sed semel tantum, & in hora competente, quod abstinentiae praecipium tunc

Gabriel. Palat.

artie. 1. Gabriel in 4. distinctione 16. quaestio 3. artic. 3. dub. 1. §. De secundo, quo. Palatios in 4. disputatione 8. conclusione 6. distinctione 15. Fundamentum huius opinionis est. Primum, quia praecipua, & penè tota substantia ieiunij consistit in abstinentia carniū: ergo, qui consilio Medicorum dispensatus est in esu carniū, dispensatus etiam est in praecipio ieiunij. Et idem dicendum est, ob parem rationem, de illo, qui virtute alicuius Bullae, aut privilegij est dispensatus in eodem carniū esu. Secundum, quia in Cruciatu solet summus Pontifex aliquando concedere, vt ille, qui semel tantum carnes ederit, & in cetero ieiunauerit, particeps sit meriti ieiunij, perinde ac si ieiunauerit, censeturque ieiunare: ergo sequitur, quod ante huiusmodi concessionem non censetur ieiunare, nec erat particeps talis meriti, qui dispensabatur in esu carniū. Tertium, quia, qui ex vno composito ex duabus partibus essentialibus, vnā tollit, totam compositum dissoluit, atque praecipium ieiunij est quoddam compositum ex abstinentia carniū, & ex vnica comestione, vt docet Caietanus allegatus quaestio 177. artic. 7. & Corduba citatus: ergo, qui per dispensationem vnā vnā partem essentialia tollit, totum praecipium tollit, ac proinde dispensatus in esu carniū, est dispensatus in praecipio.

4. Secunda opinio asserit, dispensatum in esu carniū, vel de consilio vtriusque Medici, vel virtute alicuius Bullae, aut privilegij, non censi solutum a ieiunij praecipio. Hanc tenet Ioannes Medina in Cod. De ieiunio. quaestio de his, qui ad Ecclesiae ieiunium tenentur. Tenere videtur Nauarrum in Summa Lat. cap. 21. numer. 22. licet pro prima opinione allegari soleat. Pedraga in tertio praecipio Decalogi, fol. 35. Graphis libr. 2. de citionum aurearum, cap. 37. numer. 8. Fundamentum illorum est. Primum, quia necessitas, & iusta causa, quae excusant a ieiunio, non videntur excusare ab omni parte illius: nam praecipia Ecclesiae, cum non possunt seruari in totum, seruanda sunt quoad illam partem, quae seruari potest, vt probat textus in capite, Cum dilecti, de dol. & contumac. & ibi Glossa, & Doctores. Sic si alicui mandatur, vt ad certum terminum diem coram Iudice appareat, si apparere non potest ad diem assignatum, tenetur die antecedenti, vel subsequenti apparere, si tunc potest. Secundum, quia debitor, qui non potest soluere totum suo creditori, tenetur soluere partem, quam potest. Tertium, quia ille, cui conceditur facultas edendi oua, & lacticia in diebus ieiunij, non censetur dispensatus in lege ieiunij: ergo neque etiam ille censetur dispensatus in ea lege, cui conceditur esus carniū in iisdem diebus: quare is comedendo carnes semel tantum, tenebitur ieiunare: & si secundum eas comederit, praecipium ieiunij infringit. Addunt denique Auctores huius opinionis, de essentia ieiunij ecclesiastici haec tria esse: Vnica comestio, hora competens, abstinentia a carnibus. Et de abstinentia a carnibus dicunt, non esse necessariam respectu infirmorum. Non enim credendum est, velle piam Matrem Ecclesiam obligare infirmos ad abstinendum a carnibus, & ad edendum pisces, cum illis possint esse nocui: nec tamen etiam credendum est, velle illam priuare suos subditos merito ieiunij, cum possint illud habere per vnica comestionem carniū in hora competente: & quauis illi non abstinendo a carnibus, proprie loquendo, non seruent ieiunium; seruant tamen praecipium abstinentiae, non comedendo illas pluries in eodem die ieiunij, & diuersis horis; sed semel tantum, & in hora competente, quod abstinentiae praecipium tunc

& in ea circumstantia continet meritum ieiunij; & hoc est, quod dicunt, si praecipium ieiunij non potest seruari in totum, seruandum esse in partem.

Tertia opinio sic distinguit: Aut privilegium, & dispensatio vtriusque Medici (de privilegio enim, & dispensatione eadem est ratio) ad vendendas carnes alicui conceditur ratione infirmitatis praesentis, aut ratione infirmitatis futurae, quae timetur. Si ratione infirmitatis praesentis, tunc dispensatus in esu carniū, vel ex consilio Medicorum, vel ex privilegio, & Bulla, qui semel tantum carnes ederit, & in cetero ieiunauerit, particeps sit meriti ieiunij, perinde ac si ieiunauerit, censeturque ieiunare: ergo sequitur, quod ante huiusmodi concessionem non censetur ieiunare, nec erat particeps talis meriti, qui dispensabatur in esu carniū. Tertium, quia, qui ex vno composito ex duabus partibus essentialibus, vnā tollit, totam compositum dissoluit, atque praecipium ieiunij est quoddam compositum ex abstinentia carniū, & ex vnica comestione, vt docet Caietanus allegatus quaestio 177. artic. 7. & Corduba citatus: ergo, qui per dispensationem vnā vnā partem essentialia tollit, totum praecipium tollit, ac proinde dispensatus in esu carniū, est dispensatus in praecipio.

6. Ceterum, etsi de ratione, & substantia ieiunij sit, abstinentia a carnibus; non tamen e conuerso oportet, quod quoties a carnibus abstinendum est, ieiunandum ex praecipio sit, vt ait Paludanus in 4. distinct. 15. quaest. 4. art. 4. conclus. 2. cum in omnibus sextis feriis, & sabbathis totius anni a carnibus ex praecipio abstinere teneamur, & tamen non teneamur ieiunare. Et in Natali die Christi Seruatoris,

3.

D. Thom.

D. Thom.

Medin.

Couarr.

Syluest.

Richard.

Durand.

Angelus.

Azor.

Paludan.

4.

Medin.

Nauarr.

Pedrag.

Graph.

D. Thom.

Turrecr.

4.

Medin.

Corduba.

Caiet.

Nauarr.

Ant. Bern.

Henric.

Flamma.

Azor.

Caiet.

5.

Vitt.

Rodrig.

Vega.

Gomez.

Cordub.

Ortiz.

Cen.

Angles.

Lud. Lop.

6.

Paludan.

Sylu.

Maior.

Abulensis.

Paludan.

Gabriel.

Turrecrem.

Abulensis.

Syluest.

Innocent.

Abulensis.

Cardin.

Maior.

9.

Servatoris, si in sexta feria contingat, edantur carnes ex more Ecclesiæ, vt observari videmus, & docet Paludanus citatus, & Syluester verbo, *Ieiunium*, quæstione 10. versiculo 1. numer. 17. & Maior in 4. distinct. 15. quæstione 6. ad finem, probaturque ex cap. *Explicari*, de observat. ieiun. in quo additur, id non intelligi quoad eos, qui ex voto, vel regulari observantia tenentur feria sexta à carnibus abstinere. Sed hac de re redibit etiam infra sermo in cap. 6. numer. 6. Item, vt dixi, in sabbathis totius anni tenemur abstinere à carnibus, & non tenemur ieiunare, vt patet ex cap. *Quia dies*, de consecratione distinctione 5. & docet Syluester vbi supra, numer. 17. & Abulensis in 6. cap. *Matthæi*, quæstione 160. Sed optime ait ibi Syluester, comedere carnes sabbathis esse peccatum mortale, vbi non est consuetudo: quia multis in locis introducta est consuetudo comedendi, ac vescendi carnibus in sabbathis nomine minorum, vt in Castella, & Gallæcia, quæ sanè consuetudo excusat à peccato, tam mortali, quam veniali, vt docet Medina de ieiunio, quæstione de consuetudine legem ieiunij solvante, littera E. Sotus libr. 1. de iustit. quæstione 7. artic. 2. col. 4. & alij. Rursus in diebus Rogationum, à carnibus abstinemus, & ieiunium in eis non observatur, quia vel solum de consilio præscriptum in illis fuit, vel apud plerisque de consuetudine est abolitum, & antiquatum, vt docent Paludanus in 4. distinctione 15. quæst. 4. artic. 3. conclusionem 3. Gabriel distinctione 16. quæst. 3. art. 1. Turrecremata in cap. *Rogationum*, de consecrat. distinct. 3. numer. 3. Quare constat, non nobis indictum esse præceptum ieiunij, quoties à carnibus ex præcepto tenemur abstinere; quanvis, quoties tenemur ex præcepto ieiunare, teneamur ab illis abstinentiam præstare.

7. Cæterum, etiam si in omni ieiunio interdictus sit omnino carnis esus; tamen possunt illi, qui magnis Dominis inseruiunt, absque violatione ieiunij prægustare cibos carniū in diebus ieiunij illis præparatos, vt caveant sibi à toxico: & licet ex hac causa aliquid ex illis degustent, ieiunium non solvunt, vt docet Abulensis in *Matthæi* cap. 6. quæstione 171. & Syluester verbo, *Ieiunium*, quæstione 3. versiculo 1. numer. 9. Ratio est, quia talis degustatio non fit per modum cibi, aut comestionis. Et ob eandem rationem pariter excusandi sunt nonnulli Religiosi, qui in diebus, in quibus aliis eis prohibitum est carnes edere, pro infirmis, vel aliis ex charitate, aut necessitate cibos carniū præparant, ac prægustant, vt docet Innocentius in rubrica, *de observatione ieiuniorum*, qui tamen addit, se id dicere propter generalem consuetudinem, quæ sic observat.

8. Imò verò, & in Quadragesima, & in aliis etiam ieiunij diebus, qui nullum alium haberet cibum præter carnes, quanvis illis vesceretur, etiam per modum cibi, non peccabit. Ita Abulensis in *Matthæi* cap. 7. quæstione 1. Cardinalis in rubrica, *de observatione ieiuniorum*, quæstione 8. An verò teneantur tunc ad ieiunij præceptum, patet ex dictis, quid respondendum sit. Nam, qui secutus fuerit primam opinionem, numer. 3. explicatam, necessario dicit non teneri: qui verò secutus fuerit secundam, & tertiam, dicit teneri. Probabilior tamen est opinio prima, vt diximus num. 5. ad finem. Illud autem apud omnes extra controversiam est, eum, qui per ignorantiam inuincibilem comedisset carnes in diebus præcepti ieiunij, nullo modo peccare, iuxta ea, quæ in materia de ignorantia dici solent: & id notavit Maior in 4. distinct. 15. quæst. 3. cap. 3. ad principium.

Inquires tamen hoc loco, quanam ratione pos-

simus iudicare, quid nomine carniū, & piscium comprehendatur, vt inde de obligatione, & observatione ieiunij iudicium feramus: sunt enim quædam animalcula, de quibus merito dubitari potest, an sint carnes, an pisces, puta, rana, testudines, tiber Ponticus, Hispani *Cibaro*, Lusitani *Lantram* appellant, vel speciem illius, puta etiam limaces, chamæleones, & similia. Et quidem solus Ioannes Maior, quem viderim in 4. distinctione 15. quæstione 3. col. 3. adserit, pisces in hoc à carnibus secerari, quod naturaliter diu vivere non possint extra aquam educi. Vnde, inquit, tanunculi quidam sunt pisces; quia extra aquam vivere non possunt: quidam verò non sunt; quia extra illam diu viuunt. Aves verò, quæ in aquis solent cibum quaerere, quanvis saporem piscium habeant, extra controversiam est, carniū nomine comprehendendi, atque aded ieiuniorum tempore vesci nequeunt. Ita Dominicus in capite, *Denique*, distinctione 4. cum quo idem notavit additio ad Abbatem in rubrica, *de observatione ieiuniorum*, littera E: vbi etiam addit ex sententia eiusdem Dominici, illum, qui aliquid de chamæleone sumeret, peccare quidem, si ob gulam id faciat; non tamen frangere ieiunium: quod falsum omnino est, cum chamæleonis carnes proprie carnes sint, iuxta regulam Maioris traditam. Nec verò apud Dominicum dictum manet, dicendum est de lontris, de coruis marinis, & aliis similibus. Et ex tradita Maioris regula iudicium erit ferendum de testudinibus: nam, si diu non viuunt extra aquam, pisces sunt testudines. Sed hac de re consulendi sunt Medici; & similiter an aliquod animal diu extra aquam viuat, vel non viuat, ad arbitrium Medicorum, & Philosphorum erit reducendum: quare, vbi de aliquo animali dubium fuerit, an inter carnes debeat computari, consulendi erunt Medici, & Philosophi. Illud verò foret maxime perquirendum, an inter animalia sint aliqua, quæ nec ad pisces, nec ad carnes pertineant: quæ enim talia forent, non censerentur prohibita in diebus ieiunio dicatis: & forte hoc nomine limaces citra scrupulum aliqui in iisdem diebus comedunt, maxime in Italia, & Hispania, cum tamen extra aquam nascantur, conseruentur, & darent.

Accedamus tandem ad oua, & lacticia. Dubitabis igitur, quid de ouis, butyro, caseo, & lacte dicendum sit, tam in diebus ieiunij in Quadragesima, quam extra Quadragesimam. Et circa hoc punctum multa dubia sunt, quæ omnia discutimus. Primum est, utrum ex vi iuris communis, & seclusa quacunque consuetudine Regni, loci, aut Prouinciæ, oua, & lacticia sint prohibita sub peccato mortali in diebus ieiunij Quadragesimæ: qua de re duæ sunt opiniones hoc tempore valde celebres. Prima docet, mortaliter esse illicitum illorum esum, & illis ieiunare fideles non posse; sed infringi ieiunij præceptum, sicut infringitur carniū esu. Citantur in primis pro hac opinione, D. Thomas 2. 2. quæst. 147. artic. 8. ad 3. Caietanus ibi artic. 3. & in Summa, verbo, *Ieiunium*, in principio Syluester verbo, *Ieiunium*, numero 15. Sed infra videbimus, quid illi asserant, & illorum verba examinabimus. Tenent hanc opinionem expressè Innocentius in rubrica, *de observatione ieiuniorum*, numer. 5. Thomas Sanchez libro 4. Decalogi, cap. 11. numer. 53. Ioannes Sanchez *Io. Sanch.* disputatione 51. numer. 27. Toletus in Summa, libro 6. *Toletus.* cap. 3. numero 2. & 3. Nauarrus in Summa Lat. *Nauarr.* cap. 21. numer. 22. Rodriguez in Summa, tomo 1. *Rodrig.* c. 23. & in explicatione Cruciatæ, §. 6. numer. 2. Azor. *Azor.* tomo 1.

Maior.

Dominic. Abbas.

10.

D. Thom.

Caietan.

Syluest.

Innocent.

Th. Sanch.

Io. Sanch.

Toletus.

Nauarr.

Rodrig.

Azor.

Herr.

Beia.

Lopez.

Bonacina.

Niceta.

Villalob.

Cunha.

Ioan. Sanch.

D. Greg.

D. Hieron.

10.

D. Thom.

Caietan.

Syluest.

Innocent.

Th. Sanch.

Io. Sanch.

Toletus.

Nauarr.

Rodrig.

Azor.

tomo 1. lib. 7. cap. 10. quæstione 1. Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 13. §. 8. Beia 1. part. decisionum, casu 47. Ludouicus Lopez 2. part. Instruct. cap. 212. Bonacina tomo 2. Summæ; disputat. vltima, de præceptis Ecclesiæ, quæst. 1. puncto 2. num. 2. Nieca in Summa titulo 17. folio 20. Villalobos tractatu 23. difficultate 8. num. 1. & videtur tenere Illustrissimus Dominus, D. Rodericus à Cunha; Episcopus olim Portuensis & Amœncensis meritiissimus; nunc verò Archiepiscopus Bracharensum, & Hispaniarum Primas dignissimus, in explicatione Iubilæi, cap. 5. num. 9. pagina 90. vbi asserit, posse licite, & absque peccato mortali vesci oua, & lacticia in diebus Iubilæi, quanvis sit tempus Quadragesimæ, in partibus, & locis, in quibus consuetudo illorum esum licitum fecit, quasi diceret, secus in partibus, & locis in quibus non est talis consuetudo, & solo iure communi statuit, & alij plures, quos citat Ioannes Sanchez allegatus. Fundamenta huius opinionis desumuntur ex iure, & ex ratione. Ex iure primò, quia in capite, *Denique*, distinctione 4. interdicuntur oua & lacticia æquè in diebus ieiunij Quadragesimæ, atque interdicuntur carnes: ergo si peccatum est mortiferum edere tunc carnes, & illis præceptum ieiunij infringitur, etiam peccatum mortale erit edere oua, & lacticia, & illorum esu ieiunium infringitur. Antecedens patet: quia in eo capite consultus fuit D. Gregorius Magnus ab Augustino, Anglorum Episcopo, an ab ouis, & lacticiis abstinendum esset in ieiuniis Quadragesimæ, sicut à carnibus, & respondit Papa affirmatiuè in hæc verba: *Par autem est, vt quibus diebus à carnibus animalium abstinemus; ab omnibus quoque, quæ fermentinam à carnibus trahunt originem, ieiunemus, à lacte videlicet, caseo, & ouis.* Vbi verbum illud, *Par*, parè obligationem peccati mortalis in vtraque abstinentia inducit, & sic semper illud intellexerunt Doctores antiqui. Confirmatur: quia tota ratio textus, ob quam oua, & lacticia inibi vetantur, vt in textu Diuus Hieronymus contra Iouinianum, nihil aliud sunt, quam carnes liquida; lac, & lacticia, quam sanguis coctus, & calore mutatus: quare eodem præcepto, quo prohibentur carnes, prohibentur etiam oua, & lacticia.

Secundò, quia id constat expressè ex Canone 56. sextæ Synodi Trullanæ: in eo enim sub mortali culpa prohibentur oua, & lacticia in Quadragesima, ibi: *Visum est, vt omnis Dei Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat, & abstineat, sicut ab omni mætabili; sic ab ouis, & caseo; quæ quidem sunt fructus, & factus eorum, à quibus abstinemus: alioqui, si sint Clerici, deponantur; si autem laici, segregentur.* Vbi pœna grauis, tam depositionis Clericorum, quam excommunicationis laicorum, arguit culpam mortalem: ergo abstinentia ab ouis, & lacticiis, ex vi iuris istius Canonis, obligat ad culpam lethalem.

Rationibus hæc opinio probatur. Primò, quia materia est grauis, & capax præcepti peccati mortalis: & hic est sensus, & consensus fidelium totius orbis: omnes enim se accusant in Quadragesima de esu ouorum, & lacticiū, tanquam de re mortali; & omnes cogitant, frangere præceptum ieiunij, si hæc edant, & omnes etiam scandalizantur de illis, quos vident illa comedere, quia putant illos ieiunium infringere: ergo obligat P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccl.

hæc abstinentia ad peccatum mortale. Secundò probatur: quia, si hæc materia non esset grauis, nec istorum abstinentia esset in iure præcepta sub mortali in prædictis ieiuniis Quadragesimæ, euidenter sequeretur, nec etiam consuetudinem posse efficere illorum esum illicitum sub mortali in iisdem ieiuniis: nam consuetudo non potest efficere, vt res de se leuis, & venialis, sit mortalis: quia consuetudo prohibet rem iuxta naturalem grauitatem illius: hæc autem sequela est falsissima: nam in tota ferè Italia, & in pluribus partibus vtriusque Castellæ consuetudo habet, vt hic esus sit illicitus. Tertio, quia Summus Pontifex in bulla Cruciatæ dispensat in Quadragesima in esu ouorum, & lacticiū: ergo signum est, id esse peccatum mortale.

Ex hac opinione sequitur primò, quod toties quis peccet mortaliter, & ieiunij præceptum infringat, quoties in Quadragesimæ ieiuniis oua comedit, & lacticia: est enim hoc præceptum negatiuum quoad abstinentiam carniū, & ouorum, & lacticiū tantummodo: non quoad alios cibos, qui nec oua, nec lacticia, nec carnes sunt, & admissio hoc peccato, si postea prædictus cibus, vel alius, qui hic ouorum, aut carniū non sit, sumatur, amplius non peccat. Ita docet Toletus in Summa, lib. 6. cap. 3. num. 5. Ioannes Sanchez d. sp. 51. n. 26. & 27. Thomas Sanchez lib. 4. Summæ cap. 1. n. 42.

Sequitur secundò, neminem posse, quanvis sexagenarius sit, absque Bulla Cruciatæ, edere oua, & lacticia in ieiuniis Quadragesimæ: quia præceptum de illorum abstinentia contentum in prædicto capite, *Denique*, distinctione 4. comprehendit absolute omnes, qui obligari possunt præceptis Ecclesiæ: huiusmodi autem sexagenarij illis obligari possunt, & de facto obligantur præceptis Missæ, Confessionis, Communionis, & decimarum: nam, quanvis illi non teneantur forte ieiunare; tenentur tamen abstinere ab ouis, & lacticiis, sicut & à carnibus: quia oua, & lacticia non prohibentur in quadragesima, eò quod dies illius, dies ieiunij sint; sed, quia in illis abstinentia à carnibus præcipitur, & illatum esus vetatur, & consequenter etiam esus earum rerum, quæ à carnibus originem trahunt. Ita docet Thomas Sanchez lib. 4. Decalogi, cap. 11. num. 53. & Ioannes Sanchez disputat. 51. numer. 28. aliàs enim licitum esset illis, qui nondum vigesimum primum ætatis annum habent, vesci ouis, & lacticiis, absque Bullæ privilegio in prædicta Quadragesima, eò quod illi non comprehendantur in præcepto; quod falsum omnino est: nam post septennium tenentur ab illis abstinere, sicut tenentur à carnibus.

Sequitur tertio, pueris ante septennium expletum, licitum esse esum ouorum, & lacticiū, etiam in Quadragesima, & in omnibus diebus veneris, & sabbathis totius anni, quanvis Bullam non habeant: quia in ea ætate præceptis Ecclesiæ non obligantur. Ita docet Caietan. 2. 2. quæst. 147. art. 8. dubio 1. ad finem. Azor. tomo 1. lib. 7. cap. 10. Pedraga in 3. præcepto, §. 14. in fine. Antonius Gomez in Bulla Cruciatæ, clausula 7. num. 16. & Angles. 17. Angles in flor. 1. part. quæst. 6. de ieiunio, difficult. 6. Thomas Sanchez lib. 1. Decalogi, cap. 12. n. 21. Ioannes Sanchez disp. 51. num. 31. Vnde non placet Corduba in Summa, quæst. 60. quem sequitur Ludouic. Lopez 2. p. Instruct. cap. 212. asserens, non licere pueris ante septennium vesci carnibus in diebus prohibitis, vbi consuetudo est, quod populus

11.

Tolet.

Ioan. Sanch.

Th. Sanch.

12.

Th. Sanch.

Ioan. Sanch.

13.

Caiet.

Azor.

Pedrag.

Ant. Gom.

Angles.

Th. Sanch.

Ioan. Sanch.

Cord.

Lud. Lop.

o o o pulus

pulus ab illis absteat; quasi ad id ex sola consuetudine teneantur, non ex Ecclesiae praecepto: nam, cum consuetudo vim legis, & praecepti habeat, si illi in ea aetate praecepto Ecclesiae non obligantur, nec etiam obligantur ex consuetudine. Quamobrem bene docet Sanchez lib. 1. Decalogi, cap. 12. num. 7. in fine, huiusmodi pueros, in ea aetate, nulla consuetudine obligari; sicut nec etiam praeceptis obligantur; quauis doli capaces sint: quia, communiter loquendo, in ea aetate lumen rationis perfectum & capax praecepti non habent; & per accidens est, quod in vno, vel altero puero vsus rationis praefulgeat: nam ad ea, quae frequentius accidunt leges humanae adaptantur. L. Nam ad ea. ff. de legibus & ita docet Ioannes Sanchez disputat. 5. num. 31.

Sanch.

Io. Sanch.

14.

Sequitur quartò, peccatum esse mortiferum, velci onis simul, piscibus, & lacticiis in diebus ieiunij Quadragesimae, vt ex dictis patet.

15.

Secunda opinio, quae communissima est apud Lusitanos, docet, ex vi iuris communis, & seclusa quacunque consuetudine alicuius loci, regni, aut prouinciae, non esse plusquam venialem esum huiusmodi ouorum, & lacticiorum, in ieiunijs Quadragesimae; & consequenter illorum est ieiunij praeceptum non infringi, attenda sola iuris communis dispositione. Hanc opinionem tenent Doctores omnes Lusitaniae, vtriusque Academiae Cathedraliticae, Conimbricensis, & Eboresis, quos consului, & omnes illam appellarunt multò vetiorem priore, probabiliorè & solidioribus fundamentis stabilitam; & grauissimi Praelati regni Lusitaniae, quorum omnium originarias subscriptiones apud me habeo: tenent etiam multi Cathedralitici vtriusque iuris, & grauissimi, ac sapientissimi Theologi vtriusque Academiae Hispaniae, Salmanticensis, & Complutensis, quos hac de re etiam consului, & illam proprijs subscriptionibus, manu propria, firmarunt, quas in serinio habeo; eamque multi probabilem, alij valde probabilem, & laudabilem dixerunt, quas subscriptiones hic libenter apponerem, nisi fastidium parere timerem. Ex antiquis Doctoribus, & iis, qui labores suos typis mandarunt, tenet hanc opinionem Dominicus in cap. Denique, distinct. 4. in compendio, quod ad finem capituli facit, num. 5. vbi ita ait: *Distio, Par, non stat similitudinariè, sed ponitur pro aquo, & iusto.* Quasi diceret: Illa dictio, *Par*, quae inuenitur in capite, *Denique*, distinct. 4. ex qua multi deducunt, pari poena peccati mortalis puniri in iure communi, in eodem capite, esum ouorum, & lacticiorum, atque esum carniū non inducit aequalem, & parem: seu similem prohibitionem, poenamque peccati mortalis in carnibus, & in ouis, ac lacticiis: sed ponitur pro aequo, & iusto. Paulus Palatius, Doctor Salmanticensis, in Annotationibus, quas scripsit Hispano sermone super Summam Caietani, impressis Eborae, iussu Serenissimi Principis, & Cardinalis Henrici, postea Regis Lusitaniae, anno Domini 1557. verbo, *Ayuno*, cap. 4. folio 238. ibi: *Quanto al primer capitulo del Aunhor*, hoc est, Caietani, quem commentabatur, *donde dice, que donde no ay uso de comer cosas de leche, y guebos, no es licito comerlos los dias de ayuno, hase de entender, que comer estas cosas sera peccado, pero no mortal.* Hæc ille. Et verò Caietanus illic, in primo capite suae Summæ, loquitur de ieiunijs Quadragesimæ, & dicit, esse illicitum illa comedere in Quadragesima, & non explicat, an sit mortaliter, an venialiter illicitum. Palatius verò explicat id esse illicitum sub veniali, non sub mortali. Petrus Allagona in Epitome Decretalium, in dicto capi-

Dominic.

Paul. Pal.

Caietan.

Palat.

Allag.

te, *Denique*, distinct. 4. vbi tangens omnes quaestiones, quas Augustinus, Anglorum Episcopus, proposuit Divo Gregorio Papae, contentas in dicto capite, *Denique*, inter quas praecipua erat hæc de ouorum, & lacticiorum esu; in ieiunio Quadragesimæ, ita ait: *Nota, hæc, aut sunt de consuetudine, aut antiquata.* Tenet Glossa in dicto capite, *Denique*, distinct. 4. vbi explicans verba illa: *Par autem est, vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus; ab omnibus quoque, quae sementinam à carnibus trahunt originem, ieiunemus, ab ouis, videlicet, caseo, & lacte.* ex quibus, vt dixi, Auctores primæ opinionis mortale peccatum deducunt, & aequalem culpam in esu ouorum, & carniū; (neque enim alius textus inuenitur in toto iure, qui loquatur expressè de ouis, & lacticiis; Jta ait: *Par, id est, aequum, & iustum.* Quæ verba Glossæ non inducunt obligationem mortiferam; sed congruentiam quandam; & ad summum ex leuitate materiae, propter cognationem, quam habent cum carnibus, venialem.

Tener Gratianus, qui ad finem huius capituli, *Denique*, distinct. 4. addit hæc verba, quæ in textibus antiquis inueniuntur in contextu textus; in modernis verò ac correctis ad marginem ponuntur. *Hæc est legibus constituta sint; tamen, quia communi usu approbata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos non arguunt.* & infra: *Nisi quis dicat, hæc non discernendo esse statuta, sed exhortando conscripta.* Vbi dictio illa relatiua, *hæc*, comprehendit omnes quaestiones, & omnia dubia, de quibus Augustinus Diuum Gregorium interrogauit, inter quæ, vt dixi, praecipuum fuit hoc de ouorum, ac lacticiorum esu, in tempore Quadragesimæ; & responsum illorum: & de omnibus ait Gratianus, aut esse iam abrogata, aut non continere peccatum mortale; quia se non obseruantes transgressionis praecipii reos non arguunt; sed consilium, vel si maus, peccatū veniale, propter cognationem, quam habent cum carnibus.

Colligitur hæc doctrina ex Panormitano, de obseruatione ieiuniorum, in cap. *Ex parte*, num. 12. ex Praeposito in capite, *Denique*, distinct. 4. & ex Medina. C. *De ieiunio*, tractat. 4. capite, *De necessitate ieiunij*, versu, *Vt igitur*, fol. mihi 140. littera, D. col. 2. qui omnes asserunt, verba legis, vt obligent, ac peccatum mortale, debere esse clara & praecipua, quod deducitur, imò requiritur omnino in capite, *Erit autem lex*, distinct. 4. ibi: *Manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium utilitate conscripta.* Ne alicui, vt ait Glossa, per eam pareretur laqueus; & attendendum esse ad verba legis, an sint manifesta, clara, & praecipua peccati mortalis, necne: & si hæc verba ita clara deficiant, attendendum esse ad materiam, an sit grauis, & ad intentionem Legislatoris. Verba legis, vt vidimus, non sunt praecipua: materia non est grauis, sicut est abstinentia à carnibus, vt explicat Gratianus, & Glossa, & aiunt quatuor Vniuersitates, Salmanticensis, Complutensis, Eboresis, Conimbricensis, quas consului: nam lacticia, & oua sunt dependentia à carnibus; & circumstantia illarum, quatenus ab illis originem trahunt, vt ait textus: circumstantia autem, & dependentia delicti non puniuntur in iure eadem poena, qua puniuntur principale delictum; sed alia multo mitiori. L. *Leuita*, ff. de delict. Quare, si in iure principale delictum, hoc est, esus carniū puniebatur poena peccati mortalis, dependentia, & circumstantia illius, hoc est, esus ouorum, & lacticiorum, mitiori poena peccati venialis debent puniri. De intentione Legislatoris non

Gloss.

Gloss.

16.

Panorm.

Praepos.

Medina.

Gloss.

non constat. Quare necessariò dicendum est ex vi iuris, & capitis, *Denique*, distinct. 4. non induci obligationem culpæ lethalis.

17.

Habet hæc opinio pro se magnum praesidium in capite, *Rogationes*, de consecratione, distinctione 3. in fine, vbi dicitur, posse fideles in diebus Quadragesimæ vt iis cibis, quibus vruntur in diebus ieiunij extra Quadragesimam. Vnde, si in ieiunijs extra Quadragesimam non prohibentur sub peccato mortali oua, & lacticia, vt infra probabimus, consequenter etiam non prohibentur sub eodem mortali in ieiunijs Quadragesimæ.

18.

Hanc opinionem docuit, vt iacet, olim in Lusitania, in vtraque Academia, Conimbricensi, & Eboresi, doctissimus Pater Ferdinandus Peres, nostræ Societatis Doctor Complutensis, & in eadem insigni Academia Professor sacrae Theologiae, antequam nostram Societatem ingrederetur, & adhuc extant in Lusitania illius Glossæ, quæ omnium manibus atteruntur. Docuit etiam in his duabus Academicis Doctor Iacobus de Ceyseiros in vtroque iure Doctoratus laurea in insigni Vniuersitate Conimbricensi decoratus, nostræ etiam Societatis, qui Romæ per multos annos mirabili plausu moralis Theologiae cathedrae Doctor extitit, ac Magister. Post hos tantos, ac tales viros illam etiam docuit in duabus Vniuersitatibus Eboresi, & Olysiptensi, Pater Baptista Fregosius, vir doctissimus nostræ Societatis, vt constat ex illius Glossis, quæ adhuc extant, & ex illius testimonio, quod apud me habeo. Non uisimè illam docuit, & publicè sustinuit in Academia Conimbricensi sapientissimus Doctor, ac Magister, Frater Paulus à Nariuitate ex augustissima Familia Diui Benedicti, vt ipse sua subscriptione restatus est. Multi alij in Lusitania, vbi communis est, illam docuerunt, quos longum esset recensere.

19.

Probatum hæc opinio rationibus. Primò, quia nullus datur textus in toto iure, qui asserat, hoc esse peccatum mortale: ergo, spectato iure, communi, & seclusa consuetudine regni, loci, aut prouinciae, tale non est. Probatum antecedens: nam, si aliquis textus daretur, vel esset caput, *Denique*, distinctione 4. vel Canon. 56. sexta Synodi Trullanae. Neuter horum est: ergo intentum. Nam caput, *Denique*, distinctione 4. nulla habet verba praecipua, vt vidimus, vnde hæc mortalis obligatio deducatur: solum enim ita ait: *Par autem est, vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quae sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus, à lacte, videlicet, ouis, & caseo.* Vbi sunt hæc verba praecipua, & inductiua peccati mortalis profectò nullibi? Non in verbo, *Par*: quia, vt explicat Glossa, *Par* ponitur pro aequo, & iusto. Nec Decretalis Diui Gregorij, vnde hæc verba sunt deducta, habet verba praecipua, nec in ea inuenitur praecipuum aliquod, supra quod cadat illud, *Par*. Et quauis aliqui velint, illic subintelligendam esse particulam, *Sic*; quasi sensus sit: *Sic quoque ab omnibus, quae sementinam à carnibus trahunt originem, ieiunemus, ab ouis, videlicet, caseo, & lacte.* vt per illam, aequalem obligationem inducant in carnibus, & ouis: id diuinare est, & verba textui addere, vt illum torqueant, & ad sensum suum trahant. Et quauis illis id libenter demus, tamen deest tunc illa particula, *Par*, quæ illorum sensum, & aequalem obligationem, quam fingunt, destruit. Manet enim tunc hic sensus: *Sic quoque par est, id est, congruum, & iustum: vt in toto rigore sui significatus verbum illud, Par, significat.*

P. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccl.

Dices, poenam peccati mortalis contineri in grauitate materiae, & in illis verbis: *Ab illis quoque, quae sementinam à carnibus trahunt originem, ieiunemus.* Nam oua nihil aliud sunt, quam carnes liquidae; lacticia, quam sanguis coctus, & colore mutatus; & sic sunt eisdem speciei cum carnibus, & sanguine; & idè eodem praecipio peccati mortalis aequaliter prohibentur. Sed ad hoc facile responderetur: non enim sunt eisdem speciei, sed diuersae, vt Philosophi demonstrant: & quauis essent, responderemus, non prohiberi directè, & per se, in eodem praecipio abstinentia à carnibus; sed indirectè, & per accidens, quasi dependentia, & circumstantia; atque non prohiberi eodem modo, & eadem poena mortali, sed diuerso modo, & diuersa poena veniali; vt dictum manet: quia, si eodem modo, & eadem poena prohiberentur, nemo posset ieiunare in Quadragesima edendo oua, & lacticia, sicut non potest ieiunare edendo carnes, quod est falsum.

Non negamus tamen, posse dari praecipuum, quo Summus Pontifex obliget sub mortali, ad non edenda oua, & lacticia: sed dicimus adhuc non dari, nec inueniri ius, in quo tale praecipuum contineatur. Nam in capite, *Denique*, distinctione 4. non continetur, vt vidimus: in eo enim quinque quaesitit Augustinus, Anglorum Episcopus, à D. Gregorio Papa. Primò, an Clericiicipere deberent ieiunium à Quinquagesima: & respondit affirmatiuè: *Vt exemplo praerent secularibus, sicut illis praebant honore dignitatis.* Secundò, an secularibus, qui in diebus Dominicis Quadragesimæ largiùs edere solebant pisces, hæc consuetudo inhibenda esset: & respondit negatiuè: *Quia, qui multum emungit, elicit sanguinem.* Tertio, an in diebus ieiunij Quadragesimæ pisces magni edi possint: & respondit affirmatiuè: *Ad infirmiarum humanae solatium, non ad luxuriam.* Quartò, an in ieiunijs Quadragesimæ vtendum esset vino: & respondit affirmatiuè: *Dummodo viueretur ebrietas.* Quintò, an tempore Quadragesimæ abstinentum esset ab ouis, & lacticiis: & respondit: *Par esse, &c.* Vbi notandum est, in omnibus alijs dabijs semper respondisse Pontificem, *Sic Non*: in hoc autem dubio de ouis, & lacticiis, non respondisse, nec simpliciter, *Sic*; nec simpliciter, *Non*: sed respondisse, id par esse, vt ostenderet, materiam non esse tam grauem, vt pro tunc obligandi essent neophyti Christiani, nuper à comestationibus, & ebrietatibus gentilitatis, ad sobrietatem fidei conuersi, ad illorum abstinentiam sub mortali; nec tam leuem, cum sit dependentia à carnibus, vt omnino id licitum illis esset. Quare ex dictis patet, in praedicto capite, *Denique*, distinctione 4. non contineri praecipuum peccati mortalis, nec ex vi materiae, nec ex vi praecipuorum verborum, nec ex vi intentionis Legislatoris.

Canon verò ille 56. sexta Synodi Trullanae, quem allegant Auctores primæ opinionis, & numero 10. retulimus in §. *Secundo*, quia, nullam habet auctoritatem: quia tota hæc Trullana Synodus, quoad editionem suorum Canonum, semper fuit ab Ecclesia reprobata: nam vera sexta Synodus Actiones fecit, non Canones. Et post sextam illam Synodum dissolutam, quæ fuit congregata contra Hæreticos Monothelitas, & vera, & sancta, & oecumenica est, nonnulli Episcopi orientales Constantinopoli, sine auctoritate Papæ conuenerunt, & in Palatio Imperatoris Iustiniani Secundi, quod Trullanum dicebatur, centum,

20.

21.

22.



tum, & dios Canones ad sextam Synodum addiderunt, vt auctoritatem illis conciliarent, quos Trullanos à Trullana aula dixerunt, & nomine sextæ Synodi euulgarunt: quos nunquam Ecclesia Romana approbavit, nec vnquam à tribus orientalis Ecclesiæ Patriarchis recepti fuerunt; imò semper fuerunt reiecti: scitent enim plurimis erroribus contra fidem, vt docet Illustrissimus Cardinalis Baronius tomo 8. fol. 611. 612. 613. 614. & id probat ex Beda de sex ætatibus in Iustiniano Minore; & ex Paulo Diacono de gestis Longobardorum, lib. 6. cap. 11. Docet etiam Illustrissimus, Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 18. §. *Argumentum secundum*. & latè lib. 1. de Conciliis, cap. 7. & doctissime id ostendit Turrianus integro libro horum Canonum: & Coriolanus Chronologia Patrum, & Conciliorum, num. 691. agens de Papa Sergio: & Seuerinus Binius in admonitione ad Lectorem circa Canones Trullanos; fol. 224. & 228. & Thomas Treterus, Canonicus sanctæ Mariæ trans Tyberim, in Epitome Vitæ Imperatorum, in vita Constantini IV. & Iustiniani Minoris: Simanchas de Catholicis institutionibus, titulo 40. numero 38. Azor tomo 2. institutionum moralium, libro 1. capite 16. versiculo, *Sextum Concilium*. Illustrissimus Archiepiscopus Bracharensis, Dominus Rodericus à Cunha, Hispaniarum Primas meritiſſimus, in Commentario ad caput, *Sexta Synodus*. distinctione 9. numero 1. Quare, cum huiusmodi Canones plurimis erroribus scateant, & in illis decisum fuerit, Ecclesiam Constantinopolitanam esse supra Romanam, nullam fidem merentur tales Canones, nec sunt Canones Synodi; sed Pseudosynodi; & Conciliabuli, vt illos appellat Illustrissimus Baronius locis allegatis, quos Papa Sergius nunquam voluit approbare, quauis ob id magnas, & ingentes persecutiones suo tempore passus fuerit.

Baron.

Bellarmin.

Turrian. Coriolan.

Binius.

Treter.

Simanc. Azor.

Cunha.

Baron.

23.

Probatur etiam adhuc rationibus. Secundò, quia peccata legibus, & Canonibus inducenda non sunt multiplicanda, nec ad casus dissimiles extendenda, quando lex illa non extendit: hic enim etiam militant communes regulæ iuris: *Odia sunt restringenda*, &c. *Pœna coercenda*, &c. *Benignior in pœnis interpretatio est faciendâ*. de regulis iuris, in 6. Diuersa autem res est, & multò minor, edere oua, & lacticia, quàm carnes, vt fateatur Sanchez libro 4. Decalogi, capite 11. numero 46. & Soares tomo 4. de Religione, cap. 7. num. 9. quod patet: quia, qui vouet abstinere à carnibus, non tenetur abstinere ab ouis: ergo, cum res sit minor, minori pœna, quàm pœna peccati mortalis debet puniri; & cum res sit diuersa, pœna alterius rei diuersæ non est illi accommodanda.

Sanct. Soar.

24.

Tertiò, quia, si eodem præcepto, eodem modo, & pœna præciperetur in iure communi abſtinentia carniū, & abſtinentia ouorum, ac lacticianorum, sequeretur, quòd sicut ille, qui facultatem habet ad edendas carnes in Quadragesima, non tenetur ieiunare iuxta meliorem opinionem, quam docent Medina in Summa, cap. 14. §. 10. fol. 71. versu, *Per loqual*. & fol. 74. versu, *Quien tiene*. Henriquez lib. 1. de Indulgentiis, cap. 13. versu, *Dispensato*. Flamma, 3. part. Methodi, cap. 5. §. 26. ad finem. Azor tomo 1. lib. 7. cap. 10. quæst. 3. Caietanus 2.2. quæst. 147. art. 1. Gabriel in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 1. §. *De secundo*. & alij: ita etiam non teneretur ieiunare ille, qui facultatem habet ad edenda oua, & lacticia in Quadragesima: consequens est falsum: ergo & antecedens.

Medina.

Henriq. Flamma.

Azor.

Caietan.

Gabriel.

Quartò, quia non est verisimile, velle Summum Pontificem obligare sub peccato mortali illos, qui oua edunt, & lacticia in Quadragesima; sicut obligat illos, qui carnes edunt, cum tam facile dispense in esu ouorum, ac lacticianorum, & tam difficile in esu carniū, quas non concedit edere, nisi de iudicio vtriusque Medici: ergo, si vtrouque daretur eadem obligatio, vtrouque etiam daretur eadem difficultas in dispensatione: sed non datur: ergo signum est, non dari vtrouque eandem pœnam peccati mortalis, ex vi iuris communis loquendo.

Nec dicas, facilius dispensare Summum Pontificem in Bulla Cruciatæ, in peccato ouorum, quàm carniū, propter bonum commune, cui subsidium Cruciatæ applicatur, & propterea quòd facilius ouis, & lacticianis occurritur penuriæ ciborum piscium in Quadragesima: nam id probat quidem, supposito, quòd hoc sit peccatum mortiferum, dari iustam causam dispensandi in præcepto inducente peccatum mortiferum ex esu ouorum, & lacticianorum; non probat autem, talem esum esse peccatum mortiferum.

Quintò, quia non est communis sensus, & consensus fidelium totius orbis, vt prima opinio asserbat, iudicantium se peccate mortifere ista edendo in Quadragesima: nec omnes se ea de re accusant in confessionibus, tanquam de mortali. Nec etiam Confessarij id interrogant in toto orbe: nam, Dei gratia, omnes in Lusitania fideles sunt, & optimi fideles; & tamen nec cogitant se peccare, nec se ea de re tanquam de culpa lethali in confessionibus accusant, nec à Confessariis, etiam doctissimis, ea de re interrogantur, nec videntes alios hæc edere scandalizantur. Omnes etiam in Castella in Placentino Episcopatu illa comedunt in Quadragesima ex consuetudine: & in bona parte Episcopatus Ouentis, & in Episcopatu Pacensi, & Oxomensis, oua, non lacticia, aut lacticia, & non oua comeduntur ab omnibus in ieiuniis Quadragesimæ, in quibus Episcopatibus omnes fideles sunt, & optimi fideles; & tamen nec se ea de re tanquam de mortali accusant, nec scandalizantur, si videant alios ea edere. Vnde in iis partibus, in quibus fideles se ea de re tanquam de mortali accusant, id quidem prouenit ex consuetudine, quæ in aliquibus partibus harum rerum esum illicitum fecit, sicut & in aliis fecit licitum; non ex iure.

Sextò, quia Summus Pontifex in suis privilegiis Cruciatæ, cum dispensat in esu ouorum, & lacticianorum dispensat in abſtinentia illorum obligante sub peccato mortali in locis, regnis, & prouinciis, in quibus consuetudo obtinuit, hæc edere esse peccatum mortale; non verò in locis, in quibus consuetudo harum rerum cibum licitum fecit: in iis verò locis, in quibus solo iure communi statuitur, dispensat in solo veniali, & fortè in scrupulo peccati mortalis, quem probabilitas prioris opinionis inducit.

Ita se habent huiusmodi opiniones hodie valde celebres. Prior est extra Lusitaniam communis, & in se considerata valde probabilis. Secunda in se est probabilior, & in Regno Lusitanie communissima. Ego, Lusitanus cum sim, non possum non cum meis Lusitanis consentire: præsertim cum iam hodie hæc Lusitanorum sententia habeat pro se approbationem quatuor insigniorum Vniuersitatum totius Hispaniæ, Salmanticensis, Complutensis, Conimbrincensis, Eborensis, & sit etiam firmissimis iuris principis roborata, necnon optimis, vt vidimus,

25.

26.

27.

mus, rationum momentis confirmata. Fundamenta prioris sententiæ iam magna ex parte ex dictis sunt soluta. Ad 1. & 2. iam diximus, in capite. Denique, distinctione 4. non contineri peccatum mortale in esu ouorum, & lacticianorum in tempore Quadragesimæ. Canon verò Trullanus est reprobatus, vt vidimus, & tota Synodus Trullana, quoad editionem suorum Canonum non est vera Synodus, sed Pseudosynodus, vt dictum manet, & doctissime, ac latissime probat doctissimus Baronius tomo 8. fol. 611. 612. 613. 614. quem omnino vide.

Baron.

29. D. Thom.

Ad auctoritatem Diui Thomæ 2. 2. quæstione 47. articulo 8. ad 3. respondeo, Diuum Thomam ibi non dicere, ouorum, & lacticianorum esum in Quadragesima esse mortale: tantum enim ibi hæc dicit: *Ad tertium dicendum, quòd oua, & lacticia ieiunantibus interdiciuntur, in quantum sunt ex animalibus exorta carnes habentibus: vnde carnes principalibus interdiciuntur, quàm oua, & lacticia; & idèd in quolibet ieiunio interdicitur esu carniū, in ieiunio autem quadragesimali interdiciuntur vniuersaliter etiam oua, & lacticia.* Vbi non dicit expresse, interdici oua, & lacticia sub mortali: sed dicit carnes interdici principalibus, hoc est, sub mortali; oua autem, & lacticia consequenter. In quo videtur sentire, diuerso modo, & pœna hæc prohiberi in ieiuniis Quadragesimæ, quàm carnes: quia illæ prohibentur directe, & principaliter, & sub mortali: ista indirectè, & ministerialiter, & sub veniali, quatenus sunt dependentiæ, & circumstantiæ carniū, vt explicatum manet.

30. Caiet.

Palat.

Caietanus in Summa verbo, *Ieiunium*, in initio ita ait: *Exigit quippe omne ieiunium abſtinentiam ab esu carniū. Sed intra Quadragesimam, & alia ieiunia hoc interest, quòd Quadragesima etiam requirit abſtinentiam ab ouis, & lacticianis, vbi consuetudo est; vbi autem consuetudo non est, non licet.* Hæc ille. In quibus verbis solum dicit, ex consuetudine posse esse peccatum mortale, vbi consuetudine introductum fuerit, quòd hæc non comedantur: ex iure verò dicit, id non licere; & non dicit id non licere sub peccato mortali, ac proinde potest intelligi non licere sub veniali, vt illum explicat Paulus de Palatios, Doctor Salmanticensis, vt supra vidimus n. 15. quem vide. In 2.2. verò quæstione 147. articulo 3. solum ait Caietanus hæc verba: *Ad quæstionem respondetur, quòd soluens ieiunium sine causa rationabili, peccat mortaliter, quoniam talis, & transgreditur modum abſtinentiæ statutum ab Ecclesia, & transgreditur se, vt impediatur Legislatorum à fine intento ab ipso homine potente ieiunare.* Et aiunt Doctores prioris opinionis, hanc ipsam rationem impediendi talis finis concurrere in illo, qui oua, & lacticia edit in Quadragesimæ ieiuniis. Sed hæc negamus: quia non eodem modo, nec eadem pœna peccati mortalis præcipitur abſtinentia ouorum ac lacticianorum in Quadragesima, arque præcipitur abſtinentia carniū, sed diuerso modo, & pœna peccati venialis, vt diximus.

31. Syluest.

Syluester, quem Auctores prioris opinionis pro se citant in verbo, *Ieiunium*, num. 15. solum ita ait: *Esu carniū in omni ecclesiastico ieiunio interdicitur est, & illud frangit secundum omnes: esu verò ouorum, & lacticianorum interdicitur est in Quadragesima, in capite.* Denique, distinctione 4. non autem in aliis. Quibus verbis dicit esse interdictum, & non dicit sub mortali: nec dicit ouorum esu infringi ieiunium Quadragesimæ, sicut dixerat de esu carniū; fortè, quia de hoc dubitauit. Et tandem sequitur opinionem Diui Thomæ iam à nobis explicatam.

32.

Ad tertium respondeo, iam satis probatum esse, P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

materiam ouorum, & lacticianorum, respectu præcepti ieiunij iam dati, non esse grauem: quauis in ordine ad nouum præceptum, quod dari potest à Superioribus propter iustas causas, quas habeant, grauis esse possit, & capax peccati mortalis, si ad illud tali Præcepto velint suos subditos ob iustas causas, & fines obligare: non enim negandum est, posse modò Superiores propter iustas causas, & fines, in ordine ad salutem animarum suorum subditorum, harum rerum esum prohibere sub peccato mortali: quia materia tunc erit capax præcepti obligantis sub mortali, sicut est voti, quod quis potest facere de ouis, & lacticianis non edendis: ar dicimus non dari adhuc tale præceptum, nec inueniri in iure communi.

Inferes: Si hodie ex vi iuris communis esu ouorum, & lacticianorum in Quadragesima non est mortaliter prohibitus, sequitur, non posse consuetudinem illum facere mortaliter illicitum: nam consuetudo prohibet materiam iuxta grauitatem suam naturalem, vel leuitatem. Ad hoc respondeo primò, consuetudinem habere vim legis, si est legitima, & approbata à Superioribus, qui legem condere possunt: Superior autem potest ob iustam causam, & propter iustos fines, per suum præceptum, id, quod est licitum, aut indifferens, facere mortaliter illicitum; & id, quod est venialiter tantum illicitum, reddere mortaliter illicitum. Et consequenter id potest etiam facere consuetudo ab illo approbata, cum tantum valeat, quantum Superior valet. Exemplo res fiet clarior: Est mihi licitum audire Sacrum in hoc, vel illo Ecclesiæ Sacello: præcipit Episcopus ob iustas causas, & fines, quos habet, sub excommunicatione, ne quis in illo Missam audiat; iam virtute huius præcepti id, quod erat licitum, redditur mortaliter illicitum. Quòd si Superior, & Legislator potest ob iustas causas id, quod est licitum, facere mortaliter illicitum per suas leges, & præcepta; à fortiori poterit per illa facere, vt sit mortaliter illicitum id, quod venialiter tantum erat illicitum: maior enim distantia datur inter licitum, & mortaliter illicitum, quàm inter venialiter illicitum, & mortaliter illicitum.

Item, in nonnullis Religionibus est illicitum Religiosis sub veniali, in aliis sub mortali, aliorum cellas ingredi; in aliis id omnino licitum est: quis ergo negabit, posse Superiores illarum, in quibus id venialiter tantum est illicitum, ob iustas causas, & fines, quos habent, facere per suum præceptum mortaliter illicitum, præcipiendo in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub excommunicatione, ne quis deinceps aliorum cellas ingrediatur? Cum ergo consuetudo vim legis habeat, vimque præcepti, & tantum valeat, quantum valet Superior illam approbans; si Superior id potest facere, potest etiam consuetudo. Vide Paulum de Palatios in Annotationibus, quas scripsit super Caietanum Hispano sermone, verbo, *Præcepto quebrantado*. fol. 385. impressis Eboræ, anno 1557. vbi pulchrè hanc rem discutit, & vbi asserit, non posse dari regulam certam Superioribus ad præcipiendum, vel non præcipiendum aliquid sub mortali, vel veniali; qualis est grauitas materiæ præcepti: quia grauitas, & ratio præcepti non est tam delumenda ex grauitate materiæ, quam ex grauitate causæ & finium, quos Superior habet ad faciendam legem grauius, & sub mortali obligantem.

Ex hac secunda opinione Lusitanorum, sequitur primò, admittenda hac opinione, in qua statuitur de iure communi & Papali non esse peccatum mortale edere oua, & lacticia in Quadragesima; sed tantum veniale; non posse Episcopus in

33.

Palat.

34.

luis diocesis statuere esse mortale, stantibus, & persistentibus iisdem causis, rationibus, & circumstantiis, ob quas Papa, & ius commune id iudicavit esse veniale; quia Episcopi nihil possunt statuere super Papam, ut patet ex toto titulo, de maiori-  
*rate, & obedientia.* Et ex illo Christi Domini: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis.* Conducit caput, *Illud Dominus.* & caput, *Quod super his eodem titulo, de maiori. & obedient.* vbi Papa concedit Episcopis potestatem ad cogendam Synodum, dummodo nihil in ea statuatur, vel contra, vel supra sacros Canones, & ius commune. Sic in Castella non possunt Episcopi elus carnium sub nomine minorum in sabbathis totius anni, quos communis consuetudo approbata à Summo Pontifice fecit licitos, sub peccato mortali prohibere: quia ea consuetudo, cum sit approbata à Papa, vim legis Papalis habet. Dixi, *stantibus iisdem causis, finibus, & rationibus:* quia ex noua causa concernente salutem animarum suorum subditorum, id poterunt Episcopi præcipere, & sub mortali prohibere, veluti si oua, & lactinia, & minuta in sabbathis comedantur à suis subditis in contemptum ieiunij, & Ecclesie præcepti, aut ob alias causas graues, & iustas, quæ Prælati occurrere possunt, quas non licet subditis discutere.

35.36.

Sequitur secundò, veniale tantum esse in Quadragesima, pisces simul, & oua, & lactinia edere ex vi eiusdem iuris communis in eodem prandio, seclusa quacunque consuetudine maiorum.

37.

Rogabis hinc, an illi, qui non tenentur ieiunare, teneantur à carnibus, ouis, & lactiniis abstinere. Respondeo, teneri adultos, licet à ieiunio ex defectu ætatis excusentur, abstinere ab ouis, & lactiniis in locis, in quibus consuetudo harum rerum esum illicitum sub mortali fecit: quia hæc est voluntas Prælatorum, eam consuetudinem approbantium. At verò paruulis, qui nondum sunt capaces præcepti Ecclesie, nec septennium expleat, & alijs, qui nondum habent perfectum usum rationis, licitum est huiusmodi res edere, iuxta ea, quæ alibi diximus.

38.

Si tamen alicubi consuetudo sit non vescendi ouis duntaxat, ram in ieiunijs Quadragesimæ, quam extra illam, rogabis, an ille, cui tunc privilegium conceditur, ut illa comedat, tunc possit vesci caseo, lacte, & butyro. Respondeo, hæc de re duas esse opiniones. Prima negat. Fundamentum illius est: quia privilegium Principis, quando iuri communi derogat, debet strictè interpretari; ita ut tantum verba privilegij saluentur, & ad aliud non extendantur; ac proinde, cui vnum conceditur, non conceditur alterum: sicut è contrario, si alicui conceditur facultas vescendi lactinijs, non statim conceditur facultas ad vescendum ouis.

Medina. Azor.

Secunda affirmat: quia omnia hæc eiusdem rationis sunt, & privilegia benignè sunt interpretanda, & mens Superioris privilegium concedentis rationabiliter intellecta per vnius concessionem, vtrunque concedit, nec verba tunc ad aliud extenduntur, cum omnia sint eiusdem naturæ, moraliter loquendo, & eandem cognationem habeant cum carnibus, ut patet ex capite, *Denique.* distinctione 4. Ita docet Medina in Instruktionem Confess. lib. 1. cap. 14. §. 10. Azor. tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 1. quæst. 4. Et ad rationem in contrarium adductam dicendum est, id verum esse, quando vnum pro alio in iure non sumitur: at in iure oua pro lactinijs, & lactinia pro ouis sumuntur, cum omnia originem trahant à carnibus, & hanc approbo.

39.

Maius dubium est, an cui ex privilegio, vel

consuetudine licitum est oua edere, & lactinia, possit simul cum illis, vesci piscibus. Negat Nauarrus tomo 1. consiliorum, de obseruatione ieiuniorum, consilio 5. vbi dicit, fas ei esse vno die vesci ouis tantum, & altero die piscibus tantum; vel eodem die vesci in eodem prandio ouis tantum, & in cæna piscibus tantum. Fundamentum illius est: quia, aut piscium esus ei nocet, aut non nocet. Si nocet: ergo comedendo illos peccat. Si non nocet, sine iusta causa ei conceditur vsus cibi prohibiti.

Azor. Medina.

Alij affirmant, licitum ei esse in eodem prandio vesci ouis, & lactinijs simul cum piscibus. Ita Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 10. quæst. 1. Medina in Instruct. Confessar. lib. 1. cap. 14. §. 10. Probat: quia fieri potest, ut si quis solum in prandio piscibus vtatur, sibi nocet: quare per privilegium Pontificis ei conceditur potestas vescendi simul ouis, lactinijs, & piscibus. Deinde, quia accidere potest, ut oua tantum & lactinia non sufficiant ad integrum prandium, vel cœnam; aut è contrario pisces tantum ei non sufficiant: & fieri etiam potest, ut illius stomachus pisces tantum, aut oua tantum non recipiat: denique, quia sæpè contingit, ut modico paucorum pisciculorum esu appetitus excitetur ad maiorem, & necessarium ouorum, & lactiniorum esum, cibumque; & quia ita ab omnibus frequenter sine scrupulo fit.

40.

Ad fundamenta Nauarri respondeo: Si pisces nocent, peccate quidem comedendo illos, non contra legem ieiunij; sed quia vescitur cibo sibi incommo-  
 do, ac minime salubri ac proinde non contra temperantiam propriè per legem ieiunij intentam, sed contra prudentiam, & charitatem propriam. Si ei non nocent; minime peccare, vtrunque cibum edendo; quia vtitur privilegio suo, sibi à legitimo Principe concessio.

D. Thom.

Dubium etiam est, an oua, & lactinia sint prohibita in ieiunijs extra Quadragesimam, & in diebus veneris, & sabbathis totius anni: qua etiam de re duplex est opinio. Prima docet, seclusa consuetudine regni, loci, prouinciæ, aut diocesis, inspecto solo iure communi, non esse ista prohibita in prædictis diebus, & idèd posse licitè de iure comedere, absque vilo peccato, etiam veniali, & absque violatione ieiunij. Ita docet D. Thomas, 2. 2. quæstione 147. articulo 8. ad 3. ibi: *In quolibet ieiunio interdicitur esus carniuum: in ieiunio autem quadragesimali interdicitur oua, & lactinia.* Hæc ille.

Innocent. Lessim. Azor.

Vbi per exclusionem omnium dierum ieiunij extra Quadragesimam, videtur affirmate, solum in ieiunijs Quadragesimæ, hæc ex vi iuris communis esse prohibita. Ita docet etiam Innocentius in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, num. 5. Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 8. Paludanus Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 10. quæst. 1. Paludanus in 4. distinct. 15. quæst. 4. artic. 4. Nauarrus in Summa Latina, cap. 21. num. 15. Rosella verbo, *Ieiunium*, num. 11. Tabiena ibi num. 6. Ioannes Sanchez disputat. 51. num. 18. Fumus verbo, *Ieiunium*, initio. Hostiensis in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, num. 5. Caietanus in Summa, verbo, *Ieiunium* Rodriguez tomo 1. Summæ, cap. 23. & in explicatione Cruciatæ, §. 6. num. 1. Sà verbo, *Ieiunium*, num. 8. Nider præcepto 6. num. 8. Gabriel in 4. distinctione 16. quæstione 3. artic. 3. dub. 1. §. *De secundo.* Thomas Sanchez lib. 4. Decalogi, cap. 11. num. 52. Llamas 2. part. Methodi, cap. 15. §. 26. Vivaldus de ieiunio, cap. 15. num. 17. & 22. Villalobos tractatu 23. difficultate 2. num. 7. Ioannes de Crux 3. part. cap. 4. I. de Crux conclus. 4. Medina in Summa, lib. 1. cap. 14. §. 10. Medina. Alter

Medina. Palat. Vedraça. Vasqu.

Alter Medina Cod. de ieiun. quæst. 1. fol. 134. Palatius in 4. distinctione 15. quæst. 8. Pedraça in 3. præcepto. §. 4. Valquez tomo 2. disputat. 177. cap. 6. num. 54. Fundamentum illorum est: quia nullibi in iure communi inueniuntur oua, & lactinia prohibita extra Quadragesimam. Nam in cap. *Denique.* distinctione 4. vbi prohiberi videntur, solum agitur de ieiunijs Quadragesimæ. Et non est alius textus in toto iure, qui de ouis, & lactinijs expressè loquatur. Quare, cum nullibi inueniantur prohibita in diebus veneris, & sabbathis totius anni, nec in ieiunijs extra Quadragesimam; dicendum planè est, licitum esse illorum esum in his diebus, ex vi iuris communis. Secundò, quia oua, & lactinia prohibentur in Quadragesima: quia dies Quadragesimæ sunt dies ieiunij eius temporis: ergo in alijs diebus ieiunij extra illud tempus Quadragesimæ, non prohibentur, ac proinde illorum esus erit licitus.

41.

Secunda opinio docet, hæc etiam esse prohibita in ieiunijs extra Quadragesimam, & in diebus veneris, & sabbathis totius anni in iure communi, sicut prohibita sunt in ieiunijs Quadragesimæ. Ita tenet expressè Graphis lib. 2. decisionum, autear. cap. 36. num. 10. Alexander in cap. *Denique.* distinctione 4. num. 16. Dominicus in capite, *Rogationes.* de consecratione distinctione 3. Aftenis 2. part. titulo 28. artic. 3. quæst. 5. Ricardus in 4. distinctione 15. artic. 3. quæst. 5. Tabiena verbo, *Ieiunium*, num. 7. Ioannes Fernandez libr. de Episcopo, cap. 2. casu 107. & 131. & idipsum videtur etiam tenere Beia in 1. part. casu 45. dum absolute asserit, in terris de nouo reperitis, in quibus non erat consuetudo vescendi ouis, & lactinijs, standum esse iuri communi, in quo oua, & lactinia prohibentur: in qua tam absoluta locutione videtur comprehendere, non solum Quadragesimæ tempus; sed dies etiam ieiunij extra Quadragesimam, & dies veneris, & sabbathi totius anni. Idem videtur etiam tenere Abbas in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, teste Couarruuia lib. 4. var. cap. 20. num. 5. ad finem. Abbas enim ibi ait, posse fideles extra Quadragesimam vesci lactinijs, & ouis, si fuerit vsus receptus: quasi diceret, aliàs non: quia iure communi prohibentur. Videtur denique idem tenere Couarruuia modò allegatus, dicto num. 5. ad finem, vbi postquam retulit opinionem D. Thome, & Thomistarum asserentium hæc non esse prohibita in ieiunijs extra Quadragesimam, nec in sextis feriis, nec sabbathis totius anni, ita ait: *Ego verò existimo, oua, caseum, & lac, atque his similia verè esse iure in his diebus, quibus ieiunij causa, hæc caro fuerit prohibita.* Hæc ille. Probat hæc opinio, quia in cap. *Rogationes.* de consecratione, distinctione 3. in fine, dicitur, iisdem cibis quadragesimalibus vtendum esse in ieiunijs extra Quadragesimam, ac in ieiunijs Quadragesimæ, ibi: *Quo triduo quadragesimalibus cibis vtantur.* Et loquitur de triduo Rogationum, in quo olim ieiunium indictum erat, atque adèd de ieiunijs extra Quadragesimam. Vnde, si non licet, & est peccatum mortiferum ouis, & lactinijs vesci in ieiunijs Quadragesimæ, etiam peccatum mortale erit illis vesci in ieiunijs extra Quadragesimam, cum iisdem cibis nobis vtendum sit in istis, atque in illis ieiunijs. Secundò, quia in capite, *Denique.* distinctione 4. absolute prohibentur carnes, oua, & lactinia, ed quod originem trahant à carnibus: quare, cum carnes in omnibus ieiunijs, etiam extra Quadragesimam, prohibeantur, sextisque feriis, ac sabbathis totius anni verentur; & consequenter etiam

Graph. Alexand. Domin. Astenf. Richard. Tab. Ioan. Fern.

Beia.

Abbas.

Couarr.

prohibentur oua, & lactinia, quia originem ab illis trahunt. Nec refert, quòd Papa fuerit ibidem in dicto capite, *Denique.* distinctione 4. interrogatus de ieiunijs tantum Quadragesimæ: nam responsio prohibita, quam dedit, fuit absoluta, & in ea prohibuit oua, & lactinia, quatenus prohibuit carnes, ibi: *Par est, ut quibus diebus à carnibus abstinemus, ab iis quoque, quæ sementinam à carnibus trahunt originem, ieiunemus; ab ouis, videlicet, caseo, & lacte.* Vbi vides, totam rationem prohibitionis ouorum, & lactiniorum, esse; quia prohibentur carnes, à quibus originem trahunt: atque adèd quandocunque prohibentur carnes, prohiberi etiam oua, & lactinia. Quare, cum in ieiunijs extra Quadragesimam, & in sabbathis, ac sextis feriis totius anni carnes prohibeantur, consequenter etiam prohibentur oua, & lactinia.

42.

Vtraque ex his opinionibus est valde probabilis. Ego solum propter auctoritatem Diui Thomæ magis in primam inclino. Et ex illa sequitur, quòd licet Frater Minimus vescens oua, & lactinia in diebus ieiunij extra Quadragesimam, lethali peccato contra suam Regulam; non tamen peccare contra præceptum ieiunij Ecclesie, nec infringere ieiunium Ecclesie; sed ieiunium suæ Regulæ: quia non comedit cibos prohibitos ab Ecclesia in tali ieiunio. Ita Maior. in 4. distinctione 15. quæstione 3. columna 2. Et deducitur ex Paludano ibi dist. 15. q. 4. concl. 2.

Maior. Paludan.

Ad fundamenta secundæ opinionis respondeo, Doctores semper intellexisse prædictum caput; *Rogationes.* de consecratione, distinctione 3. de esu tantum carniuum, quæ per se, & directè in omnibus ieiunijs, tam Quadragesimæ, quam extra Quadragesimam verantur: & nunquam illud intellexisse de esu ouorum, & lactiniorum, quæ per accidens, & in consequentiam prohibentur; & inibi in eo capite vtendum esse cibis quadragesimalibus, hoc est, abstinendum esse à carnibus: cum verò Summus Pontifex de ouis, & lactinijs interrogatus fuit specialiter in capite, *Denique.* distinctione 4. respondit, ab illis quoque abstinendam esse: quia à carnibus originem traherant: quod fecit ob reuerentiam sacri temporis Quadragesimæ. Vnde tota ratio prohibitionis ouorum, ac lactiniorum, tempore Quadragesimæ, est: quia originem trahunt à carnibus. De ieiunijs autem extra illam noluit Summus Pontifex, quòd fideles ab ouis extra illam abstinere: debent enim ieiunia quadragesimalia, ob reuerentiam sacri temporis, sacratoriore esse, & aliquam excellentiam habere super alia ieiunia. Et hac responsione omnia fundamenta secundæ opinionis destruantur.

43.

Dubitabis, an etiam in diebus Dominicis Quadragesimæ hæc oua, & lactinia comedi possint, iure communi inspecto, & seclusa consuetudine. Partita etiam est opinio. Prima negat, & ait, id peccatum esse mortiferum. Ita docet Ioannes Sanchez disputatione 51. numero 25. Thomas Sanchez tomo 2. Decalogi, libro 4. capit. 11. numero 53. Henriquez libro 7. de Indulgentiis, cap. 13. numero 10. Angles quæstione 9. de abstinentia à cibo, difficultate 7. Ludouicus Lopez 2. part. Instruct. Confessariorum cap. 112. R. odriguez in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 6. num. 8. Corduba in Summa, quæstione 168. folio 48. Vega 1. part. cap. 14. casu 26. Villalobos tractatu 27. clausula 6. numero 1. & tractatu 23. difficultate 8. numero 1. Ratio illorum est. Primò, quia ratio textus capitis, *Denique.* distinctione 4. ob quam oua, & lactinia prohibentur in Quadragesima, non fundatur in eo, quòd dies Quadragesimæ sint dies ieiunij; sed in eo, quòd sint dies abstinentiæ

Ioan Sanc. Th. Sanchez. Henr. Angles. Lud Lop. Rodrig. Cord. Vega. Villalob.

abstinentiae à carnibus : prohibentur enim ratione carniam ; quatenus trahunt originem ab illis ; non ratione ieiunij : ergo , cum in diebus Dominicis Quadragesimae teneamur abstinere à carnibus ; ab ovis quoque , caseo , & lacte , quae ab illis originem trahunt , tenemur abstinere . Secundo , quia , ut refert Ioannes Sanchez , allegatus dicto numero 25 . Gregorius X I I I . declarauit , quod licet dies Dominici Quadragesimae non sint dies ieiunij , quoad quantitatem , & delectum ciborum ; esse tamen dies ieiunij , quoad qualitatem illorum : quare , cum iisdem diebus teneamur à carnibus abstinere ; tenemur etiam abstinere ab ovis , & lacticiis , quae à carnibus originem trahunt .

Io. Sanch.

44.

Llamas. Ant. Gom. Cord.

Secunda opinio affirmat , licitum esse illa comedere in diebus Dominicis Quadragesimae , & nullum id esse peccatum , nec veniale quidem . Ita Llamas 3 . parte Methodis , capite 5 . § . 26 . in fine . Antonius Gomez in explicatione Bullae Cruciatæ , clausula 7 . numero 7 . Corduba in Summa , quaestione 168 . vbi dicit , hanc esse opinionem nouiorum : & pro hac opinione faciunt omnes Doctores , & rationes factæ pro prima opinione numero 40 . explicata . Fundamentum huius rei est : quia oua , & lacticia videntur solum esse de essentia ieiunij Quadragesimae : quare , cum in diebus Dominicis illius non teneamur ieiunare ; non tenemur etiam ab illis in iisdem abstinere . Antecedens probatur : quia Summus Pontifex consultus fuit ab Augustino , Anglorum Episcopo , an abstinendum esset in diebus ieiunij Quadragesimae , à lacticiis , & ovis , sicut à carnibus : & respondit in dicto cap . Denique . distinct. 4 . affirmatiue : quia originem traherent à carnibus . Nil autem respondit de diebus Dominicis prædictæ Quadragesimae , nec de illis fuit consultus : quare ea responsio prohibitiua , cum sit poenalis , non est extendenda ad dies Dominicos , de quibus Papa non fuit consultus .

Replicabis , id deduci ex ratione Pontificis , quam in sua responsione dedit : prohibuit enim oua , & lacticia , eò quod originem traherent à carnibus : cum autem in diebus Dominicis Quadragesimae abstinemus à carnibus , consequenter etiam ex mente Pontificis abstinendum nobis est ab omnibus , quae originem à carnibus trahunt , ab ovis , videlicet , caseo , & lacte . Sed id egregie infirmatur , tam ex ipsa interrogatione , quam ex illius responsione . Nam , cum interrogatio solum fuerit proposita Summo Pontifici circa dies ieiunij in Quinquagesima ; responsio supra hos ipsos dies cadit duntaxat : & cum sit prohibitiua , & poenalis , non debet extendi ad casum non interrogatum .

Probatum etiam hæc opinio ex doctrina Sancij libro 4 . Decalogi , capite 11 . numero 46 . vbi asserit , abstinentiam ouorum , & lacticiorum esse rei minoris , minusque Deo dilectæ , quam abstinentiam carniam : quia , qui vouet abstinentiam carniam , non vouet abstinentiam ouorum , & lacticiorum : quare , cum sit minor , non debuit prohiberi diebus Dominicis Quadragesimae .

Ista secunda opinio videtur mihi probabilior , & ex fundamentis illius soluta manent fundamenta prima .

45.

Solum animaduerto ad finem huius capituli , si alicubi consuetudo legitime approbata fuerit , ouorum , & lacticiorum esum esse in diebus Dominicis Quadragesimae , & in aliis ieiuniis extra illam , illicitum sub mortali , mortiferum peccatum esse illa comedere . Potest enim consuetudo

harum rerum esum , tam in Quadragesima , quam extra illam , facere licitum & illicitum . Vnaquæque enim prouincia debet consuetudines suas legitime approbatas sequi . Vnaquæque enim , ut ait D . Hieronymus epistola ad Lucinum , & D . Thomas 2 . 2 . quaestione 147 . artic. 8 . ad 3 . suo sensu abundat , & consuetudines Maiorum suorum debet traditiones Apostolicas arbitrari .

D. Hier. D. Thom.

46.

Circa vini usum concors est omnium Theologorum , & iuris canonici Interpretum sententia , vinum ieiunium non frangere , seu mane ante prandium , seu vespere post prandium sumatur , siue quacunque hora diei , etiam in immoderata quantitate : quoniam contra virtutem temperantiae absolute tunc peccatur , & contra charitatem propriam , non contra sobrietatem , & temperantiam specialem per ieiunij præceptum intentam : quoniam enim omnis potus , qui in cibum pariter sumitur in die ieiunij sit prohibitus , qualia sunt quaedam pocula , quibus est cibus permixtus , & quæ præcipue nutriunt , ut iuscula , quæ lac , vel saccharum , vel oua , vel farinam admixtam habent , vt docet Paludanus in 4 . distinctione 15 . quaestione 4 . conclusione 3 . Rosella verbo , Ieiunium , numero 24 . atramen vinum non est prohibitum , vt patet ex capite , Denique . distinctione 4 . licet enim aliquantulum nutriat ; non sumitur tamen ad nutriendum præcipue , sed ad sitim restinguendam : & idè , ordinariè loquendo , non per modum cibi , sed per modum potus adhibetur , vt optimè notauit Azor tomo 1 . Institutionum Moralium , libro 7 . capite 10 . quaestione 7 . versu , Sciendum est , quod .

Palud. Rosella.

Azor.

Negare tamen non possumus olim consueta veterum Christianorum ieiunia , vini etiam potu caruisse : & id constat ex Clemente Romano libro 5 . Constitutionum Apostolicarum , cap. 17 . A vino , inquit , & carnibus abstinete vos his diebus . Et loquitur de diebus ieiunij Quadragesimae : constat etiam ex Diuo Cyrillo Hierosolymitano , cathechesi 141 . ibi : Ieiunemus à vino , & carnibus abstinentes . ex Theodoro retro epistola diuino . decretor . ex Theophilo Alexandrino sermone 5 . de Paschate , ex Origene lib. 3 . in Iob , & Basilio homilia 1 . de ieiunio , ex Diuo Augustino sermon. 64 . de tempore , & ex aliis Sanctis Patribus passim . Quare non miror docuisse Alessem 4 . part. m. 8 . artic. 1 . § . 3 . vini potionem ante prandium ieiunium infringere : non miror etiam , docuisse Richardum in 4 . distinctione 15 . articulo 3 . quaestione 7 . & D . Antoninum 2 . parte titulo 6 . capite 2 . § . 9 . & Rosellam verbo , Ieiunium , numero 5 . vinum , si ad nutriendum , præsertim mane , & si ad famem explendam hibatur , esse in fraudem ieiunij , & consequenter ieiunium violare . At verò nunc in consuetudine positum est , non violari ieiunium , etiam si ad famem sedandam sumatur : semper enim est potus , & per modum potus sumitur .

47. Clem. Rom.

D. Cyril. Theod. Theoph. Orig. Basil. D. August. Alens.

Richard. D. Anton. Rosell.

48.

Hic tamen duo rogabis . Primum , an interdiu sumi possit sine peccato ante illum potum , qui ad extinguendam sitim sumitur , parum cibi , ne potus noceat . Affirmat Syluester , quem citat , ac sequitur Azor tomo 1 . Institutionum . moralium , lib. 7 . capite 10 . § . Certè negari non potest . veluti exigua medicamenti portio , putà parum sacchari rosacij ; quinque , vel sex amygdalas saccharo confectas , vel quid simile : & quauis Azor addat ; dummodo tamen non sit panis , aut fructus arboris ; tamen non video rationem , ob quam ille id rationabiliter addat : tum , quia ista etiam per modum medicinæ sumi possunt , ne potus noceat ; tum , quia paruitas materiae ieiunium non frangit ,

Syluest. Azor.

frangit , vt dicemus infra capite quarto numero 2 . & 3 .

49.

Rosell. Gloss. Hostiens.

Abbas. Syluest. Summa Angelica.

Secundò rogabis , an in illis diebus , in quibus licet comedere oua , & caseum , & lacticia , liceat etiam comedere lardum , vel sagimen , vt vocant ? Certè id affirmat Rosella verbo , Ieiunium , numero 32 . Glossa in capite Presbyter . distinctione 82 . in verbo , Sagimine . & Hostienlis in Summa , in rubrica , de obseruatione ieiuniorum , vbi dicit , cui conceditur vltus ouorum , & casei , concedi etiam vltum sagiminis . Et id docet etiam Abbas in capite Consuluit . de ieiuniis , & Syluester verbo , Ieiunium , quaestione 5 . numero 16 . & Summa Angelica verbo , Ieiunium . Verum , si sagimen idem sit , quod lardum , cum lardum idem sit , quod porcina caro pinguior , ac crassior , & solidior ; mihi quidem omninò videretur illicitus , & mortaliter illicitus illius esus : si verò idem sit sagimen ; atque adeps porcinus , etiam mihi videretur opinio Syluestri , & aliorum laxior aliquantulum , quam patet .

distinctione 15 . quaestione quarta articulo 4 . Maior ibidem , quaestione 3 . columna 2 . Medina in tractatu de ieiunio , quaestione 1 . Caietan in Summa , verbo , Ieiunium , versiculo , Vnica demum comestio . Abbas in rubrica , de obseruatione ieiuniorum , numero 3 . Conaruias libro quarto variarum resolutionum , capite 20 . numero 11 . Rodriguez in Summa tomo 1 . capite 23 . initio . Angles in floribus , tractatu de ieiunio , quaestione nona articulo 2 . pagina 431 . Diuus Antoninus 2 . parte , titulo 6 . capite 2 . § . 9 . initio . Ludouicus Lopez Instructionum Confessariorum , 2 . parte , capite 112 . pagina 708 . versiculo , Queritur sexto . Tabiena in Summa , verbo , Ieiunium , numero 3 . Angelus ibidem , numero 3 . Bellarminus de controuersis Christianæ fidei , controuersia tertia libro 2 . capite 2 . columna 1033 . Petrus Cenedo libro de quaestionibus canonicis , quaestione quadragesima prima initio , & alij . Sed iam dubitabis , quænam definita sit in iure hora competens ieiunij ? In ieiuniis Quadragesimae de iure antiquo , antequam sit completa hora nona , cibus sumendus non est : est autem hora nona , plus , minusve , tertia post meridiem , vt statim dicemus . Ita deducitur ex textu cap . Solent . de consecratione , distinctione 1 . & aduertit Paludanus vbi supra , & Azor tomo 1 . Institutionum moralium , libro 7 . capite 11 . quaestione 1 . Vult tamen Diuus Thomas vbi supra , dicto articulo 7 . satis esse , quod vel sit finita , vel propè : quod ipsum sequitur Turrecremata dicto capite , Solent . & matre probare videtur Diuus Antoninus prima parte , titulo 6 . capite 2 . § . 10 . & capite 1 . § . nono defensionem potest ex eo , quia non est purandum , tempus horæ fuisse mathematicè designatum , sed moraliter : est autem hora nona , quæ reuera fuerit nona pars totius diei , facta eius diuisione in duodecim horas , ita vt ante meridiem sex , post meridiem rursus sex assignentur , modò maiores , modò minores , pro ratione temporis , astiui , vel hyemalis , prout deducit Couaruias lib. 4 . variarum resolutionum , capite vicefimo numero 14 . qua ratione , completa hora nona , erit tertia post meridiem , plus , minusve .

Maior. Medina. Caietan. Abbas. Conarr. Rodriguez. Angles. D. Anton. Lopez. Tab. Angel. Bellarmin. Cenedo.

Paludan. D. Thom. Turrecrem. D. Anton.

Couar.

2. D. Thom. Richard. D. Anton. Abul. Couar.

CAPVT III.

De hora competenti vnica comestio in die ieiunij : soluantur dubia , qua circa illam possunt contingere : queritur , an præceptum ieiunij obliget sub mortali .

SVMMARIVM.

- An hora competens ad prandendum sit necessaria ad ieiunium , & sit de iure ista hora competens in ieiuniis Quadragesimae . num. 1.
Quid in aliis ieiuniis . num. 2.
Quæ sit hodie de consuetudine . num. 3.
An sit peccatum mortale notabiliter præuenire hanc horam absque vlla causa , & quod tempus præuentionis sit notabile . num. 4.
An liceat illam notabiliter differre absque causa , numero 5.
An præceptum ieiunij obliget ad mortale . Refertur prima opinio affirmans , peccatum esse mortale , violare , non ex vi præcepti , sed ex consuetudine . num. 6.
Asseritur secunda dicens ex vi præcepti esse peccatum mortale . num. 7.
An , qui nullam inediaem patitur , si hora competente cibum capiat , teneatur expectare , quoadusque illam sentiat . num. 8.
An teneatur expectare , quod Vespere dicantur ante cibi sumptionem . num. 9.
Quæ sit iusta causa præueniendi horam competentem . num. 10.
An priuilegiatus à Summo Pontifice , vt horam ieiunij possit notabiliter præuenire , eo ipso consecratur solutus lege ieiunij . num. 11.

D. Thom. Palud.

Hactenus de primo membro constituyente essentiam ieiunij Ecclesie , nempe , de abstinentia à carnibus , egimus . Nunc agendum est de secundo illius membro , nempe , de hora competentis , ita vt mortaliter peccet ille , qui illam non seruauerit , est consentiens omnium Doctorum sententia . Ita docet Diuus Thomas 2 . 2 . quaestione 147 . articulo 7 . Paludanus in quarta di-

Paludan. D. Thom. Turrecrem. D. Anton. Couar. Richard. D. Anton. Abul. Couar. P P P in



D.Thom. in 2. 2. quaestione 47. articulo 7. ubi de hora competenti ieiunij disputans, sic ait inter alia: Est autem debita & communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam: & ideo, ut ieiunans afflictionem aliquam sentiat pro culpa satisfactione, conueniens comedendi hora ieiunantibus taxatur circa horam nonam: & conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, qua completa fuit hora nona, quando inclinato capite tradidit spiritum. Hac D. Thomas ibid.

Itaque, re bene considerata, censeo, eum, qui absque vlla causa semihoram ante vndecimam prandium, seu cenam caperet, peccare mortaliter: quia notabiliter anteverit tempus a consuetudine praescriptum. Et ita videtur docere Ioannes Sanchez disputatione 53. numero 2. Vnde non assentior Azorio tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 11. quaestione prima sine; nec Toletio libro sexto capite 2. numero 7. arbitrantibus; laicos saltem posse comedere hora decima: Est enim vna hora, notabilis anticipatio, mortale crimen inducens, tam respectu saecularium, quam Religiosorum, nisi ibi id ita consuetudo obrinerit. In tota verò Lusitania, & ferè etiam in tota Castella, vndecima hora, tam verno, quam hyberno tempore, hora est competens ad capiendum cibum, tam respectu laicorum, quam Religiosorum, consuetudine ita praescribente. Ita docet Ioannes Sanchez disputatione 53. numero primo, Medina in Summa, 3. praeecepto, §. decimo, folio 89. Rodriguez in explicatione Bullae Cruciatæ, §. 6. initio. Graphis 1. parte decisionum aurearum, libro 2. capite 37. numero 35. Moure 2. parte, capite 8. numero 4. Nauarrus in Summa Latina, capite 21. numero 27. Valentia tomo tertio disputatione 9. quaestione secunda puncto 3. Medina Codice, de ieiunio, in fine, quaestione, de hora refectionis, folio 139. Ioannes de la Crux in 3. parte, articulo 4. folio 27. & alij. Quare in his locis, cum hora competens ex consuetudine sit hora vndecima, & anticipatio notabilis respectu huius temporis, & horæ sumenda sit, non respectu totius diei; bene sequitur notabiliter hanc vndecimam horam antevertere; peccareque proinde mortaliter illum, qui sine causa, hora decima supra dimidiam, in diebus ieiunij cenam caperet, seu prandium. Dixi, quod sentio: meum tamen iudicium melius sentienti subiicio.

Io. Sanchez. Azor.

Toletus.

Sanchez. Medina. Rodrig. Graphis. Moure. Nauarr. Valent. Medina.

Ioan. de la Crux.

3. Ceterum, quicquid sit de iure & tempore Diui Thomae, communi tamen consuetudine hodie effectum est, ut hora competens ad frangendum omne ieiunium, etiam Quadragesimæ, vniica comestione, reputetur hora meridiei. Ita docet Caietanus 2. 2. quaestione 147. articulo septimo, & verbo, *Ieiunium, §. Hora competens*. Maior in 4. distinctione 15. quaestione 3. columna. 3. Medina de ieiunio, quaestione 1. in fine. Couarruias libro 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 14. ante finem. Abulensis in Matthæum, quaestione 163. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro septimo, capite 11. quaestione 2. Nec verò vertendum est in quaestionem, an id poterit a consuetudine introduci: cum enim temporis praesinitio omnino postiuua sit, potuit a consuetudine legitime abrogari, vt Couarruias, Medina, & Maior locis citatis merito adnotarunt. Ceterum, cum audis, duodecimam horam esse iam communi consuetudine taxatam; non intelligas, eam esse more mathematico asseruandam; sed lato modo; vt docet Syluester verbo, *Ieiunium*, quaestione 4. Abulensis dicta quaestione 163. ad secundum, & quaestione 172. Praesertim verò id admittendum

Caietan. Maior. Medina. Couar.

Abulensis. Azor.

Syluest. Abulensis.

est, ubi non fuerit horologium: & in hoc casu loquitur Maior ubi supra. Addiderim tamen hoc loco, quod ubi fuerit ex consuetudine designatum tempus ante meridiem ad cibum capiendum, licet poterit id obseruari, vt vult Caietanus verbo, *Ieiunium*, & expressit Abulensis dicta quaestione 172. aperteque conuincitur ex ratione assignata: & ideo exculantur hi, qui apud nos hora vndecima tempore ieiuniorum, quæcunque illa sint, siue Quadragesimæ, siue extra illam, cibum capiunt: hæc enim apud nos inualuit consuetudo; ac proinde si nunc vsque ad tempus horæ vndecimæ tantum ieiunamus; consuetudinem quidem vim legis habentem, non ius commune, & antiquum obseruamus. Nam, sicut olim fuit in more positum, vt in diebus ieiunij ederetur ad horam nonam, seu tertiam post meridiem, & postea etiam consuetudine effectum est, vt in quolibet ieiunio ad meridiem cibus caperetur: sic etiam eadem consuetudine fieri potuit; vt hora competens ad edendum in diebus ieiunij, sit hora vndecima diei, id est, vna hora ante meridiem, vt optime deducitur ex Azorio tomo primo institutionum moralium, dubitatione 7. capite 11. quaestione tertia, pagina 655. columna prima.

Caiet. Abulensis.

Azor.

4.

Dubitatur tamen, an ille, qui notabiliter sine causa praenit horam prandij in diebus ieiunij; siue de illa agamus, quæ a iure praescripta est, si forte alicubi obseruatur; siue de ea, quæ fuerit consuetudine introducta, mortaliter delinquat? Et cerè hæc de re duas inuenio opiniones. Prima negat peccatum esse mortale, horam prandij notabiliter praenire. Ita docet Angelus verbo, *Ieiunium*, §. secundo & Richardus in 4. distinctione 15. articulo tertio, quaestione 8. sine; & in ieiuniis extra Quadragesimam idipsum sectatur Gabriel in quarta distinctione 15. quaestione 3. articulo 2. dubitatione 1. columna 4. Secunda tamen & vera opinio docet peccatum esse sine dubio mortale, horam prandij in diebus ieiunij sine causa notabiliter praenire: (quæ autem legitima causa sit praenirendi, dicemus infra numero 10.) Ita docet Caietanus 2. 2. quaestione 147. articulo 7. Nauarrus in Manuali, capite 21. numero 27. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 11. quaestione quarta Paludanus in 4. distinctione 15. quaestione 4. articulo 4. conclusionem prima. Syluester verbo, *Ieiunium*, numero 13. Couarruias lib. quarto variarum resolutionum, capite 20. numero 14. in fine: quod ex eo probatur facillè, quia omnes Christiani putamus, eum non ieiunare, qui mane in die ieiunij comedit, aperte in hoc supponentes definitionem temporis ieiunij: esse necessariam. Et propter hanc rationem idipsum sequitur Ledesma 2. 4. quaestione 17. articulo 4. in fine. Quod autem tempus sit notabile ante horam prandij, seu cenæ, in diebus ieiunij, (appellatur enim in his diebus cenæ, prandium, & prandium, cenæ,) arbitrio prudentis committitur. Certè vnus quadrans, aut fortè vnus supra dimidium, non erit tempus notabile; erunt tamen fortasse duo: quanuis Azor tomo primo Institutionum moralium, libro 7. quaestione 4. capite vndecimo existimet, eum, qui vnus quadrans, aut semihoram praenit sine causa, non peccare fortasse nisi tantum venialiter: qui verò horam integram, peccare mortaliter, ex eo fundamento, quia vna hora integra, pars est diei notabilis; non verò semihora. Addit ille tamen hæc verba statim: *Ego dixi, quod sentio: si tu melius indicaueris, ego tibi assentiar*. Opinio Azoris non mihi displicet,

Angel. Richard.

Gabriel.

Caietan. Nauarr.

Azor. Paludan.

Sylu. Couar.

Led.

Azor.

et, quanuis tempus anticipationis non sit computandum respectu totius diei, vt ille computat, sed respectu horæ prandij: & ideo credo, semihoram respectu horæ prandij, quæ est vndecima hora diei apud nos, esse tempus notabile.

5. Nec tamen hinc inferas, sicut non licet notabiliter praenire tempus prandij, ita non licere notabiliter differre: nam dilatio prandij non violat praeeptum absque vlla causa facta, cum in ea fiat inedia productior, & maior sentiat corporis afflictio. Deinde; quia circa hanc dilationem nulla extat iuris prohibitio, aut consuetudo; quæ id veter: non extat iuris prohibitio, quia lex ieiunij seruandæ vsque ad horam nonam; & prohibitio vsque ad eam horam in ea lege contenta, ne notabiliter anticipetur, per contrariam consuetudinem est abrogata, vt vidimus numero 3. Non extat obligatio non producendi ieiunium vltra vndecimam, aut duodecimam, per aliquam consuetudinem introducta, cum adhuc talis consuetudo non detur, nec quisquam existimat, se frangere ieiunium, si notabiliter illud differat sine causa, nec in confessionibus hac de re se accusat: ergo nullum est peccatum horam prandij in diebus ieiunij notabiliter differre sine causa. Et ita docet Praepositus capite, *Denique*, distinctione 4. numero 21. Gabriel in 4. distinctione 16. quaestione 3. articulo 2. dubitatione 1. columna 4. & Syluester verbo, *Ieiunium*, quaestione 4. in fine; & Nauarrus in Manuali Latino, capite 26. numero 27. & D. Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 2. & id tenet etiam Richardus in 4. distinctione 15. articulo 3. quaestione 8. Caietanus 2. 2. quaestione 127. art. 7. & alij passim cum Abulensi in Matthæi caput 6. quaestione 172. Intellige tamen hæc; modò talis dilatio non fiat ex superstitione, vt rectè animaduertant Syluester, & Gabriel modò allegati. Et verò quoad tempus, quod quis poterit inter prandium insumere, nihil diffinitum est, nec a iure, nec a consuetudine: & meritò planè; praesertim, quia, vt bene inquit Maior in 4. distinctione 15. quaest. 3. col. 3. ad finem, in hoc non posset certa regula assignari: quia vnus voraciter comedit more lupi; alius non nisi maiori interuallo temporis, cum lentè & morosè cibum capiat. Illud autem planè constat, quòd in hoc nullum delictum intercedat; nunquam tamen limites temperantiae transgrediuntur, nec in fraudem praeepti ieiunij aliquid faciendum.

Praeposit. Gabriel.

Sylu. Nauar.

D. Anton. Richard.

Caiet.

Maior.

6. Ex dictis resoluitur illa quaestio satis apud veteres Doctores agitata, An ieiunij praeeptum ita obliget ad culpam mortalem, vt mortaliter peccent; qui illud violant? Quidam existimant mortaliter peccare, non ex vi praeepti ecclesiastici ieiunij, cum ius canonicum non obliget ad culpam mortalem in eiusmodi praeepto; sed ex vi consuetudinis totius populi Christiani existimantis in hoc mortaliter peccare; & ex communi omnium Doctorum consensu. Ita docet Caietanus verbo, *Ieiunium*, in Summa, §. *Hora competens*, cap. 4. & 2. 2. quaest. 146. art. 3. Probat: quia nullibi in iure canonico inuenitur tam grauis obligatio per praeeptum ieiunij inducta, quæcunque ipsius ieiunium sit, siue Quadragesimæ, siue extra illam: non tamen negat Caietanus, posse Ecclesiam condere leges humanas, & praeepta, quæ obligent ad mortale, cum id certissimum sit, vt constat ex praeepto Missæ, & confessionis annualis, & ex iis, quæ tradit Medina de ieiunio, quaestione de necessitate seruandi ieiunia ecclesiastica, & Ledesma 2. 4. quaest. 17. art. 2. Couarruias regula, *Peccatum*, & plerique alij: sed asserit, se id non audere affirmare

Caiet.

Medina. Ledesma. Caiet.

P. Steph. Fagundes, in quinque praec. Eccl.

ex vi solius iuris scripti in materia ieiunij: quia, inquit, nescio, an alicubi in iure sancitum sit praeeptum sub mortali obligans ad ieiunium: libenter tamen fatemur, non solum ex Ecclesiae approbatione, vt vult Caietanus; sed etiam ex iure scripto, ieiunium esse in praeepto sub mortali, vt statim dicemus; & tradit Medina, ac Ledesma ubi supra. Alij dicunt, solum eos peccare mortaliter, qui praeeptum ieiunij per contemptum non seruant: contemptum verò accipiunt pro expresso & tacito: contemptum expressum appellant illum, quo quis ex formali intentione despiciendi praeeptum Ecclesiae, ieiunium violat: contemptum verò tacitum non omnes eodem modo explicant: quidam putant contemptum tacitum esse illum, quo quis assiduitate quadam, & vsu frequenti ieiunium omittit: quia, inquit, nemo frequenter ieiunium frangit, quin aliquando per contemptum non infringat: nam, quæ sæpè facimus, sine scrupulo facimus. Ita explicat tacitum contemptum Richardus quodlibeto 1. quaestione 19. Angelus verbo, *Inobedientia*, initio, & alij. Alij verò ex Calderino decisione 1. de const. generaliter contemptum tacitum vocant, cum quis solo suo arbitratu, & aduertentia legem, vel canonem, aut praeeptum frangit; non tamen, si violat aliqua negligentia, cupiditate, vel animi affectione. Alij contemptum tacitum ponunt, cum quis absque iusta, & legitima causa ieiunium soluit, quod obseruare debebat, quæ sententia magis probatur, & colligi videtur ex cap. *Ieiunia*, de consecratione, distinctione 5.

Caiet.

Richard. Angel. Calder.

7.

Dicendum tamen est ex communi Theologorum, & Canonistarum sententia, ieiunij praeeptum ita obligare, vt quicumque illud absque legitima causa non seruauerit, mortaliter peccet, ac delinquat. Ita docet Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quaestione 2. §. *Ex communi itaque*. Panormitanus in rubrica, *De obseruatione ieiuniorum*, num. 11. Archidiaconus capite, *Vinam*, distinctione 76. & Glossa distinctione 25. cap. *Vnum orarium*, §. *Alia ea demum*, verbo, *Ieiunantibus*. Gabriel in 4. distinctione 16. quaestione 3. articulo 1. notabili 3. Paludanus ibidem, quaestione 4. articulo 1. Armilla verbo, *Ieiunium*, Armill. num. 7. Couarruias lib. 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 10. ubi docet, ieiuniorum Canones, & Constitutiones conscientias ita obligare, vt qui ieiunia indicta, etiam sine villo contemptu, sed solum de facto absque vlla legitima causa non seruant, cum possunt, mortaliter delinquant. Et id probat ex capite, *Non licet*, de consecratione, distinctione 3. & ex capite, *Non oportet*, eadem distinctione, & ex capite, *Quadragesima*, de consecratione, distinctione 5. in quibus apponuntur verba significantia praeeptum, & ex Clementina, *Exiit*, de verborum significatione, ubi Summus Pontifex ait, Monachos propter ieiunia Ordinis & Regule non esse liberos a ieiuniis ecclesiasticis, quæ Christiani obseruare debent: & Clementina, *Ad nostrum*, de Hæreticis, damnatur error dicentium, vitos perfectos ieiuniorum legibus non teneri.

Azor.

Panormi. Archid.

Glossa.

Gabriel.

Palud.

Armill.

Bouar.

8.

Dubitatur tamen, an qui videt, se nullum laborem sentire, si debita, & competenti hora cibum sumat, teneatur expectare, quoad usque in ediam sentiat. Et pro affirmatiua parte multa adducit Medina de ieiunio, q. de hora refectionis, qui tamen omnibus bene satisfacit, & in opposita est sententia cum Ledesma 2. 4. q. 17. art. 4. col. 5. eisque assentio; nec enim in praeepto ieiunij praecipitur esurire; nam alioqui fieret, vt vnus teneretur expectare, & differre

Medina.

Ledesma.

differre refectiorem ad Nonam; alius ad Vesperam, alius ad Solis occasum, alius denique teneretur tota die non comedere; id enim variae complexiones appetere indicant: at quam hoc absurdum sit, nemo non videt. Adde, quod, ut animaduertit Caietanus, melius, & commodius victus parsimonia obseruatur, cum refectio hora debita assumitur, et si non adit esurians, quam si expectetur: nam in magna esurie auidius cibum capitur, minusque temperate.

Caiet.

9.

Palud.

Hinc insurgit alia quaestio, an, scilicet, teneatur quis saltem expectare, quod Vesperae dicantur, ante cibi sumptionem? Paludanus in 4. distinctione 15. quaestione 4. articulo 4. conclusione 1. videtur velle, in ieiuniis Quadragesimae id esse obseruandum, idemque dubius quodammodo inquit in sabbathis, quibus sacri Ordines celebrantur: in aliis vero ieiuniis ait, expectandum esse, quod Officium nonae celebratur. Caeterum, in his omnibus liberè locutus fuit, & sine textu. Fundamentum accepit fortè Paludanus ad id asserendum ex capite, Solent plures, de consecratione, distinctione 1. vbi expressè dicitur, non esse credendos ieiunare illos, qui tunc ante manducauerint, quam vespertinum Officium celebratur. Et hinc colligit, quod hodie, cum iam consuetudine obtentum sit, (vt supra vidimus numero 3.) quod pro omnibus ieiuniis ad cibum sumendum legitima reputetur hora circa meridiem, eodem consuetudinis iure factum sit, vt in Quadragesima vespertinum Officium dicatur ante prandium prope meridiem post vneicimam horam; ita quidem, vt in omnibus Ecclesiis omnes Horae canonicae praeter Completam, vel sint finitae, vel propè finiantur, vt bene aduertit Couarruuias lib. 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 14. ante finem. Factum verò id est, quod olim, vt ait, in Quadragesima non licebat cibum capere, nisi finito Officio vespertino. Caeterum, quidquid sit de iure, consuetudo antiqua satis probat, non esse necessarium ad ieiunium debitè implendum, quod preces vespertinae ante prandium recitentur, vt tenet Ledesma 2. 4. quaestione 13. articulo 4. in fine. Medina de ieiunio, quaestione 2. in fine. Caietanus verbo, Ieiunium, §. Hora competens. neque enim preces ordinatè vllum ordinem ducunt ad ieiunium, aut ieiunium ad illas, vt patet: vnde, neque etiam Clerici tenentur dicere Vesperas ante prandium, vt optimè aduertunt Caietanus, & Ledesma citati.

Couar.

Ledesma. Medina. Caiet.

10.

Diximus numero 4. esse peccatum mortale horam competentem cibum capiendo notabiliter praenire, sine iusta, ac legitima causa, in diebus ieiunij: rogabis modò, quoniam sit illa iusta ac legitima causa praenirendi horam prandij consuetam? Respondeo, esse causam legendi ad mensam, docendi, iter faciendi, praedicandi, vel ob aduentum hospitem, vel alias similes. Ita docet Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 11. quaestione 4. Paludanus in 4. distinctione 15. quaestione 4. articulo 4. Syluester verbo, Ieiunium, quaestione 4. versiculo, Tertium. Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 27. & alij. Hic tamen quaestionem mouebis, an qui sine iusta causa horam prandendi in die ieiunij praenit, teneatur eo die ieiunium obseruare: videbitur enim alicui fortè non teneri: nam, sicut, qui vas integrum seruare teneretur: si illud culpa sua frangeret, non amplius peccaret, illud in minutissimas partes comminuens, ac conterens, cum semel fractum, amplius integrum seruare nequeat; ita pariter, qui semel ieiunium frangit, deinceps

Azor.

Paludan. Syluest. Nauarr.

non peccabit, cum amplius illud integrum seruare nequeat. Respondeo, esse diuersam rationem vtrouique, ac proinde teneri illum, qui sine causa ieiunium fregit, horam notabiliter praenirendo, in posterum toto eo die ieiunare: nam in praecipuo de integro vase seruando, solum cauetur, ne illud frangamus: at praecipuum de ieiunio seruando multa complectitur videlicet, ne cibis prohibitis vtamur; nec sapius comedamus, sed vna tantum vice; ne horam comedendi notabiliter praeniamus; ac proinde, sicut ille, qui ante debitam horam comedit, tenetur abstinere à carnibus, sic etiam necesse est, vt eo die amplius non comedat; ne aliud peccatum de nouo admittat. Ita docet Caietanus 2. 2. quaest. 147. art. 7. & Azor tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. cap. 11. quaest. 7. fol. 656. col. 2.

11.

Sunt quidam, qui dubitent, an illi, qui Summi Pontificis Bulla, aut privilegio horam debitam ieiunij possunt praenire, eo ipso censentur dispensati in toto ieiunij praecipuo, ita vt amplius ad illud non teneantur. Communis opinio affirmat non censi dispensatos. Et ratio est in promptu: nam, qui in parte legis ieiunij dispensatur, non censetur ex toto dispensatus, cum ieiunij lex plures partes contineat, vt vidimus supra: continet enim abstinentiam à carnibus, vnicam comestionem, & horam competentem: sic etiam, qui beneficio Principis ab vna obligatione legis eximitur, non censetur statim exemptus ab aliis obligationibus, si plures eadem lex induceret ac contineret. Ita docet idem Azor modò allegatus quaestione 6. quem vide.

Azor.

CAPVT IV.

De vnica comestione, quae est de ratione ieiunij: agitur etiam de collatione serotina, & mutatione illius, & prandij; & queritur, an liceat nocte prandere, non sumpta collatione mane.

SVMMARIVM,

- An vnica comestio sit de essentia ieiunij. num. 1. An, qui aliquid sumit per modum medicine, ieiunium violat. num. 2. Quid de his, qui cibos Dynastarum libant. ibid. Quid de infirmariis. ibid. Quid de his, qui paruum cibum capiunt. ibid. Quid de illis, qui è medio prandio surgunt, & statim regrediuntur. num. 3. Quid de illis, qui amicorum causa modicum cibum sumunt. ibid. An qui ieiunium violat secundò comedens, toties postea peccet mortaliter, quoties comedit. num. 4. Proponitur sententia affirmans. ibid. Astringitur secunda opinio negans. num. 5. Soluuntur argumenta prima. num. 6. & 7. Quot peccata committat ille, qui initio Quadragesimae proposuit se nullo die ieiunaturum. num. 8. & remissimè ad caput 10. num. 8. An, qui in diebus ieiunij carnes comedit, toties mortaliter peccet, quoties illas comedit. num. 9. An privilegium à Summo Pontifice ad comedendum plus quam semel in diebus ieiunij, eo ipso censetur solutum à lege ieiunij. num. 10. Refertur

Refertur opinio negans. Astringitur vera sententia affirmans.

ibid. num. 11.

Alia Summaria inuenies à num. 11.

- 1. E Gimus de abstinentia à carnibus, & de hora agendum est de vnica comestione, quae est praecipua pars ieiunij. Esse verò vnicam comestionem de essentia praecipui, ac legis ieiunij, docent communiter Doctores. Abbas in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, numero 3. Caietanus in Summa, verbo, Ieiunium, versiculo, Vnica demum comestio. Couarruuias libro 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 11. Rodriguez in Summa, tomo 1. capite 23. initio. Angles in floribus, tractatu de ieiunio; quaestione 9. articulo 2. pagina 432. Diuus Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 9. in principio. Lopez Instructor. conf. 2. parte, capite 112. pagina 708. versiculo, Queritur sexto. Tabiena in Summa, verbo, Ieiunium, numero 3. & ibidem Angelus num. 3. Bellarminus de controuersis Christianae fidei, controuersia 3. libro 2. capite 2. columna 1033. Petrus Cenedo de quaestionibus canonicis, quaestione 41. initio. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 9. quaestione 1. in quo consentit Diuus Thomas 2. 2. quaestione 147. articulo 6. Praepositus in capite, Denique, distinctione 2. numero 21. Abulensis in Matthaei caput 6. quaestione 165. Medina de ieiunio, quaestione 1. littera D. Gabriel in 4. distinctione 16. quaestione 3. articulo 5. & Syluester verbo, Ieiunium, quaestione 3. Citatur in hanc sententiam textus in capite, Quadragesima de consecratione, distinctione 5. qui licet de rigore id non probet, vt constat ex Couarruuias, vbi supra; multum tamen suffragatur, ac iuuat, iuxta Caietanus, & Medina allegatos. Quare probabilis illi dixerunt, vt Syluester vbi supra, & alij, expressè quidem in iure communi canonico cautum non esse, vt in diebus ieiunij semel tantum comedamus; consuetudine tamen vniuersali totius Ecclesiae, quae vim legis habet, sic interpretatum esse, vt non nisi semel in die sit comedendum, vt bene Medina, & Azor locis supra citatis considerarunt: illud autem certissimum est, & ab omnibus frequentiori vsu receptum, licet Ecclesia, in his legibus, quas de ieiunij obseruatione instituit, definiuit, semel tantum in diebus ieiunij esse comedendum; cibi tamen, & prandij quantitatem, nec definiuit, nec commodè definire potuit, propter varias hominum conditiones, & corporum complexiones, secundum quas quod vni est immoderatum, alteri fortasse non sufficit, vt optimè adnotauit Couarruuias vbi supra, §. Contrariam opinionem. Sed dubitabis statim in vestibulo huius capituli, an, qui praeter vnicam comestionem aliquid sumit per modum medicine, dicatur frangere ieiunium? Negatiuè respondendum est cum Diuo Thoma 2. 2. quaest. 147. articulo 6. ad 3. consentiunt ibidem Caietanus, & Gabriel in 4. distinctione 16. quaestione 3. articulo 3. & Syluester vbi supra, verbo, Ieiunium, quaestione 3. & Nauarrus capite 21. numero 12. & omnes communiter. Notat tamen Abulensis in Matthaei caput 6. quaestione 178. videri frangere ieiunium, illum, qui nullam habens actualiter aegritudinem, nec timens aliquam de propinquo, medicinale cibum sumeret: medicina enim supponit aegritudinem, vel adualiter existentem, vel quae de proximo timeatur, vt optimè quidem notat Abulensis: aliter enim id fieret in fraudem ieiunij; & in fraudem legis nihil effici
- 2. iuste potest. Quamobrem verum est etiam id, quod Innocentius in capite 1. de obseruatione ieiuniorum, & Abbas in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, adnotant: quod etiam approbat Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 9. quaestione 1. eos, scilicet, qui vrbauitatis & honoris gratia cibos praegustant Dominis, ac Principibus, quibus inseruiunt, in mensa apponendos, ieiunium non frangere, tum, quia, si quid praegustant, non est per modum prandij, & comestionis vnicae; tum, quia id ex officio faciunt ad vitandum toxicum, si fortè Dominis propinetur, atque aded ex necessitate conseruandae vitae Principum id faciunt. Nec item censendi sunt violare ieiunium illi, qui aegrotis inseruiunt, & cibos illorum praegustant, ne quid aegrotis malè praeparatum ministretur. Nec illi etiam, qui parum cibi capiunt ante prandium, vt inter prandendum (interim dum caeteri reficiuntur celsis) aliquid de more clara, & intenta voce legant; tunc enim potius id tantillum ad mendendum necessitati, quam ad nutrimentum corporis sumitur. Ita docet Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 9. quaest. 1. Adde etiam non frangere ieiunium eos, qui ob aliam iustam causam, quam per modum medicinae, cibi aliquid sumunt: nam tunc licet quis bis sumat cibum; reputatur tamen ob iustam causam vnica comestio, vt sunt illi, qui è medio prandio surgunt ad aliquid occurrens, & postea redeunt ad continuandum prandium: in his enim circumstantiis non est ex intentione, nisi vnica comestio: intelligitur enim iuxta Caietanus verbo, Ieiunium, §. Vnica comestio. vnica per se, id est ex intentione comedendi: & ita docet etiam Maior in 4. distinctione 15. quaest. 3. §. Contra conclusionem. & Azor vbi supra. Atque hic tractari potest illa quaestio, an ab omni culpa, tam veniali, quam mortali, excusentur illi, qui solum amicorum causa cibum modicum capiunt rogati, ne inurbanè videantur. Id licitè fieri posse absque violatione ieiunij, & culpa veniali, docet Medina in sua Instru. pro Confessariis, libro 1. capite 14. §. 10. vbi refert, idem fuisse doctissimum Victoriam: & ita docet etiam Emmanuel Sa verbo, Ieiunium, numero 8. Non desunt tamen, qui dicant illos non frangere ieiunium; peccare tamen tantum venialiter, nisi per ignorantiam, & obliuionem bona fide facerent: quia non videtur legitima causa ab omni culpa excusans, voluntas, & petitio amici. Et ita docent Paludanus in 4. distinctione 15. quaestione 4. articulo 2. & ibidem Richardus quaestione 3. articulo 4. & Diuus Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 6. Caietanus 2. 2. quaestione 147. articulo 3. Syluester verbo, Ieiunium, quaestione 3. Azor vbi supra, & Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 13. Non video tamen rationem congruentem, ob quam eos, qui amicorum causa id faciunt, non excusemus etiam à culpa veniali, praefertim cum tunc modicum cibum capiant, non ex intentione comedendi, & voluntate propria; sed ex intentione obsequendi, iuste & vrbauiter amicis: nam vnica tantum comestio, quae in hoc praecipuo iniungitur, vnica est reputanda ex intentione comedendi, non ex casu occurrente, vt hic accidit. Hic etiam merito in quaestionem vertitur, an, qui ieiunium violat, secundò comedens, toties deinde mortaliter peccet, quoties eo die postea comederit, id est, an si tertio, quarto, & quinto comederit, toties mortaliter delinquat, & hac de re duae sunt opiniones, Prima affirmat. Eam docet Maior in 4. distinctione 15. quaest. 3. §. 1. P P P 3

Abbas. Caiet.

Cou. Rodrig. Angles.

Anton. Lop.

Tab. Angelus. Bellarm. Cen. Azor.

D. Thom. Praeposit. Abul. Medina. Gabriel. Syluest.

Abbas. Azor.

3.

Maior. Azor.

Medina.

Victoria. Sa.

Palud. Richard.

D. Anton.

Caiet. Syluest.

Azor.

Nauarr.

4.

Maior. dist.

P. Steph. Fagundes, in quinque praecip. Eccl.

5. *Medin. Couar. Ioan. Neapoli.*

distinctione 15. quæstione 6. Medina tractatu de ieiunio, quæstione 5. Couarruias lib. 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 13. post Ioannem de Neapoli, quem allegat vterque. Fundamentum horum Doctorum est. Primò, quia idem est præcipere, vt semel tantum in die comedamus, ac prohibere, ne sæpius quàm semel edamus: ita est enim hoc præceptum de ieiunio affirmatiuum, vt tanquam negatiuum explicetur: & quemadmodum in præceptis negatiuis, non furandi, non morchandi, non occidendi, toties de nouo peccatur, quoties idem crimen replicatur: sic etiam in præceptum de ieiunio obseruando toties peccatum committetur, quoties de nouo cibus in eo die capietur. Secundo, quia, qui post votum perpetuæ castitatis peccat, toties peccat, quoties castitatem frangit: & qui post idem votum, matrimonium contrahit, toties peccat postea mortaliter, quoties debitum coniugale perit. Item, quia, qui sexta feria, aut sabbatho carnes vescitur, toties mortaliter peccat, quoties eas vescitur; & Sacerdos, qui sine priuilegio sæpius in eodem die Missam celebrat, tot peccata committit, quor efficit sacrificia post primum, excepto die Natalij Domini: ergo pari modo toties quis mortaliter peccabit, quoties post primam comestioneem vitur alia. Tandem, quia, sicut præceptum ieiunij vetat carnium esum; ita vetat etiam plures comestiones: præcipit enim Ecclesia in eo, ne pluries, quàm semel, vt dixi, edatur: ergo, quemadmodum toties peccatum committitur, quoties in die ieiunij carnibus vescimur; ita etiam toties ieiunium violabimus, quoties sumpta prima comestione, amplius comedimus.

5.

Secunda opinio negat, & asserit, violato semel ieiunio secunda comestione, post primam factam hora competenti, amplius non violari, nec peccatum committi, etiam si pluries eo die comedatur. Ita docet Durandus in 4. distinctione 15. quæstione 11. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. cap. 5. quæstione 2. §. Ego probabilior. id ipsum sentit Paludanus in eodem 4. distinctione 15. quæstione 4. articulo 5. Gabriel in 4. distinctione 16. quæstione 3. articulo 3. dubitatione 5. Caietanus 2. 2. quæstione 146. articulo 8. Angelus verbo, *Ieiunium*, quæstione 22. Syluester verbo, *Ieiunium*, quæstione 8. versiculo, *Quartum*, Rosella verbo, *Ieiunium*, numero 4. Tabiena ibidem, quæstione 9. Diuus Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 9. Armilla verbo, *Ieiunium*, numero 14. Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 15. & 25. Ledesma 2. 4. quæstione 17. articulo 5. Probat hanc sententia primò: quia, si in tertia comestione, & quarta, & deinceps in singulis, est nouum peccatum mortale, ex eo erit, quòd in singulis earum ieiunium frangitur: at in talibus comestionibus ieiunium non frangitur, quia in secunda iam fractum est: ergo intentum. Secundo, quia, cum Ecclesia præcipit, ne amplius in die, quàm semel comedamus, nihil amplius præcipit, quàm ne bis comedamus; perinde ac si alicui præceptum esset, ne certum locum vno passu transiliat, peccabit quidem primo passu, non tamen secundo, aut tertio iterum transiliens. Ista secunda opinio, meo iudicio, est probabilior, & ided tenenda, & eam docet etiam Soarius tomo 2. de religione, libro 4. cap. 7. num. 12.

Soarius.

6.

Nec argumenta primæ aliquid concludunt: nam præceptum ieiunij negationem non includit, nisi quatenus ea negatio est conditio ieiunij: cum igitur post secundam comestioneem iam præceptum ieiunij non sit, quia fractum est, conditio

etiam illa cessauit. Deinde, quia votum castitatis, & præceptum non amplius, quàm semel in die sacrificandi, absolute & simpliciter negationem continent: at ieiunij præceptum in die semel tantum edendi, negationem quidem habet, sed non simpliciter, sed quatenus est quædam conditio ipsius ieiunij finita & certa, ne, scilicet, bis comedamus: quare admisso peccato & violato ieiunio in prima illicita comestione, post primam licitam hora competenti factam, iam amplius non peccatur, nec ieiunium frangitur. Ad id verò, quod afferebatur, de peccato, quod in comestione carniū in sexta feria, vel in quolibet die ieiunij committitur toties, quoties id fit; Respondetur, disparem esse in eo casu, & in nostro rationem: quia prohibitio carniū simpliciter, & secundum se, pro toto eo die, & tempore est facta, & non vt conditio tantum ieiunij: idque vel ex communi hominum sensu comprobatur: etenim, etiam si aliqui ob aliquam causam instam à ieiunio excusentur; non tamen eo tempore vescuntur carnes, nec putant id sibi esse licitum, nisi fortè ad id faciendum causam aliquam particularem habeant. Illud tamen libenter fatemur, quòd si quis, postquam iam per secundam comestioneem ieiunium fregit, nouo mentis contemptu comederet iterum; toties, quoties id sic peregrisset, peccatum de nouo committeret: & ita meritò obseruatur Gabriel, & Syluester, vbi supra; additque Nauarrus, idem quoque esse dicendum, quando quis de nouo comedisset, postquam ieiunium fregit, cum voluntate frangendi illud, etiam si illud non fregisset, idque ratio manifesta conuincit, quia tunc in proposito consummatur peccatum. Vnum tamen hic notandum est, quòd nunquam intelligimus frangi ieiunium per aliquam comestioneem, nisi id scienter fiat: qui enim ignoranter, & per obliuioneem secundo, aut tertio comedit, non frangit ieiunium, ac proinde illud obseruare tenetur, vt potuerit, vt optimè aduertit Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 26.

Gabriel. Sylu. Nauar.

7.

Oppones: Si per secundam comestioneem solum frangitur præceptum ieiunij, & amplius non peccatur, si eo die frangatur, sequitur, quòd frangens ieiunium vnus diei Quadragesimæ, postea non teneatur in aliis diebus ipsius Quadragesimæ amplius ieiunare, nec amplius mortaliter delinquat: quia iam fractum est ac violatum præceptum ieiunij Quadragesimæ. Respondeo ex sententia Caietani in Summa verbo, *Ieiunium* §. *Vnica comestio*. & Gabrielis in 4. distinctione 16. quæstione 3. articulo 3. dubio 5. ad finem, esse diuersam rationem: nam præceptum Quadragesimæ fertur super totam Quadragesimam, & super singulos dies illius: præcipitur enim, quòd singuli dies sint ieiunij; & ided ieiunium cuiuslibet diei totius Quadragesimæ, est in præcepto, nec violatio vnus in causa est, quominus ieiunium alterius diei possit legitime adimpleri. Quòd verò in feria quinta Cenæ Domini licitum sit bis comedere, ternerè quidem asseritur, vt patet in capite, *Non oportet*. & ex capite, *Non licet*. de consecratione, distinctione 3. adde Abulensem in Matthæi caput 6. quæstione 15. §.

Caietan. Gabr.

8.

Et verò quando quis in principio Quadragesimæ proposuit, se nullo die ieiunaturum, non est dubium, quòd in singulis postea fractionibus nouum peccatum committat, iuxta Ledesimam 2. 4. quæstione 17. articulo 5. dubio vltimo, vbi alia adiungit, poteritque videre etiam, si malueris, tradita per Medinam de ieiunio, quæstione de numero refectionum in ieiunio, columna 5. Vide caput

Abulens.

Led.

Medina.

caput

Palud.

Nauar.

9.

caput 10. numero 8. vbi de hi; latius agemus. Ille tamen, qui debitum ieiunium fregit, non tenetur alio die ieiunare, quicquid dicit Paludanus in contrarium in 4. distinctione 15. quæstione 4. articulo 5. est enim ieiunium onus illius diei: quare eo die elapso, iam amplius non obligat; quemadmodum etiam in præcepto de Horis canonicis recitandis videmus obseruari; nec enim tenemur eas recitare alia die, si in aliqua, in qua erant recitandæ, fuerunt prætermittæ. Ita docet Nauarrus loquens de ieiunio in Manuali Latino, capite 21. numero 26. & de Horis canonicis in capite, *Quando*. de consecratione, distinctione 1. notabili 10. numero 35. & alibi.

Sed meritò hic percontaberis, 'vtrum is, qui in die ieiunij carnes comedit, toties mortaliter peccet, quoties de nouo eas eodem die comedit? Et pro parte negatiua videtur ea ratio vtgere: quia, quemadmodum is, qui semel ieiunium frangit, non peccat toties contra præceptum ieiunij, quoties postea eodem die comedit, vt diximus numero 5. quia iam præceptum ieiunij est fractum, ac violatum: sic etiam, qui semel comedit carnes, ieiunium quoad essentialia frangit, ac proinde amplius non peccabit; nec pluries etiam peccabit, si pluries eo die isdem carnibus vescens fuerit. Respondeo tamen, toties de nouo peccata committere, quoties carnes in die ieiunij comederit, imò & quauis non sit dies ieiunij, si fuerit sexta feria, aut sabbatho. Dico, toties quenquam noua peccata mortalia committere, quoties de nouo eodem die carnes comedit: est enim diuersa ratio in comestione carniū in diebus ieiunij, atque in comestione aliorum ciborum: nam simpliciter & absolute ad essentiam ieiunij non pertinet vnica comestione; & tamen ieiunio fracto per aliam comestioneem, iam amplius præceptum illius non obligat: ponit enim talem terminum præceptum ieiunij in comestione vnica, quem tibi non liceat transgredi: eo autem semel transacto, iam amplius ad ieiunium non obligeris: quia negatio & prohibitio, ne amplius quàm semel comedamus, est quædam conditio ipsius ieiunij, vt diximus numero 6. qua non obseruata, ieiunium amplius non obligat. At negatio & prohibitio comedendi carnes in eodem die ieiunij est simpliciter de essentia ieiunij, & non conditio illius: est enim præceptum ieiunij quoad comestioneem carniū, simpliciter negatiuum: facit enim hunc sensum: *Non comedes carnes, & de aliis cibis comedes, sed semel tantum in die*. Vide, cum sit simpliciter negatiuum quoad comestioneem carniū, inde est, quòd quoties carnibus vescimur eodem die, toties mortaliter peccemus: sicut, qui toties futatur eodem die, toties mortaliter peccat: quia præceptum non futandi, est simpliciter negatiuum.

10.

Est tamen dubium non vulgare, an ille, qui priuilegium habet à Summo Pontifice obtentum, vt possit in die ieiunij amplius quàm semel comedere, censetur ex toto dispensatus in præcepto ieiunij, ita vt ruta conscientia possit sæpius, ac pluries, quàm bis comedere eos cibos, quibus vescimur in diebus ieiunij? Et hac de re est etiam duplex opinio. Prima negat, huiusmodi priuilegiatum esse ex toto solum, ac dispensatum in lege ieiunij. Ita docent omnes Doctores, qui tenent, eos, qui ieiunium violant secundo comedendo, toties postea peccare mortaliter, quoties eo die amplius comederint, quos omnes citauimus numero 4. inter quos est Couarruias libro 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 13. & Ioannes Maior in 4. distinctione 15. quæstione 6. & Medina in

Couar. Maior. Medina.

tractatu de ieiunio, quæstione 5. Quòd si ab eis petas: Quid ergo operantur verba priuilegij à Summo Pontifice obtenti, vt possit in die ieiunij amplius quàm semel comedere? Respondent, operari tantum, vt possit post vnica comestioneem hora competenti factam semel edere absque peccato: at verò non secundo, nec tertio absque eodem peccato: quia, cum præceptum ieiunij per negationem explicetur; toties quis peccat in die ieiunij, quoties comedit: priuilegium verò Summi Pontificis solum operatur, vt, illa prima vice absque peccato cibus capiatur.

11.

Secunda opinio verior, & probabilior docet, huiusmodi priuilegiatum eo ipso ex toto esse solum, & dispensatum in lege ieiunij, & posse toties, quoties voluerit, comedere, absque peccato: quia semel fracto ieiunio amplius non obligat eius præceptum. Ita docent omnes, quos citauimus numero 5. Rationes etiam ibi pro hac parte videri poterunt. Sciendum autem est, vnam esse omnium sententiam, vt notat Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 9. quæstione 3. Si cui facultas à Romano Pontifice facta sit, ad amplius, quàm semel, comedendum in die ieiunij Quadragesimæ, non statim illi esse concessum, vt carnibus vescatur, aut ouis, aut lactiniis, & aliis, quæ originem trahunt à carnibus: censetur enim talis solutus à lege ieiunij, quoad numerum comestionum; non tamen quoad qualitatem ciborum: in ea enim qualitate non dispensatur, nisi expresse Summus Pontifex id declaret in suo priuilegio: sic etiam in diebus Dominicis Quadragesimæ prandemus, cenamus, & edimus interdum: at non nisi piscibus vitmur. Similiter rustici laborantes, sæpius in die ieiunij comedunt: at non nisi pisces, & cibos iure permilios.

Azor.

De collatione serotina: de mutatione illius, & prandij: & de collatione in vigilia Natalis Domini.

SUMMARIUM.

- Collatio serotina à consuetudine est introducta, & solum propter illam est licita. num. 12.
Quenam sit parua quantitas illius. num. 13.
Nec per odorem, nec per potum, etiam vini, sine mane, sine vespere sumatur, ieiunium frangitur. num. 14.
Quando quis pluries bibit, an possit, ne potus nocent, aliquid sumere. num. 15.
An post collationem, amici causa, buccella sumi possit. ibid.
Quid, si aliquid gustetur per exiguum absque vilo ordine ad medicinam. ibid.
An licitum sit collationem serotinam absque causa mane sumere, & prandium nocte. num. 16.
Collatio serotina an licite possit omnino omitti, & prandium nocte sumi. num. 17.
An in collatione serotina tantillus pisciculus sit licitus. num. 18.
An in collatione per vigiliam Natalis liceat sumere quantum libuerit; & qua tunc collatio sit licita. num. 19.
Quid de per vigiliam Pascharis. num. 20.
Quid de collationibus nobilibus, qua solent esse maioris. num. 21.



12. **V**Nica comestio est de essentia ieiunij, vt late probauimus numero 1. consuetudo tamen introduxit collationem serotinam, quæ ieiuniorum tempore sumi solet; & propter hanc consuetudinem hæc collatio est licita, vt communiter docent Auctores de ieiunio scribentes. Abbas in rubrica, de obseruatione ieiuniorum, numero 3. Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 12. & 14. Medina 1. parte Instruct. pro Confessoribus, capite 14. §. 10. versiculo, *Siguesmas. fol. 70.* Anton. Bern. in Summa capite 22. numero 7. Alcocer in confess. cap. 24. versiculo, *Por hazer collacion. folio 89.* Syluester in Summa verbo, *Ieiunium*, numero 10. versiculo, *Tertio, de collatione*, D. Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 9. versiculo, *Vnde nota.* Ioannes Medina Codice, de ieiunio, titulo de horis refectionis, versicul. *Hic non obstantibus.* folio 138. in fine. Angles tractatu de ieiunio, quæstione 9. articulo 2. difficultate 4. pagina 435. in noua editione. Beia in responsione casuum conscientie, casu 3. initio. Ludouicus Lopez Instructor, conscientie, 2. parte, capite 112. pagina 709. versiculo, *De collat.* Couarruias libro 4. variarum resolutionum, capite 20. numero 11. versiculo, *De illo verbo,* Petrus Cenedo collect. parte 1. titulo 23. pagina 1. glossa 3. numero 1. Flamma 3. parte Methodi, capite 5. §. 24. pagina 525. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæstione 4. columna 999. Scappa de iuramento non scripto, libro 1. capite 62. numero 25. & 36. Caietanus 2.2. quæst. 147. articulo 6 & Ledesma 2.4. quæstione 17. articulo 5. versicul. *Septima conclusio.* Quo autem fundamento introducta fuerit hæc consuetudo sumendi hanc collationem, non ita constat apud Auctores: Caietanus, & Ledesma volunt, eam ratione medicinæ fuisse introductam. Cæterum, omnes alij Doctores asserunt, eam introductam fuisse ratione nutrimenti. Vnde non est necesse iuxta illos, illam actualiter ordinare ad medicinam; sed satis est, quod quis virtualiter intendat, dum eam sumit, id facere, quod per consuetudinem fit: nam, etsi huiusmodi collatio non fiat per modum medicinæ, iuxta Caietanus, & Ledesma; sed per modum nutrimenti pro aliqua sustentatione naturæ, iuxta Nauarrum vbi supra, Abulensem in Matthæi caput 6. quæstione 170. & Syluestrum verbo, *Ieiunium*, quæstione 3. versiculo 3. adhuc si non sit talis, quæ ieiunium defraudet, illud non frangit, & est licita propter consuetudinem: quia, sicut consuetudo potest tollere totum præceptum; ita & illius rigorem minuere in parte.

13. Rogabis tamen, quænam sit parua quantitas serotinæ collationis, quæ ieiunium non fraudet, nec violat? Certè id arbitrio prudentis dimittitur: cum tamen ea sit introducta pro aliqua sustentatione naturæ, non oportet laqueos scrupulorum timoratis conscientie iniicere. Sapissimè in nostra Societate ex doctissimo Soario relatum audiui, octo vncias ex pane, & fructibus, capi posse pro collatione serotina absque fractione ieiunij, & defraudatione legis illius: strictissima sit inter nostros Religiosos. Alij in Lusitania dicunt, sumi posse sex, aut septem caricas, vel nuces; vel duo pyra; vel vnum Marcium panem; vel quid simile cum paruo pane. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæstione 8. modicum panis concedit: appellat autem ibi modicum panem, illam quantitatem, quæ tres, aut quatuor vncias continet: concedit etiam modicum fructuum, aut herbarum. Vnde videtur etiam appellare modicum fructum, illum, qui tres, vel quatuor etiam

Abbas. Nauar. Medina. Bernard. Alcocer. Sylu. D. Anton. Ioan. Med. Angles. Beia. Lud. Lop. Couar. Cenedo. Flamma. Azor. Scappa. Caiet. Ledesm. Caietan. Ledesma. Nauar. Abulen. Syluest. Azor. Azor. Beia. Philiarch. Azor. Maior. Ledesm.

vncias comprehendat, & sic cum Soario consentit etiam Villalobostomo 1. Summarum tractatu 23. *Villalob. Ioan. Sanc.* de ieiunio, difficultate 7. numero 4. & Ioannes Sanchez disput. 52. numero 7. addentes, has octo vncias, siue dimidiam libram; posse sumi absque vlla necessitate, ratione consuetudinis: nec obstat, quod quis ea quantitate ita maneat saturatus, ac alius, qui cœnaret splendide: quia id per accidens est: aliàs, qui saturaretur vna vncia, non posset edere duas, quod nemo dicit, cum consuetudo eam modicam quantitatem octo vnciarum licitam fecerit. Nec varietas multorum fructuum obest, dummodo in ea varietate non excedatur parua illa quantitas, quæ in vno fructu genere permittitur.

Illud autem certissimum est, quemadmodum non frangitur ieiunium per odorem quatuorunque rerum, quia, teste Aristotele libro de sensu, & sensato, odor non nutrit, sed solum confortat, & ideo non est interdicitus, vt in peculiari quæstione adnotauit Abulepsus ad Matthæi caput 6. quæstione 167. sic etiam non frangi, nec violari per potum, etiamsi potus sit vini, & aliquo modo nutriat: non enim per se, & de se, & ex natura sua ordinatur vinum, tam ad sustentationem naturæ, quam ad restringendam sitim. Vnde, quamuis modo aliquo nutriat, & ab aliquibus statim summo mane per modum nutrimenti sumatur, ieiunium non violat, etiamsi in magna quantitate bibatur, vt diximus capite 2. numero 19. & deducitur ex Nauarro capite 21. numero 11. & Medina Codice de ieiunio, quæstione de his, per quæ ecclesiasticum ieiunium soluitur, littera G: & ex D. Thoma 2.2. quæstione 147. articulo 6. & Syluestro verbo, *Ieiunium*, quæstione 3. versiculo, *Secundum.* & expressè id docet Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 10. quæstione 7. Vnde, quamuis Alensis in 4. parte, membro 8. articulo 1. §. 3. & Richardus in 4. distinctione 15. articulo 3. quæstione 7. & Diuus Antoninus 2. parte, titulo 6. capite 2. §. 9. & Rosella verbo, *Ieiunium*, numero 5. existiment, vini potionem præfertim ante prandium sumptam, ieiunium frangere, si ad nutriendum, & famem pellendam sumatur: tamen contrarium est verius, & tenendum, ex eo quod vinum ex sua natura magis ad sitim, quam ad famem expellendam ordinatur. Non est tamen negandum, esse prohibitum in die ieiunij potum, qui in cibum pariter sumitur, qualia sunt quædam pocula, quibus est cibus admixtus, & quæ potissimum nutriunt, & ad nutrimentum ordinantur, vt lactis, & alia similia, vt optimè notant Paludanus in 4. distinctione 15. quæstione 4. articulo 4. conclusione 3. Rosella verbo, *Ieiunium*, numero 3. & Tabiena eodem verbo, numero 24.

Imò, quando quis pluries in diebus ieiunij bibit ad pellendam sitim, potest, ne potus noceat, per modum medicinæ, licetè non nihil sumere, vt sæpè dixi, & docet Syluester verbo, *Ieiunium*, numero 9. versiculo 2. & Ledesma 2.4. quæstione 17. articulo 5. versiculo 8. Et certum est, etiam posse quenquam post collationem rogatum ab amico vnam buccellam comedere, ne potus noceat absque violatione ieiunij, vt docet Bartholomæus Medina in Summa super tertio præcepto, §. 10. & Petrus Cenedo libr. de quæstionibus canonicis, quæstione 21. numero 7. folio 361. & Sà verbo, *Ieiunium*, numero 8. vt iam diximus, modò hoc in fraudem ieiunij non fiat, quicquid dicat Flamma in Methodo, §. 25. pagina 725. sine, qui hac in re irratiõnabiliter Medinam carpit: ait enim ex sententia, & licentia Medinæ, multos tota die cum ieiunij irratione

14. Arist. Abul. Nauar. Medina. D. Thom. Syluest. Azor. Alens. Richard. D. Anton. Rosell. Paludan. Rosell. Tabiena. 15. Syluest. Ledesm. Medina. Cenedo. Sà. Flamma.

sione diuersuros de domo in domum, vt ab amicis inuidentur, & sic pluries liceret eis comedere: at, quis non vider ineptam esse hanc consequentiam, cum Medina, & cæteri Doctores statim addant, modò non fiat in fraudem ieiunij. Denique, hic etiam addendum est, non peccare mortaliter, nec frangere ieiunium eos, qui in diebus ieiuniorum sumunt interdium minimam quantitatem cibi absque villo ordine ad medicinam, & absque vlla causa iustificante: debet enim in hoc præcepto, sicut & in aliis, paruitas materiæ, & imperfectio actus excusare à mortali, quamuis non excuset à veniali: & ita meritò volunt Ledesma vbi supra, articulo 6. vers. *Secundo non est,* & Abulensis in Matthæum, quæstione 165. vbi sic ait: *Potest quis sumere ita modicum à cibo, quòd non dicatur comedere, etiamsi pluries hoc faceret: ut si quis sumeret vnicam micam panis, vel vnicum gramum vna.* Hæc ille.

Vtrum verò licitum sit, hanc collationem serotinam manè sumere, vel hora prandij; & vespertino, vel nocturno tempore cœnam capere, vel prandium etiam, absque vlla causa, aliqui affirmant. Ita Iosephus Angles de ieiunio, quæstione 9. articulo 2. difficultate 5. & alij. Fundamentum illorum est: quia ieiunium, quod hodie in Ecclesia seruatur, constat vnicò prandio, & vnica collatione. Vnde, si ea collatio manè, vel ad meridiem sumatur, & prandium ad vesperam, vel ad noctem, solum tempus, non substantia ieiunij, mutatur. Negant tamen communiter plerique alij Doctores, & cum maxima ratione: quia collatio serotina non à iure, sed à consuetudine introducta est, vt supra probauimus numero 12. consuetudo autem contra ius introducta restringenda est, & non amplianda ad diuersa tempora vltra tempus inductum per consuetudinem: ergo serotina tantum collatio est licita, & non matutina, cum adhuc matutina per consuetudinem non sit inducta. Et ita docet Petrus Cenedo libro quæstionum canonicarum, quæstione 41. numero 6. sine, folio 361. columna 2. Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæstione 6. Nauarrus in Manuali Latino, capite 21. numero 12. & 14. Armilla verbo, *Ieiunium*, numero 1. sine. Flamma 3. parte Methodi, capite 5. §. 26. in fine, pagina 528. Ledesma 2.4. quæstione 14. articulo 5. versiculo, *Sexta conclusio.* quæ planè opinio vera est & indubitata, vt aiunt Cenedo, & Azor, locis allegatis, quando hæc mutatio collationis in mane, & prandij in noctem, absque causa fieret, sed solo arbitratu: nam cum causa, licetè, & sine villo peccato veniali hæc mutatio fieri potest, vt expressè animaduertit Beia 1. parte, casu 3. versiculo, *Ad id autem.* Cosmus Philiarchus de officio Sacerdotis, tomo 1. libro 3. capite 25. & Azor vbi supra. Causa autem iusta & rationabilis esse potest, vel confessio itineris faciendi, vel intentio negotiorum vrgens, sollicitudineque illorum, vel venatio, aut piscatio, relaxandi animi causa faciendi, vel aliqua alia similis. Et verò, si ponamus huiusmodi collationem solum capi per modum medicinæ, & nullo modo ad sustentationem naturæ, non erit negandum, hanc translationem licetè fieri posse: quia tunc daretur causa legitima ad illam faciendam, vt patet.

Potest etiam quis licetè, & honestè, & sine vlla causa, & absque villo peccato, nec etiam veniali, omittere collationem serotinam, & totum diem sine cibo transigere, & nocte prandere: quia tunc melius ieiunaret, & melius etiam effectum ieiunij sentiret, cum inedia esset productior. Ita docet Maior in 4. distinctione 15. quæstione 3. columna 2. & Ledesma 2.4. quæstione 17. articulo 5. versiculo, *Secunda est.* Neque obstat, quod contra

morem Ecclesie id fieret: nam omnes solent ad meridiem, vel vndecimam prandere horam, & ad noctem collationem sumere: vnde, licet hunc morem, & consuetudinem communem interturbet ille, qui omiſſa prædicta collatione serotina, tota die ieiunat, & ad noctem prandit; id parum refert, cum Ecclesia non obliget, nec obligare intendat prædicta consuetudine ad præfatam collationem sumendam; sed illam tolere, ac patiatur propter eandem consuetudinem. Similiter, nec etiam Ecclesia intendit obligare in die ieiunij ad cibum prandij sumendum: vnde non est dubium, quin quis melius ieiunaret, si prandium etiam toto eo die, & nocte non sumeret; & tamen contra communem morem Ecclesie faceret: quare non est dubitandum, quin arbitratu suo possit quicquam ieiunium ad vesperam, vel noctem producere: quod enim tardius prandium prorogatur, eò est inedia productior, & longior corporis afflictio; quod est Legislatoris menti magis consentaneum. Et præter Auctores citatos, ita docet etiam expressè Azor tomo 1. Institutionum moralium, lib. 7. capite 12. quæstione 15. Nauarrus in Manuali Latino, capite 20. numero 7. Diuus Antoninus 2. D. Anton. parte, titulo 6. capite 2. §. 2. Richardus in 4. distinctione 15. articulo 3. quæstione 8. Syluester verbo, *Syluest. Ieiunium*, quæst. 4. Caietanus 2.2. quæstione 127. articulo 7. & in Summa verbo, *Ieiunium*, quos omnes citat & sequitur ipse Azor loco allegato. Est enim boni debitoris soluere vltra debitum, vt docet Glossa in capite, *Solent.* de consecratione, distinctione 1. & probat ex l. *Si ita. ff. de legatis & fideicommiss.* & l. *Eum, qui §. Pegasus. ff. de annuis legatis.*

Sed dubitabis, an in prædicta refectione, & collatione serotina, sumi possit tantillum pisciculus, vel tantillum piscis? Affirmat Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæstione 7. vbi ita dicit: *In collatione serotina potest sumi paruum panis, vel seorsum solium, vel vna cum fructibus, herbis, vel aliis cibis lenioribus, cuiusmodi sunt ficus, vna passa, nuces, pyra, poma, vel alia ex saccharo, mellèque confecta, vel pisciculus paruulus: nam consuetudini est in hac parte standum: licetè olim soli fructus comedi cœperunt, & cum soli fructus nocerent, panis etiam cepit esse adhiberi.* Hæc ille. Verum, hanc illius opinionem, quoad pisciculum, non approbo. Primò, quia consuetudine vbique receptum est, vt soli fructus cum modico panis in collatione serotina capiantur: & hanc consuetudinem excedere, non est licitum, sicut non est licitum legem excedere: nam consuetudo vim habet legis, vt sæpè diximus. Et si aliqui non nihil piscis adhibere soleant, id quidem per corruptelam faciunt, non per consuetudinem legitimam: communis enim consuetudo in Hispania, & Lusitania est, vt tantum fructus modici, & modicum panis in collatione adhibeatur, non pisciculi paruuli, nec tantillum magni piscis: non enim quantitas materiæ, sed materia prohibetur. Non nego tamen, si in aliqua prouincia esset mos sumendi in collatione nocturna tantillum piscis, posse id licetè fieri, scientibus, & non repugnantibus Pastoribus, & Prælatibus, cum hodie iam in suo rigore non obseruentur leges ieiunij, sed magis pendeat totum ieiunium ex more, & consuetudine, quam ex lege, & præcepto, vt patet.

Veniamus tandem ad collationem in perugilio Natalitij Domini: & in primis rogabis, vtrum in vigilia Natalitij Domini licitum sit sumere in nocturna refectione, quantum libuerit ex fructibus, & pane. Affirmat Medina in parte Instruct. de confess.

Azor. Nauar. D. Anton. Richard. Syluest. Caietan. Glossa. Azor. 18. 19. Medina. fess.

Beia. Ludou. Lopez. Flamma.

Ioan.Sanc. Vega. Ledesm. Fillucius. Chacon. De Leon. De S.Ioa.

Medin.

Nauar.

Rodrig. Bernard.

Pedraça. Angles.

Ruyz.

Beia. Cenedo.

Azor.

festi. capit. 14. §. 10. versiculo Donde se sigue. Quia consuetudo hæc, inquit, adeo percreevit, ut ipsi etiam Prælati id fieri videant, & consentiant. Et hanc consuetudinem seruati posse in locis, quibus viget, tradit etiam Beia in responsione casuum conscientie, casu 3. parte 7. & Ludouicus Lopez 2. parte Instruct. capite 112. de ieiunio, pagin. 709. versiculo, Sed de collatione. Flamma in 3. parte Methodi, capite 5. §. 25. pagina 525. Et idem docet etiam Ioannes Sanchez, disputatione 50. numero 10. Vega in responsione casuum, casu 3. Ledesma in Summa, 2. parte, tractatu 27. §. Digo lo segando. Fillucius tomo 2. tractatu 27. capite 2. numero 14. Alphonsus Chacon tractatu de ieiunio, §. De ieiunio in vigiliis. Basilius de Leon libro 5. de matrimonio, capite 8. numero 2. Ludouicus de S. Ioanne, 1. parte Summæ, tractatu de ieiunio, articulo 12. folio 654. qui omnes asserunt in Hispania ob consuetudinem scitam, & toleratam à Pastoribus, & Prælati, posse sumi in peruiugio Natalitij Domini ex fructibus, & rebus ad ieiunium pertinentibus, quantum vsque ad satieta-tem libuerit: putat tamen, & bene Ioannes Sanchez allegatus numero 11. solui tunc ob eandem consuetudinem ieiunij præceptum, absque vilo peccato; & addit non docere contrarium Medinam in Summa, libro 1. 3. præcepti Ecclesie, §. 1. folio 89. & alios, qui dicunt, non frangi ieiunium, accepta in magna quantitate collatione in peruiugio Natalitij Domini: quia perinde est, ac si dicant, non committi tunc peccatum, excusante prædicta consuetudine. Hæc ille. Futo tamen non idem ita solui ieiunium, vt liceat interdiu cibum capere, cum id non sit in consuetudine; sed in ea tantum collatione nocturna. Quare nemo in Hispania putet, se ita solum esse à lege ieiunij in eo peruiugio, vt licite possit interdiu edere: non enim ita fert consuetudo, cum solum in collatione serotina id permittat, vt asserunt præfati Doctores. Contrariam opinionem tenet Nauarrus in Manuali Latino, capite 11. numero 15. vbi hanc consuetudinem improbat, & solum inquit: De eadem collatione idem dicendum est, atque de aliis. Primò, quia per talem consuetudinem fraudatur ieiunium; admittit enim veram cenam nomine collationis serotinæ. Secundò, quia semper reclamant Prælati per suos Prædicatores. Et idem sentit etiam cum Nauarro Rodriguez in Summa, tomo 1. capite 23. numero 10. versiculo, La octava concluson. Anton. Bernard. in Summa, capite 22. numero 25; Pedraça in 3. præcepto Decalogi, versiculo; Notando bien. folio 34. Angles in tractatu de ieiunio, in floribus, quæstione 9. articulo 2. difficultate 4. dubio 1. pagina 436. vbi ait, consuetudinem in contrarium allegatam, non esse consuetudinem populi Dei; sed populi, cuius Deus venter est; & esse corruptelam vitiosam, & à gulosis introductam. Quæ opinio satis probatur à Petro Ruyzio in libro 2. Reglas de rezar el offic. diuino, pagina mihi 233. Alij melius dicunt, posse hanc consuetudinem à peccato excusare in locis, in quibus Prælati non reclamant, neque per se, neque per suos Prædicatores, aut Confessores; sed potius ipsi ita faciunt, & consuetudinem sequuntur. Ita colligitur ex Ludouico Beia, vbi supra: docet expressè Cenedo in libro de quæstionibus canonicis, quæstione 41. versiculo, Dicimus ergo. Azor tamen libro 7. Institutionum moralium, tomo 1. capite 8. quæstione 8. paulò ante finem, affirmat, in peruiugio Natalitij Domini vbique ferè esse consuetudine introductam, vt duplo maior solito refectiuncula fiat: & reuerà

negare non possumus, opinionem Azoris esse veram, cum vbique id videamus fieri etiam à Pastoribus, & Prælati: vnde, cum ordinaria collatio octo vncias possit habere ex fructibus, & pane, vel ex dulcibus, vt diximus numero 13. sequitur, quòd in peruiugio Natalis Domini sedecim, plus, minùsve, capere possimus.

Idem dicendum est de peruiugio Paschatis in regionibus, & prouinciis, vbi id fuerit communi viu receptum: potest enim etiam hæc refectiuncula paulò maior solito sumi. Ita docet Azor vbi supra, non tamen in nostra Lusitania, vbi id nequaquam fit. Et verò, teste Ioanne Maiore in 4. distinctione 15. quæstione 5. Britanni maiori in hac vigilia refectioe vti solent, quam Gallis: adde quam Lusitani, quam Hispani, quod sciam. Cauendum tamen hic est à doctrina cuiusdam Auctoris asserentis, in dicecesi Granatensi vigere consuetudinem sumendi collationem serotinam in peruiugio sancti Ioannis Baptistæ, vsque ad saturitatem, sicut in peruiugio Natalitij Domini: plurimam enim feci diligentiam cum prædictis Granatensibus; & id constanter negarunt. Et Ioannes Sanchez dicta disputatione 42. numero 10. affirmat etiam, se illam fecisse, & contrarium intenuisse. Quare visus est hac in re iste Auctor hanc consuetudinem somnare. Quæres tandem, an aliquid iurulentis sorbendo sumere liceat loco refectiuncule vespertinæ, siue sit in vigilia Natalitij Domini, siue in aliis ieiuniis, tam Quadragesimæ, quam extra illam. Respondeo, fas esse sumere, dummodo infuscum cum aliquo cibo aliàs vetito non sit coctum; sed tantum, vel cum pane, vel cum fructibus, aut herbis, cum oleo; & dummodo etiam ea refectiuncula tam parue & modicæ sumatur, vt in cenam non transeat: & ita docet Azor supra citatus tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæst. 8.

Solent viri graues & primaria nobilitate equites maiori aliquantulum collatione vti in suis ieiuniis, quam cæteri de plebe vtantur: operæpretium est scire, an huiusmodi viri nobiles iustam habeant in hoc excusationem. Respondeo, si modum non excedant, eos licite vti posse paulò maiori collatione, quam cæteri homines plebeij; tum, quia eos consuetudo excusat; tum, quia infirmioris, sunt plerumque valetudinis, & delicatioribus cibis assueti; & pluribus epulis vescuntur: non excedent autem modum, si regulam à nobis supra numero 13. traditam, octo vnciarum non excedant. Et verò, vt notat Azor tomo 1. Institutionum moralium, libro 7. capite 8. quæstione 8. sine, in Curia Romana & Pontificia solet refectiuncula sumi paulò maior, & eam non improbat Caietanus in Summa, verbo, Ieiunium, capite 1. nec etiam improbat Armilla verbo, Ieiunium, numero 12. Sic etiam maior est collatio, qua vti solent sæculares homines, quam ea, qua vtuntur Religiosi, vt optime animaduertit idem Azor citatus. Quare in his, & similibus multum tribuendum est consuetudini, modò non vergat in corruptelam. Et ita docet etiam cum Azorio Ioannes Sanchez disputatione 52. numero 9. & Tolerus libro 6. Summæ, capite 2. folio 178. Villalobos tractatu 23. difficultate 7. num. 32. Fillucius tom. 2. tract. 27. capite 2. numero 32.

20.

Azor.

Maior.

Ioan. Sanc.

Azor.

11.

Caiet.

Armilla.

Azor.

Ioan. Sanc.

Tolerus.

Villalob.

Filluc.

CAPVT V.

Quibus diebus ieiunandum sit: agitur de ieiunio Quadragesimæ, & de ieiunio in peruiugijs Sanctorum; de consuetudine ieiunij, & an aliquando de iure naturali teneamur ieiunare.

SVMMARIVM.

Dies, in quibus ieiunandum ex obligatione nobis est, ex iure & consuetudine deprehendi possunt. num. 1. An in diebus Dominicis licite possimus ieiunare. num. 2. Quid sit ieiunium iuri naturalis, & an aliquando de iure naturali ieiunare teneamur. num. 3. An institutio ieiunij Quadragesimæ sit de iure diuino, vel humano, & positiuo. num. 4. Tota Quadragesimæ, exceptis Dominicis diebus, de præcepto ieiunanda est. num. 5. An in diebus Dominicis illius, carnes edi possint. num. 5. A quo die olim inceperit primus dies Quadragesimæ ante tempus D. Gregorij, & à quo die hodie incipiat. num. 6. & 7. In quibus peruiugijs de iure, & in quibus de consuetudine ieiunare teneamur. num. 8. In peruiugio Pentecostes ex generali Ecclesie consuetudine, non ex iure ieiunare teneamur. num. 9. In peruiugijs Baptistæ, sancti Laurentij, & omnium Sanctorum, ex vniuersali Ecclesie consuetudine, non ex iure ieiunare teneamur. num. 10. Quid de peruiugijs Sanctorum vniuersis, & diocesis. num. 11.

I. Dies, in quibus nobis ieiunandum est, ex iure, & ex consuetudine deprehendi possunt: etenim, vt sæpe diximus, consuetudo, potest nouum ieiunium indicere, iuxta omnes Doctores: nec solum potest noua ieiunia indicere; sed etiã potest iam indicia, & introducta per legem, vel consuetudinem, iterum in totum abrogare, vt docet Maior in 4. distinctione 15. quæst. 5. Medina q. 8. de ieiunio: Glossa in cap. 2. de obseru. ieiuniorum. Paludan. in 4. distinctione 15. q. 4. art. 3. D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. Rosella verbo, Ieiunium, n. 8. Syluest. verbo etiam, Ieiunium, quæst. 2. Et ratio est, quia ieiuniorum leges, & præcepta, de iure sunt canonico, & positiuo: contra ius autem positiuum consuetudo præualet: leges enim, sicut vtentium vsu confirmantur, ita non vtentium more abrogantur. Et probatur etiam exemplis. Primò, quia in cap. Statuimus. dist. 3. decretum est, vt Clerici septem hebdomadas, quæ proximè Pascha aarecedunt, ieiunent; & tamen contraria consuetudine harum hebdomadarum ieiunium antiquatum est, vt videmus: & in cap. Consilium. de obseruat. ieiuniorum, apud Romanos, vt refert Innocentius III. totus Christi aduentus ieiunio erat consecratus: & tamen hoc ieiunium contraria consuetudine est abrogatum. Denique in cap. Ex parte. de obseruat. ieiuniorum; habemus, ieiunium seruari in omnibus Apostolorum peruiugijs; & tamen in nonnullis locis hoc ieiunium in omnibus vigilijs Apostolorum non colitur, vt in peruiugijs Iacobi Zebedæi, Matthiæ, Barnabæ, & Bartholomæi, vt referunt Paludanus, & D. Antoninus locis allegatis: potest ergo consuetudo præualere contra leges & præcepta ieiuniorum; nam, sicut vna lex potest aliam abrogare; sic & consuetudo priorem legem indu-

Maior. Medina. Glossa. Paludan. D. Anton. Rosell. Sylu.

Innoc.

Paludan. D. Anton.

tam abrogare potest, cum consuetudo vim legis habeat. Numerat autem Caietanus in Summa, verbo, Ieiunium, aliquot dies, in quibus ieiunium præscriptum esse affirmat, in quo ad consuetudinem etiam respexisse certum est: nam de iure communi non omnes ieiunio sunt adstricti, vt constat ex his, quæ tradit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5.

Solet autem inter Auctores in dubium vocari, vtum in diebus Dominicis licite possit ieiunium celebrari: videtur enim Gelasius Papa in cap. Ieiunium. de consecrat. distinct. 3. id vetare: & Syluester verbo, Ieiunium, num. 6. ait, propter prohibitionem Ecclesie non debere quenquam ieiunare in diebus Dominicis. Probat, quia in cap. Quadragesimæ. distinct. 5. dies Dominicales eximuntur ab obseruatione ieiunij quadragesimalis: ergo prohibet Ecclesia ieiunare diebus Dominicis. Vnde D. Thom. in 4. distinct. 15. & 2. 2. quæst. 147. asserit eum, qui diebus Dominicis ieiunat, quasi agens contra consuetudinem Christiani populi, vel ex superstitione, peccare mortaliter. In contrarium verò est sententia D. Hieronymi, de qua in cap. Vinam. distinctione 76. Vinam, inquit, omni tempore ieiunare possumus, quod in Actibus Apostolorum, diebus Pentecostes, & die Dominica, Apostolum Paulum, & cum credentes fecisse legitur. Breuiter ergo dicendum est, quòd ieiunare in die Dominica ex superstitione, vel contra vniuersalem Ecclesie consuetudinem, nullo pacto licet: nec item licitum est à fortiori id facere ad consentiendum cum illis Hereticis, qui negantes Domini resurrectionem, diebus Dominicis in contemptum illius ieiunabant: verum ieiunare die Dominico, seposito scandalo, ad carnis macerationem licitum est, idque satis comprobatur ex cap. finali, de obseruatione ieiuniorum: & colligitur hoc ex D. Anton. part. 2. tit. 6. cap. 2. §. 1. in fine. Abulensi in Matth. 6. quæst. 62. D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 5. & Medina de ieiunio, quæst. de his, quæ per ecclesiasticum ieiunium soluantur. Nec refragatur Gelasij auctoritas, de qua in dicto cap. Ieiunium. procedit enim de ieiunio in diebus Dominicis in eo casu, quo possit videri id fieri ad consentiendum cum illa hæresi tam dicta.

Fortè tamen dubitabis, vtum aliquando de iure naturali teneamur ieiunare: D. Thom. 2. 2. quæstione 147. artic. 3. & in 4. distinctione 15. quæst. 3. ad 4. videtur affirmare, eumque sequitur Couarruias lib. 4. var. cap. 10. num. 2. Resolutio hæc sit, si ieiunium capiatur, prout importat illa tria, de quibus in capitibus præcedentibus egimus, nempe, abstinentiam à carnibus, vnicam comestionem, & horam competentem, nullo modo esse de iure naturali, nec nos teneri de iure naturali ieiunare; sed tantum de iure positiuo ecclesiastico: si verò capiatur, prout denotat subtractionem de cibo, & potu, quantum fuerit necessarium, vt quis se à vitis carnis, & passionibus defendat; tunc ad ius naturale pertinere manifestum esse, & consequenter de iure naturali tenemur ieiunare, quando id moraliter necessarium fuerit, ad reprimendos carnis illicitos motus: & id voluit D. Thom. in dicto art. 3. in corpore, & tenet Ledesma 2. 4. quæst. 17. artic. 2. dub. 2. & Abulensis in Matth. 6. quæst. 128. & Couarruias, vbi supra. Probat: quia, sicut tenetur quis de iure naturali abstinere ab illicitis carnis operationibus, quæ ex ipsa violènta corporis tyrannide emanant: ita etiam tenetur vt de eodem iure naturali modis, ac remedijs necessarijs ad huiusmodi illicitos motus, & operationes deuitandas: ergo, vbi subtractio cibi, & potus, morali quadam consideratione fuerit necessaria ad huiusmodi motus reprimendos, illa profectò erit de iure naturali, iuxta præcitos Doctores, & iuxta Nauarrum in cap. Quando. de

Caiet.

D. Thom.

2.

Gelasius. Syluest.

D. Thom.

D. Hier.

D. Anton.

Abul.

D. Thom.

Medina.

3.

D. Thom.

Couarr.

D. Thom.

Ledesm.

Abulen.

Couarr.

Nauar.

de

de consecrat. distinctione 1. notabili 3. n. 12. & 13. & in Manuali, cap. 13. num. 18.

4. Agamus iam de ieiunio Quadragesimae, de quo primò quæri solet, an sit eius institutio de iure divino, an potius de iure canonico, & humano; & consequenter videamus, quinam dies ieiunij sint de iure: nam de priuatis ieiuniis, quæ sunt de voto, vel à Confessoribus in Sacramento Pœnitentiæ imposita, nihil modò agendum est; nec etiam de illis, quæ sunt de peculiari superioris præcepto. Solum ergo nobis agendum est de communibus Ecclesie ieiuniis, & videndum, an sint aliqui dies ieiunij de iure communi: & verò, quod primò occurrit statim, est ipsius ieiunium Quadragesimæ, de cuius institutione dubitatur, an sit de iure diuino, an communi, & humano, & hac de re duæ opiniones sunt. Prima docet esse de iure diuino: hæc videtur antiquorum Patrum, quos statim allegabo, & nonnulli recentiores eam tenent. Probant primò: quia Christus Dominus quadraginta diebus ieiunauit: vnde suo diuino exemplo, hoc ieiunium consecrauit. Deinde, quia Patres antiqui apertè dicunt, hanc institutionem huius ieiunij esse iuris diuini: ita enim expressè ait D. Ambr. serm. 25. Si ignorans, inquit, Ionathas indictum a patre ieiunium, quia soluerat, morti addidit. Regum 14. qui sciens indictum à Christo Domino ieiunium soluit, quid meretur. Et serm. 34. Quisquis Christianus consecratam ieiunando non impleverit Quadragesimam, præuocationis, & communiæ tenebitur, quod legem diuinitus datam prandendo rescindit. Et D. Maximus in homilia de ieiunio Quadragesimæ 1. Quadragesimarium ieiunium, inquit, non tam ab hominibus institutum, quam à Deo consecratum, & celesti maiestate præceptum. Et D. Aug. in Psal. 100. paulò post initium: Præcipitur, inquit, nobis quadragesimarium ieiunium, & ex lege, & ex Prophetis, & ex ipso Euangelio. Dicendum tamen est cum secunda opinione, institutionem ieiunij Quadragesimæ iuris esse humani, & canonici ab Ecclesia à tempore Apostolorum mandatum, ac iure canonico præceptum celebrari. Ita docent communiter Doctores Theologi ac iuris canonici interpretes. Ita Durandus in 4. distinct. 15. quæst. 4. artic. 3. concl. 3. ibidem. Maior quæ. 4. concl. 3. Gabr. in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 1. notabili 2.

Ambros.

D. Max.

D. Aug.

Durandus.

Maior.

Gabriel.

Adrianus.

Angelus.

Syluest.

Nau.

Medin.

Ledesma.

Azor.

Conar.

Adrianus in 4. de confessione, quæst. 1. §. Et alij probant. verè. Nec videtur tertium. Angel. verbo, Ieiunium, n. 7. Syluest. ibid. quæst. 1. verè. Quibus autem diebus ex mandato Ecclesie Nauar. in Manuali, cap. 21. num. 12. Medina tractatu de ieiunio, quæst. 2. Ledesma in 4. part. 2. quæst. 17. art. 2. dub. 1. Azor. tomo 1. Instit. moralium, cap. 12. lib. 7. quæst. 1. Couarruias lib. 4. var. cap. 20. n. 4. Probat, quia passim videmus, Romanos Pontifices dispensare in ieiunio Quadragesimæ, quod non liceret, si hoc ieiunium absolute esset de iure diuino, argumento tenus in Clementina, Ne Romani. de electione, cum his, quæ tradiderunt Couarruias de spõsalibus, & alij, qui de dispensatione agunt: quare dicendum est, hoc ieiunium ecclesiasticum Quadragesimæ ab initio Ecclesie ab Apostolis institutum fuisse ad exemplum ieiunij Christi Domini in deserto, atque aded hanc fuisse potissimam rationem, ob quam antiquissimi Patres supra relati scripserint hoc ieiunium ex diuina institutione processisse: nam illud exemplum de ieiunio Christi Domini non significat præceptum, alioquin nihil omnino foret comedendum in his quadraginta diebus ad imitationem Christi. Quamobrem auctoritates ad imitationem Christi. Quamobrem auctoritates ad imitationem solum significant, hoc ieiunium habere veluti radices ac fundamentum in iure diuino: siquidem est ad imitationem Christi institutum, & est veluti decima quædam temporis illi exhibita. Fortè etiam

dici potest, auctore D. Augustino ad Casulanum Presbyterum, in lege euangelica à Christo Domino præceptam esse ieiunium in communi, non tamen quibus, & quot diebus ieiunare teneremur, vt optime adnotauit Couarruias lib. 4. var. resol. cap. 20. num. 4. Et postea Ecclesiam à tempore Apostolorum decreuisse, & assignasse dies Quadragesimæ propter exemplum Christi, in quibus ieiunare teneremur. Et verò, quod huiusmodi ieiunium ex traditione Apostolorum emanarit, & ab illis in Ecclesia sit institutum, expressè docet D. Hieronymus ad Marcellam his verbis: Nos unam Quadragesimam secundum Apostolorum traditionem toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. & idem tradidit etiam D. Leo serm. 6. & 9. de Quadragesima. Idem docet etiam Cassianus collat. 21. cap. 30. & alij Patres passim.

D. Aug.

Conar.

D. Hieron.

D. Leo.

Cassianus.

Tota igitur Quadragesima, exceptis diebus Dominicis, ieiunio ex præcepto Ecclesie est consecrata, vt constat ex cap. Quadragesima. de consecrat. distinct. 5. & ex cap. Non liceat. de consecrat. dist. 3. nec tamen his diebus Dominicis carnes vescenda sunt, vt patet ex more, & consuetudine Ecclesie inuoluntate obseruata. Quærendum ergo est, quo die inchoetur ieiunium Quadragesimæ, & quo die finiatur, termineturque: nam de hoc etiam varietas est apud Auctores, præsertim antiquos. Communiter omnes conueniunt, ieiunium Quadragesimæ inchoari à feria quarta Cinerum, & finiri ac terminari sabbatho, quod proximè Pascha antecedit. Ita Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 12. quæst. 2. Auctor Microlog. cap. 49. Almaynus lib. 4. de ecclesiasticis Officiis, cap. 4. & ita videmus consuetudine obseruari.

Azor.

Microl.

Almyan.

Dubium tamen est, an olim ante tempus D. Gregorij Magni ab eadem feria Cinerum ieiunium Quadragesimæ inceperit. Et de hac re bipartita est opinio. Prima asserit, olim non inceperit hoc ieiunium à feria quarta Cinerum, ante tempus D. Gregorij Magni, sed à prima Dominica Quadragesimæ, & terminatum fuisse in Dominica Resurrectionis exclusiue. Probat hæc opinio ex eo fundamento, quod in cap. Quadragesima. de consuetudine, dist. 3. apertè dicitur, quatuor dies ante Dominicam primam Quadragesimæ, superadditos fuisse, vt omnes plenè ieiunium obseruent Quadragesimæ: quod caput desumptum est ex D. Gregorio homilia 16. in Euangelia: ergo ante tempus D. Gregorij non incipiebat ieiunium Quadragesimæ à feria quarta Cinerum, sed à prima feria secunda post Dominicam primam ipsius Quadragesimæ, vel ab ipsa prima Dominica Quadragesimæ: quanuis enim eo die ieiunium non obseruaretur propriè & plenè, obseruabatur tamen improprie & semiplenè: quia iam in eo die carnes non edebantur; sed cibi quadragesimales, quod ieiunium semiplenum & improprium appellabatur. Secunda opinio docet, semper fuisse solitum in Ecclesia, etiam olim ante tempus D. Gregorij Papæ, ieiunium inchoari à feria quarta Cinerum, & terminari in sabbatho ante diem Paschatis exclusiue. Probat primò hæc opinio, quia in cap. Statuimus. dist. 4. præcipit Telephorus Papa, vt Clerici ieiunent plenas septem hebdomadas, dicit autem plenas, quia ieiunia incipiebant à feria quarta Cinerum: nam, si ea non inceperent, sed à prima Dominica, vel à feria secunda, quæ sequitur post primam Dominicam Quadragesimæ immediatè, profectò non essent quadraginta dies ieiunij, vsque ad Pascha: nam demptis illis quatuor diebus, & demptis Dominicis, non remanent quadraginta dies ieiunij integri, vt patet. Secundo, quia extat apud D. Augustinum inter sermones de tempore, sermo vnus, qui inscribitur, In feria quarta in capite ieiunij. & postea

Papa Te.

lephorus.

Azor. 7.

Gratian.

8.

Sylu.

Azor.

Paludan.

Innocent.

Syluest.

Paludan.

9.

postea sequuntur alij in feria quinta, sexta, & sabbatho eiusdem hebdomadæ. D. autem Augustinus floruit multo tempore ante D. Gregor. Papam. Ceterum, quicquid sit de his opinionibus, & de inceptioe ieiunij Quadragesimæ ante tempus D. Gregorij Papæ, certum est, hodie incipere ieiunium Quadragesimæ à feria quarta Cinerum, & terminari in sabbatho proximè ante primam diem Paschatis, vt diximus n. 5. Prætermitto opinionem eorum, qui dicebant, ieiunium Quadragesimæ in feria quinta cenæ Domini olim terminari, & à Dominica Quinquagesimæ inceperit, qua de re videndus Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. c. 12. q. 2. & 3.

Certè, vt constat ex D. Gregorio. Papa homilia 16. in Euangelia, si ieiunium Quadragesimæ à prima Dominica ipsius Quadragesimæ inceperet, non completeretur perfectus numerus quadraginta dierum ieiunij, si Dominicus dies excipias: nam à prima Dominica Quadragesimæ, vsque ad Pascha Domini exclusiue, sex hebdomadæ computantur, quatum, videlicet, quadraginta dies sunt; ex quibus, si sex dies Domini subtrahantur, non plùs in ieiunio, quam 36. remanent. Et quidem cum 366. dies annus habeat, & per 36. ieiunemus, efficitur, vt in hoc ieiunio, quasi decimas temporis totius anni Deo soluamus: sed, vt facer numerus quadraginta dierum ieiunij ad imitationem ieiunij Christi Domini impleatur, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum prædictorum quadraginta dierum adduntur; & ided à feria quarta Cinerum ieiunium incipit, vt addantur, scilicet, illi quatuor dies, videlicet, feria 4. & 5. & 6. & sabbathum ad prædictum supplementum, vt optime notauit Gratianus in cap. Quadragesima. de consecrat. dist. 5.

His relictis, perueniamus ad ieiunia in peruigiliis Sanctorum, & videamus, in quibus vigiliis de iure, & in quibus de consuetudine ieiunare teneamur: & sub vigiliis Sanctorum comprehendimus etiam peruigilia festorum Christi Domini, qui caput est Martyrum, Ecclesie, & omnium Sanctorum; & omnes etiam vigilias omnium festorum, etiam Beatæ Virginis, quæ in Ecclesia celebrantur. Primum ergo in peruigilio Natalis Domini, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis nobis de iure communi ieiunium indictum esse, patet ex cap. Ex parte. de obseruatione ieiuniorum, & ex cap. Conuulium. eodem titulo, docet Syluester verbo, Ieiunium, num. 5. & Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 13. aliàs 24. quæst. 1. pag. 661. Non autem in vigilia Natiuitatis eiusdem Virginis, vt docet idem Syluest. ibidem, & Paludanus, quem citat, quicquid dubitet Archidiaconus. Hoc tamen non obstat, quominus de consuetudine possit alicubi peruigilium Natiuitatis Beatæ Mariæ ieiunio esse consecratum: quare, vbi ea consuetudo fuerit, obseruabitur. Secundo, in omnibus vigiliis Apostolorum ieiunare, etiam de iure communi tenemur, præter peruigilium Philippi, & Iacobi, & Ioannis, vt docet Innocentius III. & Syluest. vbi supra, & patet ex cap. Ex parte. de obseruat. ieiun. Docet tamen Paludanus in 4. distinct. 15. q. 4. art. 3. concl. 2. relatus à Syluestro, vbi supra, peruigilium Bartholomæi, Iacobi, & Matthæi esse de præcepto, solum vbi est consuetudo: sed primum est communi, & magis iuridicum, teste eodem Syluest. Si tamen prædictarum vigiliarum aliqua in Dominica venerit, mutandum est ieiunium in sabbathum præcedens, quod est commune in omnibus vigiliis, quæ cum diebus Dominicis coincidunt, iuxta Syluestrum allegatum, & patet ex c. 1. & 2. de obseruat. ieiuniorum, & communi vsu Ecclesie.

In peruigilio Pentecostes ieiunium indictum est, non quidem de iure communi, sed ex vniuersali P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccles.

li Ecclesie Latine consuetudine, quæ legis & præcepti vim habet. Ita docet Caietanus 2. 2. quæst. 147. art. 5. Syluest. verbo, Ieiunium, numero 5. Azor. tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 13. aliàs 24. quæst. 2. verè. In hac controuersia. Vnde, quamuis D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 5. ad 3. dicat, in peruigilio Pentecostes ieiunium indictum non esse; quia ieiunium exultationis, quale inter Pascha & Pentecosten seruatur, non est in præcepto, propterea quòd ieiunia Ecclesie sint ieiunia afflictionis, non exultationis: dies autem illi ex Ecclesie instituto sunt dies exultationis, non afflictionis; & quamuis etiam Gratianus in cap. Scire. distinct. 76. §. Necessario. id ipsum etiam dicat; tamen intelligendi sunt de iure communi, non de consuetudine vniuersali totius Ecclesie, quasi dicant, peruigilium Pentecostes non esse ieiunio consecratum de iure communi; non autem de consuetudine: quia de consuetudine vniuersali totius Ecclesie Latine huiusmodi peruigilium in præcepto ieiunij est, vt præter Doctores allegatos docent etiam Angelus verbo, Ieiunium, n. 7. ad finem, & Gloss. in cap. Nosse. distinctione 76.

Caiet.

Syluest.

Azor.

D. Thom.

Angelus.

Gloss.

10.

De ieiunio etiam in peruigilio D. Ioannis Baptistæ, sancti Laurentij, & celebritatis omnium Sanctorum, nihil est in iure communi expressè constitutum: generali tamen consuetudine Ecclesie Latine, quæ vim legis habet, seruandum est sub culpa lethali. Ita Angelus verbo, Ieiunium, num. 7. Syluest. eodem verbo, num. 5. Azor vbi supra, & ided Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas, & ceteri Doctores in rubrica de obseruatione ieiuniorum, hos etiam dies inter alios de ieiunio connumerant.

Ang.

Syluest.

Azor.

Innoc.

Hostiens.

Abbas.

11.

Animaduertendum est autem, hæc ieiunia in peruigiliis Sanctorum, & festorum Christi Domini, & Beatæ Virginis, inueniri in iure communi, vel obseruari etiam in tota Ecclesia Catholica de communi & generali consuetudine illius: nam præter hæc sunt etiam alia peruigilia aliorum Sanctorum, & festorum, de præcepto, & obligatione ieiunij, iuxta morem, constitutiones synodales, & consuetudinem cuiuscunque regni, provincie, vrbis, aut diocesis, de quibus infinitum esset, si in particulari tractare voluerimus: quamobrem ad consuetudinem & constitutiones vniuersalesque diocesis semper est respiciendum, vt quisque sciat, quid in hac re agere teneatur.

CAPVT VI.

De ieiuniis quatuor Temporum totius anni, Rogationum, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ; & de iis, quæ olim in Adventu seruabantur: de abstinentia carniuum in sexta feria, & sabbatho; & quid, si dies Natalis venerit in sexta feria ieiunij de voto.

SVMMARIVM.

Ieiunia quatuor Temporum sunt de iure communi: quibus temporibus celebrentur. n. 1. Quare tempore Paschali, & prima hebdomada post Pentecosten ieiunium quatuor Temporum celebretur. num. 2. Causa, ob quas Ecclesia instituit ieiunia in quatuor temporibus anni. num. 3. Ieiunij perfectum in sabbathis totius anni, olim fuit. QQq 319



*in precepto; nunc autem est imperfectum tantum, quoad abstinentiam carniū.* num.4.  
*Idem est dicendum de sextis feriis.* num.5.  
*Si dies Natalitij Domini venerit in sexta feria, carnes comedi possunt.* num.6.  
*Quid de illo, qui votum habet non edendi carnes in omnibus sextis feriis.* ibid.  
*An, qui vouit non comedere oua, & lactinia, in sexta feria, possit comedere carnes.* num.7.  
*Ieiunia Rogationum olim fuerunt in precepto Ecclesie, hodie abierunt in dissuetudinem.* num.8.  
*Ieiunium Aduentus hodie disparuit; olim erat in precepto; tantum hodie obseruatur à nonnullis Religiosis.* num.9.  
*De ieiunio Septuagesima quid olim statutum fuerit.* num.10.  
*Quando incipiat, & desinat dies ieiunij.* n.11.

1. Ieiunia quatuor Temporum, quæ in Ecclesia Catholica celebrantur, de iure communi sunt, vt constat ex cap. *Statuimus*, dist. 76. & docet Syluest. verbo, *Ieiunium*, n. 5. & Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 2. s. pag. 662. col. 2. vers. *Veruntamen*, continentur autem hæc quatuor Tempora in hoc vers. quem Syluester allegatus, ne memoria exciderent, confinxit:

*Vult Crux: Lucia: & Cima: & Charismata dia:  
 Vt ieiunetur quarta sequens feria.*

Quæ verba tantumdem valent, ac si dicant; Ieiunia quatuor Temporum celebrantur primis quartis feriis, quæ sequuntur post festum sanctæ Crucis in mense Septembri, & post sanctam Luciam, Cinerum, & Pentecosten. Olim verò ieiunium hoc tribus tantum anni Temporibus celebrabatur, vt optimè adnotauit Azor, vbi supra: at verò postea Callistus I. decreuit in epistola quadam decretali ad Benedictum Episcopum, quæ habetur tom. 1. Conciliorum, & refertur in c. *Ieiunium*, dist. 76. vt quater in anno ieiunium ageretur, non ter, vt antea: sic enim habet: *Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrari didicisti, conuenientius nunc per quatuor Tempora fieri decernimus: ut, sicut annis per quatuor voluitur temporaria, & nos quaternum solenne agamus ieiunium, per quatuor anni tempora.* Quatuor quippe sunt anni tempora, vernum, hybernum, æstiuum, autumnale, & in his quatuor temporibus celebrantur ieiunia quatuor Temporum, siue quartæ partis totius anni. Ieiunium vernum in Quadragesima, & incipit in prima quarta feria, quæ immediate sequitur post quartam feriam Cinerum; hybernum in Aduentu Domini, in tertia hebdomada illius, prima quarta feria post diem D. Lucia; autumnale in mense Septembri, quo mense cadit festum sanctæ Crucis; æstiuum post Pentecosten. Et sicut singulæ quatuor partes totius anni completantur tres menses illius: ita singula quatuor Temporum ieiunia tres complectuntur dies, quasi singulis mensibus singuli dies ieiunij adscribantur: qui omnes dies ieiunij à prima quarta feria post illorum festorum, quæ in versu continentur, immediate incipiunt; videlicet, à prima quarta feria, quæ immediate sequitur post festum sanctæ Crucis in mense Septembri: & in prima, quæ sequitur post festum D. Lucia, & post festum Cinerum, & Pentecostes, quæ omnia constant ex dicto c. *Statuimus*, dist. 76. & ex Auctoribus citatis, & ex Concilio Placentino sub Urbano II. celebrato, vnde prædictum cap. *Statuimus*, desumptum fuit.

2. Nec obstat, quod in prima hebdomade post Pentecosten celebratur vnum ex his ieiunium, quæ quatuor anni Temporibus in Ecclesia coluntur, cum huiusmodi hebdomada incidat in paschale tempus, & Canones prohibeant ieiunia toto tem-

pore paschali celebrari, quod id tempus lætitiæ sit & exultationis; ieiunium verò, tristitiæ & afflictionis. Nam illud tempus paschale, in quo prohibentur ieiunia, iuxta sacros Canones, in Ecclesia, censendum ac computandum est à Paschate vsque ad Pentecosten, vt ex communi vsu Ecclesie patet, & docent Azor, & Syluester, vbi supra allegati; & id ipsum voluit (vt censo) D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 5. ad 3. cum dixit, ieiunia Ecclesie esse ieiunia afflictionis, & non exultationis; & idem non celebrari in tempore paschali, id est, in tempore Paschate vsque ad Pentecosten, vt explicant Auctores allegati, & patet ex more Ecclesie.

Causæ autem, ob quas Ecclesia instituit hæc ieiunia in his quatuor anni Temporibus, multæ sunt. Prima est, vt ea offeramus Deo, vt nobis nostra peccata dimittat, quæ per totius anni decursum admittimus. Secunda, vt Deus ipse, sicut totius anni & Solis motus & cursus est moderator & rector: sic totius vitæ nostræ actiones & studia prosperè ac feliciter moderetur ac regat. Tertia, vt hæc ieiunia, veluti quatuor Temporum primitias, Deo offeramus. Ieiunium autem in his quatuor Temporibus, feria quarta, sexta, & sabbatho, & non aliis diebus: quia Christus Dominus feria quarta traditus est, & venditus; occisus feria sexta; sabbatho sepultus: & par est, vt in his diebus, quibus maxime afflictus fuit Christus Dominus, tristitiam & afflictionem nostram per ieiunium ostendamus; tanquam veri Christiani, illius amatores.

Ieiunium in sabbathis totius anni olim fuit in precepto, vt constat ex cap. *Sabbatho*, de consecrat. dist. 3. vbi Innocent. I. ita ait: *Si diem Dominicum ob venerabilem Domini nostri Resurrectionem, non solum in Paschate celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas, ipsius diei imaginem frequenteramus: & sicut sexta feria cuiusque hebdomada propter passionem Domini ieiunamus, nullum etiam sabbathum prætermittere debemus, in quo tristitiam Apostolorum ieiunio non iteremus.* Hæc ille. Vnde colligunt Doctores in iure canonico, præceptum esse ieiunium & abstinentiam ab esu carniū, quæ in sabbathis obseruatur. Et olim quidem in primitiua Ecclesia, vt docet Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. c. 26. fol. 667. vers. *Ex his omnibus*, ieiunium plenè & perfectè obseruabatur, & semel tantum in die hora competenti, videlicet, ad horam nonam, seu tertiam post meridiem vnica comestio sumebatur: nunc tamen non est tam perfectum ieiunium in vsu; sed tantum ieiunium imperfectum, quo à carnibus tantum abstinemus, non ab ouis, non à lactiniis; nec etiam semel tantum in die comedimus; sed toties, quoties volumus, modò à carnibus abstinemus, quarum vsus nobis solummodo in sabbathis est interdicitus, vt colligitur ex cap. *Quia dies*, de consecratione, dist. 5. Vnde, vt docet Azor vbi supra, & Syluester verbo, *Ieiunium*, quæst. 10. num. 28. lethalliter peccant, qui in sabbathis carnibus vescuntur sine iusta ac debita causa, vbi non est consuetum eas edere. Nec obstat Glossa in cap. *Quia dies*, allegato, vbi dicit, hoc ieiunium sabbathi, seu hanc abstinentiam à carnibus non esse præcepti, sed consilij; loquitur enim Glossa ibi de quibusdam locis, in quibus præfatum ius abstinendi à carnibus, consuetudine est abrogatum: nam in Gallia, vt optimè notat Paludanus in 4. dist. 15. q. 4. art. 4. concl. 2. à die Natalitij Domini, vsque ad Purificationem Beatissimæ Virginis Mariæ carnes in sabbathis eduntur: & in nonnullis Hispaniæ prouinciis in sabbathis totius anni, præter ea, quæ sunt Quadragesimæ, & præter sabbatha, quæ sunt in peruiigijs Sæctorum, & quatuor anni Temporibus consecrata, licet carnes vniuersum non edantur; animalium tamen

Syluest. Azor.

Callistus.

Azor. Sylu. D. An.

3.

Clemens.

Ignat.

4.

Innoc.

Azor.

Azor.

Brunon.

Natta.

Azor.

Syluest.

Glossa.

Paludan.

Azor.

Soar.

tamen capita, pedes, non crura, iecur, pulmones, viscera, & intestina de more comeduntur. Cum verò hæc abstinentia carniū nobis imperetur per modum negatiuum, Ne comedatis carnes, hinc est, quod toties lethalliter peccamus, quoties in sabbatho, vel alio die prohibito carnes edimus, & præceptum violamus, vt alibi diximus.

5. Idem planè, quod dictum manet de sabbathis, dicendum etiam est de ieiunio sextæ feriæ, vt patet ex cap. *Sabbatho*, de consecrat. dist. 3. num. præcedenti allegato: non enim dubium est, olim obseruatum fuisse ieiunium plenum & perfectum in primitiua Ecclesia, maxime in orientali, in singulis sextis feriis totius anni, præter eam, in quam dies Natalitij Domini incidebat. Constat id ex Clemente Romano ex tribus locis Constitutionum Apostolorum, lib. 5. cap. 16. & cap. 9. & cap. vltimo: docet etiam Martyr Ignatius epistola 3. ad Philipenses: *Quarta*, inquit, *& sexta feria ieiunare.* & refertur in cap. *Ieiunia*, de consecrat. dist. 3. vbi ita dicitur: *Ieiunia sanè legitima in quarta, & sexta feria non sunt soluenda; nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia quarta feria Iudas traditionem Domini cogitauit; sexta feria crucifixum est Saluator. Videtur ergo, qui his diebus sine necessitate solueret statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, vel cum crucifixis gentibus crucifigere.* Hæc ibi. Vnde constat, olim in primitiua Ecclesia propter congruentias assignatas sextam quoque, & quartam feriam in singulis septimanis ieiunio fuisse consecratas: postea verò consuetudo fecit, vt ieiunium quartæ feriæ omninò aboleretur, & vt in sexta feria maneret tantum ieiunium imperfectum, quoad abstinentiam tantum esus carniū, vt de sabbathis diximus; non ab ouis, non à lactiniis: quia, vt optimè docet Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 26. fol. 668. column. 2. littera A, iam vbiqve videtur receptum, vt in sextis feriis totius anni oua, & lactinia comedantur, & à carnibus tantum abstinemus; si tamen alicubi contraria vigeat consuetudo, ea obseruanda est; quia consuetudo vim legis habet: & sicut consuetudine leges & præcepta ac iura confirmantur; ita non vni & differtudine abrogantur; vt optimè docet ac probat Brunonius à Sole in suo resolutorio, verbo, *Statutum*, §. *Statutum vrenium moribus*, fol. 188. column. 1. Natta consilio 340. numer. 11. & alij.

6. In sexta feria, si dies Natalitij Domini in eam incidit, carnes vescuntur de more totius Ecclesie Catholice: quaritur ergo, an ille, qui votum emisit ieiunandi omnibus ac singulis sextis feriis totius anni, teneatur etiam ieiunare in die Natalitij Domini, quando in eam incidit: & eadem quæstio est, si dies Natalis venerit in sabbatho, & votum quis emisit ieiunandi omnibus totius anni sabbathis. Cui quæstioni breuiter respondeo cum Azorio tomo 1. Inst. moral. lib. 2. cap. 20. quæst. 3. Si quando quis votum emisit, recordatus fuit de die Natalitij Domini, & intendit se obligare per huiusmodi votum ad obseruationem ieiunij; etiam in tali die, tenetur profectò eo die ieiunare iuxta vouentis intentionem. Si verò nihil de illo cogitauit, & dubitat, an se voluerit obligare, si de tali die cogitasset, dico illud votum non tenere, nec obligare, non ex eo fundamento, vt quidam volunt, quod si cogitasset, non vouisset eo die ieiunare: sed ex eo fundamento, quia quando non constat de intentione expressa vouentis, ieiunium & votum illius accipiendum est, iuxta morem Ecclesie, vt notauit Soarius tomo 2. de relig. libro 4. cap. 7. numer. 9. mos autem Ecclesie est, vt non ieiunetur, & vt carnes comedantur in die Natalitij P. Steph. Esguandez in quinque præc. Eccl.

Domini, etiamsi veniat in sabbatho, aut sexta feria. Hanc opinionem sequitur etiam Medina tomo 2. de iust. disp. 272. & Azor vbi supra, & Ioannes Andreas cap. vltimo, de obseruat. ieiuniorum: quomodo ex diuerso fundamento, ex illo, scilicet, quod iam reieciimus: quia si præuidisset, fortè non intendisset, se eo die obligare. Contrariam opinionem sequitur Soarius tomo 2. de relig. lib. 4. capite 20. numer. 7. affirmans, huiusmodi vouentem teneri in ea circumstantia, eo die Natalitij Domini ieiunare: & id docet etiam Syluester, verbo, *Ieiunium*, numero 27. quæst. 10. Sed nostra sententia bonum fundamentum habet deductum ex ipso etiam Soario loco proximè allegato. Ex hoc fundamento ille, qui vouit ieiunare in die sancti Laurentij, aut sancti Matthæi, non tenetur ieiunare in Dominica, si tales dies in Dominicam inciderent; teneatur tamen ieiunare in sabbatho, vt se moti Ecclesie accommodet: quia vota facta de ieiuniis, quando expressè de intentione vouentis non constat, semper sunt interpretanda iuxta morem Ecclesie: Et ex hoc etiam fundamento infert Azor tomo 1. Institut. moral. libro 2. cap. 20. quæst. 4. cum, qui ieiunium quotidianum per annum integrum vouit, si expressè dies Dominicos non comprehendit, eo ipso non obligari ad seruandum votum in illis: quia votum illud regulandum est iuxta modum & consuetudinem Ecclesie: Ecclesia autem non solet ieiunare in diebus Dominicis. Dubium tamen esse potest, an Religiosus creatus Episcopus, cui iuxta suam Regulam vsus carniū interdictus est, possit carnes vesci in die Natalitij Domini, quando incidit in sextam feriam: cui affirmatiuè respondendum est cum Sancio tomo 2. Decalogi, lib. 6. cap. 6. numer. 20. Caietano in opusc. tomo 1. tractat. 25. de obligat. & obseruat. præcepti, quæst. 2. & Couarr. de testam. cap. 1. numero 18. & Rodrig. tomò 2. Summæ, cap. 10. numero 4. quia Religiosus Episcopus immunis manet à votis, quæ præter substantialia ex Religionis præscripto emittuntur.

Sunt etiam aliqui Doctores, quos tacito nomine carpit Syluester verbo, *Ieiunium*, num. 17. vers. *Secundum*, qui ausi sunt asserere, eum, qui votum emisit non comedendi oua in sexta feria, non posse comedere carnes in die Natalitij Domini, si in sextam feriam incidit: quia abstinentia ab ouis includit abstinentiam à carnibus; non è conuerso: vnde, qui vouit abstinere ab ouis, consequenter etiam vouit abstinere à carnibus. Distinguendum tamen est in hoc negotio: nam, si etiam intendebat se per huiusmodi votum priuare esu carniū, etiam in die Natalis Domini; tunc quidem tenetur ab illis abstinere: si verò hanc intentionem expressam se obligandi non habuit, primò dico, iuxta doctrinam num. præcedenti traditam, non teneri eum ieiunare, & carnibus abstinere in die Natalis Domini; & quia votum semper intelligitur factum iuxta modum ac morem Ecclesie, quæ solet in die Natalis carnes edere, etiamsi in sextam feriam, aut sabbathum incidat: & quia priuans se minùs dilecto, & minori; non idè se intendit priuare maiori, & magis dilecto: vnde ille, qui per votum se ouorum vsu intendit priuare; non idè censendus est voluisse etiam se priuare esu carniū, maxime quia abstinentia ab ouis, non includit ex sua natura abstinentiam à carnibus. Dices: In dubijs tenenda est via securior: tutius autem & securius est, quod in abstinentia ab ouis includatur etiam abstinentia carniū, & quod ieiunandum sit in die Natalis, si incidat in feriam sextam. Respondeo, in dubijs sufficere tutam viam eligere, non tutiorem: & idè contrà faciens nunquam erit iudicandus de

Medin.

Azor.

Andreas.

Soar.

20. numer. 7.

Sylu.

numero 27.

Soario loco proximè allegato.

Et hoc fundamento ille, qui vouit ieiunare in die sancti Laurentij, aut sancti Matthæi, non tenetur ieiunare in Dominica, si tales dies in Dominicam inciderent; teneatur tamen ieiunare in sabbatho, vt se moti Ecclesie accommodet: quia vota facta de ieiuniis, quando expressè de intentione vouentis non constat, semper sunt interpretanda iuxta morem Ecclesie: Et ex hoc etiam fundamento infert Azor tomo 1. Institut. moral. libro 2. cap. 20. quæst. 4. cum, qui ieiunium quotidianum per annum integrum vouit, si expressè dies Dominicos non comprehendit, eo ipso non obligari ad seruandum votum in illis: quia votum illud regulandum est iuxta modum & consuetudinem Ecclesie: Ecclesia autem non solet ieiunare in diebus Dominicis. Dubium tamen esse potest, an Religiosus creatus Episcopus, cui iuxta suam Regulam vsus carniū interdictus est, possit carnes vesci in die Natalitij Domini, quando incidit in sextam feriam: cui affirmatiuè respondendum est cum Sancio tomo 2. Decalogi, lib. 6. cap. 6. numer. 20. Caietano in opusc. tomo 1. tractat. 25. de obligat. & obseruat. præcepti, quæst. 2. & Couarr. de testam. cap. 1. numero 18. & Rodrig. tomò 2. Summæ, cap. 10. numero 4. quia Religiosus Episcopus immunis manet à votis, quæ præter substantialia ex Religionis præscripto emittuntur.

Azor.

Sanchez.

Caietan.

Couarr.

Rodrig.

7.

Syluest.

Secundum.

qui ausi sunt asserere, eum, qui votum emisit non comedendi oua in sexta feria, non posse comedere carnes in die Natalitij Domini, si in sextam feriam incidit: quia abstinentia ab ouis includit abstinentiam à carnibus; non è conuerso: vnde, qui vouit abstinere ab ouis, consequenter etiam vouit abstinere à carnibus. Distinguendum tamen est in hoc negotio: nam, si etiam intendebat se per huiusmodi votum priuare esu carniū, etiam in die Natalis Domini; tunc quidem tenetur ab illis abstinere: si verò hanc intentionem expressam se obligandi non habuit, primò dico, iuxta doctrinam num. præcedenti traditam, non teneri eum ieiunare, & carnibus abstinere in die Natalis Domini; & quia votum semper intelligitur factum iuxta modum ac morem Ecclesie, quæ solet in die Natalis carnes edere, etiamsi in sextam feriam, aut sabbathum incidat: & quia priuans se minùs dilecto, & minori; non idè se intendit priuare maiori, & magis dilecto: vnde ille, qui per votum se ouorum vsu intendit priuare; non idè censendus est voluisse etiam se priuare esu carniū, maxime quia abstinentia ab ouis, non includit ex sua natura abstinentiam à carnibus. Dices: In dubijs tenenda est via securior: tutius autem & securius est, quod in abstinentia ab ouis includatur etiam abstinentia carniū, & quod ieiunandum sit in die Natalis, si incidat in feriam sextam. Respondeo, in dubijs sufficere tutam viam eligere, non tutiorem: & idè contrà faciens nunquam erit iudicandus de

mortali culpa, nisi forte ex erronea conscientia.

8. De ieiunio Rogationum, & Litaniarum ita habetur in c. Rogationes. de consecrat. dist. 3. Rogationes, & Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut praemisso triduo ieiunio in Dominica Ascensionis sollemnitate solvantur. Hanc ibi. Sciendum tamen est, nullum ieiunium inter Pascha, & Pentecosten iure communi esse indictum; potest tamen consuetudine induci, vel voluntate pia & religiosa suscipi: nam in capit. Scire debet. distinct. 76. aperte dicitur, per illos dies omnes, qui intercedunt à Pascha ad Pentecosten, excepto per uigilium Pentecostes, ut diximus cap. 5. numer. 9. ieiunium non celebrari in Ecclesia, cum omnes sint dies exultationis, festiuitati Resurrectionis dedicati, ut praedicto loco videti potest: & id docet etiam Gratianus in praedicto cap. Scire debet. in §. Necessario. eadem distinct. & in cap. Ieiunium. §. Non autem. distinct. 75. idem habetur expressè his verbis: A die Dominica Resurrectionis, usque in diem Pentecostes, non inducuntur obseruanda ieiunia. At hoc non tollit, quominus ex consuetudine loci, aut pia & religiosa voluntate in his diebus ieiunia celebrari possint, ob piam aliquam causam & intentionem. Vnde Mamertus, Episcopus Viennensis, cum ea ciuitas luporum, visorumque incursum vehementer infestaretur, & terræ motibus illius aedificia periclitarentur, publicas supplicationes, quas Graeci Litanias appellant, Rogationes simul, ac publica ieiunia indixit, per illos tres dies ante Dominicam Ascensionis, ut iis votis & ieiuniis ita Domini placaretur. Exinde dimanauit hic mos in alias regiones; & eas Rogationes, & ieiunia tota Gallia, Anglia, Germania & Hispania suscepit, eò quòd eo veris tempore solent populi multis morbis afflicti, & gemmantes ac erumpentes fructus periclitari; & idcirco olim in omnibus his locis huiusmodi Rogationes, & ieiunia, si non integra, saltem semiplena, ut abstineretur à carnibus tantum, non tamen ut semel in die tantum comederetur, in consuetudine fuerunt: at postea propter eandem consuetudinem contrariam, in dissuetudinem abierunt: extant tamen aliqui hodie in Hispania & Lusitania aliqua vestigia harum Rogationum: siquidem per hoc triduum in templis maximis cathedralibus sunt huiusmodi Litaniae per claustra templi, & aliquando extra illa, propter eandem fructuum & aegritudinum intentionem; non tamen ieiunatur, nisi in omnibus sextis feriis, & sabbathis totius anni, in quibus à carnibus tantum abstinemus, non à reliquis cibis: si tamen in aliqua orbis parte ieiunia adhuc in suo vigore perstant, licita sunt, & hanc praefatam originem habuerunt.

9. Amalar. Azor. Nicol. Innoc. Olim quidem in Ecclesia Romana in Aduentu Domini ieiunium seruabatur, ut docet Amalaricus libro 3. de ecclesiasticis Officiis, capite 20. Azor. tomo 1. Institution. moral. libro 7. cap. 27. fol. 672. colum. 2. quæst. 3. & constat ex epistola Nicolai I. ad consulta Bulgarorum, & docet etiam Innocentius III. in cap. Consilium. de obseruat. ieiuniorum, & ex Concilio Matifconensi I. canon. 6. id ipsum constat: & partim quidem in aliquibus Ecclesiis totus Aduentus ieiunio erat consecratus, praeter dies Dominicos, ut patet ex Innocentio III. citato in capite Consilium. Apud nos (inquit) in Aduentu Domini ieiunium agitur. partim verò in aliis soli tres dies cuiusque hebdomadis, aut quatuor, ieiunio dicati erant, ut ex Matifconensi Concilio his verbis constat: A feria sancti Martini usque ad Natalem Domini, secunda, quarta, sexta, & sabbatho ieiunatur. Hodie tamen hoc ieiunium

disparuit, & in dissuetudinem abiit, & solum apud Monachos, & Religiosos, licet non apud omnes, ieiunium mansit, qui partim ex propriis statutis, partim vsu & consuetudine id retinuerunt. Hinc etiam in Aduentu Domini sacrae conciones ad populum habentur.

10. Albin. Albinus libello de diuiniis Officiis, in c. de Septuagesima, ita ait: Telephorus Papa nonus post Beatum Petrum constituit, ut per septem hebdomadas ante Pascha Clerici ieiunarent: postea Melchisedes trigessimus quartus post Petrum praecipit, ut nemo in prima (hoc est, secunda feria) vel quinta ieiunaret: in prima, propter Resurrectionem: in quinta, quia in ea Christus Dominus cum discipulis suis cenauit, & in ea ascendit in caelos: & hinc placuit fidelibus olim, ut octo hebdomadae ante Pascha ieiunio consecrarentur, & inchoaretur ieiunium à Sexagesima. Hæc ille. Postea tamen alij Summi Pontifices introduxerunt, ut ieiunium inciperet à Septuagesima, ut patet ex D. Ambrosio, in sermone quodam, qui nunc Romæ typis excusus est, & inter Opera illius est insertus: quamuis verò ieiunium Quadragesimæ à Septuagesima, vel à Sexagesima olim inciperet, semper tamen propter mysticas rationes, de quibus agit D. Ambrosius eo sermone, ieiunium hoc, ieiunium Quadragesimæ appellabatur: postea verò reductum est ieiunium ad hos quadraginta dies Quadragesimæ: tot enim currunt à prima quarta feria Cinerum usque ad sabbathum Paschæ inclusiue, in quibus ieiunium incipit, & finitur, ut videmus. Cur autem tres illi dies Dominici, qui primam Dominicam Quadragesimæ antecedunt, dicantur Dominicæ Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, & quæ sit istorum vocabulorum origo, varietas est apud Auctores. Placent illi, qui dicunt, Septuagesimam, Sexagesimam, Quinquagesimam, Quadragesimam vocari à numero dierum, qui tunc currunt, & intercedunt ab his Dominicis usque ad prima initia temporis paschalis: nam à Dominica Septuagesimæ usque ad sabbathum in Albis, in quo qui baptizabantur, proprias vestes deponebant, & inducebantur albis, septuaginta dies sunt. Sexagesima verò dicitur, quia sunt sexaginta dies ab ea Dominica usque ad feriam quartam Paschæ proximè subsequentem. Quinquagesima, quia sunt quinquaginta dies ab ea Dominica usque ad diem Paschæ: & sic de cæteris. Ita docent Rabanus lib. de Instit. Clericorum, 3. cap. 34. Amalar. lib. de ecclesiasticis Officiis, cap. 1. 2. 3. & 4. & alij: quæ de re vide Azorium tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 27. fol. 671. §. Septuagesima. vbi multa & doctè in hanc rem affert.

11. Illud verò certissimum est, omnes dies ieiuniorum, siue sint Quadragesimæ, siue extra illam, incipere, quoad carnium abstinentiam, & aliorum ciborum, in iisdem diebus interdictorum, à media nocte, usque ad mediam noctem, ut optimè notauit Syluest. verbo, Ieiunium, num. 28. & Azor vbi supra Syluest. fol. 669. col. 1. q. 6.

CAPVT VII.

Qui teneantur ad praeceptum ieiunij: agitur etiam de peregrinis, & aduenis, vagabundis, & viatoribus.

SVMMARIVM.

Quilibet Christianus tenetur ad praeceptum ieiunij in ætate competenti.

In qua ætate, dicam c. 8. à num. 2. An Clerici teneantur ad ieiunium inductum per solam consuetudinem laicorum, & e contra, & quid de Religiosis. num. 2. Si in aliquo oppido ex generali consuetudine ieiunium obseruatur, ad illud tenentur Religiosi: idem de diebus festis. num. 3. An Monasteria Religiosorum teneantur ad ieiunia indicta ab Episcopis. num. 4. Quid de diebus festis, & de interdito. ibid. An aduenas, & peregrini ad ieiunia locorum, ad quos accedunt animo manendi, teneantur. n. 5. Quid de aulicis, scholasticis, & mercatoribus, in aliqua urbe per bonam partem anni commorantibus. n. 6. Quid de transeuntibus, quando etiam eodem die in sua patria ieiunium obseruatur. num. 7. Quid, si aduenas ad locum accedant, ubi per duos tantum, vel tres dies commorentur. n. 8. & 9. Quid de viatoribus transeuntibus. n. 9. & 10. Quid de Castellano transeunte per Lusitaniam quoad esum de intestinis animalium, & e contra de Lusitano transeunte per Castellam, an illis possit vesci. n. 10. 11. 12. Quid de vagabundis. num. 13. Quid de viatore transeunte per loca, ubi carnes vescuntur, & in suo non vescuntur. n. 14.

1. Quilibet Christianus tenetur hoc praecepto de ieiunio, nisi legitima causa excusetur: in qua autem ætate teneatur, & quæ sint causæ legitimæ excusationis, dicam infra c. 8. sequenti. Ita docet Præpositus in cap. Denique. de obseruat. ieiun. dist. 4. num. 13. Maior in 4. dist. 15. col. 4. Medina de ieiunio, in q. de his, qui ad ecclesiasticam ieiunia tenentur. Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. & alij passim. Probatur: quia hæc est mens ipsius Ecclesiae, provt ecclesiastica consuetudo hactenus obseruauit: si autem roges, vtrum iusti, qui mortaliter non peccarunt, huic praecepto sint obnoxij? Respondeo affirmatiue cum Abulensi Matthæi 6. qu. 138. adde Gabriellem in 4. dist. 16. q. 3. art. 2.

In primis hæc quaeritur, an consuetudo laicorum in ieiuniis obseruandis obliget Clericos, & Clericorum secularium Religiosos: quod est quaerere, vtrum Clerici teneantur ad ieiunium laicorum inductum per solam consuetudinem ipsorum laicorum, & Religiosi ad ieiunium Clericorum, per solam consuetudinem eorum introductum. Negant communiter Doctores. Fundamentum illorum est: quia distincti sunt hi modi abstinentiæ inter hos tres hominum status, & plures abstinentias habent Clerici, quàm laici; & Religiosi multò plures quàm Clerici, atque seculares: vnde eorum ieiuniis non ligantur, quorum consuetudinibus à suis ieiuniis non absoluantur, iuxta regulam iuris: Quos non honoro, nec onero; & quos honoro, grauo. Ita docent Paludan. in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 3. D. Anton. 2. par. tit. 6. c. 2. §. 6. Rosella verbo, Ieiunium, n. 16. Syluest. eodem verbo, n. 7.

Hæc ad sanum sensum, & intellectum reducenda sunt: certum enim in primis est, si in aliqua prouincia, oppido, vel loco, recepta sint generali consuetudine nonnulla ieiunia, aut abstinentia tantum à carnibus, ea quoque obligare Monasteria, & Religiosorum Collegia intra eundem locum, vbi ea generalis consuetudo viger, constituta, ut optimè animaduertit Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. c. 30. pag. 681. col. 1. q. 2. Sunt enim ea ieiunia in ea circumstantia omnibus communia, & moribus omnium in eo loco habitantium sunt probata: quare doctrina in num. præced. tradita, solum habet locum in consuetudine, quæ tantum est Clericorum, Religiosorum, aut laicorum, si vnumquodque genus P. Steph. Fagundes, in quinq. præc. Eccles.

harum personarum seorsim sumatur: non verò in consuetudine communi, & generali omnium personarum in eo loco, aut vrbe commorantium, ut patet. Similiter, si dies festi in aliquo loco communi consuetudine & vsu omnium colantur, illos tenentur obseruare Monasteria, & Religiosi intra eundem locum constituti, ut fatentur omnes, & vsu fieri videmus.

Maius est dubium, an cum aliqua ieiunia Episcopi, aut Prælati publica auctoritate indicuntur, vel ex praecepto tantum ipsius Prælati pro eo die imposito, vel fixa constitutione & lege; ea teneantur Monasteria intra eundem locum, aut diocesium sita obseruare. Ex vna enim parte non videntur teneri: quia Monachi, & Religiosi Prælatorum secularium auctoritati & iurisdictioni non sunt subiecti: sunt enim exempti ab eorum iurisdictione propter sua priuilegia, & persona exempta pro extranea habetur, ut Doctores communiter fatentur. Ex alia verò parte teneri videntur: quia, si Episcopi & Prælati dies festos in eodem loco indixerint, vel per constitutionem & legem fixam, vel praecepto tantum transeunte, ac pro eo die durante; aut, si locali interdito totam urbem, vel oppidum, aut locum subiecerint, Monasteria illud seruare tenentur, ut suppono ex materia interditi: & est doctrina recepta in eadem materia: ergo similiter ieiunia seruare tenebuntur, si quæ pro iisdem locis Episcopi indixerint ac praeceperint. Sed dicendum est esse diuersam rationem in diebus festis, & interdito, atque in ieiuniis à Prælati, Episcopisve indictis: nam iure communi constitutum est, vt Religiosi teneantur seruare interdita, & dies festos auctoritate Episcoporum indictos; nihil tamen de ieiuniis adhuc constitutum, aut declaratum in iure est. Vnde, cum Religiosi ab Episcoporum iurisdictione sint exempti, non videntur adstringi huiusmodi ieiuniis, quæ indicunt Episcopi; nisi forte ratione scandali, ne alios offendant, ut optimè adnotauit Azor vbi supra tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 30. pag. 681. q. 2.

Veniamus tandem ad aduenas, & peregrinos, & videamus, an ad ieiunia locorum, in quibus sunt, & quæ transeunt, teneantur. Hanc quaestionem satis luculentè tractauimus in 1. praecepto de obseruatione dierum festorum, lib. 1. cap. 7. & 8. per totum, ad quem locum pro pleniore explicatione harum rerum, te remittimus. Dicam tamen breuiter hæc, ea, quæ tantum necessaria sunt ad præsentem materiam & dubitationem. In primis, omnibus est in confesso, peregrinos & aduenas teneri ad ieiunia & consuetudines locorum, ad quos venerint, si diu ibi permaneant, aut animo ibi habitandi peruenerint, quamuis postea animum mutent, & aliò transeant, idque non solum ratione scandali, sed simpliciter & absolute, siue clam, siue occultè comedant ratione domicilij, aut quasi domicilij ibi affixi. Ita docent communiter Auctores. Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 30. fol. 382. qu. 4. Sylu. verbo, Ieiunium, num. 7. Sancius lib. 3. de matrim. disput. 18. num. 3. Soar. tomo 1. de relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 14. num. 2. Paludan. in 4. dist. 15. quæst. 4. articulo 6. num. 24. Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. §. Tertio dico. Rosella verbo, Ieiunium, num. 19. Medina. C. de ieiunio. q. quando necesse est ieiunare. Archidiaconus in cap. Illa. dist. 12. & Glossa ibi, verbo, Veneris: & probatur ex cap. Illud. & cap. Illa. eadem distinct. 12. vbi Ambrosius Augustino sibi eam quaestionem proponenti ita respondit: Ad quamcumque Ecclesiam accesseris, eius consuetudinem obserua. Et idem constat ex cap. Quæ contra. dist. 18. Et hæc locum habet illud vulgare.

Cum fueris Romæ, Romano viuio more.

Et ratio est: quia illa habitatio, quæ sufficit, ut quis per eam domicilium in aliquo loco acquirat, sufficit etiam ad contrahendam obligationem ieiuniorum, festorum, & consuetudinum eiusdem loci: ille autem, qui accedit ad aliquem locum animo ibi permanendi, ac commorandi, statim ibi domicilium acquirit, iuxta Doctores citatos, & patet ex l. *Hares absens ff. de iudiciis.*

6. Dixi, aut quasi domicilij, & si diu ibi permaneant: quia certum est, etiam peregrinos, aduenas, scholasticos, mercatores & aulicos commorantes in aliqua vrbe, aut loco per magnam temporis moram, licet non sint cum animo ibi perpetuo habitandi, teneri ad ieiunia, & dies festos, & leges ac consuetudines loci: quia, licet non acquirant domicilium; acquirunt tamen quasi domicilium. Ita docet expressè Felinus in cap. *Quod Clericos*, de foro competenti. Docet etiam D. Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 1. Medina 1. 2. quæst. 96. art. 5. Soarius tomo 1. de relig. lib. 2. cap. 12. numero 4. & 5. Sancius lib. 3. de matrim. disputat. 18. numer. 9. Et idem dicendum est de iis, qui accedunt ad aliquem locum animo ibi habitandi per maiorem partem anni, iuxta Sancium allegatum, & Soarium vbi supra numero 5. vbi optimè animaduertit, non oportere, ut aliquis prius in loco aliquo per maiorem partem anni habitet, ut obligetur legibus loci; sed satis esse, si ad eum locum accedat animo ibi commorandi per maiorem partem anni, vel diuturno tempore: hoc enim sufficit ad acquirendum quasi domicilium, non solum quoad ieiunia & dies festos, sed etiam quoad omnia Sacramenta voluntaria, præter Sacramentum Ordinis, iuxta Sancium & Soarium allegatos vbi supra. Vide quæ diximus lib. 1. primi præcepti, cap. 8. n. 7.

7. Secundò certum est, etiam peregrinos & iter agentes, è proprio loco abscedentes, & ad alia diuerentes per modum transitus citò ad proprium locum reuersuros, teneri ad ieiunia, festa, & ad consuetudines locorum, ad quos accedunt, si ea festa, & ieiunia, etiam in patria sua & loco proprio per eos dies obligent: quia tunc nulla iusta ratio eos excusare potest, cum obligent tam in patria sua, & in loco domicilij, quam in loco vbi sunt. Ita Sancius lib. 3. de matrim. cap. 18. num. 3. & Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. capit. 14. numer. 14. colum. 2. fol. 335.

8. Tota ergo quæstio est de iis aduenas, qui ad aliquem locum veniunt, ut ibi per aliquot dies demorentur, recreentur, aut negotientur, v. c. duos, vel tres: & de viatoribus, quorum præsentia solum est in transitu in tali loco, tanquam in hospitio via, prandendo, cenando, pernoctando, & statim sine vlla mora discedendo; an tunc teneantur seruare ieiunia loci, per quem transeunt, & ad quem accedunt statim recessuri, si ea ieiunia in illorum patria non seruentur: & idem dicendum est de auditione Missæ respectu dierum festorum, & de hac quæstione duæ sunt opiniones. Prima negat absolute, & simpliciter eos teneri ad huiusmodi ieiunia, nisi solum ratione scandali: quare posse priuatum, & occultè, vesci carnibus & cibis, quibus vrebantur in patria sua; non tamen publicè propter scandalum, & offensionem, nisi prius illud tolerant. Hanc opinionem tenet Præpositus, Archidiaconus, Gemianus, Turrecremata, cum Glossa in cap. *Quæ contra*, distinct. 8. Palud. in 4. distinct. 15. quæst. 4. artic. 3. D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. Rosella verbo, *Ieiunium*, num. 16. Syluest. ibid. num. 7. & numer. 28. ad finem. Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 30. quæstion. 5. §. *Verum illud dubium*. & alij, quos statim in fine huius numeri allegabo. Probant primò ex cap. *Illud*, distinct. 12. nam ibi

Felin.  
D. Anton.  
Medina.  
Soarium.  
Sanchez.

Sanchez.  
Soar.

Præposit.  
Archid.  
Gemini.  
Turrecr.  
Gloss.  
Paludan.  
D. Anton.  
Ros.  
Sylu.  
Azor.

respondet Ambrosius Augustinò, consuetudinem esse seruandam ad quancunque Ecclesiam quis accesserit, ne aliis offensio præbeat: ergo, vbi scandalum cessat, non tenetur quis seruare ieiunia, & mores loci per quem transit; sed potest comedere carnes morte suæ patriæ; nec tenetur audire Sacrum, si in eo loco dies festus sit, & in sua patria non sit. Probant secundò ex l. *Hares absens. §. Proinde ff. de iudiciis*, vbi statuitur, ut aduenas, qui certo loco domicilium habent, tabernam, aut officinam conductam, eo loco conueniantur: si verò sic venerit, ut statim discedat quasi viator transiens, durissimum esse, ut tot locis conueniantur, quot nauigans, vel iter faciens delatus est. Probatur tertio, quia huiusmodi viatores & aduenas non sunt subditi Episcopi illius loci imponentis ieiunij præceptum, aut diem festum imperantis: ergo ex hoc capite non tenentur ad huiusmodi ieiunium, aut ad tale festum: enim verò tam breuis est illa mora, ut nullo modo, nec etiam ratione loci, possint verò huiusmodi viatores & aduenas dici subditi Episcoporum loci, per quem transeunt. Nec obstat, si ieiunium in eo loco, aut festum, sit indictum à iure communi: nam solum est indictum pro eo loco, & pro subditis illius; non verò pro non subditis, quales sunt huiusmodi aduenas & viatores. Et præter Doctores citatos hanc etiam opinionem tenent Medina cap. de ieiunio. q. *Quando necesse est ieiunare*, initio. Ledesma 2. 4. quæst. 17. artic. 3. fol. 204. col. 1. §. *Tertio dico*. Angles in floribus 1. part. quæst. 4. de ieiunio, difficultate 2. folio 386. & alter Medina 1. 2. quæst. 96. artic. 5. ad finem, dubio penult.

9. Secunda opinio affirmat, huiusmodi aduenas, qui causa aliqua detinentur in aliquo loco per duos, vel tres dies, statim ad suos locos recessuros, & viatores & iter agentes, qui iter faciunt, & solum habent præsentiam in aliquo loco prandendo, cenando, pernoctando, teneri ad ieiunia & festa, & ad consuetudines locorum, per quos transeunt, aut in quibus iis diebus sunt. Ita docet expressè Couarr. lib. 4. variat. cap. 20. num. 8. prope finem, vbi citat Bonifacium Cardinalem, & Abbatem. Sic etiam docet Maior in 4. dist. 15. quæst. 5. & expressè docet etiam Soarius tom. 1. de relig. libr. 2. cap. 14. num. 8. Nauarr. in Manuali Latino, cap. 13. num. 5. Driedo lib. 1. de libertate Christiana, cap. 17. §. *Vna est*. Lopez 1. part. Instructio. capit. 52. §. *Quæque*. Et consequenter dicunt huiusmodi Doctores, non posse Castellanos transeuntes per Lusitaniam vesci intestinis animalium, v. c. iecore, pulmonibus, capite, pedibus, more suæ patriæ, & peccare mortaliter, si id faciant, quia tenentur ad ieiunia, festa, & mores locorum, per quos transeunt. Probant primò ex cap. *Consilium*, de obseruat. ieiuniorum, & Glossa ibi: vbi Glossa expressè dicit, teneri peregrinos, viatores, & iter agentes conformari consuetudini loci, in quo sunt: & addit ibi Glossa, posse Episcopos locorum eos viatores ad huiusmodi ieiunia & consuetudinem obseruandam compellere. Secundò probant, quia huiusmodi aduenas & viatores tenentur ad leges pretij loci, per quem transeunt: ergo & ad leges ieiuniorum, atque festorum; tenentur etiam non deferre arma prohibita per leges eorundem locorum: ergo, si tenentur ad leges prohibentes arma, tenentur etiam ad leges ieiuniorum prohibentes cibos carniū, & alios cibos vetitos in ieiuniis. Tertio, quia, licet ad acquirendum quasi domicilium in ordine ad Sacramenta voluntaria præter Sacramentum Ordinum requiratur aliqua mora diuturna in aliquo loco; tamen in ordine ad obseruationem ieiuniorum, & dierum festorum, sufficit

Medina.  
Ledesma.  
Anglu.  
Medina.

Couar.  
Bonifac.  
Abbas.  
Maior.  
Soarium.  
Nauarr.  
Dried.  
Lopez.

sufficit sola præsentia in transitu. Quarto, quia, si non obligarentur peregrini, aduenas, & viatores transeuntes ad ieiunia, festa, & consuetudines locorum, per quos transeunt, ex eo esset, quia non essent subditi Episcoporum loci, per quem transeunt: sed hoc non est dicendum, quia reuera quoad hanc obseruationem sunt subditi illorum, & possunt huiusmodi Episcopi punire prædictos peregrinos non obseruantes ieiunia & festa suorum locorum, ut docent Soar. tom. 1. de relig. cap. 14. n. 11. fol. 334. col. 1. Imola, & Bonifacius in Clem. 2. de celebratione Missarum, & Ang. verbo, *Ieiunium*, num. 7. Archidiaconus in ca. *Quæ contra*, & Glossa in cap. *Consilium*, de obseruat. ieiun. & Abbas in cap. *E nobis*, 1. de sent. excom. est enim hæc potestas & iurisdicctio necessaria ad bonos mores, & ad bonum regimen proprii gregis: periculum enim est, ut proprii incolæ ieiunia, & dies festos non seruent prauo suorum hospitiū exemplo. Nec dicas, huiusmodi Auctores loqui de illis aduenas & peregrinis, qui aliquot dies commorantur in locis Episcoporum, licet sint breues, duo, v. c. aut tres; non verò de viatoribus, qui sunt in mero transitu: nam, ut docet Soar. vbi supra n. 18. fol. 336. col. 2. illa differentia maioris, vel minoris permanentiæ in eo loco est nimis materialis, & speculatiua potius quam moralis: quid enim magis refert, quòd permaneant in loco per duos dies, quam per duas horas? Nihil profecto, ut consideranti patebit. Quintò, quia Principes laici possunt condere leges in terris suis in ordine ad viatores & peregrinos, quando respiciunt communem pacem, ac bonum dominij sui: verbi gratia, quòd viatores nocte transeuntes non deferant talia arma, quòd triticum & merces non extrahant è regnis suis, & alias de quibus agit Baldus in leg. 1. *de iurisdic. omni iudic.* n. 10. ergo idem etiam poterunt Principes ecclesiastici & Episcopi in suis locis in ordine ad bonum spirituale, cum potestas spiritualis non sit minus potens in ordine ad suum: ampliores rationes & fundamenta pro hac parte videndæ erunt in lib. 1. primi præcepti, cap. 8. à num. 15.

Soar.  
Imol.  
Bonif.  
Ang.  
Archid.  
Gloss.  
Abbas.

Soar.

Baldus.

10.

Hæ sunt opiniones, & hæ rationes pro vtraque parte, quæ sunt satis probabiles præter alias, quæ cuiusque ingenium excogitare poterit: mihi tamen prima opinio videtur probabilior, conformior, ac magis consentanea iuri; re enim vera mora transitus est adeò breuis, ut nullo modo possint dici subditi huiusmodi viatores, & obnoxij iurisdictioni Episcoporum loci, per quem transeunt: nec etiam ratione consuetudinis ipsius loci: nam consuetudo non habet vim obligandi, nisi quatenus habet vim legis; & leges non possunt obligare non subditos. Ex hac secunda opinione sequitur primò, teneri Castellanos viatores non vesci in Lusitania, dum transeunt, ac iter faciunt, intestinis animalium; verbi gratia, iecore, pulmonibus, pedibus, ac capitibus, ac aliis interioribus ( hæc enim omnia intestinorum nomine comprehenduntur: ) quia tenentur seruare abstinentiam & consuetudinem loci, per quem transeunt; in Lusitania autem harum rerum usus nullo modo est licitus; & nec publicè, nec secretò ea edere possunt, cum simpliciter ad consuetudinem loci teneantur. E contrario verò sequitur, posse Lusitanos, si velint, transeuntes per Castellam comedere huiusmodi intestina licitè, & sine peccato: quia, quantum teneantur ad mores, & consuetudines illius loci, dum transeunt; tamen mos comedendi huiusmodi intestina in Castella, facit rem licitam; non tamen obligat, cum etiam habitatores possint, si malint, reiectis huiusmodi intestinis alios cibos vesci: quantum in Lusitania id

eis non liceat; quia non tenentur ad consuetudines patriæ, dum ab ea absunt. Et sic docet Nauarrus in *Nauar.* Summa Latin. cap. 23. num. 120. Hispanica 128. Couarruias lib. 4. var. cap. 20. num. 8. vers. *Fuit*. Couar. Sancius lib. 3. de matrim. disputat. 18. num. 19. Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 2. §. num. 21. sine, & Sayrus Henricus in clauis regia, lib. 7. cap. 3. n. 11. & 12. in hanc partem videtur inclinare. Sequitur etiam, teneri huiusmodi Castellanos in Lusitania, dum transeunt, Missam audire in diebus festis, & ieiunia seruare, si ibi prandent; aut tempore, quo missa dicuntur, detineantur: secus, si nulla facta mora, aut facta aliquantula, non ad comedendum, aut permanendum per integrum mane, sed sedendo aliquantulum ad corporis leuamen, ut consideranti patebit.

11. Ex prima verò opinione, quam sequuti sumus num. 8. relata, sequitur primò, posse Castellanos per Lusitaniam transeuntes more suæ patriæ secretò vesci prædicta intestina; non tamen publicè, propter scandalum, nisi illud prius tollant: quia non tenentur ad mores, leges, aut consuetudines locorum, per quos transeunt: & ita docet expressè Palatius in 4. distinct. 15. disput. 8. post 6. conclusionem, Sanchez. fol. 126. vers. *At verò*. Sancius lib. 3. de matrim. distinct. 18. num. 7. & Petrus Ledesma de matrimonio, Ledesma. quæst. 45. art. 5. puncto 3. dub. vltimo, fol. 198. §. *secundo*. Medina 1. 2. quæst. 96. art. 5. ad finem. Et videtur docere Panormit. in cap. *Consilium*, de obseruat. ieiun. & Cardinalis in Clement. 2. de celebrat. Missarum, quæst. 5. & Imola ibidem, & consequenter omnes, quos citavi pro prima opinione. Sequitur etiam, non teneri Missam audire huiusmodi viatores, aut ieiunare in locis, per quos transeunt, si ibi dies festi, aut ieiunio consecrati sint, & in patria sua non sint: nam, si huiusmodi dies etiam in patria sua sint festi, & ieiunio consecrati, nullo modo excusandi sunt, ut diximus n. 7. Alia sequentia, & omnia, quæ requiruntur ad perfectam cognitionem, & plenam intelligentiam huius doctrinæ, videri possunt, ut sæpè dixi, in primo præcepto, lib. 1. cap. 7. & 8. vbi has quæstiones satis dilucidè & luculentè discussimus: hæc enim tantum carprim ea, quæ ad huius quæstionis intelligentiam præcisam necessaria iudicauimus, apponimus.

12. Restat modo, argumenta pro secunda opinione facta dissoluere. Ad primum respondeo, ex cap. *Consilium*, de obseruat. ieiuniorum, nihil contra nos colligi: loquitur enim huiusmodi caput de his, qui domicilium, aut quasi domicilium in aliquo loco, oppido, territorio, aut vrbe habent; aut de vagabundis, de quibus est diuersa ratio, ut statim numero sequenti patebit, non de viatoribus. Ad Glossam eiusdem capitis respondeo, huiusmodi Glossam non esse tantæ auctoritatis, ut propter illam, à nostra sententia discedamus. Ad secundum dico, verum esse, teneri viatores & peregrinos transeuntes ad leges pretij locorum, per quos transeunt; sicut tenentur etiam ad leges contractuum, & solennitates illorum: nam, si ibi, dum transeunt, contractus celebrare velint, tenentur illos celebrare iuxta solennitatem legis & consuetudinis loci, in quo sunt; quia leges pretij vergunt in damnum tertij, videlicet, in damnum incolarum loci, nisi seruentur: & quoad celebrationem contractus sortitur quilibet viator forum loci contractus, ut definitum est in iure in l. 6. *Si fundus ff. de emptione*. & in cap. finali. de foro competenti: excepto contractu dotis, in quo id singulare privilegium est, ut non attendantur leges & consuetudines loci, in quo celebratur; sed loci, in quo vir celebrans domicilium habet. l. *Exigere ff. de iudiciis*. Bartol. l. 1. & 17. cap. de Summa Trinitate. Non tamen

11.

12.



ex hoc inferitur, quod etiam teneantur viatores ad leges ieiuniorum, aut dierum festorum loci, per quem transeant; quia hæc leges non vergunt in detrimentum tertij, vt patet; nec constat ex iure communi habere priuilegium dotis. Ad tertium nego sufficere præsentiam in transitu, vt quis teneatur seruare leges ieiunij, & dierum festorum, aut consuetudines loci, per quem iter agit: maior enim & diuturnior præsentia, aut minor, multum efficit & iuuat in hoc negotio, cum ratione illius acquiratur domicilium, aut quasi domicilium, vt constat ex præallegata leg. *Hæres absens*. §. *Proinde. ff. de iudiciis*. in qua dicitur, aduenas, ratione domicilij, tabernæ, officinæ, horrei conducti, aut pergulæ, consuetudinibus gentis, aut populi teneri; non tamen id dicit, si solum transeant per locum: quare signum est, maiorem, vel minorem præsentiam esse dignam maxima consideratione in hac re. Ad quartum, & quintum respondeo, Principes sæculares posse efficere leges, ne extranei & viatores noctu, aut die arma certa deferant per suam ditionem, & ne extrahant è regno suo frumenta & merces alias, quas prohibent: & de facto huiusmodi leges fecisse & condidisse; quia multis experimentis didicerunt, contrarium esse nocuum populis suis: at Episcoporum nullus adhuc, quod sciam, legem condidit, qua obligent huiusmodi viatores ad ieiunia, & dies festos suorum locorum: quam si condiderint, non inficias ibimus obseruandam esse. Rationes, quæ in contrarium adducuntur in quarto & quinto argumento, probant, posse Prælatos ecclesiasticos huiusmodi leges condere; quod non negamus: dicimus tamen, adhuc non esse conditas, & ubi primùm fuerint conditæ, esse ab omnibus obseruandas.

13. Hæc de viatoribus, & aduenis. Solum aduerto, esse magnum discrimen inter viatores, & vagabundos, seu vagos: vagi enim illi dicuntur, qui nullibi certum habent domicilium, nullibi larem figunt; sed sunt totius orbis accolæ: & idem huiusmodi vagi tenentur ad ieiunia & dies festos, legesque & consuetudines locorum, in quibus repertiuntur: nam, cum nullum habeant domicilium, illud quoad omnia acquirunt, vbicumque repertiuntur; alioqui immunes essent ab omnibus legibus, statutis, & consuetudinibus, quod est absurdum. Ita docet Sancius lib. 3. de matr. disput. 18. num. 15. Sotus in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2. An autem huiusmodi vagabundi teneantur recurrere ad Ecclesiam Cathedralem, & matricem pro Sacramentis, pro matrimonio, confessione, & sepultura, diximus lib. 1. primi præcepti, cap. 8. n. 4. ad quem locum te remittimus.

Sanchez. Sotus.

14. Querit autem hic Azor. tom. 1. Institut. moral. lib. 7. cap. 36. fol. 683. col. 1. literè A, sine, an viator, qui per loca transit, v. c. Castellæ, in quibus de more carnes comeduntur, possit licitè carnibus vesci in illis locis publicè, quamuis more & statuto patriæ suæ carniū eius interdictus sit: & responderet affirmatiuè: quia, etiam si viatores in his, quæ ad penas, & odia atque onera spectant, non obligentur consuetudine & legibus locorum, per quos transeunt; possunt tamen gaudere iis, quæ fauorem & honorem continent: sicut Nouitij Religionis gaudent priuilegiis Ordinis, & Familiæ, in qua sunt; quamuis non ligentur statutis illius, vt communis est doctrina apud Auctores. Est probabilissima ista opinio Azoris, & coincidit cum doctrina Sancij, & aliorum Doctorem, quos tradidimus num. 10. huius capituli: nam illi etiam asserunt, posse Lusitanos viatores per Castellam transeuntes, licitè vesci animalium par-

tibus intestinis die sabbatho, more ac consuetudine gentis illius, sublato tamen scandalo, si forte detur: & miror dixisse hic Azorium, se huius rei nullum habere Auctorem, cum omnes illos habeat, quos prædicto num. 10. allegauimus: sed fortasse illos non vidit.

CAPVT VIII.

De causis, quibus à ieiunij præcepto excusamur: agitur de etate, de infirmitate, & de aliis causis, quibus excusamur.

SVMMARIVM.

- Quot sint causa excusantes à ieiunij præcepto. num. 1.
- Excusat etas minor 21. anno expleto. num. 2.
- Nec refert, quod hac in etate peccare possint adolescenter. num. 3.
- An, qui minorem etatem habent 21. anno, si non ad omnia ieiunia Ecclesia. saltem ad aliqua teneantur. num. 4.
- An minores 21. anno teneantur ieiunare ratione Iubilæi consequendi. num. 5.
- Religiosi minores 21. anno tenentur ad ieiunia sui Ordinis & voti; non tamen ad ieiunia Ecclesie. num. 6.
- Dubitans, facta diligentia, an expleuerit 21. annum non tenetur ad ieiunium. num. 7.
- Pueri rationis compotes, et si ieiunare non teneantur, tenentur tamen à carnibus abstinere. num. 8.
- In qua etate senes excusentur. num. 9. & 10.
- In qua etate femina excusentur. num. 11.
- Excusantur pauperes ostiarum mendicantes. num. 12.
- Item agrori: quid, quando de agritudine dubitatur. num. 13.
- Excusantur pregnantæ, & lactentes. num. 14.
- Item, laborantes, & artifices: quid nomine artificis intelligatur: quid de sartoribus, sutoribus, & barbitoribus. num. 15. & 16.
- Quid de aurificibus, figulis, & sculptoribus. num. 16.
- An mortaliter peccent conductores, si operarios conducant eo pacto, vt die laboris non ieiunent. ibid.
- An cursores, muliones, & agones excusentur. n. 17.
- An excuset causa debiti reddendi, si hoc ieiunio impeditur. num. 18.
- Quid de femina volente nubere, si ieiunio deformis fiat. ibid.
- Quid de vxore, qua ieiunio deformis fit, & à marito despicitur. num. 18.
- An excusentur Magistri, Cathedralici, Confessores, & Concionatores. num. 19.

Causæ, quibus à ieiunij legibus excusamur, variæ sunt; eæ tamen ad quinque, vel sex capita reduci possunt; nempe ad etatem, ad paupertatem, ad infirmitatem, ad laborem, ad officia pietatis: per has omnes discurrerem, vt videamus, quatenus excusamur, vel non excusamur ab hoc ieiunij præcepto. Has omnes causas ponit Azor tom. 1. Institut. moral. lib. 7. c. 27. fol. 67. §. at verò Caiet. in Sum. verb. *ieiunium*, ponit tantum tres: Ergo, inquit, causa recte, ac verè rationabiles sunt tres; nempe, causa impotentie, necessitatis, ac pietatis. Quod idem habet Ledesma 2. 4. quæst. 17. art. 3. Alij verò dicunt, duas esse tantum causas excusantes, & omnes ad illas reuocari posse, necessitatis, scilicet,

Azor. Caiet.

Ledesma.

Nauarr. Medina.

2.

Innoc. Angel.

D. Thom. Azor.

Nauarr. Ledesma.

Medina. D. Anton.

Sylu. Palud. Rosella.

Durand. Sanchez.

Sa. Cosmu. Philiaur.

Graphis.

scilicet, ac pietatis. Quorum sententia non est à ratione aliena: nam impotentia potest etiam merito ad necessitatis causam reduci. Et hi sunt, Nauarr. in Manuali Lat. c. 21. n. 15. Medina de ieiunio, q. de his, qui ad Ecclesiastica ieiunia tenentur. & Ledesma etiam dict. artic. 3. quicquid tamen sit de hoc, opinio Azoris potius mihi arridet modò.

Ratione igitur etatis excusantur in primis pueri, & adolescenter, vsque ad 21. etatis annum. Vtrum verò id verum sit; in dubium vocari solet: nam non desunt Auctores, qui dicant, pueros, & adolescenter ante illam etatem vigesimiprimi anni doli esse capaces, & peccata multa carnalia committere, quibus per ieiunium occurrere debent; & idem ante illam etatem ad illius obseruationem compellendos esse. Ita docet Innocentius in rubr. de obser. ieiun. Angelus verbo, *Ieiunium*, num. 13. & 15. Supplementum in verbo, *Ieiunium*, teste Syluestro eodem verbo, quæst. 6. Non tamen hi omnes Auctores eodem modo suam explicant sententiam: quidam enim, teste Angelo, aiunt pueros non obligari legibus ieiuniorum, nisi expleto decimo-sexto etatis suæ anno: alij peracto anno decimo-octauo: alij statim ac peccare possunt, ac aliis præceptis Ecclesie obligantur; vt velle videtur Innocentius: alij verò vigesimo, nonnulli anno vigesimo-quinto. Dicendum est autem, Ecclesiam non intendere obligare pueros, & adolescenter legibus ieiuniorum, nisi expleto vigesimoprimo etatis suæ anno: & hæc opinio est communi vsu recepta, & in Ecclesia semper obseruata; non quod ante hanc etatem non sint doli, peccati, & meriti capaces; sed quod vsque ad eam etatem soleant pueri adolescere. Et ita docet D. Thomas 2. 2. quæst. 147. artic. 4. Azor tomo 1. Institut. moral. lib. 7. cap. 27. fol. 673. quæst. 2. Nauarrus in Manuali Latin. cap. 21. n. 15. Ledesma, & Medina, vbi supra, D. Antoninus 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 4. Syluest. verb. *Ieiunium*, quæst. 6. & Paludanus, quem ibi citat Syluester, Rosella verbo, *Ieiunium*, num. 14. Duraadus in 4. distinct. 15. quæst. 10. Sancius lib. 2. de matrim. disput. 41. n. 38. Sæ verbo, *Ieiunium*, num. 9. Cosmus Philiaur. de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 23. §. Cause, ob quas. Graphis 1. p. decif. aur. lib. 2. c. 31. num. 40. & est communissima opinio. Probat quia Ecclesia non intendit obligare cum detrimento corporis notabili ad ieiunium, nec ad ea, quæ communem hominum potentiam excedunt: in vniuersum autem, quandiu pueri & adolescenter sunt in statu augmenti, communiter eis nocium est ieiunium: sunt autem in hoc statu vsque ad finem 21. anni; iuxta peritorum Medicorum sententiam: ergo ante expleto vigesimoprimo annum liberi censeudi erunt à ieiunij lege, atque præcepto. Secundo, quia, cum natura in eo statu & etate propter corporis incrementum frequentiori cibo indigeat, ob vim caloris in adolescentibus abundantem, quo facilius omnes cibi digeruntur; noluit pia Mater Ecclesia eos in eo statu suis legibus, ac ieiuniorum præceptis obligare, ne forte infirmi fierent corpore: sicut enim Ecclesia vult suos milites, virtutibus fortes ac robustos; ita & corpore ac viribus pollentes vult. Tertio, quia decens erat, vt Ecclesia his præceptis non obligaret suos subditos, nisi in ea etate, qua militiæ legibus sunt apti: sunt autem apti ad leges militiæ post tertium septennium expleto: ergo in eo statu eos obligat, non in alio.

3.

Nec ratio in oppositum conuincit: uam etsi tales ante vigesimoprimo annum, graua peccata carnalia committant; non oportet proinde præcisè per ieiunium, pro vt est in præcepto, pro illis satisfacere: possunt tamen Confessarij, si voluerint, & ita consentaneum iudicauerint, eis aliqua ieiunia im-

ponere, v. c. vt bis, aut ter in hebdomada per Quadragesimam ieiunent, quamuis nondum vigesimoprimo annum compleuerint: & tenentur illi post acceptationem impostæ penitentia ieiunia implere, vt optime Maior in 4. distinct. 15. quæst. 3. col. 4. & Abulensis in Matth. 6. quæst. 139. adnotarunt. Fateor tamen libenter, ante præfata etatem vigesimiprimi anni expleti esse salubre consilium, huiusmodi pueros & adolescenter ad ieiunia assuefacere plus, minusve, secundum suæ etatis modum, vt optime adnotauit D. Thomas 2. 2. quæst. 147. art. 4. Nauarr. cap. 21. num. 15. & Azor tomo 1. Institut. moralium, lib. 7. cap. 27. quæst. 2. ne postea adulescentes facti iugum Domini detrectent.

Maior. Abul.

D. Thom. Nauarr. Azor.

4.

Sunt tamen adhuc nonnulli Doctores, qui, etsi admittant, huiusmodi adolescenter & pueros ante vigesimum etatis suæ annum expletum, ordinariè non esse obligatos ex vi præcepti ad omnia ieiunia sanctæ Matris Ecclesie; esse tamen obligatos ad aliqua arbitrio prudentis, v. c. ad tres, vel quatuor dies in hebdomada in Quadragesima: dicunt verò in hoc negotio non posse certam regulam assignari, nisi quod quantò quis fuerit robustior & proximior anno 21. tantò ad plura ieiunia ex vi præcepti teneatur, prædicto arbitrio prudentis: & hi sunt, Maior in 3. dist. 15. quæst. 3. col. 4. & Abulensis Matth. 6. quæst. 139. & inclinatur Paludanus in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2. concl. 1. At verò oppositum absolutè est dicendum, iuxta D. Thomam, & omnes, quos citauimus num. 2. vers. *Dicendum*. nam contrarium consuetudo obseruat, cui est standum, dum aliter non definitur ab Ecclesia; & alioqui maxima perturbatio sequeretur timoratis conscientis, maximaque anxietas daretur in Ecclesia Catholica, an, scilicet, potentes sint iudicandi in his circumstantiis ad hæc, illæve ieiunia, ante 21. etatis annum. Quamobrem sententia horum DD. non est admittenda.

Maior. Abul. Palud.

D. Thom.

Sed dubium est, an pueri, & adolescenter ante vigesimoprimo etatis annum teneantur ieiunare, non ex vi præcepti ieiunij; sed aliunde, quando, scilicet, à Prælati ecclesiasticis, vel à Papa in maximis calamitatibus, vel ob consequendum Iubilæum ieiunia publica indicuntur. Affirmat D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 4. Azor citatus, & quæst. 3. quamobrem non est dubitandum, huiusmodi pueros, & adolescenter seruare debere ea ieiunia, quæ solent Romani Pontifices publicè indicere, cum ob communem utilitatem Iubilæum denuntiant, si gratis ac Indulgentiis in Iubilæo concessis potiri velint: non enim eæ gratiæ ac Indulgentiæ aliter conceduntur, nisi sub conditione illius ieiunij, vt patet.

5.

D. Thom. Azor.

Nec etiam illi Religiosi, qui in aliqua Religione sunt Professi, non tamen adhuc expleuerunt vigesimoprimo annum, ex vi huius præcepti ad aliqua ieiunia tenentur: sed quamuis ex vi huius præcepti ad nulla ieiunia teneantur; tenentur tamen ex vi voti ad ieiunia Instituti suæ Religionis. Ita Sæ verbo, *Ieiunium*, num. 3. Syluest. verbo, *Ieiunium*, quæst. 6. Ledesma 2. 4. quæst. 17. art. 3. Rosella verbo, *Ieiunium*, num. 14. Gabr. in 4. dist. 16. Ledesma, quæst. 5. artic. 1. Corduba in expositione Regulæ Franciscanæ, cap. 3. quæst. 2. Et ratio est: quia præceptum & lex Regulæ obligat omnes Professos: & quemadmodum adolescens potest sponte sua Deo votum emittere de seruando ieiunio; sic etiam potest se Religioni obligare, ita vt illius præceptis & legibus sit adstrictus: de facto autem obligauit per votum professionis. Vnde non placet omnino Medina lib. 1. suæ Instruction. pro Confessat. cap. 14. §. 10. affirmans, tales Professos minime obligari

6.

obligari : quia Regula non videtur magis obligare , quam praeceptum ecclesiasticum ieiunij. Sed pro se nullum alium Auctorem , nullam firmam rationem affert : & idèd ieiunius est , vt optimè notauit Azor dicto tomo 1. Institut. moral. cap.27. quæst. 3. lib.7. fol.675. col. 1.

Azor.

7.

Si quis tamen , facta sufficienti diligentia , dubius adhuc est , an expleuerit 21. annum , non tenetur ad legem ieiunij : quia tunc non est possessio pro praecepto ieiunij : illud enim tantum ligat eos , qui eos annos iam nati sunt ; sed potius est possessio pro libertate : & est dubium de praecepto , an detur , vel non detur in ea dubij circumstantia : scilicet verò si dubitat , an habeat legitimam ætatem ad Ordines , vel beneficia , vel ad alium actum requisitam : tunc enim possessio est pro praecepto , & sic illud seruandum est , donec constet de ætate. Ita docet expressè Sancius lib. 2. de matrim. disp. 41. num.38. docet etiam Henriquez lib. 8. de Euchar. cap.45. num.3. in comment. littera P , quatenus dicit , non comprehendit aliquem sub praecepti verbis , quando post prudentem inquisitionem dubitatur , an comprehendatur hic casus sub illius verbis : quia tunc perinde est , ac dubitare , virum de hac re lata sit lex.

Sanchez. Henricq.

8.

Innocent.

Notandum verò hic valde est id , quod dicit Innocentius in rubric. de obseruat. ieiuniorum , pueros scilicet , vbi primùm rationis sunt compotes , statim legibus ieiuniorum teneri , sicut ad alia Ecclesiae praecepta tenentur : quod tamen intelligendum est sano sensu ; id est , quod debent in ieiuniorum diebus abstinere à carnibus , & reliquis cibis interdictis ; non tamen quod teneantur seruare ieiunium , semel tantum , & hora competenti comedendo , vt doctissimè notauit Azor tomo 1. Inst. moral. lib.7. cap.27. quæst. 2. sine. fol.675. colum. 1. Illud tamen hic scire desiderabis , an mortaliter peccent , qui paruulis præbent carnes & cibos in diebus ieiunij prohibitos : & eadem quæstio est de his , qui carnes præbent his paruulis in sextis feriis , vel sabbathis , in locis , vbi sunt prohibita , Et breuiter respondeo , aut pueri sunt rationis compotes , & in septimo ætatis anno , aut non sunt : si sunt , mortaliter peccant ; si non sunt , nec vsum rationis habent , non peccant , nec lethaliter , nec venialiter. Ita docet Azor vbi supra , quæst. 3. Caiet. 2.2. quæst. 147. art. 8. dub. 1. ad finem. Corduba tract. de casibus consc. quæst. 60. Ratio illorum est : quia huiusmodi paruuli ante plenum & perfectum rationis vsum nullis abstinentiæ legibus obligantur : censentur autem illum habere septimo ætatis anno completo , nisi fortè aliquis iudicio præcoci alios antecuerat. Sic etiam fas est ministrare carnes in diebus ieiuniorum , & prohibitis , paganis , & aliis , qui alieni sunt à religione Christiana , & nobis non subditi , & iis etiam , qui perpetuò amentes sunt : nam quamuis huiusmodi infantes ante vsum rationis , & perpetuò amentes in loco interdicto iuxta aliquorum opinionem sepeliri nequeant , talis tamen praeceptis Ecclesiae non tenentur , quandiu rationis vsu carent : lege verò & praecepto interdicti ecclesiastica sepultura priuantur , quia locus interdicto subicitur , non personæ puerorum , vt optimè notauit Azor allegatus , quæst. 3. sine.

Azor. Caiet. Corduba.

9.

Consequenter hic dubitatur , an senes etiam lege ieiunij eximantur , & in qua ætate eximantur ? Non enim est dubium senes à ieiunij lege ac praecepto excusari : in qua tamen ætate , varietas est magna apud Auctores : quidam enim ætatem septuagenariam assignant , in qua communiter senes excusantur à ieiunio : fundamentum illorum est : quia in ea ætate excusantur senes in iure civili ab oneribus personalibus. l. vnic. C. qui ætate. lib. 10. at ieiunium est onus personale , non leue , nec exiguum , & leges civiles non debent esse mitiores quam ecclesiasticæ ; imò ecclesiasticæ non debent esse seueriores , quam civiles. Ita docet Gabriel in 4. distinctione 16. quæst. 3. art. 1. notabili 4. Rosella verbo , Ieiunium , num. 15. & ibi Syluester quæst. 6. Syluest. dicto 2. Tabiena ibi quæst. 17. num. 18. Toledo lib. 6 Summæ , cap. 4. num. 12. Ludovicus Lopez 2. part. Institut. tract. de Sacramento pœnit. vbi de ieiunio , cap. 111. paulò post principium. Adde pro hac sententia illud Psalm. 89. Dies annorum nostrorum septuaginta anni , & amplius eorum labor & dolor. vbi dicitur vitam hominum , communiter loquendo , esse septuaginta annos ; amplius verò non esse vitam , sed mortem. Et hæc est prima sententia , quæ est probabilis.

Secunda sententia etiam probabilis , & communior priore , docet , senes excusari à lege ieiunij in ætate sexagenaria , non septuagenaria : quia , cum dies & vita annorum nostrorum sint septuaginta anni , & amplius eorum non sit vita , sed mors & interitus , vt habetur prædicto Psalmo 89. inde est , quod qui sexagenarius est , prope interitum & mortem est : siquidem , teste Apostolo ad Hebræos 8. quod antiquatur , & senescit , prope interitum est , & qui prope mortem sunt , excusandi sunt. Et hanc opinionem docet Caietanus 2.2. quæst. 147. art. 4. Caiet. circa solutionem ad 2. colum. 2. §. Quoad primam de senibus , & in Summa verbo , Ieiunium , cap. Ieiunium , quibus personis inexcusabiliter sit obligatorium. Armil. verbo , Ieiunium , num. 3. Nauarr. in Summa Hispan. num. 15. Latin. num. 16. Medina Nauar. lib. 1. Summæ , cap. 14. fol. 100. Pedraza in Summa , Medin. præcept. 3. §. 13. Angles in floribus , 1. part. vbi de ieiunio , quæst. 6. diff. 6. fol. 401. Valentia 2.2. disp. 9. quæst. 2. punct. 5. col. 2. §. Impotentia ad ieiunium. Valentia. Emmanuel Sà verbo , Ieiunium , num. 9. Philiar. Sà. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 26. §. Canon. s. ob quæ , causa 2. Graphis 1. part. decif. lib. 2. c. 37. Graphis. num. 43. Emmanuel Rodriguez tom. 1. Summæ , edit. 2. capit. 24. num. 1. & dicit probabilem Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 28. quæst. 4. Addunt tamen huiusmodi DD. & etiam Auctores primæ sententiæ , hanc regulam 70. aut 60. annorum esse infallibiliter certam , quamuis sit , communiter loquendo , certa ; & idèd attendendas esse vires vniuersalesque , ac iuxta eas indicandum , an excusentur , vel non excusentur : potest enim contingere , vt aliquis in ea ætate septuagenaria , aut sexagenaria , robustior sit viribus , quam adolescens 30. annorum. Communiter tamen loquendo dicunt huiusmodi Doctores , tam primæ , quam secundæ opinionis , hunc virum defectum contingere in ea ætate 70. aut 60. annorum : quamobrem id indicandum esse arbitrio prudentis. Solus Angles citatus pro secunda opinione , & Emmanuel Sà affirmant , omnes sexagenarios infallibiliter excusari , quamuis aliqui ad sustinendum ieiunium viribus polleant. Sed hanc opinionem illorum statim examinabimus.

Tertia igitur sententia docet , omnes senes sexagenarios excusari à lege ieiunij , quamuis viribus pollentes sint , fortes & robusti ; primò , quia licet senes in ea ætate robusti videantur , negare non possumus naturam iam in eis languescere , & ad interitum properare : & idèd frequentioris cibi adminiculo indigere , vt non tam præfenti statui , quam futuro consulatur. Secundò , quia , sicut in adolescentibus assignamus certam ætatem , in qua obligat lex ieiunij , & infra eam non obligat , qualis est ætas vigesimiprimi anni : ita etiam debemus assignare in senibus certam ætatem , vsque ad quam obliget hoc praeceptum , & ultra quam non obliget , ne leges ecclesiasticæ seueriores sint , quam civiles , quæ certam ætatem

Gabriel. Rosella. Syluest. Tab.

Toledo. Lop.

Caiet.

Armill.

Nauar.

Medin.

Pedraza.

Angles.

Valentia.

Philiar.

Sà.

Graphis.

Azor.

ætatem assignant , in qua obligant ad onera personalia suos subditos , quæ est ætas 70. annorum , vt vidimus in prima opinione , & ultra quam non obligant. Tertio , quia senes sunt instar eorum , qui ex aliqua infirmitate conualescunt : & sicut huiusmodi conualescentes excusamus , ne iterum in ægritudinem prolabantur ; ita etiam senes sexagenarios debemus excusare , ne , scilicet , in grauem naturæ defectum incidant. Quarto , quia sanitas senum non est firma & constans , quamuis robusta videatur , sed fallax & incerta , mediæque inter morbum & perfectam sanitatem , vt docet Galenus lib. 5. de sanitate tuenda , pag. 7. vbi sic : Scire licet senilis ætatis statum ; quoniam ex leui momento in morbum decidit , simili ratione iis , qui ex morbo conualescunt , in vitium esse curandos. Et lib. 6. pag. 2. ita ait : Senum sanitas quærimoniis non vacat : quamuis enim omnes habeat actiones , nullam validam habet , atque ad illa pars artis , quæ de senum ductu instituitur , huc tantum sua consilia dirigit , vt sanitatem eorum , quatenus fieri potest , tueatur. Quintò , quia Pius V. & postea eius successores negantes Clericis & Religiosis in Bullis Cruciatæ victum onorum , & lacticiuorum , in Quadragesima , statim exceperunt sexagenarios , quasi rationi consentaneum sit , vt in ea ætate defectui naturæ consulatur. Et hanc opinionem ex his fundamentis expressè tenet Sancius lib. 7. de matrim. disp. 32. num. 17. Sà verbo , Ieiunium , num. 9. vbi ita ait : Sicut excusatur à ieiunio ætas minor 21. anno , ita excusatur maior sexagesimo. Vnde æquiparat has duas ætates : sed minores 21. semper excusatur , siue adolescenter robustis , siue non ita robustis viribus polleant : ergo & maiores etiam sexagesimo semper excusabit. Tenet etiam expressè Ioseph. Angles in flor. 1. part. quæst. 6. diff. 6. fol. 401. Hæc sententia parum tuta est ; quæ est omnino improbabilis.

Galenus.

Sanchez. Sà.

Ang.

D. Anton. Medina. Ledesma. Palat.

Rodrig. Vega.

10.

Quarta & vltima sententia docet , nullam prorsus certam posse præscribi ætatem , in qua lex ieiunij non obliget : sed attendendum esse ad robur corporis , & complexionem naturæ , & iuxta eam indicandum esse : atque ad id totum arbitrio prudentis relinquit. Sunt quippe nonnulli sexagenarij ac septuagenarij robustiores ac valentiores viribus , quam multi quinquagenarij. Ita docet expressè D. Anton. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 7. vers. 7. Senes Medina cap. de ieiunio , quæst. de his , qui ad ieiunia tenentur. cap. 2. vers. Deinde senibus. Ledesma 2.4. quæst. 17. a. 3. col. 3. §. Præterea de pueris. Palat. in 4. dist. 15. disp. 8. col. 20. paulò ante 5. conclusionem , vers. Porro quia est. Manuel Rodriguez in expof. Bullæ Cruciatæ , §. 6. dub. 2. Vega tom. 1. Summæ , c. 14. dub. 15. Et pro hac opinione faciunt omnes DD. allegati in prima , & secunda opinione , quatenus dicunt , non posse certam & infallibilem ætatem senilem assignari , in qua non obligentur senes ad ieiunium ; communiter tamen excusari in ætate sexagenaria , & septuagenaria : exceptis Auctores tertie opinionis , qui dicunt in ætate septuagenaria certò & infallibiliter excusari , quamuis optimis viribus polleant , propter rationes ibi assignatas. Ego hanc quartam opinionem libenter amplector , propter suas rationes , & fundamenta ; & quia reuera sunt aliqui sexagenarij tam robusta complexionem , vt dubitare non possimus , eos posse , absque vlla læsione corporis & vitæ , ieiunare.

Ad rationes pro tertia opinione respondeo esse diuersam rationem in adolescentibus , atque in senibus : nam Ecclesia considerauit in adolescentibus statum incrementi : & idèd in eo statu , qui est vsque ad 21. annum expletum , noluisse eos obligare ad leges ieiunij : in senibus verò non considerauit statum senilis ætatis , propterea quod sunt aliqui senes

sexagenarij , & septuagenarij , de quibus nemo dubitat , posse absque læsione naturæ ieiunare , vt passim experientia videmus. Ad tertium negamus , senes esse instar eorum , qui ex morbo conualescunt , vt eos excusemus à ieiunio , sicut & conualescentes excusamus : & si aliqui sunt ita infirmi , eos etiam excusabimus , quod prudens Confessarius indicabit. Ad auctoritatem Galeni respondemus , Galenum locutum fuisse de senibus ordinatio modo ; non de illis , de quibus euidenter constat , in ea senili & sexagenaria ætate esse robustos , adhuc succulentos , & instar adolescentium vegetos. Ad quintum respondeo , ex eo argumento nihil contra nos colligi : quia Pius V. fortasse idèd voluit excimere Religiosos , & Ecclesiasticos sexagenarios , quia communiter huiusmodi Religiosi & ecclesiastica personæ grauioribus laborant infirmitatibus , quam sæculares ; aut quia , cum hæ personæ , communiter loquendo , sint frequentius scrupulis obnoxia , & conscientia magis timorata , eis omnino voluit omnes scrupulos in hoc negotio auferre.

Sed dubium est , an , similiter loquendo , feminae in eadem ætate sexagenaria sint communiter à lege ieiunij excusanda ; nisi de illis euidenter constet , posse absque detrimeto corporis , & salutis hanc legem implere. Quæstionem hanc solus tractat & excitauit Sancius lib. 7. de matrim. disp. 32. n. 17. ad medium. Et procedens ex suo fundamento , & in aliquibus rationibus philosophicis communiter excusat feminas quinquagenarias : quia vsque ad eam ætatem generare possunt , & in maiori ætate non possunt , ob defectum virtutis naturalis : virtus enim generandi communiter in feminis vsque ad quinquaginta annos extenditur : in viris verò vsque ad sexagesimum. Statim verò corrigens se , ita quidem ait : Sed reuera , mecum re bene considerata , & rationibus expensis , existimo , nihil à ratione deusum disturum , nec alienum à probabilitate , qui feminas quinquagenarias à ieiunio excusauerit , sicut viri sexagenarij excusantur : at , dum aliud non apparuerit clarius conuincens , tanquam probabilioris eligo opinionem , quæ sustinet , indiscriminatim de viris , & femina ætate loquendum esse ad excusandum à ieiunio. Et addit , opinionem , quæ feminas quinquagenarias excusat , speculatiuè esse probabilem ; at in praxi non tutam : quare , sicut de viris nullam certam regulam assignari posse diximus in opinione quarta ; ita id etiam de feminis dicimus , & totum id arbitrio prudentis relinquitur : communiter tamen dicimus , sexagenariam ætatem , tam in viris , quam in feminis , excusare , nisi de robustiori complexionem naturæ aliud euidenter constet.

Illi verò , qui paupertate laborant , & ostiatim victum quaerunt mendicando , à ieiunio excusantur , cum non quantum necesse est , nec hora competenti edere queant. Et idem dicendum est etiam de illis , qui alium cibum non habent , nisi cibum in diebus ieiunij interdictum : non enim vult pia Mater Ecclesia , vt quis in vita & valetudine detrimentum accipiat. Ita docet D. Thom. in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. quæst. 1. Richard. in 4. dist. 15. art. 3. q. 4. Durandus ibi , q. 10. Angel. verbo , Ieiunium , n. 15. Syluester eod. verb. q. 9. Rosella ibid. n. 20. Caiet. in Summa , Nauar. c. 21. num. 16. Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 27. quæst. 7.

Similiter etiam excusantur infirmi , ægroti ac debiles , & qui sunt dolore capitis , vel stomachi afflicti , & qui oculorum vertiginem patiuntur : quod intelligendum est , quando hæc talia sunt , vt notabile incommodum salutis afferant : quando verò dubitatur , an infirmitas talis sit , quæ notabile incommodum afferat , & iustam excusationem det , de Medici

11.

Sanchez.

12.

D. Thom. Richard. Durand. Angelus. Syluest. Rosell. Caiet. Nauarr. Azor.

13.

D. Thom. in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. q. 4. D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 11. §. 6. Rosella verbo, Ieiunium, n. 18. Angel. cod. verb. num. 15. Syluest. quaest. 9. Tabiena num. 12. Nauar. c. 21. n. 16. Caiet. in Summ. verbo, Ieiunium, Azor vbi supra, & alij. Hic tamen animaduertendum est, eum, qui tam tenerae est complexionis, vt per inanitatem stomachi, statim incidat, aut in capitis dolorem, aut in vertiginem, seu nocte calescere, aut dormire non potest, non teneri se periculo committere propter obseruationem ieiunij. Nec refert, quod infirmitas prouenerit ex culpa infirmi, vt bene notauit Maior. in 4. dist. 15. q. 3. col. 4. in fine: nam, etsi culpa illius venerit; tamen hoc non tollit, quominus secum verum ducat ac trahat impedimentum: hic tamen maximè commendandum est, ne quis praetextu infirmitatis ab hac lege ieiunij excusetur: quamobrem consilio Medicorum, aut saltem Superioris, opus erit.

14. Idem dicendum est etiam de praegnantibus, ac lactantibus: similiter enim excusantur à lege ieiunij, vt est communis opinio, quam sequitur Caietanus in Summa, verbo, Ieiunium, & 2. 2. q. 147. art. 4. & Gabriel in 4. distinct. 16. quaest. 3. art. 1. notab. 4. Addit autem Syluest. verbo, Ieiunium, quaest. 9. vers. 3. huiusmodi praegnantibus, & nutrices, tunc solum excusantur, cum debilitas eas impedit, aut si ex hoc timeatur de periculo earum, aut abortu, quod idem videtur ad mentem Abulensis, Marth. 6. q. 146. Ideò verò absolutè, & meritò dixit Caietanus dicto artic. 4. has excusari: quia communiter non sunt ita robustae, vt semel capere possint, quod sibi, & puero possit debite sufficere. Quòd si ponas aliquam ita esse robustam, vt semel capiendum cibum, & sibi, & puero valeat sufficienter providere; tunc ea non erit à ieiunio excusanda, vt optimè docet idem Caietanus vbi supra, Abulensis, & Syluester. In dubio autem ex mente Caietani huiusmodi feminae erunt excusandae. Adde etiam, non solum excusari huiusmodi feminas, cum datur periculum foetus, seu prolis; sed etiam peccare eas mortaliter cum eodem periculo ieiunando, iuxta Nauarrum cap. 21. à num. 15. Caietanus, Abulensem, & Syluestrum vbi supra, dicta quaest. 9. vers. Quòd, id què manifesta ratio conuincit.

15. Rursus excusantur omnes, qui laborant, cuiusmodi sunt agricolae, & artifices, quales sunt fabri, siue ferrarii, siue lignarii, siue cementarii, agrorum cultores, & ceteri huius generis operarii, & artifices: & idem mihi dicendum videtur de factoribus, & sutoribus, quia sunt artifices, & ab omnibus ferme Doctoribus artifices excusantur; id què est intelligendum, etiam si laborent ad se, suamque familiam alendam, vel ad filias, filiosque dorandos. Ita docent, loquendo de omnibus artificibus indiscriminatim, Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 27. q. 8. Rosella verbo, Ieiunium, n. 19. Angelus n. 15. Sylu. q. 9. Tabiena n. 19. Et addit Rosella, Eugenium I V. declarasse, opifices, qui laboriosas artes exercent, & agrorum cultores, siue diuites sint, siue pauperes liberos esse ab onere, & obligatione ieiunij; & Sylu. etiam testatur, se audiuisse à viris doctis id ipsum declarasse Eugenium I V. & Tabiena citatus, & Nauar. cap. 21. n. 16. aperte fatentur, id ipsum quosdam dicere. Et ratio est: quia propter labores, eis plerumque non sufficit vnica comestio, & indigent, vt vires corporis saepius comedendo reficiant. Et pro hac opinione est etiam Maior in 4. dist. 15. q. 3. col. 5. quamuis Medina in quaest. de his, qui ad ecclesiastica ieiunia tenentur, & Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. dub. 9. loquendo de his artificibus diuitibus

oppositum censeant: verum nos non illos excusamus ex causa paupertatis, aut ratione illius, cum ob istam causam diuites excusari non possunt; sed ratione priuilegij ab Eugenio I V. concessi omnibus artificibus indiscriminatim sumptis; siue diuites sint, siue pauperes. Addiderim tamen hic, posse artifices, factores, & sutores communiter excusari à lege ieiunij, ratione, & nomine necessitatis, & paupertatis: qui enim hunc modum viuendi eligunt, communiter sunt pauperes: neque enim hic tam strictè necessitas capienda est, vt extremam solum comprehendat, vnde rectè asseruit Nauar. c. 21. n. 16. Nauar. dictum Eugenium non tam priuilegium artificibus concessisse, quam iuris interpretationem, & declarationem dedisse. Scio tamen, Abulensem in Marth. 6. q. 143. & Maiorem vbi supra in 4. dist. 15. q. 3. col. 5. & Caiet. verbo, Ieiunium, non excusare factores, & sutores: quia eorum labor non est incompatibilis cum ieiunio: hos tamen, & meritò excusat Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. dub. 9. proposit. 2. ratione consuetudinis, ac priuilegij Eugenij I V. etiam si laborent sedentes, & eorum labor non sit tam improbus: iam verò si de consuetudine constet, non est dubium, eos excusari; si verò non cõstet, est valde probabile, eos communiter excusari. Sed de his dicemus n. 16. seq.

Sed quæres, an peccent mortaliter ij, qui operarios conducunt, vt cauatores, agricultores, messores, & c. eo pacto, & conditione, vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent. Affirmant Richard. in 4. distinct. 15. artic. 3. quaest. 4. Paludan. 4. distinct. 15. artic. 2. quaest. 4. Gabr. ibi distinct. 16. quaest. 3. art. 1. Rosella, Angelus, & Syluest. vbi supra, nisi forte cum opus est, vt operarij citius opus absoluant. Et ratio illorum potest esse: quia eis impediunt obseruationem vnus praecepti, ad quam parati sunt. Dicendum tamen mihi videtur, huiusmodi conductores nullo modo peccare, nec venialiter quidem, si id deducunt in pactum. Et ratio est: primò, quia operarij non tenentur ieiunare, vt supra probauimus n. 15. ergo, quamuis conductores prædicto pacto, & conditione, illis impediunt ieiunium; non tamen impediunt impletionem praecepti, cum illi ad id non teneantur. Secundò, quia minus laborant, ieiunando, quam non ieiunando: ergo, ne praedictum patiantur, poterunt in pactum deducere, ne ieiunent. Tertiò, quia non peccat conductor, si operarij mercedem minuat, ex eo, quòd operarius ieiunium seruans minus solito laborat, vt docet Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. vers. In eodem articulo, quia non debet maiorem mercedem promittere, aut soluere, quam operarius mereatur: ergo etiam non peccabit in pactum, & conditionem deducendo, ne ieiunent, vt patet. Maior dubitatio est, an huiusmodi operarij teneantur ieiunare eo die, quo non laborant, si dies sit ieiunij: quòd enim non teneantur, ea ratio suadet; quia huiusmodi homines parum sunt ieiunio assuefacti, & idè affliguntur maximè, si ad ieiunium coguntur: deinde, quia indigent viribus ad laborem sequentis diei, & labore praecedentis admodum fessi, & debilitati manent: & propter has rationes eos probabiliter excusat Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. c. 27. q. 8. fol. 677. col. 1. Medina tamen de Inst. pro Confessarijs, lib. 1. c. 14. §. 10. rem arbitrio prudentis definiendam relinquit: sed opinio Azoris est satis probabilis: durum est enim huiusmodi rusticos, & agrestes viros, qui nunquam soliti sunt ieiunare, vno, vel altero die, quo operam, & laborem intermittit, ad ieiunium obligare. De sculptoribus, figulis, argentarijs, & aurificibus, eadem est quaestio atque de sutoribus, & factoribus: & reuerà excusari debent, vt docet Azor modò allegatus §. Quæres etiam, nã omnibus etiam iis prodest praedicta declaratio

ratio Eugenij I V. Vnde sutores, factores, argentarios, aurifices, tentores, pelliones, fullones, lanarios, sculptores, pistores, & qui furnariam artem exercent, & qui panes coquunt, probabilis opinio excusatur: omnes enim hi generali nomine artificij comprehenduntur, & omnes artifices excusatur Sã verbo, Ieiunium, n. 9. & centrè Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. dub. 9. omnes etiam excusatur, & praesertim factores, & barbitonfores, Abulensis tamen in Marth. 6. q. 143. factores & barbitonfores non excusat. Azor vbi supra sequitur Abulensem, dicit enim illius opinionem videri probabilem. Non video tamen rationem congruetem, ob quam non excusentur: quamobrem praestat, omnes artifices indiscriminatim excusare: videtur enim Eugenius I V. id intendere, siue eis concedendo priuilegium non ieiunandi, siue declarando, eos non comprehendendi in lege ieiunij, vt diximus n. 15. Et quamuis Ioannes Sanchez disp. 54. n. 16. Ledesma 2. p. Summæ, tract. 27. fol. 638. Graphis 1. p. decis. aur. lib. 1. cap. 17. Vega 1. p. Summæ, cap. 14. casu 36. Tolerus lib. 6. cap. 4. n. 5. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 43. Villalobos tract. 23. difficultate 4. n. 7. Filliucius tomo 2. tract. 27. cap. 6. num. 127. factores, & barbitonfores non excusent, ob exiguum laborem, quem habent; tamen non video rationem, ob quam non excusentur, cum artifices nominentur, & sint; & omnes artifices, & opifices excuset Eugenius I V. vt vidimus hic, & n. 15. & cum Papa eos excuset, contra rationem videtur, velle eos ad ieiunium obligare.

De cutforibus etiam, mulionibus, & agasonibus, ac cæteris, qui longè proficiuntur, & tota die pedibus iter faciunt, an lege ieiunij teneantur, dubium est. Communis sententia docet, quam sequitur D. Thomas 2. 2. q. 147. artic. 4. ad 3. Durandus in 4. dist. 15. q. 10. Richardus in 4. distinct. 15. q. 4. art. 3. Paludan. in 4. distinct. 15. quaest. 4. art. 2. Gabr. in 4. dist. 16. q. 4. artic. 1. D. Antonin. 2. part. tit. 16. cap. 2. §. 6. Angelus verbo, Ieiunium, num. 15. Syluester ibidem, quaest. 9. Tabiena ibi, num. 19. Rosella num. etiam 19. docet, inquam, videndum esse, an sponte, vel necessitate iter conficiant, & an in alium diem commodè deferri possit, an non possit. Item, an iter pedibus conficiant, quod commodè differri nequit; si etiam iter quindecim milliaria Italiae, quæ quinque leucas Lusitanas continent, plus, minusve; profectò ieiunare non tenentur, iuxta Auctores citatos. Dubitant tamen aliqui, an si aliquis culpa sua ita sit laboriosus, vt ei necessarium sit plus quam semel in die edere, ad legem ieiunij teneatur? Negant communiter Doctores teneri: sicut non teneretur ille, qui culpa sua in morbum incidit, & qui nimium ludendo multum est defatigatus, aut qui contra voluntatem superioris tam longam suscipit peregrinationem, vt seruato ieiunio perficere commodè non possit. Quare dicendum est, eum, qui ita culpa sua defessus est, vt pluribus comestionibus indigeat in die, nõ teneri ad ieiunium: peccauit autem dando causam antecedenter fractionis ieiunij iniustam, ea tamen data non amplius peccatur contra praeceptum ieiunij, supposita ea necessitate. Ita Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. c. 27. q. 9. Rosella verbo, Ieiunium, n. 21. Palud. in 4. dist. 15. a. 1.

Ratione necessitatis, excusatur etiam à lege ieiunij, causa reddendi debitum coniugi, vel non ei displicendi, cum hæc ieiunio impediuntur. Ita docet Sã verbo, Ieiunium, n. 9. Sancius lib. 9. de matr. disp. 3. n. 10. Caiet. in Summa, verbo, Ieiunium, cap. 3. de personis, quas obligat ieiun. §. Excusantur infirmi ad finem. Arvilla verbo, Ieiunium, n. 4. Nau. c. 21. n. 16. P. Steph. Fagundes, in quinque prac. Eccles.

Hispan. n. 17. Graphis lib. 2. decis. aur. c. 37. n. 52. Medina. C. de ieiunio, quaest. de his, qui ad ieiunium tenentur, in 1. causa excusante, vers. Ad hanc causam. Ledesma 2. 4. q. 17. a. 3. fol. 203. col. 2. §. Praeterea. Cosm. Philiar. de offic. Sacerdotum, tom. 1. 2. p. lib. 3. cap. 25. §. Causa, ob quas, & alij. Et ratio est, quia obligatio, quæ resultat ex praecepto reddendi debitum, est vinculum iustitiae: obligatio verò, quæ resultat ex praecepto ieiunij, est vinculum temperantiae, & obedientiae, aut religionis, & fortius est vinculum iustitiae, quam vinculum temperantiae, & religionis, vt patet. Et hæc tam intelliguntur respectu vxoris erga maritum, quam respectu mariti erga vxorem: vt inique enim æqua ratio probat, vt patet. Idem dicendum est de femina nubere volente: si enim ieiunio deformis efficiatur, ita vt difficillius multò nubat, excusabitur à ieiunio; id enim notabile damnum censetur. Ita docet Sancius modò allegatus n. 12. Lud. Lopez 2. Lopez. p. Inst. c. 111. ad finem. Similiter excusabitur vxor à ieiunio, ratione conseruandi amoris mariti erga se ipsam, vt si ieiunans deformis reddatur, & à marito non multum diligatur: patitur enim etiam notabile damnum. Ita Sancius citatus n. 11. Nauar. Philiar. supra allegati, & Ledesma 2. 4. q. 17. art. 2. dub. 7. fol. 201. col. 3.

Excusant etiam à lege ieiunij officia pietatis, quãdo hæc officia, vel ex praecepto maiorum, vel ex obedientia ob publicam vtilitatem exercemus: & hac de causa excusantur Praedicatoribus, si eorum concilio necessaria sit ex officio, puta, ex obedientia: vel si non ex officio, ex carentia Concionatorum, vel ex magna vtilitate, quando praedicator esset maximè necessaria. Ita Nauar. in Man. Latin. cap. 21. n. 16. Nauar. Sylu. verbo Ieiunium, n. 26. Ledesma 2. 4. q. 17. art. 3. dub. 9. propositione 2. §. Praeterea. Azor, tomo 1. l. 7. cap. 28. q. 1. Excusantur etiam Magistri, & Doctores, qui publicè alios docent, quando commodè ieiunium obseruare non possunt. Colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 147. a. 4. ad 3. docet Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. art. 1. Rosella verbo, Ieiunium, n. 21. Medina. C. de ieiunio, q. de his, qui ad ecclesiasticum ieiunium tenentur. Nauar. cap. 21. n. 16. Maior in 4. dist. 16. & dist. 15. q. 3. colom. 5. quamquam non omnes regentes cathedram secundum Maiorem excusandi sint; sed tantum illi, quorum labor est improbus, vel qui ita debiles sunt, vt sufficienter studere non possint, vt lectionem explicent, & legant cum satisfactioe. Excipit etiam Tabiena ab obligatione ieiunij verbo, Ieiunium, n. 16. & Sã verbo, Ieiunium, n. 9. omnes Confessarios, qui assidue poenitentium confessiones audiunt, si ieiunium commodè obseruare non possint, & id causa est, vt à confessionibus desistant: at verò, si res est dubia, poterunt illi Superioris auctoritate ieiunium soluere: sufficere tamen dubitanti, viros doctos ac peritos adire, & si illi exposita causa, id iudicauerint, id per se sufficere ad eum excusandum. Excusantur etiam à ieiunij obligatione illi scholastici, & quæcumque alia persona, quæ cœna non accepta nocte dormire non valent, dummodo iactura somni magna sit, vt docet Caietanus verbo, Ieiunium, cap. 2. Angles in Floribus, 1. part. quaest. 6. difficut 8. fol. 403. Lopez 2. Angles. part. Instruct. cap. 111. fol. 706. Nicua in Summa, Lopez. titulo 17. fol. 23. Filliucius tomo 2. tract. 27. cap. 6. Nicua. num. 130. Ioannes Sanchez disp. 54. num. 13. vbi addit, non teneri huiusmodi personas mande collationem sumere, cœnam ad tempus nocturnum differendo: & bene addit; tum, quia nemo obligatur causa ieiunij seruandi ordinem cibi, & collationem pertertere; tum, quia perturbat ordinem ab Ecclesia in ieiunio conseruatum.

R R r CAPVT

Sã. Ledesma.

Sanchez. Ledesma. Graphis. Vega. Lessius. Villalob. Filliuc.

17.

D. Thom. Durand. Richard. Paludan. Gabriel. D. Anton. Angel. Sylu.

Azor. Rosell.

18.

Sã. Sanchez. Caietan. Armill. Nauar.

Graphis. Medina. Philiar. Lopez. Sanchez. Caietan. Angles. Lopez. Nicua. Filliuc. Sanchez.

19.

Nauar. Syluest. Ledesma. Azor.

D. Thom. Gabriel. Rosell. Medina. Nauar. Maior.

Caietan. Angles. Lopez. Nicua. Sanchez.



CAPVT IX.

Quis possit dispensare in lege, ac præcepto ieiunij; an sufficiat sola dispensatio Parochi, vel Medici.

SVMMARIVM.

- Quando non datur iusta causa eximendi à lege ieiunij, solus Summus Pontifex validè eximere potest. num. 1. Esto peccet. Episcopus eximere potest licitè, & validè, quando causa est dubia: absque vlla causa, nec validè, nec licitè. num. 7. Quando causa est patens, nulla requiritur exemptio. num. 3. & 7. An sufficiat sola auctoritas Parochi, aut sola Medici in causa dubia. num. 2. Quid de Confessario. num. 3. An ieiunia commutari, aut mutari possint in alium diem, & cuius auctoritate. num. 4. Religiosi, à quibus solui possint à lege ieiunij. numero 5. An Superiores Religionis, seipfos possint eximere ab hac lege. num. 6. Quid, si Episcopus aliquem eximat absque vlla causa. num. 7. De privilegijs Religiosorum quoad ieiunij exemptionem. num. 8. An metus excuset à lege ieiunij, & qualis. numero 9. Et an metus rixæ mariti excuset uxorem. ibid. An excusetur vir Catholicus per terras Hæreticorum, aut infidelium, iter faciens. num. 11.

Azor. Caiet. Medina.

Certum planè est, posse Superiores in hoc ieiunij præcepto dispensare, vel illum commutare, aut omninò tollere, & relaxare: sicut enim vota, & iuramenta auctoritate Superiorum dispensari, relaxari, & commutari possunt; ita etiam & ieiunia. Rogabis ergo, cuiusnam Superioris auctoritate poterit quis à lege ieiunij solui? Respondeo breuiter cum Innocentio, Hostiensis, Ioanne Andrea, & Abbate in cap. 1. & in cap. Consilium. de obseruatione ieiuniorum, quando non datur iusta causa dispensandi, nullus Superior, nisi solus Summus Pontifex potest aliquem à ieiunio ab Ecclesia indictò liberare. Et id docet etiam Azor tomo 1. Inst. moral. libr. 7. cap. 28. aliàs 29. quaestione 2. fol. 678. Et Caietan. in verbo, Ieiunium, & Medina de ieiunio, cap. de dispens. in Quadrag. Et ratio est: quia in iure communi canonico nullus alius Prælatas, præter Romanum Pontificem, potestatem habere eximendi aliquem ab illo, quando causa legitima non subest. Nec obstat, quòd ieiunium Quadagesimæ originem trahat ab Apostolis, vt dicamus, non posse Summos Pontifices in illo dispensare sine causa validè: quia est præceptum iuris positivi, ac proinde potest in eo Romanus Pontifex sine causa validè dispensare: non possunt tamen alij Prælati inferiores Summo Pontifice; quoniam dispensatio supponit in dispensante potestatem super legem, in qua dispensat, iuxta Clementinam, Ne Romani de electione: inferior autem Pontifex non habet potestatem in huiusmodi præceptum, cum ieiunium iure communi est inductum, aut cõsuetudine vniuersali totius Ecclesiæ à Romano Pontifice approbata inductum; ac proinde non potest sine causa in eo dispensare validè. Quauis tamen in eo sine causa validè dispensare non possit; attamen cum adest causa iusta, potest: nam,

licet Episcopus non possit ius commune extoto, aut ex parte abrogare; potest tamen hunc, vel illum suum subditum ob iustam causam licitè, & validè à lege, vel canone eximere, nisi id lex, aut canon. expressè prohibeat. Vnde, cum in lege, & canone ieiuniorum id non sit expressè prohibitum, sequitur, posse Episcopum, data iusta causa, hos, vel illos soluere à lege ieiunij, & cum eis in ea lege dispensare. Imò, si causa sit certa, patens atque euidens, non est necessaria auctoritas Episcopi, vt quis à lege ieiunij eximat: si verò dubia & incerta, tunc necessaria est superioris auctoritas. Et hæc quidem doctrina est communis omnium Doctorum. Et ita docet D. Th. 2. 2. q. 147. artic. 4. & sequaces. Angelus verbo, Ieiunium, n. 20. Rosell. n. 25. Nauar. c. 21. n. 20. & 21. Azor tomo 1. Inst. mor. libr. 7. c. 28. aliàs 29. q. 2. Ledesma 2. 4. q. 19. artic. 3. Et probatur facillè: quia alioqui non esset facis prouisum fidelibus, vt omninò oporteret super his Romanum Pontificem adire è remotissimis orbis partibus. Deinde, quia ad has dispensationes in particulari, saltè ex approbato vsu Ecclesiæ constat, datam esse huiusmodi potestatem talibus Prælati. Illud autem animaduertendum est, debere eos semper hac in re dispensationem, & causam defectum commutatione aliqua supplere; vel per elemosynam, si dispensatus illius capax est; vel precibus, prout magis in Domino iudicauerit expedire, vt, scilicet, omnis error ab huiusmodi dispensationibus expellatur, ac propulsetur, vt probè adnotauit Caietanus in Summa, verbo, Ieiunium.

D. Thom. Angelus. Rosell. Nauar. Azor. Ledesma.

Non caret tamen dubitatione, quænam hac in re sit superior: nonnulli enim dicunt, superiorem hac in re dici Parochum, Medicum, & Episcopum. Et hinc statim oritur quaestio, an sufficiat sola, auctoritas Parochi, vt quis in lege ieiunij soluatur, dispensetur: & hac de re duplex est opinio. Prima docet, non sufficere solam auctoritatem Parochi, sed requiri Episcopi auctoritatem, quauis detur iusta causa; dubia tamen, & incerta. Hanc opinionem tenent iuris canonici Interpretes, communiter Hostiensis, & Butrius in cap. Consilium. de obser. ieiuniorum. Burr. Angelus verbo, Ieiunium, num. 20. Tabiena ibid. numero 15. Probant: quia Parochus, & Confessarius solùm habent iurisdictionem, & auctoritatem in iis, quæ ad internum forum animæ spectant: dispensatio autem in præcepto ieiunij ad forum externum spectat, non internum. Secunda opinio docet, posse Parochum dispensare in præcepto ieiunij, non ex iure, sed ex consuetudine. Ita docet Sylu. verbo, Ieiunium, q. 7. Rosella ibid. num. 26. Caietanus 2. 2. quaest. 147. artic. 4. & in Summa, verbo, Ieiunium, Nauar. in Manuali, c. 21. à num. 20. Medina in Inst. pro Confes. libr. 1. cap. 14. §. 10. Vnde prior sententia tantùm locum habebit, quando Episcopus facillè adiri possit, vt docet Azor tomo 1. Inst. mor. libr. 7. cap. 28. aliàs 29. quaest. 3. Si enim facillè adiri potest, non potest Parochus tutè in hac re dispensare; & hoc est, inquit Azor, quod vsu, & consuetudine receptum est, vt Parochus dispense, quando Episcopus adiri facillè non potest. Dubium tamen adhuc est, an requiratur etiam tunc consilium Medici: & planè si Parochus certò, & euidenter constet causam non subesse, tunc quidem Medicus consulendus est, cuius consilio Parochus potest acquiescere, & aliquem à lege ieiunij relaxare: si causa est manifesta, nulla auctoritas necessaria est, nec Parochi, nec Medici, nec Episcopi; quia tunc non obligat Ecclesiæ præceptum: si autem manifestè est dubia, & incerta poterit ipse Parochus solus à lege eximere ieiunij, quem voluerit, quando ad Episcopum facillè non pater aditus, absque consilio Medici, quia tunc ipse Parochus Episcopi munere fungitur. Ita docet Azor vbi supra, §. Sed dubia.

Hostiens. Burr. Angelus. Tabien. Syluest. Syluest. Rosell. Caiet. Nauar. Medina. Azor.

Quid

3. Quid de Confessario, & quaritur, an, quando certò, & euidenter causa excusationis ipsi ægrotò est dubia, sufficiat solius Medici, aut solius Confessarij consilium, vt quis à lege, ac præcepto ieiuniorum etiam Quadagesimæ libereatur, ac dispensetur? Respondeo affirmatiuè cum Azor. tomo 1. Inst. mor. vbi supra, q. 4. vbi dicit, non solùm tunc sufficere consilium solius Medici, aut solius Confessarij: sed etiam alterius cuiuscunque boni viri iudicium: quia tunc ipsi non soluunt, nec dispensant; sed declarant præceptum non vrgerenam ad solutionem & dispensationem iurisdictione requiritur; ad declarationem verò non iurisdictione, & auctoritas, sed consilium boni, ac prudentis viri: quando verò viro prudenti, vel Confessario, vel Medico, causa dispensationis est dubia, & incerta, tunc auctoritate superioris Prælati indigemus: quia necessaria est iuris dispensatio, ad quam Medicus, vel Confessarius, vel alius vir bonus potestatem non habet. Sic docet Azor citatus, & Angelus verbo, Ieiunium, num. 19. & 20. Rosella verbo, Ieiunium, n. 25. Syluester verbo Ieiunium, q. 7. num. 20.

Azor. Angelus. Rosell. Syluest.

4. Quoad transmutationem, ac commutationem ieiunij de die in diem, multi multa dicunt. In primis ieiunia ab Ecclesia præcepta, ob iustam causam de die in diem transferri possunt auctoritate Episcopi, more Ecclesiæ consueto: sicut enim, v. c. de more Ecclesiæ, si festum accidit secunda feria, vigilia huius festi ieiunatur in sabbatho, non in Dominica, iuxta c. 1. de obseru. ieiun. & Innocentium in eadem rub. de obseruat. ieiun. ita pari ratione, si vigilia alicuius Sancti accidat in festo solenni, propter eius venerationem potest pridie eius diei ieiunium auctoritate Episcopi haberi: sicut in Gallia in locis, vbi sunt Ecclesiæ Sancti Quintini, quod festum celeberrimum est in tota Gallia, vigilia omnium Sanctorum, & auctoritate Episcopi locorum, ieiunatur die antecedenti: quia dies Sancti Quintini colitur in die ipsius vigiliæ omnium Sanctorum; quæ transmutatio auctoritate Episcopi loci, in quo templa sunt sancti Quintini, fieri potuit, aliàs non, vt docet optimè Syluest. verbo, Ieiunium, n. 19. q. 7. & Panorm. in rub. de obseruat. ieiuniorum, & Azor tomo 1. Inst. moral. libr. 7. cap. 28. aliàs 29. q. 5. argumto cap. 11. de obseruat. ieiuniorum. Ieiunia item voto suscepta, vel iussu Confessarij iniuncta potest commutari, vel Superior, vel alius legitimam auctoritatem ad id habens. Ea verò ieiunia, quæ tanquam pœnæ auctoritate superioris imponuntur, inferior mutare non potest, quia inferior ius non habet in superiorem. Ita, & optimè Azor citatus.

Sylu. Panorm. Azor.

5. Religiosi etiam solui, ac dispensari possunt in ieiunijs auctoritate Summi Pontificis, & Ecclesiæ indictis per suos Prouinciales, aut alios superiores iurisdictionem quasi episcopale habentes, nec solùm per istos, sed etiam per Priores, Præpositos, Abbates, Rectores & alios, qui sunt superiores locales, & toti Collegio, Monasterio, aut Conuentui præstant, non autem per alios ipsi superioribus localibus subiectos, quales sunt Subpriors, Vicarij, &c. hi enim in iure Prælati nomine non veniunt, quoniam toti Collegio non præstant. At verò vice-Rectores, & alij qui ex vi sui iuratus, & constitutionis absentibus superioribus, vicem illorum gerunt eadem potestatem, & auctoritatem habent erga subditos, quam habent illi quorum vicem gerunt; & sic dispensare etiam possunt, ac soluere ipsos subditos præcepto ieiunij, vt optimè notat Azor. tom. 1. inst. mor. libr. 7. cap. 28. aliàs 29. q. 6. hanc autem potestatem habent huiusmodi Prælati ratione sui muneris & officij quo funguntur, non autem ex vi alicuius priuilegij, vt notat Azor vbi supra.

Azor.

P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

6. Possunt etiam huiusmodi superiores secum ipsi dispensare, & seipfos legibus ieiuniorum soluere in iis casibus, in quibus possunt soluere suos subditos. Ita docet expressè Azor citatus; colligitur ex Syluestro verbo, Lex, q. 14. & ex Soto in 4. dist. 18. q. 1. artic. 3. & l. 1. de iust. q. 6. a. 1. ad finem, & ex Caietano 1. 2. q. 96. artic. 5. dub. vltimo, & expressè docet etiam Sanchez lib. 8. de matrimonio, disputat. 3. n. 9. & Emmanuel Rodrig. tom. 2. Summa, cap. 30. n. 4. & iuxta Sancium citatum id procedit etiam in casibus referuatis, in omnibus enim casibus, in quibus superiores locales possunt absoluere suos subditos à referuatis, possunt etiam & ipsi committere facultatem alicui Confessario, vt seipfos absoluant, ne superior sit deterioris conditionis: & loquendo de huiusmodi referuatis, id docet etiam Sa. verbo, Confessor, num. 16. & quauis Sancius prædicto num. 9. loquatur solùm de dispensatione, & dicat posse Superiores Religionum locales secum dispensare in omnibus casibus, in quibus dispensare possunt cum suis subditis, tamen antè num. 31. dixerat idem dicendum esse de dispensatione, atque de absoluteione à referuatis. Et ratio ac fundamentum est, quia quauis nemo in se ipsum iurisdictione vri queat, sed in alium, quia iurisdictione est ad alij, in his tamen vri potest, id enim sibi iure permittitur, iuxta communem interpretationem Doctorum, quos videre poteris apud Sancium allegatum, ne videlicet superior deterioris sit conditionis, quam subditus.

Azor. Sylu. Sor. Caiet.

Sa. Sanchez.

Et quidem dubium est, an valeat relaxatio à lege ieiunij, & ab alio iure, facta à superiore sine causa. Respondeo, quando Romanus P. legem ieiunij relaxat sine causa, valet ea relaxatio, quauis fieri possit, vt aliquando peccet, nam Principes in ius scriptum, positium & humanum, auctoritatem habent; ita communiter docent omnes, vt vidimus num. 1. Episcopus autem, vel alius superior inferior Episcopo, si aliquem à lege ieiunij eximat sine iusta causa, non solùm peccat mortaliter sed etiam ipsa exemptio est irrita ipso facto, & nulla; quia ius commune sine causa soluere non potest, sic docet Azor tomo 1. institut. moral. libr. 7. cap. 28. aliàs 29. q. 6. fol. 680. col. 2. in medio quaestiois, docent etiam communiter omnes iuris canonici Interpretes, & colligitur ex Glossa in verbo, Ratum, l. 1. ff. de postulando. Si tamen prælatus bona fide aliquem à lege ieiunij eximit indicans iustam causam subesse ad id faciendum, non peccat, & relaxatio prodest, valet, & tenet, quia facta est bona fide. Similiter ille qui lege ieiunij soluitur, & eximitur, vel consilio Medici, vel Superioris auctoritate, vel arbitrio Confessarij, in tuta conscientia est, quauis sibi euidenter non constet se causam habere, quia in dubijs melior est conditio Superioris, Confessarij & Medici, ac proinde eorum iudicio standum est, non nostro. Oportet autem vt Prælatus in hac parte scrupulosus non sit, nec rem in conscientiam subditi relinquat, aut in eius arbitrium; sed subditum lege ieiunij eximat, quando subditus id ab eo petit, & quando dubia, & incerta causa videtur: nam, si soluit, nullo se periculo peccandi obicit, quia potestatem suam vitur in relaxando; quando enim causa est euidens, & patens; ipse subditus per se eximitur, & nulla auctoritas Superioris, nec Medici consilium, aut Confessarij arbitrium requiritur, vt diximus num. 1. si autem, subditum lege ieiunij non soluit in causa dubia, & incerta; sed conscientiam eius onerat, aut rem illius arbitrio relinquit, ipsum subditum exponit periculo peccandi, & errandi. Ita docet Azor vbi supra. Caietanus 2. 2. quaest. 147. dub. 1. Nauarrus in Manuali, cap. 21. n. 20. & alij.

7.

Azor.

Azor. Caietan. Nauarr.

8. In Compendio privilegiorum aliquarum Religionum, verbo, *Ieiunium*, ita habetur: *Possunt nostri per facultatem factam omnibus, qui sunt Congregationis sanctae Iustinae de monte Cassino, dum in Quadragesima, & vigiliis, in quibus ex praecepto ieiunant, iter equo faciunt, mane sumere aliquid in star refectiois consueta, & vespere cenare.* Item habetur per Facultates Minorum: *Possunt nostri, sine violatione ieiunij, maxime Concionatores, cum actu concionantur, prout maiori, minorive consolatione afficiuntur, anticipare, vel postponere horam cenae, & vespertinam refectiunculam.* Deinde habetur: *Hanc facultatem ex causa communicare poterunt omnes Superiores.* Item in verbo, *Dispensatio*, habetur: *Prepositi locorum, ac Doctores possunt dare licentiam, consilio Medici, vel sine eo, si commodè non possit haberi, ut nostri familiares domorum infirmi, seu debiles possint comedere carnes, ova, lacticia, & alia sanis interdita in Quadragesima, & aliis ieiunij ecclesiasticis, sine licentia Diaconum, vel ut sint soluti a lege ieiunij in praedictis temporibus, etiam sine consilio Medici.* Hæc ibi. Verùm hæc omnia imperata fuerunt à Summo Pontifice, & ab illo concessa ad tollendos scrupulos prædicatorum Religiosorum, cum omnia effici possint absque prædicti privilegij facultate, vt suis locis in toto discursu huius materie vidimus.

9. Est non vulgare dubium, an metus alicuius mali ab extrinseco illati, à ieiunio excuset. Respondeo metum iustum excusare: est autem iustus metus ille, quem leges, & iura approbant, qualis est metus in virum constantem cadens: vnde fit, vt si quis periculum mortis, seruitutis, captiuitatis, carceris, tormentorum, iacturæ bonorum omnium, vel saltem magnæ partis illorum timeat, solutus sit à lege ieiunij, vt docet Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. & in Summa, verbo, *Ieiunium*, c. 3. Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. c. 3. 8. aliàs 39. q. 7. fol. 680. Sed dubium etiam est, an excusetur vxor à lege ieiunij ob viri præceptum: & videtur non posse excusari; quia obediendum est magis Ecclesiae, quam viro. Dicendum ergo est, non sufficere solum præceptum mariti, vt vxor excusetur: si tamen ad præceptum mariti accedant minæ, aut ob id notabiles discordiæ oriuntur, vel timeantur inter ipsam, & virum; fas esse vxori ea de causa ieiunium soluere: quia præcepta positua Ecclesiae non obligant cum scandalo, & cum tanto dispendio; quod intelligendum est, modò vir id non præcipiat in contemptum fidei, aut ieiunij Ecclesiae: tunc enim mors est potius oppetenda, quam ieiunium frangendum. Ita docent Sancius lib. 9. de matr. disput. 3. n. 13. Nauarr. in Summa Lat. c. 2. 1. n. 19. Lud. Lopez 2. p. Inst. cap. 1. 11. ad finem. Palatius in 4. disp. 8. post quartam conclusionem, fol. 120. dist. 15. Medina C. de ieiunio. q. de his, qui ad ieiunia tenentur. in prima causa excusante, vers. *Ad eundem casum*. Ledesma. 2. part. 4. q. 17. art. 3. fol. 203. col. 2. §. *Præterea in hoc articulo.*

Caiet. Azor.

Sanchez. Nauarr. Lud. Lop. Palat. Medina. Ledesma.

10.

Azor. Angelus. Syluest. Rosell. Nauarr. Innoc. Abbas. Faludan. D. Anton.

11.

Similiter, si vir Catholicus per prouincias Turcarum, paganorum, aut Hæreticorum iter agit, in quibus ei passim offeruntur cibi vetiti, ac prohibiti in diebus ieiunij, vel carnes in diebus veritis, quos si reiiciat, necessariò se Catholicum proder,

aut Christianum, & ob id periculum aliquod incurret mortis, vel carceris, aut captiuitatis; tunc planè ad legem ieiunij non tenetur, dummodo id non fiat ad explorandam eius fidem auctoritate publica, aut in contemptum religionis. Ita Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. c. 3. 8. aliàs 39. q. 7. & lib. 8. c. 27. q. 3. Et ratio est: quia carniem eius de se non est signum infidelitatis, aut professio hæreticæ prauitatis; sed est res de se indifferens, & ex accidenti Hæretici esum carniem ad signum suæ infidelitatis, & sectæ trahunt. Catholici autem nulla lege obligantur ad abstinendum ab huiusmodi signis, quæ Hæretici malo animo ad hæresim assumunt. Deinde Catholicus potest hic prætere de infirmitate, & tunc non peccabit: quia occultat fidem suam, & non proficitur alienam, quod potest licitè facere timore mortis, aut grauis damni. Item, remiges in tremibus Turcarum, & Hæreticorum, à lege ieiunij communiter excusantur, dummodo non cogantur in contemptum Ecclesiae ieiunia prætermittere.

Azor.

CAPVT X.

De peccatis, quæ in ieiuniorum violatione committuntur: de operibus, quæ in diebus ieiunij prohibentur: & de effectibus ieiunij, & de hora, qua incipit, & desinit.

SVMMARIVM.

- Quando incipiat, & desinat ieiunium: dubitans an audierit mediam noctem, & bibens, an possit altero die communicare. num. 1.
- An, qui dubitat, an sonnerit hora duodecima noctis, & carnes comedit, possit sequenti die ieiunare. num. 2.
- An, si hodie sit dies ieiunij, & dubitem sonneritne iam hora duodecima noctis, cenare, vel comedere possim. num. 3.
- Quid, si vnum tantum sit horologium, quid si diuersa ibid.
- Ieiunij opus ad quam virtutem spectet. num. 4.
- An, qui certo die ieiunium violat, teneatur altero die ieiunare. num. 5. & 6.
- An vno ieiunio, duobus præceptis, eodem die concurrentibus, satisficiamus, & an tunc duo peccata committantur, ieiunio non seruato. num. 7.
- Quot peccata committat, qui initio Quadragesime statuit totam non ieiunare. num. 8.
- An mortaliter peccet famulus mensam domino sternens, quem scit ieiunium absque vlla causa violare. num. 9.
- Quid de preparante cibos. ibid.
- An peccent mortaliter, qui in diebus ieiunij carnes, & cibos prohibitos vendunt. num. 10.
- An peccet mortaliter pater familiars cibos distribuens familia in diebus ieiunij. num. 11.
- An licitum sit ieiunium soluere propter amicum nos ad cenam inuitantem; & an peccet ille inuitans. num. 12.
- Que opera verabantur olim diebus ieiunij; & qui sint eius effectus. num. 13, 14, 15.

Incipit ieiunium à media nocte, & desinit in mediam noctem. Sà verbo, *Ieiunium*, numer. 4. Syluester verbo, *Ieiunium*, n. 28. Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. cap. 27. fol. 669. quæst. 6. Sed hinc iam insurgunt dubia. Primum est, vtrum dubitanti, an audierit

1.

Sà. Syluest. Azor.

Sanchez. Henric.

2.

Soar.

Sanchez. Syluest.

Soar. Azor.

Vasquez. Angelus.

Armill. Soar.

3.

Sanc.

Vega.

4.

audierit mediam noctem, & edenti, vel bibenti, cum eo dubio, possit die sequenti ad Eucharistiam accedere. Responder negatiuè Sancius lib. 2. de matrimonio, disp. 4. 1. num. 40. & id colligitur ex Henricus libr. 1. 6. de penitent. cap. 14. num. 7. lit. P. Et ita docet etiam Ioannes Sanchez disp. 42. num. 5. & disp. 53. num. 4. Et ratio est: quia nulla datur possessio ex parte illius, vt in dubio melior sit conditio possidentis: imò est possessio ex parte præcepti commutandi, seruato ieiunio naturali; & in dubio vbi nulla possessio alicui fauet, amplecti debet, quod tutius est.

Secundum dubium est, an ille, qui dubitat, an mediam noctem audierit, possit in eo dubio carnes edere. Responder Sancius vbi supra affirmatiuè, & optimè: quia perinde est dubitare tunc, an sit media nox; ac dubitare, an detur præceptum ieiunij, vt patet: & in dubio, an detur præceptum, votum, lex, aut non detur, dum de re non constat, fauendum est libertati: vt optimè docet Soarius, loquendo de iuramento promissorio, & voto, tom. 2. de relig. lib. 2. cap. 33. Sancius etiam lib. 1. de sponsal. disputatione 9. num. 11. Syluester verbo, *Iuramentum*, n. 27. dicto 2. sine. Sotus lib. 2. de iust. quæst. 3. artic. 2. docum. 2. post 4. conclusionem. Quauis enim Azor lib. 2. cap. 4. q. 3. tom. 1. Inst. moral. & Vasquez 2. 2. quæst. 63. disput. 3. & Angel. verbo, *Votum*, numer. 3. & Armilla eodem verbo, num. 18. & Nauarr. lib. 3. consil. titulo, *de voto*, consil. 4. numer. 11. & 18. existiment, in dubio, an detur votum, lex, aut iuramentum, standum esse pro parte voti, legis, aut iuramenti, tamen communiter reiiciuntur: quia fauendum est libertati, cum homo in possessione illius sit, & re vera durum est obligare hominem in ea circumstantia, qua dubitatur, an detur lex, aut præceptum, quod illum obliget.

Tertium dubium est, an, si hodie sit dies ieiunij, & dubitem, an sonnerit hora duodecima noctis, possim cenare: Negat idem Sancius dicto libr. 2. disputatione 4. 1. numer. 40. Fundamentum illius est: quia possessio stat pro præcepto, cum constat diem esse ieiunio dicatum, & dubitetur, an transactus sit dies, qui respectu ieiunij, computandus est à media nocte, in mediam noctem, vt diximus numer. 1. Quòd si diuersa sint horologia, & aliquorum sonnerit hora duodecima, aliquorum non sonnerit, potest, qui tunc soluit ieiunium naturale, communicare die sequenti, & sine illa die, siue sola sequens sit ieiunij, poterit dubitans cenare, vel edere carnes, vt docet Vega libr. 3. Summæ, casu 213. Quia est perinde, ac si essent duæ opiniones probabiles, quarum vtranque licet sequi, & amplecti: neque enim teneor ego sequi vnum horologium, nisi fortè antecederet illud assumpserim ad ieiunium ordinandum, iuxta illius horas: sed nec etiam in hoc casu, si alia aliquantulum antecederent, aliquantulum verò post illud subsequebantur sonnerint, illius horas sequi teneor. Si tamen in vna vrbe, oppido, aut pago, vnum tantum esset horologium, & vbi prima hora mediæ noctis sonare cœperit aliquis biberet, licet quando sonat pulsus vltimæ vltimæ horæ desisset bibere, non posset die sequenti communicare, quia cum primus pulsus horæ sonat, iam est hora completa, & horologium tantum est testis id indicans: & si diuersi pulsus sint, id euenit, quia nequit vno pulsu hora duodecima indicari, sicut indicatur hora prima vno pulsu. Ita Sancius vbi supra, & bene.

Ieiunij opus ad virtutem temperantiæ spectat, vt initio huius præcepti diximus: quare is, qui ieiunium ab Ecclesia indictum violat, contra virtutem temperantiæ peccat. Potest etiam contra virtutem obedientiæ peccatum committere, si idèd P. Steph. Fagundes, in quinque præc. Eccles.

violet, quia ab Ecclesia imperatur, atque indicatur, & imperatis parere recusat: nihilominus tamen, quando quis indictum ieiunium omittit, contra virtutem temperantiæ crimen admittit, vt optimè adnotauit Azor tom. 1. Inst. mor. lib. 7. cap. 3. 1. quæstione 4. fol. 685. col. 1. Hinc hodie in Germania, & Anglia sunt multi Hæretici heluones, & bibones, qui abstinere à certo ciborum genere, & vsu carniem ex ieiunij præcepto superstitionem putent, & Hebraicum ritum, propterea quòd à Christo Domino dictum sit Matth. 5. *Non quod intrat per os, coinquinat hominem.* Et Lucæ 10. *In quantumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate, qua apponuntur vobis.* Et Geneleos 1. & 9. *Omne, quod mouetur, & vivit, erit vobis in cibum.* Admittunt illi quidem ieiunia, sed voluntaria duntaxat; ita vt quando quisque voluerit ea suscipere, id ei fas sit, & meritiorum, ad exercendam virtutem temperantiæ; non autem ex obligatione legis, & præcepti. Olim etiam fuerunt Hæretici nonnulli Manichæistæ, Marcionistæ, Priscillianistæ, qui è contrario à certis quibusdam cibis abstinebant, tanquam per se malis, & iure diuino prohibitis. Sed contra istos Hæreticos antiquos, & contra nouiores Germanicos, Britannicos, & Batavos, seu Hollandos Ecclesia definiuit olim contra Marcionistas, & Priscillianistas, (in qua definitione, hæresim etiam nouiorum ingulauit,) nullum ciborum genus esse per se, & ex natura sua immundum, aut iure naturali prohibitum, tanquam abominabile, ac detestandum; licitum tamen esse præceptum ieiunij & honestum, optimum, & salubre ad corporis castigationem: sic enim habetur in Concilio Tolletano I. in assertionem fidei, ad finem: *Si quis dixerit, aut crediderit, carnes animæ seu pecorum, quæ ad escam date sunt, non tantum in castigationem corporis abdicandas, sed tanquam immundas execrandas esse; anathema sit.* Et Concilio Bracharonsi. can. 14. *qui immundos putat cibos carniem, quas Deus in usum hominum dedit, & non propter afflictionem corporis, sed quasi propter immunditiam carum abstinet, ita vt nec olera cum carnibus cocta gustet, sicut Manichæi, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.* Et id ipsum habetur in Concilio Ancyrano canon. 14. Vnde est concors Catholicorum sententia, nullum cibum esse per se malum, ac proinde Ecclesiam in diebus ieiunij à carniem vsu & certis cibis abstinere; non quòd eos damnet, vel iudicet esse per se malos, & detestabiles; sed eò tantum, vt corpus castiget, & domet: nusquam enim Apostoli, aut Christus Dominus docuerunt, non esse à certis cibis abstinendum ad corporis afflictionem, & sensuum cohibitionem, & vt denique mens ad cœlestia, ac diuina contemplanda promptior, & habilior reddatur: ex quibus manent fundamenta Hæreticorum conuulsa fatis, & eneruata, vt patet.

Sed hinc oritur dubium, an ille, qui ieiunium certo die indictum violat, teneatur in alio die ieiunium suscipere: sunt enim, qui ita distinguunt: aut aliquis ieiunium non seruauit ob corporis imbecillitatem, aut quia seruare eo die noluit, quo indictum erat; voluit enim eo die pluries comedere, & horam debitam sponte sua non expectare: si ob corporis imbecillitatem fregit, non tenetur, inquit, alio die sequenti ieiunare; si voluntariè tamen fregit, & nulla data causa, quia pluries eo die voluit edulium accipere, tenetur sequenti die ieiunium seruare. Probant primò, quia in cap. *Ex parte*. de ieiuniorum obseruat. dicitur, ieiunium in peruigiliis Sanctorum esse commutandum in diem antecedentem, si peruigillum venerit in die Dominica: si enim vigilia alicuius Sancti incidit in festum solenne, quale est festum diei Dominicæ, R R r 3 pridie

Azor.

Conc. Trid.

Conc. Brac.

5.

pridie eius diei ieiunandum est ex præcepto ipsius Ecclesie, vt habetur cap. 1. & 2. de obseruat. ieiuniorum, & nos docuimus cap. 9. numer. 4. ergo ex instituto Ecclesie ieiunia non sunt onera dierum, sed mutari possunt. Secundo probant: quia in l. Celsus. §. Sed ipse. ff. de rebus arbitris. dicitur: Si cui præcipiatur, vt soluat intra Calendæ Ianuarias, & non soluit, debet deinde soluere: quia duo mandata in vno continentur; nimirum, vt soluat, & soluat intra Calendæ Ianuarias. Et in cap. Cum dilecti. de dolo, & contumacia, dicitur: Si cui imperetur, vt intra certum diem se in iudicio sistat, nisi id eo die fecerit, teneri altero die venire. Sic etiam pariter erit in ieiunio: duo enim ibi mandata contineri videntur, nimirum, vt ieiunet, & ieiunet eo die: vnde, si non potest, aut non vult seruare ieiunium eo die, tenetur altero die illud seruare.

6. Abbas.

Cæterum, parum probabilis est hæc opinio: nam Abbas in cap. 1. de obseruat. ieiuniorum, & alij ferè omnes Doctores, expressè docent, non esse altero die ieiunandum. Primum, quia, si quis rem diuinam die festo non audierit, non tenetur altero die sequenti audire; & Sacerdos, qui omisit horarias preces vno die, non tenetur illas die sequenti recitare. Secundo, quia, si mihi relinquatur vsum fructus ad biennium proxime futurum, & impediatur petere, non possum vsum fructum alterius biennij postulare, quia non est idem vsum fructus. l. Si vsum fructus mihi. ff. de vsum, & vsum fructu legatum. Et hæc opinio est vera, & certa, eamque docet etiam Paludanus in 4. distinctione 15. quæstione 4. artic. 5. ad finem. Syluester verbo, Ieiunium, quæstione 8. num. 22. Angelus numer. 21. Rosella num. 24. Tabiena num. 14. Addit verò ibi Paludanus, eum, qui votum emittit ieiunandi bis, aut ter in hebdomade, si in vno die ieiunium ceptum violauerit, teneri alio die eiusdem hebdomadæ ieiunare, ita vt suum votum impleat, antequam tota hebdomada elaboratur: & ita intelligendus est Paludanus eo loco, quamuis alij aliter illum intelligant, & pro contraria opinione citent; sed præposterè. Neque obstant rationes in contrarium adductæ: nam Ecclesia præcipit ieiunium in cultum, & venerationem diei, & temporis, pro quo illud indicit; ac proinde transacto eo die, & tempore; non tenetur amplius ieiunare: est enim ipsum ieiunium pensum diei, onusque illius; quare eo transacto, transit obligatio. Quando verò aliquid debetur, si debitor non potest soluere tempore præstituto, tenetur soluere, cum primum potest: quia terminus diei non ponitur ad tollendum debitum; sed ad non differendum: & idem dicendum est de eo, qui coram Iudice comparere iubetur. Nec obstat, quòd Ecclesia iusserit, vt ieiunia, quæ in perigilio alicuius Sancti seruati nequeunt, ob festum fortè tunc in eodie coincidens, pridie eius perigilij diei seruentur: quoniam id peculiare est in huiusmodi ieiuniis: sic enim Ecclesia sua auctoritate potuit constituit, & de facto constituit.

Palud. Sylu. Angel. Rosella. Tabiena.

7.

Hinc, si duo ieiunia ab Ecclesia indicta in eundem diem inciderint, non debet alterum illorum in alium diem transferri: generalis enim Ecclesie consuetudo habet, vt vbique his præceptis vnico ieiunio satisfaciamus. Ita docent Archidiaconus in cap. de ieiunio, distinctione 76. & Ioannes Andreas in cap. Cum in cunctis. de electione §. 1. An autem, qui ieiunium violat, duo peccata committat, dubium non vulgare est: sed verior opinio docet, non nisi vnum tantum peccatum committi; quia peccata non distinguuntur per præcepta, quando eadem præcepta sunt eiusdem rationis; & sub eodem modo, & in ordine ad eundem finem tendunt: distinguuntur enim per eadem præcepta, quando sunt diuersæ rationis, & ad diuersos fines sub diuerso

modo tendunt: distinguuntur etiam per diuersa obiecta, & per diuersos fines: vnde, quauis præcepta multa sint; nisi ad diuersas virtutes pertineant, non inducunt noua peccata, nec ratione illorum multiplicatur numerus, & species peccatorum: vnde, si quis millies idem votum faciat, & confirmet, quauis illud postea confringat, vnum tantum peccatum admittit. Quare Religiosus, qui ratione voti, quod emittit, & ratione Regulæ, & præcepti sui statuti tenetur eodem die ieiunare, duplex peccatum committit, si culpa sua non ieiunet: quia illa duo vincula erant diuersæ species, & ad diuersas species virtutes tendebant: fractor enim voti sacrilegus est, & contra Religionem peccat: fractor autem Regulæ contra obedientiam: & quia Regulæ præcipit ieiunium, & ieiunium spectat ad materiam temperantiæ, inde est, quòd contra virtutem temperantiæ peccet violator voti: temperantia autem, & religio diuersæ specie virtutes sunt. Sed quia hæc quæstionem satis discussimus in primo præcepto, de auditione Sacri, lib. 2. cap. 4. idèd hinc ab illius ampliore tractatione abstinemus, & te ad eum locum remittimus.

Contra verò ille, qui initio Quadragesimæ proponit eo tempore non ieiunare; tot numero peccata efficit, necessariò in confessione explicanda, quot sunt dies illius: non propter diuersa præcepta, est enim vnum tantum præceptum pro omnibus diebus; & quauis essent diuersa, tamen omnia essent eiusdem rationis: sed ob diuersum peccatorum numerum; sunt enim tot diuersa numero peccata, quot sunt diuersi numero dies. Sic ille, qui statuit apud se, tribus diebus festis Sacrum omittere, & qui tribus diebus Officium diuinum statuit præterire, propter numerum peccatorum, quæ penes numerum dierum, numero tantum, & non specie distinguuntur, tria etiam peccata committit, & qui tres homines vult interficere, & tria furta, periuria, vel sacrilegia committere, tot pariter peccata efficit, vt optime notat Azor tomo 1. Instit. moral. libr. 7. cap. 31. aliàs 30. quæst. 8. fol. 687. col. 1. initio. Enim verò tot sunt peccata, quot sunt actus, per quos committuntur: sicut enim per dies; ita etiam per actus inter se diffitos distinguuntur peccata. Vide, quæ diximus cap. 4. num. 8.

Cum autem omnes teneamur ieiunare sub peccato lethali, quos vera, & legitima causa non excusat; dubium est, an mortaliter peccet famulus, vel mensam sternens, vel parans, ac ministrans cibos domino suo, quem scit ieiunium absque vlla legitima causa soluere. Et respondendum est negatiuè: primum, quia suo munere fungitur, quo aliis etiam diebus fungi consueuerat. Secundo, quia non refert, quòd dominus cenando, aut prandendo peccet: nam nec famulus illi sternens mensam, nec ancilla cibos præparans, illius peccato cooperantur; sed officium præstant, quod domino alioqui præstare tenentur: & sicut non cooperatur peccato vsurarij ille, qui necessitate compulsus, vsuras ab eo vsurario petit, ad redimendam suam vexationem; ita neque huiusmodi famuli peccabunt, cum necessitate compulsi seruiant. Tertiò, quia dominus imperando, vt sibi in diebus ieiunij parentur cibi, & sternatur mensa, non iubet, nec præcipit rem per se malam; sed rem de se, & ex sua natura indifferentem: vnde tuta conscientia eam illi præstare potest seruus, quauis deprauatus sit domini affectui: seruus enim præstat id, quod præstare iure potest, minimè consentiens deprauato domini affectui. Ita docet Caietanus 2. 2. quæst. 147. artic. 4. vers. Occurrit hoc loco. & Azor tom. 1. Instit. moral. libr. 7. cap. 30. alioqui 31. quæst. 11. fol. 687. col. 1.

Circa.

10.

Circa eos verò, qui in diebus ieiuniorum cibos prohibitos vendunt, an peccent tunc, duæ sunt opinioniones. Prima affirmat: primum, quia inde multorum peccatorum occasiones oriuntur: ea enim data occasione, multi ieiunia frangunt; & ex præcepto charitatis tenetur quis alium monere, ne peccet, nedum dare occasionem peccandi. Secundo; quia tenetur vnusquisque tollere omnem peccandi occasionem; & idèd Respublica vetat, ne tales cibi iisdem diebus vendantur, vt omnis ansa peccandi præscindatur. Secunda opinio negat, ex eo fundamento, quòd huiusmodi vendentes bona fide vendunt, & non videntur cooperari peccato illorum, qui mala fide emunt, cum illi deprauato voluntatis affectu peccent. Deinde, quia multi sunt, qui iis cibis iisdem diebus indigent, nec vendentes vlla lege tenentur explorare emptorum causas. Tandem, quia nemo malus iudicari, aut credi potest, dum id certò, & euidenter non constat: ergo, si venditor certò non nouerit, emptorem in emendo peccare, non peccat vendendo, siue publicè, siue secretè vendat. Ex his duabus opinionibus hæc secunda mihi videtur probabilior, præsertim cum videamus passim in diebus Quadragesimæ carnes vendi publicè, ægrotorum causa, quæ venditio in prima opinione non liceret omnino, cum inde possint multi sani, ac bene valentes, occasionem peccandi accipere: nec vllus prudens Doctor obligabit venditores ad explorandam necessitatem eorum, qui carnes illas emunt, nec vnquam Prælati ad id obligauerunt.

11.

Hic aliud dubium oriri potest, non absumile præcedentibus, an, scilicet, mortaliter peccet paterfamilias ministrans cœnam, cibosque distribuens filiis, famulis, seruis, qui ieiunare tenentur, illis diebus, in quibus præceptum ieiunij obligat? Et certè Medina Codice, de ieiunio, quæst. de iis, qui ieiunium soluum, & Maior in 4. distinctione 15. quæstione 4. §. Dubitatur. docent, eum grauitè peccare: perinde enim est id tunc efficere, ac iubere, vt ieiunium sine causa soluatur. Sed dicendum in hoc negotio, in primis eum mortaliter peccare, si in die ieiunij familiam cogat, compellatve, (quæ præceptum ieiunij implere tenetur,) ad faciendæ ea opera, quæ eum ieiunio stare non possunt, si eiusmodi opera in alium diem commode differri possint. Sic docet Gabriel in 2. distinctione 17. artic. 3. & Azor tom. 1. Instit. mor. libr. 7. cap. 30. aliàs 31. quæst. 12. fol. 688. col. 2. Debet etiam paterfamilias præstare propriæ familiæ, quæ ad legem ieiunij tenetur, commoda alimenta, quibus ieiunare possit: vnde mortaliter peccabit, si ei tunc vel carnes, vel alios cibos prohibitos impertiatur. Præterea debet etiam, & tenetur impedimentum remouere, & curare, ne familia cibis prohibitis vtatur diebus ieiunij dicaris: vnde sine dubio mortaliter peccabit, eos illi iis diebus dando, vt docet Azor allegatus: at non tenetur vllò modo familiam vt cogere ad obseruationem ieiunij; sed solum tenetur monere ex lege charitatis, vt ieiunia ab Ecclesia indicta obseruet, ac colat, & debet eos cibos tantum ministrare, qui non sunt prohibiti talibus diebus. Ita etiam docet Ledesma 2. 4. quæstione 17. artic. 6. dubitatione 4. vnde, si post admonitionem nolit familia ieiunare, tenetur ei subtrahere cibos prohibitos in diebus ieiunij, non tamen alios.

12.

Rogabis tandem, an licitum sit ieiunium soluere propter amicum nos ad prandium inuitantem; & an mortaliter peccet ille, qui nos inuitat, quando scit nos ieiunare. Est duplex hæc interrogatio. Ad primam respondeo, aut ieiunium esse voluntarium, aut ex obligatione præcepti ecclesiastici, aut voti illius diei; quasi quis ex voto, aut ex alio

præciso vinculo peccati mortalis eo die ieiunare teneatur. Si est voluntarium, non peccat lethaler ille, qui nos inuitat, nec vos etiam mortaliter peccamus, ieiunium ob illius gratiam violando, aut hospitem in nostra domo excipiendo, aut infirmum iacentem consolando, ea ieiunij violatione; fortè enim maioris meriti tunc erit illud frangere, quam seruare. Et de hoc ieiunio voluntario intelligendus est D. Prosper, Episcopus Aquitanus, lib. 2. de vita contemplatiua, cap. vltimo, vbi sic: Ita abstinere, & ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi, & abstinendi necessitati subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariã faciamus: si enim quoslibet aduenientes, ieiunio intermisso, rescio; non solum ieiunium, sed impleo charitatis officium. Cæterum, si propter abstinentiam spirituales Fratres, quos noni mea remissione delectari, contristo; abstinentia non est virtus, sed vitium, quoniam ipsa abstinentia, & ieiunij continua io, nisi fuerit, quando res exigat, prætermittitur, & me inflat, & Fratrem meum, cui charitas iubet inservire, contristat. Hæc ille. Et de hoc ieiunio voluntario intelligendus est etiam Gerson tomo 4. serm. 1. Domin. 1. Quadragesimæ, & Sozometus libr. 1. cap. 11. & Nicephorus libr. 8. cap. 42. vbi historiam qualdam apponunt, quæ id ipsum, quod Prosper narrat, continent. Et eos etiam de hoc ieiunio voluntario intelligit Azor tomo 1. Instit. moral. libro 7. cap. 29. §. Sed quæstio nobis est. Si autem ieiunium est voti, aut præcepti ecclesiastici, aut in confessione impositum, eo præcisè die, & non in alio; tunc quidem est malus debium. Et quidem peccare tunc mortaliter inuitantem, si sciat ieiunium obligatorium esse, si de facto inuitatus ieiunium violet propter eam inuitationem, aliàs non violaturus prandendo, aut cenando, docent expressè Azor tomo 1. Instit. moral. libr. 7. cap. 31. quæstione 12. & Maior in 4. distinctione 15. quæstione 4. §. Dubitatur. & Caietanus 2. 2. quæstione 147. artic. 4. & Nauarrus in Manuali, cap. 21. numer. 24. Et ratio est aperta: quia is, qui inuitat, est causa mortaliter inducens ad peccandum: vnde, si inuitatus de facto peccet propter illius inuitationem, & morale inductionem; sequitur etiam, inuitantem mortaliter peccare: siquidem mortaliter eum inducit ad peccatum: nam, seclusa ea inuitatione, mortaliter non esset peccaturus. Sed quid, si ille, qui ieiunium seruare tenetur, sit ad cenandum paratus, quin inquireretur, peccabitne tunc mortaliter inuitans? Respondent Caiet. & Azor allegati affirmatiuè: quia inuitat alterum ad continuandum peccatum, & opere implendum: nam peccatum lethale est, non solum peccatum velle facere, sed etiam actu efficere, & opere implere. Quid etiam si inuites eum ad tuam cœnam, quem certò scis eum alio cenaturum? Caietanus loco prædicto allegatus, & Nauarr. in prædicto Manuali, cap. 21. numer. 25. respondent, te non peccare mortaliter. Probabilem illorum opinionem esse dixit Azor allegatus: quia in ea circumspectantia, non inuitas illum ad cenandum absolute; sed ad cenandum in domo tua, non alibi: & sic non offers cœnam; sed offers locum, in quo cœna fieri potest: offerre autem locum ad comedendum, vel non comedendum, de se est res indifferens. Non mihi tamen hæc opinio placet, quiddid illi dicant: perinde est enim tunc inuitare ad eum cenandum, ac inuitare paratum, cum ille paratus sit ad cenandum cum alio: vnde, si peccamus lethaler inuitando eos, qui sunt parati ad frangendum ieiunium; non video, cur etiam hæc non peccemus. Præterea, in ea circumspectantia non solum offero locum cœnæ, sed re vera offero ipsam cœnam, quam acceptat, comedit, ac deglutit. Vltimò, quia etiam offerre domum ad peccandum,

D. Prosper.

Gers.

Domin. 1. Sozom.

Nicephor.

Azor.

Azor.

Maior.

Caietan.

Nauarr.



est peccatum: vnde illorum opinio placere mihi non potest.

13.

Olim multa erant opera in diebus ieiunij prohibita. Primò enim, Martyrum natalitia in Ecclesia non colebantur in Quadragesima, nec etiam natalitia aliorum Sanctorum. Patet ex Concilio Laodicensi canon. 51. & refertur in cap. *Non oportet*, de consecrat. distinctione 33. quæstione 4. vnde Episcopi Hispanienses diem festum Annuntiationis Dominicæ, qui in Quadragesima accidit, in diem decimum Octauum Decembris transfulerunt: & dies Beati Ambrosij, Ecclesiæ Doctoris, non in Quadragesima, in quam cadit; (accidit enim dies obitus illius quarta die Aprilis,) sed in mense Decembri, in septimo die colitur ex institutione Ecclesiæ. At huiusmodi canon, & mos iam non est in vsu, vt notauit Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 32. aliàs 31. quæstione 1. fol. 688. Similiter olim in iure ciuili iudiciales actus in diebus Quadragesimæ prohibebantur, vt patet ex l. *Quadragesima*, C. de feriis. nunc autem hæc etiam lex non est in vsu. Olim etiam in prædicto cap. *Non oportet*, interdicebantur nuptiæ, & dies natales magnorum Principum, aut virorum: per nuptias autem intelligebantur nuptiæ solennes, quas Theologi appellant benedictiones nuptiarum: hodie tamen ex decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 10. de reformatione matrimonij, hæc omnia vel sunt ex parte abrogata, vel emendata: sic enim Concilium habet: *Ab Aduentu Domini nostri vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum, vsque ad octauam Paschæ inclusiue, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones, diligenter ab omnibus obseruari præcipit sancta Synodus: in aliis verò temporibus nuptias solenniter celebrari permisit.* Hæc ibi. Vnde iam reuocatum, ac correctum manet decretum Nicolai I. quod habetur cap. *Nec uxorem*, 33. q. 4. vbi dicitur: *Nec uxorem ducere, nec conuiuia facere*

Azor.

in quadragesimali tempore; conuenire posse vilo modo arbitror.


14.

Olim etiam prohibitum erat bellare in diebus ieiuniorum, vt patet ex cap. 1. de treuga, & pace: nunc autem hic mos iam aboleuit, vt patet. Rogabit aliquis, an quis per alium ita ieiunare possit, vt præcepto ieiunij satisfaciatur. Hanc quæstionem excitat Glossa in cap. *Presbyter*, distinctione 22. de pœnitentia, & cap. *Pœnitentia*, distinctione 3. & pro vtraque parte argumenta proponit. Concludit tandem non posse. Probat: quia ieiunium est opus personale; & opus personale per alium impleri non potest. Patet ex cap. vltimo, de officio delegati, §. *Is autem*, vbi sic: *Is autem, cui iniungitur, vt personaliter opus exequatur, potest, dummodo partes consentiant, hoc aliis delegare.* Et quanuis Glossa ibi dicat, posse patrem per filium ieiunium seruare; & è contrario filium per patrem, quia in iure eadem personæ censentur: tamen id nequaquam dicendum est de ieiuniis Ecclesiæ, aut in Sacramento pœnitentiæ iniunctis: ieiunium enim indicitur, vt quis proprium corpus maceraret, & affligat; quod intelligendum est de proprio corpore vero, & non ficto, vt fingit ius, personam patris esse filij, & personam filij esse patris: si verò loquar de ieiuniis à Iudice indictis in pœnam delictorum, fortasse tunc poterit quis per alium debita ieiunia persoluere, nisi intentio Iudicis obstat: sic enim etiam viuorum ieiunia prodesse poterunt defunctis per modum suffragij.

Effectus ieiunij sunt varij, ac multiplices: ieiunium enim mentem eleuat, corpus domat, disponit ad prophetiam, libidinem cohibet, ac extinguit, & alios plurimos effectus, ac vtilitates nobis confert, quæ passim apud sanctos Patres videri poterunt: est enim ieiunium, iuxta D. Basilium homilia de ieiunio, instar alarum, quibus, deposito terrene grauitatis pondere, in cœlum, ac sublime ferimur.



TRACTA



TRACTATUS  
IN QUINTVM PRÆCEPTVM  
SANCTÆ MATRIS ECCLESIAE,  
DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.



VINTVM præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ est de solutione Decimarum, & Primitiarum. Et quanuis V vicleph, aliique Hæretici affirmare ausi sint, decimas, & primitias nullo iure Sacerdotibus, ac ministris rerum spiritualium deberi; sed essetantum meras, ac voluntarias eleemosynas, & posse populum Christianum, ad libitum, eas Sacerdotibus, propter eorum scelera, denegare: tamen iam hic error damnatus est in Concilio Constantiensi, sess. 8. De fide ergo est, decimas, ac primitias, non esse eleemosynas arbitrarias: sed esse subsidium ac stipendium debitum Sacerdotibus, iure naturali, quoad illorum debitam, ac necessariam sustentationem, propter ministerium spirituale ab illis populo Christiano impensum, vt latius in sequentibus patebit.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quo iure decimæ debeantur Sacerdotibus, naturaline, an ecclesiastico, ac positiuo.

SUMMARIVM.

- Decimæ, vel considerari possunt absolute pro necessario alimento Sacerdotum, vel quoad quotam. num. 1.
- Si considerentur primo modo, pro necessario cibo Sacerdotum, illis de iure naturali debentur, & nec tolli, nec minui possunt. num. 2.
- Si considerentur quoad suam quotam, illis de iure tantum ecclesiastico, ac positiuo debentur, & minui possunt; non tamen omnino tolli, nisi aliunde eis de necessario alimento provideatur. num. 3.
- Aliqui iuris canonici Interpretes censent, quotam decimarum esse de iure diuino debitam Sacerdotibus; sed non ita est. num. 4.
- Ius diuinum diuiditur in ius diuinum naturale, & ius diuinum positiuum. num. 5.
- Respondetur argumentis iuris canonici Interpretum, à num. 6. vsque ad 8. 9.
- Propositur obiectio, quod solutio decimarum quoad necessarium alimentum Sacerdotum, non sit de iure naturali, & illi satisfiat. num. 9.
- In India, & Brasilia decimæ integra Regibus Lusitanie soluntur, & ex expensis regis, aliundèque, Sacerdotibus, de necessario alimento provideatur, & quare. num. 10.
- Nulla consuetudo potest facere, vt Ecclesia priuetur iure imponendi decimas, quoties id iudicauerit. num. 11.

*Non est excessus, quod decima pars fructuum hodie Sacerdotibus soluatur pro necessario alimento propter pauperes.* num. 12.  
*Cuius vinitus actum sit, solutio decimarum.* numero 13.

Decimæ, vel possunt considerari absolute, in quantum sunt necessarium alimentum Sacerdotum, ac ministrorum Dei, vel secundum suam quotam, & taxationem; id est, quatenus sunt decima pars fructuum terræ. His positis, 1.  
Sit primum assertum: Sic decimæ sumantur absolute, quatenus sunt necessarium alimentum Sacerdotum, & ministrorum Dei, iure naturali, & diuino illis debentur; & nulla consideratione, aut ratione tolli, aut minui possunt. Est communis doctrina scribentium. Patet ex illo Christi Domini Lucae 10. *Dignus est operatus cibo suo.* & ex illo Pauli 1. ad Corinth. 9. *Qui altari ministrat, de altari edat.* Et ita tenet D. Thomas 2.2. quæst. 87. artic. 1. & quodlibet. D. Thom. 1.1. artic. 8. & Leonardus Lessius tomo 1. libro 2. de Lessius. decimis, cap. 39. dub. 1. & Syluest. verbo, *Decimæ*, numero 9. & 10. & Soarius tomo 1. de relig. libr. 1. de Soar. diuino cultu, cap. 9. numer. 10. Et ratio est: quia ratio naturalis dicitur, necessaria alimenta danda esse à populo iis ministris, qui eidem populo ministrant spiritualia; quis enim vnquam suis stipendiis militauit? Non dicitur tamen, quantum donandum sit; quamobrem id spectatis circumstantiis iudicio prudentum committendum est: dicitur tamen aliquid esse necessarium dandum. Quod verò tolli, aut minui non possint per contrariam consuetudinem, si sumantur pro eodem necessario cibo, & alimento, patet: quia necessarius cibus est de iure naturali, & ea, quæ sunt de iure naturali, firma sunt, & stabilia; & eadem apud omnes, ac proinde tolli, aut minui, ac variari non possunt.

Secundum assertum sit: Si decimæ sumantur secundum

cundum suam quotam, & provt decima pars sunt fructuum terræ; debentur quidem Sacerdotibus, non iure naturali, sed humano, ac positio ecclesiastico, & consuetudine minui possunt, non tamen tolli omnino, nisi aliunde de necessaria sustentatione illis prouideatur. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. libr. 1. de diuino cultu, cap. 9. num. 5. & cap. 12. numer. 5. Guttieres lib. 7. quæst. canon. cap. 20. n. 35. Rebuffus tract. de decimis, quæst. 13; Lessius tom. 1. de iust. libr. 2. de decimis, cap. 39. dab. 1. num. 6. Sylu. verbo, Decima, num. 10. & 11. Probatur: quia quantum in Euangelio præceptum diuinum, ac naturale datur de necessario cibo, ac sustentatione ministris Dei donanda; non tamen inibi taxatur quantum, nec taxari poterat, cum rerum præcia passim pro varietate temporum augeantur, ac minuantur. Ergo ista taxatio decimæ partis fructuum, est de iure tantum positio, & ecclesiastico: quia hæc quota consuetudine tolli potest, vt non soluantur decima, sed vigesima, aut trigesima pars fructuum; non tamen fieri potest, vt omnino tollantur decimæ: quia cum diminutione decimarum manere potest necessaria sustentatio ministrorum Dei; non vero cum totali ablatione, nisi eis aliunde prouideatur. Patet ex cap. In aliquibus. & ex cap. finali, de decimis. & certe in aliquibus orbis partibus iam aliquorum fructuum hæc quota decimæ partis fructuum non soluitur tota: ergo taxatio decimarum non erat de iure naturali, sed tantum positio ecclesiastico, cum ea, quæ sunt de iure naturali, minui omnino non possunt. Præterea probatur etiam: quia nulla ratio naturalis dicitur, necessarium esse ad honestatem bonorum morum dare decimam partem fructuum Sacerdotibus ad illorum sustentationem: quia nec certum, nec euident est, illam quotam esse illis necessariam, aut iustum stipendium; & hoc procedit non solum loquendo in lege naturæ, qualis in pura natura esse potuisset; sed etiam in lege naturali fide illustrata: nam etiam hoc modo, supposito statu sacerdotali, & ministrorum Dei, ad cultum diuinum ordinato; non sequitur ex puro dictamine rationis naturalis obligatio dandi illam quotam pro sustentatione Sacerdotum, sed solum congruam ac conuenientem sustentationem, vt optimè conuincit Soar. cap. 9. num. 5. allegatus.

4. Scio tamen esse multos iuris canonici Interpretes, qui ad cap. Quicumque. 26. quæst. 7. existimant, decimas quoad suam quotam, ac taxationem, esse de iure diuino, ac naturali; illos tamen appellat Syluester verbo Decima, num. 10. malos rerum determinatores: quia discernere nesciunt, quæ sint de iure humano & diuino. Probant illi suam sententiam: primo, quia in sacra pagina & lege veteri, Exodi 20. & Leuitici 27. & Num. 18. præcipitur, vt decima pars fructuum Leuitis ac Sacerdotibus soluantur: ergo de iure diuino illis debentur decimæ, quoad illam quotam: siquidem hoc diuino iure in sacra pagina præceptum atque expressum est. Secundo, quia in iure canonico dicuntur decimæ constitutione diuina Sacerdotibus deberi, & Deum præcepisse, vt decimæ sibi soluerentur, in signum, & recognitionem vniuersalis dominij, & non posse minui, aut tolli, vt constat ex cap. Tua nobis. de decimis. Probant tertio, quia cap. finali 16. quæstione 1. dicitur, decimas esse iuris diuini, & esse Dei debitum: ergo absurdum est, dicere esse iuris humani, & positium, cum debitum de iure naturali debeat, nec oportet dicere, decimas, quoad necessariam sustentationem, esse de iure naturali; quia ibi fit expressa mentio de quota decimarum, provt hodie taxatæ sunt.

5. Sed, vt respondeamus ad hæc argumenta iuris canonici peritorum, notandum in primis est, ius di-

Soar.

Guttieres. Rebuff. Lessius. Syluest.

Soar.

Syluest.

uinum diuidi in ius diuinum naturale, & in ius diuinum positium; ac proinde alia esse præcepta iuris diuini naturalis, alia iuris diuini positium. Præcepta iuris diuini naturalis sunt omnia, quæ continentur in Decalogo: & hæc omnia, quia naturalia sunt, non expirant cum lege vetere, sed adhuc perdurant: sunt enim naturalia eadem apud omnes, & mutari, aut variari non possunt. Iuris autem diuini positium erant omnia præcepta cæronialia, & iudicialia, quæ à Deo posita & facta fuerunt pro illo populo, & pro bono regimine reipublicæ Hebrææ; & idèd cum illa, & lege vetere expirarunt, qualia erant, quòd Summus Sacerdos ita, vel ita indutus esset; & quòd Hebræi hos, non illos cibos ederent; & quòd in iudicio forensi, rebuque diiudicandis talem, vel talem modum seruarent; & quòd ille, qui tale, vel tale crimen, scelusve committeret, hanc, vel illam pœnam lueret; & quòd femina post partum se purificaret tali die; & alia similia. Et hæc quidem præcepta idèd dicuntur diuina: quia à Deo immediate condita, iustisquæ fuerunt; idèd positium, & non naturalia, quia aliis etiam cæroniis Deus coli ac honorari poterat, & alius modus teneri in iudicio illius reipublicæ exercendo; & quia pro diuersis temporibus, poni, tolli ac mutari poterant.

Ad argumentum ergo primum respondeo, præceptum de soluendis decimis Sacerdotibus, ac ministris rerum spiritualium, naturale esse, quoad illorum sustentationem: sunt enim ministri rerum spiritualium, velut milites spiritualis militiæ, dimicantes contra aëreas potestates, & nemo miles suis vnquam stipendiis militauit. Esse verò cæroniale ac positium, quantum ad quoram & taxationem decimæ partis fructuum, & cum iura positium, & cæronialia, cum lege vetere expirauerint, ad nouam transire non poterant; nisi de nouo ab Ecclesia suscitarentur, & approbarentur, propter aliquam firmam, & conuenientem rationem: cum autem iam Ecclesia approbauerit istam decimam partem fructuum, illamque separauerit pro sustentatione Sacerdotum, sequitur, decimas Sacerdotibus deberi iure ecclesiastico & positium, non naturali, & diuino. Ratio verò, ob quam Ecclesia hanc quotam decimarum in integrum approbavit, nihil augendo, aut minuendo, fuit reuerentia æstimationis diuinæ, vt se conformaret iudicio ac præscripto Dei, qui olim eandem quotam Sacerdotibus taxauit, vt infra patebit.

Ad secundum respondeo, dici in iure canonico decimas deberi constitutione diuina quoad taxationem, non quia de iure naturali, & diuino ista pars fructuum Sacerdotibus, & ministris rerum spiritualium debeat: sed, quia earum solutio ortum habuit ex lege diuina & positium Dei, eo modo, quo numero præcedenti explicauimus.

Ad tertium dico in eodem cap. finali 16. q. 1. dici, decimas de iure diuino, & dici etiam debitum Dei: quia quoad necessariam Sacerdotum sustentationem, Deo sunt debitæ; & præterea sunt etiam consecratæ Deo in suis ministris, sicut res sacræ dicuntur diuinæ, quia peculiari modo ad Deum pertinent, & Ecclesiæ seruitio applicatæ sunt.

Sed contra primum assertum numer. 2. positum sic opponi potest: Primitiæ sunt soluendæ Sacerdotibus ex præcepto: quantitas verò primitiarum, aut ex voluntate, aut ex vsu & consuetudine, aut ex pacto inter Parochos, & parochianos soluenda est: ergo, vbi fuerint primitiæ soluendæ in ea quantitate, vt sufficiant ad necessariam, ac congruam sustentationem Sacerdotum, poterit ibi valere consuetudo nihil soluendi de decimis, ac proinde decimæ quoad necessariam sustentationem ministrorum Dei tolli,

6.

7.

8.

9.

tolli, & minui possunt, & consequenter non sunt iuris naturalis: ius enim naturale, nec tolli, nec minui potest. Respondeo annuendo & concedendo totum: neque enim vim facimus in voce, & vocabulo, Decimæ, neque in hoc, quòd congrua, ac necessaria sustentatio deducatur ex aliqua certa parte fructuum; sed in hoc tantum, quòd ministris Dei prouideatur de necessaria sustentatione; hoc est enim illis debitum de iure naturali: quòd autem huiusmodi sustentatio hinc, aut illinc deducatur, v. c. ex primitiis, vel oblationibus, vel ex decimis personalibus, aut prædialibus, non est de iure naturali; & idèd quacunque via illis sufficienter prouideatur de necessario alimento, non est dubium, quin possit consuetudo facere, vt illis nulla pars decimarum soluantur: idèd etiam, vbi fuerit consuetudo soluendi decimas personales in ea quantitate, quæ sufficiat ad sustentationem ministrorum Dei, poterit mos nihil soluendi de decimis prædialibus præualere: quia eadem ratio in omnibus procedit, quòd, scilicet, iam sit prouisum aliunde necessario alimento debito de iure naturali pro stipendio Sacerdotum.

10. Et idèd hodie in aliquibus orbis partibus nihil soluitur Sacerdotibus de decimis, v. c. in Brasilia, India, & in insulis Aforis, & Materiæ, vbi Clerici & Ecclesiastici Parochi habent certam quandam portionem ad congruam & necessariam illorum sustentationem à Rege ex redditibus & expensis regalibus assignatam, & decimæ integræ ipsi Regi tanquam ordinum militarium Magistro soluantur, ex indulto Summorum Pontificum, id Regibus Lusitanis concedentibus ipsi Summis Pontificibus, quia suis expensis eas terras superant: qua de re videndus est Soarius tomo 1. de relig. libr. 1. de diuino cultu, c. 12. num. 7. & 8.

11. Nunquam tamen consuetudo potest facere & introducere, vt Ecclesia priuetur iure & potestate imperandi decimas, etiam quoad quotam, quoties Summus Pontifex ita ad bonum regimen Ecclesiæ expedire iudicauerit: & in hoc sensu verum est dicere, præceptum decimarum non posse tolli omnino, aut minui, quantumvis consuetudine etiam immemorabili id in viridi obseruantia sit. Ita docet Leonardus Lessius tomo 1. de iustitia, libr. 2. de decimis, cap. 39. dub. 1. & Soarius tomo 1. de relig. libr. 1. de diuino cultu, cap. 12. num. 7. & 8.

12. Oppones contra secundum assertum, videri exceedi iustum modum taxandi, in eo, quòd decima pars fructuum datur Sacerdotibus pro congruo ac competententi alimento: est enim multus excessus: nam, quantumvis in lege vetere id factum fuerit: tamen idèd Deus in ea lege id taxauit; quia in distributione terræ promissionis, Sacerdotes, & Leuitæ nulla prædia acceperunt; & quia illi Sacerdotes veteres habebant vxores, liberos, & numerosam familiam, quam sustentare tenebantur: modò verò nostri Sacerdotes carent illis, & onere sustentandi matrimonium: & & denique, quia tunc Leuitæ & Sacerdotes comparatione reliqui populi Israëliti erant ferè decima pars hominum, & cum modò hæc omnia cessent, videtur hic excessus esse notabilis, & iniustus. Respondeo, non esse iniustum, sed iustissimum: Episcopi enim & Sacerdotes in lege noua debent esse patres orphanorum, & pauperum, & ipsi pauperes debent esse illis loco filiorum: vnde non solum debent habere id, quod illis sufficiat ad competentem, ac necessariam sustentationem; sed etiam vnde pauperibus subuenire ac opulari possint, vt optimè animaduertit Caietanus in Summa, verbo, Decima. Præterea, si spectentur omnes ministri Ecclesiæ, & omnes pauperes, quos ipsa Ecclesia tanquam pia mater vult ali ac sustentari de decimis, sunt quidem plus quam decima pars populi Christiani. Quam-

Soar.

Lessius. Soarius.

Caietan.

obtem prudenter Ecclesia Deum imitando decimam partem fructuum Sacerdotibus & pauperibus separauit, vt optimè docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. dub. 2. n. 10.

Inquiri hic vltimò potest, cuiusnam virtutis actus sit solutio decimarum? Resolutiue dico: si decimæ sumantur pro necessario ac competententi alimento Sacerdotum, pertinere sine dubio ad iustitiam commutatiuam, & esse actum illius: de iustitia enim Sacerdotibus necessarium ac competentens alimentum debetur, vt diximus sæpè. Si verò sumantur, vt sunt res quædam, quas Sacerdotibus in recognitionem dominij, quod Deus habet super vniuersos fructus terræ, soluimus, & per quas Deum colimus, illius ministros sustentando, & vt per eas fitemur ac protestamur, Deum esse dominum & auctorem fructuum naturalium; tunc quidem illarum solutio ad virtutem religionis pertinet, vt optimè docet Lessius modò citatus suo n. 10. Et hæc sufficiant: quam obrem longiores disputationes hic hac de re à Theologis insertas libenter omittimus.

Lessius.

13.

Lessius.

CAPVT II.

Ex quibus rebus decimæ personales debeantur, & an deductis expensis.

SVMMARIVM.

- In decimis, vel loqui possumus de iure, vel de consuetudine. num. 1.
- In vnaquaque prouincia, loco, parochia, attendendum est potius ad consuetudinem, quam ad ius. num. 2.
- Personales de negotijs etiam lucrosijs soluantur. n. 16.
- In multis locis sole prædiales in vsu sunt. ibid.
- In lege vetere sola prædiales, & mixta in vsu erant, & quare: in noua, & prædiales, & personales. numero 3. & 4.
- An in rigore iuris decima debeatur de modis mobilibus liberè donatis, testamento, an legato relictis. num. 5.
- Quid de bonis, in quibus hæreditaria successione succedimus. ibid.
- Prima sententia affirmat deberi. num. 6.
- In ea excipiuntur filij succedentes patri in hæreditate paterna. ibid.
- Extenditur hæc exceptio ad omnes hæredes ab intestato succedentes. ibid.
- De bonis immobilibus donatis, testamento, aut legato relictis nulla decima soluitur. num. 7.
- Proponitur secunda sententia negans deberi ex vi iuris communis decimam de bonis mobilibus, nobis donatis, aut testamento legato. num. 8.
- Quæ ex his opinionibus, attento rigore iuris, sit probabilior. num. 9.
- An Lectores, Iudices, milites, Aduocati, Duces, & mercenarij decimas de iure debeant ex suis stipendijs: & an debeantur ex ludo acquisitis. num. 10.
- An ex vi iuris debeantur de elemosynis nobis datis. An de iis terris, quas Reges in bello iusto acquirunt: & quid de prædis in bello iusto comparatis. num. 11. & 12.
- Milites ex stipendio in bello iniusto emerito decimam debent; non tamen ex prædis in illo raptis. num. 17. sine.
- An debeantur ex bonis immobilibus illicitè acquisitis. num. 13.
- Quid, si contra iustitiam acquirantur cum onere restitutionis; aut contra legem aliquam impediendam translationem dominij in acquirentem. num. 14. Quid,

Quid, si sint illicitè seu turpiter acquisita, non tamen contra iustitiam, aut legem impeditivam dominij. num. 17. An decima personales debeantur integra de lucris, non deductis expensis. num. 18.

1. Vo hic sunt animadvertenda. Primò, hic vel posse nos loqui de iure, vel de consuetudine. Secundò, in iure triplicem inveniri sortem decimarum. Quædam enim dicuntur decimæ prædiales, vt ex prædijs, campisve, ex ædium locatione, & fructibus arborum, & similibus. Aliæ sunt decimæ personales, vt ex negotiatione, ex operis, ex artificij, labore manuum, &c. Aliæ sunt mixtæ, vt ex fructibus animantium, ex lana, butyro, lacte, quæ idè dicuntur mixtæ, quia horum fructus partim ex prædijs naturaliter proueniunt, partim ex hominum industria.

2. In vnaquaque ergo prouincia, loco, & regione, standum est in solutione decimarum, consuetudini loci, & regionis; loquendo autem de iure communi, debentur decimæ ex omnibus bonis & rebus, quæ nobis diuino munere proueniunt, vt de omnibus, v. g. fructibus terrarum, arborum, hortorum, animalium, piscationum, venationum, pensionum, molendinorum, etiam ad ventum, ædium locatione, lapidinarum, argillarum, metallorum. Item debentur iure communi de negotiis lucrosis, mercaturis, stipendijs militum, neque opificum artificij: & quanuis eodem anno diuersa semina terræ amendantur, de omnibus fructibus dari debent. Est communis doctrina. Ita Syluester verbo, Decima, numero 12. q. 6. Soarius tom. 1. de relig. libr. 1. de diuino cultu, c. 3. n. 3. Lessius tom. 1. de iust. l. 2. de decimis, c. 39. & constat expressè ex cap. Non est. de decimis. & ex c. Pastoralis. eodem tit. & ex c. Extransmissa. ibidem, & patebit infra ex cap. 4.

Sylu. Soar. Lessius.

4. Olim in lege veteri solæ decimæ prædiales soluebantur, hodie vtræque.

Dixi, standum esse consuetudini in solutione decimarum cuiuscunque prouinciæ, & loci, imò & parochiæ: quia in multis locis solæ decimæ prædiales, & quæ mixtæ sunt, soluantur; reliquæ verò personales non soluantur, & eas propter consuetudinem ex tacita quadam remissione condonauit Ecclesiæ: quamobrem in decimarum solutione spectanda potius est consuetudo, quam ius positium. Et certè in Archiepiscopatu Bracharensi audiui deberi solum decimas ex vino, quod in torculari, dolisve calcatur; non verò ex vino, quod domi in vase manu premitur, modò id non fiat in fraudem.

Nec obstat, quòd in lege veteri solum soluerentur decimæ de frugibus terræ, de pomis arborum, & de animantibus, quæ transibant sub virga pastorum, vt habetur in Leuitico vltimo, & nullæ personales decimæ soluebantur, vt inde inferamus etiam in lege nouæ gratiæ prædiales solum de iure deberi, & non de negotiis lucrosis, & de artificij opificum, ac militum, seuuorumque stipendijs: est enim diuersa omnino ratio: nam idèd in lege veteri solum prædiales & mixtæ soluebantur, non verò personales; quia omnes homines habebant suos agros & prædia, ac terras, quas in diuisione terræ promissionis acceperunt; & idèd non erat necesse ab iisdem decimas exigere personales: in lege autem nouæ gratiæ idèd personales exiguntur, quia non solum mixtæ familiaræ, sed etiam mixtæ vrbes, & Respublicæ, vt Respublica Veneta, & Genuensis, agris carent, & prædijs: ac proinde postulabat ratio, vt etiam personales ab iisdem imperarentur, vt etiam ad sustentationem Sacerdotum, ac ministrorum rerum spiritalium, quibus tanquam fideles illis egentes participant, contribuerent: alioquin enim, vbi nulla sunt prædia, aut perexigua, ministri Dei sustentari non possent. Deinde imperantur modò decimæ persona-

les, licet olim in lege veteri non imperarentur: quia singuli homines longè plura beneficia modò à Sacerdotibus accipiunt, quam olim accipiebant Hebræi abs suis Sacerdotibus: & idèd nihil mirum, vt optimè notauit Lessius tomo 1. de iustitia, libr. 2. de decimis, cap. 39. dub. 3. n. 13: si modò præter prædiales personales etiam exigantur.

Dubium tamen speciale est, an de iis bonis, quæ per liberam donationem aliorum acquiruntur, aut legatis & testamentis relinquuntur, vel hæreditaria successione nobis obueniunt, decimæ debeantur de iure communi, seclufa consuetudine loci, ac regionis. Et hac de re duplex est opinio. Prima docet deberi. Eam tenet Syluester verbo, Decima, a num. 10. cum Hostiensis & alijs. Fundamentum accipiunt huiusmodi Doctores ex vniuersali locutione iuris communis, de omni lucro. nam omnia ista obtinentur titulo lucratiuo, & ex vi iuris communis: de omni vero lucro ab homine acquisito debentur decimæ, vt pater ex c. Decima. 16. quæst. 1. ibi: De militia, de negotiatione, de artificio redde decimam. & antè præmissum erat: Si tardius dare peccatum est, quanto peius non dedisse? In quo ostendit D. August. ex quo hoc caput deductum est, esse præceptum: & pater hoc expressè ex cap. Extransmissa. de decimis, ibi: De omnibus, quæ licitè potest homo acquirere, decimas erogare tenetur. ea autem, quæ per donationem, legatum, testamentum, & successionem acquiruntur, licitè acquiruntur; & de iis, quæ licitè, id est, absque obligatione restitutionis, acquiruntur, nobis sentio esse: nam de alijs, quæ illicitè acquiruntur, itatim dicemus in n. 13. & 14. & 17. Pater etiam ex c. Non est. eodem titulo, de decimis, ibi: De omnibus bonis: de negotiatione, de ipsa etiam militia & venatione. Et ratio esse potest: quia non est maior ratio de vno lucro, quam de alio, cum de omnibus tanquam Auctor omnium honorandus sit Deus. Et hoc ipsum videntur significare, qui dicunt, ex omni lucro castrèsi, quasi castrèsi, aduentitio, & profectio deberi de iure decimam, vt Rebuffus tractatu de decimis, q. 8. n. 2. & Andreas Hispanus q. 12. & hac opinio in rigore iuris est probabilis.

Lessius.

Syluest. Hostiensis.

D. August.

Rebuff. Ana. Hist.

Paritur tamen vnam, vel alteram exceptionem ac limitationem. Prima est de filio succedente patri in hæreditate: quia tunc non censetur filius aliquid lucrari; sed censetur incipere possidere, quod suum iam erat de iure & successione sanguinis. Ita Glossa in cap. Pastoralis. de decimis, verbo, Quasi Glossa de lucro. Alij hanc exceptionem meritò extendunt ad omnes hæredes ab intestato succedentes: quia etiam sunt necessarii hæredes, & idèd non tam titulo lucratiuo acquirunt, quam suum sibi iure debitum incipiunt possidere. Ita Glossa in cap. Decima. 16. quæst. 1.

Secunda exceptio est, vt de solis mobilibus bonis, donatione, testamento, legato, aut successione acquisitis decima debeat, non de immobilibus. Ita Glossa in prædicto cap. Pastoralis. quam ibi in hoc multi sequuntur. Et ita Rebuffus in tract. de decimis, q. 8. num. vltimo, & Soar. tomo 1. de relig. l. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 7. Et ratio est: quia res immobiles non veniunt frugum, aut fructuum nomine: solum autem de bonis, quæ titulo lucratiuo, hoc est, de fructibus, acquiruntur, decima debetur; & quia, si ex rebus immobilibus decima deberetur, breui quidem omnia bona immobilia ad Ecclesiam pertinerent.

Secunda opinio docet, non deberi ex vi iuris communis decimam de bonis mobilibus, quæ per liberam donationem, aut inter viuos, aut causa mortis acquiruntur; nec etiam de bonis, quæ testamento, aut legato, aut hæreditaria successione comparantur. Eam tenet Valentia in Summa tomo 3. disput. 6. quæst. 5.

8.

Valent. quæst. 5.

Alberio. Syluest. Innocent. Panorm.

quæstione 5. parte 3. & Albericus, vt refert Syluester numero 5. allegatus: in eam inclinat. Innocentius in cap. Non est. de decimis. & Panormitanus in cap. Pastoralis. eodem titulo. vbi tamen ait, non esse hac de re facile præcipiendam sententiam, & idèd standum esse consuetudini: & dicit satis esse probabilem Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 6. Fundamenta istius opinionis hæc sunt. Primò, quia ex nullo iure hoc expressè colligitur, & non sunt augenda onera sine iure cogente: nam ex iure solum habemus, soluendas esse decimas de frugibus ac fructibus terræ, vel ex emolumentis rerum immobilium, v. c. ædium locationibus, & ex fructibus ac fructibus animalium, quæ spectant ad prædiales, ac permixtas: item, ex lucris acquisitis nostris manibus, operibus, & industria, ac negotiatione, quod spectat ad personales. Illa autem bona mobilia, quæ nobis donatione donantur, testamento, legato, aut hæreditaria successione comparantur: nec ad prius membrum pertinent, vt pater, cum non sint fructus terræ, aut animalium fruges: nec ad secundum, quia non ex actione nostra nobis proueniunt; sed ex actione alterius nobis recipiuntur, vt pater. Secundò, quia, sicut decimæ prædiales debentur ex fructibus prædiorum; ita personales ex fructibus personarum: qui planè fructus sunt actiones personæ, & labores, ac lucra illius: illa verò, quæ nobis dono dantur, testamentis, legatis, ac hæreditarijs successione comparantur, neutro modo sunt fructus, ac proinde non sunt materia decimarum: nam, si aliquo modo ea obligatio ex iure communi colligeretur, esset quidem maximè ex generalibus locutionibus canonum, vt dicebat prima sententia num. 5. posita. Inde autem non colligitur: nam in primis cap. Non est. de decimis. ibi allegatum in illis verbis, de omnibus bonis, non potest intelligi tam latè, vt aliquam declarationem non admittat, quia etiam elemosynæ sunt bona; & tamen de iis, quæ titulo elemosynæ nobis donantur, decimæ non debentur, vt statim dicitur num. 11. Et præterea res immobiles, quæ nobis testamento relinquuntur, vt prædia, campi, vineæ, ædes, v. c. verè sunt bona; & tamen de illis decimæ non debentur, vt notat Soarius dicto tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 7. & docet prima sententia in secunda exceptione, num. 7. posita, & est communis sententia Doctorum. Quamobrem, cum hæc ita sint videtur illa generalis locutio exponenda iuxta subiectam materiam, & contextum, videlicet, de omnibus proueniens, vt loquitur cap. Tua nobis. de decimis legata autem, seu donata non sunt prouentus, quia non sunt redditus, nec fruges; & idèd diximus num. 2. deberi decimas iure communi de omnibus bonis ac rebus, quæ nobis diuino munere proueniunt, vt solum redditus & prouentus, siue personales, siue prædiales essent, comprehenderemus. Tertio, quia etiam ea, quæ nobis per successionem hæreditariam acquiruntur, verè bona sunt; & tamen de illis non debentur decimæ, siue res sint immobiles, siue mobiles; & quia non acquiruntur per actionem propriam personalem, vt notat Soarius citatus num. 8. & quia non propriè acquiruntur, sed incipiunt possidere id, quod suum erat, ij, qui hæc hæreditate acquirunt.

9.

Ex his duabus opinionibus vtræque mihi videtur satis probabilis, attento iure communi: prima tamen in rigore iuris videtur probabilior: quamobrem attendenda est semper consuetudo, vel communis, vel loci, vel vrbes, & regionis; quia ex consuetudine ferè sunt iam istiusmodi decimæ sublata: potest enim ipsa consuetudo minere huiusmodi ius: & ita admittit ea consuetudine ius iam vim non habet, vt pater.

P. Steph. Fagundez. in quinque præc. Eccl.

Dubium etiam esse potest de iis bonis, quæ acquiruntur ex iustis laboribus, & salarijs, atque stipendijs, & ex iis, quæ ludo comparantur, an de iis debeat decima pars eorum, loquendo de rigore iuris communis, veluti Aduocati ex suis stipendijs, & Lectores cathedræ ex suis, Iudices etiam ex suis, & serui ex suis. Et certum est, de iure deberi, propter generalem locutionem iuris; & quia hæc bona comparantur actione nostra personali, & titulo propriè lucratiuo nobis adueniunt, vt consideranti patebit. Ita docet Soarius tomo 1. de religione lib. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 3. & 4. & n. 8. & expressè cap. 3. n. 1. & 3. & 5. vbi loquitur expressè de iis rebus, quæ ludo comparantur. Et Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 8. à num. 18. & pater ex cap. Decima. 16. quæst. 1. & ex cap. Extransmissa. de decimis, & ex cap. Non est. eodem titulo. Et ratio est: quia milites de stipendio militiæ debent de iure decimas, vt expressè habetur præcitate cap. Decima. ergo & Aduocati, & Lectores cathedrales ex suis stipendijs decimas etiam debebunt, cum hi in iure militibus comparantur. 1. Aduocati. C. de aduocatis diuersorum Iudic. in priori titulo. & non sit maior ratio, cur hæc potius bona, quam illa excipiamus; cum tamen omnia titulo, propriè, & verè lucratiuo, & actione nostra personali comparantur, & vbi ius non excipit, nec distinguit, nec nos excipere, aut distinguere debemus, sine alio iure, vel ratione cogente. Dixi, de iure communi: quia ex consuetudine ferè sunt iam istæ decimæ sublata: quamobrem standum est vbi que consuetudini.

10.

Soarius.

Rebuff.

11.

Soarius.

12.

De iis, quæ nobis titulo elemosynæ conferuntur, certum est, decimam non deberi ex vi iuris communis. Ita docet Soarius tomo 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 9. quia nullus vnquam Doctor id dixit, nec in iure inuenitur verbum, in quo id fundamentum habere possit, cum hæc elemosynæ non acquirantur à nobis actione nostra personali; sed potius in nobis, & à nobis recipiantur: nec erat decens, aut conueniens, pauperibus emendicantibus, aut ex elemosynis viuentibus, tale ac tam seuerum onus imponere: vnde, licet canones interdum dicant, Religiosos debere decimas ex laboribus, vel fructibus; tamen nullibi in iure dicitur, eos debere decimas ex elemosynis sibi relictis.

De iis terris, quas etiam Reges bello iusto acquirunt, decimæ non debentur, neque hæc bona immobilia in generali illa locutione canonum intelliguntur; & quia non sunt fruges ac fructus terræ, aut arborum, sed ipsæ terræ, quarum fructus, & fruges oneri decimarum subiiciuntur; & quia non intelliguntur hæc sub titulo merè lucratiuo, vt pater. Ita docent communiter Doctores. Debent tamen Reges, milites, & duces decimas de iis prædis mobilibus, quas in iusto bello accipiunt, quia ius expressè dicit, milites debere decimam ex stipendio, vt pater ex cap. Decima. 16. quæst. 1. ibi, de militia, de negotio, de artificio redde decimam. Militia autem tam comprehendit lucrum stipendij acquisitum propria actione personali, quam lucrum iustæ prædiæ, vt docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 3. n. 1. & Cardinalis, & Panormitanus ad cap. Non est, de decimis, vnde Abraham de omnibus prædis, ac spolijs victoriæ, quæ ex hostibus reportauit Genesis 14. & ad Hebræos 7. decimas obtulit Melchisedecho Sacerdoti Dei, quo exemplo maximè roboratur ac stabilitur mos soluendi decimas personales, ex prædis in iusto bello captis, vt notauit Concilium Moguntinum in cap. Decimas. 16. quæst. 7. & in eodem Concilio quæritur, an ex rebus etiam immobilibus in bello captis decimæ debeantur: & responderunt, non

S S s non



Soar.

non deberi; quia ex rebus immobilibus non debentur decimae, vt docet etiam Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 32. num. 6. & potest ad hoc confirmandum adduci cap. Pastoralis. de decimis, quatenus ibi significatur, ex domo aedificata non deberi de iure decimam, donec vendatur, vel lucrum ex locatione & conductione illius accrescat.

13.

An verò decima debeatur ex illicitè acquisitis, est dubium non vulgare. Et in primis animaduertendum est, duobus modis posse aliquid illicitè acquiri, ac comparari. Primum, cum læsione iustitiæ commutatiuæ, vt per furtum, per vsuram, per venditionem vltra iustum pretium, & per omnem actionem, in qua non comparatur dominium lucri acquisiti, etiam si non videatur esse contra iustitiam, vt sunt acquisita per simoniam, vel per quancunque largitionem, ac donationem ita lege prohibitam, vt dominij translatio per legem impediatur; licet illa translatio non sit contra iustitiam commutatiuam, sed contra obedientiam, vel iustitiam legalem. Secundò potest aliquid illicitè acquiri sine læsione iustitiæ commutatiuæ, & absque obligatione restitutionis, acquirendo, scilicet, verum dominium rei; per vitiosam tamen ac turpem, illicitam & peccaminosam actionem contra castitatem, temperantiam, vel aliam similem virtutem.

14.

Ex rebus primo modo illicitè acquisitis, id est, iniuste, & cum obligatione restitutionis, v. c. ex acquisitis vsuris, latrocinis, rapinis, & ex spoliis iniustis & iniquis, & ex illis, ex quibus lucrans dominium non acquirit, etiam si non videatur esse contra iustitiam commutatiuam; vt sunt acquisita per quancunque donationem ita lege prohibitam, vt dominij translatio per legem impediatur, non debetur decima, nec Ecclesia illam accipere potest licitè. Ita docet Syluest. verbo, Decima, num. 12. dicto 3. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. dub. 3. num. 13. sine Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 32. num. 7. & D. Thomas statim citandus: & hoc significat regula illa generalis, quam tradunt Doctores, solum ex verè, & iuste acquisitis deberi decimam: nam quorum dominium non acquiritur, verè non acquiritur; quia lege prohibetur & impeditur. Et in hoc sensu optime notat Soarius allegatus, accipiendum est illud verbum ac vocabulum, licitè, appositum in cap. Ex transmissa, vt ibi Glossa explicat, & D. Thom. 2. 2. quæst. 83. artic. 2. ad 1. & cum eo omnes Theologi ac Summistæ. Fundamentalibus autem ratio est clarissima: nam, si lucrans verè non acquirit dominium rei, non potest de illa disponere, aut illam alienare, ac proinde non poterit eam, aut partem eius Ecclesie pro decima dare, cum dominium illius verè non acquirat, nec verè sit dominus ipsius rei, cum per legem impediatur. Iam verò si ita iniuste acquirit, vt restituere illam teneatur, reuera illam non lucratur: quia quæ restituere tenemur, non computantur in bonis nostris. l. Si fraus. §. vltimo ff. Pro socio. & l. Non possunt. ff. de iure fisci.

Syluest. Lessius. Soar. D. Thom.

Glossa. D. Thom.

15.

Oppones contra, in hunc modum: Ille, qui accipit pretium, vt alium occidat, iustitiam commutatiuam lædit; nihilominus ex eo pretio tenetur decimam soluere, quia verè inde ditior factus est. Mulier etiam coniugata, quæ mercedem accipit ex adulterio, contra eandem iustitiam peccat; & nihilominus tenetur ex eadem mercede de iure, ad decimam. Similiter, qui seminat in alieno agro contra voluntatem domini, & fructus colligit, tenetur ex fructibus decimas soluere: & tamen contra iustitiam peccatum admittit: ergo, &c. Denique, qui triticum furto ablatum seminat, contra iusti-

tiam peccat; & tamen ex fructibus ad decimas tenetur, vt docet Glossa, Innocentius, alij ad prædictum cap. Ex transmissa. & idem Glossa in cap. Decima. 16. quæst. 1. verbo, Negotiatio, docet, a fure, atque raptore bene postulari decimas, propter possessionem: quia decimam quemlibet possessorem sequuntur: alioquin enim esset prædo melioris conditionis, quam bonæ fidei possessor.

Innocent.

16.

Ad prima duo obiecta respondeo acceptionem mercedis pro occisione, & adulterio non continere in se formalem iniustitiam respectu dantis mercedem; sed casualiter respectu eius, qui occiditur, & respectu mariti ipsius adulteræ: nos autem, quando dicimus ex lucratiōe iniusta non deberi decimam; intelligimus de lucratiōe, quæ in se continet formaliter iniustitiam, respectu eius, à quo res lucrata subtrahitur, & iniuste accipitur: quare huiusmodi duæ obiectiones non procedunt. Et ita respondet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 32. num. 8. nam in his duobus casibus comparat reuera peccator, v. c. adultera, & occisor, dominium sui stipendij, & non tenetur illud restituere danti, si opus præstitit æquiualens, vt est quidam corporalis labor, pretio stipendij, licet ad iniustum opus applicatus sit. Ad alias duas obiectiones respondeo, illas decimas non pertinere ad personales decimas, sed ad prædiales; & sic debentur, quatenus sunt fructus terræ, & non quatenus proueniunt ex actione iniusta vt sic, nec ex re male parta, sed ex re producta à Deo ex ipsa terra, quæ cum illo onere nascitur: vnde debitum tale reale est, non personale: nec in hoc fit iniuria domino agri, si erat alienus, quia ipsemet tenebatur decimas ex fructu soluere.

Soarium.

17.

Ex tribus secundo modo illicitis, quæ, v. c. restitutioni non sunt obnoxie, sed cum peccato alio præter iniustitiam comparantur, lucranturque, vt ex meretricatu, ex histrionatu, ex occisione, & ex aliis turpiter acquisitis, per se quidem, & de iure decimæ debentur: Ecclesia tamen non debet illas accipere, ne videatur tacitè approbare peccata publica: & idem hodie non sunt in vsu, & consuetudine tales decimæ, si tamen alicubi in vsu sunt, & peccatum sit occultum, potest recipi decima lucri, & peccator tenetur illam dare, & Prælati potest accipere, etiam si delictum nouerit, quia nulla lege accipere prohibetur, & aliunde cessat scandalum, cum peccatum occultum sit; & publicè non exerceatur. Ita docet D. Thomas 2. 2. quæst. 83. artic. 2. Syluester verbo, Decima, n. 12. sine. & idem D. Thomas citatus quæst. 87. Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 32. num. 9. & 10. Et ratio est: quia, licet hæc sint turpiter acquisita; tamen sunt verè & firmiter acquisita ac lucrata actione personali cum vera comparatione dominij, & sine obligatione restituendi, ac proinde comprehenduntur sub regula generali decimarum personalium, & quia non debet esse melioris conditionis, vt liberetur ab onere decimarum turpis lucrator, quam bonus ac honestus: alioquin enim consequetur integram lucrum sine obligatione solutionis decimarum solum propter suam turpitudinem. Vnde, ne videatur commodum de sua malitia reportare, vt dicitur in cap. Intelleximus. de iudiciis, iustum est, vt ad eas teneatur. Et optimum exemplum est in milite, qui stipendium facit in bello iniusto: is enim ex huiusmodi stipendio decimam tenetur soluere; quia, licet sit lucrum turpiter, & cum peccato acquisitum; tamen non est iniustum respectu dantis, nec tenetur illud restituere: ex præda autem in bello iniusto capta, non debet miles decimam, quia est lucrum iniustum respectu accipientis, & eius, à quo subtrahitur; & idem accipientis non acquirit

D. Thom. Syluest. Soar.

18.

acquirit dominium illius, sed totam & integram tenetur restituere, vt optime animaduertit Soarius allegatus.

Sed dubium est non vulgare, an decimæ personales integre soluendæ sint de negotiis lucrosis, non deductis expensis factis in mercibus emendis, quærendis, vehendis, vendendis, & in faciendo rem meliorem, & etiam quæ datæ sunt mediatoribus, pro xeneris, & similibus. Et ratio dubitandi est; quia decima prædiales & mixtæ soluendæ sunt integre, non deductis expensis in fructibus & frugibus seminandis, & colligendis, vt infra videbimus in cap. 4. num. 6. & est communis Doctorum sententia: ergo & idem erit in personalibus; cum par sit vtrouique ratio. Patet consequentia in cap. Non est, de decimis, vbi prius dicitur, soluendas esse decimas de vino, agro, fructibus terræ, nihil ex illis deducendo, & postea additur de negociatione, militia, venatione, & subiungitur statim, Præcipimus, quatenus antequam deducatis vllas de bonis prædictis expensas, decimas cum integritate soluaris. Ex quibus verbis videtur hoc præceptum etiam ad decimas personales extendi. Nihilominus dicendum est, deducendas esse expensas prænumeratas, & de residuo re reliquo quasi de lucro acquisito decimas personales persoluendas esse: & hæc est communis Doctorum sententia: eam docet Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 33. num. 2. Rebuffus in tractatu de decimis, verbo, Personales. & Glossa in cap. Non est, & in cap. Pastoralis. eodem titulo, De decimis, & ibi Innocentius, Hostiensis, Antoninus, Panormitanus, & alij, & patet expressè ex cap. Pastoralis, de decimis, quatenus ibi dicitur, in negociatione concessum esse, vt possint expensæ deduci priusquam decimæ soluantur ex lucro: & ibidem etiam dicitur de rebus, quæ pecuniis emuntur, deducendas esse expensas, cum ipsæ venduntur, & de residuo quasi de lucro decimas persoluendas esse. Et ratio est: quia personales decimæ, præcipiantur solum tantum de lucro acquisito: at in negociatione solum lucrum est id, quod superest, deductis expensis; vt constat ex ipsomet nomine lucri & eodem modo probari etiam hoc potest ex cap. Ex transmissa. eodem titulo, De decimis. vbi decimæ dicuntur soluendæ ex omnibus licitè acquisitis: at in negociatione non dicitur homo acquirere, nisi illa, quæ illi supersunt deductis expensis; & hæc quidem rationes, vt optime notat Soarius citatus dicto num. 2. sine, cum præpotione procedunt eodem modo in omnibus personalibus decimis, vt in venationibus, piscationibus, artificijs, & operibus, manuum artificum: omnes enim debentur solum ex acquisito lucro, ac proinde in omnibus sunt deducendæ expensæ. Tandem; quia, nisi expensæ deducantur, essent in huiusmodi decimis, intolerabilis esset exactio, & onus illarum: quia in fructibus terræ, & decimis prædialibus regulariter ex vno solent nasci decem, vel aliquid simile, ex negociatione, piscatione, venatione, & alijs artificijs hominum vix ex decem vnum accrescit: quod leges humanæ etiam debent considerare; nam, alioquin ditarentur Clerici cum graui iactura secularium; & non tam Pastores, quam duri exactores erunt. Et vltima ratio esse potest: quia pecunia, qua huiusmodi merces emuntur, iam fuit decimata: ergo, nisi deducantur expensæ, bis de eadem pecunia solueretur decima: pecunie enim, qua emuntur merces, nomine expensæ veniunt, vt patet: ac proinde nisi deducantur, bis ex iisdem pecuniis decimæ soluentur: quæ ratio est Glossæ singularis in dicto cap. Pastoralis, de decimis, & eam approbant Hostiensis, & Panormitanus, ibidem.

Soar. Rebuff. Gloss. Innocent. Hostien. Anton. Panorm.

19.

Nec obstat, quod semen tertæ commissum iam P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

fit etiam decimatum, antequam terra atretur, & tamen postea, cum decima ex fructibus collectis soluitur, non deducatur: quia decimæ in prædialibus debentur ex nouis fructibus collectis, non deductis expensis, quos terra producit: præduxit autem terra illos corrupto prius priori semine, & in fructum conuerso, vt patet, ac proinde est diuersa ratio vtrouique. Et sic patet solutio ad rationem num. 18. initio positam pro prima parte dubitationis. Ad cap. Non est, respondeo primò, illud ius esse antiquius, ac reuocatum fuisse in c. Pastoralis, de decimis, est enim cap. Non est, ex Cælestino III. & cap. Pastoralis, est ex Innocentio III, fuit autem Innocentius vultus posterior Cælestino, vt refert Platina in Vitis vitruifque. Deinde, quævis illa verba prædicti cap. Non est, antequam deducatis vllas de bonis prædictis expensas, extendantur ea de re indifferenter super omnes decimas prius numeratas, prædiales, scilicet, & personales; nihilominus ex necessitate materiæ restringenda sunt ad decimas prædiales, ne sequatur absurdum contra aliam legem, & ius declaratum in prædicto cap. Pastoralis, de decimis.

In piscatione ergo deducendæ sunt expensæ, & pecuniæ factæ in emendis & reficiendis rotibus & cymbis ad piscationem destinatis, & in cõemendis hamis & escis ad eandem piscationem; non tamen, meo iudicio, deducendæ sunt expensæ cibi & potus, cum hæc necessariò essent faciendæ, etiam si piscatio non fieret. Et verò in mercenariis & militibus, alijque stipendiariis, qui vix solent ex suis stipendijs, ac salarijs viuere, dubitat & merito Soarius tomo 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, c. 33. n. 6. an deducendæ, extrahendæque sint in rigore iuris expensæ victus, vestitus, & aliorum necessariorum ad suum ministerium respectiue: quia tunc videtur nimia hæc restrictio: sic enim ferè nulli obligarentur ad eas decimas soluendas; nisi negotiatores, & alij artifices, qui copiosa luca acquirunt. Et idem distinguit Soarius inter sumptus, atque expensas, quæ sunt in aliena persona, & familia, & quæ non nascuntur ex ipso ministerio, militia, opificio, vel arte, sed per se, & absolute ita necessarij sunt, vt sine exercitio talis artis, vel lucratiuæ actionis excusari non possint; & inter eas, quæ præcisè propter tale ministerium fiunt, & sine quibus tale ministerium commodè exerceri non potest, quia sunt necessariae ad illius conseruationem & exercitium: & ait, solum eas expensas deducendas esse, quæ sunt necessariae ad illud ministerium exercendum, & lucrum faciendum; non verò illas, quæ absolute sunt necessariae, secluso respectu ad tale lucrum, vel officium, aut opificium: quia illa reuera non sunt expensæ, quæ propter lucrum faciendum fiunt. Et potest hæc distinctio corroborari ac sumi ex Glossa in l. Fructus, verbo, Expensa, ff. soluto matrimonio. & hæc distinctio Soarij videtur apta & conueniens, vt consideranti patebit: quam obrem illam approbo. An autem etiam in decimis prædialibus, & mixtis, & in iis, quæ soluendæ sunt ex ædium elocatione, impensæ deducendæ sint, dicemus infra.

Soar.

Glossa.

CAPVT. III.

In quo loco, & cui parochia decimæ personales soluendæ sunt: & quid, si contingat, quem habere domicilium in diuersis parochiis.

SVMARIVM.

Cui parochia decimæ personales debeantur, num. 1. An illi parochia de iure soluenda sint, in qua de iure non est. SSS A. Misson.

*Missam audire, & Sacramenta suscipere tenentur.* num. 2.  
*Quid, si quis per magnam totius anni partem alibi negotietur, opereturve.* ibid.  
*Domicilium quis habet, ubi larem, seu familiam constitutam habet, vel ubi constituit perpetuo habitare, quid, si statim animum ibi habitandi mutet, non tamen larem.* num. 3.  
*Ille etiam censetur habere quasi domicilium, qui alicubi larem figit, animo habitandi per maiorem partem anni, vel usque ad tempus percipiendorum Sacramentorum Eucharistiae, & confessionis; & tunc decimas personales ipsi Ecclesia tenetur solvere.* n. 4.  
*Quid, si quis habeat duo domicilia in diversis parochiis.* num. 5.  
*Quid, si una pars eiusdem domicilij sit in una parochia, & alia in alia.* num. 6.  
*Quid, si dubitetur, de qua parochia sit domicilium existens in confinio duarum.* num. 7.  
*Decima personales ferè sunt ubique usi sublata.* n. 8.  
*Loco illarum in Lusitania soluntur cognitiones, conhecças: est autem cognitio certa pecunie summa, qua eo tempore, quo quis ex obligatione Sacramenta Eucharistiae, & confessionis suscipit, soluitur.* num. 9.  
*Et haec varia est pro varietate diocesum.* ibid.  
*In quo distinguantur decima personales à prædialibus.* num. 10.  
*An personales sint de iure naturali.* ibid.  
*Quid consuetudo in illis possit efficere ac mutare.* ibid. vers. Potest tamen.

1. **P**ersonales decimæ, ex vi iuris communis, debentur propriæ parochiæ, in qua quis tenetur Missam audire, & Sacramenta suscipere. Ita docent communiter Doctores. D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. Syluester verbo, *Decima*, n. 14. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 1. Abulensis in cap. 23. Matth. quæst. 196. & omnes iuris canonici Interpretes in cap. *Ad Apostolica*. de decimis, & in cap. *Significasti*. de parochiis, & in cap. *Quæsiisti* cap. *Statuimus*. & cap. *Sacris*. 16. quæst. 1. de decimis. Et ratio est primò, quia decimæ personales dantur in alimentum eorum ministrorum Dei, qui nobis Sacramenta ministrant: ergo illi Ecclesiæ tenentur eas soluere, cuius ministri, ex officio, & tanquam proprij Parochi, tenentur nobis Sacramenta ministrare. Secundò, quia decimæ personales non sunt onus reale impositum agris; sed onus personale impositum personis: Ergo illi Ecclesiæ debentur, in qua personæ ipsæ, tanquam in propria parochia tenentur de iure Missam audire, & Sacramenta suscipere: & hæc ratio etiam à fortiori probat, quòd eisdem Rectori & Parocho debeantur decimæ, qui parochiano suo tenetur inferuire ministrando Sacramenta.

2. Ille, qui mutat domicilium in aliam parochiam, licet habeat terras, prædia, & proprietates suas in alia, tenetur de iure soluere decimas personales illi Ecclesiæ & parochiæ, quòd mutat domicilium: quia ibi de iure Sacramenta suscipere, & Missam audire tenetur: at verò, si non mutet domicilium, licet extra suam propriam parochiam, etiam per magnam anni partem, laboret, lucretur, aut negotietur; semper de iure soluere tenetur decimas personales illi parochiæ, in qua domicilium habet: quia ibi de iure Missam audire, & Sacramenta suscipere tenetur, licet ex accidenti, ratione absentiae, de facto alibi recipere contingat: id enim per accidens est. Ita docet Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. n. 2. Nauar. consil. 2. de decimis, n. 3. colligitur ex præcitato c. *Ad Apostolica*. de decimis, & optimè confirmatur ex cap. 3. de sepulturis, n. 6.

D. Thom. Syluest. Soar. Abul.

Soar.

Domicilium autem quis habet, ubi larem, id est familiam habet. Ita Syluester verbo, *Domicilium*, & habetur expressè l. *Cines. C. de incolis*, lib. 10. Sola autem domus non constituit domicilium. l. *Liberius. §. sola. ff. ad municipalem*. Sed domicilium magis ibi erit, ubi quis rerum suarum summam & familiam suam constituit, unde discessurus non sit, & unde, cum profectus fuerit, peregrinari videtur, ut præter Syluestrum optimè notauit Innocent. in cap. *Ex parte*. de foro competenti. Reuerà tamen ille constituit domicilium, qui habet intentionem habitandi perpetuò in aliquo loco cum lare suo & familia; licet post paucos dies animum mutet & locum, & aliò cum familia sua inibi victurus transeat: quandiu autem locum non mutat, licet animum mutet, adhuc incola est illius loci, ad quem animum perpetuò ibi habitandi accessit: quia, sicut domicilium non constituitur per solum animum habitandi in aliquo loco; sed opus est animus & factum, seu realis; ac localis mutatio cum lare, seu familia; sic non tollitur per solum animum mutandi domicilium in alium locum, ut ibi perpetuò viuar; sed opus etiam est animus, & factum, seu mutatio localis ac realis: semel enim acquisitum domicilium animo & facto, non deperditur solo animo; sed animo & facto: res enim, per quas oritur, per eandem tollitur, ut probat egregiè Cenedo in quæst. canon. quæst. 38. num. 38. & Sancius lib. 3. de matrimon. cap. 23. num. 2. & Henriquez lib. 10. de sacram. Ordin. cap. 27. & Graphis lib. 3. de sacraur. cap. 2. num. 13. vers. *Sextum*. Maiolus de irregul. lib. 4. cap. 2. & Salzedo in addit. ad Bernardum Dias, cap. 26. pag. 93. littera G.

Nec solum ille acquirit domicilium quoad Sacramenta, qui habet intentionem habitandi perpetuò in aliquo loco cum lare suo, seu familia: sed etiam ille, qui in aliquo loco figit domicilium, animo ibi habitandi, etiam ad tempus non perpetuum, sed ad tempus tantum percipiendorum Sacramentorum confessionis, & communionis semel in anno. Quamobrem potest quis tunc Eucharistiam accipere à Parocho eius loci, quia est verus & proprius Parochus illius, & apud eum sua crimina expiare, ut docet Syll. verbo, *Domicilium*, n. 2. & Panormitanus in cap. *Nullus*. de paroch. Nec obstat etiam, quòd statim mutet animum ibi permanendi vsque ad illud tempus, & constituat alibi sedem figere: quandiu enim de facto non mutat, incola prioris loci est, iuxta ea, quæ diximus num. præced. Vide quæ diximus lib. 1. prioris præcepti, cap. 8. num. 7. & 10. ubi in num. 10. probauimus, Scholasticos, mercatores, aulicos, & eos, qui maiori anni parte in aliqua diocesi commorantur, posse ibi Sacramenta confessionis, & communionis ex obligatione Quadragesimæ accipere, matrimonium contrahere & sepeliri, & posse etiam ibi votorum, & aliorum etiam casuum seruatorum dispensationem obtinere, & omnia Sacramenta accipere, vno dempto Ordinis Sacramento, ut ibi docet expressè Sancius lib. 3. de matr. cap. 23. num. 13. Rosella verbo, *Confessio sacramentalis*, n. 40. Tabiena verbo, *Excommunicatio*, 3. Tab. casu 11. q. 4. n. 5. Federicus de Senis consil. 254. incipit, *Subsequens quaestio*. vers. *Ista iura non tractant*. Et ratio est: quia parochianus quis dicitur, cum per maiorem partem anni habitare constituit in aliquo loco: nam, ut optimè docet Sancius lib. 3. de matr. disp. 18. n. 9. sufficit, ut aliquis tenetur legibus & consuetudinibus loci, quòd maiori parte anni ibi sit habitaturus; hoc enim sufficiens est ad constituendum quasi domicilium ad Sacramenta necessaria, ut docet Syll. verbo, *Domicilium*, n. 2. Præterea, qui hoc etiam constituit quasi domicilium ad Sacramenta voluntaria, præter Sacramentum Ordinis;

Syluest. Soar. Cened. Sanch. Henriq. Graph. Maiolus. Salzedo. Syluest. Panorm. Sanc. Rosell. Tab. Federic. Sanc.

& quia Episcopus illius loci potest cum peregrinis dispensare in voris. Hæc Sancius ibi. Sed de hac re late egimus lib. 1. primi præcepti, cap. 8. per totum, ad quem locum te remittimus.

5. Si contingat, vnam personam habere duo domicilia in diuersis parochiis, tunc si vnum domicilium est principale, & illud accessorium, aut quasi accessorium illi Ecclesiæ, ubi est principale, debentur decimæ personales. Si verò duo domicilia sint æqualia, id est, si quis cum lare & familia residet æstate in vno, & hyeme in alio, debet media anni parte diuina audire in vna parochia, & alia media in alia; & tunc æqualiter diuidendæ sunt decimæ personales, & primitiæ inter vtranque parochiam. Ita resoluit Rebuffus tract. de decimis, q. 6. n. 5. & Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 2. & ita docet etiam Sorus lib. 9. de iustit. q. 4. art. 3. & Emma-nuël Rodríguez in Summa, cap. 87. conclus. 2. & Sa verbo, *Decima*. n. 8. & n. 4.

6. Si quis habeat domicilium in confinio duarum parochiarum, cuius vna pars sit in vna parochia, & altera in alia, & ille est artifex operans semper in vna parte ipsius domicilij, tenetur decimas personales soluere illi parochiæ ubi est pars domicilij, in qua semper laborat atque operatur. Ita Petrus de Vbaldis tomo 4. Oceani iuris, fol. 178. num. 6. tract. de canon. Episcop. port. & Ioannes Andreas cap. *Cum quis*. de sepul. in 6.

7. Si dubitetur, de qua parochia domicilium sit, tunc inspicienda est ianua, seu porta illius principalis; & illius parochiæ erit, in qua porta illius fuerit. Ita docet Rebuffus tract. de decimis, q. 6. n. 6. Barr. in l. *Quod conclauis*, ff. de dam. infect. Corietus in tract. de potestate regia, q. 37. argumento l. *Cum in diuersis*, ff. de religiosis.

8. Hæc de iure: notat autem Panorm. in cap. *Cum homines*, de decimis, n. 5. in fine, & Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, has decimas personales ferè esse vbiq; omnino sublatas per consuetudinem, ita vt iam nullibi soluantur; si tamen in aliquo loco, vrbe, vel regione soluantur, semper propriæ parochiæ soluendæ sunt: nusquam enim legitur, alicubi esse consuetudinem soluendi huiusmodi decimas personales ex propriis & personali-bus lucris extra propriam parochiam.

9. Et idèd hodie in Lusitania, cum ferè omnino sint per consuetudinem decimæ personales sublatae, solæ illæ (quod sciam) sunt in vsu, quas cognitiones *conhecças* appellamus, & hæc solum in vrbibus & oppidis populosis solui solent, non in parochiis ruralibus, & pro variis diocesis variè taxantur in constitutionibus vniuersiuiusque diocesis. Et certè in Archiepiscopatu Brachateni, titulo, *de decimis*, fol. 63. sic taxatum reperio. Mercatoribus, qui naues onerant in Belgium, & Angliam, & in his re-gnis ac prouinciis negotiantur pro cognitionibus vingena tres singulis eorum imponuntur. Qui negotiantur in Castella, aut in nundinis ipsius regni vingena duæ supra dimidiam: continet autem vna vingena viginti obolos, seu quadrantes. Macellarius oppidi vingenas duas soluit. Hortulanus vingenam & dimidiam. Textrices vnam tantum vingenam. Aduocati, scribæ, tabelliones, & reliqui iustitie ministri, tres: factores, futores, & reliqui fabri, duas: operarij vinearum, veluti cauatores, amputatores, & reliqui, vnam tantum solunt. Et hæc cognitiones, seu decimæ personales, plerunque & regulariter soluntur eo tempore paschali, quo Eucharistia sumenda præceptum impletur: possunt tamen anteedender solui: & in illarum solutione standum est consuetudini. Causa verò, ob quam, maxime in vrbibus & populosis oppidis, in vsu sint

Rebuff. Soar.

Sor. Rodrig. Sa.

Petr. de Vbald. Ioan. And.

7.

8. Panorm. Soarius.

9.

huiusmodi decimæ personales, seu cognitiones, est: quia ij, qui in vrbe viuunt, vt plurimum semper agellos aliquos & prædiola seminant, vel sua, vel aliena, ex quorum fructibus decimas prædiales solunt.

In eo autem distinguuntur decimæ personales à realibus, seu prædialibus, quòd decimæ personales non sunt onus reale impositum agris & prædiis, sed onus personale impositum personis: prædiales verò sunt onus impositum non personis, sed prædiis, & idèd ex fructibus, ac prouentibus illorum soluntur. Et hæc quidem personales decimæ, si pro necessario, ac congruo alimento, & sustentatione Sacerdotum sumantur, de iure naturali sunt, & nulla consuetudine tolli, aut minui possunt, nisi aliunde de congruo alimento illis prouideatur, vt optimè notauit Rebuffus tractat. de decimis, quæst. 3. num. 30. Antonius de Butrio, & Panormitanus in cap. *In aliquibus* de decimis, sine; & illis Curatis maxime debentur, qui non habent decimas prædiales ad sustentationem competentes. Potest tamen consuetudo efficere, vt aliquid pro his personalibus decimis, etiam modicum, soluatur; modò quidem id sufficiens sit ad congruam, & necessariam sustentationem Curatorum: vt, v. c. si mercator, vel opifex offerat aliquid Curato in Missa pro decima personali, licet non totam decimam soluat, quæ alioqui de iure debita erat, quia Doctores non faciunt vim in nomine, aut vocabulo, *decima*, vt iam diximus; sed tantum dicunt deberi Sacerdotibus, ac ministris Dei, congruam & necessariam sustentationem, de iure naturali, vt habeant, unde ali possint competenter: ac proinde si alia via illi à parochianis congruè sustententur, id sufficit, & consuetudo potest variare hunc modum sustentationis, vel minuere, dummodo maneat semper congrua & necessaria; non tamen potest illam omnino tollere, vt optimè docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 12. num. 7. & 8. & id late probat Rebuffus citatus, tractatu de decimis, quæstio 3. num. 30. & quæst. 1. num. 1. 12. 13. 14. & sic intelligendi sunt aliqui Doctores, qui dicunt, decimas quoad congruam sustentationem posse tolli ac variari, & minui, quod nos non negamus, si intelligatur modo explicato.

10. Rebuff. Butr. Panorm.

Soar. Rebuff.

C A P V T. I V.

*Prædiales, seu naturales decimæ, ex quibus rebus soluantur: cui parochia, & quomodo, & quando, & quo in loco soluenda sint, & cuius expensis asportandæ: & an semen extrahendum, & deducenda sint expensæ.*

S V M M A R I V M.

*Generalis regula est, ex vi iuris decimæ prædiales de omnibus frugibus, & fructibus arborum soluendas esse, nullo exceptio, nisi consuetudo excipiat.* num. 1.  
*De grano, vino, & oleo debentur ex iure decimæ.* num. 2.  
*An debeantur de palea, ibid. vers. Sub grano autem.*  
*De leguminibus & oleribus etiam debentur decimæ prædiales.* num. 3.  
*De feno item debentur, de pasuis, & herbis, siue pratum locetur, siue herba in fasciculos colligatur, & licet terra pluries fructus etiam herbarum eodem anno producat, de singulis debentur.* num. 4.  
*Item, de prouentibus molendinorum, etiam ad vnum;*

num; & de personibus adium, qua locantur. num. 5.  
 Idem de clibanis, seu furnis. *ibid.*  
 Non sunt deducenda expensæ in reficiendis domibus, furnis, aut molendinis, nec in fructibus colligendis. num. 6.  
 Nec in euentu rarissimorum fructuum. num. 8. vers. Ad confirmationem.  
 Qui aliquid furantur ante fructus decimatos, tenentur ad restitutionem pro decimis. num. 7. & sacrilegium committunt. *ibid.*  
 Fructus ciuilitate, & naturaliter considerantur: si considerentur ciuilitate, deducuntur expensæ: si naturaliter, non deducuntur, Ecclesia considerat illos naturaliter. num. 8.  
 Semen non est: extrahendum, quando fuerit iam decimatum. num. 9.  
 Decima prædialis de iure ordinario debetur illi parrochie, in cuius districto sunt prædia, quando domini illorum in alia parrochia domicilium habeant. num. 10.  
 Quo tempore soluenda sunt decima prædialis. num. 11.  
 Quo tempore etiam soluenda, cum de lignis ad axadificandas domos persoluntur. *ibid.*  
 Ad quem locum asportande sunt, & cuius expensæ, Curatine, an agriculturalium. num. 12.  
 Ex qua parte fructuum soluenda sunt decima prædialis, quando ager colitur per colonos. num. 13.  
 Expensæ in decimis personalibus, & in negotiis lucrosi deducenda sunt. num. 6. vers. Secundò, quia.  
 An deducenda sint in decimis mixtis. cap. 5. num. 15. remissiuè.

1. Generalis regula est, decimas prædiales de iure, & ex vi iuris communis soluendas esse de omnibus frugibus, & fructibus arborum, & terræ, nullo excepto, nisi consuetudo aliter habeat. Patet expressè ex cap. *Nunios*, de decimis, ibi, *de omni fructu*; & ex cap. *Ex parte*, 2. eodem titulo, ibi, *de omnibus prædiorum fructibus*. & ex cap. *Ex transmissa*, eodem ibi, *de omnibus, que quis potest acquirere*. & sermo ibi est etiam de decimis prædialibus. & ex cap. *Tua nobis*, eod. ibi, *de cunctis omnino prouentibus*. & hæc generales locutiones omnes fructus terræ comprehendunt, quicunque illi sint; nisi tamen consuetudo aliter percipuerit, quæ contra ius præualere possit. Et ad hanc regulam confirmandam sunt etiam multa iura sub titulis, *de decimis*, & 16. quæstione 1. & 7. & conueniunt Doctores omnes, & omnes Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæstione 87. art. 2. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. Syluest. verbo, *Decima*, numero 12. quæstione 6. Soarius tomo 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, cap. 34. num. 2. & 1. & alij. Et ratio est: quia, cum Deus sit auctor naturalis omnium fructuum terræ, & arborum, dicitur ratio naturalis, illum esse recognoscendum auctorem illorum per oblationem decimarum omnium ipsorum fructuum ac frugum terræ: & non est maior ratio recognoscendi Deum auctorem fructuum ac frugum omnium decimis ex quibusdam fructibus ac frugibus, quam ex aliis, cum omnes ex Dei munere proueniant.

2. Exempla ad manum sunt in iure, quibus hanc regulam tam amplam ac generalem comprobemus: nam de grano, & uino expressè loquitur cap. *Non est*, de decimis: & eadem ratio est de oleo. & omnes fructus arborum, tam in prædicto cap. *Non est*, quam in cap. *Quicunque* 16. q. 7. expressè nominantur. Et in cap. *Omnes*, 19. q. 7. ita dicitur, *sue de frugibus, sue de pomis arborum*. & in dicto c. *Quicunque*, additur, *de horro*. Sub grano autem in rigore iuris,

D. Thom.  
 Lessius.  
 Syluest.  
 Soar.

vt optimè notat Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 34. n. 2. palea comprehenditur, tanquam accessorium sub principali; & quia etiam palea inter fructus computantur, vt docent ac colligunt Iuriconsulti ex l. *aded*, ff. *de acq. rerum. domin.* licet ibi id expressè non dicatur; sed solum eisdem domini esse triticum, cuius est spica: inde enim satis colligitur, etiam paleam eiusdem esse domini, cuius erat spica, priusquam à palea separaretur: & idèd notant Abbas in cap. *Pervenit*, de decimis. & Soarius allegatus, decimam deberi ex manipulis segetum, sicut metuntur ex terra, & in rigore ita esse fructus decimandos, quia tota illa res, seu materia est fructus terræ: & ita iura sæpè sub nomine segetum, vel messium loquuntur, vt videtur in cap. *Ad Apostolica*, de decimis. ac proinde licet post triturationem, expurgationemque decimetur granum, idem ius manet in paleis, licet consuetudo possit aliud efficere, & introducere.

De leguminibus, & oleribus expressa mentio fit in cap. *Ex multiplici*, de decimis, ibi, *de blado & uniuersis leguminibus*. est autem bladam genus quoddam frumenti ad legumina spectans: & ibi præter legumina adduntur etiam minuta decimæ, quæ, vt notat Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 34. num. 3. de oleribus, intelliguntur; & idèd etiam de his oleribus ex vi iuris communis decimæ debentur: quod satis significatur in cap. *Non est*, de decimis, & in c. *Quicunque*, 16. q. 7. vbi de hortis fit mentio.

De feno mentio fit in cap. *Pervenit* eodem titulo, *de pastibus*, in cap. *Commissum*, de decimis: vbi dicitur, de pascuis, id est, herbis soluendas esse decimas: & idem est de valore herbæ, si totus campus, aut pratium ad pastum locetur; vel si herba colligatur, & in fasciculos, vel saccos collecta vendatur: nam eadem est ratio, iuxta Soarium allegatum, de herba, atque de feno, seu stramine, & aliis rebus, etiam si sint fructus merè naturales: quia ipsa terra, quasi sua sponte, virtute primi illius verbi ac præcepti Creatoris sui, *Producat terra herbam viuentem*, illos producit. Et additur in cap. *Ex parrochia*, de decimis, licet eadem terra plures fructus eodem anno ferat, de omnibus esse decimas soluendas: quia omnes sub generali lege comprehenduntur. Ita docet Soar. citatus tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 34. num. 3. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39.

De prouentibus molendinorum, etiam ad ventum, manifesta obligatio solutionis decimarum reperitur in c. *Pervenit*, de decimis, & in c. *Ex transmissa*, & in cap. *Pastoralis*, eodem titulo, & docent Sylu. verbo, *Decima*, à n. 12. Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 34. n. 3. & Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. Et hinc licet colligere, expensionibus domorum, quæ conduci & locari solent, etiam si in pecunia soluantur, deberi decimam de iure, vt docent prædicti Auctores, & patet ex cap. *Pastoralis*, citato de decimis, vbi domus, & clibanus, seu fæni, in quibus coquantur panes, numerantur inter res, ex quarum fructibus decimæ debentur. Idem quoque supponitur in cap. *Plerique*, de pactis, & in cap. *Commissum*, de decimis.

Quæret tamen aliquis, an deducenda sint expensæ factæ in reficiendis domibus, & molendinis, aut pensione & tributo agrorum: fieri enim potest, vt domus de integro reficiantur, in qua tunc plures impensæ fiant, quam sit redditus annualis pensionis illius anni, & fortassis duorum, aut trium; & in hoc saltem casu consonum rationi videretur, vt tota decima illius anni non soluatur, aut saltem vt non soluatur decima, sed vigesima, aut trigesima pars pensionis pro decima. Et eadem ratio fieri potest

Abbas.

Soar.

4.

Soar.

Lessius.

5.

Syluest.

Soar.

Lessius.

6.

potest pro impensis, & sumptibus consumptis in reficiendis molendinis, aut prædiis, atque agris sepiendis & meliorandis. Dicendum tamen est, decimas prædiales ex molendinis, & adium locationibus, & ex campis, prædiis, agris, atque pistrinis, integras soluendas esse, non deductis expensis, in reparandis domibus, molendinis, atque pistrinis reficiendis, consumptis; nec in sepiendis agris, aut meliorandis factis; nec etiam extrahendum esse semen terræ iactum, & iam decimatum; nec vlla tributa, aut pensiones. Est communis doctrina omnium. Ita docet Lessius tomo 1. de iustitia, lib. 2. de decimis, cap. 39. dub. 3. num. 16. Syluester verbo, *Decima*, num. 15. §. *Tertio*. & Garcia de expensis, & meliorationibus, cap. 1. num. 17. & Rebuffus tractatu de decimis, quæstione 11. num. 3. & Vallas. de iure emphyteutico, quæstione 17. numero 10. ad finem, & Barla de decima tutori præstanda, cap. 29. initio. & Sotus de iust. & iure, lib. 9. quæst. 4. art. 2. ante responsum ad argumenta, & Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 35. num. 3. & 4. Et patet ex cap. *Tua nobis*, & ex cap. *Pastoralis*, & ex cap. *Non est*, & ex cap. *Cum hominibus*, de decimis: nam in cap. *Tua nobis*, particulari decisione statutum est, quod in decimis prædialibus, & mixtis debitis Ecclesiæ & Parocho, non deducantur impensæ, quæ sunt in comparandis, seminandis, colligendis fructibus, aut gratia fructuum. Et ratio est primò, quia decimæ ita soluantur in congruum sustentationem Sacerdotum, Curatorum, ac ministrorum Dei, vt soluantur etiam in recognitionem domini naturalis, quod Deus habet super omnes res, vt constat, & dicitur expressè in cap. *Tua nobis*, de decimis: hoc autem dominium, sicut antecedit omnia iura hominum; ita etiam existit ante illa, ac proinde soluenda sunt decimæ, antequam deducantur expensæ factæ in fructibus colligendis, & causa fructuum gignendorum, & ante tributa, aut pensiones camporum. Secundò, quia, vt diximus c. 1. num. 18. solum in negotiis lucrosis, & in decimis personalibus deducendæ sunt expensæ, de lucro acquisito: cum lucro enim non connumerantur, nec computantur expensæ factæ in illo acquirendo: sed lucrum in iure dicitur illud, quod remanet deductis, semotisque expensis: at redditis domorum, & pensiones elocationum adium, non sunt decimæ personales, sed reales, vel mixtæ: prædiales autem decimæ, & mixtæ, integrè soluendæ sunt, non deductis expensis, vt habetur expressè in cap. *Tua nobis*, de decimis, citato. Tertio, quia ratio, ob quam non deducantur expensæ in decimis prædialibus, & mixtis, vt de mixtis patebit infra cap. sequenti, num. 15. ea omnino est, vt notat Sotus allegatus, quod credendum sit, conuentum fuisse inter Ecclesiam, seu Pastores Ecclesiæ, & agricolas, vt expensæ factæ causa ampliorum fructuum non deducerentur, quod Deus illis pro eo beneficio ampliores fructus redderet, si agricolæ semen, laborem, & operam, atque impensas ponerent. Et hanc rationem agnouit Concilium Triburiense cap. 13. de decimis, & in constitutionibus Bracharensis, tit. 20. fol. 61. præscribitur, vt decimæ soluantur de fructibus integris, non deductis expensis, tributis, aut pensionibus: nam homo, terra, semen, animalia, soles, aquæ, & omnes creaturæ, quæ concurrunt ad produccendos fructus, omnia sunt Dei; & cum omnia sint Dei, homo quidem, qui minus ponebat, & conferebat ad productionem fructuum, minus merebatur; ac proinde solam decimam partem merebatur fructuum; Deus verò nouem alias partes: sed Deus pro sua liberalitate contentus est decima parte, dimissis ac relictis nouem partibus ipsis agricolis; & sic, siue ager sit tributarius, siue pensionarius,

Lessius.  
 Syluest.  
 Garcia.  
 Rebuff.  
 Vallas.  
 Barla.  
 Sotus.

Soarius.

sive vectigalis, siue emphyteutalis, ante tributa, expensas, pensiones, vectigalia, emphyteusum, decimæ soluendæ sunt, iuxta Doctores.

His positis, sequitur, eum, qui aliquid furatur, anrequam fructus decimetur, & fraudat Ecclesiam in quantitate notabili ad culpam mortalem attingente, peccare mortaliter, contra iustitiam, & teneri semper ad restitutionem; sub mortali quidem, si quantitas sit magna, & ad peccatum mortale attingat; sub veniali verò, si quantitas sit parua, & perexigua, & ad mortalem culpam non perueniat; & huic peccato iniustitiæ adnexum esse sacrilegium: decimæ enim debentur Ecclesiæ, & Deo, & ex hac parte sunt res Ecclesiæ, & Dei, & sunt sacra; & idèd iure fraudatio decimarum dicitur sacrilegium, vt in cap. *Pastoralis*, & in cap. *Tua nobis*, de decimis, & in cap. *Pastoralis*, inter latrones, & fraudatores decimarum numerantur illi, qui tempore messis meliores manipulos sibi eligunt, deteriores Parochis: sicut enim non tenentur deligere meliora, sic nec deteriora; sed tenentur bona fide facere, prout res sese offerunt, vt notant Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 3. num. 16. & Syluest. verbo, *Decima*, num. 15. §. 3. Ex quo planè sequitur, peccare eos mortaliter, si quantitas notabilis fuerit, & ad mortale attingat; & teneri ad restitutionem, qui prædictos meliores manipulos sibi seligunt, & qui ex deteriori vino decimas solunt, sibi pretiosius eligendo: & quod diximus de his duabus, de cæteris rebus intelligendum est.

Oppones: Decimæ, solum debentur ex fructibus: expensæ autem non computantur cum fructibus: ergo illæ deducendæ sunt. Deinde, quia in iure illi tantum censentur fructus qui remanent deductis expensis l. *fructus*, ff. *solutio matrimonio*. & l. 1. c. *de fructibus*, & l. *fundus*, ff. *familia hereditaria*. Et confirmatur: quia interdum contingit, non plures fructus nasci, quam fuerit semen: ergo tunc saltem iniustum erit decimas exigere. Respondeo, fructus terræ, vel posse considerari ciuilitate, vel naturaliter: si ciuilitate considerentur, verum est, expensas non esse computandas cum fructibus: sed, si naturaliter: & idèd leges ciuiles dicunt, expensas non esse computandas cum fructibus, sed esse deducendas; quia considerant ipsos fructus ciuilitate, non naturaliter: ius autem canonicum idèd præscripsit decimas prædiales, & mixtas soluendas esse, non deductis expensis; quia considerat illos fructus naturaliter, & vt naturales sunt, & prout nascuntur ex re fructifera: quæ responsio est optima, & illam indicauit Glossa in prædicta l. *fructus*, verbo, *Impensa*, in illis verbis, *Et hoc inspecto exitu, inter imtamen verè est fructus*. Quam Glossam, & responsum optimum & singularem dicunt Aretinus, & Iason; & ita exponunt, fructus dici deductis expensis interpretatiuè, non verè. Idem autem est interpretatiuè, quod ciuilitate; & verè, quod naturaliter. Et hanc distinctionem fructuum ciuiliam, & naturalium, approbant etiam Innocentius in cap. *Pastoralis*, de decimis, & ibi Panormitanus num. 9. & eam non improbar Soarius citatus. Aliter tamen responderet ipse Soarius dicto c. 35. num. 4. scilicet, standum esse potius iuri canonico, quam ciuili: quia in materia merè ecclesiastica, & tanti periculi conscientiarum, qualis est materia decimarum, ius canonicum contradicere potest iuri ciuili, cum ius canonicum à ciuili non pendeat, nec illi subordinatum sit; pendeat autem ciuile à canonico, & illi subordinatum sit. Ad confirmationem respondendum est, rarissimè contingere posse, non plures fructus nasci, quam fuerit semen terræ creditum, ac commissum; & ea, quæ tardè contingunt non esse considerata, nec debere tollere ordinarium modum soluendi decimas.

7.

Lessius.

Syluest.

8.

Aret.

Iason.

Innocent.

Panorm.

Soarius.



Præterea dico, non esse iniustum in eo euentu rarissimum fructuum, soluere integras decimas, non deductis expensis: quia vberrata aliorum annorum, eam sterilitatem abunde compensat; maxime quia, quando fructus vberrimi sunt, etiam nouem partes agricolis manent. Tandem, quia decimæ soluantur in recognitionem diuini dominij, quod Deus habet super omnes fructus terræ; Deus autem tam Dominus est plurium, quam pauciorum fructuum.

9. Oppones adhuc, in eo euentu paucissimum fructuum, saltem detrahendum esse semen, quod terræ mandat: iam enim fuit decimatum, alioqui bis decimabitur. Respondeo, decimas deberi de omnibus fructibus, ac frugibus nouis, prout nascuntur à terra; & semen illud in terra emori, & putrescere, priusquam fructus ferantur; ac proinde non extare semen iactum; & idè totus fructus, qui refultat, nouus est, & de nouo gignitur, & idè decimari debere: atque adè fallum esse dicere, idem semen decimari bis, cum iam extinctum sit, & emortuum, & conuersum rediuuere in nouum, vt patet.

10. Et verò decimæ prædiales, ordinario iure, illi parochiæ debentur, in cuius districto sunt prædia. Ita docent communiter Doctores, D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. & ibi Thomistæ omnes. Abulensis in cap. 23. Matth. q. 19. Sylu. verbo, Decimæ, num. 14. Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 2. n. 3. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de decimis, dub. 3. & Canonistæ omnes in cap. Cum contingat. & in cap. Cum in tua. de decimis. Idem supponitur in cap. Quoniam eodem tit. & cap. ultimo, in fine, de parochiis. Et ratio est: quia post parochiarum diuisionem institutum est, vt prædia omnia, ac terræ sitæ in districto, atque territorio cuiusque parochiæ, ipsi parochiæ, quoad decimas, applicarentur, ad sustentationem ministrorum Dei. Hinc fit, vt, sicut illæ terræ, ac prædia immutabiliter manent in illo territorio; ita etiam ius illius parochiæ ad tales decimas immutabile sit, & ex vi iuris communis; quanuis dominus illorum mouerit domicilium in aliam parochiam: enim verò onus soluendi decimas prædiales impositum est ipsis prædiis, non personis, ac proinde est onus reale, & non personale: in soluendo autem debito reali non consideratur persona; sed res ipsa, cui est impositum, iuxta l. Imperatores. ff. de public. & vestigal. Vnde Dionysius Papa in cap. 1. de decimis, 13. q. 1. sic inquit: Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus, parochias & carceraria eis diuisimus, & unicuique ius proprium habere statuimus, ita vt nullus alterius parochia terminos, aut ius inuadat, sed sit unusquisque suis terminis contentus. quibus verbis satis declarat Summus Pont. ius illud decimarum fundatum esse in campis, & prædiis territorij vnus cuiusque Ecclesiae, seu parochiæ, illisque affixum, ac proinde esse onus reale: nec idè sit iniuria illis Ecclesiis, ac parochiis, quæ Sacramenta ministrant personis habentibus prædia, ac agros suos, in aliis parochiis, cum videantur habere onera non commoda; quia ius decimarum, vt diximus, non est fundatum in personis, sed in terris ac prædiis intra territorium cuiusque parochiæ sitis, & quia unicuique parochiæ assignata semper manent sua prædia, quorum decimæ iudicatæ sunt sufficientes ad alendos Parochos ac ministros: vnde per accidens est, quòd in aliqua parochia crescat numerus parochianorum sine augmento prædialium decimarum; & quia humanæ leges considerant id, quod frequentius accidit, vt optimè notat Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 5. num. 19. & quæst. 6. numero 11. & quæstione 14. numero 39. frequentius autem accidit, vt domini prædiorum in illis pa-

Rebuff.

rochiis viuant, in quibus habent sua prædia. De tempore autem, quo soluendæ sunt decimæ, sic statuo: Decimæ prædiales soluendæ sunt tempore, quo percipiuntur ac colliguntur fructus; & collectis fructibus statim soluendæ sunt sine mora. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 2. Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 38. num. 5. Rebuffus statim allegandus, Alenfis & Panormitanus, quos citat Soarius allegatus, & patet ex cap. Cum homines. de decimis, ibi: Mandamus, vt statim fructibus collectis decimam persoluant. Et ex hac responsione patet enodatio illius dubij à nobis inuesti. Petrus emit à Paulo circa diem D. Ioannis Baptistæ ligna quædam ad ædificandas, construendæque ædes suas, pecuniam numeratam soluit, & ligna notulis signauit, tanquam sua; non tamen præcidit illa, nisi alio sequenti anno: quæstum fuit, cuiam publicano soluendæ essent decimæ illorum lignorum? illi ne, qui præterito anno tempore emptiois locatos habebat fructus, ac redditus decimarum? an illi, qui tempore abscissionis erat? Et respondi, soluendas esse illi, qui tempore abscissionis erat, & non publicano anni præteriti, & tempore emptiois. Et ratio est: quia decimæ soluendæ sunt de fructibus perceptis & collectis: ergo tempore, quo percipiuntur, & colliguntur: fructus autem lignorum perceptus, & collectus fuit, quando ligna abscissa fuerunt, non quando empta, & vendita. Ita Rebuffus tractatu de decimis, q. 8. n. 26. his verbis: De lignis debentur decimæ, nimirum, vt ex decem fasciculis soluantur vnus, vbi ligna creuerunt: si autem ligna sint ex silua cœdua, debentur, quando lignum caditur; ex ligno verò magno decimæ etiam pretij illius pars debetur, & in hoc consuetudo seruanda est. Hæc Rebuffus ibi.

11. Si autem rogaueris, ad quem locum asportandæ sint decimæ, & cuius expensis, dico, seruandam esse consuetudinem, vt optimè notat Sylu. verbo, Decimæ, num. 15. §. 9. dicto 2. Si verò nulla sit consuetudo loco recepta, docet Bartholomæus Fumus verbo, Decimæ, §. 2. deberi portari in domum eius, cuius interest redditus decimarum accipere, expensis agriculturalium. Certè contrarium tenet Rebuffus tractatu de decimis, quæstione 6. num. 1. vbi dicit, decimas prædiales de iure soluendas esse in loco, vbi prædia sita sunt, iuxta cap. finale, de parochiis, nisi consuetudo percuberit in contrarium: vnde ex doctrina Rebuffi, si soluendæ sunt in agris, sequitur, quòd asportandæ, aduehendæque sint in domum Curatorum, vel publicanorum, qui locatos habent redditus decimales expensis ipsorum. Videndæ tamen sunt constitutiones cuiuscunque diocesis, & sequendum, quòd ibi statutum fuerit. Et verò constitutiones Brachatenfes nihil hac de re statuunt; sed solum dicunt, vocandos esse illos, quibus interest decimas accipere, vt eas asportent. Vnde supponunt, non teneri agricolas illas aduehere suis expensis in domum Abbatum, vel publicanorum. Quamobrem in vnoquoque loco consuetudo spectanda erit.

12. Quæres tamen, ex qua fructuum parte soluendæ sint decimæ, quando ager colitur per colonos; & certè tunc spectanda erit conuentio facta, ac pactum initum inter dominos agrorum, ac colonos; si non detur pactum inter illos, sequendus erit mos regionis & loci: de iure autem dico soluendas esse de integris fructibus, siue prius ex illis in vnum cumulum congestis decimæ deducantur, & postea dominus, & colonus fructus inter se diuidant; siue prius inter se diuidant, & postea vnusquisque suam partem decimæ soluat: vtroque enim modo fieri licitè potest, vt statuitur in cap. Tua nobis. de decimis, & Glossa ibi docet, & Panorm. & alij plurimi Doctores, & Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de cultu diuino,

11.

D. Thom. Soar. Rebuff. Alenfis. Panorm.

Rebuff.

12.

Syluest. Fumus.

Rebuff.

13.

Gloss. Panorm. Soar.

uino, cap. 35. num. 13. & Glossa in c. q. 16. hæc tamen intelligenda sunt de colono proprio: nam, si colonus sit mercenarius, decimandi sunt fructus integri, & postea reddenda sua pars mercenario, pro qua seruauit, qui quidem tunc non tenebitur amplius de sua parte decimam prædialem soluere; tenebitur tamen soluere primitias; quia primitiæ impositæ sunt personis quoscunque agros excellentibus. Et ita docet Soarius citatus, & Sotus lib. 9. de iust. quæst. 4. art. 2. & Abulensis in cap. 23. Matth. quæst. 204.

Soar. Sotus. Abul.

CAP. V.

Mixta quæ sint: de quibus rebus debeantur: quomodo sint soluenda, quando in diuersis parochiis animalia pascuntur, & quando parochianus in vna parochia habitat, & illa pascuntur in alia: & an deductis expensis.

SVMMARIVM.

- Mixta decima quæ sint. num. 1.
Soluuntur de fructibus animalium, & quomodo. num. 2.
Item de lana, lacte, & caseis. num. 3.
Quando, & quomodo. ibi 1.
De viuariis etiam, vbi pisces ali solent. num. 4.
Debentur decimæ animalium illi parochia, vbi pascuntur, quanuis illorum domini viuunt in alia. n. 5.
Quid, si in vna parochia pascant hyeme, & estate in alia. num. 6.
Quid, si per maiorem partem in vna, quam in alia pascunt. num. 7.
Quid, si tempus, quo in vna pascunt, non sit considerabile? num. 8.
Reiicitur opinio Nauarri asserentis, decimas mixtas animalium diuidendas esse inter parochias, vbi pascunt, & vbi domini illorum viuunt. num. 9.
Quid, si greges pascant in vna parochia, & accubent in alia. num. 10.
Respondetur ad quandam obiectionem probantem, diuidendas esse decimas animalium inter parochiam vbi pascunt, & vbi accubant. num. 11.
Resoluitur casus intricatus de equa pascente in vna, & foetum educeute in alia parochia. num. 12.
De aluearibus, cui parochia sint decimæ. num. 13.
Quo tempore soluendæ sunt decimæ animalium. num. 14.
An deducendæ expensis. num. 15.

1.

Mixta decimæ dicuntur illæ, quæ soluuntur ex animalibus, & illorum fructibus, & foetibus, quia hæc partim sunt naturales, partim industriales: item dicuntur etiam mixtæ illæ decimæ, quæ expensionibus, & locationibus domorum Ecclesiae persoluantur: quia etiam partim sunt naturales, partim industriales, quatenus ipsæ domus industria hominum, & sunt, tanquam arte factæ, & conseruantur, quanuis hæc magis accedant ad prædiales, propterea quòd fixæ sint intra limites parochiæ, veluti prædia. Notandum tamen est triplicem esse fructum in animalibus. Primus in filiis, seu foetibus consistit, veluti in agniculis, hæcdis, & vitulis, & in pullis eorum, &c. Secundus in lacte, & caseis. Tertius in lana & pilis. l. In pecudum. ff. de vsuris. & §. In pecudum. Instituta, de rerum diuisione, & docet

Rebuffus in tractat. de decimis, quæst. 6. num. 28. Rebuff. 2. De foetibus & filiis animalium, de decem debetur vnus, seu de vno decima pars æstimationis pecuniæ iuxta consuetudinem loci: v. c. si parochianus habet viginti hæcos, duos dabit pro decimis; vel hi duo æstimabuntur, & illorum pecuniæ pro decimis Parocho soluetur, quod seruatur in multis locis: liberum tamen semper manet Parocho ex vi iuris, si malit foetum pro decima recipere, nisi consuetudo in contrarium existat: potest enim consuetudo præualere, vt sæpè diximus, contra ipsum ius. Tota hæc doctrina est Rebuffi in tractat. de decimis, quæst. 6. num. 31. & communiter est omnium Doctorum.

De lana, statim ac detondentur oues, solui debet decima, de decem vellentibus vnus, vel æstimatio illius, iuxta consuetudinem loci: quia nulla est causa differendi hanc decimam. De lacte idem dicendum est: nam statim ac emungitur, de decem cadis vnus debetur, vel æstimatio illius: vbi tamen de voluntate Parochi tacita, vel expressa sunt casei, decimus præstabitur Parocho, vel si non sint decem, sed vnus, vel tres, vel quatuor, æstimabitur valor illorum, & decima pecunia præstanda erit ipsi Parocho. Idem de butyro & lacte presso: sed in his semper consuetudo loci & parochiæ attendenda est, iuxta Rebuffum tractat. de decimis, quæst. 6. num. 32. & Andream Hispanum, quem citat quæst. 1. & Glossam in cap. Reuerimini. 17. quæst. 1. vltus autem & consuetudo in Gallia habet, vt ait Rebuffus citatus num. 27. vt decima lactis detur in illa parochia, vbi lac emungitur, quanuis pecora in alia pascant: decima enim casei illi parochiæ debetur in Galliarum regno, vbi casei sunt ac coalescunt, iuxta eundem Rebuffum. Decimam verò lanæ asseuerat ille deberi illi parochiæ, vbi lana nascitur, non vbi tondetur, & pro sua sententia citat Henricum Boëtium de consuetudine Biturig. §. 13. in prædialib. decim. Sed sequendus erit mos ac consuetudo cuiusque loci: potest enim mutari ac variari ipsa consuetudo pro mutatione, ac varietate loci ac regionis, vt patet.

De viuariis etiam, vbi pisces ali solent, decima solui de iure debet cap. Peruenit. de decimis. Rebuffus in tractatu de decimis, quæst. 8. n. 10. si verò stagnum, vel viuarium ruptum fuerit, & pisces alius ad alterius stagnum, viuuarumque peruenerint; eos illorum dominus repetere iure non potest, quia natura piscium ferina est. §. Flumina. Instituta, de rerum diuisione, & feræ, vbi primùm euadunt custodiam, statim suam primam veluti libertatem recuperant, & ad antiquam feritatem redacti, sunt illicò primi occupantis, quando non prosequuntur, insequunturque à dominis, vt optimè probat Rebuffus citatus.

His veluti adnotatis, propiis ad rem accedamus. Si boues, oues, animalia quæcunque, in vnus parochiæ terminis pascantur, & ibi figantur caulæ quanuis dominus in alia viuat, latèrque, ac domicilium habeat, illi Ecclesiae ac parochiæ, in cuius districto animalia pascuntur, caulæque affixæ sunt, decima soluenda est. Ita docet Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 6. num. 25. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 8. Matthæus de Afflictis in const. Neapolit. lib. 1. rubr. de decimis, num. 23. Glossa in cap. 1. de decimis, 15. quæst. 1. in verbo, Pasce. §. Item, quis vnquam. Ratio ac fundamentum est: quia huiusmodi decimæ mixtæ magis accedunt ad prædiales decimas, quam ad personales: & ratio aliunde dicitur, vt ibi pascunt, & fructus ac foetus suos producant, ibi redantur decimæ illorum: nam, licet huiusmodi animalia non sint immobilia, sicut & agri, & prædia; tamen

3.

4.

5.

Rebuff. Soar.

Afflict. Gloss.

ramen si intra propriam parochiam pascant, & fructificent, clarum est, illorum decimas ipsi Ecclesie parochiali esse reddendas.

6. Rebuff. Soarius. Sor. Angel. Rodrig.

Si in vna parochia pascant, hinc, & astate in alia decima equaliter diuidenda erunt. Ita Rebuffus, & Soarius, locis numero precedenti allegatis, & ita Sotus lib. 9. de iust. quaest. 4. artic. 3. ad 2. & Angelus verbo, Decima num. 4. & 8. & Emmanuël Rodrig. in Summa, cap. 87. conclus. 2. Et ratio in promptu est: quia huiusmodi decima simpliciter sunt praediales, & in iure canonico sub illis comprehenduntur; & ideo illarum naturam & legem sequuntur: ergo illi parochiae, vbi huiusmodi animalia pascunt, debentur decima: ergo, si dimidio anni in vna parochia pascant, & alio dimidio in alia, equaliter erunt diuidenda decima. Deinde probatur; quia, nisi ibi pascere, si venderetur herba, aut locarentur prata, decima illius herbae & locationis eidem parochiae deberetur: ergo, si ibi pascunt, necesse est, vt dimidietate decimarum decimam illam herbae compense, alioquin fraudaretur Ecclesia suis decimis. Tertio, quia decima pascuorum debentur Ecclesiae, vbi praedia ac pascua sunt, argumento cap. Commissum. de decimis. ergo, quando haec pecora aluntur ex praediis parochiae alicuius, illi debentur decima ex fructibus pecorum pro rata temporis. Et praeter Doctores citatos ita docet etiam D. Thom. 2.2. quaest. 87. art. 3. ad 2. & Abulensis 3. parte quaestione 51. membr. 4. art. 4. in fine. Et haec sententia de iure in praxi sequenda est, nisi consuetudo aliter habeat: potest enim consuetudo immutare ius.

D. Thom. Abul.

7.

Si per maiorem partem anni in vna parochia pascant greges, & per aliam minorem in alia, pro rata, & proportionem sua inter vtranque parochiam diuidenda est decima, modò illa minor pars anni sit aliqua pars considerabilis, v. c. quarta pars illius, aut tertia. Ita Soarius tomio 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 8. Rebuffus tractatu de decimis, quaest. 8. num. 11. vbi ita inquit: Si autem in duabus pascant terris decima diuidentur, & pro rata temporis soluentur. c. 2. §. finali, de sepulturis. nisi fuerit consuetudo in contrarium, quia tunc sequenda erit consuetudo. Haec ille. Et hanc sententiam tenet etiam Glossa in c. Ad Apostolica. & D. Thom. 2.2. q. 87. articulo 3. ad 2. & Alensis 3. parte quaest. 51. membr. 4. articulo 4. fine, & Sa verbo, Decima, num. 4. Et ratio est eadem, quam supra fecimus; numero precedenti: quia haec decima sunt veluti praediales: ergo, quando greges aluntur ex campis & praediis intra districtum, ac territorium alicuius parochiae, illi etiam sua pars de fructibus, ac foetibus pecorum pro rata temporis, modò sit considerabile tempus, soluenda est; maxime quia si herba cresceret, ac colligeretur, quam pascunt huiusmodi animalia ac greges, decima de illa deberetur: ergo & de animalibus, quae illa pascuntur.

Soarius. Rebuff.

Gloss. D. Thom. Alensis. Sa.

8.

Dixi, modò sit tempus considerabile, v. c. tertia, aut quarta pars anni, quia tempus breue, v. c. vnus, aut alterius mensis, est tempus minimum respectu totius anni, & non est attendendum in ordine ad solutionem decimarum, in materia praesenti, vt optime notat Soar. citatus num. precedenti: vnde, quantum Rebuffus ibi allegatus generalius loquatur, & dicat, diuidendam esse decimam pro rata temporis, tamen intelligendus est, modò tempus, quo pascuntur in alia parochia, sit considerabile in ordine ad decimas: quia Ecclesia non curat de minimis, nec Praetor, vt vulgò dicitur; & quia alioqui maxima iurgia, contentiones, & lites mouerentur passim inter ipsos Parochos districti ac territorij, quo animalia pascuntur, & viderentur potius rigidi exactores, quam Pastores & denique, quia nec in tam bre-

Soarius.

ui tempore multum excrescit herba, vt priuentur illius decimis ipsi Parochi ac Pastores.

Ex dictis num. 6. 7. & 8. patet, non esse sequendam sententiam illam ac opinionem, quam indicat Nauar. consil. 1. de decimis, num. 10. asserens diuidendam esse decimam, & dandam esse vnam partem illius Ecclesiae; vbi dominus gregum & animalium habet domicilium, si greges toto anno pascantur in alia parochia, vbi dominus illorum domicilium non habet: quia huiusmodi decima dicuntur in iure mixtae: & ideo dicuntur mixtae, quia partim sunt personales, partim praediales ac reales: participant enim promiscue naturam decimarum realium, & personalium, & vt personales sunt haec decima, sequuntur personam & parochiam illius: vt verò sunt praediales, sequuntur praedia, & campos, ac parochiam illam, in qua pascuntur. Verum probabilis est contrarium, vt docet Soarius tomio 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 8. fine, & Rodriguez, Sotus, Rebuffus, & Angelus, & alij citati num. 6. dicuntur enim huiusmodi decima mixtae, non quia partim sequantur personam domini, & parochiam illius; partim verò praedia, & parochiam, vbi praedia sunt: sed quia, vt fructus ac foetus suos producant, multam requirunt industriam, multam diligentiam, ac curam dominorum.

Soar. Rodrig. Sotus. Rebuff. Angel.

10.

Quid, si greges, & armenta pascant in vna parochia, accumbant verò nocte in alia, in qua habent fixam caulam, & quasi domicilium, seu habitacionem? Certè in hoc euentu variae sunt sententiae, & opiniones. Diuus Thomas 2.2. quaest. 87. art. 3. ad 2. Alensis 3. parte quaestione 51. membr. 4. art. 4. fine, & Sotus lib. 4. de iustitia, quaest. 4. artic. 3. ad 2. docent deberi decimas Ecclesiae praediali, & non illi in qua habitant. Fundamentum eorum est: quia fructus, & foetus gregis ex agris proueniunt: ergo illi Ecclesiae decima gregis soluenda erit, vbi agri, quos depasti sunt greges, siti sunt. Rebuffus verò tractatu de decimis, quaest. 6. num. 26. & Glossa in cap. Ad Apostolica. de decimis, & Henric. Bohic. in cap. Peruenit. de decimis, col. 1. dicunt, diuidendas esse decimas in eo casu equaliter inter vtranque parochiam. Et in hanc partem inclinat Soarius tomio 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 21. num. 10. vbi dicit, hanc partem esse probabilem. Et fundamentum accipit Rebuffus ex iure & ratione: ex ratione, quia decima mixtae magis accedunt ad naturam praedialium, quam personalium, vt saepe dictum manet: ergo, sicut decima praediales debentur illi parochiae, vbi sunt praedia; ita haec decima debentur, vbi sunt animalia: dicuntur autem animalia esse non minus vbi cubant, quam vbi pascunt: ergo equaliter diuidenda sunt. Confirmatur hoc fundamentum ex iure, argumento l. Si plures. ff. arbor. furrim. casarum. in fine legis, vbi dicitur, arborem esse, in cuius fundo origo eius fuerit, licet in vicino solo radicibus alatur: & ita per quandam accommodationem, vbi oues & armenta dormiunt, & accubant, ibi originem habent: ergo etiam illi Ecclesiae sua pars decimae de foetibus horum animalium proueniet. Haec sunt fundamenta harum opinionum, & haec vltima non est improbabili; prima tamen multò probabilior est.

D. Thom. Alensis. Sotus.

Rebuff.

Bohic.

Soarius.

11.

Ad primam rationem pro secunda opinione concedimus, decimas mixtas magis accedere ad praediales, quam ad personales; negamus tamen, decimas animalium deberi illi parochiae, vbi animalia fixas habent caulas, nisi ibi pascantur: ac proinde ad illationem, qua inferitur, animalia non minus esse vbi cubant, quam vbi pascunt, & ideo diuidendas esse decimas inter parochiam loci accubationis, & parochiam loci pascionis. Respondemus, verum esse,

esse, tam esse vbi cubant, quam vbi pascunt, si loquamur de pura existentia: si verò loquamur de existentia in ordine ad pastum, & vitae sustentationem, dicimus, nullo modo esse vbi cubant, sed vbi pascunt. Et haec existentia est illa, quae hic debet considerari, vt patet: nam decima animalium etiam soluuntur illi Ecclesiae & parochiae, vbi pascunt, ad reficiendum, & quasi recompensandum damnum decimae herbae, & pastus, quod illi inferitur per comestionem; & parum refert, quòd pastus sint montosi, & communes: quia fieri potest, vt sint communes incolis illius solius parochiae, in cuius districto, ac territorio sunt, non aliis alterius parochiae: & quauis sint communes aliis, parum refert, cum raro animalia & armenta aliarum parochiarum eos pastus depascant comparatione armentorum propriae, & quia Ecclesia & propria parochia fundat ius suum super campos & pastus sui districti ac territorij, vt patet ex cap. 1. de decimis, 13. quaest. 1. cum autem fundat ius suum super huiusmodi pastus, parum refert, quòd sint communes, vt patet. Ad confirmationem deducam ex argumento legis, Si plures. ff. arb. furrim. casarum. respondeo, eam parum valere, cum arbor illa vtrouique pascatur, tam in solo, vbi origo & truncus illius est, quam in alio, vbi sunt radices eius: at verò huiusmodi armenta solum in vno loco, seu territorio pabulum accipiant. Ex quo patet diuersa ratio vtrouique.

12.

Ex dictis inferitur solutio ad eam quaestionem, circa quam fuimus consulti: equa per maiorem partem anni depasta fuit in agris vnus parochiae; peperit verò in alia, & ibi pullum suum educauit, & frequenter etiam ante partum accubabat ibi. Orta fuit quaestio inter publicanos redditus illarum parochiarum, circa decimam valoris ac aestimationis pulli equini, cuiusnam parochiae esset soluenda: cui ego respondi, sequendum esse morem, ac consuetudinem illius loci, & si de more nihil constabat, dixi mihi videri, diuidendam esse decimam inter vtranque parochiam pro rata temporis, in quo depasta est; ita tamen vt maior respectus haberetur illius parochiae, in qua peperit, & foetum educauit, quia tunc inibi maius detrimentum inferebant pullus & equa illi parochiae, priuando illam decima herbarum, quam inferret sola equa alteri parochiae, in qua ante tempus partus pascibat: & ita factum fuit. Rebuffus tamen tractatu de decimis, quaest. 6. num. 27. videtur ad hanc quaestionem aliter respondere, quantum illius responsio magis in consuetudine, quam in iure fundetur: dicit enim, decimas foetus deberi illi parochiae, in qua nascuntur, & hanc consuetudinem esse regionis Occitanae, teste, & auctore Henrico Bohicio, §. 13. de consuetud. praed. in consuetudinibus Biturig. loquitur tamen ibi Rebuffus de consuetudine, quod nos non negamus; de iure autem, vbi nihil de consuetudine constat, respondendum erat id, quod diximus, vt patebit consideranti.

Rebuff.

13.

Inferitur etiam ex dictis, decimas de aluearibus dandas esse illis parochiis, vbi aluearia sunt; tum, quia ibi ordinariè pascunt, tum, quia ibi domicilia sua fixa habent. Ita omnes Doctores citati num. 10. pro prima & secunda opinione, & Angelus verbo, Decima, num. 8. semper tamen consuetudo loci sequenda est.

Angel.

14.

Difficultas tamen esse potest, quo tempore soluenda sit decima de foetibus animalium. Et verò asserendum est, foetum fouendum esse, & alendum vsque ad statum vtenibilem, in quo sine matre commodè viuere possit, & tunc de eius valore, & aestimatione, soluendam esse decimam. Ita docet Sylu. verbo, Decima, num. 14. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. dub. 3. & Soarius tomio 1.

Syluest. Lessius. Soar.

de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 37. num. 6. & certe loquendo specialiter de pullis equarum, & asinarum, statuitur in constitutionibus Bracharensis, titul. 20. fol. 62. vt aestimentur post duos annos, & de aestimatione pecuniae, soluetur decima, & statim additur, Quia iudicamus hoc tempore duorum annorum à natiuitate posse hos pullos sine matribus viuere. Circa vitulos verò praescribunt ipsae constitutiones, vt sequatur mos: vbi autem nihil de more constat, dicendum est, decimam praestari deberi eo tempore, quo vituli vsui esse possunt, & sine matre viuere: quod totum committitur arbitrio prudentium. Hinc patet, minus conuenientem esse sententiam, & opinionem eorum, qui asserunt, expectandos esse nouem dies, in quibus foetus animalium nutriantur, vt sine periculo possint decimari: ex quorum numero est Rebuffus in tractatu de decimis, quaest. 12. num. 30. De hoc tamen non est certum ius; sed totum id committitur iudicio prudentium. & prudens arbitrium est, tunc esse decimandos foetus animalium, quando sine matribus commodè viuere, & vsui esse possunt: & huius opinionis est etiam idem Rebuffus eodem tractatu de decimis, quaest. 6. num. 30. vbi pro ea etiam citat Ioannem Andream, Bohicium, Ancharanum, & alios: quamobrem miror sibi contrarium postea fuisse.

Rebuff.

15.

Expensae in his decimis mixtis nullo modo extrahendae sunt, cum haec decima magis accedant ad praediales, quam ad personales, & de praedialibus non sint extrahendae, vt diximus cap. 4. num. 6. Et ita docet Soar. tomio 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 35. num. 3. & 4. & communiter Doctores. Et ratio est: quia ita statuit ius canonicum, decimas, scilicet, integrè soluendas esse de fructibus terrae, & animalium, non deductis expensis, vt patet ex cap. Tua nobis. de decimis, cui non potest contradicere ius ciuile, imò & secundum ius ciuile, vt constat ex l. Si pendentes. ff. de usufructu. quando alicui testamento relinquuntur fructus, intelligitur hoc legatum de fructibus ipsis, non deductis expensis, ibi: Quando fructus pendentes iam maturos reliquerit testator, omnes extantes fructus accipiet usufructarius, non deductis expensis, vt ibi explicat Bartolus. Similiter, si quis vendat feudum cum onere, vt ei quotannis soluatur certa pars fructuum, intelligitur soluenda non deductis expensis, etiam secundum ius ciuile, vt videre licet per Bartolum in l. Fructus. ff. soluto matr. simile est, si locetur ager pro tot mensuris, vel pro quarta parte fructuum, etiam intelligitur non deductis expensis, vt explicatur aperte in dicto cap. Tua nobis. de decimis: vnde, cum in praeepto de soluendis decimis non agatur de commoditate eius, qui soluturus est illas, sed de pensione certa Deo & ministris eius soluenda, intelligendum quidem est de fructibus naturalibus integrè spectatis, non deductis expensis. Et ita docet etiam Diuus Thomas 2.2. quaest. 87. artic. 2. ad 4. in fine, & Sotus lib. 9. de iust. quaest. 4. art. 2. & Aragonius ad dictum locum D. Thom. & caeteri Thomista. Vide, quae diximus cap. 4. numero 6. vbi haec late probauimus.

Soar.

Bartol.

D. Thom. Sotus. Aragon.

CAPVT. VI.

Utrum Ecclesia habeat verum dominium decimarum, antequam illa à reliquis fructibus separentur: & cui pereant decima tota, si pereant: & an possint domini vineas in agros mutare contradicentibus Curatis?

SVMMARIVM.

- Refertur opinio prima affirmans, Ecclesiam non habere dominium decimarum ante separationem à reliquis fructibus. num. 1. Non potest dari verum dominium super rem confusam. num. 2. Quare decima appellentur tributa. ibid. Refertur opinio asserens, Ecclesiam habere verum dominium reale super decimas ante separationem. num. 3. Iudicium Soarij. num. 4. Quam actionem, realeme, an personalem, habeat Ecclesia, quando fructus non decimati venduntur. num. 5. Et an aduersus venditorem, vel emptorem. ibid. & num. 4. Tenentur illi, qui ex fructibus non decimatis aliquid furantur, ad restitutionem pro parte decime. n. 6. Insuper incurritur excommunicatio in diocesibus, in quarum constitutionibus pro hoc delicto ponitur. num. 7. An illi, qui in bello iusto segetes incendunt, teneantur ad restitutionem pro decimis. num. 8. Quid, si bellum sit iniustum. ibid. Cui pereant decima, si ante separationem pereant. n. 9. Possunt domini pradiorum, & agrorum, eos conuerrere in domos, & domos in agros, etiam contradicentibus Curatis. num. 10.

Rebuff. Federic.

Glos.

Partita est opinio hac de re: quidam docent, Ecclesiam non habere dominium decimarum, antequam decimæ à reliquis fructibus separentur, sed solum tantum habere actionem personalem ad citandos, & in iudicium vocandos sæculares, vt suas sibi decimas soluant, & se indemnem constituant. Itaque asserit hæc opinio, Ecclesiam habere ius ad rem, non tamen dominium in re ad decimas, antequam separentur à reliquis fructibus, ac proinde non posse occultè sibi compensare; sed posse tantum citare sæculares, & iudicij foro eos cogere, ac obligare, vt sibi soluant non solutas decimas: quia ex dominio ad rem resultat actio personalis, non actio realis, seu apprehensiuæ rei. Et ita docet expressè Rebuffus tractatu de decim. quæst. 9. num. 7. & q. 3. num. 16. & 17. Federicus Senensis consl. 74. & Glossa in cap. Tua nobis. de decimis, verbo, Tributa; & Glossa etiam in cap. Moderamine. 16. q. 1. verbo, Sibi vendicent, in fine. Et facit pro hac parte ipsum cap. Moderamine. vbi dicitur: Decimas peti ab Ecclesia conditione ex canone, vel officio iudicis. conditio autem ex canone, est actio personalis. Et fundamentum huius opinionis est: quia dominium in re est de re certa, & determinata, non autem de re confusa: vnde, cum decimæ ante separationem confusæ sint cum reliquis fructibus, non potest Ecclesia habere verum dominium reale, & in re in decimas; sed tantum ius ad rem, ex quo resultat actio personalis. Dende, quia decima, dam non est separata ab

aliis fructibus, est sub dominio eius, cuius sunt fructus argumento l. 2. ff. de pollicit. quæ loquitur, quando decima ex voto debetur; ergo & cum debetur ex præcepto: nam in re nondum diuisa non potest acquiri dominium determinatæ partis. Hinc est, quauis Ecclesia habeat priuilegium acquirendi rem testamento sibi legatam, aut dono datam ante aditam hæreditatem; & possessionem, seu apprehensionem eius, vt constat ex l. Præter. C. de sacrosanctis Ecclesiis. tamen id intelligendum est, quando dono datur, aut testamento legatur res certa, & particulariter determinata; & non quando res dono data, est incerta & confusa. Vnde, si quis donet Ecclesie tertiam, vel quartam partem suorum bonorum, in eo euentu non transibit dominium in Ecclesiam sine separationem tertie, vel quartæ partis bonorum à reliquis bonis donantis, vt optimè docet Rebuffus in tractatu de decimis, quæst. 3. num. 17. & habetur in l. 2. finali, ff. de verborum obligationibus. Secus, si in tertiam, vel quartam partem suorum bonorum certam proprietatem, aut prædium sibi assumat donator, aut testator: quia tunc iam bona certa donantur, ac restantur Ecclesie: & iam dici non potest donatio rei confusæ, & incertæ: sed partis certæ, & determinatæ, vt patet.

Oppones, posse aliquem habere dominium rei incertæ, seu partis nondum diuisæ ac separatæ: vt, v. g. quando plures homines habent dominium hæreditatis rotius, vel quando cumulus tritici, aut nauis aliqua est multorum simul hominum, tunc enim penes omnes simul & singulos particulariter est huiusmodi dominium, licet eorum nullus habeat huiusmodi dominium super determinatam & certam partem materialem nauis, tritici, aut hæreditatis: sed super partem formalem, vt sic dicam, seu quoram in confuso. Respondeo, verum quidem continere exemplum allatum: quia vnusquisque horum hominum habet titulum sufficientem huiusmodi dominij communis, quem titulum Ecclesia non habet ante separationem & diuisionem rei sibi dono datæ, aut testamento legatæ: Ecclesia enim non habet dominium commune in tertis, quæ seminantur, nec in arboribus, aut gregibus, aut aliis rebus similibus; ex quibus sibi soluantur decimæ fructuum illarum: ergo nec in ipsos fructus habet huiusmodi dominium, ex eo quod nascantur ab illis, antequam separatæ sint decimæ à reliquis fructibus. Et probatur ex sacra pagina Exodi 22. Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere. vbi ponderanda est particula illa, tuas, quæ dominium significat: erant ergo decimæ illorum, antequam separentur, non decimæ Ecclesie, aut ministrorum Dei. & Deuter. 14. ibi, decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis. Omnes ergo fructus erant possidentis, & separatantis & ille tenebatur partem decimæ separare, & à sese abdicare. Tandem id patet ex iure: nam in cap. Parochianos. de decimis, solum dicitur, decimas posse peti tanquam debitum: non ergo vt res propriæ: nam hæc duo, debitum, & res propria, in rigore distinguuntur: quia debitum non mihi tot affert utilitates, quot res propria, qaam possideo actu, & ideo debitum in rigore minus valet, quam res possessa, cum debitum me priuet illis utilitatibus, quæ pretio sunt æstimabiles. Item in cap. Ex transmissa. de decimis, dicitur: Fidelis homo ex omnibus, quæ licitè acquirit, decimas erogare tenetur. prius ergo homo fidelis acquirit rem totam, & postea erogare tenetur decimas. Denique in iure solent decimæ appellari tributa, cap. Decima. 19. q. 1. & cap. Tua nobis. de decimis; tributa autem, licet sint debita Principi, non tamen fiunt extra dominium debentis, & sub dominio Principis, donec soluantur: vnde, si pereant, pereunt tributario, non

Rebuff.

2.

Soar.

non Principi: ergo similiter erit in decimis: ita se habet ista opinio, quæ est valde probabilis.

Secunda opinio docet, Ecclesiam habere verum dominium reale ad decimas ante separationem à reliquis fructibus, imò in ipsos fructus adhuc in campis & spicis existentes. Sic docent Panorm. in capite Commissum. numero 4. & in cap. Tua nobis. de decimis, num. 1. Innocentius, & Ioannes Andr. quos citat Panormitanus, Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. de decimis, capite 39. dub. 3. numer. 15. ait enim ibi certum in primis esse posse, Ecclesiam duplici actione decimas petere; prima, rei vindicatione & apprehensione, quæ est actio resultans ex iure in re, & conceditur vero domino verum dominium habenti. In rem. ff. de rei vindicat. Secunda, conditione ex canone, id est, actione personali citando ipsos sæculares, & iudicio foren si eos cogendo, vt soluant. Et hinc fit, vt quando fructus non decimati venduntur, Ecclesia habeat actionem non solum realem & personalem in venditorem, sed etiam in emptorem, vt patet ex capite. Cum non sit. de decimis. & tenet expressè D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 2. ad 4. & sequitur ex responsione Soarij, & Lessij, vt num. sequenti videbimus: in emptorem, quia habet rem Ecclesie debitam; in venditorem, quia fraudauit Ecclesiam suis decimis. Fit etiam, vt Ecclesia possit apprehendere hos fructus, & hanc apprehensionem debere fieri ex rebus venditoris, si emptor bona fide emit, quia putauit iam esse decimatos: si verò mala fide emit, sciendo non esse decimatos, faciendam esse eam apprehensionem, & compensationem, ex rebus emptoris: quia, qui mala fide emit, ea tacita conditione emit, vt teneatur illam restituere. Imò addo, etiam in eo casu, in quo quis bona fide emit à principio, & postea rescit, fructus non esse decimatos, posse fieri huiusmodi apprehensionem, & occultam compensationem; vel à venditore; quia rem alienam furatus est: vel ab emptore; quia, postquam id sciuit, id retinet, sciendo esse alienam, & iniusto suo domino retinet. Ex dictis inferes, teneri filios, seruos, & quoscunque alios, qui ex fructibus non decimatis aliquid furantur, ad restitutionem Ecclesie faciendam pro decima, siue parua sit quantitas, siue magna; ad mortale & sub mortali, si quantitas fuerit magna; ad veniale verò & sub veniali, si fuerit perexigua. Et ad eandem restitutionem teneri eos, qui ex agris spicas colligunt, ac vehunt in magna quantitate. Ita Lessius tom. 1. lib. 2. de decimis, cap. 39. dubit. 3. num. 13. & Syluester verbo, Decima, n. 12. Syluest. & patet ex cap. Personalis. de decimis, ibi: Fructus autem ipsos alienari non credimus, nisi cum onere decimarum.

Panorm.

Innoc. Ioan. Andreas.

Lessius.

D. Thom.

6.

Lessius. Syluest.

7.

Soarij.

8.

Panorm.

Et verò Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 36. num. 8. intendit has duas opiniones conciliare, in re tamen cum secunda consentit: declarat enim ille dominium Ecclesie erga decimas, antequam à reliquis fructibus separentur, ad instar dominij usufructuarius, & dicit Ecclesiam non habere proprium & rigorosum dominium in huiusmodi decimas ante illarum separationem: quia proprium & rigorosum dominium concernit rem certam & determinatam: decimæ autem, antequam à reliquis fructibus separentur, cum illis sunt confusæ; habere tamen Ecclesiam veluti vsum fructum illarum. Et ideo, inquit Soarius, non solum habet Ecclesia ius ad illas; sed etiam in illis, quod dici potest dominium vtile, quale habet usufructuarius in fructibus pondum perceptis, licet non sit directum. Et addit primum effectum huius dominij vtilis esse, vt possit Ecclesia decimas vendicare & apprehendere, & sibi de illis compensare, vbicumque illæ sint, infcio ablatore illatum, illasque ab eo eripere tanquam ab iniusto inuasore & possessore. Secundum effectum esse, quod Ecclesia habeat actionem in inuasorem tanquam in P. Steph. Faquandæ in quinque præc. Eccl.

eum, qui habet rem sibi debitam: & ita in re cum secunda opinione consentit, quamuis in modo explicandi huiusmodi dominium dissentiat. Et hanc opinionem, seu explicationem Soarij quoad hos duos effectus approbat etiam Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. de decimis, capite 39. dub. 3. numer. 15. ait enim ibi certum in primis esse posse, Ecclesiam duplici actione decimas petere; prima, rei vindicatione & apprehensione, quæ est actio resultans ex iure in re, & conceditur vero domino verum dominium habenti. In rem. ff. de rei vindicat. Secunda, conditione ex canone, id est, actione personali citando ipsos sæculares, & iudicio foren si eos cogendo, vt soluant.

Et hinc fit, vt quando fructus non decimati venduntur, Ecclesia habeat actionem non solum realem & personalem in venditorem, sed etiam in emptorem, vt patet ex capite. Cum non sit. de decimis. & tenet expressè D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 2. ad 4. & sequitur ex responsione Soarij, & Lessij, vt num. sequenti videbimus: in emptorem, quia habet rem Ecclesie debitam; in venditorem, quia fraudauit Ecclesiam suis decimis. Fit etiam, vt Ecclesia possit apprehendere hos fructus, & hanc apprehensionem debere fieri ex rebus venditoris, si emptor bona fide emit, quia putauit iam esse decimatos: si verò mala fide emit, sciendo non esse decimatos, faciendam esse eam apprehensionem, & compensationem, ex rebus emptoris: quia, qui mala fide emit, ea tacita conditione emit, vt teneatur illam restituere. Imò addo, etiam in eo casu, in quo quis bona fide emit à principio, & postea rescit, fructus non esse decimatos, posse fieri huiusmodi apprehensionem, & occultam compensationem; vel à venditore; quia rem alienam furatus est: vel ab emptore; quia, postquam id sciuit, id retinet, sciendo esse alienam, & iniusto suo domino retinet.

Ex dictis inferes, teneri filios, seruos, & quoscunque alios, qui ex fructibus non decimatis aliquid furantur, ad restitutionem Ecclesie faciendam pro decima, siue parua sit quantitas, siue magna; ad mortale & sub mortali, si quantitas fuerit magna; ad veniale verò & sub veniali, si fuerit perexigua. Et ad eandem restitutionem teneri eos, qui ex agris spicas colligunt, ac vehunt in magna quantitate. Ita Lessius tom. 1. lib. 2. de decimis, cap. 39. dubit. 3. num. 13. & Syluester verbo, Decima, n. 12. Syluest. & patet ex cap. Personalis. de decimis, ibi: Fructus autem ipsos alienari non credimus, nisi cum onere decimarum.

Deinde, si quantitas decimæ futuræ ad culpam perueniat mortalem, incurritur etiam excommunicatio in iis locis & diocesisibus, vbi excommunicatio ponitur iis, qui decimas alienas iniusto domino retinent, aut furantur. Quamobrem videndæ erunt constitutiones vnuscuiusque diocesis: excusabit tamen ab incurfione excommunicationis ignorantia ipsius censuræ: nunquam enim censura incurritur, si ignoretur: & ex hoc capite communiter excusabuntur serui, filij, & aliæ personæ ignorantes; vel quia ordinariè talem censuram ignorant; vel quia, quando fructus non decimatos furantur, de illa non recordantur, neque de illa meminerunt, quamuis alioqui illam non ignorarint. Et hæc est doctrina communis in materia de excommunicatione, vt latè probat Soarius tomo 5. de censuris, disput. 4. section. 9. numero 14.

Animaduerto tamen, non teneri ad restitutionem decimarum eos, qui in bello iusto incendunt hostium campos ac segetes, vt optimè notauit Panormitanus in c. Commissum. de decimis, ex Ioan. Andrea.

T T f



Lessius.

Andrea, & Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 39. dub. 13. numero 15. idque siue dicamus Ecclesiam habere dominium illarum ante separationem, siue non. Ratio est: quia per accidens est, quod decimæ pereant ratione commixtionis & confutionis cum reliquis fructibus: non enim debet impediri victoria pro tantilla portione decimarum; maximè, quia hostes non intendunt damnum inferre Ecclesie in decimis; sed iure suo vtuntur ad subneruandum hostem, & victoriam comparandam: secus dicendum, si bellum sit iniustum: tunc enim non solum decimas, sed etiam totum damnum illatum tenentur restituere, vt patet: quia, qui alteri est iniusta causa damni, illud ei tenetur relarcire, vt est commune pronuntiatum in materia restitutionis.

9.

Hinc dubium insurgit, cui pereant decimæ, si casu pereant; aut furto ablati sint fructus, antequam decimati sint: nam, si Ecclesie, & Curatis est dominium reale in illis, antequam decimæ separentur, diuidanturque à reliquis fructibus, videntur perire Ecclesie, & Curatis: res enim, quæ pereunt, pereunt domino. Respondeo tamen breuiter, perire quidem rustico, si per illum sterit, & in mora fuit non soluendi, ac proinde ad restitutionem illarum teneri. Si verò per illum non sterit, quia vel admonuit illos, ad quos spectabat huiusmodi decimas colligere, vt eas aduherent, ac deferrent, vel posuit diligentiam in iis conseruandis, ac tuendis, quam quisque diligentissimus homo in suis rebus conseruandis poneret; dico perire Ecclesie, & non teneri huiusmodi agricolam ad restitutionem. Ita docet Syluester verbo, Decima, numero 13. §. Quintum. Soarius tomo 1. de relig. libro 1. de diuino cultu, capite 36. numero 2. semper enim nocet mora ei, per quem fit. l. Illud. ff. de periculo & commodo rei vend. & idè si post eam admonitionem, Ecclesia fuit in mora colligendi, ei nocuit mora, & rusticus non tenetur illas restituere. Et idem dicendum videtur, si rusticus, quia occupatissimus fuit, non admonuit Ecclesiam, & alioqui diligentissimus fuit in eis conseruandis, ac tuendis: quia per vrgentem occupationem purgavit moram; & alioqui vitio, ac negligentia illius culpabili huiusmodi damnum verri non potest, propter diligentiam, quam posuit. Imò tenetur Ecclesia restituere damnum rustico; si quod illi datum est: quia, v. c. admonuit ipsam Ecclesiam de decimatione tali die, vel tempore faciendâ, & ex defectu præsentie Curati, vel publicani, ad quem pertinebat fructus colligere, non decimauit: quod maximè procedit in locis, in quibus mos est ac consuetudo non decimandi, nisi præsentibus illis, quibus decimas interest colligere. Et ratio est: quia mora posterior semper nocet ei; per quem fit. Si tamen Ecclesia admonita, & commonefacta non fuit, vt colligeret fructus, vel rusticus non posuit diligentiam in decimis tuendis, quam quisque diligentissimus, vel saltem diligens homo ponere solet in suis rebus conseruandis, ac tuendis; decimæ pereunt rustico: quia, quamuis Ecclesia habeat verum dominium illarum ante separationem, & ex hoc capite videantur illi tanquam domino perire; tamen id intelligendum est, si fuerit admonita, aliter non: quomodo enim scire poterat Ecclesia tempus esse decimandi? Et idè in constitutionibus Bracharensis titulo 10. fol. 61. præcipitur, vt admonerentur, vocenturque illi, quibus interest decimas colligere; & aliter pereant illis, qui non vocant, pereantque etiam publicanis, vel Curatis, si non veniunt, postquam vocati sunt. Vt tamen quis in forensi iudicio liberetur à restitu-

Syluest. Soar.

tionem decimarum, si post admonefactionem Curati, vel publicani non veniant, opus erit assumere duos testes huiusmodi vocationis, & admonitionis, qui id testentur in iudicio. Vbi autem consuetudo est solvendi decimas de frumento iam purgato; si manipuli furentur ex area, vel agro, decima perit Ecclesie; primò, quia non erat tempus admonendi illam, vt decimas colligeret, vt patet: secundò, quia citra culpam rustici id contigit, vt suppono.

Possunt quidem domini ad libitum suum, etiam vel agrum mutare in vineam, vel vineam in agrum, vel vineam, aut agrum in domos, contradicentibus etiam Curatis. Ita docet optimè Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 6. numero 35. Hostiensis in Summa, §. Vi vtrum, vers. Decimo. Et ratio est: quia ille, qui solitus erat decimam accipere in frumento, illam accipiet in vino, & è contrâ: nam mutatio qualitatis non alterat obligationem, nec ob id, absolute loquendo, Ecclesia priuatur sua decima, quam habebat. Dices, id quidem verum esse, quando ager in vineam, aut vinea in agrum conuertitur: at reuera priuatur Ecclesiam suis decimis, si agri, vel vineæ in domos conuertantur, vt frequenter ac passim fit, cum maximo detrimento Ecclesiarum. Sed id per accidens est: quia etiam domus frequenter conuertuntur in agros, & vineas, & eo emolumento compensatur detrimentum, & vbi primam domus in agros & vineas mutantur, statim Ecclesia habet decimas vini, vel frumenti; cum tamen antea parum, aut nihil habuerit decimarum ex domibus. Sed vera ratio est, quia Ecclesia solum est domina decimarum ex fructibus productis; non autem prædiorum, arborum, aut agrorum. Vnde, cum dominium camporum maneat apud sæculares, possunt illi ad suam libitum vi re sua in suam vtilitatem, vt patet: & si malitiosè id egerint, peccatum quidem odij, aut inuidiæ committent; non tamen peccatum iniustitiæ, nec ad restitutionem tenebuntur; cum liberum cuique sit re sua & iure suo vi ad suam libitum. Præterea credendum est ab initio ita conuentum fuisse inter Parochos, seu Ecclesiam, & dominos agrorum, cum parochiis sui termini, limites ac districta, assignati sunt, vt, scilicet, possint domini ad liberum vi iure suo; & agros conuerrere in quoscunque vsus.

Rebuff. Hostiens.

C A P V T VII.

Vtrum illa parochia, quæ de nouo aliquot agros, vel proprietatem intra terminos alterius parochie venditione, vel testamento, aut donatione acquirit, ei teneatur decimas soluere de campis acquisitis.

S V M M A R I V M.

Proponitur casus, & status questionis. num. 1. Proponitur, & explicatur prima sententia, affirmans decimas soluendas esse antiquæ parochie, non verò parochie acquirenti de nouo. num. 2. Proponitur secunda sententia negans cum suis fundamentis. num. 3. Proponitur tertia sententia media. num. 4. Reuocatur huiusmodi media sententia optimis fundamentis. ibid. Iudicium

Iudicium Auctoris, & approbatio primæ opinionis. num. 5.

Opinio D. Thomæ sequentis secundam opinionem non procedit in iure, sed in consuetudine: de iure enim prima est verior. num. 6.

Imò nec etiam de consuetudine procedit opinio D. Thomæ, si prima Ecclesia magnum detrimentum patitur in decimis: quod iudicabit prudens Superior. num. 7.

An prædialia patrimonialia Clericorum in seruientium alicui parochie, eidem parochie soluant decimas: si intra illius terminos sint. num. 8.

An Clerici non Parochi in seruientes alicui Ecclesie, eidem teneantur soluere decimas personales, si illius parochiani sint. num. 9.

Ad quem sensum probabilitatis reduci possit opinio eorum, qui dicunt, Clericos in seruientes alicui Ecclesie, non teneri ei soluere decimas de suis bonis patrimonialibus, si intra illius Ecclesie terminos sita sint. num. 10.

1.

Propono casum, vt res clarior euadat: Erigitur, v. c. quædam parochia de nouo, dotatur prædiis ac iugeribus existentibus in territorio alterius parochie, cui decimas pendebant; quæro, cui parochia modò debeantur solui decimæ horum prædiorum, erectane, an alteri, cui antea solvebantur. Item, Parochus, vel Abbas, vel quicumque alius parochianus parochie sancti Petri vendidit, vel donauit omnia sua prædia, quæ erant sita intra territorium prædictæ parochie sancti Petri, & ei decimas solvebant, Ecclesie, seu parochie sancti Pauli; quæro modò, cuiusnam istarum parochiarum soluendæ sint decimæ.

2.

Hac de res inuenio opiniones satis difficiles. Prima docet, illas parochias, quæ acquirunt aliquas possessiones de nouo, vel titulo dotis, vel donationis, vel venditionis, vel quouis alio modo sitas intra districtum alterius parochie, debere & teneri soluere decimas priori parochie, in cuius districto sunt, & cui antea solvebant decimas; & non illi, cui donantur, dotantur, vel venduntur de nouo. Ita docet expressè Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 5. numero 19. Lessius tomo 1. de iustit. libr. 2. capit. 59. de decimis, dub. 5. Abbas in capite Commissum. de decimis, numer. 6. & in cap. Nuper. eodem titul. quæst. 5. numero 20. Gutierrez libr. 1. quæst. canon. cap. 21. numero 54. Sâ verbo, Decima, numero 3. Couarr. lib. 1. var. capite 17. numero 8. §. Secundo. Glossa in cap. 1. de cens. vers. Nullo onere. vbi extendit, & amplificat hanc sententiam etiam ad propria passalia: nam, licet de illis in textu dicatur, debere esse libera ab omni onere, nihilominus Glossa ita asserit, quòd si prius ex illis solvebantur decimæ alteri parochie; eidem oneri esse ac manere subiecta, & habet hanc sententiam magnum fundamentum in cap. Ecclesia. 16. quæst. 1. vbi sic dicitur: Ecclesie antiquitus constituta; nec decimis, nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratorijs tribuantur. Et idipsum statuitur in cap. Quicumque. 16. quæstione 1. Et ratio est, primò, quia res transeunt cum suo onere: sed prædia existentia in terminis alicuius parochie habent hoc onus, vt illi pendant decimas: ergo cum illo onere debent transire, etiam si aliis parochiis donentur, vel ab illis nouo titulo acquirantur. Secundò, quia aliàs posset vna parochia graue detrimentum pati, si aliæ parochie, vel Monasteria possessiones aliquas intra illius terminos de nouo acquirant: priuabitur enim sic illa parochia omnibus suis decimis. Tertio, quia aliàs Monasterium emens, vel colens prædia in alicuius parochie terminis existentia, non teneretur

Rebuff. Lessius. Abbas. Gutierrez. Sâ. Couarr. Gloss.

ex illis prædiis decimas soluere antiquæ parochie, ex vi iuris communis, quia iam efficiuntur ecclesiastica huiusmodi prædia: consequens est falsum, & contra cap. Commissum. & cap. Nuper. de decimis. in quibus iubentur decimæ solui priori parochie, etiam si bona veniant nouis titulis ad Monasteria, & ea propriis manibus colant atque expensis, ne parochie grauius lædantur, & iniuriam patiantur: ergo & antecedens: ergo etiam nisi Monasteria habeant speciale priuilegium, tenentur decimas soluere de prædiis acquisitis illis antiquis parochiis, in quatum districto sunt prædia acquisita. Quartò, quia, quando contenditur pro iure duarum parochiarum, aut Ecclesiarum, semper standum est & fauendum antiquiori, vt docet Glossa in cap. Quicumque. 16. quæst. 1. verbo, Antiquiores. & hanc opinionem tenet etiam Panor. Panorm. mitanus in capite Nouum genus. vbi Innocentius, Innoc. & alij.

3.

Secunda opinio, quæ asserit, non teneri illam parochiam, quæ acquirit possessionem aliquam, decimas soluere priori Ecclesie, in qua sunt prædictæ possessiones, sed deberi illi parochie, quæ de nouo eas possessiones titulo aliquo quocunque, vel gratuito, vel oneroso acquirat, astituitur à grauissimis Auctoribus. Eam docet expressè D. Thom. 2. 2. quæst. 87. artic. 4. ad primum. Caietanus, So. Caietan. & Aragonius ibi, & eam tenet etiam Soarius Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, capite 17. Aragon. numero 3. vbi dicit, opinionem D. Thomæ vsu & consuetudine esse receptam. Limitant tamen huiusmodi Doctores, modò ob eam causam prior Ecclesia, in qua existunt prædia, non magnum excipiat detrimentum, quod iudicio Superioris deciderit. Probatum primò hæc sententia ex capite Quæsti. 16. quæstione 1. vbi videtur facta concessio vnicuique Ecclesie, vt ex suis possessionibus, quas accipit ad suorum ministrorum sustentationem, decimas alteri non soluat: quod videtur intelligendum, vbiunque illæ possessiones existant: textus enim generaliter debet intelligi: alioqui nulla eiset ratio, ob quam Clerici aliarum parochiarum quererentur de Episcopis, qui non sinebant colonos suorum episcoporum prædiorum antiquis parochiis, intra quatum terminos sita erant, decimas soluere, & Concilium Cabilonense, ex quo desumptum est caput istud, Quæsti. decreuit tunc, vt in posterum ipsi Episcopi decimas ad suas Ecclesias deferrent, id est, ad Ecclesias, quarum sunt proprij Pastores, non ad alias, intra quatum terminos sita erant prædia episcopalia: coloni verò eorum ibi decimas personales soluant, vbi eorum infantes baptizantur. Probatum secundò ratione: quia fundus eo ipso, quòd sit Ecclesie, efficitur ecclesiasticus, & titulo spirituali possidetur: ergo alteri parochie non manet obnoxius ad soluendas decimas: nec dici potest, quòd non possit de nouo emancipari alteri Ecclesie cum iniuria prioris Ecclesie; quia ibi nulla datur iniuria, nisi prioris Ecclesie ministri notabiliter defraudent conuenientibus alimentis, cum res ecclesiastica in Ecclesia maneat, & extra illam non egrediatur.

4.

Tertia opinio media inter vtranque docet, non teneri huiusmodi Ecclesiam, seu parochiam, quæ de nouo acquirat prædia intra limites alterius parochie, soluere decimas ex prædiis de nouo acquisitis, modò ipsa eadem prædia suis sumptibus & famulis colat; & quoad hoc concordat cum secunda opinione: teneri verò, si ea non colat suis expensis ac famulis; & quoad hoc concordat cum sententia prima, & hanc mediam opinionem inducit Glossa in eodem cap. Quæsti. 16. quæstione 1. & T t t 2 eam

*Turrecrem.* cam approbat Turrecremata in eodem capite. Sed hæc opinio, vt optimè notat Soarius numero præcedenti allegatus, neque in textu, neque in ratione habet fundamentum: non in prædicto textu; quia textus non dicit; si agros suos propriis colant stipendiis: non in ratione; quia, licet illa distinctio in aliis casibus à Pontificibus tradi soleat, maximè in priuilegiis Religiosorum, vt infra videbimus lib. 3. tamen in præfenti quæstione non habet locum, quia de priuilegiatis, qualia sunt Monasteria Religiosorum, non valet argumentatio ad non priuilegiata, quales sunt parochiæ: quamobrem de aliis duabus opinionibus videndum est, quanam illarum sit probabilior & tenenda.

5. Et certè prædictæ duæ primæ opiniones ambæ sunt fatis probabiles: prima tamen in iure magis habet fundamentum, & idè omninò tenenda, tam in iudicando, quam in consulendo: nam sensus illius cap. *Questi.* in quo nititur secunda, fati dubius est & obfcurus, nec credendum est, voluisse ibi Summum Pontificem mutare iura antiqua, cum id fati non constet. Præterea, cap. *Questi.* in quo nititur secunda opinio, non est alicuius Papæ, sed collectum & deductum à Gratiano ex Concilio Cabilonensi, quod non est approbatum à Summo Pontifice.

6. Scio tamen, aliquos Doctores affirmare, opinionem D. Thomæ esse vsu & consuetudine receptam, quamuis alia sit iuri conformior, inter quos est Soarius tom. 1. de relig. 1. de diuino cultu, cap. 17. numero 31. & Guttierres & Couar. num. 2. allegari id ipsum significant. Quamobrem, nisi opinio D. Thom. sit in aliqua prouincia recepta, profectò alia sequenda erit. Et verò in aliis locis, in quibus consuetudine recepta fuerit opinio D. Thomæ, ad hærendum quidem illi erit, non propter ius; sed propter consuetudinem: potest enim consuetudo aduersus ius commune præualere, vt sæpè diximus: & fortasse D. Thom. in ea sua opinione de consuetudine locutus est, non de iure.


7. Limitatio verò, quam Caietanus, Sotus, Aragonius, & Soarius numero tertio allegati adhibent, vt scilicet, in secunda opinione id non habeat locum, quando prior parochia detrimentum magnum passa fuerit, rationi consentanea est; iudicio tamen superioris Prælati decernendum erit, quando sit tam enormis læsio, & tam magnum detrimentum, vt consuetudo illa admittenda non sit.

8. Nonnulli tamen Doctores ad eò extendunt, am-

plificantque opinionem D. Thomæ numero tertio explicatam, vt dicant, prædia, & patrimonialia bona Clericorum inseruientium parochiæ, cui decimæ illorum prædiorum soluuntur, immunita esse à tributo & onere decimarum, inter quos est Alenf. Syluest. Angelan. 3. parte, quæst. 15. membr. 7. artic. 2. Syluester verbo, *Decima*, n. 13. & Angelus eodem verbo: & id probare conantur ex c. 2. de decimis: sed inde nihil probari potest, quantum ad decimas ex secularibus bonis, seu patrimonialibus: quia onus decimarum est adnexum prædiis ac bonis ipsis, quæ titulo seculari possidentur: vnde, cum huiusmodi Clerici hæc bona patrimonialia titulo seculari possideant, necesse est, vt de illis decimas soluere teneantur Ecclesiæ, cui inseruiunt, si ea bona patrimonialia in territorio illius sita sint. Deinde, quia aliàs grauer læderetur Ecclesiæ: quia possent Canonici, & alij inseruientes ei, multas possessiones acquirere in illius territorio, & eam decimis priuare. Tertio, quia in cap. *Si quis laicus, vel Clericus*. 16. quæst. 1. de decimis, contrarium statuitur, ibi enim dicitur, non posse Clericum rem propriam legare, aut dare, priuando priorem Ecclesiæ decimarum prouentur: supponit ergo habere Ecclesiæ decimarum prouentum ex bonis Clericorum.

9. Si tamen sententia Alenfis, Syluestri, & Angeli intelligatur de decimis personalibus, fortassis erit magis tolerabilis; simpliciter tamen vera non est, vt optimè animaduertit Soarius lib. 1. de diuino cultu, tom. 1. de relig. c. 17. num. 22. nam huiusmodi Clerici non Parochi inseruientes alicui Ecclesiæ tenentur recipere Sacramenta in eadem Ecclesia, tanquam fideles, si in eius districto sunt, id est, si sint parochiani illius, & nullum est ius eos eximens ab hac obligatione: ergo tenentur eidem Ecclesiæ decimas personales soluere: decimæ enim personales illi Ecclesiæ soluuntur, vbi quis recipit Sacramenta, vt patet ex c. *Questi*. 16. quæst. 1.

10. Solum ergo erit probabilis hæc opinio Alenfis, & Syluestri, si illa reducatur ad terminos D. Thomæ opinionis, num. 3. explicatæ, & intelligatur de decimis ex prædiis, ac possessionibus ecclesiasticis, quæ possidentur titulo spirituali: possessiones enim Ecclesiæ non habent adnexum onus soluendi decimas eidem Ecclesiæ cuius sunt, quia ab illa titulo spirituali possidentur. Sed hac de re redibit necessariò sermo infra in lib. 2. vbi hac de re longiore disputationem inseremus, ad quem locum remittere oportet.



LIBER SECVNDVS

DE DECIMIS.



1c. liber tantum ager de personis, quæ ad solutionem decimarum, tam personalium, quam prædialium tenentur, videbimusque in illo, an ad illas teneantur infideles, Iudæi, scilicet, Turcæ, & Sarraceni, & an Hæretici. Deinde videbimus inter Christianos, an ab illis aliqui eximantur, v. c. Papa, Clerici, Episcopi, pauperes, Hospitalia, Monasteria, & loca pia: & quia hæc materia est valde vtilis, & non iniucunda, ad illam quam celerimè, Deo benè iuuante, properemus, longiora prolegomena ad litterarum humanarum studiosos remittentes.

CAPVT I.

*Quæ persona teneantur ad decimas: an Iudæi, Turcæ, infideles, Hæretici, Sarraceni.*

SVMMARIVM.

Omnes homines baptizati, qui de manu Sacerdotum Sacramenta iure tenentur accipere, tenentur ex vi iuris communis ad decimas, tam prædiales, quam personales. num. 1. Eximuntur Catechumeni, quandiu non baptizantur. num. 2. Quid, si sint filij Christianorum. ibid. Non eximuntur Hæretici, qui fuerunt baptizati. n. 3. Idem de Iudæis, si fuerunt baptizati, & fidem abiecerunt. n. 4. Quid de Iudæis, Turcis, & aliis infidelibus, qui nunquam fuerunt baptizati. n. 5. Prima opinio docet, eos teneri ad prædiales. ibid. Secunda eos non teneri, à n. 6. vsque ad 10. Vtraque probabilis. Secunda probabilior est tenenda. num. 11. An Iudæi non baptizati teneantur ad decimas personales: refertur prima opinio affirmans. n. 12. Astringitur secunda negans melioribus fundamentis. num. 13. An saltem per modum compensationis & satisfactionis interesse teneantur soluere Ecclesiæ decimas personales. num. 14. Quid de prædialibus. num. 7. Quid, si terras occupent, quæ aliquando fuerunt Christianorum. n. 6. vers. De illis verò terris. Respondetur ad argumenta prima opinionis affirmantis, infideles non baptizatos teneri ad decimas prædiales. n. 15. Decima prædiales sunt onus reale impostum terris Christianorum, qui aliquando fidem susceperunt, & in proprias parochias fuerunt diuisi; non autem terris infidelium. ibid. Iudæi, & Gentiles non sunt melioris conditionis, eò quod non soluant decimas. ibid. vers. Ad confirmationem. Non datur locus satisfactionis pro interesse, nisi vbi P. Steph. Fagandez in quinque præc. Eccl.

*datur peccatum contra iustitiam. n. 16. Infideles non baptizati persistendo in sua infidelitate peccant contra salutem propriam, non contra iustitiam. ibid. Sacerdotes Ecclesiæ non sunt actu ministri respectu infidelium, sed potentia. n. 17. Licet Iudæi, & Pagani teneantur cognoscere Deum auctorem fructuum naturalium; non tamen per solutionem decimarum. n. 18. An infideles teneantur sustentare Predicatores Evangelij se edocentes. num. 19.*

Regula generalis est, omnes baptizatos, qui de manu Sacerdotum tenentur Sacramenta accipere, teneri, per se loquendo, & ex vi iuris communis, ad decimas soluendas, tam prædiales, quam personales, nisi aliquo iusto titulo eximantur. Hanc regulam tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 1. & 4. & cum eo omnes Thomistæ: tradit etiam Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. numero 1. Rebuffus in tract. de decimis, q. 5. num. 11. & Syluester verbo, *Decima*, num. 13. quæst. 7. Lessius tomo 1. de iustit. libr. 2. capite 39. de decimis, dub. 5. numero 22. & est communis regula iuris canonici Interpretum. Et probatur ex cap. *Ex transmissa*, & ex cap. *A nobis*, de decimis, nam in capite *Ex transmissa*, dicitur, omnes fideles teneri ad decimas præstandas ac soluendas. In cap. *A nobis*, additur exceptio, nisi quis se exemptum ostendat. Et ratio est: quia præceptum decimarum vel potest considerari, quatenus naturale est, vel quatenus ecclesiasticum. Si consideretur primo modo, de iure naturali est, vt fideles suos pascant Curatos, & Pastores, qui ex officio tenentur eis spiritualia ministrare: dignus est enim operarius cibo suo, Lucæ 10. & qui altari ministrat, de altari edat. 1. Cor. 9. Si sumatur secundo modo, quatenus est ecclesiasticum, de eodem iure ecclesiastico tenentur etiam fideles baptizati decimas persolvere, quia præcepta ecclesiastica solos obligant baptizatos: de his enim, qui foris sunt, nihil ad nos, ait Apostolus 1. Cor. 15. Dico, obligare solos baptizatos: quia de solis baptizatis explicantur illa verba cap. *Ex transmissa*. Fideles omnes, iuxta omnes iuris canonici Interpretes, & iuxta Soarium tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, capite 16. numero 2. Catechumeni enim, qui nondum sacro Baptismatis fonte sunt illustrati, Ecclesiæ præceptis obligati non possunt, cum Ecclesiæ fores nondum per Baptismum sint ingressi.

2. Eximuntur ergo omnes Catechumeni, quandiu non baptizantur: quia, quamuis ratione fidei, quam habent, fideles dici possint secundum quid; tamen sola fides absque caractere, & professione Christianismi, quæ in susceptione Baptismatis fit, non sufficit ad subiiciendum hominem præceptis Ecclesiæ, vt optimè notat Soarius citatus, & Syluester verbo, *Decima*, numero 13. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 5. numero 22. & Doctores passim. Hoc tamen intelligendum est de Catechumenis filiis infidelium, qui sua sponte ad Ecclesiam veniunt: nam filij Christianorum ex vi

originis subduntur Ecclesiæ præceptis propter characterem patrum, & per voluntatem eorum; & idèd, si acciderit eos habere dominia prædiorum aliquorum ac fructuum, antequam Baptismum suscipiant, ad decimarum solutionem obligantur, & tanquam baptizati censentur.

3. Hæretici baptizati, licet infideles sint, & nominentur, non eximuntur, sed tenentur ad solutionem decimarum, & præceptis ecclesiasticis de iure subduntur. Primò, quia ante hæresim erant obligati, vt constat: ergo & post hæresim, alioqui ex sua malitia & iniquitate commodum reportarent, quod non est dicendum: & hoc intelligitur, tam de decimis prædialibus, quam personalibus. Secundò, quia, licet de facto non sint fideles propter iniquitatem, & de facto non recipiant Sacramenta; iure tamen tenentur esse fideles, & Sacramenta ab Ecclesia accipere, & per illam de iure cogi possunt, vt ad fidem conuertantur: ergo etiam iure tenentur soluere decimas, tam personales, quam prædiales, maximè quia Sacerdotes Christiani, quibus hoc ex officio incumbit, parati sunt ad eos spiritualibus inuandos, & eis Sacramenta ministranda, & ex officio eos tenentur monere, & iuuare, quantum possunt, ad conuersionem, & per Sacerdotes non stat, sed per eos, vt patet. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, capite 16. numero 3. Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 5. numero 11. & Glossa in cap. *Decima*. 16. quæst. 1. & Syluester verbo, *Decima*. num. 13. Lappus allegatione 63. Lessius tomo 1. de iustit. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 5. numero 22. Mantuanus consil. 188. col. 2. vers. *Cum aliis*. & Glossa in cap. *Tua nobis*. de decimis, & Oldradus consil. 91. vers. *Veni*. & alij.

Soar.  
Rebuff.

Glossa.  
Syluest.  
Lappus.  
Lessius.  
Mant.  
Oldradus.

4. De Iudæis est maius dubium, an ad eandem decimas, tam personales, quam prædiales, ex præcepto ecclesiastico teneantur. Et quidem Iudæi in duplici sunt differentia: aut enim baptizati fuere, aut nunquam, nec illi, neque eorum patres baptizati sunt: si baptizati fuerunt, & fidem abiecerunt, sunt Hæretici, & Apostatae: & de illis dicendum est id, quod de Hæreticis dictum manet, numero præcedenti, teneri, scilicet, de iure ad decimas, tam personales, quam prædiales, & quia ratione characteris Baptismatis obligantur præceptis ecclesiasticis: & quia rationes ibi factæ, & Doctores allegati ita conuincunt.

5. Si nunquam fuerunt baptizati, tunc bipartita est opinio. Prima docet, teneri eos ad prædiales. Ita docent Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 5. numero 1. Panormitanus in cap. *De terris*. de decimis, post Glossam in cap. *Tua nobis*. eodem titulo. Oldradus consil. 91. vers. *Veni in dubium*. Marcus Mantuanus consil. 188. col. 2. vers. *Cum aliis*. Lappus allegat. 63. Lessius tomo 1. libro 2. capite 39. de decimis, dub. 5. numero 22. Syluester verbo, *Decima*, numero 13. quæst. 7. Probant primò: quia hoc onus est impositum agris & prædiis, quæ possident, non personis; & res transit cum suo onere; & per accidens est, quod huiusmodi agri & prædia possideantur à Iudæis non baptizatis, vel à baptizatis. Secundò, quia alioqui fraudaretur Ecclesia suo iure, & melioris conditionis essent Iudæi non baptizati, Turcæ, & alij infideles, quam fideles & baptizati: nam, quia prædia ipsa habent adnexam hanc obligationem soluendi decimas, tanquam onus ipsius rei & prædij, necesse est, vt huiusmodi onus, & huiusmodi res & prædij ad Iudæum non baptizatum, Turcæ, & quen-cunque alium cum suo onere transeat; alioqui si perdit onus, quia transit ad Iudæum non baptizatum, melioris conditionis sunt Iudæi, Turcæ,

Rebuff.  
Panorm.

Oldrad.  
Mant.  
Lappus.  
Lessius.  
Sylu.

Sarraceni, & omnes infideles non baptizati, quam fideles baptizati, quod non est dicendum. Tertio, quia saltem per modum restitutionis & compensationis ac satisfactionis damni dati, quamuis non sit ex vi & ratione formali decimarum, tenentur Iudæi & alij infideles non baptizati soluere has decimas Ecclesiæ: nam, si huiusmodi Iudæi non baptizati non colerent eas terras, profectò ipsi Christiani eorum loco eas coluissent, & decimas soluissent: ergo saltem per modum satisfactionis interesse, & re-compensationis damni dati tenentur ipsi Iudæi, & alij infideles non baptizati, eas decimas Ecclesiæ soluere: quod expressè habetur in cap. *De terris*. de decimis, ibi: *Ne forte illa occasione Ecclesia valeant suo iure fraudari*. Supponitur ergo hoc capite, Ecclesiam ius habere acquisitum in talibus fundis, agris, ac prædiis quoad talem pensionem decimarum; & Iudæos posse cogi, non ad decimam soluendam vt sic, & sub ratione decimæ: sed per modum satisfactionis interesse ad non lædendam Ecclesiam: & consequenter in hac opinione dicendum est, teneri in conscientia huiusmodi Iudæos non baptizatos & alios infideles, si conuertantur, ad persoluendas omnes decimas antea non solutas, nisi Ecclesia, tanquam pia mater, eas illis indulgeat ac remittat: nam Ecclesia habet ius possidendi totum orbem terrarum, & consequenter habet ius exigendi decimas ab omnibus prædiis, vbi-cunque gentium, & sub quibuscunque personis existant, & iniquè ac iniuste impeditur ab huiusmodi infidelibus, ne hoc iure vtatur. Quarto, quia per accidens est, quod illi baptizati non sint, & Sacramenta non suscipiant: quia illi tenentur hæc iure diuino accipere; & per Ecclesiam non stat, sed per illos, quominus Baptismum, & reliqua Sacramenta suscipiant, cum Ecclesia neminem à suo gremio expellat, omnes in illud excipiat; & cum hoc ster per illorum malitiam, non est conueniens, vt ex illa commodum reportent: fraus enim & malitia nemini parocinari debet. Itaque fullo. ff. de furis. & argumento l. *Seruius*. ff. quod vi, aut clam. Quintò, quia Iudæi non baptizati, Sarraceni, Turcæ, & alij infideles similiter non baptizati subiiciuntur iuri diuino, & tenentur recognoscere Deum, vt supremum Dominum, auctoremque fructuum, ac frugum omnium naturalium: Deus autem præcipit, ac iubet, sibi solui decimas in recognitionem supremi dominij, quod habet, tanquam auctor naturæ, in omnes fructus naturales terræ, vt expressè habetur in cap. *Tua nobis*. de decimis. Sextò, quia Iudæi, & quicunque alij infideles non baptizati iure diuino tenentur audire res fidei, & Prædicatores fidei accipere, & ad hoc possunt à Summo Pontifice cogi: ergo etiam tenentur illos sustentare solutione decimarum, & ad hanc sustentationem præstandam cogi possunt per Ecclesiam, suis ecclesiasticis præceptis: & hoc modo Sacerdotes Ecclesiæ dici possunt, ac sunt de iure ministri Sacramentorum, saltem Baptismi, & mediante Baptismo aliorum, respectu infidelium: ergo etiam in illis habet locum illud D. Pauli: *Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus* 1. Cor. 15. quasi dicat, si nos iure diuino tenemur vobis fidem prædicare, vosque baptizare, & vobis Sacramenta & alia spiritualia munera ministrare; quid miramini, si dicamus, teneri vos iure diuino nos alere ac sustentare decimarum solutione. Et roboratur magis ac magis hic discursus in hunc modum: nam, vt experientia docet, ad mittendos Prædicatores Euangelij ad Cinna, v. g. & Iaponicos, magnæ expensæ sunt necessariæ, maiores verò ad conseruandos, nutriendosque: illos ad fidem iam conuersos: quare ergo non poterit Ecclesia has expensas

expensas ab illis infidelibus exigere, cum teneatur hoc modo eos spiritualibus pascere, & nemo vnquam suis stipendiis militet? Quare videtur dicendum, teneri sine dabo huiusmodi infideles soluere has decimas prædiales, & posse ad id cogi præceptis ecclesiasticis: an autem etiam ad decimas personales, dicemus infra num. 8. & est sine dubio hæc sententia valde probabilis.

Soar.  
Sotus.

Nihilominus Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. num. 5. & numeris sequentibus, & Sotus lib. 9. de iustit. quæst. 4. artic. 4. consent, hanc sententiam, quæ hæcenus à nobis fuit explicata, improbabilem, & nullius fundamenti in iure: & distinguunt inter terras, quæ nunquam fuerunt Ecclesiæ, nec in parochias diuisæ; & inter illas, quæ iam fuerunt Ecclesiæ, & Christianorum, & in parochias diuisæ: & de illis, quæ iam fuerunt Christianorum, & in parochias diuisæ, affirmant, debere huiusmodi Iudæos, & alios infideles non baptizatos decimas Ecclesiæ, de iure soluere, & teneri in conscientia eas illi soluere, non solum sub ratione formali decimarum; sed etiam via compensationis damni iniuste dati: quia Ecclesia non fundauit suum ius ad decimas prædiales, nisi post orbem conuersum, & diuisionem parochiarum factam, vt constat ex cap. 1. de decimis. 13. q. 1. ibi: *Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus, parochias & cæmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus*. & quia Glossa in c. *Tua nobis*. de decimis, verbo, *Præterea*, ita habet: *Nam & Iudæi præstat personales decimas quasdam quandoque, sed non omnes, licet non ratione diuini obsequij*, quali diceret: Non ratione præstationis Sacramentorum & rerum spiritualium, sed ratione compensationis. Vnde deducitur argumentum: nam, si hæc compensatio fit in decimis personalibus, quantum magis debet fieri in prædialibus de iure? De illis verò terris, quæ semper fuerunt Gentilium, Iudæorum, Turcarum, & aliorum infidelium, qui nunquam fuerunt baptizati, affirmant esse improbabilem omnino opinionem primam, quæ asserit de huiusmodi terris deberi, ac teneri huiusmodi infideles decimas soluere Ecclesiæ, aut posse iure ab Ecclesia suis præceptis ad id cogi, aut obligari, & neque in iure, neque in ratione habere fundamentum. Probant primò ex iure, & ex cap. *Quanto*. de vsuris, vbi dicitur, Iudæos posse cogi pro decimis, quas Ecclesiæ de possessionibus prius accipere consueuerant: vbi Glossa addit rationem; quia res transit cum suo onere. Supponitur ergo ius illud prius fuisse acquisitum in re ipsa, & terras illas fuisse aliquando Christianorum. Ergo ipsi infideles non possunt obligari pro decimis illorum prædiorum, quæ ad Ecclesiam nunquam pertinuerunt. Probant secundò ex ratione: quia illa prædia nunquam habuerunt tale onus reale, neque cum illo peruenerunt ad Gentiles, à quibus possidentur: ergo illi non tenentur ad tales decimas, nec ratione suarum personarum, nec ratione ipsorum prædiorum: ergo nullo titulo. Nec ratio in contrarium pro prima opinione facta quidquam probat: quia Ecclesia non habet proprium ius iustitiæ ad decimas terrarum infidelium, qui nunquam fuerunt baptizati, nec ad ipsas terras, nec illi contra iustitiā peccant, eas terras occupando, vel fidem non recipiendo; sed peccant tantum contra fidem ipsam, & contra charitatem, & salutem propriam; & idèd non habet in eis locum obligatio per modum restitutionis, & compensationis damni illati: habet tamen probabilitatem in terris, quæ aliquando fuerunt Christianorum, & in quibus eiectione fuerunt Ecclesiæ, & prædia in ius decimarum diuisa & attributa: quia per iniustissima bella ab huiusmodi infidelibus fuerunt vsurpata, & occupata, & idèd nunquam

Ecclesia fuit iuste priuata iure acquisito, in decimas illorum prædiorum, vt constat ex Costeilio Hispanensi I. cap. 1. & est expressum in cap. *Primo*. 16. quæst. 3. & in cap. *Cum per bellicam* 3. q. 1. neque contra hoc ius ab infidelibus præscribi potuit: quamobrem semper videntur obligari ad satisfactionem reddendam Ecclesiæ pro interesse damni iniuste illati, vt notat Barbosa in l. *Diuortio*. §. *Inter Barbofa*. dum. à num. 7. ff. *Solutio matr.*

Præterea, licet verum sit in rigore iuris, quòd infideles teneantur restituere decimas earum terrarum, quæ fuerunt aliquando Ecclesiæ; tamen hæc restitutio ad praxim reduci moraliter non potest, cum ad id de facto cogi non possint, & moraliter loquendo est nullius vtilitatis, quia huiusmodi infideles facillè excusari possunt ab hac restitutione & compensatione faciendâ per ignorantiam inuincibilem. Enimverò, licet fidei ignorantiam habere non possint inuincibilem; huius tamen ecclesiastici iuris omnino illam habere possunt. Si verò ad fidem conuertantur, iure obligari non possunt ad restitutionem faciendam pro huiusmodi decimis; tum quia esset magnum impedimentum ad conuersionem; tum, quia Ecclesia id facere non consuevit; tum, quia, licet ius Ecclesiæ semper duret quasi in habitu, vt scilicet, si contingat prouincias illas, quæ aliquando fuerunt Christianorum, iterum ad Ecclesiam Catholicam deuenire, & diceceses & parochias cum suis territoriis ac prædiis, quantum de illis constare poterit, iterum instaurentur; nihilominus, quandiu ibi spiritualia non ministrantur, videtur suspendi ius illud in actu, quia debeat Ecclesiæ propter actuale ministerium in sustentationem eorum, qui actualiter spiritualia ministrant: vnde, cum hæc omnia in illis regionibus cessent, non videtur peculiaris aliqua iniuria inferri Ecclesiæ, & idèd quòd decimæ illi non soluantur; sed fit iniuria generalis in detentione iniusta illius totius regionis, & omnium fructuum eius, quos omnes tyranni tenentur restituere: sed illa restitutio ad praxim reduci non potest, vt docet optimè Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. num. 9.

Probant tertio, quia, licet omnes homines teneantur diuinum dominium recognoscere, non tamen tenentur ex vi eiusdem iuris naturalis hanc recognitionem facere per solutionem decimarum; sed per alias actiones: nam ista determinatio cognitionis huius diuini dominij per hanc solutionem fuit determinata ab Ecclesia iure positiuo diuino, quod olim soli populo Hebræorum positum erat, non alijs infidelibus: & idèd qui & hodie sunt, & olim extra Ecclesiam fuerunt, non tenentur hac peculiari actione, & hoc speciali modo solutionis decimarum, diuinum dominium recognoscere, do, nec sacro fonte Baptismatis abluantur. Sicut non tenentur Deum colere per auditionem & assistentiam sacrificij Missæ; sed solum per alias actiones, quas naturalis ratio dicit, abstinendo à vitis, & pluralitatem Deorum abiiciendo, mentémque ad Deum eleuando, non furando, non mœchando, &c.

Probant quartò, quia infideles nunquam baptizati, licet iure diuino naturali immediatè obligentur ad fidem, & Baptismum suscipiendum à ministris Ecclesiæ, & mediante Baptismo ad alia Sacramenta; non tamen obligantur ad alia ecclesiastica præcepta postiuua Ecclesiæ: quia ius naturale omnes homines ratione naturali pollentes obligat: ius autem positiuum non nisi subditos: huiusmodi autem infideles non baptizati, nec sunt, nec vnquam fuerunt subditi Ecclesiæ. Verùm, hæc ratio bene probat non teneri huiusmodi infideles non baptizatos ad obseruanda præcepta postiuua Ecclesiæ, dum

7.

Soar.

8.

9.



non baptizantur; & ita solum concludit optimè, non teneri eos soluere decimam Ecclesiae quoad hanc quotam & taxationem decimarum, cum hac taxatio sit de iure positio Ecclesiae hodie, & olim fuerit de iure positio diuina in republica Hebraeorum, non naturali, vt satis probauimus lib. 1. cap. 1. num. 5. & sequentibus: non tamen probat, non teneri eos ad decimas, si sumantur pro sustentatione praecise naturali Sacerdotum, & ministrorum Dei, qui eis ex officio tenentur fidem praedicare, & Baptismum, & alia Sacramenta dare: nam haec sustentatio est etiam de iure naturali, non ecclesiastico, vt diximus lib. 1. cap. 1. & sicut illi tenentur de iure naturali fidem audire, & Baptismum immediatè, & mediante Baptismo alia Sacramenta suscipere: sic etiam de eodem iure naturali tenentur ministros Dei sibi praedicantes, & se catechizantes sustentare, & iure ad id possunt obligari vi & amnis; & hoc sufficit, vt dicamus simpliciter teneri eos ad decimas soluendas, pro vt decimae includunt ac significant sustentationem necessariam ministrorum Dei.

10. Ad hanc rationem respondet Soarius tom. 7. de religione, lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. num. 12. probabile esse, posse Ecclesiam & Pastores eius, aliquod tributum ab infidelibus postulare ad sustentationem eorum Praedicatorum, qui de facto, & actu mittuntur ad conuertendos huiusmodi infideles, & teneri huiusmodi infideles de iure naturali illud praestare, tum ad expensas itineris, tum ad eos sustentandos, quando inter ipsos sunt: sicut Romae, v. g. potest exigi à Iudaeis tributum, ad sustentandum Praedictorem Euangelij, qui Iudaeos non baptizatos ibi habitantes edocuerit: sed nunquam Ecclesiam fuisse haecenus hac potestate vlam propter scandalum ipsorum infidelium, & ne id sit impedimentum conuersionis illorum. Vnde primò Apostoli, & post illos discipuli à Christo Domino missi sunt per totum orbem praedicare Euangelium Dei omnino gratis, sine stipendio etiam sustentationis, victum & vestitum, vel suo labore quaerendo; vel ab his, qui fidem suscipiebant, accipiendo; vel ab ipsis etiam infidelibus elemosynas postulando. Et postea ipsi Apostoli suos proprios discipulos eodem modo ad conuertendum orbem destinarunt: quare, cum haec semper fuerit consuetudo Ecclesiae haecenus inuolabiter obseruata, inconueniens erit, illam immutare, & raro, moraliter loquendo, dabitur causa immutationis, ne Gentiles ipsi grauentur, vexenturque huiusmodi tributis pro alendis ac sustentandis Praedicatoribus Euangelij; sed à Summo Pontifice, aut Principibus Christianis alendi sunt, donec fideles de nouo conuersi sponte sua de suis bonis eos alant; & donec parochiae inter eos erectae sint, cum suis praediis attributis.

11. Haec sunt fundamenta harum duarum opinionum, quae sunt satis probabiles: sed haec secunda mihi videtur probabilior, quamuis non tot numero Auctores, nec tam antiquos habeat; habet tamen rationes firmiores pro se, & duo lumina Theologiae, Soarium, & Sotum: & ex fundamentis istius secundae opinionis iugulantur ac destruantur omnia fundamenta primae, si mente habeantur: infra tamen rationes pro prima factas soluimus n. 15. ad quem locum te remittimus.

12. Sed, cum solum haecenus de decimis praedialibus locuti fuerimus, similis quaestio est de personalibus, an, scilicet, Turcae, Iudaei, Gentiles, & omnes infideles non baptizati, iure diuino naturali, aut ex praeepto ecclesiastico teneantur decimas personales soluere Ecclesiae. Et hac de re tripartita est opinio. Quidam affirmant, eos teneri ad decimas personales. Ita Rebuff. tractatu de decimis, quaest. 5.

Rebuff.

num. 11. & Glossa in cap. Decima. 16. quaest. 1. & Gloss. alij. Fundamentum illorum est: quia, licet non recipiant huiusmodi infideles Sacramenta, nec alia diuina accipiant, ob quorum receptionem decimae personales à Christianis sub praeepto imperantur, ac soluuntur; id tamen est illis imputandum, quia non stat per Ecclesiam, nec per Parochos ac ministros illius, sed per illos: Ecclesia enim nemini claudit gremium: imò omnes vult recipere, & ministri illius parati sunt omnes edocere, & spiritualibus alimentis, ac Sacramentis pascere. Vnde, cum per illos stet, & culpa illorum ac malitia fiat, vt Sacramenta non recipiant, non sunt excusandi, ne ex improbitate & malitia sua vtilitatem reportent: culpa enim ac malitia non debet patrocinari auctori. l. Itaque fullo. ff. de furtis.

13. Alij contra melius docent, eos non debere decimas personales, sicut nec praediales, vt dictum ac probatum manet à numer. 6. Ita expresse docet D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. & 4. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 5. numer. 22. Syluester verbo, Decima, num. 13. quaest. 7. Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. à num. 2. & 4. & deinceps. Sotus lib. 9. de iust. q. 4. art. 4. & alij. Et idem docet etiam Glossa in cap. De terris. de decimis. Et his fundamentis innituntur. Primò, quia huiusmodi infideles Sacramenta non accipiunt, & decimae personales solum debentur ob receptionem Sacramentorum; & sapè per eos id non stat, sed vel per maiores, Reges, ac superiores illorum; vel per nostros Sacerdotes, qui ad eos edocendos non accedunt: & quamuis per eos stet, adhuc non tenentur ad solutionem harum personalium decimarum; quia ad praeeptum illarum, cum sit ecclesiasticum, non tenentur, nisi postquam Ecclesiae fores per Baptismum intrant: nec inde sequitur, reportare commodum ex sua malitia, cum nec ad receptionem Sacramentorum teneantur; nisi post susceptionem Baptismi; nec id faciunt ex intentione fraudandi Ecclesiam suis decimis personalibus; sed ex errore & ignorantia humana; quia praeeptum decimarum personalium, sicut & praedialium, vel potest considerari, quatenus ecclesiasticum est, vel quatenus est de iure naturali: si consideratur, quatenus ecclesiasticum est, non obligat infideles nunquam baptizatos, cum non sint subditi Ecclesiae, nec fores Ecclesiae per Baptismum intrarint: & de his, qui sunt foris, nihil ad nos, vt ait D. Paul. 1. Cor. 15. Ecclesia enim non potest obligare nisi suis praeeptis suos subditos. Si quatenus naturale est, etiam non obligat huiusmodi infideles non baptizatos: quia illi non sunt actu membra Ecclesiae, sed potentia, & consequenter Sacerdotes Ecclesiae non sunt actu illorum Pastores, sed potentia: ergo non possunt iure naturali ab eis exigere decimas personales (imò nec praediales) in sustentationem necessariam, quae est de iure naturali; nec ipsi infideles tenentur eas soluere ex vi iuris naturalis, cum actu ipsi Sacerdotes non sint illorum Pastores, nec illi illorum, aut Ecclesiae subditi, vt patet. Tertio, quia deficit fundamentum in Ecclesia ad postulandas, & imperandas has decimas personales, & etiam praediales de iure naturali per modum sustentationis ab ipsis infidelibus, qui nunquam fuerunt baptizati: ergo deficit etiam obligatio naturalis ex parte horum infidelium ad illas soluendas: nam fundamentum iuris naturalis, quod habet Ecclesia ad imperandas has decimas per modum sustentationis naturalis, est, quia, vt Christus dixit, *Dignum est operarium cibo suo*, Lucæ 10. operarius autem est, qui actu operatur: illi autem non actu operantur, nec actu ministrant altari respectu ipsorum infidelium: ergo nullo modo ex vi iuris naturalis Ecclesia,

14. Panorm. Ecclesia potest postulare, aut imponere has decimas ipsis infidelibus.

Panormitanus verò in dicto cap. De terris. tit. de decimis, num. 6. tertiam inducit opinionem: ait enim, huiusmodi infideles non baptizatos non teneri ad decimas personales, formaliter loquendo, ex vi praeepti decimarum, siue praeeptum illarum sit ecclesiasticum, siue ex iure naturali; sed per modum compensationis. Et ratio ac fundamentum illius est: quia, si Christianus habitaret in aliqua parochia inter ipsos Christianos, teneretur ad has decimas personales soluendas. Ergo & infidelis nunquam baptizatus habitando ibi teneretur illas soluere, quas soluturus erat Christianus per modum compensationis: nam infidelis habitando ibi impedit, ne Christianus habitet: replet enim locum, quem Christianus repleturus, ac occupaturus erat, & consequenter priuar Ecclesiam personali decima, quam esset perceptura à fidele habitante ibi, & ideo cogi potest ab Ecclesia ad satisfaciendum interesse. Et confirmatur hoc illius fundamentum ex Glossa in cap. Tua nobis. de decimis, verbo, *Prætextu*, ibi: *Nam & Iudaei praestant personales decimas quasdam quandoque, sed non omnes, licet non ratione diuini obsequij.* Verum, neque in ratione, neque in textu vllum habet fundamentum haec sententia Panorm. non in textu, aut iure; quia in cap. Tua nobis, nihil ea de re dicitur; Glossa verò illa, nec id clarè docet, nec est tantae auctoritatis, vt nos moueat ad illi assentiendum; imò si quis rectè expendat ius, ibi argumentum ad contrarium inueniet: nam in cap. Quanto. de vltis, habetur expresse, teneri Iudaeos non baptizatos, & cogi posse ad soluendas decimas de praediis, domibus, & de possessionibus, quae aliquando fuerunt Christianorum: non ergo de personis, vt optimè infert Soarius contra praedictam Glossam infra allegandus: non in ratione, quia nulla parochialis Ecclesia habet ius acquisitum, vt omnes, qui intra eam habitant, laborent, vel lucrarentur aliquid manibus, vt sibi soluant decimas personales de laboribus suis; alioqui nobiles tenerentur laborare, vt has decimas personales ei soluerent: nam etiam ij occupant locum, quem alij laboraturi, occupaturi erant, ex quo labore erant soluturi decimas personales parochiae; aut si non tenerentur laborare, saltem tenerentur satisfacere Ecclesiae interesse pro decima personali, quam alius posset dare, cuius locum occupat. Similiter Clericus habitans intra parochiam, quia impedit, ne ibi habitet artifex, qui solueret personales decimas, deberet soluere interesse, quod quis dicit: Denique, si nunc in Iaponia diuiderentur parochiae, & in singulis manerent Gentiles habitantes inter fideles, possent ex fundamento Panormitani obligari huiusmodi Gentiles ad soluendas has decimas personales ratione interesse: occupant enim locum, quem alij Christiani & fideles occupaturi essent, nisi isti ibi manerent: quod quis etiam dicit: nam Gentiles vtuntur iure suo, & per se non faciunt contra ius aliquod Ecclesiae acquisitum: ergo ad nullam satisfactionem tenentur. Et huius opinionis est etiam Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 16. n. 5. Quapropter, nec in ratione, nec in textu, aut iure aliquo habet fundamentum opinio Panormitani, & ideo relinquenda: & ex nostris fundamentis, illius fundamenta satis euelluntur.

15. Restat modò, vt soluamus rationes factas pro prima opinione, quae affirmabat, Iudaeos non baptizatos, Gentiles, Turcas, & Saracenos (eadem est enim de istis ratio, atque de Iudaeis non baptizatis) teneri ad decimas praediales. Ad primam rationem respondeo, decimas praediales esse opus reale impostum praediis Christianorum, qui aliquando Ba-

ptimum susceperunt, postquam huiusmodi Christiani in suas parochias diuisi sunt, & consequenter Ecclesiam solum habere ius fundatum ad has decimas praediales erga campos & praedia territorio aliquius parochiae attributa, & intra terminos illius sita, vt constat ex c. 1. de decim. 13. q. 1. non autem in campos & praedia absolute, siue sint Christianorum, siue non sint. Ad secundam rationem respondeo, Ecclesiam iure suo non fraudari, cum campi, & terrae Gentilium, & paganorum nunquam fuerint oneri decimarum subiectae. Ad confirmationem respondeo absolute, non esse melioris conditionis Iudaeos non baptizatos, nec Christianos illis inferioris & deterioris conditionis, ed quòd terrae Christianorum sint subiectae oneri decimarum; non autem Gentilium, aut Iudaeorum: nam multò melioris conditionis manent Christiani, cum etiam de sua substantia Deum honorent, illius ministros sustentando.

16. Ad tertiam rationem dico, eam rationem iam esse solutam in num. 5. verò. *Probat secundò.* non enim datur locus satisfactionis interesse, aut compensationis, vbi non datur damnum illatum: nam praedia Gentilium, & infidelium, qui nunquam fuerunt baptizati, nunquam fuerunt subiecta oneri decimarum: neque enim habet Ecclesia proprium ius ad decimas, nisi postquam huiusmodi infideles Baptismum capiunt, & in proprias parochias sunt distributi; & ante Baptismum non peccant contra iustitiam, occupando eas terras, quae nunquam fuerunt Christianorum; neque etiam peccant contra iustitiam, persistendo in sua infidelitate: sed contra fidem, & charitatem ac salutem propriam; & ideo non habet in eis locum restitutio per modum satisfactionis interesse: haec enim restitutio non datur, nisi vbi datur peccatum contra iustitiam.

17. Ad quartam rationem dico, non esse per accidens in ordine ad solutionem decimarum, & restitutionem illarum, quòd ea terrae & praedia possideantur à Iudaeis non baptizatis, & Turcis; sed valde per se. Ad confirmationem respondeo, Sacerdotes Ecclesiae non esse actu de iure ministros infidelium ad eis Baptismum & alia Sacramenta ministranda sed esse illorum ministros potentia: sicut illi non sunt actu subditi, sed potentia; ac proinde non sequitur, quòd teneantur infideles illis decimas actualiter praestare, aut Sacerdotes illas ab eis actualiter postulare, sed potentia, cum, scilicet, conuersi fuerint ad fidem Ecclesiae, & in proprias parochias separati; & quamuis infideles malitiosè nolint recipere Sacramenta, & ad fidem conuerti, non inde sequitur, quòd reportent commodum malitiae suae, cum id non faciant ex intentione fraudandi Ecclesiam suis decimis, sed ex errore & ignorantia communi atque humana.

18. Ad quintam respondeo, Iudaeos, & alios infideles subiecti iuri diuino, vt cognoscant, Deum esse auctorem fructuum naturalium terrae; non tamen teneri eum recognoscere auctorem illorum per solutionem decimarum, cum hic modus, & actio recognitionis sit de praeepto ecclesiastico, & illi non teneantur ad praeepta ecclesiastica, cum sint extra Ecclesiam, vt patet: tenentur tamen Deum recognoscere auctorem horum fructuum per alias actiones naturales, v. g. grates Deo in communi agendo pro pluuuis, pro solibus à Deo in tempore ad eos fructus procreandos datis.

19. Ad sextam, & vltimam rationem respondeo, verum esse, huiusmodi infideles non baptizatos teneri iure diuino, & naturali res fidei audire, & Praedictores Euangelij recipere, & consequenter eos sustentare; & posse etiam consequenter Ecclesiam eos ad hanc sustentationem cogere, & obligare; non tamen

tamen per modum solutionis decimarum; cum hoc præceptum sit merè ecclesiasticum, & illi non teneantur parere præceptis ecclesiasticis, cum extra Ecclesiam sint; sed per modum præcepti naturalis, obligando eos ad præstandam necessariam sustentationem ipsi Sacerdotibus, imò & expensas itineris: sed id hæcenus Ecclesiam non fecisse, nec est conueniens, vt faciat, ne id illis scandalum sit, & impedimentum conuersionis: nam, quamuis omnes homines ratione pollentes teneantur obedire iuri naturali; & de iure naturali sit, vt qui actu ministrat in spiritualibus, actu etiam sustentetur temporalibus alimentis ad vitam necessariis: tamen cum ipsi infideles, etiam lumen naturale rationis ita obtusum habeant, vt vix hæc percipiant; inconueniens maximum erit & impedimentum salutis eorum, eos velle cogere, & huiusmodi petitionibus vexare. Vide, quæ ex Soatio diximus num. 10.

CAPVT II.

An Clerici, & Summus Pontifex teneantur ad decimas aliquas prædiales, ac personales; & quid de Episcopis.

SVMARIVM.

- Clerici non tenentur soluere decimas ex vi iuris communis ex redditibus suorum beneficiorum. num. 1. Tenentur illas soluere ex prædiis, quæ titulo patrimoniali & seculari possident. num. 2. Quid, si inseruiant Ecclesie intra cuius districtum sua prædia secularia & patrimonialia habent: referuntur prima opinio negans, debere illos tunc decimas prædiales. num. 3. Astringitur secunda affirmans debere. num. 4. Clerici simplices tenentur ex vi iuris communis ad decimas personales ex iis rebus, quæ artificio corporali, aut negotiis lucrosi acquirunt: scilicet ex iis, quæ actione spirituali lucrantur, & quæ sit ista actio spiritualis. num. 5. Reuocatur Couar. acerrimans Clericos simplices iure communi esse exemptos à decimis personalibus. num. 6. Clerici Curati, veluti Abbates, Priores & reliqui Parochi, non tenentur ad decimas personales. n. 7. Tenentur ad prædiales ex prædiis, quæ seculari, aut patrimoniali titulo possident in aliis parochiis. num. 8. Quid, si illa possideant spirituali titulo in alienis parochiis. n. 9. remissive ad lib. 1. cap. 7. n. 2. & 3. Quid, si aliquis Vicarius, vel Rector, ad quem ius decimarum non spectat, prædium possideat assignatum ab Episcopo in partem sui stipendij, num. 10. Summus Pontifex non tenetur ad decimas personales: tenetur ad prædiales ex prædiis patrimonialibus. num. 11. Poterit tamen secum ex causa dispensare. num. 12. Potest vrgenti causa imponere Parochis, & Episcopis decimas de decimis suorum beneficiorum. num. 13. Episcopi & alij Prælati non tenentur ad decimas personales. num. 14. & 15. Tenentur ad prædiales ex prædiis seculari ac patrimoniali titulo possessis. num. 16. Secus, si qua titulo spirituali possideant. num. 17.

1. Clerici non tenentur soluere decimas ex vi iuris communis de redditibus suæ Ecclesiæ,

quos ratione beneficij ex decimis fidelium accipiunt, nec ex prædiis Ecclesiæ, quæ aliquo titulo ecclesiastico ac spirituali possident. Est communis doctrina. Ita docet D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 4. Suar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. Soar. num. 2. Alensis 3. part. quæst. 5. memb. 7. art. 1. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. Gutierrez lib. 1. q. canon. cap. 2. 1. num. 52. vbi multos refert Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 5. Lessius tom. 1. de iust. cap. 39. de decimis, dub. 5. num. 23. & patet ex c. 2. de decimis, & Glossa ibi, & Panormit. ibi etiam num. 4. Et ratio ac fundamentum fimitur ex text. cap. 2. de decimis, in principio, vbi confert in eo Papa nostros Sacerdotes cum Leuitis, qui nullas tenebantur soluere decimas: quia in diuisione Terræ promissionis nulla acceperunt prædia, sed tantum decimas: ergo simpliciter Clerici ex suis decimis non tenentur ad decimas. Deinde, quia fructus decimarum competunt Clericis, vt Clerici sunt Parochi, & ministri Ecclesiæ: si ergo ex illis tenerentur ad decimas. iam ad illas tenerentur vt Pastores, quod est contra prædictum cap. 2. de decimis. Vltimò, quia fructus beneficij ac decimæ debentur Clericis ratione officij clericalis, & ratione beneficij: titulus autem beneficij est titulus ecclesiasticus, ac merè spiritualis: ex iis autem bonis, quæ à Clericis possidentur titulo spirituali, non debentur decimæ, vt haberur in prædicto cap. 2. de decimis, & idem nullibi in vsu est, quòd Parochi, Curati, Canonici, & alij beneficiati decimas soluunt ex fructibus suorum beneficiorum.

Ex prædiis tamen, ac bonis, quæ titulo seculari emptionis, v. c. aut donationis, aut titulo sui patrimonij secularis possident, tenentur Clerici ad decimas prædiales. Ita D. Thom. Alensis, Soarius allegatus proximè num. 3. Arragonius 2. 2. quæst. 87. art. 4. Sotus lib. 9. de iust. quæst. 4. artic. 4. Panormitan. in cap. Nouum genus. de decimis, num. 3. Gutierrez, Couar. Lessius, Rebuff. & alij omnes citati num. præcedenti: Probatur: quia ea prædia ac bona per se oneri decimarum, antequàm Clericorum essent, erant subiecta: ergo transferunt ad Clericos cum suo onere. Et hanc rationem, quæ, meo iudicio, est concludens, reddit Glossa cap. Si quis laicus. 16. quæst. 1. verbo Clericum. Deinde, quia Clerici habent huiusmodi bona, non vt Clerici, titulo spirituali beneficij, sed vt ciues reipublicæ, titulo seculari: ergo vt sic non sunt exempti à solutione decimarum ex fructibus talium bonorum, & aliunde ipsi Clerici sunt fideles baptizati, & ab aliis Clericis possunt recipere Sacramenta; ergo comprehenduntur sub generali regula eorum, qui ex bonis suis tenentur decimas soluere prædiales, quàm tradidimus cap. præcedenti, num. 1.

Dubium tamen est, vtrum Clerici inseruientes alicui Ecclesiæ, v. c. Canonici inseruientes maiori templo, aut alij beneficiati inseruientes Ecclesiæ, in qua sunt beneficiati, teneantur soluere decimas ex bonis, quæ titulo seculari, aut titulo patrimonij possident, si ea prædia ac bona secularia sint intra territorium Ecclesiæ, cui inseruiunt: & hac de re duplex est opinio. Prima asserit, non teneri ex vi iuris ad huiusmodi decimas prædiales; scilicet ex c. 6. Syluest. fuetudine ( si fortè detur legitime introducta.) Ita docet expressè Sà verbo, Decima, num. 2. Syluest. verbo item, Decima, num. 13. q. 7. Alensis 3. part. quæst. 5. 1. memb. 7. art. 2. Angelus verbo, Decima, & pro hac parte facit vehementer cap. 2. de decimis, incipit, Nouum genus. vbi ita habetur: Nouum genus exactionis est, vt Clerici à Clericis decimas exigant. vbi illud verbum, nouum, idem est quod iure insolitum & inusitatum, vt multi Doctores explicant cum Glossa in eodem capite, inter quos est Soarius tomo

tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 1. licet huius opinionis non sit: quamobrem iure videtur eximi Clerici inseruientes alicui Ecclesiæ ab onere decimarum, de quibus in eo cap. videtur fermo haberi.

Secunda tamen opinio verior, & probabilior docet, huiusmodi Clericos Ecclesiæ inseruientes teneri, ex vi iuris communis, ad soluendas decimas prædiales, ex bonis, quæ titulo seculari, & patrimoniali possident; quamuis ea prædia, & bona sita sint intra territorium Ecclesiæ, cui inseruiunt. Ita docent communiter Doctores. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 22. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 5. 1. num. 23. Rebuff. tractat. de decimis, q. 5. D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 4. Aragon. ibi. Sotus lib. 9. de iust. quæst. 4. art. 4. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 2. 1. n. 52. Panormit. in cap. Nouum genus. de decimis, num. 4. & alij. Et ratio est primò, quia huiusmodi Clerici possident ea bona titulo seculari: ea autem prædia, quæ titulo seculari sunt possessa, per sese quidem affecta sunt onere decimarum, ac proinde ad Clericos inseruientes Ecclesiæ cum suo onere decimarum transeunt. Secundò, quia aliàs grauius læderetur Ecclesia, quia possent Canonici, & alij Sacerdotes alicui Ecclesiæ inseruientes multa prædia ac possessiones acquirere & emere intra territorium ipsius Ecclesiæ, & sic eam decimis defraudare. Tertio, quia euidenter claret, ex iure teneri huiusmodi Clericos inseruientes Ecclesiæ ad huiusmodi decimas: nam in c. Si quis laicus, vel Clericus 16. q. 1. dicitur, non posse Clericum rem propriam legare, vendere, aut dare, priuando Ecclesiam priorem suo decimarum prouentu. Supponit ergo hoc ius, habere Ecclesiam decimarum prouentum, ex bonis Clericorum. Dices, verum esse, habere Ecclesiam hunc prouentum ex bonis Clericorum: at non Clericorum eidem Ecclesiæ inseruientium. Sed hæc solutio est nullius momenti: nam caput illud, cum dicit, non posse Clericum priuare priorem Ecclesiam suo decimarum prouentu, omnes Clericos comprehendit inseruientes & non seruientes Ecclesiis: nam locutio illa est generalis & indefinita, & idem neminem excipit, vt patet. Restat modò vt ad vnicum fundamentum contrariæ opinionis respondeamus. Illud desumptum erat ex cap. 2. de decimis: sed ad huiusmodi cap. responderet Rebuffus citatus, & omnes Doctores communiter, nouum genus exactionis esse, vt Clerici, id est, Pastores, ad quos pertinet exigere decimas ipsas, decimas soluunt de ipsis decimis, aut de mansis, seu passalibus Ecclesiæ, quæ titulo spirituali & beneficij possidentur: & hunc esse verum sensum ipsius capituli, patet ex contextu illius, & sic nihil contra nos ex illo erui potest, aut asserri.

Idem cum proportione dicendum est de decimis personalibus. Enimverò Clerici simplices possunt aliqua lucrari vt Clerici, seu titulo & actione spirituali, sicut comparant stipendium Missæ, elemosynam datam pro defunctis tumulandis, pro Missarum cantu, pro Baptismo, & aliis Sacramentis ministrandis, & similibus actionibus: alia verò lucrari possunt, vt artifices, corporaliter, honestè tamen laborantes, aut ex aliquo negotio & mercatura lucrosa. De priori ergo lucro non debent Clerici personales decimas: quia illi prouentum actione spirituali, & titulo spirituali comparantur; de illis autem, quæ titulo spirituali comparantur, nullæ debentur decimæ. Deinde, quia illa lucra ad eos spectant, vt ad Clericos clericantes, id est, vt ad Clericos comparantes aliquod ratione officij clericalis, & ratione Ordinum: vnde, cum huiusmodi

lucra ex titulo, ac officio spirituali comparantur, profectò oneri decimarum personalium non subiiciuntur: alia verò lucra, quæ alio titulo temporali, & ex aliquo artificio comparant, ab onere decimarum personalium in iure communi non exemptantur. Ita docet Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 3. & numer. 4. & 21. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 2. 1. à num. 52. Syluest. verbo, Decima, num. 13. Rebuff. tract. de decimis, q. 5. à num. 6. imò à num. 5. & Panorm. in cap. Nouum genus. de decimis, n. 3. Et ratio est, quia huiusmodi Clerici tenentur de iure recipere Sacramenta, v. c. extremæ Vnctionis & poenitiæ à suis Parochis, ac proinde tenentur eas decimas personales illis soluere, quæ ab aliis secularibus illis dantur pro receptione horum Sacramentorum de iis bonis, quæ titulo & artificio seculari lucrantur.

Couarruias loco modò allegato, vers. Primum. ita absolute loquitur, vt videatur absolute sentire, Clericos simplices iure communi esse exemptos ab onere decimarum personalium; siue lucra acquirant, vt Clerici, siue vt artifices seculares. Sed, vt optime animaduertit Soarius citatus, intelligendus est Couarruias de his solum, quæ titulo spirituali acquirant: nam de aliis, quæ artificio temporali acquirunt, ac comparant, nulla exceptio inuenitur in iure; nec congrua datur ratio, ob quam eximantur: & ita sentiunt aperte Soarius & Sylu. & alij citati num. præcedenti: nam eadem est ratio de bonis, ac lucris, quæ titulo seculari, seu ex artificio temporali comparantur à Clericis quoad decimas personales, atque in prædialibus de patrimonio, & aliis bonis, quæ titulo seculari possidentur, vt patet.

Adhuc rogabis, an Clerici, id est Abbates, Priores, vel Pastores, Curati teneantur ad decimas personales ex iis bonis ac lucris, quæ non vt Pastores; sed vt seculares ex aliquo artificio, aut negotio lucroso acquirunt; nam huiusmodi Curati etiam tenentur recipere Sacramenta, v. c. extremæ Vnctionis & Confessionis, quoties illis egent, &c. & decimæ personales debentur, vt supra diximus, pro horum & similibus Sacramentorum administratione. Respondendum tamen est, huiusmodi Parochos non teneri ad has decimas ex debito personali, licet enim recipiant hæc Sacramenta ab aliis; tamen illa recipiunt non tanquam subditi, sed tanquam cooperatores illorum; quare ex debito personali non tenentur ad vllas decimas soluendas, attento iure communi. Ita docent communiter DD. Soar. Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. n. 16. Rebuff. & num. 18. Rebuff. tract. de decimis, quæst. 5. n. 6. Couar. & 9. Couar. lib. 1. var. cap. 17. Gutierrez lib. 1. quæst. Gutierrez canon. cap. 2. 1. à num. 52. Panorm. in cap. Nouum genus. de decimis, num. 4.

Tenentur tamen ipsi Parochi ad prædiales decimas, attento iure communi, ex iis prædiis, quæ titulo seculari acquirunt, vt diximus num. 2. quod necessarid est intelligendum, quando ea acquirunt extra propriam parochiam, in qua sunt Parochi: quia ius decimarum est debitum iustitiæ, & intra propriam parochiam ad eos pertinet: debitum autem iustitiæ est ad aliud, & non ad seipos: eiusdem enim ad se debitum iustitiæ dari non potest: quamobrem necesse est, vt hoc intelligatur de iis bonis realibus, ac prædiis, quæ extra propriam parochiam acquirunt. Et ratio est in promptu: nam, si huiusmodi bona habent hoc reale onus adnexum cum illo, necesse est, vt transeat ad ipsos Pastores & Parochos; etiam si possidentes Parochi etiam sint. Ita D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 1. Soar. Rebuff. Couar. & Gutierrez num. præcedenti allegati; & Panormit.

D. Thom.

Soar.

Alensis.

Couar.

Gutierrez

Rebuff.

Lessius.

Panorm.

Soar. Lessius.

Rebuff.

D. Thom.

Aragon.

Couar.

Gutierrez.

Panorm.

D. Thom.

Alensis.

Soar.

Aragon.

Sotus.

Panorm.

Gloss.

3.

Sà.

Syluest.

Alensis.

Angles.

Soar. Couar.

Gutierrez.

Syluest.

Rebuff.

Panorm.

6.

7.

8.

D. Thom.

Rebuff.

Couar.

Gutierrez.

Panorm.

9. mitanus in capite *Novum genus*. de decimis, num. 4.

Limitandum tamen hoc est, iuxta Soarium & D. Thomam allegatos, ad prædia laica, seu titulo sæculari acquisita: quia si prædia sint ecclesiastica, & Parocho alicuius parochiæ, successibilibusque illius in particulari applicata ad illorum sustentationem, Ecclesiæque donata ad illius Parochos alendos; tunc quidem iam sunt facta ecclesiastica, & titulo spirituali possidentur: quia ipsi Parocho dantur ratione sui ministerij spiritualis. Sed in eo casu duæ repertiuntur opiniones, ut alibi diximus. Prima docet, parochiam de nouo acquirentem teneri soluere decimas reales priori Ecclesiæ ac parochiæ, iuxta cuius territorium ea prædia de nouo acquisita sita sunt, ne prior Ecclesia suo iure fraudetur. Secunda id negat, quia ea prædia titulo spirituali possidentur, & facta sunt ecclesiastica: & hæc opinio est Diui Thomæ, & ambæ sunt probabiles. Sed, quoniam hæc fati explicauimus lib. 1. c. 7. n. 2. & 3. ad eum locum te remittimus: ibi enim diximus, priorem opinionem esse viotorem, inspecto iuris rigore: aliam verò esse magis communem, attenta consuetudine. Fundamenta pro vtraque parte ibi videri poterunt.

10. Sed petes, vtrum ille Parochus Vicarius, vel Rector, qui habet certum prædium, v. c. vel pro parte sui stipendij, teneatur soluere decimas de ipso prædio eidem Ecclesiæ, cui inferuit. Respondeo, de iure non teneri, idque, siue illud colat suis propriis expensis, siue aliis elocet colendum. Ratio est: quia possidet titulo ecclesiastico & spirituali, non temporalis, aut patrimonialis. Ita colligitur ex Rebuffo tractatu de decimis, quæst. 5. num. 6. & docet expressè Glossa in Clementina. *Religiosi*. de decimis, verbo, *Excolendas*. & idem docet Horatius Mendosius tractatu de priuilegijs ad instar, Glossa 15. n. 40. vbi dicit, terras transire cum suis priuilegijs ad colonos: hæc autem terra eo ipso, quòd titulo spirituali possidentur, & quòd vel ab Episcopo, vel à Summo Pontifice assignata, atque separata fuerunt, pro competenti sustentatione Vicarij Parochi, vel Rectoris, videntur priuilegium habere, ut non soluant decimas, nisi aliter in separatione ipsa expressum & declaratum sit: quamobrem, licet redditus Ecclesiæ ad alios spectent, v. c. ad Cruciferos Christi, vel D. Iacobi (Comendatores vocamus,) non tenetur Vicarius, aut Rector Parochus iisdem decimas prædiales soluere de eo prædio, ac proprietate, de iure: de consuetudine tamen aliud esse poterit, ut patet.

11. Summus Pontifex propriè & per se loquendo non tenetur ad decimas personales: quia persona Summi Pontificis non habet superiorem Parochum, cui possit soluere decimas: neque etiam eas tenetur soluere ut fidelis recipiens Sacramentum Penitentia, extremæ Vnctionis, Confirmationis, & sacros Ordines: nam, quamuis teneatur, ut verus Christianus, recipere hæc Sacramenta; tamen ut talis non habet superiorem in terris, cui ratione Sacramentorum ex officio subdatur. Tenetur tamen Summus Pontifex soluere decimas prædiales de illis prædijs ac terris, quas possidet titulo patrimonij temporalis, ac titulo sæculari emptionis, permutationis, donationis, &c. onus enim decimarum prædialium, ut sæpè diximus, in ipsa diuisione parochiarum, impositum fuit tertis, & necesse est, ut huiusmodi terra affecta hoc onere ad alium transeat cum suo onere, ac proinde ad Papam: quamobrem, si modò Summus Pontifex acquirat aliquas possessiones temporali titulo emptionis, v. g. hæredationis, aut successione sanguinis, tenetur ad decimas illarum. Ita docet Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de di-

uino cultu, cap. 17. n. 8. & 9. Rebuff. tractat. de decimis, q. 5. à n. 26. cum Andrea Hispano sua regula 10. q. 11. Syluest. verbo, *Decima*, n. 13. & est communis. Hæc Syluest. 12.

Poterit tamen Summus Pontifex secum ex causa graui dispensare in huiusmodi obligatione decimarum prædialium, sicut & cum alijs; quomodo etiam poterit applicare sibi ex eadem causa graui decimas alicui, vel aliquibus Ecclesiæ debitas ex alijs prædijs: si autem faciat sine causa, peccabit quidem mortaliter, & dispensatio erit nulla; quia, licet Papa sit supremus dispensator decimarum, & rerum ecclesiasticarum, & iurium earum; non est tamen absolutus dominus illarum, & idè non potest arbitrio suo illas usurpare. Ita docet idem Soar. modò allegatus in num. 10. & probat latissimè & doctissimè Nauarr. tractat. de spolijs Clericorum, c. 2. n. 2. verus enim, & absolutus dominus bonorum ecclesiasticorum est Christus Dominus: alioquin si Papa esset absolutus dominus illorum, posset bona ecclesiastica absolutè ad libitum suum, & sine causa vendere, & alienare, quod facere non potest, ut constat ex c. *Non licet*. 12. q. 2. & probat idem Nauarr. allegatus, à num. 2. & deinceps.

Potest etiam Summus Pontifex pro vrgenti aliqua causa boni communis, aut conseruationis fidei alicuius regni, vel prouincie, exigere decimas de ipsis decimis ad tempus aliquod à Clericis, Episcopis, & Pastoibus, & tenentur illi eas illi soluere de suis redditibus ecclesiasticis. Ita docet D. Thom. 2. 2. q. 87. & omnes Thomistæ ibi, & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. c. 39. de decim. dub. 5. n. 28. Panorm. in cap. *Novum genus*. de decimis, num. 9. cum Ioanne Andrea in cap. *Insuper cetera*. de officio Ordinarij. Est communis doctrina, & vsu receptissimo probata: nam in Gallia tempore bellorum ciuiliu inter Hæreticos & Catholicos, ita sæpè decimati sunt redditus ecclesiastici à Summis Pontificibus in expensas ac militum stipendium pro defendenda fidei causa contra ipsos Hæreticos, ut ostendit Frater Prudentius Sandoualij, olim Episcopus Tudenis, postea Archiepiscopus Pampeloniensis, in Chronico Caroli V. lib. 3. §. 18. fol. 9. & idem aliquoties factum est in Hispania, vrgentibus maximis necessitatibus, referente eodem Auctore. Et fundamentum est: quia ipse est Pastor vniuersalis omnium fidelium & supremus administrator omnium bonorum ecclesiasticorum: ergo, quando bonum commune Ecclesiæ id postulat, potest ad hunc finem ex omnibus bonis ecclesiasticis partem aliquam applicare ad eum finem, etiam reclamantibus Episcopis, & cæteris ecclesiasticis personis: de facto tamen non solet hoc decimarum subsidium exigi, nisi vrgente maxima necessitate: sed loco illarum in beneficijs maioribus dantur redditus vnius anni Summo Pontifici pro toto vitæ tempore, Annatas vocant.

De Episcopis, & reliquis Prælati idem dicendum est, quod de Summo Pontifice; non teneri, scilicet, ad decimas personales, ex vi iuris comunis, etiam ex negotijs lucrosis, aut temporalis titulo & artificio acquisitis; nec etiam ad decimas ex redditibus ecclesiasticis. Ratio est: quia Episcopi non tenentur soluere has decimas Parochis sibi inferioribus, non Summis Pontificibus, non alijs Episcopis, aut Archiepiscopis: ergo per se non obligantur ad illas. Consequentiã patet à partium enumeratione: nam, licet attentò iure naturali & diuino possit Summus Pontifex ad sui, suæque familiæ sustentationem postulare ab Episcopis aliquas decimas personales, & aliquam quotam suorum reddituum ecclesiasticorum; tamen adhuc iure communi ecclesiastico non est vsus hac potestate: sed alijs modis de alimentis ac stipendijs necessarijs sibi prouide

providerunt Summi PP. annatis, scilicet, dispensationibus & alijs modis iustas pecunias colligendis; & idè non dicimus, non posse Episcopos absolute ad has decimas personales, etiam ex suis redditibus ecclesiasticis, obligari; sed dicimus, non esse adhuc iure communi & ecclesiastico obligatos, & consequenter ex vi iuris communis non teneri: retinent enim Summi PP. potestatem, non solum exigendi ab Episcopis totius orbis aliquam quotam decimarum suorum reddituum; sed etiam decimam illorum, imò & maiorem quotam, quando necessitas, vel occasio occurrens ita postulerit: tamen de facto ex vi iuris communis iam constituti non tenentur: licet enim possint Summi PP. hoc ius condere, ac constituere, adhuc non condiderunt. Ita docet Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 12. & num. 11. & D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 4. ad 3. & ferè omnes Thomistæ ac iuris canonici Interpretes.

15. Et à fortiori sequitur, non teneri etiam Episcopos, has decimas personales soluere: ex vi eiusdem communis iuris alijs Clericis sibi inferioribus: quia non recipiunt Sacramenta ab illis, tanquam à Superioribus, & Parochis; sed tanquam à Vicarijs suis, quos ad eum actum eligunt. Et idem dicendum est de ipsis Episcopis, respectu aliorum Episcoporum: nam etiam vni Episcopi non sunt Parochi ac Pastores aliorum Episcoporum, nec illis de iure spiritualia ministrant: sed, si aliquando ministrant, id quidem faciunt tanquam cooperatores, vel tanquam electi ad eum actum, non tanquam Parochi; & idè nullibi in iure communi talis obligatio illis soluendi decimas personales reperitur; nec fundamentum iuris, aut huius obligationis, cum non sint Pastores Episcoporum, nec illis teneantur de iure spiritualia ministrare. Et licet videri possit, esse aliquod fundamentum exigendi decimas in Archiepiscopis, respectu suorum suffraganeorum Episcoporum; nihilominus nec vi iuris communis nullum est tale debitum, nec fundamentum eius: quia illa subiectio, & subordinatio per exigua est, & non meretur tantum onus visitandi per contributiones, alias pro actibus iudicialibus sufficienter compensatur, ut patet. Præterea, decimæ personales donantur pro ministerio spirituali conferendorum Sacramentorum, & pro obligatione dandi & suscipiendi illa tanquam à proprio Parocho, quæ quidem obligatio cessat, ut patet, inter Archiepiscopos & Episcopos suffraganeos.

16. Ad decimas tamen prædiales de bonis & prædijs sæculari, aut patrimoniali titulo possessis, tenentur Episcopi, & est communis omnium sententia. Ita asserit Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 13. D. Thom. 2. 2. quæst. 87. & sumitur ex cap. 2. de decimis: & docet Rebuff. tract. de decimis, quæst. 5. num. 4. & num. 3. & Cardinalis conf. 88. num. 7. Probat: quia eadem est ratio de illis, atque de Summo Pontifice: nam prædia sæcularia, vbi primum in districta parochiarum fuerint diuisa atque attributa, statim fuerunt affecta hoc onere reali soluendi decimas: res autem transit cum suo onere: quæ ratio ed magis procedit in Episcopis & omnibus Prælati infra Summum Pontificem, quò minorem illi potestatem habent in dispensationem decimarum.

17. Secus tamen dicendum est, prædictam resolutionem non procedere in prædijs ecclesiasticis, si quæ fortassis Episcopis applicentur in sustentationem illorum: ex illis enim decimas soluere non tenentur, ut diximus etiam de Parochis, num. 9.

CAPVT III.

Utrum pauperes, Hospitalia, & Clerici in communi viuentes teneantur ad decimas personales, & prædiales; & quid de Monasterijs.

SUMMARIUM.

- Pauperes laici an teneantur ad decimas prædiales, & personales: refertur prima opinio affirmans teneri, communior, & probabilior, num. 1.
- Quid, si sint in extrema, aut quasi extrema necessitate, num. 2.
- Refertur ac reuocatur opinio negans pauperes teneri ad prædialia decimas, num. 3.
- Inopia excusat à solutione debiti decimarum, quantum durat, num. 4.
- Decima principaliter soluuntur in sustentationem Clericorum, minus principaliter in recognitionem diuini domini, num. 5.
- Pastores tenentur alere pauperes de superfluis, n. 6.
- Monachi & Clerici in communi viuentes ex priuilegio antiquissimo iure communi inferio eximuntur decimis prædialibus earum terrarum, quas proprijs manibus colunt, aut expensis, siue propria sint, siue conductæ, num. 7.
- Idem de decimis animalium, num. 9.
- Priuilegia iuri communi odiosa strictè sunt interpretanda; modò tamen saluentur verba priuilegij, num. 8.
- Extenditur hoc priuilegium antiquum ad Nosocomia pauperum, & leproforum, num. 9.
- Hoc priuilegium antiquum temperatur, ac limitatur ab Adriano I. ut solum intelligatur de terris & animalibus proprijs, quæ proprijs manibus, vel expensis colunt, non de conductis, num. 10.
- Postea Innocentius I. amplius illud arctauit in cap. Nuper. ut id non intelligatur de prædijs in posterum acquirendis: de his enim tenentur decimas soluere, etiam si ea proprijs expensis, aut manibus colant, ibid.
- Cap. Nuper. de decimis, est vltimum in hac materia, ibid.
- Hoc tamen non obstat, quominus aliqui Religiosi & pia loca per particularia priuilegia eximantur, num. 11.
- An Hospitalia & pia loca comprehendantur sub limitatione cap. Nuper, num. 12.
- An Clerici in communi viuentes, Religiosi, & leprosi teneantur ad decimas personales, num. 13. & 14.

Dbitant aliqui, an pauperes teneantur, tam ad prædiales, quam personales decimas. Communis sententia affirmat. Ita D. Thomas 2. 2. quæst. 87. D. Thom. 2. 4. Caietanus ibi, Alensis 3. p. q. 51. m. 3. a. 1. Syluest. Caiet. verbo, *Decima*, num. 10. Rebuff. tract. de decimis, Alensis. q. 5. n. 14. Panormit. ad cap. *Cum homines*. col. 2. de Syluest. decimis, n. 4. & 5. Fundamentum illorum est, priuilegium, quòd quia decima quasi debitum soluitur, ut dicitur Panorm. in cap. *Parochianos*. de decimis. In solutione autem debiti non habetur ratio paupertatis, nisi post cessionem bonorum omnium, per rubricam ff. de cessione bonorum omnium. & habetur in c. *Odoardus*. de solutione. Secundo, quia propter paupertatem non debet quis rapere aliena: cum autem Ecclesia habeat dominium decimarum, raperet profectò aliena pauper ille, qui ei decimas denegaret. Adde, quòd omnes se fingentur pauperes, ut decimas non soluerent.

P. Steph. Fagundes. in quinque præc. Eccl.



soluerent, & id maxima erit iactura Ecclesiarum. Tertio, quia, ut dicitur in cap. *Tua nobis*, de decimis, decimæ soluuntur non solum in sustentationem Sacerdotum; sed etiam in recognitionem dominij diuini, quod Deus habet super omnes res naturales; & cum Deus sit dominus omnium, diuitum, & pauperum, oportet, ut omnes fideles, etiam pauperes, verum Dei dominium recognoscant per solutionem decimarum. Quarto, quia Episcopi, & Parochi tenentur de superfluis prouidere pauperibus; & idè non possunt pauperes sibi prouidere subtrahendo decimas.

2. In extrema autem necessitate, vel quasi extrema, cum communia sint omnia, non tenentur pauperes soluere decimas, nec fortè etiam si postea deueniant ad pinguiorem fortunam: quia, ut alibi probauimus, in prima rerum diuisione res diuisæ fuerunt sub conditione redibilitatis, ut scilicet, in extrema, aut quasi extrema necessitate, ad suum priorem statum communitatis redirent: quamuis ea opinio, quæ docet debere pauperes ad pinguiorem fortunam redeuntes decimas restituere, sit communior, quam sequimur expressè cum Rebuffo tractatu de decimis, quæst. 5. num. 14. sine, & sequuntur communiter DD. quamobrem ab ea non erit vnquam recedendum, ut diximus in septimo præcepto Decalogi, lib. 7. cap. 26. num. 5. & 6. & 7. vbi hanc quæstionem latè tractauimus, ad quem locum te remittimus.

3. Soarius tamen tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 16. n. 15. & n. 16. ait, solos illos pauperes teneri ad decimas, qui quamuis tenuissimos fructus colligunt; habent tamen necessaria ad congruam sustentationem suam, suæque familiæ; eos verò, qui necessaria non habent, dicit non teneri ad decimas in conscientia, tam prædiales, quam personales, & affirmat hanc opinionem fuisse cuiusdam antiquissimi Doctoris Canonistæ (Melendus dicebatur) ut refert Innocentius III. cap. *Licet*, de censibus, & Innocentius ibi eam non improbat. Et fundamentum Soarij est, pietas sanctæ Matris Ecclesiæ: non enim verosimile est, velle Ecclesiam cum tanto rigore obligare pauperes, ut ex fructibus sibi ad sustentationem præcisè necessariis decimas soluere teneantur; ita ut postea sibi de alimento necessario ad vitam emendicando prouideant: nam prius teneatur quisque se alere, quam alium; præsertim hoc tempore; in quo pars illa decimarum, quæ pro alendis pauperibus olim destinata erat, disparuit, & Ecclesiastici illam possident, & sibi ita applicant, ut eam pauperibus non distribuunt. Verùm ista opinio est mihi valde dubia, & idè eam inculcare non audeo.

4. Non sunt tamen adè fortia argumenta primæ & communis opinionis, ut dissolui nequeant. Ad primum, & secundum respondeo, primò, inopiam excusare à restitutione debiti, quandiu durat, ac prouide à solutione decimarum, cum illæ per modum debiti soluuntur. Dico secundò, præceptum de soluendis decimis esse affirmatiuum, & non obligare pro semper, nisi cum certis circumstantiis, & morali possibilitate: ille autem, qui non habet fructus, ex quibus toto anno cum familia mediocriter sustentetur, est in morali impossibilitate constitutus ad soluendas decimas: & licet Ecclesia habeat verum dominium in decimas, antequàm ei tradantur; tamen obligatio tradendi, & soluendi illas pendet ex possibilitate: nam etiam dominus habet dominium verum rei sibi furto ablata, & tamen obligatio restituendi, & tradendi illam, pendet ex possibilitate furantis, ut patet.

5. Ad tertium dico, decimas minùs principaliter solui in signum vniuersalis dominij: principaliter

verò in congruam sustentationem Sacerdotum: & iniustum ac irrationabile esse obligare aliquem ad alium sustentandum, cum tamen ipse fame pereat. Præterea pauperes non tenentur recognoscere Deum auctorem omnium fructuum solutione decimarum, sed aliis actionibus; nemo enim ad id quod moraliter est impossibile, obligari, ac cogi potest.

6. Ad quartum respondeo, obligationem esse Sacerdotibus alendi pauperes de iis, quæ ex decimis reddituum ecclesiasticorum sibi superfluaunt: ignorare tamen pauperes, an Ecclesiastici sibi in necessitatibus constitutis prouideant, cum experientia contrarium edoceat quotidie, ac prouide imprudentiæ maximæ esse relinquere certum pro incerto, quando illud certum iuste retineri potest.

7. Dubitant aliqui, an Monachi, & Clerici in communi viuentes, Monasteria illorum, & Hospitalia, iure communi, seu priuilegio aliquo iure communi antiquo inserto, eximantur à decimis prædialibus earum terrarum, quas ipsi suis expensis, vel manibus ad sui sustentationem colunt; siue sint hæc terræ, & prædia illorum propria, siue conductæ. Affirmat Glossa in cap. *Decimas*, 16. q. 1. verbo, *Nutritio*, *Turrecrem. ibi Soar.* tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 18. n. 3. Rebuff. tract. de decimis, q. 5. n. 7. & n. 15. vbi dicit, Hospitalia de terris, quas habent, & de quarum fructibus nutriunt pauperes, ad decimas iure communi non teneri: quia huiusmodi terræ sunt additæ alimentis pauperum, alioqui pauperes fame perirent; & id docet etiam Syluest. verbo, *Decima*, n. 13. Probant: quia dicto cap. *Decimas*, citato, non solum dicitur, Monachos, & Clericos communiter viuentes non debere soluere decimas de laboribus suis (in quo modo loquendi decimæ personales intelliguntur), sed etiam de nutrimento suis, in quo prædiales significantur. huiusmodi enim voces, *de laboribus suis*, & *de nutrimento suis*, non sunt voces synonymæ, sed diuersum quid sonant, diuersumque sensum efficiunt: illud enim verbum, *nutrimentum*, in sua propria significatione accipiendum est, & refertur ad eos labores, qui ad nutrimentum proprium ordinantur, quales sunt labores agriculturæ, qua nutritur.

8. Neque obstat Oldradus consil. 268. & Gutierrez consil. 5. num. 15. asserentes, priuilegia, quæ iuri communi repugnant, strictè esse intelligenda, cum sint odiosa, ne iuri præiudicium afferant. Vnde, cum de iure communi omnes Christiani teneantur ad decimas, hæc priuilegia strictè interpretanda sunt, ut scilicet, intelligantur solum de decimis personalibus, non de prædialibus: sic enim Principes priuilegia concedere solent, cum clausulis, ne aliis noceant, & sine cuiusque præiudicio. l. *Prætor ait*, §. *Si quis*, 1. & 2. ff. *Ne quis in ioco publico*. Non obstat, inquam: quia, licet hoc ita sit, semper tamen ista restrictio ita faciendæ est, ut verba priuilegij saluentur in vsu & proprietate sua, ut bene aduertit Decius consil. 113. num. vltimo, & Baldus consil. 271. in primo volumine, & Soar. tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 18. num. 6. Et ratio est: quia voluntas superioris ex verbis propriis eruenda est, quando de illa aliter non constat, & ad hunc sensum intelligenda est Glossa in cap. *Ad audientiam*, de decimis, quatenus dicit, priuilegia huiusmodi esse latissimè interpretanda, utique quantum proprietatis verborum patitur. Vnde verba illa, *nutrimentum suis*, in sua propria significatione intelligenda sunt. propria autem significatio illorum est, ut de alimentis, & fructibus agriculturæ intelligantur.

9. Hoc priuilegium olim iure communi antiquo insertum de non soluendis decimis prædialibus hortorum,

hortorum, prædiorum & animalium, quæ propriis expensis & aluntur, & excoluntur, extenditur etiam ad Hospitalia pauperum: quia huiusmodi terræ, & prædia, & animalia sunt applicata alimentis pauperum, ne fame pereant; alioqui enim perirent: extenditur etiam ad leprosos communiter in Hospitali viuentes, quando sunt in tanto numero, ut propriam Ecclesiam, cœmeterium & presbyterium habere possint, iuxta Glossam in c. *Ad audientiam*, de decimis, & Rebuffum tract. de decimis, q. 5. num. 15. & Soarium proximè allegatum.

10. Hæc de iure antiquo, & de priuilegio iure antiquo inserto in iure communi in c. *Decimas*, 16. q. 1. nam hodie iam hoc priuilegium Religiosis, & Clericis in communi viuentibus iure communi insertum abrogatum omninò est, seu potius ab aliis Pontificibus moderatum. Iussit enim Adrianus II. ut solum de noualibus, ac prædiis suis, quæ propriis manibus, ac impensis excolunt, & non de conductis nec etiam de suis, quæ per colonos colunt, decimas non soluunt: & idem est de animalibus propriis, quæ propriis expensis alunt ac nutriunt: secus si per colonos, aut si conductæ sint, & nõ propria. Patet ex c. *Dilecti*, de decimis. Et postea huiusmodi priuilegiū adhuc arctauit amplius Innocent. I. cum Concilio Lateranensi in c. *Nuper*, de decimis, quod est vltimum & nouissimum caput in hac materia, vbi declarauit, teneri omnes Religiosos ad decimas de alienis terris, quas propriis expensis colunt, & de propriis in posterum acquirendis, etiam si eas propriis manibus & expensis colant: atque idè ex vi iuris communis iam Religiosi non habent in hac materia decimarum, maiorem exemptionem, quam eam, quæ eis conceditur in dicto cap. *Nuper* ut doctè animaduertit Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 18. num. 5. & Rebuff. tract. de decimis, quæst. 5. num. 7. & num. 29. & quæst. 14. num. 30. & num. 42. & alij, quos refert Gutierrez lib. 1. qq. can. cap. 21. num. 136.

11. Hoc tamen non obstat, quominus per particularia priuilegia aliqua postea Religiones, & pia loca, à tributo decimarum exempta sint à Summis Pontificibus: & idè videnda sunt peculiaria priuilegia cuiusque pij loci, & Religionis, ut quid in hac materia tenendum sit, sciatur. Interim tamen, nisi aliquo peculiari priuilegio, præscriptione, compositione, vel transactione Monasteria eximantur, tenentur quidem ad decimas prædiales (ut supra diximus) de omnibus terris alienis, quas conducunt, licet eas propriis manibus, aut expensis excolant: item, de omnibus terris ac prædiis propriis, quæ acquisierunt post ipsam editionem cap. *Nuper*, de decimis; licet etiam ea propriis manibus & impensis excolant. De illis autem terris ac prædiis acquisitis ante editionem prædicti cap. *Nuper*, solum eximuntur à decimis, si eas propriis manibus, vel expensis, aut per suos famulos colant: secus si per colonos. Ita docent Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 5. num. 24. & 25. Rebuff. tract. de decimis, quæst. 13. num. 31. Soarius citatus proximè, & patet ex verbis eiusdem cap. *Nuper*, ibi: *Decernimus, ut de alienis terris, & amodo acquirendis, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus colant, soluunt decimas Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea soluebantur, nisi cum illis aliter duxerint componendum, &c.* Et quamuis hoc caput solum loquatur de Monachis Cisterciensibus; tamen extenditur etiam ad alios Religiosos, ibi: *Et hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus priuilegiis* (intellige, iure communi insertis,) *extendi volumus*.

12. Sed, cum huiusmodi cap. *Nuper*, solum loquatur de Monasterijs & Religiosis, non autem de P. Steph. Fagundes in quinque præg. Eccl.

Hospitalibus, nec de alijs pijs locis, qui priuilegio antiquo iure communi inserto gaudebant, dubium planè oritur non vulgare, an huiusmodi Hospitalia, & pia loca, comprehendantur etiam sub limitatione cap. *Nuper*, & cap. *Dilecti*. an verò in sua exemptione antiqua maneant: nam, cum Monasteria quæcunque, & Religiosi omnes, ac Regulares, qui ex voto, & statuto suo, sunt pauperes, sub illa comprehendantur, videtur à paritate rationis idem etià esse dicendum de Hospitalibus, & pauperibus illius. Nihilominus tamen mihi videtur, sub illa non comprehendi: quia omnia priuilegia, & omnes clausulæ, quæ derogant iuri communi, strictè sunt intelligendæ: illæ autem clausulæ, & illæ limitationes prædictorum capitum odiosæ sunt iuri communi, priuilegiisque iure communi insertis: (ius enim commune, & priuilegium iure communi scriptum & insertum idem est, ut patet:) vtrunque enim pro eodem accipitur: odia enim sunt restringenda, ita ut saluetur tantum proprietatis & significatio verborum: priuilegia verò sunt amplianda. Præterea illa limitatio, quæ continetur in cap. *Nuper*, de decimis, solum loquebatur de Monachis Cisterciensibus, & nisi in eodem capite adderetur: *Et hoc ipsum ad alios regulares, qui similibus priuilegiis gaudent, extendi volumus*, profectò ad illos non extendere-tur. Quare, cum Summus Pontifex id ipsum ibi ad Hospitalia non extendat, videtur, quòd in suo iure antiquo maneant, & idè huiusmodi Hospitalia videtur non teneri ad decimas prædiales de iis terris, quas pauperes illius suis propriis manibus, aut expensis excolunt, siue eæ terræ sint propria Hospitalium, & piorum locorum, siue sint conductæ, ut diximus num. 9. & idem de decimis animalium, siue sint animalia propria, siue conductæ.

13. Hæc de decimis prædialibus, quid de personalibus? sunt enim aliqui Doctores, qui dicunt, Clericos in communi viuentes, & consequenter Religiosos omnes ex vi iuris communis teneri ad decimas personales ex artificijs corporalibus, ac negotijs lucrosis: secus ex consuetudine, & ex priuilegio particulari; nam propter consuetudinem ferè omnes eximuntur: ob priuilegia verò particularia de facto multos eximi; ex vi autem iuris communis neminem illorum eximi attestantur; inter quos est Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 17. num. 25. Probant, quia non eximuntur ex eo præcisè, quòd ecclesiasticæ personæ sint: nam Clerici simplices propriis, & simplicibus sunt personæ ecclesiasticæ: & tamen non eximuntur, ut probauimus supra cap. 2. n. 5. Deinde non eximuntur ex eo, quòd sub generali regula fidelium non comprehendantur: nam etiam illi fideles sunt, participant Sacramenta & diuina à Pastoribus Ecclesiæ: quòd si interdum ipsi Religiosi participant curam animatum ex officio; id quidem non habent, quatenus Religiosi sunt; sed quatenus sunt Clerici & beneficiati Curati; & tunc quidem Curatorum regulam sequuntur: & quia Pastores sunt per accidens, ad huiusmodi decimas personales non tenentur: sicut non tenentur ad illas omnes Clerici Curati, ut diximus cap. 2. num. 7. & 8. Religiosi autem per se, & ut Religiosi sunt, decimas debent, ut in cap. *De cetero*, & in c. *Ex parte*, & in c. *Licet*, habetur titulo, *de decimis*, & cap. 2. de decimis, §. *Cæterum*, & idem supponitur in c. *Veniens*, de transactionibus.

14. Excipit tamen ab onere decimarum personalium Clericos in communi sub Regula viuentes, & consequenter omnes Religiosos, Sylu. verbo, *Decima*, num. 13. quia ij, si quid lucrantur ex artificio corporali, vel negotijs lucrosis, non sibi, sed Communitati

Rebuff.

3. Soar.

Glossa. Turrecrem. ibi Soar. Rebuff.

Syluest.

Soar. Rebuff.

Gutierrez.

8. Oldrad. Gutierrez.

Decius. Baldus. Soar.

Lessius. Rebuff. Soar.

12.

munitati luerantur: ex vi autem iuris communis ait solum illos, qui sibi ex his actionibus aliquid lucrantur ad decimas personales teneri. Quicquid tamen sit de iure communi, certum est ex privilegio in eodem iure communi inserto, Clericos in communi viuentes exemptos esse à solutione decimarum personalium ex propriis laboribus, ac negotiationibus luctosis: quam exemptionem eis tantum, qui in communi viuunt, Paschasius Papa concessit in c. *Decimas*. 16. q. 1. vt notat Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 12. n. 3. & Sylu. verbo, *Decima*, modò allegatus, & Angelus, Alensis 3. part. q. 51. memb. 7. art. 1. in predicto. cap. *Decimas*. 16. q. 1. extenditur hæc gratia ad Monachos & Regulares pauperatem in communi profitentes: nam illi non sibi, sed Communitati acquirunt, lucranturque, quæ ecclesiastica est: & si quid eis superest, in pauperes erogant. Reliqui pauperes qui in communi viuunt, vt sunt leprosi ex consuetudine eximuntur à præstatione decimarum personalium. Et verò, quicquid sit de iure, sequenda semper est consuetudo, si quæ detur alicubi legitime præscripta, & introducta, vt sæpè diximus alibi.

Soar.

Syluest. Angelus. Alensis.

C A P V T I V.

*Virum Summus Pontifex per privilegium particulare possit eximere aliquas personas ab obligatione decimarum prædialium & personalium, & an de facto aliquas exemerit: & quid de Episcopis.*

S V M M A R I V M.

*Summus Pontif. potest eximere aliquos privilegiis particularibus ab onere decimarum, & de facto multi sunt exempti.* num. 1.  
*Privilegium hoc exemptionis, vel conceditur terris, & tunc etiam si per colonos colantur, exempta sunt: vel personis; & tunc solum persona exempta non tenentur ad decimas ex sua parte, tenentur tamen coloni non exempti ex sua.* ibid.  
*Hoc privilegium exemptionis concessum fuit olim à multis Pontificibus, terris Societatis, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.* num. 2.  
*Quid operentur illa clausula, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.* ibid.  
*Postea à Paulo V. moderatum est hoc privilegium, & ita restrictum, vt loco decima soluant vigesimam, siue per colonos excolantur, siue Religiosorum expensis.* num. 3.  
*Excepto prædiali quatuor fanegas sementis excipiente.* ibid.  
*Assignantur causa, & rationes, ob quas Summi PP. possint dare, & auferre, aut restringere hæc privilegia exemptionis ipsis terris & personis.* num. 4.  
*In ea exemptione nulla sit iniuria parochia, cui antea soluebantur decime; & quare.* num. 5.  
*Episcopi, & Archiepiscopi, & alij Prælati à Summo Pontif. de iure non possunt concedere hoc privilegium exemptionis: poterunt ex privilegio, aut consuetudine.* num. 6.  
*Olim poterant ex Cleri & Capituli consensu via compositionis aliquid de decimis remittere.* num. 7.

**A**ffirmandum est, posse Summos PP. eximere ab onere decimarum, tam prædialium, quam personalium, quoscunque voluerint, & de facto multos exemisse suis privilegiis particularibus. Est

communis doctrina. Ita docet Rebuff. tract. de decimis, q. 5. n. 28. Emm. Rodt. tom. 2. q. 44. art. 4. Hentiq. Rodrig. lib. 7. de Indulg. c. 27. §. 3. Couarr. lib. 1. var. c. 17. n. 9. Henric. Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 18. n. 1. Conar. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. c. 39. de decimis, dub. 5. Soar. & Innocentius III. c. *A nobis*. de decimis, ibi: *Soluant decimas, nisi à præstatione illarum specialiter Innoc. sint exempti.* & infra: *Nisi ab eis ostendatur, quare ab huiusmodi onere sint immunes.* Hæc autem immunitas fieri non potest, nisi per Summos PP. vt statim patebit n. 6. cum de Episcopis, Archiepiscopis, aliisque Prælati egerimus. Et ita docet Glossa in c. *Ecclesia*. 16. q. 1. verbo, *Nouis*, ibi: *Privilegium est solum Papa, vni auferre Ecclesia, & alteri dare decimas.* Et de facto hoc privilegium concessum est à Summis PP. multis Religionibus, vt, scilicet, de omnibus omnino prædiis, & bonis ab ipsis possessis nullas decimas, etiam Papæ, soluere teneantur; non solum de iis terris, quas propriis sumptibus, vel manibus colunt; sed etiam per simplices colonos: quod necessarîo dicendum est, quando hoc privilegium concessum est terris Religionis, & non personis Religiosorum: nam tunc quidem in eo casu, ad quoscunque colonos ea terra transmissa fuerint, semper suæ exemptionis privilegio transmittentur. Et certè Glossa in Clem. *Religiosi*, de decimis, verbo, *Excollandas*, ita inquit: *Puto, si eximuntur terra privilegiorum, quod ipsorum coloni ab hoc onere colentes illas privilegio participant.* Si verò eximuntur personæ; & non terra, tunc licet ipsæ personæ exemptæ de sua parte decimas non soluant; coloni tamen non exempti soluent. Et ita docet etiam Horatius Mandosius tractatu de privilegiis ad instar, glossa 15. num. 4. ibi: *Et terra cum eodem privilegio transit ad colonos.*

Mandos.

Hoc privilegium concessum fuit olim terris, hortis, & arboribus à Summis Pontificibus, Paulo III. Pio IV. Gregorio XIII. Societatis Iesu, & aded amplum, vt eximant hi Summi PP. ab onere decimarum omnes terras, & possessiones, & hortos, quamuis decimæ illorum Summo Pontifici debeantur: ita enim habent privilegia: *Aliquam decimam etiam papalem soluere non teneantur; & nequa ad id per litteras eiusdem Sedis, aut Legatorum, aut Nuntiorum, seu diocesanorum prædicatorum, cuiuscunque tenoris fuerint, vilo vnquam tempore compelli possint, nisi ipsa littera Apostolica plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, ac concessione huiusmodi, ac de eorum ordinatione mentionem fecerint.* Et Gregorius XIII. in privilegiis concessis terris nostræ Societatis, derogauit clarissimè, & cassauit decisionem cap. *Nuper*. de decimis; & hæc privilegia olim ab his Summis Pontificibus nobis concessa, fuerunt quidem ab illis concessa ex proprio motu, de plenitudine potestatis, vt in illis videre est: quibus non potest imponi defectus aliqui, iuxta Glossam magnam in c. *Ad hæc*. de rescriptis, & iuxta Mandosium cum multis in regulis Cancellariæ 16. q. 7. n. 3. quia Summi Pontifices in concessione talium privilegiorum disponunt supra ius commune, & derogant atque eleuant illud ius, quod Episcopi & alij beneficiati habebant ad tales decimas.

Postea verò inuidia multorum reclamantium contra hoc privilegium terris Societatis concessum Paulus V. huiusmodi privilegium in regno tantum Lusitanæ Societati ademit, & statuit, vt in posterum terræ Societatis, villæ, & prædia in hoc regno Lusitanæ pro quora decimarum soluerent vigesimam partem fructuum, iis Ecclesiis, ac parochiis, in quarum districto prædia, & terræ sitæ sunt; idque siue Religiosi Societatis terras suas, suis propriis expensis, & manibus colant, siue per colonos: eximantur

3.

eximit tamén Summus Pontifex ab omni onere decimarum, in vnoquoque Collegio prædialium quoddam, quod quatuor tantum fanegas frumenti, sementis capere possit; & addit, quod possint Superiores cuiuscunque Collegij, hoc spatium terræ, quatuor tantum fanegas sementis capiæ, eligere in villis, & possessionibus, & prædiis ipsius Collegij, etiam magnis, & de hoc spatio mutis circumsepto nullas decimas soluant: de reliqua verò parte villæ, prædij, aut possessionis soluant vigesimam partem fructuum pro decima (hoc est) de viginti vnum: faxit tamen Deus, vt alij Summi Pontifices tempore succedentes nobis privilegia antiqua, huic Religioni summa maturitate, & consilio, à tot tantisque Summis Pontificibus grauisimis de causis concessa iterum restituant, non obstante reclamazione aliquorum Parochorum, qui si scirent angustias Societatis & inopiam, qua quotidie premitur, & infinitum æ alienum, quo singula Collegia sunt grauata, ad alendos summa quadam mediocritate Religiosos, non superfluos qui dem, & superabundantes numero, sed præcisè necessarios ad cathedras, munia, & ministeria spiritualia ipsius Societatis exercenda; profectò non solum non reclamarent contra hoc privilegium; sed nobis de suo liberent erogarent: die enim & noctu prompti semper sumus, & parati ad eos iuuandos, concionibus, confessionibus, & aliis ministeriis spiritualibus, & id quidem gratis, & sine villo stipendio, pro Missis, concionibus, aliisque spiritualibus muniis: vt ex Statuto nostrarum Constitutionum habemus, ad vnguem quidem, & ad amissum obseruato: nulla enim in re magis obseruantes fortasse video Superiores, quam in hoc Statuto in sua puritate seruando: quomodo enim patientur Parochi & Prælati, vt sui liberales coadiutores, ne dicam serui, tanta inopia premantur, vt vix victum habeant necessarium, & vix redditus multorum annorum in singulis Collegiis sufficiant ad soluenda debita ciborum, quorum cambium singulis annis singulis Collegiis currit? Quæ est causa, vt nisi Deus, & viri aliqui potentissimi liberaliter succurrant, vix vnquam ex hoc pelago debitorum emergere possint. Sed iam Gregor. XV. diuina Dei prouidentia successore Pauli V. nobis privilegia antiqua, si non tota, saltem magna ex parte restituit, Statutumque Pauli V. hac de re, de veritate, angustia & paupertate nostra certus, piè moderatus est.

Causæ verò & rationes, ob quas Summi Pontifices & dare & auferre possint huiusmodi privilegia terris & proprietatibus ipsis non soluendi vllas decimas ex suis fructibus, iis Ecclesiis, in quarum territorio sunt; hæc sunt. Primò, quia solutio decimarum, & onus illarum quoad ipsam quoram est de iure humano, & canonico, quod ius potest Pontifex, sicut posuit, ac condidit ob iustam causam, ob eandem iustam causam tollere, antiquare, aut moderari: nam, sicut auctoritate Papæ factum est, vt tale prædium obnoxium & obligatum sit oneri decimarum: ita eadem auctoritate potest huiusmodi prædium ab eo onere liberari: ita enim hoc onus prædiis est impositum, vt assidue ab illa auctoritate pendear. Sic etiam Capitulum, Sede vacante, ad libitum potest amouere Vicarium generale aliàs per ipsum electum, & confirmatum ex rationabili causa, & intra octo dies alium constituere, alioqui deuoluitur ius eligendi & deputandi Vicarium ad Metropolitanum, vt decernit sacra Cardinalium Congregatio super Tridentinum 4. p. dec. 101. fol. 42. quia ea electio assidue ab auctoritate pendet electorum.

d. Steph. Fagundez in quinque præcept. Eccl.

Secundò, quia, si Summus Pontifex liberet aliquas terras ab onere decimarum, nulla in ea liberatione sit iniuria illi Ecclesie, & parochia, cui antea soluebantur decimæ: quando enim Summus Pontifex posuit obligationem prædiis, soluendi decimas, non eam posuit directè ob commodum huius, aut illius Parochia, huius, aut illius Ecclesie: sed absolute ob congruam sustentationem ministrorum Dei: vnde nullam facit iniuriam huic Ecclesie priuando illam aliquibus decimis, si habeat aliunde, vnde ministris suis de congrua sustentatione prouideat, quia vitur Summus Pontifex iure suo, dum alios ob iustas causas eximit. Sic Rex potest eximere à suis tributis per privilegium, quem voluerit absque iniuria aliorum, & per privilegium nobilem facere, quem voluerit. Tertio, quia à principio, quando Summus Pontifex imposuit huic prædio obligationem soluendi decimas huic Ecclesie, imposuit illam sub conditione, nisi sibi contrarium visum fuerit ob aliquam causam rationabilem; non enim intendit Papa hoc onus ita imponere ob commodum vnus parochia, vt sibi adimat potestatem illius remittendi, aut relaxandi ex causa, si de sufficienti sustentatione prouisum sit ministris ipsius Ecclesie aliunde: sicut nec Rex ita confert privilegia, vt illa ex causa auferre nequeat. Quarto, quia consuetudine tolli decimæ possunt, quoad quoram, vt sæpè diximus: consuetudo autem habet vim legis ex tacita approbatione Principis: ergo, si per consuetudinem, quia habet vim legis tacita, decimæ tolli possunt, quoad quoram, vt latè probat Soarius tom. 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, c. 18. n. 2. quod magis per legem & privilegium expressum. Omitto reliquas probationes, hæc sufficiant.

Soar.

Episcopi, Archiepiscopi, etiam Metropolitanis, & Prælati alij à summo Pontifice non possunt de iure concedere hanc decimarum exemptionem: poterunt tamen ex privilegio, aut præscripta consuetudine: quo autem tempore hæc consuetudo præscribatur, infra dicemus cap. 1. lib. 3. sequentis. Et ratio est: quia decimæ fuerunt assignatæ à Papa singulis Ecclesiis, cap. 1. 13. quæst. 1. inferior autem non potest eximere aliquem à lege Superioris. Deinde, quia in Concilio Cabilonensi fuit statutum, ne Ecclesie antiquitas constituta suis decimis per Episcopos priuarentur. cap. *Ecclesia*. & seqq. 15. q. 1. Episcopus autem non potest dispensare super Concilium, neque aliquid statuere, iuxta Glossam singularem in cap. *Cum dilectus*. de electione. Et ita docet Rebuffus tractatu de decimis, q. 5. n. 32.

6.

Docet etiam ibi Rebuffus, Episcopos ante Concilium Cabilonense potuisse quidem ex causa de Cleri & Capituli consensu alicui Monasterio concedere aliquid in decimis, non per viam privilegij, vt dicitur in cap. *Venerabilis*. de confirmat. vtili, sed per viam compositionis, etiam si minuerentur decimæ: secus, si in totum tollerentur: tunc enim nec per viam compositionis de consensu Capituli, aut Cleri aliquid poterant. Laicis tamen nihil concedere poterant Episcopi circa decimas, vt patet in cap. *Peruenit*. 1. q. 3. quod repetitur 16. quæst. 7. ibi: *Peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sacerdotibus propria diocesis decimas, atque Christianorum oblationes conferunt: sed potius laicalibus personis, militum, videlicet, siue seruatorum, vel quod grauius est, consanguineorum.* Vnde, si quis Episcopus amodo fuerit inuentus huius diuini præcepti transgressor, inter maximos Hæreticos, & Antichristos habeatur.

Rebuff.

7.



LIBER TERTIVS

DECIMARVM.



VIDIMVS duobus superioribus libris, quo iure decimæ debeantur; de quibus rebus solui debeant; quæ personæ ad illas teneantur; quid possint priuilegia in illis; & qui possint huiusmodi priuilegia concedere, tollere, moderari, aut restringere: videndum modò est, quid præscriptio, & consuetudo legitime introducta, quid compositio, transactio, & priuilegium in decimas possint; quibus sint personis decimæ soluendæ; apud quem Iudicem pendendæ, ecclesiasticumne, an sæcularem; quid dicendum sit, si ex fructibus, aut pecunia non decimata res fructifera ematur: & sic breuissimè nos nostro more ab hoc onere expediemus.

CAPVT I.

Quid consuetudo, & præscriptio possint in decimas: agitur etiam de consuetudine locali, & de noualibus.

SVMMARIVM.

- Consuetudo facere potest, ut decima, tam prædiales, quam personales, quæ uni parochia soluebantur, alteri parochia soluantur. num. 1.
Quid sit præscriptio. num. 2.
Quantum tempus requiratur, ut vna parochia contra aliam præscribat. num. 3.
Refertur prima opinio affirmans, sufficere consuetudinem longi temporis, quæ est decennij. num. 4.
Ius aperte iubet, ut decima prædiales illi parochia soluantur, in cuius territorio sunt prædia, & non alteri. num. 5.
Ubi ius aperte repugnat, necessaria est, ut vna Ecclesia particularis contra aliam particularem præscribat, consuetudo 40. annorum. Ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam, requiritur consuetudo 100. annorum: olim etiam ad præscribendum contra quancunque Ecclesiam particularem 100. requirebantur. num. 6.
Astruitur secunda, & verior opinio, docens requiri consuetudinem 40. annorum, à num. 7. vsque ad num. 9.
Iudicium Auctoris. num. 10.
Particula, diu, in cap. Apostolicæ. quid significet. ibid.
Prima opinio sustineri potest in casu, in quo dubium est de iure prædiorum, ad quam parochiam pertineant. num. 11.
Consuetudo non extenditur ad noualia nunquam antea possessa. num. 12.
Quid, si antea de herba, pastu, aut dumeto soluebant decimas, & postea arentur. num. 13.
Quid, si isdem terminis claudabantur cum prædiis cultis. num. 14.
Decima mixta, quanto tempore præscribant. num. 15.
Alique parochie & Monasteria priuilegium habent,

- ut contra illas non præscribat, nisi spatio 60. annorum. num. 16.
Quantum tempus ad præscriptionem requiratur, si res alicuius hominis particularis incipiat esse Ecclesiæ. num. 12. & quid si ille sit præsens, aut absens. num. 17. & 18.
Qui sint præsentis, qui absentes. num. 18.
Ad præscriptionem requiritur bona fides in vltimo possessore. num. 19.
Consuetudo vnius loci, aut parochia, non extenditur ad aliam. num. 20.
Quid de consuetudine vnius parochie, non soluendæ decimas de fructibus minutissimis, v. c. fabis, nucibus, licet in aliis vicinis soluantur. ibid.
Consuetudo, cum iusta tamen causâ, tantum valet, quantum valent leges Principis. num. 21.
Valet consuetudo in aliquibus regionibus non soluendæ decimas, nisi tempore moris. num. 22.
Potest consuetudo efficere, ut loco decimæ soluantur vigesima. num. 23.
An præscriptio possit eximere aliquem à solutione omnium decimarum suorum prædiorum. num. 22.
Refertur prima opinio. ibid.
Astruitur secunda affirmans. ibid.
Fallit, quando Curatus necessitatem patitur. num. 26.
Iudicium Auctoris. num. 25.
Quid, si aliquis præscribat decimam vini, & loco decimæ soluat vigesimam, & postea vinea fiat arabilis. num. 27.
Quid, si vnus præscribat partem decimæ, & alius veniat ad habiandum illas terras. ibid.

Alia Summaria inuenies à num. 27.

Supponendum in primis est, consuetudine & præscriptione fieri posse, ut decimæ, tam prædiales, quam personales, non soluantur illi Ecclesiæ, cui antea soluebantur; sed alteri parochiæ: consuetudo enim habet vim legis, vt latè probat Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. cap. 18. à num. 2. & c. 22. num. 1. vnde, sicut Papa per legem aliquam & priuilegium particulare potest efficere, vt prædia existentia in vna parochia, alteri parochiæ soluant decimas, id etiam poterit efficere legitima consuetudo, cum vim legis habeat.
Præscriptio autem ita communiter definitur: Est dominij acquisitio: vel est iuris alieni elisio proueniens ex tempore à lege præscripto ac definito. Vide Lessium tom. 1. lib. 2. de præscript. c. 6. dub. 1. n. 2. Lessium. §. 3. vbi hoc latè patebit.
His annotatis, videndum est modò, quantum tempus necessarium sit, quantumque leges assignent, vt consuetudo legitima hoc ius præscriptionis nobis tribuat.
Et de hoc duplex est opinio. Prima docet, si consuetudo non sit expressè contra aliquod ius, sed propter illud, decennij consuetudinem sufficere ad hoc, vt omnia illa parochia, in cuius terminis prædia existunt, decimæ prædiales alteri parochiæ soluantur, & de facto hodie decennij consuetudinem sufficere, vt præscribat contra vnâ parochiam, & alteri decimæ soluantur. Ita docet Panorm. cap.

Conarr. Gutier. Syluest.

cap. Cum sint homines, de decimis, in fine: Conarr. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. §. 4. Gutierrez lib. 1. quæst. canon. cap. 21. num. 58. Syluest. verbo, Consuetudo, num. 6. dicto 1. & non parum iuuat cap. finale, de consuetud. & ibi Glossa. Et ratio est: quia nullum est ius, quod expressè prohibeat decimas prædiales solui alteri Ecclesiæ, in cuius territorio, ac districto prædia non sunt; imò potius ipsum ius aperte dicit, obscuram esse controuersiam inter illam parochiam, in qua dominus prædiorum domicilium habet, & inter illam, in cuius terminis prædia existunt: & idèd præscribit hac vna in re seruari consuetudinem, vt patet ex cap. Ad Apostol. ibi: Tu eligas in hoc, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noueris obseruatum. Iura enim illa, quæ post diuisionem parochiarum præscribunt decimas prædiales solui illis parochiis, intra quarum terminos prædia sita sunt, loquuntur simpliciter, non priuatiuè, & sic non priuant alias parochias hoc iure decimarum, neque prohibent expressè, ne alii soluantur, & quando ius expressè non contradicit, sufficit consuetudo longi temporis ad inducendum contrarium: consuetudo autem decennij est consuetudo longi temporis, vt patet ex cap. finali, de consuetudine, & Glossa ibi: & ex Glossa in l. De quibus. ff. de legib. vsu inueterata. verbo, inueterata. ergo illa sufficit, vt omnia parochia, in qua sunt prædia, soluantur decimæ alteri parochiæ, in qua non sunt: & idèd in cap. Ad Apostolica. mentio fit de consuetudine diu obtenta, hoc est, de consuetudine longi temporis, quæ est consuetudo decennij: diu enim durat consuetudo, quando per decennium durat, iuxta dictam Glossam in l. de quibus. verbo, inueterata, ff. de legib.

- 5. Dices: ius expressè iubet, ac statuit, vt decimæ soluantur illi parochiæ, in cuius districto ac territorio sunt prædia: & hæc iussio est priuatiua, hoc est, vt illi soluantur, & non alteri parochiæ; & consequenter est etiam expressa prohibitio, ne alteri parochiæ soluantur, vt patet ex c. Cum contingat. de decimis, ibi: Cum contingat præceptionem decimarum ad parochiales Ecclesias de iure pertinere. & ex c. Cum in tua. de decimis, ibi: Ad quas de iure communi spectat solutio decimarum. vbi autem ius expressè contradicit, opus est ad legitime præscribendum consuetudo 40. annorum, & non sufficit consuetudo decennij: ergo doctrina primæ opinionis non videtur vera.
6. Respondeo, verum esse, quòd, vbi ius aperte repugnat, necessaria sit, ad præscribendum in decimis contra aliquam Ecclesiam particularem præter Romanam, & contra Monasterium, aut hospitale aliquod, consuetudo quadraginta annorum, vt docet Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 6. dub. 8. num. 25. & patet expressè ex Auth. Quas actiones. Cod. de sacrosanctis Eccles. vbi præscriptionis tempus contra aliquas Ecclesias præter Romanam restringitur ad 40. annos: & ita Conarr. regula, Possessor. §. 2. num. 3. vbi refutat quosdam, qui putabant, contra pauperes non præscribi. Et dicitur, præter Romanam: quia ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam requiritur consuetudo 100. annorum, vt patet ex Authentica assignata suprâ. Imò etiam olim ad præscribendum contra quancunque Ecclesiam particularem eadem consuetudo centum annorum requirebatur: sed iura antiqua, quæ hoc continebant, per hanc Authenticam, Quas actiones. abrogantur, & restringitur istud tempus ad spatium 40. annorum in Ecclesiis particularibus: at verò existimant hi Auctores, iura, quæ præscribunt solui decimas illis parochiis, intra quarum terminos prædia sita sunt, nullo modo loqui priuatiuè respectu aliarum; & idèd dicunt non prohibere ex-

pressè, ne aliis etiam soluantur: aliud est enim præscribere, vt decimæ soluantur parochiæ, in qua prædia existunt; aliud prohibere, ne soluantur alteri. Deinde addunt, iura, quæ præscribunt decimas prædiales solui illis parochiis, intra quarum terminos existunt prædia, velut cap. Cum contingat, & cap. Cum in tua. de decimis, citata, & alia similia, semper intelligenda absque præiudicio iuris aliarum Ecclesiarum: aliæ autem Ecclesiæ habent ius præscribendi in decimis contra illam parochiam, vbi sunt prædia per consuetudinem longi temporis, quæ est consuetudo decennij, vt probatum est numer. 5. Et verò in cap. Cum contingat. aperte dicitur, decimas soluendas esse de iure illi parochiæ, in qua prædia sunt: sed statim additur, nisi alia habeat manus ius. quod necessariò debet intelligi de iure longa & diuturna consuetudine introducto, ac proinde non prohibet. expressè ius, ne alteri parochiæ soluantur.

Secunda tamen sententia docet, probabilius esse requiri spatium 40. annorum, vt consuetudo conferat ius alteri Ecclesiæ ad decimas prædiorum existentium in alia parochia, atque adeò non sufficere consuetudinem decennij, vt ab vna parochia contra aliam præscribat, intra cuius terminos prædia sunt sita; sed requiri consuetudinem 40. annorum, primò, quia consuetudo, qua præscribitur contra illam parochiam, intra cuius terminos prædia sita sunt, non est consuetudo præter ius: sed est expressè contra ius introducta: ad præscribendum autem contra ius expressè repugnans requiritur tempus 40. annorum, vt vel etiam ipsi Auctores primæ opinionis fatentur. Et Lessius etiam tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 6. dub. 8. num. 25. id ipsum sequitur, & Conarr. vbi suprâ, num. 6. & in regula, Possessor. §. 2. n. 3. & nos confessi sumus prædicto n. 6. & non sufficit spatium decennij. Quòd autem hæc consuetudo sit expressè contra ius, & non præter ius, patet ex Glossa in cap. finali, de consuetudine, & ex Glossa in cap. Cum sint homines. de decimis, verbo, Ad consuetudinem, ibi: Per quam iuri communi præiudicatur. & in c. Ad Apostol. verbo item, Consuetudo; ibi: Ius commune in promptu est, quòd illi Ecclesia debent dari decima, in cuius territorio sunt prædia. Constat etiam ex c. Cum in tua. de decimis, ibi: Ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum. Et sermo ibi est de illis parochiis, intra cuius terminos prædia existunt. Ex quibus omnibus iuribus fati constat, repugnare ius commune, & prohibere, ne decimæ soluantur aliis parochiis, præter illas, intra quarum territoria sunt prædia.

Probatur secundò, quia iura non solum disponunt affirmatiuè, quòd, videlicet, Ecclesiæ prædiales pendantur decimæ; sed etiam priuatiuè, hoc est, ne dentur alteri Ecclesiæ: expressè enim prohibent, ne talia prædia ita possint applicari alteri Ecclesiæ, vt illa Ecclesia, intra cuius terminos ipsa existunt prædia, priuati possit suis decimis, vt constat ex c. Si quis laicus, vel Clericus. 16. quæst. 1. & expressè ius ex seq. c. ibi: Ecclesia antiquius constituta, nec decimis, nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratoris tribuantur. Per oratoria autem intelliguntur capellæ, etiam intra eandem parochiam erectæ: ergo à fortiori prohiberet tribui extraneis Ecclesiis. Et idem habetur in c. Quicunque. eadem 16. quæst. 1. & in c. 1. 13. quæst. 1. ita diuiduntur iura parochiarum per territoria, vt nullus (vt ibidem dicitur) alterius parochia terminos inuadat. ergo recipere decimas ex prædiis intra terminos alterius parochiæ existentibus, est contra ius commune, & consequenter ius commune huic receptioni manifestè repugnat, dum prohibet, iubet, & præscribit, ne alteri parochiæ soluantur.



9.

Probatur tertio, quia in cap. ultimo, de test. spoliatorum, in 6. ita dicitur: *Sitque manifestum, nisi aliud ostendatur*, (intellige, per privilegium, vel per legitimam praescriptionem 40. annorum,) *decimas de iure communi ad eandem Ecclesiam pertinere, intra cuius terminos sita sunt praedia*. quo quid clarius, quae, dici poterat, ut prohiberetur, ne alteri Ecclesiae, quam praediali decimae penderentur? Probatur tandem ex c. *Accedentibus*, de privileg. ibi enim requiritur tempus 40. annorum, ut vna Ecclesia regularis contra aliam praescribat; quia talis consuetudo est contra ius Ecclesiae; & necessarium est tempus 40. annorum, ut vna Ecclesia contra aliam praescribat. Ita se habent fundamenta huius secundae opinionis, & eam expressè tenet Couar. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 7. & Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 2. n. 7. & debent tenere omnes illi, qui dicunt, ad praescribendum contra ius expressum, requiritur spatium 40. annorum: & hi sunt Glossa in c. *Cum sint homines*, de decimis, & idem Couar. regula, *Possessor*, §. 2. n. 3. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. c. 6. dub. 8. num. 25. & constat ex Authentica, *Quas actiones*, c. de sacrosanctis Ecclesiis, ut diximus n. 6. & idem etiam debent docere Auctores primae opinionis (velint, nolint) quatenus dicunt, solutionem decimarum praedialium alteri Ecclesiae factam, quae non sit illa, intra cuius territoria sunt praedia; non esse contra ius, sed praeter ius. Si enim ius expressè contrarium prohibens esset, fatentur illi requiriti spatium 40. annorum, & non sufficienter spatium 10. annorum: nos autem satis probauimus, esse expressè contra ius.

Couar. Soar.

Glossa. Lessius.

10.

Et verò vtraque opinio est probabilis; ista tamen secunda in spectro iure, & ratione multò est probabilior, ut consideranti patebit. Primum verò, & praecipuum fundamentum primae opinionis expeditum iam est: erat enim illud, hoc non esse contra ius, sed praeter ius. Ad fundamentum autem cap. *Ad Apostolica*, de decimis, ubi dicitur, ad hanc praescriptionem sufficere diuturnam consuetudinem, & diuturnam ac longi temporis consuetudinem, esse consuetudinem 10. annorum: Respondeo, ponderationem praedicti c. *Ad Apostolica*, in illa particula, *diu*, per exigui esse momenti: nam illa particula, *diu*, non significat ibi tempus aliquod certum, nec tempus decem annorum; sed significat illam consuetudinem non debere esse in inorem consuetudine decem annorum: non verò quòd tempus 10. annorum ad illam sufficiat: interdum enim 10. interdum 20. aliquando plures anni requiruntur ad praescriptionem, iuxta diuersas materias & personas. Eadem enim particula, *diu*, inuenitur etiam in c. *Accedentibus*, citato, de privilegiis: & tamen ibi non significat tempus 10. annorum, sed 40. ut ex contextu ipsius capituli patet. Ergo ex vi illius particulae c. *Ad Apostolica*, solum colligitur necessariam esse consuetudinem longi temporis; quantum verò tempus necessarium sit ad constituendam hanc consuetudinem in hac materia decimarum, ibi non declaratur; sed ex aliis iuribus expressè colligitur esse 40. annorum, ut probatum est ex Authent. *Quas actiones*, c. de sacrosanctis Ecclesiis.

11.

Solum tamen prima opinio sustineri potest in eo casu, in quo dubium est de iure ipsorum praediorum, & ad quosnam terminos ipsarum Ecclesiarum, quae de illorum decimis contendunt, spectent: in eo enim casu ipsomet ius commune dubium iam maneret pro vtraque parte: & in eo sufficit consuetudo decennij, ut optime notat Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 2. n. 8. & Couar. id ipsum notante eodem Soario videtur sine dubio asserere lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. nam in n. 7. expressè docet Couar. requiriti spatium 40. annorum, ut

Soar. Couar.

vna Ecclesia praescribat in decimis contra aliam praedialem; & idèd dum in n. 8. dicit, requiriti spatium 10. annorum, loquitur solum de casu, in quo ius commune dubium manet.

Haec verò consuetudo non extenditur ad noualia: & idèd licet vna parochia per 40. annos, & fortè his amplius, exigeret decimas aliquorum praediorum, & alicuius partis districti alterius parochiae; & ibi nunc de nouo excolantur, atque aperiantur aliqua noualia, & seminantur; plantenturque aliqui agri inculti, non extenditur ad illos agros de nouo excultos ius exigendarum decimarum: quia ista noualia non fuerunt possessa, ac proinde non fuit praescriptum in fructibus illorum: praescriptio enim supponit possessionem, quae per usum, & consuetudinem acquiritur: Ecclesia autem illa, nunquam modo aliquo possedit terras illas syluestres, & incultas, nec consuetudinem habuit exigendi ab eis decimas aliquas, & tantum praescriptum, quantum possessum, ut est optimum pronuntiatum iuris peritorum in hac materia: ergo non potuit Ecclesia praescribere decimam eorum fructuum, quos nunquam possedit. Confirmatur: quia praescriptio in aliena parochia non extenditur de vno praedio ad aliud: sed potest esse circa vnum praedium, & non circa aliud, etiam in praediis cultis, ac proinde à fortiori idem erit in praediis incultis, ac noualibus: illa enim noualia nullo modo vnquam fuerunt possessa ab illa Ecclesia, extra cuius territorium sunt, & idèd ab illa non sunt praescripta iuxta rationem cap. *Cum in tua*, de decimis: quia non plùs praescribitur, quàm possidetur: idèd quae iure communi debentur decimae fructuum illi Ecclesiae, in cuius territorio sunt praedia, iuxta cap. *Quoniam*, & c. *Cum contingat*, de decimis: & ita docet Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 14. à num. 9. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 13. Gutierrez lib. 1. qq. can. c. 2. n. num. 78. & seqq. Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 2. num. 9. & patet etiam ex cap. *Tua nobis*, de decimis, ubi dicitur, in talibus non esse extendendam licentiam, sed potius restringendam.

12.

Rebuff. Couar. Guttier. Soarius.

Dixi, hanc praescriptionem non extendi ad noualia antea nunquam possessa: quia, si agri inculti antea possidebantur, & ex herba, vel dumeto, vel lignis, vel partu eorum aliqua decima accipiebantur, tunc quidem licet de nouo excolantur, ad omnes decimas fructuum illorum extenditur praescriptio: quia nec possessio, nec usus deest: & videtur casus expressus in cap. *Dudum*, de privilegiis, & iuuat valde cap. 2. §. 1. de decimis; in 6. & ita docet expressè Soarius citatus num. 10. & Couar. etiam citatus, & in pract. cap. 37. num. 5. Rebuffus, & Gutierrez in numero etiam praecedenti allegati, & Glossa in c. *Commissum*, de decimis, verbo, *Pascuis*, & expressè etiam Panormitanus in cap. *Commissum*, de decimis, n. 1. ubi ita ait: *Tenentur decimas praestare de praediis nouiter cultis, de quibus prius soluebantur incultis*. Nec varietas in fructibus, obstat: quia praescriptio per se primò est realis circa rem ipsam, seu fundum: & idèd quicquid fructificet, praescribenti fructificat, quoad decimam, sicut si in eadem terra iam culta praescriptum sit in decima grani, & postea plantetur vinea, etiam extenditur praescriptio ad decimam vini: quia illa varietas accidentalis est, & per se artèditur praescriptio terrae, ut optime ostenditur in c. *Commissum*, de decimis, ibi: *Sicut de pascuis olim decima persoluebantur; ita nunc de istis ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolui*.

13.

Panorm.

Idem dicendum est iuxta praecitatores Auctores num. praecedenti allegatos, & praecipuè iuxta Soarium, quando praescriptio cadit in terram, quae simpliciter

Rebuff. Guttier.

15.

pliciter censetur vna, quia, v. c. certis terminis, aut sepibus clauditur, & tanquam vna, & indiuisibilis possidetur: tunc enim licet illa terra partim colatur, partim non colatur, & illa pars inculta postea colatur, & ex ea fiant noualia, ad illam extenditur praescriptio, quia totum simpliciter censetur possessum, licet per partes, ut optime docet ac probat Rebuffus tractat. de decimis, quæst. 14. n. 26. & Gutierrez lib. 1. qq. can. c. 2. n. 101. quos sequitur Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 2. n. 10. fine: & iisdem rationibus, quibus resolutio praecedens probatur.

Et verò quae de tempore & consuetudine necessaria ad praescribendum circa praediales decimas dicta sunt, locum etiam habent in mixtis; & quia illa magis accedunt ad praediales, & intra illas numerantur; & quia praediales in omnibus, quoad fieri potest, imitantur. Quia tamen in his decimis mixtis ius non requirit tam expressè 40. annos, ut praescribat vna Ecclesia contra aliam, sicut requirit in decimis praedialibus, idèd in praescriptione mixtarum seruanda erit consuetudo & stylus vrbis & regionis circa tempus praescriptionis: nam, cum ius in illis sit magis dubium, quàm in praedialibus; idèd facile admitti potest sufficere in mixtis consuetudinem decem annorum ad praescribendum, estque aliunde maior ratio in illis, quàm in praedialibus: enim verò animalia, ex quibus decimae mixtae percipiuntur, non habent ita firmam sedem, & radicem, sicut praedia & arbores: ex quo fit, vt plerumque in mixtis oriantur varij casus, qui non possunt melius decidi, quàm consuetudine vniuersaliusque loci: vt optime docet Soarius allegatus n. 11. quam obrem, si consuetudo alicuius loci sit, ut in decimis mixtis decennio vna Ecclesia contra aliam praescribat, illi standum erit.

16.

Lessius.

Haec de iure communi: nam de privilegio sunt aliqua Ecclesiae, & aliqua Religiones & Monasteria, contra quae praescribi non potest in rebus immobilibus, nisi per consuetudinem 60. annorum. Concessit hoc privilegium Eugenius IV. Ordini sancti Benedicti, & Iulius II. Congregationi sancti Saluatoris, & idem per quandam extensionem concedit etiam illis Ordinibus & Religionibus, quae participant de aliarum privilegiis, vt Mendicantes omnes. Sic docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. c. 6. dub. 8. n. 25. Nomine verò rerum immobilium, veniunt iura & actiones ad immobilia: item beneficia, census, redditus, ius patronatus, usus fructus, & seruitutes: haec enim omnia fixa manent, & instar immobilium commoditatem afferunt, vt latè probat Lessius citatus.

17.

Syluest. Lessius.

Si res alicuius hominis priuati incipiat esse Ecclesiae, 40. etiam anni requiruntur ad hanc praescriptionem: sed si ille sit praesens, & anni quinque exacti in praesentia illius, non requiritur vltierus spatium 35. annorum ad complendam praescriptionem 40. sed sufficiunt 20. quia quinque priores contra priuatum hominem continent dimidium tempus necessarium ad praescriptionem. Patet ex Auth. *Si quis*, c. de praescript. longi temporis. & ita docet Sylu. verbo, *Praescriptio*, q. 7. §. 6. Lessius tom. 1. lib. 2. c. 6. de praescript. dub. 8. n. 25. voluit enim ius in hoc putare negligentiam hominis particularis in procuranda re propria.

18.

Id.

Contra laicos autem praesentes in rebus immobilibus praescribitur regulariter spatium decem annorum: contra absentes verò 20. cum titulo, sine titulo 30. Et sic, quando adest titulus, vnus annus praesentiae aequipollent duobus absentiae, nisi aliud statuatur in iure. Ita docet Lessius citatus n. 13. & Sà verbo, *Praescriptio*, n. 2. & habetur Instit. de vsucapione, §. 1. & l. 1. *Cum in long.*, c. de praescript. At verò in

rebus ecclesiasticis, vel Religiosorum, inter absentes requiruntur 40. anni, inter praesentes verò 30. Ita Auctores citati. Praesentes autem dicuntur illi, qui in eadem prouincia, aut territorio sunt: absentes verò, qui in diuersis prouinciis & territoriis sunt, iuxta Lessium citatum, & Panormitanum in c. *De quarta*, de praescript. n. 30. Bona patrimonialia Clericorum non sunt bona ecclesiastica, sed saecularia: & idèd de praescriptione illorum idem profectò dicendum est, quod diximus de praescriptione contra laicos in rebus immobilibus.

19.

Notabis autem ad praescriptionem requiri bonam fidem: mala enim fide non praescribitur: quia cum mala fide non acquiritur ius in rem alienam. Et certè ista mala fides opus est, ut probetur in vltimo possessore: nam in primis possessoribus potuit quidem res possideri mala fide: ab aliis autem bona, & sic ordinariò incipiunt omnes praescriptiones ab initio mala fide in primis possessoribus, postea bona in vltimis, & idèd leges optimo iure statuerunt & declararunt tempus ad praescribendum ad puniendam negligentiam dominorum in procurandis suis rebus: vnde vt non praescribatur, opus est, ut probetur mala fides in vltimo possessore: mala enim fides, dum durat, perpetuò impedit praescriptionem. Ita docet Rebuffus tract. de decimis, q. 13. n. 56. & patet expressè ex cap. *Vigilanti*, & ex cap. finali, de praescriptione, & docet Barrius in cap. *In Burris*, aliquibus in 2. oppositione.

Rebuff.

In Burris.

20.

Consuetudo vnus loci non extenditur ad alium locum: consuetudo enim localis non extenditur ad aliena loca. Ita Oldradus consil. 249. ad primum, & Anchar. consil. 143. Vnde consuetudo, quòd Clerici vnus dicecesis, vel Canonici vnus Sedis vtantur certis vestibus, non obligat Clericos, vel Canonicos alterius Sedis, aut dicecesis; imò nec consuetudo multarum dicecesum obligat Clericos vnus, in qua non datur talis consuetudo: quia est consuetudo localis, & consuetudo localis non extenditur ad aliena loca. Et ratio est: quia consuetudo habet vim legis: leges autem positae pro vno tantum loco, aut territorio, non obligant incolas alterius loci, aut territorij, cum respectu talium legum illi subditi non sint, licet absolute subditi sint Principis, eam consuetudinem tacite approbantis: sicut, si Princeps ferret leges pro vna tantum vrbe, aut prouincia, & non pro aliis, ea quidem leges non obligarent ciues alterius vrbis, aut prouinciae: quia eo ipso, quòd pro ipsis tantum positae sunt, ciues alterius ciuitatis, atque prouinciae, non manent subditi illarum legum, licet absolute sint subditi Principis, illas leges ferentis. Sic etiam consuetudo, quòd in vno loco, aut parochia non soluatur vlla decima de vno fructu minimo, v. c. de fabis, de lino, aut de lintribus, non extenditur ad aliam parochiam: valet enim consuetudo non soluendi decimas minutas: (minutae autem iudicabuntur, consideratis locis & terris: qui enim fructus in vna parte minutissimi censentur, in alia non ita erunt) quia, sicut de minimis non curat Praetor, l. *Scio*, ff. de integ. restit. sic non congruit honestati Pastores Parochos, & ministros Dei de istis minimis esse sollicitos, ne potius exactores videantur, quàm Pastores. Ita docet Rebuffus in tractatu de decimis, quæst. 13. num. 51. & D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 2. & idèd, inquit Rebuffus, in Senatu Parisiensi fuerunt auditi quidam rusticani allegantes, se nunquam fuisse solitos soluere decimam de lana, qui fructus erat minimus respectu illorum; & idem dicendum esse, si allegarent, se nunquam fuisse solitos soluere decimam de ouis, & de nucibus; quia hi fructus ordinariè sunt minimi. Si tamen in omnibus parochiis circunvicinis soluere decima de his fructibus minimis, & solum

Oldradus.

Anchar.

Rebuff.

D. Thom.

lūm in vna parochia in medio earum existente non solueretur, est maius dubium: nam in Senatu Bracharenfi in casu simili iudicatum fuit anno 1619. eam consuetudinem esse corruptelam, & non veram, ac proinde obligarunt Patres illius Senatus parochianos vnius parochiæ, ad soluendam decimam hanc minutissimam vnius fructus minimi, iuxta consuetudinem, ac morem aliarum vicinarum, non ex eo principio, & fundamento, quod consuetudo vnius, aut multorum locorum extendatur ad alium locum: sed ex eo, quod abusus & corruptela, similis consuetudo præsumeretur, & abusus non posset præscribi, quantumvis longissimo tempore introductus fuerit: sed in his oportet Iudices habere propitios ac fauorabiles.

21. Et verò consuetudo cum iusta causa tantum valet, quantum valet Imperator, aut Princeps, vt docet Vallascus in praxi, cap. 35. num. 10. Isernia cap. 1. quæ sunt regal. Parisius consil. 27. num. 32. lib. 1. imò, quod magis est, dixerunt plures valere consuetudinem, etiam si sit præiudicialis Ecclesiis, inter quos est ipse Parisius. Verum hoc iuxta Vallascum intelligendum est, quando de tali consuetudine dari potest iusta causa: vnde, cum præcedentis consuetudinis, quam corruptelam appellauimus, nulla iusta causa dari possit, & sit præiudicialis Ecclesiæ, inde fortè est, quod non obligauerit, vt iudicatum fuit in Senatu Bracharenfi.

22. Valet etiam consuetudo localis de decima tempore mortis soluenda, veluti apud Venetos de personalibus decimis est consuetum, vt tradunt Doctores in cap. Apostolica. de decimis. Anchar. in c. In aliquibus. in fine, ibid. & Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 13. n. 52. Item valet, quod domi soluarur, quod in horreis: & ita consuetum est in aliquibus orbis partibus. Item valet etiam, quod de decem oliuis vna oliua detur pro decima, iuxta morem cuiusque regionis.

23. Præcipuum tamen dubium est, vtrum aliquis consuetudine, aut præscriptione possit ius acquirere ad nullas omnino soluendas decimas de omnibus, vel de aliquibus fructibus suarum arborum, aut prædiorum. Et vt ad hoc dubium plenè respondeamus, animaduertendum est, aliud esse loqui de iure retinendi, seu non soluendi decimas; aliud de iure percipiendi illas. Si loquamur de iure retinendi, seu non soluendi decimas suorum prædiorum, tripartita est opinio. Prima docet, nullum omnino hominem, siue Clericum, siue laicum, posse eximi præscriptione, seu longissima consuetudine, à solutione omnium decimarum prædialium, ita vt nullas omnino teneatur soluere decimas de aliquibus, vel de omnibus suis prædiis; posse tamen decimas consuetudine ad vigesimam, trigessimamve partem reduci, ita vt loco decimæ soluarur 20. aut trigesima pars fructuum. Ita docet Rebuffus tractatu de decimis, disp. 13. num. 55. Barbatus consil. 35. vers. Sapienter. col. 6. vol. 2. Carolus Ruynus consil. 142. vol. 5. vers. Clarum est. Panorm. in cap. In aliquibus. de decimis, num. 7. Fulgosius consil. 166. col. 2. Socinus consil. 297. col. 3. lib. 2. Baldus in l. Competit. C. de præscript. triginta annorum. Parisius consil. 25. n. 17. vers. Vidi. col. 3. vol. 4. & alij. Fundamentum illorum est, primò, quia decimæ quoad istam quotam soluuntur in recognitionem dominij naturalis, quod Deus habet, quatenus est auctor rerum omnium naturalium, super omnes fructus naturales terræ. Nullus autem fidelis Christianus potest eximi consuetudine ab obligatione naturali, quam habet recognoscendi Deum auctorem rerum omnium naturalium: ergo nec ab obligatione soluendi omnes omnino decimas prædiales. Secundò, quia quota decimarum non est de iure naturali, sed de

Rebuff.  
Barb.  
Car. Ruyn.  
Panorm.  
Fulg.  
Socr.  
Baldus.  
Paris.

iure tantum positio: ergo contra illam præscribi potest; ita vt loco decimæ prædialis soluarur vigesima, aut trigesima. Tertio, quia decimæ prædiales soluuntur in alimentum, & sustentationem congruentem Sacerdotum ac ministrorum Dei, & rerum spiritualium: ergo non possunt tolli omnino, quia tolleretur sustentatio ministrorum Dei, quæ est de iure naturali; possunt tamen minui ad eam quantitatem, in qua adhuc eorum congrua maneat sustentatio: sic huius opinionis Auctores existimant, ius naturale & diuinum non posse omnino tolli: posse autem minui. Secunda opinio docet, posse consuetudinem quadraginta annorum, homines eximere à solutione personalium decimarum; non tamen prædialium. Ita Hostiensis, & alij in c. In aliquibus. de decimis. Rochus Curtius in rub. & c. vlt. de consuet. folio paruo 12. col. 111. per textum in dicto c. In aliquibus. Turrec. in c. Reuertimini. ni. 16. quæst. 1. art. 7. n. 12. & alij. Sed hanc opinionem discutimus n. 28.

Tertia opinio verior & tenenda docet, non solum Ecclesiasticos, Religiosos, scilicet, & Clericos; sed etiam particulares laicos consuetudine quadraginta annorum posse eximi à solutione omnium decimarum prædialium, & partis illarum. Fundamentum illius est: quia, licet consuetudo non tribuat laicis ius percipiendi decimas prædiales nomine ac iure proprio; tribuit tamen ius retinendi, seu non soluendi illas: vel omnes omnino, vel non integras; sed diminutas, ita vt loco decimæ soluarur vigesimam, aut trigessimam, dummodo aliunde prouisum sit de congrua sustentatione Sacerdotum: semper autem prouisum erit, si non omnes homines eximantur, sed aliqui tantum. Enimverò ius non soluendi decimas prædiales non est ius spirituale percipiendi illas; sed est immunitas quædam & priuilegium non soluendi, quod consuetudine acquiri potest: sicut enim eadem diuturna consuetudine acquiri potest exemptio ab omni onere & tributo temporali; ita & ab omni onere decimarum, cum decimæ per modum tributi soluuntur: quod si quis potest eximi consuetudine ab omni onere decimarum prædialium: ergo & à parte oneris, vt patet. Deinde, quia, quicquid lex efficere potest, id ipsum potest efficere consuetudo: consuetudo enim vim legis habet: nam ideò vim obligandi habet, quia vim legis habet, iuxta omnes DD. sed Summus P. potest per legem aliquam particularem & priuilegium Clericum eximere ab omni onere & tributo decimarum, vel à parte ipsius oneris & tributi prædialis: ergo & id ipsum potest efficere consuetudo. Tertio, quia, qui potest remittere partem debiti, potest remittere totum debitum: sed consuetudo, vt Auctores primæ opinionis fatètur, potest efficere, vt nõ soluatur decima integra prædialis, sed loco illius 20. aut 30. pars fructuum: ergo etiam & tota decima prædialis, cum eiusdem sit potentia remissio partis, & remissio totius. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 30. num. 6. & inuar. cap. Statuto. §. penultimo, de decimis, in 6. quatenus dicit, posse Summum P. suo priuilegio eximere, quem voluerit, à tributo decimarum: nam eadem est ratio, vt diximus de priuilegio & consuetudine. Docet etiam Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8. §. Eas verò decimas. Azor Instit. moral. tomo 1. lib. 7. cap. 3. 7. quæst. 2. §. Ex his & §. His positio.

Ita se habent huiusmodi opiniones. Prima quidem quoad illam partem, quæ asserit, consuetudine neminem posse eximi ab omni onere decimarum prædialium, parum habet probabilitatis, vt notat Soarius allegatus. Secunda examinabitur infr. n. 28. Tertia est omnino certa, quæ docet, non solum à parte

24.

24.

26.

Soarium.

Couar.  
Azor.

25.

parte oneris decimarum, sed etiam ab integro illarum onere posse quenquam etiam laicum consuetudine eximi: & sic ista tertia opinio consentit cum prima, quatenus docet, posse consuetudine effici, vt loco decimæ soluarur vigesima, aut trigesima: dissentit verò, quia prima negat consuetudine posse quenquam eximi ab omni & integro onere decimarum, ita vt laicus ad nullas decimas prædiales teneatur, siue de omnibus, siue de aliquibus suis prædiis: tertia verò affirmat. Neque obstant fundamenta primæ: nam, etsi omnis Christianus fidelis teneatur recognoscere Deum esse auctorem rerum omnium naturalium & fructuum; non tamen tenetur illum recognoscere solutione decimarum, sed aliis modis & actionibus: cum ille modus recognoscendi illum, per solutionem decimarum prædialium, sit in præcepto & lege Summi Pontificis, à qua potest ille eximere, quos voluerit, per priuilegium, & consequenter potest etiam consuetudo aliquos eximere, cum vim legis habeat, & priuilegium. Ad id, quod additur, decimas esse impositas in congruam sustentationem Sacerdotum, quæ est de iure naturali, contra quod ius præualere non potest consuetudo: Respondeo, id verum esse, quando Parochi & Curati, seclusis his decimis, non haberent fructus decimales, ex quibus congruè viuere possint, quod ordinariò non accidit.

Oppones: Iura dicunt, decimas soluendas esse cum omni integritate sua, id est, de decem vnum: ergo fieri non potest, vt loco decimæ soluarur 20. aut 12. pars fructuum. Respondeo, ea iura semper esse intelligenda, nisi aliter consuetudo se habeat, aut præscriptio, & nisi aliquis à tributo decimarum priuilegio eximatur: nam illa quota, quæ pro decima præstari solet, siue sit vigesima pars fructuum, siue 12. decima etiam vocari solet, vt patet ex cap. In aliquibus. de decimis, & docet Rebuffus tractat. de decimis, disp. 13. n. 57. & 58. & Socinus consil. 297. vers. Vidi. col. 3. vol. 2. Fallit tamen hoc, quando Curatus & Parochus necessitatem paterentur, & sustentari commodè non possent ex illa 20. aut 12. parte, quæ soluitur loco decimæ: tunc enim poterunt petere decimas integras, non obstante consuetudine aliqua, præscriptione, aut priuilegio: quia nulla consuetudo, aut priuilegium potest contra ius naturale disponere: ius autem naturale dicitur, Parochos competenter esse alendos.

Dices: De iure naturali est, vt vnicuique suum detur; & tamen dantur leges præscriptionis contra hoc ius naturale: ergo falsum est illud fundamentum, quod hæcenus usurpatum fuit, quod neque consuetudo, neque priuilegium aliquod, aut lex possit aliquid contra ius naturale disponere. Respondeo, leges præscriptionis fundamentum habere in alio iure naturali, maiori quidem illo, quod præcipit ac præscribit vnicuique suum dandum esse; in eo, scilicet, quod vnusquisque teneatur procurare id, quod ad suam, suæque familiæ sustentationem necessarium est: & ideò vt leges, & Imperatores reddant homines vigilantes circa hoc ius naturale tam strictum, puniant meritisimò negligentes amissione honorum suorum, si tempus à lege præscriptum elabatur: militat enim hic illud principium: Quotiescunque duo præcepta naturalia concurrunt, & ambo seruari non possunt, seruandam est maius, relicto minore: maius enim ius, & maius bonum minori anteponendum est; & maius ius naturale est, vt homo non amittat per incuriam possessa, cum illis ad sustentationem eget, quam vt restituat aliena: vt cernitur in illis, qui laborant extremis. Deinde respondeo, bona cuiusque cuius subiacere reipublicæ propter commune bonum, & posse reipublicam, & Principes dispo-

nere de illis, quoties ad bonum commune id pertinere iudicauerint: disposuerunt autem per leges præscriptionis, quia ita iudicatur ad bonum commune pertinere.

Si aliquis præscripsit decimam vini, ita vt pro ista quota solueret vigesimam, aut duodecimam, & postea terra fieret arabilis extincta vinea, teneatur soluere de decem vnum, non de viginti aut de duodecim; quia non præscriptum fuit in isto fructu & nouitate vini, quod requiritur. Ita Rebuffus tractatu de decimis, disp. 13. n. 61. Butrius in cap. Commissum. de decimis, & Panorm. ibi, num. 2. & Doctores passim in cap. Audistis. de præscriptionibus. Enimverò mutatio qualitatis loci non potest alterare obligationem solutionis decimarum. Item, si quis præscripsit contra quotam decem vnum, & loco decimæ soluat vigesimam, aut duodecimam, & alius veniat ad habitandas & excolendas illas terras, in quibus ille præscripsit; non poterit nouus iste inquilinus dimidiare fructus soluendo dimidium vigesimæ partis illi, à quo terras accepit, & alterum dimidium Ecclesiæ, sed teneatur nouus inquilinus totam vigesimam soluere Ecclesiæ. Et ratio est: quia ius exigendi decimas non potest spectare ad laicos. Et similiter, si iste, qui habebat istam præscriptionem contra illam quotam de decem vnum, & loco decimæ soluebat vigesimam de certis prædiis, veniat ad habitandum alias terras & prædia, non habebit illam in aliis: quia terra præscripsit, & non persona; ac proinde illa præscriptio solum fuit habita in illis terris certis & prædiis, quas habitabat & possidebat, non in aliis: tantum enim præscriptum, quantum possessum. Si autem alius de nouo veniat ad habitandum, & excolendum terras illas, in quibus præscriptum fuit, contra decimam, & loco decimæ soluebat 20. aut 12. tunc quidem iste, qui de nouo venit ad habitandum, non soluet nisi 20. aut 12. aut illam partem, in qua præscriptum fuit. Ratio est, quia terra gaudent illo beneficio & priuilegio præscriptionis: est enim hæc præscriptio realis, & ad terras spectat, & illo priuilegio affectæ transeunt ad quoscunque possessores: & ita iudicatum fuit in Senatu Parisiensi, vt docet Rebuffus in tract. de decimis q. disp. 13. n. 55. & hanc opinionem tenet etiam Parisius consil. 25. vers. Vidi. col. 3. n. 21. vol. 4. Mandosius tract. de priu. ad instar. Glossa 15. n. 40. vbi dicit, terras cum eodem priuilegio transire ad colonos & novos inquilinos: & id docet etiam Glossa in c. Ecclesia. 16. q. 1. & alij. Quæ hic desunt in Summario inueniuntur.

27.

Rebuff.  
Butrius.  
Panorm.Rebuff.  
Parisius.  
Mandos.

## SUMMARIUM.

An detur præscriptio contra decimas personales proponitur opinio negans. n. 28.  
Astruitur ac roboratur affirmans. n. 29.  
Nulla consuetudine, aut præscriptione fieri potest, vt ius exigendi decimas nomine proprio laicis competat. num. 30.  
Potest tamen consuetudo, & præscriptio efficere, vt ex vi alicuius priuilegij à legitima potestate emanantis, laicis competat ius exigendi decimas nomine Ecclesiæ. n. 31.  
Non opus est, vt istud priuilegium extet, sufficit, si opinione probetur. num. 32.  
Ante Concilium Lateranense Episcopi illud poterant concedere, post illud solus Papa. n. 32.  
Legitimum est priuilegium eligendi Confessarium, si fama sit, illud à legitima potestate emanare. n. 33.  
Idem de priuilegio ad viuendas Ecclesias, licet non extet. ibid.  
Religiosi possunt præscribere ius exigendi decimas nomine

*mine proprio, si præscribant parochiam. n. 34. Directè, & per se, non acquisita parochia per præscriptionem non possunt: poterunt tamen, si accedat opinio privilegij, licet etiam non extat. n. 35. Tunc autem ista præscriptio non est propria præscriptio iuris ad exigendas decimas, sed est præscriptio privilegij. n. 36. vers. Vide. Quicquid potest lex, & privilegium, potest etiam præscriptio & consuetudo, modo ex parte præscriptionis & consuetudinis detur bona fides, alias non. n. 36. Principes, quando concedunt privilegia, censentur illa concedere sine præiudicio tertij. ibid.*

28.

**H**actenus egimus de præscriptione decimarum prædialium. Quid de personalium decimarum solutione? poteritne quisquam consuetudine, aut præscriptione 40. annorum eximi ab illarum solutione? Sunt nonnulli, qui existimant, contra decimas personales præscribi non posse; alij verò existimant, posse laicos consuetudine eximi à parte solutionis decimarum personalium, ita vt loco decimæ solvantur 20. aut trigesima pars illarum; nõ tamen ab integra solutione illarum, inter quos est Henricus in cap. *Pervenit*. de decimis, col. 5. & ita debent consequenter docere omnes illi, qui dicunt, consuetudinem quadraginta annorum posse eximere laicos, & Ecclesiasticos à parte solutionis oneris decimarum prædialium; non tamen ab integra solutione illarum, quos citavimus num. 23. Fundamentum omnium illorum est: quia etiam decimæ personales sunt de iure naturali, & solvantur in recognitionem dominij naturalis, quod Deus habet super omnes homines, & super omnes actiones lucrativas illorum; & contra ius naturale, nec præscribi potest, nec consuetudo potest prævalere: quia verò & quantitas decimarum personalium est de iure positivo Ecclesie; & idè contra hanc quotam potest consuetudo & præscriptio prævalere.

Henric.

29.

Dicendum tamen est, contra decimas personales præscribi posse, & consuetudine effici, vt quilibet, tam laicus, quàm ecclesiasticus, nullas omnino decimas personales solvat, sicut diximus de prædialibus, & consequenter eadem consuetudine posse etiam eximi à parte solutionis illarum, ita vt loco decimæ solvantur vigesima personalis. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 30. à n. 6. Couar. lib. 1. var. c. 17. num. 18. §. *Quimò hinc*. & alij in cap. *In aliquibus*. de decimis; & omnes illi, qui docent, consuetudinem posse à personalium decimarum solutione eximere laicales; non tamen ab obligatione soluendi prædiales decimas: & hi sunt, Hostiensis, & alij in c. *In aliquibus*. de decimis. Rochus Curtius in rub. & cap. vltimo, de consuet. fol. paruo 12. col. 3. Turrecremata in c. *Reuertimini*. 16. quæst. 1. art. 7. n. 12. Paris. consil. 25. lib. 4. col. 2. Felinus in c. *Causam, que*. de præscr. Franc. Balb. de præscr. §. p. initio quæst. 7. & alij. Et fundamentum est: quia Papa potest eximere quenquam, per privilegium particulare, ab omni onere decimarum personalium, sicut potest ab omni onere prædialium, vt supra diximus n. 28. Privilegium autem nihil est aliud, quàm lex particularis quædam: quod autem efficere potest Princeps per leges, potest etiam efficere consuetudo, cum vim legis habeat. Solutiones pro fundamento contrariæ opinionis n. 28. relatæ, iam sunt datæ n. 24. & n. 25. vers. *Neque obstant*.

Soarius. Couar.

Hostiensis. Roch. Curt. Turrecr. Parisius. Felinus. Balb.

30.

Quamuis verò præscriptione & consuetudine possit effici, vt laici, & quicunque alij ius acquirant retinendi decimas, seu non soluendi illas, tam prædiales, quàm personales, vt hæctenus vidimus à num. 24. tamen nulla præscriptione, aut consuetu-

dine potest effici, quantumvis immemoriabili, vt ius exigendi illas nomine ac iure proprio laicis competat ex vi ipsius præscriptionis, aut consuetudinis, vt communiter animaduertunt Doctores. Rebuffus tract. de decimis, q. 13. n. 64. Cardinalis consil. 88. vers. *Consultus*. col. 2. Paris. consil. 10. vers. *Bona*. num. 17. col. 1. Felinus in cap. *Causam, que*. de præscr. num. 3. Baldus, & Imola, & Dominicus in cap. 2. §. *Sanè*. de decimis, num. 6. Sylu. verbo, *Decima*; quæst. 10. dicto 2. Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. cap. 36. quæst. 10. vers. *Que decreta*. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 27. n. 3. & 4. & cap. 30. num. 7. Et ratio est primò: quia ius exigendi decimas, est ius merè spirituale, cuius iuris incapaces sunt laici: datur enim ius exigendi decimas Sacerdotibus, & Clericis, Parochis, & Curatis propter actuale seruitium, & ministerium conferendi Sacramenta fidelibus, cuius muneris incapaces sunt laici, de iure naturali. Secundò, quia optimum est argumentum de obligationibus ad decimas, vt probat latè Rebuffus citatus. Pater autem ex c. *Hanc consuetudinem*. 1. quæst. 1. ius accipiendi oblationes laicis competere non posse: & id patet etiam ex cap. *Ad hac*. de decimis, vbi Pontifex præcipit, vt laici, qui nomine proprio & iure hæreditario percipiebant decimas, anathemate feriatur, vt notat Azor tomo 1. Instit. moral. lib. 7. c. 26. quæst. 11. & cap. *Quamuis*. de decimis, id ipsum prohibetur.

Rebuff. Cardin. Parisius. Felin. Baldus. Imol. Dominicus. Syluest. Azor. Soar.

Rebuff.

Azor.

31.

Potest tamen consuetudo, & præscriptio efficere, vt ex vi alicuius sufficientis privilegij à Sede Apostolica emanantis probati per talem consuetudinem, etiam si illud privilegium in scriptis nõ extet, nec aliter probari possit, quàm per diuturnam famam, & opinionem ius exigendi decimas laicis competat: quia tunc hoc ius illis non competit nomine ac iure proprio, nec illas petunt nomine proprio, sed nomine Ecclesie & Pontificis illis huiusmodi privilegium concedentis: ita omnes Doctores num. præcedenti allegati: solum enim laici incapaces sunt iuris exigendi decimas iure, ac nomine proprio; non autem nomine Ecclesie. Enim verò, cum ius illas exigendi iure proprio sit merè spirituale, fundatum in ipsa actuali, vel habituali administratione Sacramentorum, & ipsis Curatis detur propter ministerium actuale ministrandi fidelibus Sacramenta, clarum est, non posse competere laicis: & clarum est etiam, nunquam potuisse laicos præscribere hoc ius: nam præscriptio, & leges præscriptionis prærequirunt bonam fidem, & possessionem in præscribente, vt transferant dominium rerum ex vna persona in aliam: ius autem exigendi decimas, nomine proprio, proprioque iure, ac titulo, nunquam potuit à laicis bona fide possideri, cum sit merè spirituale, fundatum, vt diximus, in ipsa actuali administratione Sacramentorum: ergo nunquam poterunt laici ex defectu bonæ fidei, hoc ius præscribere decimarum: vt autem possint decimas accipere nomine Ecclesie, opus est, vt à Papa habeant hanc legitimam facultatem, & hoc privilegium; ac proinde, vt consuetudo exigendi decimas in laicis sit legitima, debet supponere hoc privilegium & facultatem: quapropter non consuetudo, nec præscriptio dat hanc facultatem, & privilegium exigendi decimas nomine Ecclesie; sed potius ex hac facultate & privilegio manat consuetudo licita & honesta percipiendi illas nomine ipsius Ecclesie illam laicis concedentis.

Rebuff.

Azor.

31.

32.

Non opus est tamen, vt ista facultas, & privilegium exigendi illas nomine Ecclesie actualiter extet, iuxta Doctores omnes numer. 30. allegatos: sed sufficit, quòd consuetudo percipiendi illas probetur: quia, quando consuetudo illa immemoriabilis introdu-

Couar.

33.

Soar.

Felin.

34.

introducã est, cum fama & opinione privilegij; tunc quidem in iure præsumitur probatum privilegium, inuestituræque feudi ad exigendas decimas nomine Ecclesie legitima auctoritate facta & concessa laicis, videlicet, Papæ, aut Episcopi ante Concilium Lateranense: nam post Concilium Lateranense iam Episcopi decimas in feudum dare non possunt secularibus: ibidem enim id cauetur expressè. Et idem sentit in re Couarruias lib. 1. var. cap. 17. n. 5. §. *Sed si dubitetur*. nam, quantum in principio dicat, non esse necessariam probationem famæ privilegij; sed sufficere probationem immemoriabilis possessionis: tandem verò concludit, necessarium esse, vt saltem ex fama constet laicos ex privilegio ius exigendi decimas nomine Ecclesie in feudum possidisse. Probat etiam ex l. vltima. ff. de aqua pluuiæ arcenda. vbi sic: *Scanola dixit, solere eos, qui iuri dicendo præsumi, tueri aqueductus, quibus auctoritatem veteris daret, tamen non probarentur*. Sic ergo tueri debemus privilegium, cui vetustas auctoritatem dat; tamen si aliter non probetur: ac proinde in nostro casu licet consuetudo non det ius præscriptionis, tamen dat sufficientem auctoritatem, seu probationem privilegij, vt dicamus probare tale privilegium per eam consuetudinem, & famam.

Ex hoc principio nonnullæ resolutiones deduci possunt. Primò, legitimam esse potestatem & consuetudinem antiquam eligendi Confessarium: nam, licet illa potestas, & facultas per solam consuetudinem acquiri non possit, nec præscribi, cum sit spiritualis; potest tamen consuetudo probare talem facultatem esse legitimam, vt ipse ex privilegio emanantem, & sic eligitur Confessarius, non nomine proprio, & auctoritate propria; sed nomine, & auctoritate Summi Pontificis, aut Superioris potentis illam concedere. Ita docet Soarius citatus dicto tomo 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, cap. 27. num. 5. Idem dicendum est de vnione Ecclesiarum, quæ solent nonnulli Archiepiscopi, & Prælati vnite Collegiis Religiosorum, vel vti Archiepiscopus Bracharensis in Lusitania: nam, licet hæc vnio præscriptione fieri non possit; potest tamen consuetudine probari à Superiore aliquo legitimum privilegium, & facultatem ad hanc vnionem faciendam fuisse concessam, vt optimè animaduertit idem Soarius ibi, & Felinus in cap. *Causam*. de præscriptione num. 3. Et ratio est in foro animæ: quia vnusquisque præsumitur bonus, dum non probatur malus; sed in præsentem non probantur laici, nec Prælati per vim & iniustitiam has facultates usurpasse, nec prædecessores eius: ergo non probantur mali: imò, vt supponimus, simul cum vsu & consuetudine eligendi Confessarios, aut vnionem Ecclesie viget opinio, quòd id fiat ex privilegio, aut ex aliqua concessione legitima: ergo ita est præsumendum; & probata consuetudine sub tali opinione, probatum manet privilegium, licet non extet, nec appareat: nam propter difficultatem probandi rem aded antiquam, credendum est receptæ opinioni, seu famæ æquè antiquæ, ne pereat ius possidentis; præsertim, quia in dubiis melior est conditio possidentis. Imò, quantum Summi Pontifices declarent, nunquam potuisse laicos de iure decimas exigere, Confessariisque eligere, aut Episcopos, Archiepiscoposque Ecclesie vnire, dum non reuocant illorum privilegia, adhuc in conscientia id poterunt præstare: dum enim privilegium non reuocatur, in suo vigore persistat, vt patet.

Dubium tamen adhuc restat explicandum, videlicet, vtrum Religiosi possint acquirere ius exigendi decimas præscriptione, aut consuetudine? Et vt P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

ad hoc dubium respondeam, suppono in primis, posse parochiam aliquam acquiri præscriptione ab aliquo, qui sit capax possessionis illius, quale est sine dubio Religiosorum Monasterium, vt tradit Sylu. verbo, *Præscriptio*, 2. num. 4. ex cap. *Ad aures*. de præscriptione, & docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 30. num. 2. Hinc sequitur, posse Religiosos acquirere ius decimarum præscriptione, non directè, & immediatè; sed mediante acquisitione Ecclesie, seu parochie: nam acquisita Ecclesia per præscriptionem, clarum est etiam decimas illius acquiri & onera, v. g. fabricam & administrationem Sacramentorum: quia acquisito principali acquiritur etiam accessorium: principale autem est ipsa parochia: vnde acquisito principali & fundamento, necesse est, vt etiam accessorium acquiratur. Enim verò decimæ exiguntur nomine parochie: ergo, si parochia præscribitur, necesse est etiam, vt decimæ illius præscribantur. Et ita docet Syluester, & Soarius citatus, & Auctores passim.

Syluest. Soar.

35.

Directè autem, & per se non potest quisquam Ecclesiasticus, etiam si Religiosus sit, præscriptione acquirere ius ad exigendas decimas, quin acquirat parochiam, & onera eius suscipiat. Et ratio est: quia secluso privilegio & legitima facultate, nunquam possunt decimæ iuste exigi ab illo, qui non seruit parochie, nec laborat in illa, administrando Sacramenta: quia decimæ intrinsecè habent ex sua natura, vt sint stipendia spiritualis ministerij, & officij administrandi Sacramenta; & idè non possunt iuste aliter peti, nisi accedat legitima privilegij facultas, aut donatio facta à Summo Pontifice, quam nomine privilegij comprehendimus: & hoc privilegium (vt diximus numero 25.) potest sufficienter probari per consuetudinem exigendi decimas, si cum ea consuetudine pariter curat fama, & opinio ipsius privilegij. Ita docent communiter Doctores, Turrecremata in cap. finali 1. quæstione 16. cap. 1. Soarius tomo 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu, cap. 30. numero 8. Rebuffus tract. de decimis, quæstione 13. num. 63. Glossa, & Doctores in cap. *De quarta*. de præscriptionibus, & in cap. penultimo, eodem titulo, & Panormitanus in cap. *Suggestum*. notab. 1. eodem titulo. Et ratione adhuc magis id conuincitur: quia Monasterium non potest directè iuste acquirere præscriptione ius decimarum, quin ipsam parochiam & onera illius, fabricam, scilicet, & administrationem Sacramentorum, simul acquirat: quia alioqui acquireret commodum beneficij sine onere illius, quod iuste fieri nunquam potest. Enim verò ad præscriptionem requiritur bona fides: nunquam autem bona fide acquiri potuit sola consuetudine commodum beneficij sine onere illius, cum de iure naturali sit onus adnexum commo: est enim tam clara iniustitia, vt commodum decimarum acquiratur sine onere, vt nunquam possit præsumi bona fides in præscriptione illius: ergo directè, & per se ius decimarum acquiri præscriptione non potest à Religiosis, quin acquiratur parochia, & onera illius.

Panorm.

36.

Oppones, quicquid potest lex efficere, potest etiam consuetudo, cum consuetudo vim legis habeat: nam idè consuetudo vim obligandi habet, quia habet vim legis, vt omnes farentur; sed particulari privilegio, & facultate à Summo Pontifice data, quæ est quædam lex, potest competere Religiosis ius exigendi decimas directè, & sine onere parochiarum, sicut diximus de laicis, n. 31. ergo falsa est doctrina præcedens. Respondeo, verum esse consuetudinem, & præscriptionem posse efficere quicquid potest lex efficere, & privilegium; modò bona fides detur in tali consuetudine, & præscriptione: nõs autem satis probauimus num. præcedenti

XXX non



non posse dari talem consuetudinem & praescriptionem cum bona fide: seclusa autem bona fide, & sine illa, multa possunt privilegia, quae non potest efficere consuetudo: ut patet ex cap. *Accedentes*, de praescriptione, ubi clare dicitur, posse aliquem privilegio eximi à procuracionibus, seu pecuniis pro visitatione soluendis: & non posse eximi, praescriptione etiam longissimi temporis, (intellige, quia de iure naturali est, ut oves rationales Pastores suos & visitatores alant; & contra ius naturale cum bona fide nunquam potest praescribi.) Vnde patet, seclusa bona fide, non quicquid potest privilegium, posse efficere consuetudinem & praescriptionem: nam posito privilegio interdum fit iuste, quod sine illo bona fide iuste fieri non potest. Vnde, si privilegium detur, aut existimeretur dari, in eo casu potest bona inchoari, vel saltem continuari consuetudo exigendi decimas, & sic dari praescriptio: tunc autem ista praescriptio non est propria praescriptio rei, seu iuris ad exigendas decimas; sed est quasi praescriptio privilegij, seu talis praesumptio eius, quae & conscientiam reddat securam, & in foro externo actionem concedat, ut patet. Praeterea Principes, etiam Papa, quando concedunt privilegium aliquod, semper illud concedunt sine praediuicio tertij: & si ea conditio ibi in privilegio non exprimitur, censetur de iure naturali expressa. Vnde, si Papa concedit privilegium alicui ad exigendas decimas alicuius parochiae, intelligitur etiam consequenter concedere onera ipsius parochiae, vel per se administranda, si persona, cui privilegium concedit, capax est talis administrationis, vel per aliam personam capacem, quando capax persona non est: onus enim & commodum inseparabilia sunt.

CAPVT. II.

Quid possit compositio, & transactio in decimis auctoritate Papae, & Episcopi factae.

SVMMARIVM.

- 1. Quid sit compositio, num. 1.
- 2. Compositio, & transactio in idem recidunt, ibid.
- 3. Valet compositio facta inter personas ecclesiasticas, & Religiosas habentes aliquam parochiam, super decimas in futurum soluendas, modò auctoritas, & consensus Episcopi, vel Superioris accedat, num. 2.
- 4. Quod intelligendum est, etiam si Monachi parochiam habentes omnes decimas vnius parochiae per compositionem obtineant, num. 8.
- 5. Est tamen necesse ad valorem istius compositionis, ut precedat causa cognitio, num. 3.
- 6. Et Episcopi consensus, num. 4.
- 7. An sufficiat consensus & auctoritas Vicarij generalis, vel alterius Episcopo inferioris, modò habeat iurisdictionem quasi episcopalem, num. 5.
- 8. Si fiat compositio inter Parochos super decimas in futurum soluendas absque consensu Episcopi, valebit ea compositio, sed pro vita tantum componentium, num. 6.
- 9. Super decimas praeteritas valet compositio non solum facta cum ecclesiasticis personis; sed etiam cum laicis absque auctoritate Episcopi, & absque causa cognitione, num. 7.
- 10. Valet compositio inter Curatos facta de consensu Episcopi, praenuncie cognitione causa, ut de rebus minimis nulla solvatur decima: item, ut loco decima de frumento solvatur vigesima, num. 9.

Non valet, nec licita est compositio, etiam de consensu Papae facta, ut laicis competat ius spirituale exigendi decimas nomine proprio, num. 10.

Quibus modis possint licite persona laica fructus decimarum nomine Ecclesiae percipere, num. 11.

Primo per modum locacionis, ibid. vers. Primo.

An valeat locatio decimarum, si fiat ad novennium adiuncta clausula, ut finito primo triennio censetur noua & distincta locatio, ibid. vers. Paulus autem II.

An valeat, si fiat ad quinquennium, vel quadriennium, ibid.

Secundò per modum stipendij possunt decima à Curato laicis conferri in stipendium, & salarium pro seruitio sibi, & Ecclesiae exhibito, ad decennium etiam, & ad totam vitam Curatorum, non ultra, num. 12.

Possunt fructus decimarum ad tempus dari à Summis Pontificibus, Principibus secularibus pro aliqua necessitate communi, num. 13.

Auctoritate Episcopi potest compositio fieri cum laicis super locum, & tempus soluendi decimas, n. 14.

Alia Summaria inuenies à num. 14.

Compositio nihil est aliud, quam gratuita quadam conuentio. Ita definit Rebuffus in tractatu de decimis, quae st. 13, num. 14. & patet ex l. 1. ff. de transacionibus. & C. eodem. Transactio autem est pactio, & conuentio de re dubia & incerta, aliquo dato, vel retento; iuxta eundem Doctorem: aliquando tamen in iure, & apud Auctores vnum pro alio accipitur, nempe, compositio pro transacione, & transactio pro compositione, ut patet ex cap. *Veniens*, de transacionibus.

Valet compositio facta inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum soluendas, ut scilicet, decimae vni Curato, vel parochiae debitae, alteri parochiae, & Curato soluantur in posterum, vel etiam Religiosis parochiam habentibus, modò causa cognitio à Superiore facta interueniat, consensusque, seu auctoritas Episcopi, vel alterius Superioris accedat: nec solum valet, sed etiam licita est huiusmodi compositio. Est communis ista doctrina apud iuris canonici Interpretes. Ita docet Rebuffus tractatu de decimis, q. 13, à num. 16. vsque ad 28. Ruyntus consil. 142. vers. Clarum est, num. 13. vol. 5. Panorm. in cap. *Cum homines*, de decimis, num. 4. & in cap. *Ex multiplici*, num. 1. & in cap. *Dilecti filij*, eod. tit. n. 5. constat, ex cap. *Veniens*, de transact. & ex cap. *Ex multiplici*, de decimis, ubi Papa dicit: *Solutis, vel amabilius rem componatis*. & sic compositio approbatur ibi à Summo Pontifice: nam casus textus erat huiusmodi: Inter Conuentum de Brudeia ex vna parte, & quendam Parochum ex alia intercesserat compositio scriptura authentica facta, quod Monachi deberent soluere decimas praedicto Parochò in posterum de blado, & leguminibus; postea Conuentus impetrauit privilegium, ut de praediis suis, quae propriis sumptibus cole-ret, nulli decimas solueret, nulla de compositione praedicta mentione facta. Vnde Presbyter postea conquestus est apud Dominum Papam: & respondit Papa, non fuisse suae intentionis praedictae compositioni derogare per suum privilegium: quare iubet, ut Monachi soluant, vel ut cum eo amabilius conueniant. Quare hinc regula deducitur, notante ibi Panormitano, compositionem super decimas, non tolli per privilegium subsequens, nisi de tali compositione in eodem privilegio expressè mentio fiat. Probat ergo doctrina tradita de validitate compositionis initio posita.

Primo,

Primo, quia decimae sunt assignatae in congruam sustentationem Sacerdotum Curatorum absolute, non in fauorem huius, aut illius Curati; ac proinde non refert, quis ipsorum illas habeat, & quae Parochiae, si interueniat Superioris auctoritas, & Parochò aliunde de sustentatione via compensationis pronisum sit. Secundò, quia, ut patet ex c. *Dilecti filij*, de decimis, valet compositio inter Ecclesias, ut non solvatur decima integra; sed aliqua quota, puta vigesima, aut duodecima: ergo etiam; quòd non solvantur integrae decimae de aliquibus praediis: nam, ut compositio se habeat ad partem decimae, ita & ad totam decimam: eiusdem enim potestatis est partem remittere atque totum, quando totum debitum ad eandem potestatem spectat: quod amplius patebit in num. 10.

Est tamen necessarium ad valorem istius compositionis, ut causa cognitio praecedat ab Episcopo vel Superiore facta; alias compositio non valebit. Ita docet expressè Rebuff. num. praecedenti allegatus, & Glossa in c. 1. de rebus Ecclesiae non alienandis, in 6. & patebit ex num. sequenti. Et ratio est: quia illa compositio est veluti quaedam alienatio; & in alienationibus haec causa cognitio & inquisitio necessario praemitti debet, ut constat ex c. *Sine exceptione*, l. 2. q. 2. & ex Glossa citata in c. 1. de rebus Ecclesiae non alienandis.

Et ultra causa cognitionem requiritur consensus, seu auctoritas Episcopi, vel Superioris: neque enim valet ea compositio, si fiat cum solo consensu Parochi, Abbat, scilicet, Prioris, aut Reclitoris, ut videre est ex cap. *Placuit*, l. 2. q. 2. & ex cap. *Abbatibus*, ibidem, & ex cap. *Cum Apostolica*, de his, quae sunt à Prelatis. Et ibidem dicitur, non requiri Capituli consensum, sed Episcopi tantum; licet in vera alienatione requiratur etiam Capituli consensus, ut constat ex praedicto cap. *Sine exceptione*. Ratio est: quia, cum decimae sint cibus Clericorum, & alimenta eorum, de alimentis futuris non potest transigi sine iudice. l. *Cum hi*, ff. de transact. Episcopi autem consensus loco Iudicis habetur. Ita Rebuff. tractat. de decimis, quae st. 13, num. 22. Panormitanus in cap. 2. de transact. Ancharranus in cap. *Cum homines*, eodem titulo, de transact. col. 2. qui omnes docent, requiri Episcopi consensum. Et idem docet Innocentius in eodem c. 2. de transact. licet ille nomine consensus ponat decretum: sed certè, ut illum explicat Rebuffus num. 20. decretum posuit pro consensu, & auctoritate Episcopi.

Sufficiet tamen consensus, & auctoritas alterius in dignitate inferioris Episcopo, modò habeat iurisdictionem quasi episcopalem, ut docet Rebuffus tractatu de decimis, q. 13, num. 23, & 24. & patet ex Glossa in *Clementina* 1. in verbo *Proprij*, de rebus Ecclesiae non alienandis, & ex c. *Significasti*, de foro competent. Est autem graue dubium, num huiusmodi compositio super decimas in futurum non soluendas, valeat cum consensu Vicarij generalis. Certè Aufser, in decis. 97. contendit non valere: Rebuffus tamen allegatus praedicto num. 23. affirmat valere, & ait, se ita vidisse seruari, tum propter Episcopi absentiam, tum quia Vicarius generalis nomine Episcopi hoc facit, & quia habet iurisdictionem ad id faciendum: solent enim Vicarij generales habere generalem potestatem Episcoporum, nisi eis ab Episcopis restringatur, ut constat ex c. finali, de officio Vicarij, in 6. & in c. 2. de transacionibus, dicitur de consensu Episcopi, vel Archidiaconi.

Et verò si huiusmodi compositio de non soluendis decimis in futurum, inter Parochos, sine auctoritate Episcopi, aut Superioris fiat; valebit quia P. Steph. Fagundes in quinque prec. Eccl.

dem pro vita componentium; at illam non excedet. Ita docet Panorm. in c. *Cum homines*, de decimis, num. 4. & ex cap. *Ex multiplici*, eodem titulo, num. 2. & patet ex cap. *Veniens*, de transact. docet etiam Rebuffus tractatu de decimis, q. 13, num. 24. & 25. & constat ex cap. *De cetero*, de transacionibus, & ex c. *Ad haec*, de officio Vicarij. Et ratio est: quia ea compositio censetur tunc personalis, & non realis: quare vitam componentium excedere non potest, neque enim vnus Parochus potest praediuicare Ecclesiae, & successoribus suis.

Haecenus de decimis in futurum soluendis; de decimis vero praeteritis, non solum cum ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis potest fieri compositio sine auctoritate Superioris, Ita Glossa, & DD. in cap. *Vi super*, de rebus Ecclesiae non alien. Rebuff. citatus num. 25. Dec. in c. *Venerab.* de conf. vtil. & inutil. notabili 4. Panorm. in c. *Cum homines*, de decimis, num. 4. & in c. *Ex multiplici*, eodem num. 2. & in primo loco ad marginem, littera A, citat ipse Panormitanus Ioannem de Anania, Felinum, & alios. Et ratio est: quia, cum decimae praeteritae sint fructus iam facti, & qui ad componentem spectant, poterit quisque Parochus, etiam cum laicis, de illis compositionem facere, sicut potest illos cuiunque remittere, vel donare.

Intelligenda est autem doctrina num. 2. tradita, etiam si Monachi parochiam habentes haberent via compositionis totam praedialem decimam vnius parochiae, vel alius Curatus: nam tunc si Parochus victum non habeat necessarium, ager de congrua sustentatione cum ipsis Monachis, vel cum alio Parochò, cum quo compositionem fecit: tunc enim qui omnes percipiunt decimas, tenentur illi prouidere de congrua sustentatione, & prouidere etiam pauperibus, & fabricae Ecclesiae, & tenentur subire omnia onera, & obligationes, ad quas tenebatur ipse Curatus, seu Parochus. Ita docet Rebuffus tractat. de decimis, quae st. 13, num. 18. & Panormitanus in cap. 3. de cong. part. Episcopi: nam illa onera obligationes erant adnexae fructibus decimarum, & res transeunt cum onere suo.

Similiter valet etiam compositio inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum facta consensu Episcopi, vel Superioris, ut de rebus minutis nulla solvatur decima: item, ut non solvatur decima integra de vino, oleo, frumento, &c. sed loco decimae solvatur vigesima, v. c. aut trigesima. Ita docet Rebuffus tractatu de decimis, dicta quae st. 13, num. 26. & patet ex cap. *Veniens*, de transact. & cap. 3. eodem titulo, & docet Panormitan. in cap. *Dilecti filij*, de decimis, in fine. Ratio est eadem, quam fecimus num. 2. quia per huiusmodi compositionem non fit iniuria illi Parochò, & Ecclesiae, cui antea soluebantur decimae minutae; aut decimae integrae: quando enim Summus Pontifex imposuit praediis tributum decimarum, non illud imposuit directè ob commodum & fauorem huius, aut illius Parochi, aut Ecclesiae; sed absolute ob congruam sustentationem ministrorum Dei. Vnde, si adhuc post istam compositionem maneat Parochò congrua sustentatio, id sufficit; nec enim refert, quòd vnus Ecclesiasticus plus, alius minus habeat, cum tamen habeant sufficienter, vnde sustententur. Deinde, quia per consuetudinem hoc potest fieri, ut diximus cap. 1. num. 23. vers. *Potest tamen*. & num. 20. vers. *Sic etiam*, ergo & post compositionem, cum compositio nihil aliud sit, quam lex quaedam, in qua de consensu Superioris, Parochi conueniunt; & quicquid potest facere consuetudo, potest etiam lex; & è conuerso, quicquid potest lex, potest

XXX 2 test

Bertrand.

test etiam consuetudo in hac materia decimarum. Hæc vera sunt, licet Bertrandus dicat, requiri in hac compositione, quando minuitur decima, & loco illius soluitur 10. Papæ consensum & auctoritatem, consil. 14. vers. Vno processu. in fin. vol. in 1. edit. & consil. 116. vers. Illud est, sed id verum est, si cum laicis fiat compositio, vt explicat Rebuff. allegatus: secus si cum Clericis, vt DD. notant in c. 2. & in c. Veniens. de transactionibus. Sed hac de re agemus infra num. 17. vers. Nec solum.

10.

Non valet, nec licita est compositio facta, etiam de consensu Papæ, vt laicis titulo spirituali propria, & per se decimæ alicuius Parochiæ in perpetuum competant: ex accidenti verò causa pietatis, vel alia iusta causa ad tempus potest contingere, vt laicis nomine Ecclesiæ, vel ecclesiasticæ personæ decimas exigat: & tunc si fiat compositio cum laicis, valebit, vt statim explicabo. Ita docent communiter D. Thomas 2. 2. quæst. 87. art. 3. Panormit. in cap. Quamuis. de decimis, num. 3. & 4. & Glossa recepta in dicto cap. Quamuis. Tiraquellum de re tractu, tit. 1. §. 1. Glossa, num. 51. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 25. num. 6. & 7. Rebuffus tractat. de decimis, quæst. 13. num. 28. & quæst. 10. num. 33. & omnes, quos citauimus cap. 1. huius libri tertij, num. 30. vbi probauimus, nulla consuetudine fieri posse, quantumuis immemoriali, vt ius exigendi decimas titulo spirituali ac nomine proprio laicis competat. Et ratio est, quam ibi fecimus: quia ius exigendi decimas nomine proprio est ius merè spirituale fundatum in ipsa actuali administratione Sacramentorum; & ipsi Parochis, & Curatis datur propter munus spirituale exercendi ac ministrandi Sacramenta fidelibus: unde, cum hoc ministerium intrinsecè sit adnexum huic iuri, nunquam fieri potest, vt hoc ius laicis competat, cum laici sint incapaces ministerij spiritualis administrandi Sacramenta Confessionis, Vnctionis, Eucharistiæ, & aliorum ferè omnium (dempto vno Baptismatis: ) & idèd cum laici huius iuris incapaces sint, nec virtute compositionis illi vquam competere potest, quantumuis intercedat auctoritas Summi Pontificis: neque enim potest Papa laicis concedere titulum spiritualem ad exigendas decimas nomine, ac iure proprio laicorum: quia non potest illis concedere spiritualia ministeria, cui essentialiter sunt decimæ adnexæ, quod clarum est in ministerijs, quæ essentialiter pendent à potestate Ordinis, vt sunt oblatio sacrificij, administratio Ordinis, & Sacramentorum.

11.

Ex accidenti verò, & causa pia, & iusta potest, vt dixi, persona laica percipere fructus decimarum, ad tempus, non proprio titulo; sed nomine Ecclesiasticorum, ad quos pertinet primum ius percipiendi decimas: & in omnibus casibus, in quibus licitum est laicis hoc modo percipere decimas, possunt etiam illi compositionem facere de illis pro illo tempore, & modo, quo possunt illas percipere. Varij autem sunt modi, quibus illas percipere possunt nomine Ecclesiasticorum. Primum enim vnusquisque Ecclesiasticus potest sua auctoritate, & potestate suas decimas locare ad breue tempus, & pro illo dare conductori, seu publicano facultatem ad exigendas decimas nomine ipsius Ecclesiastici, iuxta cap. 2. de locato, & tunc pro ipso tempore publicanus potest facere compositionem cum agricolis circa modum soluendi decimas, & circa exemptionem illarum pro illo tempore. Illud autem tempus breue olim erat infra decennium: reputabatur enim alienatio, quando erat ad longum tempus, quod est decennium, vt notat Glossa, & Doctores in dicto cap. 2. de locato, & Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 25. num. 9. medio,

Soarius.

qui tempus longum dicunt esse decennium, & nos id satis probauimus in hoc lib. 3. cap. 1. num. 4. nam infra illud, omne tempus reputatur breue in iure communi, vt de septennio habetur in cap. vltimo, & de Prælati vices suas. & de nouennio docent aliqui. Paulus autem II. in Extrauaganti, Ambitiosè. de rebus Ecclesiæ non alienandis, hoc tempus contraxit ad triennium, & irritauit omnem locationem longioris temporis, adiectis grauissimis pœnis, præsertim censura: quæ constitutio seruanda est, vbi fuerit recepta, & non fuerit per contrariam consuetudinem abrogata. Vide Vallascum de iure emphyteutico, cap. 29. num. 15. vbi docet, renouationem pro tribus quinquennijs, aut nouennijs, esse prohibitam & iure irritam; & citat multos. Vide Couar, var. resol. lib. 2. c. 16. n. 4. vbi sic ait: Couar. Contingere solet, locationem rerum Ecclesiæ fieri ad sex, vel nouem annos, hac adiuncta clausula, vt tot sint locationes, quot sint triennia, & finito primo triennio, tunc facta sit noua locatio: & in hac specie tenet Baldus in c. 1. §. Si libellario, quibus modis feudum amittatur, valere huiusmodi locationes, & in l. Voluntas. Cod. De fideicommissis, quia, nisi locatio ab initio fiat ad plures annos; cum tamen verè distinctæ sint locationes per tempora à iure permixta, nulla ex his locatio iuri contraria est. Contrarium tamen probat textus elegans in Authentica, De non alienandis. §. Quod autem dictum est. vers. Nec illud, collat. 2. vbi si res alienari prohibita, vel concedi ad longum tempus, concedatur ad nouem annos, cum pacto de renouando ad alios nouem annos, aut cum expressa renouatione ad alios annos iure permixtos, finita prima locatione, tale machinamentum non tenet, nec ea locatio valet ultra tempus à iure permixtum, vt affirmant in specie Cynus lib. 1. de iure emphyt. Alber. in l. Pluribus. §. 1. ff. de verbor. oblig. in fin. Cardinal. in Clem. 1. §. finali, quæst. vltima. Anchar. consil. 57. Lupus allegat. 12. Jason in l. Manu-missiones. ff. de iust. & iur. Alexander consil. 167. lib. 2. Carolus Molinæus in consuet. Paris. §. 41. q. 8. Bart. in l. Modestinus. ff. de donat. & alij similes, cauendam reprobantes, quorum opinionem communem esse asserunt Alexander in l. Si filiosam. §. vlt. col. vlt. ff. Solutio matt. Quamobrem non sunt admittendæ conuentiones istæ, quæ manifestè sunt in fraudem legis: sat enim erit locationem ita contentam, validam esse in tempore iure permixto: quoad reliquæ, autè omnino retractabitur. & infirma locatio censetur. Hæc Couar. ibi. Et idem docet etiam Vallascus de iure emphyteutico, quæst. 29. n. 15. vbi tenet, renouationem pro tribus quinquennijs, aut nouennijs, esse irritam & iure prohibitam; & citat multos, omnes ferè, quos citauit Couarruias allegatus.

12.

Secundò: Possunt decimæ conferri laico per modum stipendij, aut salarij: sic enim potest laicus accipere à Curato particulari, vel ab Episcopo portionem aliquam in fructibus decimarum, aut certos fructus decimarum ob portionem aliquam, & in salarium pro seruitio sibi, vel Ecclesiæ exhibitio: vt pro cantu publico, pro docenda Grammatica, pro militia exercita in fauorem Ecclesiæ, vel pro alio ministerio, quod per laicos exerceri potest: & tunc laicus non suo iure, & titulo spirituali; sed nomine Ecclesiæ, vel auctoritate, Episcopi recipit illas decimas, tanquam prætium, & mercedem pro temporali seruitio: & de hoc modo solutionis nulla est difficultas; quia tunc decimæ non conceduntur laicis, vt aliquid spirituale; sed vt sunt temporales fructus, & ab habente potestatem, & iusto titulo possidente largiuntur: & idèd tunc ius, & vsus percipiendi decimas titulo spirituali, non à laico, sed à spirituali Clerico, vel Ecclesiæ,

Soar.

Ecclesiæ exercetur; & solum fit, vt illi fructus temporales dentur in iustum pretium, & stipendium sæcularis laboris, seruitij, & obsequij præstiti. Et quidem in hoc genere concessionis, nulla est in iure facta limitatio; sed potest ad decennium, & ad vitam alicuius Episcopi, vel Curati fieri: quia in hoc contractu Ecclesiæ, vel Ecclesiastica persona non locat bona ecclesiastica; sed potius conducit alterius operas, quæ potest ad longum tempus conducere, quod illi prohibitum non est ad decennium, v. g. & ad totam vitam suam. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 25. num. 10. Et verò cum tunc fructus decimæ tanquam res sæculares possideantur, valebit compositio pro toto eo tempore, quo ita possidentur, etiam si fiat sine consensu superioris Episcopi, vel Papæ: nec enim ea compositio, præiudicat in posterum Ecclesiæ, cum non excedat vitam, vel tempus componentium.

13.

Tertio modo: Possunt decimæ liberaliter donari ad tempus à Summo Pontifice, Regibus, & Principibus sæcularibus in subsidium piæ causæ, vtgente aliqua necessitate; & possunt etiam donari ab ipsi Principibus sæcularibus de consensu Summi Pontificis pro eadem causa pia, pro militia, aut obsequio conducente ad bonum commune. Esse autem hoc licitum, praxis communis ostendit: nec enim fieri potest, vt tam frequens consuetudo inter Catholicos Principes, & consentientibus Summis Pontificibus, cohonellari non possit. Multa autem debent concurrere, vt id sanctè, debitè, ac licitè fiat. Primum enim Principes sæculares id præstare non possunt propria auctoritate: nam, si illi tentent vsurpare hoc ius, iniuste faciunt, & res Ecclesiæ iniuste furantur: vnde illi, quibus eas concedunt, eadem retinere non poterunt, & tam ipsi, quam humilimos Principes varias incurunt censuras, vt constat ex omnibus titulis, de rebus Ecclesiæ non alienandis, & ex cap. Prohibemus. & ex cap. Tua nobis. de decimis & clausula 17. bullæ Cænæ Domini. Oportet ergo, vt talis concessio à Summo Pontifice fiat, qui id potest concedere Principibus; tum, quia ipse habet supremam administrationem rerum ecclesiasticarum; tum, quia hæc potestas moraliter erat necessaria ad vniuersale, bonumque regimen Ecclesiæ: & idèd non est dicendum deesse in ipsa Ecclesiæ, & eius capite, alioqui non bene esset à Deo prouisum in rebus Ecclesiæ: quod non est dicendum. Denique ex vsu communi id constat: sæpe enim Summi Pontifices cum Regibus Hispaniæ, & Galliæ hac gratia & decimarum subsidio vsi sunt, vt laici ostendunt Couar. practicarum quæst. cap. 35. Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu cap. 25. num. 12.

Couar. Soar.

14.

Auctoritate etiam Episcopi potest compositio fieri cum laicis super tempus & locum soluendarum decimarum, v. c. quo tempore & loco solui debeant, & quibus personis soluendæ sint. Ita docet Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 13. num. 29. argumento cap. Venerabilis. vbi Glossa, & Innocentius, & Decius ibi. Et denique si ius Ecclesiæ dubiū sit, quia, v. c. ageretur de priuilegio Papæ laico concessio, tunc etiam cum auctoritate Episcopi valeret fortè compositio, cognita prius causa, an id expediat Ecclesiæ. Ita Rebuffus tract. de decimis, q. 13. num. 30. & Panorm. cap. 2. de transact.

Rebuff. Innocent. Decius.

S V M M A R I V M.

Quid sit transactio. num. 1. Est prohibita super decimas: sunt tamen aliqui casus, in quibus est licita, num. 16. Valet, & licitus est contractus transactionis super decimas præteritas inter personas ecclesiasticas sine P. Steph. Fagandez in quinque præc. Eccl.

Episcopi consensu celebratus. num. 17. Valet etiam inter easdem personas ecclesiasticas super decimas futuras: sed tunc cum Papa, vel Episcopi consensu. num. 18. Si fiat sine illorum consensu valebit quidem, sed pro vita tantum Rectoris Ecclesiæ componentis. ibid. Contractus transactionis celebratus inter Curatum, & laicum super decimas in futurum non soluendas, valet pro vita tantum Curati, modo accedat causa cognitio, & consensus Episcopi, vel superioris. n. 19. Poterit tamen postea Curatus nomine Ecclesiæ agere ad rescissionem illius, si laici mali administratores fiant rerum Ecclesiæ. num. 20. Quid, si promissus in beneficio vel possessionem accipere, & aliquis resistat, quoad usque promittat, se confirmaturum contractum cum Parocho præcedente celebratum. num. 21. Quid, si Curatus promittat, ac inret se ei daturum aliquas terras Ecclesiæ in emphyteusim. ibid. num. 21. vers. Et idem dicendum est.

15.

Contractus transactionis, seu transactio, vt diximus cap. præcedenti, num. 1. nihil aliud est, quam quædam pactio de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento. Sic eam definit Rebuffus in tract. de decimis, q. 13. num. 14. quæ definitio est deducta ex cap. Veniens. de transact. & ex iis, quæ ibi notat Panormitanus.

Rebuff.

Panorm.

16.

In cap. Super eo. de transactionibus, ita habetur: Transigi super re sacra, & religiosa, non potest: etenim res sacra, vt possideantur aliquo dato, vel retento, seu promisso, speciem credimus simoniæ; alias si gratis & amicaliter inter se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obuiare. Hæc textus ibi. Hic tamen textus non dicit absolutè esse simoniæ, sed speciem videri simoniæ, vt notat Panormitanus ibi num. 2. Præterea loquitur hic textus de iis, qui contendebant super titulum beneficij, & non super decimas, quatenus sunt fructus temporales. Quamobrem sunt aliqui casus, in quibus valet & licita est transactio & compositio super ipsas decimas, quatenus fructus temporales reputantur.

Panorm.

17.

Primum est, valere compositionem super decimas præteritas inter personas ecclesiasticas sine consensu Episcopi, vel superioris, etiam si pro illis detur, vel promittatur pecunia temporalis. Ita docet Panormitanus in cap. Cum homines. de decimis, num. 4. & in cap. Ex multiplici. eodem titulo, n. 2. Rebuffus tract. de decimis, quæst. 13. num. 33. Ratio est, quia fructus Decimæ, vt sunt res quædam, sunt temporales, & idèd laici illos conducere possunt, & in causa executionis capi possunt, vt constat ex cap. Vestra. de locat. & ex cap. Et super. de rebus Ecclesiæ non alienand. docet etiam Decius in cap. Venerabilis. col. 2. de consir. vtil. & inutil. Geminianus consil. 17. vers. Pro declarat. col. vlt. & Doctores in cap. finali, de reum permitt. & Imola dicit, quòd si domus, vel alia res temporalis in contractu transactionis data fuerit pro decimis futuris, & postea casu fortuito periret, non teneri Ecclesiam seruare compositionem transactionis, sed decimam de nouo exigere debere. Et id sequitur etiam Barbarius in cap. Et super. de reb. Eccl. col. 1. Nec solum inter personas ecclesiasticas, Abbates, vel Curatos valet, & potest fieri contractus transactionis super decimas præteritas; sed etiam cum laicis sine vlla auctoritate, vel consensu Papæ, vel Episcopi, vt diximus, & probauimus supra num. 7. & docet Panormitanus vtroque loco hic allegatus: & Ananias, & Felinus, & alij, quos allegat, & sequitur etiam ipse Panormitanus in cap. Cum homines. de decimis, prædicto num. 4. Et ratio est, vt diximus num. 7. quia, cum decimæ præteritæ sint fructus

Panorm.

Rebuff.

Dacius.

Geminian.

Imol.

Barbarius.

iam facti, & reputentur res temporales, poterit qui-  
libet Curatus circa illos etiam cum laicis transactio-  
nem celebrare, sicut potest illos in totum dare, ven-  
dere, aut remittere.

18.

Rebuff.  
Bobitius.

Secundus casus est, valere, & licitam esse trans-  
actionem inter personas ecclesiasticas super deci-  
mas in futurum non soluendas cum Papa, vel Epi-  
scopi consensu, precedente causa cognitione, si pro  
decimis componetur Ecclesia in aliis rebus. Ita docet  
Rebuffus tract. de decimis, q. 13. num. 36. Henricus  
Bohitius in cap. Ex liter. 2. de transact. & omnes,  
quos citauimus num. 2. & rationes, ac fundamenta  
huius rei ibi videri poterunt; quae enim ibi diximus  
de amica compositione, etiam dicenda sunt de ami-  
cabili transactione, iuxta Doctores. Si vero fiat con-  
tractus transactionis inter personas ecclesiasticas su-  
per decimas in futurum soluendas, vel non soluendas  
absque consensu Superioris, Papae, scilicet, vel  
Episcopi, valet quidem huiusmodi contractus; sed  
pro vita tantum Abbatis, vel Rectoris transigentis,  
vt constat expressè ex cap. Veniens. de transact. & docet  
Panorm. ibi, qui textus est notabilis, & frequen-  
tissimè allegatur in hanc rem. Docet etiam idem  
Panormitanus in cap. Cum homines. de decimis,  
num. 4. & in cap. Ex multiplici. eodem titulo, n. 2. Et  
est res certa, & definita in iure in praedicto cap. Ve-  
niens. nec poterit Rector transgens ab eo contractu  
resistere, nisi laedatur grauitur Ecclesia: tunc autem  
censetur grauitur laesa, cum Curato non manent fru-  
ctus decimarum, ex quibus competenter viuatur, iuxta  
Panormitanum citatum, & Doctores passim. Quan-  
do autem Papa confirmat transactionem, addita  
clausula, Ex motu proprio, vel ex certa scientia; ei  
defectus nullus opponi potest, aut subreptionis vi-  
tium. Ita Rebuffus tractatu de decimis, quaestione 13.  
num. 36. Inson. consil. 19. vers. Ex causa. vol. 2. col. 1.  
& alij passim.

Rebuff.  
Inson.

19.

Panorm.

Rebuff.

Nec solum valet, & licita est transactio super  
decimas in futurum non soluendas, pro vita tan-  
tum Curati, vel Parochi componentis absque con-  
sensu Superioris inter personas ecclesiasticas, vt di-  
ximus num. praecedenti: sed etiam valet, si fiat cum  
laicis; modò tamen tunc interueniat Superioris au-  
toritas, Papae, scilicet, aut Episcopi, alius non. Ita docet  
Panormitanus in cap. Cum homines. de decimis,  
num. 4. cum iis, quos allegat, in cap. Ex multiplici.  
eodem titulo, num. 2. & Rebuffus in tract. de decimis,  
quaest. 13. num. 35. & facit cap. Veniens. de transact.  
Et ratio est, quam fecimus n. 6. quia compositio, &  
transactio censetur personalis contractus: quare vi-  
tam componentis excedere non potest, quando non  
fuit factus cum Superioris consensu: neque enim  
ipse Parochus componens praedicare potuit aliis  
successoribus suis venturis, & aliunde fructus deci-  
marum pro vita sua ad illum spectant: quare circa illos  
contractus transactionis, etiam cum laicis, absque  
praedictio Ecclesiae celebrari poterat.

20.

Rebuff.

Poterit tamen postea ipse Curatus, si Ecclesia  
grauius in eo contractu transactionis fuerit laesa  
nomine Ecclesiae, agere ad rescissionem transactio-  
nis: censetur autem grauius laesa, quando vix Pa-  
rocho remanet, vnde congruè sustentetur, vt dixi.  
Et ita docet Rebuffus allegatus dicto tractatu de  
decimis, quaest. 13. num. 35. & indicatur fuit in Senatu  
Parisiensi contra quendam saecularem Ludouicum  
de Frenay anno 1550. die 10. Maij, notante Rebuf-  
fo allegato.

21.

Hinc, si aliquis Ecclesiasticus vellet accipere pos-  
sessionem beneficij sibi dati, & laicus ei resisteret, ni-  
si iuramento, vel scriptura promittat se confirma-  
turum contractum transactionis, quem cum Paro-  
cho praecedente celebravit, poterit ipse Curatus, si  
id promittat, agere nomine Ecclesiae ad contractus

rescissionem, & ad rescissionem promissionis. Idem,  
si in ea resistentia ei promittat, se ei datum cer-  
tam proprietatem Ecclesiae in emphyteusim: pos-  
set enim postea nomine Ecclesiae agere ad rescissio-  
nem, etiam si id iuramento firmasset: quia ea pro-  
missio, & iuramentum, semper intelligitur conditio-  
nate, faciam, si iure possim, nec aliter intelligi potest.  
Dubium tamen est, an teneatur ad rescissionem iu-  
ramenti & scripturae agere. Ad quod respondeo, si  
promissio facta fuit de dandis praedictis Ecclesiae in  
emphyteusim de licentia Pontificis seruatis condi-  
tionibus in iure requisitis, nempe, vt ea emphyteusis  
sit in euidentem vtilitatem Ecclesiae, non teneri; te-  
neri vero ad praedictam rescissionem agere, si pro-  
missio facta fuit absolute, siue Papa uellet, siue nol-  
let, & peccasse mortaliter, ita promittendo, & pro-  
missionem fuisse nullam: quia ille non est dominus  
directus terrarum Ecclesiae; sed tantum usufructua-  
rius: potest enim, si velit, dum viuat, relinquere usufruc-  
tum illarum terrarum, non solum promissario,  
sed cuiunque uoluerit, eum sit dominus illarum fru-  
ctuum, sicut est verus dominus ipsarum decimarum.

C A P V T. III.

Quid possit privilegium super decimas  
non soluendas.

S V M M A R I V M.

Privilegium non soluendi decimas, vel non soluendi in-  
tegras, manans a potestate laica, est nullius momenti,  
nisi ex Papali privilegio id possit concedere. n. 1.

Imperatores & Reges per vnctionem nullam accipiunt  
potestatem ecclesiasticam. ibid.

Legitimus a Principe saeculari ad honores & digni-  
tates saeculares, non censetur legitimus ad eccle-  
siasticas. num. 2.

Nec legitimus a Papa ad ecclesiasticos censetur le-  
gitimus ad saeculares. num. 3.

Papa non potest legitimare aliquem ad honores tem-  
porales, nisi in terris, ubi est dominus temporalis.  
ibid.

Dispensatus a Papa, vt sacris ordinetur, & ad omnes  
honores ecclesiasticos, non censetur dispensatus ad  
Episcopatum, nisi id exprimat. num. 4.

Dispensatus ad Episcopatum, an sit dispensatus ad  
Archiepiscopatum. ibid. vers. Et addit.

Quid, si Papa cum aliquo dispenset in omnibus Or-  
dinibus, vt Clericus fiat. ibid. vers. Imò.

Quid, si ita Papa dicat: Dispensato tecum in omnibus  
Ordinibus, vt Clericus fias. ibid. vers. Et quanuis.

An legitimus a Papa ad omnes honores ecclesiasticos  
censetur legitimus ad Archiepiscopatum. num. 5.

Privilegium non soluendi decimas laico concessum non  
comprehendit noualia, nisi exprimat. num. 6.

Si concessum fuerit personis ecclesiasticis, comprehen-  
det. num. 7.

Si conceditur maius, conceditur minus, quando maius  
sine minori haberi non potest. num. 8.

Si alicui concedatur, vt ordinetur maioribus, conceditur  
etiam, vt ordinetur minoribus, non è contra. ibid.

Quid, si Episcopus vnus mittat summi subditum cum  
litteris testimonialibus, vt sacris Ordinibus ordinetur  
ab alio Episcopo, & subditus non sit confirma-  
tus. ibid.

In dispensatione ad honores, dispensatus in maioribus  
honoribus non censetur dispensatus ad minores; &  
sic dispensatus ad Archiepiscopatum, non censetur  
dispensatus ad Episcopatum. num. 9.

Pruiile

Privilegium de non soluendis decimis concessum Reli-  
giosis, non extenditur ad praedia de nouo acquisita  
post editionem cap. Nuper. de decimis. num. 10.  
Et hoc intelligitur etiam de praedijs, quae donantur Re-  
ligiosis, aut alijs Ecclesijs, etiam ad foundationem  
illarum & Monasteriorum. num. 11.

Cum duo sunt pariter priuilegiati, reuocato priuilegio  
quoad vnum, non censetur reuocatum quoad alium.  
num. 12.

Cetera, quae hic desunt, vide in lib. 2. cap. 3. & 4.

1.

Panorm.

2.

Panorm.

Barol.

Corneus.

3.

Privilegium ad non soluendas decimas, vel ad  
non soluendas integras, vel potest manare à  
Regibus, & Principibus saecularibus, & potestate  
laica, vel à Summo Pontifice, & potestate eccle-  
siastica. Si emanet à potestate laica, est nullius vi-  
goris: nulla enim disponendi de rebus spiritualibus  
laicis est attributa potestas, etiam si sint Reges, Prin-  
cipes, aut imperatores: vnde, si detur Imperialis  
concessio sub quacunque forma à solutione deci-  
marum eximens, vel Imperator, aut Rex aliquis  
concedat alicui possessiones aliquas liberas & im-  
munes, vel ab omni, vel ab integro onere, & prae-  
statione decimarum, ea erit nullius momenti &  
utilitatis; nisi prius Rex, aut Imperator ostendat, se  
priuilegium ad id habere à Summo Pontifice, & à  
Sede apostolica deriuatum: quia decimae sunt ci-  
bus Sacerdotum, & res merè ecclesiasticae, ac spiri-  
tuales, in quibus nullam potestatem habent Prin-  
cipes saeculares. Patet expressè ex cap. Tua. de deci-  
mis: Docet Panormitanus ibi, num. 1. & 2. & res est  
clarior, quam probari possit. Nec obstat, quòd Re-  
ges & Imperatores sacro vngantur oleo, vt habe-  
nt in cap. Vna. de sacra Vnct. quia, vt notat oprimè  
Panormit. allegatus, in ea vnctione non accipiunt  
potestatem aliquam disponendi de iuribus ecclesia-  
sticis, nec recipiunt Ordinem ecclesiasticum, sed in  
laicorum numero continentur ac remanent, vt an-  
teà: solum enim per eam sacram caeremoniam Ec-  
clesia illis imprecatur ac desiderat vtranque felici-  
tatem, spirituales & temporales.

Vnde, cum Reges, & Imperatores, ac Principes  
saeculares nullam habeant ex se potestatem dispo-  
nendi de rebus ecclesiasticis; hinc est, quòd legitima-  
tus ab imperatore, vel ab alio saeculari Principe ad  
temporalia & honores saeculares, non censetur legi-  
timatus, nec potest promoueri ad Ordines, nec ad  
alia spiritualia, videlicet, ad honores, aut dignitates  
ecclesiasticas, vt docet Panormit. in cap. Tua. de deci-  
mis, n. 3. & constat ex cap. Per venerabilem, qui fi-  
lij sint legitimi. & ex Glossa ibi: docet etiam Bar-  
tolus in l. Quod in prouincia. §. Diuus. ff. de ritu nupt.  
& Corneus Perus. consil. 200. vol. 4. incipit, Ad eni-  
demiam. per totum. Et ratio esse potest: quia po-  
testas laica, & ecclesiastica sunt diuersae inter se:  
haber enim potestas ecclesiastica pro fine, & obie-  
cto salutem & felicitatem spirituales: potestas ve-  
rò saecularis, ac laica felicitatem habet, ac salutem  
temporalem tantum, & idèd temporalia non excedit:  
honores autem, & dignitates temporales, non  
pertinent ad classem rerum spiritualium, sed tem-  
poralium. Quamobrem potestas laica non potest  
excedere suos fines: & idèd legitimatus à Rege, Im-  
peratore, vel alio Principe saeculari absolute ad om-  
nes honores & dignitates, & ad omnem successio-  
nem temporalem, censetur tantum legitimatus ad  
honores, & saeculares dignitates; non autem ad  
ecclesiasticas.

An autem legitimatus à Papa, ad honores, & di-  
gnitates ecclesiasticas, censetur legitimatus ad tem-  
poralia, ad successionem, scilicet, temporalem, &  
ad honores & dignitates saeculares, est maius du-  
bium. Communior sententia docet, non posse Sum-

num Pontificem legitimare aliquem ad temporalia,  
nisi in terris sibi subiectis, in quibus est domi-  
nus temporalis. Ita tenuit in consulendo solemnem  
doctrina Papiensis, & Franci de Cur. consil. 73. col.  
25. vers. 4. quos refert ac sequitur Panormitanus in  
cap. Cum Vinonienfis. num. 5. de elect. ad margi-  
nem, littera E.

Notabis tamen obiter hinc aliud esse dispensare,  
aliud legitimare, vt optime notauit idem Panormi-  
tanus ad praedictum cap. Cum Vinonienfis. de  
elect. num. 8. nam dispensatus à Papa super illegiti-  
mitatem, vt promoueri possit ad sacros Ordines,  
& ad omnes honores & dignitates ecclesiasticas,  
non potest promoueri ad Episcopatum: quia sub  
nomine simplici dignitatis, non comprehenduntur  
maiores dignitates, vt Episcopatus & Archie-  
piscopatus. Ita docet expressè Iacobus de Graphis  
lib. 2. decis. aur. cap. 97. num. 38. Panormitanus mo-  
do citatus num. 8. Glossa notabilis ad cap. 2. de  
praeb. num. 6. vbi tenet, quòd in dispensatione ad  
dignitates simpliciter non comprehenditur digni-  
tas episcopalis, cum supremum sit dignitarum cul-  
men, vt dicitur in cap. penult. de praebend. Et ratio  
est: quia omnes dispensationes sunt odiosae iuri  
communi, & mortis illius, & idèd restringendae,  
& strictè interpretandae, ita vt saluentur tantum  
verba dispensationis, vt optime probat Sancius  
lib. 8. de disp. matr. disp. 1. num. 3. & habetur ex-  
pressè in cap. 1. §. Ille uero. de filiis Presbyt. in 6. &  
in cap. Quocirca. de consang. & affinit. & in cap. Di-  
lectio. eodem titulo. Et addit Panormitanus (&  
optime) in dicto cap. Vinonienfis. de elect. num. 8.  
idem dicendum esse, si in dispensatione fiat men-  
tio de dignitate episcopali: quia tunc non extendi-  
tur ad dignitatem archiepiscopalem. Et idèd etiam  
dispensatus ad minores Ordines non censetur di-  
spensatus ad maiores, iuxta eundem Panormita-  
num citatum, & Glossam in cap. Dilectus. de filiis  
Presbyt. non comprehenduntur enim maiores Or-  
dines in minoribus, vt patet, & materia odibilis, ac  
odiosa iuri, qualis est dispensatio, non est amplianda,  
sed restringenda, vt saluentur tantum verba  
dispensationis, vt praeter Sancium allegatum docet  
etiam idem Panormitanus, & Oldradus consil. 14.  
Imò dispensatus à Papa, vt Clericus fiat, intelli-  
gitur tantum dispensatus ad omnes Ordines mino-  
res, non autem ad sacros Ordines, vt optime docet  
Sancius lib. 8. de dispens. matrimonij, disp. 1. num.  
26. cum multis, quos ibi allegat: quia, cum strictè  
sit dispensatio interpretanda; satis est, vt in mino-  
ribus suum effectum fortiat: nec tamen ad solam  
primam tonsuram restringitur; quia quanuis pri-  
ma tonsura intra Ordinem Clericalem hominem  
constituit: tamen cum ea dispensatio aliquid be-  
neficij habeat, & sit permissio in genere; permissio  
quidem in genere mediocritatem respicit. l. finali  
§. 1. C. communia de legat. & l. legato generaliter.  
ff. de legat. 1. & Ordines minores medij sunt inter  
primam tonsuram, & sacros. Et quanuis Papa cum  
aliquo dispenset in omnibus Ordinibus, & vt pro-  
moueri possit ad omnes Ordines, vt Clericus fiat;  
tamen adhuc solum id intelligitur de omnibus Or-  
dinibus minoribus, nisi iam illegitimus dispensa-  
tus constitutus sit in minoribus. Et ita docet Hen-  
riquez lib. 4. de excomm. cap. 8. num. 10. & Maior.  
lib. 2. de irregularitate, cap. 8. num. 6. & Sayrus to-  
mo 1. thesauri, lib. 6. cap. 11. num. 19. & id etiam  
tenet Sancius praedicto loco allegato, videlicet, lib.  
8. de dispens. disp. 1. num. 26. ad finem, & idèd Glos-  
sa in cap. finali, de filiis Presbyt. in 6. verbo, Ad om-  
nes Ordines sacros; ait, cautè additam fuisse illam  
particulam, sacros, quasi diceret: quia si non appo-  
neretur, non de illis intelligeretur. Si uero dispen-  
setur

4.  
Panorm.

Graphis.  
Panorm.

Sanch.

Sanch.

Henriq.  
Maior.  
Sayr.

Sanch.



fetur cum illegitimo ad omnes Ordines absolute, non addita illa particula *ut Clericus fiat*; eò casu dispensatur etiam ad sacros, propter particulam vniuersalem, vt probat Sancius allegatus num. 27.

At verò an legitimatus à Papa ad omnes honores & dignitates ecclesiasticas, censetur etiam eo ipso illegitimus ad Episcopatum, quanuis huius dignitatis mentio non fiat, est graue dubium. Quidam negant propter rationes supra tactas, quia Episcopatus est suprema dignitas, & non venit in simplici nomine dignitatis, & honoris ecclesiastici, nisi expressa mentio de ea fiat; Et ita tenet expressè Hostiensis: quem citat, & sequitur Panormitanus ad cap. *Cum Vintoniensis*, num. 7. initio. Affirmat verò Petrus de Ancharano, ibi etiam à Panormitano allegatus. Fundamentum illius est: quia legitimatus per subsequens matrimonium censetur, & est legitimatus ad dignitatem Episcopalem, absque alia expressa mentione, aut declaratione: ergo & legitimatus à Papa ad omnes honores & dignitates ecclesiasticas, censetur etiam legitimatus ad Episcopatum, cum lex via legitimatiōis non sit minus potens, quam lex mortua, vt ita dicam, matrimonij. Deinde, quia legitimatio, quæ fit à Papa per rescriptum, non potest dici legitimatio civilis, sed naturalis: restituit enim hominem ad primæuum ius, in quo omnes legitimi nascuntur. Vnde, cum legitimus nulla indigeat declaratione ad dignitatem episcopalem; ita etiam illa non indigebit legitimatiōe à Papa. Verum, neutra istarum rationum Ancharrani conuincit: quia licet legitimatio Papalis restituat hominem ad primæuum ius, in quo omnes legitimi nascuntur; tamen restituit illum quoad omnes dignitates in legitimatiōe expressas: in ea autem legitimatiōe non fit expressa mentio dignitatis episcopalis, quod omnino necessarium erat: quia Episcopatus est suprema dignitas, & suprema dignitas non venit in simplici nomine dignitatis, vt diximus num. 4. initio: priuilegium autem matrimonij peculiare non est tribuendum, aut extendendum, ad rescriptum legitimatiōis. Panormitanus verò in prædicto cap. *Cum Vintoniensis*, de elect. n. 8. littera B, & C, in hoc negotio ita distinguit. Aut Papa legitimauit aliquem, vt possit promoueri ad dignitates ecclesiasticas; aut legitimauit eum, restituendo primæuo iuri, & antiquioribus natalibus, dicendo, scilicet, se ita illum legitimare, ac si fuisset legitime natus: & in primo casu affirmat Panormitanus, idem dicendum esse, quod de dispensatiōe diximus num. 4. cum huiusmodi legitimatio idem sit omnino, quod dispensatiō: in secundo casu existimat ac docet idem Panormitanus, posse sine dubio promoueri ad Episcopatum absque alia legitimatiōe, aut declaratione, cum talis legitimatio ex mente & declaratione Pontificis trahatur retrò ad tempus natiuitatis, vt patebit consideranti: quod probat ex Authentica, *Quibus modis filij nascantur, & efficiantur legitimi*. Et videtur congrua ratio illius, quam amplius non urgeamus, vt ad materiam decimarum regrediamur, cum sit propria huius loci, & hæc legitimatiōis ad alium spectet.

Si autem decimæ fuerint alicui sæculati à Summo Pontifice in feudum datæ, non comprehenduntur in ea concessiōe decimæ noualium, quæ postea aperiuntur, & excoluntur. Ita patet expressè ex cap. *Tua* de decimis. vbi rogatus Papa, vtrum ille laicus, cui decimæ in feudum essent datæ per priuilegium, deberet accipere decimas noualium; respondit non: quia in talibus non est licentia & priuilegium extendendum & amplificandum, sed potius restringendum: cum enim priuilegium exorbitat à iure communi, & est contra illud, necessariò re-

stringendum est, & non amplificandum, vt docet Oldradus in cons. 109. Et ita docet etiam expressè Panormitanus in prædicto cap. *Tua* de decimis, num. 1. Vnde, cum hoc priuilegium feudi circa decimas à communi iure exorbitet, & illi odiosum sit, restringi debet, & non extendi ad nouas decimas noualium, si sit concessum laico, maximè quia laici semper sunt prompti ad vsurpandum res Ecclesiæ, & contra illam insurgendum.

Si tamen priuilegium de non soluendis decimis concessum esset personæ ecclesiasticæ, aut illi huiusmodi decimæ concederentur in feudum, extenderetur profectò ad decimas noualium. Et ratio est, quia concessio facta laico est valde odiosa, propterea quòd laici semper vsurpare velint res Ecclesiæ; & quia decimæ datæ sunt in congruam sustentationem ministrorum Dei, quales sunt omnes personæ ecclesiasticæ, & non in sustentationem huius, aut illius, vt sæpè diximus: & idèd hæc extensio in personis ecclesiasticis, ac ministris Dei debet fieri ad noualia; non autem in personis laicis. Ita docet Panormitanus in cap. *Ex parte*, de decimis, num. 1. & 4. & patet ex prædicto cap. *Ex parte*. & littera illius: nam casus litteralis est hic: Abbas sanctæ Columbanæ Senensis, priuilegium à Summo Pontifice obtinuit, vt decimas de laboribus terræ parochiarum suarum cum sua integritate perciperet: post impetratum priuilegium, aperta sunt ac culta multa noualia; dubitarunt parochiani de integra solutione decimarum ipsorum noualium. Respondit Papa affirmatiuè, & rationem addit: *Quia, cum tibi concessum sit, quod minus est, vt possis percipere decimas integras de laboribus terræ parochiarum tuarum, de noualibus etiam integras percipere poteris: quia, vbi minus conceditur, minus etiam concessum videtur, concessio enim principali, conceditur accessorium*. Nec obstat cap. *Tua*, de decimis, quod num. præcedenti retulimus, vbi interrogatus Summus Pontifex, vtrum laicus habens priuilegium feudi ad recipiendas decimas, deberet accipere decimas noualium; negatiuè respondit Pontifex: quia, vt ibidem diximus: concessio fuit ibi facta laico, quæ est multum iuri odiosa, & idèd restringenda, quantum fieri potest: hæc autem facta fuit Clerico, & Parocho ratione Ecclesiæ: & idèd idem priuilegium aliter interpretatur fauore, ac respectu vnius, quàm alterius. Dices, videri huiusmodi priuilegium vanum, ac frustratorium: nam, si istæ parochiæ erant Abbatis, vt dicitur hæc in littera textus, decimæ integræ pertinebant ad eum de iure communi, cap. *Cum contingat*, cap. *Ex transmissa*, de decimis. Vnde frustra Abbas impetrauit precibus, quod sibi de iure debitum erat. Sed ad hanc obiectionem dupliciter respondet Panormitanus allegatus. Primò respondet, parochianos præscripsisse contra Ecclesiam in quota decimarum, ita vt loco decimæ soluerent tantum vigesimam partem fructuum, aut duodecimam; & idèd impetrasse Abbatem priuilegium, vt sibi in posterum decimæ integra solueretur. Secundò respondet, fortè habuisse tantum Abbatem ius patronatus in huiusmodi parochiis, & idèd decimæ ad eum non spectabant; & propterea priuilegium obtinuisse, vt sibi in posterum soluerentur, non aliis: & vtraque responsio est optima, & accommodata: & hæc vltima est etiam Ioannis Andreae ad prædictum cap. *Ex parte*, de decimis.

Noranda est autem ratio istius litteræ textualis: *Cui conceditur minus, conceditur minus*. nam ex illa pendunt multorum casuum resolutiones, vt notat optimè idem Panormitanus ibi: ex ea enim inferitur primò, quòd si conceditur illegitimo, vt possit promoueri ad sacerdotium, intelligatur etiam concessum, vt promoueatur ad minores Ordines, non

contra: quia sacerdotium haberi non potest sine minoribus Ordinibus; & cui conceditur vnum, videtur concessum aliud: idèd videntur concessa omnia, sine quibus illud haberi non potest, & per quæ peruenitur ad illud. *Ad rem mobilem*, & l. *Ad legatum*, ff. de procuratoribus, c. *Prudentiam*, de officio delegati. Inferitur secundò, si Episcopus, aut Prouincialis alicuius Religionis cum litteris testimonialibus mittat aliquem subditum, vt sacris ordinetur, ad alium Episcopum, & ille subditus non sit confirmatus, posse confirmari sacro Chrismate, ab eo Episcopo, ad quem, vt sacris iniuret, mittitur: quia, qui dat formam, concedit consequenter omnia, sine quibus forma haberi non potest, reg. *Cui licet*, §. 3. de reg. iuris in 6. quæ sic habet: *Cui licet quod plus est, licet etiam, quod minus est*.

Non procedit tamen hoc in dispensationibus ad dignitates, & honores: quia, cum dispensatio sit mors iuris, & iuri odiosa, eius materia & concessio semper est restringenda, ita vt saluentur tantum verba dispensationis: & idèd dispensatio, vt quis ad Archiepiscopatum promoueatur, non extenditur ad Episcopatum, vt docet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. num. 32. & Panorm. in cap. *Ex parte*, de decimis, num. 2. arg. cap. finalis, de translatione Episcoporum, & Sancius citat magnam multitudinem Auctorum, quam ibi videre poteris. Similiter, si quis dispenseretur, vt accipiat integram præbendam in aliqua Cathedrali, non idèd censetur dispensatus, vt accipiat dimidiam, quamuis in ea Ecclesia sint integræ, & dimidiæ præbendæ, iuxta eundem Sancium allegatum: & id multis confirmat Cou. in 4. Decretal. 2. p. c. 8. §. 8. num. 11. & responderet argumentis in contrarium. Et ratio, ob quam in Ordinibus procedat illa régula: *Cui conceditur minus, conceditur minus*. non autem in honoribus, & dignitatibus; est, quam assignat Couarruias citatus, & probat Sancius allegatus dicto n. 32. quia in concessiōibus lege aliqua, aut canone inductis, late faciendæ est interpretatio; non autem in iis, quæ à Principe priuatiuim sunt: concessio autem honorum, ac dignitatum fit à Principe priuatiuim, & dispensatio ad illos ab illo priuatiuim emanat: in Ordinibus verò sacris & præbendis ab illo promanat simul, & à lege, & à canone.

Priuilegia de non soluendis decimis olim Religiosis concessa, non extenduntur modò post editionem cap. *Nuper*, de decimis, ad decimas prædiorum de nouo acquiritorum, si de illis decimæ soluebantur. Ita docet Panorm. in cap. *Nuper*, de decimis, n. 11. & patet expressè ex littera ipsius textus: nam casus litteralis est: Abbates Cistercienses habebant priuilegium de non soluendis decimis de omnibus laboribus, quos suis sumptibus excolabant, siue prædiæ essent propria, siue conductæ: vnde grauius lædebantur Ecclesiæ, cum ipsi quoridie multas acquirerent possessiones, ex quibus decimæ Ecclesiis soluebantur: & idèd conquesti hac de re Rectores Ecclesiarum, statutum fuit, vt prædicti Religiosi de alienis terris, quas conducerent, & suis expensis colerent, & de propriis in posterum acquisitis, decimas illis Ecclesiis soluant, quibus antea ratione prædiorum soluebantur: etiam si eas propriis manibus ac sumptibus excolerent, nisi cum ipsis Ecclesiis amicabiliter duxerint componendum. Et hoc, quod dictum est de Cisterciensibus, extenditur etiam ad omnes alios Religiosos habentes simile priuilegium, vt ibidem dicitur in prædicto cap. *Nuper*.

Quod etiam intelligitur de prædiis, quæ donantur Religiosis, & aliis Ecclesiis, iuxta Panormitanum citatum: de illis enim debentur decimæ illis Ecclesiis, quibus antea illas pendebant, & non illis, aut

locis religiosis, quibus de nouo donantur, pro illis fundandis, & ædificandis, idque siue talia prædiæ pia deuotione fidelium sint oblata, siue cõempta pecuniis pro prædictis Monasteriis, aut Ecclesiis fundandis, vt diximus, si hoc procedit in Monasteriis Religiosis priuilegiatis, etiam si pro illis fundandis & dotandis donentur, vt ibidem dicitur; à fortiori procedet etiam in aliis Ecclesiis sæcularibus. Vide, quæ diximus lib. 2. c. 3. & 4.

Notabis tamen, quòd, vbi duo sunt pariter priuilegiati, reuocato priuilegio quoad vnum, non censetur reuocatum quoad alium, nisi de illo etiam fiat expressa mentio, vt patet ex c. *Nuper*, de decimis, in quo nisi adderetur: *Et hoc etiam volumus extendi ad alios Religiosos simile priuilegium habentes*. solum intelligeretur de Monachis Cisterciensibus, & non de aliis idem priuilegium habentibus, vt notauit optimè Panorm. in dicto c. *Nuper*, de decimis, n. 2. ex quo capite iuris canonici interpretes hanc communem regulam deducunt: *Quando duo sunt pariter priuilegiati, remoto priuilegio quoad vnum, non remouetur quoad alium, nisi de illo expressa mentio fiat*. Nam reuocatio illa est odiosa, & odia sunt restringenda; fauores verò ampliandi. Dices, in l. fin. C. de sacrosanctis Ecclesiis, priuilegium concessum fuit Ecclesiis, & ciuitatibus, vt contra illas præscribi non possit, nisi spatio centum annorum: postea tamen per ius Authenticorum reuocatum fuit hoc priuilegium, quoad Ecclesias; & statutum est, vt sola Ecclesia Romana gaudeat priuilegio centum annorum; aliæ verò Ecclesiæ solum 40. & exinde excutitur quæstio apud iuris ciuilibus Professores, an reuocetur etiam hoc priuilegium centum annorum quoad ciuitates; & concludunt plurimi, & grauissimi, reuocari: quia, si priuilegium reuocatum fuit quoad Ecclesias, quæ erant ampliori fauore dignæ, à fortiori etiam censetur reuocatum quoad ciuitates: sed, quicquid sit de illorum sententiâ, contrarium dicendum est iuxta Panormitanum allegatum: quia contrarium deducitur ex hoc textu c. *Nuper*, de decimis, & ex ratione facta: in odiosis enim res est semper restringenda; & negari non potest, reuocatiōem priuilegiorum esse maximè odiosam. An autem possit Summus Pontifex aliquem priuilegio eximere à præstatione decimarum, tam prædialium, quàm personalium, diximus lib. 2. cap. 4. ad quem locum te remittimus.

## CAPVT IV.

Quibus personis decimæ solui debeant: & quid dicendum sit, si ex fructibus, aut pecunia non decimata prædium fructiferum ematur.

## SUMMARIUM.

Decimæ prædiales in parochiis, in quarum districto prædiæ sunt, solui debent: personale verò in ea parochia, in qua quis diuina audit, & Sacramenta percipit. Debentur Parochiis, etiam si diuites, & improbi sint. ibid. vers. Et quia. An decimæ fructuum diuersorum eiusdem prædij debentur duobus parochiis. Ante Concilium Lateranense poterant Episcopi laicis decimas in feudum dare; postea solus Papa. n. 2. An laici possint illas decimas, quas in feudum habent, in Ecclesias, & pia loca transferre. ibid. An possint illas transferre in alios laicos. n. 3. An

An res fructifera ex pecunia non decimata empti sit emptoria, vel Ecclesiae. num. 4. Proponitur vera sententia negans, & probatur. n. 5. Res empti pecunia furata a milite, vel minore, est militis, non ementis. num. 7. Soluuntur argumenta in contrarium. n. 6.

1. Decimae, generaliter loquendo, Parochis debentur de iure; praediales quidem iis parochiis, quibus praedia post diuisionem parochiarum attributa sunt, & in quarum districto ipsa praedia manent. Ita Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 9, c. 16, q. 9. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2, c. 39, dub. 5, n. 16. & communiter Doctores, & patet ex cap. Tua nos, de decimis, & ex cap. 1. & ex cap. Quae, eodem tit. Personales vero debentur Parocho, in cuius parochia debitorum decimarum diuina audiunt, & Sacramenta percipiunt: quando vero non sunt distinctae parochiae, quia tota diocesis est parochia Episcopi, ut saepe fit in Italia, Episcopo sunt soluendae decimae praediales: & quia decimae, tam praediales, quam personales, non debentur ratione personae, sed ratione diuini ministerij, quod Parochi erga suos parochianos exercent; ideo Clericis Curatis debentur, siue sint boni, siue mali; siue diuites, siue pauperes; siue fructus decimarum in malos vius, siue in bonos expendant: neque enim tributa, aut debita Principi, aut creditori diuiti, aut opulento, bono, aut malo denegari possunt, ut optime notat Azor citatus. Est tamen dubium, an idem praedium ratione diuersorum, v. c. duorum fructuum, quos in anno ferat, possit esse decimale duabus Ecclesiis: & affirmat Panor. in cap. Cum in tua, de decimis, n. 6, nam, ut patet in littera eiusdem textus, quaedam Monasteria priuilegium obtinuerunt a Summo Pontif. vt de certis parochiis sibi decimae soluerebantur, & in iisdem parochiis erant multa praedia, quae bis in anno fructus proferebant, & de certis fructibus fuerunt solutae decimae Monasteriis, de aliis non fuerunt solutae: & dubitatum fuit, an omnes decimae deberentur Monasteriis: nam pro Monasteriis ea fundamenta urgebant, quia iam Monasteria percipiebant ex vi priuilegij decimas aliquorum fructuum illorum praediorum, ac proinde ratio postulabat, vt etiam eas perciperent de omnibus fructibus, quos ipsa praedia proferebant: pro Ecclesiis vero parochialibus erant etiam sua fundamenta, & praecipuum erat, quia ipsa Monasteria nunquam perceperunt decimas omnium fructuum: vnde videbatur, ius illorum, quos non percipiebant, permansisse apud parochiales Ecclesias, quia Ecclesiae parochiales semper habent fundatum ius decimarum in fructibus illorum praediorum, quae in illarum districto sita sunt: vnde quaestio deducta est ad Summum P. & respondit Pontifex; ex quo Monasteria perceperunt ibi decimam certorum fructuum, tota praedia fuisse effecta decimalia ipsis Monasteriis quoad omnes fructus, quia vna eademque res non debet diuerso iure censer. Sed haec decisio Papae intelligenda est iuxta Panormitanum ibi n. 6, modo decimae illorum fructuum, qui Monasteriis non solvebantur, nulli fuerint solutae: nam, si fuissent solutae Ecclesiae parochiali, tunc quidem illi deberetur decima ex illis fructibus: aliorum vero ipsis Monasteriis. Et sic valde notandum est, posse vnum, idemque praedium, partim esse decimale vni Ecclesiae, & partim alteri, quod placet etiam Hostiensis, & Ioanni Andreae ad praedictum c. Cum in tua. & videtur consentire Palud. in c. 2, col. 7. de ord. cog. Aretinus in l. 2. in principio, ff. Si certum petatur, praescriptio enim non procedit, sine vsu alicuius rei: sed Monasterium nunquam vsu habuit percipiendi decimas ex omnibus fructibus illius praedij, sed tantum ex aliquibus: quare ex illis

Azor. Lessius.

Panorm.

Hostiensis. Ioan. Andreas. Palud. Aret.

decimas recipiet, quorum vsu habuit recipiendi; non vero ex aliis, quorum nunquam habuit vsu recipiendi decimas, idque quamuis per quadraginta annos, & eo amplius percipisset illos, quorum vsu habuit recipiendi. Vnde promanauit illud Iurisprutorum certum pronuntiatum: Tantum praescriptum, quantum possessum. Dices, etiam Ecclesia parochialis nunquam fuit solita recipere decimas aliorum fructuum. Respondeo, id parum referre: quia Ecclesia parochialis post diuisionem parochiarum, & praediorum, semper habuit fundatum, ac stabilitum suum ius super omnes fructus suorum praediorum: quia semper illorum ius apud eam mansit, quando per contrarium vsu, & consuetudinem 40. annorum illo iure non fuit priuata; quare cum nunquam priuata fuerit isto iure quoad omnes fructus, semper habet ius recipiendi illos.

2. Ante Concilium Lateranense poterant Episcopi concedere laicis nonnullas decimas in feudum perpetuum, intuitu alicuius causae pie; & cum aliqua obligatione redundante in vtilitatem Ecclesiae, v. c. cum obligatione defendendi Ecclesias, & militandi pro illis; cum opus esset; postea tamen in praedicto Concilio adempta fuit haec potestas Episcopis meritissimum, ob multa incommoda, quae inde Ecclesiis; & eorum ministris resultabant, hodieque solum haec potestas apud Summos Pont. mansit, ut optime notat Azor tom. 1. Inst. lib. 7, c. 26, q. 12. & Couarr. lib. 1, var. c. 17, num. 8. & patet ex cap. Prohibemus, de decimis, & ex cap. Apostolica, eodem titulo, & ex Ioanne Andreae, & Cardin. ibid. Vnde oritur modò hinc quaestio non exigua: vtrum laici possint illas decimas, quas habent in feudum perpetuum, in aliquem transferre, vel alteri donare. Respondeo, posse illas decimas, quas in feudum perpetuum ab Episcopis ante Concil. Later. vel postea à Papa acceperunt, donare Monasterio, Ecclesiae, vel pio loco, aut Hospitali; accedente tamen duntaxat auctoritate Episcopi, ad cuius Ecclesiam antea pertinebant. Ita docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2, de decimis, c. 39, dub. 3, num. 10. & Rebuffus tractatu de decimis, q. 13, n. 78. Azor modò allegatus, & innotat cap. Cum Apostolica, de his, quae sunt à Praelatis, & cap. finale, §. Saue, de decimis, in 6. Consensus autem Episcopi idè est necessarius: quia, si dentur huiusmodi decimae Monasterio, vel pio loco, amittit Ecclesia spem recuperandi illas: solus tamen consensus Episcopi sufficit, & non est necessarius Capituli consensus, vt expressè habetur in cap. Cum Apostolica, citato. Ratio verò, ob quam non requiratur Capituli consensus, est, quia non censetur fieri alienatio, sed reuocatio rei ecclesiasticae à laico, derentae ad vsu ecclesiasticum, & magis est applicatio eiusdem rei alteri personae quasi ecclesiasticae, quam alienatio eiusdem rei ecclesiasticae, vt patet: videndae tamen sunt clausulae appositae in ipso feudo decimarum, & iuxta illas secundum iuris principia iudicandum erit.

3. An vero possint laici huiusmodi decimas in alium laicum transferre de solo consensu Episcopi, dubium planè est: quia de re duplex est opinio. Glossa in c. Prohibemus, de decimis, verbo, Laicos, affirmat posse: idem docet Sylu. verbo, Decimae, q. 10. & Ioannes Andreas in cap. 1. de praef. in 6. & in cap. Super quibusdam, de verborum significatione, quia tunc non dicitur Episcopus illas dare in feudum, quod prohibetur in iure, in dicto c. Prohibemus, de decimis, & toto titulo, de reb. Ecclesiae non alienandis, sed tantum dicentur donari à laico, imò dicentur applicari à laico eo onere, & modo, quo illas habet ipse laicus, qui eas alteri laico donat, aut cedendo applicat. Neque obstat praedictum cap. Prohibemus.

Azor. Couar.

Ioan. Andr. Card.

Lessius. Rebuffus. Azor.

Gloss. Syluest.

Ioan. And.

Prohibemus.

Rebuffus. Panorm. Azor. Hostiensis. Archid. Lessius.

Prohibemus, de decimis, quia ibi solum prohibetur, ne laici in laicos conferant eas decimas, quas cum periculo animarum suarum (vt textus loquitur) possident ac retinent; & non eas, quas legitime ac bona conscientia possident. Contraria tamen opinio est verior ac communior. Eam docet Rebuffus tract. de decimis, q. 13, num. 79. Panormit. in dicto cap. Prohibemus, de decimis, num. 3. & 4. Azor tom. 1. Inst. lib. 7, cap. 36, q. 13. Hostiensis in cap. Cum Apostolica, de his, quae sunt à Praelatis, Archid. in cap. 2, de decimis, in 6. & Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2, de decimis, cap. 19, dub. 3, num. 21. & facit pro hac parte cap. Quannis, & cap. finale, de decimis, & videtur aperte probari ex cap. Cum Apostolica, de his, quae sunt à Praelatis, nam in hoc speciale ponitur, vt cum licentia Episcopi possint laici habentes decimas concessas in feudum perpetuum, illas eodem feudi modo alteri Ecclesiae concedere. Et ratio redditur: quia non multum refert, quatenam Ecclesia illas habeat, dummodo à potestate laicorum eripiantur: quae ratio omnino cessat, cum illas vult concedere alteri laico: nam per mortem concedentis, si sine filijs moretur, statim deuoluerentur ad Ecclesiam, vt dicitur in cap. 20, de feudo, sed per concessionem factam alteri laico, sine filijs habeat, siue non habeat, impeditur huiusmodi deuolutio, aut saltem retardatur, & sic de praedictis ipsis Ecclesiis semper agitur. & cap. Prohibemus, vt notat Panormitanus allegatus, loquitur absolute tam de iis, qui legitime & bona conscientia possident, quam de illis, qui illegitime & mala conscientia detinent: loquitur enim textus de his, qui cum periculo conscientiae retinent, quae verba textus non solum comprehendunt apertum peccatum; sed etiam retentionem sine peccato; periculosam tamen: periculum enim est, ne Deus contra illos prouocetur; tum, quia forte rectè feudum Ecclesiae non soluunt, & iniuste detinent; tum, quia forte etiam ex coactione aliqua, & non ex voluntate plena ea concessio secularibus ab initio fuit facta, vt optime explicat ibi Panormitanus allegatus. Et denique fundamentum huius opinionis est: quia, cum laicus in laicum decimas emphyteutatas transferret, reuera censeretur eas de nouo emphyteutare, & dare in feudum alteri laico, cum is, qui eas accipit, efficiatur tunc feudatarius, & nouus beneficiarius Ecclesiae: & id est, quod omnino prohibetur in toto cap. Prohibemus, de decimis, & in aliis iuribus allegatis.

4. Querunt etiam Doctores, vtrum, si ex fructibus, aut pecunia non decimata res fructifera ematur, v. c. domus, praedium, aut possessio aliqua; sit ipsius Ecclesiae cuius erant decimae, an ementis? Et de hac re etiam duplex circumfertur sententia. Prima docet, eam rem fructiferam, quae emitur ex decimis furatis Ecclesiae, eo ipso esse ipsius Ecclesiae, & teneri emptores eas proprietates Ecclesiae restituere cum omnibus fructibus perceptis à tempore emptionis. Ita docet Panormit. in cap. Pastoralis, de decimis, in 6, vbi ait, hanc etiam fuisse opinionem Innocentij, & aliorum. Primum fundamentum illius est: quia Ecclesia habet verum dominium reale ipsarum decimarum & fructuum, imò etiam ipsius pecuniae non decimatae, ante traditionem illius: ac proinde quicquid ex tali pecunia, aut fructibus non decimatis emitur, totum id statim transit in dominium Ecclesiae illius, ad quam pertinebant decimae. Secundò, quia praedia, & possessiones emptae ex bonis Ecclesiae, sunt Ecclesiae, illique fructificant, etiam si nec illius voluntate sint emptae, nec illi traditae, & applicatae; deductis tamen expensis necessariis, ad faciendum tales fructus. Et videtur pro hac parte facere cap. Pastoralis, de decimis, per argumentum à contratio sensu: nam ibi dicitur, ex fru-

Panorm. Innocent.

Rebuffus. Lessius.

Ioan. And.

ctibus praedij empti ex fructibus iam decimatis non deberi Ecclesiae decimam; quia ipsum praedium non est Ecclesiae: ergo è contrario ex fructibus praedij empti ex fructibus non decimatis debetur. Tertio, quia res empti ex pecunia militis, vel minoris, ex priuilegio peculiari illorum sunt. l. Si vt proponis, C. de rei vindicatione, & l. 3, C. arb. iur. & Glossa notabilis in cap. Inquirendum, de pecul. Cler. ergo pari ratione res empti ex pecunia Ecclesiae non decimata, ipsius Ecclesiae erit, cum Ecclesia non sit minus priuilegiata, quam sint minores, ac milites.

5. Secunda opinio docet, eos, qui cum pecunia Ecclesiae non decimata negotiantur aut licetum acquirunt, non debere Ecclesiae totum lucrum acquisitum ex ipsa pecunia, nec res emptas eadem pecunia non decimata transire statim in potestatem Ecclesiae; sed tantum teneri eos restituere Ecclesiae ipsam pecuniam, & omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis, si forte datum fuit Ecclesiae: quia etiam pecunia furtiua, & vsuris acquisita, non est latronis, aut vsurarij, sed est muruatiarj, & domini pecuniae; & tamen nec res empti eadem pecunia, & fructus illius, nec lucrum acquisitum ex ipsa pecunia, transeunt in potestatem mutuatarij, aut domini pecuniae; sed in potestatem statim furis transeunt, & vsurarij; quia totum id censetur fructus industriae illorum, vt est communis doctrina in materia furti; & solum tenetur illi restituere ipsam pecuniam, & interesse lucri cessantis, & damni emergentis, vt docent communiter Doctores, Sylu. verbo, Emptio, num. 23. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2, de iniurijs fort. cap. 12, dub. 17, num. 13. Petr. Nauarra lib. 4, cap. 4, num. 41. Molina Theolog. tom. 2, de iustit. disput. 327, concl. 2. Lopez. 2, part. Inst. cap. 5, l. 1. & 52. Sorus lib. 6, de iust. q. 1, art. 4, concl. 2. Couarruuias lib. 3, var. c. 3, n. 6, vbi quaerunt, vtrum res empti pecunia aliena & furtiua, vel vsuris acquisita, sit latronis & vsurarij ementis, an domini ipsius pecuniae? & respondent, esse vsurarij & furis ementis: quia ea emptio, & consequenter lucrum acquisitum ex tali emptione, censetur fructus industriae vsurarij & furis, & non censetur fructus industriae, cum pecunia ex se, & natura sua non sit fructifera: nec dici potest, illos ditescere ex alieno; quia formaliter non ditescunt, nisi ex sua industria, & negotiatione: solum enim tenentur illi restituere ipsam pecuniam, & omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis, vt constat ex l. Si ex ea, C. de rei vindicatione, ergo similiter, res empti pecunia non decimata, vel fructibus non decimatis, non censetur ipsius Ecclesiae, nec fructus illius, sed ementis; & solum emens tenebitur restituere Ecclesiae suas decimas, & ei reficere omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis, cum par sit vtrobique ratio.

Syluest. Lessius. P. Nauarra. Molin. Lopez. Sorus. Couar.

6. Restat modò, vt soluamus argumenta primae opinionis. Ad primum fundamentum illius respondeo, illud principium, quo innititur, scilicet, Ecclesiam habere verum dominium reale in ipsos fructus, & in ipsam pecuniam, antequam decimantur, esse valde dubium, vt alibi diximus: & quamuis sit certum, parum concludit argumentum: quia etiam pecunia furto, aut vsura acquisita non est latronis, aut vsurarij; sed domini pecuniae, à quo furata fuit, aut mutuatarij, à quo vsura fuerunt acceptae: & tamen id, quod emitur, aut lucratur ea pecunia, non statim transit in potestatem domino ipsius pecuniae; sed in potestatem ementis, ac furantis; quia totum id censetur fructus industriae illius; & solum tenetur ille restituere ipsam pecuniam, & omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis, vt diximus num. praecedenti. Ad secundum id ipsum respondentur: falsum enim est, bona, & possessiones emptas

emptas ex pecunia furata ab Ecclesia, esse ipsius Ecclesiæ, & illi fructificare, etiam si nec illius voluntate sint emptæ, nec illi traditæ, & applicatæ, vt patet exemplo pecuniæ furtiuae, & vlturis acquisitæ, quod attulimus.

Ad vltimum argumentum, quod magis virgine videtur, respondeo: licet sit priuilegium minoris, & militis, quod res emptæ ex illorum pecunia furtiua, illorum sint, & non ementis; & licet Ecclesia in aliquibus militi, ac minori cõparetur, & iisdem priuilegiis gaudeat: nullibi tamen inuenitur in iure, in hac vna re comparari, vt optimè animaduertit Ioannes Andr. in addit. ad Speculatorem tit. de empt. & vendit. §. 3. & Soar. tomo 1. de relig. libr. 1. de diuino cultu, cap. 36. num. 13. quia ex cap. 1. de peculio Cler. id generaliter non probatur, cum illud caput habeat specialem rationem in Clerico administrante bona Ecclesiæ, & aliud ius non asseratur, quod probet Ecclesiam militi, ac minori comparari, hac vna in re, licet fortè in aliis priuilegiis comparetur. Et ratio esse potest: quia rarò contingit, vt homo ex pecunia non decimata furata aliquid emat, & emendo ditefcatur, vel lucrum magnum acquirat; & ea, quæ rarò contingunt, non veniunt in considerationem legum; aut legislatorum: frequentissimè autem contingit, vt ex bonis, aut pecuniis furatis à militibus, & minoribus id efficiatur: quare, vt huic peccato obuiarent, meritissimò prouisum fuit circa eam rem ab Imperatoribus, non autem circa Ecclesiam, nec etiam ipsa Ecclesia hactenus ea de re prouisit, vt patet: sin minus, ostendatur lex, aut canon, in quo prouisum hac de re sit.

CAPVT. V.

Apud quos Iudices decimæ petendæ sint, si non soluantur, ecclesiasticisne, an secularibus.

SVMMARIVM.

- Lites iuris circa decimas ad forum ecclesiasticum pertinent, & quæ illa sint. num. 1.
- Lites facti ad quem Iudicem pertineant, & quæ etiam sint. num. 2.
- In Missis quæstiones, & lites facti, & iuris, ad quem Iudicem pertineant. num. 3.
- Quid, si tribunal secularis constet etiam Iudicibus ecclesiasticis. num. 4.
- Non possunt Iudices seculares cognoscere de lite iuris decimarum, quando decime in feudum perpetuum date sunt laicis etiam Principibus, nisi ad id habeant priuilegium. num. 5.
- Refellitur opinio affirmans. num. 6.
- In vno tantum casu possunt Iudices seculares cognoscere de lite orta super iure decimarum. num. 7.
- An, quando Clerici decimas petunt à laicis, qui nunquam fuerunt soliti illas soluere, vel contra illas prescripserunt, possint laici litem trahere ad forum civile, & auctoritas Iudicis regij se defendere. num. 8.
- Proponitur sententia negans. ibid.
- Proponitur sententia affirmans. num. 9.
- Iudicium Auctoris inclinantis in sententiam negantem. num. 10.
- Ad quem Iudicem lis pertineat, quando laicus decimarum conductor soluere pretium non vult. num. 11.
- Quando fructus decimarum sunt collecti, si furto sint ablati, coram Iudice civili peti possunt. num. 12.
- Idem, si donati, vel distrahi sint. ibid.

SI quæstiones, ac lites ortæ super decimas sint iuris, ad Iudices ecclesiasticos pertinent, & non ad seculares: censetur autem iuris, cum de iure decimarum agitur, v. c. ad quamnam Ecclesiam ius decimarum pertineat, & sine aliquis priuilegiatus, aut consuetudine exemptus à solutione illarum; quod titulo percipiantur; & cum de modo decimandi, de tempore, & de expensis decimationis lites mouentur: & tunc certum est, ad Iudices, ac forum ecclesiasticum pertinere, non ad seculare. Ita docet Azor lib. 7. Inst. moral. tomo 1. cap. 36. quæst. 5. Soarius tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 38. num. 15. Rebuffus tractat. de decimis, quæst. 12. num. 2. & sumitur ex cap. Prohibemus. de decimis 2. & ex cap. Ex tenore. de foro comp. vers. Ecclesiasticum. Et ratio est primò, quia ius decimarum spirituale est, & res spirituales ad forum ecclesiasticum pertinent, non seculare. Deinde probatur à simili ex regula quadam in cap. Quanto tradita. de iudic. vbi decernitur, causam iurisparronatus tantum posse in iudicio ecclesiastico tractari; quia est omninò coniuncta cum spiritualibus causis: non est autem minus coniuncta decimarum causa. Vnde sumitur regula generalis, non tantum causas spirituales, sed etiam spiritualibus adnexas ad forum ecclesiasticum pertinere.

Si quæstiones ac lites facti, & circa decimas excitentur, v. c. si quæatur, solueritne Paulus debitam decimam, an non: debeant ille illam soluere, an alius. Item, si agatur de restitutione illarum, quando furto auferuntur, aut venduntur, aut in alios vsus temporales conuertuntur: hæ enim omnes quæstiones facti sunt. Et tunc quidem existimant nonnulli, etiam ad iudicium ecclesiasticum tantum pertinere. Ita tenet Azor tomo 1. lib. 7. Inst. cap. 36. quæst. 5. Alij verò solum ad forum seculare, & non ecclesiasticum. Ita Federicus consil. 245. Fundamentum Azoris est: quia causa decimarum, siue sit facti, siue iuris, semper est spiritualis, vel saltem spirituali connexa; & causa spirituales, aut spiritualibus adnexæ ad Iudicem ecclesiasticum pertinent, vt diximus num. 1. Fundamentum verò Federici est: quia quæstiones decimarum, cum sunt de facto, amittunt illam adnexationem, atque connexionem, quam cum rebus spiritualibus habent, & idè ad forum & iudicium seculare spectant. Dicendum tamen est, huiusmodi causas, cum sint de facto, esse mixti fori, & posse tractari, vel coram Iudice seculari, vel coram ecclesiastico. Ita docent Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 38. num. 16. fine. Rebuffus tractatu de decimis, quæst. 12. num. 3. & q. 10. n. 39. Federicus etiam inclinat dicto consil. 245. Gomez in Repertorio ad cap. Si annum. numero 16. de iudic. Ripa ad cap. Decernimus. q. vltim. de iudic. Belluga in speculo Principum, rubr. de decimis. §. Restat. n. 4. quatenus dicunt, posse etiam has causas de facto circa decimas in iudicio ecclesiastico tractari, quod perinde est, ac dicere esse mixti fori, & posse modò in iudicio civili, modò in ecclesiastico agi. Expressè autem esse mixti fori, docet Couarruias in pract. quæst. c. 35. num. 2. & ita planè est: nam vbi que videmus Episcopos, & alios Prælatos ecclesiasticos cogere laicos ecclesiasticis censuris ad restituendas decimas furto ablatas, & ad illas soluendas, si non sunt solutæ: quamobrem, si causa litis apud Iudicem ecclesiasticum cepra est, non est ad Iudicem civilem deferenda: agi enim coram vtroque Iudice potest, civili, & ecclesiastico, & iure potest alter alterum præuenire: perdunt enim decimæ adnexationem, quam habet cum rebus spiritualibus, cum quæstio est facti; & pro executione debiti capi possunt, mandante Iudice seculari, nisi alioqui persona, inter quas lis facti oritur, ad ecclesiasticum forum spectent, vt optimè animaduertit Soar. allegatus. Similiter

nem defendi potest absque alio priuilegio expresso Romani Pontificis. Nec sufficit tolerantia Summi Pontificis in hac materia, vt optimè animaduertit Azor citatus §. Hoc posito. quia, aut Summus Pontifex non tolerat id, quod sape fit in curiis, & tribunalibus Principum seularium, cum sæpè reclamet; aut, si tolerat ac tacet, id quidem facit iniustus, & quia absque magna perturbatione Reipub. id impedire nequit.

In vnico tamen casu potest cognitio litis ortæ super iure decimarum ad forum civile ac seculare spectare; si decimæ, videlicet, auctoritate Pape in Principes laicos contractu permutationis translatae fuerint: nam, quando ex vi permutationis ipsi Principes eas decimas re alia temporalis æqualis, aut minoris æstimationis compensantur, tunc lis decimarum, quas quilibet ex vi compensationis obtinuit, ad res spirituales non pertinet, cum ius integrum in illas propter compensationem obtineat; & Ecclesia suum ius integrum etiam retinet in re, quam loco decimarum per viam compensationis obtinuit: quod enim loco alterius succedit, omnes condiciones & effectus illius sortitur & obtinet. Ita docet, & benè, Azor. tom. 1. Institutionum moralium, lib. 7. c. 36. q. 3. §. Ceterum.

Quid, si Clerici decimas petant à laicis, qui præscriptione, & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt persoluere, poteruntne tunc licitè ipsi laici causam istius litis ad forum seculare deducere, & auctoritate regij ac civilis Magistratus se tueri aduersus Clericos huiusmodi decimas exigentes? Communis sententia iuris canonici Interpretum affirmat, id non esse licitum laicis, vt restatur Azor eam etiam sequens tom. 1. Inst. Moral. lib. 7. c. 36. quæst. 4. & id tenet etiam Panorm. in cap. Prohibemus. de decimis 2. & Ioannes Andr. & Glossa Ioan. And. in cap. Causam, quæ. de præscript. & patet ex prædicto cap. Causam, quæ. & ex cap. Prohibemus. allegato: vbi asserit Summus Pontifex, nullam causam spirituales potuisse vnquam consuetudine, aut præscriptione etiam immemorabili à Iudice, & foro ecclesiastico abduci, & ad forum civile trahi, ac deduci. Et ratio ibi redditur: Quia laicus nunquam potuit acquirere bona fide, præscriptione aliqua, ius spirituale, cuius est incapax. Vbi autem non datur bona fides, præscriptio legitima non datur, vt patet; sed vsurpatio iurisdictionis illicita. Et aliud fundamentum esse potest: quia consuetudo nec habet, nec habere potest maiorem vim, quàm Leges & priuilegia: sed nullum priuilegium, nulla lex datur, quæ faciat capacem laicum iuris spiritualis: & si daretur, iniusta profectò esset talis lex: ergo & iniusta etiam consuetudo erit, si fortè detur alicubi. Et quòd esset iniusta talis lex, aut priuilegium, si daretur, inde patet: quia adhuc non datur: ergo signum est, esse illicitam & iniustam, si daretur: cum enim Principes seculares sint admodum cupidi extendendi, & ampliandi suam iurisdictionem, credendum est, illud priuilegium à Summis Pontificibus iam non semel, sed sæpius petiisse, & cum nullibi vnquam inueniatur concessum, credendum planè est idè non fuisse concessum, quia iniusta & illicita erat illius concessio. Neque obstat, si dicas, aliud esse retinere decimas, & illas non soluere; & aliud percipere: & contra secundum non posse præscribi bona fide; contra primum posse: quia vtrunque spectat ad ius spirituale, contra quod bona fide præscribi non potest.

Sunt tamen nonnulli Auctores, qui contrarium sentiunt, & affirmant, licitum esse tunc laicis ad Iudicem secularem prouocare, litem ad illum trahere, & illius auctoritate se tueri; & ita docet Couarruias in pract. quæst. cap. 35. à num. 2.

- 3. Similiter etiam in Missis, cum quæstio iuris est, ad ecclesiasticum Iudicem spectat litis cognitio: est autem quæstio de iure, cum de stipendio, quò dicendæ sunt, agitur, aut de loco, vbi sunt dicendæ, aut de numero illarum, aut de qualitate, defunctorumne, an de beata Virgine, cum cantu, an sine cantu: totum enim hoc negotium spirituale est, aut rei spirituali adnexum; & idè ad Iudicem ecclesiasticum spectat, etiam si inter laicos oriatur. Vbi autem lis est facti, ad Iudicem civilem spectare etiam poterit: est verò lis facti, cum iam numerus, Missarum dictus sit, & pretium non sit solum: poterit enim hoc debitum peti, etiam apud Iudicem civilem, nisi personæ aliunde, inter quas lis oritur, ad solum ecclesiasticum pertineant.
- 4. Et verò quauis tribunal Principis seularis constet ex Iudicibus ecclesiasticis simul, & secularibus; adhuc non possunt Iudices ecclesiastici huius tribunalis seularis cognoscere de causis decimarum, aut Missarum, cum quæstio est iuris: oportet enim, vt Iudices ecclesiastici à potestate ecclesiastica constituti sint, vt efficiant ecclesiasticum tribunal. Ita docet Rebuffus tractat. de decimis, quæstione 10. num. 36. & Azor tomo 1. Inst. lib. 7. c. 36. quæst. 2. & facit ad rem Clement. Dispensosa. & cap. Decernimus, de iudiciis. Quod adèd verum est, vt nec etiam Iudex ecclesiasticus simul cum seculari de causa iuris decimarum iudicare possit, etiam ratione compromissi, vt habetur cap. Contingit. de arbit.
- 5. Imò etiam, quauis decimæ in feudum datæ sint ipsis secularibus, non potest Iudex seularis, ac civilis, de lite iuris illarum cognitionem accipere, quauis partes litigantes seculares sint. Ita Rebuff. docet tract. de decimis, q. 10. num. 36. & 35. Federicus conf. 254. Azor tomo 1. Inst. Moral. cap. 36. quæst. 2. Et ratio est: quia, licet ipsum feudum datum secularibus in se seculare sit: ita tamen est seculare, vt dependeat à re spirituali: nam ipsum feudum ex iure decimarum oritur: ius autem decimarum ecclesiasticum ac spirituale est, non civile, aut profanum, vt sæpè diximus. Enimverò: quando Principes ecclesiastici decimas in feudum secularibus hominibus dederunt, non censendi sunt de facto transtulisse, aut voluisse transferre lites causarum decimarum ad forum seculare, nisi id expriment in feudo: nam, licet priuilegia Principum latissimè sint interpretanda; tamen hoc est intelligendum, quando familia priuilegia iuri communi non derogant: si enim iuri communi derogent, sunt illi odiosa, & idè strictissimè interpretanda sunt, ita vt saluenter tantum verba priuilegij, vt sæpè diximus, & docet Azor tomo 1. Inst. lib. 7. cap. 63. quæst. 3. §. Hoc posito. Panorm. in cap. Tua. de decimis, num. 1. Oldradus conf. 109. Sancius lib. 8. cap. 1. à num. 36. Deinde, quia Princeps concedens vnum priuilegium, non idèd concedit aliud: vnde Papa concedens Principibus secularibus priuilegium habendi decimas in feudum, non idèd illis censetur concedere aliud priuilegium, vt scilicet illarum causæ ad forum spectent seculare.
- 6. His positis, nullo modo sunt audiendi illi Doctores, qui docent, cognitionem litium decimarum pertinere ad forum civile, quando decimæ Principibus laicis in feudum fuerunt datæ. Quod probant quia alioqui multum detraheretur iuri laicorum: nam facile Iudices ecclesiastici laicos eluderent, & eorum priuilegia minuerent, & extenuarent: & hi sunt Ioannes Rupellius lib. 1. forensium Institutionum, cap. 25. Guilielmus Benedictus ad cap. Raynuius. de test. in verbo, Si absque. n. 360. Couarr. in pract. quæst. cap. 35. num. 2. & alij, quorum sententia nec iuri congruit, nec ob solam consuetudinem P. Steph. Fagundæ in quinque prac. Eccl.



Grassal.

& Carolus Grassalinus lib. 2. Regalium Franciæ, in iure septimo; & idem Couarruias lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 18. §. Nonò principaliter. postquam late probauit, posse laicos consuetudine aduersus decimas, tam prædiales, quam personales, præscribere, ita infert: *Hinc perpendi potest ratio sanè vera & iustissima, quæ Catholicos Hispaniarum Reges, & præsertim Carolum I. Casarem inuictissimum, induxit, ut publicis edictis ueruerint, in his regnis decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem contrariam non consueuerunt solui, quemadmodum decreuit ab eodem Casare Toleti anno 1525. l. 13. & l. 26. rursus anno 1527. Madritij, l. 19. deinde Segobia anno 1532. l. 56. idemque apud Gallos statutum est à Philippo I. P. anno 1534. ac ex consuetudinibus Arnerniæ idem constat titulo 17. art. 18. & ex consuetudinibus Bituriensibus, titulo, de consuet. prædial. §. 12. ubi in plurius iudicatum fuisse Parisiis asserit Boerius. Hoc ipsum asserit etiam Carolus Grassalinus lib. 2. Regalium Franciæ, iure septimo, ex ordinatione Philippi Pulchri, Francorum Regis, edita anno Domini 1304. Hæc ibi Couarruias. Vnde videtur durissimum, uelle damnare tot Constitutiones Regum Catholicorum, & Christianissimorum, maximè quia etiam in Lusitania sæculares, cum vexantur à Iudicibus ecclesiasticis censuris, & excommunicationibus, statim prouocant ad Iudicem Coronæ, (vt vocant,) cuius auctoritate se tumentur, & litem trahunt ad eius tribunal; cum tamen quæstio de iure excommunicationum, cum spiritualis sit, ad Iudicem ecclesiasticum pertineat. Deinde potest probari hæc sententia, in hunc modum: Præscriptione possunt laici acquirere ius retinendi omnes decimas aliquorum prædiorum, & non soluendi illas, aut saltem illorum partem, ita vt non soluant integram decimam; sed loco decimæ soluant vigesimam partem fructuum, vt diximus lib. 3. cap. 1. à num. 23. usque 26. ergo defendi possunt in possessione huius iuris, à Iudicibus sæcularibus, trahendo litem ad forum, illorum, vt frequenter fit apud Tribunalia, & in Curijs multorum Regum, qui fidei orthodoxæ obsequentissimi sunt, vt latè probatum manet.*

10.

Ego non audeam condemnare istam secundam opinionem: nihilominus dico, primam mihi uideri veram & tenendam propter suas rationes, & fundamenta; & quia negari non potest, litem illam, & quæstionem, an laici teneantur ad decimas, vel non teneantur, præscriperint, vel non præscriperint illas, & potuerintne præscribere, vel non potuerint, esse quæstionem iuris & non facti, quoniam enim quæstiones de præscriptione decimarum ortæ, reuocantur ad illam, utrum laici teneantur integras decimas soluere, vel soluere aliquas, sed non integras: quæ quidem quæstio iuris est, & non facti, & omnes quæstiones iuris circa decimas ad Iudices ecclesiasticos pertinent, vt probauimus num. 2. Et uero perinde est quærere, utrum laici præscriptio- ne acquirant, aut acquisitum habeant ius non soluendi decimas; ac quærere, utrum laici teneantur ad decimas: quis autem non uidet, quæstionem hanc esse iuris, & non facti. Ad exemplum etiam Regis Lusitaniæ respondeo, id fortè manare à priuilegio aliquo concesso Regibus Lusitaniæ à Summis Pontificibus, & Sede Apostolica, quod ex- ter saltem per famam, possessione retentam: sed scio Prælatos Lusitaniæ, & ministros Sedis Apostolicæ sæpè reclamare; & nihilominus Reges huius regni in sua possessione persistunt. Sed fortè reclama- nant, non posse de iure Reges hoc facere, nec iudices regios: & Reges persistunt innixi priuilegio à suis prædecessoribus à Sede Apostolica obrento: quod licet non extet, sufficit, quod probetur per famam cum possessione retentionis. Dubitari ta-

men potest, an illud priuilegium iuste concessum fuerit, uoluntariè, an per uolentiam.

Laicus conductor decimarum, quando nihil cum Clerico, cuius Ecclesiæ decimas conduxit, circa iudicium forense conuenit, si pretium conductionis non soluat, potest in iudicium uocari, tam apud Iudicem ciuilem, quam ecclesiasticum, ita vt vnus alterum in lite possit præuenire: quamobrem, si lis cœpta est coram Iudice ecclesiastico, non potest ciuilibus Iudex eam ad se aduocare, nec e contra: est enim huiusmodi lis facti, & non iuris: non enim causa mouetur, vt debitor decimam soluat; sed vt conductor decimæ, qui iam ex vi contractus conductionis percepit eius fructus, pretium conductionis decimarum soluat. Ita docet Couarruias in prædictis quæstionibus, cap. 35. n. 2. & ita debent docere Rebuffus, & alij, quos citauimus num. 2. quicquid in contrarium dicat Azor tom. 1. Institutionum moral. cap. 36. q. 6. ubi adhærens suæ opinioni, affirmat, omnes causas decimarum, siue facti, siue iuris, coram Iudice ecclesiastico agendas esse: contrarium tamen est dicendum, cum omnibus Auctoribus, quos citauimus prædicto n. 2. Si tamen conductor in ipso contractu conductionis sponte se submisit iudicio ecclesiastico; seruari quidem pactum & conuentum debet, iuxta Azorium, & Couarruiam citatos.

Itaque, quando fructus sunt percepti, & ab agricolis collecti, & soluti, coram Iudice laico peti possunt, si fuerint furto ablati: est enim quæstio tunc de facto, & non de iure: & in ea circumstantia decimarum fructus non sunt quid spirituale, sed temporale, vt supra diximus num. 2.

CAPVT. VI.

*A quibus suam decimam petenda sint, ab illisne, qui fructus perceperunt; an ab illis, qui agros emerunt, de quibus non fuerunt soluta: & quæ pœna in iure statuta sint in eos, qui decimas non soluunt.*

S V M M A R I V M.

- Refertur opinio affirmans, Parochos non solum posse petere decimas præteritas prædiales ab illis, qui eas non soluerunt, sed etiam ab illis, in quorum possessione prædia sunt. num. 1.
- Decima sunt tributa prædiis imposita. ibid. vers. Secundò, quia.
- Prædia sunt hypothecata decimis. ibid. vers. Tertio, quia.
- Bona tutoris sunt obligata pupillo. ibid. vers. Quarto, quia.
- Struuntur opinio affirmans, decimas præteritas non solutas solum ab illis esse petendas, qui fructus prædiorum perceperunt: non ab illis, qui prædia possident. num. 2.
- Prædia non sunt per se hypothecata & obligata decimis, sed per suos fructus. n. 2. vers. Tertio, quia.
- Pœna, quæ iure communi statuitur in eos, qui decimas non soluunt, est excommunicatio ferenda. num. 3.
- An, quando Concilium Tridentinum præcipit, ut ablatores decimarum non absoluantur ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta; sufficiat, si impetrent remissionem illarum. num. 4.
- Excommunicantur etiam omnes Religiosi, qui decimas modo aliquo occupant ad ipsos non pertinentes. num. 5.

Item,

*Item excommunicantur omnes Religiosi, qui suis con- cionibus, uel uerbis, retrahunt debitores à soluendis decimis. num. 6.*

Abbas.

Ioan. And.

Hofstiens.

Panorm.

Federic.

Circa primam partem tituli duæ sunt opinio- nes. Prima docet, Ecclesiasticos, & Curatos non solum posse præteritas decimas prædiales non solutas ab illis personis petere, qui illas non solu- erunt; sed etiam ab illis, quibus hi prædia vendide- runt, donarunt, testamento legarunt, aut cum aliis permurarunt, de quibus decimæ solutæ non fue- runt. Ita docent multi iuris canonici Interpretes, præsertim Abbas, Ioannes Andr. & Hofstiens. in cap. Pastoralis. de decimis, num. 5. idem docet Pa- normit. in cap. Cum homines. de decimis, num. 6. In eandem opinionem inclinat etiam Glossa in cap. Tua. de decimis, verbo, Sic & dominus, in fine, cum Federico Senensi consil. 84. aliàs 81. Fundamen- tum illorum est, primò, quia decimæ prædiales sunt reales, ac proinde vltimi prædiorum possesso- res tenentur non solum ad soluendas futuras deci- mas; sed etiam præteritas, quantumuis sub illorum dominio prædia tunc non essent, si fortè solutæ non fuerunt. Secundò, quia decimæ sunt tributa quædam ipsis agris imposita: tributum autem tran- sit in nouum possessorem, ita vt etiam præteritum tributum soluere teneatur, quia res transit cum suo onere. 1. Imperatores. ff. de uctigal. & publicanis. Et pro hac parte facit cap. In aliquibus. de decimis. ubi dicitur, cogi posse dominos prædiorum ea lo- care illis personis, à quibus Ecclesia sine contradi- ctione decimas recipiat. Facit etiam cap. De terris. cod. titul. ubi dicitur, teneri Iudæos soluere deci- mas de terris, à quibus Ecclesia antea illas acci- piebat. Tertio, quia prædia sunt obligata ipsis deci- mis per modum generalis hypothecæ, tacita quadam obligatione in fauorem decimarum: & ita illa prædia semper transeunt ad vltimos posses- sores cum onere affecta pro quibuscunque decimis non solutis eo modo, quo bona mariti dicuntur obligata pro dote, & arrhis vxoris. cap. Ex litteris. de pignoriibus. & idè semper bona mariti trans- eunt cum illa obligatione soluendi dotem vxori promissam. Quarto, quia bona tutoris sunt obli- gata pupillo: sed Ecclesia comparatur pupillo, & minori: ergo & bona, seu prædia fidelium erunt obligata Ecclesiis pro decimis non solutis, tanquam pro bonis Ecclesiæ. Est pia huiusmodi opinio, & non improbabilis.

2.

Soar.

Alteræ opinio uerior & uetigal. & docet, deci- mas præteritas, si non sint solutæ, petendas esse solum ab his, qui fructum acceperunt, & eas non solu- erunt; non autem ab his, qui agros & prædia mo- dò habent titulo emptionis, permutationis, dona- tionis, vel quouis alio titulo oneroso, vel gratuito. Ita docet Soarius tomo 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, cap. 38. num. 9. & multi alij Canonistæ, quos Federicus citans in prima opinione refert ex mul- tis grauissimis & contrariis fundamentis. Et pri- mum est, quia cap. In aliquibus. & cap. De terris. & cap. Si quis laicus. de decimis, quæ allegantur, & allegari possunt, loquuntur de onere decimandi fructus ex eo tempore, quo domini illorum tales agros, & terras acceperunt; non autem de onere præterito: est enim diuersa ratio de fructibus, ac decimis futuris, & præteritis: quia decimæ præ- teritæ spectant ad illum possessorem, qui tunc erat dominus, vel colonus agrorum: decimæ uerò fu- turæ, id est, collectæ ab eo tempore, quo ipsi agri ad alium dominum peruenerunt, ad illum pertinent, quemadmodum pertinent fructus, & sic est diuersa ratio de fructibus & decimis præ- teritis & futuris. Secundum est, quia fructus col- P. Steph. Fagundæ in quinque præc. Eccl.

lecti, quos dederunt ipsi agri, sunt obnoxij solu- tioni ipsarum decimarum; non autem ipsi agri: ergo, ubi primum prædia, & agri tales fructus de- decunt, manent liberi à tali onere decimarum, & obligatio soluendi decimas præteritas penes illos manet, qui receperunt eosdem fructus: res enim, seu fructus transeunt cum suo onere. Tertium, quia ipsa prædia non sunt per se immediatè obli- gata debito, & tributo decimarum, sed per suos fructus: quod exinde constat: quia, si nullos fru- ctus ferant, non sunt decimis obnoxia, quantum- uis malitia, aut desidia dominorum non excolan- tur; sed mediatè, id est, mediantibus ipsis fructi- bus: ergo debitum decimarum peti debet ab illis, qui fructus perceperunt, & non ab illis qui præ- dia possident: ergo falsum est dicere ipsa prædia esse immediatè hypothecata debito decimarum, quemadmodum sunt bona mariti respectu arrharum & dotis vxoris: illud enim est priuilegium particulare dotis, quod non extendi debet ad deci- mas: neque enim in iure talis extensio fit, vt bene animaduertit Soar. tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 38. n. 11. Quarto, quia est diuersa ratio in bonis tutoris respectu pupilli, & in prædiis respectu decimarum: quia hoc est priuilegium particulare concessum pupillis, & non debet extendi ad deci- mas. Nec refert, quòd Ecclesia priuilegium habeat minoris & pupilli: quia hoc priuilegium est intel- ligendum quoad forum externum circa petitionem restitutionis, si fortè peti debeat: tunc enim omnes termini, qui per uiam restitutionis in iudicio pu- pilli & minori conceduntur, conceduntur etiam Ecclesiæ, cum in iure non minus præsumatur de- ferta causa pupilli, quam causa Ecclesiæ. Nec ratio de tributis in superioribus opinione allegata multum conuincit: quia decimæ non sunt in rigore tributa: sed potius sunt iusta alimenta ministrorum Dei, ac proinde non eodem rigore exigendæ sunt, ne po- tius ministri Dei exactores esse uideantur, quam Pastores. Et per hæc manet responsum ad funda- menta primæ opinionis.

Soar.

3.

Pœnæ, quæ in iure communi in eos, qui decimas non soluunt, statuantur, variæ sunt; præcipua est excommunicatio. Nam in cap. Statutum. 16. q. 1. & in Concilio Matifconensi II. statuitur, vt omnes, cuiuscunque gradus, & conditionis sint, decimas in- tegras soluant iis, quibus iure debentur: alioqui ex- communicationi subiciantur. Et id ipsum statuitur in Concilio Trid. sess. 25. cap. 12. de reformat. ibi: *Non sunt ferendi, qui uariis artibus decimas Eccle- siis obuolentes, subtrahere moluntur, aut qui ab aliis soluendas remere occupant, & in rem suam uertunt, cum decimarum solutio debita sit Deo; & qui eas dare nolue- rint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præci- pit igitur sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gra- dus, aut conditionis sint, ad quos decimarum solutio spe- ctat, ut eas, ad quas de iure tenentur, in posterum Ca- thedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, uel personis, quibus legitime debentur, integrè persoluant: qui uerò eas, aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicantur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absol- uantur.* Hæc Concilium Tridentinum. Et hæc quid- em excommunicatio non est lata sententiæ, sed ferendæ, vt patet ex illis uerbis, *excommunicantur.*

Dicit tamen ibi Concilium: *Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur.* Vnde ori- tur quæstio, An non obstantibus uerbis Concilij suf- ficiat remissio decimæ factæ ab eo, cui debetur, vt quis ab excommunicatione liberetur, & vt possit absolui? Certè id affirmat Nauarr. in Manuali, c. 11. n. 32. Glossa in cap. Peccatum. de regulis iuris, in 6. in uerbo, Restitutio, quos refert Azor. tom. 1. Instit. moralium, lib. 7. cap. 37. q. 9. nec improbat: ergo probat.

Nauar.

Azor.

probat: quid enim, quæso, magis refert, ut solvas debitum creditori tuo, quam ut ille illud tibi remittat; ac proinde idem est plena restitutio, ac plena remissio: unde, si altera sequatur sufficit.

In Clementina 1. de decimis, etiam excommunicantur omnes, ac quicumque Religiosi, qui decimas Ecclesiis debitas, & ad ipsos iure aliquo, vel causa legitima non pertinentes usurpant, aut usurpare audent dolis & malis artibus, & qui prohibent Ecclesiis decimas solui ex animalibus suorum familiarium, vel pastorum, vel ex aliis animalibus, quæ suis permiscantur, vel ex illis, quæ in Ecclesiis fraudem emunt: & si admoniti ex his intra mensem non desistunt; aut si id, quod ausu temerario usurparunt, intra duos menses post admonitionem non restituant iis, quibus iure debetur,

excommunicationi subiiciuntur, quæ excommunicatio nulli in iure reservatur.

Item in Clementina, *Cupientes*, de pœnis, excommunicatione afficiuntur omnes Religiosi, qui suis concionibus, vel aliis, aliquid proferunt, ut auditores suos retrahant à solutione decimarum iis Ecclesiis præstanda, quibus debentur. Item, omnes Religiosi, qui in confessionibus audiendis nullos scrupulos iniiciunt pœnitentibus circa solutionem decimarum, tandiu facti ipso suspenduntur, donec eos, quorum confessiones audierunt, admoneant, si commodè possunt, ut decimas solvant: alioqui id non facientes, cum commodè possunt, ipso facto excommunicantur, si concionari audeant, prædicta admonitione eo modo, quem diximus, non facta.



LIBER



LIBER QVARTVS.

De Primitiis



N iure canonico, nomine Primitiarum lato modo accepto, intelliguntur non solum primi fructus ex terra suscepti; sed etiam fructus terræ præcipui, & optimi: proprie tamen, & in rigore, Primitiæ dicuntur

primi fructus agrorum & arborum, qui Deo, & Ecclesiæ offeruntur, ut patet ex Deuteronom. 26. Et in animalibus, & pecoribus primitiæ etiam erant primogenita: nec solum apud populum Hebræorum, iubente Domino, primitiæ Deo offerebantur; sed etiam apud Gentiles Romanos hic mos percrebuit: præcipui enim illi Romani, ut refert Plinius lib. 18. cap. 2. non gustabant novas fruges, aut vana, antequam Sacerdotes primitias libassent. Hinc Ieremias 2. ut ostenderet, primitias esse Deo dicatas, & dicandas, affirmat eos grauiter delinquere, qui eas Domino non offerunt, & audent prius, quam Deo offerantur, quicquam illarum attingere degustando: *Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum eius: omnes, qui deuorant eas, delinquant.*

Plinius.

itas fructuum terræ tuæ deferres in domum Domini. Patet etiam ex Leuit. 3. & Num. 18. & Deuteronom. 12. & ex aliis locis sacræ paginæ: & in 3. cap. Malachiæ vehementer conqueritur Deus dei Iudæorum populo, eod quod primitias, & decimas non soluerint. Ita docet Azor tomo. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 78. §. 1. & quæst. 3. Beia 1. part. casu 52. & alij.

Azor.  
Beia.

Debentur secundò iure canonico, & pontificio. Ita docet Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, & Beia modò allegatus in fine §. 1. & Abbas in cap. *Decimas*, de decimis. & D. Thomas 2. 2. q. 88. a. 4. docet etiam Azor citatus q. 2. & communiter Doctores, & constat ex cap. *Decimas*, 16. q. 7. ibi. *Oportet congruentius nos decimas, & primitias, quas iure Sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere.* Constat etiam ex toto titulo de decimis, primitiis, & oblationibus, & in cap. *Reuertimini*, 16. q. 1. manifestè D. Hieron. testatur, decimas, & primitias deberi tanquam pauperum elemosynas: & id docet etiam Glossa communiter recepta in cap. *Decimas*, de decimis. ibi enim affirmat, primitias iure exigi, sicut etiam decimæ exiguntur.

2.  
Innocent.  
Hostiensis.  
Io. Andr.  
Abbas.  
D. Thom.  
Azor.

D. Hieron.

Si sumantur verò primitiæ pro congrua sustentatione Sacerdotum, iure etiam naturali debentur. Unde, sicut quota decimarum ex iure canonico, & non naturali debetur; absolute verò decimæ sumptuæ pro congruo alimento Sacerdotum de iure debentur naturali, non canonico, ut in materia de decimis diximus: ita etiam certa & taxata pars primitiarum ex iure tantum canonico, & etiam ex consuetudine debetur: quantum absolute de iure naturali primitiæ debeantur; si sumantur pro alimento Sacerdotum, & pro cultu & veneratione Dei: iuris enim naturalis est, ut aliquid ex primitiis in Dei honorem offeramus, licet non sit iuris naturalis dicere; quantum offeramus. Verum est tamen, quod ex primaria intentione; non offeruntur primitiæ Deo, tanquam cibi Sacerdotum, ad illos cibandos & alendos; sed ex consequenti & secundaria. Ex primaria enim offeruntur hodie, & offerebantur olim Deo in gratiarum actionem ad eum recognoscendum auctorem frugum & fructuum omnium naturalium, ut optimè animaduertit D. Thomas 2. 2. q. 88. a. 4. Azor tomo 1. lib. 7. cap. 38. q. 5. & sic primitiæ partim debentur ex iure canonico, partim ex iure naturali: ex iure canonico, quoad quotam; ex iure naturali, quatenus per illarum oblationem Deo præstitam ipsam Deum auctorem fructuum omnium naturalium recognoscimus & quatenus huiusmodi primitiæ in congruam sustentationem ministrorum Dei cedunt.

3.

D. Thom.  
Azor.

Quota autem, seu quantitas primitiarum, non erat olim determinata; quia soluebantur primitiæ per modum oblationis, de cuius natura est, quod quatenus offerenda sit voluntaria, & non determinatè taxata. Olim verò secundum D. Hieronymum, iuxta aliquod tempus, quota, & quantitas primitiarum soluebatur à populo ex arbitrio & annua taxatione Magistrorum legis, vel ex consuetudine: & quidam quidem solebant offerre pro primitiis quadragesimam partem suorum fructuum ultra decimam, alij sexagesimam, & qui plurimum dabant, quadra

4.

Y Y 3

CAPVT I.

Quo iure primitiæ debeantur; & in quo differant ab oblationibus, & decimis; & in qua quota, & quantitate soluenda sint.

SVMMARIVM.

- Quo iure debeantur primitiæ, & oblationes. n. 1. 2. 3.
- An quota primitiarum fuerit olim iure taxata, vel arbitrio offerentis commissa. num. 4.
- In quo differant primitiæ & decima, oblationes & primitiæ. num. 5.
- Quibus modis teneatur quis ad oblationes. num. 6. in uno num. 14. ad medium.
- Laici obligari possunt ratione consuetudinis ad oblationes. num. 7.
- Eriam si laici oblationes, ad quas tenentur; Sacerdotibus non offerant, non possunt Parochi eis negare spiritualia. num. 8.
- Valet consuetudo decennialis dandi Sacerdoti parochiali aliquid ex bonis defuncti, veluti vestem, aut lectulum. num. 9. & possunt ad id cogi heredes illius. ibid.
- De iure naturali debentur oblationes Parochis, quando indigent. num. 10. & 3.
- An Parochi pauperes sint, si habeant artificium, unde viuere possint. ibid.
- Quid, si sint diuites. num. 11.
- Quis debeat competenter alere Vicarium, si pauper sit, & redditus Ecclesiæ vberes. num. 12.
- Vtrum teneantur singuli parochiani omnibus diebus festis aliquid offerre suis Parochis, dum Missa adsunt. num. 13. refertur opinio affirmans.
- Asstruitur, & confirmatur negans. num. 14.

1. Debentur primitiæ primò quidem ex iure diuino positio: nam Exodi 23. dicitur: *Primitiæ*. P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.

quadragesimam offerrebant; qui verò minus, sexagesimam: intra quadragesimam verò & sexagesimam arbitrio offerentis, primitiæ soluebantur.

*Hofstiensis.* Dicitur D. Hieronymi asserti Hofstiensis, in cap. *Decimam*. de decimis, & Azor tomo 1. Inst. morali lib. 7. cap. 38. q. 4. Probabilis tamen est, ut notat idem Azor ibidem, & Innocentius in prædicto cap. *Decimam*. de decimis, quoniam primitiarum nunquam fuisse iure sancitam: quamobrem arbitrio offerentium relinquebatur, quicquid offerendum erat: unde, qui plurimum soluebant, quadragesimam partem fructuum Sacerdotibus pro primitiis ultra decimas offerrebant; qui minimum, sexagesimam; qui mediocriter, inter quadragesimam, & sexagesimam. Hodie verò apud nos in quantitate, & taxatione consuetudini loci standum est, ut docet Syluester verbo, *Decima*, num. 3. & Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 6. & Azor modò allegatus: nam in iure nihil determinatur de quota primitiarum.

5. Differunt primitiæ, & oblationes in eo, primò, quòd in iure, nomine oblationum, veniunt omnia, quæ Deo, & Ecclesie à piis, ac fidelibus Christianis offerantur, siue res sint immobiles, vt prædia, domus, vineæ, oppida; siue mobiles, vt animalia, fructus, pecunia, ornamenta, & similia. Nec refert, testamento legentur, an alio modo donentur, cap. *Qui oblationes*. cap. *Levici*. 13. q. 2. nam, cum aliquid homini donatur, dicitur donatio; cum verò Deo & Ecclesie donatur, dicitur oblatio in iure, vt optimè notat Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. c. 38. q. 9. Quoniam vsu & consuetudine sit receptum, vt solum oblationes specialiter dicantur illæ res, quæ inter Missarum solennia, ab his, qui Missæ sacrificio adsunt, altari offeruntur. Primitiæ verò dicuntur solum primi fructus ex agris collecti: & Deo ac Ecclesie in recognitionem dominij, quod Deus habet super omnes fructus terræ oblati. Differunt autem primitiæ à decimis: quia decimæ ex primaria intentione in congruam sustentationem Sacerdotum solvuntur; ex secundaria verò in cultum & venerationem Dei, quatenus honoratur Deus in suis Sacerdotibus: primitiæ autem ex primaria intentione offeruntur in cultum Dei, & gratiarum actionem, ad eum recognoscendum & laudandum, tanquam auctorem naturalem primorum fructuum; ex secundaria verò offeruntur in cibum Sacerdotum ministrorum Dei. Deinde, decimæ solvuntur tanquam merces laboris Parochorum, & tanquam debita sui ministerij stipendia; primitiæ verò offeruntur tanquam debitæ recognitiones, & laudum actiones propter novorum fructuum largitionem: & sic decimæ immediatè solvuntur Sacerdotibus ministris Dei; mediatè verò Deo: primitiæ immediatè offeruntur Deo; mediatè verò Sacerdotibus. Differunt denique decimæ & oblationes, quia nomine oblationum, vt dixi, intelliguntur omnia, quæ Deo & Ecclesie offeruntur, siue sint res mobiles, siue immobiles, siue testamento legentur, siue donentur in vita: at verò decimæ est tantum solutio certæ partis, ac quorundam fructuum annuatim perceptorum in congruum Parochorum alimentum, & sic oblationes sunt quædam donationes voluntariæ: at verò decimæ sunt quædam solutiones debiti. Differunt vltimò oblationes à sacrificio: quia oblatio latius patet, quam sacrificium; res enim, quæ sacrificari dicitur, offertur quidem, sed prius consecratur, & sic in ea sacrum aliquid offertur: at verò in oblationibus nihil sacrum offertur: non enim prius res sacrat, & deinde offertur. Omnes huiusmodi differentie sunt deductæ ex D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 4. ex Azorio tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 38. quæst. 9. ex Beia 1. part. responsum casuum conscient.

*D. Thom.*  
*Azor.*  
*Beia.*

casu 32. in fine 1. §. & ex aliis grauissimis Doctoribus.

Nemo autem tenetur ad villas oblationes, cum sint ex sua natura voluntariæ, nisi prius eas voverit: tunc enim ratione voti tenebitur quis ex virtute religionis eas solvete: & nisi sint necessariæ ad congruum alimentum Parochorum, quia tunc iure naturali debentur. Hinc Theologi, & Canonistæ illam excitant quæstionem, vtrum teneantur parochiani ex aliquo præcepto naturali & diuino, siue ex iure naturali & diuino, ad aliquas oblationes suis Parochis sibi spiritualia ministrantibus exhibendas: & resolutiue dicunt, omnes teneri quidem, si aliunde ex decimis congruam sustentationem non habeant, & ita indigent, vt non habeant, unde possint sibi necessaria ministrare: non teneri verò, nec cogendos esse laicos ad eas oblationes eis faciendas citra hanc indigentiam, nisi ratione consuetudinis. Ita docent ex Canonistis Couarruias lib. 1. var. resol. cap. 17. n. 3. Abbas in cap. *Causa*. de verbor. signif. idem post alios in rubrica de Parochis. Henricus in cap. *Quannis*. de decimis. Socinus in tractatu de oblat. lib. 3. quæst. 4. Romanus consil. 344. Turrecremata in cap. *Omnia Christianum*. de consecrat. distinct. 1. art. 1. Hofstiensis in Summa, tit. de parochiis, §. *In quibus*. vers. *In his*. & alij: ex Theologis D. Thom. 2. 2. quæst. 86. art. 1. & ibi Caietanus. & quæst. 100. art. 3. Sylu. verbo, *Decima*, quæst. 2. nam, quando indigent, & necessaria non habent ad congruam sustentationem, militat illa regula generalis, quam Christus Dominus Lucæ 10. tradidit: *Dignus est operarius cibo suo*. & illa D. Pauli: *Quis unquam suis stipendiis militauit?* 1. Corinth. 9.

Dixi *nisi ratione consuetudinis*: quia ex vi consuetudinis possunt cogi laici ad has oblationes faciendas, si in aliquibus locis receptus mos sit eas offerendi, vt optimè docet Couarr. num. præcedenti allegatus, & probatur ex cap. *Ad Apostolicam*. de simonia, vbi Doctores, & Bar tolus in l. *Præiudicia*. C. *de sacrosanctis Ecclesiis*. Abbas, Aretinus, & Felinus in cap. *Veniens*. 1. de testibus. Hippol. singul. 192. ex hoc annotantes sola diurna præstatione acquiri obligationem in fauorem Ecclesiarum, & piæ causæ, ad intellectum l. *Cum de in rem versa*. ff. *de usuris*. Et in hac pietatis causa, sufficit decem annorum consuetudo. Ita Couarr. dicto lib. 1. var. resolut. cap. 17. num. 3. Abbas in cap. *Suum*. de simonia. Rochus Curt. de consuet. folio paruo. 30. col. 1. Calfador. decis. 1. tit. de consuetud. Et idèd, vt asserit Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. de decimis, cap. 39. dub. 6. & Syluester verbo, *Decima*, num. 4. de consuetudine tenentur hodie ferè vbique fideles, saltem in aliquibus solennitatibus anni, inter solennia Missæ aliquas offerre oblatiunculas suis Parochis; quantitas tamen, vel qualitas oblationis, penes arbitrium offerentium est: & iam hodie ratione istius consuetudinis obligari possunt præcepto Superioris ecclesiastici & cogi possunt parochiani, etiam nolentes, ac repugnantes eas præstare. Quannis Angelus in Summa, verbo, *Oblatio*, & Rosella ibidem existimant, ad huiusmodi oblationes offerendas non posse cogi parochianos à Superioribus ecclesiasticis ratione consuetudinis, nec teneri illos ratione ipsius consuetudinis eas dare, ex eo fundamento: quia oblationes ex intrinseca natura & ratione sua sunt voluntariæ & liberæ; & idèd cogi nõ possunt homines ad illas ratione alicuius præcepti, aut consuetudinis. Verùm debile admodum fundamentum afferunt: quia adhuc manet liberum offerentibus, offerre quicquid voluerint, parum, vel multum, hoc, aut illud: quamobrem ratione consuetudinis possunt cogi, & obligari censuris parochiani ad aliquid offerendum in quantitate, qua voluerint, saltem

*Angelus.*  
*Rosella.*

tem in præcipuis solennitatibus anni iuxta prædictam consuetudinem.

Animaduertendum tamen est, non posse Presbyteros parochiales auctoritate negare parochianis ministeria spiritualia, etiam si illi cessent diu ab huiusmodi consuetis oblationibus: nam, etsi laici possint cogi, & de facto cogendi sint auctoritate Prælatorum censuris, & aliis pœnis, consuetas offerre oblationes; non tamen possunt ab eis subtrahi ministeria spiritualia, vt optimè notauit Couarr. lib. 1. var. cap. 17. num. 3. Ioannes Andreas, & Panormitanus in rubrica de parochiis. Lappus allegatione 67. col. 13. Henricus in cap. *Quannis*. de decimis. Socinus in tractat. de oblat. libello 3. quæst. 4. Turrecrem. post alios in cap. *Omnia Christianum*. de consecrat. dist. 1. art. 1. Felinus in cap. *Veniens*. 1. de testibus, & sic conitat, qualiter sit intelligenda Glossa in cap. *Sanctorum*. 10. quæst. 1. affirmans, laicos cogendos esse censuris auctoritate Prælatorum ad oblationes exhibendas, præstandaque ministris rerum spiritualium. Est enim id verum ratione consuetudinis, modò prius eis ministrantur spiritualia, & eis ob id non denegentur, ne videatur pretium temporalis oblationis dari pro spirituali ministerio.

Hinc etiam apud aliquas nationes consuetum est dari ex bonis defuncti Rectoribus parochialibus, qui animarum curam gerunt, vel lectum, vel vestem quandam, aliãve portionem rerum mobilium, aut immobilium, quam quidem ipsi parochiani, ratione prædictæ consuetudinis decem annorum, illis tenentur præstare, & ad id possunt cogi, & obligari per censuras auctoritate suorum Prælatorum, vt diximus de oblationibus. Ita docet Couarr. citatus dicto n. 3. post Hostiensem, Innocentium, & alios, quos ibidem citat: & affirmat ex Henrico, & aliis in cap. *Iacobus*. de simonia, iuxta hanc opinionem in Sede Apostolica litem decimam fuisse.

Diximus tamen supra in num. 6. de iure naturali, & diuino, teneri parochianos offerre oblationes præfatas suis parochialibus Presbyteris, quando ex decimis, aut aliunde non habent congruam & competentem sustentationem. Quod intelligendum est, vt optimè animaduertit Couarr. dicto lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 3. ad finem, etiam si ille Presbyter parochialis habeat aliquod particulare artificium, ex quo sibi victum comparare possit: quia non tenetur Parochus; qui laicis spiritualia ministrat ex officio, aliunde, quam ex decimis, & oblationibus illorum, quibus inseruit, se alere, & sibi victum quærere, etiam si optimus profectò alioquin sit artifex, possitque ex ea arte & industria alimenta comparare, quod præter Couarruiam signatè & animaduertenter tradunt Romanus consil. 344. Decius in cap. *Cum inter*. num. 26. de except. Hofstiensis in Summa, tit. *de parochiis*. vers. *In his*. (licet Abbas, & Felinus in dicto cap. *Veniens*. 1. de testibus, aliter senserint: ) dicitur enim ratio naturalis, Sacerdotes parochiales ex altari, hoc est, ex ouibus, quibus Sacramenta & spiritualia ministrant, alendos esse, iuxta illud D. Pauli: *Quis unquam suis stipendiis militauit?* 1. Corinth. 9. & iuxta illud Christi Domini Lucæ 10. *Dignus est operarius cibo suo*.

Imò nec illi etiam parochiani, qui ratione decennalis consuetudinis tenentur oblationes aliquas offerre suis Presbyteris parochialibus aliquoties in anno, inter Missarum solennia, se possunt excusare ab huiusmodi consuetudine, asserendo, Parochos esse admodum diuites: quia huiusmodi oblationes donantur illis propter consuetudinem, ratione ministerij spiritualis & officij, non ratione paupertatis, aut diuitiarum, quòd loquendo speciatim de de-

*Couarr.*  
*Ioan. And.*  
*Panorm.*  
*Lappus.*  
*Henric.*  
*Socinus.*  
*Turrecr.*  
*Felinus.*

*Couarr.*

*Couarr.*

*Couarr.*  
*Romanus.*  
*Decius.*  
*Hofstiensis.*

11.

omis optimè notauit Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 16. q. 9. fundatur enim huiusmodi consuetudo in ministerio spirituali, quod Parochi ex officio erga suos parochianos exercent, non in ratione personæ diuitis, aut pauperis: quoniam in persona pauperis fortior ratio & ius appareat; & ad eò fortis, vt sit de iure naturali, vt diximus.

Non potest tamen seclusa hac consuetudine, iuste, ac rationabiliter dici pauper ille Vicarius, qui officium, & munus sacerdotale exercet in aliqua parochia, nomine Abbatis, v. c. aut Presbyteri parochiani, qui, etsi ab lens sit, pingues tamen reditus ab Ecclesia, ex decimis, vel aliis prædiis, aut stipendiis iure Sacerdotis percipit, vt cogantur parochiani illum iure naturali alere competenter suis oblationibus non consuetis: nam tunc tenetur illum alere competenter ille Parochus, cuius nomine Ecclesie inseruit, & qui decimas, & alios ecclesiasticos reditus ex ea parochia accipit, vt optimè notauit idem Couarr. dicto libro 1. var. resol. cap. 17. num. 3. sine, & Sotus lib. 9. de iustit. & iure, q. 3. a. 1. quem vide, & alij passim.

Hic locum etiam habet illa quæstio satis vtilis & necessaria; vtrum, scilicet, de iure teneantur singuli parochiani Dominicis, & festis diebus aliquas oblatiunculas offerre suis Parochis, dum Missæ sacrificio adsunt: sunt enim nonnulli, qui asserunt eos iure diuino teneri, postituo quidem, non naturali, & iure etiam canonico, quod probant ex illo Exodi 16. quod Deus per Moysen populo dixit: *Non apparebis in conspectu meo vacuus*. & ex cap. *Omnia Christianum*. de consecrat. dist. 1. vbi Gregorius Papa huius nominis septimus ita ait: *Omnia Christianum procurret ad Missarum solennia Deo aliquid offerre, & ducere ad memoriam illius, quod Deus ad Moysen dixit: Non apparebis coram me vacuus*. Probant etiam ex cap. *Statusimus*. 61. quæst. 1. vbi sic habetur: *Statusimus, vt si quis ad oblationes Ecclesie, quas populus dare debet, non teneri contenderit, communionem priuetur*. Et cap. *Præter hoc*. distinct. 32. ita dixit Alexander II. *Præcipientes statusimus, vt decima, primitia, oblationes, seu viuorum, seu mortuorum, Ecclesie Dei fideliter reddantur*. Ex quibus colligunt nonnulli Doctores, posse parochianos auctoritate suorum Prælatorum censuris ecclesiasticis cogi, vt aliquid singulis diebus festis inter Missarum solennia offerant. Ita colligit Glossa in cap. *Omnia Christianum*. de consecrat. distinct. 1. & in cap. *Statusimus*. 16. quæst. 1. Hofstiensis in rubrica, *de parochiis*, §. 2. Lappus allegatione 58. num. 1. & 7. & non est improbabilis.

Dicendum tamen est cum communi sententia recepta inter Theologos, & iuris canonici Interpretes, nullo iure, nec diuino postituo, nec canonico teneri parochianos ad huiusmodi oblationes faciendas inter Missarum solennia singulis diebus festis, dum sacrificio Missæ adsunt; nec posse ex vi iuris, aut præcepti, ad id cogi, aut obligari censuris, vel aliis pœnis ecclesiasticis: teneri tamen ratione consuetudinis, si alicubi sit vsus, vt in diebus Dominicis, & festis aliquid offeratur, & ratione ipsius consuetudinis posse ad id obligari prædictis censuris ecclesiasticis auctoritate suorum Prælatorum impositis. Ita docet Azor tom. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 7. q. 11. & id latè probat. Gabriel super Canonem Missæ, lect. 6. & D. Anton. 3. p. tit. 12. cap. 11. Abbas, & Ancharran. in rubrica, *de parochiis*. Angelus, Syluester, & alij verbo, *Oblatio*. & D. Thomas 2. 2. quæst. 86. art. 1. & illius sequaces ibi: nam in prædicto loco optimè probat D. Thomas, neminem teneri offerre, nisi quatuor de causis. Primò, cum quis ratione census pensionis, aut conuentionis antefactæ, aliquid Ecclesie dare debet. Secundò, cum quis testamento, vel donatione inter viuos est obligatus.

12.

*Couarr.*  
*Sotus.*

13.

*Gloss.*  
*Hofstiensis.*  
*Lappus.*

14.

*Azor.*  
*Gabriel.*  
*D. Anton.*  
*Abbas*  
*Anchar.*  
*Angelus.*  
*Sylu.*  
*D. Thom.*



gatus. Tertio, cum Sacerdos indiget. Quarto, cum alicubi est consuetudine introductum, vt in diebus Dominicis, & festis aliquid offeratur. Et ideo quando iura citata statuunt, vt in communione priuentur illi, qui oblationes, quas debent, negare contenderint, seu vt excommunicentur; (perinde enim est, communionem fidelium aliquem priuare, atque excommunicare;) intelligenda sunt iura, modò aliquo ex prædictis quatuor modis à D. Thoma assignatis oblationes præferat debeantur: cap. verò, Omnis Christianus. consilium continet, non præceptum: sicut etiam consilium continent illa verba sacrae pagine: Non apparebis in conspectu meo vacuus. & si præceptum continent, erat tantum cæremoniale positum pro illa lege veteri, & cum illa expirauit. Alexander II. in cap. Præter hoc, allegatus, etiam loquitur de oblationibus, quæ aliquo ex prædictis quatuor modis relatis à D. Thoma debentur, & non de aliis.

CAPVT II. & vltimum.

Quibus personis primitiæ, & oblationes soluendæ sunt; & qui illas soluere teneantur. An laici possint ius acquirere in oblationibus: & quæ pena in eos, qui debitas oblationes, & primitiæ non soluant, iure sit statuta.

SVMMARIVM.

- Oblationes quibus solui debeant. num. 1. Cui cedant illarum proventus, cum sacella intra parochiam existentia sunt. ibid. An laici possint ius acquirere in oblationibus. num. 2. An oblationes secundum maiorem mensuram solui debeant, cum ex consuetudine soluantur. num. 3. Primitiæ cui parochia soluenda sint; illine, vbi existunt prædiæ; an illi, in quibus diuina audiuntur. num. 4. An Clerici, qui terras colunt, teneantur soluere primitiæ. num. 5. An soluenda sint ex toto acerno, an ex parte coloni tantum. num. 6. An oblationes, quæ ex consuetudine soluantur, voluntarie dici possint. num. 7. Quæ pena iure antiquo statuatur in eos, qui debitas oblationes negant, vel impediunt. num. 8. Quæ pena sit statuta in Concilio Tridentino. num. 9. An hac forma, Tandiu subiaceat excommunicationi, quoadvsque omnia soluat, importet excommunicationem ipso facto. ibid.

Oblationes, quæ iure debentur, Clerico Ecclesiæ, seu Parocho offerendæ sunt, & vtilitas, ac proventus illarum ad eum Parochum spectant, cui ius decimarum spectat: iure autem debentur huiusmodi oblationes quatuor de causis, vti diximus n. 14. capituli præcedentis, & docet D. Thomas 2.2. q. 86. a. 1. Prima est, ratione census, pensionis, aut conuentionis antea factæ. Secunda, ratione testamenti defuncti, cuius hæredes sumus: aut ratione donationis inter viuos, voti, aut promissionis. Tertia, ratione indigentia, ac paupertatis Sacerdotis parochialis. Quarta est, ratione consuetudinis. Hinc fit, vt si aliquid offeratur in certo sacello, aut eremitorio, quod situm sit intra parochiam, Presbytero parochiæ Rectori debeatur. Ita docent Abbas, & Antonius in cap. Pastoralis de his, quæ sunt à Prælatiis. docet etiam Azor tomo 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 38. q. 13.

Abbas. Anton. Azor.

Si verò quicquam offeratur imaginibus sitis in aliquibus sacellis, aut in adnexis alicuius parochiæ ex voto, existimat Petrus de Vbaldis tractatu, de canonica portione Episcopi. cap. 4. & Summa Angel. verbo, Ecclesia, num. 9. prouentum, dominium, & vtilitatem huius oblationis cedere Episcopo loci, quando sunt vota absolutæ Deo, vel imagini; & non intuitu Ecclesiæ parochialis: nam, si fiant intuitu Ecclesiæ parochialis, tunc quidem ad illius parochiam ea oblatio spectabit. Dicendum est tamen, semper spectare ad Parochum, intra cuius parochiam ea imago sita est, aut depicta. Ita docet Azor citatus. Sylu. verbo Decima, §. 2. R. osella verbo, Oblatio. Panoritanus in rubrica, de parochiis. & in cap. Pastoralis. de his, quæ sunt à Prælatiis. Ratio est: quia, siue votum fiat absolutè propter Deum, siue intuitu alicuius parochiæ, semper Ecclesia parochialis post diuisionem parochiarum fundatam habet suam actionem de iure communi super omnibus oblationibus factis intra districtum suum, & suarum adnexarum. Nec refert, quòd Episcopi cogant seruari huiusmodi vota, & non Rectores Ecclesiarum: quia id faciunt, vt Superiores, & Iudices. Nec etiam ratio Petri de Vbaldis multum conuenit: quia, licet votum & promissio fiat Deo absolutè & principaliter, ac proinde nulli parochiæ; id quidem est, quantum ad fundamentum deuotionis, non quantum ad oblationem, & munera, quæ offeruntur: alioquin etiam vota facta offerendi aliquid imagini intra aliquod priuilegiatum Monasterium collocatæ, essent Episcopi, & non Religiosorum, contra vsum & consuetudinem communem. Facit etiam pro hac opinione Glossa in l. Statu. ff. de usufructu. Similiter, si quid offertur Clerico priuato inferuenti in altari, vel rem diuinam facienti in aliqua parochia, de iure quidem Parocho Ecclesiæ debetur, non ipsi Clerico, nisi ei donetur tanquam sui laboris pretium, & stipendium. Ita docet Azor citatus, & consequenter debent docere omnes hinc allegati ex eo fundamento, quia Ecclesia parochialis habet intentionem & actionem fundatam super omnes oblationes, quæ sunt Sanctis & ministris Dei intuitu Sacerdotum illis seruientibus, intra terminum eiusdem parochiæ collocatis. Quæ etiam offeruntur à fidelibus Christianis in Monasteriis Religiosorum, & illorum sacellis intra certam parochiam constitutis, de iure quidem communi Rectori parochiæ debentur, nisi ex priuilegio Pontificis ipsi Religiosis attributa sint huiusmodi oblationes, & nisi contra Ecclesiæ Rectorem Religiosi ipsi præscripserint, vt notat Azor dicto tomo. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 38. quæst. 13. allegatus.

Nunquam verò laici ius acquirere possunt in oblationibus. Et ratio, ac fundamentum est: quia ius accipiendi oblationes, est ius sacrum & spirituale, sicut est spirituale ius accipiendi decimas & primitiæ: sed huiusmodi sæculares, & laici incapaces sunt accipiendi decimas nomine & iure proprio, vt latè probauimus c. 1. lib. 3. n. 30. cum multis, quos ibi allegauimus, & quos ibidem videre poteris: ergo, neque accipiendi oblationes. Et ita expressè docet Azor tomo 1. Inst. lib. 7. c. 38. q. 15. Rebuff. tractatu de decimis, q. 13. num. 64. & patet etiam ex cap. Hanc consuetudinem. 1. q. 1. vbi ita dicitur: Hanc consuetudinem, qua contra sanctam Ecclesiam Catholicam agere videtur, omninò inuadimus, vt nullo unquam tempore, aut modo, oblationes, quæ intra Ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo Sacerdotibus dentur. Et ideo laici, qui huiusmodi oblationes sua propria auctoritate volunt accipere, pœnam sacrilegij incurrunt, vt colligitur ex cap. Decimas. 16. quæst. 7. & latè probat Azor citatus.

Hic

P. de Vbald.

Azor. Sylu. Rosell. Panor.

Azor.

Azor.

Azor. Rebuff.

Hic verò dubiū oriri potest non vulgare, vtrum, scilicet, illi, qui votum emittunt de dandis, & offerendis singulis annis certis mensuris frumenti, aut vini cadis, teneantur soluere has oblationes iuxta mensuram maiorem, vel minorem nouam, aut veterem. Respondeo, teneri illos soluere huiusmodi oblationes secundum intentionem, qua se obligare voluerunt; si tamen absolutè promiserunt, & nihil cogitarunt de maiori, vel minori mensura, noua, aut veteri, dico, debere illos soluere secundum quam maluerint; nisi tamen votum sit eorum antecessorum: quia tunc tenentur soluere iuxta mensuram, qua illorum antecessores soluere solebant. Ita docet Syl. verbo, Votum, 2. q. 15. & Azor tomo 1. Inst. mor. lib. 11. c. 20. q. 1. & ita habetur expressè in cap. Ex parte. de censibus, vbi Gallæci votum emisserunt Archiepiscopo Compostellano in honorem D. Iacobi, soluendi certas frumenti mensuras singulis annis, & deinde tempore succedente eas solvebant iuxta mensuram minorem temporis presentis: qua de re querebatur Archiepiscopus, cui Summus Pontifex ita respondit: Cum non constet, in qua mensura antecessores illorum soluerint. videndum est, an omnes incola vnius pagi, iuxta vnam, eandemque mensuram soluerint, an iuxta diuersas: si iuxta vnam, eandemque mensuram cogendi sunt soluere: si iuxta diuersas, non compellendi sunt soluere in maiori; quoniam, cum huiusmodi vota ab initio fuerint gratuita, benignius sunt ab Ecclesia exigenda, ne Pastores Ecclesiæ, tanquam exaltatos, videantur in cruce temporalibus inhiare. Hæc ibi.

Hic affine dubium est alterum, an, scilicet, primitiæ soluendæ sint illi parochiæ, in qua est prædium, vel potius illi, in qua illa colens habitat, & Sacramenta recipit. Respondeo in primis, standum esse consuetudini loci. De iure tamen dico, soluendas esse primitiæ parochiæ, in qua prædiæ existunt. Ita docet Beia 1. p. respon. casuum cons. casu 22. §. His prænotatis. & Glossa in cap. Quæst. 16. q. 1. & 18. & vltra, & Petrus Antibolus tractatu de muneribus, quod habetur in Oceano iuris, col. 10. fol. 24. primò, quia primitiæ sunt onus prædiæ; non personæ: offeruntur enim Deo pro recognitione dominij naturalis, quod habet in omnes fructus terræ: ergo illi parochiæ sunt soluendæ, in qua prædiæ existunt, & non illi, in qua diuina audiuntur: vt enim decimæ personales comitantur personam & domicilium, & illi parochiæ soluantur, in qua diuina audiuntur, & Sacramenta recipiuntur, vt statuitur in c. Quæst. citato: ita prædiæ solui debent illi parochiæ, in qua prædiæ existunt. Quod autem primitiæ sint onus prædiæ, & non personæ, constat ex Oceano iuris, fol. 24. vbi ita dicitur: Primitiæ, & decimæ, quas præcipit Ecclesia, est munus impositum agris. Vnde euidenter probatur, primitiæ esse onus prædiæ, & non personæ ratione prædiij, seu possessionis, quemadmodum sunt collectæ, vulgò, sint: hæ enim onus sunt personæ ratione ipsorum prædiorum, & possessionis. Primitiæ autem absolutè sunt onus naturale prædiorum. Hæc ibi. Cõstat etiam ex sacra pagina Deut. 26. vbi Deus ad Moysen ita loquitur: Cum intraueris terram, & obtinueris eam, tolles de cunctis frugibus terræ primitiæ, & pones in cartallo, (hoc est, canistro,) & offeres Domino Deo tuo. & infra: Et circò offero primitiæ frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Secundo, quia, si primitiæ soluantur illi parochiæ, in qua dominus prædiorum habitat, & non illi, vbi prædiæ ipsa existunt, multum profectò laederetur illa parochia, in qua prædiæ sunt, vt pote quia ei non daretur illa portio, quæ de antiquo iure erat sua, contra id, quod statuitur cap. Si quis. 16. q. 1. & cap. Tua nobis. de decimis. Tertio, quia Episcopus non

Syluest. Azor.

Beia. Rebuff. Anibol.

1.

potest ex proprio libito, id, quod est vnius parochiæ alteri dare, inuito ipso Parocho, vt decernitur cap. Sine exceptione. 12. q. 1. ergo multò minùs poterit colonus primitiæ, quæ de iure, & consuetudine debentur illi parochiæ, in qua prædiæ existunt, alteri, in qua ipse habitabat, dare: priuilegium siquidè folius Papæ est, ab vno auferre, & alteri illas dare. c. Quæstus. 9. q. 3. & c. Frater noster. 16. q. 1. Posset autem colonus ab vno auferre, & alteri dare, si posset dare ad libitum primitiæ illi parochiæ, in qua habitat. Vltimò euidenter probatur, primitiæ esse onus prædiæ, & non personæ: quia illi, qui nihil arant, nec per se, nec per alios, & nihil seminant, nec vllos fructus colligunt, nullas soluunt primitiæ; primitiæ enim sunt primi fructus ex terra collecti: ergo primitiæ sunt onus prædiæ, non personæ; quia, alioqui, si essent onus personæ impositum personis, etiam illæ omnes personæ, quæ nihil seminant, nec fructus colligunt, ad illas tenerentur: si autem sunt onus prædiæ, iis profectò parochiis solui de iure debent, in quibus prædiæ existunt.

Hinc iam oritur alia quæstio, vtrum Clerici, qui terras colunt, teneantur soluere primitiæ: & sine dubio affirmatiuè respondendum est. Ita docet D. Thomas 2.2. q. 86. art. 4. & Emman. Rodriguez in Summa, verbo, Diez mos, c. 87. concl. 4. n. 5. Syl. verbo, Decima, n. 3. & idem tenet Nauar. rit. de decimis, conf. 3. in edit. 2. Innocentius, & Alexander statim citandi, & alij communiter, quos citat & sequitur Nauar. & probatur ex cap. Reuertimini. de decimis 16. q. 1. & ex cap. Præter hoc. dist. 32. æqualiter enim loquuntur de decimis, & de primitiis. Vnde, cum nos supra probauerimus, Clericos teneri ad decimas, consequenter etiam dicendum est, eos teneri etiam ad primitiæ, & c. 1. 16. q. 7. dicitur, primitiæ deberi ab omni populo: & idem habetur in c. Tua nobis. de decimis. & idem docent etiam Innocentius, & Alexander, in c. Decimam. de decimis, vbi Glossa communiter recepta ait, Primitiæ iure exiguntur decimæ exiguntur, ergo, qui decimas soluit, de suis terris tenetur etiam soluere primitiæ: & quemadmodum decimæ debentur ratione terrarum, & non personarum; ita etiam primitiæ ratione terrarum debentur: sed Clerici debent decimas de terris, quas colunt: ergo primitiæ. Probat ad hæc: quia, teste D. Thom. 2.2. q. 86. art. 4. primitiæ debentur, partim iure naturali, quatenus per illas Deum recognoscimus auctorem fructuum omnium, & quatenus spectant ad congruam Sacerdotum sustentationem; partim iure canonico, & consuetudine approbata, quoad taxationem, & quoram illarum: ergo omnes, qui terras colunt, debent soluere primitiæ, vt Deum auctorem frugum, ac fructuum recognoscant.

Adnectamus hinc & aliud dubium, an, scilicet, primitiæ soluendæ sint ex tota fructuum congerie, an solùm ex parte, quæ colono contigit post diuisionem fructuum cum patrono. Respondeo in primis, in hoc negotio standum esse consuetudini loci, vt habetur cap. 1. de decimis, & Extra. de decimis, cap. Ad Apostolicam. vel pacto, si quod fortè initum fuit inter colonum, & patronum. Seclusa autem consuetudine, & pacto, si loquamur de iure, dico, soluendas esse primitiæ ex integris fructibus, quemadmodum diximus de decimis: si verò non soluantur ex integris fructibus terræ, tunc tenetur colonus ex sua parte soluere, & patronus ex sua, vt docet Beia 1. p. casu 52. §. Sed an primitiæ, quia tam patronum, quam colonus tenentur iure naturali recognoscere Deum auctorem fructuum pro sua parte.

Tandem quereret aliquis, an, vbi oblationes ex consuetudine soluantur, voluntarie sint, an potius necessariò

5.

D. Thom. Rodrig. Sylu. Nauar. Innoc. Alexand.

D. Thom.

6.

Beia.

7.

*Angel.* necessariò præstandæ? Certè Angelus verbo, Oblatio, num. 1. existimat, oblationes ex natura sua esse voluntarias, quando certa quantitas rei offerendæ ex voto, aut pacto, aut promissione, non determinatur: Syluester verò verbo, Decima, q. 2. existimat eas esse necessariò soluendas: & id probat, etiam *Azor.* Azor tomo 1. Instit. moral. c. 38. q. 12. Fundamentum Syluestri est: quia consuetudo vim habet legis: quæ autem ex vi legis soluntur, ex obligatione soluntur, non voluntariè. Dicendum tamen est, absolutè loquendo, esse obligatorias, & non voluntarias; quantitatem tamen, & qualitatem illarum esse voluntariam, & penes arbitrium offerentium: & sic uterque Summissa ad concordiam reuocatur. Contrarium tamen dicendum est, quando oblatio fit studio pietatis, ex voto, aut ex consuetudine præscripta, semper eodem tenore & modo, certum quid offerendo: quia tunc non erit ea oblatio simpliciter voluntaria, quanuis ab initio voluntaria fuerit & gratiosa; sed erit quidem necessaria & obligatoria. Hinc fit, vt si certa res publica soleat ex vi consuetudinis quorannis aliqui Ecclesiæ in certa quantitate, & qualitate offerre; id quidem mutari, abrogari, tolli, aut alterari eiusdem reipublicæ statuto non possit, vt optimè docet Panorm. in cap. Abolenda de sepulchris, ex sententia Bartoli in l. Præmissa C. de sacrosanctis Ecclesiis. Et ratio esse potest: quia laici, ac seculares in causis, aut rebus piis nullum ius, aut auctoritatem habent.

*Panorm. Bartol.*


8. Restat videre, quæ pœna in eos qui debitas oblationes non solunt, sit iure statuta. Omnes quidem pœnæ ad excommunicationis censuram ferendam, & ad eiectionem ab Ecclesia propter sacrilegium commissum, reducuntur. Nam in cap. Qui oblationes, 13. q. 11. ita dicitur: *Qui oblationes defunctorum, aut Ecclesiis negant, aut difficulter reddunt, tanquam egenitiam necatores excommunicentur.* & in cap. sequenti: *Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis iradere demorantur, vt infideles ab Ecclesia sunt abiiciendi.* & in cap. Clerici, eadem causa, & quæstione, ita statuitur: *Clerici, vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatorum, aut testamentis relictas retinere persistunt, aut ipsi, quod donauerint Ecclesiis, vel Mona-*

*steriis crediderint auferendum, sicut sancta Synodus constituit, veluti necatores pauperum, quousque reddant, ab Ecclesiis excludantur.* Quibus locis adnotandum est primò, hanc excommunicationem non esse ipso facto latam, sed ferendam. Adnotandum est secundò cum Glossa ibidem, præcitata iura locum habere tantummodo in oblationibus iure debitis, non gratuitis, & voluntariis: quæ autem sint oblationes iure debite, diximus in hoc cap. num. 1. initio.

In Concilio autem Tridentino sess. 22. de reformatione. cap. 11. ita habetur: *Si quis Clericorum, aut laicorum, &c. iurisdictiones, bona, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum & pauperum necessitates conuertere debent, per se, vel per alios, vi, aut timore incusso, quacunque arte, vel quasto colore, in proprios vsus conuertere, illasque usurpare presumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur; is anathemati tandiu subiaceat, quandiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, Ecclesie, eiusque administratori, sine beneficiato integre restituerit, ac deinde à Summo Pontifice absolutionem obtinuerit.* Hæc ibi. Hoc tamen locum non habet, quando Clericus beneficiatus cædit arbores frugiferas; vt eandem vendat, vel sibi assumat; habet tamen locum in aliis extraneis, si arbores cædant, & vendant, aut eas sibi retineant, quanuis hæc non faciant animo inferendi iniuriam, sed tantum animo & voluntate furandi, vt optimè declarat Illustrissimorum Cardinalium Congregatio ad hunc locum. Hæc autem excommunicatio Concilij Tridentini videtur esse ipso facto & lata sententia, non ferendæ: dicit enim Concilium. *Tandiu subiaceat excommunicationi, quod perinde est, ac dicere, tandiu sit excommunicatus; quæ verba excommunicationem ipso facto important. Et quòd ibi contineatur pœna excommunicationis ipso facto, egregiè probat, ac docet Azor: tomo 1. Instit. moral. lib. 5. c. 9. vers. Quarta regula, vbi addit, id verum esse, siue illa verba, subiaceat excommunicationi, tradantur per modum Imperatini, siue per modum temporis futuri Optatiui, aut præsentis Subiunctiui modi: quem omninò vide ad hunc locum.*

F I N I S.

INDEX



# INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Littera p, præceptum: l, librum. c, caput: n, numerum indicat.

A

*Abraham.*



**A**BRAM soluit decimas Melchisedechi Sacerdoti Dei omnium rerum, quæ ex hoste tulerat. p. 1. l. 3. cap. 1. num. 3.

*Aborsus.*

Procuratio, auxilium, vel consilium aborsus potest referuari in Religionibus. p. 2. l. 8. c. 7. n. 16.

Si non referatur nisi secuto effectu, an tunc peccatum referuatum habeat ille, qui procurauit aborsum, & statim aute effectum securum plenè confessus est, & post confessionem fuit secutus effectus. ibid. n. 17. 18. & 19.

*Abstinencia, Abstinere.*

Abstinencia carniū est de essentia ieiunij. p. 4. l. 1. c. 2. n. 2.

An illi, qui non tenentur ieiunare in diebus ieiunij Quadragesimæ, teneantur abstinere à carniibus. ibid. 2. n. 15.

Quid, si sint adulti, & nondum 21. annum attigerint. ibid. n. 16.

*Absoluere, Absolutio, vide Parochum, Sacerdotem, Episcopum.*

An Sacerdos audita confessione teneatur absoluere poenitentem, si non adest impedimentum. p. 2. l. 2. c. 9. n. 1.

Absolutionis forma qualis. ibid. n. 2.

Quibus verbis consistat essentia absolutionis. ibid. à n. 3. & seqq.

An valeat absolutio, si detur per modum deprecationis. ibid. n. 7. & 8.

An per modum imperatiui dicendo: Absoluatur Petrus, vel seruus Christi. ibid. n. 9.

Quid de his formis, *Iubeo hunc absolui. Volo hunc absolui.* ibid. n. 10.

Absolutio an dari possit ante iniunctam poenitentiam. ibid. n. 14.

An mortale sit præterire ea verba in forma absolutionis: *Miserere tui, &c.* ibid. n. 15.

Quid de illis: *Dominus noster Iesus Christus te absoluat, &c.* ibid. n. 16.

Quid, si voluntariè omittantur illa, à peccatis tuis. ibid. n. 17. 18. 19.

An inuocatio Trinitatis sit de essentia absolutionis. ibid. n. 20. & 21.

Quid de voluntaria omissione illorum verborum, *Passio Domini nostri Iesu Christi, &c.* ibidem, num. 22.

An absolutio licitè, & validè dari possit absenti. p. 2. l. 2. c. 10. n. 4. & seqq.

Absolutio ministerialiter datur per Sacerdotes, & Deus principaliter absoluit per illos. ibid. n. 12.

Ab illorum sententia & absolutione nemo appellare potest, quia est simul absolutio hominum, & absolutio Dei per homines ad id specialiter deputatos. ibid.

Absolutio an danda sit aperto capite. ibid. n. 14.

Quis si effectus formæ absolutionis, & propria significatio verborum illius. p. 2. l. 2. cap. 1. à n. 1. & deinceps.

Forma absolutionis an dari possit per nutus; & signa externa. p. 2. l. 3. c. 1. n. 7.

An sit absolendus ille, qui sensu caret, si antea confessorum petiit. ibid. n. 16.

Quis possit absoluere à casibus referuatis in Bulla Cœnæ, & à peccato hæresis externæ occultæ. p. 2. l. 8. c. 8. per totum.

Quæ sit hæresis occulta, & peccatum illius occultum. ibid. n. 30.

An sit occultum, si notum sit quinque, vel sex. ibid.

An Episcopi possint absoluere ab hæresi externa occulta. ibid. n. 31. & 32.

An Confessarij virtute Iubilæi. ibid. n. 37.

Quis possit absoluere ab hæresi purè mentali. ibid. num. 42.

Absolutio ab excommunicatione an sit peccatum referuatum. p. 2. l. 8. c. 2. n. 6.

An absolendus sit ille, qui crimen in confessione negat, quod extra confessionem scitur, publicè, vel occultè. p. 2. l. 6. c. 4. n. 37. & 38.

*Accipiens, Accipere.*

Accipiens aliquid à Religioso ob illicitos vsus, tenetur illud Monasterio restituere. p. 2. l. 8. cap. 6. n. 16.

Quid, si iam non extet. ibid.

Quid, si bona fide accipit, & bona fide consumpsit. ibid.

Qui rem accipit, vt alteri daret, & iniquè distulit, ad duplicem restitutionem tenetur, si mandans interim moriatur, alteram hære dibus mandantis, alteram mandatario p. 1. l. 3. c. 10. n. 1.

*Actus.*

Actus formalis amoris Dei super omnia continet eminenter contritionem, & est sufficiens dispositio ad gratiam primam. p. 2. l. 2. c. 3. n. 11.

In actu contritionis semper includitur in statu legis gratiæ propositum virtuale confessionis inclusum in ipsa fuga: & detestatione peccati. ibid. num. 14.

Quomodo

# INDEX RERVM,

Quomodo fiant actus contritionis, & attritionis. *ibid.* n. 15.

Assignantur differentia inter actus contritionis & attritionis. p. 2. l. 2. à n. 2. vsque ad 4.

Actus venerei antecedentes, & subsequentes peccatum copulæ, an necessariò sint confitendi. p. 2. l. 3. c. 4. n. 12. & 14.

Bonitas, vel malitia actus vnde sumatur. *ibidem*, num. 8.

*Actus iudiciales*, Vide *Opus, Placitum, Citationem, Sententiam, Iuramentum, Testes*.

Actus iudiciales, & examinatio testium an fieri possint extra locum Iudicis in festo die; & an in die non festo. p. 1. l. 1. c. 13. 10.

An liciti, & validi sint, si fiant in die festo. *ibid.* c. 13. n. 17. & cap. 14. n. 18.

Acta, seu processus iudiciales quid sint. p. 2. l. 8. c. 7. n. 14. & 15.

*Aduena*. Vide *Peregrinum*.

Aduena an ad ieiunia locorum, ad quæ accedunt, animo ibi manendi, teneantur. p. 4. lib. 1. cap. 7. num. 5.

Quid, si aduena ad locum accedant, ubi per duos tantum, vel tres dies, commorentur. *ibid.* num. 9. & 10.

Aduena, & peregrini possunt ex obligatione præcepti Ecclesiæ Eucharistiam accipere in Ecclesiis Mendicantium. p. 3. l. 1. c. 5. n. 10.

An teneantur ad dies festos loci, ad quem accedunt. Vide *Peregrinum*.

*Adoratio*.

Qua adoratione sit adorandus sanguis, & caro, in speciebus consecratis apparens. p. 3. lib. 5. cap. 7. num. 9.

*Adulterium*, vide *Circumstantiam confessionis*.

Circumstantia adulterij necessariò est confitenda. p. 2. l. 4. c. 3. n. 2.

Mutat speciem peccati. *ibid.*

An adulterium committat ille, qui ad sponsam de futuro alterius accedit. p. 2. l. 4. c. 3. n. 21.

*Advocatus*.

Aduocati an ex suis stipendiis & lucris decimas de iure debeant. p. 5. l. 1. c. 2. n. 10.

Potest aduocatus informare Iudices scripto, & ad id studere in diebus festis. p. 1. l. 1. c. 13. n. 25.

*Ædificare*.

Ædificare domos, agros colere, & similia opera feruilia efficere in diebus festis propter Monasteria, aut Ecclesiis pauperum, an sit licitum. p. 1. l. 1. c. 14. n. 6.

*Ætas*.

In qua ætate teneantur pueri confiteri, & communicare ex præcepto Ecclesiæ. p. 3. l. 1. cap. 5. num. 19. & 20.

Ætas minor 21. anno expleto excusat à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. cap. 8. n. 2.

An teneantur, si non ad omnia Ecclesiæ ieiunia, saltem ad aliqua habentes minorem ætatem 21. anno. *ibid.* n. 4.

An minores 21. anno teneantur ieiunare ratione Iubilæi consequendi. *ibid.* n. 5.

In qua ætate senes à ieiunio excusentur. p. 4. l. 1. c. 8. n. 9. & 10.

In qua ætate feminæ excusentur. *ibid.* n. 11.

In qua ætate obligetur Christiani ad audiendum Sacrum. p. 1. l. 2. c. 2. n. 6. & 7.

*Ægruus*. Vide *Infirmum*.

Ægroti excusantur à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. cap. 8. num. 13.

Quid, quando de ægritudine dubitatur. *ibid.*

An possint licitè ægroti communicare sub sola specie calicis, si speciem panis deglutire non possint. p. 3. l. 3. c. 4. n. 20.

*Ægyptianæ*.

Ægyptianis manus ostendere an sit peccatum mortale. p. 2. lib. 8. c. 4. n. 15.

*Agnus Dei*.

Agnos Dei an liceat laicis tangere. p. 1. lib. 1. cap. 4. n. 24.

An licitum sit illos emere, & vendere. *ibid.* n. 26.

An pingere, & illuminare, & an qui pingunt, & illuminant: excommunicationem iuris ipso facto incurrant. *ibid.* n. 25.

An iure prohibetur sit in figura agni, Christum depingere. p. 3. l. 1. c. 4. n. 13.

*Agazones*.

Agazones an excusentur à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 8. n. 17.

*Agens*.

Agens naturale non destruit vnã rem, nisi inducendo aliam. p. 3. l. 5. c. 2. n. 6.

*Agricola*.

Agricolæ, qui tempore messis, vel Sementis, propter iniurias temporis laborant diebus festis, à peccato excusantur. p. 1. l. 1. c. 14. n. 11.

*Alienatio*.

In alienatione rerum minoris non possunt Iudices validè decretum dare in diebus festis, aut feriatis. p. 1. l. 1. c. 12. n. 13.

*Altare*.

In altari, in quo Episcopus Missam cantauit, non potest Sacerdos eo die celebrare, nisi de licentia Episcopi. p. 1. l. 3. c. 22. n. 5.

Ornare altaria diebus festis non est peccatum mortale, & si de industria id ad diem festum referretur, veniale tantum est. p. 1. l. 1. c. 14. num. 14. vers. *Alia sunt*.

Iustus celebrare in tali altari, & loco, siue priuilegiato, siue non priuilegiato, & de tali Sancto, vel Sancta, an possit in alio celebrare, & de alio Sancto. p. 1. l. 3. c. 9. n. 7.

Altare portabile est petra aræ. p. 1. lib. 3. cap. 22. num. 14.

A quo debeat consecrari, & an in fracta possit consecrari, vide *Petram aræ*.

Altare fixum quomodo ornatum esse debeat, vt in eo Missa celebrari possit, & an mortalis culpa sit celebrare in illo sine aliquo requisito, & quali. p. 1. l. 3. c. 22. à n. 10. & seqq.

Religiosi Societatis IESV habent priuilegium ad celebrandum in altari portabili in suis missionibus. p. 1. l. 3. c. 13. n. 17.

*Aluearia*.

De aluearibus, cui parochiæ soluendæ sint decimæ, & quo tempore. p. 5. l. 1. c. 5. n. 13. & 14.

*Angelus*.

Angeli non sunt ministri Eucharistiæ, nisi ex priuilegio: scapè illam ministrarunt Sanctis, & quibus. p. 3. l. 3. c. 1. n. 14.

*Anima*.

Anima rationalis quare dicatur calefieri, vel tristiari, calefacto, vel afflicto corpore. p. 3. l. 5. c. 6. num. 8.

Anima Trajani an fuerit ab Inferis extracta, & gloriam afflicta orationibus & sacrificiis D. Gregorij. p. 1. l. 3. c. 11. à n. 16. vsque ad 21.

*Annus*.

Quo mense incipat annus apud Hebræos. p. 3. l. 2. c. 2. n. 11.

*Annihilatio*.

Quid sit annihilatio. p. 3. lib. 5. cap. 2. num. 4. vers. *Et idè*.

Solum substantiæ per se subsistentes, quæ possunt creari, possunt annihilari. *ibid.* n. 5.

Substantia panis in Sacramento Eucharistiæ non annihilatur. *ibid.* n. 7.

*Annus*

# ET VERBORVM.

*Annuntiatio B. Virginis*.

In die festi Annuntiationis B. Virginis an teneatur Missam audire, si incidat in sextam feriam Parasceues. p. 1. l. 3. c. 4. n. 3.

Resoluitur. n. 17. 18. 19.

*Apparitiones Eucharisticæ*.

Apparitiones, quæ fiunt in Eucharistia, quomodo cognoscantur esse à Deo, vel à Dæmone. p. 3. l. 5. c. 7. n. 2. & 3.

Fieri possunt, vel per mutationem obiecti, vel per mutationem specierum in visua potentia. *ibid.* num. 5.

Quomodo scire debeamus, vtro modo fiant. *ibid.* num. 5. & 6.

Quando fiunt per solam mutationem specierum in visua potentia, manet corpus, & sanguis Christi sacramentaliter in illis. *ibid.* n. 8.

Quid si maior portio carnis, aut maior copia sanguinis ibi appareat, quàm antea erat vini, & panis. *ibid.* n. 10.

An in his apparitionibus vera Christi caro, & sanguis in propria specie appareat. *ibid.* n. 11.

An caro & sanguis humanus. *ibid.* n. 12.

Qua adoratione sit adoranda caro, & sanguis ibi apparens. *ibid.* n. 9.

An, quando huiusmodi apparitiones in hostia consecrata in sacrificio Missæ apparent, debeat Missa de nouo incipi; & quid, si ante consecrationem appareant. *ibid.* n. 15.

An tunc consumi debeant species sacramentales. *ibid.* n. 14.

*Appellatio, Appellare*.

Appellatio in iudicio potest Iudici in die feriato, vtroque feriarum genere. p. 1. l. 1. c. 13. n. 24.

Appellatio ad Superiores in rebus grauib; est de iure naturali. p. 2. l. 3. c. 5. n. 13.

Appellatio vel verbis, vel facto fit; fit facto, quando Religiosus ad sanctitiam Superioris localis Superiorem adit personaliter. *ibid.*

In Religione D. Dominici vsus appellandi ad Superiorem, etiam in rebus grauib;, interdictus est & omnes, cum professionem faciunt, huic iuri renuntiant. *ibid.* n. 14.

An Religiosus, qui facto ad Superiorem appellat, personaliter illum adiens, possit comprehendere ab Ordinario, per cuius territorium transit, tanquam fugitiuus. *ibid.* n. 13.

*Apostata, vide Apostasiam*.

Qui recedit à religione animo non reuertendi ad illam, Apostata de iure est, etiam si habitum non dimittat. p. 2. l. 8. c. 5. n. 15.

Quid de illo, qui ab vna Religione fugit animo illam deserendi, habitum alterius statim induens, vt in ea permaneat. *ibid.* n. 20.

Quod discrimen sit inter Apostatam, eiectum, & fugitiuum. *ibid.* n. 21. & n. 15.

Omnis Apostata est fugitiuus; non tamen omnis fugitiuus, est Apostata. *ibid.* n. 15.

Apostata an sint ipso iure excommunicati, etiam si habitum non dimittant. *ibid.* n. 15.

An sint ipso iure suspensi, si in apostasia sacris ordinentur. *ibid.* n. 18. & 19.

*Apostasia*.

Apostasia à Religione est calus referuatus in Religionibus. p. 2. l. 8. c. 5. n. 1.

Apostasia inuenitur solum in Professis, non in Nouitiis. *ibid.* n. 2.

An de iure communi sit ille Religiosus Apostata, qui à Religione fugit animo non deserendi, sed reuertendi ad Religionem, si habitum non dimittat. *ibid.* vers. *Quamuis aliq.*

*Apostoli*.

Apostoli post obitum Christi mutarunt obseruatiõnem Sabbathi in diem Dominicam. p. 1. l. 1. c. 1. n. 6.

Apostoli à quo potestatem acceperint. p. 2. l. 7. c. 1. num. 23.

*Approbatio, Approbare, Approbatus*.

De approbatione Religiosorum, vide *Religiosum*.

Quid sit approbatio Episcopi ad audiendas confessiones. p. 1. l. 7. c. 2. n. 49.

Non requiritur approbatio Episcopi in Sacerdote seculari, vt audiat confessiones Regularium, vel Monialium. p. 2. l. 7. c. 2. n. 3.

Superior Regularium potest constituere pro Confessario suorum subditorum Sacerdotem secularem non approbatum. *ibid.* n. 4.

Approbatio Episcopi requiritur in Sacerdote, siue seculari, siue regulari, ad audiendas confessiones seculares, etiam Sacerdotum. *ibid.* n. 6.

Sine hac approbatione nullus Sacerdos, quamuis regularis, nec licitè, nec validè potest confessiones seculares audire. *ibid.* n. 7.

Sacerdos secularis approbatus limitatè pro vno oppido, vel parochia, an sit virtute Iubilæi, vel priuilegij vbique eligibilis. p. 2. l. 7. c. 2. à n. 18. & 19. vsque ad 22.

Quid si sit limitatè approbatus ad viros, non ad feminas, vel è contra. *ibid.* n. 45.

Approbatio an expiret mortuo, vel amoto ab officio, vel censurato Episcopo illam concedente. p. 2. l. 7. c. 2. n. 34.

Religiosus semel approbatus an possit reprobari absque causa ab eodem Episcopo illum approbante. *ibid.* n. 24. & 25. & 26.

Quid cum causa cognita, & approbata. *ibid.* n. 26.

Quæ causæ sufficiant. *ibid.*

Quid de nouo Episcopo. *ibid.* n. 30.

An approbatus ratione parochialis beneficii sit ab omnibus intra eandem diocesim eligibilis virtute Iubilæi. p. 2. l. 7. c. 2. n. 35.

An sit vbique terrarum ab omnibus eligibilis. *ibid.* num. 36.

An necessè sit, quòd actu habeat beneficium. *ibid.* num. 38.

Quid intelligatur nomine parochialis beneficii. *ibid.* n. 41.

An parochiale beneficium habentes possint committere suas oues Clericis non approbatis, vt illas audiant à confessionibus. *ibid.* n. 42. & 43. & 94. ad finem.

An hæc approbatio dari, & peti possit ab Episcopo electo non confirmato. p. 2. l. 7. c. 2. n. 47.

An ab Episcopo electo iam confirmato, non tamen consecrato. *ibid.*

An ab Episcopo excommunicato non tolerato. *ibid.* n. 48. & 49.

An peccet Episcopus non toleratus hanc approbationem concedens. *ibid.* n. 53.

An possit hæc approbatio dari à Capitulo; Sede vacante. *ibid.* n. 54.

An à Prælatis exemptis habentibus quasi episcopalem dignitatem. *ibid.* n. 55.

An dari possit à Generalibus, & Prouincialibus Regularium suis Religiosis, ad audiendas confessiones seculares. *ibid.* n. 57.

An sufficiat approbatio petita, & non obtenta, si Clericis seculares à suis Episcopis iniuste negentur. *ibid.* n. 58. & 59.

An sit necesse, vt habeatur in scriptis. *ibid.* n. 60.

An semel data Sacerdotibus seculares ab iisdem possit auferri, quandiu durat tempus illius. *ibid.* n. 61. 62. 63. 64. 65.

An hæc approbatio sit valida, si obtineatur pecunia. *ibid.* n. 66.

An Doctores, & Laureati in Theologia, & iure canonico,



canonico, hac approbatione indigeant. ibidem, n.67.68.69.  
 An illam possint dare Episcopi nullo examine præcedente. ibid. n.70.  
 An sufficiat approbatio tacita, quæ habeatur ex rati habitatione de præsentibus. n.71. & 72.  
 An sufficiat, quod communiter reputetur Sacerdos approbatus, cum tamen non sit. numer. 73. 74. 75.  
 An Episcopi possint ex Sacerdotibus sibi subditis aliquem non approbatum eligere in suum Confessarium. p. 2. l. 7. c. 2. n. 78.  
 Quid, si sit non subditus & ex diuersa diocesi. ibid. num. 79.  
 An possit Episcopus approbare Sacerdotem sibi non subditum ad confitendas suas oues. ibid. num. 80.  
 Approbatio data ab Episcopo Sacerdoti sibi non subdito, tandiu durat ex parte Sacerdotis, quandiu durat aliqua subiectio illius ad Episcopum. ibid. n. 81.  
 An Episcopus possit dare suo subdito facultatem eligendi in Confessarium ex Sacerdotibus suis subditis non approbatis, quem voluerit. numero 83. & 84.  
 Cuius Episcopi approbatio requiratur. à numer. 88. vsque ad 92.  
 An Sacerdotes possint confiteri aliis Sacerdotibus non approbatis. ibid. n. 94.  
 An idem sit, aliquem Sacerdotem approbare, atque ei iurisdictionem dare. p. 2. lib. 7. c. 3. num. 1. & 4.  
 An idem sit approbare aliquem ad ministranda Sacramenta, atque illum approbare ad confessiones audiendas. ibid. n. 6.  
 Quando Episcopus ponit in sua approbatione, *Saluo iure Parochorum*, Sacerdos sic approbatus non potest de iure audire confessiones in Quadragesima repugnantibus Parochis. ibid. n. 8.  
 Secus de consuetudine. ibid.  
 Approbatus in hac diocesi potest audire confessiones hominis ipsius diocesis in alia, si ibi ambobus fuerit. ibid. n. 12.  
 Quando Papa, vel Episcopus dat facultatem nominatim alicui Sacerdoti ad audiendas confessiones, illum approbare censetur. ibid. n. 15.  
*Aqua.*  
 Aqua benedicta ex opere operato venialia dimittit. p. 1. l. 4. c. 4. n. 7. & p. 2. l. 2. c. 1. n. 11.  
 An admistio aquæ cum vino sit de necessitate sacrificij Missæ. p. 3. l. 2. c. 4. à n. 1. vsque ad 6.  
 Quid, si contingat tempore consecrationis nodum esse aquam in vinum conuersam. ibid. n. 7.  
 Aquæ mistio est solum de præcepto humano, non diuino. ibid. n. 11.  
 A quo fuerit hoc præceptum impositum. ibid. n. 12.  
 In qua quantitate miscenda sit. ibid. n. 14. & 15.  
 Quis debeat illam in calicem infundere in solennibus Missis. ibid. n. 16.  
 An necessaria sit in sacrificio Missæ. p. 1. lib. 3. c. 22. num. 22.  
 Quæ sumptio aquæ, & cibi impediatur communio nem; & quid de aqua per modum saluæ, & de cibis inter dentes manentibus. præc. 3. l. 3. cap. 8. n. 12. & 13.  
*Aragonia.*  
 Rex Aragoniæ linguam Episcopo Gerundensi extraxit, eod quod confessioem suam reuelauerit. p. 2. l. 6. c. 7. n. 1.  
*Arbiter, Arbitrator.*  
 Quæ distinctio sit inter Iudicem arbitrum, & arbitratorem; & qui sint tales Iudices. p. 1. lib. 1. c. 13. num. 26. & 27.

An licitè & validè exercere possint suum munus in die festo. ibid. n. 27.  
 Iudex arbiter an possit eligi in diebus festis. ibid. num. 26.  
*Artifex, Artifices.*  
 Artifices an à ieiunio excusentur, & qui nomine artificis in iure intelligantur. p. 4. l. 1. c. 8. n. 15.  
 Quid de factoribus, furoribus & sculptoribus, & aurificibus. ibid. n. 16.  
 Si artifices vna hora laborent, vno, vel altero die festo, non peccant mortaliter. p. 1. l. 1. c. 14. n. 2.  
 Quid, si continuatim omnibus diebus festis id efficiant. ibid. n. 3.  
 An licitum illis sit laborare diebus festis, vt elemosynas efficiant, & an votum de ea re obliget. p. 1. l. 1. c. 14. n. 19.  
*Articulus mortis.*  
 In articulo mortis potest homo non ieiunus communicare. p. 3. l. 3. c. 5. n. 19.  
 An etiam in articulo mortis violentæ, auctoritate iustitiæ inflictæ. ibid. n. 21.  
 An tunc possit homo vngi. ibid.  
 Quid per mortis articulum intelligatur. p. 2. lib. 1. cap. 1. num. 7.  
 An in eo articulo teneamur per interpretem confiteri. ibid. c. 6. n. 7.  
 An in eo articulo teneatur ille, qui confessus est cum sola attritione, sub mortali elicere actum contritionis, vel amoris Dei super omnia, ex propria charitate. p. 2. l. 2. c. 4. n. 11.  
 In mortis articulo sufficit, vt peccata in confessione in generali dicantur, si in particulari dici non possunt. p. 2. l. 3. c. 2. n. 2.  
 In mortis articulo, vt in periculo tempestatis, an teneatur quis publicè confiteri. p. 2. l. 3. c. 3. n. 11.  
 An in mortis articulo teneamur contritionem elicere, cum dubitamus, an peccatum mortiferum habeamus, aut dubij sumus de peccato commisso, an sit mortale, vel veniale. p. 2. lib. 3. cap. 4. num. 7.  
 In articulo mortis obligat per se, & ex vi sua præceptum diuinum confessionis. p. 2. l. 1. c. 1. n. 6.  
*Assistens, Assistens.*  
 Assistens mensæ Eucharistiæ communicatur, an illum debeat deferere, si in ea recordetur peccati mortalis. p. 3. l. 3. c. 9. n. 14.  
 Quæ assistentia, seu præsentia requiratur in Missa. p. 1. l. 2. c. 7. n. 2.  
*Attentio.*  
 Quæ attentio requiratur in Missa. p. 1. lib. 2. cap. 7. num. 4.  
 An possit quis, dum Missam audit in die festo, recitare simul Horas canonicas, ex præcepto recitandas, aut ob obligationem penitentiam in confessione iniunctam. ibid. n. 9.  
 An, qui mente, & cogitatione sponte diuagatur, dum Missam audit, obligationi illius satisfaciatur. ibid. n. 6.  
*Attritio, vide Contritionem.*  
 Attritio & contritio formaliter consistunt in detestatione, odio, vel fuga peccati, non in dolore. p. 2. l. 2. c. 4. n. 1.  
 Quæ differentia sit inter actum attritionis, & contritionis. ibid. à n. 2. vsque ad 4.  
 Actus attritionis, est actus supernaturalis. ibidem, num. 5.  
 Attritio ex metu naturali gehennæ an possit esse supernaturalis. ibid. n. 6.  
 Quomodo attritio orta ex foeditate peccati, & ex metu pœnæ temporalis possit esse actus supernaturalis. ibid. n. 9.  
 An ex eo, quod attritio cum Sacramento penitentiam in re suscepto sufficiat ad salutem, dispensatum

penatum sit in præcepto contritionis. ibid. n. 10.  
 An illi, qui in mortis articulo ritè confessi sunt cum attritione cognita, teneantur sub mortali elicere actum contritionis, aut amoris Dei super omnia. ibid. à n. 11. vsque ad 13.  
 Attritio cognita cum Sacramento penitentiam sufficit ad salutem. ibid. n. 14.  
 Attritio non vera & supernaturalis, sed existimata vera ac supernaturalis, an sit sufficiens dispositio ad gratiam cum Sacramento penitentiam. p. 2. l. 2. c. 5. à n. 4. vsque ad 7.  
 An sufficiat attritio supernaturalis cognita vt attritio; an opus sit, vt reputetur contritio ad valorem & gratiam Sacramenti. p. 2. l. 2. c. 5. num. 10. & 11.  
 Quare in omnibus aliis Sacramentis præter Baptismum, & Penitentiam requiratur, quod attritio reputetur contritio. ibid. n. 12.  
 An sufficiat, quod quis doleat, eod quod veram penitentiam habere non possit. ibid. n. 33.  
 An penitens suscipiens Sacramentum Penitentiam cum vera attritione, teneatur postea actum contritionis habere. ibid. n. 14.  
 Quid, si quis desideret veram attritionem habere, & dubius sit, an illam habeat. ibid. n. 15.  
 An ex motiuo naturali possit penitens actum supernaturalem contritionis, vel attritionis habere. ibid. n. 16.  
*Aula, Aulici.*  
 Aulici an teneantur ad ieiunia, & festa vrbium, in quibus bonam partem anni commorantur. p. 4. l. 1. c. 7. n. 6. & p. 1. l. 1. c. 8. n. 7. & 10.  
 An acquirant ibi parochiam quoad Sacramenta, & matrimonium. ibid. n. 7. & 10.  
*Augmentum gratiæ.*  
 Conferre augmentum gratiæ ex operato est proprius effectus Sacramentorum nouæ legis. p. 4. l. 4. c. 3. n. 6.  
 An sacrificium Missæ possit illud conferre iis, pro quibus offertur. ibid. à n. 1. & seqq.  
 In sacrificio Missæ vltimæ Cœnæ communicatum fuit augmentum gratiæ Apostolis Christi ex operato, in ratione Sacramenti, non sacrificij. ibid. n. 10. & 11.  
*Azymus panis.*  
 Quid Lutherani sentiant circa materiam Eucharistiæ azymi, vel fermentati. p. 3. l. 2. c. 2. n. 2.  
 Vera Catholicorum sententia ibid. n. 3.  
 An azymus panis à fermentato specie differat. ibid. num. 4.  
 An Christus consecrauerit in azymo, vel fermentato. ibid. n. 12. & 13.  

**B**

*Baptismus.*

**A**n teneantur adulti ante susceptionem Baptismi iure diuino confiteri. p. 2. l. 1. c. 1. n. 14.  
 Quid de aliis Sacramentis. à n. 10. vsque ad 14.  
*Barbitonfores.*  
 An excusentur à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 8. n. 15.  
 Non indigent dispensatione, vt laborent in vigiliis vsque ad mediam noctem. p. 1. l. 1. c. 6. n. 3.  
 Non peccant mortaliter, si vna hora, vno, vel altero die festo, elaborent. p. 1. l. 1. c. 6. n. 2.  
 Secus si continuatim id omnibus diebus festis efficiant. ibid. n. 3.  
*P. Steph. Esguider. in quinque præc. Eccles.*

*Bellum, Bellare.*  
 An illi, qui in bello iusto legetes incendunt, teneantur ad restitutionem decimarum de iure. p. 5. l. 1. c. 6. n. 8.  
 Quid, si in bello iniusto. ibid.  
*Beneficium, Beneficiarius.*  
 Præstimoniam an sint beneficia. p. 1. l. 2. c. 4. n. 17.  
 Quid de pensionibus. ibid. n. 18.  
 Beneficiarius sacris Ordinibus initiatus non recitans Officium diuinum duo peccata specie diuersa committit. p. 1. l. 2. c. 4. n. 3. & 11. & p. 2. l. 4. c. 5. n. 23.  
 Prouisus in beneficio, si laico resistenti possessioni illius promittat, se confirmaturum contractum initum cum beneficiario præcedenti de non vendicandis prædiis Ecclesiæ, an ea promissio valeat. p. 5. l. 3. c. 2. n. 21.  
 Quid, si prouisus ei iuret, se ei daturum aliquas terras Ecclesiæ in emphyteusim. ibid. num. 21. vers. *Et idem dicendum est.*  
 Beneficiarius, si culpa sua Officium diuinum non recitat, tenetur de iustitia ad restitutionem fructuum pro rata. p. 1. l. 2. c. 4. n. 11.  
 Cui facienda restitutio. ibid. n. 12.  
 Non nisi post semestre à collatione beneficij restituere tenetur. ibid. n. 12. & 14.  
 Beneficiarius, qui in primo semestri culpabiliter non recitat, peccat mortaliter; non tamen ad restitutionem tenetur. ibid. n. 12. & 13.  
 Non tenetur restituere, nisi post pacificam possessionem, restitutionem beneficij. ibid. n. 14.  
 An teneatur, quando beneficium est tenue. ibid. num. 15. & 16.  
 Beneficiarius obligatus quotidie Missam celebrare, si per alium celebret, an teneatur ei totum stipendium dare, respondens suæ Missæ diurnæ. p. 1. l. 3. c. 9. n. 19.  
 Beneficiarius, qui ratione beneficij tenetur quotidie celebrare, an possint aliquando non celebrare sine obligatione satisfaciendi per alium. p. 1. l. 3. c. 25. n. 11.  
 Quid intelligatur nomine parochialis beneficij. p. 2. l. 7. c. 2. n. 41.  
*Blasphemia.*  
 Blasphemia occulta non est denuncianda ante correctionem fraternam, nisi cum hæresi sit coniuncta. p. 2. l. 6. c. 4. n. 12. & 13.  
 An peccatum publicæ blasphemiae sit vbique de iure reseruatum Episcopis. p. 2. l. 8. c. 2. n. 4.  
*Bonitas.*  
 Bonitas, vel malitia actus vnde sumatur. p. 1. l. 3. c. 4. num. 8.  
*Bonum.*  
 Bona tutoris sunt per se hypothecata pupillis. p. 5. l. 3. c. 6. n. 1. vers. *Quarto, quia.*  
*Buccella.*  
 An post collationem serotinam, vel prandium, amici causa buccella sumi possit in die ieiunij. p. 4. l. 1. c. 4. n. 15.  
*Bulla Cruciatæ.*  
 Quomodo intelligenda sit Bulla Cruciatæ, quatenus dicit, vt illam habentes possint Missam audire tempore interdicti. p. 1. l. 2. c. 8. n. 8.  
 Qui habet Bullam Cruciatæ, vel priuilegium ad audiendam Missam tempore interdicti, eadem distantia excusatur, qua excusaretur, si non haberet tale priuilegium. ibid. n. 9.  
 Gratia Bullæ Cruciatæ non expirat expirante Papa illam concedente. p. 2. l. 8. c. 8. n. 14.  

ZZZ A Cama

*Cæmeterium.*

**V**iolata Ecclesia quocunque modo, violatur etiam cæmeterium illius, si sit contiguum, non è contra. p. 2. l. 4. c. 4. n. 42.  
An cæmeterium publicè consecratum possit solo simplici mandato Episcopi profanari. p. 1. lib. 3. c. 14. n. 31.

*Calix.*

Quid faciendum, si animal venenosum inueniatur in calice consecrato, & detur periculum vomitus in Sacerdote. p. 1. l. 3. c. 20. n. 3.  
Quid, si aliquid veneni ibi relinquantur. ibid.  
Quid, si calix congeletur post consecrationem. ibid. num. 5.  
Quid, si post consecrationem calicis hostium incurfus timeatur. ibid. n. 6.  
Calix an debeat esse consecratus. p. 1. l. 3. c. 21. n. 10. & 11.

A quo debeat consecrari. p. 1. l. 3. c. 21. n. 14.  
An Religiosi Societatis in India ex priuilegio possint calices consecrare. p. 1. l. 3. c. 22. n. 3. & c. 21. num. 14.

Ex qua materia esse debeant. p. 1. l. 3. c. 21. n. 11. & 12.  
Qui testamento Ecclesiæ calicem reliquerit, intelligitur de argenteo. ibid. n. 12.

In quo Christus consecrauit, ex qua materia fuerit. ibid. n. 13.

An ex eo solum consecratus maneat, quod in illo absque consecratione celebretur. ibid. n. 15.

An possit celebrari in notabiliter fracto. ibid. n. 16.

An cuppa calicis maneat consecrata deducto pede. ibid. n. 17.

An ad vsus profanos verti calices possint consecrati. ibid. n. 18.

An vendi possint. ibid. à n. 19. & seqq.

An possint esse ex vna materia, & patena ex alia. ibid. n. 22.

An amissa deuratione consecrationem amittant. ibid. n. 24.

An tangi possint. ibid. n. 26.

*Calcei.*

An sine calceis celebrare liceat. p. 1. l. 3. c. 23. n. 21.

*Canonici.*

Canonici regulares de iure possunt ad Religionem Monachorum transire. p. 2. l. 8. c. 5. n. 8.

*Canon.*

Canon Missæ vnde incipiat. p. 1. l. 3. c. 18. n. 5.

*Canonizatio.*

Ad solum Summum Pontif. spectat Sanctorum canonizatio. p. 1. l. 1. c. 3. n. 6.

An Papa possit errare in canonizatione Sanctorum. p. 1. l. 1. c. 4. n. 31.

An mortaliter peccet Papa, si aliquid de fide definiat, vel aliquem Sanctum canonizer absque diligentis humanis. ibid. n. 31.

*Capella, Capellanus.*

An Capellanus obligatus Missam ex capella quotidie dicere, deficiente copia Confessarij possit præmissa contritione celebrare cum conscientia culpæ mortalis. p. 3. l. 3. c. 9. n. 7. vers. *Terrid.*

Capellanus habens capellam, in qua tenetur bis, vel ter in hebdomade celebrare, an possit anticipare eas Missas dicere. p. 1. l. 3. c. 9. n. 1.

Quid, si in fundatione, & institutione capellæ dicatur, vt in tali die Missæ dicantur. ibid. n. 2.

Si in institutione capellæ habeatur, vt in tali die, templo, vel altari Missæ dicantur de iustitia, tenetur Capellanus id facere, & non potest id al-

terare absque graui causa, & quæ causæ sufficiant ibid. n. 2.

An Clericus in minoribus possit habere capellaniam, & Missas dicere per alium, in cuius institutione dicatur, vt ad eam eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret, & an hæ capellaniæ sint beneficia simplicia. ibid. n. 3.

An possit Clericus in minoribus habere duas, vel tres capellas, aut canonicatum & capellam, in cuius institutione dicatur: Volo, vt ad hanc capellam eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret. ibid. n. 4.

Quid, si dicatur: Volo, vt talis Sacerdos eligatur, aut vt eligatur Sacerdos, qui per se, vel personalter Missas dicat. ibid. p. 1. l. 3. c. 9. n. 5.

An tunc ex causa per alium dici possint, & quæ causæ sufficiant. ibid. vers. *instum autem.*

Si in institutione capellæ dicatur, vt singulis diebus in ea dicatur Missa de defunctis, v. g. aut de B. Virgine, an in diebus Dominicis, duplicibus, vel semiduplicibus ita debeat fieri. ibid. n. 6.

An Capellanus, vel Sacerdos iustus celebrare in tali loco, vel altari, aut de tali Sancto, possit celebrare de alio, vel in alio Missam dicere. ibid. n. 7.

Capellanus, vel beneficiatus obligatus quotidie Missam dicere, si dicat per alium, an teneatur totum stipendium respondens suæ Missæ alteri dare. p. 1. l. 3. c. 9. n. 19.

*Capitulum, Caput.*

Caput vltimum de decimis, est vltimum in ea materia. p. 5. l. 2. c. 3. n. 10.

Capitulum, Sede vacante, an possit approbare Clericos ad confessiones audiendas. p. 2. l. 3. c. 2. n. 54.

Capitulum, Sede vacante, an possit reuocare licentias Regularium ad audiendas confessiones, & ad prædicandum. p. 2. l. 7. c. 2. n. 28.

Quid, si mandato speciali præcipiat, vt Religiosi iterum examinentur. ibid. n. 20.

Quid de nouo Episcopo. ibid. n. 30.

*Catechumenus.*

Catechumeni non baptizati non tenentur ad decimas. p. 5. l. 1. c. 1. n. 2.

Quid, si sint filij Christianorum. ibid.

Pro Catechumenis an Missa offerri possit. p. 1. l. 3. c. 12. à n. 28.

Qui sint Catechumeni competentes, qui incompetentes. ibid.

*Charta, in qua scripta sunt peccata ad confessionem, vide Inuentorem.*

*Catholicus.*

An excusentur Catholici à præcepto ieiunij transcurrentes per terras infidelium, aut hæreticorum, & an à præcepto abstinenti à carnibus. p. 4. l. 1. c. 9. num. 11.

*Cathedratici.*

An ex luero & stipendio suæ cathedræ decimas de iure debeant. p. 5. l. 1. c. 2. n. 10.

An excusentur à ieiunio. p. 4. l. 1. c. 8. n. 19.

An causa lectionis possint anticipare horam prandij in die ieiunij, vide *Horam competentem.*

*Castellanus, Castella.*

Castellanus transiens per Lusitaniam an possit vesci intestinis animalium. p. 4. l. 2. c. 7. num. 10. 11. & 12.

Quid è contra de Lusitano transiente per Castellam. ibid.

*Caro.*

An proficiens è loco vbi vescuntur carnes, possit licitè illis vesci, etiam si eo ipso die peruenturus sit ad locum, vbi non vescuntur. p. 1. l. 1. c. 7. n. 15.

Quid

Quid è contra. ibidem.

*Carnifices.*

Carnifices, & macellarij excusantur à mortali, si in occurfu dierum festorum boues occidant in diebus festis. p. 1. lib. 1. cap. 14. n. 22.

*Cardinalis.*

Cardinales, cum illos Summ. Pontif. communicat, communicant sub vtraque specie. p. 3. l. 3. cap. 4. n. 10. ad medium.

*Carthusianus, vide Monachum.*

*Casus, Casus reseruatus, vide Peccata reseruata.*

Nummerantur aliqui casus, in quibus Sacerdos potest celebrare sub vna tantum specie panis. p. 1. l. 3. c. 5. à n. 10. vsque ad 14.

An aliqui casus de facto Episcopis reseruentur in iure communi, & de consuetudine, & qui sint. p. 2. lib. 8. c. 2. à n. 1. & seqq.

Explicantur aliqui, qui iuxta multos de consuetudine vbique sunt reseruati Episcopis. ibid. n. 8.

Quid tenendum sit circa hanc consuetudinem, de qua non constar. ibid. n. 9.

In meliori opinione nulli omnino casus de iure communi hodie reseruantur Episcopis. ibid. num. 7.

De iure particulari Constitutionum synodalium cuiusque Episcopatus multi reseruantur. ibid. num. 7.

Qui possint à casibus de consuetudine Episcopis reseruatis, si alicubi forte dentur, absoluerè. ibid. num. 10.

Sacerdos, qui à reseruatis absque iurisdictione absoluit, sacrilegium committit, & absolutio est nulla. p. 2. l. 8. c. 1. n. 29.

*Causa.*

Quæ causæ excusent à ieiunio. p. 4. lib. 1. c. 8. n. 1. & per totum caput.

Quæ causæ requirantur, vt Sacerdos Parochus, vel non Parochus in mortali existens possit celebrare absque confessione, præmissa contritione. p. 3. l. 3. c. 9. n. 1. & 9.

Causa efficiens est prior sua actione. p. 3. l. 5. cap. 4. num. 7.

Recensentur causæ, ob quas Ecclesia instituit dies festos. p. 1. l. 1. c. 2. n. 9.

Quæ sint causæ excusantes à labore & opere seruili in diebus festis. p. 1. l. 1. c. 14. per totum.

Quæ causa requiratur ad dispensandum in diebus festis in Missa, & laboribus. p. 1. l. 2. c. 1. n. 17.

Quæ causæ excusent ab obligatione audiendi Missam. p. 1. l. 2. c. 9. n. 1.

Quid, si quis bona fide putet, se causam excusantem habere à præcepto Missæ, cum tamen non habeat. p. 1. l. 2. c. 9. n. 13.

Quæ causæ erunt sufficientes, vt Papa dispenset, vt sub vna tantum specie celebretur. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 9.

Causa excusans à confessione vnus peccati non excusat à confessione aliorum. p. 2. l. 1. c. 6. n. 5.

Quæ causæ excusent ab integritate confessionis. p. 2. l. 3. c. 3. n. 5.

Referuntur causæ, ob quas Ecclesia præcipiat communionem sub vna tantum specie, & vetet sub vtraque. p. 3. l. 3. c. 4. n. 6.

*Cæci.*

Cæci tenentur Missam audire. p. 1. l. 2. c. 6. n. 18.

An cæci, muti, & surdi simul, teneantur Missam audire. p. 1. l. 2. c. 7. n. 3.

*Censura, vide Excommunicationem.*

In quo differat censura excommunicationis à censura suspensionis ab officio. p. 1. l. 2. c. 5. n. 38.

*Celebratio, Celebrare.*

Celebrans in Ecclesia publicè violata, an maneat P. Steph. Fagundes, in quinque præcept. Eccl.

irregularis, an suspensus. p. 1. l. 3. c. 14. num. 3. & 4. & 5.

D. Leo septies in die celebrabat, & quare. p. 3. l. 3. c. 7. n. 12.

Celebratio sub vtraque specie an sit iuris diuini, an humani. p. 1. l. 3. c. 5. n. 2. & 3. & 4.

An supposito, quod sit iuris diuini, possit in ea Papa dispensare. ibid. n. 5. 6. & 7. & 10.

An liceat celebrare sine cruce in altari. p. 1. lib. 3. c. 21. n. 32.

An sine corporalibus. ibid. n. 25. & 28.

An sine purificatorio, seu sanguineo. ibid. n. 30.

An cum pileo in capite. ibid. n. 33.

Celebrare extra locum à iure concessum est peccatum mortale, & ipso facto celebrantes manent interdicti ab ingressu Ecclesiæ. p. 1. lib. 3. c. 13. num. 1. & 2.

An maneant irregulares, si postea celebrent. ibid. num. 3.

Celebrans in loco sacro, & Ecclesia per censuram interdicta, irregularis fit. n. 3. & 4.

*Cessatio operum seruilium.*

Quid nomine cessationis operum seruilium intelligatur. p. 1. l. 1. c. 3. n. 1.

*Cingulus.*

An cum cingulo fracto celebrari possit. p. 1. l. 3. c. 23. num. 14.

Potest Sacerdos loco cinguli vti stola, & loco stolæ cingulo. ibid. n. 13.

An debeat esse benedictus. ibid. n. 10. vsque ad 12.

*Cibus.*

An detur cibus aliquis, qui iure naturali prohibeatur. p. 4. l. 1. c. 1. n. 6.

Quomodo cibus piscium à carnibus discriminetur. ibid. c. 2. n. 9.

Paruus cibus, ne potus noccat, an frangat ieiunium. p. 4. l. 1. c. 2. n. 20.

Quid, si sumatur per modum medicinæ. ibid. c. 4. num. 2.

Quid, quando non habetur actualis ægritudo, nec timeatur. ibid.

An cibi in ore manentes, impediunt communionem. p. 3. l. 3. c. 5. n. 13.

Et qui cibi illam impediunt. ibid. n. 11. & 12.

*Citatio.*

Citatio facta in diebus festis non valet. p. 1. l. 1. c. 13. num. 1.

Quid de citatione facta die non festo, vt pars appareat coram Iudice die festo. ibid. n. 2.

Quid, si citatio fiat, vt intra terminum præscriptum appareat pars coram Iudice, & vltimus dies termini, sit dies festus. ibid. n. 3. & 7.

Citatio facta in die festo pro ea causa, quæ in eodem die agi possit, valet. ibid. n. 8.

Quæ sit illa causa. ibid. n. 9.

An valeat citatio facta in die festo, & expedita à Iudice in die non festo. ibid. n. 11.

Quid, si è contrario expedita sit in die festo, & facta in die non festo. ibid. n. 12.

*Clausula.*

Clausulæ, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quid operentur in Bullis. p. 5. l. 2. c. 4. n. 2.

*Clericus, Clericare, vide Sacerdotem.*

Clerici an teneantur ad ieiunium inductum sola consuetudine laicorum. p. 4. l. 1. c. 7. n. 2.

Clerici inferuientes alicui parochiæ, an teneantur ad decimas prædiales, si agros habeant intra illius terminos. p. 5. l. 1. c. 7. n. 8. & 9. & 10.

Clerici non tenentur soluere decimas ex vi iuris communis ex redditibus suorum beneficiorum. p. 5. l. 2. c. 2. n. 1.

Tenantur illas soluere ex prædiis suorum patrimoniorum. *ibid.* n. 2.  
 Quid, si inferuiant Ecclesiæ, intra cuius districta prædia sunt. *ibid.* n. 3. & 4.  
 Clerici simplices tenentur ex vi iuris ad decimas personales ex lucro acquisito, vel artificio, vel negotiis lucrosis. *ibid.* n. 5.  
 An teneantur ex acquisitis actionibus spiritualibus, vt ex Missa, ex Baptismis, ex tumulatione defunctorum. *ibid.* n. 5.  
 Clerici Curati an teneantur ad decimas personales *ibid.* n. 7.  
 Tenantur ad prædiales ex prædiis, quæ in aliis parochiis possident. *ibid.* n. 8.  
 Quid, si illa possideant spirituali titulo. *ibid.* n. 9. & remissionem ad librum primum. c. 7. n. 2. & 3.  
 Quid, si aliquis Curatus, Vicarius, vel Rector, ad quem ius decimarum non spectat, prædium habeat assignatum ab Episcopo pro parte sui stipendij. p. 5. l. 2. c. 2. n. 10.  
 Clerici in communi viuentes ex vi iuris antiqui eximuntur à decimis earum terrarum, quas propriis expensis colunt, siue propriae terræ sint, siue conductæ. p. 5. l. 2. c. 3. n. 7.  
 Quid de decimis animalium. *ibid.* n. 9.  
 Hoc priuilegium fuit limitatum ab Adriano II. vt solum intelligatur de terris, & animalibus propriis, quæ propriis expensis coluntur, non de conductis. *ibid.* n. 10.  
 Postea Innocentius I. in c. *Nuper*, de decimis, declarauit, vt id solum intelligeretur de prædiis in posterum acquirendis. *ibid.* n. 10.  
 Possunt aliqui Religiosi, vel Clerici in communi viuentes, & aliqua pia loca per specialia priuilegia eximi à solutione decimarum. *ibid.* n. 11.  
 An Clerici in communi viuentes, Religiosi, & pia loca teneantur ad decimas personales. *ibid.* n. 13. & 14.  
 An Clerici, qui terras colunt, teneantur soluere primitias. p. 5. l. 4. c. 2. n. 5.  
 An liceat Clericis defendere armis confugientes ad Ecclesiam, si inde à ludice sæculari abstrahantur. p. 2. l. 4. c. 4. n. 59.  
 Clericus omitteus diuinum Officium, ad quid teneatur; & an ratione Ordinis sacri, & beneficij duo peccata committat in omissione illius necessarid confitenda. p. 2. l. 4. c. 5. n. 23.  
 Clerici an possint amphibologicè inrare, quando eos volunt obligare ad gabellas, & portagia, ad quæ non tenentur. p. 2. l. 8. c. 7. n. 8.  
*Collatio beneficij.*  
 Collatio beneficij facta à Papa, postquam dixit, *stat*, non expirat mortuo Papa concedente: oportet tamen, vt valeant litteræ bullari cum clausula de tempore præcedenti. p. 2. l. 8. n. 17.  
*Collatio ieiunij.*  
 Collatio serotina in diebus ieiunij de consuetudine solum, est licita, & introducta. p. 4. l. 1. c. 4. n. 12.  
 Quæ sit parua quantitas illius. *ibid.* n. 13.  
 An post collationem amici causa buccella sumi possit. *ibid.* n. 15.  
 An licitum sit absque vlla causa collationem serotinam mane sumere, & prandium nocte. p. 4. l. 1. c. 4. n. 16.  
 Collatio serotina an licitè possit omnino omitti, & prandium nocte sumi. *ibid.* n. 17.  
 An in ea licitus sit esus tantilli piscis. *ibid.* n. 18.  
 Quanta debeat esse collatio vigiliæ Natiuitatis Domini. *ibid.* n. 19.  
 Quid de collatione vigiliæ Paschatis. *ibid.* n. 20.  
 Quid de collationibus nobilium, quæ ordinario solent esse maiores. *ibid.* n. 21.

*Christus.*  
 An sit prohibitum in iure depingi Christum in figura agni, ouis. p. 3. l. 1. c. 1. n. 11.  
 Christus in qua materia consecrauerit, in azymone, an in fermentato. p. 3. l. 2. c. 2. n. 12.  
 An in vino solum sine aqua Christus consecrauerit. p. 3. l. 2. c. 4. n. 13.  
 Quibus verbis consecrauerit panem. p. 3. l. 2. c. 6. n. 4.  
 Quibus calicem. c. 7. n. 14.  
 Christus in vltima cena Ordinem sacerdotalem instituit, & Apostolos Sacerdotes fecit, illisque reliquit potestatem, vt alios instituerent. p. 1. l. 3. cap. 1. num. 17. *verf. Ad id, quod addunt, non esse.*  
 Christus promisit fidelibus, se præsentialiter cum illis in Sacramento mansurum vsque ad finem mundi. p. 1. l. 3. c. 3. n. 13.  
 Quomodo Christus in hostia consecrata se Patri offerat per Sacerdotes. p. 1. l. 3. c. 4. n. 1.  
 Christus Dominus continetur in speciebus consecratis, & in sacrificio Missæ extra statum merendi. p. 1. l. 4. c. 1. n. 8.

*Christianus.*

Quilibet Christianus tenetur ad præceptum ieiunij. p. 4. lib. 1. cap. 7. num. 16. in qua ætate, vide *Ætatem.*

*Circumstantia confessionis.*

An circumstantia in furto, aut fornicatione cum gestatione Reliquiarum, sit de necessitate confessionis. p. 1. l. 1. c. 4. n. 13.  
 Circumstantia diei festi, in quo peccatum committitur, an sit necessarid confitenda. p. 1. l. 1. c. 9. n. 2. & 8.  
 Circumstantia voti & iuramenti mutant speciem peccati, & necessarid sunt confitenda. p. 1. l. 2. c. 4. n. 2.  
 Qui culpa sua ab excommunicatione non absoluitur, quamuis non sit denunciatus, & Missam audit, duo peccata committit necessarid confitenda. p. 1. l. 2. c. 5. n. 24.  
 Idem de Sacerdote excommunicato, si celebret. *ibid.* n. 25.  
 Circumstantia quid sit in confessione. p. 2. lib. 4. c. 1. num. 1.  
 Circumstantia bona an actum malum reddat absolute bonum. *ibid.* n. 2.  
 Omnis circumstantia bona, actum bonum, meliorem reddit. *ibid.* n. 3.  
 Circumstantia mala actum ex obiecto malum ita immutat, vt vel addat malitiam mutantem speciem, vel saltem aggrauantem. *ibid.* n. 4.  
 Circumstantia moralis quomodo mutet actum in ordine ad confessionem. *ibid.* n. 5.  
 Omnes circumstantiæ mutant speciem peccati necessarid sunt confitendæ. *ibid.* n. 6. & 9. & p. 2. l. 4. c. 2. per totum, & n. 1. & 10.  
 Qui in confessione fuit oblitus alicuius circumstantiæ de necessitate confessionis, tenetur postea illam confiteri, & an statim. *ibid.* n. 8.  
 Qui falsè putat alicui præcepto esse adnexam circumstantiam excommunicationis, tenetur eam confiteri. p. 2. l. 4. c. 1. n. 10.  
 An circumstantiæ notabiliter aggrauantes necessarid sunt confitendæ. p. 2. l. 4. cap. 2. num. 13. & 14. & 15.  
 Vnde cognoscendum sit, circumstantias esse notabiliter aggrauantes. *ibid.* n. 16.  
 Circumstantia geminati adulterij, quando vterque peccans

peccans est matrimonio copulatus, est de necessitate confessionis præc. 2. lib. 4. cap. 3. num. 2. & 18.  
 An circumstantia maiorum Ordinum, veluti Sacerdotis, respectu Diaconi, & diaconatus respectu subdiaconatus, sit necessarid explicanda. *ibid.* num. 3.  
 An Sacerdos Religiosus Professus teneatur circumstantiam vtriusque voti castitatis, Ordinis, scilicet, & professionis, in confessione explicare. *ibid.* n. 4.  
 Circumstantia professionis in Monacho, vel Moniali, an sit de necessitate confessionis. *ibid.* num. 6.  
 Habens votum simplex castitatis, & sacros Ordines, quid teneatur explicare in confessione. *ibid.* num. 7.  
 Episcopus iam consecratus an teneatur explicare circumstantiam consecrationis. *ibid.* n. 8.  
 Religiosus Societatis non Professus an teneatur explicare circumstantiam status religiosi. *ibid.* num. 9.  
 An habens in sæculo votum simplex castitatis, postea Religiosus Professus factus teneatur explicare circumstantiam professionis. *ibid.* num. 10.  
 Quid, si post votum professionis, votum simplex castitatis iterum emisit. *ibid.* n. 11.  
 An in viris prima amissio virginittatis necessarid sit explicanda. *ibid.* n. 12.  
 An circumstantia stupri, & primæ amissionis castitatis in feminis necessarid sit explicanda. *ibid.* n. 13. vsque ad 16.  
 An circumstantia raptus sit de necessitate confessionis. *ibid.* n. 17.  
 Circumstantia sponsaliorum an necessarid sit confitenda. p. 2. lib. 4. c. 3. à n. 18. vsque ad 20.  
 Circumstantia incestus consanguinitatis, vel affinitatis, in quo gradu explicanda sit in confessione. p. 2. lib. 4. c. 3. n. 25. & 26.  
 An sufficiat dicere: Peccaui in primo, vel secundo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, an opus sit explicare cum patre, matre, sorore, vel priuigina. *ibid.* n. 26.  
 Quid de tactibus impudicis in prædictis personis. *ibid.* n. 29.  
 Quid de circumstantia sollicitationis inter illas. *ibid.* num. 30.  
 Circumstantia filii spiritualis confessionis an necessarid sit explicanda. *ibid.* n. 31.  
 Quid de circumstantia filii Baptismi. *ibid.* num. 35.  
 Circumstantia furti magni an sit de necessitate confessionis. p. 2. lib. 4. c. 4. n. 1.  
 Quid de circumstantia furti parui commissi in pauperes, velut acus, respectu sartoris. *ibid.* numero 3.  
 Circumstantia scandali an sit necessarid confitenda. *ibid.* n. 4.  
 Quid, si opera mala fiant publicè absque intentione scandalizandi. *ibid.* n. 5.  
 Quid de circumstantia non dantis elemosynam extreme laboranti. *ibid.* n. 6.  
 Quid de circumstantia reincidentia. *ibid.* n. 7.  
 Circumstantia loci sacri, seu Ecclesiæ, in qua habentur copula, & tactus impudici, an sit necessarid confitenda. n. 8. & p. 2. lib. 4. cap. 4. à n. 9. vsque ad 31.  
 Quis locus Ecclesiæ dicatur sacer respectu furti, homicidij, copulæ, tactuum, vulnerum, & seminis, aut sanguinis effusionis, ac contusionum carnum, & aliorum scelerum, si inibi committantur. *ibid.* à n. 9. vsque ad 43.

Quid de oratoriis, quæ domi habentur. *ibid.* num. 36.  
 Circumstantia sacrilegij loci sacri per ordinem ad immunitatem Ecclesiæ, an sit de necessitate confessionis. p. 2. lib. 4. c. 4. n. 43.  
 Quis dicatur locus sacer per ordinem ad hanc immunitatem, & extractionem delinquentis ab illo, & ab Ecclesia. *ibid.* n. 43.  
 In quibus casibus delinquentes gaudeant immunitate Ecclesiæ, & extractio ab illa sit circumstantia necessarid confitenda. part. 2. lib. 4. cap. 44. à num. 44.  
 Quæ personæ, & qui delinquentes, & in qua qualitate criminis gaudeant immunitate Ecclesiæ. *ibid.* à n. 44. vsque ad 53.  
 An in confessione vtraque circumstantia rei sacrae, & loci sacri, in quo furtum committitur, necessarid sit explicanda. p. 2. lib. 4. c. 4. n. 12.  
 Circumstantia inductionis, quando alios inducimus ad peccandum, an sit de necessitate confessionis. p. 2. l. 4. c. 5. n. 1.  
 Quid, si personæ, quas inducimus, erant paratæ. *ibid.* n. 2. & 3.  
 Quid, quando non paratæ sese mutud incitant, & inducunt. *ibid.* n. 4.  
 Circumstantia confidentiæ Bullæ, & Iubilæi, an sit in confessione dicenda. *ibid.* n. 8.  
 Quid de circumstantia confidentiæ misericordiæ Dei. *ibid.* n. 9.  
 Circumstantia omissionis Missæ propter studium, aut furti ob fornicationem, an sit necessarid explicanda. *ibid.* n. 10.  
 Quid de circumstantia reincidentia, aut consuetudinibus. *ibid.* n. 11.  
 Quid de circumstantia intensiois ipsius peccati. *ibid.* n. 11.  
 Circumstantia multiplicationis actuum externorum circa idem peccatum, an necessarid fagenda sit. *ibid.* n. 12.  
 Quid de circumstantia conscientia erronea. *ibid.* num. 13.  
 Quid de circumstantia contemptus. *ibid.*  
 Circumstantia peccati commissi in die festo, an sit explicanda. *ibid.* n. 20.  
 Quid de circumstantia diei Iouis sancti. *ibid.*  
 Quid de circumstantia duorum præceptorum ieiunij, aut Missæ. *ibid.* n. 21.  
 An poenitens debeat tacere in confessione eam circumstantiam, per quam Confessarius cognoscere potest suum complicem. præc. 2. lib. 5. cap. 1. num. 6.  
 An etiam in articulo mortis. *ibid.* n. 7. & 8.  
 An possit dari aliqua causa iusta ad eam manifestandam, & quæ sit. *ibid.* n. 13. 14. & 15.  
 Circumstantia superioratus, & officij publici, an sit necessarid confitenda. p. 2. l. 4. c. 3. n. 2.  
*Comestio, Comedere, vide Esur, Edere.*  
 Vnica comestio est de essentia ieiunij. p. 4. l. 1. c. 4. num. 1.  
 An violans ieiunium secundò comedens, toties postea mortaliter peccet, quoties comedit. *ibid.* num. 4.  
 Quid, si carnes comedat primò, secundò, & tertid. *ibid.* num. 9.  
 An priuilegiatus à Papa ad comedendum bis, aut ter, in die ieiunij, eo ipso censetur exemptus à præcepto illius. p. 4. l. 1. c. 4. n. 10. & 11.  
*Commorari, Commorantes.*  
 Commorantes in villis, aut in rure per maiorem partem anni, non possunt eligere ad confessionem, & matrimonium, Parochum ciuitatis, in qua domicilium habent, nisi de licentia Parochi ruralis. p. 1. l. 1. c. 8. n. 11.  
 Z Z 4 *Communis.*



# INDEX RERVM,

*Communio, Communicans, Communicare, vide Eucharistiam.*  
 An de iure naturali sit prohibita laicis communio sub vtraque specie. p. 3. lib. 3. c. 4. n. 1.  
 Quæ sint causæ, ob quas Ecclesia præcipiat communionem sub vna tantum specie, & veter sub vtraque. ibid. n. 6.  
 Communio vnus laici applicata pro alio, an ei gratiam conferat ex operato. p. 3. lib. 4. cap. 2. num. 6.  
 An communio sub vtraque, vel vna tantum specie, sit intris diuini, vel humani. p. 5. l. 3. cap. 5. per totum.  
 An licita sit communio ægrotis sub sola specie calicis, quando speciem panis deglutire non possunt. p. 3. l. 3. c. 4. n. 20.  
 Communicare an possint laici ieiunium notabiliter post meridiem. p. 1. l. 3. c. 17. n. 20.  
 Non recipit maiorem gratiam communicans sub vtraque, quam sub vna tantum specie. p. 3. lib. 1. cap. 2. n. 10.  
 Si maior gratia daretur communicanti sub vtraque, non idè fieret iniuria communicanti sub vna. ibid. n. 11.  
 An, qui in Paschate ob impedimentum non communicant ex præcepto Ecclesiæ, teneantur post Pascha communicare. p. 3. l. 1. c. 6. n. 1.  
 In quibus casibus propter integritatem sacrificij, in quo Sacerdos defecit, possit alter Sacerdos illud integrans non ieiunius communicare. p. 3. lib. 3. cap. 5. n. 25. 26. 27.  
 An semper mortale sit communicare non ieiunium cum minima guttula aquæ. ibid. n. 24.  
 An licitum sit quotidie communicare. p. 3. l. 3. c. 7. n. 1. & 2. & 3.  
 Quæ sit debita dispositio ad communicandum quotidie. ibid. n. 6.  
 An liceat alicui bis in eodem die communicare. ibid. n. 11.  
 Nulla diei hora, etiam post meridiem, prohibetur laicis ieiunius communicare. ibid. n. 13.  
 Prohibetur tamen Sacerdotibus notabiliter post meridiem sacrificare. ibid. remissive.  
 Quam graue peccatum sit communicare cum conscientia mortalis. p. 3. l. 3. c. 7. n. 2.  
 Communicaturus iam mensæ Eucharistiæ assistens, an illam debeat relinquere, si ibi peccati oblitus recorderetur. p. 3. l. 3. c. 3. n. 2.  
 Vter maiorem gratiam accipiat communicans sub sola specie panis, an communicans sub sola specie vini. ibid. n. 9.  
 Communicare ob vanam gloriam, an sit mortale. p. 1. lib. 1. c. 4. n. 30.  
*Compositio.*  
 Quid sit compositio. p. 5. l. 3. c. 2. n. 1.  
 Compositio super decimas in futurum soluendas inter Religiosos habentes aliquam parochiam, & personas ecclesiasticas auctoritate Superioris facta valet. p. 5. l. 3. c. 2. n. 2. & 8.  
 Ad valorem istius compositionis opus est, vt præcedat causæ cognitio, & Episcopi consensus. ibid. n. 4.  
 An sufficiat auctoritas Vicarij generalis. ibid. n. 5.  
 An alterius inferioris Episcopo, modò habeat iurisdictionem quasi episcopalem. ibid.  
 Si fiat compositio inter Parochos super decimas in futurum soluendas absque consensu Episcopi, valebit compositio pro vita tantum componentium. ibid. n. 6.  
 Super decimas præteritas valet compositio facta cum laicis, & ecclesiasticis absque auctoritate Episcopi, & absque causæ cognitione facta. ibid. num. 7.

Valet compositio inter Curatos facta, vt de rebus minimis nulla soluat decima: item, vt loco decimæ in vino & frumento soluat vigesima. ibid. num. 9.  
 Non valet, nec licita est, etiam de consensu Papæ facta, vt laicis competat ius spirituale exigendi decimas nomine proprio. ibid. n. 10.  
 Auctoritate Episcopi potest compositio fieri cum laicis super locum & tempus soluendi decimas. p. 5. l. 3. c. 2. n. 4.  
*Complex delicti, vide Pœnitentem.*  
 Quatenus pœnitens teneatur occultare, vel manifestare in confessione complicem sui delicti. p. 2. l. 5. c. 1. à n. 2. & seqq.  
 An possit Superior Religionis in confessione vnus Religiosus inquirere de altero complice delicti, si sit suus subditus. ibid. n. 12.  
 An, quando persona non est complex pœnitentis, sed est obiectum peccati illius, possit tunc licite complex reuelare in confessione circumstantiam, qua prædicta persona cognoscatur. p. 2. l. 5. c. 2. n. 12. & c. 3. per totum.  
*Conductor.*  
 An mortaliter peccent conductores, si operarios conducant eo pacto, vt in die laboris non ieiunent. p. 4. l. 1. c. 8. n. 16.  
*Confessio annualis, Confiteri, vide Præceptum confessionis.*  
 Confessio delinquentis an accipi possit in die festo licite & valide. p. 1. l. 1. c. 13. n. 28.  
 Confessio omnium peccatorum mortalium faciendâ est de præcepto diuino non Deo, sed hominibus Sacerdotibus. p. 2. lib. 1. cap. 1. num. 1. & 2.  
 Quid sit confessio sacramentalis. p. 2. l. 3. c. 1. n. 1.  
 Confessio præmittenda est ex præcepto diuino, quoties Eucharistia suscipienda est, si conscientia detur peccati mortalis, & adit copia Confessarij. p. 2. l. 1. c. 1. n. 8.  
 An ante susceptionem aliorum Sacramentorum semper de iure diuino confessio præmittenda sit. ibid. à n. 10. vsque ad 14.  
 Per quam confessionem impleatur diuinum præceptum, an per validam, & informem. p. 2. l. 1. c. 2. n. 1. & 2.  
 Confessio instituta fuit à Christo Domino tanquam secunda tabula pro saluandis iis, qui post Baptismum peccauerunt. ibid. n. 5.  
 An per confessionem inualidam satisfaciatur pœnitens præcepto annuæ confessionis, ita vt effugiat pœnam excommunicationis. præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 4.  
 An per validam, sed informem. ibid. n. 13.  
 An, qui ob impedimentum in Quadragesima confiteri non potuit, eo sublato, post illam ad id teneatur. ibid. n. 14.  
 An teneatur quis anticipare tempus Quadragesimæ, si in illa impedimentum confessionis præuideat. ibid. n. 16.  
 An, qui in confessione huius anni oblitus fuit alicuius peccati mortalis, possit illud differre ad confessionem alterius anni. ibid. n. 17.  
 An satisfaciatur præcepto confessionis, qui in præfenti anno confessus est in initio Quadragesimæ, & alio in fine. p. 2. l. 1. c. 4. n. 18. & 19.  
 An possint valide fideles confiteri alieno parochio tempore Quadragesimæ absque licentia proprij, quando proprius est ignorans. p. 2. lib. 1. c. 5. n. 2.  
 Quid de articulo mortis. ibid. n. 2.  
 Quid, si proprius sit licetioz vitæ. ib. n. 3. & 4. & 5.  
 Quid, quando parochiana cum proprio Parocho copulam habuit. ibid.

Quid,

# ET VERBORVM.

Quid, si inter Parochum & parochianum, aut inter parentes illorum intestinum odium versetur. ibid.  
 Quid, si in constitutionibus dicecesis requiratur licentia in re obtenta. ibid. n. 6.  
 An per confessionem Quadragesimæ factam Regularibus, repugnantibus & contradicentibus Parochis, impleatur præceptum illius. ibidem, num. 7.  
 Quid, si quis per contemptum Parochi illis confiteatur. ibid. n. 10.  
 An quis per interpretem teneatur confiteri ad implendum præceptum confessionis. p. 2. l. 1. cap. 6. num. 6.  
 An per scriptum. ibid. n. 9. 10. & 11.  
 An in articulo mortis etiam teneatur quis per interpretem confiteri. ibid. n. 7. & 8.  
 An affirmare, vel negare aliquid in confessione, & mentiri leuiter in illa, sit m. p. 2. l. 2. c. 1. n. 22.  
 An confessio sit valida ex intentione pœnitentis, si bona fide cogitat se esse attritum, cum reuera non sit. p. 2. l. 2. c. 5. n. 8.  
 An sit valida, cum pœnitens detestatur peccatum saper omne detestabile: non tamen proponit, se illud vitaturum, & adhuc manet affectus ad illud. ibid. n. 9.  
 Confessio valida, & informis an detur, & in quibus casibus. p. 2. l. 2. c. 7. à n. 1. & seqq.  
 Si detur, an redeat effectus, recedente fictione. p. 2. l. 2. c. 8. n. 1.  
 An de solis venialibus dari possit. ibid. n. 3.  
 Essentia confessionis consistit in accusatione legitima suorum peccatorum coram Confessario. p. 2. l. 3. c. 1. n. 3.  
 Confessio sacramentalis an fieri possit per nuntium, & signa externa, & an requiratur, vt sit confessio oris. ibid. n. 5. & 6.  
 Confessio extra necessitatem semper faciendâ est ore, & voce, non nutibus, aut signis. p. 2. l. 3. c. 1. num. 8.  
 Quid, si quis magnum pudorem in hoc sentiat. ibid. n. 9.  
 An de essentia confessionis sit, vt confessio secretò, & adiculariter fiat. ibid. n. 10.  
 Potest fieri publicè ex causa, & ob quam. ibid. n. 13. & 14.  
 Confessio debet esse nuda, & particularis, & non sufficit, vt peccata in generali dicantur nisi in articulo mortis, si aliter fieri non possit. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 2.  
 Si post confessionem & communionem aliqua peccata in mentem venerint, poterunt differri in aliam confessionem, annualem etiam. ibid. n. 3.  
 Confessio an dimidiari possit ob aliquas causas, ita vt non omnia peccata eidem Confessario dicantur, & ob quas. p. 2. l. 3. c. 3. n. 5.  
 An multi simul in tempestate, & naufragio confiteri possint. ibid. n. 11.  
 An teneantur tunc in articulo mortis publicè confiteri. ibid. num. 11.  
 In confessione non est explicanda malitia materialis peccatorum, nisi illa valde insolita sit. p. 2. l. 3. c. 5. n. 2.  
 Confessio, in qua quis non absoluitur, si animo se accusandi fiat, & cadit sub sigillum sacramentale. p. 2. l. 6. c. 4. n. 24. & 26.  
 Item, confessio meretricis facta animo implendi præceptum, & non se emendandi. ibid. n. 25.  
 An confessio facta laico carenti sacris Ordinibus, cum spe obtinendi illos, ad modum confessionis sacramentalis, cadat sub sigillum illius. p. 2. l. 6. c. 6. n. 7.  
 Et quid de confessione facta Sacerdoti carenti ap-

probatione cum spe obtinendi illam. ibid.  
 Confessio bona fide facta ex parte pœnitentis, & mala ex parte Confessarij, an cadat sub sigillum sacramentale. ibid. n. 9.  
 An confessio cadat sub sigillum sacramentale, in qua Confessor à principio dixit, se nolle audire peccata in confessione. ibid. n. 11.  
 An confessio facta laico in tempestate sit licita. p. 2. l. 7. c. 1. n. 7. & 8.  
 Explicatur locus D. Iacobi, *Confitemini alterutram peccata vestra.* ibid.  
*Confessarius.*  
 An Confessarius excusetur à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 8. n. 19.  
 An solus Confessarius possit dispensare in præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 9. n. 3.  
 Confessarius an possit prohibere laico probatæ vitæ, ne quotidie communicet. p. 3. l. 3. c. 7. n. 7.  
 An Confessarius petens à Superiore licentiam ad absolendum illius subditum à reseruatis, possit illum absoluerè petita, & non obtenta; aut obtenta, sed sub conditione, vt sibi præsentetur subditus. p. 3. l. 3. cap. 9. num. 17. vers. *Mains dubium est.*  
 An habens conscientiam peccati mortalis, & præsentem Confessarium, alium tamen de propinquo expectat, cui solet deuotius confiteri, possit communicare contritus cum proposito confitendi postea apud illum. p. 3. l. 3. c. 9. n. 18.  
 An absente proprio Confessario possit habens priuilegium ad eligendum Confessarium communicare contritus, expectans proprium. ibid. n. 19.  
 Quantum spatium requiratur, vt Parochus, aut Confessarius dicatur absens. ibid. n. 24.  
 Confessarius an possit absoluerè pœnitentem, qui de solis venialibus confitetur, si de illis attritionem non habeat. p. 2. l. 2. c. 8. n. 6.  
 Confessarius an possit sequi probabilem opinionem relicta probabiliori. p. 2. l. 3. c. 4. n. 4.  
 An liceat Confessario vti notitia confessionis de licentia pœnitentis, ad corrigendum complicem illius. p. 2. l. 5. c. 2. à n. 1. & seqq.  
 An liceat Confessario in aliquo casu monere complicem sui pœnitentis in bonum pœnitentis, vel alterius, absque licentia ipsius pœnitentis. ibid. num. 20.  
 An profit testimonium externum Confessarij de licentia pœnitentis datum, vt probeatur pœnitens innocens in foro externo. præc. 2. l. 6. cap. 1. num. 19.  
 An Confessarius in aliquo casu possit reuelare confessionem pœnitentis defuncti in bonum ipsius pœnitentis. ibid. n. 15.  
 Quid, si Papa eam reuelationem sub excommunicatione præcipiat. ibid. n. 12. & 13.  
 Quid faciendum Confessario, si accusetur de reuelatione sigilli, & probare non possit, se habuisse licentiam pœnitentis ad illud reuelandum. ibid. num. 24.  
 Licet Confessariis ea reuelare absque violatione sigilli, quæ extra confessionem sciunt. præc. 2. l. 6. c. 2. n. 1.  
 Non potest Confessarius ex sola notitia confessionis monere pœnitentem extra ipsam confessionem, vt desinat à petitione Sacramenti, nec etiam si occultè petat. p. 2. l. 6. c. 3. n. 6.  
 An possit Confessarius loqui cum pœnitente, statim post absolutionem, de rebus confessis, non petita licentia ab illo. ibid. n. 3. & num. 7. & p. 2. l. 6. c. 4. n. 34. latè.  
 An teneatur Confessarius fugere excommunicationem vitandum ex notitia confessionis notum, p. 2. l. 6. c. 3. n. 10.

Confessa

# INDEX RERVM,

Confessarius non potest dicere Inquisitoribus fidei, aut vrbis Prætoribus, vt diligentius inuigilent, si ex sola notitia confessionis sciat malum vrbis, aut animabus impendere. *ibid.* n. 8.

Quid faciendum Confessario, si errorem commisit in confessione necessarîo emendandum. p. 2. l. 6. c. 3. n. 3. *vers. Præterea.* & c. 4. n. 32.

Non tenetur Confessarius ad sigillum sacramentale, si pœnitens accedat ad confessionem non animo confitendi, sed inducendi illum ad peccatum. p. 2. l. 6. c. 4. n. 18.

An possit tunc Confessarius illum statim denuntiare absque vlla Christiana correptione. *ibid.* num. 19.

Quid, si peccatum, ad quod volebat inducere, in eo erat publicum, aut de illo iam pœnitens erat infamatus. *ibid.* n. 19.

Quid, si est secretum, & vergat in damnum proximi; & quid, si non vergat, sed solum noceat auctori. *ibid.* n. 20. & 21.

Quomodo se debeat habere Confessarius cum Iudicibus ecclesiasticis, aut sæcularibus. *ibid.* num. 27.

Si Confessarius petat licentiam à pœnitente ad emendandum errorem in confessione commissum, & ille neget, an solutus maneat ab obligatione emendandi. *ibid.* n. 33.

An violat sigillum Confessarius, qui statim post confessionem loquitur cum pœnitente de peccatis confessis non petita licentiâ ab ipso pœnitente. *ibid.* n. 34. & 35.

Confessarius an possit absoluerè pœnitentem, si neget crimen, quod ex confessione complicis illius scit. *ibid.* n. 37.

Quid, si peccata certò à Confessario extra confessionem sciatur, & pœnitens in confessione illa negat. *ibid.* n. 38.

Quid, si sint publica. *ibid.*

An Confessarius teneatur dare schedulam peccatorum, quem non absoluit. *ibid.* n. 39. & 40.

Violat sigillum confessionis ille Confessarius, qui surgens è loco confessionis, Doctorem consultit, & statim regrèditur, vt pœnitentem absoluat. *ibid.* n. 4. & p. 2. l. 6. c. 5. n. 2.

Confessarij solum directè obligantur ad sigillum sub pœnis ordinatis factorum Canonum. p. 2. l. 6. cap. 6. num. 1. ceteri indirectè ad arbitrias. *ibid.*

Confessarius non habens iurisdictionem super peccatum reservatum, non potest absoluerè à peccato non reservato eum, qui reservata habet, nisi priùs reservatio tollatur, & si peccatum habet adnexam censuram sublata reservatione censuræ tollitur reservatio peccati. p. 2. lib. 8. c. 3. num. 1.

Confessarius approbatus in diœcesi Lamecensi habens licentiam ad absoluerendum à peccatis reservatis in ea, potest ibi absoluerè pœnitentem alterius diœcesis à reservatis in sua diœcesi. p. 2. l. 8. c. 8. n. 18.

An Confessarius huius diœcesis, nullam omninò habens iurisdictionem super casus reservatos, possit absoluerè pœnitentes alterius à peccatis in ea reservatis. *ibid.* n. 19.

An Confessarius ordinarius virtute Iubilæi possit absoluerè ab hæresi externa occulta. præc. 2. l. 8. c. 8. n. 37.

Quid, si Hæreticus habeat quinque, vel sex complices, an adhuc dicatur hæresis occulta per accidens. *ibid.* n. 33. *vers. Vnde in hac opinione.*

Ab hæresi purè mentali quis possit absoluerè. *ibid.* l. 8. c. 8. n. 42.

Quilibet ordinarius Confessarius potest absoluerè

re ab eo peccato, quo quis se Maurum, aut infidelem finxit inter infideles, si reuerà nullum errorem contra fidem in intellectu habuit. *ibid.* num. 39.

Quid, si quis per ignorantiam aliquem errorem in fide habuit, paratus illum deponere, si Doctorem haberet. *ibid.* n. 41.

An Confessarius teneatur sub mortali, iniungere pœnitentiam pœnitenti. p. 2. l. 5. c. 3. n. 8. & 9.

Quid, si iudicet, pœnitentem nullam acceptaturum. *ibid.* n. 10.

An expediat aliquando, quòd Confessarius nolit obligare ad pœnitentiam, sed per modum consilij illam imponat. *ibid.* n. 11.

An peccet pœnitens mortaliter, si pœnitentiam leuem pro grauibus peccatis impositam non impleat, quando Confessarius ad illam, sub mortali illum voluit obligare. *ibid.* n. 15.

An Confessarius possit obligare sub mortali pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam, antequàm illum absoluat. *ibid.* n. 19.

An, quando Confessarius imponit pœnitentiam ieiunij in vigilia beatæ Virginis, vnico ieiunio vtrique obligationi satisfaciamus. p. 2. l. 9. cap. 4. num. 5.

An æqualis Confessarius possit mutare, vel immuere pœnitentiam ab alio impositam. *ibid.* à n. 14. vsque ad 16.

An extra confessionem hoc possit efficere. *ibid.* num. 17.

An inferior Sacerdos possit mutare pœnitentiam pro reservatis à Superiore impositam. *ibid.* n. 18. *vers. Solum hic.*

An superior Confessarius possit mutare confessionem ab inferiori impositam. *ibid.* n. 19.

An mutatio pœnitentiæ, vt validè fiat, debeat fieri in alia confessione, in qua denuò peccata, ob quæ fuit imposita, fateantur. *ibid.* n. 22.

An Confessarius possit iniungere pro pœnitentiâ, vt Sacramenta suscipiantur. præc. 2. lib. 9. cap. 5. num. 4.

An possit imponere matrimonium. *ibid.*

An factos Ordines, & Religionis ingressum. *ibid.*

An possit iniungere actus internos doloris, & amoris. *ibid.* n. 5.

*Coniux, Coniugati.*

Coniugatus cum coniugata adulterans tenetur circumstantiam vtriusque matrimonij in confessione explicare. p. 1. l. 2. c. 4. n. 4. & 19.

*Concionatores, vide Prædicatores.*

*Concubinarum, Concubina, Concubinarius.*

Notorius concubinarus, aut fornicator, non est ipso iure suspensus, sed suspensus potest per Iudicis sententiam; nec sunt irregulares, si celebrent ante declaratoriam sententiam suspensionis. p. 1. l. 2. c. 1. n. 48. & 49.

An peccatum publicum concubinitus sit de iure reservatum Episcopis. p. 2. l. 8. c. 2. n. 4.

*Concilium.*

Concilium Tridentinum præcipit, vt non absoluantur vsurpatores decimarum, nisi plena restitutione secuta. p. 5. l. 3. c. 6. n. 4.

Noluit concedere Boëmis communionem sub vtraque specie. p. 3. l. 3. c. 4. n. 7.

Concilium non est supra Papam. præc. 1. l. 1. cap. 3. num. 19.

*Consiliarius, Consultores.*

Consiliarius tenetur ad sigillum confessionis. p. 2. l. 6. c. 6. n. 21.

Quid, si consulatur in ordine ad faciendam confessionem cum alio, & non secum. n. 22. & 23.

Quid, si consiliarius non sit Sacerdos, & consulatur, in ordine ad faciendam confessionem secum,

# ET VERBORVM.

cum, cum obtinuerit Ordines. *ibid.* n. 24.

Quid, si sit Sacerdos, & non sit approbatus, & consulatur in ordine ad faciendam confessionem cum eo, cum approbatus fuerit. *ibid.* num. 24.

Consultores, & consiliarij, si oporteat capere consilium in re graui, excusantur ab obligatione Missæ. p. 1. l. 2. c. 3. n. 10.

*Conscientia.*

Vnde oriatur obligatio conscientie erroneæ. p. 2. l. 4. c. 1. n. 10. & c. 5. n. 15. & sequentibus.

An sit mortale, an veniale tantum, peccare contra conscientiam erroneam, quando illa absolute dicitur, aliquid esse peccatum; non tamen dicitur esse mortale, vel veniale. præc. 2. lib. 4. capite 5. num. 17.

Quomodo deponenda sit conscientia erronea. *ibid.* num. 18.

*Consecratio, Consecrare.*

An Sacerdos possit consecrare vnam partem hostie, non aliam. p. 3. l. 2. c. 5. n. 5.

Quid, si Sacerdos assumat decem hostias, vel illas coram se habeat, & intendat solum quinque consecrare. *ibid.* n. 9.

Quid, si putet consecrare 20. & consecret 25. *ibid.* *vers. Et quando.*

Quid, si accipiat duas hostias, & ambas consecret, putans, se vnam tantum consecrare. *ibid.* num. 10.

Quid, si habeat in altari hostiam, & custodiam eum formulis, & oblitus custodiæ offerat, vel consecret tantum hostiam. *ibid.* n. 11.

An liceat Sacerdoti aliquando consecrare absque vestibus sacris, & extra sacrificium Missæ. p. 3. l. 2. c. 6. n. 10.

Consecratio quare dicatur sacrificium Missæ. p. 3. l. 2. c. 6. n. 10.

Quare benedictio à Patribus. *ibid.* n. 9.

An post consecrationem maneat aliqua pars physica, vel metaphysica, substantiæ panis, vel vini. p. 3. l. 5. c. 3. n. 4. & 5.

Consecratio ad essentiam sacrificij Missæ pertinet. p. 1. l. 3. c. 4. n. 8. & 9. & 10.

An ordo consecrationis, vt priùs panis, quàm vinum consecretur, sit de iure diuino. p. 1. l. 3. c. 5. num. 19.

Consecrare calices ad solos Episcopos pertinet de iure, & ex officio. p. 1. l. 3. c. 21. n. 14.

Committi tamen hoc potest simplici Sacerdoti à Papa; de facto committitur Patribus Societatis in India. *ibid.* n. 14.

An amissa deuratione calicis, amittatur consecratio illius. *ibid.* n. 24.

*Consuetudo, vide Prescriptionem.*

Consuetudo sicut potest noua ieiunia inducere, ita & vetera antiquare. p. 4. l. 1. c. 5. n. 1.

Consuetudo non potest facere, vt Ecclesia priuetur iure imponendi decimas, quoties iudicauerit. p. 5. l. 1. c. 1. n. 11.

In vnaquaque prouincia, loco, aut regione in solutione quotæ decimæ potiùs respicienda est consuetudo, quàm ius. p. 5. l. 1. c. 2. n. 2.

Consuetudo facere potest, vt decimæ, tam personales, quàm prædiales, quæ vni parochiæ soluebantur, alteri soluantur. p. 5. l. 3. c. 1. n. 1.

Quæ sit consuetudo longi temporis. *ibid.* n. 4.

Vbi ius aperte repugnat, necessarij sunt quadraginta anni, vt vna parochia contra aliam præscribat. *ibid.* n. 6.

Consuetudo non extenditur ad noualia nunquam antea possessa. *ibid.* n. 12.

Quid, si antea ipsa noualia soluebant decimas de pastu, vel dumero. *ibid.* n. 13.

Quid, si istem terminis clauderentur cum prædiis cultis. *ibid.* n. 14.

Consuetudo vnius loci, aut parochiæ, non extenditur ad aliam. *ibid.* n. 20.

Quid tenendum est circa consuetudinem vnius loci, aut parochiæ, non soluendi decimas de fructibus minimis, vt de fabis, &c. *ibid.* n. 20.

Consuetudo, quòd Clerici, aut Canonici vnius diœcesis vtantur certis vestibus, non extenditur ad Clericos alterius. *ibid.* n. 20.

Consuetudo tantum valet, quantum valet lex, aut Imperator. *ibid.* n. 21.

Consuetudo localis de soluendis decimis personalibus, tempore tantum mortis valet. *ibid.* num. 22.

An possit aliquis consuetudine ita præscribere, vt ius acquirat nullas omninò decimas soluendi. *ibid.* n. 23. & 24.

Iudicium Auctoris. n. 25.

Quando Curati commode sustentari non possunt, possunt iure reperere decimas integras, non obstantè consuetudine, vel priuilegio non soluendi illas, vel non soluendi integras. *ibid.* num. 26.

Nulla consuetudo facere potest, vt ius exigendi decimas nomine proprio laicis competat. p. 5. l. 3. c. 1. n. 30.

Potest consuetudo efficere, vt ex vi alicuius priuilegij à legitima potestate emanantis, laicis ius competat exigendi sibi decimas nomine Ecclesiæ. *ibid.* n. 31.

Valet consuetudo de conuincendo Patocho, vel Episcopo, aliquid ex bonis defuncti. *Luctuosam*, vocant. p. 5. l. 5. c. 1. n. 9.

Semper in Ecclesia fuit consuetudo communicandi sub vna tantum specie. p. 3. l. 3. c. 4. n. 17.

An sit improbanda consuetudo, si fortè obtineat, vt aliqua persona particularis sub vtraque specie communicet. *ibid.* n. 22.

Consuetudo laicorum scita, & tolerata ab Episcopis, potest dies festos introducere, & introductos abrogare. p. 1. l. 1. c. 6. n. 1.

Quid, si non approbetur. *ibid.* n. 6.

Quid de consuetudine laicorum simul, & Ecclesiasticorum, si ab Episcopis non approbetur. *ibid.* n. 7.

Quid, si Episcopus approbet deuotionem populi, & non approbet consuetudinem. *ibid.* n. 8.

Quomodo iaciatur, quòd Episcopus approbet deuotionem populi, non consuetudinem. *ibid.* num. 8.

An sufficiat decennalis consuetudo approbata ab Episcopo ad introducendos dies festos. *ibid.* n. 9.

Quæ consuetudo necessaria sit ad abrogationem illorum. *ibid.* n. 10.

An excusetur certum genus mechanicorum, si consuetudo sit illos operari, cetero populo feriente. *ibid.* n. 11. & 12.

Qui de consuetudine legitime præscripta potest reseruare peccatum in vna specie, v. c. furti: non potest in alia, v. c. in castitate. p. 2. lib. 8. capite 1. num. 11.

Quantum tempus requiratur, vt hæc consuetudo legitime præscribat. *ibid.* n. 12.

An requiratur scientiam, & patientiam Papæ. *ibid.* num. 13.

*Contritio.*

Contritio, quamuis sit actus internus, est pars integralis confessionis. p. 2. l. 2. c. 3. n. 1.

Nomine contritionis venit etiam attritio, quæ dicitur imperfecta contritio. *ibid.* n. 5.

Contritio pro statu legis gratiæ, & naturalis, qualis. *ibid.* n. 6.

Contritio,

# INDEX RERVM,

Contritio, seu detestatio peccati, debet esse voluntaria. *ibid.* n. 10.  
 In vero actu contritionis, in statu legis gratiæ, semper includitur propositum, saltem virtuale, confessionis, inclusum in ipsa detestatione peccati. *ibid.* n. 14.  
 Quomodo fiant actus contritionis, & attritionis. *ibid.* n. 15.  
 Motiuum veræ contritionis est ipsum peccatum principaliter detestatum, quia est offensio Dei: secundariò, quia est causa damni temporalis. p. 2. l. 2. c. 4. n. 2.  
 Assignantur differentiæ inter contritionem, & attritionem. *ibid.* à n. 2. vsque ad 4.  
 Contritio est optima dispositio ad primam gratiam. p. 2. l. 2. c. 5. n. 1.  
 Contritio, vel attritio habita ex metu infamiæ, ægritudinis, pœnæ temporalis vel æternæ, si in ea sistamus, & velimus, vt nullo modo extendatur ad offensionem Dei, est insufficientis ad valorem, & fructum Sacramenti. *ibid.* n. 2.  
 Quid, si habeatur ex metu gehennæ, vel pœnæ temporalis à Deo infligendæ, vt est auctor gratiæ. *ibid.* n. 3.  
 Datur præceptum de vera contritione habenda. p. 2. l. 2. c. 6. n. 1.  
 Quo tempore obliget ex vi sua. *ibid.* à n. 2. vsque ad 5.  
 Ex accidenti obligat, quando quis hic & nunc iudicat, se aliter non posse effugere tentationem aliquam. *ibid.* n. 6. & 7.  
 Obligat etiam ex accidenti, quando Eucharistia suscipienda est, vel ministranda, & deest Confessarius. *ibid.* n. 7.  
 Quid de aliis Sacramentis. *ibid.*  
 An singulorum numero, vel specie peccatorum habenda sit contritio. *ibid.* n. 8. & 9.  
 Quo tempore confessionis habenda sit, an ante, vel post absolutionem. *ibid.* n. 10. & 11.  
 An sit necessaria contritio peccatorum venialium in confessione. *ibid.* n. 14.  
 An ille, qui de folis venialibus confitetur, & mortalibus caret, teneatur de illis contritionem habere. p. 2. l. 2. c. 8. n. 5.  
 Quid, si de aliquibus contritionem habeat, & de aliis non habeat. *ibid.* n. 6.  
*Contractus.*  
 Prouisus de beneficio, promittens laico resistenti possessioni illius, se illi confirmaturum contractum initum cum beneficiato præcedente, super terras Ecclesiæ, an teneatur ad promissionem. p. 5. l. 3. c. 2. n. 21.  
 Quid, si prouisus iuret, se ei daturum aliquas terras Ecclesiæ in emphyteusim. *ibid.* num. 21. *vers. Et idem dicendum.*  
*Conuentus.*  
 Legitimus conuentus non solum fit in propriis parochiis, sed etiam in aliis Ecclesiis. *præc.* 1. lib. 2. c. 3. n. 10.  
*Conuersio.*  
 Conuersio substantiæ panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi, quomodo explicetur. p. 3. l. 5. c. 3. n. 15. & 17.  
*Correctio fraterna.*  
 Correctio fraterna, & iudicialis debet fieri ex noticia certa in foro externo, non ita correctio extraiudicialis. p. 2. l. 5. c. 7. n. 10.  
*Copula.*  
 An copula coniugalis nocte præcedente habita impediat communionem. p. 3. l. 3. c. 6. n. 16.  
 Quid, si habeatur ex desiderio explendæ libidinis. *ibid.* n. 19. & 20.  
 Copula coniugalis mortaliter habita inter coniuges nocte præcedente, an communionem se-

quentis diei impediat. *ibid.* num. 19. & 20.  
 Per copulam coniugalem habitam in Ecclesia, an polluat Ecclesia. p. 1. l. 3. c. 14. à num. 22. vsque ad 26.  
 Quid, si sit secreta. *ibid.* n. 31. & 32.  
 Quid, si postea publicetur, & quæ publicitas sufficiat. à n. 33. vsque ad 36.  
*Corporalia.*  
 Ex qua materia esse debeant. p. 1. l. 3. c. 21. n. 25. & 28. & c. 22. n. 11.  
 Quid representent. *ibid.* n. 11.  
 An sit mortale, sine illis celebrare. *ibid.* c. 21. n. 25. & 28.  
 An illa tangere mortale etiam sit. *ibid.* n. 26. & 28.  
 A quo lauari debeant. *ibid.* n. 29.  
 Corpus Christi in Eucharistia, vide *Species sacras.*  
 Quare corpus Christi in Eucharistia non videatur. p. 1. l. 3. c. 1. n. 7.  
 Corpus Christi in Missa offertur Patri tanquam quid ipsius Sacerdotis, & ab ipso Sacerdote productum. p. 1. l. 3. c. 6. n. 8. *vers. Tertio, quia.*  
 Quomodo explicandi sunt Patres, qui dicunt, corpus Christi esse ipsum Sacramentum Eucharistiæ. p. 3. l. 1. c. 2. n. 9.  
 In corpore existente in loco præter superficiem ambientem datur modus præsentia replentis locum. p. 3. l. 5. c. 4. n. 2.  
 Corpus Christi quomodo moueatur in Eucharistia. p. 3. l. 5. c. 5. n. 5.  
 An de potentia Dei possit immediatè, & per se moueri à Deo. *ibid.* n. 6.  
 An possit moueri mediatè ab anima Christi. *ibid.* num. 7.  
 An corpus Christi in Eucharistia existens possit naturaliter moueri ab agente intrinseco, id est, ab anima Christi. *ibid.* n. 12.  
 An ab agente extrinseco. n. 13.  
 An possit naturaliter pati. *ibid.* n. 13.  
 An agere. *ibid.* n. 14.  
 An modus existendi corporis Christi in Eucharistia, per Dei potentiam, videri possit oculo corporeo. p. 3. l. 5. c. 6. n. 2.  
 Corpus Christi in Eucharistia existens, an naturaliter videri possit ab oculo glorificato. p. 3. l. 5. c. 6. n. 7. & 11.  
*Custos.*  
 Custodes pecudum, & vinearum excusantur ab obligatione Missæ. p. 1. l. 2. c. 9. n. 2.  
*Custodia.*  
 An Sacerdos habens in altari hostiam, & custodiam plenam formulis, & oblitus custodiæ, offerat tantum, vel consecret hostiam, maneat vtrunque consecratum & oblatum. p. 3. l. 2. c. 5. n. 11. vide *Hostiam.* vide *Consecrare.*  
 Quare vas custodiæ non consecretur: consecretur verò calix. p. 1. l. 3. c. 22. n. 14.  
*Curatio.*  
 Curatio Empsalmorij an sit licita. p. 2. l. 8. c. 4. n. 16.  
*Curati.*  
 Curati non possunt de iure reseruare casus: de consuetudine legitime præscripta poterunt. p. 2. l. 8. c. 1. n. 9.  
 An tunc absque vlla causa illa validè & licitè reseruare possint. *ibid.* n. 27.  
*Cursor, Cursores.*  
 Cursores an excusentur à ieiunio. p. 4. lib. 1. cap. 8. num. 17.  
*Crapula.*  
 Quid sit crapula. p. 4. l. 1. c. 1. n. 13.  
 An sit peccatum mortale. *ibid.*  
*Crimen.*  
 Quid sit crimen, notorium iure, & notorium factò. p. 2. l. 5. c. 3. n. 2.

Quid

# ET VERBORVM.

Quid famosum. *ibid.* n. 3.  
 An sit peccatum mortale reuelare crimen, quod est publicum in vno loco, in alio, vbi non est publicum. *ibid.* à n. 4. & seqq.  
 Quid, quando ex tali reuelatione sequitur notabile damnum proximi. *ibid.* n. 8.  
*Cruces.*  
 Cruces portare, pulsare cymbala, & campanas diebus festis, nullum est peccatum, nec veniale. p. 1. l. 1. c. 14. n. 4.  
 Nec peccatum mortale est celebrare sine cruce in altari. p. 1. l. 3. c. 22. n. 32.

## D

### Dalmatice.

**O**lim Episcopi dalmaticis vtebantur, hodie solum Diaconi, & Subdiaconi. p. 1. l. 3. cap. 5. num. 25.

### Debitum, Debitor.

Debitor suspectus de fuga, licitè potest comprehendere ex decreto Iudicis diebus festis. p. 1. l. 1. c. 12. n. 15.

### Debitum coniugale.

Quando sit, vel non sit peccatum mortale, negare debitum coniugi. p. 3. l. 5. c. 6. n. 17.  
 An licitè negari possit coniugi ebrio, amenti, aut furioso. *ibid.* n. 8.

### Decima.

De quibus rebus debeantur. p. 5. l. 1. c. 4. per totum. vide *Prædiales.*  
 An in rigore iuris debeantur decimæ de bonis mobilibus, dono datis, vel testamento legatis; & quid de bonis hæreditatis; præponitur sententia affirmans. p. 5. l. 1. c. 2. n. 5. 6. & 7.  
 In ea excipiuntur filij succedentes patri in bonis paternis, & omnes hæredes ab intestato. *ibid.* n. 6.  
 Astruitur sententia negans. *ibid.* n. 8. & 9.  
 Iudicium Auctoris. n. 9.  
 Decimæ non debeantur de iure de bonis immobilibus legatis, donatis, vel testamento relictis. *ibid.* num. 7.  
 An decimæ de iure debeantur ex bonis ludo, aut lucro acquisitis. *ibid.* n. 10.  
 An de elemosynis datis. *ibid.* n. 11. & 12.  
 An de iis terris, quas Reges bellis iustis acquirunt, & de prædis mobilibus iisdem bellis acquisitis. *ibid.* n. 11. & 12.  
 Milites an ex suo stipendio bello iniusto emerito decimas de iure debeant. *ibid.* n. 17.  
 Quid de prædis mobilibus raptis. *ibid.* sine.  
 An ex rebus iniuste, & cum obligatione restitutionis acquisitis, decimæ de iure debeantur. p. 5. l. 1. c. 2. n. 14.  
 Quid, si illicitè acquirantur, non tamen restitutioni sint obnoxie, vt ex pellicatu, ex histrionatu, ex pretio iniuste occisionis. *ibid.* n. 17.  
 Decimæ pro alimento Sacerdotum de iure naturali debentur. p. 5. l. 1. c. 7. n. 2.  
 Nec tolli, nec minui possunt. *ibid.*  
 In India, & Brasilia decimæ integræ Regi Lusitanæ, tanquam Ordinum Magistro, soluantur, & de expensis Regis Sacerdotibus de necessario alimento prouidetur. *ibid.* n. 10.  
 Nulla consuetudine potest fieri, vt Ecclesia priuatur iure imponendi decimas, quoties id iudicauerit. *ibid.* n. 11.  
 An decimæ debeantur de locationibus domuum de iure. p. 5. l. 1. c. 4. n. 5.  
 An de furnis. *ibid.* n. 6.  
 Et an deducendæ sint expensæ. *ibid.* n. 8. *vers. Ad confirmationem.*  
*P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.*

An semen extrahendum. n. 9.  
 Quare decimæ appellentur tributa. p. 5. l. 1. c. 6. n. 2.  
 Cui percant decimæ, si pereant. *ibid.* n. 9.  
 Decimæ principaliter soluantur in sustentationem Clericorum, minus principaliter in recognitionem diuini dominij. p. 5. l. 2. c. 3. n. 5.  
*Decimæ pro quota, & taxatione.*  
 Quota & taxatio decimarum de iure ecclesiastico Sacerdotibus debetur, & minui potest; non tamen omninò tolli, nisi aliunde eis de necessario alimento prouideatur. p. 5. l. 1. c. 1. n. 3.  
 Non est excessus, quòd decima pars fructuum pro alimento Sacerdotum assignetur. *ibid.* n. 12.  
 In solutione quotæ decimarum magis attendendum est ad consuetudinem loci, vrbis, prouinciæ, aut regionis, quàm ad ius. p. 5. l. 1. c. 2. n. 2.

### Decimæ prædiales.

In multis locis solæ decimæ prædiales soluantur. p. 5. l. 1. c. 2. n. 3. & 4.  
 In lege vetere solum prædiales, & mixtæ soluebantur non personales, & quare. *ibid.* n. 3. & 4.  
 In lege noua omnes soluantur. *ibid.*  
 Decimæ prædiales de quibus rebus debeantur. p. 5. l. 1. c. 4. n. 1.  
 Debentur de grano, vino, & oleo. *ibid.* n. 2.  
 An de palea grani. *ibid.*  
 An de leguminibus, & oleribus. *ibid.* n. 3.  
 An de feno, & herba, & pasuis. *ibid.* n. 4.  
 Quid, si prata eodem anno bis, aut ter fructum ferant herbarum. *ibid.*  
 An debeantur de prouentibus molendinorum, etiam ad ventum, de iure. *ibid.* n. 5.  
 An deducendæ sint expensæ factæ in illis rescindendis. *ibid.* n. 5.  
 Prædiales de iure ordinario debentur illi parochiæ, in cuius districto sunt prædia. p. 5. l. 1. c. 4. n. 10. & 13. c. 4. n. 1.  
 Quo tempore soluendæ sunt. *ibid.* n. 12.  
 An soluendæ sint de lignis caduis, tempore, quo emuntur; an tempore, quo caduntur; ac colliguntur ligna. *ibid.*  
 Ad quem locum asportandæ sunt decimæ prædiales de iure, & cuius expensæ. *ibid.* n. 12.  
 Ex qua parte fructuum soluendæ sunt, quando prædia coluntur per colonos, an ex parte colonorum. *ibid.* n. 13.  
 An decimæ prædiales soluendæ sint illi parochiæ, quæ de nouo prædia acquirunt donatione, emptione, vel alio contractu; an antiquæ, cui antea soluebantur. p. 5. l. 1. c. 7. à n. 1. vsque ad 4.  
 Decimæ prædiales sunt onus reale impositum terris Christianorum, qui aliquando fidem susceperunt. p. 5. l. 2. c. 1. n. 15.  
 Quo iure, & quibus modis possint personæ laicæ licitè decimas percipere nomine Ecclesiæ. p. 5. l. 3. c. 2. n. 11. & 12.  
 Possunt decimæ prædiales dari à Papa ad tempus Principibus secularibus, pro aliqua necessitate communi. *ibid.* n. 13.  
 Possunt dari laicis per modum salarij, stipendij, ac seruitij. *ibid.* n. 12.  
 Possunt locari, & conducij. *ibid.* n. 11.  
 An ea locatio possit excedere triennium. *ibid.*  
 Decimæ prædiales debentur Parochiis, etiam si diuites sint. p. 5. l. 3. c. 4. n. 1. *vers. Et quia.*  
 An idem prædium ratione diuersorum fructuum decimale sit diuersis parochiis. *ibid.*  
 Decimæ prædiales laicis in feudum datæ, an possint ab ipsis laicis propria auctoritate transferri in Ecclesias, & pia loca. *ibid.* n. 2.  
 An in personas laicas. *ibid.* n. 3.  
 Res empta ex pretio decimarum furto ablatarum, cuius sit, an Ecclesiæ, cuius erant decimæ, an



# INDEX RERVM,

an ementis. *ibid.* à p. 4. vsque ad 6.  
Decimæ prædiales à quibus personis petendæ sint, an ab illis, quæ prædia habuerunt, & illas non soluerunt, an à tertiis possessoribus. p. 5. l. 3. c. 6. n. 1. & 2.

## Decimæ personales

Decimæ personales debentur de negotiis lucrosis. p. 5. l. 1. c. 2. n. 16.  
An deducendæ sint expensæ in negotiis faciendis. *ibid.* n. 18.

Personales decimæ ex vi iuris communis debentur propriæ parochiæ; in qua tenentur Missam audire, & Sacramenta suscipere. p. 5. l. 1. cap. 3. n. 1. & l. 3. c. 4. n. 1.

Quid, si terras quis habeat in vna parochia, & domicilium in alia, in qua Sacramenta accipiat. *ibid.* n. 2.

Quid, si per maiorem partem anni extra propriam parochiam absens sit, laboretque, lucretur, vel negotietur. *ibid.* n. 2.

Quid, si quis alicubi domicilium figat animo habitandi ibi solum vsque ad tempus percipiendorum Sacramentorum. *ibid.* n. 4.

Quid, si quis habeat domicilium in diuersis parochiis, & in vna, ætate; in alia, vere; aut in vna, maiori; in alia, minori parte anni habitet. *ibid.* num. 5.

Quid, si artifex domicilium habeat in confinio duarum parochiarum, & modò in vna parte, modò in alia operetur. *ibid.* n. 6.

Quid, si dubitetur, de qua parochia sit domicilium existens in confinio duarum. *ibid.* n. 7.

Decimæ personales ferè sunt vbique vsu sublatae. num. 8.

Loco illarum in Lusitania soluuntur Cognitiones; & quid Cognitiones sint. *ibid.* n. 9.

In quo distinguantur decimæ personales à prædialibus. *ibid.* n. 10.

## Decimæ mixtae.

Mixtae quæ sint, p. 5. l. 1. c. 5. n. 1.  
Soluuntur de fructibus animalium, & quomodo. *ibid.* n. 2.

Item de lana, lacte, & caseis. *ibid.* n. 3.  
Quando, & quomodo. *ibid.*

Soluuntur etiam de viuariis; vbi pisces ali solent. *ibid.* n. 4.

Decimæ animalium soluuntur illi parochiæ, vbi pascunt, quanuis illorum domini viuant in alia. *ibid.* n. 5.

Quid, si in vna parochia pascant hyeme, & ætate in alia. *ibid.* n. 6.

Quid, si per maiorem partem anni in vna, quàm in alia. *ibid.* n. 7.

Quid, si maius tempus vnus præ alia non sit considerabile. *ibid.* n. 8.

Quid, si greges pascant in vna, & accubent in alia. *ibid.* n. 10. & 11.

Quid, si equæ pascant in vna parochia, & pariatur in alia. *ibid.* n. 12.

Cui parochiæ soluendæ sint decimæ mixtae de aluearibus. *ibid.* n. 13.

Quo tempore soluendæ sint decimæ mixtae de fructibus animalium. *ibid.* n. 14.

An deducendæ sint expensæ in illis alendis. *ibid.* n. 15.

Decimæ mixtae à quibus personis petendæ sint, an ab illis, quæ animalia habuerunt, & non soluerunt; an ab illis, quæ illa emerunt, & possident. p. 5. l. 3. c. 6. n. 1.

## Declaratio criminis.

An ultra declarationem criminis hæresis incurset, requiratur in Hæreticis declaratio incurset excommunicationis ob illud, vt hæreticus vitetur. p. 1. l. 3. c. 12. n. 18. & p. 1. l. 2. c. 5. n. 5. & 6.

## Defectus, vide Sacerdotem.

Defectus Missæ quomodo supplendi sint per alium Sacerdotem, deficiente primo; & vnde debeat incipere Sacerdos, si alter, vel ante, vel post consecrationem deficiat. p. 1. l. 3. cap. 19. per totum.

Defectus naturales, & sanguinis poenitentis, an cadant sub sigillo sacramentali confessionis. p. 2. l. 6. c. 4. n. 3.

## Definitio, definire.

Definitio ieiunij. p. 4. l. 1. c. 1. n. 4.

## Degradatio.

Degradatio duplex est, realis, & verbalis, & quæ vtraque sit. p. 3. l. 3. cap. 1. n. 16. & p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 52.

Sacerdos realiter degradatus, an retineat characterem. *ibid.* n. 15.

Per degradationem realem factorum Ordinum amittit Sacerdos priuilegium clericale, & efficitur fori secularis. p. 1. l. 2. c. 5. n. 52.

## Delictum, vide Hæresim.

Delictum quando dicatur occultum quoad absolutionem episcopalem, & quando non. p. 2. l. 8. c. 8. n. 23. vsque ad 29.

Concilium Trid. concedit Episcopis facultatem absoluenti ab omnibus casibus referuatis Sedi Apostolicæ, ex delicto occulto prouenientibus. Quæ delicta dicantur publica, quæ occulta quoad hanc absolutionem, vbi supra.

An dicatur delictum occultum respectu huius absolutionis, quod probari potest in iudicio; nondum tamen ad illud delatum est. *ibid.* n. 24.

Quid, si iam sit ad iudicium delatum; sed nondum ibi sit probatum. *ibid.* n. 26.

Quid, si duo sint eiusdem criminis complices, & delictum respectu vnus sit in iudicio probatum, respectu verò alterius non sit; an adhuc dicatur occultum respectu istius. *ibid.* n. 27.

Quid, si delictum sit in vno loco publicum, & in iudicio probatum; in loco verò, in quo absolutio petitur, vel dispensatio irregularitatis illius, non sit, an possit Episcopus ab illo absolueri, & in irregularitate illius dispensare. *ibid.* n. 28.

Delictum atrox, quod cum scandalo sit, potest à Iudice in die festo sententari. p. 1. l. 1. c. 13. n. 28.  
Quæ delicta vergant in damnū publicū, & in damnū proximi, & quæ non vergant. p. 2. l. 6. c. 4. n. 21.

Denuntiatio, Denuntiare, vide Excommunicatum, & Excommunicationem.

Denuntiatio excommunicationis incurset potest fieri per Ordinarium ipsius excommunicati, etiam si illum ipse non excommunicauerit, modò excommunicatio sit à iure, non ab homine. p. 1. l. 2. c. 5. n. 31.

Ordinariò faciendæ est ab illo, qui excommunicauit. *ibid.*

Hæretici occulti statim sunt denunciandi, nulla præmissa correctione. p. 2. l. 6. c. 4. n. 11.

Blasphemia occulta non est denuncianda ante correctionem fraternam, nisi cum hæresi coniuncta sit. *ibid.* n. 12. & 13.

Crimina alta occulta præter hæresim non sunt denuncianda in visitationibus, etiam si sub excommunicatione denunciari præcipiantur. *ibid.* n. 14.

An peccata iam emendata sint denuncianda. *ibid.* num. 17.

Quid, si dubitetur de emendatione. *ibid.*

An peccatum iam emendatum deferendum sit Prælati Religionum, si reciduum timeatur. *ibid.* n. 16.

Ficti poenitentes, qui accedunt ad confessionem, non animo se accusandi, sed inducendi Confessarium ad peccatum, statim sunt denunciandi ante

# ET VERBORVM.

ante vllam fraternam monitionem, modò peccatum, ad quod volunt inducere, in eis sit publicum, aut de illo sint iam infamati. p. 2. l. 6. c. 4. n. 19.

Quid, si delictum in eis sit secretum, & vergat in damnum publicum, aut proximi. *ibid.* n. 20.

Quid, si non vergat, sed solum noceat auctori. *ibid.*  
Quæ delicta vergant in damnū proximi, vel solum noceant auctori. *ibid.* n. 21.

## Dependentia.

An detur aliqua dependentia effectiua inter species sacramentales, & corpus Christi existens in Eucharistia. p. 3. l. 5. c. 4. n. 6.

An hæc dependentia sit per aliquam actionem, aut qualitatem, quam adiuuicem immittant, & imprimant. *ibid.* n. 7. & 8.

An sit de intrinseca ratione huius Sacramenti. *ibid.* n. 10. 11. & 12.

Nulla datur formalis vnio inter has species, & corpus Christi, sed effectiua, quam vocamus dependentiam effectiuam. *ibid.* n. 4. & 5.

## Depositio.

Depositio sacrorum Ordinum altera verbalis est, altera realis: realis est illa, quæ fit per abstractionem sacrorum Ordinum, & per eam efficitur quis fori secularis, & amittit priuilegium clericale. p. 1. l. 2. c. 5. n. 52. vide Degradationem.

## Deuotio.

Carens deuotione actuali in susceptione Eucharistia, non comparat effectum gratia ex opere operantis illi deuotioni respondens; non tamen impedit gratiam ex operato. p. 3. l. 4. cap. 3. num. 5.

## Deus.

Qua ratione, & modo, colebatur Deus ante legem Moysis, & ante obseruationem Sabbathi. p. 1. l. 1. c. 1. n. 4.

An, quando Deus in hac vita aliquem iustum punit pro peccatis temporalibus ex peccato relicto, eo ipso liberetur à tota pœna temporalis. p. 2. l. 9. c. 2. n. 14.

## Diligentia.

Quæ diligentia requiratur, vt poenitens discutiatur conscientiam. p. 2. l. 3. c. 2. n. 1.

## Dimidiari, Dimidiatio.

In quibus casibus licitum sit dimidiari confessionem, & in quibus non, ita vt non omnia peccata eidem confessario dicantur. p. 2. l. 3. c. 3.

## Dispositio, Dispositus, Disponere.

An sit sufficienter dispositus ad Eucharistiam suscipiendam, qui est in gratia habituali. p. 3. l. 3. c. 8. n. 8.

Quæ dispositio requiratur ad illius susceptionem. p. 3. l. 3. c. 5. n. 1.

Requiratur ieiunium naturale. *ibid.* n. 7.

Quæ sumptio aquæ, & cibi, impediatur communione. *ibid.* n. 11. & 12.

Quid, si guttula aquæ per modum saluæ deglutatur. *ibid.*

Quid, si traiciatur aliquid cibi in ore manentis, & inter dentes. *ibid.* n. 13.

An aliqua dispositio circa ornatum corporis requiratur in iis, qui Eucharistiam sumunt. p. 3. l. 3. c. 6. n. 1.

Quæ sit debita dispositio ad communicandum quotidie. p. 3. l. 3. c. 7. n. 6.

An semper debeat præcedere confessio, si conscientia mortalis culpæ detur. p. 3. l. 3. c. 8. n. 1.

An cum ea dispositione possit homo ad Eucharistiam accedere, vt neque gratiam accipiat, neque peccatum committat. p. 3. l. 4. c. 2. n. 13.

## Dimissoria.

Dimissoria à Capitulo, Sede vacante, concessa, R. Steph. Fagundes in quinque præf. Ecol.

non expirant veniente nouo Episcopo. p. 2. l. 8. c. 8. n. 16.

## Discrimen, seu Differentia.

Assignatur differentia inter actus contritionis, & attritionis. p. 1. l. 2. c. 4. à n. 2. vsque ad 4.

Quod discrimen sit inter Ecclesiam benedictam, & consecratam. p. 1. l. 3. c. 14. n. 60.

## Dispensatio, Dispensare, Dispensatus, vide Papam, Episcopum, & Superiores.

Papa dispensare potest in præcepto annualis confessionis ex iusta causa. p. 2. l. 1. c. 3. n. 6.

An cum aliqua persona, prouincia, vel regno in perpetuum dispensare possit, vt nunquam confiteatur. *ibid.* n. 8.

Si absque causa dispense, valebit dispensatio; peccabit tamen mortaliter. *ibid.* n. 9.

Dispensationes vororum an sint de iure communi referuatae Episcopis. p. 2. l. 8. c. 2. n. 2.

Quis possit dispensare in præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 9. n. 1.

Potest Papa, etiam sine vlla causa, & valet dispensatio; sed mortaliter peccat. *ibid.* n. 1. & 7.

Et Episcopus licet & validè cum causa. *ibid.* n. 7.

An requiratur dispensatio Superioris, quando causa est manifesta, ac patens. *ibid.* n. 1. & 7.

An in causa dubia sufficiat sola auctoritas Parochi; vel Medici. *ibid.* n. 2.

Quid de Confessario. *ibid.* n. 3.

Superiores Religionum an possint dispensare suos subditos in lege ieiunij. *ibid.* n. 5.

An ipsi secum. *ibid.* n. 6.

Quid, si Episcopus cum aliquo dispense in præcepto ieiunij absque causa. *ibid.* n. 7.

Quando Princeps, vel Episcopus, dispense in lege propria, sine iusta causa, valet dispensatio, sed mortaliter peccat. p. 1. l. 2. c. 1. n. 12.

Quando dispensat in lege Superioris absque iusta causa, nec licet, nec validè dispense. *ibidem.* n. 12.

An valeat dispensatio, qua Episcopus dispense bona fide in præcepto Missæ, aut dierum festorum absque causæ cognitione, si reuera dabatur causa dispensandi. *ibid.* n. 13. & 14.

Quid, si prælatus dispense mala fide in lege Superioris, putans non dari causam dispensandi, cum tamen detur. *ibid.* n. 15.

Dispensatio voti, vel iuramenti, absque causa facta est irrita. *ibid.* n. 16.

Quid, si Confessarius, aut Ordinarius dispense; non examinata causa in dispensationibus sibi à Papa commissis. *ibid.* n. 16.

Dispensatus in esu carniū, an eo ipso censeatur liber à lege ieiunij. p. 4. l. 1. c. 2. n. 5.

Dispensatus à Papa ad omnes honores ecclesiasticos; & vt sacris Ordinibus initiatur, non censeatur dispensatus ad Episcopatum. p. 5. lib. 3. cap. 3. numer. 4.

Dispensatus ad Episcopatum, an maneat dispensatus ad Archiepiscopatum. *ibid.* n. 9.

Dispensatus à Papa, vt Clericus fiat, non censeatur dispensatus ad sacros Ordines; sed tantum ad minores. *ibid.* n. 4. vers. Imò dispensatus.

Quid, si Papa dispense in omnibus Ordinibus, vt Clericus fiat. *ibid.* vers. Et quamuis.

Quid, si dispense ad omnes Ordines absolutè, non addita particula, vt Clericus fiat.

Dispensatus ad sacros Ordines, censeatur dispensatus ad minores. *ibid.* n. 8.

Et dispensatus ad sacerdotium, censeatur dispensatus ad diaconatum, & subdiaconatum. *ibid.*

Dispensatus à Papa ad honores Ecclesiasticos, an censeatur dispensatus ad saculares. *ibid.* n. 3. vide Legitimum.

# INDEX RERVM,

*Dies, Dies Dominica.*  
 Diebus Dominicis licite possimus ieiunare. p. 1. c. 5. n. 2.  
 Diebus Dominicis Quadragesimæ quare carnes non vescamur, eum tamen non ieiunemus. ibid. num. 5.  
 Prima dies Quadragesimæ, quæ fuerit olim ante tempus D. Gregorij Papæ. ibid. n. 6. & 7.  
 An, qui vult ieiunare omnibus sextis feriis totius anni, teneatur ieiunare in die Natalis Domini, si in eam inciderit. p. 4. l. 1. c. 6. n. 6.  
 Dies Dominica an sit de iure diuino. p. 1. l. 1. cap. 2. num. 3.  
 Dies Dominica est, moraliter loquendo, immutabilis. ibid. n. 8.  
*Dies festi.*  
 An Religiosi exempti teneantur ad dies festos, qui de generali consuetudine locorum, vbi eorum Monasteria sunt, obseruantur. p. 4. l. 1. c. 7. n. 3.  
 Omnes dies festos, quos Ecclesia colit, sunt de præcepto humano. p. 1. l. 1. c. 2. n. 7.  
 Dies festi ob quas causas instituantur. p. 1. l. 1. cap. 2. num. 9.  
 Transferuntur quoad Horas canonicas tantum. ibid. n. 10.  
 Ad quem spectet illorum institutio. p. 1. l. 1. c. 3. n. 2. 3. 4. 5. 6. vide *Episcopum*.  
 An possint institui à potestate laica sic, vt sub mortali culpa obliget illorum obseruatio. p. 1. l. 1. c. 5. n. 3. & 4.  
 An possit se quisque obligare voto ad obseruandum diem non festum pro festo. ibid. n. 10.  
 Quando incipiant dies festi, & quando desinant. p. 1. l. 1. c. 6. n. 2.  
 Si dies festus obseruetur ex deuotione populi ob consuetudinem, & Episcopus approbet deuotionem, & non consuetudinem; an tunc ipsa consuetudo possit introducere dies festos obligantes sub mortali. p. 1. l. 1. c. 6. n. 8.  
 Ad introductionem dierum festorum an sufficiat decennij consuetudo. ibid. n. 9.  
 Quid de abrogatione. ibid. n. 10.  
 An excusetur certum genus mechanicorum, si consuetudo sit, illos laborare, cætero populo obseruante. ibid. n. 11. & 12.  
 An liceat in ipso die festo patriæ ex illa, aliò diuertij, laborandi causa. p. 1. l. 1. c. 7. n. 13.  
 Quid tunc de Missa, an teneatur illam prius audire. ibid.  
*Distantia.*  
 Quæ distantia itineris excuset à Missa. p. 1. l. 2. c. 9. n. 10.  
 In qua distantia possit Sacerdos consecrare panem & vinum. p. 3. l. 2. c. 5. n. 7.  
*Distributio.*  
 Distributio corporis Christi inter fideles sacrificio Missæ assistentes an sit necessaria ad sacrificium. p. 1. l. 3. c. 3. n. 11.  
*Diu.*  
 Particula, *diu*, quantum tempus importet in iure. p. 5. l. 3. c. 1. n. 10.  
*Doctor, Doctores.*  
 Doctores, & Laureati in Theologia, & iure canonico, an indigeant approbatione Episcopi ad audiendas confessiones secularium. l. 7. cap. 2. n. 67. 68. 69.  
*Dominium, Domini.*  
 Possunt domini agrorum, & vinearum, eos conuenerè in domos, contradicentibus Curatis, cui pendebant decimas. p. 5. l. 1. c. 6. n. 10.  
 Non potest dari verum dominium super rem confusam, sed super certam, & liquidam. p. 5. l. 1. c. 6. num. 2.

An Ecclesia habeat verum dominium decimarum, antequam illa à reliquis fructibus separentur. ibid.  
*Domicilium.*  
 Domicilium vbi quis habere dicatur. p. 5. l. 1. cap. 3. num. 3.  
 An perdat domicilium ille, qui animum mutat habitandi in aliquo loco, dum ipsum locum nondum de facto mutet. ibid.  
 Domicilium semel acquisitum, animo, & facto, non amittitur per solum animum, sed opus est animo, & facto. ibid.  
*Donatio, Donare.*  
 Quid possint Religiosi communiter donare aliis Religiosis eiusdem, vel diuersi Ordinis, aut Monasterij, aut secularibus, vel ab illis licite accipere absque expressa facultate suorum superiorum. p. 2. l. 8. c. 6. à num. 4. & seqq.  
 Quid possint donare, quando iter faciunt. ibid. num. 9.  
 Quantum possint Superiores locales donare externis, vel dare suis licentiam ad donandum ex bonis Religionis. ibid. n. 12.  
 Hæc donatio, & licentia ad donandum dari non potest, nisi ad vsus licitos, nec licite, nec valide. à num. 14. 15. & seqq.  
 Quid, si Prælati licentiam concedant ad vsus licitos, & Religiosi accipiant, vel donent; aut expendant in illicitis. ibid. n. 14. & 15.  
*Dubium, Dubitans.*  
 Dubitans, facta diligentia an expleuerit 21. annum, non teneatur ad ieiunium. p. 4. lib. 1. cap. 8. num. 7.  
 Dubitans de ægritudine an teneatur ad ieiunium. ibid. n. 13.  
 Dubitans an audierit dimidiam noctem, & bibens, aut comedens, an possit altera die communicare. p. 4. lib. 1. cap. 10. num. 1. & p. 3. lib. 1. cap. 5. num. 18.  
 Dubitans an sit media nox & carnes comedens, an possit altero die ieiunare. ibid. n. 2. primæ allegationis.  
 An quis possit licite in die ieiunij comedere in casu, quod dubitet, an sit iam media nox. ibid. num. 3.  
 Sacerdos dubitans se habuisse intentionem consecrandi, an consecrauerit. p. 1. lib. 2. c. 7. n. 14.  
 In dubio, an peccatum sit mortale, vel veniale, teneatur quis illud confiteri. p. 2. l. 2. c. 1. n. 9. & l. 3. c. 4. n. 2. vers. *Similiter*.  
 In dubio, an quis vouerit, vel non vouerit, nemo teneatur ad votum. ibid. n. 10.  
 Quid de iuramento. ibid.  
 An teneamur peccata mortalia confiteri in dubio an sint iam confessa. p. 2. lib. 3. cap. 4. n. 2.  
 In dubio an peccatum quis commiserit, vel non commiserit, an teneatur de illo confiteri. ibid. vers. *Si dubitat*.  
 In dubio, an tutior pars sit eligenda, quomodo intelligendum sit. ibid. n. 3.  
 In materia dubia an fiat Sacramentum. p. 3. l. 2. c. 1. num. 17.  

**E**

*Ecclesia, vide Papam.*

**I**N Ecclesia semper viguit mos communicandi. p. 3. l. 1. c. 5. n. 1.  
 An potuerit Ecclesia per legem ieiunij vetare omnes cibos carniū. p. 4. l. 1. c. 2. n. 2. & 3.

Quas

# ET VERBORVM.

Quas ob causas instituerit Ecclesia ieiunia in quatuor temporibus anni. p. 4. l. 1. c. 6. n. 3.  
 An Ecclesia habeat verum dominium decimarum, antequam illa à reliquis fructibus separentur. p. 5. l. 1. c. 6. à n. 1. vsque ad 3. & 4.  
 Ecclesia quam actionem habeat super decimas, quando fructus non decimati venduntur, vel futantur, realē, an personalem. p. 5. l. 1. cap. 6. num. 5.  
 An in Ecclesiis Mendicantium possint fideles communicare ex obligatione præcepti, ita vt illi satisfaciant. p. 3. l. 1. c. 5. n. 7.  
 Ecclesia quare verbis essentialibus, & formæ essentiali consecrationis Eucharistiæ addiderit alia verba. p. 3. l. 2. c. 7. n. 15. & 16.  
 Ecclesia quare præcipiat communionem sub vna, veter sub vtraque specie. p. 3. c. 4. n. 6.  
 In Ecclesia an aliquando permissus fuerit vsus calicis tantum. ibid. n. 10.  
 An Ecclesia possit præcipere vsus tantum calicis, & prohibere panis. ibid. n. 10.  
 Ecclesia secundum diuersos status, & tempora, diuersa præcepta imponit circa tempus communionis. p. 3. l. 3. c. 7. n. 5.  
 Laborare, operari, & agros colere in diebus festis propter Ecclesias pauperes, non est mortale. p. 1. l. 1. c. 14.  
 Ecclesia potest dispensare merita Sanctorum per Indulgentias. p. 1. l. 4. c. 1. n. 5.  
 Furari crumenam in Ecclesia illius, qui Missam audit, an sit sacrilegium necessarid constitendum. p. 2. l. 4. c. 4. n. 9.  
 Quid de reliquis furtis. ibid.  
 Occidere, percutere, vulnerare aliquem in Ecclesia, & loco sacro, an sit sacrilegium, & an per hæc ita violetur Ecclesia, vt purificatione indigeat. p. 2. l. 4. c. 4. n. 15. & 14.  
 Quid de emissionē voluntaria, & peccaminosa seminis humani. ibid. n. 19. & 20.  
 Quid, si aliquem occidas, vel vulneres in Ecclesia, & loco sacro, quem non intendebas occidere, vel vulnerare, intendendo alium, an tunc maneat Ecclesia violata. ibid. n. 15.  
 Quod vulnus requiratur, & quanta effusio sanguinis, vt Ecclesia & locus sacer polluat; ac reconcilietur. ibid. num. 16. & 18. & p. 1. lib. 3. c. 14. n. 14.  
 In qua quantitate sanguinis effusio requiratur. ibid. n. 19.  
 Quid de carniū contusione, & ossium effractione sine sanguinis effusione. ibid. n. 16.  
 Quid, si vulnus in Ecclesia fiat, & sanguis extra illam effundatur, aut è conuerso. ibid. num. 16.  
 An polluat per copulam inter coniuges in eadem Ecclesia. ibid. à n. 21. vsque ad 25. & per quam copulam, secretamne, an publicam. ibid.  
 An aspectus, natus, tactus, confabulationes impudicæ in Ecclesia, & loco sacro habitæ, necessarid sint confitendæ. ibid. num. 26. 27. 28. & c. vsque ad 31.  
 Quæ loca Ecclesiæ dicantur loca sacra quoad homicidium, seminis, aut sanguinis effusionem, an tectum, chorus, sacristia, trophilæa, locus confessionis, an capellæ, & c. ibid. n. 32.  
 An oratoria, quæ domi habentur, & in quibus Missa dicitur. ibid. n. 36.  
 An Ecclesia destructa. ibid. n. 37.  
 Et quid, si destruat, vt iterum ædificetur. ibid.  
 Quid de Hospitalium, & Xenodochiorum Ecclesiis. ibid. n. 38.  
 In Ecclesia publicè violata, pollutave celebrari non potest absque mortali. p. 1. lib. 3. cap. 14. num. 1.  

*P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.*

Quid de licentia Episcopi, & urgente necessitate. ibid. n. 2.  
 Violata Ecclesia violatur etiam cæmeterium, non è contra. p. 2. l. 4. c. 4. n. 42.  
 Qui in Ecclesia publicè violata celebrat, an fiat irregularis. p. 1. l. 3. c. 14. n. 3.  
 An maneat suspensus. ibid. n. 4. & 5.  
 Quid debeat agere Sacerdos, si dum celebrat, Ecclesia publica violatur. ibid. n. 7.  
 An Ecclesia polluat, si homo extra illam vulneretur, & in illa emoriatur. ibid. n. 9.  
 An polluat, si Iudex in vna Ecclesia existat, & in alia hominem suspendat. ibid.  
 Quid, si in Ecclesia ferat sententiam, vt aliquis extra illam moriatur, an tunc Ecclesia maneat polluta, in qua sententiam tulit. ibid. n. 10.  
 An per martyrium violetur Ecclesia. ibid. n. 10.  
 An polluat, si ex illa emissio telo, vel globo, hominem extra illam foris occidas. p. 1. lib. 3. cap. 14. num. 11.  
 An per percussione, quæ de se non vulnerat, nec effundit sanguinem, sufficiens tamen est ad mortem, violetur. ibid. n. 12. & 13.  
 Polluitur Ecclesia per effusionem sanguinis humani peccaminosam. p. 1. l. 3. c. 14. n. 14.  
 Qualis effusio requiratur. ibid. n. 19.  
 Quid, si sanguinis effusio fiat per iocum, aut naturaliter, aut in aliqua inhonesta representatione in Ecclesia facta. ibid. n. 15.  
 Quid, si vulnus in Ecclesia contingat, & sanguis extra effundatur. ibid. n. 16.  
 Quid, si aliquis extra Ecclesiam existens, & emissio telo, vel globo, alium in illa occidat. ibid. n. 16.  
 Quid, si vulnus inflictum sit leue, & sanguis effusus multus. ibid.  
 Violatur Ecclesia per voluntariam, & peccaminosam emissionem seminis virilis; vel feminei fidelium, vel infidelium. p. 1. l. 3. c. 14. n. 20.  
 In qua quantitate. ibid. n. 21.  
 An ita polluat per actum coniugalem, vt indigeat purificatione. ibid. à num. 22. vsque ad 26.  
 Per peccaminosam emissionem seminis, dum est secreta, non manet polluta Ecclesia. ibid. num. 31. & 32.  
 Quid, si postea publicetur, & quæ publicitas sufficiat. ibid. à n. 33. vsque ad 36.  
 An Ecclesia, vel cæmeterium publicè consecratum possit profanum fieri solo simplici, ac nudo mandato Episcopi, an requirantur externæ aliquæ ceremoniæ. ibid. n. 31.  
 Quid nomine Ecclesiæ intelligatur, quoad pollutionem, & purificationem illius. p. 1. l. 3. cap. 14. à n. 37. & sequentibus.  
 Quid, si Ecclesia iam sit destructa. ibid. n. 49. & p. 2. l. 4. c. 4. à n. 9.  
 Violatur Ecclesia, si in ea excommunicatus nominatim denunciatus publicè sepeliatur. p. 1. lib. 3. c. 14. n. 55.  
 An violetur, si ab Episcopo nominatim excommunicato & denunciato consecratur. ibid. n. 56.  
 An, si in illa paganus, vel infidelis tumuletur. ibid. n. 57.  
 Quid, si puer non baptizatus filius fidelium in ventre matris sepeliatur. ibid. n. 58.  
 An violetur, si est consecrata, & parietes illius comburantur, vel destruantur, ac reparantur. ibid. n. 59.  
 Quod discrimen sit inter Ecclesiam benedictam, & consecratam. ibid. n. 60.  
 An in Ecclesiis conuentualibus, & cathedralibus debeat quotidie Missa celebrari, & an etiam de defunctis. p. 1. l. 3. c. 15. n. 9.  
 Ecclesia an possit punire delictum confessionis inualide.

A A a 3

# INDEX RERVM,

inualidæ, etiam si occultissimum sit, & in iudicio probari non possit. p. 2. l. 1. c. 4. n. 1.  
 Ecclesia potest præcipere actus internos. ibidem, n. 7.  
 Exercere actus profanos in Ecclesia, vt comœdias lasciuas, triturare segetes, &c. an sit sacrilegium. p. 2. l. 4. c. 4. n. 10.  
*Ecclesia Immunitas, vide Immunitatem, Ebrietas, Ebrius.*  
 Ebrietas, & inebriari an sit peccatum mortale. p. 4. l. 1. c. 1. n. 10. & 11.  
 Quid sit ebrietas. ibid. 11.  
 Peccat mortaliter illi, qui alios inebriant quocunque potu. ibid. n. 12.  
 An sit mortale procurare ebrietatem ex consilio Medicorum propter sanitatem. ibid. n. 14.  
 Ebrius an peccet mortaliter, si in ipsa ebrietate peccet. n. 15.  
 An fiat irregularis, si hominem in illa mutilet, vel occidat. ibid. n. 16.  
 Quid, si se inebriet ex intentione occidendi alium in ebrietate, & in illa occidat. n. 17.  
 Quid, si in ebrietate soleat arma capere, & homines vulnerare, & culpa sua factus sit ebrius, intendendo ebrietatem, non occisionem. num. 17. vers. Tertio.  
 Quid, si absque culpa sua ab alio inebrietur, & in ebrietate alium occidat. ibid. vers. Primo.  
 Quid, si sponte sua factus sit ebrius nihil cogitans de occisione. ibid. n. 18.  
 An ebrius delicta in ebrietate committens sit immunis à pœnis lege & iure statutis. ibid. n. 20.  
*Effectus.*  
 Effectus ieiunij qui sint. p. 4. l. 1. c. 10. n. 15.  
 Effectus Sacramenti Eucharistiæ solum fuit promissus manducantibus & bibentibus. p. 3. lib. 7. c. 1. n. 5.  
 Nulli confertur effectus gratiæ ex operato ratione aliorum Sacramentorum, nisi in vnitatem Eucharistiæ. p. 3. l. 4. c. 1. n. 8.  
 An consequatur ille effectum gratiæ ex operato, qui postquam Eucharistiæ deglutit, statim illam euomit. ibid. n. 9.  
 Effectus gratiæ in hoc Sacramento confertur in instanti deglutitionis, si subiectum sit dispositum. ibid. n. 12.  
 In die Natalis Domini confertur nouus effectus gratiæ ex operato ad nouam sumptionem hostiæ Sacerdotis. ibid. n. 11.  
 Proprius, & præcipuus effectus gratiæ ex operato huius Sacramenti est conferre augmentum gratiæ. p. 3. l. 4. c. 2. n. 3.  
 Ad consequendum effectum Eucharistiæ ex operato solum requiritur confessio, & dolor de peccatis in confessione. p. 3. lib. 4. c. 3. n. 7.  
 An maiorem effectum gratiæ ex operato, cæteris partibus, accipiat ille, qui sub vtraque specie communicat, quàm qui sub vna. p. 3. l. 4. cap. 4. num. 2.  
 Effectus ex operato sacrificij Missæ fundatur in promissione Christi inclusa in institutione illius. p. 1. l. 4. c. 1. n. 6.  
 Qualis sit proprius effectus sacrificij Missæ. ibid. n. 10.  
 Est remittere ex operato pœnas relictas ex peccatis condonatis. ibid.  
 Quæ conditiones requirantur ex parte Sacerdotum, & ex parte illorum, pro quibus hoc sacrificium offertur, vt hic effectus producat. ibid. à n. 15. & sequentibus.  
 An effectus sacrificij Missæ ex operato sit maior in illo, qui maiorem gratiam habet. ibid. n. 22.  
 An, si forte offeratur pro eo, qui est in mortali,

redeat postea effectus sacrificij recedente peccato. ibid. à n. 24. & sequentibus.  
*Elemosyna.*  
 An licitum sit artificibus operari diebus festis ad elemosynas faciendas. p. 1. l. 1. c. 14. n. 19.  
*Eligibilis, vide Approbationem.*  
 An habens parochiale beneficium sit virtute Iubilæi intra eandem diocesim vbique eligibilis. p. 2. l. 7. c. 2. n. 35.  
 An vbique terrarum. ibid. n. 36.  
 An necesse sit, quòd actu illud habeat. ibid. n. 38.  
 Quid intelligatur nomine parochialis beneficii. ibid. n. 41.  
 An approbatus cum limitatione personarum limitatè pro vno oppido, vel parochia, sit virtute Iubilæi vbique, & ab omnibus eligibilis. ibid. à n. 18. vsque ad 22.  
 Quid, si sit limitatè approbatus ad viros tantum, non ad feminas, vel è contrà. ibid. n. 45.  
 De eligibilitate Religiosorum, vide *Regulares, vide Religiosos.*  
*Empsalmi.*  
 Empsalorum curatio an sit licita. p. 2. lib. 8. cap. 4. n. 16.  
*Episcopus, Episcopi.*  
 Episcopi à quo immediatè accipiant iurisdictionem. p. 2. l. 7. c. 1. n. 24. 25. 26.  
 Episcopus tenetur approbare Sacerdotes suos subditos, ad confessiones audiendas, si eos dignos inuenerit. p. 2. l. 7. c. 2. n. 9.  
 An teneatur approbare Regulares à suo Superiore sibi præsentatos. ibid. n. 14.  
 Si ex odio illos ad examen non admittant, & alioqui sint docti, sufficientes, ac probi, eo ipso illos poterunt illorum Prælati regulares approbare. ibid. n. 15.  
 Idem, si ex odio limitatè tantum ad annum, vel ad viros, non ad feminas, ad hunc locum, non ad alium. ibid. n. 16.  
 Episcopi ex causa, & non ex odio ipsos regulares limitatè poterunt approbare. ibid. n. 17.  
 Nouus Episcopus an possit iterum examinare Religiosos à suo prædecessore approbatos. p. 2. l. 7. c. 2. n. 30.  
 Episcopus potest ex causa reprobare religiosos semel à se approbatos. ibid. n. 31.  
 An Episcopi possint regulares adprobare ad confessiones secularium audiendas, repugnantibus illorum Superioribus. ibid. n. 33.  
 Episcopi, & alij Prælati non tenentur de iure ad decimas personales. p. 5. lib. 2. cap. 2. numer. 14. & 15.  
 Tenentur ad prædiales ex prædiis patrimonialibus, & seculari titulo acquisitis. ibid. n. 16.  
 Quid, si aliqua prædia spiritali titulo possideant, vt si Episcopatus aliqua prædia donentur in Episcoporum sustentationem, vel emantur. ibid. n. 17.  
 Episcopi, & Archiepiscopi neminem possunt per priuilegium eximere à solutione decimarum. p. 5. l. 2. c. 4. n. 6.  
 Quid ex priuilegio, aut consuetudine. ibid.  
 Episcopi olim & Cleri, & Capituli consensu poterant via compositionis aliquid ex decimis remittere. ibid. n. 7.  
 Episcopi olim ante Concilium Lateranense poterant concedere priuilegium laicis exigendi sibi decimas nomine Ecclesiæ, hodie solus Papa. p. 5. l. 3. c. 1. n. 32.  
 Istud priuilegium non opus est, vt extet: sufficit extare per famam. ibid. n. 31. 32.  
 Episcopus ordinans an possit confirmare Christum sibi non subditum, quando à proprio Episcopo

# ET VERBORVM

po cum reuerendis mittitur ad suscipiendos Ordines. p. 5. l. 3. c. 3. n. 8.  
 Ante Concilium Lateranense poterant Episcopi decimas laicis in feudum dare, hodie solus Papa. p. 5. l. 3. c. 4. n. 2.  
 Episcopi possunt dies festos instituere in suis diocesis in honorem Sanctorum, qui iam sunt canonizati. p. 1. l. 1. c. 3. n. 3.  
 Quid, si tantum sint beatificati. ibidem, num. 14. & 15.  
 An ad id opus sit de iure consensus Papæ. ibid. num. 4.  
 An Cleri, & populi. ibid. n. 8. 9. 10. 11. 12.  
 An Cleri, & populi consensus requiratur, quando Episcopi præcipiunt, vt pro vna tantum vice vnus dies sanctus colatur. ibid. num. 11. vers. Existimo.  
 Olim poterant Episcopi sanctos canonizare in suis diocesis, hodie non possunt. ibid. num. 6. & 7.  
 An possint Episcopi approbare alicuius Sancti non canonizati, nec beatificati reliquias. p. 1. l. 1. c. 4. n. 2. & 3. & 7.  
 Et an extra propriam diocesim. ibid. n. 8.  
 An possint Episcopi dare licentiam, vt imagines viri sancti, non canonizati, nec beatificati ponantur in altari, venerationis causa. p. 1. l. 1. c. 4. n. 14. & 15.  
 Episcopi debent potius abrogare dies festos, quàm illos de nouo instituere. p. 1. l. 1. c. 6. n. 4.  
 Quid, si Episcopi aliquos dies festos abrogauerint, & nihilominus populus illos obseruat. ibid. num. 5.  
 Quid, si populus interrumpat, & postea continuat. ibid. n. 5.  
 Episcopi possunt concedere facultatem piscatoribus, vt piscatione diebus festis efficiant ad subleuandum pauperum miseriam, etiam si Missam ornittant. p. 1. l. 1. c. 14. n. 18.  
 Non tenentur eis præcipere, vt aliquam portionem Ecclesiis vicinioribus dent pro decimis. ibidem, n. 18.  
 Episcopus potest dispensare in diebus festis à Papa introductis ex causa. p. 1. lib. 1. c. 14. n. 27.  
 Si sine causa dispenderit, peccabit mortaliter, tam ipse, quàm ea dispensatione vtenes. ibid.  
 Episcopi an teneantur de iure Missam audire vltra dies festos. p. 1. l. 2. c. 2. n. 11.  
 Episcopi non possunt facere legem, aut statutum, vt omnes non nisi in propria parochia Missam audiant, & si fiat, est nullum, & excommunicatio illi addita nulla. p. 1. lib. 2. c. 3. n. 12.  
 Nec etiam in die natalis, aut in maioribus solennitatibus anni. ibid.  
 Non possunt Episcopi statutum facere, aut confirmare, vt pro stipendio Missæ, nec plus donetur, nec minus accipiat, quàm sit stipendium vsu taxatum: & tale statutum, si detur, est simoniacum, abominabile, & scandalosum. p. 1. l. 3. cap. 7. num. 8.  
 Episcopi an possint post Concilium Tridentinum concedere absque causa potestatem celebrandi in oratorijs, in domibus priuatis, designando loca ab ipsis visitanda ad hoc ministerium. p. 1. l. 3. c. 13. n. 9.  
 Paulus V. anno 1617. illis hanc potestatem abstulit, & quomodo id intelligatur. ibid. n. 12.  
 An ex causa, & in casibus necessitatis illam dare possint. ibid. n. 10. & 11.  
 An sub dio. ibid. n. 13. & 14.  
 An Episcopi habeant priuilegium celebrandi in altari potabili, dum à sua Ecclesia absunt. ibid. num. 19.

Et quid ad celebrandum domi suæ. ibid. n. 20.  
 Quid faciendum, si Episcopus, dum in pontificalibus celebrat, inter celebrandum moriatur. p. 1. l. 3. c. 20. n. 16. & 17.  
 Episcopi & Superiores obligantur ad sigillum sacramentale confessionis, quando ab eis petitur facultas ad absoluendum subditum à referuatis, si forte in illius notitiam ob id deuenerunt. p. 2. l. 6. c. 6. n. 2.  
 Episcopus, quatenus possit, vel non possit approbare Sacerdotes regulares, & seculares ad audiendas confessiones secularium, vide *Approbationem*, Episcopi possunt referuare casus, vel cum excommunicatione, vel sine illa, in sua tantum diocesi: si cum censura referuent, data facultate ad absoluendum à censuris, iam peccatum non manet referuatum. p. 2. l. 8. c. 1. num. 4. & 5.  
 Episcopi à quo accipiant potestatem referuandi peccata. ibid. n. 8.  
 Possunt illa referuare non solum sibi, sed & alijs. ibid. n. 10.  
 An possint illa referuare absque vlla causa. ibid. n. 23. 24. 25. 26.  
 Episcopi excommunicati non tolerati, suspensi, aut interdicti, an possint validè absoluere, aut dare licentiam ad absoluendum à referuatis. p. 2. l. 8. c. 8. à n. 3.  
 An ad assistendum matrimonio. ibid.  
 Episcopi si existant in sua diocesi, quatenus possint, vel non possint absoluere ab hæresi externa occulta suos subditos. p. 2. lib. 8. cap. 8. à num. 30.  
 Quid, si in sua diocesi non existant. ibid.  
 Episcopi possunt dispensare in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, excepta homicidij voluntarij, etiam si in sua diocesi non existant. ibid. n. 35.  
 Quæ delicta dicantur occulta, vel non occulta, quoad absolutionem, vel dispensationem. ibid. à n. 23. vsque ad 29.  
*Esu, Edere, vide Comestionem, Comedere.*  
 Esu carnis humanæ an sit iure naturali prohibitus. p. 4. l. 1. c. 1. n. 6.  
 Quid de extrema necessitate, si non suppetat alius cibus. ibid.  
 An præter carnem humanam detur alius cibus iure naturali prohibitus. ibid. n. 9.  
 Dispensatus in esu carnis, an eo ipso censeatur liber à ieiunio. p. 4. l. 1. c. 2. n. 5.  
*Essentia.*  
 Essentia sacrificij Missæ in quo consistat. p. 1. l. 3. c. 4. n. 24. & 25.  
 Non potest pura ratione conuinci, in quo consistat essentia sacrificij Missæ. p. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7.  
*Error.*  
 Errores circa substantiam panis, & vini, an maneant, vel non maneant post consecrationem in Eucharistia. p. 3. lib. 5. c. 7. n. 2. & 3. & 11.  
 Quid faciendum est Confessario, si errorem commisit intolerabilem in confessione. p. 2. l. 6. cap. 3. n. 3. vers. Præterea & cap. 4. n. 32.  
 Quid requiratur, vt detur error communis in eo, qui ab omnibus creditur iudex. p. 2. l. 7. cap. 2. num. 77.  
*Excommunicatio, Excommunicatus, Excommunicare.*  
 Olim ex iure antiquo excommunicatus publicus publicè, secretus secretè vitandus erat ante denuntiationem: hodie post extrauagantem, *Ad vitandam*, nullus excommunicatus, nisi post publicam denuntiationem incursetur censuræ vitandus est. p. 1. l. 2. c. 5. n. 10.



# INDEX RERVM,

Potest aliquis esse nominatim excommunicatus, non tamen nominatim denunciatus. *ibid.* n. 11.

A Sacerdote excommunicato non tolerato, nec Missam audire licet, nec petere possumus, nec Sacramenta petere, nec accipere. *ibid.* n. 15.

An in diuinis vxor cum marito, seruus cum domino nominatim declarato communicare possit. *ibid.* n. 16.

In humanis solum in sex casibus peccant mortaliter communicando cum excommunicatis non toleratis, & qui illi sint. *ibid.* n. 16.

Non communicat in diuinis cum Sacerdote excommunicato non tolerato ille, qui, dum ille Missam dicit, alteri Sacro in eodem templo assistit. *ibid.* n. 17.

An communicet in diuinis cum excommunicato denunciato ille, qui cum eodem excommunicato Missam audit: sed absque intentione communicandi cum illo. *ibid.*

Qui in vno loco est nominatim denunciatus, non est in alio publicè vitandus, nisi probetur illum alibi fuisse denunciatum. *ibid.* num. 17. *vers. Qui autem.*

Ab excommunicato tolerato, & Missam, & Sacramenta licet petere possumus, præsentibus aliis etiam Sacerdotibus non excommunicatis. *ibid.* num. 19.

Excommunicatus toleratus mortaliter peccat Missam dicendo, & Sacramenta ministrando, se his officiis ingerendo absque fidelium petitione, non tamen cum illa. *ibid.* n. 22.

Non licet excommunicatis toleratis Missas audire, aut diuinis Officiis interesse. *ibid.* n. 23.

Excommunicati, & interdicti, etiam tolerati, excusantur ab obligatione præcepti audiendi Missam. *p. 1. l. 2. c. 8. n. 1.*

Excommunicatus etiam toleratus, qui Missam audit, dum culpa sua non absoluitur, committit duo peccata necessariò confitenda. *ibid.* n. 24.

Idem de Sacerdote excommunicato, si in ea excommunicatione celebret. *ibid.* num. 25.

An pro excommunicato tolerato Missam offerre possimus. *p. 1. l. 3. c. 12. n. 1.*

An pro tolerato. *ibid.* n. 2.

Quid, si excommunicatio sit nulla, licet excommunicatus de ea sit declaratus. *ibid.* n. 3.

Quid, si sit valida, sed iniusta. *ibid.* & num. 7. *vers. Quarto, quia.*

Quid, si excommunicatus non toleratus sit verè poenitens, & per eum non stet absolutio. *ibid.* n. 4. vsque ad 6.

Excommunicatus non toleratus, verè tamen poenitens, eget absoluteione censuræ; & si ante illam moriatur, absolui potest post mortem. *ibid.* n. 11.

Capax est participationis suffragiorum Ecclesiæ, & receptionis Sacramentorum occultæ, ad vitandum scandalum. *ibid.* n. 12.

Quare excommunicati non tolerati, non participant de suffragiis Ecclesiæ, cum retineant veram fidem. *ibid.* n. 16.

Incurrunt excommunicationem, qui furantur fructus non decimatos, si in Constitutionibus diocesis, pro furto decimarum excommunicatio imponatur. *p. 5. l. 1. c. 6. n. 7.*

Incurrunt excommunicationem ferendæ sententiæ, qui impediunt debitas primitias, & oblationes, ne soluantur. *p. 5. l. 4. c. 2. n. 8.*

Et latæ sententiæ, qui Ecclesiis priuant suis obventionibus, & emolumentis, siue Cletici, siue laici sint. *ibid.* n. 9.

Quoties Papa excommunicat ipso facto, & non referuat excommunicationem, potest Episcopus ab ea absolueret; & quoties Episcopus excom-

municat, & non referuat, potest ordinarius Sacerdos approbatus ab ea absolueret. *p. 1. l. 1. cap. 3. n. 3. vers. Sic quous. & vers. Quous.*

Excommunicatio pro tota diocesi posita ab Episcopo, non obligat in loco exempto intra eandem diocesium. *p. 1. lib. 1. c. 7. n. 8.*

An excommunicatio posita ab Episcopo in eos, qui Moniales exemptas alloquuntur, liget. *ibidem,* num. 9.

Quid, si illum ponat, vt legatus Sedis Apostolicæ. *ibid.* n. 10.

Excommunicationis sententia licet, & validè fertur diebus festis. *p. 1. l. 1. c. 12. n. 15.*

Ex vi excommunicationis nec Hæreticos tenemur vitare, nisi priùs à Iudice Hæretici declarentur. *p. 1. l. 2. c. 5. n. 5.*

An opus sit, vt hæretici tanquam excommunicati vitentur, quòd Iudices declarent, illos incurrisse crimen hæresis, cui excommunicatio est adnexa, & ob id incurrisse excommunicationem. *ibid.* n. 5. & 6.

Vna excommunicatio potest tolli sine alia in eo, qui plures habet. *p. 2. l. 3. c. 3. n. 4.*

Excommunicatio referuata Papæ, in articulo mortis absolui potest à quolibet Sacerdote, cum onere comparandi recuperata valetudine. *p. 2. l. 7. c. 1. n. 17.*

Quid, si miraculosè illam recuperemus. *ibid.*

An excommunicatio maior imposita à Papa, si eam Papa, nec sibi, nec aliis referuet, sit ipso iure referuata Episcopis, ita vt solum illi ea possint absolueret. *p. 2. l. 8. c. 2. n. 5.*

*Extravagans.*

Extravagans Martini V. *Ad euitanda.* solum præcipit in fauorem tantum fidelium, & non excommunicatorum, vitandos esse excommunicatos nominatim denunciatos. *p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 1.*

Concilium Basiliensè eam postea extendit ad omnes excommunicatos, quanuis non denunciatos. *ibid.* n. 2.

Hæc extensio non est in vsu, & solum Extravagans Martini V. in vsu est. *ibid.* n. 4.

*Excusatio. Excusare.*

Quæ causæ excusent ab obligatione præcepti annuæ confessionis. *p. 2. lib. 1. cap. 6. per totum.*

Quæ à laboribus, & operibus seruilibus in diebus festis. *p. 1. l. 1. c. 14. per totum.*

Quæ ab obligatione audiendi Missam. *p. 1. l. 2. c. 9. à num. 1.*

Quæ à ieiunio. *p. 4. l. 1. c. 8. per totum.*

Quid, si quis putet se causam habere excusantem à præcepto Missæ, cum tamen non habeat. *p. 1. l. 2. c. 9. n. 14.*

An ob aliquam causam excusetur quis à mortali, si celebret sine confessione, cum conscientia mortalis culpæ, & quæ illa causa sit. *p. 3. l. 3. c. 9. n. 1. & 9.*

In quibus casibus habentes referuata excusentur à peccato, & possint licetè contriti communicare. *p. 3. l. 3. c. 9. n. 17.*

*Exequia.*

Potest quilibet viuens sibi exequias facere. *p. 1. l. 3. c. 10. n. 13.*

*Expensa.*

Expensæ in decimis personalibus, & negotiis lucrosis deducendæ sunt. *p. 5. l. 1. c. 4. n. 6.*

An deducendæ sint in decimis mixtis. *ibid.* cap. 5. num. 15.

*Eucharistia.*

Eucharistia Græcè bonam gratiam significat. *p. 3. l. 1. c. 1. n. 1.*

Sacramen

# ET VERBORVM.

Sacramentum Eucharistiæ non potest vno nomine explicari. *ibid.*

Appellatur synaxis, quod est cõmunio. *ibid.* num. 2.

Vocatur etiam viaticum, & quare. *ibid.* n. 3.

Quare in sacratio asseruetur. *ibid.* n. 4. & 5.

An in eadem infirmitate bis sumi possit per modum viatici. *ibid.* n. 6.

Quot dies intermitteri debeant inter viaticum, & viaticum. *ibid.*

Dicitur metalepsis, hoc est, assumptio. & quare. *ibid.* n. 7.

Quare mysterium fidei dicatur. *ibid.* n. 8.

Quare sacrificium respectu Sacerdotis. *n. 9.*

Quare in figuris fuerit Sacramentum Eucharistiæ præfiguratum. *ibid.* n. 10.

Quid sit Eucharistia, & quæ eius definitio. *p. 3. l. 1. c. 2. n. 1.*

In Eucharistia, vt in aliis Sacramentis, tria reperiuntur, Sacramentum, res Sacramenti, res, & Sacramentum simul, & quæ hæc sint. *ibid.* n. 2.

In quo differat à reliquis Sacramentis. *ibidem,* num. 3.

Causat gratiam, & continet illam: reliqua verò Sacramenta solum causant, & non continent. *ibid.*

Verba consecrationis non sunt pars Sacramenti Eucharistiæ, in aliis Sacramentis formæ illorum sunt pars Sacramenti. *ibid.* n. 4.

Eucharistia est verum Sacramentum. *ibid.* n. 5.

Sacramentum Eucharistiæ in quo formaliter consistat. *ibid.* n. 6.

Species panis, & vini, si considerentur, vt consecrata, sunt ipsum Sacramentum Eucharistiæ; si ante consecrationem, sunt materia illius. *ibid.* num. 7.

Quomodo interpretandi sunt Patres, qui dicunt, corpus Christi esse Sacramentum. *ibid.* n. 8.

Quare hoc Sacramentum sit vnum, cum tamen sub duabus speciebus panis, & vini contineatur. *ibid.* num. 9. & *p. 1. lib. 3. c. 1. n. 9.*

Sumens solum speciem panis, totum, & integrum Sacramentum sumit quoad effectum gratiæ ex operato ibi in primo loco. *ibid.* n. 10.

Quo tempore instituit Christus hoc Sacramentum. *ibid.* n. 12. & 13.

In qua domo. *n. 14.*

An in azymo. *ibid.* n. 16. *remissiuè.*

Sacramentum Eucharistiæ an sit à Christo institutum tanquam medium necessarium ad salutem pro adultis. *p. 3. lib. 1. cap. 3. à num. 2. vsque ad 4.*

Iudicium Auctoris. *ibid.* n. 6.

Sacramentum Eucharistiæ olim in Gallia, Hispania, & Lusitania negabatur damnatis ad mortem; hodie per legem regiam non negatur in Lusitania. *p. 3. l. 1. c. 4. n. 4.*

Perfectius iudicium requiritur ad sumendam Eucharistiam, quam ad confessionem. *ibid.* n. 8.

Eucharistiam indignè sumere grauius est peccatum, quam Papam occidere. *ibid.* n. 9.

Infirmitas an possit accipere Eucharistiam ab Hæretico, vel excommunicato. *ibid.* n. 11.

An aliqui fideles & Religiosi teneantur sæpiùs quam semel in anno communicare ex Ecclesiæ præcepto. *p. 3. l. 1. c. 6. n. 8.*

An mortaliter peccet, qui ad Eucharistiam contritus, sed inconfessus accedit, habens copiam Confessarij. *ibid.* n. 13.

Quid, si illum non habeat. *ibid.*

An sit mortale post copulam matritalem mortaliter illicitam, & post pollutionem intra diem naturalem ad Eucharistiam ritè confessus accedere.

*ibid.* num. 14.

Quid si copula maritalis sit licita, & sine peccato. *ibid.*

Eucharistia in quo pane, & materia confici possit. *p. 3. l. 2. c. 1. n. 2. Vide Materiam.*

An in amydo & adore. *ibid.* n. 5.

Quid, si panis ex diuersis granis simul cum tritico fiat. *ibid.* n. 9.

Quid de farre. *ibid.* n. 6.

Quid de typha, seu centeno. *ibid.* n. 8.

An in massa triticea confici possit ante coctionem. *ibid.* n. 10.

In materia dubia non sit Sacramentum. *ibidem,* n. 17.

Eucharistiæ solus Sacerdos est minister. *p. 3. lib. 3. c. 1. num. 1.*

Etiam Diaconi illam poterunt ministrare. *ibidem,* num. 4.

An id possint ex commissione tantum Sacerdotis, & in casu necessitatis. *ibid.* n. 5.

An Episcopus id possit committere Diacono, præsentibus Sacerdotibus. *ibid.* n. 7.

Quid, si detur necessitas communicandi infirmum, & non sit præsens Sacerdos, nec Episcopus, qui id possint Diacono committere; adest tamen Diaconus, qui id potest efficere. *ibid.* n. 8.

Quid, si vterque ex malitia nolit id Diacono committere, nec Eucharistiam deferre. *ibidem,* num. 9.

An tempore pestis possint laici, vel Subdiaconi illam ministrare. *ibid.* n. 10. & 11.

An liceat laicis Eucharistiam è terra eleuare. *ibid.* num. 12.

An liceat tempore pestis Eucharistiam in loco decenti ponere, vt inde ab ipsis infirmis sumatur. *ibid.* n. 13.

An liceat illam accipere à Sacerdotibus hæreticis, & schismaticis. *ibid.* n. 17.

An à degradatis. *ibid.* n. 16.

An à publico concubinario. *num. 19.*

An à Sacerdote, quem scimus esse in publico peccato. *ibid.* n. 20.

An laici possint illam sibi ministrare in casu extreme necessitatis; & an Sacerdotes non sacrificantes illam tunc possint consecrare. *p. 3. l. 3. c. 3. n. 7. & 8.*

Quæ dispositio spiritualis requiratur ad illius summptionem. *p. 3. l. 3. c. 5. n. 1.*

An deglutitio sanguinis dentium impediatur illius summptionem. *ibid.* n. 15.

Quid de reliquo cibo, & potu aquæ, per modum etiam saluæ. *ibid.* in toto capite.

Quæ dispositio corporalis requiratur in suscipientibus Eucharistiam. *p. 3. l. 3. c. 6. n. 1.*

An qui Eucharistiam accipit, possit statim comedere. *ibid.* n. 5.

An ad illius summptionem requiratur ex præcepto diuino præmissio confessionis, vbi est conscientia mortalis culpæ. *p. 3. l. 3. c. 8. n. 5.*

Recipere Eucharistiam cum veniali commisso in ipsa receptione, veniale tantum est. *ibidem,* num. 6.

An peccet venialiter, qui ad illam accedit cum veniali in habitu sine actuali dolore illius. *ibid.* num. 7.

An urgente necessitate ad vitandum scandalum liceat illam accipere, vel celebrare, præmissa contritione sine confessione. *ibid.* n. 9.

An statim post communionem teneatur quis confiteri de peccato mortali obliuio. *ibid.* n. 9.

Quæ sit necessitas & causa vrgens in hoc negotio. *ibid.* n. 10.

In quibus casibus legitimum sit cum sola attritione sine

# INDEX RERVM,

sine confessione communicare. p. 3. l. 3. c. 9. n. 1. & seqq.  
**Mensa Eucharistiæ** an relinquenda sit propter recordationem peccati mortalis tunc aduenientem. p. 3. l. 3. c. 9. n. 14.  
**An Eucharistia deneganda sit peccatoribus & quibus an publicis, an occultis, an ex confessione notis, & quid, si publici occulte, & occulti publice illam petant; & qui sint peccatores publici, qui occultis.** p. 3. l. 3. c. 10. per totum.  
**Eucharistia confert gratiam ex operato.** p. 3. l. 4. c. 1. n. 1.  
**Proprius effectus illius est conferre augmentum gratiæ.** ibid. c. 2. n. 3.  
**Quo tempore illam conferat, an dum è gutture in stomachum traicitur, an dum durat species illius in stomacho.** ibid. n. 2. & 3.  
**Confert gratiam per modum manducationis.** ibid. n. 4.  
**Confert illam in instanti, si subiectum sit dispositum, aliàs recedente fictione.** ibid. n. 12.  
**Alia Sacramenta licet etiam conferant augmentum gratiæ; tamen non conferunt eodem titulo, quo confert Eucharistia.** p. 3. lib. 4. cap. 2. num. 4.  
**An Sacramentum Eucharistiæ conferat aliquando primam gratiam ex operato.** p. 3. lib. 4. cap. 2. n. 8.  
**Et in quibus casibus.** ibid. n. 9. 10. & 11.  
**An in tali dispositione possit homo Eucharistiam sumere, vt neque gratiam accipiat, neque nouum peccatum committat.** p. 3. l. 4. c. 2. n. 13.  
**Ad consequendam gratiam ex operato solum requiritur dolor in confessione.** p. 3. lib. 4. cap. 3. n. 8.  
**Eucharistia non confert maiorem gratiam illam sumentis sub vtraque, quam sub vna specie.** p. 3. l. 4. c. 4. n. 4.  
**Et quantum conferret, non ided tamen fieret iniuria illam sumentis sub vna ibid. n. 3.  
 Quando detur in Sacerdote effectus Eucharistiæ, an, quando sumit hostiam, vel calicem.** ibid. n. 9.  
**An maior hostia, & maior quantitas vini consecrati conferat maiorem gratiam ex operato.** ibid. n. 10.  
**Eucharistiæ appetitiones quomodo fiant.** p. 3. lib. 5. c. 7. n. 5.  
**Ob quam causam à Deo fiant.** ibid. n. 2.  
**An cato, quæ miraculosè in Eucharistia apparet, conferuanda sit.** ibid. n. 4.  
**Qua adoratione sit adoranda.** ibid. n. 9.  
**Eucharistiam sumere ob vanam gloriam, an sit mortale.** p. 1. l. 1. c. 4. n. 30.  
**Quid agendum sit, quando Eucharistia euomitur, vel putrefcit.** p. 1. l. 3. c. 20. n. 15.

## F

*Facultas, vide Licentiam.*

**A**N data facultate à Parocho ad ministrandam confessionem, censeatur etiam data ad Eucharistiam tempore præcepti. p. 3. l. 3. c. 2. n. 25.  
**Quid de articulo mortis.** ibid.  
*Falsificatio.*  
**Falsificatio manus & sigilli Officialis Religionis, si in ea referretur, quid sit.** p. 2. l. 8. cap. 7. num. 21. & 22.  
*Famulus.*  
**An mortaliter peccet famulus mensam domino non ieiunanti sternens in diebus ieiunij.** p. 4. l. 1. c. 10. n. 9.

**Quid de famulo præparante cibos.** ibid.  
**An famuli, qui Missam audiunt coacti à domino, aliàs non audituri, satisfaciunt præcepto.** p. 1. l. 2. c. 7. n. 17.  
**Quid, si dum illam audiunt, hunc actum efficiant; Non audiremus, nisi cogere mur.** ibid. n. 18.  
**Famuli an teneantur dominos deserere, si eis tempus non concedant ad audiendam Missam.** p. 1. l. 2. c. 9. n. 11.

## Femina.

**Femina lactans excusatur à præcepto ieiunij.** p. 4. l. 1. c. 8. n. 14.  
**Quid de prægnantibus.** ibid.  
**Femina an excusetur à præcepto ieiunij, causa reddendi debitum, si ieiunio impediatur.** ibid. n. 18.  
**Quid de femina volente nubere, si ieiunio deformis fiat.** ibid.  
**Quid de vxore, quæ ieiunio deformis sit, & ided à marito despiciatur.** ibid.  
**Reprobatur mos nobilitum feminarum Lusitanæ in communicando.** p. 3. l. 3. c. 6. n. 26.  
**Femina diuites an teneantur famulos conducere, vt Missam audiant.** p. 1. l. 2. c. 9. n. 9.  
**Femina sollicita in confessione à Confessariis, an teneantur illos denuntiare Inquisitoribus, & quatenus.** p. 2. l. 4. c. 3. n. 32.  
*Festum, vide Diem festum.*  
**In festo Annuntiationis beate Virginis an teneantur Missam audire, si incidat in sextam feriam Parasceues.** p. 1. l. 3. c. 4. n. 3.  
**Resolutio in num. 17. 18. 19.**

## Fetus.

**Fœtus masculinus, & femininus, quo tempore animentur.** p. 2. l. 8. c. 7. n. 16.  
*Filius.*  
**Filij suscepti ex sponsa de futuro ab alio, qui non sit sponsus, an sint adulterini, siue ex adulterio.** p. 2. l. 4. c. 3. n. 21.  
**Filij an teneantur explicare circumstantiam patris, si illum percuciant, vel odio habeant.** ibid. n. 24.

## Finis.

**Finis præcepti non cadit sub præceptum.** p. 1. l. 1. c. 9. n. 4.  
**Finis intrinsecus Sacramenti penitentia est emendatio penitentis, non excludit finem extrinsecum emendationis complicitis.** p. 2. l. 5. c. 2. n. 3.

## Figura.

**Idem potest esse figura & figuratum.** p. 1. l. 3. cap. 7. num. 6.  
**Et in Sacramento Eucharistiæ idem Christus est figura, & figuratum.** ibid.

## Forma.

**An hæc forma, Tandiu subiaceat excommunicationi, quoad soluat, importet excommunicationem ipso facto.** p. 5. l. 4. c. 2. n. 9.  
**In quibus verbis consistat forma essentialis consecrationis Eucharistiæ.** p. 3. l. 2. c. 6. n. 2.  
**An verba consecrationis dicenda sint forma Sacramenti.** ibid. n. 3.  
**In qua verborum forma Christus panem consecrauerit.** ibid. n. 4.  
**Quæ transmutatio, variatio, aut suppressio verborum formæ efficiat, vel non efficiat, vitiet, vel non vitiet Sacramentum.** ibid. in toto cap. 6. à num. 11.  
**In quibus verbis consistat forma essentialis sanguinis Christi.** p. 3. l. 2. c. 7. n. 2.  
**Quæ variatio, mutatio, & transpositio formam consecrationis sanguinis reddat inualidam.** ibid. toto ferè cap.  
**Quibus verbis Christus sanguinem consecrauerit.** ibid. n. 14.

Quare

# ET VERBORVM.

**Quare essentiali formæ Ecclesia addiderit alia verba.** ibid. n. 15. & 16.  
**Quibus verbis consistat forma essentialis absolutionis penitentia.** p. 2. l. 2. cap. 9. à num. 3. & seqq.  
**An de essentia formæ absolutionis sint verba voce prolata.** p. 2. l. 2. c. 10. n. 11.  
**Quid de forma matrimonij.** ibid.  
**Quare non detur forma ad retinenda peccata, sicut datur ad absolvendum ab illis.** ibid. n. 11.  
**Forma absolutionis an dari possit per nutus, & signa externa.** p. 2. l. 3. c. 1. n. 7.

## Fractio, Frangere.

**Fractio hostiæ consecrata, & commixtio cum sanguine, non pertinet ad essentiam sacrificij Missæ.** p. 1. l. 3. c. 3. n. 9.  
**An ieiunium frangat, qui inseruit Dynasti, carnes & cibos prægustando.** p. 4. l. 1. c. 2. n. 12.

## Fructus.

**Fructus agrorum ciuilitate, & naturaliter considerantur.** p. 5. l. 1. c. 4. n. 8.  
**Fructus in solutione decimarum considerantur vt naturales, & ided ex illis non deducuntur expensæ.** ibid. n. 8.  
**Qui fructus non decimatos furantur, tenentur ad restitutionem pro parte decimæ.** p. 5. l. 1. cap. 6. num. 6.  
**Fructus satisfactionis sacrificij Missæ non communicantur statim peccatoribus, pro quibus offeruntur, sed sublato impedimento peccati.** p. 1. lib. 3. c. 12. n. 17.

## Fugitiui.

**Non omnis Monachus fugitiuus est Apostata: omnis tamen Apostata est fugitiuus.** p. 2. lib. 8. cap. 5. num. 15.  
**Quis sit fugitiuus.** ibid. num. 21. *vers. Fugitiuus autem est.*  
**An fugitiui ipso iure sint excommunicati.** ibid. n. 21. & 23.  
**Quid requiratur, vt Religiosus fugitiuus dicatur, vt casum reseruatum habeat.** ibid. num. 22. *Vide Apostatam à Religione.*

## Furtum, Furari.

**Qui aliquid ex fructibus non decimatis furantur, tenentur ad restitutionem pro parte etiam decimarum.** p. 5. l. 1. c. 4. n. 7.  
**Circumstantia furti grauis an sit necessariò explicanda in confessione.** p. 2. l. 4. cap. 2. num. 6. & c. 4. num. 1.  
**Quid de circumstantia furti parui in pauperem commissi, velut acus, respectu sartoris pauperis, & in deserto viuientis.** p. 2. lib. 4. cap. 4. n. 3.  
**Furari rem sacram de loco sacro, aut non sacro, est sacrilegium, & circumstantia necessario consideranda.** p. 2. l. 4. c. 4. n. 9.  
**Quid, si aliquis furetur res non sacras de loco sacro.** ibid.  
**Furari crumenam audientis Missam in Ecclesia, an sit sacrilegium.** ibid. n. 11.  
**Quid, si per penitentiam furetur à Confessario in actu confessionis.** ibid.  
**De furto Religioforum, & proprietate illorum, & quæ quantitas furti inter illos sit reseruata.** p. 2. l. 8. c. 6. per totum.  
**Quando Superiores declarent furtum attingens culpam mortalem esse peccatum reseruatum, excludunt suam voluntatem tacitam, & secundum eam non est dicendum non esse reseruatum.** ibid. n. 2.  
**Quid attendendum sit ad excusandos Religiosos à peccato furti circa data, & accepta.** ibid. n. 3.  
**Quid possint religiosi donare aliis Religiosis diuersæ Religionis absque furto mortali.** ibidem. num. 4.

**Quid Religiosus eiusdem Religionis, & Monasterij.** ibid. num. 5.  
**Quid Religiosus eiusdem Ordinis, sed diuersi Monasterij.** ibid. n. 6.  
**Quid possint donare externis, vel ab illis accipere absque peccato mortali.** ibid. n. 7.  
**Quid, si Religiosus ob animi leuitatem furetur vnam gallinam, vel vnum caseum, vel vnam capsulam dulciariam.** ibid. n. 8.

## G

### Græci.

**G**Ræci, & Latini tenentur seruate modum communicandi, & consecrandi suæ Ecclesiæ. p. 3. lib. 2. cap. 2. n. 5. & 6.  
**Græci consecrant in fermentato, Latini in azymo.** ibid.  
**Non licet Græcis in Ecclesiis Latinorum, quæ intra illos sitæ sunt, in azymo communicare, vel consecrare.** ibid. num. 8. & 9.  
**Græci olim solum bis in anno sacrificium Missæ faciebant.** p. 1. lib. 3. c. 4. n. 5.  
*Guarda altaris.*  
**An sit mortale celebrare sine illa.** p. 1. l. 3. cap. 22. num. 13.

### Gratia.

**Non recipit maiorem gratiam communicans sub vtraque, quam sub vna specie.** p. 3. lib. 1. cap. 2. num. 10.  
**Nec, si illam reciperet, fieret iniuria communicanti sub vna.** ibid. n. 11.  
**Quò quis maiori gratia ad Eucharistiam accedit, maiorem recipit ex operato.** p. 3. lib. 3. cap. 7. num. 10.  
**Quò magis durat Christi præsentia in peccatore, maior gratia augetur ex opere operantis communicanti, si se tunc per deuotionem excitet.** ibid.  
**An gratia Eucharistiæ illi conferatur, qui illam statim post deglutitionem euomit.** p. 3. lib. 4. cap. 1. num. 9.  
**Quid, si sumpta vna parte hostiæ, moriatur Sacerdos non sumpta alia.** ibid. n. 10.  
**In die Natalitij Domini per nouam deglutitionem hostiæ noua gratia ex operato confertur.** ibid. n. 11.  
**Quid, si quis lentè & morosè sumat plures formas, aut vnam partem hostiæ, an quò lentius sumit, maiorem gratiam acquirat.** ibid. n. 11.  
**An maiorem gratiam ex operato accipiat, qui communicat sub vtraque, quam qui sub vna specie.** p. 3. l. 4. c. 4. n. 4.  
**Vter maiorem accipiat, an communicans sola specie panis, an sola specie vini.** ibid. n. 9.  
**Nec gratia ex opere operato celebranti, nec fructus sacrificij ex eodem operato confertur, pro quibus celebratur, nisi post consumptionem Sacerdotis.** p. 1. lib. 3. cap. 4. num. 29. & 30.  
*Generales Religionum, vide, Superiores, Pralatos.*  
*Gutta.*  
**Gutta, quæ extra calicem sunt, an consecrentur.** p. 3. lib. 2. cap. 5. num. 9. *vers. Vnde fit.*  
**An guttula aquæ sumptæ impediatur communicatio.** p. 3. l. 3. c. 5. n. 13.  
**Quid, si per modum saluæ traiciatur.** ibid.  
**Quid de cibis in ore, & inter dentes manentibus.** ibid.

Haeresis,

# INDEX RERVM,

H

*Hæresis, Hæreticus.*

**H**æresis Græcorum non in eo sita est, vt con-  
ferent in fermentato, sed in eo quoddam  
puer in azymo non fieri verum Sacramentum.  
p.3.l.2.c.2.n.1.  
Hæresis est dicere, solum azymum, aut solum fer-  
mentatum esse materiam Sacramenti Euchari-  
stia. ibid. n.7.  
Hæresis Lutheri, & Caluini asserit post consecra-  
tionem manere in hoc Sacramento substantiam  
panis. p.3.l.5.c.3.n.1.  
Quæ fuerit hæresis Ruperti circa hoc Sacramen-  
tum. ibid. n.3.  
Quæ Cherinthij, & Nazarenorum. p.1.l.1.c.3.n.14.  
Crimen hæresis an cadat sub sigillo sacramentali  
confessionis. p.2.lib.6.cap.4.n.8. 9. & 10.  
Ab hæresi externa occulta per accidens an possint  
hodie Episcopi absolueri in sua diocesi existen-  
tes, non in alia suis subditos. p.2.lib.8.cap.8. à n.  
30. vsque ad 34.  
An hæresis, quoad hanc absolutionem, adhuc di-  
catur occulta, si hæreticus habeat quinque, vel  
sex complicis. ibid. num. 33. vtr. *Vnde in hac  
opinione.*  
An Confessarius ordinarius virtute Iubilæi possit  
absolueri ab hæresi occulta per accidens. p.2.lib.  
8.c.8.n.37.  
Ab hæresi purè mentali quicumque Confessarius  
potest absolueri, nisi in constitutionibus diocæ-  
sanis referuerit. p.2.l.8.c.8.n.42.  
Ab hæresi ficta, vt si quis inter Iudæos, aut Turcas  
se Iudæum, aut Turcam fingat, & metu, vel mali-  
tia circumcidatur, fidem tamen mente retinens,  
quicumque Confessarius ordinarius potest ab-  
solueri. p.2.lib.8.cap.8.n.39. & 40.  
Et talis nec excommunicationem Bullæ Cœnæ, nec  
pœnas hæresis incurrit. ibid.  
Hæretici baptizati non eximuntur à solutione de-  
cimatum. p.5.lib.2.c.1.n.3.  
Hæretici sunt, qui dicunt, non esse licitam commu-  
nionem sub vna tantum specie. p.3.lib.3.cap.4.  
num. 2.  
Hæreticus ex vi excommunicationis non est vitan-  
dus, nisi prius à Iudice declaratur crimen hæresis  
incurrisse. p.1.l.2. cap.5.n.5.  
Cum hæreticis publicis communicare possumus  
in Germania, nisi singuli eorum sint nominatim  
deklarati de hæresi in cursione, saltem per offi-  
cia, aut signa cuiusque illorum nota. ibid. n.5. & 6.  
Hæretici, qui in carcere moriuntur inconfessi, pri-  
uantur ecclesiastica sepultura, quoad vsque sen-  
tentia feratur; & si per illam absoluantur, sepe-  
liuntur in sacro loco. ibid. n.7.  
Hæretici, vt vitentur, an sufficiat, quoddam Iudex decla-  
ret, illos incurrisse crimen hæresis, cui est adnexa  
excommunicatio; an necesse sit, quoddam declarer,  
illos incurrisse excommunicationem propter  
hæresim, quam habuerunt. ibid. n.5. & 6.  
Hæretici occulti statim sunt denunciandi, nulla  
præmissa fraterna correctione. p.2.lib.6. cap.4.  
num. 11.  
Non est Hæreticus comprehensus in Bulla Cœnæ,  
nec casum reseruatam habet, qui per ignoran-  
tiam in intellectu aliquid contra fidem habuit,  
paratus errorem deponere, si doceretur. p.2. lib.  
8.c.8.n.41.

*Hora prandij in ieiunio.*

Quæ fuerit olim hora competens ad ieiunium  
Quadragesimæ. p.4.l.1.c.3.n.1.

Quid de ieiuniis extra Quadragesimam. ibidem,  
num. 2.  
Hodie de consuetudine hora competens est meri-  
dies, vel vndecima hora. ibid. n.3.  
Peccatum mortale est, horam prandij notabiliter  
præuenire absque causa in diebus ieiunij. ibid.  
num. 4.  
Quod tempus sit notabile. ibid.  
An liceat horam competentem notabiliter differre  
absque causa. ibid. n.5.  
An, qui nullam paritur inedia, quando in diebus  
ieiunij hora competenti cibum capit, teneatur  
expectare tempus, quo illum sentiat. ibidem,  
num. 8.  
An teneantur ieiunantes expectare, quoddam Vesperæ  
recitentur in Ecclesiis, ante cibi sumptionem. p.  
4.l.1.c.3. n.9.  
Lectores mensæ, Prædicatores, Magistri, & iter fa-  
cientes, habent causam iustam anticipandi ho-  
ram competentem ieiunij. ibid. n.10.  
An, qui sine vlla causa horam competentem nota-  
biliter præuenit, teneatur eo die ieiunare. ibid.  
n.10.  
An, qui ex privilegio Bullæ horam competentem  
præuenire possunt, teneantur eo die ieiunare.  
ibid. n.11.  
Dubitans, an sonuerit hora mediæ noctis, com-  
edensque, an possit altero die ieiunare. p.4.l.1. cap.  
10.n.2.  
An communicare. ibid. Vide *Dubitantem omnino.*  
*Homicidium, Homo.*  
Per homicidium factum in Ecclesia, polluitur Ec-  
clesia. p.1.lib.3.c.14.n.8.  
Et quomodo id intelligendum. ibid. à n.8. vsque ad  
14. Vide *Ecclesiam.*  
An homo sit dominus vitæ suæ, & de illa possit  
pacisci cum alio ob pecuniam. p.3.lib.3. cap.3.  
num. 3.  
In homine iusto Eucharistiam accipiente non da-  
tur status medius, in quo, recedente fide, re-  
deat effectus Sacramenti. p.3.lib.4. cap.3. n.11.  
*Hospitalia.*  
Hospitalia, & pia loca an teneantur ad decimas. p.5.  
l.2.c.3. à num. 9. vsque ad 12.  
*Hostia.*  
An Sacerdos possit validè consecrare vnam partem  
hostiæ, non consecrando aliam. p.3.lib.2. cap.5.  
num. 5.  
Ad quam distantiam possit Sacerdos hostiam con-  
secrare. ibid. n.8.  
An opus sit, vt sonus verborum materiam attingat,  
vt illa dicatur præfens. ibid. n.7.  
Quid, si Sacerdos habeat coram se decem hostias,  
& ex illis intendat consecrare solas quinque. ibid.  
num. 9.  
Quid, si putet se consecrare 20. hostias, aut parti-  
culas, & consecret 25. ibid. n.10.  
Quid, si Sacerdos habeat in altari hostiam, & custo-  
diam, & oblitus custodiæ formularum offerat  
tantum, vel consecret hostiam. ibid. n.11.  
Hostia consecrata non est dentibus masticanda, nec  
digito Sacerdotis, si ori adhæreat extrahenda.  
p.3.l.3.c.6.n.4.  
An maior hostia consecrata conferat maiorem gra-  
tiam ex operato. p.3.l.4.c.4.n.10.  
Hostias coquere in diebus festis, si de industria ad  
id tempus referuerit, veniale tantum est. p.1.l.1.  
cap.14.n.4.  
An Sacerdos possit aliquem ex sua hostia commu-  
nicare, deficientibus particulis. p.1.l.3. cap.20.  
num. 8.  
Quid facere debeat Sacerdos, si hostia consecrata  
miraculosè dispareat, aut in ea caro, vel san-  
guis

# ET VERBORVM.

quis appareat. ibid. n.10. Vide *Apparitionem.*  
Quid, si in terram cadat. ibid. n.13.

I

*Jacobus.*

**I**acobus, Aragoniæ Rex, Episcopo Gerunden-  
si linguam à tergo extraxit, quoddam confessionem  
suam reuelauerit. p.2.lib.6.c.7.n.1.  
*Ignorantia.*  
Ignorantia vincibilis non excusat à peccato, excu-  
sat inuincibilis. p.3.l.4.c.2.n.13.  
*Imago.*  
An liceat ponere imagines in altari Sanctorum, qui  
non sunt canonizati, nec beatificati. p.1.l.1.c.  
4.n.15. & 16.  
An pingere cum splendore. ibid. n.17.  
An dedicare eis altaria. ibid. n.18.  
An liceat eis priuatum cultum deferre, & quis sit  
priuatus cultus, quis publicus. ibid. n.19.  
*Ieiunium, Ieiunare, vide Horam competentem,  
Collationem serotinam.*  
Ieiunium vnde dicatur. p.4.l.1.c.1.n.1.  
Ieiunium significat abstinentiam à peccatis. ibid.  
num. 2.  
Propriè sumitur pro abstinentia à cibo. ibid.  
Ieiunium triplex est, virtutis, naturæ, & ieiunium  
ex præcepto. p.4.l.1.c.1.n.2.  
Ieiunium naturæ requiritur ad sumptionem Eu-  
charistiæ, & quid sit. ibid. n.2.  
Ieiunium virtutis excludit omnem excessum in  
temperantia. ibid. n.3.  
Non curat, an semel, vel sæpius in die potus, cibis-  
que sumatur. ibid.  
Quid sit ieiunium ex præcepto Ecclesiæ. p.4.lib.1.  
c.1.n.4.  
Est actus virtutis temperantiæ. ibid.  
Definitur ieiunium Ecclesiæ. p.4.l.1.c.2.n.1.  
Dispensatus in esu carniū, an eo ipso censetur  
liber à præcepto ieiunij. ibid. n.5. 6. & 7.  
Possunt infirmarij, & qui Dynastis inserviunt à da-  
pibus, prægustare cibos carniū, quin ieiunium  
frangant. ibid. n.7. & c.4.n.4.  
Non peccat mortaliter, qui vescitur carnis, non  
habens alios cibos. p.4.l.1.c.2.n.8.  
An in diebus ieiunij Quadragesimæ vesci possint  
oua & lacticia. Vide *Oua* Et an oua & pisces  
simul cum lacticiis. ibid.  
An illi, qui non tenentur ieiunare, in diebus ieiunij  
teneantur abstinere à carnis, ouis, & lactici-  
niis. p.4.l.1.c.2.n.37.  
Quid si sint adulti, & non attigerint 21. annum.  
ibid.  
Quid si ratione careant. ibid.  
Vinum non frangit ieiunium etiam in magna qua-  
ritate sumptum. p.4.l.1.c.2.n.46.  
An liceat in diebus ieiunij vesci sagimen. ibidem,  
num. 49.  
Quæ sit hora competens ad prandendum in diebus  
ieiunij. Vide *Horam*. p.4.l.1.c.3. per totum.  
An ieiunium frangant è prandio surgentes, illud-  
que interrompentes, & statim ad illud, regre-  
dientes. p.4.l.1.c.4.n.3.  
An ieiunium violans secundò comedens, toties  
postea mortaliter peccet, quoties comedit. ibid.  
num. 4.  
Quid, si carnes comedat. ibid. n.9.  
An frangat ieiunium, qui post collationem seroti-  
nam amici causa buccellam sumit. p.4.lib.1.c.4.  
num. 15.  
Ieiunium Quadragesimæ est ex præcepto Eccle-  
siæ. p.4.l.1.c.5.n.5.  
*P. Steph. Enguandez in quinque præc. Eccl.*

Quo die incipiat hodie ieiunium Quadragesimæ.  
ibid. n.6.  
Quo die olim cœperit ante tempus D. Gregor. Pa-  
pæ. ibid.  
Ieiunia quatuor Temporum, quæ obseruantur in  
Ecclesia, sunt de iure communi. p.4.l.1.c.6.n.1.  
Quare tempore Paschali statim post Pentecosten  
ieiunium afflictionis indicatur. ibid. n.2.  
Quas ob causas Ecclesia ieiunium instituerit in  
quatuor Temporibus anni. ibid. n.3.  
Ieiunium perfectum in sabbathis rotius anni olim  
fuit in præcepto; nunc autem est tantum absti-  
nentia carniū. ibid. n.4.  
Idem de sextis feriis. ibid.  
Ieiunia Rogationum olim fuerunt in præcepto;  
hodie non sunt. ibid. n.8.  
Quid de ieiunio aduentus Domini. ibid. n.9.  
De ieiunio Septuagesimæ quid olim statutum fue-  
rit. ibid. n.10.  
Quando incipiat, & desinat dies ieiunij, an à mane  
in mane, an à media nocte in mediam noctem.  
ibid. n.11.  
An ieiunia mutari possint in alium diem, & cuius  
auctoritate. p.4.l.1.c.9.n.4.  
Ieiunium ad quam virtutem spectet. ibid. capite 10.  
num. 14.  
An, qui vnum diem ieiunio dicatum violat, teneat-  
ur altero ieiunare. ibid. n.5. & 6.  
An licitum sit ieiunium soluere ob amicum nos in-  
uitantem ad cœnam. p.4.l.1.c.10.n.12.  
Quod ieiunium necessarium sit ad Eucharistiam  
sumendam. p.3.l.3.c.5.n.1.  
Proficiens è proprio loco, in quo ieiunium serua-  
tur, & perueniens nocte ad locum, in quo non  
seruatur, potest nocte cœnare, & carnis vesci.  
p.1.l.1.c.7.n.16.  
An, quando Confessarius imponit ieiunium in vi-  
gilia beate Virginis, vnicuique ieiunio duplici obli-  
gationi ipsius ieiunij, vigiliæ, & penitentia fac-  
tis faciamus. p.2.l.9.c.4.n.5.  
An aliquando, iure naturali impellente, teneamur  
ieiunare ad vincendas tentationes, & peccata de-  
uitanda. p.4.l.1.c.5.n.3.  
An in diebus Dominicis licitè possimus ieiunare.  
ibid. n.2.  
In quibus vigiliis de iure, & in quibus de consue-  
tudine ieiunare teneamur. p.4.l.1.c.5.n.8.  
Omnis ieiunans tenetur à carnis abstinere; non  
tamen omnis, qui tenetur à carnis abstinere,  
tenetur ieiunare. p.4.l.1.c.2.n.6.  
*Incestus.*  
Circumstantia incestus consanguinitatis, vel affini-  
tatis, in quo gradu explicanda sit in confessione.  
Vide *Circumstantiam.*  
*Incidium.*  
Peccatum incendiarium an sit de iure Episcopis  
vbique reseruatam. p.2.l.8.c.2.n.3.  
*Interdictum, Interdictus, Interdicere.*  
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ lato modo est sus-  
pensus, & hoc interdictum habet aliquos effe-  
ctus censuræ, & quales. p.1.l.3.c.13.n.4.  
Celebrans extra Ecclesiam, & locum à iure depu-  
tatum, ipso facto manet interdictus ab ingressu  
Ecclesiæ. ibid. n.2.  
Et sic interdictus celebrans non fit irregularis. ib.  
n.2. & 3.  
Celebrans in Ecclesia aliqua, vel loco per censu-  
ram interdicto, sit irregularis. ibid. n.3. & 4.  
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, priuatur potesta-  
te exercendi Ordines in illa, & potestate au-  
diendi diuina in ipsa Ecclesia: priuatur etiam  
ecclesiastica sepultura; non tamen priuatur po-  
testate exercendi actus iurisdictionis, audien-  
di

B B b b



di confessiones, aut celebrandi extra illam. p. 1. l. 2. c. 5. n. 41.  
 Non priuatur potestate orandi in illa eo tempore, quo ibi diuina Officia non fiunt, nec Missa celebratur. *ibid.*  
 Nec potestate transeundi per illam, nec percipiendi Sacramenta extra illam. *ibid.*  
*Integritas, vide Confessionem.*  
 Quæ sit materialis, quæ formalis integritas confessionis. p. 2. l. 3. c. 3. n. 1.  
 De integritate confessionis est, vt omnia peccata eidem Confessario dicantur, nisi rationabilis causa excuset. *ibid.* n. 2.  
 Quæ causæ legitimè excusent ab integritate confessionis. *ibid.* n. 5.  
*Immunitas Ecclesiæ.*  
 Quibus casibus valeat, vel non valeat immunitas Ecclesiæ. Et quæ loca veniant nomine Ecclesiæ, quoad hanc immunitatem. p. 2. l. 4. cap. 4. à n. 43. vsque ad 60.  
 Quæ personæ gaudeant hac immunitate, & in quibus casibus. *ibid.* n. 44.  
 An grassatores viarum, an piratæ, an incendiarij. *ibid.* n. 45.  
 An illi, qui delicta à proposito committunt. *ibid.* num. 46.  
 An raptores virginum. *ibid.* num. 47.  
 An, qui leuia delicta committunt. *ibid.* n. 48.  
 An pagani, an Hæretici & Schismatici. *ibid.* n. 49.  
 An excommunicati & suspensi. *ibid.* n. 50.  
 An captiui Christiani. *ibid.* n. 51.  
 An Clerici, & Religiosi, in ordine ad Iudices sæculares, & ecclesiasticos. *ibid.* n. 52.  
 An debitores æris alieni, & mercatores, qui pecunias alienas expilatunt, gaudeant immunitate Ecclesiæ. p. 2. l. 4. c. 4. n. 53.  
 An incarcerati hac immunitate gaudeant, quando Eucharistia ad vinclos in carcere deferretur, si ad illam fugiant. *ibid.* n. 54.  
 An illa gaudeant confugiens ad Eucharistiam, dum per viam ad infirmos deferretur. *ibid.*  
 Quid, si gaudens hac immunitate extra ipsam Ecclesiam capiatur. *ibid.* n. 56.  
 An illa gaudeat vinclos, si ad carcerem per locum factum ducatur à ministris. *ibid.* n. 57.  
 Quid, si Iudex promittat se restitutum aliquem loco sacro, à quo illum extrahit. *ibid.* n. 58.  
 An Ecclesiæ immunitas sit de iure diuino. *ibidem*, num. 59.  
 Ecclesia interdicta, vel polluta, an gaudeat hac immunitate. *ibid.* n. 62.  
 An illa gaudeant oratoria, quæ domi habentur, in quibus Missa dicitur. *ibid.* n. 64.  
*Imperatores.*  
 Imperatores per vnctionem, nullam accipiunt potestatem ecclesiasticam. p. 5. l. 3. c. 3. n. 1.  
 Priuilegium habent communicandi sub vtraque specie semel tantum, dum coronantur. p. 3. l. 3. c. 4. num. 9.  
*Impedimentum matrimonij.*  
 Impedimentum matrimonij detegendum est, si extra confessionem sciatur, etiam si sub secreto committatur, & etiam si probari non possit in iudicio. p. 2. l. 6. c. 5. n. 4.  
*Indulgentia.*  
 An Indulgentiæ concessæ alicui diei festo, transferantur, translatio festo in alterum diem. p. 1. l. 1. c. 2. n. 10. *vers. Sed rogabis.*  
 Quid valeant Indulgentiæ ad remittendas pœnas temporales relictas ex culpis dimissis. p. 2. l. 9. c. 4. n. 23.  
*Infirmus, Infirmarius.*  
 Infirmus an in eadem infirmitate bis vngi possit,

præc. 3. lib. 1. cap. 1. num. 6.  
 An possit infirmus in articulo mortis Eucharistiam accipere à Sacerdote hæretico excommunicato. p. 3. l. 1. c. 4. n. 11.  
 Infirmus si non potest deglutire Eucharistiam, an liceat calicem accipere. p. 3. l. 3. c. 4. n. 21.  
 Infirmi, & qui illis assistunt causa infirmitatis, excusantur ab obligatione Missæ. p. 2. l. 2. c. 9. num. 2.  
 Infirmarius an frangat ieiunium carnes preparatas ad infirmos degustando. p. 4. l. 1. c. 2. n. 8. & c. 4. n. 4. *vers. Quamobrem.*  
*Inebriare, Inebriari, vide Ebrietatem.*  
*Infideles.*  
 Infideles an teneantur ad decimas, de terris saltem, quæ fuerunt Christianorum, & quas iniuste occupant. p. 5. l. 2. c. 1. n. 6.  
 Infideles non baptizati, persistendo in sua infidelitate, peccant contra salutem propriam, non contra iustitiam. *ibid.* n. 16.  
 An infideles teneantur sustentare Prædicatores Euangelij. *ibid.* n. 19.  
 Licet illi teneantur recognoscere Deum auctorem fructuum naturalium, non tamen per solutionem decimarum. *ibid.* n. 18.  
 Infideles nondum baptizati, nec diuino, nec ecclesiastico præcepto confessionis obligantur. p. 2. l. 1. c. 2. n. 4.  
 An obligentur diuino præcepto Eucharistiæ. *ibid.*  
*Inuitatus, Inuitare.*  
 An peccet mortaliter ille, qui in die ieiunij amicum ad cenandum inuitat paratum, vel non paratum. p. 4. l. 1. c. 10. n. 12.  
*Iniuria.*  
 Etiam si maior gratia acciperetur sub vtraque, quam sub vna specie; tamen nulla fieret iniuria communicanti sub vna. p. 3. l. 4. c. 4. n. 3.  
 Iniuria nulla fit Episcopis, si Papa sibi aliqua peccata referret, aut aliquam causam ecclesiasticam forenses. p. 2. l. 8. c. 1. n. 21.  
*Inquisitores.*  
 Inquisitores quatenus possint cognoscere de crimine sollicitationis feminarum in confessionibus. p. 2. l. 4. c. 3. à n. 36. vsque ad 59.  
 Inquisitores possunt iudicam sententiam in materia fidei licitè & validè ferre in diebus festis. p. 1. l. 1. c. 13. n. 28.  
*Inuentor.*  
 Inuentor chartæ, in qua scripta sunt peccata sub titulo confessionis, an teneatur ad sigillum sacramentale. p. 2. l. 6. cap. 5. num. 15. & 16. & c. 6. n. 20.  
*Institutio, vide Ecclesiam.*  
 An institutio ieiunij Quadragesimæ sit de iure diuino, an humano. p. 4. l. 1. c. 5. n. 4.  
*Intentio.*  
 Quæ intentio, & designatio materiæ requiratur à Sacerdote ad consecrandum. p. 2. l. 2. cap. 5. num. 9.  
 Quid, si Sacerdos intendat consecrare vnam hostiam, & consecret duas. *ibid.*  
 Quæ intentio requiratur in auditione Missæ. p. 1. l. 2. c. 7. n. 11.  
 Quæ sit intentio formalis, & quæ virtualis. *ibid.* num. 12.  
 Quid de Sacerdote scrupuloso, qui dubitat, se habuisse intentionem consecrandi. *ibid.* n. 14.  
*Interpretatio, Interpretes.*  
 Interpretes teneantur ad sigillum sacramentale confessionis, quando quis per interpretem confitetur. p. 2. l. 1. c. 6. n. 6. & p. 2. l. 6. c. 6. n. 17. & 16.  
 An quis teneatur ex vi præcepti confessionis, siue diuini, siue humani, per interpretem confiteri.

teri. p. 2. lib. 1. cap. 6. n. 6.  
 Quid de articulo mortis. *ibid.* n. 7. & p. 2. lib. 6. c. 6. n. 18. & 19.  
*Interruptio, Interrumpere.*  
 Peccata quomodo interrumpantur, & per qualem temporis intercapedinem, & quomodo multiplicentur. p. 2. l. 3. c. 5. n. 1.  
*Iter facientes.*  
 Iter facientes quatenus à Missa excusentur, propter societatem itineris. p. 1. l. 2. c. 9. n. 3.  
 Quid, si putent, se posse inuenire Missam in aliqua Ecclesia itineris, & postea non inueniant. *ibid.* num. 14.  
 Iter facientes, an possint anticipare horam competentem prandij in die ieiunij, vide *Horam competentem.*  
 Iter facientes an teneantur Missam audire in locis, per quos transeunt. p. 1. l. 1. c. 7. n. 18.  
 Quid, si etiam in suo proprio loco dies festus sit. *ibid.* n. 19. & 20. & 21.  
 Iter faciens, si in aliquo loco detinetur per tres, vel quatuor dies, obligatur ad ieiunium, & festa loci. p. 1. l. 1. c. 8. n. 15. & 16. & 17.  
 An possint puniri ab Episcopis loci, si illa non seruent. *ibid.* n. 16. & 17.  
 Quid, si solum prandeant, cœnent, aut pernoctent in aliquo loco, & statim discedant. *ibid.* n. 18. 19. & 20.  
*Iudex, Iudices, Iudicialis actus, vide Opus, Placitum.*  
*Iudex Arbitrarius, vide Arbitrium.*  
 Iudices an ex suo salario, & lucro, de iure debeant decimas. p. 5. l. 1. c. 2. n. 10.  
 Non possunt Iudices sæculares de iure cognoscere de lite orta super ius decimarum, etiam si decimæ datæ sint in feudum laicis. p. 5. l. 3. c. 5. n. 5.  
 Quid, si ius decimarum datum fuit laicis ex contractu permutationis. *ibid.* n. 7.  
 An quando Clerici decimas petunt à laicis, qui nunquam fuerunt soliti illas soluere, vel contra illas præscripserunt, possint laici auctoritate Iudicis regij se defendere, & litem ad illum trahere. p. 5. l. 3. c. 5. n. 8.  
 Iudicium Auctoris. *ibid.* n. 10.  
 Ad quem Iudicem lis pertineat, quando decimarum conductor pretium reddituum non soluit. *ibid.* n. 11.  
 Quando fructus decimarum sunt collecti, si furto sint ablati, coram Iudice sæculari peri possunt. *ibid.* n. 12.  
 Idem, si sint donati. *ibid.*  
 Teneantur Iudices sub mortali reis ad mortem damnatis concedere tempus ad Eucharistiam sumendam. p. 3. l. 1. c. 4. n. 3.  
 Quid, si ob id periculum sit, vt euadant. *ibid.* *vers. Etiam si, & vers. Excipiunt tamen.*  
 An olim excusarentur Iudices à peccato mortali, quando negabant reis ad mortem damnatis communionem. *ibid.* n. 4.  
 Qui Iudices teneantur in actibus iudicialibus seruare dies festos. p. 1. l. 1. c. 12. n. 10.  
 An Iudices forenses possint sequi probabilem opinionem, relicta probabiliori. p. 2. l. 3. c. 4. n. 5.  
 Iudex ecclesiasticus, & sæcularis, procedens in inquisitione, si bona fide aduerit noticiam iudicalem oriri ex confessione sacramentali, teneatur cessare, & omnia infecta habere. p. 2. l. 6. c. 4. n. 28. & 29.  
 Non est parendum Iudicibus præcipientibus, nec etiam Papæ sub excommunicatione præcipienti, vt reueletur confessio; & talis excommunicatio est nulla. *ibid.* n. 30. & 31.  
 Quæ partes integrantes iudicium forense, & qui actus iudiciales prohibeantur diebus festis. *P. Steph. Fagundes in quinque præcepti. Eccl.*

præc. 1. lib. 1. cap. 12. num. 10.  
 Iudices non possunt procedere, nec decretum dare in diebus feriatis, in alienatione rerum. *ibidem*, num. 13.  
 Iudex iustè & iuridicè procedit post semiplenam probationem. p. 2. l. 8. c. 7. n. 3.  
 Et reus tenetur tunc veritatem testificari: an teneatur eam etiam dicere, quando crimen est proprium, & leue, vel graue. *ibidem*, à numero 5. vsque ad 6.  
 An Iudex in aliquibus casibus possit præcipere sub iuramento, vt sibi reueletur veritas, nulla præcedente infamia. *ibid.* n. 11. & 12.  
 An teneatur veritatem iurati dicere, quando rem scimus sub sigillo confessionis, aut sub secreto naturali. *ibid.* n. 13.  
 Iudices an teneantur cessare ab inquisitione, quando ea habet ortum à notitia confessionis; & an iuari possint ex Schedula, in qua rei scripta habent sua peccata ad faciendam confessionem. p. 2. l. 6. c. 4. n. 28.  
 Ius diuinum diuiditur in ius diuinum naturale, & ius diuinum positium. p. 5. l. 1. c. 1. n. 5.  
 Ius apertè iubet, vt decimæ prædiales illi parochiæ soluantur, in cuius districto sunt prædia. p. 5. l. 3. c. 1. n. 5.  
 Ius naturale est idem apud omnes. p. 1. lib. 1. cap. 1. num. 3.  
 Ius parochiale in quo consistat. p. 2. l. 2. cap. 3. num. 6.  
 Ius commune non obligat, vt Missa audiat in propria parochia. *ibid.* n. 9. 10. & 11.  
 Numerantur aliqui casus, in quibus ius diuinum celebrandi sub vtraque specie non obligat. p. 1. l. 3. c. 5. n. 10.  
*Iurisdicctio.*  
 Iurisdictionem ordinariam habet Papa in toto orbe, Episcopus in sua diocesi, Parochus in sua parochia ad confessiones audiendas. p. 2. l. 7. c. 3. n. 1.  
 Delegatam habere Papa non potest. *ibid.* n. 2.  
 Episcopus potest delegatam habere à Papa: Parochus ab Episcopo, & Papa simul. *ibid.*  
 Iurisdicctio concessa, vel potest esse delegata, vel ordinaria. n. 3.  
 Iurisdicctio ad absoluendum à peccatis reseruatis, quibus modis haberi possit. p. 2. l. 8. c. 8. n. 1.  
*Iustus.*  
 An vnus iustus possit satisfacere in hac vita pro pœnis temporalibus alterius hominis. p. 2. lib. 9. c. 2. n. 19. & seqq.  
 An, quoties vnus iustus voluntariè pro altero iusto in hac vita satisfacit, satisfaciatur etiam pro se. *ibid.* n. 22.  
*Judai, Indas.*  
 Iudæi, si fuerint baptizati, & fidem abiciant, non eximuntur à solutione decimarum, tam prædialium, quam personalium. p. 5. l. 2. c. 1. n. 4.  
 Quid de Iudæis, Turcis, & infidelibus non baptizatis. *ibid.* n. 5. & 13. & 14.  
 An saltem per modum restitutionis ad illas teneantur, quatenus occupant terras, quas Christiani occupare debebant. *ibid.* n. 13. & 14.  
 Quid, si Iudæi, Turcæ, & infideles non baptizati occupent terras, quæ aliquando fuerunt Christianorum. *ibid.* n. 6. *vers. De illis.*  
 Iudas an communicauerit in Cœna Domini. p. 3. l. 1. c. 2. n. 15.  
*Iubilæum.*  
 An, quando in Iubilæo requiritur confessio ad illud comparandum, teneatur ille, qui illud vult comparare, confiteri venialia, si mortalibus caret. p. 2. l. 2. c. 2. n. 19.

*Iuramentum, Iurare.*  
 An iuramentum in causis forensibus licitè & validè dari possit in diebus festis, & quid in causis spiritualibus. p. 1. l. 1. c. 13. n. 18.  
 An iuramenta extraiudicialia iure prohibeantur, ac irritentur in diebus festis, & quæ; & in quibus casibus licitè, ac validè dari possint. ibid. n. 29. & 30. & 31.  
 Solum illud iuramentum falsum referuari potest, in quo quis animaduertit, se falsum iurare. p. 2. l. 8. c. 7. n. 1.  
 Iuramentum falsum referuatum in iudicio, si Iudex non sit legitimus, non est peccatum referuatum. ibid. n. 2.  
 Si iuramentum petitur ob ignorantiam veritatis, quam si Iudex sciret, illud non pereret, amphibologicè dari potest. ibid. n. 7.  
 An possimus amphibologicè iurare, quando scimus, Iudicem velle aliquem condemnare iniuste ob nostrum testimonium, si veritatem fateamur. ibid. n. 9.  
 An sit peccatum referuatum, si quis coram Iudice mentiat in aliqua circumstantia, ex qua status causæ non dependet, quando iuramentum falsum referuatur. ibid. n. 10.  
 Quando referuatur iuramentum falsum in actis, tunc iuramenta falsa exacta iudicialia non referuantur. ibid. n. 14. & 15.  
 Quid sint acta, & processus iudiciales, vide *Acta.*

**L.**

*Labor, Laborare, Laborantes.*  
 Laborantes, vt cauatores, messorèsq; an teneantur ad ieiunium. p. 4. l. 1. c. 8. n. 16. vers. *Maiores dubitatio est.*  
 Quid de eo die, quo non laborant. ibid.  
 Quid de figulis & cæteris artificibus. ibid.  
 Laborare vna integra hora diebus festis non est peccatum mortale. p. 1. l. 1. c. 14. n. 2.  
 Quantum tempus opus erit, vt sit peccatum mortale. ibid.

*Lacticia, vide Oua.*  
*Latinus.*  
 Non licet Latino in templo Græcorum, etiam si intra Latinos situm sit, in fermentato communicare, aut celebrare. p. 3. l. 2. c. 2. n. 8. & 9.  
*Laicus, Laici.*  
 Laici irregulares fiunt, si serid confessiones audiant morte Sacerdotum. p. 2. l. 6. c. 7. n. 4.  
 Quid si Ordinibus sacris, vel minoribus initiati sint. ibid. n. 7.  
 An laicus fiat irregularis, si tunc sigillum violat. ibid. n. 8.  
 An laicus teneatur ad sigillum sacramentale, si confessionem audiat. præc. 2. lib. 6. c. 6. n. 4. & 5.  
 Quid, si confessio fiat laico sub specie obtinendi Ordines sacros & approbationem. ibid. n. 7.  
 Laici an teneantur ad ieiunia inducta per solam consuetudinem Clericorum. p. 4. l. 1. c. 7. n. 2.  
 Quibus modis possint laici legitime decimas percipere nomine Ecclesiæ. p. 5. l. 3. c. 2. n. 11.  
 Laici an possint illas decimas, quas in feudum habent, in Ecclesiam & pia loca propria auctoritate transferre. p. 5. l. 3. c. 4. n. 2.  
 An in laicos. ibid. n. 3.  
 Laici, qui nunquam soluerunt decimas, vel contra Ecclesiam præscripserunt, an possint ad Iudicem regium appellare, & illius auctoritate se defendere, si illæ ab illis petantur. præc. 5. lib. 3. c. 5. num. 8.  
 An laici obligati possint ratione consuetudinis ad

aliquas oblationes. præc. 5. lib. 5. c. 1. n. 7.  
 Quid, si laici negent oblationes, ad quas tenentur, an tunc eis Clerici negare possint spiritualia. ibid. n. 8.  
 Laici an teneantur aliquid offerre suis Parochis inter Missæ solennia diebus festis. ibid. n. 13.  
 An laici in aliquo casu, saltem tempore pestis, possint seipos communicare. p. 3. l. 3. c. 3. n. 7.  
 Quid in extrema necessitate, quando non adest Sacerdos, nec Diaconus. ibid. n. 8.  
 An liceat laicis calicem consumere, ne veniat in manus hostium. p. 3. l. 3. c. 4. n. 21.  
 An hostiam. ibid. p. 3. l. 3. c. 5. n. 32.  
*Lardum.*  
 An liceat diebus ieiunij lardum vesci. p. 4. l. 1. cap. 2. num. 70.  
*Latro.*  
 Latro insignis, si timeatur illius fuga, potest licitè & validè in die festivo sententari. præc. 1. l. 1. c. 13. num. 28.  
*Lapsus carnis.*  
 Quid nomine lapsus carnis intelligatur, si in Religione referuatur. p. 2. l. 8. c. 7. n. 23.  
*Lectores.*  
 Lectores mensæ an possint anticipare horam competentem prandij in die ieiunij. Vide *Horam competentem.*  
 An ieiunium soluant sumentes parum cibi ante prandium. p. 4. l. 1. c. 4. n. 2.  
*Legatus, Legatum.*  
 Impedire legatum, officium, aut beneficium, quod alter alteri volebat conferre, an sit peccatum mortale contra iustitiam. præc. 2. lib. 5. capite 3. num. 9.  
 Quid, si per vim & fraudem impediatur. ibid. n. 10.  
*Legitimus, Legitimare, vide Dissensum.*  
 Legitimus à Principe sæculari ad honores, & dignitates sæculares, non censetur legitimus ad honores ecclesiasticos. p. 5. l. 3. c. 3. n. 2.  
 Quid, si sit legitimus à Papa. ibid. n. 3.  
 An legitimus à Papa ad omnes honores ac dignitates ecclesiasticas, censetur legitimus ad Archiepiscopatum, & Episcopatum. ibidem, num. 5.  
*Lex, vide Præceptum.*  
 In lege noua solæ decimæ prædiales & mixtæ soluebantur, in noua & hæ & personales soluuntur. p. 5. l. 1. c. 2. n. 4.  
 Ante legem Moysis nullum erat præceptum de obseruatione Sabbathi. p. 1. l. 1. c. 1. n. 3.  
 Lex antiqua mortua est, & mortifera. ibid. n. 8.  
 Lex Moysis quando cæpit obligare. ibid. n. 12.  
 Quando expirauit & cæpit esse mortifera. ibid. n. 13.  
 Quid possint leges sæculares in rebus ecclesiasticis. p. 1. l. 1. c. 5. n. 11.  
 Leges quæ excusant à poena, non semper excusant à peccato. p. 1. l. 2. c. 2. n. 8. vers. *Ad signum.*  
 Leges & præcepta solum obligant, vt subditi faciant actum imperatum per illas, non verò vt faciant illum cum intentione implendi illas. ib. num. 26.  
*Libellus.*  
 An libellus offerri possit contra partem citatam in vtroque feriarum genere. præc. 1. l. 1. c. 13. n. 19. 20. & 21.  
*Licentia, vide Gratiam.*  
 Licentia ad audiendas confessiones & assistendum matrimonio, à quo dari possit, an ab Episcopo, vel Parocho excommunicato non tolerato, an à suspensio ab officio. p. 2. l. 7. c. 2. num. 47. & 4. vide *Approbationem.*  
 An Episcopi possint hodie dare licentiam absque vlla causa ad celebrandum in domibus particularibus,

laribus, designando ad id loca, & oratoria ab ipsis visitanda. p. 1. l. 3. c. 13. n. 9.  
 An ex causa possint, & in casibus necessitatis, & quibus. ibid. n. 10. & 11.  
 An ad celebrandum sub dio in necessitate. ibid. n. 13 & 14.  
 Requiritur licentia penitentis ad reuelationem sigilli. p. 2. l. 6. c. 1. n. 14.  
 An debeat esse expressa. ibid.  
 An libera & non coacta. ibid. n. 20.  
 Quid, si detur ob metum reuerentialem Confessarij. ibid. n. 21.  
 An sufficiat obtenta per preces importunas. ibid. n. 22.  
 An debeat esse in scriptis. ibid. n. 23.  
 An petita, & non obtenta licentia à Superiore, ad absoluendum illius subditum à casu referuato; vel non concessa, nisi sub conditione, vt sibi præsentetur, possit subditus tunc contritus communicare. p. 3. l. 3. c. 9. n. 17. §. *Similiter.*  
 An Confessarius illum tunc possit absoluerè. ibid. §. *Manus dubium.*  
 Licentia ad assistendum matrimonio, an validè dari possit alteri Sacerdoti à Parocho, vel Episcopo excommunicato non tolerato. p. 2. l. 7. cap. 2. n. 49. & 52.  
 An petita, & non obtenta licentia à Superiore, possit Religiosus accipere sibi aliquid ex iis rebus, quæ sunt in Religione destinata ad vsum Religiosorum. p. 2. l. 8. c. 6. n. 17.  
 Quid, si Religiosus licentiam petat ad expendendum aliquid licitè, & expendat in illicitis. ibid. num. 15.  
 Licentia ad absoluendum à referuatis, vel potest dari Sacerdoti, vt absoluat, vel penitenti, vt eligat Sacerdotem, qui se absoluat. p. 2. l. 8. capite 8. num. 7.  
 Non sufficit, si superior dicat Confessario: Concedo tibi omnem meam facultatem. ibid. n. 7.  
 Sufficit, si dicat: Concedo tibi omnes meos casus, & si prius concedat aliquem casum referuatum, & postea addat: Et omnem meam facultatem. ibid. n. 8.  
 Si Episcopus concedat alicui Parocho suæ diocesis generalem licentiam ad audiendas confessiones omnium suorum subditorum, censetur concedere licentiam super omnes casus referuatos. p. 2. l. 8. c. 8. n. 9.  
 Idem dicendum, quando in maioribus solennitatibus anni Prælati Religionum concedunt Confessariis expositis ad confessiones generales suorum subditorum, omnem suam facultatem super omnes suos subditos. ibid.  
 An concedente Episcopo omnem suam facultatem ad absoluendum à casibus sibi referuatis, censetur etiam ad absoluendum ab excommunicatione, & vice versa. ibid. n. 10.  
 Quid de Summo Pontif. ibid. n. 11.  
 An, si Episcopus concedat suo subdito, vt sibi eligat Confessarium, an tunc possit ab illo absolui à referuatis. ibid. n. 12.  
 Gratia, & licentia ad absoluendum à referuatis, an expiret morte concedentis. n. 13. 14. 15.  
 An gratia & licentia ad eligendum Confessarium expiret facta vna electione, vel mortuo, aut amoto ab officio concedente. ibid. n. 13.  
 An licentia ad celebrandum domi morte concedentis expiret. ibid. n. 13.  
 An licentia Episcopo concessa à Summo Pontifice ad concedendum testamentum, expiret expirante Papa. ibid. n. 14.  
 An licentia concessa ab Episcopo, vt quis possit ordinari, expiret morte concedentis. ibid. n. 16.  
*P. Steph. Fagundes in quinque præc. Eccl.*

Licentia concessa à Papa Religiosis, vt singulis Missis singulas animas ab igne purgatorio eruant, an expiret mortuo Papa concedente. ibid. num. 17. fine.

*Lis.*  
 Lis iuris orta super decimas soluendas, ad Iudices ecclesiasticos spectat. p. 5. l. 3. c. 5. n. 1.  
 Quæ sit lis iuris. ibid.  
 Lis facti quæ sit, & ad quem Iudicem pertineat. ibid. n. 2.  
 Lites de factis, & iure super Missas, ad quem Iudicem spectent. ibid. n. 3.  
 Quid, si tribunal sæculare constet Iudicibus ecclesiasticis. ibid. n. 4.  
 Lis decimarum ad Iudicem regie Coronæ an trahi possit per sæculares nunquam solitos illas soluere, si ab illis petantur ab Ecclesia. p. 5. l. 3. c. 5. num. 8.  
 Lis cæpta die non festo, an promoueri possit die festo. p. 1. l. 1. c. 13. n. 13.  
 Quid in causis spiritualibus. n. 18.  
*Litteræ, Litteratus.*  
 Litterarum superiorum ad inferiores, & inferiorum ad superiores malitosum impedimentum, quatenus sit peccatum referuatum in Religionibus. p. 2. l. 8. c. 7. n. 26.  
 Quid de apertione litterarum, quatenus sit licita, vel illicita. ibid.  
 Et quatenus peccatum referuatum, si sint superiorum, aut inferiorum. ibid.  
*Locatio, Locare.*  
 An locatio decimarum possit excedere triennium; & quid, si locentur ea conditione, vt finito eo triennio, noua locatio fiat alterius triennij eiusdem, vel diuersi pretij. p. 5. l. 3. c. 2. n. 11.  
*Locapia, vide Hospitalia.*  
 In quo loco Missa celebrari possit. p. 1. l. 3. c. 13. n. 5. & deinceps.

*Lumen.*  
 An sit peccatum mortale celebrare sine lumine. p. 1. l. 3. c. 2. n. 15.  
 An debeat esse ex cera, & possit esse ex seuo, vel oleo. ibid. n. 16. & 17.  
 An debeant esse duo lumina. ibid. n. 18.  
 An continuandum sit Sacrum, si lumen extinguitur, & aliud inueniri non possit. ibid. n. 19.  
 Lumen gloriæ est quid supernaturale essentialiter. p. 3. l. 5. c. 6. n. 5.

*Lusus publicus.*  
 Deferre tabulas, & conficere tabulata, & areas præparare diebus festis ad ludos publicos, non est mortale, si antecederet id fieri commode non potuit. p. 1. l. 1. c. 14. n. 5.

*Lusitania, Lusitanus.*  
 Lusitanus transiens per Castellam an possit in sabbatho vesci intestinis animalium, *Minuta* vocant. p. 4. l. 1. c. 7. n. 10. & 11. & 12. & p. 1. l. 1. c. 7. num. 11.  
 In Lusitania vsu & consuetudine decimæ personales sublatae sunt, & loco illarum Cognitiones soluuntur; & quid illæ sint. p. 5. l. 1. c. 3. n. 8. & 9.  
 An Lusitani, qui per maiorem partem anni habitant in locis, vbi Concilium Tridentinum non seruatur, animo non permanendi ibi, possint legitime contrahere absque Parocho, & testibus. p. 1. l. 1. c. 8. n. 8.

*Lutherus, Lusitani.*  
 Quid Lutherani sentiant circa materiam Eucharistiæ azymi, vel fermentati. p. 3. libro 2. capite 2. num. 2.  
 Lutherus asserit, post consecrationem manere in Eucharistia substantiam panis. p. 3. l. 5. c. 3. n. 2.  
 B B b 3 *Magistri.*

# INDEX RERVM,

M

## Magistri.

**M**agistri causa lectionis an possint anticipare horam competentem prandij in die ieiunij, Vide *Horam competentem*.

An excusentur à ieiunio. p.4.lib.1.c.8.n.19.

## Malitia.

Malitia materialis peccatorum non est explicanda in confessione, nisi sit valde insolita. p.2.l.4.c.5. num.2.

## Mandatum, Mandans.

An rem accipiens alteri dandam, & iniquè differentem, teneatur ad duplicem restitutionem, imminente interim mandante. p.1.l.3.c.10. num.1.

## Mater.

Mater, quæ timet filiabus aliquod malum, vel peccatum, excusatur ab obligatione Missæ. p.1.l.2.c.9.n.1.

## Materia Eucharistia, vide Panem, Vinum, Materiam Confessionis.

In materia dubia, nec licitè, nec validè conficitur Eucharistia, nec aliud Sacramentum. p.3.l.2.c.1. num.17.

Quæ sit materia Eucharistia. ibid. à n.2. & seqq. Hæreticum est dicere, solum azymum, aut solum fermentatum panem esse materiam Eucharistia. p.3.l.2.c.2.n.7.

Ex his, quæ sit convenientior materia. ibid. n.10. In qua materia Christus consecraverit, in azymone, an in fermentato. p.3.l.2.c.2.n.12. & 13.

Quæ sit materia calicis. p.3.l.2.c.3.n.1. An possit esse vinum ex aqua miraculo factum. ibid. n.2.

An oporteat esse album, vel rubrum. ibid. An possit esse agresta. ibid. n.3. An acetum. ibid.

An vinum, seu succus vuarum nondum expressus, sed intra pellem vuz contentus, & quid de vino in vase incluso. ibid. n.4.

An multo iam expresso. ibid. n.5. An lora, Lusitanè, *Agnape*. n.6. Quid, si vuz passæ aqua lentescant, & postea exprimentur. ibid. n.12.

An aqua sit de essentia materiae Eucharistia. Vide *Aquam*.

Quæ præsentia materiae requiratur ad consecrationem. p.3.l.2.c.5.n.6.

An requiratur etiam intentio, ac designatio materiae. ibid. n.9. Quid, si Sacerdos putet, se consecrate decem hostias, & consecret viginti. ibid. n.10.

Quid, si habeat coram se decem, & ex illis intendat consecrare solas quinque. ibid.

Quæ sit materia confessionis, an peccata mortalia, an venialia, an sola externa, an etiam interna, & quæ necessaria, quæ sufficiens. p.2.l.2.c.1. à n.1. & seqq.

An peccata iam confessa, an actualia tantum, vel futura etiam, & possibilia; & quid de peccato originali, & de voluntate peccandi, & de peccatis commissis ante, vel post Baptismum. ibid.

Materia proxima confessionis qualis. p.2.l.2.c.3. & 4. per totum.

## Mancipia.

Mancipia, & serui, quatenus à Missa excusentur. p.1.l.2.c.9.n.4.

## Manus.

Ostensio manus Ægyptianis facta ad venandam futuram felicitatem, an sit peccatum mortale. p.2.l.8.c.4.n.15.

## Martyrium.

Martyrium quo tempore conferat suum effectum. p.3.l.4.c.1.n.7.

## Massa.

Massa cruda specie à pane cocto differt. p.3.l.2.c.1. num.11.

## Medicus.

An solus Medicus possit dispensare in præcepto ieiunij. p.4.l.1.c.9.n.2. Quid, si causa dispensandi sit dubia. ibid.

An Medici ex suo stipendio decimas de iure debeant. p.5.l.1.c.2.n.10.

## Mendicantes, vide Religiosos, Superiores.

Mendicantes an possint licitè in ipso die Paschatis communicare fideles sæculares in suis Ecclesiis ex deuotione communicantes. p.3.l.1.c.5. à n.8. vsque ad 16.

An in illorum Ecclesiis possit impleri præceptum communionis, sicut & confessionis impleretur. ibid. n.7.

Aduenis & peregrinis possunt Mendicantes Eucharistiam in suis Ecclesiis in Paschate dare, vt satisfaciunt præcepto. ibid. n.10.

Possunt & aliis sæcularibus ex licentia Parochorum. ibid. n.11. Sufficit præsumpta licentia. ibid.

Quid, si ipsi Mendicantes sint Parochi. ibid. n.12. An Mendicantes possint communicare fideles in Paschate ex obligatione præcepti in alienis Ecclesiis. ibid. n.17.

An in extrema necessitate illos possint communicare. p.3.l.1.c.5.n.12. Quid de consuetudine. ibid.

An satisfaciunt præcepto annuæ confessionis, qui confitentur Mendicantibus, & aliis Religiosis, tempore Quadragesimæ, absque licentia Parochi. p.2.l.1.c.5.n.1.

Quid, si per contemptum illorum id faciant. ibid. n.10.

Mendicantes, nec etiam de licentia sui Generalis, possunt transire ad non Mendicantes, exceptis Carthusianis; & si contra fecerint, tam ipsi, quam recipientes, sunt ipso iure excommunicati. p.2.l.8.c.5.n.9.

## Mensa.

Mensa Eucharistia an relinquenda sit propter peccatum ibi recordatum. p.3.l.3.c.9.n.14.

## Mercenarius.

Mercenarius an ex lucro suo, & salario teneatur de iure soluere decimas. p.5.l.1.c.2.n.10.

## Merces.

Merces, salarium, & pretium, quomodo differant. p.1.l.1.c.10.n.11.

## Mercator, Mercatus.

Mercatores an teneantur ad ieiunia, & festa loci, in quo per bonam partem anni commorantur. p.4.l.1.c.7.n.6. & p.1.l.1.c.8.n.7.

An acquiritur ibi parochiam quoad Sacramenta, & quoad matrimonium. ibid. n.7. & 10. Mercatus an licitè de iure fiant diebus festis. p.1.l.1.c.12.n.3.

Quid de emptionibus, & venditionibus quotidianis. ibid. n.8.

## Mendacium, Mentiri.

An omne mendacium, etiam leue, in confessione dictum, sit peccatum mortale. p.2.l.3.c.2.n.6.

An peccet mortaliter ille, qui apud ordinarium Confessarium confitetur peccata leuia, aut ordinaria, & apud alium graua & extraordinaria. p.2.l.3.c.2.n.14.

## Metus.

An metus excuset à præcepto ieiunij, & qualis. p.4.l.1.c.9.n.9.

# ET VERBORVM.

An metus rixæ mariti excuset vxorem ab eodem præcepto. ibid.

Qui ob metum in diebus festis operantur, modò non sit incussus ob fidei contemptum, excusantur à mortali. p.1.l.1.c.14. n.8.

## Meretrices, Meretrices.

Meretrices an decimas de iure soluere teneantur ex questu meretricio. p.5.l.1.c.2.n.17. Quid de consuetudine. ibid.

An ad præceptum confessionis annuæ obligentur, & pœnas iuris & Constitutionum synodaliū, excommunicationisque incurrant, nisi illud seruent. p.2.l.1.c.4.n.10. & 11. & c.3.n.16. remissiuè.

An declarentur ob excommunicationem. ibid. An admittendæ sint ad confessionem, & eis danda sit absolutio, & quomodo. p.2.l.3.c.4.n.16.

An eis danda sit schedala. ibid. n.18. An Eucharistia. ibid. n.17.

## Milites.

Milites an ex suo stipendio decimas de iure debeant. p.5.l.1.c.2.n.10. Quid, si stipendium in bello iniusto acquiratur. ibid.

An illis debeant de prædiis in eodem bello iniusto rapris. ibid. n.17. sine.

Milites, qui tempore belli aggeres construunt, & vrbes defendunt, atque operantur diebus festis, an à peccato excusentur. p.1.l.1.c.14.n.10.

## Minister Missæ, & confessionis, & Eucharistia, vide Sacerdotem.

Minister Missæ qualis. p.1.l.3.c.21.n.1. An possit esse femina, saltem ex dispensatione Papæ. ibid. n.2. & 3.

An Sacerdos possit solus sine ministro sacrificare. ibid. n.4. Et quæ causæ ad id sufficiant. ibid. n.6.

An Sacerdos non approbatus possit præsentè approbato confiteri in articulo mortis, & non Parochus, præsentè Parocho. p.2.l.7.c.1.n.19.

An non approbatus præsentè approbato extra articulum mortis possit absoluere à venialibus, & à mortalibus iam confessis. ibid. n.20.

Solus Sacerdos est minister ordinarius Eucharistia. p.3.l.3.c.1.n.1. & 3.

An possint esse Diaconi ex commissione Episcopi, vel Parochi. ibid. n.4.5. & 6. An Episcopi id possint committere Diaconis, præsentibus Sacerdotibus. n.7.

Quid, si Sacerdotes nolint illam ministrare. ibid. num. 8. Quid, si nec Sacerdos, nec Episcopus, præsentès velint ex malitia id Diacono committere, nec per se illam ministrare, & Diaconus sit præsentès, & velit. ibid. n.9.

An Subdiaconis & laicis, pestis tempore, licitum sit Eucharistiam ministrare, deficientibus aliis. num. 10.

An laici possint illam è terra eleuare. ibid. n.12. An liceat Eucharistiam accipere à ministro hæretico, schismatico, excommunicato & publico peccatore. ibid. à num. 17. vsque ad 20.

Quibus modis possit minister Eucharistia peccare in illius administratione. p.3.l.3.c.3. num.9. Vide *Sacerdotem*.

## Missæ, vide Sacrificium, Præceptum.

Quid sit Missa. p.1.l.3.c.1.n.1. An præcepto Missæ satisfaciatur, qui consecrationi non assistit. p.1.l.3.c.4.n.28.

Missæ incepta an relinquenda sit à Sacerdote, si in illà recorderet, se esse in peccato mortali, vel non ieiunium, vel excommunicatum. p.3.l.3.c.9.n.10. n.1. & 12.

An ille, qui in die festo sui loci in alium manè proficiscitur, vbi festus dies non est, operandi causa, teneatur prius Missam audire. p.1.l.1.c.7. n.13. & 14.

Qui Missam & prædicationem in die festo audire non potest, & alterum potest, teneatur prædicationem relinquere. p.1.l.2.c.1.n.10.

Præcepto Missæ satisfaciunt, qui audiunt primam Missam post mediam noctem in die Natalis. p.1.l.2.c.2.n.10.

Nemo teneatur Missam audire, nisi in die festo. ibid. n.11. & c.3. n.1.

Nemo teneatur illam audire sub mortali in diebus festis, quos Principes sæculares sua propria auctoritate statuunt. ibid. primo loco, n.12.

In triduo hebdomadæ sanctæ nemo de iure communi teneatur Missam audire: secus erit de iure particulari Constitutionum cuiusque Episcopatus. ibid. n.13. & p.1.l.3.c.4.n.17.

In Archiepiscopatu Bracharensi teneatur populus Missam audire quinta & sexta feria hebdomadæ sanctæ, & diuinis Officiis interesse in locis, vbi sunt diuina Officia. p.1.l.2.c.2.n.13. & 15.

In omnibus diebus Rogationum nemo iam ob consuetudinem teneatur Missam audire. ibid. n.14.

Nemo de iure communi præter Missam teneatur diebus festis diuinis Officiis interesse. ibid. n.16. Quid de consuetudine Galliarum, & Navarra. ibid.

Scholastici non teneatur Missam audire in diebus vacationum, si festi non sint. ibid. n.17. Elapso die festo nemo teneatur die sequenti Missam audire: nec die antecedenti, si futurum impedimentum videat. ibid. n.18.

Nemo teneatur plures Missas audire in festis diebus nec etiam in die Natalitij Domini. p.1.l.2.c.3. num.1.

Satisfacit præcepto Missæ, qui illam audit quolibet sermone Græco, vel Latino, vel alio quocunque. ibid. n.2.

Sufficit, quancunque Missam audias, non est opus, vt sit festi eiusdem diei. ibid. n.3.

Nullus teneatur eam audire in propria parochia. ibid. n.8. Explicatur Concilium Tridentinum de auditione Sacri in propriis parochiis. ibid. n.16.

Episcopi non possunt facere constitutionem, vt parochiani, non nisi in propriis parochiis Missam audiant, nec excommunicatio illi addita valet. ibid. n.12. & 13.

Missæ nec audiri, nec peti potest à Sacerdote non tolerato. p.1.l.2.c.5.n.15.

Quid de petitione & acceptione Sacramentorum. ibid. n.15.

An possit ab excommunicato tolerato. ibid. n.18. An ab irregulari. ibid. n.26.

An à suspensio. ibid. n.35. An ab interdicto. n.41.

An à notorio concubinario. ibid. n.45. & 50. An à degradato. ibid. n.52.

An à peccatore publico. ibid. n.45. Quid nomine auditionis Missæ intelligatur. p.1.l.2.c.6.n.18.

Missam integram tenemur audire diebus festis. p.1.l.2.c.6.n.1.

Quæ pars omissa efficiat, vt non integra audiatur. ibid. à n.2. vsque ad 8.

Ministrantes Missæ discutientes pro necessariis ad Missam, præcepto illius satisfaciunt, si illius partes minimas omittant. ibid. n.10.

An satisfaciatur præcepto Missæ, qui dimidium Missæ ab vno, & aliud dimidium ab alio Sacerdote audit. ibid. n.10.



# INDEX RERVM,

An, qui tantum consecrationem, vel oblationem tantum, aut consumptionem tantum omiserit, satisfaciant. *ibid.* à n. 14.

An excusentur à mortali iter facientes, si Missam relinquunt, aut partem notabilem illius, putantes bona fide, se illam posse inuenire in aliqua Ecclesia itineris. *ibid.* n. 17.

Cæci, & surdi an teneantur Missam audire. *ibid.* num. 18.

Quid, si simul sint cæci, muti, & surdi. p. 1. l. 2. c. 7. num. 3.

An Missam audiant, qui à longè sunt, & Sacerdotem non audiunt. p. 1. l. 2. c. 6. n. 18. & c. 7. n. 2.

In Missa, quæ præsentia requiratur ad satisfaciendum præcepto. p. 1. l. 2. c. 7. n. 2.

Non satisfaciunt præcepto Missæ, qui à foris est, si illa dicatur in alta turri. *ibid.* n. 3.

An satisfaciat, qui Missam audit ponè columnam. *ibid.* n. 3.

Quæ attentio requiratur in Missa. *ibid.* n. 4.

An satisfaciat, qui in illa sponte mente & cogitatione diuagatur. p. 1. l. 2. c. 7. n. 6.

An possit quis, dum Missam de obligatione audit, Horas canonicas recitare. *ibid.* n. 9.

Quæ intentio requiratur in Missa, formalisne, an virtualis. *ibid.* n. 11. & 12.

Qui Missam audit in die de obligatione, putans non esse diem festum, satisfaciat. *ibid.* n. 13.

An satisfaciat Sacerdos scrupulosus, qui dubitat se habuisse intentionem consecrandi. *ibid.* n. 14.

Satisfaciat, qui ad Ecclesiam accedit principaliter ad videndam pulchram feminam. p. 1. l. 2. c. 7. n. 16.

Famuli, & pupilli, qui Missam audiunt coacti, alias non audituri, satisfaciunt. *ibid.* n. 17.

An satisfaciat, qui vincus, & omnino coactus in Ecclesia tenetur, vt illam audiat. n. 20.

Satisfaciat præcepto, qui vult Missam audire, & non vult præcepto satisfacere. *ibid.* n. 21.

Quid, si, dum audit, habeat positivam intentionem non satisfaciendi præcepto, & non audiendi postea aliam Missam. *ibid.* n. 21. & 22. & 23. & 24.

Excusantur à præcepto audiendi Missam, qui in carcere detinentur, & publico, & secreto. p. 1. l. 2. c. 8. num. 2.

Illi, qui priuilegium habent ad audiendam Missam tempore interdicti, tenentur illam audire. *ibid.* n. 4. & 5.

A præcepto Missæ excusatur quis, quoties in auditione illius committit peccatum. p. 1. l. 2. c. 9. n. 1.

An possit Missa omitti in die festo propter prædicationem, aut confessionem. p. 1. l. 2. c. 9. n. 12.

Non possunt pro vna Missa plures pitantiæ accipi, & tenentur ad restitutionem, qui illas accipiunt. p. 1. l. 3. c. 2. n. 7. & c. 8. n. 3.

Missæ vocabulum quàm sit antiquum, & quid significet, & sitne Græcum, an Latinum. *ibid.* in primo loco, n. 9. 12. 13. 15. 17.

Plus valet absolurè Missa boni, quàm mali Sacerdotis. p. 1. l. 3. c. 6. n. 22.

Quomodo Missa proficit iis offerentibus, qui absentes sunt, & nesciunt, an dicatur. *ibid.* n. 24.

An si in aliqua capella numerus sit magnus in Missis, & stipendium tenue, possit tunc solus Episcopus, vel Capitulum illas ad pauciores reducere, & quid de Religiosis: quid etiam Concilium Tridentinum circa hoc statuat. p. 1. l. 3. c. 7. à n. 11. & seqq.

An prouisoires regij illas reducere possint ad pauciores pro capellis secularium. *ibid.* n. 16. & 17.

Super Missas nouas pacta fieri prohibet Concilium Tridentinum. p. 1. l. 3. c. 8. n. 3.

An vna Missa pro multis applicata ita proficit multis, ac vni. *ibid.* n. 9. & 10.

An ille, qui promissit alteri vnam Missam, teneatur sub mortali eam dicere. *ibid.* n. 11. & 12.

Missam an possit dici in alio loco, vel altari, vel de alio Sancto, quam petitur. p. 1. l. 3. c. 9. n. 6. & 7.

Quid, si in altari priuilegiato præcipiatur dici. *ibid.* num. 7.

Quid, si institutor capellæ dicat, vt singulis diebus Missa de defunctis, aut de B. Virgine in ea dicatur. *ibid.* n. 6.

An Sacerdos possit Missam dicere anticipatè pro illo, qui primò stipem dedit. *ibid.* n. 9. & 10.

An pro intentione illius, qui sibi solet Missas dicendas dare. *ibid.* n. 8.

An, qui celebrat non applicando illas, possit eas postea applicare. *ibid.* n. 11.

An retenta maiori stipe possit vnus Sacerdos Missas celebrandas alteri dare pro minori. p. 1. l. 3. c. 9. à n. 12. vsque ad 16.

An ad restitutionem teneatur ille, qui magnas congerit stipes pro Missis dicendis, & facit postea eas dicere pro minoribus. *ibid.* n. 18.

An obligatus, vel ex voto, vel ex testamento, vel aliunde, ad certas Missas, possit eas facere pro minori solito stipe celebrare. p. 1. l. 3. c. 9. 10. & 11.

Missam de defunctis plus illis valet, quàm alia Missa. *ibid.* n. 12.

Missam sicca quid. *ibid.*

An Missa dici hodie possit in mari, vel flumine. *ibid.* n. 14. & 15.

Missam pro quibus offerri possit. p. 1. l. 3. c. 11. n. 1. & 2.

An pro iis, qui sunt in Purgatorio. *ibid.* n. 3. & 11.

An pro iis, qui sunt in Inferno. *ibid.* n. 6.

An saltem vt interim eis poenæ mitigentur. *ibid.* num. 15.

An pro paruulis, qui sine Baptismo moriuntur ante vltimam rationis. n. 10.

An pro Sanctis, qui in cælis sunt. n. 12.

An pro excommunicatis toleratis. p. 1. l. 3. c. 12. n. 1.

An pro non toleratis. *ibid.* n. 2. & 13.

Quid, si iam sint denunciati, sed excommunicatio sit nulla, aut valida, sed iniusta. *ibid.* n. 3.

An pro excommunicato non tolerato verè poenitente, & per quem non stat absolutio. *ibid.* n. 6.

An pro publicis peccatoribus. *ibid.* n. 14.

An pro Hæreticis. *ibid.* n. 18.

An pro Turcis, & Gentilibus. *ibid.* n. 21. & 22.

An pro Catechumenis, & pro iis, qui culpa sua Baptismum non petierunt. *ibid.* n. 28. & 29.

Missam in quo loco celebrari possit. p. 1. l. 3. c. 13. à n. 6.

An in mari, in nauibus, an in flumine. *ibid.* n. 18.

An Episcopi in casu infirmitatis ad communicandum infirmum possint dare hodie licentiam ad celebrandum in oratorio domus priuata. *ibid.* num. 10.

An sub dio. *ibid.* n. 13. & 14.

An simplices Sacerdotes teneantur aliquoties in anno celebrare ex obligatione sacerdotij, & quando. p. 1. l. 3. c. 15. à n. 1. & seqq.

An Missæ debeant dici singulis diebus in Ecclesiis conuentualibus & Cathedralibus, & quot, & an etiam de defunctis. p. 1. l. 3. c. 15. n. 9.

In quibus casibus plures Missas dicere possit vnus Sacerdos. p. 1. l. 3. c. 16. à n. 1. & seqq.

Quam ob causam tres dicantur in die Natalis. *ibid.* num. 4.

Nunquam licet plures celebrare, nec etiam in die Natalis post sumptam purificationem digitorum. *ibid.* n. 12.

Quo tempore, & hora dicenda sit. p. 1. l. 3. cap. 17. à num. 2.

An notabiliter ante auroram dici possit absque priuilegio. *ibid.* n. 6.

Quid de priuilegio. *ibid.* n. 4. & 5.

Quæ

# ET VERBORVM.

Quæ sint legitime causæ celebrandi notabiliter ante auroram, vel post meridiem, absque priuilegio. *ibid.* n. 14.

An dici possit ante matutinum Officium. p. 1. l. 3. c. 17. à n. 21.

Missæ ceptæ quibus casibus intermitteri possit. *ibid.* c. 18. n. 1. & 4.

Teneatur Sacerdotes Missam interrumpere, si ante inceptum Canonem superueniat interdictum Ecclesiæ. *ibid.* n. 5.

Quid, si ingrediatur excommunicatus non toleratus. *ibid.* n. 6.

Quid, si Sacerdos in altari recorderetur, se non esse ieiunum, aut esse excommunicatum, aut peccati oblitum. *ibid.* à n. 7. vsque ad 18.

Quid, si in altari meminerit, se non esse Sacerdotem. *ibid.* n. 19.

Quid, si Sacerdos repentino morbo deficiat, an teneatur alius ieiunus Missam illius absolueret. *ibid.* n. 20.

Missam quomodo supplenda sit per alium Sacerdotem, deficientem primo; & vnde, supplens debeat incipere. p. 1. l. 3. c. 19. per totum. Vide *Sacerdotum.*

## Missale.

An sit mortale absque Missali celebrare. p. 1. l. 3. c. 21. n. 23.

An Sacerdotes teneantur sub mortali, Regulas Missalis in Missa obseruare. *ibid.* n. 7. & 8.

## Modus.

Modus existendi corporis Christi in Eucharistia, an per Dei potentiam videri possit oculo corporali. p. 3. l. 5. c. 6. n. 2.

An ab Angelo, vel ab anima separata possit cognosci cognitione aliqua naturali. p. 3. l. 5. c. 6. n. 3.

An cognitio supernaturalis, & qua. *ibid.* n. 6.

An per visionem beatificam, & per speciem creabilem à Deo de illo, intellectui Beato infusam. *ibid.* num. 6.

Modus approbandi Reliquias de nouo inuentas, à Tridentino præscriptus qualis. p. 1. l. 1. c. 4. n. 4.

Quibus modis excusentur fideles ab impletione præcepti annuæ confessionis. p. 2. l. 1. c. 6. per totum.

## Molitores.

Molitores, qui pistrinis, & molendinis triticum molunt diebus festis in occursum multorum dierum festorum, excusantur à peccato. p. 1. l. 1. c. 14. n. 21.

## Monachus, Monasterium.

Monachus Carthusianus in extrema necessitate non potest vesci carnibus propter votum. p. 4. l. 1. c. 1. n. 6. *vers.* *Verum huiusmodi.*

Monasteria exempta an teneantur ad ieiunia inducta per generalem consuetudinem locorum, in quibus sita sunt. p. 4. l. 1. c. 7. n. 3.

Quid de diebus festis. *ibid.*

Quid de ieiuniis, & diebus festis inductis ab Episcopis. *ibid.* n. 4.

Opera seruilia efficere diebus festis propter Monasteria, & Ecclesias pauperes, vt canare, edificare, agros colere, an sit mortale. p. 1. l. 1. c. 14. n. 6.

Monachi olim in solitudinibus degentes excusabantur à præcepto audiendi sacrum diebus festis, & quam ob causam. p. 1. l. 2. c. 1. n. 5.

Monachus Franciscanus duplex peccatum specie

diuersum committit in die veneris, in quem vigilia ieiunij incidit, si non ieiunat. p. 1. l. 2. c. 4. n. 2. *vers.* *Monachus.* & n. 9.

An illi Monachi, qui ex statuto teneantur confiteri semel in anno suis Prælati omnia peccata confessi, teneantur sub mortali ad hoc statutum. p. 2. l. 2. c. 1. n. 6.

## Mulio.

Muliones an excusentur à præcepto ieiunij. p. 4. l. 1. c. 8. n. 17.

## Mulier.

Mulier vnus Episcopatus validè contrahit coram suo Parocho cum viro alterius diocesis, animo statim transeundi ad diocesim, & parochiam mariti. p. 1. l. 1. c. 8. n. 13.

## Munus.

Quale sit præcipuum munus Sacerdotum offerrentes, an consecrare. p. 1. l. 3. c. 4. n. 6.

## Mors, Moriens, Moribundus, Mortuus.

Mors & passio Christi representantur in tota Missa, quatenus est totum integrale. p. 1. l. 3. c. 3. n. 10.

Moribundus omni omnino sensu carens, an absolueendus sit, si antecedenter Confessarium vocauit, & id testantur præsentis. p. 2. l. 3. c. 1. n. 16.

## Motus, Mouere, Motuum.

Quo motu moueatur corpus Christi in Eucharistia. p. 3. l. 5. c. 5. n. 5.

Quid sit motus per accidens, & per se. *ibid.* n. 2.

An de potentia Dei absoluta possit corpus Christi immediatè, & per se moueri à Deo. *ibid.* n. 6.

An mediante anima. *ibid.* n. 7.

An ex motu naturali possit poenitens actum supernaturalem contritionis, vel attritionis habere. p. 2. l. 2. c. 5. n. 16.

## Mutus.

An mutus, surdus, & cæcus teneantur Missam audire; & quid, si omnia habeant simul. p. 1. l. 2. c. 6. n. 18. & c. 7. n. 3.

## N

### Natalis dies.

Quanta debeat esse collatio in vigilia Natiuitatis Christi. p. 4. l. 1. c. 4. n. 19.

An qui vult ieiunare omnibus sextis feriis totius anni, teneatur ieiunare, si dies Natalitij Domini venerit in sexta feria. p. 4. l. 1. c. 6. n. 6.

Non licet Sacerdotibus, nec etiam in die Natalis, plures Missas celebrare non ieiunis, id est, post sumptam purificationem vini in digitis. p. 1. l. 3. c. 16. n. 12.

### Necessitas.

Quæ sit vrgens necessitas, vt deficiente copia Confessarij possit licitè Sacerdos in mortali existens celebrare, præmissa contritione, & laicus communicare. p. 3. l. 3. c. 9. à n. 1. & seqq.

Necessitas vitæ, aut salutis proximi excusat ab opere seruili in diebus festis. p. 1. l. 1. c. 14. n. 16.

Sola

# INDEX RERVM,

Sola necessitas, quando est indubitata, excusat ab obseruatione dierum festorum, nec opus est licentia Superioris. p.1.l.1.c.14.n.26.

## Notitia confessionis.

An Episcopi, & Prælati Religionum iuari possint notitia confessionis ad regimen externum, & negare ob illam suffragia ad honores & beneficia: proponitur sententia affirmans. p.2.l.6.c.2. à n.1. & seqq. vsque ad 17.  
Statuitur vera sententia negans. ibid. c.3. n.1.  
Quid faciendum Parocho, vel alteri Sacerdori de illius licentia matrimonio assistenti, quando contrahentes ad Ecclesiam stipati accedunt ad contrahendum, & confitentur, si ex ea confessione agnoscat eos habere impedimentum dirimens, an tunc iuari possit notitia confessionis ad eis negandum matrimonij Sacramentum. p.2.l.6.c.2. à n.14.  
An possit penitens, si ex notitia confessionis sciat, suum Confessarium non esse Sacerdotem, aut carere iurisdictione, & approbatione ad audiendas confessiones ei amplius non confiteri. p.2.l.6.c.3. n.1. vers. *Item.*  
An Prælatus Religionis sciens ex notitia confessionis aliquem Religiosum sui Ordinis non habere sacros Ordines, & exercere officium Confessarij, possit illum amouere ab eo officio. p.2.l.6.c.3. n.1. vers. *Et si Prælatus.*  
Iudex non potest iuari ex notitia confessionis, nec ex inuentione chartæ, in qua rei scripta sua peccata habent ad confessionem faciendam; & si ob eam notitiam reum condemnauit, tenetur eam iterum absoluere, ac liberum dimittere. p.2.l.6.c.4. n.18. vers. *Vnde, si Iudex.*

## Numerus.

Numerus Missarum à quo possit reduci ad pauciores, quando stipendium pro tempore est exiguum: & quid possint Prouisores regij in hoc negotio in capellis secularium. p.1.l.3.c.7. à n.12.  
Tenemur sub mortali explicare in confessione numerum peccatorum plus, minúsve. p.2.l.3. cap.5. num.1.  
Quomodo multiplicetur numerus peccatorum ex interruptione illorum. p.2.l.3.c.5. n.1.  
An numerus peccatorum augeatur, cum quis vno impetu multas simul iniurias specie diuersas in alium profert. ibid. n.3.  
*Nundina.*  
Quæ sint licitæ, & quæ prohibitæ in diebus festis. p.1.l.1.c.12. n.4.5.6.7.  
*Notarius Clerici percussor, vide Percussorem Notarium.*  
Quid sit notorium iuris. p.1.l.2.c.5. n.12. & p.2.l.5. c.3. n.2.  
Potest crimen esse notum, non tamen notorium notorietate iuris, vel facti. ibid. n.14. vers. *Ex quo.*  
Quid, si ego solus vidi crimen, aut quinque, vel sex viderunt. ibid.  
*Novalia.*  
Novalia nunquam antea possessa, an subiecta sint oneri decimarum. p.5.l.3.c.1. n.12.  
Quid, si ante de herba, pastu, vel dumeto decimas solvebant; & postea auentur. ibid. n.13.  
Quid, si iisdem terminis claudebantur cum prædiis cultis. ibid. n.14.  
*Nutrices.*  
Nutrices excusantur ab obligatione Missæ, & ieiunij. p.1.l.2.c.9. n.2.

## Occultum delictum.

**O**ccultum delictum, ita vt non debeat denunciari, an sit illud, de quo tres sciunt, si nulla præcessit infamia respectu committentis. p.2.l.6.c.4. n.14. vers. *Hinc, si.*  
An teneamur istud crimen sic notum in communibus visitationibus, & inquisitionibus denunciare, si præcessit, vel non præcessit infamia. ibid. n.14.  
Quid, si ego solùm scio de crimine cum accusatore, & accusator me refert in testem. ibid. n.14. vers. *Similiter, si.*  
Quid, si crimen iam sit emendatum. ibid. n.16.  
Quid, si Prælatus iubeat sub excommunicatione reuelare furtum, quod ego solus vidi. ibid. n.15. vers. *Denique.*  
Occultum crimen quoad absolutionem quale sit iuxta Conc. Trid. p.2.l.8.c.8. n.23.  
An occultum sit adhuc delictum, ita vt ab illo absolui possit delinquens ab Episcopo, vel ab habente facultatem, si referretur Sedi Apostolicæ, quod in iudicio probari potest, nondum tamen est probatum. ibid. n.26. vide *Delictum.*  
*Offerens, Offerre.*  
Tres sunt offerentes in Missa: Christus Dominus, Ecclesia, Sacerdos, & omnes qui stipem dant, & pro quibus Missa offertur, & omnes offerunt per Sacerdotem. p.1.l.3.c.6. n.3.  
Absentem quomodo dici possint offerentes. ibid. num.17.  
Tantò quis melius rationem offerentis participat, quantò perfectius cooperatur sacrificio Missæ. ibid. n.18.

## Oblatio, vide Primitias.

Quomodo differant oblationes à decimis, & primitiis. p.5.l.4.c.1. n.5.  
Nemo tenetur ad certam quantitatem oblationis, nisi ex voto. ibid. n.6.  
Laici obligantur ratione consuetudinis ad oblationes in quantitate, & qualitate voluntaria. ibid. num.7.  
Non possunt Parochi eis negare Sacramenta, si eas non offerant. ibid. n.8.  
De iure naturali debentur oblationes Parochis, si illis ad sustentationem egeant. ibid. n.10. & n.3.  
An Parochi dicantur in iure pauperes, si habeant artificium decens, vnde viuant. ibid.  
Quibus personis solui debeant oblationes. p.5.l.4.c.2. n.1.  
Cui cedat proventus oblationum, cum sacella eriguntur intra parochiam. ibid.  
An oblationes secundum maiorem mensuram solui debeant, cum ex consuetudine soluuntur. ibid. num.3.  
An voluntariæ dici possint, si ex consuetudine soluuntur. ibid. n.7.  
Quæ pœnæ de iure antiquo statuuntur in illos, qui debitas oblationes negant, vel impediunt. ibid. num.8.  
Quid de iure Concilij Tridentini. ibid. n.9.  
Qui oblationes solitas proprio Parocho dari, ab alieno parochiano accipit, furtum committit, & tenetur ad restitutionem. p.1.l.2.c.3. n.21.  
Prima oblatio hostiæ, quæ in sacrificio Missæ fit ante consecrationem hostiæ, non pertinet ad essentiam sacrificij. p.1.l.3.c.3. n.4.  
Nec etiam secunda. ibid. n.6.  
Nec tertia, quæ fit post consecrationem. ibid. n.7. & 8.

Oblatio

# ET VERBORVM

Oblatio sacrificij Missæ iuuat ad impetrandos effectus gratiæ ex opere operantis. p.1.l.4.c.1. n.9.  
*Oblitus, Oblitiscens.*  
Oblitiscens alicuius peccati mortalis in confessione Quadragesimæ huius anni, an possit illud differre in confessionem alterius anni. p.2.l.1.c.4. n.18. & 19.  
Oblitiscens circumstantiæ de necessitate confessionis tenetur postea illam confiteri. p.2.l.4.c.1. n.8.  
An omnes circumstantiæ mutantes speciem peccati, & notabiliter aggrauantes sint de necessitate confessionis. p.2.l.4.c.2. per totum.  
*Observatio.*  
Observatio huius diei, potius quàm alterius, ad nauigandum, an sit peccatum mortale. p.2.l.8.c.4. num.13.  
An obseruatio manus ab Ægyptanis facta sit peccatum mortale. ibid. n.15.  
*Officia.*  
Officium Inquisitorum non expirat morte concedentis, re adhuc integra. p.2.l.8.c.8. n.15.  
*Officium diuinum.*  
Officium matutinum an semper à Sacerdotibus sit recitandum ante Missam sub mortali. p.1. lib.3. c.17. n.21.  
*Opus placitum, id est, Opus iudiciale.*  
Actiones & opera iudicialia, si fiant diebus festis, & illicita & inualida sunt. p.1.l.1.c.12. n.3.  
In quibus casibus valeant ex causa. ibid. n.12.  
Valent pro pace, pro pietate, pro necessitate pauperum. ibid. n.12.  
Opera voluntariæ iurisdictionis, vt emancipationes, libertates, donationes, & testamentorum conditiones valent, si fiant diebus festis. ibid. n.14.  
Quid, si Index expiraturus sit, & iustitia in alio Iudice sit peritura, an tunc possint validè, & licitè actus iudiciales fieri diebus festis. ibid. n.15.  
In regno Neapolitano valent, & liciti sunt ex consuetudine iudiciales actus in diebus festis. ibid. num.15.  
*Oppositores.*  
Oppositores quatenus licitè, vel illicitè iurare possunt, se non fuisse allocutos scholasticos. p.2.l.8. cap.7. n.7.  
*Opera bona, Opera satisfactoria.*  
Opera bona in peccato mortali facta pro remissione pœnæ temporalis relicta ex peccato condonato reuiscunt, sublati peccato. p.2.l.9. cap.1. n.13. & 15.  
An aliquem fructum habeant in peccato mortali facta. ibid. n.14. & 15.  
Quæ bona opera possint à Confessariis pro pœnitentiis iniungi. p.2.l.9.c.5. n.3.  
An matrimonium, an sacri Ordines, an ingressus Religionis. ibid. n.4.  
An opera aliunde ex præcepto debita. ibid. n.8.  
Opera bona, per quæ satisfacimus pro pœnis temporalibus, an debeant fundari in aliqua promissione diuina, vt sint satisfactoria pro illis. p.2.l.9.c.2. n.2.  
Sufficit, quòd ab homine existente in gratia fiant. ibid. n.3.  
An necesse sit, vt fiant ex formali intentione satisfaciendi per illa. ibid. n.4.  
Per quæ opera satisfacere possimus, an per opera ex præcepto debita diuino, vel humano. ibid. à n.6. vsque ad 8.  
An per opera interna, & externa, id est, per actus internos, & externos. ibid. à n.10.  
An per flagella à Deo immissa, & per mortem à potestate publica inflictam. ibid. num.13.  
*Opus liberale, & seruale.*  
Opus liberale an seruale fiat ex pretio. præc.1.

lib.1. cap.10. numer.3.  
In quo consistat ratio, & substantia operis seruiliis. ibid. n.6.  
Quæ sint opera seruilia prohibita in diebus festis. p.1.l.1.c.11. n.1.  
Opus animæ, vt orare, meditari, scribere, transcribere, legere, disputare, prædicare, etiam ob pretium principaliter, non prohibetur diebus festis. ibid. n.2. & 3. & 5. & 6.  
Quid de opere pingendi, piscandi, venandi, cibos coquendi, an hæc licita sint diebus festis. ibid. à num.9.  
Quid de opere maciandi, & excoriandi animalia. ibid. n.20.  
An opus militiæ, & actio bellandi sit prohibita diebus festis. ibid. n.21.

## Operarij.

Operarij an teneantur ad præceptum ieiunij. p.4.l.1. c.8. n.15. & 16.  
An teneantur saltem ieiunare in eo die, quo non laborant. ibid.  
Quæ opera verabantur olim in die ieiunij. p.4.l.1. c.10. n.13.  
Quid nomine cessationis ab operibus seruilibus intelligatur. p.1.l.1.c.3. n.1.  
Operarij, qui se conferunt ad alia loca ad locandas suas operas, non tenentur ad dies festos patriæ. p.1.l.1.c.7. n.7.  
Operarij, & artifices, qui laborant in prouidendis rebus ad expeditiones vltimarinas in diebus festis, urgente necessitate excusantur. p.1.l.1.c.14. num.22.  
Excusantur etiam reficientes pontes, fontes, & vias publicas, quando id differri commodè non possit. ibid. n.23.  
Excusantur etiam, qui laborant in rebus necessariis, ad publica spectacula, & communem populi lætitiã, vt in aduentu Regis. ibid. n.23.

## Ordines sacri, Ordinarij.

An, qui priuilegium habet, vt ordinetur tribus festiuis diebus duplicibus, possit ordinari in illis, si non sint feriati à laboribus. p.1.l.1.c.2. n.11. & 12.  
An ille, qui se transfert in aliquam diocesim animo perpetuò ibi habitandi, & cœperit habitare, quamuis statim animum mutet, dum tamen habitationem non mutat, potest ab Episcopo illius loci sacris ordinari. p.1.l.1.c.8. n.12.  
An ordo consecrationis, vt prius panis, quàm vinum consecraretur, sit de iure diuino. p.1.l.3.c.5. num.19.

## Ordinarij.

Quid in iure nomine Ordinarij veniat. p.1.l.1.c.14. num.28.  
An Ordinarij locorum teneantur admittere ad dicendas Missas Clericos forenses, & peregrinos habentes litteras testimoniales. p.1.l.3.c.10. n.2.  
*Ornatus altaris.*  
Ornatus altaris qualis requiratur, vt in eo sacrificari possit. p.1.l.3.c.22. n.10.  
*Oratoria.*  
An possint hodie Episcopi post Tridentinum absque causa dare licentiam ad celebrandum in domibus particularibus, designando loca, & oratoria ab ipsis visitanda. p.1.l.3.c.13. n.9.  
An possint ex causa, & in casu necessitatis. ibid. n.10. & 11.  
An Prouinciales Mendicantium possint in suis domibus,

# INDEX RERVM,

domibus, & Collegiis, & Grangiis propria loca, & oratoria designare, in quibus celebrari possit ibid. n. 17.  
Oratoria, quæ domi habentur, nomine Ecclesiæ, non veniunt, nec gaudent immunitate Ecclesiæ, nec copula, aut effusio sanguinis, vel feminis in eis habita, est circumstantia necessaria ad confessionem, p. 1. l. 3. c. 14. n. 45.

## Oratio.

An illæ orationes, quæ nomine totius Ecclesiæ per malum Sacerdotem in Sacrificio Missæ dicuntur, æquè profint, ac si per bonum ministrum dicerentur, p. 1. l. 3. c. 6. n. 20.  
An Sacerdos, dum se sacris vestibus induit, teneatur sub mortali orationes consuetas dicere, p. 1. l. 3. c. 21. n. 9.  
Et quid de hymno post Missam, ibid.  
Oratio iusti an sit infallibiliter impetratoria, p. 1. l. 4. c. 2. n. 22.

## Oua.

An ex vi iuris communis, & illius dispositione sola inspecta, præcisa quacunque consuetudine Regni, loci, aut Prouinciæ, peccatum mortale sit oua edere & lactinia in diebus ieiunij Quadragesimæ, p. 4. l. 1. c. 2. n. 10.  
Referuntur opinio affirmatiua, ibid.  
Referuntur sequelæ huius opinionis, ibid. à n. 11. vsque ad 14.  
Referuntur opinio negatiua asserens, inspecto iure communi, & seclusa quacunque consuetudine, solum esse peccatum veniale oua edere, & lactinia in ieiuniis Quadragesimæ, & illis non infringi præceptum ieiunij, ibid. à n. 15. vsque ad 28.  
Explicatur canon 86. sextæ Synodi Trullanæ, & relicitur, ibid. num. 22.  
Soluuntur argumenta pro prima opinione facta, ibid. à n. 29. vsque ad 32.  
Potest consuetudo esum ouorum, & lactiniorum, tam in Quadragesima, quam extra illam, facere mortaliter illicitum, ibid. n. 33. & 45.  
Potest etiam illum facere licitum, ibid. n. 45.  
Referuntur sequelæ postremæ, seu secundæ opinionis, ibid. à n. 34.  
An illi, qui non tenentur ieiunare, teneantur à carnis, ouis, & lactiniis abstinere, siue adulti, siue non adulti sint, ibid. n. 37.  
An cui conceditur priuilegium ad edenda oua, possit edere lac, butyrum, & omnia lactinia, ibid. num. 38.  
An cui ex priuilegio, vel consuetudine licitum est oua edere, ac lactinia, possit hæc simul edere cum piscibus, ibid. n. 39.  
An iure communi inspecto, oua & lactinia sint prohibita extra Quadragesimam, & in diebus veneris & sabbathis totius anni, ibid. n. 40.  
Referuntur opinio negans, ibid. n. 40.  
Referuntur affirmans, ibid. n. 41.  
Iudicium Auditoris, ibid. n. 42.  
An in diebus Dominicis Quadragesimæ oua, & lactinia sint prohibita, ibid. n. 43. & 44.

## P

### Paalum.

Paalum super nouas Missas fieri prohibentur, p. 1. l. 3. c. 8. n. 3.

### Palla altaris.

Palla ex qua materia esse debet, an debeat esse consecrata, an tangi possit, an sine illa sacrificari, p. 1. l. 3. c. 21. n. 31.

### Panis.

In pane ex diuersis granis confecto, an confici possit Eucharistia, p. 3. l. 2. c. 1. n. 9.  
An possit confici in typha, tritico, adore, siligine, amydo, an in massa cruda triticea, an in pane recenti cocto, manibus & digitis subactis, ibid. à n. 2. vsque ad 12.  
In qua aqua debeat panis subigi, ibid. n. 13.  
An confici possit in pane, cui immisceretur sal, ibid. num. 15.  
An in pane azymo, vel fermentato, ibid. n. 15. & l. 2. c. 2. n. 4.  
An in pane corrupto, ibi primo loco, n. 16.  
Vnde probetur esse corruptus, ibid.  
An panis azymus specie differat à fermentato, p. 3. l. 2. c. 2. n. 4.  
In quo pane consecrauerit Christus, an in azymo, an in fermentato, p. 3. l. 2. c. 2. n. 12.

### Papa.

Quando non datur iusta causa dispensandi in ieiunio, solus Papa valide potest dispensare, p. 4. l. 1. c. 9. n. 1.  
Et an peccet tunc sine causa dispensans, ibid.  
Papa non tenetur ad decimas personales, tenetur ad prædiales ex prædiis patrimonialibus, p. 5. l. 2. c. 2. n. 11.  
Poterit secum in illis ex causa dispensare, ibid. num. 12.  
Potest ex vrgenti causa imponere Parochis, & Episcopis decimas de decimis suorum beneficiorum, ibid. n. 12.  
Papa potest eximere aliquas personas à solutione decimarum per priuilegium particulare, p. 5. l. 2. c. 4. n. 1.  
De facto multæ tam exemptæ sunt, ibid.  
Referuntur causæ, ob quas possit eximere, ibid. num. 4.  
In ea exemptione nulla fit iniuria Parochis, ibid. num. 5.  
Papa an possit aliquem licitè à præcepto Eucharistiæ eximere, p. 5. l. 1. c. 6. n. 9.  
An possit vnum integrum regnum, aut prouinciam, ibid.  
An possit licitè abrogare præceptum Eucharistiæ in solidum, ibid. n. 10.  
An teneatur ad præceptum Eucharistiæ, ibid. num. 11.  
An possit dispensare, vt in vna tantum specie Sacerdotes sacrificent, & vt in vtraque fideles communicent, p. 3. l. 2. c. 6. n. 24. & remissiuè ad p. 1. l. 3. c. 5. n. 6. & p. 3. l. 3. c. 4. n. 8.  
Papa quare neget fidelibus communionem sub vtraque, p. 3. l. 3. c. 4. n. 6.  
An, sicut prohibet vsum calicis, & præcipit panis, possit præcipere calicem, & prohibere panem, ibid. n. 10.  
An expediat, vt dispenset Papa cum aliquo regno in vfu vtriusque speciei, ibid. n. 19.  
Solutus Papa potest instituire dies festos, qui colantur in vniuerso orbe, p. 1. l. 1. c. 3. n. 2.  
An possit errare in canonizatione Sanctorum, p. 1. l. 1. c. 4. n. 31.  
An peccet mortaliter, si absque diligentia aliquem

# ET VERBORVM.

quem Sanctum canonizet, vel aliquid de fide definiat, ibid.

Licitè, & validè dispensare potest in præcepto Missæ ex causa, p. 1. l. 2. c. 1. n. 11.

Nunquam potest dari causa iusta, vt cum aliquo regno, vel prouincia in perpetuum dispenset, aut cum aliquo homine particulati, ibid. n. 11.

Si sine iusta causa in hoc præcepto dispenset, valebit dispensatio, sed peccabit mortaliter: non tamen peccabunt dispensati, ibid. n. 12.

Papa an possit dispensare ex causa in iis, quæ sunt iuris diuini, p. 1. l. 3. c. 5. n. 5.

An possit dispensare, vt ex causa sub vna tantum specie Sacerdotes celebrent, & quæ erunt causæ, ibid. n. 9.

An possit dispensare, vt celebretur in aqua, loco vini, ibid. n. 15.

An possit concedere licentiam celebrandi in domibus priuatis absque vlla necessitate, designando loca ad id deputata, p. 1. l. 3. c. 13. n. 15.

An id possint etiam Episcopi ex causa, ibid. n. 11.

Papa an ad præceptum annuæ confessionis obligetur, p. 2. l. 1. c. 3. n. 17. & 18.

Papa an possit dispensare in præcepto naturali sigilli sacramentalis, p. 2. l. 6. c. 1. n. 11.

Potest dispensare in vinculo voti solennis, ibid. num. 12.

An possit adimere Sacerdotibus potestatem absoluedi, p. 2. l. 7. c. 1. n. 18.

Accipit iurisdictionem immediatè à Deo, id est, à Christo, ibid. n. 21. & 22.

Potest absque vlla causa, respectu huius, aut illius Episcopi, referuare causas ecclesiasticas, & peccata validè, sed non licitè, p. 2. l. 8. c. 1. n. 22.

Respectu verò omnium Episcoporum omnia peccata referuare, aut omnes causas, nec licitè, nec validè potest, ibid. n. 22.

### Parasceue.

Parasceue quid sit apud Hebræos, p. 3. lib. 2. cap. 2. num. 15.

An teneatur populus Christianus audire Sacrum in die Parasceues, si in eum incidat festum Annuntiationis beatissimæ Virginis, aut alius dies festus ex constitutione Episcopatus, p. 1. l. 2. c. 4. num. 3.

Resoluitur questio, ibid. n. 17. 18. & 19.

### Parum.

Parum cibi, ne potus noceat, an frangat ieiunium, p. 4. l. 1. c. 2. n. 48. & c. 4. n. 2.

Quid, si sumatur amicorum causa, ibid. n. 3.

### Parochus, Parochia, vide Sacerdotem.

Parochus an possit iungere matrimonio eos, quos ex confessione scit habere impedimentum ditiens, vel impediens, si stipati ad Ecclesiam venerint, p. 2. l. 6. c. 2. à n. 14.

An illi parochiæ, quæ de nouo prædia acquirunt, decimæ soluendæ sint, an antiquæ, p. 5. l. 1. cap. 7. à n. 1. & seqq.

Quis debeat sustentare Parochum, si pauper sit, & redditus Ecclesiæ vberes, p. 5. l. 4. c. 1. n. 12.

An possit Parochus licitè celebrare excommunicatus, non ieiunus, aut sine vestibus sacris, ne parochiani sine Missa discedant in die festo, p. 3. lib. 1. c. 4. n. 10.

Parochi sæculares an possint licitè communicare suos parochianos ex obligatione præcepti in Ecclesiis Mendicantium absque eorum licentia, p. 3. l. 1. c. 5. n. 18.

Tenentur Parochi ex iustitia tempore pestis cum vitæ periculo suis subditis Sacramenta ministrare, p. 3. l. 3. c. 3. n. 1.

Quid nomine Parochi intelligatur, ibid. n. 2.

Quid de superioribus Religionum erga suos sub-

P. Steph. Fagundes, in quinque præcept. Eccl.

ditos, ibid.

An extra grauem necessitatem teneantur Parochi cum periculo vitæ ea illis ministrare, ibid. n. 4.

An tunc ex causa excusentur, si illos mittant ad Religiosos, ibid. n. 5.

Quid, quando præceptum Ecclesiæ obligat, ibid. num. 6.

An Parochus habens conscientiam peccati mortalis, deficiente Confessione, possit contritus celebrare ad dandam nuptialem benedictionem suis parochianis, p. 3. l. 3. c. 9. n. 8.

Et an id etiam possit efficere ad dandam Eucharistiam subditis, quando vrget necessitas illos communicandi in articulo mortis, vel in susceptione Iubilæi, ibid. n. 5.

Quis sit legitimus Parochus, quoad confessionem, & matrimonium, illorum, hominum, qui per maiorem partem anni commorantur in villis, ac rure, Parochi sine Curialis, an vrbis, vbi domicilium habent, p. 1. l. 1. c. 8. n. 11.

Parochi an possint dispensare in diebus festis, quando causa est dubia, & Ordinarius adiri commode non potest, p. 1. l. 1. c. 14. n. 28.

Parochi tenentur rationem reddere de ouibus suis, p. 1. l. 2. c. 3. n. 7.

Non potest fieri statutum ab Episcopo, vt parochiani in sola parochia Missam audiant, & excommunicatio illi addita est nulla, p. 1. l. 2. cap. 3. num. 12.

Quid, si aliquæ Constitutiones synodales id præcipiant, ibid. n. 13. & 14.

Quid, si consuetudo habeat, vt in sola parochia Missa audiatur, ibid. n. 15. & 16. & 17.

Explicatur locus Tridentini de audienda Missa in propria parochia, ibid. n. 16.

Parochi tenentur scire, qui dies sint festi, & ieiunij, vt illos obseruare faciant, ibid. n. 22.

Parochi non possunt de iure referuare peccata, nec excommunicare; secus de consuetudine, & quali, p. 2. l. 8. c. 1. n. 9.

Non potest Parochus, nec alius Sacerdos, negare Eucharistiam, nec alia Sacramenta cuilibet fidelis perenti, siue publice, siue secretè petat, si ex sola noticia confessionis sciat, illum esse indignum, p. 2. l. 6. c. 3. n. 5.

An Sacerdos approbatus possit, præsentè Parochi, à mortalibus in articulo mortis aliquem absoluerè, p. 2. l. 7. c. 1. n. 19.

Parochi à quo iurisdictionem accipiant, ibid. n. 27.

Parochus habens parochiale beneficium, ipso iure est approbatus ad confessiones audiendas, p. 2. l. 7. c. 2. n. 2.

An Parochus parochiale beneficium habens, sit ab omnibus eligibilis intra eandem dioccesim, virtute Iubilæi, & an vbique terrarum, p. 2. l. 7. c. 2. n. 35. & 36.

An necesse sit, vt actu habeat beneficium parochiale, ibid. n. 38.

Quid nomine parochialis beneficij intelligatur, ibid. n. 41.

An Parochi parochiale beneficium habentes, possint committere suas oues Clericis non approbatis, ibid. n. 42. 43. & 44.

An parochus excommunicatus non toleratus, vel suspensus ab officio, possit dare licentiam suo subdito, vt alteri Sacerdoti approbato confiteatur, ibid. num. 50. & p. 2. l. 8. cap. 8. num. 5.

Quid de licentia ad assistendum in matrimonio, p. 2. l. 7. c. 2. n. 52. & 49.

An Parochus possit ex causa audire partem confessionis, & pro alia parte mittere ad alium, & quæ causæ sufficiant, p. 2. l. 8. c. 3. n. 10.

C C C C Parochianum.



*Parochiani.*  
 An parochiani teneantur aliquid offerre inter Mis-  
 ſæ ſolemnia omnibus feſtis. p. 5. l. 4. c. 1. num. 14.  
 & 13.  
 Parochiani non teneantur Miſſam in propriis Paro-  
 chiis audire, modò in contemptum Parochi id  
 non faciant. p. 1. l. 2. c. 3. n. 8.  
 Satisfaciunt præcepto, etiamſi per contemptum  
 Parochi id faciant. ibid. n. 9.  
 Mortaliter tamen peccant. ibid. n. 20.  
 Parochianus an poſſit validè conſiteri ex obligatio-  
 ne Quadrageſimæ alieno Parocho in aliquibus  
 caſibus, & in quibus abſque licentia proprij. p. 2.  
 l. 1. c. 5. n. 2. & 3. & 4.  
 An quando proprius eſt ignatus, aut cum propria  
 parochiana ſit illi concubinatus. ibid.  
 An, quando inſtitutum odium cum illo exercet, aut  
 exercetur inter utruſque parentes. ibid.  
 Quid, ſi in conſtitutionibus requiratur licentia in  
 re obſervata. ibid. n. 6.  
 An, ſi parochianus Bracharenſis verſetur in aliena  
 diœceſi, & peccata ibi reſervata committat, poſ-  
 ſit abſolvi à quocunq; Sacerdote, quanvis nul-  
 lam habeat iuriſdictionem ſuper caſus reſerva-  
 tos. p. 2. l. 8. c. 2. n. 21.  
*Particula, vide Hoſtiam.*  
*Pæſtores.*  
 Paſtores eccleſiaſtici tenentur alere pauperes de  
 ſuperfluis ſuorum beneficiorum. p. 5. l. 2. cap. 3.  
 num. 6.  
*Pæſcha.*  
 Quid nomine Paſchatis, quantum ad præceptum  
 communicandi in illo, in iure intelligatur. p. 3.  
 l. 1. c. 5. n. 3.  
 Quid de conſuetudine in Luſitania, & Hiſpania.  
 ibid.  
 In aliquibus diœceſibus extenditur Paſcha vſque  
 ad Dominicam Paſtoris boni. ibid. n. 4.  
 In alijs vſque ad Pentecoſten, ibid. in fine, verſ. *Imò*  
*Pænitij.*  
 An in ipſo die Paſchatis poſſint Mendicantes com-  
 municare fideles ex devotione in ſuis Eccleſiis.  
 ibid. n. 8.  
*Pætres, Pæterfamilias.*  
 An peccet mortaliter pæterfamilias cibos diſtri-  
 buens familiæ in diebus ieiunij. p. 4. l. 1. cap. 10.  
 num. 11.  
 Pætres abſolutè conſulunt communicandum eſſe  
 ſemel in hebdomade, vel bis in menſe. p. 3. l. 3.  
 c. 7. n. 6.  
 Pætres quando de pœnitentia abſolutè ad Eucha-  
 riſtiam neceſſaria loquuntur, intelligendi ſunt  
 de confeſſione. p. 3. l. 3. c. 8. n. 15.  
*Pærena.*  
 Pærena ex qua materia eſſe debeat. p. 1. lib. 3. cap. 21.  
 n. 10. & 11.  
 An debeat eſſe confeſcrata. ibid. n. 12.  
 Ad quem ſpectet confeſcratio illius, & calicis. ibid.  
 num. 14.  
 An ex eo ſolum confeſcrata maneat, quòd in illa ce-  
 lebretur abſque confeſcratione. ibid. n. 15.  
 An cum notabiliter fracta celebrari poſſit. ibidem,  
 num. 16.  
 An vendi poſſit. ibid. n. 19.  
 An ad vſus profanos conuerti. ibid. n. 18.  
 An amiſſa deauratione amittat etiam confeſcratio-  
 nem. ibid. n. 24.  
*Pæruuli.*  
 Pæruuli olim communicabant. præc. 3. lib. 1. cap. 4.  
 num. 6.  
 In Africa, pueri etiam vſu rationis carentes olim  
 communicabant, & quare. ibid. n. 7.  
 An etiam in Hiſpania. ibid.

*Pauperes, Pæupertas.*  
 Pauperes oſtium mendicantes an teneantur ad  
 præceptum ieiunij. p. 4. l. 1. c. 8. n. 12.  
 Pauperes laici an teneantur ad decimas prædiales,  
 & perſonales. p. 5. l. 2. c. 3. n. 1.  
 Refertur opinio affirmatiua verior & communior.  
 ibid. n. 1.  
 Quid, ſi ſint in extrema, vel quaſi extrema neceſſi-  
 tate. ibid. n. 2.  
 Reicitur opinio negans. ibid. n. 3.  
 Pæupertas excuſat à ſolutione decimarum, quandiu  
 durat. ibid. n. 4. Vide *Hoſpitalia.*  
 Licetum eſt pauperibus ſecreto Miſſa priùs audita  
 laborare diebus feſtis, etiamſi Epilcopi id ſub  
 excommunicatione verent. p. 1. l. 1. c. 14. ibid. 7.  
*Peccatum, Peccare, vide Númerum peccatorum.*  
 Peccata mortalia, ſive interna, ſive externa, ſunt  
 materia neceſſaria confeſſionis. p. 2. l. 2. c. 1. n. 1.  
 & 3.  
 Venialia ſunt materia ſufficiens, non neceſſaria. ib.  
 num. 4.  
 An ſaltem in Quadrageſima venialia ſunt materia  
 neceſſaria, quando quis mortalibus caret. ibid.  
 n. 5. & 6.  
 Quid in dubio, an peccatum ſit mortale, vel venia-  
 le. ibid. n. 9.  
 Peccata venialia quomodo remittantur, & an re-  
 mittantur ex opere operato per aquam benedi-  
 ctam. ibid. n. 11.  
 Habens mortalia, & venialia, non tenetur conſiteri  
 venialia. ibid. n. 12.  
 Qui haber tantum venialia, poteſt conſiteri, quæ  
 velit, & quæ velit, tacere. ibid. n. 12. modò habeat  
 dolorem de illis, quæ conſitetur.  
 Quid, ſi quis vnum tantum veniale, & velit illud  
 fateri, an teneatur de illo conteri, vel atteri. ibid.  
 num. 12.  
 Quid, ſi illud conſiteatur ſine dolore, modò tamen  
 doleat de alijs in vita commiſſis. ibid. n. 13.  
 Mortalia iam confeſſa, an ſint materia confeſſio-  
 nis, & qualis, neceſſariè, an ſufficiens. ibid.  
 num. 14.  
 Quid de peccato originali. ibid. n. 15.  
 Quid de peccatis futuris, & poſſibilibus. ibid. n. 18.  
 Quid de commiſſis ante Baptiſmum. ibid. n. 20.  
 Voluntas peccandi, etiamſi in actum non exeat ex-  
 ternum, eſt materia confeſſionis neceſſaria, vel  
 ſufficiens, prout mortalis, aut venialis fuerit. p. 2.  
 l. 2. c. 1. n. 19.  
 Peccatum fictionis ante Baptiſmum, an ſit materia  
 confeſſionis. ibid. n. 22.  
 Peccata mortalia in confeſſione inualida malitioſè  
 ſuppreſſa, neceſſariò ſunt iterum conſitenda. p. 2.  
 l. 2. c. 2. n. 1.  
 Quid, quando quis generaliter conſitetur peccata  
 iam ritè confeſſa, an poſſit tunc tacere, quæ vo-  
 luerit. ibid. n. 2.  
 Quid, ſi quis priùs dicat Confeſſario, ſe velle omnia  
 peccata antea vitæ conſiteri. ibid. n. 3.  
 Non peccat mortaliter, qui in diebus ieiunij veſ-  
 citur carnes, non habens alios cibos. p. 4. l. 1. c. 2.  
 num. 8.  
 An toties mortaliter quis peccet, quoties in die ie-  
 iunij comedit. p. 4. l. 1. c. 4. n. 4.  
 Quid, ſi carnes comedit. ibid. n. 9.  
 Quot peccata committat ille, qui in initio Quadra-  
 geſimæ proponit ſe nullo die ieiunaturum. ibid.  
 n. 8. & c. 10. n. 8.  
 Grauius peccatum eſt, Euchariftiam indignè ſume-  
 re, quam Papam occidere ex ſuo genere. p. 3. l. 1.  
 c. 4. n. 9.  
 An mortaliter peccet, qui ad Euchariftiam con-  
 tritus, ſed inconfellus accedit, habens copiam  
 Confeſſoris.

Confeſſoris. p. 3. l. 1. cap. 6. num. 13.  
 Quid, ſi illam non habeat. ibid.  
 An mortaliter peccet, qui intra diem naturalem  
 poſt copulam, aut pollutionem illicitam, ad  
 communicandum accedit. ibid. n. 14.  
 Quid de coniugibus. ibid.  
 An peccatum mortale ſit, Euchariftiam tangere in  
 mortali. p. 3. l. 3. c. 3. n. 11.  
 An communicare in mortali ſit grauius peccatum  
 furto, aut homicidio. p. 3. l. 3. c. 8. n. 12.  
 Vter grauius peccet, fidelisne communicando indi-  
 gnè, an Hæreticus, vel infidelis, indebitè commu-  
 nicando. ibid. n. 14.  
 Peccatum veniale, vel in ipſa communionem com-  
 miſſum, non impedit effectum Euchariftiæ ex  
 operato. p. 3. l. 4. c. 3. n. 3.  
 Diſponit ad mortale. ibid. n. 11.  
 An ſit peccatum mortale communicare ob vanam  
 gloriam. p. 1. l. 1. c. 4. n. 30.  
 An peccata mortalia ſunt opera ſeruilia prohibita  
 diebus feſtis, ita vt circumſtantia dici neceſſariò  
 ſit conſitenda. p. 1. l. 1. c. 9. n. 2.  
 Qui peccata venialia tantum habent, an teneantur  
 ad vtrumque præceptum confeſſionis, tam diui-  
 num, quam eccleſiaſticum Quadrageſimæ. p. 2.  
 l. 1. c. 2. n. 8. & 9.  
 An, quando quis vouet ſe facturum confeſſionem  
 generalem totius vitæ, poſſit aliqua peccata con-  
 feſſa tacere. p. 2. l. 2. c. 1. n. 4.  
 An peccet mortaliter ille, qui mortalibus, & venia-  
 libus capens, ſibi imponit vnum veniale, quod  
 pro materia in confeſſione assignat. ibid. n. 2.  
 An peccatum mortale ſit mentiri venialiter in con-  
 feſſione. ibid. n. 22.  
 An teneatur quis venialia conſiteri ad comparan-  
 dum Iubilæum, ſi mortalibus caret. p. 2. l. 2. cap. 2.  
 num. 19.  
 In peccato mortali tria reperiuntur; offenſio Dei;  
 reatus pœnæ; fomes peccati: hæc omnia tollit  
 confeſſio, aut mitigat, & quomodo. p. 2. l. 2. cap. 3.  
 num. 3.  
 Quid ſit peccatum deſertari ſuper omnia. ibid. n. 8.  
 Qua ratione in Sacramento pœnitentiæ dicantur  
 ſemper peccata remitti. p. 2. l. 2. c. 10. n. 12.  
 An mortaliter peccet ille, qui apud ordinarium  
 Confeſſarium ordinaria & leuia peccata com-  
 miſſa conſitetur, & grauia apud alium. p. 2. lib. 3.  
 c. 2. n. 14.  
 Omittere peccata oblita in vna confeſſione ad  
 aliam annualem, an ſit mortale. p. 2. lib. 3. cap. 2.  
 num. 3.  
 An vnum tantum peccatum committat ille, qui  
 vnicò ictu multos homines occidit. p. 2. l. 3. c. 5.  
 num. 9.  
 Quot numero peccata committat ille, qui illicitis  
 amoribus feminam continuatim ſolicitat. ibid.  
 num. 15.  
 Peccata occulta non ſunt Iudicibus denuntianda in  
 communibus viſitationibus, & inquisitionibus,  
 etiamſi ſub excommunicatione id præcipiatur.  
 p. 2. l. 6. c. 4. n. 14.  
 Quid, ſi aliquis cum duobus alijs crimen ſciat, de  
 quo nulla præceſſit infamia. ibid. verſ. *Hinc, ſi*  
*aliquis.*  
 Quid, ſi præcedat infamia. ibid.  
 Quid, ſi aliquis accuſetur de crimine, & accuſator  
 proferat in reſtem vnum oculatum, an tunc teſ-  
 tis oculatus teneatur fateri veritatem. ibid. verſ.  
*Similiter.*  
 Si peccatum iam eſt emendatum, an ſit denuntian-  
 dum Iudicibus. ibid. n. 15.  
 Quid, ſi reciduum timeatur, an tunc ſit deferen-  
 dum Prelatis Religionum. ibid. n. 16.  
*P. Steph. Equides. in quinque præc. Eccl.*

An peccata ſcripto commendata ad confeſſionem  
 faciendam ad ſigillum ſacramentale obligent in-  
 uentores. p. 2. l. 6. c. 5. n. 15. & 16.  
 An peccata venialia maculam, vel reatum cauſent  
 in anima; & quomodo deleatur hæc macula, ſi  
 homo ex hac vita in peccato veniali decedat.  
 p. 2. l. 9. c. 1. n. 11.  
*Peccata reſervata.*  
 An habens peccata reſervata poſſit contritus com-  
 municare, petita, & non obſervata licentia à Super-  
 iore per pium ac doctum Confeſſarium ad il-  
 lum abſoluendum. p. 3. l. 3. c. 9. n. 17.  
 Quid, ſi Superiores illam concedant, ſed ſub con-  
 ditione, vt pœnitentes ſibi præſententur. ibid.  
 An in eo caſu perita & non conceſſa licentia poſſit  
 illum pius Confeſſor abſoluere. ibid. verſ. *Maius*  
*dubium.*  
 Quis ſit pius, ac doctus Confeſſor ad hoc miniſte-  
 rium. ibid.  
 Quis poſſit reſervate peccata. p. 2. l. 8. c. 1. à num. 1.  
 & ſeqq.  
 An Parochus ordinarius. ibid. n. 9.  
 An, qui ea reſervare poſſunt, poſſint non ſolum ſi-  
 bi, ſed etiam alijs ea reſervare. ibid. n. 10.  
 Quæ peccata poſſint reſervari. ibid. n. 14.  
 An ſola mortalia. ibid. n. 14.  
 An omnia collectiue ſupra. ibid. n. 15.  
 An etiam peccata purè interna. ibid. n. 16.  
 An de facto ſint iam aliqua peccata purè interna  
 reſervata. ibid. n. 17.  
 An venialia reſervari poſſint. ibid. n. 18.  
 De iure communi nulla peccata ſunt reſervata Epi-  
 ſcopis. p. 2. l. 8. c. 2. n. 7.  
 An de conſuetudine ſint aliqua Epilcopis vbique  
 reſervata. ibid. n. 8. & 9.  
 De iure particulari cuiusque diœceſis multa ſunt  
 reſervata. ibid. n. 8.  
 Habens peccata reſervata, ſi adeat Superiorem, &  
 ille omnia peccata audiat, ab omnibus abſoluit,  
 etiamſi intendat à reſervatis tantum abſoluere.  
 p. 2. l. 8. c. 3. n. 2.  
 An ex cauſa poſſit Superior reſervata tantum au-  
 dire, & pro alijs mittere pœnitentem ſubditum  
 ad alium Confeſſarium. ibid. n. 4. & 5.  
 An pœnitens ſic remiſſus teneatur etiam reſervata  
 iterum apud Confeſſarium ordinarium dicere.  
 ibid. n. 6.  
 An, ſi primò adeat inferiorem, teneatur apud eum  
 omnia conſiteri, tam reſervata, quam non reſer-  
 uata. ibid. n. 13.  
 Peccata reſervata quæ ſint, & qualia ſint, aut eſſe  
 poſſint. p. 2. l. 8. c. 4. à n. 3. & ſeqq.  
*Peccator.*  
 An peccatoribus Euchariftia deneganda ſit, & qui-  
 bus, an publicis, an occultis, an ex confeſſione  
 tantum notis; & quid, ſi publici occultè, & oc-  
 culti publicè, petant, & quinam ſint peccatores  
 publici, qui occulti. p. 3. l. 3. c. 10. per totum.  
*Pœna, Pœnæ.*  
 Quas pœnas incurrat de iure, ſigilli ſacramentalis  
 confeſſionis violator. p. 2. l. 6. c. 7. n. 1. & ſeqq.  
 An puniendus ſit pœnis ordinarijs Canonum ille  
 Sacerdos, qui dicit: Ego audiui Petrum, & non  
 abſolvi illum. ibid. n. 11.  
 Pœna, quæ iure communi ſtatuitur in eos, qui de-  
 cimas non ſoluunt. eſt excommunicatio ferendæ  
 ſententiæ. p. 5. l. 3. c. 6. n. 3.  
 Quas pœnas incurrant de iure communi, qui præ-  
 ceptum communicandi in Paſchate non im-  
 plent. p. 3. l. 1. c. 5. n. 3.  
 Quæ pœnæ iure ſtatutæ ſint iis, qui per negligen-  
 tiam ſanguinem calicis effundunt. p. 1. l. 3. c. 20.  
 num. 14.

Quas poenas iuris incurrunt transgressores præcepti annuæ confessionis. p. 2. lib. 1. cap. 4. num. 2. & 3.  
 An ex duobus æquè dispositis vni remittatur tota poena temporalis in Sacramento poenitentiae, & alteri non remittatur. ibid. p. 2. lib. 2. cap. 10. num. 13.  
 Poena aeterna peccati, condonata per veram confessionem peccato, commutatur in poenam temporariam, maiorem, vel minorem, iuxta mensuram doloris. p. 2. l. 9. c. 1. n. 2.  
 An possimus in hac vita per bona opera remissionem huius poenae temporariae demereri. ibid. à n. 3. & seqq.  
 An in Purgatorio pro hac poena temporaria possimus satisfacere. ibid. n. 9.  
 Et hæc satisfactio an meritum dici possit. ibid.  
 Poena, quæ respondet peccatis venialibus non dimittitur, an sit temporalis, an aeterna. ibid. n. 10.  
*Poenitentia, Poenitens.*  
 Poenitentia sibi in confessione imposita nemo tenetur seruare sub sigillo sacramentali. p. 2. lib. 6. c. 6. n. 14.  
 Poenitentia publicas non possunt Confessarij imponere. p. 2. l. 6. c. 5. n. 14.  
 Poenitentia à Confessario iniuncta, an sit pars integralis confessionis. p. 2. lib. 9. c. 3. n. 1.  
 An habeat effectum ex opere operato. ibid. n. 3.  
 Quis sit iste effectus, & an sit distinctus à remissione poenae ex opere operantis. ibid. n. 4.  
 Quo tempore conferatur. ibid. n. 5.  
 An conferatur impleta poenitentia ante absolutionem datam. ibid. n. 6.  
 An poenitentia à Confessario iniuncta remittat totam poenam temporalem peccatis debitam. ibid. n. 6. & 7.  
 An Confessarius teneatur sub mortali imponere poenitentiam aliquam. ibid. n. 8. & 9.  
 Quid, quando Confessarius indicat poenitentem non acceptaturum poenitentiam. ibid. n. 10.  
 An possit Confessarius aliquando poenitentiam dare per modum consilij tantum. ibid. n. 11.  
 An poenitens teneatur sub mortali poenitentiam acceptare, & acceptatam implere. ibid. n. 12.  
 An teneatur illam sub mortali acceptare, quando poenitentia est leuis; sed ob graua peccata imposita. ibid. n. 14.  
 An, si sit grauis, sed ob leuia iniuncta. ibid. n. 13.  
 Quid, si Confessarius imposita leui poenitentia pro grauibz peccatis, intendat sub mortali ad illam poenitentem obligare. ibid. n. 13.  
 An sit absoluentus poenitens, qui non vult poenitentiam acceptare. ibid. n. 16. & 17.  
 Quid, si poenitens non acceptata poenitentia velit alium Confessarium adire. ibid. n. 18.  
 An Confessarius possit obligare poenitentem ad acceptandam poenitentiam, antequam illum absoluat. ibid. n. 19.  
 An ille, qui poenitentiam implet in peccato mortali, satisfaciatur integritati Sacramenti. p. 2. l. 9. c. 4. num. 2.  
 An satisfaciatur poenitentiae ieiunij impositi ille, qui tota die ieiunat, & nocte ieiunium soluit. ibid. num. 3.  
 An poenitens teneatur implere poenitentiam, si sibi constet confessionem fuisse inualidam. ibid. num. 4.  
 An, quando Confessarius imponit poenitentiam ieiunij poenitenti in vigilia beatae Virginis, vnico ieiunio vtrique obligationi satisfaciatur poenitens. ibid. n. 5.  
 An poenitentia impleta in peccato mortali effectum habeat ex operato. ibid. n. 6. 7. & 8.

An recedente fictione redeat effectus. p. 2. lib. 9. c. 4. num. 9.  
 An, qui implet poenitentiam in peccato mortali, mortaliter peccet. ibid. n. 11.  
 An poenitens possit sibi iniunctam poenitentiam per alium implere. ibid. n. 12.  
 An Confessarius post poenitentiam iniunctam possit declarare suam mentem fuisse, vt per alium potuerit impleri. ibid. n. 13.  
 An æqualis Confessarius possit mutare, vel minuere poenitentiam ab alio impositam. p. 2. l. 9. cap. 4. à n. 14.  
 An extra confessionem, vel solum in confessione, & de nouo reperitis iisdem peccatis hæc mutatio fieri possit. n. 17. & præcipue n. 22.  
 An inferior Sacerdos possit mutare, vel minuere poenitentiam à superiore pro reseruatis impositam. ibid. n. 18. *verf. Solum hic.*  
 An superior etiam poenitentiam ab inferiori iniunctam moderari possit. ibid. n. 19.  
 Poenitentia arbitrio Confessoris imponenda sunt. p. 2. l. 9. c. 5. n. 1.  
 Si fuerit prudens poterit totam poenam temporalem dimittere. ibid. n. 2.  
 An publica poenitentia, in qua poenitens possit agnosci, iniungi possit à Confessario. ibid. num. 6. & 7.  
 An Confessarius possit imponere pro poenitentia opera ex præcepto, vel ex alio titulo aliunde debita. ibid. n. 9.  
 An possit, vt poenitens sacris ordinetur, religionem ingrediatur, aut vt uxorem ducat. ibid. n. 4.  
 An actus internos doloris, vel amoris Dei. ibid. num. 5.  
 An aliquando sufficiat, vt Sacerdos dicat: Impono tibi pro poenitentia quicquid boni feceris, an opus sit, opus aliquod in particulari iniungere. ibid. n. 11.  
 An absoluentus sit poenitens, quando Confessarius ex confessione illius complicitas scit, illius delictum, & ille negat. p. 2. l. 6. c. 4. n. 37.  
 Quid, si Confessarius certo sciat extra notitiam confessionis peccata graua poenitentis, & ille in confessione sua de illis non confitetur. ibid. num. 38.  
 Quid, si peccata sint publica, & poenitens de illis non confitetur. ibid.  
 Poenitens non tenetur ad sigillum suæ confessionis. p. 2. l. 6. c. 6. n. 12.  
 An teneatur ad sigillum illius, si Confessarius aliquid ei in ipsa confessione sub secreto commendaerit. ibid. n. 13.  
 Non tenetur etiam poenitens seruare sub sigillo sacramentali poenitentia sibi imposita. ibid. num. 14.  
 An poenitens in articulo mortis teneatur per interpretem confiteri. ibid. n. 18. & 19.  
 An possit poenitens Rosarium sibi iniunctum in Missis de præcepto recitare. p. 2. l. 9. c. 5. n. 10.  
 An poenitens, quem superior ob graues occupationes de reseruatis tantum audiuit, & pro non reseruatis ad alium misit, teneatur omnia, tam reseruata, quam non reseruata, ipsi confiteri. p. 2. l. 8. c. 3. n. 6. & 7. & 8.  
 An peccet mortaliter ille poenitens, qui apud ordinarium Confessarium suum leuia, & ordinaria peccata confitetur, & graua apud alium. p. 2. l. 3. c. 2. n. 14.  
 An poenitens teneatur acceptare poenitentiam in hac vita pro venialibus iniunctam. ibid. n. 23.  
 Et quid pro mortalibus. ibid. n. 17.  
 An multi simul poenitentes in naufragio confiteri possint publice. p. 2. l. 3. c. n. 31.

Quæ

Quæ obligatio maneat poenitenti, quando licite dimidiatur confessionem. ibid. n. 15.  
 Poenitens an debeat querere ignotum Confessarium, ne notus ex sua confessione veniat in cognitionem sui complicitas. p. 2. l. 5. c. 1. n. 2.  
 An illum teneatur sub mortali querere. ibid. n. 3.  
 An in confessione teneatur tacere eam circumstantiam, per quam Confessarius cognoscat complicitatem sui delicti. ibid. n. 6.  
 Ficti poenitentes, qui accedunt ad confessionem, non animo se confitendi, sed inducendi Confessarium ad peccatum, an statim denunciari possint, & in quibus casibus denunciari possint, ac reuelari. p. 2. l. 6. c. 4. n. 19. & 20.  
*Pensio, Pensionarius.*  
 Pensio an nomine beneficij veniat. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 18.  
 Pensionarij tenentur recitare Officium beatae Virginis; satisfaciunt tamen recitando Officium canonicum. ibid. n. 18.  
 An teneantur ad restitutionem fructuum pro rata, si non recitent. ibid.  
*Petentes Sacramenta.*  
 Petentes Sacramenta ab iis, qui sunt in peccato mortali, quatenus cooperentur cum illorum peccato. p. 3. l. 3. c. 3. n. 12.  
*Petra ara.*  
 Petra ara, ex qua materia constare debeat. p. 1. l. 3. c. 12. n. 2.  
 A quo debeat consecrari. ibid. n. 3.  
 Patres Societatis Iesuy possunt illas ex privilegio consecrare in India, vbi Episcopi non sunt. ibid.  
 An mortale sit in illis notabiliter fractis consecrare & celebrare. ibid. n. 4.  
 An in consecratione illius, loco reliquæ possint poni particulae, aut fragmenta particulae consecratae. ibid. n. 6. 7. & 8.  
 An celebrari possit in ara sacra facta ex duobus lapidibus instar tabulae plicabilis. ibid. n. 9.  
*Persona.*  
 Quæ personæ teneantur ad decimas. p. 5. l. 2. cap. 1. à n. 1. & seqq.  
 Quæ personæ directe teneantur ad sigillum confessionis. p. 2. l. 6. c. 6. per totum.  
*Percussio, Percussor.*  
 An percussio, quæ de se non vulnerat, nec effundit sanguinem, si in Ecclesia fiat, illam polluat, si sit sufficiens ad mortem. p. 1. l. 3. c. 14. n. 12.  
 Quis sit notorius Clerici percussor. p. 1. lib. 2. cap. 5. n. 12. & 13.  
 Vt quis notorius Clerici percussor sit, & nullo iuris remedio excusari possit, necesse est, vt per sententiam declaratur à Iudice, illum talem fuisse. n. 12. & 13.  
 Quid, si ego solus vidi percussorem. ibid. n. 14.  
 Quid, si quinque, vel sex. ibid.  
*Peregrini, vide Aduenam.*  
 An peregrini, dum aliud proficiuntur, teneantur petere licentiam à suis Parochis, vt aliis in Quadragesima confiteantur. p. 2. libr. 1. cap. 5. num. 8. & 9.  
 An teneantur ad ieiunia locorum, ad quæ accedunt animo ibi permanendi. p. 4. l. 1. c. 7. n. 5.  
 Quid, si ad locum aliquem accedant, vbi per duos tantum, vel tres dies commorentur. ibid. num. 9. & 10.  
 Peregrini possunt implere præceptum Eucharistiae in Paschate in Ecclesiis Religiosorum. p. 3. lib. 3. c. 2. n. 22.  
 An peregrini, cum absentes sunt, teneantur ad dies festos suæ patriæ. p. 1. l. 1. c. 7. n. 3.  
 Satis est, vt peregrini præsentialiter patriam deficiant. *P. Steph. Euguandez in quinque præc. Eccl.*

rant, vt ad festa & ieiunia illius non teneantur. ibid. n. 5.  
 De quibus peregrinis procedit questio. ibid. n. 1.  
 Peregrini non sunt exempti à legibus. ibid. n. 6.  
 Teneantur ad leges loci, in quo domicilium figunt. p. 1. l. 1. c. 8. n. 1.  
 Peregrini existentes in locis alienis, tenentur ad dies festos suæ patriæ, si in iisdem locis festiui etiam sint. ibid. n. 2.  
 Teneantur ad festa, & ieiunia loci, per quem transiunt, ratione scandali. ibid. n. 3.  
 In quo differant peregrini à vagabundis. ibid. n. 4.  
 Peregrini, scholastici, mercatores, & aulici commorantes in aliquo loco per maiorem partem anni, acquirunt ibi parochiam, licet habitent non animo perpetuè ibi permanendi. ibid. n. 7. & 10.  
 Peregrini, qui in aliquo loco detinentur per tres, vel quatuor tantum dies, tenentur ad ieiunia, & dies festos loci, in quo sunt. p. 1. libr. 1. cap. 8. n. 15. & 17.  
 Et ab Episcopis loci ad id cogi possunt. ibid. n. 18.  
 Quando presentia peregrini solum est in mero transitu, prandendo, pernoctando, comendo, etiam obligantur ad festa, & ieiunia loci in quadam opinione. ibid. n. 18.  
 Verius est non obligari. ibid. n. 19. & 20.  
 Teneantur peregrini, & viatores ad leges loci, per quem transiunt quoad solennitates contractuum. ibid. n. 22.  
 Teneantur ad gabellas loci, in quo contractus emptionis, & venditionis celebrant. ibid. n. 23.  
 Si vendant triticum, tenentur seruare legem pretij loci, in quo vendunt. ibid. n. 24.  
*Pileus.*  
 An Sacerdos celebrare possit cum pileo in capite. p. 1. l. 3. c. 11. n. 33.  
*Pollutio, Polluere, vide Ecclesiam, Ecclesia pollutionem.*  
 Pollutio inuoluntaria non impedit susceptionem Eucharistiae, nec sub veniali. p. 3. l. 3. c. 6. n. 6.  
 Quid de pollutione voluntaria, si post illam quis confiteatur. ibid. n. 7. & 8. & 9.  
 An ille, qui dedit occasionem pollutioni voluntariae nimio potu, vel cibo, & hanc causam confessus est, teneatur postea, si citra peccatum venerit, illam confiteri, & an post aduentum illius maneat impeditus ad communionem. ibid. num. 10.  
 An pollutio incepta in somnis reprimenda sit in vigilia sub peccato mortali. ibid. n. 11.  
 Desiderans deliberatè pollutionem ob delectamentum, peccat mortaliter. ibid. n. 12.  
 Quid, si ob sanitatem, vel alium bonum finem. ibid.  
 An sit mortale non remouere causam pollutionis præuisa. ibid. n. 13.  
 Quid de Magistris, aut Confessariis. ibid.  
 Delectans se in præsentia pollutione, propter sanitatem, an peccet mortaliter. ibid. n. 14.  
*Potus.*  
 Nullus potus, nec etiam vini, in magna quantitate ieiunium frangit. p. 4. l. 1. c. 4. n. 14.  
*Potestas.*  
 An possit potestas laica dies festos instituere, qui obligent sub mortali. p. 1. l. 1. c. 5. n. 3. & 4.  
 An obligent ad Missam audiendam. ibid. n. 4.  
 Finis potestatis ecclesiasticae est excellentioris ordinis sine potestate laicæ, & in quo distinguantur. ibid. n. 5.  
*Præceptum.*  
 Præceptum ieiunij obligat ad peccatum mortale. p. 4. l. 1. c. 5. n. 6. & 7.

Non est præceptum negatiuum, sed affirmatiuum. *ibid.* c. 4. n. 6.  
 Qui duo præcepta ieiunij eodem in die occurrunt, an duo mortalia committat. p. 4. lib. 1. c. 10. n. 7.  
 Præceptum diuinum sumendæ Eucharistiæ obligat in articulo mortis fideles adultos, etiam si sit mors violenta, & auctoritate Iudicis inflicta. p. 3. l. 1. c. 4. n. 2.  
 Præceptum diuinum sumendæ Eucharistiæ, an ultra articulum mortis obliget etiam aliquoties in anno. *ibid.* n. 5.  
 Obligat hoc diuinum præceptum solos fideles, baptizatos, adultos, etiam si iusti sint, & in gratia existant. *ibid.* n. 6.  
 Non est damnanda antiquitas olim paruulos communicans. *ibid.*  
 Ratione carentes, quare non obligentur ad præceptum diuinum Eucharistiæ. *ibid.* n. 9.  
 Datur etiam præceptum Ecclesiæ communicandi singulis annis in Paschate. p. 3. l. 1. c. 5. n. 1.  
 Quid nomine Paschatis intelligatur de iure. *ibid.* num. 3.  
 Quid de consuetudine in tota Lusitania, & Hispania. *ibid.*  
 An hoc præceptum ecclesiasticum impleri possit extra propriam parochiam absque licentia Parochi. *ibid.* n. 5.  
 An possit impleri in Ecclesiis Mendicantium absque Parochorum licentia. *ibid.* n. 6. & 7.  
 In qua ætate implendum sit, & obliget. p. 3. lib. 1. c. 5. n. 19. & 20.  
 An, qui ob impedimentum præceptum Eucharistiæ in Paschate tempore debito non implerunt, teneantur illud implere post Pascha p. 3. lib. 1. c. 6. num. 1.  
 An præuidentes impedimentum futurum teneantur anticipare tempus Paschæ ad illud implendum. *ibid.* n. 3.  
 An satisfaciunt huic præcepto in peccato mortali communicantes. *ibid.* n. 4.  
 An satisfaciunt etiam excommunicati, & interdicti in excommunicatione communicantes. *ibid.* num. 5.  
 An, qui in aliena parochia procul à sua communicant, illi satisfaciunt. *ibid.* n. 6.  
 An excommunicati & interdicti ab hoc præcepto excusentur. *ibid.* n. 7.  
 An aliqui fideles & Religiosi teneantur sæpius quam semel in anno ex præcepto Ecclesiæ communicare. *ibid.* n. 8.  
 Præceptum communicandi ieiunè est ecclesiasticum, non diuinum, nec naturale. p. 3. lib. 3. cap. 5. num. 4.  
 Præceptum diuinum Eucharistiæ an obliget infideles. p. 2. l. 1. c. 2. n. 4.  
 An detur præceptum diuinum de præmittenda confessione ante sumptionem Eucharistiæ, si adsit conscientia mortalis culpæ. p. 3. lib. 3. cap. 7. num. 2.  
 Tertium præceptum Decalogi partim est diuinum, & naturale, partim cæremoniale. p. 1. lib. 1. cap. 1. num. 1.  
 Ante legem Moyfis nullum erat præceptum de obseruatione Sabbathi. *ibid.* n. 3.  
 Reliqua præcepta Decalogi adhuc durant in Ecclesia, non ex vi legislatoris Moyfis, sed quia naturalia. *ibid.* n. 5.  
 An præceptum Episcopi de audienda Missa, aut de obseruando ieiunio in sua diocesi, obliget in loco exempto intra illam existentem. p. 1. l. 1. cap. 7. num. 8.  
 Præceptum dierum festorum non magis hodie

obligat Christianos, quam olim Sabbathum obligabat Iudæos. p. 1. l. 1. c. 9. n. 5.  
 Ex vi præcepti dierum festorum solam tenentur fideles Sacrum audire, & ab operibus seculilibus cessare. p. 1. l. 1. c. 14. n. 31.  
 De fide est dari præceptum ecclesiasticum de Missa audienda diebus festis. p. 1. lib. 2.  
 Quas personas obliget præceptum de Missa audienda diebus festis, an Sacerdotes, an Religiosos. p. 1. lib. 2. c. 1. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & p. 1. lib. 2. c. 2. à n. 1.  
 In qua ætate. *ibid.* in c. 2.  
 Satisfaciunt huic præcepto, qui primam Missam in nocte Natalis audiunt. *ibid.* n. 10.  
 An concurrente duplici præcepto de audiendo Sacro eodem die, duplex peccatum committatur in omissione illius. p. 1. lib. 2. c. 4. à num. 1. vsque ad 5.  
 Præceptum Ecclesiæ obligat ad audiendam integram Missam. p. 1. l. 3. c. 3. n. 1. & 2.  
 An satisfaciunt præcepto Missæ, qui consecrationi non assistunt. p. 1. l. 3. c. 4. n. 28.  
 Datur præceptum diuinum de confessione omnium mortalium facienda, non Deo, sed hominibus Sacerdotibus. p. 2. l. 1. c. 1. n. 1. & 2.  
 Obligat hoc præceptum diuinum directè, & ex vi sua, in articulo mortis. *ibid.* n. 6.  
 Quid per mortis articulum intelligatur. *ibid.* num. 7.  
 Ex accidenti obligat etiam extra articulum mortis, in multis casibus, & in quibus. *ibid.* à num. 8. & seqq.  
 Per quam confessionem impleatur diuinum præceptum, & an impleatur per confessionem validam, sed informem. p. 2. l. 1. c. 2. n. 1. & 2.  
 Quas personas obliget hoc præceptum. *ibid.* n. 3.  
 Non obligat infideles; obligat tamen illos præceptum diuinum Eucharistiæ, & quare. *ibid.* n. 4. & 6.  
 Præceptum diuinum confessionis institutum fuit à Christo Domino tanquam secunda tabula pro iis, qui post Baptismum naufragium peccati mortalis fecerunt. *ibid.* n. 5.  
 Qui peccata venialia tantum habent, non obligantur diuino præcepto confessionis. *ibid.* n. 8.  
 Tenentur tamen ij ex præcepto Ecclesiæ sistere se Parocho in Quadragesima, vt dicant, se non esse conscientios peccati mortalis. *ibid.* n. 9.  
 Quo tempore, quas personas, in qua ætate, an Reges, an Imperatores, an Papam, an meretrices obliget præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis, & per quam confessionem impleri possit, & à quo dispensari. p. 2. l. 1. c. 3. per totum.  
 An possit aliquis esse capax præcepti confessionis, & meriti, si in aliqua materia vsu careat rationis. *ibid.* n. 20.  
 An præceptum Ecclesiæ annuæ confessionis impleatur per confessionem inualem. p. 2. l. 1. c. 4. num. 4.  
 An per confessionem validam, sed informem. *ibid.* num. 13.  
 An ille, qui ob aliquod impedimentum in Quadragesima præceptum confessionis non impleuit, teneatur postea eo impedimento sublato illud implere. *ibid.* n. 14. & 15.  
 An satisfaciatur præcepto confessionis ille, qui in presenti anno confessus est in initio Quadragesimæ, & in alio in fine. *ibid.* n. 18. & 19.  
 An satisfaciatur præcepto confessionis, qui contentur Mendicantibus absque licentia Parochi. p. 2. l. 1. c. 5. n. 1.  
 Quid, si per contemptum Parochi Mendicantibus confiteantur. *ibid.* n. 10.

In quibus casibus possint parochiani alieno Parocho ex obligatione confiteri, inuito proprio. *ibid.* n. 2. & 3.  
 An, cum proprius Parochus est ignorans; an cum odium interitum inter illum, & parochianum exardet. *ibid.* vsque ad n. 6.  
 Ab obligatione præcepti annuæ confessionis excusat defectus Confessoris. p. 2. lib. 1. c. 6. n. 2.  
 Excusat etiam timor damni, in vita, in fama, in corpore, in honore. *ibid.* n. 3.  
 An detur præceptum de vera contritione habenda. p. 2. l. 2. c. 6. n. 1.  
 Quo tempore obliget. *ibid.* à n. 2. vsque ad 5.  
 An ille, qui simul plura præcepta stangit, alia aliis subordinata, plura peccata committat. p. 2. lib. 3. c. 5. n. 8. 9. & 10.  
*Prædicatores, vide Concionatores.*  
 An Prædicatores causa prædicationis possint anticipare horam competentem ieiunij in prandio. *Vide Horam.*  
 An excusentur à præcepto ieiunij. p. 4. lib. 1. cap. 8. num. 19.  
*Prædia.*  
 An sint per se hypothecata decimis, an per suos fructus solam. p. 5. l. 3. c. 6. n. 1. *vers. Tertio.*  
*Præscriptio.*  
 Quid sit præscriptio. p. 5. lib. 3. c. 1. n. 2.  
 Quantum tempus requiratur, vt vna parochia contra aliam in solutione decimarum præscribat. *ibid.* n. 3. & 7. & 8. & 9.  
 Iudicium Auctoris. *ibid.* n. 10.  
 Ad præscribendum contra Ecclesiam Romanam necessaria est consuetudo centum annorum. *ibid.* n. 6.  
 Olim id etiam necessarium erat ad præscribendum contra quancunque Ecclesiam particularem. *ibid.*  
 Hodie solum consuetudo quadraginta annorum sufficit. *ibid.* n. 7.  
 Opinio docens sufficere consuetudinem decennij, sustineri potest in casu; quo dubium est de iure prædiorum, ad quam parochiam pertineant. *ibid.* n. 11.  
 Quantum tempus requiratur, vt aliquis præscribat in decima vini, vt, scilicet, pro decima soluat vigesimam, & postea ipsa vinea, terra fiat arabilis, an tunc teneatur soluere decimam integram. p. 5. l. 3. c. 1. n. 27.  
 Aliquæ parochiæ, & Monasteria priuilegium habent, vt contra illas non præscribatur, nisi spatio 60. annorum. *ibid.* n. 16.  
 Quantum tempus requiratur, vt Ecclesia præscribat contra res alicuius hominis particularis. *ibid.* nam. 12.  
 Quantum contra præsentem, & absentem. *ibid.* num. 18.  
 An detur præscriptio contra decimas personales. *ibid.* n. 28. & 29.  
 Nulla præscriptio, aut consuetudine fieri potest, vt ius exigendi decimas nomine proprio laicis competat. *ibid.* n. 30.  
 Potest consuetudo, & præscriptio efficere, vt ex vi alicuius priuilegij à Papa emanantis laicis ius competat exigendi decimas nomine Ecclesiæ. *ibid.* n. 31.  
 Non est opus, vt hoc priuilegium extet, sufficit extare par famam. *ibid.* n. 32.  
 Quidquid potest lex, & priuilegium, potest etiam præscriptio iuncta cum bona fide. p. 5. lib. 3. c. 1. num. 36.  
*Pregnantes.*  
 Pregnantes an à ieiunio excusentur. p. 4. l. 1. cap. 8. num. 14.

*Præstimonia.*  
 Præstimonia an sint beneficia. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 17.  
*Prælati, vide Superiores Religionum.*  
 Prælati iure prohibere possunt, ne laici quotidie communicent. p. 3. l. 3. c. 7. n. 8.  
*Præsentia.*  
 Quæ præsentia materia requiratur ad consecrationem. p. 3. l. 2. c. 5. n. 6.  
 An opus sit, vt sonus verborum materiam attingat, vt illa dicatur præsens. *ibid.* n. 7.  
 Quæ distantia faciat, vt non sit præsens. *ibid.* n. 8.  
 Præsentia corporis Christi in Eucharistia est de fide. p. 3. l. 5. c. 1. n. 1.  
 Quæ sit causa efficiens huius præsentia. *ibid.* n. 7.  
 Est modus realis pertinens ad prædicamentum *Vbi.* p. 3. l. 5. c. 4. n. 1.  
 Quæ præsentia corporalis requiratur in auditione Missæ. p. 1. l. 2. c. 7. n. 2.  
*Principes.*  
 Principes sæculares an possint obligare subditos gentiles ad deferendam idololatriam, & suscipiendam fidem. p. 1. l. 1. c. 5. n. 6. & 7.  
 An possint illos obligare ad retinendam fidem, quanuis illam inuiti & coacti susceperint. *ibid.* num. 8.  
*Primitiæ, vide Oblationes.*  
 Primitiæ, quo iure debeantur, & in qua quota. p. 5. l. 4. c. 1. à n. 1. & seqq.  
 An quota primitiarum fuerit olim iure taxata, vel arbitrio donantium commissa. *ibid.* n. 4.  
 In quo differant primitiæ, decimæ, & oblationes. *ibid.* n. 5.  
 Cui parochiæ soluendæ sint; illine, in qua existunt prædia; an illi, in qua homines diuina audiunt. p. 5. l. 4. c. 2. n. 4.  
 An Clerici, qui terras colunt, primitias soluere teneantur. p. 5. l. 4. c. 2. n. 5.  
 An soluendæ sint primitiæ ex toto acervo, an ex parte coloni tantum. *ibid.* n. 6.  
*Piscatio, Piscatores.*  
 An piscatores in solutione decimarum ex piscatione possint deducere expensas factas in retibus, cymbis, &c. p. 5. l. 1. c. 2. n. 20.  
 Piscatores, qui certum piscium genus piscantur statis temporibus aduenientium diebus festis, an à mortali excusentur. p. 1. l. 1. c. 14. n. 13.  
 An tunc teneantur aliquam eleemosynam Ecclesiis vicinis dare. *ibid.* n. 14.  
 Possunt de licentia Ordinarij piscationes efficere diebus festis ad subleuandam miseriam inopum etiam si Missam omittant. p. 1. l. 1. c. 14. n. 18.  
*Priuilegium, Priuilegiatus.*  
 An priuilegiatus ad comedendum sæpius in die ieiunij, censetur liber ab illius lege, ita vt possit carnes edere. p. 4. l. 1. c. 4. n. 10. & 11.  
 Quæ priuilegia habeant Religiosi quoad ieiunij exemptionem. p. 4. l. 1. c. 9. n. 8.  
 Priuilegia iuri communi odiosa strictè sunt interpretanda; modò saluentur verba priuilegij. p. 5. l. 2. c. 3. n. 8.  
 Priuilegium ad non solnendas decimas concessum terris efficit, vt illæ semper sint priuilegiatæ, siue per colonos, siue non colonos excusantur. p. 5. l. 2. c. 4. n. 1.  
 Quid, si concedatur personis, & non terris. *ibid.*  
 Priuilegium terrarum concessum fuit olim terris, & prædijs Societatis Iesv. *ibid.* n. 2.  
 Postea Paulus V. illud moderatus est. *ibidem*, numero 3.  
 Gregorius XV. illius successor illud iterum concessit. *ibid.*  
 Priuilegium ad vniendas Ecclesias, & vt laici nomine



mine Ecclesie decimas exigant, non opus est extare, sufficit extare per famam, & per ipsum vsum. p. 5. l. 3. c. 1. n. 3. 2. & 33.

Valet priuilegium ad eligendum Confessarium, si fama sit illud à legitima potestate descendere, ibid. n. 33.

Priuilegia semper censentur concessa sine præiudicio tertij, ibid. n. 36.

Priuilegium non soluendi decimas, vel non soluendi integras decimas, manans à potestate laica, nisi id ex priuilegio Papæ efficiat, nullum est. p. 5. l. 3. c. 3. n. 1.

Priuilegium à Papa laico concessum, non soluendi decimas, non comprehendit noualia, nisi id exprimitur. p. 5. l. 3. c. 3. n. 6.

Comprehendit verò, si concedatur personis Ecclesiasticis, ibid. n. 7.

Priuilegium, quo conceditur, vt quis ordinetur sacris Ordinibus, censetur etiam concessum, vt ordinetur minoribus, non è contra. ibid. n. 8.

Priuilegium concessum Religiosis de non soluendis decimis, quomodo intelligatur post editionem cap. *Nuper*. ibid. n. 10.

Cum duo sunt pariter priuilegiati, reuocato priuilegio quoad vnum, non censetur reuocatum, quoad alium. ibid. n. 12.

Priuilegiati, qui priuilegium habent audiendi Missam tempore interdicti, tenentur illam audire. p. 1. l. 2. c. 8. n. 4.

Priuilegium audiendi Missam tempore interdicti, non valet ei, qui interdicto causam dedit. ibid. num. 10.

Viri, vel feminae nobiles habentes priuilegium audiendi Sacrum tempore interdicti, possunt illud audire cum suo famulatu. ibid. n. 11.

An cogatur aliquis vti suo priuilegio, & in quibus casibus. ibid. n. 8.

Priuilegia concessa Religiosis, vt possint confessiones secularium audire, intelliguntur, modò sint approbati ab Ordinariis, iuxta formam Concilij Tridentini. p. 2. l. 7. c. 2. n. 8.

Ante Concilium Trid. habebant Dominicani priuilegium celebrandi in quolibet honesto loco in altari portabili, per Concilium abrogatum est. p. 1. l. 3. c. 13. n. 16.

Religiosi Societatis Iesv habent hodie post Concilium hoc priuilegium, vt in suis missionibus vbique Gentium celebrare possint. ibid. n. 17.

An hoc priuilegium communicetur aliis Religiosis. ibid.

An Episcopi priuilegium habeant celebrandi in altari portabili, dum à sua Ecclesia absunt. ibid. num. 19.

An illud habeant ad celebrandum domi suæ. ibid. num. 20.

Religiosi Societatis Iesv habent priuilegium consecrandi pertas aræ in Indiæ partibus, vbi Episcopi non sunt. p. 1. lib. 3. c. 22. n. 3.

*Probatio.*

Quæ probatio requiratur, vt constet in iudicio de reuelatione sigilli; & quomodo hoc crimen probetur. p. 2. l. 6. c. 7. n. 10.

*Procuratio.*

Procuratio abortus, auxilium, vel consilium ad illum, potest in Religionibus reseruari. p. 2. lib. 8. c. 7. n. 16.

*Processus.*

Processus, & acta quid sint. p. 2. lib. 8. cap. 7. num. 14. & 15.

*Propositum, vide Contritionem.*

Quid sit propositum cauendi omnia peccata mortalia in futurum. p. 1. l. 2. c. 3. n. 12.

An debeat esse formale, an sufficiat virtuale includi-

sum in ipsa detestatione peccati. ibid. n. 13.

In vero actu contritionis in lege gratiæ semper includitur propositum, saltem virtuale, ipsius confessionis. ibid. n. 14.

*Proficiscens.*

Proficiscens ex alieno loco, vbi vescuntur carnes, potest licite eas vesci in eo, quantum eo ipso die ad proprium perueniat, in quo non vescuntur. p. 1. l. 1. c. 7. n. 15.

Quid è contra. ibid.

Proficiscens è proprio loco, in quo ieiunium seruatur, & perueniens nocte ad alium, in quo non seruatur, potest nocte cenare, & carnibus vesci. ibid. n. 16.

*Promissio.*

Promissio facta per beneficiatum laico resistenti possessioni beneficii sui de confirmando contractu cum præcedentibus beneficiatis celebrato, an valeat. p. 5. l. 3. c. 2. n. 21.

Quid, si idem beneficiatus eidem laico promittat se ei daturum aliquas terras Ecclesie in emphyteusim. ibi verè. *Et idem.*

Promissio Missæ an obliget Sacerdotem promittentem sub mortali. p. 1. l. 3. c. 8. n. 11. & 12.

Promissio liberalis acceptata, an obliget sub mortali, & an obliget de iustitia, an ex fidelitate. ibid. num. 13.

Si obliget ex fidelitate, in qua quantitate obliget ad mortale. ibid.

*Præuinciales Religionum Prælati, &c. Superiores.*

An Præuinciales Mendicantium possint in suis domibus, Grangiis, & Collegiis oratoria designare, in quibus Missa celebretur. p. 1. lib. 3. cap. 13. num. 17.

Non possunt Prælati Religionum ex noticia confessionis, vnus complicitis, diligentius inuigilare erga alium complicitem Religiosum suum subditum. p. 2. l. 6. c. 3. n. 9.

Prælati Religionis sciens ex noticia confessionis aliquem suum Religiosum non habere factos Ordines, & exercere officium Confessarij, an possit illum amouere ab officio, quæsitio aliunde alio colore. ibid. n. 1.

Prælati Religiosorum an possint punire Religiosos, qui non animo confitendi, sed iniuriandi illos, ad confessionem fictè accedunt, & ad illorum pedes iniurias in illos euomunt, eisque mortem minantur. p. 2. l. 6. c. 4. n. 22.

An teneantur ad sacramentale sigillum, si peccata subditorum scripta ad confessionem faciendam, vel de confessione iam facta reperiant. p. 2. l. 6. c. 5. n. 15. & 16.

Præuinciales Religionum à quo accipiant immediatè iurisdictionem, & quid de cæteris superioribus localibus. p. 2. l. 8. c. 4. n. 1.

Præuinciales an possint pro aliquo Monasterio in particulari alia peccata reseruare præter illa vndecim, quæ Clemens VIII. ad reseruandum assignauit. ibid. n. 4.

Superior Regularium potest constituere pro Confessario suorum subditorum regularium Sacerdotem secularium non approbatum ab Episcopo. p. 2. l. 7. c. 2. n. 4.

Potest etiam committere suos subditos Religiosos, vel Religiosos iisdem Clericis secularibus, non approbatis. ibid. n. 11.

Non potest tamen exponere suos subditos regulares ad audiendas confessiones secularium absque approbatione Episcopi loci. ibid. n. 13.

An Superiores regularium possint reprobare suos subditos regulares, eisque prohibere, ne audiant confessiones secularium, si ad illas audiendas sint

sint ab Episcopis approbati. ibid. num. 32.

An Superior, seu Prælati regularis alicuius Monasterij sit vbique terrarum eligibilis à secularibus virtute Iubilæi, licet non sit approbatus ab Episcopo. p. 2. lib. 7. c. 2. n. 39.

Superior audiens omnia peccata, & non reseruata, ab omnibus absoluit, etiam si à reseruatis tantum intendat absoluerè, & pro aliis mittere subditum ad alium. p. 2. lib. 8. c. 3. n. 2.

An ex graui causa possit addere tantum reseruata, & ab illis absoluerè, & pro non reseruatis mittere subditum ad alium. ibid. n. 4. & 5.

Quid, si absque vlla causa nolit audire, nisi reseruata tantum, & ab illis absoluerè. ibid. n. 15.

An penitens sic remissus, teneatur etiam apud alium Confessarium omnia confiteri, reseruata, & non reseruata. ibid. n. 6. 7. & 8.

An Superior teneatur ad sigillum sacramentale, si auditis reseruatis illorum tollat reseruationem, etiam si ab illis non absoluat. ibid. n. 9.

An, quando subditus confitetur superiori de reseruatis, & ab illis absolutus, aut ab excommunicationibus, & per obliuionem vnus fuit omissum, maneat iam illa reitutio sublata. ibid. num. 12.

Superiores locales Religionum à quo accipiant immediatè suam iurisdictionem. p. 2. l. 8. c. 4. n. 1.

An possint aliqua peccata prohibere in suis Monasterijs sub excommunicatione sibi reseruata. ibid. n. 5.

Quid possint Prælati & Superiores locales Religiosorum donare externis, vel dare suis subditis licentiam ad illis donandum de bonis Religionis extra peccatum. p. 2. lib. 8. c. 6. n. 2.

*Præuinciales Regij.*

Quid possint Præuinciales Regij Comarcatum in capellis secularium circa numerum Missarum efficere, quando magnus est, & tenuissimum pro tempore stipendium illarum. p. 1. lib. 3. c. 7. n. 16. & 17.

*Pupilli.*

Pupilli, qui Missam audiunt coacti à dominis, aliàs illam non audituri, satisfaciunt præcepto illius. p. 1. l. 2. c. 7. n. 17.

Quid, si hunc actum efficiant: Non audiremus, nisi cogereur. ibid.

*Purificatoria, seu Sanguinei.*

Ex qua materia esse debeant. p. 1. l. 3. c. 21. n. 30.

An mortale sit absque illis celebrare. ibid.

An sit mortale illa tangere. ibid. n. 28.

Quis possit illa lauare. ibid. n. 29.

*Pueri.*

Pueri rationis compotes, etsi ieiunare non teneantur, tenentur tamen à carnibus abstinere. p. 4. l. 1. c. 8. n. 8.

Pueri in qua ætate teneantur ad præceptum Eucharistiæ. p. 3. l. 1. c. 5. n. 19. & 20.

Consuetudo habet, vt tardius communicent, quam consistantur. ibid. n. 21.

Quantò tardius. ibid. n. 21.

Pueri Clerici in minoribus an excommunicationem incurrant se inuicem petentes. p. 2. l. 1. c. 3. n. 14.

An statim post septennium teneantur ad præceptum confessionis, & excommunicationem admittant, si illud non impleant. ibid. n. 15.

*Quantitas.*

Quantitas collationis serotinæ in diebus ieiunij quanta esse debeat. p. 4. l. 1. c. 4. n. 13.

Quantitas materiæ Eucharistiæ in pane, & vino. p. 3. l. 2. c. 5. n. 1. 2. 3. & 4.

In qua quantitate aqua immiscenda sit. p. 3. l. 2. c. 4. n. 14. & 15.

In qua quantitate versus minimum possit Sacerdos consecrare. p. 3. l. 2. c. 5. n. 4.

In qua versus maximum. ibid. n. 1. & 2.

An maior hostia, & maior quantitas vini consecrati conferat maiorem gratiam ex operato. p. 3. lib. 4. c. 4. n. 10.

*Quadragesima.*

An in diebus ieiunij Quadragesimæ vesci possint oua, & lactiniæ; & an hæc simul cum piscibus. p. 4. l. 1. c. 2. n. 39. Vide *Oua*.

*Questiones.*

Questiones de facto, & de iure super decimas, & super Missas, quæ sint, & ad quos Iudices spectent. Vide *Listem*.

**R**

*Religiosi, vide Monachum, Mendicantes.*

Religiosus creatus Episcopus, cui iuxta regulam interdictus est elus carniū; an possit illam edere, si Natalitium Domini incidat in sextam feriam. p. 4. lib. 1. c. 6. n. 6. verè. *Dubium tamen esse potest.*

Religiosi an teneantur ad ieiunium loci, introductum per solam consuetudinem laicorum. p. 4. l. 1. c. 7. n. 2.

An ad ieiunium generali consuetudine obseruatum in locis, vbi sunt illorum Monasteria. ibid. num. 3.

An ad indicta ab Episcopis. ibid. n. 4.

Quid de diebus festis ab iisdem Episcopis indictis. ibid. n. 4.

Religiosi minores 21. anno tenentur ad ieiunia sui Ordinis, & ad ieiunium voti, non ad ieiunia Ecclesie. p. 4. lib. 1. c. 8. n. 6.

Qui possint dispensare cum Religiosis in præcepto ieiunij. p. 4. lib. 1. c. 9. n. 5.

Religiosi ex priuilegio antiqui iuris communis eximuntur à decimis earum terrarum, quas propriis expensis colunt, etiam si sint conductæ. p. 5. l. 2. c. 3. n. 8. & 9.

Idem de decimis animalium. ibid.

Religiosis fuit hoc priuilegium postea limitatum ab Adriano II. vt solum intelligeretur de terris, & animalibus propriis, & propriis expensis cultis, non de alienis conductis. ibid. num. 10.

Postea declarauit Innocentius I. vt id intelligeretur de terris iam acquisitis, non de acquirendis in posterum; & sic hodie de prædiis ab eo tempore acquisitis propriis, & propriis manibus excultis ex vi iuris decimas debent. ibid. n. 10.

Religiosi possunt præscribere ius exigendi decimas nomine proprio, si præscribant parochiam. p. 5. l. 3. c. 1. n. 34.

Directè, & per se illud præscribere non possunt sine descriptione parochiæ. ibid. n. 35.

Quid, si accedat opinio, & titulus priuilegij, licet non extet. ibid. n. 35. & 36.

Religiosi, qui decimas ad eos non pertinentes quomodolibet occupant, in iure excommunicantur. p. 5. l. 1. c. 6. n. 5.

Excommunicantur etiam omnes Religiosi, qui suis verbis, vel concionibus auertunt homines à solutione decimarum. ibid. n. 6.

Religiosi seclusis suis priuilegiis excommunicantur ipso facto in iure, si præsumant sine licentia Parochorum Eucharistiam secularibus administrare.

ministrare. p. 3. lib. 3. cap. 2. num. 13.  
**Q**uid, si bona fide, aut ex rati habitone illorum voluntatis præsumptæ eam administrant. *ibid.* num. 14.  
**Q**uid, si illam administrant alii Religiosis aliorum Ordinum. *ibid.* n. 14. *verf. Secundò hæc.*  
**Q**uid, si Clericis, & sæcularibus in articulo mortis constitutis. *ibid.* num. 14. *verf. Incurrunt autem. & n. 19. & 20. refolvimus. n. 20.*  
**Q**uid, si absente in articulo mortis præsumant ministrare. n. 14. *verf. Tertio non comprehendit.* post medium.  
**Q**uid, si ipsi Religiosi sint Parochi. *ibid.*  
**Q**uid, si Religiosi Eucharistiam ministrant sæcularibus in necessitate implendi præceptum, deficientibus Parochis. p. 3. lib. 3. c. 2. n. 21.  
**Q**uid, si Parochi sint præfentes, sed nolint tunc Eucharistiam ministrare. *ibid.*  
 Religiosi habent privilegium ministrandi Eucharistiam sæcularibus quous anni tempore, excepto tempore Paschatis, in quo vget præceptum communicandi. *ibid.* n. 18.  
 An peccet contra votum paupertatis Religiosus, qui sibi aliquid offerenti dicit: Eam rem accipere non possum, dona talis personæ propter me. p. 1. l. 3. c. 7. n. 3.  
 Religiosus cui superior mandat, vt pro sua intentione celebret, contrarium faciens peccat mortaliter, valet tamen applicatio Missarum contra voluntatem superioris facta. p. 1. lib. 3. cap. 10. num. 4.  
**Q**uid de orationibus & Missis, quas superiores iniungunt subditis propter fundatores, & propter eos, qui Monasteriis sua bona applicarunt. *ibid.* num. 6.  
**Q**uid, si nec applicant pro voluntate superioris, nec contra faciant, celebrant tamen eo die quo iubentur. *ibid.* n. 8.  
 Religiosi Societatis Iesv habent privilegium, vt in suis missionibus possint in altari portatili ubique celebrare, & Eucharistiam ministrare. p. 1. l. 3. c. 13. n. 17.  
 Habent etiam privilegium, vt in India calices consecrent. p. 1. l. 3. c. 21. n. 14.  
 Religiosi, qui tenentur omnibus mensibus confiteri, an teneantur sub mortali confiteri venialia. p. 2. lib. 2. c. 2. n. 12. vsque ad 14.  
 An de iure teneantur omnibus mensibus confiteri. *ibid.* num. 18.  
 Religiosus habens bullam, vel privilegium ad eligendum Confessarium quem voluerit, potest eligere Sacerdotem sæcularem non approbatum, modò in prædicto privilegio id non caueatur. p. 2. lib. 7. c. 2. n. 5. & 12.  
 Religiosi non indigent approbatione Episcopi ad audiendas confessiones regularium, & monialium. *ibid.* n. 10.  
 An Religiosus limitatè pro vno loco, vel parochia approbatus, sit virtute lubilæ, vel privilegij ubique eligibilis. *ibid.* n. 18.  
 An Religiosus semel ab Episcopo approbatus ita maneat approbatus, vt Episcopus illum ampliùs reprobare non possit. *ibid.* à n. 24. vsque ad 26.  
 An illum possit Episcopus reprobare cum causa, & quæ causa sufficiat, & an debeat esse iuridicè cognita, & probata. *ibid.* n. 26.  
 Religiosus si fuerit approbatus absque prævio examine, potest iterum examinari ab eodem Episcopo, à quo sine illo fuit approbatus. *ibid.* num. 27.  
 Religiosi habentes curam animarum sæcularium indigent approbatione Episcoporum. p. 2. l. 7. c. 2. num. 40.

An Religiosi, dum iter agunt, possint ex privilegio confessiones sæcularium audire, licet *ibidem* non sint approbati. p. 2. lib. 7. c. 2. n. 85.  
 An ex vi suæ approbationis in vna diocesi sine tali privilegio, dum iter agunt, id possint efficere. *ibid.* num. 86. & 87.  
 An liceat Religioso habenti privilegium ad absolvendum à referuatis, ex causa ab illis absolueri, & pro non referuatis mittere penitentem ad alios Confessarios. p. 2. lib. 8. c. 2. n. 9.  
 Possunt omnes Religiosi de iure ad strictiorem Religionem transire. p. 2. lib. 8. c. 5. n. 5.  
 An nomine strictioris Religionis intelligatur Religio perfectior. *ibid.* n. 6.  
 Omnes Religiosi etiam Mendicantes possunt ad Carthusianos transire. *ibid.* n. 7.  
 Possunt Religiosi non Mendicantes, si iusta causa detur, de licentia suorum superiorum transire ad Religionem laxiorem. *ibid.* n. 10.  
**Q**uæ sint iustæ causæ. *ibid.*  
 An sufficiat petita, & obrenta. *ibid.* n. 11.  
 Religiosi Mendicantes nec etiam de licentia sui Generalis possunt transire ad non Mendicantes. *ibid.* n. 9.  
 Religiosi an possint absque licentia suorum superiorum localium maiores superiores adire, si ab eis sæuè tractentur. *ibid.* n. 12. & 13.  
**Q**uid, si ex statutis vsus appellandi interdicitur habeant. *ibid.* n. 14.  
 Religiosus, qui recedit à Religione animo non reuertendi ad illam, Apostata est, etiam si habitum non dimittat. p. 2. lib. 8. c. 5. n. 15.  
**Q**uid attendendum sit ad excusandos Religiosos à peccatis circa data, & accepta. præc. 2. lib. 8. c. 6. num. 3.  
**Q**uid possint Religiosi donare aliis Religiosis diuersæ Religionis absque mortali peccato. *ibid.* num. 4.  
**Q**uid Religiosis eiusdem Monasterij. *ibid.* n. 5.  
**Q**uid Religiosis eiusdem Ordinis, sed diuersi Monasterij. *ibid.* n. 6.  
**Q**uid possint donare sæcularibus, vel ab illis accipere, seclusa declaratione suorum superiorum. *ibid.* num. 7.  
**Q**uid, si Religiosus ob animi leuitatem furtim, vnum caseum, gallinam, vel vnam capsulam dulciariam ex penu Religionis accipiat. *ibid.* n. 8.  
**Q**uid possint Religiosi iter facientes dare, vel accipere ex præsumptua voluntate superioris. *ibid.* n. 9. & 10.  
 Religiosorum Prælati, & superiores locales quantum possint donare externis, vel dare licentiam subditis ad donandum. *ibid.* n. 12.  
 An Religiosi, vel Moniales possint habere redditus vitalitios, seu tenfas, ad nutum superiorum aufertibiles. *ibid.* n. 13.  
**Q**uid, si Religiosus licentiam petat ad licita, & expendat in illicitis. *ibid.* n. 15.  
 Religiosus an peccet mortaliter accipiens aliquid ex rebus, quæ in Religione destinatæ sunt ad vsus communem, petita, & non obrenta licentia. *ibid.* n. 17.  
 Religiosi an peccent mortaliter contra votum paupertatis, accipiendo aliquid ab externis, & illud statim donando aliis. *ibid.* n. 18.  
**Q**uid, si offerenti sibi aliquid, dicat, da illud propter me Petro. *ibid.*  
 An peccet mortaliter contra charitatem ille Religiosus, qui impedit sæculares, ne propter ipsos aliquid Religioni donent. *ibid.* n. 19.  
 Religiosi illius Religionis, quæ habet pro statuto, ne aliquid pro Missis vel concionibus accipiant, an possint ita conuenire cum sæcularibus;

bus: Faciam tibi tot Sacra, si elemosynam illorum dederis tali pauperi. *ibid.* n. 20.  
**Q**uid, si prædicti Religiosi non habeant Regulas obligantes ad mortale. *ibid.* n. 21.  
 An Religiosus, qui crimen referuatum commisit in vno Monasterio, quod in alio non est referuatum, possit in alio ab illo absolui à quocumque Confessario non habente iurisdictionem in referuatis. p. 2. l. 8. c. 8. n. 22.  
 An Religiosi exempti teneantur ad dies festos, qui de generali consuetudine locorum, vbi illorum Monasteria sunt, obseruantur. p. 4. lib. 1. c. 7. num. 3.  

*Reges.*

 Reges per vnctionem, nullam accipiunt potestatem ecclesiasticam. p. 5. lib. 3. c. 3. n. 1.  
 Rex Galliæ privilegium habet communicandi sub vtraque specie. p. 3. lib. 3. c. 4. n. 8. & 9.  
 Reges, & Imperatores, an excommunicari possint à suis Episcopis, & an teneantur ad præceptum annuæ confessionis. p. 2. lib. 1. cap. 3. num. 21.  

*Regina.*

 Regina Scotiae se ipsam ex privilegio à Papa procedente communicauit, cum martyrium subiit. p. 3. lib. 3. c. 3. n. 8.  
*Reseruatio, Reseruare, vide Peccata reseruata.*  
 Si cum reseruacione Papali concurrit etiam reseruatio episcopalis, concessa facultate per Ballam, vel privilegium, ad absolvendum ab omnibus casibus, & censuris referuatis à Papa, censetur etiam ad absolvendum à referuatis ab Episcopo. p. 2. lib. 8. c. 1. n. 7.  
 An reseruatio facta sine causa valeat. *ibid.* n. 19.  
 An reseruatio sit pena. *ibid.* n. 28.  
 Reseruatio facta per legem, aut statutum synodale, non expirat morte referuantis: expirat verò reseruatio personalis. *ibid.* num. 30.  
*Representatio, Representans.*  
 Idem potest esse representans, & representatum, & quomodo. p. 1. lib. 3. c. 1. n. 6.  
 Essentia representationis mortis Christi non consistit in distributione illius inter fideles assistentes Missæ sacrificio. p. 1. lib. 3. c. 3. n. 15.  

*Religio.*

 An illa sit perfectior religio, quæ est strictior. p. 2. lib. 8. c. 5. n. 6.  

*Reliquia.*

 An liceat Episcopis approbare Reliquias Sancti non canonizati, nec beatificati. p. 1. lib. 1. cap. 4. num. 2.  
**Q**uid, si sit canonizatus per traditionem tantum. *ibid.* n. 3.  
 Modus approbandi Reliquias de nouo inuentas qualis. *ibid.* n. 4.  
 Si quæstio super illas oriatur, ad quem dimittenda est. *ibid.* n. 5.  
**Q**uid, si facta diligentia res maneat dubia, an reliquæ sint Sancti canonizati, necne. *ibid.* n. 9.  
**Q**uid, si Reliquiæ sint translatae cum testimonio Episcopi. *ibid.* n. 9.  
**Q**uid, si Reliquiæ Sancti canonizati sint permixtae cum aliis Sanctorum non canonizatorum. *ibid.* n. 11. & 12.  
 An sit speciale peccatum fatari, aut fornicari cum Reliquiis collo appensis. *ibid.* n. 13.  
 An reliquæ Eucharistiæ à Sacerdote inuenta in altari, vel in patena, vel calice, possint sumi post ablutionem digitorum. p. 3. lib. 3. c. 5. n. 28.  
**Q**uid, si sint magnæ quantitatatis. *ibid.* n. 29.  
**Q**uid, si alterius sacrificij. *ibid.*  
 An solummodo dum est in altari, illas possit sumere. *ibid.* n. 30.

An possint dari communicantibus. *ibid.* n. 31.  
 An liceat Reliquias furari causa deuotionis. p. 1. lib. 1. c. 4. n. 20.  
 Furantibus Reliquias an aliqua excommunicatio statuta sit in iure. *ibid.* n. 21.  
 An liceat illas manu tangere. *ibid.* n. 22.  
 An licita sit illarum venditio, & emptio. *ibid.* n. 27. & 29.  
**Q**uid de illarum ostensione, lucri causa. *ibid.* num. 28.  
 An illas ob vanam gloriam gestare sit mortale. *ibid.* num. 30.  
 An liceat laicis Reliquias thecis inclusas in processionibus gestare. *ibid.* n. 33.  

*Remissio peccati.*

 Remissio peccati mortalis, & collatio primæ gratiæ de lege ordinata sunt coniunctæ. p. 3. lib. 4. c. 2. num. 2.  

*Reus.*

 An in crimine proprio teneatur reus post semiplenam probationem restitucare contra se ipsam coram legitimo Iudice, si crimen sit graue; & quid in alieno. p. 2. lib. 8. cap. 7. à n. 3. vsque ad 6.  

*Restitutio.*

 An, qui in bello iusto fructus & segetes incendunt, teneantur ad restitutionem, & quid in bello iniusto. p. 5. lib. 1. c. 6. n. 8.  
 Non datur restitutio, nisi vbi datur damnus, & peccatum contra iustitiam. p. 5. lib. 2. cap. 1. num. 16.  
 An ad duplicem restitutionem teneatur rem accipiens, & iniquè differens, si mandans interim moriatur. p. 1. lib. 3. c. 10. n. 1.  
*Reuelatio, Reuelator sigilli, vide Sigillum.*  
 Reuelatores sigilli sacramentalis peccant contra virtutem Religionis. p. 2. lib. 6. c. 1. n. 2.  
 Vtri grauius peccent, reuelatores sigilli, an violatores secreti naturalis. *ibid.* n. 5.  
 Quotuplex malitia inueniatur in reuelatione sigilli sacramentalis. *ibid.* n. 6.  
 In nullo vitæ casu, etiam horridissimo, reuelari potest sigillum confessionis. *ibid.* n. 7.  

*Reuerenda.*

 Gratia reuerendarum non expirat morte concedentis, vel illo ab officio amoto, etiam si concessa sit à Capitulo, Sede vacante: non enim tunc expirat, veniente nouo Episcopo. p. 2. l. 8. cap. 8. num. 16.

S

Sabbatum.

**A**n te legem Moysis nullum erat præceptum de obseruatione Sabbathi. p. 1. lib. 1. c. 1. num. 3.  
 Obseruatio Sabbathi quo tempore cœperit. *ibid.* num. 3.  
 Sabbatum post obitum Christi translatum fuit ab Apostolis in diem Dominicam. *ibid.* n. 6.  
 Sabbatum significat requiem. *ibid.* n. 7.  
 Sabbatum pro hebdomade. *ibid.* n. 9.  
 Sabbathi nomine omnes dies festi intelliguntur. *ibid.* n. 7.  
**Q**uid nomine sanctificationis Sabbathi intelligatur. p. 1. l. 1. c. 3. n. 1.  

*Sacerdos.*

 Sacerdotes an teneantur ad præceptum ecclesiasticum Eucharistiæ in Paschate. p. 3. lib. 1. c. 6. num. 12.  
 An Sacerdos possit consecrare vnam partem hostiæ, non consecrando aliam. p. 3. l. 2. c. 5. n. 5. In

# INDEX RERVM,

In qua distantia possit Sacerdos consecrare. *ibid.* num. 7.  
 Quid, si Sacerdos habeat coram se decem hostias, & ex illis intendat consecrare quinque. *ibid.* num. 9.  
 Quid, si putet se consecrare 20. & consecret 25. *ibid.* n. 9. *vers. Quando.*  
 Quid, si habeat in altari hostiam, & custodiam cum formulis, & oblitus custodiæ offerat tantum, vel consecret hostiam. *ibid.* num. 11. & p. 1. l. 2. c. 7. num. 15.  
 An liceat aliquando Sacerdoti soli his verbis consecrare, *Hoc est corpus meum.* p. 3. l. 2. c. 6. num. 10.  
 An sine vestibus sacris, & extra sacrificium Missæ. *ibid.*  
 Sacerdos schismaticus, & realiter degradatus, adhuc retinet characterem. p. 3. lib. 3. cap. 1. num. 15.  
 An à Sacerdotibus degradatis, Hæreticis, & excommunicatis liceat Eucharistiam accipere. *ibid.* n. 17. & 16.  
 Plures Sacerdotes, si vnus dicat vnam partem consecrationis, & alius aliam, nec licite, nec valide consecrant. p. 3. lib. 3. c. 2. n. 2.  
 Quando plures consecrant eandem formam, qui prius absoluit, consecrat, alij non. *ibid.* n. 3.  
 Quid, si omnes habent intentionem non prius consecrandi, quam alij, *ibid.*  
 Quid, quando plures eandem formam dicunt, & simul illam absolunt. *ibid.* n. 4.  
 Quid de Sacerdotibus, qui de nouo ordinantur, & simul cum Episcopo ordinante formam profertur; & quid, si aliquis eorum prior Episcopo absoluit, aut Episcopus prior illis. *ibid.* n. 5.  
 Plures Sacerdotes non possunt simul vnum baptizare; possunt tamen vnam hostiam consecrare. *ibid.* n. 7.  
 Vnus Sacerdos potest simul in necessitate extrema multos baptizare; non tamen plures Sacerdotes vnum. *ibid.* n. 8.  
 An liceat Sacerdoti celebrare, & non consumere. *ibid.* n. 9.  
 An Sacerdos teneatur consumere, quando miraculosè caro & sanguis in hostia, vel calice apparet. *ibid.* n. 10.  
 Sacerdotes ex vi sacerdotij non possunt omnibus Eucharistiam indifferenter ministrare; sed requiritur aliqua iurisdicção, vel commissio. *ibid.* num. 11.  
 Et peccant mortaliter Sacerdotes sæculares, qui sine illa illam administrant. *ibid.*  
 Quam pœnam de iure incurrant Sacerdotes sæculares, qui sine licentia Parochorum, saltem præsumptiua, Eucharistiam ministrant. *ibid.* num. 13.  
 An Sacerdos in mortali existens peccet mortaliter, Eucharistiam ministrando. p. 3. lib. 3. cap. 3. num. 10.  
 Peccant Sacerdotes, qui sub vtraque specie Eucharistiam populo absque priuilegio ad id concessio administrant. *ibid.* n. 13.  
 An Sacerdos, cum more laici communicat, debeat habere stolam, & superpellicem. p. 3. l. 3. cap. 4. num. 5.  
 An liceat Sacerdotibus consecrare, & celebrare non ieiunus ad communicandos infirmos extremè indigentes. p. 3. lib. 3. cap. 5. n. 2. & 23.  
 In quibus casibus ad integrandum sacrificium possit Sacerdos non ieiunus communicare. *ibid.* n. 25. 26. & 27.  
 Quid, si Sacerdos post ablutionem sumptam inueniat reliquias in altari, vel patena. *ibid.* n. 28.

Quid, si sint magnæ quantitatis. *ibid.* n. 29.  
 Aut alterius sacrificij. *ibid.*  
 An solum dum est in altari, illas possit sumere. *ibid.* num. 30.  
 An possit illas dare communicantibus. *ibid.* n. 31.  
 An Sacerdotes extra sacrificium Missæ possint bis in die communicare. p. 3. lib. 3. c. 7. n. 11.  
 Ex priuilegio ter in die Natalitij communicant. *ibid.* n. 12.  
 Sacerdos in mortali existens, sentiens sibi, hausto veneno, mortem appropinquare, potest celebrare, præmissa contritione, deficiente Confessario. p. 3. l. 3. c. 9. n. 2.  
 An possit non ieiunus celebrare, vt communicet parochianos in extremis, deficiente Sacramento in sacratio. *ibid.* n. 3.  
 Facilius concedenda est licentia Sacerdotibus ad celebrandum, præmissa contritione, deficiente Confessario, quam laicis ad communicandum. *ibid.* n. 7.  
 An id possint Sacerdotes efficere ad communicandum infirmum extremè indigentem, parochianum, vel non parochianum. *ibid.* num. 4. & deinceps.  
 An id possit Sacerdos efficere ob solam & præcisam sustentationem suam illius diei, si non habeat, vnde illi opuletur, nisi ex stipendio Missæ. *ibid.* n. 8.  
 An Sacerdos iter faciens possit in conscientia mortalis culpæ celebrare contritus deficiente Confessario, vt audiat, vel dicat Missam in die festo de præcepto. p. 3. lib. 3. c. 9. n. 5.  
 An, si Sacerdos Missam iam cepta recorderet se esse in mortali, vel non ieiunum, vel excommunicatum, teneatur illam dimittere. p. 3. lib. 3. c. 9. n. 10. 11. & 12.  
 Quare Sacerdotes quotidie celebrantes, & recipientes augmentum gratiæ ex operato, non efficiant mirabilia opera charitatis. p. 3. lib. 4. cap. 3. num. 8.  
 Sacerdos sacrificans quando accipiat effectum gratiæ ex operante, an in sumptione hostiæ, an calicis. p. 3. l. 4. c. 4. n. 9.  
 Sacerdos Græcus potest extra patriam suam, vel in fermentato, more suæ patriæ, vel in azymo more Latinorum celebrare. p. 1. lib. 1. c. 7. n. 17.  
 Quid, si inter Latinos aliqua sit Ecclesia, in qua seruetur mos Græcorum, & in ea celebret. *ibid.* num. 17.  
 Quid de Sacerdote Latino inter Græcos celebrante. *ibid.*  
 Sacerdos dubitans de intentione consecrandi, an consecret. p. 1. l. 2. c. 7. n. 14.  
 Sacerdos, qui multas hostias consecrandas accipit, & memor tantum vnus, verba consecrationis profert, omnes consecrat. *ibid.* n. 15.  
 Si accipiat hostiam, & pyxidem, & vtranque offerat, & postea hostiam tantum consecret, pyxidibus immemor, vtranque consecrat. *ibid.* n. 15. *vers. Hincertiam.*  
 Quid, si pyxis cooperta fuerit. *ibid.*  
 Si Sacerdos in illo triduo, in quo Christus olim mortuus est, consecrasset, sub speciebus panis corpus, & anima esset in hostia; & sub speciebus vini sanguis absque corpore & anima; omnia tamen diuinitati vnita. p. 1. lib. 3. c. 1. n. 10.  
 In quo differant Sacerdotes legis nouæ, & veteris. p. 1. l. 1. c. 2. n. 2. & 3. & 4.  
 Non possunt Sacerdotes pro vna Missa plures pitantias accipere & tenentur ad restitutionem. p. 1. l. 3. c. 2. n. 7.  
 Quale sit præcipuum munus Sacerdotis offerrens, an consecrare. p. 1. l. 3. c. 4. n. 6.

Sacerdotes,

# ET VERBORVM.

Sacerdotes, quando sacrificant, & offerunt Christum Patri, rem propriam Deo offerunt. *ibid.* n. 11. & 12.  
 An Sacerdotes teneantur de iure diuino consumere p. 1. l. 3. c. 5. à n. 20.  
 Numerantur aliqui casus, in quibus Sacerdos possit consecrare in vna tantum specie panis p. 1. l. 3. c. 5. à n. 10. & seqq.  
 An Sacerdotes teneantur applicare totum valorem Missæ iis, pro quibus accipiunt stipem. p. 1. lib. 3. c. 6. num. 23.  
 Sacerdotes diuites stipendium Missatum accipere possunt. p. 1. l. 3. c. 8. n. 2.  
 Sacerdotes pauperes iure paupertatis non possunt accipere plures pitantias pro vna Missa. *ibid.* n. 6. & 7.  
 Sacerdos promittens vnam Missam, an teneatur sub mortali culpa eam dicere. *ibid.* n. 11. & 12.  
 Sacerdos iustus, aut obligatus celebrare de defunctis, de beata Virgine, aut in tali loco, & altari, an possit aliam Missam, & in alio altari dicere. p. 1. l. 3. c. 9. n. 7.  
 An possit eas dicere anticipatè pro eo, qui primò stipem dedit; quem Deus videt daturum. *ibid.* n. 9. & 10.  
 An possit eas dicere anticipatè pro intentione amici, vel Sacristæ, qui solet eas sibi dicendas dare. *ibid.* n. 8.  
 An Sacerdos congerens magna stipendia pro Missis dicendis, & faciens eas celebrare pro minori, teneatur ad restitutionem, & an hoc licitum sit. p. 1. l. 3. c. 9. n. 18.  
 Peccat mortaliter Sacerdos, qui post acceptam stipem negligenter se gerit in Missis dicendis. p. 1. l. 3. c. 10. n. 1.  
 An acceptata stipem pro Missa dicenda, possit illam pro alia intentione dicere. *ibid.* n. 3.  
 An simplices Sacerdotes teneantur aliquoties celebrare in anno, & quando. præc. 1. lib. 3. cap. 15. à num. 1.  
 An Sacerdotes, & Capellani, qui ratione beneficij teneantur quotidie celebrare, possint aliquando non celebrare ex causa absque obligatione satisfaciendi per alium. *ibid.* n. 11.  
 An hodie in triduo hebdomadis sanctæ liceat omnibus Sacerdotibus sacrificare, saltem occultè. p. 1. l. 3. c. 15. à n. 12.  
 Quid, quando Annunciatio beatæ Virginis incidit in Sabbathum Sanctum. *ibid.* n. 19.  
 In quibus casibus plures Missas dicere possit vnus Sacerdos. p. 1. l. 3. c. 16. à n. 1. & seqq.  
 Sacerdos an possit Missam dicere ante recitationem diuini Officij. p. 1. l. 3. c. 17. à n. 21. & seqq. vsque ad 31.  
 Missa cepta quibus casibus possit à Sacerdote interrumpi. p. 1. l. 3. c. 18. n. 1. 4. & seqq.  
 An teneatur Sacerdos Missam interrompere, si ante inceptum Canonem superueniat interdictum. *ibid.* n. 5.  
 Quid, si, dum Missam dicit, ingrediatur excommunicatus non toleratus. *ibid.* n. 5.  
 Quid, si Sacerdos recorderet in altari, se non esse ieiunum, vel esse excommunicatum, vel in peccato, aut se non esse Sacerdotem. *ibid.* à num. 7. vsque ad 19.  
 An, cum Sacerdos repentino morbo deficit, teneatur alius Sacerdos Missam illius absolueri. *ibid.* num. 20.  
 Quid, si absoluturus, sit excommunicatus, aut irregularis. *ibid.*  
 Quomodo Sacerdos supplens debeat Missam deficientis Sacerdotis absolueri, & vnde debeat incipere. p. 1. l. 3. c. 19. à n. 1.  
*Steph. Esquidez in quinque præc. Eccl.*

Quid, si Sacerdos deficiat ante, vel post consecrationem. *ibid.* n. 2.  
 Quid, si inchoata consecratione panis. *ibid.* n. 3.  
 Quid, si inchoata sanguinis. *ibid.* n. 4.  
 Quid, si deficiens Sacerdos hostiam tantum consecrauit, an Sacerdos substitutus debeat vtranque speciem tunc consecrare. *ibid.* numero 5. Vide *Missam.*  
 Sacerdos an debeat in Missa regulas Missalis obseruare sub mortali. præcept. 1. lib. 3. cap. 21. n. 7. & 8.  
 An, dum se vestibus induit, teneatur sub mortali orationes consuetas dicere. *ibid.* n. 9.  
 Quid de hymno post Missam. *ibid.*  
 Sacerdoti an licitum sit celebrare cum pileo in capite. p. 1. l. 3. c. 21. n. 33.  
 Quid debeat facere Sacerdos, si venenum inueniat in calice, vel in hostia, ante, vel post consecrationem. p. 1. l. 3. c. 20. n. 1. & 2.  
 Quid, si animal venenosum extrahatur à calice, consecrato, & timeatur periculum vomitus, vel aliquid veneni ibi reliquisse. *ibid.* n. 3.  
 Quid, quando Sacerdos expressè non meminit se aliqua verba essentialia formæ omisisse; non recordatur tamen, se omnia dixisse. *ibid.* n. 4.  
 Quid debeat facere, si calix congeletur post consecrationem. n. 5.  
 Quid, si post consecrationem hostium incurtus timeatur. n. 6.  
 Quid debeat facere, si ante consecrationem hostia non sit omninò integra, aut maculam habeat. *ibid.* n. 7.  
 An possit Sacerdos ex particula suæ hostiæ aliquem communicare. *ibid.* n. 8.  
 Quid debeat facere Sacerdos, si debita materia ob defectum essentialem in Missa sit apponenda, & illa non inueniatur. *ibid.* n. 9.  
 Quid, si hostia consecrata miraculosè dispareat, aut in ea caro, vel sanguis appareat. *ibid.* n. 10.  
 A quibus verbis debeat incipere Sacerdos, quando sui sacrificij defectum supplet. præc. 1. lib. 3. cap. 19. num. 16.  
 An necessaria sit repetitio aliorum verborum præter solam repetitionem formæ corporis, & sanguinis. *ibid.* n. 17.  
 An, quando omisit aliqua verba essentialia formæ sanguinis, teneatur Sacerdos de nouo consecrare aliam hostiam. *ibid.* n. 18.  
*Sacerdotium.*  
 Sacerdotium nouæ legis in quo differat à sacerdotio legis veteris. p. 1. l. 3. c. 2. n. 1.  
*Sacramenta.*  
 Sacramentum Baptismi est maioris necessitatis, quam Sacramentum confessionis. p. 2. l. 7. cap. 1. num. 5.  
 Solum Sacramentum Eucharistiæ necessariò, & ex præcepto diuino requirit præmissionem confessionis in iis, qui conscientiam habent peccati mortalis. p. 3. l. 3. c. 8. n. 5. & p. 2. l. 1. c. 1. à num. 10. vsque ad 14.  
 In virtute Sacramenti Eucharistiæ confertur gratia ex operato in aliis Sacramentis. præc. 3. lib. 4. c. 1. num. 8.  
 An peccatum mortale sit Sacramenta sumere ob vanam gloriam. p. 1. l. 1. c. 4. n. 30.  
 Sacramenta non possunt recipi ab extraneo Parocho, neque à Mendicantibus, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod ministrare possunt Religiosi, etiam in Quadragesima, absque licentia Parochorum, & excepto Sacramento Eucharistiæ, quod etiam administrare possunt, præterquam in Paschate, ex obligatione præcepti, & in viatico. p. 1. l. 2. c. 3. n. 19.

DD d d

A Sacer



A Sacerdote nominatim denunciato nec Missam audire & petere, nec Sacramenta petere, aut recipere possumus. p. 1. l. 2. c. 5. n. 15.  
 Item nec à Sacerdote notorio Clerici percussore. ibid. n. 12. 13. & 14.  
 A Sacerdote excommunicato tolerato, Parocho, non Parocho Missam audire & petere, & Sacramenta petere, & recipere possumus. ibidem, num. 18.  
 Quid, si sint presentes alij Sacerdotes non excommunicati. ibid. n. 19. 20. & 21.  
 Sacerdotes excommunicati tolerati peccant mortaliter, si se ingerant dicendis Missis, & ministrandis Sacramentis, absque petitione fidelium. ibid. n. 22.  
 Non licet Sacerdotibus excommunicatis toleratis Missas audire, aut diuinis Officiis interesse. ibid. num. 23.  
 An à Sacerdote irregulari possimus Sacramenta petere, & recipere. ibid. à n. 26.  
 An à suspenso ab officio, & Ordine. ibid. à n. 35.  
 An ab interdicto. ibid. n. 41.  
 An à notorio concubinario. ibid. à n. 42.  
 An à publicis peccatoribus. ibid. n. 50.  
 An à degradatis. ibid. n. 52. & 53.  
 Sacramenta Ecclesie an eò maiorem gratiam conferant recipientibus, quò meliores sunt ministri illorum. p. 1. l. 3. c. 6. n. 21.  
 Sacramenta Ecclesie fuerunt à Christo instituta ad sanctificationem hominum ex operato. p. 1. l. 4. c. 2. n. 8.  
 An in Sacramento penitentiae detur res, & Sacramentum simul, sicut datur in omnibus aliis. p. 2. l. 2. c. 10. n. 14.  
 An in hoc Sacramento ex duobus aequè dispositis dimittatur tota poena temporalis vni, & non alteri. ibid. n. 13.  
*Sacramentalia.*  
 Sacramentalia, quae sint, & an peccata venialia ex operato dimittant. p. 1. l. 4. c. 4. n. 7.  
*Sacrilegium.*  
 Sacrilegium est decimas furari, etiam ante fructuum decimationem. p. 5. l. 1. c. 4. n. 7.  
 An sit sacrilegium furari rem sacram de loco sacro, aut rem factam de loco non sacro, aut rem non sacram de loco sacro. praec. 2. lib. 4. cap. 4. num. 9.  
 Furari crumenam audientis Missam in Ecclesia, an sit sacrilegium. ibid. n. 11.  
 Quid, si furetur à Confessario per penitentiam in actu confessionis. ibid.  
 An sacrilegium sit exercere actus profanos, vt comædias lasciuas, & triturare segetes in loco sacro. ibid. n. 10.  
 An sacrilegium sit homicidium, vulneratio, aut membrorum, vel ossium contusio in Ecclesia. p. 2. l. 4. c. 4. à n. 15.  
 An sit sacrilegium, extrahere aliquem ab Ecclesia, & loco sacro; & quatenus. ibid. p. 2. lib. 4. cap. 4. à num. 45.  
 Quid de actibus, & nutibus, & confabulationibus impudicis in Ecclesia, & loco sacro habitis. ibid. num. 28.  
*Sacrificia.*  
 Sacrificia an dicatur locus sacer in ordine ad furtum, homicidium, feminis, aut sanguinis effusionem. p. 2. l. 4. c. 4. n. 14.  
*Sacrificium Missae.*  
 Sacrificium Missae idem est atque oblatio, & tota illius essentia in oblatione consistit, non in occisione. p. 1. l. 3. c. 1. n. 2.  
 Figuratum fuit in sacrificio Melchisedech. ib. n. 2. vers. *Negant heretici.* & n. 3.

Est expiatorium. ibid. n. 4. & 16.  
 Non potest non Deo esse acceptabile & quare. ibid. num. 5.  
 In quo differat à sacrificio cruento Crucis. ibid. n. 6.  
 Sacrificium Crucis valoris fuit infiniti. ibid. n. 11.  
 An sacrificium Missae gratiam ei conferat ex operato, pro quo applicatur. p. 3. l. 4. c. 2. n. 7.  
 In quo differat à ratione Sacramenti Eucharistiae. ibid. n. 7.  
 An de nouo incipi debeat, quando in Missa in Eucharistia visiones carnis, aut sanguinis apparent. p. 3. l. 5. c. 6. n. 15.  
 Per sacrificium Missae nobis Christi merita infinita, actu applicantur; & idè toties illud reperit Ecclesia, vt per illud nobis communicentur vberiores fructus sacrificij cruenti passionis Christi. p. 1. l. 3. c. 1. n. 16.  
 Sacrificium Missae an sit vnum, vel plura. p. 1. lib. 3. c. 2. n. 6.  
 An fuerit olim figuratum. p. 1. l. 3. c. 2. n. 16.  
 An vaticinijs Prophetarum denuntiatum. ib. n. 18. & seqq.  
 Oblatio incruenta, & illud sacrificium Missae, quod Christus in vltima caena celebravit, fuit meriti infiniti: sacrificia verò nostrorum Sacerdotum sunt meriti finiti, & quare. ibid. n. 7.  
 In sacrificijs legis veteris prius producebatur hostia, quam sacrificium fieret. p. 1. l. 3. c. 4. n. 3. vers. *Probat secundò.*  
 Graeci olim solum bis in anno sacrificabant. ibid. num. 4.  
 Si vnus Sacerdos post consecrationem moriatur, & alter Missam ab eo puncto perficiat, & consummat, verum erit sacrificium. ibid. n. 26.  
 Si careat hostia, quam consecrer; & praeconsécratam eleuet & consumat sub vtraque specie, non erit verum sacrificium, neque satisfaciat Missae ei assistens. ibid. n. 27.  
 An sacrificium Missae semper profit iis ex operato, qui pro sua stipe illud celebrare faciunt. p. 1. l. 3. c. 6. n. 5.  
 Sacrificium Missae incruentum est idem cum sacrificio cruento, quod Christus in Cruce Patri obtulit. ibid. n. 7.  
 Sacrificium Missae an profit in fallibili lege iustitiae animabus Purgatorij. ibid.  
 Non offertur Sanctis, sed Deo soli. p. 1. lib. 3. cap. 11. num. 13.  
 Offerti potest pro defunctis. ibid. n. 1. & 2.  
 An offerri possit pro iis, qui sunt in Purgatorio. ibid. n. 11.  
 An pro pueris, qui moriuntur ante Baptismum cum solo originali peccato. ibid. n. 5.  
 An pro iis pueris, qui ante vsum rationis post Baptismum moriuntur. ibid. n. 10.  
 An pro iis, qui sunt in inferno. ibid. n. 6.  
 An saltem vt illis interim poenae gehemae mitigentur. ibid. n. 15.  
 An pro Sanctis, qui sunt in caelis. ibid. n. 12.  
 An pro excommunicatis toleratis. p. 1. lib. 3. cap. 12. num. 1.  
 An pro non toleratis. ibid. n. 2. & 13.  
 An pro non toleratis, quorum excommunicatio est nulla. ibid. n. 3.  
 Quid, quando excommunicatio est valida, sed iniurta. ibid.  
 An pro excommunicato non tolerato verè poenitente, per quem absolutio non stat. ibid. num. 6.  
 An pro publicis peccatoribus. ibid. n. 14.  
 An pro Hereticis. ibid. n. 18.  
 An pro Turcis, gentilibus, & infidelibus. ibid. n. 21. & 22.

An

An pro Catechumenis. ibid. n. 28.  
 An pro iis Catechumenis, qui culpa sua Baptismum non susceperunt. ibid. n. 29. & 30.  
 Quatenus impetratorium pro infidelibus offerri potest, non quatenus satisfactorium. p. 1. l. 3. c. 12. num. 22.  
 Ex sua institutione habet infallibilem effectum ex opere operato. p. 1. l. 4. c. 1. n. 2.  
 Non habet illum virtute meritorum Ecclesiae, & Sanctorum, sed virtute sacrificij cruenti passionis Christi. ibid. n. 3. & 4.  
 Sacrificium Missae an sit vniuersalis causa effectuum gratiae, quae nobis virtute meritorum Christi, & eius passionis conferuntur. ibid. n. 7.  
 Proprius effectus sacrificij Missae est remittere poenas temporales relictas ex peccatis nobis à Deo per poenitentiam condonatis. ibid. n. 10.  
 An hic effectus sit maior in eo, pro quo offertur, quò maiorem gratiam habet. ibid. n. 22.  
 Quas condiciones requirat, vt producat in eo, pro quo offertur, & in Sacerdote offerente. ibid. n. 15. & seqq.  
 An, si forte offeratur sacrificium Missae pro eo, qui est in peccato mortali, redeat postea effectus illius, recedente peccato. à num. 24. vsque ad 26.  
 Quod discrimen sit inter sacrificium, & Sacramentum Eucharistiae. ibid. n. 14.  
 An possit ex opere operato remittere peccata mortalia, & primam gratiam conferre iis, pro quibus applicatur. p. 1. l. 4. c. 2. à n. 1. & seqq.  
 Sacrificium Missae est impetratorium auxilij opportunum ad donum contritionis. ibid. n. 5.  
 An infallibiliter, & de condigno sit impetratorium huius auxilij. ibid. à n. 7. vsque ad 20.  
 Sacrificium Missae, quod Christus celebravit in vltima caena, quoad substantiam, fuit aptum, vt ordinaretur ad remissionem peccatorum, & conferendam primam gratiam hominibus; non tamen fuit ad id ordinatum. p. 1. lib. 4. cap. 2. num. 6.  
 Sacrificium Missae conducit ad primam gratiam consequendam mediare. ibid. n. 13.  
 An per se, & immediate, ex operato conferat augmentum gratiae iis iustis, pro quibus offertur. p. 1. lib. 4. c. 3. à n. 1. & seqq.  
 Quare non sit valoris infiniti. ibid. n. 9.  
 An ex operato venialia saltem remittat, & an bona temporalia conferat iis, pro quibus offertur. p. 1. l. 4. c. 4. per totum.  
 Quo tempore producat suum effectum ex operato, & quis ille sit. ibid. n. 8.  
*Satisfactio.*  
 An satisfactio sacramentalis, quae iniungitur à Confessario poenitenti, sit pars integralis Sacramenti confessionis. p. 2. l. 9. c. 3. n. 1.  
 In quo distinguatur haec satisfactio sacramentalis ab alijs poenis, quibus possumus satisfacere. ibid. num. 2.  
 An haec satisfactio effectum habeat ex operato. ibid. n. 3.  
 An hic effectus sit distinctus à remissione poenae temporalis ex opere operantis consecuta. ibid. num. 4.  
 Quo tempore conferatur. ibid. n. 5.  
 An ille, qui implet poenitentiam ante absolutionem, consequatur statim effectum illius ex operato. ibid. n. 6.  
 An satisfactio à Confessario iniuncta dimittat totam poenam temporalem peccatis debitam. ibid. num. 7.  
 Satisfactio, quatenus est materia poenitentiae, an sit materia proxima illius. p. 2. l. 2. c. 3. n. 2.  
*Steph. Figuerdoz in quinque praec. Ecol.*

Quid sit satisfactio poenae temporalis relictæ ex peccato condonato, mortali, vel veniali. p. 2. l. 9. c. 1. n. 1.  
 Satisfactio illa, qua in Purgatorio satisfacimus, an dici possit meritum. ibid. n. 9.  
 An in Inferno per satisfactionem aequalium poenarum possumus satisfacere pro poena temporalis nostrorum peccatorum. ibid. à num. 3. vsque ad 5.  
 An homo in gratia existens possit in hac vita satisfacere pro poena temporalis vni peccato mortali debita, non satisfaciendo pro alijs poenis alijs peccatis debitis. p. 2. l. 9. c. 1. n. 12.  
 Quas condiciones requirat satisfactio pro poena temporalis peccato debita. praec. 2. lib. 5. cap. 2. à num. 1.  
 An ad hanc satisfactionem praeter gratiam satisfaciendae requiratur diuina promissio. ibid. num. 15.  
 An concurrentibus omnibus necessarijs, satisfaciamus de congruo, an de condigno. ibid. num. 17. & 18.  
 An vnus iustus possit satisfacere in hac vita pro poenis temporalibus alterius. ibid. num. 19. & 20. & 21.  
 An, quoties vnus iustus voluntariè satisfacit in hac vita pro poena temporalis alterius, satisfaciatur etiam pro poenis proprijs. ibid. n. 22.  
*Secretum.*  
 In quo differat secretum naturale à sigillo sacramentali confessionis. p. 2. l. 6. c. 1. n. 5.  
 An secretum detectum Sacerdoti sub sigillo confessionis, facto signo Crucis, sub sigillum sacramentale cadat. p. 2. l. 6. c. 5. n. 3.  
*Scandalum, vide Circumstantiam scandalii.*  
 Quoties datur scandalum, & periculum infamiae, si non celebret, potest Sacerdos Parochus, & non Parochus in mortali existens, praemissa contritione celebrare, deficiente Confessario. p. 3. l. 3. c. 9. n. 9.  
 Quid sit. p. 2. l. 4. c. 4. n. 4.  
 Et an circumstantia illius necessariò sit consistenda. ibid.  
*Schedula confessionis.*  
 An danda sit meretricibus. p. 2. l. 3. cap. 4. n. 18. & remissiuè.  
 An Confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absoluit. p. 2. lib. 6. cap. 4. n. 39. & 40.  
*Scholasticus.*  
 An teneantur ad ieiunia, & festa locorum, in quibus maiorem partem anni commorantur. p. 4. l. 1. c. 7. n. 6.  
 An acquitant ibi parochiam, licet non animo perpetuò habitandi commorentur, & an ad dies festos, ac ieiunia teneantur. p. 1. lib. 1. cap. 8. num. 7.  
 Scholastici non tenentur Missam audire in diebus vacationum, si dies festus non sit. p. 1. lib. 2. c. 2. num. 17.  
*Sententia.*  
 Sententia lata in die festo, est illicita, & inualida. l. 1. c. 13. n. 22.  
 Quid de sententia excommunicationis, si causae cognitio requiratur, vel non requiratur. ibid.  
 Sententia iudicialis lata in die non festo, non potest exequi die festo. ibid. n. 23.  
*Seruus.*  
 Serui quatenus à Missa excusentur, & teneantur dominos ob id deserere. praec. 1. lib. 2. cap. 5. num. 4.  
 Serui, quatenus à laboribus excusentur metu dominorum in diebus festis. p. 1. l. 1. c. 14. n. 9.  
 D D d d 2 Signum,

*Signum, vide Sigillum infra.*  
 In Sacramento Eucharistiæ idem Christus est signum, & significatum, representans, & representatum. p. 1. l. 3. c. 1. n. 6.  
*Solicitatio feminarum.*  
 Quatenus Inquisitores, & Ordinarij possint cognoscere de crimine sollicitationis in confessione, an simul, an separatim: & quatenus feminæ sollicitatæ teneantur denunciare: datur notitia omnium Constitutionum, quæ circa hoc crimen à Sede Apostolica emanarunt. Et quid, quando feminæ incipiunt, vel non incipiunt sollicitationem. p. 2. l. 4. c. 3. à n. 36. vsque ad 59.  
 An Confessarius ille denunciandus sit, & puniendus, tanquam sollicitator, qui arte magica somnium inmittit in feminam in confessione, vt ibidem cum illa rem turpem habeat. ibid. num. 60.  
 Explicantur omnes casus, qui circa hanc materiam sollicitationis occurrere possunt. ibid. à num. 36. vsque ad 101.  
 An soli Confessarij de hoc crimine quomodolibet infamari denunciandi, an etiam non infamati post nouam Constitutionem Gregorij XV. ibid. à n. 79. vsque ad 81.  
 An ante hanc denuntiationem præmittenda sit fraternalis correctio. ibid. à n. 81. vsque ad 89.  
 An Inquisitores soli possint absoluerè, & condemnare reos de hoc crimine, an simul cum Ordinariis. ibid. à n. 91.  
*Solutio.*  
 Solutio decimarum cuius virtutis actus sit. p. 5. l. 1. c. 1. n. 13.  
 In vnaquaque provincia, loco, aut regione, in solutione decimarum, & illarum quotæ, attendenda est potius consuetudo, quàm ius. p. 5. libr. 1. cap. 2. num. 2.  
 An in solutione decimarum ex piscatione deducendæ sint expensæ de iure, & quales. ibid. num. 20.  
*Societas I E S V.*  
 Societas I E S V non accipit stipendium pro Missis, & illius Religiosi peccant mortaliter, si illud accipiant. p. 1. l. 3. c. 7. n. 1.  
 Quid, si illius Religiosus ita pacificatur cum aliquo: Dicam tibi tot Missas, si illarum elemosynam tali pauperi dederis. ibid. num. 2. vers. Sed quid.  
 Quid, si aliquis amicus offerat Religioso Societatis aliquid, & ille postea ob gratitudinem tot Missas illi dicat. ibid. n. 3.  
 Religiosi Societatis I E S V habent priuilegium, vt in suis missionibus possint in altari portabili vbique gentium celebrare. p. 1. libr. 3. cap. 13. num. 17.  
 An hoc priuilegium communicetur aliis Religiosis. ibid.  
 Possunt in India ex priuilegio consecrare calices, & patenas in locis, in quibus Episcopi non sunt. p. 1. l. 3. c. 21. n. 14.  
*Sigillum confessionis.*  
 De fide est dari diuinum præceptum sigilli confessionis. p. 2. l. 6. c. 1. n. 1.  
 Non pertinet ad essentiam Sacramenti. ibid. n. 2.  
 Peccant violatores sigilli contra iustitiam, & contra virtutem Religionis. ibid. n. 4.  
 In nullo vitæ casu, etiam horrendissimo, violatio sigilli est licita. ibid. n. 7.  
 Si Confessarius non potest integrè confiteri, nisi manifestando in sua confessione crimen personæ sibi confessæ, apud notum Confessarium, tenetur, etiam in hora mortis, eam circumstantiam tacere. ibid. num. 10. vers. Ad se-

cundum. & vers. Henric. verò.  
 Sigillum violari non potest, nec etiam præcipiente Iudice; aut Papa, sub excommunicatione, ad liberandum reum à morte. ibid. n. 13.  
 De licentia expressa poenitentis reuelari potest. ibid. à n. 14. vsque ad 18.  
 Qualis debeat esse hæc licentia, an coacta, an in scriptis, an per preces. ibid. à n. 18. & seqq.  
 An Confessarius teneatur in aliquo casu petere hanc licentiam à poenitente. ibid. n. 23.  
 Sigillum obligat Confessarium, non solum respectu poenitentis, sed etiam respectu aliorum, quos ex confessione cognouit. p. 2. libr. 6. c. 3. n. 3. & p. 2. l. 5. c. 1. n. 10.  
 Quæ res cadant, quæ non cadant sub sigillo confessionis, an crimen hæresis, an defectus naturales poenitentis, an peccata mortalia, an venialia, an circumstantiæ illorum, si per eas veniatur in cognitionem poenitentium. p. 2. libr. 1. cap. 4. per totum.  
 An violetur sigillum, si confessarius dicat: Quidam Religiosus ex tali Ordine mihi confessus est vnum peccatum homicidij. ibid. n. 2.  
 In sigillo confessionis an denur minima. ibid. num. 5.  
 An sit contra sigillum reuelare vnum veniale in specie, aut vnum mortale poenitentis, si aliunde est publicum. ibid. n. 6.  
 An reuelat sigillum Confessarius, qui de viro mundano dicit, sibi fuisse confessum vnum peccatum mortale. ibid. n. 89.  
 Non tenetur Confessarius ad sigillum, si poenitens ad confessionem accedit, non animo confitendi sese, sed iniuriandi Confessarium. p. 2. l. 6. c. 4. num. 18.  
 Cadit sub sigillum confessio, in qua quis non absoluitur, si animo se accusandi facta sit. ibid. n. 24. & 26.  
 Item, confessio meretricis facta animo implendi præceptum, etiam si non absoluitur. ibid. num. 25.  
 An sigillum obliget, etiam poenitentem; ita vt non possit loqui de suis peccatis confessis, nisi de licentia Confessarij. ibid. n. 36.  
 Violatur sigillum, si Confessarius surgat à loco confessionis, & virum doctum consulat, & statim regrediens poenitentem absoluat. ibid. n. 20.  
 An teneantur omnes ad sigillum, quando vnus, vel plures in tempestate Sacerdotibus alta voce confitentur. p. 2. l. 6. c. 5. n. 1.  
 In quibus casibus in particulari dicatur violari, vel non violari sigillum. p. 2. libr. 6. cap. 5. à num. 1. & seqq.  
 Quæ personæ teneantur ad sigillum confessionis. p. 2. l. 6. c. 6. per totum.  
 Tenentur ad sigillum casu transeuntes, si aliquid percipiant; & qui circumstantes sunt, dum poenitens confitetur. ibid. n. 25.  
 Tenentur etiam ad illud illi omnes, quibus malus Confessarius sigillum reuelauit, & etiam illi, qui ab istis audierunt. ibid. n. 26.  
 Sacerdotes violatores sigilli sacramentalis non sunt irregulares. p. 2. l. 6. c. 7. n. 3.  
 Reuelatoribus sigilli nulla fides in iudicio danda est. ibid. n. 9. & remissiuè ad c. 3. n. 29.  
 Violatur sigillum, directè quidem, & non indirectè, si Confessarius audiens meretrices publicas, de vna dicit: Illa mihi confessæ est sua peccata publica. p. 2. l. 6. c. 5. n. 7.  
*Stipendium.*  
 Societas I E S V non accipit stipendium pro Missis, nec concionibus, & peccant mortaliter illius Religiosi, si illud accipiant. p. 1. l. 3. c. 7. n. 1.  
 Licitus

Licitus est vsus accipiendi illud. ibid. n. 5.  
 Iustum stipendium Missæ vel vsus, vel Episcopus taxare potest. ibid. n. 6.  
 Posita vsus, vel Episcopi taxatione, nec maius iustè exigi, nec minus inuito Sacerdoti dari potest. ibid.  
 An, quando stipendium Missarum est pro tempore exiguum, possint Prouisores regij in Capellis secularium eas ad pauciores redigere. p. 1. l. 3. c. 7. n. 16. & 17.  
 Quis possit Missas ad iustum stipendium reducere, si multæ sint, & stipendium exiguum pro tempore. ibid. n. 17.  
 An Episcopi per se solos hoc possint efficere, an conuocata Synodo. ibid. n. 12.  
 Quid de Generalibus Religionum. ibid.  
 An id Episcopi possint efficere de Capituli consensu. ibid. n. 14.  
 An de consilio virotum doctorum absque Capituli consensu. ibid. n. 15.  
 Quid Tridentinum in hac re præscribat. ibid. num. 12.  
 Stipendium Missarum accipi etiam potest à Sacerdotibus diuitibus. p. 1. l. 3. c. 8. n. 2.  
 Missæ stipendium non integrè sustentationi Sacerdotis annuæ, vel diurnæ, sed consuetudini loci, vel vrbis respondere debet. p. 1. l. 3. cap. 8. num. 4. & 5.  
 Plura stipendia pro vna Missa, nec etiam à Sacerdote paupere accipi possunt. ibid. n. 6. & 7.  
 An Sacerdos congerens magna stipendia pro Missis dicendis, & faciens eas celebrare pro minori, teneatur ad restitutionem. præc. 1. libr. 3. cap. 9. num. 18.  
*Species sacramentales.*  
 In vnaquaque specie consecrata est idem corpus & sanguis Christi diuerso modo, imò & tota Trinitas, & diuinitas. p. 1. l. 3. c. 1. n. 9.  
 Numerantur aliqui casus, in quibus Sacerdos consecrare potest in vna tantum specie panis. p. 1. l. 3. c. 5. à n. 10. vsque ad 14.  
 Species panis, & vini, si considerentur, vt iam sunt consecrata, sunt ipsum Sacramentum; si ante consecrationem, sunt materia illius. p. 3. libr. 1. c. 2. num. 7.  
 An vtraque species consecrata sit vnum Sacramentum Eucharistiæ, an plura. ibid. n. 9.  
 Sumens solam speciem panis, totum & integrum Sacramentum sumit quoad effectum gratiæ. ibid. num. 10.  
 Non accipit maiorem gratiam, qui communicat sub vtraque, quàm sub vna. ibid. n. 10. & p. 3. l. 4. c. 4. n. 2.  
 An vsus vtriusque speciei sit licitus. p. 3. l. 3. c. 4. n. 3. & deinceps.  
 An consumi debeant species sacramentales, quando in illis caro, & sanguis appareat. p. 3. l. 5. cap. 7. num. 14.  
 Quæ caro ibi tunc appareat, an vera Christi caro, & sanguis, an caro & sanguis humanus. ibid. n. 11. & 12.  
 Qua adoratione sint tunc hæc adoranda. ibid. num. 9.  
*Sponsalia.*  
 Circumstantia sponsaliorum an necessariò sit confitenda, quando duo sponsati fornicantur, vide *Circumstantiam.*  
*Statutum.*  
 Scandalosum, & simoniacum est statutum, quod iubet, vt nulli Sacerdotes Missas, aut officia mortuorum celebrent, præter certæ parochiæ Sacerdotes, aliis non vocatis. præc. 1. libr. 3. cap. 7. num. 9.

*Substantia.*  
 Post consecrationem nihil substantiæ panis, vel vini manet. p. 3. l. 5. c. 2. n. 4. & 5. & n. 1. & p. 1. libr. 3. c. 1. n. 8.  
*Sutores, Sartores.*  
 Sutores, & sartores, qui in vno, vel altero die festo vestem, vel calceos per spatium vnus horæ aptant, non peccant mortaliter secus si omnibus diebus festis continuatim id efficiant extra necessitatem. p. 1. l. 1. cap. 14. n. 3. vers. Sic non peccat mortaliter.  
*Surdi.*  
 Surdi tenentur Missam audire. præc. 1. libr. 2. cap. 6. num. 18.  
 An, qui simul est mutus, & surdus, & cæcus, illam teneatur audire. p. 1. l. 1. c. 7. n. 3.  
*Subditus.*  
 Subditus Conimbricensis potest virtute Iubilæi eligere sibi Confessarium approbatum in dicelesi Lamecensi. p. 2. l. 7. c. 2. n. 23.  
*Suspensus ab ingressu Ecclesiæ.*  
 Suspensus ab ingressu Ecclesiæ priuatur potestate exercendi ordines in illa, & potestate audiendi diuina in illa, & priuatur etiam ecclesiastica sepultura; non priuatur tamen potestate exercendi actus iurisdictionis, v. c. non priuatur potestate audiendi Confessiones, aut eligendi Confessarium, aut celebrandi extra Ecclesiam, nec priuatur potestate orandi in Ecclesia eo tempore, quo ibi diuina Officia non dicuntur. præc. 1. libr. 2. c. 5. num. 41.  
 Nec priuatur potestate transeundi per Ecclesiam, nec percipiendi Sacramenta extra illam. ibid.  
 Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, & interdictus ab illius ingressu idem est. ibid.  
*Suspensus ab officio, & Ordinibus.*  
 Suspensus ab officio per sententiam Iudicis simpliciter est suspensus ab omni Ordine, & non potest exercere validè iurisdictionem: vnde nec potest validè confessiones audire: & qui vitur licentia à sic suspensus, peccat mortaliter, & confessionem facit irritam. p. 1. l. 2. c. 5. n. 38.  
 Qui inducit sic suspensum ad actum Ordinis exercendum, peccat mortaliter; non tamen poenam aliquam, aut excommunicationem incurrit. ibid. num. 39.  
*Supernaturale.*  
 Quid sit, esse supernaturale essentialiter, & accidentaliter. p. 3. l. 5. c. 6. n. 5.  
*Sumens, vide Communicans.*  
 T  
*Tactus impudici.*  
 Circumstantia tactuum impudicorum in Ecclesia, quatenus sit confitenda, vel non confitenda necessariò. Vide *Circumstantiam.*  
*Tabulata.*  
 Tabulata conficere, deferre tabulas, & arenam, & aream aptate diebus festis ad publicos ludos, & spectacula, non est mortale, si antecederet fieri non potuit. p. 1. l. 1. c. 14. n. 5.  
*Testes, Testimonium.*  
 Testes an examinari possint in die festo. p. 1. libr. 1. c. 13. n. 13.  
 Quid, si iurent in die non festo de veritate dicenda in die festo. ibid. n. 14. 15. & 16.  
 Quid, si causæ sint spirituales, & quæ. ibid. num. 18.  
 Testes singulares quomodo probent remissiuè. p. 2. l. 6. c. 7. n. 10. prope finem.  
 D D d d 3 Plurimi

Plurimi testes singulares non probant plenè crimen hæresis, nisi saltem ad illos, duo testes concordantes accedant. *ibid.*  
An probet testimonium Confessarij de licentia poenitentis datum, ut probetur poenitens innocens in foro externo. p. 2. l. 6. c. 1. n. 19.

*Templa.*  
Templa vertere, illorum tecta, & parietes vestire diebus festis, si de industria id referatur in diem festum, veniale tantum est; imò nec veniale, si antecedenter fieri non potuit. p. 1. lib. 1. c. 14. n. 4.

*Timor.*  
Qui timor excuset ab impletione præcepti confessionis. p. 2. l. 1. c. 6. n. 4.

*Transactio.*  
Quid sit transactio. p. 5. l. 3. c. 2. n. 15.  
In quibus casibus licita sit super decimas. *ibid.* n. 16.  
Valet, & est licita super decimas præteritas inter personas ecclesiasticas, sine consensu Episcopi. *ibid.* n. 17.

Valet etiam, si fiat super decimas futuras inter eandem personas ecclesiasticas, sed de consensu Episcopi. *ibid.* n. 18.

Si fiat sine Episcopi consensu, valebit pro vita tantum transigentium. *ibid.*

Transactio celebrata inter Curatum, & laicum, super decimas futuras, valet pro vita tantum Curati, præcedente causæ cognitione, & consensu Episcopi. *ibid.* n. 19.

Poterit postea Curatus nomine Ecclesiæ agere de rescissione. *ibid.* n. 20.

*Triduum passionis Christi.*  
Si Sacerdos in illo triduo, in quo Christus olim mortuus est, sacrificasset, sub speciebus panis corpus absque anima esset in hostia, & sub speciebus vini sanguis absque corpore & anima; omnia tamen vnita diuinitati. p. 1. l. 3. c. 1. n. 10.

An in triduo hebdomadæ sanctæ liceat omnibus Sacerdotibus sacrificare, saltem occultè. p. 1. l. 3. c. 15. n. 12. & seqq.

Quid, si festum Annuntiationis beatæ Virginis incidat in sabbatum sanctum. *ibid.* n. 19.

*Transientes, vide Viatores, vide Peregrinos.*  
Transientes an teneantur ad ieiunia & festa loci, per quem transeunt, si ea eodem die in sua patria obseruentur. p. 1. l. 1. c. 7. n. 7.

Quid, si non obseruentur. *ibid.* n. 8.

*Turca.*  
Turca an teneantur ad decimas, & an de terris, quæ fuerunt fidelium, & iniuste ab illis possidentur. *Vide Infidèles. Vide Indaem.*

V

*Valor.*

Valor Missæ triplex est. p. 1. l. 3. c. 6. n. 4. & 23.  
Valor ex opere operato respondens primo offerenti Christo Domino, qui se per Sacerdotem Patri offert, semper est certus quoad gradum, & independens à bono, vel malo ministro. *ibid.*

An sit finitus, vel infinitus. *ibid.* n. 8.  
Secundus valor ex opere operato respondens secundo offerenti, nempe, toti Ecclesiæ militanti, quæ etiam offert per Sacerdotem, est certus, & infallibilis quoad speciem, non tamen quoad gradum, & est etiam independens à bono, vel malo ministro. *ibid.* n. 14.

Tertius valor respondens tertio offerenti, nempe, Sacerdoti, & illis, pro quibus Missa offertur, est ex opere operantis dependens à bono, vel malo ministro. *ibid.* n. 18.

*Vagabundus.*

Vagabundi an teneantur ad ieiunia, & festa locorum, per quæ transeunt. p. 4. l. 1. c. 7. n. 13. & p. 1. l. 1. c. 8. n. 4.

An pro matrimonio, & sepultura teneantur recurrere ad Ecclesiam matricem loci, in quo sunt. *ibid.* n. 4.

In quo differunt à peregrinis. *ibid.* n. 4.  
Satisfaciunt præcepto communicandi ex obligatione Paschatis in Ecclesiis Mendicantium. *ibid.* num. 5.

*Venenum.*

Quid faciendum, cum venenum, vel animal venosum inuenitur à Sacerdote in calice, vel in hostia consecrata. præc. 1. lib. 3. cap. 20. num. 1. & seqq.

*Veneficium.*

Veneficium potest referuari in Religionibus iuxta Breue Clemens VIII. præcept. 2. lib. 8. cap. 4. num. 6.

Si referuetur, quomodo, & quatenus id intelligatur. *ibid.*

*Vermes.*

Ex qua materia generentur vermes in Eucharistia. p. 3. lib. 5. cap. 2. num. 10. & num. 1. *verf. Quare, id probat.*

*Verba.*

Quæ verba omiffa vitient formam absolutionis, ita vt illam, vel nullam, vel illicitam reddant. p. 2. l. 2. c. 9. à n. 15. & seqq.

An de essentia formæ absolutionis sint verba voce prolata. p. 2. l. 2. c. 10. à n. 1. & seqq.

An verba consecrationis efficiant, vt corpus Christi existat in hostia consecrata, antequam species vini consecrentur. p. 1. l. 3. c. 15. n. 17.

Verba consecrationis an sint pars Sacramenti ipsius Eucharistiæ. p. 3. l. 1. c. 2. n. 4.

Sunt causa efficiens præsentiam Christi in Sacramento Eucharistiæ. præcept. 3. lib. 5. cap. 1. num. 7.

Physicè attingunt hanc præsentiam corporis Christi eleuata vt instrumenta ad illam producendam. *ibid.* n. 7. & 8.

Sunt causa physica illius, non moralis. *ibid.* n. 10.  
An physicè expellant substantiam panis, & an per aliquam actionem realem, & ad quid terminetur illa actio. n. 13. & 14.

An proferantur tantum enuntiativè, an formaliter & effectivè. *ibid.* n. 15.

An à Sacerdote tantum ritè consecrato prolata efficiant Sacramentum; quid, si proferantur ab Angelo. *ibid.* n. 18.

Quomodo intelligenda sunt illa verba Christi Domini: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur.* p. 1. l. 3. c. 3. n. 16.

*Viator, Viaticum.*

An bis sumi possit viaticum in eodem morbo, & quot dies intermitteri debeant. p. 3. l. 1. c. 1. n. 3.

Viatores an teneantur ad ieiunia, & festa locorum, in quibus per duos tantum, vel tres dies commorantur. p. 4. l. 1. c. 7. n. 8.

Quid, si sint in mero transitu, & in patria sua eadem festa & ieiunia obseruantur. *ibid.* n. 7.

Quid, quando non obseruantur. *ibid.* n. 9. & 10.

Quid de viatoribus transeuntibus per loca, vbi carnes vescuntur, & in suo loco non vescuntur. *ibid.* num. 14.

Viatores & cursores an excusentur à Missa, dum iter agunt. p. 1. lib. 2. c. 9. n. 2. & 3.

*Vestes.*

Vestibus carentes, quatenus à Missa excusentur. p. 1. l. 2. c. 9. n. 5.

An

An Sacerdos, dum se sacris vestibus induit, teneatur sub mortali conseruetas orationes dicere. p. 1. l. 3. c. 2. n. 9.

Vestes sacræ an ad vsus profanos redite possint. p. 1. l. 3. c. 2. n. 18.

An vendi. *ibid.* n. 19.

Quor, & quales sint vestes sacræ ad celebrandum necessariae. p. 1. l. 3. c. 23. n. 3. & 5.

Quid significent in ordine ad passionem Christi. *ibid.* n. 6.

An benedictæ esse debeant. *ibid.* n. 9. & 16.

An peccatum mortale sit, celebrare sine aliqua illarum. *ibid.* n. 15.

An sine aliqua ex his sacris. *ibid.* n. 15.

Quid in periculo mortis. *ibid.* n. 17.

An sine omnibus. *ibid.* n. 19.

Quid, si sint valde attrita. *ibid.* n. 20.

*Vendere, Venditio.*  
An peccent mortaliter, qui in diebus ieiunij, & Quadragesimæ, per plateas carnes, & cibos prohibitos vendunt. p. 4. l. 1. c. 10. n. 10.

Vendentes olera, esculenta, & poculenta diebus festis, à peccato excusantur. præc. 1. lib. 1. cap. 14. num. 22.

*Vicarius.*

Quis debeat competenter sustentare Vicarium Parochum, si pauper sit, parochianine, an Commendatores parochiarum. p. 5. l. 4. c. 1. n. 2.

*Vidua.*

Vidua intra annum viduitatis an à Missa excusetur. p. 1. l. 2. c. 9. n. 6.

*Virgo Beatissima.*  
Virgo Beatissima, & alij innocentes, qui nec mortaliter, nec venialiter peccauerunt, nullo præcepto confessionis, nec diuino, nec humano & ecclesiastico adstringebantur. p. 2. l. 1. c. 2. n. 10.

*Vinculum, Vinculum.*  
Concurrente duplici vinculo, altero iuramenti, voti altero, super eandem rem, duplex peccatum committitur in transgressione illius. p. 1. l. 2. c. 4. num. 2.

Vinctus in domo sua, an excusetur à Missa, si in eadem domo oratorium habeat, in quo Missa dicatur. p. 1. l. 2. c. 9. n. 8. & 9.

*Vinum.*  
Vinum etiam in magna quantitate non frangit ieiunium. p. 4. l. 1. c. 2. n. 46. & 47.

Vinum an teneatur Sacerdos sumere, si ex confessione sciat, illud esse veneno infectum. p. 2. lib. 6. c. 3. n. 1.

*Visio.*

Visio beatifica est quid supernaturale essentialiter. p. 3. lib. 5. c. 6. n. 5.

*Vigilia.*

Qualis esse debeat collatio in vigilia Natiuitatis. p. 4. l. 1. c. 4. n. 19.

Quid de vigilia Paschatis. *ibid.* n. 20.

In vigilia Natalis Domini, & Assumptionis beatæ Mariæ de iure communi ieiunium est indictum. p. 4. l. 1. c. 5. n. 8.

Vigilia Natiuitatis Beatæ Mariæ alicubi de consuetudine ieiunatur. *ibid.* n. 8.

In quibus vigiliis Apostolorum de iure, & consuetudine est ieiunandum, & in quibus non. *ibid.* num. 8.

Si vigilia ieiunio dicata in diem Dominicam incidit, mutatur ieiunium in sabbatum præcedens. *ibid.* n. 8.

In vigilia Pentecostes ieiunatur vbique ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine. *ibid.* n. 9.

In vigiliis sancti Ioannis Baptistæ, D. Laurentij, & omnium Sanctorum, ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine ieiunare tenemur. *ibid.* n. 10.

Quid de vigiliis Sanctorum cuiusque diocesis. *ibid.* n. 11.

*Vnio.*  
Vnio cum Christo, quatenus est effectus Sacramenti Eucharistiæ, quomodo sit simpliciter necessaria ad salutem. p. 3. l. 1. c. 3. n. 1.

Vnio sacramentalis inter corpus Christi, & iustum dignè communicantem, qualis. p. 3. lib. 4. cap. 5. num. 1.

Inter species consecratas, & corpus Christi non datur formalis vnio accidentalis, aut substantialis. p. 3. l. 5. c. 4. n. 4.

Datur vnio effectiua, & quæ illa sit. *ibid.* n. 5. & 6.  
An hæc vnio effectiua sit de intrinseca ratione Sacramenti Eucharistiæ. *ibid.* n. 10. 11. & 12.

Est tota ratio præsentia corporis Christi. *ibid.*  
Vnio hypostatica est quid supernaturale essentialiter. p. 3. l. 5. c. 6. n. 5.

*Voluntas.*  
Voluntas interpretatiua propriorum Parochorum sufficit, vt quilibet Sacerdos alienis ouibus Eucharistiam ministret. præc. 3. lib. 3. cap. 2. num. 11. in fine.

Non sufficit tamen ad Sacramentum Poenitentia; sed requiritur antecedenter expressa, aliter nec licitè, nec validè confessio fit. *ibid.* n. 12.

Voluntas iniuste negata præsentis Parochi, reputanda est pro absentia illius. p. 3. lib. 3. c. 2. n. 20. ad finem.

Voluntas peccandi, etsi in actum non exeat, est materia confessionis. p. 2. l. 2. c. 1. n. 19.

*Votum, Votens.*  
Qui post votum castitatis carnaliter peccat, toties peccat contra votum, quoties peccat carnaliter. p. 4. l. 1. c. 4. n. 4.

An, qui vult non comedere oua & lactinia in sextis feriis, possit comedere carnes, non frangendo votum. p. 4. l. 1. c. 6. n. 7.

An ille, qui vult ieiunare omnibus sextis feriis totius anni, teneatur ieiunare in die Natalis Domini, si in sexta feria venerit. *ibid.* n. 6.

Votum serui collatum in tempus libertatis, valet. p. 2. l. 6. c. 6. n. 7. *verf. Et confirmatur.*

Votum obedientia; quomodo violetur in Religionibus, & quatenus. p. 2. l. 8. c. 6. n. 21.

Votens se facturum confessionem generalem totius vitæ, an possit aliqua peccata mortaliter iam ritè confessi in illa tacere. p. 2. l. 2. c. 1. n. 4.

*Vsuræ.*  
Vsuræ an possint peti ab vsurario non parato. p. 2. l. 4. c. 5. n. 5.

An liceat illas petere ab vsurario parato, expressè & formaliter, sub nomine vsuræ. *ibid.* n. 6. & 7.

*Vsus.*  
An in aliquo casu licitus sit vsus vtriusque speciei, & an, si infirmus speciem panis deglutire non possit, licitum sit cochlea ei speciem vini infundere. p. 3. l. 3. c. 4. n. 21.

Quare Ecclesia determinauerit vsum speciei panis. *ibid.* n. 18.

An expediat cum aliquo regno dispensare in vsu vtriusque speciei. *ibid.* n. 19. *Vide Species.*

*Vnctio extrema.*  
An in eadem infirmitate bis vngi possit infirmus. præc. 3. lib. 1. cap. 1. n. 6.